Ex libris DD. Francisci Mariæ et Ubaldi Antonij
de Sissij de Eugubio.

Ex Professorio S. Ber-
nardi ad Thermas
De Urbe

¶ Melliflui deuotique doctoris sancti Bernardi abbatis Clareuallensis. Cisterciensis ordinis opus preclarum suos complectens sermones de tempore: de sanctis: et super cantica canticorum. Aliosque plures eius sermones et sententias nusquam hactenus impressas. Eiusdem insuper epistolas ceteraque vniuersa eius opuscula. Domini quoque Gilleberti abbatis de Hoilanda in anglia prelibati ordinis super cantica sermones. Omnia secundum seriem hic in sequenti pagella annotatam collocata: vigilanter et accurate super vetustissima Clareuallis exemplaria apprime correcta. ¶ Habes insuper studiose lector huberrimum indicem eorum de quibus in hoc volumine agitur in exordio operis appositum.



Venite ad me omnes.

Si cupis istius bonitatem visere libri:
Hoc folium vertas: ac ibi scripta legas.

¶ Iodocus Clicthoueus Neoportuensis benignis lectoribus Salutem.

Thesaurum in agro absconditū tanti estimauit qui inuenit: ut euangelico tradēte eloquio/ uēditis omnibus illū cōparauit. Thesauri uero occultati nomine/non inepte nec absurde sanctorū patrum abstrusa scripta accipimus: quibus recōdita sacrarū litterarum sensa nobis elucidare curarunt. Siquidem in illis non aurum ad horam rutilans/ nō argentum cito periturum/non deniq lapides preciosos aliorum direptioni obnoxios est inuenire: sed indefluxas opes animæ/indeciduasq gemmas/ auro indico lapillisq nitidis preciosiores: quādoquidem illisipsis diuina explicātur eloquia: que desiderabilia sunt super aurum & lapidem, preciosum multū/& dulciora super mel & fauum. Eloquia enim domini eloquia casta: argentum igne examinatum/ probatum terræ/purgatum septuplum. Quæ quia sepenumero nō usqquaq captui nostro peruia sese offerūt: magno opere amplectenda sunt antiquorum patrum opera/quibus obtectus ille thesaurus nobis reseratur/diuinarum scripturarū mysteria recluduntur/mores rectius instituūtur. Inter quæ sane opera a probatissimis auctoribus elucubrata beatissimi Bernardi uolumina non postremo loco collocanda sunt. Si enim auctorem spectare libet: & uite sanctimonia/& preclara eruditione prestātissimus occurret. Si characterem ipsum rationemq scribēdi cōperietur suauissima: & sine asperitatis offendiculo cum summa facilitate: elegantiaq decurrens ut melle dulcior uideatur ex eius ore fluxisse oratio. Si deniq materia quā pertractat exqueritur: aliud inuenietur nihil nisi, quod inuolucra sacræ scripturæ in lucē proferat: aut uitia graui uerborū tonitruo effulminet: aut ad uirtutē studiosius inuitet. Hunc igitur thesaurū hactenus in agro domini absconditum: & iā tandem uigilantissima cura erutum uobis asciscite: quicunq sacrarū litterarum ardenti flagratis amore. Has ueras cōparate diuitias: que nō ueterascunt/nec a tineis erodūtur: aut furibus effodiuntur/sed indeficientes/inocciduas/nullo unq̄ fato interituras: quibus anima locupletata ad cœlestia tecta tutum carpet iter: nec eam malus auferet error. Valete.

¶ Tetrastichon ascensianū uerbis huius prestātissimi libri ad lectorem.

Eloquium castum/sanctissima dogmata/mores
Ingenuos: & iter monstro salutiferum.
Talia Bernardus potuit dictare/repertus
Mellifluus doctor/ religiosus homo.

¶ Series operum atq tractatuū sancti Bernardi in hoc volumine cōtētoꝝ.

Repertorium Sermonū beati Bernardi.

¶ Index particularis sin-gulorū sermonum huius voluminis. In primis de aduentu domini quorum primus incipit.

Repertorium Sermonum diui Bernardi.

¶ Finis.

Repertorium voluminis beati Bernardi.

¶ Tabula generalis seu repertorium amplissimũ presentis voluminis sancti Bernardi primi abbatis Clareuallis in quo alphabeticus ordo nonmodo in primis sed et in secundis immo et frequenter in tertijs seruatur vocabulis.

Voluminis beati Bernardi.

Cella [illegible] fo. 24 col 4 [handwritten marginal note]

Carnis cura agenda est [illegible] fo. 242 col 3 [handwritten]

Caro [illegible] fo. 248 [handwritten]

Carnis delectatione fo. 251 [handwritten]

Celle sumptuose nõ [illegible] fo. 242 col 4 [handwritten]

¶Cõparatio teſtamẽti

Voluminis beati Bernardi.

Debitore

Voluminis beati Bernardi.

Deus ftr a nobis sic scriptũ sit fo 254

Diabolus quõ sagaciter z mite for miter nos temptat. fo.252

Examinar quo debent seipm homo. fo. 247. col i

Homo q se ipm cognoscit ... bonum ... 253. t. 65

iudei nõ litt. sequũtur nõ trucidandi s3 nec ... epi. 327 ...

Machabeorum festa cur ab ecc celebrent epi. 313. car. 204

Mendaciū omne fugiendū fo. 252

Repertorium precipuarum sententiarum

Ordo charitatis

Orar quatr homo de attente fo. 247
Oro ⁊ orandi modus fo 252
Orantem impedit tumultus carnalium cogitationum ⁊ fantasma p[illegible]

Peccatū nō excusari fo. 247. col. 4

Petrus

P[illegible] homo [illegible] fo. 247 [illegible]
[illegible] doctrina et correctio mo[illegible] fo. 255

Sanitatem

13 mēs⁹ fo. 259 col. i. cū q̄ⁿ / 17

supere pecem fo. 252
spūs s ad anima n̄ venientis signa fo 256
rot ij

Triplex

Repertorium precipuarum sententiarum

Visiones

Vita bois brevis fo 248
Vita aeterna qualis sit futura fo. 248 c. 16.
Vita [illegible] fo. 251

Repertorium precipuarū sententiarum.

Finis repertorij alphabetici operis diui Bernardi primi clareuallis abbatis.

Repertorium epistolarum sancti Bernardi per ordinem alphabeti in primo et secundo vocabulis.

Abbati

Repertorium epistolarum beati Bernardi.

Repertorium epistolarum beati Bernardi.

Finis.

Repertorium Sermonum Gilleberti.

¶ Tabula super sermones Gilleberti super Cantica canticorum.

Lectio debet

Repertorium Sermonum Gilleberti.

Finit tabula.

Registrum tabule.

A.B.C.Omnes sunt quaterni preter C. qui est quinternus.

¶ Ad reuerendum In christo patrem dominum Michaelem boudet/lingonenſem epiſcopū ducem ac parem Francie q̄ meritiſſimū/ſue bonitatis exiguus orator Frater Frāciſcus mauroy clareuallenſis.

Te quocunqꝫ feras: niſi q̄ digniſſime preſul
Hoc te bernardi codice deſtituis.
Cum quo peruigiles ſoleas deducere noctes/
Atqꝫ ſimul totum claudere ſepe diem.
Sic legis hunc/etiam relegis bis/tercꝫ/quatercꝫ.
Immo que loquitur pectore uerba notas.
Vt per te ſua ſint totum uulgata per orbem
Scripta: ſed et mores tollis ubicꝫ ſuos.
Vnde potes merito tu bernardiſta uocari.
Qui ſanctum tanto ſolus amore colis.
Ergo quid faceres: abs te ſi forte uolumen
Quod tecum defers: quis tibi ſurriperet.
Nec poſſes aliud quocunqꝫ labore ſecundum
Conquiſiſſe: (reor) mens tibi meſta foret.
Sicut ſufficeret res tunc tibi nulla placere
Q̄ᵹ q̄ bernardum funditus ipſe ſcias.
Et ne tanta tuum ſubeat commotio pectus:
Hoc aliud preſſum tamcꝫ uolumen habes.

¶ Hoc carmine exhortatorio frater Franciſcus Mauroy Clareuallen̄. lectorem alloquitur.

Myſtica de ſanctis excerpere ſenſa libellis
Qui cupis: et ſenſus noſcere precipuos
Quos ſacra conſueuit ſcriptura tenere ſecretos
Nec niſi diuinis enucleare uiris:
Huc temptans celeri uelox accurrere greſſu
Comperies ſubito talia quecꝫ tibi.
Si quocꝫ de clara dubitans uirtute: moueris
Vt tete ſolides: en tibi conſilium.
Conſule Bernardum. Bernardus que dubitaſti
Certa tibi tradit: ſi ſua ſcripta legis.
Nam latebroſa nimis/et que fuſcata uidentur.
Aut digeſta minus: clarificare ſolet.
Hunc tibi preſtituas certis quandocꝫ diebus
Optime uoluendum: tunc tibi proficies.
Quicquid enim dicas: eſtis cui nemo ſecundus
Vita/doctrina/religione: modo.
Eloquio pollet: pollet pietate/ſagaci
Non minus ingenio: ſimplicitate magis.
Felices nimium quos ſancti corpus honorat
Clareuallenſes. ſi bene perſpiciant.
Illic que tractas ſpirante uolumina ſancto
Numine conflauit maximus ille pater.
Hos tu preſeruans duris bernarde periclis
Fac uera maneant religione uiri/
Fac nulle moueant horum precordia lites.
Omnia corrumpat iurgia uerus amor.
Fac ſua contineant cum caſta corpora mente:
Contēnantcꝫ leues orbis inanis opes.
Ad te iam rediens o lector queſo ſequenti
Noſtro (non ſegnis) credito conſilio.
Bernardum crebro legites: ſempercꝫ profunda
Mente notes ſancti dogmata ſancta uiri.

¶ Iohannis Egidij nucerienſis ad lectorem.

Dat tibi melliſluus fecunda uolumina doctor
Inter preclaras candide lector opes.
Omnia nunc uno clauduntur opuſcula libro
Singula que uarijs ſparſa fuere locis.
In quibus ampla patent nitidorum ſemina morum
Fertile ſi uigili corde legatur opus.
Ob tam frugiferos gratiſſima dona labores
Debetur ſancto' gratia magna uiro.
Qui primus fecit magni pia iuſſa tonantis:
Poſt docuit fratres illa ferenda ſuos.
Sepe feros homines dulci ſermone trahebat
Letior ad clare ſplendida clauſtra domus.
Diuitias ſpreuit nullos amplexus honores:
Suppoſuitcꝫ ſuo colla ſuperba iugo.
Flexit et ignaras ad olympica gaudia turbas
Tantus in ardenti pectore feruor erat.
Denicꝫ tanta fuit placidi clementia patris
Eſſet ut etatis gloria prima ſue.
Si cupis ergo bonos mores uitamcꝫ perennem
Hoc lege bernardi ſcripta probata pij.

¶ Ad librum.

I nunc/et tandem totum Bernarde per orbem
Protinus exilias: ne tua fama cadat.
Diuinaſcꝫ tuis ſermonibus exprime leges:
Crimina fac homines deſeruiſſe uelint.
Vade precor cunctis bernarde legare ſuauis:
Flecte ad uirtutes pectora dura pias.
O quemcūcꝫ iuuat ſanctos cognoſcere patres:
Bernardum relegas/inclyta ſcripta colens
Frigida iam dudum ferueſcet amore uoluntas
Et mens doctrine dulcia mella feret.

¶ Iohannes Egidius nuceriensis iterum ad librum.

I pede precipiti totum bernarde per orbem
Horret adire tuos lingua canina libros.
Hec tua magnificas monumenta ferantur in urbes
Ne pereat turpi candida fama ſitu.
Poſtulat hoc grauium prudentia clara uirorum:
Quos trahit ad ſuperos mens generoſa lares.


·AD LAVDEM·ET·GLORIAM·SANCTISSIME·TRINITATIS·
MOSTRA TE
ECCE MATRE
Uenite ad me omnes.
HOC EST CORPVS MEVM
HIC EST SANGVIS MEVS

¶ Ad lectorem de adiecta huic operi diui Bernardi vita Prefatio.

Mouere fortassis nōnullos poterit: cur diui bernardi vitam nō a se vtiq; compositam suꝑius addiderimus operibus: presertim cū id modo cuiq; tribuēdum veniat: quod ipse cōfecerit. Verūtamē qꝛ Gregorio teste in ore eiꝰ dulcis est sacra scriptura: cuiꝰ vite viscera mādatis illius replent: eiq; suauis est ad loquēdū cui interius impressa ad viuēdum fuerit. Accōmodatissimū igitur: satisq; congruū visum fuit huic operū suorū recollectioni/ et iā eius gesta moresq; ac vitā apponere: quo deuotionis/ mansuetudinis/ charitatis/ ⁊ humilitatis noticia ad eadē scripta libentius perlegenda: amplectēda/ animoq; tenacius imprimenda studiosorum alliceat affectus. Perge itaq; pie lector: ⁊ eiusdem vite annotator sedulus/ ac pius imitator precor existas.

¶ Incipit Prefatio domini Guillermi abbatis: in vita sancti Bernardi primi Clareuallis abbatis.

Scripturus vitā

serui tui: ad honorē nominis tui: ꝙ tu dederis dn̄e deus ipsius: per quem ecclesiam temporis nostri: in antiquū apostolice gratie/ ⁊ virtutis decus voluisti reflorere/ eum inuoco adiutorem quem iā olim habeo incentorē amorē tuum. Quis eī de amore tuo quātulācūq; spiraculum vite habens: ⁊ videns testimonium glorie ⁊ honoris tui: tam preclarum ⁊ tā fidele mūdo insolitum effulsisse: nō det operam quantācūq; potuerit: ne lumen a te accēsum/ tuoꝝ quēpiā lateat: sed quātū humano fieri stilo potest: qꝺ melius ipse tñ per virtutem operum facis manifestatum ⁊ exaltatum luceat oībus qui sunt in domo tua: In quo cū ego iam olim vellē qualecūq; ministerium agere vicis mee: seu timore/ seu verecūdia ꝓhibitus sum vsq; adhuc modo quidē supra me iudicās esse dignitatem materie: ⁊ dignioribus opificibus reseruandā: modo etiam post obitū eius quasi superuicturus ei: melius hoc ⁊ competentiꝰ deliberans actitādum: cū iā homo non grauaret laudibꝰ suis ⁊ tutius id fieret a ꝯturbatiōe hoīm: ⁊ ꝯtradictione linguarum. At ille vigens ⁊ valens quāto infirmior corpore/ tāto fortior fit ⁊ potens: non cessans agere digna memorie: ⁊ magna maioribꝰ semper accumulans: que ipo tacente scriptorem requirāt. Ego vero iā delibor vrgentibus infirmitatibꝰ corporis mortis huiꝰ ⁊ meis oībus incipientibus hēre rñsum vicine mortis: sentio instare tempus resolutionis mee: plurimumq; timeo ne sero me peniteat tādiu distulisse: qꝺ priusq; peregrinū velim omī modis peregisse. Sed ⁊ me fratrum quorūdā pia beniuolētia plurimū ad hoc impellit ⁊ cohortatur: qui cū viro dei iugiter assistant: oīa eius nouerunt: ingerentes quedā diligenti inquisitione vestigata: plura etiam quibus cū fierēt ipsi interfuerunt/ ⁊ viderunt ⁊ audierunt. Qui cū multa suggerāt/ ⁊ preclara que per seruū suū deus ipsis ꝑsentibus operatur: ⁊ nota eoꝝ religio et schola magisterij ab omni me liberet suspitiōe falsi: adhuc etiā ad testimonium sibi ascisscunt ꝓbabiliū auctoritatem ꝑsonarū epoꝝ clericorum ⁊ monachoꝝ: qbus fidem nō habere nulli fidelium licet. Quāq; id superfluo dixerim: cū totus ea nouerit mūdus: ⁊ virtutes eius narret oīs ecclesia sanctorū. Quaprorter attendens diuine laudis mirificā materiā: oībus se offerētem: neminē vero suscipientē: dissimulātibus eis qui melius hoc ac dignius poterāt: suscepi in ea agere ipe que potero: nō vanitate plumētis s; fiducia dilēctio. Nec tñ ipa ꝙ scribo q̄si accuratiꝰ digerēda: s; saltē in vnū cōgerēda ⁊ reponenda suscepi nec edēda ipso viuēte: sicut nec scribūtur ipo sciēte. Cōfido autem in domino: qꝛ post nos ⁊ post ipsius cōsummationem exurgēt qui melius ac dignius perficient: quod nos conati sumus ⁊ dignam digna vestient elocutione materiam: sed ⁊ poterunt preciosam in conspectu domini mortem eius vite similiter continuare scribendo: ac de morte vitam: de vita mortem commendare. Iam ergo adiuuante domino propositū agrediamur.

Finit Prefatio.

¶ Incipit vita sancti Bernardi abbatis.

Capitulum Primū

Bernardus Burgundie partibus fontanis oppido patris sui oriundus fuit: parētibus claris s̄m dignitatē seculi: sȝ dignioribꝰ ac nobilioribꝰ s̄m religiōis xp̄iane pietatē. P̄r eius Tecelinus vir antiq̄ et legitime militie fuit: cultor dei: iusticie tenax. Euāgelicā nāq̄ s̄m instituta precursoris dn̄i militiā agens: neminē concutiebat: nemini faciebat calumniam: contentus stipendijs suis: quibus ad om̄e opꝰ bonū abundabat. Sic cōsilio ⁊ armis seruiebat tēporalibus dn̄is suis: vt etiam dn̄o deo suo nō negligeret reddere quod debebat. Mater Aleth ex castro cui nomē mōs barrus: ⁊ ipsa in ordine suo apostolicam regulā tenēs: subdita viro: sub eo s̄m timorē dei domū suā regebat: operibꝰ misericordie insistens: filios enutriens in om̄i disciplina. Septeȝ quippe liberos genuit: non tā viro suo q̄ȝ deo sex mares: feminā vnā mares om̄es monachos futuros: feminā sanctimonialē Deo nāq̄ (vt dictum est) nō seculo generans: singulos mox vt partu ediderat: ipa manibꝰ ꝓprijs dn̄o offerebat. Propter qḋ etiā alienis vberibus nutriēdos cōmittere: illustris femina refugiebat quasi cum lacte materno materni quodāmodo boni infundēs eis naturā. Cum autē creuissent q̄ȝdiu sub manu eiꝰ erant: heremo magis q̄ȝ curie nutriebat: nō patiens delicatiores assuescere cibos sed grossioribus ⁊ cōmunibus pascens/ ⁊ sic eos p̄parās ⁊ instituens dn̄o inspirāte: quasi cōtinuo ad heremum trāsmittendos. ¶ Hec cum in ordine filiorum tertiū Bernardum haberet in vtero: somnium vidit presagiū futurorum catellūm scȝ totū cādidum: in dorso subrufum: ⁊ latrantē in vtero se habere. Sup quo territa vehemēter cū religiosum quēdā virū consuluisset: cōtinuo ille spiritū ꝓphetie cōcipiēs quo dauid de sanctis p̄dicatoribus dn̄o dicit. Lingua canū tuorū ex inimicis: trepidanti ⁊ anxie respōdit. Ne timeas bene res agit Optimi catuli mater eris: q̄ domꝰ dei custos futurus: magnos pro ea cōtra inimicos fidei editurus est latratꝰ. Erit em̄ egregius predicator: ⁊ tāq̄ȝ bonus canis: gratia lingue medicinalis: in multis multos morbos curaturus est animarum. Quo responso mulier pia ⁊ fidelis quasi a deo suscepto: leta efficitur/ ⁊ iam tunc in amorem nondū nati tota transfunditur: cogitās sacris cum litteris erudiēdū tradere s̄m modū visionis ⁊ interpretationis: qua ei de illo tā sublimia promittebātur. Qḋ ⁊ factūm est. Mox em̄ vt felici partu edidit: nō modo obtulit eum deo sicut de alijs agere cōsueuerat: sȝ sicut legitur de sācta anna matre samuelis que petitū a dn̄o/ ⁊ acceptū filium in tabernaculo eius destinauit ꝑpetuo seruiturū: sic ⁊ ipsa eū in ecclesia dei acceptabile obtulit munus. Unde ⁊ q̄ȝcitius potuit in ecclesia castellionis que postmodū ipsius Bernardi opera a seculari cōuersatione in ordinē regulariū canonicorū promota cognoscit magistris litterarū tradēs erudiendū: egit quicq̄d potuit vt in eis ꝓficeret. Puer aūt ⁊ gratia plenus ⁊ ingenio naturali pollens: cito in hoc desiderium matris impleuit. Nam in litterarū quidem studio supra etatē ⁊ precoetaneis suis ꝓficiebat/ sed in rebus secularibus iam mortificationem future perfectionis velut naturaliter inchoabat. Erat nāq̄ simplicissimꝰ in secretis amās habitare secū: publicū fugitās: mire cogitatiuꝰ. Parētibꝰ obediēs ⁊ subditus: oībus benignus ⁊ gratꝰ domi simplex ⁊ quietus: foris rarus/ ⁊ vltra q̄ȝ credi posset verecundus: nusq̄ȝ multum loqui amans: deo deuotꝰ/ vt purā sibi pueritiā suam cōseruaret: litterarum etiam studio deditus: p quas in scripturis deū disceret ⁊ cognosceret. In quo q̄ȝtū in breui ꝓfecerit: ⁊ q̄ȝ perspicacē in discernendo induerit sensum ex eo qḋ subiungimus aduerti potest.

Capitulum. ij.

Cum adhuc puerulus graui capitis dolore vexaretur: decidit in lectū. Adducta autem ad eū est muliercula quasi dolorē mitigatura carminibus. Quā cum ille appropinquantē sentiret: cū carminalibus instrumentis: quibus hominibus de vulgo illudere consueuerat: cum indignatione magna exclamans a se repulit et abiecit. Nec defuit misericordia diuina bono zelo scti pueri: sed cōtinuo sensit virtutem: ⁊ in ipso impetu spūs surgēs ab om̄i dolore liberatū se esse cognouit. Ex quo cū nō parū in fide ꝓficeret: adiecit ei dn̄s apparere: sicut oliȝ puero samueli in sylo: ⁊ manifestare ei gloriā suam. Aderat nāq̄ solennis illa nox natiuitatis dn̄ice: ⁊ ad solēnes vigilijs oēs vt moris est parabantur. Cūq̄ celebrandi nocturni officij hora aliquātisper protelaretur: contigit sedentē/ expectantēq̄ Bernardū cum ceteris inclinato capite paululū soporari. Affuit ilico puero suo se reuelans pueri Iesu sancta natiuitas: tenere fidei suggerēs incrementa: ⁊ diuine in eo inchoans mysteria contemplationis. Apparuit enim velut denuo ꝓcedens sponsus e thalamo suo. Apparuit ei quasi iterū ante oculos suos nascēs ex vtero matris virginis verbum infans: speciosus forma pre filijs hominū ⁊ puerili sancti in se rapiens minime iā pueriles affectus. Persuasum autē est aīo eius: ⁊ nunc vsq̄ fatet q̄ eā credat horā fuisse dn̄ice natiuitatis. Sed ⁊ facile est aduertere his qui eiꝰ auditorium frequentauerunt: in q̄ȝta bn̄dictiōe ea hora p̄uenerit eum dn̄s cū vsq̄ hodie in his q̄ ad illud pertinēt sacramentū ⁊ sensus ei ꝓfundior ⁊ s̄mo copiosior suppetere videat. Vn̄ ⁊ postmodū in laudē eiusdē genitricis ⁊ geniti ⁊ sancte eius natiuitatis insigne edidit opusculū: inter initia operū suorum seu tractuū sumpta materia ex eo euāgelij loco vbi legitur. Missus est gabriel angelus a deo in ciuitatē galilee: ⁊ cetera q̄ ibi sequūt. Nec illud tacendum qḋ ab ipsis iā puerilibus annis: si quos poterat nūmos habere: clādestinas faciens elemosinas/ ⁊ verecūdie sue morē gerebat ⁊ p etate immo supra etatē pietatis opa sectabat. ¶ Cū autē aliquāto tēpore euoluto: ꝓficiens etate ⁊ gratia apud deū ⁊ hoies puer Bernardus de puericia transiret in adolescentiam mater eius liberis fideliter educatis/ ⁊ vias seculi ingredientibus: quasi peractis oibus q̄ sua erant: feliciter migrauit ad dn̄m. De q̄ nequaq̄ȝ pretereūdū est q̄ cum multo tēpore vixisset cū viro suo honeste ⁊ iuste: s̄m iusticias ⁊ honestates seculi huius/ ⁊ legē/ fidēq̄ cōiugij p aliquot ante obitum suū annos: in eo ad qḋ nutrire filios videbat: ꝓut potuit ⁊ licuit mulieri sub potestate viri cōstitute: nec habenti ꝓprij corporis potestatē: om̄es ipa preuenit. Etem̄ in domo sua/ ⁊ in professione cōiugali/ ⁊ in medio seculi heremiticā/ seu monasticā vitam nō paruo tēpore visa est emulari: in victus parcitate: in vilitate vestitus/ delitias ⁊ pompas seculi a se abdicando / ab actibus ⁊ curis secularibus inquantū poterat se subtrahendo insistendo ieiunijs/ vigilijs ⁊ orationibus: ⁊ qḋ minus assumpte professionis habebat: elemosinis ⁊ diuersis operibus mie redimendo. In quo de die in diē proficiēs ad extrema deuenit: perficiēda in futuro in eo in quo ꝓficiens de hoc seculo migrauit Obdormiuit autē psallētibꝰ clericis q̄ cōuenerant/ ⁊ ipsa pariter psalliēs vt in extremis quoq̄ cū iā vox eiꝰ audiri nō posset: adhuc moueri labia viderent: ⁊ lingua palpitans dominū ꝯfiteri. Demū inter letanie supplicationes: cū diceret: p passioneȝ ⁊ crucem tuā libera eā dn̄e: eleuans manum signauit se/ ⁊ emisit spiritum: ita vt manum non posset deponere quam leuarat.

Capitulum. iij.

Ex hoc Bernardus suo iam more: suo iure victitare incipiens: eleganti corpore: grata facie preminens: suauissimis ornatus moribus: acri ingenio preditꝰ acceptabili polliēs eloquio: magne spei adolescens predicabatur. Cui tanq̄ȝ ingredienti seculum: plures se vie seculi ipsius offerre ceperunt: ⁊ in oibus allurgere ꝓsperitates vite huius: ⁊ magne spes vndiq̄ arridere. Obsidebant autē benignū iuuenis animū sodalium dissimiles mores ⁊ amicitie ꝑiculose: simileȝ sibi efficere gestiētes. Que si ei dulcescere persitissent: necesse erat amarescere illi qḋ in hac vita dulcius cordi eius insederat: castitatis amorem. Cui precipue inuidens coluber tortuosus: spargebat laqueos tēptationum: ac varijs occursibꝰ calcaneo eius insidiabat. Cū em̄ aliquādo curiosius aspiciēdo defixos in quādā oculos aliquādiu tenuisset: continuo ad se reuersus/ ⁊ de semetipso erubescēs apud semetipsum: in seipsum vltor seuerissimus exarsit. Stagno q̄ppe gelidarū aquaruȝ qḋ in ꝓximo erat collotenus insiliēs: tandiu inibi permāsit: donec pene exanguis effectus: p virtutē grē cooperātis: etiā a calore carnalis cōcupiscentie totus refriguit: induens illum castitatis affectū: quē induerat qui dicebat. Pepigi fedus cum oculis meis: vt ne cogitarem quidē de virgine ¶ Circa idem tempus instinctu demonis in lectum dormiētis iniecta est puella nuda. Quā ille sentiens: cū omni pace ⁊ silentio: partē ei lectuli quā occupauerat cessit/ ⁊ in latus alterū se conuertit: atq̄ dormiuit. Misera vero illa aliq̄ȝdiu iacuit: sustinēs ⁊ expectās deinde palpans ⁊ stimulans. Nouissime cū immobilis ille ꝑsisteret: illa licet impudentissima esset erubuit: ⁊ horrore igēti atq̄ admiratione ꝑfusa: relicto eo surgēs aufugit ¶ Cōtigit itē vt cū socijs aliq̄ȝtis apud matronā aliquā Bernardus hospitaretur. Considerās autē mulier adolescētem decorū aspectu/ capta est laqueo oculorū suorū: ⁊ in cōcupiscentiā eius exarsit. Cūq̄ tāq̄ȝ honoratiori oim seorsuȝ ei fecisset lectulū p̄parari: surgēs ipsa de nocte ipudēter accessit ad eū. Quā Bernardus sentiēs nec consilij inops clamare cepit latrones latrones. Ad quā vocē fugit mulier: familia ois exurgit/ lucerna accēditur: latro q̄ritur: sed minime inuenit. Ad lectulos singuli redeūt: fit silentium fiūt tenebre sicut priꝰ: pausant ceteri

sed non

sed non illa misera requiescit. Exurgit denuo: ⁊ bernardi lectu
luꝫ petit: sed denuo ille proclamat/ latrones/ latrones. Queritur
iterum latro: latet iterum: nec ab eo q̄ solus nouerat publicatur.
Usq; tertio improba mulier sic repulsa vix tādē seu metu: seu de
speratione victa cessauit. Cū aūt die seq̄nti iter agerēt arguē-
tes Bernarduꝫ socij quōnā totiens ea nocte latrones somnia
uerit ꝑquirebāt. Quibus ille veraciter inquit aderat latro: ⁊
mihi castitatē hospita nitebatur auferre irreparabilē thesaurū.
¶ Inter hec tamē cogitās ⁊ ꝑpendēs qđ vulgo dicitur nō esse
tutum diu cohabitare serpenti: fugā meditari cepit. Uidebat
enim mundum ⁊ principē eius exterius sibi multa offerētē: ma-
gnas res: spes maiores: sed fallaces oēs: ⁊ vanitatē vanitatū: ⁊
vanitatē oīa: veritatē vo ipāꝫ interius iugiter audiebat clamā-
tē ac dicētē. Uenite ad me oēs q̄ laboratis ⁊ onerati estis: ⁊ ego
reficiam vos. Tollite iugū meum super vos: ⁊ inuenietis requiē
animabus vr̄is. Perfectius vero relinquere munduꝫ deliberās
cepit inquirere ⁊ inuestigare vbi certius ac purius inueniret re
quiem aīe sue: sub iugo xp̄i. Inquirēti aūt occurrit cistercij in-
nouate monastice religionis noua plantatio: messis multa sed
operariis indigens: cū vix adhuc aliquis conuersionis gratia
illuc declinaret: ob nimiam vite ipsius ⁊ paupertatis austerita
tē. Que tamē: cū animū vere deū querētem minime terrerent:
post habita omi hesitatione ac timore: illuc vertit intentioneꝫ/
posse se estimās oino ibi delitescere ⁊ abscōdi in abscondito fa
ciei dei ab omni cōturbatione hominum maximeq; ad effugiū
vanitatis seu de seculari generositate: seu de acrioris ingenij
gratia: seu etiam forte de alicuius nomine sanctitatis.

¶ Ubi vero de cōuersione tractantē/ fratres eius ⁊ q̄ carnaliter
eum diligebant persenserunt: oīmodis agere ceperunt vt ani-
mum eius ad studium possent diuertere lr̄aꝵ: ⁊ amore scientie
secularis: seculo artius implicare. Qua nimirū suggestione (si-
cut fateri solet) ꝑpe modū retardati fuerāt gressus eius: sꝫ ma
tris sancte memorie importune animo eius instabat: ita vt sepi
us sibi occurrentem videre videret: conquerentē ⁊ improperā
tem q̄ nō ad huiusmodi nugacitatem tam tenere educauerat:
nō in hac spe erudierat eum. Demum cū aliquando ad fratres
pergeret in obsidione castri (qđ grancelum dicit) cū duce bur-
gundie constitutos: cepit in huiusmodi cogitatione vehemen
ti⁹ anxiari. Inuentaq; in itinere medio ecclesia quadam diuer
tit: ⁊ ingressus orauit cum multo ymbre lachrymarum expen-
dens manus in celum ⁊ effundens sicut aquā cor suum ante cō
spectum domini dei sui. Ea igitur die firmatū est ꝑpositū cor
dis eius. Nec vero surda aure percepit vocem dicentis. Qui
audit/ dicat veni. Siquidē ab illa hora sicut ignis qui cōburit
siluam ⁊ sicut flāma comburens montes/ hincinde prius vici-
niora queq; corripiens/ postmodū in vlteriora ꝑgrediens: sic
ignis quē miserat dñs in cor serui sui volens vt arderet/ primo
fratres eius aggreditur solo minimo ad cōuersioneꝫ adhuc mi
nus habili seniori patri ad solatium derelicto/ deinde cogna-
tos ⁊ notos socios ⁊ amicos de quibuscūq; poterat esse spes cō
uersionis. Primus omnium galdricus auunculus eius absq; di
latione aut hesitatione pedibus (vt aiunt) iuit in sententiā ne-
potis: ⁊ cōsensum conuersionis vir honestus ⁊ potens in seculo
⁊ in secularis militie gloria nominatus/ dñs castri: i territorio
eduensi: qđ tulliū dicitur. Continuo etiam bartholomeus oc-
currens iunior ceteris frīb⁹ ⁊ necdū miles/ sine difficultate ea
dem hora salutaribus monitis dedit assensum. Porro andreas
Bernardo etiā ipse iunior ⁊ nouus eo tēpore miles verbū fra-
tris difficili⁹ admittebat: donec subito exclamauit. Uideo (in-
quit) matrē meā. Uisibiliter siqdē ei apparuit: serena facie sub
ridens/ ⁊ cōgratulans ꝑposito filioꝝ. Itaq; ⁊ ipse cōtinuo ma-
nus dedit ⁊ de tyrone seculi factus est miles christi. Nec solus
vidit andreas tantoꝝ matrem filiorum letantem: sed cōfessus
est ⁊ Bernardus eādem similiter se vidisse. Guido primo geni
tus frm̄: cōiugio iam alligat⁹ erat vir magnus: ⁊ pre alijs iā in
seculo radicatus. Hic primo paululum hesitans/ sꝫ continuo rē
perpendēs ⁊ recogitās cōuersioni cōsensit: si tamē cōiūx annue
ret. Uerū id quidē de iuuencula nobili: ⁊ paruulas filias nutriē
ti pene impossibile videbatur. At bernardus de mia dn̄i spem
concipiens certiorem: incunctanter ei spopondit aut ꝯsensurā
feminam: aut celeriter morituram. Demum cū omnimodis illa
renueret vir eius magnanimus: immo ea iā preuentus fide vir
tute in qua postmodum excellenter enituit: virile cōsiliuꝫ dño
inspirante cōcepit: vt abijciens quicquid habere videbat in se
culo vitā institueret agere rusticanam laborare scilicet manib⁹
proprijs: vnde suam sustentaret ⁊ vxoris vitam quā inuitā dimit
tere non licebat. Interiꝫ superuenit bernard⁹: qui vndiq; alios
atq; alios colligens discurrebat. Nec mora flagellatur ꝑdicta
guidonis vxor infirmitate graui. Et cognoscēs q̄ durū sibi es-
set contra stimulū calcitrare: accercito bernardo veniā depre-
cabatur/ ⁊ prior ipsa cōuersionis petit assensum. Deniq; iuxta
morem ecclesiasticum separata a viro/ interueniente pari voto
castitatis in cetū sctimonialium trāsijt feminarū: religioseq;
hodie seruiens deo. ¶ Secundus natu post guidonē/ gerardus
erat miles in armis strenu⁹: magne prudētie/ benignitatis exi-
mie: ⁊ qui ab omnibus diligeretur. Qui ceteris vt dictū est pri-
mo auditu ⁊ prima die acquiescentibus (vt mos est sapientie se
cularis) leuitatem reputans: obstinato animo salubre consiliuꝫ
⁊ fr̄is monita repellebat. Tum bernardus fide iam igne⁹: ⁊ fra-
terne charitatis zelo mirū in modū exasperatus scio (inq̄t) scio
sola vexatio intellectū dabit auditui. Digitūq; lateri eius ap
ponens: veniet (inq̄t) dies/ ⁊ cito veniet/ cum lancea lateri huic
infixa peruiū iter ad cor tuū faciet consilio salutis tue qđ asper
naris: ⁊ timebis quidem sed minime morieris. Sic dictum sicq;
factum est. Paucissimis interpositis diebus circūuallatus ab
inimicis/ captus: ⁊ vulneratus iuxta verbum fratris: lanceam
gestans ipsi lateri eidēq; infixā loco cui ille digitū applicuerat
trahebat: ⁊ mortē q̄si iā ꝑntē metuēs clamabat. Monach⁹ sum
monach⁹ sum cisterciēsis. Nihilominus tn̄ captus: ⁊ reclusus in
custodia est. Uocatus est bernardus ꝑ celerē nunciū sed non ve
nit. Sciebam (inquit) ⁊ ꝑdixeraꝫ q̄ durū esset ei contra stimulū
calcitrare: nec tamē ad mortem ei vulnus hoc sed ad vitam. Et
factum est ita. Siquidē de vulnere preter spē cito cōualuit/ ꝑ-
positum vero seu votū qđ vouerat nō mutauit. Cūq; iam liber
ab amore seculi hostilibus adhuc vinculis teneret: ⁊ hoc solum
esset qđ ꝯuersiōis eius ꝑpositū retardaret: in hoc etiam cito af
fuit ei mia dei. Uenit frater eius laborās/ vt erui posset/ sed nō
profecit. Et cū nec loqui ei permitteretur accedēs ad carcerem
clamauit. Scito frater gerarde: q̄ ituri sumus in proximo ⁊ mo
nasterium introituri. Tu vero q̄ñ quidē exire nō licet: hic mona
chus esto: sciens q̄ vis ⁊ nō potes: ꝑ facto reputari. Cūq; ge-
rardus magis ac magis anxiaret paucis interpositis diebus
audiuit vocē in somnis dicētem sibi hodie liberaberis. Erat
autem sacrū quadragesime tēpus. Circa vespertinā itaq; diei
horā cogitans qđ audierat: cōpedes suas tetigit: ⁊ ecce ex par
te crepuit in manu eius ferrum: vt minus iam teneret ⁊ aliqua
tenus incedere posset. Sed quid ageret? Erat ostium obseratū
⁊ pre foribus pauperuꝫ multitudo. Surrexit tn̄/ ⁊ nō tā spe eua
dendi q̄ tedio iacendi: seu curiositate tētādi accedēs ad ostiū
subterranee domus in qua vinctus ⁊ clausus erat mox vt pessu-
lum tetigit: sera tota inter manus eius collapsa est: ⁊ ostium do
mus apertum. Exiensq; pedetentim sicut homo cōpedit⁹: ad ec
clesiam vbi adhuc vespertina celebrabant officia pretendebat
Porro medici qui pre foribus domus astabant videntes quod
fiebat: ⁊ diuinitus exterriti in fugam versi sunt nihil clamantes
Cumq; iam ecclie propinquaret: egrediens quidem de familia
domus captiuitatis sue germanus illius a quo custodiebatur
vidensq; eum ad ecclam ꝑperantem/ tarde (inquit) gerarde ve-
nisti. Expauescēte illo/ festina ait: adhuc superest quod audias
Oculi quippe eius tenebant nec prorsus q̄d ageret intellige-
bat. Demū ad altiores gradus ecclie cū adhuc cōpeditū (data
manu) gerardum subleuasset: introeūte illo ecclam: tūc primū
quid ageretur agnouit: ⁊ conatus est retinere nō potuit. Hoc
modo gerardus a captiuitate amoris seculi huius: ⁊ captiuita
te filioꝝ seculi liberatus: votū qđ vouerat fideliter exoluit. In
quo potissimū notū fecit dñs a q̄nta ꝑfectione sancte conuersa
tionis grām iste dei famulus ceperit: qui in ei⁹ spū q̄ fecit q̄ fu-
tura sunt qđ erat futurum videre potuit quasi iam factū. Pntia
liter quippe in latere fr̄is: ei lancea apparebat: q̄si digitum ap
plicuit loco vulneris mox futuri/ sicut postmodum ipse cōfessus
est: cū ab his interrogaretur quibus ctare non poterat.

¶ Cū autē ceteri (vt diximus) prima die in eodē essent cū bernar
do spū cōgregati mane intrātibus eis ecclesiā/ aplicum illud
capitulum legebat: fidelis est de⁹: q̄ q̄ cepit in vobis opus bo-
num/ ipse ꝑficiet vsq; in diē Jesu xp̄i. Qđ deuot⁹ iuuenis haud
secus accepit q̄ si de celo sonuisset. Exultans itaq; spūalis iā
pater regeneratorū in christo fratrū suorū: ⁊ manū dn̄i intelli-
gens secū operantē: cepit ex hoc ꝑdicatiōi insistere ⁊ quoscūq;
poterat aggregare/ cepit nouū induere hoiem: ⁊ cū q̄bus de lit
teris seculi: seu de seculo ipso agere solebat: de serijs ⁊ conuer
sione tractare: ostēdens gaudia mūdi fugitiua vite miserias/ ce
lerem mortē/ vitā post mortē: seu in bonis/ seu in malis ꝑpetuā
fore. Quid multa? Quotquot ad hoc ꝑordinati erāt: operāte in
eis grā dei: ⁊ v̄bo ⁊ vtutis ei⁹ ⁊ orone: ⁊ instātia serui ei⁹ primo cū
ctāti: deīde cōpūcti: alter post alteꝝ credebāt: ⁊ ꝯsentiebāt. In
ter quos adiunct⁹ est ei etiā dñs Hugo matisconensis: qui ho
die rapt⁹ a pōtiniacēsi cenobio qđ ipse edificauit antisiodorē
si ecclesie ꝑest: merito ⁊ honore pōtificis hic audiēs de cōuer-
siōe socij ⁊ amici charissimi: flebat q̄si ꝑditū: quē seculo mortuū
audiebat. Ubi aūt primo data ē vtriq; facultas mutui colloquij

post dissimiles lachrimas/ ⁊ gemitus dissimiliū dolorū: verba
verbis ceperunt conferri/ ⁊ res rebus cōparari. Cūq; inter ipa
verba familiaris amicitie hugoni infunderetur spiritus verita
tis: aliam iā faciē habere ceperūt verba mutue collocutionis.
Datis itaq; dextris in sodalicium noue vite: longe dignius ve
riusq; facti sunt cor vnum ⁊ anima vna in christo: q̄ȝ in seculo an
te fuissent. Post paucos autē dies nunciatur bernardo subuer
sum ab alijs socijs hugonē a proposito resilire. Qui oportunita
te inuenta: q̄ magnus quidam episcoporum conuentus illis in
partibus haberetur festinat vt reuocet pereūtem iterūq; partu
riat. Obseruantes autem predicti sodales: ⁊ subuersores hugo
nis: viso eo predam ambiunt suam/ ⁊ omnē ei loquendi adimūt
facultatem: omnem aditum intercludunt. At ille cum ei loqui
non posset: clamabat pro eo ad dominum. Quo orante cum la
chrymis: subita ⁊ vehemens inundatio pluuie mox erupit. Con
siderant autem in campo q̄ aer serenus esset: et nil tale sperà
rent. Dispersi igitur omnes ad repentinum ymbrem: vicū pro
ximum petunt. At bernardus hugonem tenens: mecum ait su
stinebis huius pluuie guttas. Cumq; soli remansissent: non
fuerunt soli/ sed dn̄s fuit cū eis reddens eis cōtinuo ⁊ aeris/ ⁊
animi serenitatem. Ibi renouatum est fedus: ⁊ propositum cō
firmatum quod non potuit deinceps violari.

¶ Uidebat ista pctōr ⁊ irascebat: dentibus suis fremebat ⁊ ta
bescebat: iustus aūt cōfidens in dn̄o gl'iose de seculo triūpha
bat. Iāq; eo publice ⁊ priuatim predicāte matres filios abscō
debāt: vxores detinebant maritos/ amici amicos auertebant:
q̄ꝛ voci eius spūs scūs tante dabat vocem virtutis: vt vix ali
quis aliquē teneret affect᷒. Crescente siq̄dem numero eoꝝ qui
in hanc conuersionis vnanimitatem consenserāt/ sicut de primi
tiuis eccl'ie filijs legit/ multitudinis eoꝝ erat cor vnuȝ ⁊ anima
vna in dn̄o: ⁊ habitabant vnanimiter simul: nec quisq; aliorum
audebat se cōiungere eis. Erat em̄ eis castellioni dom᷒ vna pro
pria: ⁊ cōis oim̄: vbi conueniebant: ⁊ cohabitabāt: ⁊ colloque
bātur quā ingredi vix aliquis audebat q̄ nō esset de cetu eoꝝ.
Sed ⁊ si q̄s intrabat vidēs ⁊ audiēs q̄ ibi gerebantur ⁊ dicebā
tur sicut de xp̄ianis corinthijs ap̄ls dicit: oibus quodāmō pro
phetantibus conuincebat ab oibus: diiudicabat ab omnibus
⁊ adorans dn̄m ⁊ cōfitēs q̄ vere deus esset in eis: aut ipe vnani
mitati eoꝝ adherebat aut recedēs flebat semetipsum: illos aūt
beatificabat. Hoc enim illis tēporibus: ⁊ in illis erat partibus
inauditum vt alicuius adhuc in seculo cōmorantis cōuersio p̄
sciretur. Ipsi vero quasi mensibus sex post primū p̄positum in
seculari habitu stabant/ vt perinde plures cōgregarentur: dum
quorundam negocia per id temporis expediebantur.

¶ Cū aūt iā suspecta inciperet esse multitudo ne q̄ de nume
ro eoꝝ subriperet is q̄ tēptat: placuit deo sup hoc reuelare q̄d
futurum esset. Aspiciebat em̄ q̄dam eoꝝ in visu noctis: ⁊ vide
bat quasi eos oēs cōsedisse in domo vna: ⁊ p ordinē singulos
quasi cōicare de cibo quodā miri cādoris ⁊ saporis. Quē cete
ris oibus optime suscipientibus: ⁊ cū gaudio magno. Duos ex
omni numero illo notabat a cibi illius salutaris participatiōe
vacuos remāsisse. Alter nāq; eoꝝ nec sumebat: alter sumere qui
dem videbatur/ sed tāq; minus caute sumere spargebat vtrūq;
vero postea p̄bauit euetus. Alter em̄ priusq̄ vētū eēt ad rē/ cō
uersus retrorsum in sc̄lm redijt: alter cū ceteris cepit q̄dē opus
bonum s; nō p̄fecit. Uidi ego eū in seculo postea vagū ⁊ p̄fugū
a facie dn̄i sicut caym q̄ntū aiaduertere potui hoiem h̄ūllimū
⁊ miserabilis cōfusionis s; nimie pusillanimitatis. Qui tn̄ in vl
timis clarāuallē redijt infirmitate corporis ⁊ inopia cogēte: cū
homo bene natus ab oībus cognatis ⁊ amicis p̄ncereꝫ: ibiq;
proprietati renuncians sed non omnino p̄prie voluntati obijt nō
quidē intus sicut frater ⁊ domesticus/ sed foris misericordiam
postulans sicut pauper ⁊ mendicus.

¶ Iā vero adueniente die reddendi voti: ⁊ cōplendi desiderij
egressus est de domo paterna bernardus pater fratrū suoꝝ cū
fratribus suis filijs suis spūalibus quos verbo vite xp̄o genue
rat. Uidēs aūt guido primogenitus frm̄ suoꝝ niuardū fre᷒ suū
minimū: puerū cū pueris alijs in platea: eya inq̄t frater niuar
de: ad te solū respicit ois terra possessionis nr̄e. Ad q̄ꝺ puer nō
pueriliter motus/ vobis ergo inq̄t celū/ mihi terra? Nō ex equo
diuisio hec facta est. Quo dicto abeūtibus illis: tūc q̄dē domi
cū patre remāsit sed modico post euoluto tempore/ fratres secu
tus: nec a patre nec a propinquis seu amicis potuit detineri. Su
pererat de deo dicata domo illa: pater senior cuȝ filia: de q̄bus
etiam suo loco dicemus.

¶ Eo tempore nouellus ⁊ pusillus grex cisterciēsis: sub abbate
degens/ viro venerabili stephano cū iā grauiter tedio ei esse in
ciperet paucitas sua: ⁊ oīs spes posteritatis decideret in quā
sancte illi᷒ paup̄tatis hereditas trāsfunderetur venerantibus
omnibus in eis vite sanctitatē: s; refugiētib᷒ austeritatē repē
te diuina hac visitatione: tā leta/ tā isperata/ tā subita letifica
tus est: vt in die illa responsum hoc a spiritu sancto accepisse si
bi domus illa videretur. Letare sterilis que nō pariebas: erum
pe ⁊ clama que non parturiebas: q̄ꝛ multi filij deserte magis q̄ȝ ei᷒
que habet virum: de quibus postmodum visura es filios filioꝝ
vsq; in multas generationes.

Capitulum. iiij.

Anno ab incarnatione dn̄i. M. cxiij. a cōstitutiōe do
mus cisterciēsis. xv. seruus dei bernard᷒: annos na
tus circiter. xxij cisterciū ingressus: cū socijs ampli
us q̄ȝ. xxx. sub abbate stephano: suaui iugo xp̄i col
lum submisit. Ab illa aūt die: dedit dn̄s bn̄dictionē
⁊ vinea illa domini sabaoth dedit fructum suum: extendēs pal
mites suos vsq; ad mare: ⁊ vltra mare propagines suas. Hec q̄
dem fuere viri dei conuersionis scā principia. Conuersationis
autē eius insignia quomodo vitā angelicam gerēs in terris vi
xit: neminē enarrare posse puto q̄ nō viuat de spū de quo ille vi
xit. Solius quippe donantis ⁊ accipientis est nosse: quantū ab
ipso mox ꝯuersionis exordio p̄uenerit eū dn̄s in bn̄dictionib᷒
dulcedinis sue: quāta repleuerit gratia electionis/ quō ab vber
tate sue domus inebriauerit eū. Ingressus est aūt domuȝ illam
pauperē spū/ ⁊ eo adhuc tp̄e absconditā ac pene nullā/ intētiōe
ibi moriēdi a cordibus: ⁊ memoria hoim̄: ⁊ spe delitescēdi: ⁊ la
tendi tanq; vas perditū: deo aliter disponēte: ⁊ eum sibi in vas
electionis preparāte: nō solū ad ordinē monasticū ꝯfortanduȝ
ac dilatandū: sed etiā ad nomē suum portandū corā regibus et
gentibus: ⁊ vsq; ad extremum terre. Ipse v̄o nil tale de se esti
mans aut cogitās potius ad custodiā sui cordis: ⁊ p̄positi con
stantiā: hoc semp in corde semp etiā in ore habebat. Bernarde
Bernarde ad quid venisti? Et sicut de dn̄o legit: q̄ꝛ cepit iesus
facere ⁊ docere: a prima die ingressus sui in cellā nouicioꝝ/ ipse
cepit agere in semetipso: q̄ꝺ alios erat docturus. Postmodum
em̄ cū iā clareuallis abbas esset ordinatus aduētantibus noui
cijs ⁊ festināntibus ingredi/ audire eū soliti sumus predicantem
ac dicentē. Si ad ea que intus sunt festinatis/ hic foris dimitti
te corpora: que de seculo attulistis. Soli spūs ingrediantur/ ca
ro nō p̄dest quicq;. Quod cū nouicijs ad nouitatem verbi pter
ritis: parcēs teneritudini eoꝝ clementius exponēdo q̄ꝺ dixe
rat: carnalem cōcupiscētiā p̄dicare soleat foris dimittendā: ip
se cū nouici᷒ esset in nullo sibi parcēs istabat omnimodis mor
tificare: nō solū cōcupiscētia carnis que p sensus corporis fiūt
sed ⁊ sensus ipsos p quos fiūt. Cū em̄ iā interiore sensu illumi
nati amoris dulci᷒ ac frequētius sentire inciperet desursum spi
rātē sibi suauitatē: sensui illi interiori timēs a sensibus corpo
ris tātū eis p̄mittebat q̄ntū sufficeret ad exterioris cū homini
bus cōuersatiōis societatem. Q̄ꝺ cū cōtinui vsus instantia in
cōsuetudinē mitteret/ cōsuetudo ei ipsa quodāmodo vertebat
in naturā. Totusq; absorptus in spiritū/ spe tota in deū directa
intentione: seu meditatione spūali/ tota occupata memoria: vi
dens nō videbat: audiens nō audiebat: nihil sapiebat gustanti
vix aliquid sensu aliquo corporis sentiebat. Iā q̄ppe annū inte
grum exegerat in cella nouicioꝝ/ cū exiēs inde ignoraret adhuc
an haberet domus ipa testitudinē quā solemus dicere celatu
ram. Multo tēpore frequētauerat intrans ⁊ exiens domū eccle
sie: cum in eius capite vbi tres erant: vnā tantum fenestraȝ esse
arbitraretur.

¶ Curiositatis em̄ sensu mortificato: nil huiusmodi sentiebat/
vel si forte aliq̄ꝺ eū contingebat videre: memoria vt dictū est)
alibi occupata nō aduertebat. Sine memoria q̄ppe sensus sen
tientis null᷒ est. Natura quoq; in eo non dissentiebat a gratia:
vt in eo quoq; quodāmodo impletum videret esse quod legit:
puer eram ingeniosus: ⁊ sortitus sum animā bonā/ ⁊ cū magis
essem bonus/ veni ad corp᷒ incoinq̄natum. Ad cōtemplāda q̄p
pe spiritualia queq; seu diuina: cū grā spirituali: naturali qua
dam virtute pollebat ingenij: sortitusq; etiam in hoc erat aiam
bonā: sensualitatē nō curiose lasciuā nec supbe rebellē: sed cō
gaudentē spiritualib᷒ studijs, ⁊ in eis que ad deū sunt spōte sub
ditā spiritui ⁊ seruientē: corpus etiam nullius cōtaminatū cō
sensu flagitij: ⁊ si nō nimis neglectū sicut oportebat curaret ad
seruiēdū spiritui in seruitio dei aptissimū instrumentū. Sed cū
caro in eo ex dono preuenientis gratie ⁊ adiutorio subsequētis
nature: ⁊ vsu bono spiritualis discipline/ vix iam aliq̄d cōcupi
sceret aduersus spiritū: hoc est/ q̄ꝺ spim̄ lederet spirit᷒ supra vi
res: supra virtutē carnis ac sanguinis/ tanta aduersus carnem
concupiscebat: vt infirmū animal cadēs sub onere vsq; in hanc
dieȝ non adijciat vt resurgat. Quid em̄ dicā de somno q̄ in cete
ris hominibus solet esse refectio laborū ⁊ sensuū: aut mētiū re
creatio? Ex tūc vsq; hodie vigilat vltra possibilitatē humanā.
Nullū em̄ tēpus magis se perdere cōqueri solet q̄ȝ quo dormit
idoneā satis reputās cōparationē mortis ⁊ somni: vt sic dormiē
tes videant mortui apud hoīes quomō apud deū mortui dor
miētes. Un̄ etiā si quē forte religiosuȝ in dormiēdo seu durius
stertentē audierit: seu minus cōposite iacentē viderit patiēter
ferre

ferre vix potest: sꝫ carnaliter eñ seu seculariter/dormire causaꝫ In ipso nāqꝫ tenuem victum tenuis somn⁹ comitatur. In neutro eñ vllam indulget corpori suo societatem: nisi q̄ in vtroqꝫ sumpsisse aliq̄d sat ei ē. Quātū eñ ad vigilias/ vigiliarū ei modus est nō totā noctē ducere insomnē. Porro ad comedēdū vsqꝫ hodie vix aliquādo voluptate trahiꝫ appetitus: sed solo timore defectus: Etenim comesturus priusq̄ꝫ comedat/sola cibi memoria satur est. Si accedit ad sumēdū cibū quasi ad tormentuꝫ A primo siq̄dem cōuersionis sue anno: seu egressionis de cella nouiciorū natura eius cū tenere nimis sem̄p ⁊ delicate cōplexionis fuisset ieiuniꝭ multis: ⁊ vigilijs: frigore ⁊ labore/ duriorib⁹ ⁊ ꝯtinuis exercitijs attrita: corrupto stomacho: crudū cōtinuo per os solet reijcere q̄d ingeritur. Q̄d si quid naturali decoctione digestū transfundiꝫ ad inferiora: ibi nihilominus partibus illis corporis non minoribus infirmitatū incōmodis obsessis: nō nisi cū graui tormēto egrediꝫ. Si quid aūt residuū est ipsum est alimētum corporis eius qualecūqꝫ: non tā ad vitā sustentandā/ q̄ꝫ ad differendā mortē. Semper aūt post cibū quasi pensare solitus est quantū comederit. Si q̄ñ vel ad modicū mēsuram solitā excessisse se deprehenderit/ impune abire non patitur. Sed ⁊ vsus parcimonie sic ei in naturā versus est: vt ⁊ si aliquando corporalis sibi cuiuslibet refectionis plus aliq̄d solito velit indulgere: vix possit. Sic aūt ab initio fuit inter nouicios nouicius: monachus inter monachos: spū validus/ corpore infirmus: nil indulgentie circa corporis quietē seu refectionē: nū remissionis de cōmuni labore vel opere fieri sibi aliq̄ñ acquiescens. Ceteros nāqꝫ sanctos esse arbitrabaꝫ ⁊ ꝑfectos: se ꝟo sicut nouitium ⁊ incipientē/ nequaq̄ꝫ emeritoꝝ perfectorumqꝫ indulgentijs ⁊ remissionibus indigere: sed feruore nouitio: ⁊ ordinis districtione: ⁊ rigore discipline. Propter q̄d communis vite seu ꝯuersationis: feruētissimus emulator cū opus aliq̄d manuū fratres actitarent: q̄d seu minor vsus ei: seu imperitia denegabat/ fodiendo seu ligna cedēdo: ⁊ ꝓprijs humeris deportādo/ vel quibuslibet laborib⁹ eque laboriosis illud redimebat. Ubi ꝟo vires deficiebant: ad viliora queqꝫ opera confugiens/ laborem humilitate cōpensabat. Et mirū in modū is qui tantā i cōtemplatione rerū spūaliū ac diuinarum acceperat gratiam/ circa talia nō solum occupari patiebatur sed ⁊ plurimum delectabatur. Sed mortificata (vt dictū est) sensualitate: cuius seu curiositate: seu infirmitate/ in huiusmodi laborum corporaliū distractionibus ꝑfectorum etiam quorūcūqꝫ mentes sepe necesse est: ⁊ si non intentione certe memoria ⁊ cogitatione ab interiore vnitate spūs aliquam pati dissolutionē: spē priuilegio maioris gratie in virtute spūs simul ⁊ totus quodāmodo exteri⁹ laborabat: ⁊ totus interius deo vacabat in altero pascens cōscientiam: in altero deuotionē. Laboris ergo tēpore/ ⁊ intus orabat seu meditabatur absqꝫ intermissione exterioris laboris: ⁊ exterius laborabat absqꝫ iactura interioris suauitatis. Nā vsqꝫ hodie quicquid in scripturis valet quicquid in eis spūaliter sentit/ maxime in siluis ⁊ in agris meditando ⁊ orādo se cōfitetur accepisse/ ⁊ in hoc nullos aliq̄ñ se magistros habuisse: nisi quercus et fagos/ ioco illo suo gratioso/ inter amicos dicere solet.

¶ Messis tempore fratribus ad secandū cū feruore ⁊ gaudio sancti spiritus occupatis: cū ipe quasi impotēs ⁊ nescius laboris ipsius: sedere sibi ⁊ requiescere iuberetur: admodum contristatus: ad orationem confugit/ cum magnis lachrymis postulans a deo donari sibi gratiā metēdi. Nec fefellit simplicitas fidei desiderium religiosi. Continuo nāqꝫ quod petijt impetrauit. Et ex illo die in labore illo pre ceteris peritum se esse cum quadam iocunditate gratulatur: tanto in hoc opere deuotior: q̄ꝫto se in hoc ipso facultatem ex solo dei dono reminiscitur accepisse. Feriatus autem ab huiusmodi labore vel opere iugiter aut orabat/ aut legebat/ aut meditabatur. Ad orandum si se solitudo offerret vtebatur: sin autē vbicunqꝫ seu apud se seu in turba esset: solitudinem cordis ipse sibi efficiens vbiqꝫ solus erat. Canonicas autem scripturas simpliciter ⁊ seriatim libenti⁹ ac sepius legebat/ nec vllis magis q̄ꝫ ipsarū verbis eas intelligere se dicebat/ ⁊ quicquid in eis diuīe sibi elucebat veritatis aut virtutis in p̄rime illibi originis sue fonte/ magis q̄ꝫ in decurrentibus expositionum riuis/ sapere testabatur. Sanctos tamen ⁊ orthodoxos earum expositores humiliter legens nequaq̄ꝫ eorum sensibus suos sensus equabat: sed subijciebat formandos ⁊ vestigijs eorum fideliter inherens sepe de fonte vnde illi hauserant ⁊ ipse bibebat. Inde est q̄ plenus spiritu/ quo om̄is sancta scriptura diuinitus est inspirata/ tam confidenter: ⁊ vtiliter ea vsqꝫ hodie (sicut apostolus dicit) vtitur ad docendum ad arguēdū ad corripiēdū: ⁊ dū p̄dicat ꝟbū dei: q̄cq̄d de ea affert in medium: sic patens ⁊ placens efficit: ⁊ circa id vnde agitur efficax ad monendum: vt mirentur omnes tam seculari q̄ꝫ spūali p̄diti doctrina in verbis gratie q̄ ꝓcedūt de ore ei⁹. Capl'm.v.

Um autem cō placuit ei qui eum segregauit a seculo: ⁊ vocauit vt ampliore gr̄a reuelaret in eo gloriā suā: ⁊ multos filios dei q̄ erāt dispersi ꝑ eū ꝯgregaret in vnū: misit in cor abbatis stephani ad edificandam domū claraualis mittere fratres eius. Quib⁹ abeūtibus ipsum etiā dñm Bernardū prefecit abbatē: mirātibus sane illis tanq̄ꝫ maturis ⁊ strenuis tam in religione q̄ꝫ in seculo viris/ ⁊ timētibus ei/ tū ꝓ tenerioris etate iuuētutis: tum pro corporis infirmitate: ⁊ minori vsu exterioris occupationis. Erat aūt claraualis locus in territorio lingonēsi: nō lōge a fluuio alba: antiqua spelūca latronū: ⁊ antiquitus dicebaꝫ vallis absinthialis: seu ꝓpter abundātis ibi absinthij copiā: seu propter amaritudinē doloris incidentiū ibi in manus latronū. Ibi ergo in loco horroris ⁊ vaste solitudinis ꝯsederūt viri illi virtutis/ facturi de spelūca latronū tēplū dei: ⁊ domū orationis. vbi simpliciter aliquāto tp̄e deo seruierūt in paupertate spūs: in fame: ⁊ siti: in frigore ⁊ nuditate/ in vigilijs multis. Pulmentaria sepius ex folijs fagi conficiebāt. Panis instar ꝓphetici illi⁹ ex ordeo ⁊ milio ⁊ vitia erat: ita vt aliq̄ñ religiosus vir quidā appositum sibi in hospitio vbertim plorās clā asportauerit: quasi ꝓ miraculo oībus ostendenduꝫ: q̄ inde viuerent homines/ ⁊ tales homines. At viruꝫ dei minus ista mouebant. Summa ei sollicitudo de salute multorum: que a prima die conuersionis sue vsqꝫ ad hoc tempus tā singulariter sacrum illud pectus noscitur possidere: vt erga oēs animas maternū gerere videaꝫ affectum Erat ergo vehemens in precordijs eius sancti desiderij: ⁊ sancte humilitatis conflictus Modo eñ seipsum deijciens: fatebatur indignum per quem fructus aliquis ꝓueniret: modo oblit⁹ sui estuabat flagrātissimo ardore vt nullam nisi ex multorū salute consolationem posse admittere videretur. Sane fiduciam charitas pariebat: sed eādem castigabat humilitas. Contigit autē inter hec vt aliq̄ñ temperius solito surgerent ad vigilias. Quibus pactis cū vsqꝫ ad matutinas laudes aliquāto lōgius superesset noctis interuallum/ egressus foras: ⁊ loca vicina circuiens: orabat deū/ vt acceptum haberet obsequium suū: ⁊ fratrum suoꝝ in eo quod diximus spiritualis fructus desiderio cōstitutus. Subito vero stans in ipa oratione: modice interclusis oculis/ vidit vndiqꝫ ex vicinis montibus tantā diuersi habit⁹ ⁊ diuerse cōditionis hominum multitudinē in inferiorem vallē descendere: vt vallis ipsa capere nō posset. Quod quid significauerit/ iam om̄ibus manifestum est. Hac igitur vir domini visione magnifice consolatus. exortatus est etiam fratres suos cōmonens eos de mīa dei nunq̄ꝫ desperare. Capl'm.vj.

Um vero ante instantē hyemē gerardus frater ei⁹ cellararius domus apud eū durius quereret ad necessaria dom⁹ ⁊ fratrū multa deesse: nec habere se vnde ea coemeret ⁊ vigente necessitate/ iam nullaꝫ verborū reciperet consolationē: res autē in ꝓmptu nō esset que daretur: vir dei q̄ꝫtū interim ad presentes angustias sufficere posset inquisiuit. Ille vero vndecim libras respondit. Tum dimittēs eum ad orationē confugit. Post paululum ꝟo rediēs gerardus: mulierē quādā de castellione foris esse/ ⁊ velle ei loq̄ nūciauit. Ad quā cū egrederet: ꝓcidens ad pedes ei⁹ eadē mulier duodecim librarū bñdictionē ei obtulit: orationum suffragia implorans viro suo periculose egrotanti. Quam breuiter allocutus dimisit a se: vade inquiens: sanum inuenies virū tuū. Illa ꝟo abiens in domū suā: sicut audierat sic inuenit Abbas vero consolās pusillanimitatem cellararij sui: ad sustinendum dñm de cetero reddidit fortiorē. Nec tantū semel hoc ei contigisse certum est/ sed sepe cū huiusmodi necessitas instaret repente vnde non sperabatur auxilium ei a domino affuisse Propter quod viri prudētes intelligentes manum dñi esse cū eo/ teneritudinem mētis eius a delicijs p̄adisi nuper egressi: rerum exterioꝝ sollicitudine grauare cauebant: eas ipi intra semetipsos vt poterāt digerētes: ⁊ tm̄modo de interioribus ⁊ cōscientijs suis: ⁊ causa animarū suarū cū consulentes. In quo tamen pene hoc eis cōtigit: q̄d filijs israel legimus oliꝫ de moyse contigisse: cū diu cōuersatus cū domino in mōte syna: ⁊ de caligine nubis egrederet ⁊ descēderet ad populū: ⁊ ex colloquio dñi facies eius cornuta appareret: ⁊ terribilis adeo vt fugeret popul⁹ ab eo Egressus eñ vir ille sanct⁹ a facie dñi qua in solitudine cistercij: ⁊ sublimioris altitudine cōtemplatiōis in silētio aliq̄ꝫdiu fruit⁹ erat quasi de celo afferēs inter homines miraculum quoddā: cōquisite sibi apud deū plusq̄ꝫ humane puritatis: homines quos regere/ ⁊ inter quos cōuersari veniebat/ pene oēs a se absterruit. Siquādo nāqꝫ de spiritualibus ⁊ edificatione animarū sermonem ad eos habebat: loquebatur hoib⁹ lingua angelorum: ⁊ vix intelligebatur. Maxime autem in his que ad mores hominum ꝑtinebant ex abundantia cordis sui tā sublimia eis ꝓponebat/ tā perfecta exigebat ab eis: vt durus

videretur sermo intantum nō capiebat que dicebant. Rursum cum sigillatim eos audiret confitentes sibi ⁊ semetipsos accusantes super diuersis illusionibus cogitationum communium humanarum quas nullus in carne viuens homo penitus euitare potest/ hoc potissimū fuit: i quo luci illi ad tenebras illas cōuētio esse nō potuit. s. q̄ hoīes inueniebat quos in hac parte angelos estimabat. Angelicā eñ magna ex parte degustans puritatum: ⁊ ex cōscientia iam olim accepte a deo gratie singularis: simpliciter preiudicans vniuerse conditioni humane fragilitatis: in temptationes: seu inquinationes cogitationum harum: nullum religiosum posse incidere: vel si incideret vere religiosum non esse estimabat. Sed viri vere religiosi ⁊ pie prudentes ⁊ in predicatione sermonum eius venerabantur etiam que non capiebant/ ⁊ in cōfessionibus suis licet ad nouum stuperēt auditum/ eo q̄ seminarium quoddā desperationis preferre viderent infirmis: tamen iuxta sententiam scti iob nefas putabāt cōtradicere sermonibꝰ scti: non excusantes sed accusantes infirmitatem suam in cōspectu hominis dei: in quo nemo viuens iustificari potest in conspectu dei. Vñ factuz est vt fieret magistra magistri pia humilitas discipulorum. Cum eñ ad nutum arguētis humiliarentur qui arguebantur: cepit etiā spirituali magistro aduersus fratres hūiles ⁊ subiectos zelus suus esse suspectus intantū vt ipe iam potius accusaret ignorantiam suam ⁊ defleret necessitatē qͦ silere nō liceret: cū nesciret loqui: qͦ nō tam alta ad homines q̄ indigna hominibus loquēdo lederet ꝯsciētias auditorum: qͦ tam scrupulose perfectionē a fratribus exigebat/ in quo se nondum inueniret ipse perfectum. Cogitabat namq̄ eos multo meliora ⁊ viciniora saluti sue in silētio suo meditari q̄ ab ipso audirent: deuotius ⁊ efficatius salutem suam operari q̄ ex eius exemplo acciperent: ex predicatione vero eiꝰ scandalizari potiꝰ q̄ aliq̄d cōcipere edificationis. Cūq̄ super hoc vehementius turbaretur ⁊ contristaretur: ⁊ diuerse cogitationes ascēderent in cor eius/ post multos cogitationum fluctus ⁊ cruciatus cordis/ decreuit ab exterioribus omnibus ad interiora sua recolligere se: ibiq̄ in solitudine cordis et secreto silentij continere ⁊ prestolari dominum donec quocunq̄ modo misericordie sue super hoc ei suam reuelaret volūtatē. Nec tardauit mia dei auxilium in tempore oportuno. Paucis siquidem euolutis diebus vidit in visu noctis puerum cum claritate quadam diuina astantem sibi: ⁊ magna auctoritate precipiētem fiducialiter loqui quicq̄d ei suggereretur in apertione oris sui: quoniam nō ipse esset qui loqueretur sed spiritus q̄ loqueretur in eo. Et extunc manifestius in eo ⁊ ꝑ eum loquēs spiritus sanctus: ⁊ sermonem ei potentiorem ⁊ sensum in scripturis abūdantius suggerēs in apertione oris eiꝰ apud auditores quoq̄ ei gratiam addidit: ⁊ auctoritatem: intellectum super egenū ⁊ pauperem: peccatorem/ penitentem/ et veniam postulantem.

¶ Cumq̄ iam aliquatinus didicisset inter homines cōuersari ⁊ humana agere ⁊ tolerare: iāq̄ inter fratres suos ⁊ cum eis inciperet frui fructibꝰ conuersionis sue pater quoq̄ q̄ solꝰ domi remāserat veniens ad filios suos appositus est ad eos. Qui cū aliquantum tempus ibi fecisset/ obijt in senectute bona. Soror quoq̄ eorum in sclo nupta ⁊ sclo dedita cū in diuitijs ⁊ dilitijs seculi periclitaretur: tādē aliquādo inspirauit ei deꝰ vt fratres suos visitaret. Cūq̄ venisset quasi visura venerabilē fratrē suū/ ⁊ adesset cū comitatu superbo ⁊ apparatu: ille detestans ⁊ execrās eā tanq̄ rhete diaboli ad capiendas aīas: nullatenus acquieuit exire ad videndā eā: Quod audiens illa cōfusa ⁊ cōpuncta vehemēter/ cū ei nullus fratrū suorū occurrere dignaretur: cum a fratre suo andrea quē ad portā inuenerat monasterij ob vestium apparatū stercus inuolutū argueret: tota in lachrimis resoluta/ ⁊ si peccatrix suz (inquit) ꝓ talibus christus mortuus est. Qz eñ peccatrix sum: idcirco consilium ⁊ colloquiū bonorū requiro. Et si despicit frater meus carnē meā ne despiciat seruꝰ dei animā meā. Veniat precipiat quicquid preceperit facere parata sum. Hanc ergo ꝓmissionē tenēs exiit ad eam cum fratribꝰ suis frater eius. Et qz eā separare a viro nō poterat: primo verbo omnem ei mundi gloriam in cultu vestium ⁊ in omnibus seculi pompis et curiositatibus interdixit: formam vite matris sue in qua multo tempore vixit cum viro ei indixit: ⁊ sic eaz a se dimisit. Illa vero obediētissime parēs precepto: rediit ad propria mutata repēte ꝫm omīpotētiā dextere excelsi. Stupebant oēs adolescentulā nobilē/ delicatam/ subita mutatione in habitu ⁊ victu in medio seculi vitā ducere heremiticam: instare vigilijs ⁊ ieiunijs ⁊ ꝯtinuis orōnibus/ ⁊ ab oī seculo prorsus se facere alienā. Biēnio postea sic vixit cū viro suo/ illo sane sc͞do maxime anno dāte deo honorē: nec temerare vlterius presumente tēplum spūsscti. Qui etiā tandē virtute eius pseuerātis victus: liberāq̄ a se dimittēs iuxta ritū ecclesie facultatē ei ꝯcessit seruiēdi deo cui se ꝓbauit. Illa vͦo optata libertate potita monasterium iulleium adiens: cū sanctimonialibus inibi deo seruientibus reliquū vite sue deo vouit/ vbi tantā ei dñs gratiā ꝯtulit sctitatis/ vt nō minus aīo q̄ carne illoꝝ ꝓbaret virorū dei esse germana.

Capitulum. vij.

Cum aūt missus nouiter claramuallē Bernardus ordinandus esset in ministeriū ad qͦ assumptus erat: ⁊ sedes lingonēsis vacaret/ ad quam ordinatio ipsa respiciebat: querentibus fratribus qui eū ducerent ordinandū: cito de ꝓximo se obtulit bona fama venerabilis cathalaunensiū epī opinatissimi illius magistri guillermi de cāpellis: illucq̄ eū transmittendum esse diffinituz est. Sicq̄ factū est: abijt aūt cathalaunū assumpto secuz elbodone monacho quodā cisterciense. Intrauit ergo predicti episcopi domū iuuenis exesi corporis ⁊ moribundi/ habitu quoq̄ despicabilis/ subsequēte monacho seniore ⁊ magnitudine ⁊ robore corporis eleganti: alijs ridentibus: alijs irridentibꝰ alijs rē sicut erat interpretando venerātibus. Cū autē quereret quis eorum esset abbas: episcopus primus oculos in eum apertos habens agnouit seruum dei/ ⁊ suscepit eum sicut seruus dei. Cuz enim primo in priuato colloquio omni melius locutiōe prudentiam iuuenis magis magisq̄ ꝓderet verecūdia loquendi: intellexit vir sapiens diuinaz visitationē in aduētu hospitis sui: nec defuit hospitalitatis pia instantia donec vsq̄ ad familiarem fiduciam ⁊ libertatez loquendi producto colloquio ad alterutrū iam melius eum commēdaret cōsciētia sua q̄ verba. Quid multa? Ex illa die ⁊ ex illa hora facti sunt cor vnum ⁊ anima vna in domino: intantum vt sepe alter alterum hospitē deinceps haberet: ⁊ ꝓpria esset domus episcopi claraualli: claraualliensiuz vero efficeretur non sola domus episcopi/ sed ⁊ per ipm tota ciuitas cathalaunēsis. Quinetiam ⁊ remēsis prouincia ⁊ gallia tota: per eum in deuotionem excitata est ad reuerentiam viri dei. Ab illo siquidem tanto episcopo ceteri didicerūt suscipere euz ⁊ reuereri tanq̄ angelū dei ita vt huius tēporis presensisse in eo gratiam videatur homo tante auctoritatis: sic affectus erga ignotum monachum/ ⁊ monachū tante humilitatis. ¶ Modico vero post tēpore transacto/ cū eousq̄ infirmitas abbatis ingrauesceret vt iā nō nisi mors eius: aut oī morte grauior vita speraretur ab epo visitatus est. Cūq̄ viso eo epūs se nō solum vite eius sed ⁊ sanitatis spē habere diceret si consilio eius acquiescens ꝫm infirmitatis sue modum aliquā corpori suo curā pateret impendi: ille vͦo a rigore vel vsu consuetudinis sue minꝰ facile flecti posset ꝓfectꝰ epūs ad capl͞m cisterciense ibi corā paucis abbatibꝰ q̄ cōuenerēt pontificali humilitate ⁊ sacerdotali charitate toto corꝑe in terrā ꝓstratꝰ petijt ⁊ obtinuit vt toto anno vno in obedientiā sibi traderet. Quid eñ tante hūilitati in tanta posset auctoritate negari? Reuersus itaq̄ claraūallem extra claustra ⁊ terminos mōasterij: domūculā vnā ei fieri p̄cepit: ordināns ⁊ mādans in cibo vel potu siue in aliquo eiusmodi circa eū nullā ibi teneri ordinis districtionē: nullā de tota cura domꝰ ad eū referri sollicitudinē/ sz ibi euz viuere ꝫm modū ab eo ꝯstitutū. Eodē tp͞e ⁊ ego claraūallē/ ipm̄q̄ frequētare cepi. Quē cū ibi cū quodā abbate altero visitarē/ inueni eū in suo illo tugurio quale leprosis in cōpitis publicis fieri solet. Inueni autē ex p̄cepto vt dictū est epī ⁊ abbatū feriatū ab oī sollicitudine domus/ tā interiori q̄ exteriori: vacantē deo ⁊ sibi/ ⁊ quasi in delicijs paradisi exultantē. Ingressusq̄ regiū illud cubiculū: cū cōsiderarē habitationē: ⁊ habitatorez: tantā mihi deum testor domus ipsa incutiebat reuerētiā sui/ ac si ingrederer ad altare dei. Tātaq̄ affectus suz suauitate circa hoim illū tātoq̄ desiderio in paupertate illa: ⁊ simplicitate cohabitandi ei/ vt si optio illa die mihi data fuisset nil tā optassem q̄ ibi cū eo semꝑ manere ad seruiendū ei. Cūq̄ ⁊ ipe vicissim nos cū gaudio suscepisset: ⁊ q̄reremꝰ q̄d ageret: quomō sibi viueret: mō illo suo generoso arridēs nobis: optime inq̄t. Ego cui hactenus hoīes rationabiles obediebāt/ iusto dei iudicio irrationali cuidā bestie datꝰ suz ad obediēdū. Dicebat aūt de quodā hoīe rusticano ⁊ vano nil ꝓrsus sciente ipm̄q̄ ab infirmitate q̄ laborabat curatuꝝ se iactitāte/ cui ad obediēdū ab epo ⁊ abbatibus ⁊ fratribus suis traditus erat. Ibiq̄ cū eo mādūcātes: cū arbitraremur hoīem tā infirmū tāteq̄ ꝓuidētie cōmissuz sicut oportebat ꝓcurādū: ⁊ viderēmꝰ ei agēte medico illo suo offerri cibos quos sanus q̄s vix ꝑ angustia famis attingeret videbamꝰ ⁊ tabescebamus: vix regulari silētio nos cohibēte q̄n in illū q̄si sacrilegū ⁊ homicidā ira ⁊ cōtumelijs īsurgeremꝰ. Ipe autē i quē hec fiebāt indifferēter cūcta sumēs eq̄ oīa approbabat sicut q̄ sensu ipo corruptor pene emortuo sapore vix aliq̄d discernebat Nam ⁊ sagimē crudū ꝑ errorē sibi oblatum pro butyro multis diebus noscitur comedisse: oleum bibisse tāq̄ aquā ⁊ multa talia contingebant ei. Solā quippe aquam sibi sapere dicebat: eo q̄ dū sumeret fauces ⁊ guttur ei refrigerabat. Sic ergo tūc eū inueni: ⁊ sic habitabat in illa solitudine sua vir ille dei. Sed non erat solus/ cū quo erat deus ⁊ custodia ⁊ ꝯsolatio sanctoꝝ

angeloꝝ

angeloꝝ. Qḋ etiā manifestis indicijs demōstratū est. Nocte em̄ quadā solito attētius orādo effuderat sup se aīam suā cū tenui ter soporatus: voces audiuit tanꝙ transeūtis multitudinis co piose. Euigilans aūt ⁊ easdē voces plenius audiēs: cellā quoqꝫ in qua iacebat egredit̄: ⁊ ꝓsequit̄ abeūtes. Haud procul aberat locus densis adhuc spinarū vepriūqꝫ frutectis abundans / sed nunc lōge mutatus ab illo. Sup hūc aliquādiu stabāt velut al ternātes chori hincinde dispositi: ⁊ vir sanctus audiebat ⁊ de lectabat̄. Cuius tñ mysteriū visionis nō prius agnouit ꝙ trans latio post aliquot annos edificijs monasterij eodē loco positum oratoriū cerneret / vbi voces illas audisset. Mansi aūt indign⁹ ego cū eo paucis diebus: quocūqꝫ oculos vertebā mirās quasi celos me videre nouos: ⁊ terrā nouā: ⁊ antiquoꝝ egyptioꝝ mo nachoꝝ patrū nostroꝝ antiquas semitas: ⁊ in eis nr̄i tp̄is hoim recentia vestigia. Erat em̄ tūc tp̄is videre clareuallis aurea se cula cum viri virtutis olim diuites in seculo ⁊ honorati tūc in paupertate xp̄i gloriantes / ecclesiā dei plantarent in sanguine suo / in labore ⁊ erūna in fame ⁊ siti: in frigore ⁊ nuditate: in pse cutionibus ⁊ contumelijs ⁊ angustijs multis: preparātes clare valli eā quam hodie habet sufficientiā ⁊ pacē. Neqꝫ enim se tā sibi ꝙ xp̄o ⁊ fratribus inibi deo seruituris viuere estimātes: ꝓ nihilo habebāt quicquid sibi deesset / dū relinquerēt post se qḋ illis sufficeret / ⁊ ad subsidiū necessitatis ⁊ ad aliquā ꝯscientiā voluntarie pro christo paupertatis. Primaqꝫ facie ab introeun tibus claramuallem per descensum montis deus in domibus eius cognoscebatur: cum in simplicitate ⁊ humilitate edificio rum / simplicitatem ⁊ humilitatem inhabitantium pauperum christi vallis muta loqueretur. Deniqꝫ in valle illa plena homi num: in qua nemini ociosum esse licebat: oībus laborantibus ⁊ singulis circa iniūcta occupatis: media die medie noctis silē tium a superuenientibus inueniebatur: p̄ter laboꝝ sonitus: vel si fratres in laudibus dei occuparent̄. Porro silētij ipsius ordo ⁊ fama tātam etiā apud seculares hoies superuenīētes sui facie bat reuerentiā: vt ⁊ ipsi nō dicā praua vel ociosa / sed aliqḋ etiā qḋ ad rē attineret / ibi loq̄ vererent̄. Loci vero ipsius solitudo inter opaca siluarū ⁊ vicinorū hincinde mōtiū angustias i quo serui dei latebant speluncā illam sancti benedicti patris nostri quodāmodo representabat: in qua aliquādo a pastorib⁹ inuen tus est: vt cuius imitabātur vitā / habitationis etiā eius ac soli tudinis formā aliquā habere viderent̄. Omnes quippe etiā in multitudine solitarij ibi erāt. Vallē nāqꝫ illā plenā hoibus or dinis ratione charitas ordinata: singulis solitariam faciebat ꝙ sicut vnus homo inordinatus etiam cum solus est ipse sibi turba est: sic ibi vnitate spūs ⁊ regularis lege, silētij in multitu dine hoim ordinata solitudinē cordis sui singulis ordo ip̄e de fendebat. Domibus vero ⁊ habitaculis simplicibus: victus in habitantium ꝑsimilis erat. Panis nō tā furfureus ꝙ terreus vi debat̄ / duris fratrum laboribus vix de terra deserti illius steri li ꝓductus / cetera quoqꝫ cibaria queqꝫ vix erāt aliquid saporis habentia / preterꝙ fames seu amor dei faciebat. Sed ⁊ ip̄m no uicij feruoris simplicitas sibi tollebat cum quasi venenum arbi trantes quicquid comedētem vtcūqꝫ delectaret / recusarēt do na dei propter gratiam quā in eis sentiebant. Cū em̄ circa om ne genus carnalis tollerentie cū adiutorio gratie dei: studium spiritualis patris hoc in eis effecisset: vt plurima que hoi in car ne constituto impossibilia prius videbantur / iā nō solum con stanter peragerēt: ⁊ sine murmuratione: sed etiā cū ingenti de lectatione: ipsa delectatio aliā in eis pepererat murmurationē eo periculosiorē / quo eā estimabāt quasi remotiorē a carne spi ritui propinquiorē. Persuasum quippe habētes ⁊ quasi cū testi monio cōsciētie sue memorie fideliter cōmēdatū: inimicā esse aīe oēm delectationē carnis: quicquid carnē cū qualibet dele ctatione nutrire videret̄ fugiēdū arbitrabant̄. Quasi enim per aliā viam reduci se putabāt in regionē suā: cum pre dulcedine amoris interioris / amara eque ac dulcia delectabiliter edēdo / delectabilius viuere sibi viderent̄ in heremo: ꝙ prius vixissent in seculo. Cūqꝫ in hoc suspectam aliquatenus haberēt spūalis patris quotidianam correptionem: quasi carni eorū plusꝙ spūi deferentem: aliquando ad iudicium predicti cathalaunēsis ep̄i qui tunc forte aderat: res delata est. Super quo vir ille potens in verbo / sermonem ad eos aggressus ad eum finem perduxit: vt omnem hoiem quicūqꝫ dona dei recusauerit propter gratiā dei inimicum esse gratie dei: ⁊ spūi sancto resistere ꝓnunciaret Adducta siquidem historia de helyseo ꝓpheta ⁊ filijs prophe tarum cum eo in desertis locis vitam heremiticam ducentib⁹ quomodo cum aliquādo ad horam refectionis ventū esset: ama ritudo q̄dā mortis in olla decoctiōis eoꝝ inuēta / ꝑ virtutē dei ⁊ ministeriū prophete: ꝑ infusionē farinule dulcorata est: olla in quit illa ꝓphetica olla vestra est: nisi in se nisi amaritudinem ha bēs. Farina vero amaritudinē in dulcedinē ꝯuertēs: grā dei ope rans est in vobis. Sumite ergo securi ⁊ cū gratiarum actione / qḋ cū naturaliter minus aptum fuerit vsibus humanis / ad hoc ꝑ gratiā dei vestris est vsibus aptatū: vt vtamini ⁊ comedatis. In quo si inobediētes ⁊ increduli ꝑmanetis: resistitis spūi scō: ⁊ gratie eius ingrati estis.

Capitulum viij.

Hec ergo fuit in tēpore illo sub abbate bernardo et magisterio eius: in clarissima ⁊ carissima valle illa spiritualium schola studioꝝ / hic feruor regularis discipline: oīa eo faciente ⁊ ordinante / ⁊ taberna culum deo in terris edificante s̄m exēplar quod ei in monte ostensum est: cūm in solitudine cisterciensi cum deo in nube habitaret. Et vtinā post rudimēta prime conuersationis: postqꝫ didicit aliquatenus ⁊ ꝯsueuit hō cū hoibus esse / ⁊ intel ligere super egenū ⁊ pauperē compatiendo infirmitatibus ho minum. Vtinam se circa semetip̄um talem exhibuisset qualem erga ceteros tā benignum / tam discretum / tam sollicitum. Sed continuo cum ab annue illius obedientie vinculo solutus: ⁊ sui iuris effectus est: velut arcus distentus ad pristinum rigorem ⁊ sicut torrēs detentus ⁊ dimissus: ad prioris cursus consuetu dinem reuersus est: quasi repetens a semetipso penas diuscule illius q̄etis ⁊ damna laboris intermissi. Videres hominē imbe cillem ⁊ languidū: conari ⁊ aggredi quecūqꝫ vellet / minus con siderare quid posset: sollicitū pro oībus / circa seipsum negligē tem: oīb⁹ in oībus alijs obedientissimū: sed de seipso vix aliquā do seu charitati: se potestati obedientē. Semper em̄ priora sua nulla reputās: maiora moliebatur ad nō parcendū corpori / ad studijs spūalibus robur addendū: corpus suū varijs infirmita tibus ꝑ se attenuatū: ieiunijs insuper ⁊ vigilijs sine intermissio ne atterendo. Orabat stans die noctuqꝫ donec genua eius infir mata a ieiunio ⁊ pedes ei⁹ a labore inflati / corpus sustinere nō possent. ❡ Multo tēpore ⁊ ꝙdiu occultū esse potuit: cilicio ad carnem vsus est vbi vero sciri aduenit cōtinuo illud abijciens ad cōmunia se cōuertit. Cibus eius cū pane lac: vel aqua deco ctionis legumīnū / vel pultes quales infantibus fieri solēt. Ce tera vel ei⁹ infirmitas nō recipiebat: vel parcimonie studio ip̄e recusabat. Vino si quādo vtebat̄: raro ⁊ nimis modico: cū ma gis aquā ⁊ īfirmitati sue ⁊ appetitui cōpetere testaret̄. Sic aūt affectus ⁊ cōfectus: a cōmuni fratrū labore: seu diurno / seu no cturno: vix se aliqñ patiebat̄ eē excusatū: seu ab occupationib⁹ ⁊ laboribus ministerij sui. Videbāt eum ⁊ cōuersationē ei⁹ ho mines medici ⁊ mirabātur / tantāqꝫ vim eū in seip̄o causabant̄ inferre nature: ac si agnus ad aratrū illigatus arare cogeretur Nam cū crebra illa ex corruptione stomachi per os eius indi geste cruditatis eruptio: alijs inciperet esse molestior maxime autem in choro psallētium: nō tñ illico collectas fratrū dese ruit: sed iuxta locum stationis sue ꝓcurato ac defosso in terra receptaculo doloris illius: sic aliqñ diu prout potuit necessita tem illam transegit. At vbi ne hoc quidē ꝑmisit intolerātia rei tunc demum collectas deserere ⁊ seorsum secum habitare com pulsus est: nisi ꝙtū siue collocutionis / siue cōsolationis gratia siue discipline claustralis necessitate ꝯuentui eum fratrū aliqñ oportebat interesse. Et hec fuit tristis illa necessitas: qua pri mo scā illa fraternitas: scē illius paternitatis iugi consortio carere posse coacta est. In quo dolemus quidē: ⁊ plangim⁹ in firmitatis eius tristem effectū sed scī desiderij: ⁊ spūalis feruo ris affectum veneramur. Quāqꝫ nec infirmitatis eius effectus: vsqꝫquaqꝫ plangendus sit ⁊ dolendus. Quid em̄ si voluit sapiē tia dei per infirma potius hominis illius: tot tantaqꝫ cōfunde re fortia mundi huius? Quid vero aliquādo pro qualibet infir mitate eius remāsit infectū: qḋ per eum s̄m sibi datam gratiam fieri oporteret? Quis em̄ nostra etate ꝙtūuis robusti corporis ⁊ accurate valitudinis: tāta aliqñ fecit ꝙta iste fecit ⁊ facit mo ribundus ⁊ lāguidus / ad honorem dei ⁊ sancte ecclesie vtilita tem? Quātum postea numerū hominū verbo ⁊ exēplo traxit de sclō / nō solū ad cōuersionem: sed ad ꝑfectionē? Quātas ex eis per totum xp̄ianum orbē cōstituit domos / seu ciuitates refugij: vt quicūqꝫ peccauerit ad mortē: ⁊ eterne mortis rei iudicati fue rint: reminiscantur ⁊ cōuertant̄ ad dominū: ⁊ cōfugiāt ad eas: ⁊ saluent̄ in eis? Que scismata ecclesie nō sedauit: quas nō cōfu dit hereses: quā pacem inter dissidētes ecclesias ⁊ populos nō restituit? Et hec quidē cōmunia sunt. Ceterū q̄ bona innume ris hominib⁹ singillatim ꝑstitit: pro causa: ꝓ persona: ꝓ loco ꝓ tp̄e: qs enumeret? Porro si nimietas in eo reprehēdit̄ scī seruo ris: habet certe apud pias mentes excessus iste reuerētiā suam qua quicūqꝫ spiritu dei agūtur: multū verētur in seruo dei rep hendere nimiū istā nimietatē: habet ⁊ facilē apud hoies excu sationem: cū vix audeat quisqꝫ eū cōdemnare quem deus iusti ficat: tam multa / tam sublimia cum eo ⁊ per eum operando. Fe lix cui solum reputatur ad culpā: qḋ ceteri presumere sibi solēt ad gl̄am. Fuerit autē bono iuueni suspecta iuuētus sua [illegible] quippe q̄ semper est pauidus: fuerit ei studiū tantam virtutum plenitudinem quam habebat ex gratia: aliqua etiā laboris sui

conscientia cumulare. Sed z vita eius que omnibus propone-
batur imitanda: frugalis continentie exemplo carere non de-
buit. In quo seruus dei z si nimietate forsitã excessit: pijs certe
mentibus non de nimietate s3 de feruore exemplũ reliqt. Quid
autem eũ nitimur excusare in quo ipse qui veretur omnia opera
sua: nõ confundit: vsq3 hodie se accusare sacrilegij arguẽs q' ser
uitio dei z fratrum suoꝝ abstulerit corpus suũ dũ indiscreto
feruore imbecille illud reddiderit ac pene inutile. S3 ꝯualuit
de infirmitate: z infirmus fortior z potẽs factus est. Virt⁹ nãq3
dei vehementius in infirmitate ei⁹ refulgens ex tũc vsq3 hodie
digniorẽ quandã apud homines ei efficit reuerentiã: z in reue
rentia auctoritatem: z in auctoritate obediẽtiam. Iam tũc eñ
ad opus predicationis diuinitus aptabat: ad qđ vt supradictũ
est ex vtero matris sue/cũ testimonio diuine reuelationis olim
fuerat presignitus. Nec tunc tñ modo: sed omni tempore con-
uersionis z subiectionis: z prelationis sue ipso ordinante: quo
z agente cõgruo ordine ad hoc instituebatur: z ignorans quid
de se fieret: non solum monastico/sed z omni eccl'iastico ordini
in hoc preperabatur. Et primũ quidẽ circa resuscitandũ in mo
nastico ordine/antiq̃ religionis feruorẽ: primitias iuuentutis
sue dedicauit: exemplo z verbo in conuentu fratruz intra septa
monasterij ad hoc omi studio vacãs. Postmodũ [illegible] cũ ad aliũ
vite z cõuersationis ordinem infirmitate corporis cogeret: z si
cut dictum est necessitas infirmitatis: z ordo necessitatis/a cõ
muni eum cõuersatione conuẽtus/plus solito sequestraret: hec
prima cepit esse occasio: vt quasi hominibus de seculo expositus:
quorum iam ad euz multitudo magna confluebat: ipe etiã
presentiam suam liberius eis ac liberalius cõmodans: verbum
vite predicaret. Cũq3 z longius aliq̃ a monasterio ꝓ causis ec
clesie communibus obediẽtia traheretur: z quocũq3 veniret vn
decũq3 locuturus de deo silere nõ posset et agere que dei sunt
non cessaret: sic in breui apud homines innotuit: vt ecclesia dei
tam vtili membro in corpore suo reperto: vti ad quodcũq3 opor
tebat nõ dissimularet. Sed z licet a primo flore ineũtis etatis:
fructibus spũs semp abundauerit: ab hoc tñ tpe copiosius ei
addita est sicut ap'l's dicit manifestatio spũs ad vtilitatẽ: sermo
scilicet fecũdior sapientie ac sciẽtie cũ gratia prophetie: opera
tiones virtutũ/z diuersarũ opitulationes sanitatũ. Quoꝝ que
dam q̃ certa narratione didici: qua fide a fidelibus mihi viris
assignata sunt: eadem z ipse legentibus resigno. Capitulum.ix.

Primũ ergo signũ hoc fuit: qđ in manu serui sui mun
do celebre x̃ps effecit. Cũ aliquantos iam in clare-
ualle explesset annos: ꝯtigit virũ nobilẽ/z ipsius q3
s'm carnẽ propinquũ Iosbertum de firmitate qđ est
oppidũ proximum monasterio / grauiter infirmari.
Qui subito p̃occupatus amisit penitus intellectũ pariter z lo-
quelaz. Unde z filius eius Iosbertus iunior z oẽs simul amici
eo magis affligebant dolore: qđ sine ꝯfessione z viatico: vir ma
gnificus z magnifice honoratus obiret. Cucurrit nũcius ad ab
batẽ: neq3 enim tunc in monasterio erat. Venit z inuenit eũ iam
triduo sic iacentẽ. Compassus autem homini: sed z motus la-
chrymis filij eius simul z lugentiuz ceteroꝝ cõfisus est de mia
dei: z sermonẽ magnificũ protulit dicẽs eis. Notum vobis est
q' in pluribus homo iste grauauit ecclesias: oppressit paupes:
offendit deũ. Si mihi creditis: vt eccl'ie restituantur ablata/z
vsurpate in grauamẽ pauperuz consuetudines dimittantur/lo
quetur adhuc/z suorum confessionẽ faciet delictorum: diuina
quoq3 suscipiet sacramenta deuotus. Mirantur omnes: letatur
filius: familia oĩs exultat: quicqđ precipit homo dei firmiter
ei promittitur/z impletur. Ceterũ frater eius gerardus/z gal-
dricus auũculus nõ parũ territi z turbati secretius eũ super ta
li promissione cõueniunt: durius arguũt: acrius inuehunt. Qui
bus breuiter simpliciterq3 respondẽs: facile inquit facere po-
test deus: quod difficile credere vos potestis. Itaq3 post secre-
tam orationẽ: ad oblationez sacrificij immortalis accedit. Quo
offerente: nũcius superuenit: qui indicaret prefatum iosbertuz
libere iaz loquentẽ rogare obnixius/vt vir dei festinaret ad eũ
Cui etiam post oblatũ sacrificiũ venienti: cũ lachrymis z gemi
tu peccata cõfessus: diuina sacramẽta suscepit: z duobus post
hec aut tribus diebus viuens z loquens: ea maxime que ꝑcepe
rat abbas sanctus: cõstituit sine vlla retractatione seruari. S3
z disposuit domui sue: z elemosinas dedit/z sic demum x̃piano
more: in bona spe misericordie dei animaz exalauit. ¶ Reuerte
batur aliquando pater sanctus a pratis: z obuiam habuit mu-
lierem paruulum filium in brachijs deportantem: quem de lon
ge attulerat ad eum: ab vtero matris habentem manum arri-
dam z brachium totum. Motus autem lachrymis matris z pre
cibus iussit puerum deponi: factaq3 oratione continuo signans
puerum/z brachium/z manum eius dixit mulieri vt vocaret fi-
lium suum. Vocauit illa infantem: z ille accurrit/ z vtroq3 bra-
chio amplexat⁹ matrẽ iaz sanus factus est ex ea hora. ¶ Erãt
autem huius beati viri fratres z filij spirituales mirãtes super
his que audiebant z videbant de eo. Nec tñ more carnaliuz in
gloriam eleuabantur humanam: sed iuuenili eius etati/z noue
adhuc ꝯuersationi: spirituali sollicitudine metuebant. In quo
nimirum zelo galdricus auunculus eius: z guido primogenit⁹
fratrum/ceteros anteibant: vt ipsos tanq̃ geminos quosdã sti
mulos carnis sue: ne gratiarũ magnitudo eum extolleret/ acce
pisse diuinitus videret. Neq3 enim parcebant verbis durioib⁹
exagitantes teneram verecundiam eius: calumniantes etiã be
ne gesta: signa oĩa anhilantes: z hoiem mansuetissimuz nihilq3
contradicentẽ: frequẽter vsq3 ad lachrymas improperijs z op-
probrijs affligentes. Narrare solet venerabilis ep̃s lingonẽsis
godefridus sancti viri z propin quus sanguine: z conuersione
socius: z ex tunc per omnia indiuiduus comes/primo miraculo
qđ per manus eius fieri vidit: predictum germanum eius affu-
isse Guidonẽ. Erat enim eis transitus per castrum nantonis in
territorio senonũ: z inuenis quidã cuius pedem fistula occupa
uerat: predicti patris tactũ z benedictionẽ cũ multa supplica-
tione petebat. Signatus aũt statim conualuit: z post paucissi-
mos dies regressi per idez oppidũ sanũ eũ atq3 incolumẽ inue
nerũt. Ceterũ sepe dictus beati viri frater me ipso quidẽ potes-
rat cõpesci miraculo/quominus increparet euz/z ꝑsumptionis
argueret qđ acquieuerit tangere hoiem: tanta siquidẽ charita
te pro eo sollicitus erat. Capitulum.x.

Circa idez tempus accidit: vt auũculus eius galdri
cus qui z ipse zelo simili eius mansuetudinem (sicut
prediximus) duris increpationibus obtinebat: gra-
uissimis febribus laboraret. Demum ingrauescen-
te morbo/ipsa doloris magnitudine superatus: ab-
batem humili obsecratione compellat vt sui misereatur: z opẽ
sibi ferat: quã ceteris consueuit. At ille cuius spiritus sup mel
dulcis/primũ leniter breuiterq3 cõmemorãs crebras sup huius
modi obiurgationes ipsius z imponens ei ne forte hec diceret
temptans eũ: persistenti tamẽ manum imponit: z febrem absce
dere iubet. Nec mora ad imperium eius reliquit eum febris: ex
pertum in semetipso quod in ceteris arguebat. Idẽ quoq3 gal-
dricus cum in claraualle aliquantos iã pageret annos: feruẽs
spũ z totius boni emulator: ex hac luce migrauit. Qui ante vnã
fere horã mortis turbatus ad momentũ/z toto corpore terribi
liter motus infremuit: sed ad pristinã serenitatẽ reuersus vultu
deinceps placidissimo expirauit. Noluit aũt dñs sollicitũ ab-
batis animum huius rei cognitione fraudari. Siquidẽ post ali
quot dies idem galdricus apparens ei in visu noctis: cũ oĩa er
ga se ꝓspera esse sciscitanti responderet: z in magna sese gratu
laretur felicitate locatũ: demuz interrogatus est quidnam sibi
voluit tã acerba illa in morte/tamq3 repentina cõmotio. Dicebat
aũt q' ea hora duo spũs neq3 velut in puteũ horrende ꝓfundi-
tatis eũ precipitare parassent: vñ territ⁹ ita ꝯtremuit: sed beato
petro accurrente ereptus nihil sensit deinceps lesionis.

¶ Longum esset cũcta narrare: que super his qui ex hac vita
discesserant z eoꝝ felicitate seu etiam necessitate: diuina ei gra
tia reuelare ab ipsis initijs cõsueuit. Unũ tñ dixerim/qđ ob fra
trum cõmonitionẽ aliquotiens etiã ipse cõmemorat. Frater q-
dam bone intentionis: sed durioris erga ceteros fratres ꝯuer-
sationis: z minus compatiens q̃ deberet: in monasterio defun
ctus est. Post paucos autem dies: viro dei apparuit: vultu lugu
bri: z habitu miserabili: significans nõ ad votum sibi cũcta suc
cedere. Interrogatus aũt quid sibi esset: quattuor dilaceratis
sese traditũ querebatur. Ad qđ verbũ ꝯtinuo impulsus est: z q̃si
precipitãter expulsus a facie viri dei. Qui grauius ingemiscẽs
post tergum eius clamauit. Precipio tibi in nomine domini/ vt
qualiter tecum agatur in proximo mihi iterum innotescas. Et
conuersus ad orationem pro eo et oblationem hostie salutaris
aliquos etiam fratrum quoꝝ ampliorem nouerat sanctitatem:
eidem similiter subuenire monebat. Nec ꝓ destitit: donec post
sicut preceperat per aliam reuelationez cognita eius liberatio
ne meruit consolari. Capitulum.x.

Circa hoc tempus in regno gallie z finitimis regio-
nibus fames inualuit: seruorum autem suorum hor
rea/domini benedictio cumulauit. Siquidẽ vsq3 ad
annum illum/nunq̃ eis laboris sui annona suffece-
rat. Sed z tunc quoq3 post messem collectam diligẽ
ter omnibus supputatis: vixvsq3 ad pascha sibi eam posse sufficere
estimabant. Cum autem emere vellent: sumptus non inuenerũt
quod longe carius solito venderetur. Itaq3 ab ipso tẽpore qua
dragesimali: pauperũ ad eos maxima multitudo cõfluxit. Qui
bus erogantes fideliter quod habebant/domino benedicente
ex modica illa annona vsq3 ad messem: ipsi pariter z qui superue
niebant pauperes: alacriter sustentabantur.

¶ Virum pauperem non longe a monasterio habitantem/vxor
adultera: maleficijs cruciebat. Sicut eñ ei ira z furore fuerat

[illegible]

comminata: egerat per malignas incantatiões: vt miser homo consumptis carnibus nec posset mori/nec viuere sineretur. Sepius deniq ⁊ vocis vlum: ⁊ sensum omnem corporis amittebat iterūq redibat non ad vitam: sed ad mortem proliziorē crudeliter reuocatus. Adducitur tandem homo ad virum dei in monasterio demorantē: ⁊ ei tragedia miserabilis explicatur. Qui vehementer indignans antiqui hostis maliciam tantum sibi in christianū hominē vsurpasse: vocans duos e fratribus ante sanctum altare hominē deportari/ibiq superposito capiti eius vasculo eucharistiam continente/in ipsius sacramēti virtute: a lesione christiani iubet demonē prohiberi. Factū est vt preceptis ⁊ miserū hominē post tantos cruciatꝰ: fides perfecta perfecte reddidit sanitati.

Capitulum.xj.

FRater Robertus eiusdē sancti viri monachus et ſm carnem propinquus: in adolescentia sua quorūdam persuasione deceptus: cluniacū sese contulerat. Venerabilis aūt pater posteaq aliquādiu dissimulauit: eundē fratrem statuit per epistolam reuocare. Quo dictante/venerabilis guillermꝰ Ricuallis postea monasterij primus abbas: in mēbrana scribēs eandem excipiebat epistolā. Erant aūt ambo pariter sub diuo sedentes: ad dictandū quippe secretiꝰ septa monasterij egressi fuerant. Subito autē inopinatus imber erupit: ⁊ is qui scribebat (sicut ipso referente didicimus) cartā reponere voluit. Ad quem pater sanctꝰ: opus inquit dei est: scribe/ne timeas. Scripsit ergo epistolā in medio imbris sine imbre. Cum enim vndiq plueret: cartam expositā virtus operuit charitatis: ⁊ qui dictabat epistolam cedulam quoq pariter conseruabat. Et hec quidem epistola ob tam grande miraculū: in codice epistolaꝝ eius a fratribus non immerito prima est ordinata.

¶ Agebatur solennitas quedā precipua: ⁊ frater aliquis quem pro secreta culpa ab altaris sacri cōmunione suspenderat notari timens ⁊ ruborē non sustinens: ad manū eius cum ceteris nimiū presumptuosus accessit. Intuitꝰ aūt eum quoniā causa latens erat: repellere hominē noluit/sꝫ intimo corde orabat deū: vt de tanta presumptione meliꝰ aliqd ordinaret. Itaq sumens homo eucharistiā non poterat ad interiora traijcere: ⁊ diu multumq conatus cū nullo modo preualeret/anxius ⁊ tremebundus clausam ore seruabat. Expleta deniq hora oratiōis sexte: patrem scm̄ traxit in partē: cuius pedibꝰ aduolutꝰ: cū multis ei lachrymis qḋ patiebat aperuit: ⁊ aperto ore ipsam quoq eucharistiam ostendebat. Increpans aūt eū cōfitentem absoluit: et sine difficultate recepit dominica sacramenta.

¶ In minimis etiam rebus magna per eū nouimꝰ cōtigisse. Venerat aliquando fusniacū: que est abbatia vna de primis: quaꝫ ipse edificauit/in Laudunensi territorio sita. Cūq noui ibideꝫ oratorij dedicatio pararetur/ita illud occupauerat muscarū incredibilis multitudo: vt earū sonitꝰ: improbusq discursus: grauem nimis introeūtibus molestiam generaret. Nullo igitur occurrēte remedio: dixit sanctus: excōmunico eas: ⁊ mane omnes pariter mortuas inuenerūt. Cūq pauimentū omne operuissent palis eijcientes ... basilicam mūdauerūt. Hoc autē tam notū ⁊ tam celebre fuit vt inter vicinos quoq/quorum ad dedicationē maxima multitudo conuenit/muscaꝝ fusniacū maledictio in parabolam verteretur.

¶ In eo quoq monasterio cui carusiocꝰ nomen est: puerū quendam qui incessanter flebat ⁊ eiulabat/vir sanctꝰ osculo sanauit. Cū enim per multos dies sine intermissione plorans/nullā reciperet consolationē: quod genus morbi medici nō ignorāt miserabiliter deficiens tabescebat. Quē seorsum alloquēs pater sanctus monebat: vt suoꝝ cōfessionē faceret delictoꝝ. Factā autem confessione: subito vultū serenans: petijt a beato patre sibi osculū dari. Acceptoq osculo pacis ex ore sancti: in omni protinus pace quieuit: ⁊ lachrymaꝝ fonte siccato letus ⁊ incolumis est regressus ad propria.

¶ Exeunti aliquando abbati post fratres reliquos ad laborē: filiū claudū pater obtulit: supplicans vt ei manū imponere dignaret. Excusabat aūt se vir dei dicens: non se esse illius meriti a quo talia deberent bñficia postulari: claudis reddere gressum: apostolice esse/non sue virtutis. Victꝰ tamen patris instātia/signauit puerū ac dimisit. Qui ex hora cōualuit: et intra paucos dies ab eodem iterū patre cū multa gratiaꝝ actione reductus incolumis oblatus est viro dei.

¶ Diuertit aliquando nobiliū cohors militū clareuallem: vt videret locū ipm: ac reuerentissimū eius abbatē. Prope aūt erat sacrū quadragesime tempus/⁊ illi oēs fere iuuenes dediti militie seculari: circuibant querentes execrabiles nūdinas: quas vulgo tornetas vocant. Cepit itaq ab eis petere paucos illos qui ante quadragesimā supererant dies: ne armis interim vterentur. Quibus obstinato animo renuentibꝰ/nec concedere acquiescentibus: confido ait in dño: ꝙ ipse mihi dabit inducias quas negastis. Et accersito fratre/iubet eis ceruisiam propinari benedicens eam et dicens: vt potionem biberent animarum. Biberūt ergo pariter/quidā tamen inuiti: pre amore seculi metuentes eē/quē postea sunt experti diuine virtutis effectū. Ut enī egressi sunt monasterij foras/mutuis sese ceperūt inflāmare sermonibꝰ: quia cor eorū ardens erat in eis. Inspirante igit deo: ⁊ currente velociter verbo eius: eadem hora reuersi/⁊ conuersi a vijs suis: spirituali militie dextras dederūt. Quoꝝ qdam adhuc militant deo: qdam aūt cū eo iā regnāt/carnis vinculis absoluti. Quid aūt mirum: ꝙ deuotis hūc hominem colit obsequijs maior etas: in cuiꝰ deuotionē diuina virtus: ipsam quoq infantiā excitat expertē adhuc rationis ⁊ deuotionis ignaraꝫ? Nosit multi illustrē iuuenē vvalcherū de monte mirabili: cuiꝰ patruus frater vvalcherꝰ inter eos quos prefiximꝰ milites: sacram in clarauallē militiā est professus. Hūc ergo vvlcherū iuniorem: cū adhuc infantulꝰ esset: adhuc anniculꝰ: sola posse cognoscere vbera cognosceret: mater sua bñdicendū obtulit viro dei/gratulabūda ⁊ exultans ꝙ in domo sua hospitē mereretur habere tam scm̄. Cūq vir dei/sicut semper ⁊ in omni loco facere cōsueuerat: de salute ⁊ edificatione animaꝝ/ad circūpositos loqueret: predicti mater infantis tenens eū in gremio: sedebat secus pedes ipsiꝰ. Accidit aūt vt interloquendū aliquando manum protenderet: ⁊ apprehendere eam conabat infantulꝰ. Aduertitur tandē conatꝰ paruuli cū sepiꝰ id fecisset: ⁊ mirantibus vniuersis dat ei facultas: vt manū possit apphēdere quā optauit. Cū vero mira ad modū reuerentia/alterā manū suā supponens: altera tenēs eā/detulit ad os suū: et osculatꝰ est eā. Neq id semel tm̄: sed totiens faciebat: quotiens beatā manū tenere permissus est.

Capitulum.xij.

INfirmabat aliquando homo dei: ⁊ velut riuulus quidam flegmatis incessanter ab eiꝰ ore fluebat. Unde exhausto corpore vsquequaq deficiens: paulominꝰ ad extrema deuenit. Conuenerūt itaq filij ⁊ amici eius/velut ad exequias tanti patris/⁊ ego ipse inter ceteros affui/ꝙ me quoq eiꝰ dignatio in amicoꝝ nūero reputaret. Cūq extremū iam trahere spm̄ videret: in excessu mentis sue: ante tribunal dñi sibi visus est p̄ntari. Affuit aūt ⁊ sathā ex aduerso/improbis eū accusationibꝰ pulsans. Ubi vero ille oia fuerat prosecutꝰ: ⁊ viro dei pro sua fuit parte dicendū: nil territus aut turbatꝰ ait. Fateor non sum dignꝰ ego: nec ppriis possum meritis regnū obtinere celoꝝ. Ceterū: duplici iure illud obtinens dñs meus hereditate. s. patris: ⁊ merito passiōis/altero ipse contentꝰ: alterū mihi donat: ex cuius dono iure illud mihi vendicans nō cōfundor. In hoc vbo cōfusus inimicꝰ: conuētꝰ ille solutus: ⁊ hō dei in se reuersus est. Cūq ex hoc magis dissolutionē sui corpis imminere speraret: visio altera longe dissimilis est secuta. Siquidē velut in littore quodā positꝰ: videbatur sibi nauē que se transueheret expectare. Cū applicuisset nauis ad litꝰ: festinabat ingredi: ⁊ illa sedēs impingebat in aquaꝫ. Usq tertio ita faciens/tandē relicto eo/nauis ibat ⁊ nō reuertebat. Intellexit aūt ptinꝰ: necdū tps sue migratiōis adesse. Adhuc tñ crescebat dolor/eo vtiq magis molestꝰ: quominꝰ iā cū spes imminētis exitꝰ solabat. Cōtigit aūt aduesparscēte iā die: vt ceteris fratribꝰ iuxta cōsuetudinē accedentibꝰ ad lectionē collationū: solus abbas cū duobꝰ fratribꝰ sibi assistentibus remaneret in diuersorio in quo iacebat. Cūq vehementiꝰ affligeret/⁊ supra vires dolor excresceret: aduocans alterū e duobꝰ: iubet citius oratū ire. Excusantē deniq ⁊ dicentē non sum ego talis orator: obedientie auctoritate cōpellit. Itum est ⁊ oratū ad altaria: q̄ in eadē basilica erāt tria. Primū in honore beate dei genitricis: duo circūposita i honore beati Laurētij martyris: ⁊ btī benedicti abbatis. Eadē igit hora affuit viro dei p̄dicta beata virgo/duobꝰ illis stipata ministris: beato. s. Laurētio ⁊ btō Benedicto. Aderāt aūt in ea serenitate ⁊ suauitate q̄ eos decebat et tam manifeste/vt ex ipo introitu cellule: personas quoq discerneret singuloꝝ. Imponētesq ei manꝰ/⁊ loca doloris attactu pijssimo lenientes: oēm ptinꝰ egritudinē depulerūt. Siccatus est enim illico flegmatis riuus: ⁊ dolor omnis abscessit.

¶ Cum autem ⁊ ego aliquando egrotarem in domo nostra: ⁊ iā me nimiū fatigasset ⁊ attriuisset in longuꝫ nimiū se protendens egritudo: audiens hoc misit ad me fratrem suum virū bone memorie gerarduꝫ: mandans me venire ad clarāuallem: spondens me ibi cito aut curandū aut moriturum. Ego vero quasi diuinitus accepta vel oblata facultate: seu apud eū moriendi/seu aliquandiu cum eo viuendi: quorum quid maluerim tunc ignoro. Profectus statim sum illuc: cū iuis cum nimio labore ac dolore. Ubi factum est mihi quod promissum fuerat: et fateor sicut volui. Reddita quippe mihi sanitas est a magna et periculosa infirmitate: sed paulatim vires corporis redierunt. Deus enim bone quid mihi boni contulit illa infirmitas/ferie ille: vacatio illa ex parte ad quod volebam. Nam et cooperabatur ne

cessitati mee/toto illo tempore infirmitatis mee/apud eũ infir-
mitas eius: qua ⁊ ipse tũc temporis detinebatur. Infirmi ergo
ambo/tota die de spirituali phisica anime conferebamꝰ: de me-
dicamenti virtutũ/contra languores vitiorũ. Itaq̃ tunc disse-
ruit mihi de cãtico canticoꝝ: q̃ntum tempus illud infirmitatis
mee permisit/moraliter tñ: intermissis mysterijs scripture illiꝰ:
quia sic volebã: ⁊ sic petieram ab eo. Singulisq̃ diebꝰ quecũq̃
super hoc audiebam ne mihi effugerent scripto alligabã: inq̃n-
tum mihi deꝰ donabat ⁊ memoria me iuuabat. In quo cũ beni-
gne ⁊ sine inuidia exponeret mihi: ⁊ cõmunicaret sniãs intelli-
gentie: ⁊ sensus experientie sue: ⁊ multa docere niteret inexper-
tum q̃ non nisi experiendo discunt: ⁊ si intelligere non poteram
adhuc que apponebant mihi plus tamen solito intelligere me
faciebat quid ad ea intelligenda deesset mihi. Sed de his huc
usq̃ dixisse sufficiat. Cũ autẽ instante dñica que septuagesima
denominatur: vespere sabbati dominicã ipsam precedentis/ iã
tantũ conualuissem ⁊ valerem: vt de lecto per me surgere ⁊ exi-
re: ⁊ intrare possem: vespere sabbati ipsam dominicam precedẽ-
tis cepi disponere de reditu nostro ad nostros. Quod ipse au-
diturum omnino prohibuit/ ⁊ vsq̃ ad dominicam quinquagesime
omnem mihi spem reditus ⁊ conatũ interdixit. Acquieui facile
cum quod precipiebat ⁊ volũtas non abnueret/ ⁊ infirmitas re-
quirere videretur. Cũ autem vltra dominicã illam septuagesi-
me a carnibus quibꝰ vsq̃ ad diem illam ipso precipiente/ et ne-
cessitate cogente vescebar vellẽ abstinere: ⁊ hoc ipsuz ꝓhibuit.
Super quo cũ nec monẽti acquiescerẽ: nec rogantẽ audirẽ/ nec
obedirem precipienti: sic vespere illa sabbati adinuicẽ discessi-
mus/ ille tacitus ad completoriũ: ego ad lectũ. Et ecce infirmi-
tatis mee rabies rediuiua quasi resumptis omnibꝰ viribus pri-
stinis: cũ tanta me vehementia ⁊ ferocitate inuadẽs corripuit/
tantaq̃ malignitate tota nocte illa deuastãdo cruciauit: supra
vires supra virtutem: vt de vita desperans: vix saltẽ vsq̃ ad diẽ
vt vel semel adhuc loquerer viro dei: crederẽ me victurũ. Cumq̃
in dolore illo totam noctẽ duxissem: summo mane accersitꝰ ille
aduenit: non tamen afferens mihi quem solebat vultũ compa-
tientis: sed quasi arguentis. Subridens tamen: quid inquit ho-
die comedetis? Ego vero qui iam ipso tacente: hesternã inobe-
dientiã: certissime interpretabar causam esse illius afflictionis
mee/ quicquid inq̃ precipietis. Quiescite ergo ait: nõ moriemi-
ni modo. Et abijt. Et quid dicã? Confestim omnis dolor abijt:
nisi q̃ fatigatꝰ nocturno illo dolore meo: tota ipsa die vix de le-
cto surgere preualui. Quis eñ aut qualis fuit ille dolor? Nõ re-
colo similẽ me aliquando fuisse perpessum. In crastino autẽ sa-
nus factus sum: ⁊ vires recepi. Et paucis interpositis diebꝰ cũ
bñdictione ⁊ gratia bona/ boni hospitis mei: ad propria rever-
sus sum.

Capitulum.xiiij.

Cumq̃ dilectus deo ⁊ hominibus bernardus/ in illa
valle sua: ⁊ vicinis ciuitatibꝰ ⁊ regionibus quas ali-
quotiens eũ inuisere domestice cure ratio cogebat
tantis floreret virtutibus ⁊ miraculis/ cepit etiã seu
communibꝰ ecclesie necessitatibꝰ: seu charitate fra-
trum: seu obedientia maioꝝ/ ad remotas pertrahi regiones: pa-
ces desperatas inter dissidentes ecclesias: ⁊ principes seculi re-
formare: causas humano sensui ⁊ consilio interminabiles/ auxi-
lio dei pacifice terminare/ ⁊ virtute potiꝰ fidei: q̃ spiritu huius
mũdi de multis huiusmodi impossibilibꝰ possibilia faciendo/ q̃-
si montes transferẽdo magis ac magis in oculis omniũ mirabi-
lis: ⁊ venerabilis apparere. Maxime vero intantum in eo enite-
scere cepit virtus predicationis vt dura etiã corda auditorum
emolliret: ⁊ vix aliquando vacuꝰ domũ rediret. Postmodũ vero
feliciter proficiente/ ⁊ vsu sermonis et exemplo conuersationis
recte verbi dei in manu piscatoris dei: tã copiosas pisciũ ratio-
nalium multitudines cepit concludere: vt de singulis eius ca-
pturis: nauicula domus illiꝰ impleri posse videret. Unde factũ
est: vt in breui maiori miraculo pre omnibꝰ que in hac vita ges-
sit miraculis/ per vnũ hominẽ languidũ ⁊ semineceẽ: ⁊ tantũmo-
do loqui valentẽ: obscura vsq̃ ad illud tẽpus illa vallis et re ⁊
nomine Claraualiis efficeret: diuine cuiusdam claritatis lumẽ
quasi de summo quodã apice virtutũ diffundens in deuexa ter-
rarũ. Et extũc apud vallẽ illam que prius dicebat vallis absin-
thialis ⁊ amara: ceperũt montes stillare dulcedinẽ. Que vacua
fuerat ⁊ sterilis ab omni bono cepit abũdare spirituali frumen-
to: ⁊ de rore celi ⁊ benedictione dei intantũ pinguescere omnia
deserta eiꝰ: ⁊ multiplicata gente magnificare leticiã: vt imple-
tum in ea videatur quod olim per prophetam dictũ est ad ciui-
tatem hierusalẽ. Adhuc inquit dicent in auribꝰ tuis: filij sterili-
tatis tue. Angustꝰ est locꝰ: fac locũ vt habitemꝰ. Et dices i cor-
de tuo. Quis genuit mihi istos? Ego sterilis ⁊ nõ parturiens: ⁊
istos q̃s enutriuit? Iã eñ de locis angustioribꝰ vallis illiꝰ do-
mus claustralis habitationis nõ sine diuinis quibusdam reue-
lationibꝰ translate in locũ planiorem: et spaciosum: magnificate

sibi ⁊ amplificate sunt: ⁊ adhuc multitudini inhabitãtiũ: ipse lo-
cus angustus est. Iam domꝰ ordinis illiꝰ: filie domꝰ ipsiꝰ citra
et vltra alpes ⁊ maria deserta plurima impleuerũt: ⁊ adhuc sũt
et quotidie confluũt: quibꝰ locus querendus est. Et petunt vn-
diq̃ fratres ⁊ mittũtur: cũ beatos se estiment reges gentium ⁊
presules ecclesiarũ/ ciuitates ⁊ regiones quecũq̃ de domo illa
et disciplina viri dei meruerũt contubernium aliquod adipisci.
Quid dico? Ultra homines vsq̃ ad barbaras nationes in qui-
bus naturalis feritas naturã quodãmodo exuit humanam: reli-
gio hec profecta est: vbi per eã bestie silue homines fiũt: ⁊ cum
hominibꝰ assuete conuersari: discũt cantare dño canticũ nouũ.
Quapropter piscator dei precipiẽte dño nõ cessat laxare retia
in capturã: ⁊ alijs abeuntibus: alijs succedentibꝰ in locũ eorum:
nunq̃ sancte illiꝰ congregationis minuit plenitudo. Hoc vsq̃
nunc egerũt/ ⁊ quotidie agũt mirifice eiꝰ capture: cathalaunen-
sis: parisiacensis/ magũtia/ leodiensis: ⁊ aliaꝝ nonnullaꝝ ciui-
tatum: flandrie quoq̃ ⁊ germanie/ italie/ aquitanie/ ⁊ aliarũ re-
gionum quascũq̃: quacũq̃ necessitate contingit aliquãdo: seu
adhuc vsq̃ hodie contingit virũ dei visitare. Cooperante siqui-
dem gratia spiritꝰ sancti quocũq̃ vadit plenꝰ redit: ⁊ sua eũ ple-
nitudo vbiq̃ comitat. Nec dimittit suos quos a se transmittit:
sed vbicũq̃ sunt ⁊ ipse semper paterna sollicitudine cuz eis est.
Et sicut ad locũ vnde exeũt flumina reuertunt: sic ad ipsum quo-
tidie seu leta/ seu tristia filioꝝ suoruz. Sepe etiam sine omni re-
latione carnis ac sanguinis: paterne eius sollicitudini diuinitꝰ
innotescit/ quid circa aliquos eoꝝ longe a se distantes agatur:
si quid eis prouidendum: si i quid eis emẽdandũ sit: temptatio-
nes ⁊ excessus eoꝝ: infirmitates ⁊ obitꝰ: ⁊ quarumlibet secula-
rium tribulationũ incursus. Nam ⁊ pro absentiũ fratruz certis
necessitatibus: presentibꝰ circa se fratribus sepe orationem in-
dicit: nonnunq̃ etiam morientes in locis alijs ad ipsum per vi-
sionem accessisse noscũtur: benedictionem eius ⁊ licentiam po-
stulantes nimirum hoc agente: ⁊ obedientia missorum/ ⁊ chari-
tate mittentis.

¶ Veneram aliquando ad eũ: ⁊ dum loquerer ei: vidi ⁊ audiui
quod silere non debeo. Aderat monachus quidam fusniacẽsis
continuo ad suos rediturꝰ. Cũq̃ accepto responso super his ꝓ
quibus venerat/ iam ab eo egrederetur: in spiritu ⁊ virtute he-
lye reuocans eũ propheta dei/ ⁊ nomine fratris cuiusdã de do-
mo illa premisso: de occultis quibusdam: me audiẽte mandauit
illi vt ea corrigeret/ sin autem super se iudiciũ dei in proximo ex-
pectaret. Stupefactꝰ ille: q̃s hoc ei dixerit/ requisiuit. Quisq̃s in-
quit dixerit mihi tu vade: ⁊ dic q̃ ego dico tibi: ne si dissimula-
ueris/ te quoq̃ inuoluat par pena pcti. Mirabar sup hoc: sz mi-
ranti mihi/ in simili penitꝰ cã multo mirabiliora de eo narrata
sunt. Guido nãq̃ frater eiꝰ/ maior natu inter fr̃es suos: cuiꝰ gra-
uitatis ⁊ ꝓbitatis fuerit vir oẽs sciũt: q̃ eũ sciũt. Hic cũ simul ali-
q̃n essemꝰ: ⁊ de hmõi loq̃remur/ ⁊ q̃rerẽ ego ab eo/ sicut iocunde
ad amicos collocutiõis eẽ solebat: fabule inq̃t sunt q̃ auditis.
Cũq̃ suo more/ ⁊ solito studio fraternas ꝓtutes depmeret: mihi
tñ nollet eẽ molestꝰ: q̃ inq̃t nescio nõ dico vobis: sz vnũ scio ⁊ ex-
ptus sum: multa ei in orõne reuelari. Deinde narrauit mihi quõ
cũ prio mellifluo illa spũaliũ apum aluearia noua de se examina
circũquaq̃ proferre / nouasq̃ ex eis domos ordinis sui edifica-
re cepissent: petẽte ⁊ agente dño guillermo epo in epatu catha-
launẽsi: eã q̃ triũ fontiũ d̃r ꝯstruxerũt. Ad quã cũ abbatẽ cũ mo-
nachis emisissent dõnũ rogeriũ/ virũ nobilẽ bm sclm: sz nobilio-
rem sctitate: ⁊ viros quosdã filiis forme cuz eo: spũalis pr̃ filios
quos emisit nõ dimisit: sz paterna sollicitudine ⁊ pia affectione
cũ eis erat. Uñ cũ die quadã soli simul essent abbas ⁊ ipe cuius
hoc relatiõe didici/ ⁊ de fratribꝰ ipis ad alterutrũ loq̃rent: su-
bito aitꝰ suspirãs/ diuiꝰ aliq̃d solito de eis corde suo sibi rñdẽ-
te: vade ait fratri suo ora ꝓ eis: ⁊ quicq̃d de eis ostenderit tibi
deꝰ/ refer ad me: ipe eñ grauissima valitudine ea hora laborãs
in lectulo tenebat. At ille vehemẽter expauescẽs: absit inquit/
non sum qui hoc modo nouerim orare: qui hoc merear impetra-
re. Perseuerante tamen eo in sententia: itum est ⁊ oratũ. Orans
ergo q̃ntum preualuit: pro singulis effudit animã suaz. Tantaq̃
per singulos in orando ꝓfusus est suauitate cõscientie/ cũ impe-
trandi fiducia/ ⁊ omni gratia spiritualis ꝯsolationis vt in om-
nibus certa fide exauditũ se exultaret spiritus eius / exceptis
duobus in quibꝰ oratio titubauit: hesitauit deuotio/ fiducia de-
fecit. Qd cũ retulisset ad eũ a quo missus erat: ille statim ꝓnun-
ciauit de illis duobus: quod postea probauit euentus.

¶ Abbas aũt rogerius/ ⁊ aliqui qui cũ eo erant: ipi fuerunt q̃s
vir dei aliquãdo de cathalaunẽsi traxerat ciuitate: de quibus
vel in quibꝰ etiam tunc simile quid fuerat factũ. Cũ eñ episco-
pi gratia cathalaunũ frequentaret: rediens aliquãdo traxit se-
cũ multitudinẽ nobiliũ/ ⁊ litteratoꝝ clericoꝝ: ⁊ laicoꝝ. Quibꝰ
adhuc i domo hospitũ demorantibꝰ: dũ nouellas plantationes
celestibus rigaret eloquijs/ superueniẽs portariꝰ monachꝰ: nun-
cians

ciās stephanū de vitreyo magistrū coꝝ adesse/ad renunciandū
seculo:ꝛ cum eis ꝯmorandū. Quis alius de talis viri aduentu
non exultasset:presertim cum vallis illa huiusmodi frumēto nō
multū adhuc abūdaret? Ipse vero reuelante sibi spiritusancto
insidias spiritualis nequitie tacitus aliquātulū ingemiscens:
erupit in vocē audientibus vniuersis. Malignus ait spirit⁹ huc
cū adduxit. Solus venit:solus reuertetur. Obstupuere omnes
qui prius audito eius aduentu/non se capere poterant pre leti-
cia. Verūtamē ne pusillos adhuc scādalizaret filios suscepit ho-
minē:de perseuerātia aliisq; virtutū studiis studiose cōmonuit:
ꝛ sciens ꝛ prudens omnia promittētem nihil acturū:cum vere
deū querentibus ꝛ perseueraturis in cellā nouitioꝝ probandū
intromisit. Sed de omnibus que predixerat:nihil cecidit ī ter-
rā. Vidit idē stephanus sicut cōfessus est cū in cella nouitiorum
adhuc demorareꝶ:maurulū quendā puerū ab oratorio se extra
hentem. Ubi nouē ferme mensibus degens:nouissime tamē de-
fecit:ꝛvt de eo predictum fuerat/ sic solus venerat:sic solus re-
cessit. Frustrata aūt est ꝛ versutia inimici:ꝛquē nouitioꝝ para-
uerat in ruinā:de ipsius potius ruina illi confirmati sunt.

¶ Prius q̄ a cathalauno recedamus:cū aliquādo pater sanctus
inde rediret:frigore ꝛ vento tā ipse q̄ȝ qui cū eo erant grauiter
laborabant. Cūq; precedentibus multis qui tunc forte in comi-
tatu eius erant/nec pre angustia frigoris ad cū attendentibus
pene solus ipse sequeretur:contigit equū vnius de duobus qui
cum eo erant incaute dimissum euadere:ꝛ excurrere per plani-
ciem late patentem. Quem cū apprehendere non possent:ꝛ intē-
peries aeris ad hoc non permitteret vacare diutius: orem⁹ in-
quit. Flexisq; genibus in oratione cū fratre qui cum eo erat vix
adhuc dominicā poterant orationem expleuisse cū ecce equus
ille cum omni mansuetudine rediens subsistit ante pedes ipsi⁹:
ꝛ redditus est sessori suo.

¶ Et vt a cathalauno ad remensem ciuitatē pertrāseamus:con-
tigit aliquando dissentientibus archiepō ꝛ populo remensi ad
conciliandos eos adesse virū dei. Cūq; in palatio eiusdē ciuita-
tis cum Josleno suessionēsi epō consedisset/ꝛ magna cleri ple-
bisq; frequentia repleta domo de pace tractareꝶ:ecce corā oib⁹
misera mulier filiū suum plenū vt putabatur demone ei offerēs
misericordiā precabatur. Siquidē iam ea ipsa die insurgens in
ipsam matrem suam pene eaȝ occiderat:ꝛ mutus effectus:cae-
cus/ꝛ surdus/apertis oculis non videbat: ꝛ stupentibus in eo
sensibus omnibus etiam sine intellectu permanebat. Cōpassus
vero misere matri:quā maxime sensus doloris illius excrucia-
bat misero adolescenti blandiens ꝛ ppriis manibus caput eius:ꝛ
faciem demulcens alloq̄ eum cepit:ꝛ quomodo in matrem suaȝ
mittere manus presumpserit sciscitari. Ille vero ad se reuersus
continuo peccatū suum cognouit:ꝛ deinceps emendationem ꝓ-
mittens incolumis restitutus est matri sue.

¶ In monasterio quoq; quod alpense dicitur inter ceteros qui
curam requirebant infirmos:venit ad cū mulier q̄ caduco mor-
bo laborabat. Hec ipsa hora cū staret coram eo:a repentino im-
petu mali illius corruit. Sed apprehensa vir dñi manu; eius:cō-
tinuo erexit eā:nec tantū in illa hora:sed perfecte omnino cura-
ta est ab infirmitate sua. Capitulū.xiiij.

Lucissa lothoringie femina nobilis:sed non tam no-
biliter victitans:cū vidisset aliquādo in somnis ho-
minē illū dei/serpentes septeȝ horribiles de vtero
suo manibus propriis extrahentē postmodū ad re-
ligiose viuendū ei⁹ admonitione conuersa: vsq; ho-
die se esse de qua septē demonia eiecerit gloriatur.

¶ Noui ego clericū quēdam Nicolaū nomine/seculo pene de-
sperabiliter deditū:sed ꝑ eum de seculo liberatū. Qui cū in cla-
rasualle monastice ꝯuersationis habitū ꝛ ordinē suscepisset: vi-
dens eos qui de seculi illuc naufragio ꝯfugerant:naufragii sui
damna continuis redimere lachrymis/idēq; ipse facere volens
nec valens pre duricia cordis sui:rogabat eū cū magno cordis
dolore:vt impetraret sibi a deo gratiam lachrymaruȝ. Orauit/
tantāq; ei et tam continuam impetrauit compūctionem cordis
cum gratia lachrymarū:vt vix aliquando vltra inuenireꝶ vul-
tus eius in diuersa cōmutati vel oculi eius sine lachrymis etiā
cum comederet:cum iret per viam:vel cum quolibet loquereꝶ.

¶ Tot sunt ꝛ tante quas in hūc modū de eo audiuimus ꝛ vidi-
mus virtutes/ꝛ circa diuersas hoim necessitates/diuerse opi-
tulationes:vt si quis oia velit vel verbo pronūciare vel scripto
fastidiosis incredulitatē:vel in credulis possit gñare fastidium.
In omnibus aūt operib⁹ suis/q̄ȝ purus ei sit oculus intentio-
nis:manifeste denūciat corpus lucide ei⁹ opationis. Summos
quippe honores ecclesiasticos:quasi dignum eum iugiter perse-
quentes:non iactanter respuendo sed religiose ꝛ rationabili-
ter declinando: quid in omni operatione sua semper quesierit/
quo ambierit:manifeste declarat. Cumq; dignus esset vt coge-
reꝶ:nescio quo iudicio dei:ꝛ singularis reuerentia sanctitatis:
iam olim apud omnes obtinuit:ne aliquando aliquid cōtra vo-
luntatem suam cogatur. Sed cum hoc modo/mundi huius fu-
git honorem:omniū honoꝝ non effugit auctoritateȝ: dignus in
conscientiis omniū qui in timore ꝛ amore dei timeaꝶ ꝛ ameꝶ:quo
presente vbicunq; fuerit:nil contra iusticiam audeaꝶ:cui vbicū-
q; aliquid loquiꝶ vel agit pro iusticia:obediaꝶ. Eiusmodi fuit⁹
auctoritate in ecclesia dei: cum obedientie vel caritatis viget
necessitas:nullam refugit incommoditatem laboris sui. Cuius
enim voluntati sic detulit:cuius consilio sic se humiliauit po-
testas omnis:tam secularis/q̄ȝ ecclesiastice dignitatis? Reges
superbi:principes ꝛ tyranni:milites ꝛ raptores sic eum timent
ꝛ reuerenꝶ:vt videaꝶ in eis impletum quod in euangelio legiꝶ
dominus dixisse discipulis suis. Ecce inquit dedi vobis pote-
statem calcandi super serpentes ꝛ scorpiones:ꝛ sup omnem vir-
tutem inimici:ꝛ nihil vobis nocebit. Porro inter spirituales: ꝛ
vbi spiritualia spiritualiter examinanꝶ:lōge ei alia auctoritas
est. Sicut enim diciꝶ per prophetam de sanctis animalibus: q2
cum fieret vox supra firmamentum quod imminebat capiti eo-
rum stabant:ꝛ submittebant alas suas:sic hodie vbiq; terraruȝ
spirituales quiq; loquente eo seu tractante stant/cedendo pre-
cedenti/ꝛ sensibus eius vel intelligentiis:submittunt sensus et
intelligentias suas. Tanta ergo virum illū sanctum vsq; hodie
apud deum ꝛ apud homines commendant sacrarū insignia vir-
tutū/testimonia circūuallant sanctitatis:carismata sancti spi-
ritus illustrant/quodq; maius his omnibus ꝛ difficillimum est
in rebus humanis:hec ei omnia sine inuidia adesse videnꝶ. Cō-
pescit autē ab eo inuidiam/quod omni inuidia maior est: inq̄ȝ-
tum nequitia cordis humani hoc sepe cessat homini inuidere q̄
non potest aspirare:sed et ipse omnem inuidiam aut mortificat
exemplo humilitatis:aut mutat in melius prouocatione chari-
tatis:aut si nequior:vel durior est:obruit pōdere auctoritatis.
Quis enim tam efficacis/ꝛ affectuose prudentie hodie inueniꝶ
ad fouendam charitatem vbi est:ad prouocādam vbi non est tā
ad quoscunq; potest beneficus:ad omnes beniuolus:tantā ha-
bens gratiam ad amicos/patientiam ad inimicos? Si tamē vl-
lum aliquando potuit habere inimicum:qui nulli aliquādo vo-
luit inimicari. Sicut enim amicitia non nisi duorum est:nec nisi
inter duos amicos haberi potest:sic nec inimicitia:nisi duorum
forsitan inimicorū. Qui enim odit vel non diligit diligentem se
non tam inimicus q̄ȝ iniquus est. Sed qui omnem hominem di-
ligens/nullum aliquando inimicum habet virtute sua: nonnun-
q̄ȝ tamē est q' patiatur:inimicante sibi gratis iniquitati aliena.
Charitas autem que totum eum possidet patiens est: benigna
est:sapientia vincens maliciam:patientia impatientiam:super-
biam humilitate.

¶ Subscriptio operis precedētis quā auctore defuncto Bur-
chardus abbas Balernensis apposuit.

Prescriptū opus qđ de vita sanctissimi viri bernar-
di clareuallis abbatis cōscriptum est:a venerabili
Guillermo pridē sancti theodorici abbate: sed tūc
iam monacho signiacensis cenobii ad qđ desiderio
solitudinis ꝛ quieti sese contulerat: vsq; ad tempus
scismatis aduersus innocentiū papā a petro leonis ꝯflatī di-
gestuȝ esse cognosciꝶ. Fuit autē prefato fideli viro spiritalis cā
scribendi amicitia ꝛ familiaritas:quib⁹ viro dei multo tpe cō-
iunctus erat. Unde ꝛ tantā apud illū inuenerat gratiam:vt vix
alter magis intim⁹ inuenireꝶ ad secreta mutue dilectionis cō-
municanda:ad spiritaliū mysterioꝝ cōferenda colloquia. Cui⁹
familiaritatis grā ex eo precipue vsq; modo prodit ad manife-
stationem:q2 plures epl'as idem sanctus scripsit ad illū:in qui-
bus quid de eo sentiat manifeste liquet legentibus illas. Scri-
psit etiā ad ipm librū apologeticum:ꝛ alteꝝ de gratia ꝛ libero
arbitrio. Fuit tñ eidem Guillermo spiritali valētior generalis
causa scribendi/veȝ vtilitas toti⁹ ecclesie dei: ne cū absconditꝶ
vas plenū thesauro desiderabili:ipse quoq; thesaur⁹ pariter ab-
scondaꝶ. Unde non immerito conqueraꝶ: qui exponi desiderat
dicens. Thesaur⁹ inuisus:ꝛ sapiētia abscondita/que vtilitas ī
vtrisq;? Exponit iste diuitias salutis:thesauꝝ desiderabilē: ne
lateat cū gleba:qđ gleba non est: sed preciosissima margarita.
Accidit tamē ei contra desiderium suū/quia sicut ipse in prefa-
tione sua vereri se denūciarat preoccupatus morte non exple-
uit:q̄ȝtum animo conceperat stilo mandanduȝ. Itaq; qui accedit
ad lectionem opis hui⁹:facile satis intelliget a quāta pfectio-
ne pius puer:ꝛ religiosus Bernardus velut alter Bñdict⁹:pri-
mordia ꝯuersionis fuerit agressus qui ꝛ invtero matris sancti-
ficationē visus est accepisse de qua concepta sunt presagia fu-
ture sanctitatis illius vite pariter ꝛ doctrine. Quid etiā adole-
scens fact⁹ agere cepit:in prescripto narraꝶ opere:ac deinceps
vsq; ad virum pfectionis depingiꝶ diligenter/q̄ȝtum (sicut iam
dictum est) licuit optimo pictori:sed preoccupato.

¶ Explicit Liber Primus.

¶ Prefatio domini Bernardi Boneuallis abbatis in scdo libro vite beati Bernardi Clareuallis abbatis.

Viroꝝ illustriū gesta: nonnulli scriptorum laudibꝰ attollentes: verbis ea solēnibus celebrarūt: quorum excellentis ingenij/ ⁊ diserte ligue potuere conamina. Cumq; tractator ⁊ opus iunctis cōplexibus pari sunt federe cōiugati ⁊ ad propositū tegma ordinandū ingeniū ⁊ eloquētia ꝯuenerūt ꝓspere actū est/ ⁊ ad quietū trāquillūq; portū: directo gressu materia digne ordinateq; disposita appulit. Ut vero sublimitas negocij sub imperito artifice naufraga eliditur scopulis: ⁊ succūbente sensus hebitudine tractatoris lassatur presumptio/ sero de correctione initur consiliū: quia que in multos effusa sunt: nec reuocari possunt nec corrigi: ⁊ dissonantiā scripti ⁊ operum venustiꝰ esset abradi ꝙ emendari. Hec ergo mecū reputans et reuoluens: omnino timeo ne sicut ipe multoꝝ imprudētie soleo indignari: qui cū scientia ⁊ facūdia careant: ad scribendū precipites: cū se vehementer emunxerint eliciūt sanguinē/ ita ⁊ ego si quod supra me est aggrediar: meipm derisioni exponā. Quis enim ego sū/ qui ad scribenda gesta sanctissimi viri Bernardi clareuallis abbatis aspirem/ qui nostris temporibus singulari religione floruit ⁊ doctrina: cuiꝰ odor exinanitꝰ vniuersam repleuit ecclesiam: cuiꝰ gratia operante dño/ signis et miraculis declaratur/ Quot in monasteriū eiꝰ litteratos viros: quot rhetores: quot philosophos seculi huiꝰ schole miserūt ad cōuersationem theoricā: ⁊ mores diuinos/ Que non sibi floruit disciplina: vbi erant examia magistroꝝ ⁊ egregij viri exercitatio intellectu insignes/ qui diuinis studijs inherentes: multis gratiarū auctoramentis inuicē seipsos edocent ⁊ accendūt/ Debuerant vtiq; viri illi/ quibus nihil in aliqua gratia deest. Hunc laborem assumere: ⁊ venerabilis patris insculpere monimenta: vt esset eorum studio delectabilis pagina quā quasi viuētem traderēt legendā discipulis: ⁊ perpes fieret ꝯsolatio/ secus positis reliqūs sacri corporis ⁊ sermonis. Sꝫ extrema emulari/ ⁊ que homines lateant: clareuallis cōsueuit humilitas: ⁊ proferre in publicum aliqua sui indicia: viri illi nobiles erubescūt: ⁊ quietiores facit eos contemptus ⁊ abiectio ꝙ qlibet oblatio dignitatis: in qua sibi professio humilitatis periclitari videt. Ob huiusmodi causas sese intra silentij cardines retinentes magis i sacco heremi ꝙ in foco palatij delectant: nec iam in stillo sed in cruce gloriā querunt. In hoc ergo sicut ⁊ in ceteris eiusmodi negocioꝝ suorum sarcinas alijs libenter imponunt. Et nunc sublato venerabilis memorie dño guilielmo: qui eiusdē viri sancti gloriosa primordia fideliter ⁊ deuote conscripsit: ad meā exiguitatē huius operis deuenit petitio: ⁊ iposuit mihi dilecte ecclesie charitas: vt coquā pulmentū filijs prophetarū. In quo si colloquintidas miscuero negligens: superiecta vt confido farinula amaritudinem condiet Heliseus: ⁊ excessus insipientie/ obedientie excusabit affectus.

Finit Prefatio.

¶ Incipit tabula Secundi libri vite sancti Bernardi abbatis. Capitulum primū.

¶ Finis tabule.

¶ Incipit Liber Secundus. Capitulum.j.

EA tēpestate Honorius papa viā vniuerse carnis ingressus est. Nec mora in electione dissidētibus cardinalibus/ ⁊ diuisa ecclesia plures numero ⁊ saniores consilio: vita probabiles: viri virtutū/ presbyteri/ diacones/ epi: Innocentium elegerunt: cuius vita ⁊ fama/ ⁊ etas/ et sciētia/ digna summo sacerdotio habebatur. At vero pars altera/ infames ausus: violētia non ratione corroborans Petrū leonis ad hūc apicem aspirantē: fraudulentis machinationibꝰ seorsum ⁊ precipitanter nominauit anacletū: ⁊ ceteris renitētibꝰ ordinauit. Qui vero in parte catholica erant electū suū solenniter ordinatum collocarūt in cathedram: ⁊ per loca illa in quibus sessiones habent ex antiqua consuetudine Romani pontifices circūduxere et pro tempore honor debitꝰ apostolice affuit dignitati. Ex tūc sane circa lateranense palatiū morabant: nec erat iam eis tuta in domibus proprijs mansio: cuꝫ eos acerrime Petri satellites infestarent. Ibi etiā diu resistere non valentes: per confederatos sibi quosdam ex nobilibꝰ romanis ad tēpus in turribus eorum receptacula habuerūt. Sed nec in eis perseuerauit fidelitas. Nā in breui aut vi/ aut formidine: temerarie multitudinis: aut precio corrupti sunt. Nam petro tam propria generis virtute: ꝙ adherentiū sibi affinitate multitudo tanta erat vt fere tota eū ciuitas sequeretur: vel pecunia: vel commodis obligata. Congregauerat sane opes innumeras: tam in exactionibꝰ curie: ꝙ in legationū negociationibꝰ: quas ad expectandas nundinas reseruarat. Insuper ⁊ paterni census ampla cōgeries eatenus sigillata: modo distributa in populū: ad fas ⁊ nefas venalem plebem armauerat. Quibꝰ erogatis: donaria regū in ornamentis ecclesie: ab ipsis euulsit altaribꝰ. Et cū calices frangere: ⁊ crucifixos aureos membratim diuidere: ipsi prophani christiani vel timerent: vel erubescerent: iudeos aiunt esse quesitos qui sacra vasa ⁊ imagines deo dicatas audacter cōminuerunt. Igitur quisq; pro modo suo sm maius ⁊ minus conducti ad scelus sacramentis generalibus publice petro vendiderunt assensum: ⁊ in omnem sanguinem manus exposuerunt ⁊ arma: ⁊ quotidianis congressibus partem que cum Innocentio erat: maledictis insectabantur ⁊ gladijs. Habuere igitur serui dei consilium: ⁊ quia vi humana se tueri non poterant: cedere elegerunt. Et procuratis clam nauigijs: de ore leonis/ ⁊ de manu bestie: ꝑ tyberim in tyrrenum mare elapsi: prosperis ventis carbasa impellentibus: in portu pisano feliciter appulerunt.

¶ Premissi in gallias fuerant nūcij qui gallicane ecclesie intimarent negocij veritatē: ⁊ hortarentur epos vt in vltionē presumptionis accingerent: ⁊ dānata parte scismatica subscriberent vnitati. Necdū vero ad plenū: tenor opis innotuerat epis: nec priuatim quisq; cōmodare ꝓsumpsit assensum: donec collecto stampis gnali ꝯuentu in cōmune decernerent: qd reciperēt, quid dānarent. Neq; eni francia ceteris regionibꝰ procliuibus ad scismata: aliqn tali factiōe fedata est: nec malignoꝝ acquieuit erroribꝰ: nec fabricata in ecclesia ydolū: nec venerata in petri cathedra monstrū. Nec eni talibꝰ in causis principalia aliqn eos terruerūt edicta: aut gnalibus vtilitatibꝰ priuata commoda pretulerunt: nec declinantes in parteꝫ personis detulere: sꝫ causis. Cōuocato igitur apud stampas ꝯsilio: abbas sctūs clareuallensis Bernardus: specialiter ab ipso francoꝝ rege: ⁊ precipuis quibusq; pontificibꝰ accersitus: sicut postea fatebat: nō mediocriter pauidꝰ ⁊ tremebūdus aduenit: periculū quippe et pondus negocij nō ignorans. In itinere tamen consolatꝰ est eū deus/ ondens ei in visu noctis ecclesiā magnaꝫ: concorditer in dei laudibꝰ concinentē: vnde sperauit pacē sine dubio prouenturam. Ubi vero ad locū vētum: est celebrato prius ieiunio: ⁊ ꝓcibus ad deū fusis: cū de eodem verbo tractaturi/ rex ⁊ epi cuꝫ principibus ꝯsedissent: vnū oim consiliū fuit: vna sententia: vt negociū dei: dei famulo imponeret: ⁊ ex ore eiꝰ causa tota penderet. Quod ille timens licet ⁊ tremens/ monitis tn viroꝝ fideliū acquiescēs suscepit: ⁊ diligēter ꝓsecutꝰ electiōis ordinē electoꝝ merita: vitā ⁊ famā prioris electi: apuit os suū/ ⁊ spūs sanctus ipleuit illud. Unus ergo oim ore locutꝰ suscipiendū ab oibus summū pontificē Innocentium nominauit: et ratū esse oēs pariter acclamarunt. Et decantatis ex more laudibꝰ deo obedientiam deinceps polliciti: electioni Innocentij oēs pariter subscripserunt. Interea dominus papa multis in pisis et in tuscia: ⁊ in alijs prouincijs potestatiue dispositis: vale faciens pi-

sanis ⁊ gratias agens: in prouinciā nauigio delatus est Et bur
gundiam transiēs aurelianū peruenit. Ubi occurrentibus epis
a rege pijssimo frācorū ludouico alacriter ⁊ honorifice susceptꝰ
est. Inde a Gaufredo Carnotensi epo: magnarū virtutū viro car
notū deducitur: vbi etiā gloriosus anglorū rex Henricus: ei cū
maximo epoꝝ ⁊ procerū comitatu occurrit. Hunc quoqꝫ regez
venerabilis abbas ad eum p̄missus adduxit. Quē vix persuasit
Innocentiū recipere: ab epis anglie penitus dissuasum. Cū eñ
omnimodis recalcitraret et detrectaret: quid times ait: times
peccatū icurrere/ si obedias Innocētio: Cogita inquit quomō
de alijs peccatis tuis respondeas deo: istud mihi relinque: i me
sit hoc peccatū. Ad quod verbū persuasus rex ille tam potens
extra terrā suā dño pape occurrit vsqꝫ carnotū Reuersi interiz
de germania legati dñi pape tam epoꝝ qꝫ regis assensum ⁊ lit
teras detulerunt: ⁊ deprecationē publicā vt ad eos transiens:
suaz eis desideratā exhiberet presentiā. Facile eñ persuasi sunt
recipere eū quem iam ceteri recepissent. Sed detinuit eum dile
ctio ⁊ deuotio ecclesie gallicane: ⁊ singuli ⁊ omnes visitationē
apostolicā expetebant. Perlustrata igitur Francia remis cōuo
cauit cōciliū: in quo multis ad honorē dei dispositis: regē Lu-
douicū viuente patre: pro philippo fratre coronauit in regē. In
omnibus his dñs papa abbatem a se separari non patiebatur:
sed cū cardinalibus rebus publicis assidebat/ Sed ⁊ priuatim
quotquot habebāt negocia: virū dei secretius cōsulebant. Ipse
vero audita referebat ad curiā: ⁊ oppressis patrocinia exhibe-
bat. Igitur soluto cōcilio: Leodiū dñs papa Romanoꝝ regi
occurrit. Et honorifice qdē susceptus est: sed velociter obnubi
lata est illa serenitas. Siquidē importune idem rex institit: tem
pus habere se reputans oportunū epoꝝ sibi restitui inuestitu
ras: quas ab eius predecessore imperatore henrico: p maximos
quidem labores: ⁊ multa pericula romana ecclesia vendicarat.
Ad quod verbū expauere ⁊ expalluere romani: grauiꝰ sese apd
leodiū arbitrati periculū offendisse: qꝫ declinauerint rome. Ne
cōsilium suppetebat donec murum se opposuit abbas sanctus.
Audacter enim resistens regi/ verbū malignum mira libertate
redarguit mira auctoritate cōpescuit. Rediens aūt leodio: cla
rāuallem dñs papa per seipsum voluit visitare. Ubi a pauperi-
bus christi: non purpura ⁊ bysso ornatis: nec cū deauratis euā-
gelijs occurrentibus: sed pannosis agminibus scopulosam ba-
iulantibus crucem: non tumultuantiū classicoꝝ tonitruo: non
clamosa iubilatiōe: sed suppressa modulatiōe affectuosissime su
sceptus est. Flebant episcopi: flebat ipse summꝰ pontifex: mira-
bantur congregationis illius grauitatē/ q in tam solenni gau-
dio oculi omniū humi defixi: nusqꝫ vagabunda curiositate cir-
cūferrentur: sed cōpiosis palpebris ipsi neminez viderent: ⁊ ab
omnibus viderentur. Nihil in ecclesia illa vidit romanus quod
cuperet: nulla ibi suppellex eoꝝ sollicitauit aspectū: nihil in ora
torio nisi nudos viderūt parietes. Solis moribꝰ poterat inhia
re ambitio: nec dānosa poterat esse fratribꝰ huiusmodi preda:
cū minui non posset asportata religio Gaudebāt oēs in dño: ⁊
solēnitas non cibis sed virtutibꝰ agebatꝰ. Panis ibi opirꝰ pro
simila: pro careno sapa: p rūbis olera: p quibuslibet delicijs le
gumina ponebantꝰ. Si forte piscis inuentꝰ est/ dño pape apposi
tus est: ⁊ aspectu nō vsu: in cōmune pfecit. Inuidit diabolus: ⁊
seruoꝝ dei gloriā quos tanti hospitis nobilitabat p̄ntia ferre
nō valens: dū in choro alacriter psallerēt ⁊ deuote: p̄ntibꝰ etiā
nōnullis ex cardinalibꝰ/ q in auditu ⁊ aspectu eoꝝ delectaban
tur aliquātos frm̄ horribili pauore turbauit. Nā ⁊ vnꝰ p̄ ceterꝭ
occupatꝰ blasphema qdā vba locutꝰ est: dicite inquiēs ego suz
xps: ⁊ alij plures territi ⁊ tremebūdi ad bti p̄ris vestigia ꝯfuge
runt. At ille ꝯuersus ad ceteros: orate inqt: ac deinceps sub si-
lentio eos q turbati videbantꝰ eduxit atqꝫ cōpescuit: vt neqssi-
mus ille q ꝯuentū pietatis trāsferre conabatꝰ in theatrū: ⁊ scho-
lā innocētie in derisum nō vt putabat estimationē religiosoꝝ
hoim corrūpere posset: sꝫ se pderet: ⁊ conatꝰ suos expireꝰ infir-
mos. Tāta siquidē celeritate oia sunt sedata: vt personas illas
que ppe astabāt: omnino latuerit qđ acciderat: ⁊ malignus ho
stis velociter increpatꝰ: nō mō scandalū eis qđ parabat inferre
nequerit: sed nec ad illoꝝ noticiā rem pferre. Factū est ex eo vt
amplori sese custodia fratres munirēt: ⁊ merito ⁊ numero ⁊ pos
sessionibꝰ deinceps cresceret clarauallis ⁊ multiplicatis conuē
tibus: fere per omnem latitudinem loci illius dilataretur reli-
gio: ipse etiaz abbas sanctus ex tunc amplius solito miraculis
clareret ⁊ signis.

Capitulum.iij.

Longas in gallijs facere moras dominus papa non
potuit: sed sicut cū lothario rege condixerat: romā
ei occurrit: ⁊ vi exercitꝰ in latheranense palatiū de
ductꝰ est. Multi etiā ex nobilibus romanis fideles
ecclesie: eū honorifice susceperūt. Uerū petrus leo
nis non ponens deū adiutorem suū: sed confederatoꝝ stipatus
malicia: in edicioribꝰ ⁊ tutioribꝰ turribꝰ manēs: lotharij iudicij
cauit virtutē: et interdicens suis congressus publicos nec sibi
securitatis sue fecit periculū/ nec causam conflictus hostibꝰ de
dit: sed tantū liberuz coꝝ discursum machinis superioribus et
obstaculis varijs impediuit. Uitauit etiam obstinatissime impe-
ratoris colloquiū: nec minis: nec blandimentis flexꝰ est: nec de
statu suo consiliuz cuiuslibet psone admisit. Relicto igitꝰ rome
innocentio: alis imparator digreditꝰ. Petrꝰ vero post eiꝰ discessuz
crebros mouens p vrbē excursus fideliū cedibꝰ inhiabat. In-
telligens ergo innocentiꝰ: rome sibi infructuosam eo tpe morā:
ne presentia sua illiꝰ bestie rabiē efferaret: rursus pisas reuerti
tur: ibiqꝫ aggregatis totius occidētis episcopis: alijsqꝫ religio
sis viris: magne glorie synodꝰ celebratꝰ. Affuit per omnia: ⁊ cō-
silijs/ ⁊ iudicijs ⁊ diffinitionibꝰ omnibꝰ sctūs abbas: impende-
baturqꝫ ei reuerentia ab omnibꝰ: ⁊ excubabant ante eiꝰ limina
sacerdotes: non ꝙ fastus/ sed multitudo communē prohiberet
accessum: ⁊ alijs egredientibꝰ alij introibant: ita vt videretꝰ vir
humilis: ⁊ nihil sibi de his honoribꝰ arrogans/ non esse in par-
te sollicitudinis: sed in plenitudine potestatis. Actiones con-
cilij longū est prosequi: summa tamen in excōmunicatione petri:
et irregressibili fautoꝝ eiꝰ delectione constitit: ⁊ vsqꝫ hodie hec
sententia perseuerat. Soluto consilio ad reconciliandos medio
lanenses: dñs papa abbatē clareuallis: quem multis supplica
tionibꝰ expetierant: ⁊ guidonem pisanū/ ⁊ mattheū albanēsem
epm̄ a latere suo direxit: qui scisma per anselmū in eadem vrbe
factū abluerent/ ⁊ ad vnitatē ecclesie deuios reuocarent. Ab-
bas igitur cū predictis viris quos a domino papa collegas ac
ceperat/ addidit consortio ⁊ communi consilio virū venerabilē
gaufredū carnotensem epm: cuius innocentiā ⁊ sinceritatem in
multis probauerat. Et visum est cardinalibus bonū: vt tanto
adiutore negociū tanti ponderis fulciretur. Transcenso itaqꝫ
apēnino/ vbi audierūt mediolanēses abbatē desideratū suis fi
nibꝰ propinquare: lōge a ciuitate miliaribꝰ septē: ois ei popu-
lus obuiat: nobiles/ ignobiles/ eqtes/ pedites/ mediocres/ pau
peres quasi de ciuitate migrarēt: pprios lares deserūt: ⁊ distin
ctis agminibꝰ incredibili reuerētia virū dei suscipiūt. Oēs pa
riter delectantꝰ aspectu: felices se iudicāt/ q possunt frui auditu
Deosculantꝰ pedes eiꝰ vniuersi: ⁊ lꝫ hoc ille moleste acciperet nul
la potuit pnos ⁊ deuotos rōne cōpescere nulla interdictiōe re
pellere. Uellicabant etiā pilos quos poterāt de indumētis eiꝰ:
et ad morboꝝ remedia: de pannoꝝ lacinijs aliqd detrahebant:
oia sancta iudicātes q ille tetigisset: ⁊ se sanctificari tactu eoꝝ
vel visu. Precedentes itaqꝫ ⁊ subsequentes/ letabūdis acclama
tionibus applaudebant abbati: et diu intra agminum spissamē-
ta detentum: tandem solemni reddidere hospitio. Et cum tra-
ctatum esset in publico de negocio propter quod tam vir dei qꝫ
cardinales aduenerāt: oblita fortitudinis sue ciuitas/ omni fe-
rocitate deposita: se ita abbati substrauit vt obedientie eorum
non incongrue ille posset aptari poete versiculus. Iussa sequi
tam velle mihi qꝫ posse necesse est. Pacatis omnibus: reconci-
liata ecclesia: firmatis inter plebes concordie pactionibus:
alia ceperunt nasci negocia: ⁊ insanienti diabolo et in quibus-
dam obsessis corporibus debachanti: oppositum est christi ve-
xillum: ⁊ increpante viro dei: de possessis atrijs superueniente
eminentiori virtute: territa et tremebunda diffugere demonia.
Ecce noua legatio/ non romanum pragma circumferens sed di
uinis legibus fidei pragma allegans: prolatis in mediū litte-
ris: sanguine christi conscriptis et bulla crucis impressis: que fi-
gura auctoritate sua terrestria et inferna sibi subdit et cu[illegible]at.
Inaudita est nostris temporibus tanta populi fides: tanta in
homine virtus: inter quos religiosa erat contentio/ cum [illegible]
rum gloriam abbas credulitati eorum: illi vero sanctitati ab-
batis ascriberent: ⁊ hoc de eo indubitanter sentirent: vt quic-
quid a domino peteret impetraret. ¶ Adducunt igitur ad eum
nihil hesitantes/ mulierem omnibus notam: quam annis septē
immundus vexauerat spiritus: ⁊ postulant supplices: vt in no-
mine domini demoni imperet fugam: et mulieri restituat sospi-
tatem. Que populi fides non minimam verecundiam viro dei
ingerebat: ⁊ humilitate magistra inconsueta experiri non pre-
sumebat: ⁊ instante petitiōe populi erubescebat/ si charitati po-
stulantium obstinatius resisteret: et videbatur ei ꝙ offenderet
deum ⁊ omnipotentiam eius diffidentia obnubilare videretur:
si a fide populi fides propria dissentiret. Estuabat igitur secuz
et licet signa non fidelibus sed infidelibus fieri oportere asse-
reret: ausus suos spiritui sancto committit/ ⁊ orationi incūbēs:
celitus elapsa virtute: sathanam in spiritu fortitudinis incre-
pat: ⁊ fugat mulierem reddit incolumen ⁊ quietam. Letantur q
aderant: ⁊ leuantes manus ad sydera: deo qui de excelso eos vi
sitauit gratias agunt. Auditum est hoc verbum ⁊ percrebuit fa-
ma: ⁊ repente totam pertulit vrbem: per ecclesias/ per pretoria:
per compita omnia conueniunt vndiqꝫ de viro dei sermo vbiqꝫ
habetur: dicunt publice nihil ei impossibile esse quod a domi-

no postulet: ⁊ ad preces eius apertas dei aures dicūt et credūt ⁊ predicant et affirmant. Nec possunt aspectu eiꝰ vel auditu vllomodo satiari: irruunt alij in presentiam eius: alij donec exeat pre foribus prestolantur. Cessatum est ab officijs ⁊ artibus tota ciuitas in hoc spectaculum suspensa manet: concurrunt: postulant benedici: et tetigisse eum / singulis salutare videtur.

¶ Tertia die ad ecclesiam sancti ambrosij diuina celebraturus mysteria / seruus dei procedit. Ubi expectāte innumera populi multitudine: inter ipsa missarū solennia: dum clericis canētibus ipse secus altare sederet: puellā ei paruulam offerentes / quam vehementi ipetu vexabat dyabolus: orant vt miselle subueniat: ⁊ dyabolum in ea debachantem elidat. Audita supplicatione astantium: ⁊ intuitus personam frendentem dentibus ⁊ stridentem: vt etiam intuentibus esset horrori: compassus est [illegible] ⁊ vehementie anxietatis illius condoluit. Patenā igitur calicis in quo diuina celebraturus erat mysteria accipit: ⁊ digitis latice superfuso: orans intra se ⁊ de domini virtute cōfidēs ori puelle salubrē potū applicat: ⁊ corpori eius stillam medicinalem infundit. Nec mora quasi vreretur sathanas īfusionis illius virtutem ferre non potuit: sed vigente intrinsecꝰ curcis antidoto: festinanter aggrediēs vomitu sordidissimo tremebūdꝰ erupit. Sic purgata persona / dyabolo profugo ⁊ ꝯfuso / laudes debitas deo canit ecclesia: ⁊ post acclamationes letabundas / alacer populus ibidem donec diuina cōpleantur mysteria imobilis perseuerat. Sub aspectu itaqꝫ oim īcolumis puella a suis domū reducitur: ⁊ vix tandē a populo dimissus: ad hospitiū vir dei reuertitur. Diuino iudicio ea tempestate ī mediolano iuxta illud. Esaie verbū: pilosi clamabant: alter ad alterum: ⁊ occurrebant onocentauris demonia: ⁊ effrenatis decursibus plurimos infestabant: nec erat qui insolentie eorum resisteret / cū diu sub anselmi scismate: qui petri fautor mediolanensem occupauerat cathedram: sacerdotes gementes / virgines squalide sanctificationes maledicte: altare polutum: iram dei in populum prouocassent. At vero in aduentu viri dei abdicatis anselmi prestigijs / ⁊ in sedis apostolice obedientiam sub innocentio reuocata ecclesia: impedita est illa demonum licentia: et quotidie dabat locum / et ad preces viri dei diffugiebat diabolus: ⁊ si quando resistere conabatur: in ipso conflictu succumbens / gloriosiꝰ vincebatur.

Capitulum.iij.

Nter eos igitur qui vexabantur / mulier grandeua ciuis mediolanensis / ⁊ honorata quondam matrona: vsqꝫ ad ecclesiam beati ambrosij: post beatū virum: a multis tracta est. In cuius pectore pluribus annis dyabolus sederat: ⁊ iam ita suffocauerat eā: vt visu / ⁊ auditu / ⁊ verbo priuata: frendens dentibus: ⁊ linguā in modum promuscidis elephantine protendens: monstrum nō femina videretur. Sordida ei facies: vultus terribilis / flatꝰ fetidus: inhabitatoris sathane colluuie testabantur. Hanc cum aspexisset vir dei nouit inherentem ei ⁊ inuiscatū diabolū / nec facile egressurū de domo quam tanto possederat tempore. Cōuersus ad populum (cuius innumera aderat multitudo) orare iubet attentius: ⁊ clericis ⁊ monachis secum iuxta altare consistentibus: mulierem ibidem iubet constitui ⁊ teneri. Illa vero reluctans: ⁊ vi diabolica non naturali virtute recalcitrans: non sine aliorum iniuria: ipsum abbatem pede percussit. Quem diaboli ausum mansuete ille contempsit: ad expulsionem non indignatione ire sed pacifica ⁊ humili supplicatione deum inuocat adiutorem: ⁊ ad immolationē hostie salutari accedit. Quotiēs tamen eandem sacram hostiam signat / totiens ad mulierē quoqꝫ conuersus eodē signo crucis edito / spiritū neqꝫ athleta fortis impugnat. Nam ⁊ ille malignꝰ quotiens aduersus eū signū crucis intenditur: percussum se indicans acrius seuit: ⁊ recalcitrans contra stimulum quidnam tolleret prodit inuitus. Expleta autem oratione dominica: efficatius hostem aggreditur vir beatus. Patene siquidem calicis / sacrū domini corpus imponens: ⁊ mulieris capiti superponēs / talia loquebatur. Adest inique spiritus iudex tuꝰ: adest summa potestas: iam resiste si potes. Adest ille qui pro nostra salute passus: nunc (inquit) princeps huius mūdi eijcietur foras. Hoc illud corpus quod de corpore virgis sumptū est: qđ in stipite crucis extēsū ē: qđ ī tumulo iacuit: de morte surrexit: qđ vidētibꝰ discipulis ascēdit ī celū. In huius ergo maiestatis terribili potestate: tibi spiritus maligne precipio vt ab hac ancilla eius egrediens contingere eam deinceps non presumas. Cumqꝫ eam inuitus deserens: ⁊ manere vltra non valens atrociꝰ affligeret: tam magnam irā ꝙ̄ modicum tempus habens: rediens pater sanctꝰ ad altare fractionem hostie salutaris rite compleuit: diffundendamqꝫ in populum pacem ministro dedit: ⁊ confestim pax ⁊ salus integra reddita est mulieri. Sic ille neqꝫ: diuina mysteria quāte sint efficientie ⁊ virtutis: non confessione sed fuga coactus ostendit. Fugato diabolo mulier quam in tantorum sartagine tormentorū carnifex pestilens tanto tempore frixerat mentis sue compos effecta: redditis sensibus et ratione / reuoluta intra fauces lingua deum confessa gratias egit: ⁊ intuita curatorem suum pedibus eius aduoluta est. Ingens per ecclesiam attollitur clamor: omnis etas iubilat deo: personant eramenta: benedicitur ab omnibus deus: excedit veneratio modū: ⁊ seruū dei supra hominē (si dici fas est) liquefacta charitate ciuitas ueneratur.

¶ Audiebantur hec que mediolani fiebant: ⁊ per totam italiā viri dei discurrebat opinio: et diuulgabatur vbiqꝫ ꝙ surrexisset propheta magnus: potens in opere ⁊ sermone: qui inuocato christi nomine: ⁊ infirmos curaret: ⁊ obsessos a demonibus liberaret. Maxima quidem ei in curationibꝰ egritudinum gratia / sed in demonibus eliminandis frequentior operatio erat: quia copiosior vexatorū numerus ad experta subsidia concurrebat: et maiorū operatio virtutum minores obscurabat effectus. Iā vero pre frequentie populi: qui a mane vsqꝫ ad vesperam foribꝰ assidebant: oppressiones vulgi pre corporis imbecillitate nō ferens ad fenestras domus procedens: se eis conspiciendum prebebat: ⁊ eleuata manu benedicebat eis. Panes quoqꝫ ⁊ aquam deuehebant secum: quibus benedictioni eiꝰ suppositis pro beneficijs ea sacramentalibus referebant. Ex vicinis sane castellis ⁊ vicis ⁊ vrbibꝰ multi confluxerant: ⁊ communia tam aduenarum ꝙ̄ ciuiū / in mediolano studia erant prosequi sanctū: expetere bñficiū: audire verbū: videre signū: ⁊ doctrina ⁊ miraculis vltra ꝙ̄ credibile est delectabantur.

¶ Aderat inter eos quidam ex suburbanis: qui puerum demonia cū illuc adduxerat. Qui repente coram omnibꝰ ad signū crucis quod vir sanctus edidit: de baiuli sui brachijs ruit: ⁊ elisus humi quasi mortuꝰ sine vllo sensu immobilis visus est: neqꝫ vox neqꝫ halitus erat in eo: tantū circa precordia exiguus ei supererat vapor. Dant igitur ceteri locum vt posset procedere: ⁊ admitti ad virum dei semineci pueri baiulus: ⁊ attonita multitudo tam miserabilis casus prestolabatur euentū. Ingressus igiṫ ad virum dei homo est: ⁊ puerū stupidū nec aliquid sentientem: ante pedes abbatis exposuit ⁊ ait. Puer iste domine pater: quē ante tuos posui pedes: iam per trienniū a demonio accerrime vexatus est. Et quotiens vel ecclesiam ingreditur: vel salibꝰ exorcizatis aspergitur: vel signū ei crucis imponitur: vel euangelium audire compellitur: vel diuinis interest sacramentis offenditur habitator eius diabolus / ⁊ torquetur atrocius. Dūqꝫ mō cū ceteris ego pre foribus expectarē signū scē crucis figurāte te: ⁊ extendēte in pplos manū / sacramētaliū signorū virtute exacerbatꝰ diabolꝰ vehemētiꝰ solito totꝰ ad pueri vexationē se contulit: ⁊ sicut vides totū corpꝰ eiꝰ occupans fere ei etiam vitalem spiritum intercludit. Sed ⁊ ipse puer cū audita esset apud nos gratie quā a deo accepisti opinio: ⁊ aliorū curationibꝰ suā sperans salutē: rogauit me vt ad te eū adducerē. Obsecro igiṫ per miam dei vt ⁊ laboribꝰ meis q̄ ī eiꝰ custodia operā dānosam ⁊ periculosam impēdo: ⁊ illiꝰ miserie q̄ tanta est quantā ipse oculis probas: pio ⁊ ꝯsueto affectu subuenias: ⁊ rabiem demonis nō vsqꝫquaqꝫ procedere patiaris. Flebat igitur ⁊ lachrymis ora perfusus presentes quosqꝫ commouit: vt omnes pariter supplicarēt. Tum vir dei confidere eos in dei mia iubens: baculo cui innitebaṫ collū pueri leniter tāgit. Sed ⁊ frater eiꝰ gerardꝰ volēs experiri q̄ ab hoie dicta fuerāt / latēter dorso eiꝰ signū crucis impressit. Cūqꝫ puꝰ sine motu ⁊ sēsu / nec vidēs nec audiēs añ pedes abbatis diu extēsus paumēto hesisset: ad tactū baculi ⁊ ad signū crucis infremuit: ⁊ turbatꝰ īgemuit. Iubet igiṫ abbas / sup proprium lectulū eū poni. At ille quasi ex iniuria offensus reiecit se in pauimentū: ⁊ stridebat dētibꝰ ⁊ mordebat ꝓcuratorē suū: ⁊ capillis eorū q̄ aderāt manꝰ iniicēs / quo poterat conatu se ab eorū manibꝰ abstrahebat: ⁊ ab eis vix teneri poterat. Eya inquit abbas ad lectū nostrū eū reducite. Orante itaqꝫ abbate: ⁊ fratribus in oratione prostratis quasi ardentibꝰ paleis q̄ in lecto cōtinebaṫ diabolus vrereṫ / tormēti estuātis vi diuina ꝓpinquāte: passionē clamoribꝰ testabaṫ. Iubet igiṫ scūs aquā bñdictā in os patiētis infundi. Quā ille pressis labijs ⁊ dētibꝰ non admittens: vix tandem cuneo infixo dissoluente pressuram: vellet nollet intra fauces ⁊ guttur recepit. Confestimqꝫ vt pene[illegible]ans sanctificatio ad interiora descendit: quasi infuso antidoto vis maligna erupit: ⁊ vomitu sordidissimo quasi torrentis impulsu festina precipitatione rotatus: cum ingenti contumelia demon exiuit. Repente qui videbatur mortuus viuit / ⁊ de lecto abbatis quietus ⁊ incolumis surgens: patruūqꝫ suū amplexatꝰ deo gratias sanus sum inquit. Gratias agunt omnes communiter deo: ⁊ qui modo flebant letantur. Foras clamor effunditur: res intus gesta super tecta solenniter predicatur: tota ad spectaculum conuenit ciuitas: benedicitur deus: gaudet populus in abbati tanti operis patratore: totiꝰ plebis requiescit affectus.

¶ Febricitantibus multis idem sanctus manus imponens: et aquam benedictam porrigēs ad bibendum sanitatem obtinuit

aridas manus ⁊ membra paralisi dissoluta tangẽs incolumi-
tati restituit: ceci etiam sub multorum testimonio in eadẽ ciui
tate vt viderent: imposito signo crucis a patre luminum poten
ter obtinuit.

¶ Per idẽ tẽpus hospitiũ albanẽsis epi (quem dñs papa in ea
dem legatione sibi collegã dederat) gratia tractãdoꝝ negocio
rum intrauerat: ⁊ de his que iniũcta fuerant conferebant cũ re
pente irruit sup eos adolescens cuiꝰ arida manus erat / ⁊ retor
ta ad brachiũ: ⁊ aduolutꝰ pedibꝰ eius suppliciter postulat sani
tatem. Ille alias occupatꝰ / bñdixit quidẽ: abire precepit: ⁊ ne
amplius sibi molestiã faceret: verbis solito seuerioribꝰ interdi
xit. Recedebat ille nõ consecutꝰ qđ q̃sierat: cũ venerabilis eps
sub omni celeritate eũ regredi iubet / ⁊ manu arreptũ tradit ab
bati. Huic (inq̃t) qui minime bñficiũ ꝯsecutꝰ tibi vt discederet
obediuit: tu ne claudas viscera mie quin potius tu obedi: ⁊ vir
tute obediẽtie me iubente astrictus: fac qđ postulat: largire qđ
petit / ⁊ ꝯfidens in eiꝰ virtute ꝑ quẽ expetit sanitatẽ: postula et
impetrabis vt ⁊ nos de dei munere / ⁊ ille de optata gloriem͂ sa-
lute. Ad preceptũ epi abbas apprehẽsa pueri manu inuocauit
dñm ⁊ exaudiuit eũ / ⁊ signo crucis edito: nerui q̃ obriguerant
extensi sunt: ⁊ caro quã assidẽs cõgelauerat morbus: redeunte
sospitate ignita: mobilis facta est ⁊ flexibilis: ⁊ dicto citiꝰ lan-
guidũ diu mẽbrũ ꝯualuit. Obstupuit eps tam repẽte virtutis ad
mirans effectũ: ⁊ ampliori etiã ex tũc veneratione virũ dei co-
luit: ⁊ miraculoꝝ illiꝰ ipse testis extitit ⁊ relator. Cõpulit autẽ
eum: vt ibidẽ ea nocte cenaret. Cuiꝰ rei assensum cũ magna dif
ficultate obtinuit: ea dũtaxat rõne suasum: qđ itolerabilis vn-
diq̃ ppls expectaret: nec sine ꝑiculo posse egredi videret. In-
tercenandũ vero parapsidẽ in qua abbas comederat: eps mini
stro familiari / seruandã tradidit: ⁊ ꝑcepit vt seorsum reconditã
cũ omni diligentia custodiret. Elapsis exinde aliquot diebus:
eps idẽ febriũ vehemẽti ardore corripit. Et recordatꝰ hois dei
familiarẽ iubet accersiri ministrũ. Discũ inquit abbatis quẽ ti-
bi nuper tradidi ꝯseruandũ / huc aduehere ne cũcteris. Cumq̃
ille obtulisset allatũ: infunde inq̃t aquã in eo: ⁊ panis exiguas
bucellas ꝯscinde. Qđ cũ factũ esset ꝯfidens in dño: et abbatis
ꝑcibꝰ se ꝯmẽdãs: comedit ⁊ bibit: ⁊ absq̃ vlla dilatõe ꝯualuit.

¶ Augebat aduentantiũ numerꝰ: ⁊ mirifica opa ad se populos
inuitabãt nec vsq̃ viro dei dabat requies: dũ ex eius lassitudi
ne / alii sibi requiẽ procurarent. Abeũtibꝰ occurrebant aduenien
tes: ⁊ succedebãt sibi bñficia mẽdicãtes. Inter quos miles q̃-
dam / in vlnis suis puellulã ad virũ dei attulit: q̃ ita exosam lu-
cem habebat: vt semper clausis palpebris / etiã brachiũ oppo-
neret oculis: ne aliquo mõ aliqua lucis particula se ei igereret.
Auellebant aliq̃n opposita brachia violẽter: ⁊ cũ se ei lumẽ in-
funderet: clamabat ⁊ flebat: ⁊ erat ei claritas ꝓ cruciatu: et lux
visa / quasi aculeos eiꝰ cerebro infigebat. Bñdicit infantule vir
dei: ⁊ signaculũ crucis faciens super eam: tranquilliorẽ dimi-
sit: ⁊ dum domũ referretur: vltro aperit oculos / ⁊ pedes sine ve
ctore ipsa reuertitur. Et ipso in loco: mulieri a demonio vexate
multis astantibus a patre misericordiarum idem sanctus obti-
nuit sanitatem.

Capitulum iiij.

Iam papiã aduenerat: ⁊ fama virtutũ aduentũ eiꝰ
precesserat: ⁊ cũ debito gaudio et apparatu / tante
glorie virũ ciuitas letabũda suscepit. Et ne diu po
puli desideriũ dilatio suspenderet / qui sicut medio
lani miracula facta audierat: signũ ab eo optabat
videre: aduenit repente post eũ rusticus quidam qui de medio
lano secutus eũ fuerat: vxorẽ demoniacã secũ adducens / quã
ante pedes eiꝰ: lachrymabili voce intrinsecas protestãs anxie-
tates deposuit. Nec mora / in cõtumelia abbatis: per os misere
mulieris diabolus locutꝰ est: ⁊ irridens seruum dei / nõ inquit
me de canicula mea: hic porrulos edẽs: ⁊ brasicas deuorãs pel
let. Multa in hũc modũ in virũ dei iaculabant conuitia: vt blas
phemus ꝓuocatꝰ: impatienter ferret opprobria ⁊ ꝯfunderet in
ꝑntia populi: cũ indignis se audiret sermonibꝰ lacessiri. Sz vir
dei astũ eiꝰ itelligẽs irrisorẽ irrisit: ⁊ vltionẽ non ipse expectãs
sed ad deũ remittẽs: ad ecclesiã sancti syri demoniacã duci ꝑ-
cepit. Voluit quippe curatiõis eiꝰ gloriã dare sctõ ⁊ primitias
operationũ virtuti eiꝰ ascribi. At vero sanctꝰ syrus ad hospitẽ
suũ remisit negociũ: nec in eccłia sua quippiã sibi deferẽs: inta
ctũ opus reduci voluit ad abbatẽ. Reducit igit mulier ad ab-
batis hospitiũ: garriẽte ꝑ os eiꝰ diabolo ⁊ dicẽte. Nõ me syru-
lus eiciet: nõ expellet bernardulꝰ. Ad hec seruꝰ dei respondit.
Nec syrus nec te bernardꝰ eiciet: sz dñs iesus xp̃s. Et ꝯuersus
ad orationẽ: ꝓ salute mulieris dño supplicabat. Tũ vero spũs
neq̃: velut priori iprobitate mutata: q̃ libẽs inq̃t egrederer ab
hac canicula grauiter molestatꝰ in ea: q̃ libẽs egrederer: sz nõ
possũ. Interrogatꝰ causam: q̃ necdũ vult / magnꝰ dñs ait. Cui
sanctꝰ. Et q̃s est magnꝰ dñs? Et ille. Iesus nazarenꝰ. Ad quẽ
rursum vir dei. Vñ em iesum nosti / aut si vnq̃ vidisti eũ? Vidi in-
quit. Vbinã eũ vidisti? In gloria. Et tu in gloria fuisti? Fui qui
dẽ. Et quõ inde existi? Cũ lucifero inq̃t multi cecidimus. Hec
aũt oia: voce lugubri ꝑ os vetule audientibꝰ oibus loquebat.
Respondẽte aũt abbate sctõ / nunq̃d nõ in illã redire gloriã vel
les ⁊ restitui in gradũ pristinũ? Rursũ voce mutata: ⁊ miro mõ
cachinnãs: hoc inquit tardatũ est. Et nihil vltra locutus: oran
te attentiꝰ viro dei: nequissimꝰ ille victus abscessit: ⁊ mulier si-
bi reddita / quãtas potuit grãs egit. Reuertit igit vir cũ mulie
re: ⁊ ꝑ totã viã incolumitati eiꝰ ꝯgaudens: expectantibus ami
cis domui sue reddit. Letabant oẽs qui ordinẽ rei geste audie
rant: sed repente gaudiũ vertit in merorẽ: q̃ vbi domꝰ sue limi-
na mulier attigit: rursus intrat dyabolus / ⁊ infestior solito: mi
serã discerpit atrocius. Quid faceret miser maritus: quo se ver
teret nesciebat. Cohabitare cũ demoniaca molestissimũ: relin-
quere impiũ videbat. Surgit igit / ⁊ assũpta secũ muliere rursũ
papiã reuertit. Vbi cũ virũ dei nõ inuenisset: vsq̃ cremonã pro-
sequit abeuntẽ. Indicat quid factũ sit ⁊ vt gratiã inueniat la-
chrymabiliter depcat. Nec deest pie petitioni abbatis clemen
tia: sed precepit vt ecclesiam ciuitatis illius ingrediat: orãs ex
pectet donec ipe sequat. Itaq̃ memor ꝓmissi / circa noctis cre-
pusculũ: ceteris dormitũ eũtibus: ipe vno tm̃ prosequẽte eccle
siam ingredit: ⁊ tota nocte illa orationi vacans: obtinuit a dño
quod petebat / ⁊ impetrata mulieri sanitate iubet eam securã
reuerti ad propria. Sed cũ illa reditũ ad se diaboli / sicut iã ex-
perta fuerat formidaret: collo eiꝰ alligari cartulã hec verba cõ
tinentẽ precepit. In nomine dñi nostri iesu christi precipio tibi
demon: ne hanc amodo mulierẽ presumas ꝯtingere. Qđ mãda
tum sic expauit diabolus: vt mulieri regresse ad ꝓpria: nũq̃ de
inceps appropinquare presumpserit.

¶ Erat em̃ in eadem ciuitate demoniacꝰ quidam: cuius passio
multos ad risum mouebat: cũ alii qui seuerioris animi erant cle
mentissimo ei cõpaterent affectu. Hic ita latrabat: vt si audires
nec videres personam: canẽ crederes. Quem sibi exhibitũ: vir
dei cũ latrantem audisset ingemuit: qui eo modo latrabat: quo
solent percussi vel obruti canes irasci: ⁊ ringere in percussores.
Sed ⁊ in presentia viri dei anhelans ⁊ latrans: acriꝰ solito tur
babatur. Increpato itaq̃ diabolo: et in virtute christi expulso:
homini imperat vt loquat. Purgatus hõ intrat ecclesiã: iterest
sacramentis crucis signo se munit: audit euangelia: confitetur
et orat: ⁊ cetera sane mentis officia deo reddit ⁊ consecrat.

¶ Cũ scdo per mediolanũ eodẽ anno pater sanctus transiret:
oblata est ei demoniaca mulier. Nã eo tempore aberat quo pri-
mũ vir dei ciuitatẽ predictã sua illustrauit ꝑsentia. Hanc possi-
debat demoniũ: qđ modo italica / mõ hibera lingua loquebat:
nec satis certum vtrũ vnus esset bilinguis: an duo sui quisq̃ ser
Nonnullas etiam sanitates quas in manu fidelis serui mirabiliter christus effecit/ per visum ei mirabilius preostendit/ multas ipse cum fierēt animi virtute persensit/ ad aliquas etiam spiritu suggerente non rogatus accessit. E quibus ne videatur in immensum

in immensum processisse narratio/ exempla pauca subijcimus. Illud etiã e regione monẽtes: ne quis forte tam breuiter scribi opera tanta miretur. Siquidem multa ex his in tam breui fieri vidimus: vt tam celeriter ea proloqui nequeamus. Et cum dici soleat nihil esse facilius dictu / huic tamẽ dei famulo per gratiam quã acceperat: signa facere magis facile videbatur: ꝙ nobis facta narrare.

¶ Egredienti aliquando monasterium patri sancto: homo quidam de finibus illis occurrẽs: sanandum filium offerebat. Nã intra mõasteriũ quidẽ infirmis imponere manũ difficiliꝰ acquiescebat: ne videlicet si concursus illuc hominum fieret: quies cenobij turbaretur: ⁊ disciplina periret. Erat aũt predictus puer ille factus ⁊ mẽtis inops: claudus quoqꝫ ⁊ surdus ⁊ mutꝰ. Qui eadẽ hora per ipsius orationẽ et manus impositionẽ: ⁊ ab omni simul incõmodo liberatus audiebat: loquebatur/ ⁊ ambulabat et sane mentis effectus: a priori penitus inquietudine ⁊ furore cessabat. Cũqꝫ eundem iam incolumẽ filium pater deuotus ad oratoriũ beate dei genitricis cũ gratiarum actiõe deduceret/ loquebantur mutuo fratres: de tam multiplici vnius incõmodo pueri conquirẽtes. Ad quos pr̃ sanctus/ flagellũ inquit dei erat/ et maligni spũs dira vexatio. Uidi enim nocte preterita hoc eodem in loco: erat autem iuxta fluuiũ albam vbi sanatus est puer: hic inquit vidi oblatũ mihi puerũ talẽ: exeunte ab eo spũ neqꝫ omnẽ protinus recipere sospitatẽ: vsumqꝫ membrorũ.

¶ Addidit etiam vir beatus de eadem scilicet visione. Cunqꝫ paululum processissem in eodem itinere quo nunc pergimus: iuxta proximũ vicũ: dicebat autẽ de eo quem nominant longum campum/ offerebatur mihi puella clauda: ⁊ dominus ei gressuz reddebat. Audierunt ⁊ mirati sunt fratres: futuri magis attoniti expectatione miraculi: ꝙ recordatione preteriti. Quid eni vnqꝫ simile mũdus audiuit. Uẽtum est ad locum: inuẽta est ibi protinus puella clauda: expectans dei hominem trãsiturum: et a simul transeuntibus iuxta verbum quod ipe dixerat expectata. Oblata igitur ab eis qui attulerãt eam: signata ab homine dei: ex dei munere gressum recepit: et ibat gratias agẽs.

¶ Anno altero causa extitit vt vir sanctus lingonas peteret: inter epm ⁊ clerum ciuitatis illius orta graui admodum simultate. Ubi cuz prima die inefficaciter laborasset: ⁊ manefacto pararet abire: dicebat fratribus: quia vidi per visum noctis introeunti mihi ecclesiã offerri claudam feminam ⁊ sanari. Post vnã fere horam cum iterum clerici cõuenissent preter spem omniũ reformata pace: multis precibus coegerũt illum beati mammetis martyris intrare basilicã: ⁊ quia fames inualuerat populũ ad elemosinam exhortari. Ubi inter loquẽdum sicut predixerat oblata est ei clauda mulier et erecta: mirantibus quidem omnibus: sed eis amplius qui sicut videbant factum ita sese recordabantur audisse futurum.

¶ In pago treuerẽsi antiquum extat cenobiũ quod rutinense vocatur. Ubi celebrãte aliquando missarum solẽnia viro dei: innumerabilis aderat multitudo. Interea gũtrãnus de sura qꝺ est oppidum eidem proximum monasterio: claudam feminam fecit afferri. Hec ex multo iam tempore repens humi erigi penitus non valebat: sed scabellulis tenens manibus renes emortuos post se trahere cõsueuerat. Cũ aũt pre multitudine ppli ad dei hominem introduci femina non valeret/ in basilica media repente conualuit: et exiliẽs ambulabat: nõ sine lachrymis agens gratias deo. Cuius scabellulis populus iubilans tulit protinus ad altare: vt sisterẽt eã domino ⁊ bernado seruo eius. De cuius nobis curatione confessus est pater sanctus: ꝙ precedenti nocte sibi preostensa fuisset. Uidebatur enim sibi in eadẽ basilica in medio populi circunstantis clãdestinus ⁊ ignotus/ eiusmodi feminam tangere ⁊ transire / ac protinus eãdem videre sanatam plurimum sibi ipe congratulans et exultãs ꝙ agnitus non fuisset. Eadem etiam die rutilauit rutine: in beati viri pñtia lux celestis: cuius benedictio alijs quoqꝫ claudis duabꝰ feminis gressum: visum reddidit cecis eque duobus.

¶ Sepissime vero contigit vt interrogãdum indubitanter dei seruus agnosceret virtutem adesse diuinã. Cuius tamen modũ cognitionis: nullis se posse verbis exprimere fatebatur. Nonnunqꝫ vero cum signasset aliquos ⁊ transisset sanatos esse dixit: ⁊ regressus aliquis ex his qui audierant: sicut dictum erat inuenit.

¶ Egressus aliquando basileam vrbem surdum quẽdã signauerat ⁊ transierat. Cunqꝫ paululũ processisset: vocans alexandrum coloniensem: reuertere ait: quere vtrum audiat homo: redet ille: et illum repperit audientem.

¶ Similiter ipo die cũ signasset aliuz cecũ altero oculo et abiret: deus inquit aperuit oculũ eius. Hoc etiam predictus alexander cum ad inquirendum reflexisset iter ita esse cognouit. Iste est alexander qui in eisdem diebus ad viri dei sacra monita: ostensioneqꝫ virtutum cum alijs ferme triginta seculo vale fecit ⁊ secutus est eum. A quo etiam post modicum tempus: abbas est ordinatus/ in monasterio tholosane diocesis quod grãdis silua vocatur.

¶ In cõstantiensi quoqꝫ diocesi prope castruz frieborg cum homini ceco in via manum imposuisset: remisit qui videret eum ⁊ inuentus est videns.

¶ Quod de duobus alijs cecis in pago coloniensi prope monasterium qꝺ brũuillare dicitur/ similiter fecit: ⁊ cum videre nunciarentur: cõfessus est se quoqꝫ sensisse virtutem.

¶ In territorio etiã senonẽsi i oppido qꝺ sancti florẽti noĩe vocãt/ oblata est viro dei mulier surda: cui manus imponens per spiritũ sensit ꝟtutis effectũ: cũ illa adhuc stupida ⁊ tumultuosa (vt est genꝰ illud ⁊ vt ipsa añ solebat nihil se audire clamaret. Mane autẽ facto: cũ nec illa rediret: nec alter aliqd indicaret de ea sciẽs sanctꝰ diuinã illi miam affuisse: accersiri feminam iubet. Inuecta igitur auditũ recepisse: venit glorificans deum et dei famulo gratias agens.

¶ Egrediebatur idẽ pater metensiũ ciuitatẽ: ⁊ ex more deuotus eum populus deducebat: cum episcopo eoruz stephano: et fratre eius Reinaldo barrẽsi comite: alijsqꝫ personis tã ex clericali ꝙ ex militari ordine multis. Interim causa extitit vt rogaret nobilẽ virũ Henricũ de salinis: sup verbo quodã ꝙ ipse ei episcopus ⁊ alij qui cõuenerãt suggerebãt: vt videlicet metensi ciuitati/ ⁊ populo pacẽ daret cui grauiter inimicabaꝛ. Ille vero renuere penitus ⁊ adiurare: nec vllis precibus flecti. Inter hec superuenientes alij offerebant beato viro hoiem surduz obsecrãtes vt ei magnũ imponere dignareꝛ. At ille fidei zelo succẽsus: sicut interdũ ob cãs necessarias terror quidã ⁊ auctoritas supra hoiem in eiꝰ facie rutilabat: cõuersus ad militẽ tu nos inquit audire cõtẽnis: quos ꝯtinuo corã te audiet surdus ⁊ imponẽs manꝰ hoi signauit eũ: ⁊ in aures eiꝰ digitos misit. Quo protinus audiẽte: pauẽs hẽricus ⁊ tremẽs ruit ad pedes hominis dei: humiliter satisfaciens et libere annuens quicqd fuerat postulatus.

¶ Transiens aliquando seruus christi Brenã oppidum: mendicantem in platea vidit feminã cecã. Quã aliquantisper intuitus: cũ ex more a traseũtibus elemosynã flagitaret: tu inqꝫ pertis argentũ: ⁊ deus tibi visum donabit. Accedens ergo tetigit eã: ⁊ oculos eiꝰ apuit. Que bñficiũ sentiẽs insperatũ: nõ minus misericordie magnitudinem ꝙ lucem insolitam mirabatur.

¶ Inter primas propagines quas hec abũdãtissima vitis emisit: in remorũ parrochia/ monasterium igniacẽse plantatum feliciter radicauit. Quod aliquando visitans idem sctũs vicuz materne fluuio proximuz quem riuoliũ nominẽt pertransibat. Uir quoqꝫ magnificus ⁊ deuotissimꝰ eius amator sanson remorum archieps comitabatur illũ: solita veneratione deducens. Senex autẽ claudus ad mendicandum positus erat in via: cui vnus e fratribus elemosinam dedit. Secutus abbas sanctus: cum iam hominem pertransisset cõuertit se: ⁊ paulisper intendens in eum: quid patiatur interrogat circũstantes: ⁊ sibi illũ precipit exhiberi. Suspicati hoies ꝙ esset ei amplius aliquid ipse daturus. Dñe inquiũt claudus est nec moueri potest: nos ad eum feremus quod volueris dare. Quo respondente verbũ ⁊ dicente: tollite eum ⁊ afferte ad me: primo quidem pre admiratione mutuo sese intuebantur ignorãtes quid esset facturus. Demũ agnoscentes eum/ clamabant adinuicẽ abbas est clareuallis: ⁊ protinus illum sanabit. Nimirum solitus erat quotiẽs poterat operã dare ne in vicis agnosceretur/ ⁊ interdicere socijs ne cui ex occurrentibus manifestarent eum: aut de eo aliquid loquerenꝛ: sed querẽtibus quis transiret dicerent monachos esse/ aut aliquẽ de personis simul eũtibus nominarent. Igitur agnito dei famulo: ruũt vndiqꝫ: ⁊ leuãtes hominẽ ferunt ⁊ offerunt ei. Qui imponẽs vtrãqꝫ manũ capiti eius: ⁊ in celũ suspiciens ac breuiter orãs/ deponi illum iubet ⁊ ambulare. Excusante eo ⁊ dicẽte nõ possum: ego tibi ait in noĩe dñi ⁊ eiꝰ ꝟtute precipio vade: ⁊ sanꝰ esto iã ab hac hora. Quid plura? Statim depositꝰ statim sanatꝰ est: statim libere gradiebaꝛ repletꝰ stupore ⁊ extasi in eo qꝺ cõtigerat sibi. Sꝫ ⁊ vicini eiꝰ ⁊ noti pariter cõgratulantes dñm collaudabãt: q̃ miserabilis hoi: ⁊ meritũ simul ⁊ votũ abũdantia sue pietatis excessit. Uñ etiã vsqꝫ hodie locus ab incolis demõstraꝛ: vbi signũ tã euidẽs diuine ꝟtutis effulsit vbi senex claudus ex multis ãnis tota inferiori corpis sui pte ꝑmortuus: ⁊ a renibus deorsum: oĩ prorsus mẽbroꝝ destitutus officio: dũ stipẽ postulat sanitatẽ recepit. Hic fuit viri sctĩ nouissimꝰ in remoꝝ ptes ingressus: siqdẽ factũ est hoc añ sacrã eiꝰ dispositionẽ corpis ãno vno. De qua feliciũ eiꝰ actuũ felicissima cõsummatione: erit nobis iã/ sed sub alia narratiõe dicendũ. Nimis eñ fallitꝛ: si quis arbitraꝛ huius sanctissimi viri facta mirifica posse cũcta narrari/ ⁊ tã necesse est multa sileri ꝙ impossibile omnia comprehendi.

¶ Explicit liber secundus qui et quartus.

¶ Incipit liber.iii. qui et.v.

Capitula libri quinti. Capitulum.i.

Quod sanctus Bernardus transitū suum presciuit. Et de pace metensium: ⁊ miraculis ibidem factis. Capitulum.ij.

Promittit clareuallensibus nunq̃ se aliquādo defuturū: ⁊ quomodo ⁊ quo anno transierit: ⁊ quomodo regnante rege. Capitulum.iij.

¶ De reuelationibus/et miraculis post eius transitum. Capitulum.i.

CUm post multos iā labores dn̄s dilecto suo Bernardo clareuallensi abbati diu desideratum preciose mortis somnū dare disponeret. Et fidelē seruū in requiem introducere suā: cepit magis ac magis promptus in ipsum proficere spiritus/caro infirma deficere. Cognoscens em̄ vir sanctus prope esse tam brauiu: solito currebat alacrius: et terrestris sue habitationis dissolutionē sentiens imminere: votis vberiorib⁹ aspirabat: ad habitationē ex deo: domū nō manufactā eternā in celis. In cuius purissimo pectore: sacri sese desiderij flāma nō capiēs: crebris erūpat indicijs: ⁊ ignitū eloquiū vehemēter feruoris interni vehemētiā declarabat/ sicut in sanctis animalibus p ꝓphetam inter cetera discribunt scintille quasi aspectus eris candentis. Corpus lectulo decubans varijs exercebat incōmodis: animus tñ nihilominus liber ⁊ potens que dei erāt exercebat inuictus/nō cessans in medijs quoq; doloribus meditari sacrū aliqd aut dictare: orare affectuosius: fratres studiosius exhortari. In oblatione hostie salutaris: quā vsq; ad defectū vltimā/vix aliquando intermisit: artus sibi vix coherentes vigore spiritus sustentabat: semetipm pariter offerens acceptabilē hostiā deo in odorē suauitatis. Quo tempore ad auunculū suū andreā militē templi: qui ⁊ regionis hierosolymitane maxima colūna habebat epistolam scribens: inter cetera ait. Ego enim delibor/ nec puto me longum facere super terram.

¶ Cū adhuc pater sanctus in suo clareuallēsi cenobio iā lectulo decubans cursum vite viriliter ꝯsummaret grauis admodū plaga: metensi populo superuenit. Egressi em̄ in multitudine graui aduersus vicinos principes a quibus preter morem lacessitā se esse tanta ciuitas indignabat tradit sunt multi in man⁹ paucissimorum. Conclusi denicq; inter frigidi montis (sic em̄ eum appellant) ⁊ moselle amnis angustias: ac mutuo sese īpetu collidentes: vna hora sicut dicebat plusq̃ duo milia corruerunt: quidā gladijs trucidati: plures amne submersi. Vehemēti igit indignatione concepta: nobilis illa ciuitas totis ad vltionem virib⁹ parabat/cū e regiōe aduersarios quoq;/ ⁊ fortiores preda copiosa: ⁊ audaciores fecisset euentus. Imminebat totius prouincie certa vastatio cū venerabilis eorū metropolitanus Illinus archiepiscopus treuerēsis: dolens anxie de preteritis sed adhuc grauiora formidans: vnicū in tanta necessitate refugiū petijt: ⁊ expetijt virū dei. Veniēs ergo clarāuallē: ipsi⁹ atq; oim fratrū vestigijs tota hūilitate prostratus: rogabat ⁊ obsecrabat: vt se tantis dignaret opponere malis: quibus alter nemo posse modū ponere videret. Dn̄s aūt sicut semp fidelis serui sui direxerat vias: ⁊ in precipuis quibusq; causis aptissimo visus fuerat instrumento: ex paucis ante diebus egritudinē corporis eius aliquatenus releuarat. Quibus diebus cū ad litteras venerabilis hugonis ostiensis episcopi rescriberet ait. Verū est qḋ audistis. Infirmatus sum vsq; ad mortē: sed interim vt sentio reuocatus ad mortē: atq; hoc vt me sentio nō diu. Vitam quippe mortalē: mortē magis q̃ vitā reputans: nō a morte sz ad mortē reuocatū se sentiebat: cū ab exitu reuocaret iā sentiens haud diutius retinendū. Quod quidē sepius erga eum prouidētia diuina disposuit: in cuius manu erat placita ei aīa illius: vt quotiēs cū grandis aliqua necessitas euocaret vincēte oia animo vires corpis nō deessent/mirantibus qui videbāt eū/⁊ robustos hoies intolerātia superare. Expletis nanq; negocijs velut in se rediens multiplicius laborabat: vt vix viueret feriatus: q̃ occupatus deficere nesciebat. Cui in opere nouissimo tam manifeste tanq̃ magnifice diuina affuit virtus: vt ex laboribus vires capere videretur. Accidit aūt cū in predicti moselle fluuij littore residentibus hinc inde partib⁹ mediator fidelis rogaret que ad pacē erant: vt pars altera/ ex tanta siquidē hostiū strage ferocior qḋ exigebatur obstinata animositate renueret. Subito deniq; tanq̃ agitati furijs discesserūt virū dei insalutatū: solā vero ceteris omibus relinquentes desperationē pacis. Nec sane ex cōtemptu aliquo: sed ex metu reuerentie eius inire fugā: siquidē verebant ne presentiū mentes q̃libet improbas facile flecteret/minus cōsiderantes qḋ ille per spiritū nulli q̃ absentē/posset etiam in absentes.

¶ Iam conuentus in magno turbine soluebat: sola vtrinq; meditabātur arma/sola inibant cōsilia malignandi: cū vir sanct⁹ eos qui secū venerant consolatus fratres: ne turbemini inquit licet em̄ per multas difficultates: omino tamē pax desiderata ꝓueniet. Quib⁹ etiā vn̄ id nosset innotuit dicēs. Videbar mihi per nocturnū soporē missam celebrare solēnem. Cumq; expleta paulominus oratione prima recordarer angelicū ex more canticum (idest gloria in excelsis deo) precedere debuisse erubui: ⁊ qḋ oblitus omiserā canticū inchoans: vobiscū pariter ad finem vsq; compleui. Iam mediū noctis transierat: cū vir sanct⁹ de predictoꝝ plenitudine principiū legatione suscepta: iocūde satis cōuersus ad suos/agnoscite ait ꝓmisse nobis canēde glorie/⁊ cantici pacis preparationē. Interim ergo partibus cōuocatis per dies aliquod de pace tractatū est: ⁊ ob maximas difficultates currētes vtrinq; sepius desperatū: nisi q̃ oēs iā cōsolabat q̄ omibus innotuerat abbatis sancti tā certa de reformanda pace ꝓmissio. Nec parum ipsa dilatio profuit/ his presertim qui varijs incōmodis laborātes remedia consequebantur in carne/sed etiā qui vidētes edificabant in fide. Tantus enim cōcursus erat: vt multitudine pariter atq; importunitate sua: ipsum quoq; negociū componende pacis pene desperabiliter impedirent: donec quesita tandē in medio flumine insula: partis vtriusq; primarij in nauiculis accesserunt. Vbi cōpositis omnibus fm q̃ fidelis arbiter diffiniuit: datis sibi inuicē dexteris reconciliati sunt in osculo pacis.

¶ Inter oēs sane quas per manū serui sui ibidem prestitit dominus sanitates: celeberrima fuit cuiusdam curatio mulieris. Hec ab annis octo pessima egritudine laborabat: vehementi tremore: ⁊ validis motibus vniuersa pariter mēbra cōcutiēs. Cum autem videretur grauioribus ortis difficultatibus: propemodū excidisse spes pacis: dn̄o disponente venit mulier ita tremens: nec minus horribilis q̃ miserabilis: ⁊ oēs pariter ad spectaculū cōuenerunt. Orante deniq; dei famulo sub oculis oim paulatim cōcussione sedata perfectā adepta est protinus sospitatem. Que res in tantā admirationē: etiam durissimos quosq; permouit: vt percutientes pectora sua/ per horā fere dimidiā cū lachrymis acclamarent. Tantus deniq; factus est impetus et concursus procidentiū ⁊ deosculātiū viri dei sacra vestigia: vt propemodū cōprimeret: donec tollentes eū fratres: et imponentes in nauiculā a terra modice subduxerunt. Cumq; accedentes ad se principes (vt ceperat pro pace rogaret suspirantes dicebant. Oportet nos libenter audire eū quem (vt ipsi cernimus) deus diligit ⁊ exaudit/⁊ audito eo multa facere: ꝓ quo tanta facit in oculis nostris. Quibus ille vt semper cautus erat competenter huiusmodi gloriam declinare: non propter me inquit/ sed propter vos facit.

¶ Simili quoq; miraculo et in simili oportunitate: ipsa etiam die metensium animos ⁊ domus inclinauit ad pacem. Ingressus enim sanctus metensium ciuitatem episcopum simul ⁊ populū ad ea que pacis erant vehementer vrgebat. Grauiter autē vrebat illos vulnus acceptum: quibus enim valide satis reponere cogitauerant secus q̃ vellent remittere cogebantur. In ipsa hora oblata est ei mulier paralitica/de ciuitate eadē. Cui manus imponens: et orans: dignatus est palliolum quoq; propriū quo vtebatur ipse super extendere ei tenendumq; episcopo tradere propter astanti: et sub eodem velamine debilia tāgere mēbra. Expleta autem oratione et benedictione data erexit illā: omnibusq; mirātibus per medium illorum incolumis ibat quā attulerant in grabato.

¶ In flumine quoq; mosella dum ob intolerabilem cōcurrentium multitudinē vir beatus nauicula veheretur: vnus ex his qui curari desiderabant cecus: clamabat in littore obsecrans vt duceretur ad eum. Cumq; ille iam pertransiret: audiens homo nauigantem post eum in nauicula altera piscatorē: diffibulatam protinus clamidem qua erat opertus/ porrigēs dabat illi: vt in nauicula reciperetur. Factum est/⁊ vt peruenit ad sanctum: iuxta sue fidei magnitudinē magna velocitate sub manu eius visu recepto: miratus clamabat videre se colles homines: videre arbores/et cetera vniuersa.

¶ Paucis ab eodem loco miliarijs distat cenobium: quod sancti Benedicti nomine vocāt. Vbi puer claudus: ⁊ a renibus infra omni prorsus membrorum destitutus officio: solis ad mouēdum manibus vtebatur et renib⁹: pedes emortuos post se trahens. Quem ex burgundie partibus pater aduectum ante annos quattuor/ibi reliquerat: et extunc fratrum elemosynis alebatur. Itaq; cum beati patris aduentum/et virtutes quas dominus operabat in ipso per omnem circa prouinciam celebris fama vulgaret: impositum plaustro eundem puerū fratres predicti cenobij

dicti cenobij adduxerunt ad eum: rogātes vt solita pietate mi=
sero subueniret. Acquieuit/ imposuit manus: orauit/ et eadem
hora sanum reddidit: firmiter stantem: firmiter ambulantem.
Denique sicut ab eiusdem loci abbate nuper accepimus: vsque ho=
die fratrū pecora idem puer incolumis sequitur et custodit: et si
quis desiderat scire: iohānes est nomen eius.

¶ Alter etiam claudus in eiusdē monasterij vicinia degēs: eo=
dem tempore ad ꝑdicti patris sancti benedictionem sanatus
est: et gressuz recepit. Sz et prope leucoꝝ vrbē: loco cui nomē est
gōderuilla: idē vir dei feminā cecā illuminauit sub oculis pluri
morum qui de tota confluxerant regione.

¶ Ceterū nimis difficile: aut omnimodis impossibile foret itī=
neris illius magnalia vniuersa cōplecti. Sed neque ꝓpositi no
stri est eiusmodi modo ꝓseq̄ signa et narrandis ꝟtutū operibꝰ
operā dare. Hec enī viarū tuarū pater dulcissime finis beatus
et hic labor vltimus fuit. In hoc opere nō minus vtili q̄ diffici
li/ nec minus desperate q̄ necessarie pacis: labores tuos glo=
riose cōpleuit: qui magnifice semper honestauit te in laboribꝰ
tuis: te in suo nomine et nomen suum in te glorificans: rex glo
rie dominus deus tuus.

Capitulum.ij.

V T expleta metensiū recōciliatione et prouincie illi
pace reddita: abbas sanctus ad monasteriū rediit
graui ad modū iā iāque deficiētis in cōmodo corpis
occupatus: in tāta animi suauitate et dulcedine spi
ritus quotidie propinquabat ad exitū: ac si in por=
tu nauigans paulatim vela deponeret. Euidenter quoque fratri
bus aiebat. Hec sunt verba que loquebar ad vos cū preterita
hyeme egrotarē: nō vobis esse qd adhuc timeretis/ estate pri
ma imminere me mihi credere huiꝰ corporis dissolutionē. Ad
quā euidēter ꝓprio didicimus experimēto: qd de sanctis apo
stolis euangelia sacra testant̄. Cū dū suā illis ꝑdiceret domi=
nus passionē/ erat verbū absconditū ab eis et capere non vale=
bant. Nimirū q̄ tā vehementer horrebat animus/ minus facile
persuadebatur vt crederet: presertim cū et ipse cōpatiens filijs
eiusmodi verba supprimeret. Ceterū factis quodāmodo cla=
mans opera cōsummaui q̄ dedit mihi pater vt facerē magis ac
magis actus omittere: affectus retrahere: et sacroꝝ funibꝰ de
sideriorꝝ sedula intentione preiactis vicino iam littori herere
firmius et cōmodius applicare. Denique cū venerabilis antistes
sedis lingonice godefridus de quibusdā eū sollicitaret agen=
dis: et minus apponere animū miraret̄: ne mireris inq̄t ego enī
iam non sum de hoc mundo.

¶ Videns aūt pater sanctus cōpassionis et misericordie visce=
ribus affluēs charissimos sibi fratres et filios miserabiliter ad=
modū tabescentes et arescētes pre timore et expectatione sup=
uenientis desolatiōis grauissime: et lamētabilis orbitatis: dul
cissimis eos cōsolationibꝰ refouebat. Et monēs eos in tuo di
uine clementie sinu: spei fideique sue anchorā per incōuulsibilē
charitatē firmius radicare: se quoque promittebat nec post mor
tem eis aliquando defuturū. Propensius aūt q̄ noster queat
exprimere sermo/ rogans obsecransque per multas lachrymas
timorem dei et sacre puritatis ac totius ꝑfectionis amorem no
stris imprimere animis conabatur. Sed et monebat et cum la=
chrymis obtestabatur: vt si q̄d forte virtutis: aut exemplo no=
bis aliquādo cōmendasset: aut verbo id emularemur: id firmi=
ter teneremus: et proficeremus in eo alijs quidē verbis: sz eodē
spiritu illud apostolicū loquens. Rogamus vos et obsecramus
in domino iesu: vt quēadmodum accepistis a nobis quomodo
vos oporteat ambulare et placere deo per omnia/ sicut et ambu
latis: vt abundetis magis. Atque vtinam tam efficaciter persua
serit q̄ affectuose suasit.

¶ Moduz autē egritudinis eius si quis nosse desiderat/ extat
epistola quā ad amicum quēdam paucissimis diebus ante sa=
cram a nobis profectionē suam ipse dictauit. Quā nimirū huic
nostre narrationi duximꝰ inserendā/ q̄ videlicet et si aliena quo=
que de ipso: amplius tamen nos ipsius de se verba delectent.

¶ Epistola ad Arnaldū bonevallis abbatē: qui et quedā
exenia mittens: de valitudine eius fuerat sciscitatus.

S Vscepimus charitatē vestrā in charitate: et nō in vo
luptate. Que enim voluptas: vbi sibi totū vendicat
amaritudo. Nisi qd solū nihil comedere: vtcunque de
lectabile est. Somnus recessit a me: ne vel beneficio
sopiti sensus: dolor vnque recedat. Defectus stomachi: fere totū
qd patior est. Frequēter in die et nocte exigit confortari modi=
co admodū qualicunque liquore. Nā ad solidū omne inexorabi
liter indignatur. Hoc parū qd dignatur admittere nō sine gra
ui molestia sumit: sed timet grauiorē: si sese vacuū omnino dimi=
serit. Qd si plusculū q̄d interdū admittere acquiescat: id gra=
uissimū. Pedes et crura intumuerunt: quēadmodū ydropicis cō
tingere solet. Et in his omnibus ne quid lateat amicū de statu
amici sollicitū: sm interiorem hominē (vt minus sapiens dico)
spiritus promptus est in carne infirma. Orate saluatorē q̄ non
vult mortē peccatoris: vt tēpestiuū iam exitū non differat: sed
custodiat. Curate munire votis: calcaneū nudū meritis: vt is
qui insidiatur inuenire non possit vnde figat dentē: et vulnꝰ in=
fligat. Hec ipse dictaui/ sic me habens: vt per notam vobis ma
num agnoscatis affectum.

¶ Hoc exemplar epistole: quā vt nos diximus et ipsa quoque eius
dem verba declarant: pater sanctus exitu iam imminēte dicta
uit. Ex cuius tenore possit nimirū diligēs lector sacrū illiꝰ (vel
ex parte aliqua) pectus agnoscere/ q̄ta illi in ipsa sui ruina cor
poris/ trāquillitas mētis/ serenitas animi/ suauitas spūs: quā
ta sub fiducie culmine: radix hūilitatis. Sed et nostros ei inter
hec animos aliquatenus estimare ac sibimet exhibere licebit:
vultus exangues: singultus graues: crebra suspiria: anxias co
gitationes. Nimirū cū thesaurus tantus et tam amabilis/ ad=
huc nobis esset in manibus/ et tamen nec spes esset diutius re
tinendi: nec facultas pariter cōmeādi. Nec lugenduz nobis vl=
latenus super illū qui in gaudiū domini dei sui feliciter inuita
tus intrabat: sed super nos vtique quibus erat iam vita tedio et
adhuc mors timori. Iam enim tibi serue bone: bonum illud eu
ge dicebatur a bono domino: sed nostra grauis erat in hac se=
paratione cōditio: post mirificā lucē: horrere magis tenebras
subintrantes: post aurea secula grauius ferreū quod successit.

¶ Igitur an̄ patris huius excessuz: accedētes ad eū filij quos
per euangeliū genuerat: ꝑissimū eius animū lachrymabili sup
plicatione pulsabāt: et hec atque hmōi loquebant̄. Nunq̄d nō mi
sereris huic monasterio pater: nunq̄d nō ꝯpateris nobis: quos
tanto pietatis affectu maternis lactasti vberibus/ paterna cō
solatione fouisti. Quomodo sic exponis labores tuos: quos in
loco hoc laborasti: quomō tam dilectos hactenus filios sic re=
linquis. Tunc vero flens ipse cum flentibus et colūbinos ocu=
los in celū porrigēs/ ac mente tota/ apostolicū illum cōcipiēs
spiritum: testabatur coartatū se e duobꝰ: et quid eligeret igno=
rantem diuine totū tribuere arbitrio pietatis. Nā et hinc pater
na illū vrgebat charitas: filiorū votis annuere vt maneret/ et
inde trahebat christi desideriū vt migraret. Cui tamē ab olim
iam atque altius radicata in pectore eius hūilitas persuaserat:
vt ex intimo cordis affectu: seruū inutilē se esse diceret: et arbo
rem sterilē reputaret: ex cuiꝰ vita nullus sibi fructꝰ: nullus al=
teri cuique proueniret. Nā et solitus erat in familiari collocutio=
ne fateri: vix credere se hoibus q̄ sic eum sibi vtilē crederent
vt dicebant. Sed nec paruū sese in suis super hoc cogitationi
bus phibebat aliquando sustinuisse conflictū qd nec tam vera
ces homines fallere vellent: nec tam prudentes falli posse verisi=
mile videretur cum alterutrū excusare nō posset. Quem enim
totus mirabat̄ orbis/ solus ipse qd erat mirabilius nō videbat
sue videlicet operationis opinionis ve splēdorē: sicut ille quō=
dam vir simplex et rectus/ nec solē cum fulgeret/ nec lunam in
cedentem clare vidisse se memorabat.

¶ Nouissime cū exterioris habitaculi vndique iā soluta compa
go: desideranti anime liberum prestaret egressum magnus ille
dies illuxit: quo ꝑpetuus illi ortus est dies. Ad cuius exitum
vicini episcopi cum abbatum et fratrū copiosa multitudine fue
rant congregati. Hora autē diei pene tertia singularis lucerna
sue generationis sanctus ac vere beatus abbas bernardus a
corpore mortis in terrā viuentiū feliciter christo duce migra=
uit: ex filioꝝ circūstantium/ et inter graues singultus ac lachry
mas vberes: vt cunque psallētiū choro: ad multoꝝ quos ipse pre
miserat cetus transiens letabūdos/ ad sanctorū cuneos gratu
lantes: ad obuia agmina angeloꝝ/ felix anima quā sic leuabāt
excelsa suoꝝ priuilegia meritoꝝ: quā sic pia filioꝝ prosequebā
tur inferiorum vota: sic quoque superiorū desideria sacra trahe
bant. Felix illi et vere serenus dies quo plenꝰ ei meridies chri=
stus illuxit. Dies cūctis vite sue diebꝰ tantis ab eo expectatus
desiderijs expetitꝰ suspirijs: frequētatꝰ meditationibꝰ: orationibꝰ
ꝑmunitus. Felix trāsitus de labore ad refrigeriū: de expecta
tione ad premium: de agone ad brauium: de morte ad vitam:
de fide ad noticiam: de peregrinatione ad patriam: de mūdo
ad patrem. De quo transitu eius multa nouimus apparuisse q̄
multis: et quidem non indigna reuelatu: sed difficile nimis sin
gula vestigare: et scribere omnia nimis longū. Nam et vsque mo=
do multipharie: multisque modis paternus erga filios amor: ve
re etiā nunc: immo nūc verius viuēs et vigēs crebris reuelatio
nibus eorū dignat̄ solari lachrymas releuare mestitiā vt quo
dulcius ei gaudēt: minus anxie doleant sibi. Si qua tamen ex
his minus prolixā desiderantia narrationem lector scire desi=
derat proprio magis et nouissimo credimus reseruanda capitu
lo. Interim cetera prosequentes quanta possumꝰ violētia ani=
mos auertamus ab illo tam graui gemitu et rugitu quo nimi=
rum grex miserabilis pastore migrante personuit. Parcamus
pagine: et q̄tū possumus stringamus oculos: palpebras ꝯplan

demus aduersus lachrymas quibus in illo sue claritatis ab-
scessu vallis nostra fluebat/ecclesie protinus vniuerse calicem
sui propinatura meroris: cui hactenus cõsueuerat stillare dul
cedinem: gaudia fundere: fluere consolationes.

¶ Cum fidelis minister ⁊ sacerdos altissimi feliciter ingrediẽ
in locũ tabernaculi admirabilis ad altare dei sacram ei ⁊ acce-
ptabilẽ hostiã sui ipsũs oblaturus corpus etiã rite paratũ ⁊ or
natũ sacerdotalibus indumentis: oratorio beate dei genitri-
cis infertur. Plurima quoq; nobiliũ ⁊ ignobiliũ de vicinis qui-
busq; locis gemebũda protinus turba cõuenit: ⁊ vallẽ totã plo
ratus ⁊ viulatus multus implebat. Amarius alios pre foribus
monasterij lamentabaẽ sexus miserabilior mulierũ/ qꝺ accedẽ-
tibus ad beata vestigia viris: monastici ordinis disciplina in-
exorabiliter eis etiã tunc negaret ingressum. Biduo mansit in
medio gregis pastor extinctꝰ: ꝺũ pristina illa dulcissimi gratia
vultus: nil minorata: ſꝫ aucta magis/ olim in se figeret oculos:
animos traheret: sepeliret affectus. Crescebat aũt supramodũ
ruens vndiq; populi multitudo: ⁊ intolerabilis iã fiebat im-
petus concurrentiũ/ ac desiderabiles tenentiũ pedes: oscula
tiũ manus: applicãtiũ panes: balteos nũmos ⁊ alia quoq; ser
uanda sibi pro benedictione: ⁊ varijs necessitatibus pro futu-
ra. Maxime aũt parati in diem tertiũ solẽnẽ per loca proxima
prestolabanẽ reponendi sacri corporis eius horã/ copiosius vn
diq; conuenturi. Nã ⁊ secunda die tantus circa meridiẽ popu-
lus fuerat cõgregatus: ⁊ tanto pietatis zelo stipati vndiq; sa-
crum corpus obsederant: vt nulla pene episcopis reuerentia:
nulla fratribus habereẽ. Undeverti ne qꝺ simile aut forte gra
uius accideret die tertia: preoccupãtes horam: et mane diuis
ex more sacrificiis consummantes/ sicut et biduum iam in ce-
lebratione missarum/ ⁊ iugi fecerant psalmodia: purissimum il
lud balsamũ/ suo vasculo commisere: in lapide reponẽtes lapi
dem preciosum optimam margaritam.

¶ Consummatis ergo feliciter vite sue diebus ⁊ annis circi-
ter. lxiij. expletis: dilectus domini Bernadus clareuallensis
cenobij primus abbas: aliorum quoq; amplius q̃ centum. lx.
monasteriorũ pater. xiij. kal. septemb. inter filiorum manus ob-
dormiuit in christo. Sepultus est autem. xj. kal. eiusdem mẽsis
ante sanctũ altare beate virginis matris: cuius fuerat deuotis
simus ipse sacerdos. Sed et pectori eius ipso in tumulo capsu-
la superposita est: in qua beati thadei apostoli reliquie cõtinẽ
tur. Quas eodẽ anno ab hierosolyma sibi missas: suo iusserat
corpori superponi eo vtiq; fidei ⁊ deuotionis intuitu: vt eidem
apostolo in die cõmunis resurrectionis adhereat. Facta sunt
hec eodẽ anno quo beatus papa noster eugenius tertius eius-
dem patris sancti in conuersatione sancta filius: ab hac luce
vel ab hac magis caligine migrauit ad lucem: cuius merita in
ipsa cui insigniter prefuit vrbe/ miraculis pluribus illustrata
chorruscãt: successore eius anastasio romane ecclesie presidẽte:
regnantibus autẽ in romanorũ imperio: frederico illustri. In
francorum regno: piissimo rege ludouico filio ludouici: princi-
patum ecclesie vniuerse ac totiꝰ creature visibilis ⁊ inuisibilis
monarchiam tenente dei filio iesu xp̄o. Anno ab incarnatione
sua Millesimo centesimo. liij. Qui cum patre et spiritusancto
viuit ⁊ regnat deꝰ in secula seculorũ. Amẽ. Capitulũ. iij.

Iam de supra memoratis reuelationibus pauca di-
cturi ob eo sumamus initium quod predictũ est an-
no septimo anteqũ fieret. Erant duo fratres in mõa-
sterio/ de sacra beati patris vita ⁊ felicibus eiꝰ acti
bus colloquentes. Quorum alter ab ineunte adoles
scentia educatus ibidem: ad alterũ ait. Nosti quot annos viui
cturus hic beatissimꝰ pater noster? Cui ille. Nescio inquit. Et
alter. Ego ait noui eũ sex aut septẽ annos adhuc in carne vi-
cturũ. Hoc aũt vnde sciret minime iã scire possumꝰ: q2 nec tũc
indicauit ⁊ ante patrẽ sanctũ ipse decessit. Porro alterius ho
dieq; superstitis relatione hoc verbũ nobis innotuit: qui tunc
magis miratus est se audisse: q̃ŭ vt ab olim audierat: ita vidit.
Talis vero ille est de cuius testimonio nec nos ambigimꝰ: nec
cuilibet alteri qui eũ nouerit credimus dubitandũ: neq; id so-
lum sed qꝺ non minori dignũ admiratione videẽ: nomen quo-
q; ⁊ personã successoris ipsius indicante sibi eodẽ fratre extũc
innotuisse testaẽ. Manifeste enim eadẽ hora frater ille predixit
q2 dñs Robertus qui hodie abbas est de Dunis: post hũc bea
tum patrẽ abbas futurus est clareuallis. Nam qꝺ disiunctiue
sex vel septem annos victurũ dicebat: ad hoc pertinuisse vide
tur: qꝺ inuẽtꝰ sit terminꝰ idẽ vltra sextũ annũ: infra septimũ tñ.

¶ Prope erat iam tempus: ⁊ festinabat pater sanctus ad metã
Infirmabatur enim sicut in huius libelli principio memorauí-
mus: adeo vt illa iã infirmitate ipsius perfici virtus: iam immi
nere exitus videretur. Interea fratres instare supplicationibꝰ
⁊ obsecrationibus quibus poterant apud deũ. Unde etiam san
ctus ipse cognoscens eorũ precibus desideriũ suũ differri cuꝫ
aliquanto melius ſm corpus habere cepisset: cõgregatis fra-
tribus/ hec eadẽ verba locutus est. Quid tenetis miserũ homi
nem? Fortiores estis ⁊ inualuistis. Parcite queso parcite: sini-
te me abire. Primo tamen cum in summo periculo ⁊ timore fra-
tres omnes in orationibus humiliarent animas suas: vni eo-
rum visio talis apparuit. Occurrebat cũ multa exultatione vi
ro dei extra monasterij claustra: innumerabilis multitudo. In
qua tamẽ processione: solos quattuor precũtes: idest frater qui
videbat agnouit/ magnũ illũ dilectorẽ eius atq; dilectũ/ cuiꝰ
⁊ ipse in libro quarto de cõsideratione cũ laude meminit/ gau
fridum episcopũ carnotensem Hũbertũ quoq; qui igniacensis
cenobij fuerat primus abbas/ ⁊ duos eius germanos: Guido-
nem scꝫ ⁊ Gerardũ. Exceptus itaq; reuerenter: ⁊ post osculum
pacis: amica diu colloquia miscens: pater sanctus ac beatus
cum his quattuor stabat: expectante seorsum multitudine cete
rorum. Nouissime salutantes eũ predicti viri et hoc sibi iam re
deundũ esse dicebant. Tum vero expalluit ille: ⁊ circũfusa sibi
mestitia internũ declarans animi dolorẽ/ quid ergo ait sine me
vultis abire? Et illi. Nõ potest adhuc tuo ⁊ nostro satisfieri de
siderio donec veniat tempus nouorũ. Dicebant autem tempus
nouorũ quo fruges noue colligerẽtur: sicut euidenter postmo-
dum probauit euentus: dũ in augusto mense decessit. Mane er
go frater ille cui hoc ostensum fuerat cõsolatus est ceteros: ve
lut iam imminentẽ patris obitũ formidantes: ⁊ qꝺ viderat et
audierat indicauit. Adhuc autem hyems erat.

¶ Eodem tempore altera quoq; visio prioris confirmatio fuit:
Nisi q2 euidentius iã vtriusq; cõpleta veritas probat: quã eui
denter in vtraq; qꝺ futurũ erat dñs reuelauit. Uidebat eñ fra
ter quidã/ ⁊ ecce parabat vir beatissimus ascendere hierosolij-
mam: iamq; ipso in principio itineris erat. Ad quem venerabi-
lis odo/ q̃ a primis fere annis strẽnue satis ⁊ laudabiliter con
uersatus in monasterio absentiũ consueuerat prepositorũ sup-
plere vices/ reuerenter accedens: dicebat se precessurũ. Cuiꝰ
visionis sic ostensa est veritas: vt predictus vir deo dignus ad
celestem hierusalẽ: vbi vere visio pacis parantẽ iam egredi: et
paulopost secuturum patrem sanctum: felici functus legatio-
ne preiret.

¶ Sed ⁊ abbas quidã satis ei habitatione vicinus: nec minꝰ
affectione deuotus: paucis diebus ante felicissimũ patris hu-
ius excessum: videbat eũ preciosissimis ornatũ sacerdotalibus
indumentis: ⁊ excellenti perfusum gloria: cũ ingenti solennita
te ad altare deduci. Ad cuiꝰ introitũ ecclesia magna magnis
resultans vocibus exclamabat: puer natus est nobis. Uere eñ
puer ipse erat mitis ⁊ humilis corde: ⁊ sicut paruulus accipiẽs
regnũ dei: in cuius merito gratulabunda natali angelica mul
titudo: ⁊ ois pariter sanctorũ ecclesia: dũ nobis videreẽ mori:
sibi illum nasci: dum hic cõsumaretur ibi incipere: non tam so-
noris vocibus q̃ votis paribus concinens exultabat. Si enim
ad vnius penitentiã peccatoris tota illa celestis regio in leti-
tiam suscitaẽ: quentã illi gaudia exhibuisse credẽda est p quem
gaudia tanta receperat de tã multorũ cõuersione ⁊ penitentia
pctõrũ: Quis eñ valeat estimare quãtis i seculari habitu ⁊ cõ
uersatione manẽtibus: quãtis etiã ad alias virorũ seu femina
rum congregationes trãseuntibus per huiꝰ fidelis famuli mi-
nisteriũ: dedit dñs penitẽtiã ad salutẽ? Aut quis numeret eos
qui sub eius cura in centũ sexaginta monasterijs per dei beni-
gnitatẽ ad penitentiã sunt adducti: Nã ex his solis q̃ specia-
les eius filij videbanẽ: pter eos q̃ iam cursum vite feliciter cõ
summauerant: preter eos q̃ per alia loca fuerãt ꝓpagati ea die
qua felicissimꝰ pater ex claraualle montẽ ascendere meruit glo
riosẽ: reliquit habitãtes in ea septingentas ferme animas do
mino seruientes. Quid igitur mirũ si gratus curie: si acceptus
regi: si exceptus cũ leticia ⁊ exultatione credaẽ: in quo gratia
dei vsq; adeo vacua nõ fuit: qui tã feliciter/ tã efficaciter plus
omnibus sui tẽporis: ⁊ multarũ retro generationũ laborauit:
qui talentũ sibi traditũ tã copiose multiplicauit: tanta deniq;
lucra retulit de negocio? Sed de his hactenus: ne quis nos ar
guat eius quam polliciti sumus metas excedere breuitatis.

¶ Sane in monasterio predicti illius abbatis qui sic eius na
tale preuiderat ea nocte quã nobiscũ pater sanctus mane ꝓfe-
cturus vltimã fecit venerabili eius preposito apparẽs: vale fe
cit illi ⁊ ait. Noueris quia iam migro/ nec vlteriꝰ hic morabor.
Qꝺ vt ille indicauit abbati: accelerãs abbas ⁊ clarãuallem ve
niẽs: ipo die abbatẽ sanctũ sicut dixerat reperit iam migrasse.

¶ Frater Guillermus de monte pessulano cuius et supra feci-
mus mentionẽ: vir magnificus olim in seculo fuit: sed magnifi
centior in seculi fuga. Hic in monasterio grandis silue monas
chus factus: patrem sanctũ deuotissime visitauit. Rediturus
autem lachrymabiliter querebatur: quod nõ esset eũ vltra visu
rus. Cui vir dei: ne timeas ait: adhuc sine dubio me videbis.
Huius effectũ promissionis deuotissimus ille Guillermꝰ expe
ctans ipse

etiam ipsa nocte cũ beatus pater ex hac vita decessit: in monasterio grandis silue apparẽtem sibi videre meruit/ ⁊ dicẽtẽ frater guillerme. Et ille. Ecce ego dñe. Veni inquit mecũ. Ibant igitur pariter/ ⁊ ad mõtem quẽdam altissimũ peruenerunt. Interrogabat autẽ sanctus an sciret quo venissent. Ille vo se nescire professus est. Cui ipse. Ad radices inquit mõtis libani venimus. Et nunc manebis hic: ego autẽ ascendã in montẽ. Interrogatus qua de causa vellet ascendere: discere volo inquit. Mirat⁹ ille: quid tñ vis discere pater quẽ nulli hodie in sciẽtia credimus esse secũdũ? Ad quẽ sanctus. Nulla ait hic scientia: nulla veri cognitio: sursum scientie plenitudo: sursum vera noticia veritatis: ⁊ in hoc verbo dimittens eũ: in montẽ altissimum subijt corã illo. Cumqꝫ intueretꝛ euntẽ illũ expergefactus est: ⁊ occurrit protinus ei verbũ illud qd ad Iohãnem olim de celo sonuit. Beati mortui qui in dño moriũtur. Ut ergo mane locutus est abbati suo ⁊ fratribus: patrẽ sanctũ ex hac vita migrasse dicebat. Et notãtes diẽ ac diligẽtius inquirentes vt audierant inuenerũt. Euge pater sancte q̃ ascẽsiones in corde disposuisti in valle lachrymarũ: feliciter iam ascendisti de claravalle in montẽ libani: montẽ candidationis: plenitudinem lucis: celsitudinem claritatis. Innocẽs manibus ⁊ mũdo corde ascendisti in montẽ domini: ad diuitias salutis: ad thesauros sapientie ⁊ scientie peruenisti: vbi pure purã videas veritatem vbi vnus tibi cũ omĩbus sanctis magister est christus: vbi oẽs iam docibiles dei. Trahe nos post te quesumus/ ⁊ de mõte excelso misericorditer respice vallẽ tuã. Adesto laborantib⁹: subueni periclitantibus: ascendentibus manũ porrige. Da fiduciã tua nobis ab olim experta: nec exinanita modo: sed amplius cumulata benignitas: quin etiam visio quam subnectimus ab eadem nostra presumptione non discrepat.

¶ Proxima nocte postq̃ sacrũ corpus sepulture traditum fuerat: quantã adhuc pro filijs sollicitudinẽ gereret pr̃ sanctus ⁊ quomodo suos quos in mũdo dilexerat/ in finẽ quoqꝫ diligeret: euidenter ostendit apparẽs enim cuidã fratri in multa gloria ⁊ fulgore magno vestis ac vultus: ⁊ desiderantẽ tenere cito pertransiens aiebat: qr pro quodã fratre simplice veni. Audierunt hoc fratres ⁊ mirabãtur: sed circa horã diei tertiã veritas cõprobata est visionis. Defunctus est em̃ quidã frater laudabilis admodũ simplicitatis/ ⁊ sicut om̃ino credibile est/ animam eius tãto duce felicẽ: qui pro eo se venire dixerat secum tulit.

¶ Paucis quoqꝫ expletis diebus alteri cuidã fratri magnifice satis apparens/ ⁊ arguens de suo nos doluisse discessu: post verba multe consolationis: ⁊ pmissionem felicitatis eterne/ in sua perseuerantibus obedientia ⁊ doctrina/ hoc etiã scito ait: ⁊ dicito fratribus cuiusdã vere sancti corpus: cuius ⁊ ego habeo vestẽ: in oratorio esse sepultũ. Dicebat aũt epm̃ malachiã. Ipsius em̃ tunicã in qua sanctus ille feliciter obdormierat ad missarũ sibi seruauerat celebrationẽ: ⁊ moriturus in ea sese iusserat sepeliri: sicut ⁊ sanctũ illũ in sua sepelierat veste. Qd tamen verbũ ⁊ ipsi fratri ⁊ q̃pluribus alijs/ vsqꝫ ad hanc visionẽ prorsus erat ignotum.

¶ Felix pontifex: cuius merita pater sanctus ⁊ viuẽs predicauerit ⁊ defunctus. Felix charitas que in morte non excidit. Felix societas quã nec illud diuortiũ tã crudele diremit. Gloriosi siquidẽ patres quẽadmoduz in vita sua dilexerũt se: ita ⁊ in morte non sunt separati. Nã ⁊ post dies circiter .xi. abbas quidam ex maioris britannie insule: sacre illius societatis virtutem: feliciter experiri meruit in seipso. Qui eodẽ tẽpore cuz ceteris coabbatibus suis ex more cistertiũ petens: in claravalle remanserat gemino quodã desperabiliter occupatus incõmodo/ pleuresis/ scꝫ ⁊ febris quotidiane. Iãqꝫ eatenus lõga vexatione defecerat: vt solũ anime ei⁹ exitũ fratres qui ei nunq̃ deerant obseruarent. Cũqꝫ animũ eius augeret nõ tã desiderium vite presentis: q̃ absentiũ desolatio filiorum [illegible] peregre moreretꝛ obnixe petijt: vt ad tumulũ sancti deportaretꝛ abbatis. Ubi cũ orasset tota deuotione qua potuit: beati quoqꝫ episcopi malachie in aquilonari ipsius oratorij latere positũ cogitauit visitare sepulchrũ: auxiliũ flagitare: sꝫ fatigationẽ veritus ⁊ quasi iã securus de incolumitate: qd cogitauerat nõ impleuit. Die altera iterũ fratres aduocans: vt ad oratoriũ veniat: opẽ sibi postulat exhiberi. Causantibus illis: periculũ siquidẽ verebãtur omnimodis inquit oportet vt sancti malachie tumulũ petam. Cũ em̃ nocte preterita vix tenuiter obdormissem expergefact⁹ subito audiebã vocẽ dicẽtẽ mihi. Sanatus iam ab egritudine tua: si ab altera vis sanari: episcopũ pete. Fecerũt illi vt ille voluit: ⁊ cõtinuo factũ est sicut dictũ erat ad illũ. Eadẽ die san⁹ factus post paucissimos dies iter arripuit: ⁊ incolumis reuersus est ad suos. Tuũ in hoc opere spiritũ tuũ agnoscimus pater dulcissime zelũ: tuã cõsiderationẽ. Tuũ hoc opus sic deferre collegę tuo: vt hũc quoqꝫ ei cõmunicares honorẽ ⁊ amorem cũ quo verius et felicius honorificaris in celis. Immo vo tui sunt hec om̃ia operis/ tui muneris deus noster. Tu em̃ omnem replesti ab initio temporis terrã presentia diuinitatis omnem aliquando repleturus gloriã maiestatis: cuius tamen partes interim quasdã ⁊ eterno preelecta loca cõsilio excellentius visitans reples speciali gratia sanctitatis. Fac dñe spiritali semper abundare frumento vallẽ: quã vt faceres te q̃s noie clarorem: dignatus es tam eximie claritatis siderib⁹ illustrare duobus/ custodi domũ in qua tibi geminũ hoc tã preciosum depositum custoditur. Fiat nobis deniqꝫ iuxta verbũ tuũ: vt vbi est thesaurus tuus: ibi sit ⁊ cor tuũ: ibi gratia ⁊ misericordia: et respectus assidue pietatis om̃ibus adsit: in tuo ibidẽ nomine cõgregatis/ qd est super om̃e nomen/ sicut ⁊ tu super omnia deus benedictus in secula. Amen.

¶ Explicit vita sancti Bernardi abbatis.

Canonizatio sancti Bernardi Clareuallensis abbatis per Alexãdrũ papã tertiũ anno christi millesimo centesimo sexagesimoquarto.

Littere apostolice de vita ⁊ cõmendatione sancti Bernardi quanto preconio excipiendus sit. Et primo ad prelatos ecclesie gallicane.

Alexãder episcopus seruus seruorũ dei venerabilib⁹ fratribus vniuersis archiepiscopis/ episcopis/ ⁊ dilectis filiis abbatib⁹ ⁊ aliisq ecclesiarũ plátis in regno frãcie constitutis. Salutẽ ⁊ apostolicam bñdictionẽ. Contingit olim dũ essemus Parisius ꝯstituti: vt magni quidam ac venerabiles viri de canonizãdo sancte recordationis Bernardo quondã Clareuallen. abbate facerent mẽtionẽ ⁊ optãtes vtiqȝ ⁊ piis nobis precib⁹ suggerentes: vt in cõcilio qđ de proximo erat turonis celebrãdũ digno huic ⁊ laudabili voto: celebrẽ daremus effectum. Cũqȝ nos eidẽ negocio fauorabili satis intenderemus affectu: superuenit multitudo ⁊ frequentia petitorũ/ qui in diuersis prouinciis rem similẽ postulabant. Unde cũ videremus nõ posse congruenter omibus satisfieri: statutũ fuit pro scandalo deuitando etiã in hoc differri: qđ oportebat ꝑ tẽpore ceteris denegari. Nuper autẽ ex instãtia ⁊ deuotione Clareuallen. fratrum: ⁊ aliarũ sublimiũ personarũ eisdem apud nos precibus innouatis reduximus ad memoriã nostrã/ eiusdẽ beati viri sanctã ac venerabilẽ vitã: qualiter ipse singularis gratie ꝑrogatiua suffultus nõ solũ in seipso sanctitate ac religione prefulserit: sed etiã in vniuersa ecclesia dei fidei et doctrine lumine radiarit. Fructũ vero quẽ in domo dñi ⁊ verbo operat⁹ est ⁊ exẽplo nullus fere terminus sancte christianitatis ignorat: cũ vsqȝ ad exteras quoqȝ barbaras natiões sancte religionis instituta trãsmiserit: atqȝ monasteriorũ fundationẽ extenderit: ⁊ infinitam multitudinẽ peccatorũ per vie secularis latitudinẽ incedentem ad spiritalis vite rectitudinẽ reuocarit. Specialiter aũt sacrosanctã romanã ecclesiã cui auctore deo presidemus ita quondam sub grauis persecutionis turbine laborantẽ/ tam vite merito qȝ date sibi celitus sapientie studio sustentauit: vt digne quidẽ ⁊ nobis ⁊ omibus eiusdẽ ecclesie filiis in memoria habẽdus sit: ⁊ deuotione perpetua venerandus. In afflictione ꝓo corporis sui vsqȝ adeo sibi mũdum seqȝ mundo reddidit crucifixum: vt cõfidamus martyrũ quoqȝ eum merita obtinere sanctorũ: quẽ confessionis ordine ⁊ parsimonia vite/ tã longũ constat duxisse martyriũ. Quibus omibus pia consideratione pẽsatis/ ⁊ in cõcilio fratrũ nostrorũ expositis: cõfisi de misericordia dei cui perseuerãter ⁊ fideliter militauit: necnõ ⁊ de beatorum petri ⁊ pauli apostolorũ ⁊ eiusdẽ beatissimi cõfessoris meritis presumentes eũ apostolice sedis auctoritate cathalogo sanctorũ ascribi mandauimus: ⁊ cõmemorationis sue festũ decreuimus amodo publice celebrandũ. Uos ergo qui ⁊ eiusdem sedis apostolice instituta suscipere/ ⁊ deũ in sanctis suis consueuistis gloriosius honorare/ sic memoriam sancti huius celebretis in terris: vt precibus eius ⁊ meritis/ digna premia recipiatis in celis. Datum Anagnie. xv. kal. Februarij.

Item apostolice littere ad regem Francie. Unde supra.

Alexander episcopus seruus seruorũ dei illustri francorũ regi Ludouico salutẽ ⁊ apostolicã benedictionẽ. Nouit (vt credimus) regalis tue magnificentie celsitudo qȝ ea q̃ cũ honore dei grata tibi acceptaqȝ cognouim⁹: ad vtilem semper effectũ magnorum volenti animo promouemus. Maxime aũt hoc in illis operibus obseruamus: in quibus specialiter ⁊ honor dei ⁊ suorũ gloria sanctorũ declarat. Scientes quoqȝ tibi fore gratissimũ: quicquid ad decorẽ ecclesie/ ⁊ superni regis honorẽ auctoritate fuerit apostolica constitutum. Unde qm̃ sancte recordationis Bernardus quondã abbas clareuallis ⁊ deo semper charus: ⁊ tam tibi qȝ vniuerso regno tuo, gratus extitit ⁊ acceptus: eũ ad gloriã dei ⁊ exultationẽ ecclesie ac toti⁹ regni tui canonizandũ decreuimus ⁊ inter beatissimos confessores festiua celebritate colẽdũ: tã de misericordia dei: ⁊ beatorũ petri ⁊ pauli apostolorũ eius cõfisi meritis: qȝ sue cõuersationis ⁊ sanctimonie non ignari. Monemus igitur christianissime serenitatis tue regiam pietatem: vt hoc celestis gratie donum regno te regnante collatum/ lete, deuotionis brachiis amplectaris: eiqȝ iam celesti beatitudine perfrui solita pietate deuotus existas: quẽ pro sua venerabili sanctitate adhuc in terris positũ diligebas: clareuallense vero monasteriũ qđ fundauit in quo etiã corpus eius venerabile requiescit: ita te ob reuerentiã eius habere volumus cõmendatũ vt eũ semper merearis habere patronũ. Datũ anagnie. xv. kal. Februarij.

Item eiusdem ad omnes abbates Cisterciensis ordinis.

Alexander episcopus seruus seruorũ dei dilectis filiis Cisterci/ de firmitate ⁊ pontigniaci ⁊ clareuallis ⁊ morimundi atqȝ vniuersis abbatibus cisterciẽsis ordinis: salutẽ ⁊ apostolicã benedictionẽ. Quotiens honesta nobis oportunitas exhibetur: vt fidei ⁊ deuotioni quã circa ecclesiã dei nostris temporibus habuistis: possimus in aliquo pro meritis respondere/ oportunitatẽ ipsam libẽter amplectimur: in his maxiẽ spécialẽ noscũtur redolere virtutem/ vestris occurrere profectibus nominoramur. Contingit autẽ hoc tpe vt verbũ quod ab olim fuerat de beati Bernardi quondã clareuallis abbatis canonizatione propositũ: ⁊ pro quorũdã similia postulantiũ scandalo a turonensis cõsilij celebratione dilatũ: ad nostrã reduceret (deo volente) memoriã ⁊ faciẽte nobiscũ signũ in bonũ qui hoc pietatis opus/ nostris seruauit manibus ꝯsummandũ. Nos enim vitã ⁊ sanctitatẽ eiusdẽ beatissimi ꝯfessoris recordatione sollicita memorantes: quomodo scȝ ⁊ in seipso religionis ⁊ sanctimonie prerogatiua magnificus ⁊ vniuerse ecclesie dei/ specialiter aũt ordini vestro fide ⁊ doctrina vtilis extiterit/ ⁊ copiosissime fructuosus cõfisi de misericordia dei ⁊ beatorum apostolorũ petri ⁊ pauli/ necnõ de eiusdẽ sancti ꝯfessoris meritis presumentes: eũ (fratrũ nostrorũ cõmunicato consilio) auctoritate apostolice sedis sanctorũ cathalogo duximus ascribendum ⁊ diẽ depositionis ipsius in ecclesia publice celebrandũ. Unde quoniã hoc ita in gloriã ⁊ honorẽ summi cõditoris exuberat: ⁊ vt in vestram quoqȝ edificationẽ consolationẽqȝ redũdet: ⁊ vestra potissimũ interest omipotenti deo gratias agere: q̃ modernis temporibus virũ perfecte ⁊ predicabilis sanctitatis in vestro ordine voluit suscitare. Uos igitur munificẽtie donum speciali deuotione suscipite: ⁊ deũ in sanctorũ suorũ glorificatione mirabilẽ: in hui⁹ celebratione specialiter honorate. Datum Anagnie. xvi. kal. Februarij.

Item eiusdem ad Clareuallenses.

Alexander episcopus seruus seruorum dei: dilectis filiis Gerardo abbati/ ⁊ vniuerso cõuentui clareuallis salutẽ ⁊ apostolicã benedictionẽ. Sicut de religiõe ⁊ pietate/ quã circa deũ geritis nihil nobis restat ambiguũ: sic exhibite circa nos robur deuotionis ⁊ fidei clara semper est certitudine manifestũ. Non enim poteratis: sed nec deinceps deo auctore poteritis a gratia sanctitatis apparere degeneres: quos sancti patris constat esse heredes cui ⁊ gratia spiritalis abundauit ad meritũ: ⁊ operũ efficacia non defuit ad exemplũ. Scitis namqȝ ⁊ pia veneratione recolitis q̃liter beate memorie bernardus cenobij vestri primus abbas precipuusqȝ fundator deo quidẽ pro virtute religionis acceptus: et ecclesie dei pro plenitudine deuotionis ⁊ fidei extiterit gratiosus: ita vt merito deberetis haberi culpabiles/ si imitationis ⁊ venerationis ipsi⁹ essetis in aliquo negligẽtes. Placuit ergo nobis qȝ ꝑ eo tanqȝ pro pio patre sollicitudinem habuistis: ⁊ canonizationẽ ipsius voto laudabili postulastis. Nos quibus cordi semꝑ est ꝑ multis (fili abba) tue deuotionis obsequiis: ⁊ totius domus vestre studiis religiosis ⁊ piis vestris iugiter obtemperare precibus ⁊ profectibus aspirare: voto huic clementer annuimus: vt nostram circa vos ⁊ gratiam ⁊ beniuolentiam cõprobem⁹. Uita igitur eiusdem beatissimi cõfessoris ad memoriam reuocata/ quomodo scȝ fide ⁊ religione atqȝ doctrina prefulserit quãtoqȝ in ecclesia dei perspicue claritatis lumine radiaret: cum (fratrum nostrorum consilio habito) confisi de misericordia dei et beatorũ apostolorum petri ⁊ pauli: atqȝ de eiusdem sancti meritis presumentes: cathalogo sanctorum duximus ascribendum: diemqȝ depositionis eius festiuũ de cetero ⁊ celebrem obseruandum. Unde quia vestra potissimum interest eius ⁊ imitari vitam et gloriam venerari: satagite in omnibus ⁊ studete/ ipsius sancti patris et inherere vestigiis: et festũ excolere sanctitatis: vt cuius cõuersationis meruistis esse participes: digni habeamini eiusdem beatitudinis fore cõsortes. Datũ Anagnie. xv. kal. Februarij.

Explicit canonizatio sancti Bernardi primi Clareuallensis abbatis.

Epigramma

¶ Epigrāma seu epitaphiū beati Bernardi abbatis Clareuallis per modū dialogi.

Vira loquar: sed digna fide. Bernarde [Quid h' ē?]
Viuis adhuc? [viuo] Nū ergo es mortuus? [Immo]
Et quid agis? [requiesco] taces an faris? [Utrūq̄.]
Cur retices? [q: dormio] cur loqueris? [quia viuo]
Quid loqueris? [sacra mystica] cui? [mea scripta legenti]
Num cunctis? [non] ergo quibus? [qui dulcia querunt]
Nomen habes? [ita] Qd? [Bernardus] Num sine causa?
[Non] Dic ergo qd hoc est: [Bernardus bona nardus]
Cur nardus? [q: fragro] quo fragramine? [dulci]
Cui fragras: z vbi? [lectori codice sacro]
Quod cognomen habes? [de claraualle] manes hic?
[Mansi: sed modo non] vbi nunc? [in vertice montis]
Qualis eras in valle manens? [humilis] modo quantus?
[Maior nunc sursum: quanto minor ante deorsum]
Nonne tui quicq̄ vallis tenet? [ossa] quousq̄?
[Donec celeste fiat terrestre cadauer]
Hoc quando fiet? [omnis caro quando resurget.]

¶ Aliud epitaphium editum a domino Adam de sancto victore.

Clare sunt valles / sed claris vallibus abbas
Clarior: his clarum nomen in orbe dedit.
Clarus auis / clarus meritis / z clarus honore.
Claruit eloquio: religione magis.
Mors est clara: cinis clarus / clarūq̄ sepulchrū.
Clarior exultat spiritus ante deum.

¶ Aliud epitaphium.

Ecce latet clareuallis: clarissimus abbas.
Qui summis summus / qui sibi paruus erat.
Religionis apex / lux mundi / laus monachoruz.
Vox verbi / pacis sanctio / iuris amor.
Instructus / velox / sublimis / pauper / abundās.
Artibus / ingenio / sanguine / veste / bonis.
Laudis eget titulo: cuius laus nō sit ad omnes.
Cuius honor: cuius crescere fama fuit.
Nunc vero quem plangit adhuc: quem predicat orbis.
Si laudare velim: laus mea laude caret.
Dura / malum / cunctos tulit / horruit / edificauit.
Uana / deum / requiem spreuit: amauit / habet.

¶ Aliud epitaphium.

Ardens Bernardus: aut arduus / aut bona nardus.
Iure vocatur: propter quod nunc celebratur.
Ardens feruore: vita sublimis odore.
Nardus: que vere virtutis signa fuere.
Iste fuit per quem patuit doctrina sophie.
Preco dei: doctor fidei: cytharista marie.

¶ Aliud epitaphium.

Cultor iusticie Bernardus z archa sophie.
Incolit hunc tumulum: regnat z ante deum.
Sacrum nanq̄ loco corpus requiescit in isto.
Obtinet excelsum spiritus atq̄ polum.
Christiferam matrem: cui viuens purus adhesit.
Consequitur moriens associandus ei.
Ipso nam mense: quo scandit virgula iesse.
Conscendit pariter / hic super astra pater.

¶ Aliud epitaphium.

Mellifluus doctor Bernardus pacis amator.
Hoc iacet in tumulo / magnificandus homo.
Ipse iacet sed fama sue probitatis in euo.
Uirtutis merito non ruitura manet.
Uexillum fidei / populi candela sophie
Puluinar: laudis summa / vir iste fuit.
Cui tria post obitum / vitam conferre laborant.
Mens humilis / blandus sermo / pudica caro.
Mens bona disposuit: sermo docuit / magnus egit.
Hinc bonus / hinc melior / optimus inde fuit.
Insignis / pollens / largus / deuotus / abundans
Moribus / ingenio / munere / corde bonis
Prebuit: instruxit / dispersit / respuit / emit.
Exemplum: fratres / danda cauenda: polum.

¶ Aliud epitaphium.

Hoc in sarcophago pausat virtutis imago.
Cui de fontanis carnis origo fuit.
Sic quadrauit eum virtutis regula nullam
Compulit in partem quelibet aura virum.
Fratribus ipse suis vita preluxit: honore
Prefuit: exemplo profuit: ordo fuit.
Hinc sursum tendens: bernardus z infima linquens.
Uallibus ex claris: fulgida regna subit.

¶ Aliud epitaphium.

Sermonū pictor: morum decus: instar honesti
Fulsit Bernardus: quem tegit hic tumulus.
Pyeridum lirifer: virtutum signifer: artis
Clauifer: ecclesie lucifer ipse fuit.
Eloquij splendor: manus obuia: frons sine nube.
Alloquio mitis: consilioq̄ bonus.
Libri verborum: stellati floribus: ore
Percelebri / titulos eius vbiq̄ canunt.
Illic mysterij preciosa monilia fulgent:
Illic eloquij balsama vera fluunt.
Peruius z liber stilus eius ad omnia sculpsit
Pinxit: inaurauit: omne quod egit opus.
Preter tot titulos quibus ille refulsit: in eius.
Floruit illesa carne pudoris ebur.
Et sic pro meritis / laudis vexilla reportans.
Celica que meruit premia victor habet.

¶ Nicolaus hacqueuille / sacri senatus Parisien. preses equissimus: de laudibus Bernardi et situatione Clareuallis.

Abdita vallis erat: mediis in montibus: alto.
Et nemore: z viridi tunc adoperta rubo.
Hanc claram vallem merito dixere priores.
Mutarunt nomen vallis amara tuum.
Quam licet vmbrosi circundent vndiq̄ mōtes.
Nulla tamen toto clarior orbe fuit.
Hanc alba irriguus mediam perlabitur amnis:
Fons ibi perpetuo munere donat aquam.
Ad quam diue pater primum bernarde colendam
Mitteris: illo iam tempore tantus eras.
Nondum difficilis iuueniles liquerat annos:
Mens tamen in tenera carne / senilis erat.
Tunc fuit incultis hec vallis consita dumis:
Tunc ibi non domite delituere fere.
Illo siluestres produxit tempore fructus:
Uiticole nulle: nullus, arator erat.
Nulle hominū sedes: vetus hec spelunca latronum.
Nullus in hac poterat carpere tutus iter.
At postq̄ claram vallem bernarde petisti:
Et statuis sedes fratribus ipse tuis.
Tunc subito antiquam mutarunt omnia formam.
Aspera que fuerant: fertiliora facis.
Uallis z in medio cellas: christiq̄ dicatam
Ecclesiam: adductis fratribus edificas.
Instruis angelicam hos in terris ducere vitam.
Psallere diuinas nocte dieq̄ preces.
Protinus immensum discurrit fama per orbem
Bernardiq̄ pater cuncta per ora volat.
Undiq̄ concurrunt pueri iuuenesq̄ senesq̄.
Flectere ad imperiū colla superba, tuum.
Non illos retinent matres / non mollior etas.
Non timet austeras alba senecta vias.
Non illos remorantur opes: non deniq̄ vana:
Que venit a claro sanguine nobilitas.
Ipseq̄ mundanos spernens henricus honores.
Cuius erat frater gallica sceptra tenens.
Qui licet ipse foret regali sanguine cretus:
Se tamen imperio subdidit ille tuo.
Omnia regna tuo nutu bernarde regebas.
Tantum virtuti tunc adhibetur honos,
Si qua inter magnos fuerat discordia reges:
Omnia sunt voto / consiliata tuo.
Tunc etiam insani rabies vesana leonis
Uexabat rapidis dentibus ecclesiam:
Sed tua pestiferas fregit prudentia vires:
Et finem tantis cladibus imposuit.
Testis aquitanas regnans guillermus in vrbes
Dum bernarde tuos concidit ante pedes.
Tu quoq̄ fraternas acies dispergis in orbem.
Nullaq̄ terra tuis fratribus absq̄ patet.
Siue ea purpureos tellus que tendit ad ortus,
Queq̄ sub occiduo sole relicta iacet.
Quecunq̄ aut gelidas terre flectuntur ad arctos.

Que ve sub australi noscitur esse polo.
Aut ea que extremos nutrit populosa britannos
Insula: que oceano cingitur ampla mari.
Q̄ longe europe tenduntur deniq; fines.
Exquirunt fratres omnia regna tuos.
Omnia non possunt nunc carmina nostra notare:
Hec pauca ex multis disseruisse sat est.
Nam grauis hec nostras superat prouincia vires.
Hec mihi sufficiat raptim tetigisse canendo.
Non facit ad tantum nostra camena virum.

¶ Ad clareuallenses.

¶ Post precepta patris presens dum vita superstes
Pergite: cum tacito nam fugit illa pede.
Nec vos peniteat mundi spreuisse ruentis
Tractandas paruo tempore delicias.
Tristia que modo sunt quecunq;/⁊ amara videntur
Gaudia post mortem non peritura parant.
Post lachrymas/gemitus/longa ⁊ suspiria vallis
In montem excelsum vos trahet ipse deus.

¶ Philothei monachi de vita ⁊ moribus diui bernardi abbatis clareuallis cōgregationis Cistercieñ. ex ordine beatissimi patris benedicti carmen Encomiasticon.

Inclita dum tenui molimur gesta susurro
Dicere meonijs emodulanda sonis.
Quid nisi trinacrios reuocare ad littora fluctus
Nitimur: ⁊ modicis imposuisse cadis?
Scilicet ipse rudes necdum formare loquelas.
Doctus ⁊ agresti concrepuisse lira
Principis etherei titulos: qui laudibus omnem
Excessere modum sacraq; gesta canam.
Quis ferat exili codrū temerasse camena
Acta: sophocleo condecoranda sono?
Non secus ac phebo si persequar addere lumen.
Hinc atq; hinc sanne rhinocerotis erunt:
Non igitur bernarde tuas mihi promere laudes
Fas erit: ⁊ tremula cōcinuisse chely.
Candida laurigeri referant tibi carmina vates:
Nos inopes animum corda precesq; damus.
Talia iam positis agitarem mente tabellis
Arguerantq; animos crimina nostra leues.
Cum mihi blanda quies victis subrepsit ocellis
Et tenuit placidus pectora lassa sopor.
Tunc dea cui tellus: celum cui militat omne
Virgo: mihi est tales fundere visa sonos
Stulte tui nobis prohibes quid carminis vsum?
Quid ve sacerdoti munera grata meo?
Incipe: bernardi (si nescis) gloria nostra est:
Quicquid habet nostro riuus ab amne trahit.
Hoc mihi ioānes nunq; fuit carior: ille
Qui datus est vite duxq; comesq; mee.
Ille quidem dulces mecum permansit in annos.
Virginis intuitu colloquioq; fruens:
Hic autem celi cum iam data sceptra tenerem
Promeruit vultus cernere sepe meos.
Ille erat intacti custos mihi corporis vnus:
Hic nostri curam nominis vsq; gerit.
Sed quid plura? animis paribus mihi iunctus vterq;:
Nec minus ille mihi nec minus iste placet.
Vixit vterq; parem veneris sine crimine vitam:
Virginitas bini pectoris vna fuit.
Jo deus equi locas sublimi in vertice sedes
Contulit: ⁊ lateri iussit adesse meo.
Eia age quousq; pater tribuit mihi laudis honores
Sumat: ⁊ alternas detq; feratq; vices
Aspicis egregia quos condidit arte libellos
Quo referant cantu nomen in astra meum?
Spiritus illa animis bene profectura malignus
Scripta tulit: laudes que cecinere meas.
Proq; pio iliaden danaosq; induxit iesu:
Abdideratq; mei mystica dicta senis.
Dumq; homines nugas miseri sectantur inanes:
Hec pene in nullis scripta fuere locis.
Non tulit hoc summi temerata potentia sceptri
Perfidus vt nostras hostis haberet opes.
Ipsa etenim tacito monui spiramine quendam.
Qui mihi precipuo munere vinctus erat:
Ut pia dispersos reuocaret cura libellos
Scriptaq;: sidereas que docuere vias.
Efficeretq; dis caderent ne exesa vetusto.
Imprimeret breuibus sculptor vt illa notis.
Et quia tam longo fuerat viciata recessu
Littera: indicijs tergeret ante suis.
Hec ego que tantos illum tolerare labores.
Hec ego te faciles hortor inire modos.
At metuis ne forte rudi perarata cothurno
Liuor edax tetrico carmina dente petat
Atq; supercilio tua respuat ora tumenti:
Contendatq; leues ista decere viros.
Nec ferat aonias monachorum reuocare sorores:
Quas semel inuiso iussit abire pede.
Euge superuacuis horum latratibus obstat
Perpetuo vates iunctus amore mihi
Qui ferrugineis niueos superaddit amictus:
Inclita carmeli tegmina montis habens.
Qui mea dulcisono celebrauit carmine gesta.
Stridentesq; truci costidis ere rotas.
Ille dabit faciles auras: portusq; secundos:
Hoc duce scylleos transgrediere canes.
Aspicis vt clara stolidos ratione retundat?
Garrulaq; opposita clauserit ora manu?
Hic mihi de mundi reuocatus turbine plaudit?
Atq; meum dulci concinit ore decus.
Fare age: virtutum cumulis ⁊ laudis honore.
Quem deceat vati preposuisse meo?
Nam si grandiloquo liceat conferre maroni
Carmina ꝙ paribus cantet vterq; modis.
Hic tamen eternis tantum virtutibus: illo
Clarior est: quantum noctibus alma dies.
Nam que dona meo potui prestare clienti:
Que mimus illustrem constet habere virum?
Queritur eloquio quantum valet ille nitenti.
Talis aristocles meoniusq; fuit.
Queritur innocua quantum probitate coruscat:
Helias ardenti talis in axe fuit.
Hic docet angustum virtutis scandere culmen:
Et celerem vitijs imposuisse modum.
Nil nisi ꝙ rigidi possint laudare catones:
Nil nisi sacrato christus in ore sonat.
Hic mea dum celebri reperit preconia cantu
Mille mihi eterno iunxit amore viros
Huic ego sideream tanto pro carmine sedem
Constitui: ⁊ regni gaudia summa mei.
Nunc tamen assiduo bauius liuore fatigat:
Ingenio equarit celica tecta licet
At tibi quem nullo decorauit scemate christus
Defuerint auidi murmura torua canis?
Celsior humanos pessundabit ille fauores.
Solaq; perpetue premia lucis auet:
Illius exemplo nugas contemne loquaces
Namq; magis virtus pressa micare solet.
Inuenies omnis florenti laude verendos
Inuidie facibus succubuisse viros.
Gaude igitur tanto ꝙ te dignamur honore
Ut tibi sit noster causa ruboris amor.
Incipe iam tali ductus strategemate: q̄uis
Vaniloquus nullam donet apollo liram
Nostra secundabit cursus cynosura patentes:
Ut leuius ceptum perficiatur iter.
Nulla tue est: fateor: nulla est facundia lingue:
Nec deus eloquiū sed pia corde probat.
Graminibus pecudes pascuntur: rore cicade
Quadrupedum tigris sanguine: corde deus.
Solue igitur propero tenuem de littore cibam
Deducent cursus flamina nostra tuos
Dixit: ⁊ aereas fuerat iam lapsa per auras
Ceperunt census cum vigilare mei.
Grande opus aggredior: veniam date iussa sequenti.
Cogitur inuito currere musa pede.
Queque leui quondam latitans epigrammate lusit.
Nunc grauiore meat calliopea gradu.
Non tamen acta suo digesta ex ordine dicam
Pauca sed e plena margine mira loquar
Interea nostro pater o venerande labori
Annue ⁊ o sacri doctor amoris ades.

¶ Diui Bernardi pro instauratione monastice religionis pfata supplicatio ⁊ accepta a deo pmissio.

Astra decem celeri penetrarant secula cursu
Bis totidemq; pari lustra peracta pede.
Ex quo letiferi resecans contagia morbi
Christus ab intacta virgine natus erat.
Cum genus omne boni facinus mortale fugarat
Fedaq; terrigenis gaudia numen erant.

Undiqꝫ livor edax feritas discordia lites
  Pestis bella fames ⁊ metus hostis erat
Omnibus occiderat superum reverentia terris
  Et decus ⁊ prisce religionis amor.
Quinetiam ruptis errabat pauper habenis.
  Sancte per anfractus grex Benedicte tuus.
Varus: ⁊ incerta monachus statione peragrans.
  Non dabat auctori debita vota suo.
Tunc proprias Benedictus oves miseratus: olympi
  Dicitur his regem sollicitasse modis.
Maxime rex: parent celum cui: terra: fretumqꝫ
  Omnia qui nutu dasqꝫ regisqꝫ tuo
Aspicis vt longo probitas male frigeat evo?
  Aspicis vt toto ferveat orbe scelus?
Cernis vt adversis agitetur fluctibus omnis
  Relligio: ⁊ nullo milite fulta cadat?
Ille meus quondam teneris benecultus ab annis
  Quo fugit antique relligionis honor?
Quenqꝫ ego tam lata moriens ditione reliqui.
  Ordinis heu nostri: dic mihi fervor vbi est:
Jam mea progenies tandem: nisi protinus illi
  Prospicis e summo culmine pulsa cadit.
Surge age: iamqꝫ hominum sortem miseratus acerbam
  Erue de tantis pignora nostra malis.
Dixit: ⁊ ex alto totum qui temperat orbem
  Accepit tales protinus ore sonos.
Optime dux vario celum qui milite cōples:
  Qui fueras nostre pars modo prima ratis.
Parce pio benedicte metu: nam morte tuorum
  Menia sunt ducibus restituenda meis.
Menia que tantis agitata furoribus ardent
  Menia que petri iacta fuere manu.
Respice quem teneris puerum mihi mater ab annis
  Obtulit ⁊ patriam gallica terra dedit:
Spiritus hunc pleno radiatum pectore sanctus.
  Efficiet mosi relligione parem.
Cernis vt ille mei stimulis agitatus amoris
  Jam terat assiduo limina sancta pede?
Aspicis vt pulchro rutilet sub pectore virtus?
  Inspice venturum vt testificatur opus.
Nil: genas tanto monachorum principe cetus
  Restituent septis tempora leta tuis.
Angelicis postqꝫ compleverit omnia turmis.
  Desieritqꝫ tuam composuisse domum:
Tunc etiam petri nimium iactata quiescet
  Puppis ab auspicio tuta carina viri
Solus hic ingentes monachus tractavit habenas
  Orbis: ⁊ extremo iura sub axe dabit.
Queqꝫ vides tumidis consurgere viribus arma
  Pax erit illius conciliata fide.
Aurea tunc placidis consurget moribus etas:
  Et mea terrigenis gratia maior erit.
Quinetiam extremi bonitas cum tempore secli
  Nulla erit: ⁊ toto fugerit orbe fides:
Aureus ecce tuo surget de vimine palmes.
  Siccaqꝫ nectareus perfluet ora liquor.
Urbs patavi illustres prebebit palmitis ortus
  Hinc feret auxilio germina lata meis.
Ipse etiam tanto producet fenore fructus
  Ut fateare tua non eguisse manu.
Quare age: tam clari proles ne germinis vnqꝫ
  Deficiat nullo sollicitare metu.
Hec ait: ⁊ summo paracletum mittit ab axe
  Bernardumqꝫ suo concremat igne deus.

¶ Bernardus quattuor germanis fratribus in eandem sententiam adductis religionem ingredi statuit.

Ille deo plenus faciem moresqꝫ pudicos
  Induit: ⁊ mentis improba sensa fugat.
Jamqꝫ puer tenero claudebat pectore numen:
  Et decor egregii maximus oris erat.
Hunc qui solerti spectabat lumine dixit:
  Et speciem ⁊ mores virginis iste gerit
Candida cui roseo facies suffusa rubore:
  Et gravitas dulci mista lepore fuit.
Prima iuventa gravi volvebat seria sensu.
  Que solet in faciles luxuriare iocos.
Terre fixa acies: modici sine murmure risus:
  Ista verecundi signa pudoris erant.
Grata quiete animi fuerat: solusqꝫ peragrans
  Sepe dabat querulo talis corde puer.
Cur mea mens brevibus miserisqꝫ accercita curis
  Excipis humanas irrequieta faces:
Quando erit imposita variorum mole laborum
  Discat in auctorem vita redire suum:
Si cupio excelsi spectare cacumina celi
  Deprimis innata conditione caput.
Hinc pater hic genitrix: atqꝫ hic mea cura sodales:
  Distrahit ⁊ sensus quecꝫ favilla tuos.
Sed deus ipse via qua sit mihi monstrat eundum:
  Et reserat sacre relligionis iter.
Nuper structa: humilis latitat sub paupere tecto
  Sancta quidem sed non ambitiosa domus:
Cistercique patres habitant ea limina pauci:
  Instituunt leges qui benedicte tuas.
Hic ego celitibus figam mea lumina regnis
  Hec requies nostri sola laboris erit.
Si mihi nostra ferant peregrinos arva lapillos:
  Sicqꝫ meum toto quicquid in orbe patet:
His tamen eternos pudeas conferre triumphos:
  Gaudiaqꝫ extremū non habitura diem.
Quid moror ah demens: vel quid data tempora perdo?
  Plurima cōmissis addidit vna dies.
Talia flammata libraverat pectore dicta:
  Propositiqꝫ gravem fixerat inde pedem:
Cum iuvenis tenera superatus imagine fratrum
  Flevit: ⁊ hec dixit preda petenda mihi est.
Dixit ⁊ in superum germanos regna ciebat:
  Sic repetens animo gaudia nata suo.
Nuper in adversis errabam naufragus vndis.
  Nunc mihi celestis meta reperta vie est.
Meta reperta mihi est que celibis ocia vite
  Explicat: ⁊ tutum relligionis iter.
Hanc igitur mecum celeri contendite cursu
  Arripere: ⁊ tanti lucra referre boni.
Et deus ⁊ celi nostri sunt causa laboris:
  Efficient pugnam premia tanta levem.
Quis furor est opibus animos servire caducis
  Quos deus in superum regna beata vocat?
Cur igitur fratres cur vos terrena morantur
  Hospitia in fesso solvite colla iugo.
Nec mora: tam facili germanos voce coegit
  Annuere ⁊ proprios deseruisse lares
Tunc: modo suppressus vicina involvere tecta
  Incipit: ⁊ lato spargitur ore focus
Nanqꝫ pares sancta socios vt quereret arte:
  Augeretqꝫ suo regna superna grege:
Conspicuum forma iuvenem: decus omne suorum:
  Non puduit medio spargere verba foro.
Et modo celestes populis memorare triumphos:
  Et modo cerberei regna tremenda canis.
Artifici innumeras gentes sermone trahebat
  Sola docens summi castra sequenda ducis.
Illic condensas glomerabant agmina turbas:
  Quocunqꝫ optatos verterat ille pedes.
Tunc comitum illustris numeroso ex agmine cetus
  Hesit: ⁊ huic firmo federe iunctus erat.
In quocunqꝫ velit pedibusqꝫ animisqꝫ parati
  Duxisse bonum relligionis opus
Una omnes parili socios fervore voluntas
  Iunxerat: immensum compuleratqꝫ gregem.
Omnibus vna domus fuerat: cibus omnibus vnus:
  Vitaqꝫ divini plena timoris erat.
Atqꝫ petens sparsam gelidus gladiator harenam
  Apta prius vacuis ictibus arma probat:
Sic iuvenes validis monachorum tela lacertis
  Torquentes vicqꝫ aspera bella movent.
Sicqꝫ prius sacras posito qꝫ murice vestes
  Induerent veteres deservere vias.

¶ Divi Benedicti habitū Bernardus cum sociis amplius qꝫ xxx. in Cisterciēsi cenobio induit: ibiqꝫ brevi sanctissimus efficitur.

Iamqꝫ dies votiva aderat: qua sancta renasci
  Debuerant animo pectora iuncta pari.
Cum puer ipse: virū celebri cōcomitante caterva.
  Sydereūqꝫ polo iam resonante melos:
Clauditur in septis: veteremqꝫ exutus amictum
  Tegmina iam sancte rusticitatis habet.
Cellula parva nove capiebat tempora vite:
  Cellula iudicqꝫ semper amata suis.

Hic didicit summi penetrare cacumina celi:
Hic didicit culto quicquid ab ore fluit.
Hic didicit curare nouo ceromate morbos:
Solus & extinctam viuificare fidem.
Munera tanta quidem modicos bene culta per annos
Donat amatori cella beata suo.
Dicite vos auido teritis qui compita passu
Qualia clamoso lucra reperta foro?
Non ille ingenium vario problemate cepit
Obruere: aut studijs illaqueare nouis.
Cura prior stimulos veneris domitare furentes:
Atq; animi motus composuisse fuit.
Cura prior tristi luerent vt crimina planctu
Quam caperent tumidum pectora leta sophos.
Cura prior superum nitida caligine pectus
Induere: & sensus mortificare suos.
Christus ob id tanto repleuit honore clientem:
Sepe vt celestes cerneret ille choros.
Quid referam quotiens summi regina theatri
Nectareos illi visa mouere sonos?
Sepe suum virgo famulũ venerata solebat
Uisere: & ambrosias sepe referre dapes.
Nunc age: qualis erat meditanti in pectore virtus
Accipe nam breuibus persequar ipse modis.
Ante salutarem curuato poplite christi
Effigiem: lachrymas: vota: precesq; dabat.
Confixasq; truci spectabat vulnere plantas:
Ossaq; distinctis dinumeranda notis.
Iamq; gemens tremula fundebat voce querelas
Uerbaq; montanas apta mouere feras.
O decus: o nostri lenimen christe doloris:
O mihi tam duro parta labore salus.
Felix si tantas in me conuertere penas:
Et liceat misero si mihi posse mori.
Ipse immaturos ausim decerpere fructus?
Christe tamen dentes obstupuere tui.
Sydera: terra: fretum: domini miserescite vestri:
Flete meos casus: sydera: terra: fretum.
Talia dum memorat: domini pendentis imago
Soluit in amplexus brachia mota suos.
Talis in excelso regnabat principe virtus:
Talis in ardenti pectore feruor erat.
Sic nouus interno gaudebat nectare miles:
Intimaq; eternus strinxerat ossa calor:
Ut mortale nihil saperet: terrenaq; semper
Dedisceus: christi raptus amore; foret.
Noctibus in lachrymas faciles soluebat ocellos:
Et minimi durus criminis vltor erat.
Carnibus abstinuit: magniq; abdomine piscis:
Sedabatq; sitim simplicis humor aque.
Artibus his summam virtutum venit in arcem
Sic peragens letos prima iuuenta dies.
Uixerat hic dulces iamdudum inglorius annos:
Tempora nec vere plena quietis erant.
Cum deus ipse pio disponens omnia nutu:
Bernardum ex humili iussit abire loco.
Nomine clara quidem: sed clarior omine vallis
Consita vicina sub regione fuit.
Missus in hanc sacras referens pater optimus artes
Condidit imperio claustra regenda suo.
Perfidus & scelerum defessus mole suorum
Huc veniens: posito crimine tutus erat.
Quiq; peregrino rutilabat murice quondam:
Hic didicit cultu pauperiore tegi
Nec pudor hic curuis agitare ligonibus arua:
Et trahere inuitos sub iuga panda boues.
Hic spes vera: fides probitas: reuerentia: cultus
Et decor antique religionis erat.
Uestis dura: cibus tenuis: rigidiq; labores
Semper: & exhibitis condita claustra feris.
Uix dabat assiduo defessus vomere fructum:
Sic locus hic sterilis pauperiorq; fuit.
Queq; solent miseris prestare cubilia frondes:
Hec etiam monachis fercula leta dabant.
Omnis adoratis populus virtutibus ibat.
Gaudebatq; leui subdere colla iugo.
Nunc ego: que latitans claustro miracula sanctus
Ediderit populis concelebrata canam.
Non procul inde virum nimio circũdedit estu
Febris: vt extremam crederet ire diem.
Qui [illegible] potuit medicamine morbus
Curari: aut medica conualuisse manu
Itur ad excelsi veneratas militis edes:
Auxiliumq; humili poscitur ore pium.
Ille serat: lachrymisq; deum: precibusq; rogarat:
Ut celerem moriens sumeret eger opem.
Protinus ex alto languens resilire cubili
Cernitur: & valido quolibet ire pede
Hinc iam bernardus toti innotescere mundo
Cepit & ex illa clarior esse die.
Undiq; vicinas volitabat fama per vrbes
Miraturq; noue quisq; salutis opus.
Audijt: & leto properat germania cursu:
Quiq; colunt fines bethyca terra tuos.
Ille oculis captam matrem: nunc ille parentem
Aduehit extremo currit ab orbe miser.
Spirituum tetro vexatus quisq; furore
Pergit: & infesto liber ab hoste redit.
Loripedes etiam plures lectica vehebat:
Ut pia nature dextra nouaret opus.
Ille crucis tantum decorabat pectora signo:
Sic poterat placita quisq; salute frui.
Ager apollineas doctiq; machaonis artes
Qui coleret: toto nullus in orbe fuit.
Tanta inerat facili sermone potentia sancto.
Tam celeris sacro venit ab ore salus.

¶ Bernardus Innocentium pontificem maxi. a Petro Leonis expulsum sedi apostolice mirabiliter restituit.

Interea latias gladijs stridentibus vrbes
Exagitat stygio missus ab amne furor.
Romaq; tartareis nimiũ vexata colubris
Frendit: & insana seditione furit.
Quodq; panomphei lacerabat templa tonantis:
Fedifragum petri scisma leonis erat
Hic male dum veterum titulis & laude superbit.
Pontificis summos pugnat adire gradus.
Cumq; alius: sacro procerum dictante senatu
Debuerat sedem christe tenere tuam.
Ille tamen diro prosternens omnia ferro
Immeritum templi ius dabat omne tui.
Iamq; sacerdotes prestanti laude verendos
Expulerat: sancta solus in vrbe potens:
Quiq; leonigenas renuerunt sumere partes.
Proh facinus gladio succubuere truci.
Ensibus hic tumido bacchantibus agmine: christi
Uiscera: romane diripiuntur opes.
Nec furor hanc belli pestem intra menia clausit:
Gorgoneum toto virus in orbe fuit.
Nam qui legitimas pastor retinebat habenas
Multa dabat meritis templa regenda viris.
Perfidus at contra temeratis legibus alter
Templa sacerdotes iussit habere suos.
Ergo hinc christicolas volitabant bella per vrbes
Dum cupit alterno quisq; subesse duci.
Sicq; per ambiguas errabat cymba procellas:
Ut foret incerto iam peritura mari.
Ipse pater vere fidei: pecorisq; magister:
Uix poterat propria delituisse domo.
Quid faciat: timido repetat si remige portum.
Certat in aduersas ire magister aquas.
Deserat ipse ratem medijs palinurus in vndis?
Hoc prohibet sancte religionis amor.
Sed tandem rabidi defessus marte leonis.
Cedit: & ethrusco vectus ab amne fugit
Sic tamen interea lachrymis affatur abortis
Quos dederat profuge christus inesse rati.
O socij aduersa felices sorte futuri:
Dũmodo syderei sint rata dicta ducis.
Auxilium sancto: nisi sit spes victa: labori
Fidite: celesti semper ab arce venit.
Maximus ille pater: gallorum gloria regnis
Cuius iam toto nomen in orbe micat.
Ille quidem lapsis poterit succumbere rebus,
Hec requies longis sola reperta malis.
Hunc etenim virtute virum signisq; potentem
Quis nescit facili voluere regna manu:
Hic ego securo statuam sub sydere puppim:
Hic poterit placido tuta latere vado.
Hec mora: tyrrheno spumantibus equore rostris
Excepit profugum gallica terra ducem.

Sic

Sicq; peragrato gallorum limite: summus
Candida per silvas pastor ad antra venit.
Occurrunt longo venientibus ordine patres:
Pitura christifere signa fuere crucis
Psallentesq; pio mulcebant nubila cantu:
Talis in abiecto milite pompa fuit.
Hos romanus eques nimium: nimiumq; beatos
Quos videt in tanta degere pace vocat.
Et modo continuis celebrata silentia claustris:
Et modo parthenij laudat honoris opes.
Nil ibi q̄ rapida cuperet novus advena mente:
Nil nisi precipui candor amoris erat.
Panis/poma nuces/hortensisq; herba/legumen:
Delitie abductis ista fuere viris.
Maximus interea christi sua fata sacerdos
Tam longe causas exposuitq; vie.
Tunc pater ipse sui veritus mandata magistri
Accepit profuge vela tuenda ratis.
Non ego multiloquo septem tolerata per annos
Carmine fata notans singula queq; canam.
Nec referam longos quos pertulit ille labores:
Dum cuperet laceram composuisse fidem.
Summa sequar tantum celebris fastigia facti.
Atq; inerit cartis exitus ipse meis:
Imperium tenuit romano in culmine summum.
Lotarius tanti tempore dissidij
Ille virum merito sanctum celebrabat honore:
Congaudens lateri semper adesse suo.
Hunc adijt: rogitatq; senex vt fortibus armis:
Restituat patrie sacra deosq; sue.
Annuit: ⁊ valido glomeratis agmine turmis:
Aggreditur sancte rex pietatis iter.
Hinc precibus meritisq; pater Bernardus opimis
Atq; hinc lotarij castra fuere ducis.
Sic gradit summus romana ad tecta sacerdos:
Hinc atq; hinc duplici tutus ab arce sedē
Ventum erat ad summi celeberrima tēpla tonantis:
Vera loquar: facili sed graviora fide.
Non lituos: non castra duci: non bella movere:
Non opus ardentum conservisse manum.
Unius (o felix) monachi reverentia tantum
Terruit audaces seva per arma viros.
Ipse autem tanti fuerat qui turbinis auctor
Audijt hos humili tristis ab ore sonos
Petre tuam subito licuit mihi scindere vitam:
Et phlegetontheo precipitare lacu.
Tu tamen: vt gemitu veniam merearis acerbo:
Tres tibi pro grandi munere sume dies.
Dicta fides sequitur: iam tertius ordine titan
Fulserat: extremum clausit ⁊ ille diem.
Protinus expassis reserantur ovilia valvis:
Et refovent sparsos lata per arva greges.
Quod fuerat rabidi sancitum lege leonis
Deijcit hoc summus presul in urbe sedens:
Iam poterant leti tractare negocia cives:
Et rigidam tandem vertere arator humum.
Omnibus hic igitur placida sub pace locatis:
Sanctus in optatos se tulit inde sinus.

¶ Bernardus romana ecclesia felici pace donata: in galliam honorifice redijt: ibiq; sanctissimam domino animam reddidit.

D Aetereo eximij tacitus miracula patris
Que fuerint longe tempore facta vie
Felices etenim nimium: nimiumq; fuere:
Hospicio illustrem qui tenuere virum.
Quisq; sacrum voluit populus retinere parentem.
Obvius in longas ibat ab urbe vias.
Gaudia quisq; novo gradiens testatur amictu,
Occuritq; pio virq; puerq; seni.
Luctus abit: letis resonat concentibus ether:
Festaq; depositis artibus hospes agit.
Undiq; purpureos spargunt per compita flores
Et redolent sacris thura perusta focis.
Perq; vias pueri ramos stravere virentes:
Compita subiectis tecta fuere togis.
Sic quondam solymis: inopum quem vexit asellus:
Excepit reducem grata caterva deum.
At postq; optati consedit limine tandem
Hospicij plaudens vndiq; turba ruit.
Undiq; turba ruit tanto glomerata tumultu:
Ut nequeat lassum liminis ferre pedem.
Tot quoq; difficili languentia corpora morbo
Obtulerant: facili restituenda manu:
Ut male: vel modici: fuerit data copia somni:
Nec tulerit properas mensa peracta dapes.
Sicq; peragratis gallorum finibus: abbas
Contigit optato claustra beata pede.
Tunc nemora: ⁊ patrij lapidosa cacumina montis
Aspiceres domino plaudere cuncta suo.
Utq; solet multo non visam tempore matrem
Expetere: ⁊ plaudens basia ferre puer.
Sic hylares viso monachi pastore resultant:
Osculaq; alternis dantq; feruntq; genis.
Tunc modo qui fuerat titulis super ethera vectus.
Cernere quem magni concupiere duces:
Ecce virū posito spectares presule sanctum
Sarcula iam manibus corripuisse sacris.
Et quibus ipse humeris lassus consederat orbis
Cernitur intexto vimine ferre lutum.
Bis centum ethereo plaudebant agmina regis
Que bonus ex omni traxerat orbe pater.
Hec fuerant tanto populis celebrata favore:
Sic coluit sanctum virq; puerq; gregem.
Totus vt ex illo resonans contenderet orbis
Sacratum pariter detinuisse ducem.
Tunc romana suo decoranda antistite templa
Eugenium ex humili surripuere domo.
Tunc etiam innuere diversis partibus urbes
Inde sibi sacrum constituere caput.
Talibus acta viris nulla exagitante charybdi,
Sancta super tenues cymba fluebat aquas:
Aurea iam posito currebant secula fastu.
Temporaq; hec nullis nigra fuere malis.
Omnia divinas resonabant compita laudes.
Iam dabat angelicum terra fretumq; melos
Hec tamen ante alias longe celeberrima valles
Quam coluit magni duxq; paterq; gregis.
Iamq; decem senos lustris properantibus annos
Clauserat extremo curva senecta pede.
Atq; senescenti titubantia corpore membra
Pondere continui fracta laboris erant.
Nec tamen austeri laxavit frena senectus
Culminis: aut celeres sistere visa rotas.
Sed velut in viridi properabat fortius evo:
Ut levis ad palme premia currit equus.
Utq; solet cantu medulo iterare canoro
Dulcius: ad mortis limina ductus olor:
Sic dedit ille sonos supremo in limite dulces:
Scriptaq; decrepiti mira fuere senis.
Nam pater eternos senio confectus amores
Exposuitq; sacris oscula lata modis.
Iamq; instare videns celestis gaudia vite
Imposuit vili lāguida membra toro:
Grex bonus ingemuit: circumfususq; iacenti
Talia sollicito murmure dicta dabat.
Ergo ne iam miseros pater o venerande nepotes
Fert animus medio deseruisse mari?
Quis nam igitur tristes: vel quis solabitur egros
Pastor: ⁊ etherei calcar amoris erit?
Quis pater attonitos inopesq; tuebitur agnos
Ne lanient avido viscera dente lupi?
Quis poterit miseris nodos aperire latentes
Legis ⁊ eloquij mystica verba sacri?
Quis nunc torpentes animos ⁊ frigida corda:
Curabitq; levi vulnera nostra manu?
Ah nimium properata tue cita tempora vite:
Ah nimium leti fata severa tui.
Quid iuvat assiduis defessum vocibus: olim
Clavigerum nobis consuluisse patrem:
Ne quis forte suo populus pro presule nostrum
Surriperet sancta calliditate caput.
Invida si nostros nimium populata labores,
Audet honoratum tollere parca ducem.
Tu tamen o facili nutu qui sydera torques
Necte iterum vite fila resecta tue
Ut cum fulta tuo fuerit domus ista labore:
Letior acceptum cernat abire patrem.
Motus erat dictis senior: paulū q; levatis
Luminibus: tenui rettulit ista sono.
Iam mihi summa quies: iam premia leta parantur:
Dulcis adest tandem funeris hora mei.

Sed vos femineo quid funditis ore querelas?
 Quid iuuat emeritum detinuisse senem?
An ne prius toties dixi mea funera vobis:
 Ne subitus nimium lederet ossa dolor?
Christus: olympiaca fuero cum sede locatus:
 Auxilium nostro maius ab ore pluet.
Nunc meus hic luteo circundatus aggere sensus
 Vix habet vnde suas contueatur opes.
Vos tantum superi retinentes iussa parentis:
 Ite per arreptum relligionis iter.
Non vos blandus honor: non vos labor improbus vnq;
 Non reuocet toto quicquid in orbe patet.
Quid mihi si lituos inter facilesq; choreas:
 Duxissem letos tempora nostra dies:
Quid mihi preteriti prodessent gaudia fastus.
 Urgerent stygias si modo ferre faces?
Sed tandē tremulum vocat in sua regna clientem
 Christus: & hinc celeri me iubet ire pede.
Vos igitur fratres nati: patresq; valete:
 Et mea sub memori condite dicta sinu.
Talia vix breuibus dederat mandata loquelis:
 Saucia sollicito corda dolore leuans
Cum niueus lachrymas inter gemitusq; suorum
 Spiritus: abiecto corpore: celsus abit:
Ipsa per aereos virgo nitidissima tractus:
 Visa est celestes ducere leta choros.
Purpureamq; trahens animam super arce locauit
 Empyrea: lateri composuitq; suo.

¶ Sanctus Bernardus non tantum antiquis heroibus sed christianis quoq; martyribus iure optimo preponitur.

HActenus excelsi mirabar Cesaris arma
 Cui dedit ethereum martia roma decus.
Annibalisq; trucem romano in sanguine dextrā.
 Et macedum clari gesta superba ducis.
Mirabar patria pro libertate furentes
 Scipiadas/Decios/Aemiliosq; graues
Nec minus ingenti decoratum laude fatebar
 Qui celerem rapido torruit igne magnum.
Cuiq; dedit clarum generoso ex ordine nomen.
 Africa: quo felix consule roma fuit.
Equi sublicium tutatus pectore pontem
 In tyberis: rapidas desilit altus aquas.
Quiq; quirinalis posito modo consul aratro
 Arma triumphato victor ab hoste tulit.
Et qui vectus equo radians fulgentibus armis
 Se potuit scisso precipitare foro.
Quiq; per adiunctas primeuo in marte cathenas
 Ionias tyrio sanguine tinxit aquas.
Illum etiam titulis rebar super ethera vectum
 Qui tenuit phrygeos obsidione lares:
Illiacosq; inter proceres: qui marte superbo
 Inclytus: emonio fractus ab axe perit.
Quiq; giganteo superauit robore monstra:
 Unde molorchei signa leonis habet.
Hos ego credideram nimiū nimiumq; beatos
 Qui tulerant forti nomen in astra manu.
Hos puer egregio simplex venerabar honore:
 Cum legeret numeros prima iuuenta leues.
Nunc si Bernardo veteris preconia fame
 Contulerimq; meo fortia facta seni:
Que modo threicio fuerant celeberrima cantu
 Visa puellari nunc mihi digna sono.
Fama vetus taceat: cedant veterūq; triumphi:
 Christigenam meritis sollicitare virum.
His etenim ficte fuerat virtutis imago:
 Huic arethe pleno pectore vera fuit
Hi marti & phebo gelidis libamina saxis
 Obtulit hic viro candida corda deo.
Illi terrificis domuerunt barbara bellis.
 Menia: & ingenti tecta superba manu.
Hic vada tartarei domuit phlegetontis: & omnes
 Spirituum flectebant ad data iussa chori.
Hi varios celebri subierunt marte labores
 Pro patria pulchrum succubuisse rati.
Hic tulit assidua gelidos sub morte dolores.
 Scismaticam cupiens conciliare fidem.
Illis falsus honos & inanis gloria fame:
 Solus at huic christi causa laboris amor
Forte triumphatis illi regionibus: ampla.
 Thesauros patrie dona dedere sue.
Hic autem miseros moriens dat habere nepotes
 Munera que nullo sunt moritura die:
Munera que mores instaurauere pudicos
 Hec sunt: que sacra scripserat ille manu.
Sed quid ego herculeas pygmeis carmine vires
 Assimulo? & phario flumina parua mari?
Optima mutato repetam preconia cantu:
 Et pater exemplo te meliore canam.
Nam tibi cur vanos ausim conferre quirites
 Qui melior quouis martyre sanctus eras?
Grande quidem fuerat ferro flāmisq; necari
 Nec tamen eternam deseruisse fidem:
Maius opus summo versari in culmine rerum
 Nec tamen vlla animos ambitione premi.
Maius opus vite rigidum tenuisse cacumen.
 Semper: & angustum relligionis iter.
Bellaq; spirituum telis agitata malignis
 Maius opus forti corde tulisse fuit.
Fulmineos alij mirentur martyris arcus.
 Laurenti auido quos tulit ore rogos.
Vulnera chrisogoni iactent: paulisq; cathenas:
 Euphemieq; truci membra resecta manu.
Mirenturq; graues sanctorum funera penas:
 Bella/crucem/gladios/verbera/tela/faces.
Solus inexausto mirabor corde labores.
 Quos pater eterno raptus amore tulit.
Nam si christigenum cedes/tormenta/labores
 Colligis: & fusi sanguinis omne decus.
Cedent cuncta oneri quod pertulit ille beator
 Lapsuram cupiens sustinuisse domum.
Nanq; alij lacera senserunt carne dolores:
 Hic autem medio vulnera corde, tulit.
Ergo animus quantum mēbris generosior ipsis:
 Martyribus tantum celsior ille fuit.

¶ Cōmendatio muneris a sanctissima dei genitrice Maria nobis collati cū nuper diui Bernardi opuscula imprimi curauit.

DOsq; sancta polos celiq; decēplicis orbes
 Transcenditq; nouem virgo parensq; choros.
Ethereamq; petens socijs spectantibus arcem
 Regna tenet nullo destituenda die.
Humanis nunq; precibus nostreq; saluti
 Defuit: aut luteas spernere visa domos.
Sed potius summi moderata est principis iras?
 Spiculaq; in nostros iaculanda lares.
Auxilium sceleri visa prestare nephando
 Sepius: atq; humiles conciliasse reos.
Illa dedit miseris veniam: totumq; per orbem
 Illius ex miti depluit ore fauor.
Innumeros etiam populos vix egra trahentes
 Ossa fame immodicas iussit habere dapes
Cumq; foret latias pestis malefacta per vrbes
 Curauit stygijs vlcera missa vadis.
Illius optat os totiens experta fauores
 Testis adest tanti Brixia nostra boni.
Brixia: que quondam populis lacerata malignis
 Turgebat: medica non adeunda manu
Brixia: que capitis medio confecta gerebat
 Ulcera: que subite causa fuere necis.
Nunc autem marie precibus adiuta triumphat:
 Et peragit letis ocia grata choris.
Pulchraq; precipuum marie testantia munus
 Templa locat: parij marmoris instar opus.
Hec & plura: parens christi sanctissima: nobis
 Contulit: in miseros officiosa preces.
Hoc tamen audenti liceat dixisse camena.
 Atq; animi sensus exeruisse mei.
Humano nunq; generi: nostroq; decori
 Parthenice tantum muneris alma dedit.
Quantum grata suo nuper, cum munere nobis
 Protulit hec breuibus scripta legenda notis
Protulit ipsa quidem: proprio nam dixit clienti
 Iussit vt egregij quereret ora senis
Iussit: et ecce nouum fuerant que sparsa per orbem
 Scripta volens: vno margine cuncta leges.
Scripta: triumphales celi referantia valuas:
 Scriptaq; cōmuni suspicienda manu.
Omnis nanq; datis etas sexusq; libellis
 Perfruitur: lasso si tamen ore sonat.

Quisquis

Quisquis ades: si forte tibi est cura salutis:
Hec fuerint anime grandia dona tue.
Si cupis optata connubia ducere prole.
Atq3 maritali succubuisse iugo:
Hic potes egregios morum decerpere fructus:
Qui tribuant natis nomina rara tuis:
Si tamen eloquiũ tantum tibi cura nitentis.
Hic fuit eximio non cicerone minor.
Quod si forte pio iuuat indulgere labori:
Et populos christi iussa docere rudes:
Hic documenta tibi varias spergenda per vrbes
Collige: quesitis hic meliora dabit.
Cum voluit placido demulsit pectora sensu:
Cum voluit rigido terruit ore reos.
Quod si celitibus iuuat indulgere tuendis
Tutius atq3 humili delituisse casa.
Hic tibi precipio: semper venerandus honore
Auctor: ⁊ eterno dignus amore coli.
Hunc relegens summo letus spatiabere celo:
Et poteris stigios tristis adire lacus.
Ante oculos nostri piget tibi principis ortus:
Et pastorali numina nata domo.
Hinc atq3 hinc dulci resonat modulamine iesus:
Et marie illustri nomina culta sono.
Candida tartareo statuisse ex hoste trophea:
Auguigerũq3 docet dissecuisse caput.
Et quibus ille dolis miseros: quibus artibus alter
Decipiat pascens sancta per arua pecus
Qui legit expleri nequit: ardescitq3 legendo:
Et dolet assueti cum venit hora cibi.
Efficiunt animos aliorum scripta tumentes:
Et nimium sparsis luxuriare comis:
Hec autẽ mundo paracletum in pectore condent
Accendentq3 nouis frigida corda focis:
Hec tibi marmoreo lachrymas de pectore dulces
Elicient: anime gaudia summa tue.
Deniq3 cuncta noui veterisq3 volumina sensus
Solus hic eximia continet arte liber.
Hec igitur toto monachi contendite cursu
Arripere: ⁊ tacito condite dicta sinu.
Ut vos sydereũ faciant conscendere culmen
Celestesq3 inter regna tenere choros.
Uos quoq3 christigene: genus immortale: clientes
Parthenicum medio figite corde senem.
Ut celi terreq3 graues eliminat iras.
Et referet clausi limini cella poli.

¶ Beati Bernardi metricum testamentum.
Et primo sui prioris interrogatio.

Que vite forma/ qui mores/ que sacra norma.
Quid deceat/ quid non/ instrue sancte pater.

¶ Responsio ipsius Bernardi.

Que feci primo/ vobis facienda relinquo:
Nullum turbaui/ discordes pacificaui.
Lesus sustinui/ nec mihi complacui.

Incipit ꝓfatio sancti Bernardi abbatis in vita sancti Malachie episcopi.

SEmper quidẽ operepreciũ fuit: illustres sanctorũ describere vitas: vt sint in speculũ et exemplum ac quoddam veluti condimentũ vite hoim super terram. Per hoc eni quodãmodo apud nos etiã post mortem viuũt: multosq3 ex his q̄ viuentes mortui sunt/ ad verã prouocant ⁊ reuocãt vitam. Uerũ nunc maxime id requirit raritas sanctitatis: ⁊ nostra plane etas inops viroꝝ. Quã sane inopiã sup nos adeo inualuisse sentim⁹: vt nulli sit dubiũ illa sentẽtia nos feriri: quoniam abũdabit iniquitas: refrigescet charitas multorum. Et vt suspicor ego: aut presto: aut prope est/ de quo scriptũ est: faciem eius ꝓcedet egestas. Ni fallor antichristus est iste: quẽ fames ac sterilitas totius boni: ⁊ preit ⁊ comitatur. Siue igitur nuncia iam presentis siue iãiamq3 affuturi prenuncia egestas in euidenti est. Taceo vulgus: taceo vilẽ filioꝝ hui⁹ seculi multitudinẽ: in ipsas ecclesie colũnas volo oculos leues. Quẽ mihi ostẽdas: vel de illoꝝ numero q̄ videnꝭ dati in lucẽ gentiũ: non magis de sublimi fumantẽ q̄3 flammantẽ? Et si lumen qđ in te est: inquit tenebre sunt: quante sunt tenebre? Nisi tu illos forte (qđ nõ credo) lucere dixeris: q̄ questũ estimãt pietatẽ: qui in hereditate dñi nõ que dñi: s3 magis q̄ sua sunt q̄ritãt? Quid dico q̄ sua sunt? Perfect⁹ sit ⁊ sanctus etiã sua q̄rens: suaq3 retinens: si ab alienis cor manusq3 cõtineat. Meminerit tñ qui sibi visq3 huc forte peruenisse videtur: eundẽ exigi sanctitatis gradum ⁊ ab ethnico. An non milites suis iubentur contenti fore stipẽdijs: vt salui fiant? Magnũ ꝓo ecclesie doctori/ si sit sicut vnus militũ: aut certe (qđ ad illorũ improperiũ propheta loquitur) si vt populus/ itaꝫ sacerdos fuerit. O deformitatẽ. Ita ne summus merito reputandus erit/ q̄ summo corruens gradu herebit vix infimo: ne abysso absorbeatur? Et rarus tñ iste ipse in clero. Quẽ item das mihi contẽptũ necessarijs: cõtemptorẽ superfluorũ? Lex est tñ ꝓfixa ab apostolis: apostolorũ successoribus. Uictũ ⁊ vestitũ habẽtes inquiũt: his cõtenti sim⁹. Ubi forma hec? In libris cernim⁹ eã: sed non in viris. Habes vero de iusto: q2 lex dei ei⁹ in corde ipsius: ⁊ nõ in codice. Nec ꝑfectionis is gradus. Perfectus carere ⁊ necessarijs paratus est. At grat; illud. Utinã supfluis ponaꝭ modus: vtinã nõ cupiam⁹ in infinitũ. Sed qd? Forte reperias q̄ hoc possit. Id quidẽ difficile: sed vide qd egimus. Querebamus virũ optimũ: multorũ liberatorẽ: ⁊ ecce laboramus in inueniendo: qui seipsum saluum facere possit. Optimus hodie est: qui nõ est nimis malus. Unde quoniã a terra defecit sanctus: videor mihi nõ superuacue ex his q̄ empti sunt de terra: reuocare ad mediũ Malachiã episcopum: virum vere sanctũ/ ⁊ nostroꝝ quidẽ temporũ singularis sapientie ⁊ virtutis. Iste erat lucerna ardens ⁊ lucens: nec extincta est tñ: sed submota. Quis mihi iure succẽseat si reademouero eã? Immo ꝓo nõ est qđ mihi ingrati esse mei seculi homines debeãt: ⁊ ois deinceps generatio ventura: si quẽ conditio tulit: reuocẽ stilo: si mũdo restituã quo dign⁹ nõ erat mundus: si seruẽ memorie hoim/ hoiem cuius memoria in bñdictione sit oibus q̄ legere dignabunꝭ: si me excitãte amicũ dormiẽtem: vox turturis audita fuerit in terra nostra dicẽs: ecce ego vobiscũ sum oib⁹ diebus visq3 ad cõsummationẽ seculi. Deinde sepult⁹ apud nos est: nobis specialiter hoc opus incũbit. Quid qđ me inter speciales amicos sanctus ille habebat: ⁊ eo loci vt nulli in hac parte gĺie scđm fuisse me credã: Nec mercede vacat: mihi tante familiaritas sanctitatis. Primitias iam accepi. In extremis positus erat: immo in principijs iuxta illud: cum consummatus fuerit homo tunc incipit. Accucurri ego: vt benedictio morituri super me veniret. At ille cum iam membra alia moueri non posset: fortis ad dandam benedictionem: eleuatis sanctis manibus super caput meum benedixit mihi: et benedictionem hereditate possideo: ⁊ quomodo ego illum silere queam? Postremo tu id mihi abba Cõgane iniungis/ reuerendus frater ⁊ dulcis amicus meus: ac tecum pariter (vt ex hybernia scribis) vestra illa omnis ecclesia sanctorum. Libens obedio presertim q2 non eloquium exigitis s3 narrationem. Dabo vero operam vt ea sit pura ⁊ luculenta/ deuotos informans/ fastidiosos nõ onerans. Sane narrationis veritas secura apud me est: intimata a vobis: haud alia proculdubio protestantibus q̄3 que certissime comperta sunt vobis.

¶ Explicit prefatio.

¶ Incipit vita scti Malachie episcopi a beato Bernardo edita.

Malachias noster ortus hybernia de pplo barbaro ibi educat⁹/ ibi lras edoct⁹ est. Ceterū de natali barbarie traxit nihil: nō magis q̄ꝫ de sale materno pisces maris. Q vero suaue ꝙ inculta nobis barbaries tam vrbanū protulit ciuē sanctoꝝ ꝛ domesticū dei. Qui producit mel de petra oleūq̄ꝫ de saxo durissimo: ipse fecit hoc. Parentes tñ illi fuere/ genere ꝛ potentia magni: iuxta nomē magnorū q̄ sunt in terra. At mater mēte q̄ꝫ sanguine generosior: satagebat in ipso initio viarū suarum notas paruulo facere vias vite: hanc pluris illi existimās ventosa scientia litterature secularis. Ad vtrāq̄ꝫ tamē huic non defuit ingeniū pro etate. In scholis litteras: domi timorē dñi docebatur: ꝛ quotidianis profectibus respondebat ambobus satis magistro ꝛ matri. Nempe a principio spiritū sortitus est bonū/ per quē erat docilis: ꝛ amabilis valde/ mire admodū omnibus per oīa gratiosus. Bibebat aūt pro lacte de pectore materno aquas sapientie salutaris: ꝛ fiebat indies seipso prudentior. Prudentior dicā: an sanctior? Utrūq̄ꝫ si dixero/ nō me penitebit: veritatē eñ dicam. Agebat senē moribus: annis puer: expers lasciuie puerilis. Cūq̄ꝫ ex hoc cunctis esset reuerentie et stupori: nō tamē inde vt assolet insolentior inueniebat̄: sꝫ magis quietus ꝛ subditus in omī mā̄suetudine. Nō impatiēs magisterij: non fugitans discipline: nō lectionis fastidiēs: nō ludorum deniq̄ꝫ appetens: qđ vel maxime illa etas dulce ac familiare habere solet. Et proficiebat supra oēs coetaneos suos: in ea quidē litteratura q̄ illi cōpetebat etati. Nā in disciplina morū profectuq̄ꝫ virtutū: etiā super oēs docentes se in breui excreuit: nō tam matre tñ/ q̄ꝫ vnctione magistra. Hac sollicitante: haud segniter ꝛ in diuinis exercebatur: petere secretū/ anticipare vigilias/ meditari in lege/ refici parcius/ orare frequētius. Et q2 ecclesiā frequentare/ nec vacabat ꝓpter studiū: ꝛ pro verecundia nō libebat: leuare puras manus in omī loco vbi tñ secrete id posset. Iā tunc siquidē cautus fuit declinare virus virtutū inanē gl'iam. ¶ Est vicus ꝓpe ciuitatem in qua discebat puer quo magister eius frequenter pergere solitus erat: ipso solo comite. Illo euntibus ambobus pariter ipe (vt postea referebat) retrahebat pedē: sistebat gradum: ꝛ stans a tergo magistri illo quidem non cōperiente expāsis ad celū manibus raptim quosdāmō ac veluti iaculatā emittebat orōnē: ꝛ sic dissimulās magistrū denuo sequebat̄. Istiusmodi pio furto: puer sepius eludebat comitē pariter ꝛ magistrū. Non est dicere omnia: q̄ eius principia colore bone indolis decorauere: ad maiora atq̄ꝫ vtiliora currendū. Unū tñ refero adhuc ꝙ hoc meo quidē iudicio nō modo bone sꝫ ꝛ magne in puero dederit insigne spei. ¶ Excitus aliquādo opinione cuiusdā magistri (erat eñ famosus, in disciplinis quas dicunt liberales) adiuit illū discendi cupiditate. Quippe extrema iam puericie captans ad eas litteras anhelabat. Intrans ꝟo domū viditvirū ludentē subula: crebrisq̄ꝫ sulcantē tractibus nescio quo notabili modo parietē. Et solo visu offensus puer serius ꝙ leuitatē redoleret: resiliuit ab eo: ac deinceps illū nec videre curauit. Ita cū esset studiosissim⁹ litterarū: pre honesto tamen sp̄reuit eas virtutis amator. Tali quodā preludio puer preparabat̄: ad eū qui se manebat in fortiori etate cōflictū: iamq̄ꝫ ipe aduersariū prouocabat. Et malachie quidē puericia sic erat. Porro adolescentiā simili trāsiuit simplicitate ꝛ puritate: nisi ꝙ crescente etate crescebat simul illi sapientia ꝛ gratia apud deū ꝛ homines.

Hinc iam idest ab ineunte adolescentia, eius cepit manifesti⁹ apparere quid esset in hoie: ꝛ gratia dei in illo vacua nō videri. Uidens eñ industrius adolescens q̄ꝫ in maligno mundus posit⁹ sit: ꝛ cogitās qualē spiritū accepisset: dicebat intra se. Nō est spiritus huius mūdi iste. Quid isti ꝛ illi? Nō est societas alteri ad alterū: nō pluscꝫ luci ad tenebras. Meus ex deo est: ꝛ scio q̄ in illo donata sunt mihi. Inde mihi interim adhuc innocentia vite: inde ptinētie decus: inde iusticie fames: inde q3 illa eo securior quo secretior: gloria mea est testimoniū cōscientie mee. Nil horꝫ mihi tutū sub principe mūdi. Deinde habeo thesaurꝫ hūc in fictili vase. Uerendū ne impingat ꝛ frangat̄: ꝛ effundat̄ oleū leticie qđ porto. Et quidē nō impingere inter saxa ꝛ scopulos distorte ꝛ anfractuose vie ꝛ vite hui⁹ difficillimū. Ita ne in momento perdā simul oēs quibus ab initio preuentus sum benedictiones dulcedinis? Resigno illi potius a quo sunt ꝛ me pariter. Et ego eñ ipsius. Perdo ipsam ad tēpus aīam meam: ne perdam in eternū. Et qđ sum ꝛ que habeo oīa/ vbi mihi eq̄ salua: vel in manu auctoris? Quis ita ad seruandū sollicitus: ad retinendū potens: ad restituendū fidelis? Seruabit tuto: restituet oportune. Sine retractatione me do ad seruiendū illi de donis suis. Nō potest mihi perire ex omībus: que in opus pietatis expendero. Forte ꝛ sperare plus aliquid licet. Solet reddere cū vsura: qui dat gratis. Ita est: etiā cumulabit ꝛ multiplicabit in anima mea virtutē. Hec cogitauit ꝛ fecit: sciens absq̄ꝫ facto vanas esse cogitationes hoim. ¶ Erat homo in ciuitate ardinachs: ipsa est in qua alitus est malachias ꝛ homo ille sanctus: ꝛ austere admodū vite: inexorabilis castigator corporis sui. Cellā habēs iuxta ecclesiā in ea manebat: ieiuniis ꝛ obsecrationibus seruiēs die ac nocte. Adhūc se cōtulit malachias formā vite accepturus ab eo: qui viuū se tali dāmnauerat sepultura. Et vide humilitatē. A primeua etate in sancta arte magistrum (qđ dubiū nō est) habuerat deū: ꝛ ecce factus est denuo discipulus hois: hō mitis ꝛ humilis corde. Si nesciebam⁹ hoc vel solo nobis ipse probauit. Legant hoc qui docere que nō didicere conātur: discipulos sibi coaceruātes: qui nunq̄ꝫ discipuli extitere: ceci duces cecorū. Malachias doctus a deo: doctorem nihilominus quesiuit hominē: ꝛ quidē caute ꝛ sapienter. Quid simile queso afferre quibat in quo eque daret/ caperetve experimentū profectus sui? Si Malachie exemplū eis pro minimo est pauli opus attendāt. Nōne euangeliū suū qđ non ab hoie acceperat: sed a christo cū hoibus tñ censuit cōferendū: ne forte in vacuū curreret aut cucurisset? Ubi ille securus non est: nec ego. Si quis hoc scit: viderit ne nō tā securitas sit q̄ꝫ temeritas. Sed hec alterius tēporis. Nūc vero sonuit in ciuitate qđ factū est: ꝛ cōmota est vniuersa ad inopinatā nouitatem. Stupebant aūt oēs: ꝛ virtutē mirabant̄: eo ꝙ amplius quo minus vsitatā in gente fera. Uideres tunc reuelari ex multorum cordibus cogitationes. Pleriq̄ꝫ humano affectu pensantes factum: plangere ꝛ dolere: ꝙ dilectus oibus delicatusq̄ꝫ adolescens: duris se adeo laboribus mancipasset. Alij suspicati leuitatem propter etatē: diffidere de perseuerantia: timere de casu. Nōnulli temeritatē causantes: indignari ꝛ fremere in eum: ꝙ supra etatē ꝛ vires incōsulte rē arduā fuisset aggressus. Uerum ille sine consilio egit nihil. Nā habuit cōsiliū a propheta qui ait. Bonū est homini si portauerit iugū ab adolescētia. Et addit. Sedebit solitarius ꝛ tacebit q2 leuauit se supra se. Sedebat sibi iuuēculus secus pedes ymarij: hoc eñ nomē viro: ꝛ aut discebat obedientiā/ aut se didicisse docebat. Sedebat vt quietus: vt mā̄suetus/ vt humilis. Sedebat ꝛ tacebat: sciens ꝺm prophetā cultū iusticie esse silētiū. Sedebat vt perseuerās tacebat vt verecūdus: nisi ꝙ suo illo silentio in dei auribus loquebat̄ cū sancto dauid. Adolescentulus sum ego ꝛ contemptus: iustificationes tuas nō sum oblitus. Et sedebat interim solitarius: q2 ꝛ sine socio ꝛ sine exēplo. Quis eñ añ malachiā districtissimū viri ꝓpositū vel cogitaret attētare? Nempe mirabile omīb⁹ habebat̄: nō imitabile. Malachias imitabile persuasit sedēdo dūtaxat ꝛ tacēdo. Intra paucos dies habuit imitatores nō paucos: prouocatos exemplo sui. Ita qui primo solitarius sedit ꝛ vnicus patris sui: fit iam vnus ex multis: fit ex vnigenito primogenitus in multis fratribus. Et vt prior in cōuersione/ ita in couersatione sublimior: ꝛ q̄ añ oēs venit oīm iudicio supra oēs eminuit in virtute. Et dignus visus est epō pariter ꝛ magistro qui ad diaconij gradū promoueret̄. Et coegerunt eū. Hinc leuita domini publice se ad omne opus pietatis accinxit: plus vero ad eas res in quibus aliqua iniuria videretur. Deniq̄ꝫ cura erat ei maxima in sepeliendis defunctis pauperibus ꝙ hoc sibi non minus humilitatē saperet q̄ꝫ humanitatem. Nec defuit nouo nostro thobie rediuiua a muliere temptatio: immo a serpente per mulierē. Germana eius indignitatem vt sibi videbat̄ officij exhorrens: quid facis (inquit) o insane? Dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Et hoc illi quotidie exprobrans ingerebat: sꝫ respondebat̄ mulieri stulte iuxta stulticiam suam. Misera tu eloquij casti vocem tenes: sed virtutem ignoras. Ita ministeriū ad quod coactus accesserat: deuotus tenuit indefessus exercuit. Unde et censuerunt etiam sacerdotale officium imponendum illi. Et factum est ita. Erat autem cum sacerdos ordinatus est: annos natus quasi vigintiquinq̄ꝫ. In qua eius vtraq̄ꝫ ordinatione: si quid preter canonum formam processisse videtur: vt vere videtur: siquidem infra vicesimumquintum annum leuiticum ministerium: infra tricesimum adeptus est sacerdotij dignitatem: donandum sane/ tum zelo ordinatoris: tum meritis ordinati. Ego vero istud nec in sancto redarguendum: nec vsurpandum consulo: ei qui sanctus non fuerit. Nec contentus episcopus etiam vices suas cōmisit ei: seminare semen sanctum in gente non sancta:

non sanctũ: ⁊ dare rudi populo ⁊ sine lege viuenti: legẽ vite et
discipline. Suscepit ille mandatũ in omi alacritate: sicut erat
spiritu feruens: nec talentis incubãs: sz inhiãs lucris. Et ecce
lingue sarculo cepit euellere/destruere/dissipare: de die in diẽ
facitãs praua indirecta ⁊ aspera in vias planas. Exultabat vt
gigas ad discurrẽdũ vbiq;. Diceres ignẽ vrentẽ in cõsumẽdo
criminũ vepres: diceres securim vel asciã in deiciẽdo planta
tiones malas: extirpare barbaricos ritus: plantare ecclesiasti
cos. Veternosas oẽs (neq; eñ pace fruebant) abolere sup=
stitiones: seu quaslibet vbicunq; deprehendisset malignitates
immissas per angelos malos. Deniq; qcqd incõpositũ: quicqd
indecoꝝ/ quicqd distortũ obuiũ habuisset: nõ pcebat oculus
eius: sed velut grãdo grossos e ficubus: ⁊ sicut puluerẽ vẽtus
a facie terre: sic corã facie sua eiusmodi nitebat totũ p virib⁹
exturbare ac delere de populo suo. Et pro his omibus trade=
bat iura celestia: optimus legislator. Leges dabat plenas iusti
cie: plenas modestie ⁊ honestatis. Sed ⁊ apostolicas sanctio=
nes: ac decreta sanctoꝝ patrũ: precipueq; cõsuetudines san=
cte romane ecclesie in cunctis ecclesijs statuebat. ¶ Hinc est
q̃ hodieq; in illis ad horas canonicas cantat ⁊ psallit: iuxta
morẽ vniuerse terre: nã minime id añ fiebat ne in ciuitate qdẽ.
Ipse ṽo in adolescẽtia cantũ didicerat: ⁊ in suo cenobio mox
cãtari fecit cũ necdũ in ciuitate seu in episcopatu vniuerso cã
tare scirent vel vellẽt. Deinde vsum saluberrimũ confessionis:
sacramentũ cõfirmationis: cõtractũ cõiugioꝝ: q̃ oĩa aut igno
rabãt/aut negligebãt: malachias de nouo instituit. Et de his
ista pro exemplo sufficiant. Nam ⁊ per totũ hystorie textũ bre=
uitatis studio plurima preterimus.

Um esset illi studiũ ⁊ zelus maximus circa cultũ
diuinoꝝ ⁊ veneratiõnẽ sacramẽtoꝝ: ne forte de his
aliqd cõstitueret vel doceret: secus q̃ ritus habe=
ret vniuersalis ecclesie: subijt animũ adire episco=
pũ malcũ q̃ se plenius de oib⁹ informaret. Hic erat
senex plenus dierũ ⁊ virtutũ: ⁊ sapiẽtia dei erat in illo. Natio=
ne quidẽ hybernus: sed in anglia cõuersatus fuerat in habitu
⁊ proposito monachali vintoniensi monasterio. De quo assum
ptus est in episcopũ in lesmor ciuitatem mumonie: ⁊ ipsa nobi
lior inter ceteras regni illi⁹. Ibi tanta ei desup collata est gra
tia: vt nõ modo vita ⁊ doctrina: sed ⁊ signis clareret. Quorum
duo pono exempli cã: vt oibus innotescat qualẽ in sciẽtia san=
ctoꝝ Malachias habuerit preceptorẽ. ¶ Puerũ mente captũ
ex his quos lunaticos vocant: inter cõfirmandũ sacra vnctio
ne sanauit. Hoc ita notũ certũq; fuit: vt illum mox cõstitueret
ostiariũ domus sue: vixeritq; idẽ puer incolumis in eo officio
vsq; ad virilẽ etatẽ. ¶ Surdo auditũ restituit: in quo idẽ mira
bile quiddã cõfessus est: q̃ cũ sanctus vtriq; auricule hincinde
digitos immisisset: duos quasi porcellos ex ipsis exire senserit.
Pro his atq; huiusmodi fama crebrescente: nomẽ grãde ade=
ptus est: ita vt ad eũ scoti hyberniq; cõfluerẽt: ⁊ tanq; vn⁹ om=
niũ pater ab oibus coleret. Ad hunc ergo malachias accepta
benedictione patris ymari ⁊ ab epõ missus: cũ prospere perue
nisset: benigne a sene susceptus est. Qui annos aliquot cuz eo
mansit: vt per hanc tẽporis morã hauriret plenius de pectore
veterano: sciens scriptũ: q: in antiqs est sapientia. Sed ne hoc
quoq; ad causam defuisse reor: q̃ magnus ille prouisor vniuer
soꝝ voluit seruũ suũ malachiã in loco tã celebri notũ fieri oi=
bus: q̃ erat omibus profuturus. Nec eñ poterat nõ esse grat⁹:
quibus notus fuisset. Deniq; vnũ interim accidit per qd ex ali
qua parte qd notũ deo erat in illo: manifestũ fecit hominib⁹.
¶ Inter regẽ mumonie q̃ est hybernie pars australis ⁊ germa
num eius: orta simultate: ⁊ fratre facto superiori rex pulsus re
gno cõfugit ad episcopũ malcũ. Nõ tamẽ vt ope illius regnuz
recuperaret: sed magis princeps deuotus dedit locũ ire: ⁊ ne
cessitatẽ in virtutẽ cõuertit priuatã eligens ducere vitã. Cũq;
episcopus regẽ suscipere debito honore pararet: abnuit ille se
malle inquiens tanq; vnũ ex illis esse pauperibus fratribus q̃
illi adhererẽt: regiũ fastũ deponere: ⁊ cõi paupertate fore con
tentũ: expectare potius dñi volũtatem q̃ per vim recipere re=
gnũ: nec velle pro suo honore terreno sanguinẽ humanũ effun
dere: qui cõtra se clamet ad deũ de terra. Quo audito exultat
episcopus: ⁊ admiratus deuotionẽ satisfacit voto. Quid plu=
ra? Tradit regi paupercula dom⁹ ad habitandũ: ⁊ malachias
in magistrũ: ad victũ panis cũ sale ⁊ aqua. Porro ad delitias
sufficiebat regi malachie pñtia/vita/atq; doctrina: ita vt di
ceret ei. Q̃ dulcia faucib⁹ meis eloquia tua: sup mel ori meo.
Ad hec per singulas noctes lachrymis suis stratũ suum riga=
bat: sed ⁊ quotidiano aque frigide balneo: male calentẽ extin
guebat in carne libidinem. Et orãs rex/cũ rege dicebat. Vide
humilitatẽ meã ⁊ laborẽ meũ: ⁊ dimitte vniuersa delicta mea.
Et non amouit deus orationẽ eius: ⁊ misericordiã suã ab eo.
Et exaudita est oratio eius: ⁊ si secus q̃ intenderet ipse. Nã ip

se quidem sollicitus erat pro anima sua: sed vindex innocẽtie
deus: hominibus ostẽdere volens qm̃ sunt reliquie homini pa
cifico: parabat interim facere iudiciũ iniuriã patiẽti qd ille pe
nitus nõ sperabat. Et suscitauit deus spiritũ vicini regis: neq;
enim vnũ est hybernia regnũ: sed diuisa in plura. Hic itaq; vi=
dens q̃ facta sunt repletus est zelo: ⁊ hinc quidẽ indignãs pre
donũ libertati ⁊ insolẽtie superboꝝ: inde ṽo miserãs regni de
solationẽ ⁊ regis deiectionẽ: descẽdit ad cellulã paupis. Sua
det reditũ: sz nõ persuadet. Instat tamen: spondet opẽ: de effe
ctu nõ diffidere monet: deũ affuturũ pmittit: cui nõ poterũt re
sistere oẽs aduersarij eius. Proponit etiã oppressionẽ pauperũ
patrieq; vastationẽ: ⁊ nõ pficit. Ceterum accedẽte mãdato epi
scopi: ⁊ malachie cõsilio: de quibus ille pendebat totus: vix tã
dem acqescit. Sequit rex regẽ: ⁊ iuxta verbum regis sicut fue
rat volũtas in celo tota facilitate pulsis predonibus reducit
homo in sua cũ exultatione suoꝝ: regnoq; restituitur suo. Di=
lexit extũc rex ille ⁊ semper reueritus est malachiã: eoq; propẽ
sius quo plenius in sancto viro digna veneratione ⁊ amore cõ
pererat. Cuius eñ tãtã meruit in sua aduersitate familiarita
tẽ: sanctitatẽ ignorare nõ potuit. Propterea magis in sua pro
speritate pperibus illũ amicitijs deuotisq; colebat obsequijs
⁊ libenter audiebat eũ: ⁊ audito eo multa faciebat. Et de his
satis. Verũtamen nõ fortuitu factũ reor q̃ ita iam tunc magni
ficauit eum dñs in cõspectu regũ: sz q: vas electionis sibi erat
ille: portaturus nomen suũ corã regibus ⁊ principibus.

Ortua est interim soror eius illa quã prefati sum⁹.
Nec preterẽũde visiones quas vidit de ea. Huius
siquidẽ sanctus carnalẽ exhorruerat vitã: ⁊ tãto ze
lo vt se deuouerit nõ visurũ eã in carne viuẽtẽ. At
illa carne soluta: solutũ est votum: ⁊ cepit videre in
spiritu quã in corpore nouit. Quadam nocte audiuit per som=
nium vocẽ sibi dicentis/ sororem eius stare foras in atrio: ⁊ ec
ce per totos triginta dies nihil gustasse. Qui euigilans cito
intellexit cuius esce inedia marceret: ⁊ diligẽter discusso nu=
mero dierũ quẽ audierat: ipsum esse repperit ex quo pro ea pa=
nem de celo viuũ nõ obtulisset. Tum ille q̃ sororis non animã
oderat sed peccatũ: beneficiẽtiã quã intermiserat rursum ad=
orditur. Neq; id frustra. Non multum post visa est illi peruenisse
ad limẽ ecclesie: necdũ tamen posse intrare: apparere etiam in
veste pulla. Cumq; ille pseueraret curans ne qua die solita sti=
pe frustraretur: scdo vidit eam in veste subcandida admissam
quidẽ intra ecclesiam: sz altare contingere non pmitti. Tertio
tandem visa est aggregari cetui cãdidatoꝝ ⁊ in veste cãdida.
Vides lector quãtũ valeat deprecatio iusti assidua? Vere regnũ
celorũ vim patitur: ⁊ violẽti rapiunt illud. Nõne tibi videt ma=
lachie oratio vicẽ quodãmodo effractoris exhibuisse celestib⁹
portis: quãdo peccatrix mulier fraternis obtinuit armis: qd
suis meritis negabatur? Hãc vim iesu bone tu qui pateris fa
cis: validus ⁊ pius ad saluandũ faciẽs misericordiã ⁊ potẽtiã
in brachio tuo: ⁊ in sacramẽto tuo seruans sanctis qui in terra
sunt vsq; in consummationẽ seculi. Hoc plane sacramẽtũ potẽs
peccata consumere. Debellare obuias potestates inferre celis
reuertentes de terra.

T dñs quidẽ in regione lesmorẽ. sic pparabat di
lectum suũ malachiam/ad gloriã nominis sui. Ve=
rum qui miserant eũ minime iã ferẽtes absentiam
eius: missis epistolis reuocant illum. Quo reddito
suis ⁊ quidẽ instructiore de omnibus que oporte=
bat: en opus a deo paratum ⁊ seruatum malachie. Vir diues ⁊
potẽs qui locum benchor ⁊ possessiones eius tenebat: inspira=
tus a deo confestim in manu eius sua omnia dedit: ⁊ se quoq;.
Et is auunculus eius: sz malachie spiritu q̃ carnis propinq
tas pluris fuit. Ipsum quoq; locum benchor tradidit ei prin=
ceps vt edificaret ibi monasterium: vel potius reedificaret. Nã
pe nobilissimum extiterat ante sub primo patre congello: mul
ta milia monachoꝝ generãs: multoꝝ monasterioꝝ caput. Lo
cus vere sanctus fecundusq; sanctoꝝ copiosissime fructificãs
deo: ita vt vnus ex filijs sancte illius cõgregationis nomine
Luanus: centũ solus monasterioꝝ fundator extitisse feratur.
Qd idcirco dixerim: vt ex hoc vno cõijciat lector q̃ ingẽs fue
rit reliqua multitudo. Deniq; ita hyberniã scotiãq; repleuerũt
genimina eius: vt ea potissimũ tẽpora dauidici illi vsiculi pre=
cinisse videãtur. Visitasti terrã ⁊ inebriasti eã: multiplicasti lo
cupletare eã. Flumẽ dei repletũ est aqs: parasti cibũ illorum/
quoniã ita est preparatio eius. Riuos eius inebriãs: multipli=
ca genimina eius: in stillicidijs letabitur germinãs. Et in hũc
modum ceteri qui sequũtur. Nec modo in prefatas: sed in ex=
teras etiam regiones quasi inundatione facta illa se sanctoꝝ
examina effuderunt. E quibus ad has nostras gallicanas par
tes sanctus Columbanus ascendens Luxouiense construxit
monasteriũ factus ibi in gentem magnã. Aiunt tam magnam

fuisse: vt succedentibus sibi vicissim choris continuarent solē
nia diuinorū: ita vt ne momentū quidē diei ac noctis vacaret
a laudibus. Hec de antiqua dicta sint benchorensis monasterij
gloria. Hoc olim destructū a piratis ob insigne dignitatis anti
que: malachias veluti quādā replantaturus paradisum ample
xus est: ⁊ q̄r multa corpora sanctorū dormirent ibi. Nā vt taceā
illa q̄ in pace sepulta sunt: ferunt nōgētos simul vna die a pira
tis occisos. Erat quidē ingēs loci illi⁹ possessio: sꝫ malachias
solo cōtētus loco sancto: totas possessiones ⁊ terras alteri ces
sit. Siquidē a t̄pe quo destructū est monasteriū: nō defuit q̄ il=
lud teneret cū possessionibus suis. Nā ⁊ cōstituebanꝫ per ele=
ctionē etiā ⁊ abbates appellabanꝫ: seruātes noīe (⁊ si non re)
quod olim extiterat. Cunq̄ suaderēt multi nō alienare posses=
siones / sed totū retinere sibi: nō acquieuit paupertatis amator:
sed fecit eligi iuxta morē q̄ eas teneret: loco (vt p̄diximus) re
tento sibi ⁊ suis. Et fortassis consultius vt post apparuit inte
grū retinuisset: si nō magis sue prosperitati humilitati q̄ȝ paci.
Itaq̄ ex mādato patris imari assumptis secū decē circiter fra
tribus: veniens ad locū cepit edificare. Ubi quadā die cū in se
curi ipse secaret: casu ex operarijs vnus: illo vibrāte in aera se
curim locū incaute occupauit quo ict⁹ destinabaꝫ: ⁊ cecidit su
per spinā dorsi eius: tanto vtiq̄ impetu / quanto ille conatu im=
pingere valuit. Corruit ille: accurrere oēs: putantes aut per
cussum ad mortē: aut mortuū. Et tunica quidē scissa a summo
vsq̄ deorsum: homo vero illesus inuentus est: tā modice ⁊ sum
matim perstricta cute vt vix in sup̄ficie vestigiū appareret. Sta
bat homo incolumis quē securis p̄strauerat intuētibus ⁊ stu=
pentibus q̄ circūstabāt. Unde ⁊ facti alacriores: promptiores
exinde ad opus inuenti sunt. Et hoc initiū signorū malachie.
Porro oratoriū intra paucos dies cōsummatum est de lignis
quidē leuigatis sed apte firmiterq̄ cōtextū: opus scoticū pul=
chrum satis. Et exinde seruiꝫ deo in eo sicut in diebus antiq̄s
simili quidē deuotiōe: ⁊ si nō pari numero. Prefuit malachias
loco illi t̄pe aliquāto: patre imaro ita cōstituēte: ipse rector: ip̄e
regula fratrū. Legebant in vita ei⁹ quomodo conuersarenꝫ: ⁊ ip̄e
ante illos preibat in iusticia ⁊ sanctitate corā deo: nisi q̄ preter
instituta cōia: multa singulariter faciebat: in quibus poti⁹ p̄cel
bat oēs: ⁊ aliorū nemo illū poterat ad tam ardua sequi. ¶ Eo
temporis ⁊ eo loci quidā infirmabaꝫ. Cui assistēs diabolus et
aperte loquēs suggerebat ne vnq̄ȝ crederet monitis malachie
sed si intraret ad se cultello eū peteret ⁊ occideret. Quo cogni
to qui illi ministrabant ipso infirmo prodente: verbū p̄tulerūt ad
malachiā p̄munientes. At ille solita arma orōnis arripiēs impa
uidus hostē aggressus: ⁊ infirmitatē fugat ⁊ demonē. Erat aūt
nomē viro malchus. Frater est iste s̄m carnē christiani n̄ri mel=
lifontis abbatis: ambo eñ superstites adhuc sunt: sibi in spiri=
tu modo germaniores. Nā ille vt liberatus est: cōtinuo non in=
gratus: loco eodē cōuersus ad dn̄m: habitū simul animūq̄ mu
tauit. Et cognouere fratres malignū inuidere bonis eorum: ⁊
edificati sunt facti de reliquo cautiores. ¶ Clericum noīe mi=
chaelē dissenteria laborantē ⁊ desperantē: mittens ei aliquid
de mensa sua / eodē loco sanauit. Secundo eundē ipsum grauis
sima infirmitate correptū: ⁊ corpore pariter curauit ⁊ mēte. Illi
co eñ adhesit deo ⁊ malachie seruo eius timēs ne deterius ali
quid sibi cōtingeret: si denuo ingratus tanto inueniretꝫ ⁊ bene
ficio ⁊ miraculo. Et nunc vt audiuimus preest cuidā monaste=
rio sito in partibus scotie: ⁊ hoc nouissimū oīm que ille funda=
uit. Pro huiusmodi augescebat indies ⁊ opinio ⁊ congregatio
malachie: et grande ei nomē intus et foris / non tamē re gran=
dius. Nempe ibi demorabatur etiam factus episcopus: q̄r lo=
cus esset vicinus ciuitati.

Vacabat tunc t̄pis episcopalis sedes in vna ciui=
tatū / et iam diu vacarat: malachia nolente assen
tire. Siquidē ipsum elegerant. Persistentib⁹ ta=
men illis tandē aliquādo cessit: accedēte ad vim
faciendā mandato magistri sui necnō ⁊ metropo
litani. Tricesimo ferme etatis sue anno mala=
chias consecratus episcopus introducitꝫ cōnereth: hoc eñ no=
men ciuitatis. Cū autē cepisset p̄ officio suo agere: tunc intel=
lexit homo dei nō ad hoīes se / sꝫ ad bestias destinatum. Nusq̄ȝ
adhuc tales expertus fuerat in quātacūq̄ barbarie. Nusq̄ȝ re=
pererat sic p̄teruos ad mores: sic ferales ad ritus: sic ad fidem
impios: ad leges barbaros: ceruicosos ad disciplinā: spurcos
ad vitam. Christiani noīe: re pagani. Non decimas: nō p̄mi=
tias dare: nō legitima inire coniugia: nō facere cōfessiones: pe
nitentias: nec qui peteret: nec qui daret penitus inueniri. Mi=
nistri altaris pauci admodū erant. Sꝫ eñ q̄d opus pluriū: vbi
ip̄a paucitas inter laicos prope modū ociosa vacaret? Nō erat
q̄d de suis fructificarent officijs in populo nequā. Nec eñ in ec=
clesijs aut predicantis vox: aut cantātis audiebaꝫ. Quid face
ret athleta dn̄i? Aut cedēdū turpiter: aut periculose certādū.
Sꝫ q̄ se pastorē ⁊ nō mercēnariū agnoscebat: elegit stare q̄ȝ fu
gere: paratus ad aīam suam dare pro ouibus si oportuerit. Et
quāq̄ oēs lupi: ⁊ oues nulle: stetit in medio luporū pastor intre
pidus: oīmodis argumentosus quomō faceret oues, de lupis.
Monere cōiter secreto arguere: flere per singulos: nunc aspe=
re: nunc leniter cōuenire: prout cuiq̄ expedire videbat. In qui
bus per hec minus p̄fecisset: cor contritū ⁊ hūiliatū offerebat
pro eis. Quotiens noctes totas peruigiles duxit: extendens
manus in oratione. Et cū venire ad ecclesiā nollēt: per vicos
⁊ plateas occurrebat inuitis: ⁊ circuiēs ciuitatē perquirebat
anxius quē xp̄o acquireret. Sed ⁊ foris rura ⁊ oppida nihi=
lominus sepius percurrebat: cū sancto illo comitatu discipulo
rum suorū: q̄ nunq̄ deerant lateri eius. Ibat et erogabat vel
ingratis celestis tritici mēsurā. Nec vehebaꝫ equo: sed pedes
ibat: ⁊ in hoc virū se apostolicū probās. Jesu bone quāta pas=
sus est pro noīe tuo bellator tuus a filijs sceleratis: quanta su
stinuit ab his ipsis quibus ⁊ p̄ quibus loquebatur bona tibi?
Quis digne exprimat in quātis vexatus: quib⁹ affectus sit cō
tumelijs: quibus iniurijs lacessitus: quotiēs lassatus inedia:
quotiens afflictus in frigore ⁊ nuditate? Attamē cū his q̄ ode
runt pacē erat pacificus: instans nihilominus oportune impor
tune. Blasphematus obsecrabat: iniuriatus opponebat scutū
patientie: ⁊ vincebat in bono malū. Quid ni vicisset? Perseue
rauit pulsans: ⁊ s̄m p̄missionē tandē aliquādo pulsanti apertū
est. Quomodo poterat nō seq̄ q̄d veritas p̄nūciauerat secutu=
rum? Dextera dn̄i fecit virtutē: q̄r os dn̄i locutū est veritatem.
Cessit duritia: quieuit barbaries ⁊ dom⁹ exasperās paulatim
leniri cepit: paulatim correptionē admittere: recipere discipli
nam. Fiunt de medio barbarice leges: romane introducūtur.
Recipiūtur vbiq̄ ecclesiastice cōsuetudines: cōtrarie reijciun
tur. Reedificantur basilice: ordinaꝫ clerus in illis: sacramento
rum rite solēnia celebrātur. Cōfessiones fiunt: ad ecclesiā con
ueniunt plebes: cōcubinatus honestat celebritas nuptiarum.
Postremo sic mutata in melius oīa: vt hodie illi genti conue=
niat q̄d dn̄s per prophetā dicit. Qui añ nō populus me⁹: nunc
populus meus. ¶ Contigit post annos aliquot destrui ciuita
tem a rege aquilonaris partis hybernie: q̄r ab aquilone pādiꝫ
oē malū. Et forte malū illud bene vtentibus bonū fuit. Quis
scit eñ si tali flagello deus delere voluit mala antiqua popu=
li sui? Huiusmodi malachias necessitate cōpulsus: ⁊ ipse exijt
cū turba discipulorū suorū. Nec ociosus exitus eius. Hac occa
sione monasteriū ybracense cōstructū est: exeūte illo malachia cū
suis numero centū viginti fratrib⁹. Ibi occurrit ei cormarcus
rex: ipse est q̄ olim regno pulsus sub cura malachie de miseri=
cordia dei cōsolationē accepit. Et locus ille situs in regno ei⁹.
Gauisus est rex viso malachia: se ⁊ oīa sua exponēs ei: ⁊ his q̄
cum eo erāt: vtpote nō ingratus nec immemor beneficij. Addu
cta incōtinenti animalia multa ad vsus fratrū: multa insuper
in auro ⁊ argēto ad sumpt⁹ edificiorū p̄ regia liberalitate col
lata. Ipse quoq̄ erat intrans ⁊ exiens cū eis sedulus ⁊ officio=
sus: habitu quidē rex: sꝫ animo discipulus malachie. Et bene=
dixit loco illi dn̄s p̄pter malachiam: ⁊ in breui factus est ma=
gnus rebus ⁊ possessionibus ⁊ personis. Ubi velut de nouo in
choans: legē ⁊ disciplinā quā alijs imponebat: magis ipse por
tabat ep̄s ⁊ magister. Ipse in ordine vicis sue coquine ministe
rio inseruiebat: ip̄e fratribus cū recūberēt ministrabat. Inter
succedētes sibi vicissim fratres ad cantādū legendūve in eccle=
sia non se preteriri patiebaꝫ: strenue implens ⁊ ip̄e officiū loco
suo tanq̄ȝ vnus ex illis. Sācte paupertatis non modo partici
pem / sed ⁊ principem se exhibebat: ipsius precipue super om=
nes abundantius emulator existens.

Quam hec ita agūtur cōtigit infirmari archiep̄m cel=
sum: ip̄e est q̄ malachiā in dyaconē: p̄brm / ep̄mq̄ or
dinauit. Et cognoscēs q̄r moreretꝫ fecit quasi testa=
mentū: quatinus Malachias deberet succedere si=
bi: q̄r nullus videretꝫ dignior q̄ episcoparetꝫ in sede
p̄ria. Hoc p̄ntib⁹ induxit: hoc mādauit absentib⁹: hoc sp̄aliter
ambob⁹ mumonie regib⁹ ⁊ maiorib⁹ terre: scti patricij auctori
tate p̄cepit. Cui⁹ reuerētia ⁊ honore tāq̄ȝ ap̄li illi⁹ gētis q̄ totā
patriā cōuertisset ad fidē: fides illa in qua ⁊ viuēs p̄fuit / ⁊ mor
tuus requiescit: in tāta ab initio cūctis veneratione habeꝫ: vt nō
mō ep̄i ⁊ sacerdotes ⁊ q̄ de clero sunt: sꝫ ēt regū ac p̄cipū vni
uersitas subiecta sit metropolitano in oī obediētia / ⁊ vn⁹ ipse
oīb⁹ p̄sit. Uerū mos pessim⁹ inoleuerat: q̄rūdā diabolica āb̄itiōe
potētū: sedē sanctā obtētū iri hereditaria successiōe. Nec eñ
patiebanꝫ episcopari nisi q̄ eēnt de tribu ⁊ familia sua. Nec pa=
rū p̄cesserat execrāda successio: decursis iā i hac malicia q̄si gn̄a
tiōib⁹ q̄ndecī. Et eo vsq̄ firmauerat sibi ius prauū imo oī mor
te puniēdā iniuriā gn̄atio mala ⁊ adultera: vt ⁊ si interdū defe
cissēt clerici de sāguie illo: sꝫ ep̄i nūq̄ȝ. Deniq̄ iā octo extiterāt
añ celsum viri vxorati ⁊ absq̄ ordinib⁹: litterati tñ. Inde tota illa
per vniuersam

per vniuersam hyberniam de qua multa superius diximus dissolutio ecclesiastice discipline: cẽsure eneruatio: religionis euacuatio. Inde vbiq; pro mãsuetudine xp̃iana/ seua subintroducta barbaries: imo paganismus quidã inductus sub nomine xp̃iano. Nam quod inauditum est ab ipo xp̃ianitatis initio: sine ordine sine rõne mutabãtur ⁊ multiplicabant ep̃i ꝓ libitu metropolitani: ita et vnus ep̃atus vno non esset contentus: sꝫ singule pene ecclesie singulos haberent ep̃os. Nec mirum. Nã quo tam morbidi capitis mẽbra valerent? Pro his cellus atq; hominũ malis populi sui vehemẽter dolẽs (erat eñ vir bonus ⁊ timoratus) curauit oĩ modo hr̃e sibi successorẽ malachiam: q̃ per ipm̃ cõfideret posse explantari male radicatã successionem qui charus esset omnibus/ ⁊ quẽ omnes emularentur/ et dominus erat cũ eo. Nec frustrat⁹ est a spe sua. Nã illo mortuo substitutus est malachias: non tñ mox/ neq; id facile. Ecce eñ de semine neq̃ qui occupet locum Mauricius noĩe. Is per q̃nquenniũ fret⁹ potentia seculari incubauit ecclesie: nõ ep̃s: sed tyrannus. Nã vota piorũ magis in malachia conuenerãt. Deniq; suadebant eum subire onus iuxta cõstitutionẽ celsi: sed ille qui oẽ sublime haud secus q̃ suũ precipitiũ declinabat: bonã sibi videbatur nactus occasionẽ excusandi: q̃ ꝑ id tp̃is introitus eius pacificus esse nõ posset. Instabãt tam sctõ operi ⁊ sollicitabãt oẽs: duo potissimũ ep̃i. Malchus ⁊ Gislebert⁹. Quorum prior: ipe est senior lesmorensis de quo supra mentio facta est: alter quẽ aiũt primo functũ legatione apostolice sedis per vniuersam hyberniã. Qui triẽnio iã decurso in hac presumptione maurici/ ⁊ malachie dissimulatione: nõ ferẽtes vltra ecclesie adulteriũ dedecꝰ xp̃i: conuocatis ep̃is et principibus terre vno spiritu adeũt malachiã parati vim facere. At ille renuere primum. Pretendere siquidem difficultatẽ rei: nobilis illius prosapie multitudinẽ/ fortitudinẽq;/ ambitionẽ multũ esse ad se paupercullum opponere se tot/ tãtis talibus/ taliter radicatis qui iam annos ferme ducẽtos quasi hereditate possedissent sanctuariũ dei: ⁊ nũc quoq; id ꝑoccupassent: nõ posse illos exstirpari: nec cũ mortibus hoĩm quidẽ: sua non interesse fundi humanũ sanguinẽ occasione sui: postremo iũctum se sponse alteri quam dimittere nõ liceret. Verũ illis ecõtra instãtib⁹ ⁊ clamãtibus: q: a dño sermo egressus est: sed et tota auctoritate iubẽtibus subire onus atq; intẽtantibus anathema: ad mortẽ inq̃t ducitis me: sꝫ obedio spe martyrii: hac tñ cõditione vt si iuxta fidem vestram res in melius cedat ⁊ vendicet sibi deus suã hereditatem a diripiẽtibus eam: tũc demũ omnibus consummatis/ et ecclesia pacem habẽte: liceat redire ad priorẽ sponsam meam: ⁊ amicã de qua raptor paupertatẽ: et pro me illic alium substituere: qui tũc forte repertus idoneus fuerit. Nota lector virtutem viri ⁊ animi puritatem: nec honorem. s. affectãtis/ nec formidãtis mortem pro christi nomine. Quid hoc aio purius/ quidve fortius: vt se exponẽs periculo ⁊ labori: alteri fructũ cedat ipam in loco principat⁹ securitatem ⁊ pacem? Facit hoc cum liberũ sibi ⁊ ex pacto retinet reditũ ad paupertatẽ: pace ⁊ libertate ecclesie restituta. Spõdẽtibus illis demũ acquieuit volũtati eorũ: vel potius dei: a quo sibi iã olim preostensum recordabatur qd̃ de se mõ dolebat fieri. Nẽpe iã egrotante cello apparuit malachie ⁊ quidẽ longe posito et nesciẽti mulier procere stature ⁊ reuerendi vultus. Percũctãti quenã esset: rñsum est esse vxorẽ celsi. Que tradens ei virgã pastoralẽ quam manu tenebat: disparuit. Paucis decursis dieb⁹ cellus moriẽs misit baculũ suum malachie tanq̃ sibi successuro: quẽ vt vidit agnouit ipm̃ esse quẽ viderat. Huius precipue recordatio visiõis terruit malachiam: ne si qd̃ diu satis dissimularat vltra renueret: diuine iam videretur resistere volũtati. Veruntamẽ ciuitatem non intrauit q̃diu ille incubator vixit: ne hac occasione cõtingeret mori quenq̃ ex his quibus vitam magis ministraturus veniebat. Ita per bienniũ, nã id tp̃is superuixit ille, agens extra vrbẽ strenue in vniuersa prouincia opus ep̃ale exercuit. ¶ Illo igitur celeri morte facto de medio: rursum nigellus quidã imo vero nigerrimus sedem preripuit. Et in hoc aie sue mauric⁹ adhuc viuens prouiderat: vt hũc haberet heredẽ in quo q̃ dãnandus exhibat operibus adiicere dãnatiõis ꝑsisteret. Erat eñ ⁊ ipe ex dãnata ꝓgenie cognat⁹ Maurici. Ceterꝫ rex ⁊ ep̃i: ⁊ fideles terre nihilomin⁹ cõuenerũt vt introducerẽt Malachiã. Et ecce cõsiliũ malignãtiũ ex aduerso. Quidam de filiis belial promptus ad maliciã/ potẽs in iniq̃tate: sciẽs locũ vbi pariter cõuenire decreuissent: multis aggregatis sibi latẽter vicinum occupat collẽ eminẽtẽ e regione: vt illis tractãtib⁹ aliis: repentino impetu sup incautos irruerẽt ⁊ interficerẽt innocẽtes. Cõdixerãt eñ ẽt regẽ cũ ep̃o trucidare: vt nõ esset q̃ vindicaret sanguinẽ iustũ. Res innotuit malachie: ⁊ intrãs ecc̃iam (erat eñ prope) eleuatis manibus orauit ad dñm. Et ecce nubes ⁊ caligo: sꝫ ⁊ tenebrosa aq̃ in nubib⁹ aeris: diẽ vterũt in noctẽ. Fulgura q̃q; ⁊ tonitrua ⁊ horribilis spũs ꝓcellarꝫ diẽ vltimũ: minã

tur: vicinaq; elemẽta instãt oĩa mortẽ. Et vt scias lector q̃ oro malachie ꝯcusserit elemẽta: solos intercepit tẽpestas q̃ ꝯtrebãt alam ei⁹: solos turbo tenebrosus inuoluit q̃ pauerãt opa tenebrarꝫ. Deniq; ipe q̃ ꝑnceps extiterat tãti mali fulmine ꝑcussus interiit cũ trib⁹ aliis: ⁊ fuere cõsortes mortis: q̃ fuerãt pticipes sceleris. Quorꝫ sequẽti die inuẽta sunt corpa semiusta ⁊ putrida: herẽtia ramis arborꝫ: vbi quẽq; spũs eleuãs allisisset. Aliq̃ quoq; tres semiuiui inuenti sunt: ceteri oẽs circũquaq; dispsi. Illos aũt q̃ cũ malachia erãt q̃uis ꝓximos loco tẽpestas oĩno nõ tetigit: nec q̃cq̃ molestie intulit. In facto isto recẽs capimus experimentũ ꝟitatis ꝟbi illi⁹: q: oro iusti penetrat celos. Sed ⁊ nouũ antiq̃ exẽplũ miraculi quo olim tota egypto ꝯstante in tenebris: sol⁹ israel in lumine mãsit dicẽte scriptura. Vbicunq; israel erat: lux erat. Huc mihi accurrat ⁊ factũ sancti helye: nũc q̃dẽ ab extremis terre nubes ⁊ pluuias educẽtis: nunc vero sup blasphemos euocãtis ignẽ de celo. Et modo de simili clarificatus est deus in seruo suo mala. hia.

Anno etatis sue tricesimooctauo paup malachias pulso incubatore intrauit Ardinacham põtifex ⁊ metropolitanus toti⁹ hybernie/ rege ꝟo ceterisq; q̃ introduxerãt eum ad ꝓpria remeãtib⁹: ipe remanet in manu dei: ⁊ remanẽt illi foris pugne intus timores. Nã ecce viperea soboles frẽdens ⁊ vociferãs se exheredari: tota se intus ⁊ foris suscitat aduersus dñm ⁊ aduersus xp̃m eius. Porro nigellus vidẽs sibi imminere fugã: tulit secum insignia quedã edis illius: textũ scꝫ euãgeliorꝫ q̃ fuit beati patricii: baculũq; auro tectũ: ⁊ gẽmis preciosissimis adornatũ: quẽ nominãt baculũ iesu: eo q̃ ipse dñs (vt fert opinio) eũ suis manibus tenuerit atq; formauerit. Et hec summe dignitatis ⁊ venerationis in gente illa. Nempe notissima sunt celeberrimaq; in populis: atq; in ea reuerentia apud oẽs: vt q̃ illa habere visus fuerit ipsũ habeat ep̃m ppl̃s stultus ⁊ insipiens. Ibat hõ girouagus ⁊ alter sathanas circuibat terrã ⁊ ꝑambulabat eã: insignia sacra circũferens. Que vbiq; ostentans: vbiq; conuigra receptabat ꝯciliãs sibi ꝑ hec aios oĩꝫ: ⁊ a malachia quosq; potuisset auertẽs. Hec ille. ¶ Erat aũt ꝑnceps q̃dã de potẽtioribus inique progeniei: quẽ rex paulũq̃ ciuitatẽ extret iurare coegerat pacẽ tenere ep̃o: acceptis ab eo insuper obsidib⁹ multis. Is post regis exitũ nihilomin⁹ ciuitatem ingressus ꝯsiliũ habuit cum propinquis ⁊ amicis: quõ sctm̃ dolo tenerent: ⁊ occiderẽt. Timebãt vero plebẽ. Et ꝯiurãtes in necẽ malachie cõstituere locũ ⁊ diẽ: ⁊ traditor dedit eis signum. Ipo die cum vespertina iã solẽnia in ecclesia celebraret antistes cũ vniuerso clero ⁊ multitudine populi: mittit ad ipm̃ neq; ille in verbis pacificis in dolo rogãs q̃tin⁹ ad se dignet descẽdere: vt faciat pacẽ. Rñdẽtib⁹ q̃ assistebãt ipm̃ poti⁹ ad ep̃m debere venire ecclesiam esse ꝯpetentiorẽ locũ firmãde pacis: siquidẽ ꝑsenserãt dolũ: subiũgunt qui missi erãt hoc tutũ non esse principi/ timere eũ capiti suo: nec se credere turbis que se ante hos dies cũ ep̃i propemodũ interemissent. Cõtẽdentibus in hũc modũ: illis quidem vt iret/ istis vero ne iret: ep̃s cupidus pacis ⁊ mortis nõ timidus: sinite inquit fratres sinite me imitari magistrũ meũ. Sine cã sum xp̃ianus: si xp̃m non sequor. Forte flecto humilitate tyrãnũ: ⁊ si nõ/ vinco tñ: exhibẽs oui pastor/ sacerdos laico/ qd̃ mihi ille debuerat. Vos quoq; qd̃ in me est: nõ parũ edifico exẽplo tali quid enim si cõtingat occidi: Nõ recuso mori: vt vos vite ex me teneatis exẽpliũ. Oportet ep̃m, vt ait ep̃orꝫ princeps nõ dñari in clero: sed formã fieri gregis. Haud aliã sane formã quã ab illo accepimus: qui hũiliauit semetipsum factus obediens vsq; ad mortẽ. Quis mihi det hanc relinquere filiis signatam sanguine meo? Experimini certe an sacerdos vr̃ digne satis a xp̃o didicerit mortẽ nõ timere pro xp̃o. Et surgens cepit ire flẽtib⁹ cũctis ⁊ supplicantibus ne tñ cuperet ꝓ xp̃o mori: vt tñ xp̃i gregẽ desolatũ relinq̃ret. Verꝫ ille totã spẽ suã ponẽs in dño: tota alacritate ꝑrexit: trib⁹ tñ comitatib⁹ discipulis paratis mori cũ eo. Qui vt calcato limine dom⁹ repẽte se medio intulit armatorꝫ: scuto fidei ipse munitus: concidere facies oĩm: q: pauor irruit sup eos: ita vt dicere posset ep̃s. Qui tribulãt me inimici mei: ipi infirmati sunt ⁊ ceciderũt. Hoc ꝟbũ verꝫ est. Videres hostiã stãtẽ: carnifices ferro armatis manib⁹ vndiq; circũstãtes: ⁊ q̃ imolaret nõ erat. Putares stupere lacertos: sic nõ fuit q̃ extẽderet manũ. Nã ⁊ is q̃ꝫ q̃ caput malitie videbat: assurgit ei poti⁹ q̃ insurgit. Vbi q̃so signũ o hõ/ qd̃ dederas in mortẽ põtificis? Hoc mag; honoris signũ q̃ mortꝭ indiciũ. Deferre est h̃: nõ mortẽ inferre. Res mira. Pacẽ offerũt q̃ necẽ pauerãt. Nõ est qd̃ abnuat: q̃ ꝯtra vite ꝑiculo q̃sierat eã. Itaq; facta est pax/ ⁊ tam firma vt ab illa die hoste sacerdos non modo pacatũ habuerit: sꝫ subditũ/ sꝫ deuotũ. Quo audito fideles q̃q; gauisi sunt: q̃ nõ mõ saluat⁹ sit sanguis innoci⁹ in die illa: sꝫ ⁊ nocẽtiũ multorꝫ aie malachie merit. euaserit ad salutẽ. Et apꝑhendit oẽs circũquaq; timor: audiẽtes quomõ duos

inimicorū eius q̄ viderētur ferociores ⁊ fortiores in gñatiōe sua: sic subita virtute prostrauit deus: istuz loquor qui in manibus est: ⁊ eum de quo superius dixi. Alterū enim terribiliter mulctatū in corpe: alterū misericorditer mutatum in corde: ambos mirabiliter cōprehendi: in consilijs que cogitabant. His ita peractis cepit iam in ciuitate episcopus tota libertate disponere ⁊ ordinare de omnibus pertinētibus ad ministerium suum: non tamē sine continuo discrimine vite sue. Nam ⁊ si iam nemo qui palaz noceret: ab insidiantibus tamē nec locus satis tutus episcopo erat: nec tempus feriatuz. Et deputati sunt ei viri armati ad custodiā die ac nocte: sed ille magis in domino confidebat. Fuit vero consilium prefatū scismaticū insequi: eo q̄ seduceret multos ex insignibus que ferebat: suadens omib⁹ se episcopū esse debere: ⁊ sic sollicitās plebes aduersus malachiā atq̧ ecclesie vnitatē. Et fecit sic. Et sine difficultate ita in breui vniuersas sepiuit vias eius/ per gratiā sibi a dño datam ⁊ quam habebat ad oēs: vt malignus ille coactus sit dare manus: reddere insignia: ⁊ quiescere de reliquo in omi subiectiōe. Ita malachias licz de reliquo per multa pericula et labores/ prosperabatur indies: ⁊ confortabatur: magis ac magis abundans in spe et virtute spiritus sancti. ¶ Nec modo malefactores sed ⁊ detractores malachie corripuit deus. Quidam verbi gratia/ gratiā habens principū et potentū: etiam ipsius regis q̄ esset adulator ⁊ garrulus ⁊ potēs in lingua: fauebat per omnia aduersarijs. Malachie ⁊ pcaciter tuebat̄ partē eorū. Sancto vero ⁊ presenti resistebat in facie: ⁊ detrahebat absenti: irreuerenter occurrens ei in omi loco: maximeq̧ vbi celebrioribus illū sciret interesse cōuentibus. Sed cito digna lingue procacis mercede donat⁹ est. Intumuit ⁊ cōputruit ligua maledica vermibus ex ea scatentib⁹ ⁊ diffluentib⁹ toto ore blasphemo. Quos per septē ferme dies incessanter vomens: tandē cū illis miserā expuit aiam. ¶ Loquente corā aliqñ malachia ⁊ populū exhortāte: mulier q̄dā infelix ausa est interrūpere sermonem clamoribus improbis: nō deferēs sacerdoti ⁊ spiritui q̄ loquebat̄. Erat autē de pgenie impia: ⁊ spm̄ habens in naribus: plasphemias cōtumeliasq̧ euomebat in sanctū: dicēs hypocritā ⁊ inuasorē aliene hereditatis/ sz ⁊ caluiciei illius improperās. At ille nihil respōdit ei/ sicut erat verecūdus et mitis; sed dñs respōdit p eo. Versa illa in insaniā est/ dño iudicāte: ⁊ crebris vocib⁹ clamitās se suffocari a malachia: morte demum horrenda luit peccatū blasphemie. Sic misera assumens aduersus malachiā improperiū helisei: vere illū sibi alterū experta est heliseū. Porro q̄ cū pestilētie cuiusdā orte in ciuitate multitudinē cleri ⁊ populi solēniter cū memoria sanctorum tunc foras eduxerat: ne hoc quidē ptercūdū q̄ orāte malachia pestilentia ilico cōquieuit. Ex hoc iā q̄ mutiret aduersus eum non fuit: dicētibus que de semine chanaā sunt: fugiamus malachiā q̄ dñs pugnat pro eo. At sero istud: q̄ zelus dñi vbiq̧ occurrens eis psecutus est eos vsq̧ ad internitionē. Quomodo intra paucos dies perijt memoria eorum sonitu. Quomodo facti sunt in desolationē/ subito defecerūt: perierunt pter iniquitatem suā? Grāde hodieq̧ miraculū facit tā velox generationis illius deletio; his presertim q̄ eoꝝ nouerāt superbiā atq̧ potentiā. Multa quidē ⁊ alia signa fuere quibus de⁹ glorificauit nomē suū: ⁊ seruū suū inter sudores ⁊ pericula cōfortauit. Quis digne cōmemoret? Nō tñ oia pterim⁹: ⁊ si nō sufficimus ad oia. Propter seriē aūt narrationis ne impediat̄: aliqua q̄ dicturi sumus reseruamus in finem.

Gitur malachias intra trienniū reddita retributiōe supbis/ ⁊ libertate ecclesie restituta: pulsa barbarie ⁊ reformatis vbiq̧ moribus christiane religionis/ videns oia in pace esse: cepit cogitare ⁊ de sua pace. Et memor propositi sui: constituit p se Gelasiū virū bonum ⁊ dignū tali honore: cōniuentibus clero et populo quin potius sustinentibus propter pactum. Nam al's durum visum omnino. Quo cōsecrato/ regibusq̧ ac principibus attenti⁹ cōmendato: ipse clarus miraculis ⁊ triumphis ad suā parrochiā redit. Nō tamē connereth: ⁊ audi causam dignā relatu. Dyocesis illa duas fertur habuisse antiquitus episcopales sedes: et duos extitisse epatus. Id visum melius malachie. Itaq̧ quos ambitio conflauit in vnum malachias reuocauit in duos: partem alteri episcopo cedens: partem retinens sibi. Et propterea non venit connereth/ q̄ in ea iam episcopum ordinasset: sz Dunum se contulit: disterminās parrochias sicut in dieb⁹ antiquis. O purum cor: o oculum columbinum. Locum tradidit nouo episcopo qui videret̄ paratior/ principalior haberet̄: locum in quo sederat ipse. Vbi sunt qui de terminis litigāt: pro vno vinculo perpetes adinuicem inimicitias exercentes? Nescio si quod genus hominū magis q̄ istos antiquum vaticiniū tangat: secuerunt pregnantes galaad ad dilatandū terminos suos. Sed hec alias.

Malachias factus Dunensis eps cōfestim more suo curauit asciscere ad solatiū sibi de filijs suis: conuentum regulariū clericorū. Et ecce rursus accingit̄ quasi nouus xpi tyro ad spiritale certamē: rursus induitur arma potētia deo: sancte paupertatis hūilitatē: rigorē discipline cenobialis: ociū cōtēplādi: orandi assiduitatē. Que tñ oia voto magis valuit diu tenere q̄ actu. Etenī vniuersi cōfluebāt ad eū: nec modo mediocres/ sed ⁊ nobiles ⁊ potētes: illi⁹ se sapiētie ⁊ sctitati instruēdos: corrigendos: ac regēdos/ cōmittere festinabāt. Et ipse interdū ibat et exibat seminare semē suum disponens ⁊ decernens tota auctoritate de reb⁹ eccl'iasticis tāq̧ ex apl'is vn⁹. Et nemo illi dicebat in q̄ ptāte hec facis: videtib⁹ cūctis signa ⁊ pdigia q̄ faciebat: ⁊ q̄ vbi spūs dñi ibi libertas. Visum tñ sibi non tute satis actitari ista absq̧ sedis apostolice auctoritate: ⁊ romam proficisci deliberat: maximeq̧ q̄ metropolice sedi deerat adhuc/ ⁊ defuerat ab initio pallij vsus: quod est plenitudo honoris. Et visum est bonū in oculis eius si ecclesia pro qua tm̄ laborarat: quē hacten⁹ nō habuerat suo acquireret studio ⁊ labore. Erat ⁊ altera metropolica sedes quā de nouo cōstituerat celsus: prime tñ sedi/ ⁊ illi⁹ archiepo subdita tanq̧ primati: ⁊ huic quoq̧ optabat nihilominus palliū malachias: cōfirmariq̧ auctoritate sedis apostolice prerogatiuā: quam bñficio celsi adipisci meruerat. Innotescente proposito displicuit fratribus: necnon et magnatibus: ⁊ populo terre. Oēs em̄ intollerabilē sibi iudicabant tam diutinam oim̄ pij parētis absentiam: ⁊ q̄ metuerent de morte ipsius. Contigit interea mori germanū eius: christinū noīe virum bonū plenū gratie ⁊ virtutis. Eps erat illi quidem scōs in celebri opinione: sed vite scimonia et iusticie zelo forte nō impar. Huius decessus magis terruit vniuersos: ⁊ discessum malachie reddidit molestiorē. Dicebant autē nullo modo assentiendū vnici peregrinatiōi patroni: vt non desoletur ois terra si duabus tantis columnis sub vno momēto tpis destituatur. Ergo oēs pariter contradicunt. Et vim faciebant: cū ille diuinam vltionē minatus est. Nō tamē destitere illi: nisi missa sorte prius dei volūtas super hoc interrogaretur. Prohibēte illo nihilominus mittūt: sed illa pro malachie parte ter rñdisse inuēta est. Nec em̄ vna cōtēti vice fuere cupidi retinēdi eū. Demū cedētes dimittūt illū: nō tñ sine ploratu ⁊ vlulatu multo. Sed ne quid imperfectū relinqueret: tractare cepit q̄ūo defuncti fratris semē suscitaret. Et accersitis ad se trib⁹ discipulis suis anxius estuabat quisnam dignior ad hoc opus siue vtilior videretur. Et diligenter intuitus singulos: tu inquit o edane (sic enim vocabat̄ vn⁹) suscipe onus. Illo cūctāte ⁊ flēte ne timeas ait: tu em̄ mihi a dño designatus es: q̄ anulū aureū quo despōsandus es iā nūc preuidi in digito tuo. Acquieuit ille: ⁊ malachias eo cōsecrato proficiscitur. Cūq̧ egressus de scotia peruenisset eboracū sacerdos quidā sycar⁹ noīe intuitus eū agnouit. Nec em̄ faciē eius viderat ante: sed cū haberet spm̄ prophetie reuelatū fuerat ei iampridē de illo. Et nūc incūctāter circūstantibus digito eū demōstrās: hic est inquit de quo dixerā: q̄ de hybernia sctūs veniet pōtifex: qui scit cogitationes hoim. Sic non potuit latere lucerna sub modio: prodēte eā per os sycari spūscto: qui illa accenderat. Nam ⁊ multa secreta de esse suo suorūq̧ dicta sunt ei a sycaro que ita esse vel fuisse oia recognouit. Sed socijs malachie percūctātibus de suo reditu rñdit sycarus incūctāter: q̄d post rei probauit euentus: paucos videlz ad modū de numero illo cū epo redituros. Illi audito hoc suspicati sunt mortē: sed deus aliter adimpleuit. Nēpe redicēs ab vrbe quibusdam apud nos: quibusdā ⁊ in alijs locis ad discēdā cōuersationis formā relictis: iuxta verbū sycari cum paucis admodū repatriauit. Hec de sycaro. ¶ In ipa vrbe eboracēsi accessit ad eū vir nobilis s̄m sclm̄ vvaalleuus noīe tunc prior in kyrkehā regulariū fratrū: nūc pro mōachus ⁊ monachorum pater in mailros monasterio ordinis nostri: qui deuot⁹ malachie se orōnibus satis humiliter cōmendauit. Is aduertens multos habere epm̄ socios ⁊ equos paucos: nā pter ministros ⁊ clericos alios q̄nq̧ cū eo erāt pbr̄i: ⁊ eq̄ nō nisi tres: obtulit ei suū quo ipe vehebat̄: hoc solū dolere se inquiēs q̄ esset rūcinus dure portās. Et addit. Libētius dedissem si melior fuisset sed si dignamini ducite qualēcūq̧ vobiscū. Et ego (ait epūs) eo libētius accipio quo pdicas viliorē: q̄ nō pōt mihi vile esse q̄cquid tā pciosa volūtas obtulerit. Et cōuersus ad suos hūc inquit sternite mihi: q̄ cōmodus satis ⁊ sufficiēs erit in longum. Quo facto ascendit: ⁊ primo quidē durū vt erat sentiēs: postmodū mira mutatione valde cōmodū sibi ⁊ suauiter ambulantem inuenit. Et ne caderet super terrā de sermone quē dixerat vsq̧ ad nonū āñū quo mortuus est ipe: nō defecit ei: fact⁹ optimus ⁊ pciosissim⁹ palefridus. Quodq̧ euidēti⁹ miraculū cernentib⁹ fecit: de subnigro cepit albescere: ⁊ nō multo post vix inueniebatur albior illo. ¶ Mihi quoq̧ in via hac datū est videre virum

dere virū: ⁊ in eius visu ⁊ verbo refectꝰ sum: ⁊ delectatꝰ sum si-
cut in omnibus diuitijs. Et ego vicissim peccator licet inueni
gratiam in oculis eiꝰ: extunc ⁊ deinceps vsq ad obitū ipsius si
cut in proemio prefatꝰ sum. Ipse etiam dignatus diuertere cla
rāuallem visis fratribus compūctus est: ⁊ illi non mediocriter
edificati in presentia ⁊ sermone eiꝰ. Et acceptās locū ⁊ nos: at-
q intimis visceribꝰ colligēs: vale dixit nobis ⁊ abijt. Qui trās
alpinas cū venisset iporiam ciuitatē italie hospitis sui paruulū
filium: qui male habens moriturus erat: continuo sanauit.

Erat tūc tēporis in sede apostolica felicis memorie
secūdus Innocentiꝰ papa: qui eū benigne suscepit:
humane satis illi sup longa peregrinatione cōpas-
sus. Et primo quidē malachias qđ altius infixerat
animo cū multis lachrymis implorabat licere sibi vi-
uere ⁊ mori in claraualle pmissu ⁊ bñdictione summi pontificis
Et petijt hoc non oblitꝰ ad quod venerat sed affectꝰ qua vena
rat desiderio clareuallis. Non aūt obtinuit: quod vir apostoli-
cus lucris potiꝰ vberioribus occupandū decerneret. Nec tamē
omnino frustratꝰ ē a desiderio cordis sui: cui mori ibi ⁊ si nō vi-
uere donatū est. Mensem integrū fecit in vrbe: loca sancta per-
ambulans: ⁊ frequentans causa orationis. Cūq per id tēporis
sepe ac diligenter ab eo ⁊ ab his qui cū eo erant summus pōti-
fex inquisisset esse patrie: mores/ gētis/ statū ecclesiaꝝ: ⁊ quāta
in terra deus per eū operatꝰ fuisset parenti iam repatriare com
misit vices suas: per vniuersam hiberniā legatū illū constituēs
Significatū si quidē erat ei ab epō Gisleberto qui supra mēo-
rauimus tunc legatꝰ extiterat: q iam non posset pre senio ⁊ de-
bilitate corporis villicare. Post hec petit malachias confirma-
ri noue metropolis constitutionē: ⁊ vtriusq sedis pallia sibi da
ri. Et ꝯfirmationis quidē priuilegiū mox accepit: de pallijs au
tem oportet ait summus pontifex solēnius agi. Cōuocatis epi-
scopis ⁊ clericis ⁊ maioribus terre celebrabis generale conci-
lium: ⁊ sic conniuētia ⁊ cōi voto vniuersoꝝ per honestas psonas
requiretis palliū ⁊ dabitur vobis. Deinde tollens mitrā de ca-
pite suo: imposuit capiti eius: sed ⁊ stolā cū manipulo dedit illi
qbꝰ vti iter offerēdū solebat. Et salutatū i osculo pacis dimisit
eū apostolica fultū bñdictione ⁊ auctoritate. Qui reuertens p
clarāuallem suā scđam nobis largitus est bñdictionem. Et alta
suspiria trahens q non liceret sibi pro suo desiderio remanere:
hos inquit interim p me oro vt retineatis: qui a vobis discant
quod nos postmodū doceant. Et infert Erūt nobis in semen: ⁊
in semine isto benedicent gentes: ⁊ ille gentes que a diebus an
tiquis monachi quidē nomen audierūt monachū nō viderunt.
Et dimissis quatuor a latere suo: abijt. Qui probati ⁊ digni in
uenti: monachi facti sunt. Post aliquot tēpus cū iam sanctꝰ eēt
in terra sua misit alios: ⁊ factū est de illis similiter. Quibꝰ per
aliquantū tēpus instructis et eruditis corde in sapientia dato
eis in patrē scō fratre xpīano qui erat vnus ex ipsis: emisimus
eos: adiūgentes de nostris quanti sufficerent ad numerū abba
tie. Que concepit ⁊ peperit filias quinq: ⁊ sic multiplicato se-
mine augescit indies numerus monachoꝝ: iuxta desiderium ⁊
vaticiniū malachie. ¶ Nūc iā repetamꝰ ordinē narrationis. Ma
lachias profectus a nobis prospere puenit scotiam. Et inuenit
dauid regē qui adhuc hodie superest in quodā castello suo: cu-
ius filius infirmabat ad mortē. Ad quē ingressus honorifice a
rege susceptus est ⁊ hūiliter exoratꝰ vt sanaret filiū suū: aqua
cui bñdixit aspersit iuuenē: ⁊ intuens in eū ait. Confide fili nō
morieris hac vice Dixit hoc ⁊ die sequēti dictū secuta est sani-
tas: sanitatē leticia patris clamor ⁊ strepitus totiꝰ exultātis fa
milie. Exijt sermo ad oēs: nec eñ qđ in domo regia ⁊ regis acci
derat filio latere potuit. Et ecce vbiq resultans gratiaꝝ actio
et vox laudis: tū p salute dñi: tum p miraculi nouitate. Henri
cus est iste: qui viuit adhuc vnicus patris sui miles fortis ⁊ pru-
dens: patrissans vt aiunt insectando iusticiā ⁊ amorē veri. Et
amauit vterq malachiam q̄diu vixit: tanq qui illū a morte reuo
casset. Rogabāt eū manere p aliquot dies: sed ille declinās mo
ram nō sustinuit: ⁊ mane carpebat iter. ¶ Transeūti igit per vil
lam noīe crugeldū: occurrit puella muta. Orante illo solutū est
vinculū lingue eiꝰ ⁊ loquebat recte. ¶ De hinc villā ingrediēs
quā nomināt ecclesiā sancti michaelis oblatā sibi mulierē fre-
neticā ⁊ vinctā funibꝰ corā oī populo curat: ⁊ dimissa incolumi
proficiscit. Perueniens vero ad portū lapasperi: transitū ibi p
aliquot dies prestolabat: sed mora minime transijt ociosa. Cō-
struit interim de virgis in sepē textis oratoriū: ipso iubēte: ipo
operante pariter. Consummatū circūdedit vallo: atq interia-
cens spaciū in cimiteriū benedixit. Sane merita bñdicētis mi
racula satis declarant: quęq hodie ibi actitari ferunt. Inde est
q de finitimis locis infirmos ⁊ male habētes illo portare con-
sueuerūt: ⁊ sanant multi. ¶ Mulier totis dissoluta mēbris: plau
stro vecta illuc: pedibꝰ suis remeauit domū: vna dūtaxat nocte
nō frustra in loco scō prestolata miam dñi. ¶ Alia qđā ibidem

pernoctabat in oratione quā forte repléns solā hō barbarꝰ accēsus
libidine: ⁊ sui minime cōpos irruit rabiosus in eā. Cōuersa illa
et tremefacta suspiciēs aduertit hominē plenū dyabolico spū:
heu tu: inqt miser qđ agis. Considera vbi es: reuerere hec scā
defer deo: defer seruo eiꝰ malachie: parce ⁊ tibi ipsi. Nō destitit
ille furijs agitatꝰ iniquis. Et ecce (qđ horribile dictu est) vene-
natū ⁊ tumidū aial qđ bufonē vocāt: visuz ē reptans exire de
inter femora mulieris. Quid plura terrefactꝰ resilit hō: ⁊ datis
saltibus festinꝰ oratorio exilit Ille ꝯfusus abscessit: ⁊ illa inta
cta remāsit: magno qdez ⁊ dei miraculo: ⁊ merito malachie. Et
pulchre: opi fedo ⁊ abhominādo: fedū interuenit ⁊ abhomina-
bile monstrū. Nō prorsus aliter decuit bestialē extingui libidi-
nem q per frigidissimū vermē: nec aliter temerariū frenari au-
sum frustrari conatū: q p vilē inutilēq bestiolam. Et hec loco
isto sufficiāt: pauca de pluribꝰ. Nūc iam reliqua prosequamur.

Ascēdit Malachias nauē: ⁊ prospe nauigāns applī-
cuit monasterio suo benchorēsi: vt primi filij primā
reciperent gratiā. Quid animi putas gessisse illos
sano deuia tam longa recepto patre: ⁊ illo patre
Nec mirū si se tota in gaudiū effuderit viscera eo-
rum in reditu eiꝰ: quādo exteris circūquaq gē-
tibus incredibilē mox leticiam velox rumor inuexit. Deniq de
ciuitatibꝰ ⁊ castellis ⁊ vicis occurrūt ei: ⁊ quocūq diuertat su-
scipit exultatione vniuerse terre. Verūtamen non sapit honor
opus exercet legationis. Multis in locis celebrant conuentus
multi: nequa regio seu portio regiōis legationis fructu ⁊ vtili-
te fraudet. Seminat super oēs aquas: nō est q se abscondat ab
opa sollicitudinis eiꝰ. Non sexus: nō etas: non ꝯditio: nō profes
sio reputat. Vbiq semē spargit salutare: vbiq intonat tuba ce
lestia Vbiq discurrit: vbiq irrūpit euaginato gladio lingue ad
faciendā vindictā in nationibꝰ/ increpationes in populis. Ter
ror eius sup facientes mala Clamat iniquis/ nolite inique age
re ⁊ delinquentibꝰ nolite exaltare cornu. Religio vbiq planta
tur: ppagat: fouet. Oculi eius sup eos: ⁊ cura eiꝰ ad necessitas
tes eoꝝ. In cōsilijs q passim celebrant repetunt antique tradi-
tiones: quas tamen bonas fuisse ꝯstiterit: abolitas vero negli-
gentia sacerdotū. Nec mō vetera instaurant. cudunt ⁊ noua. Et
quecūq pmulgauerit: tanq celitꝰ edita acceptant tenent: scri
pto mandant ad memoriā posteroꝝ. Quidni celitꝰ missa crede
rent que tot celestia ꝯfirmant miracula? Et vt fidē dictis faciā
perstringā nonnulla paucis Quis eñ cūcta enumeret? Eā li
bentius fateor imitādis immorer q admirādis. ¶ Et meo qdē
iudicio primū ⁊ maximū miraculū qđ dedit ipe erat. Vt eñ ta-
ceam interiorē hominē eiꝰ cuius pulchritudinē: fortitudinē/ pu
ritatem satis indicabāt mores ipsiꝰ ⁊ vita ipm exteriorē ita vno
semp mō/ ipsoq modestissimo ⁊ decentissimo gessit: vt nil pror-
sus appareret in eo qđ posset offendere intuētes. Et quidem q
non offendit in verbo: ille pfectus est vir. At vo in malachia q-
vniq etiā si curiosiꝰ obseruarit: depchendit ociosum non dico
verbū sed nutū? Quis manū pedēve mouentez frustra? Immo
quid nō edificans in eiꝰ incessu/ aspectu/ habitu/ vultu? Deniq
vultus hylaritaté/ nec fuscauit meror: nec leuigauit risus. To-
tū in eo disciplinatū/ totum insigne virtutis: pfectionis forma.
Per oia seriꝰ: sed nō austerꝰ. Remissus interdū/ dissolutꝰ nunq
Negligēs nihil: ⁊ si pro tpe multa dissimulans. Quietꝰ sepe: s3
minime aliqñ ociosus A die primo cōuersiōis sue vsq ad extre
mum vite sue sine pprio vixit. Non seruos/ nō ancillas/ non vil-
las: non viculos/ nō deniq quicq reddituū ecclesiasticoꝝ secu
lariū ve: vel in ipso habuit epatu. Mense episcopali nihil pror-
sus constitutū vel assignatū vñ epūs viueret. Nec eñ vel domuz
propriā habuit. Erat aūt pene incessanter circuiēs parrochias
oēs euangelio seruiens ⁊ de euangelio viuēs: sicut constituit ei
dñs: dignus est inquiens operariꝰ mercede sua. Nisi q frequē-
tius ipsum euangeliū sine sumptu ponēs: de laboribꝰ suis suo-
rūq ferebat: vñ se ⁊ alios q secū laborabāt in ope ministerij su-
stētaret. Porro si interdū quiescere oporteret: in sanctis hoc fa
ciebat locis: que ipse p hyberniam sparserat vniuersam. Apud
quos vero moram facere libuisset illoꝝ se cōformauit moribꝰ ⁊
obseruantijs: communi contentus vita ⁊ mensa. Non fuit in vi-
ctu: non fuit in vestitu in quo potuisset malachias dinosci inter
ceteros fratres: intantū cū maior esset humiliauit se in omnibꝰ
Deniq cū exiret ad predicandū: cū peditibꝰ pedes ⁊ ipse ibat:
epūs ⁊ legatus. Forma apostolica hec: ⁊ inde magis mira in ma-
lachia: quo rara nimis in alijs. Verus pfecto apostoloꝝ heres
est iste: qui talia agit. Sed aduertere est quomodo diuidat he-
reditatem cū fratribus suis: eque nepotibꝰ apostoloꝝ. Illi do-
minant in clero: iste dū esset liber ex omnibus omniū se seruum
fecit. Illi aūt nō euāgelizātes māducāt: aut euāgelizāt vt man
ducēt: malachias imitans paulū māducat vt euāgelizet. Illi fa
stum ⁊ q̄stū estimāt pietatē: malachias hereditate vendicat sibi
opꝰ et onus. Illi felices se credūt si dilatauerit terminos suos

malachias in dilatanda charitate gloriat. Illi ɔgregāt in hor
rea/et dolia replent: vt onerent mensas: malachias colligit in
deserta ⁊ solitudines vt impleat celos. Illi cū accipiant deci=
mas ⁊ p̄mitias ⁊ oblationes insup et de cesaris bñficio telonea
et tributa ⁊ alios reddit⁹ infinitos: solliciti sunt nihilomin⁹ qd
manducent: aut qd bibant: malachias nihil horū hñs: multos
tamē locupletat de promptuario fidei. Illis nec cupiditatis nec
sollicitudinis vlius est finis: malachias cupiēs nihil: nonnouit
tamen cogitare de crastino. Illi a paupibus exigūt qđ dent di
uitib⁹: iste sollicitat diuites p̄ paupib⁹ sustētandis. Illi marsu
pia vacuāt subditoꝝ: iste p̄ pctis eoꝝ altaria cumulat votꝭ ho=
stijsq̄ pacificis. Illi alta palatia erigūt: turres ac menia ad ce=
los leuāt: malachias nō hñs vbi caput reclinet opus facit euā
gelliste. Illi equos ascēdūt cū turba hoīm gratis mādūcantiū
panē: ⁊ nō suū: malachias septus sctōꝝ frm̄ collegio pedes cir=
cuit: portās panes angeloꝝ quib⁹ satiet aīas esuriētes. Illi ple
bes ne agnoscūt quidē: iste erudit. Illi potentes ⁊ tyrānos ho
norant: iste punit. O virū apostolicū quē tot ⁊ talia nobilitāt si
gna apostolatus sui. Quid ergo mirū si mira est opatus sic mi=
rabilis ipe? Immo vero nō ipse: sed de⁹ in ipso. Alioquin tu es
deus inquit: qui facis mirabilia

E Rat mulier in ciuitate culratim demoniū habens
Vocatus est malachias: orat p̄ addicta: viget inua
sorem exit. Sed nondū exsaturata neq̄tia ei⁹: mise=
ram inuadit mulierculā q̄ forte p̄pter dū assisteret.
Et malachias. Nō ad hoc iquit tibi illā tuli vt hāc
peruaderes: exi ab ea. Paret: sȝ repetit priorē. Qua denuo pul=
sus: recurrit in alterā. Ita p̄ aliqđ spacium alternatim vexabat
illas: hincinde refugiēs. Tūc sanct⁹ indignās sibi illudi a de=
mone: colligēsq̄ spm̄ infremuit: ⁊ totis virib⁹ fidei sctō impetu
in aduersariū ab vtraq̄ fugauit: ⁊ quidē nō min⁹ vexatū his q̄s
vexauerat ipe. Ceteꝝ q̄ morā fecit sctō: non putes lector fuisse
virtutis ei⁹: sȝ dispēsatiōis diuine: vt vez et hoc manifestior fie
ret ⁊ maligni p̄tia: et victoria malachie. Deniq̄ audi qđ alibi
fecerit: nō aūt p̄ p̄riā suā. Et vtiq̄ potuit p̄ns: qđ absens valuit
¶ In regione aclonaris ptis hybernie: iacebat infirmus in do
mo: nec dubiū qui demonū maleficio. Nā quadā nocte audiuit
eos loquētes dicētes alter ad alteꝝ. Vide ne miser iste ypocri=
te illi⁹ stratū stramē ɔtingat: ⁊ sic effugiat man⁹ nostras. Co
gnouit hō q̄ malachiā loquerent: quē nō multo añ in eadē do=
mo meminerat p̄noctasse ⁊ adhuc stramē in loco. Sūptaq̄ fidu
cia ⁊ quo potuit conatu cepit repe debilis corpe: sȝ fide fortis.
Et ecce in aere clamor ⁊ vociferatio. Prohibe eū p̄hibe: retine
eum retine: amittim⁹ predā. Verū is quē portabat fides ⁊ desi=
deriū euadendi quāto plus clamabāt illi: tāto magis genibus
manibusq̄ nitēs ad remediū festinabat. Et p̄ueniens ascendit
lectulū: volutat in stramine: audit vlulatū plangentiū. Heu heu
ipsi nos p̄didim⁹: decepti sum⁹: euasit. Et dicto citius recessit
ab eo demonū terror: ⁊ horror quē patiebat: ⁊ oīs pariter egri=
tudo. ¶ In lesmor ciuitate hō a demonio vexat⁹ p̄ malachiam
liberat⁹ est. ¶ Itē transeūti aliqñ plaginiā oblat⁹ illi isanus ha
bens demoniū: san⁹ relatus est. ¶ In regione eadē ligatā funi
bus freneticaȝ solui iussit ⁊ in aqua quam bñdixit lauari. Lota
est: et sanata. ¶ Alterā quoq̄ in saballo regiōe vlydie mēbra p
pria dentib⁹ lantātē: orādo ⁊ tangendo curauit. Amentē hoīez
multa p̄dicentē futura: amici ⁊ p̄pinqui adducūt ad dei hoīem
vinctū funib⁹ fortiter: q̄ fortē ad nocēdū rabies ipa fecisset: et
terribilē valde. Orat malachias: ⁊ incōtinēti eger sanaf ⁊ solui
tur. Fctm̄ est hoc loco quodā cui⁹ nomē tacemus: q̄ nimis bar
barū sonet: sicut ⁊ alia multa. Alio tpe in p̄fata ciuitate lesmor
puellā mutam parētes ei⁹ in media platea offerūt transeūti cuȝ
multa supplicatiōe rogātes: vt ei subuenire dignet. Stat mala
chias ⁊ facta oratiōe tangēs digito linguā ei⁹ sputū misit i os
eius ⁊ loquētē dimisit. ¶ Exiēs de quadā eccl'ia: obuiū habuit
hoīem cū vxore sua q̄ nō poterat loqui. Rogat⁹ vt ei⁹ misereat
stat in porta p̄plo circūstāte ⁊ tāta bñdictione sup eā: iubet do
minicā dicere orōnē. Dixit illa: ⁊ p̄pl's bñdixit dñm. ¶ In ciui=
tate cui nomen oēthreb decūbens lectulo quidā diues iā dies
xx. p̄uat⁹ lingue officio: ad iussionē visitātis se scti loquelam
recupat: eucharistiā sumit: ⁊ ita munit⁹ extremū in bona ɔfessio
ne efflauit spm̄. Oliua fructifera in domo dei: o oleū iocūdita=
tis vnguēs ⁊ lucēs. Et splēdore miracli illustrauit sanos: ⁊ sua
uitate bñficij vnxit infirmū: cui mox morituro salutarē cōfitēdi
⁊ cōicandi obtinuit facultatē. ¶ Intrauit ad eū quidā de nobi
libus hñs ei aliqd dicere. Qui iter loquēdū fide plen⁹ tres iun
cos pie furat⁹ de lectulo q̄ ille sedebat tulit secū: ⁊ multa deus
de furto pietatis est opatus: fide illi⁹: ⁊ plurilis scritate. ¶ For=
te venerat i ciuitatē noīe duenuanta. Et cū sederet ad mēsam
ingressus vir nobilis de ciuitate ipse hūiliter supplicat p̄ vxo=
re p̄gnāte q̄ iā solēne p̄terisset tps pariēdi: ita vt mirarent oēs:
et nemo q̄ aliud q̄ vite piculū crederet iminere. Rogat ⁊ cū eo

neemias ep̄s illi⁹ ciuitatis: q̄ iuxta eū sedebat: rogant et ceteri
quotquot aderant simul discūbentes. Cū ille. Copatior ei inq̄t
q̄ bona mulier sit ⁊ pudica. Et porrigens viro poculū cui bñdi
xerat/vade (inq̄t) da illi bibere: sciēs eā sumpto bñdictiōis po=
tu: ⁊ sine mora ⁊ sine piculo parituā. Factū est qđ p̄cepit: ⁊ no=
cte ipsa subsecutū est qđ p̄misit. ¶ Sedebat in cāpo cū comite
vlidie aliqua tractās: ⁊ multitudo copiosa circa eos. Venit mu
lier grauida: ⁊ vere grauida. Indicat se ɔtra oēs nature leges
retinere ptū iam xv. mēsib⁹ et diebus. xx. Cōpassus malachias
sup nouo et inaudito incōmodo: orat/⁊ mulier parit: ⁊ q̄ aderant
letati sunt ⁊ mirati. Oēs em̄ viderunt in qua facultate ⁊ veloci
tate loco eodē enixa sit: ⁊ triste negati part⁹ miraculū miraclo
cōmutarū iocūdiori. ¶ Accidit ibidē quiddā: pari quidē mira
culo sed forte dispari. Vidit hoīem q̄ publice tenere diceret cō
cubinā fratris: ⁊ hic erat miles minister comitis. Et publice cō
ueniens incestuosum: alteꝝ et iohannē exhibuit: nō licet tibi i=
quiens cōcubinā habere fratris tui. At ille alteꝝ ipsi nihilomi
nus herodē redhibens: nō mō non audiuit eū sȝ ⁊ sup̄be r̄ndit: ⁊
et corā oībus iurabat nunq̄ se dimissurū. Tū commotus mala
chias: sicut erat p̄ iusticia vehementer zelans: ⁊ de⁹ inq̄t te ab
illa sepet vel inuitū. Paruipendēs ille ex instāti abijt indigna=
bundus. Offendensq̄ mulierē nō lōge a turba ɔstituta in locor
vi oppressit eā: sicut erat sathane totus cui pauloañ tradit⁹ fue
rat. Nec latuit flagitiū. Ancilla q̄ dñaȝ comitabat/recurrēs do
mum nēpe haud p̄cul aberat loco: nūciat anhela qđ mali ac=
ciderit. Ad quā vocē germani illi⁹ qui domi erant zelātes soro
ris stuprū tota illo festinātis peruolāt: pudicitie hostē ipso i lo
co ⁊ ope sceleris deprehēsum multis cōfossum vulnerib⁹ interi
munt. Necdū cōuent⁹ solut⁹ erat: cū ecce armiger illius qđ eue
nerat nūciauit. Et mirati sunt vniuersi: q̄ sñia malachie tā cele
rem habuisset effectū. Timuerūt q̄q̄ flagitiosi audito hoc ver=
bo (nā multi erāt in terra) ⁊ territi purgati sunt lauātes manus
suas in sanguine pctōris. ¶ Diarmitiū comitē multo iaȝ tēpore
decūbentē lecto duriter quidē increpans q̄ mal⁹ hō esset imo=
deratius seruiens ventri ⁊ gule: bñdicta alpsum aqua sine mo=
ra surgere fecit: ⁊ ita valentē vt illico equū ascēderet: ⁊ vtiq̄ p̄=
ter spē suā ipsius ⁊ suoꝝ. ¶ In vrbe caselensi venit hō añ eū cū
filio paralitico: rogans illū sanari. Qui orās breuiter vade inquit
filius tu⁹ sanabit. Iit: ⁊ crastino redit cū filio: sȝ minime sanato.
Tum surgēs malachias ⁊ stans sup eū diuti⁹ orauit: ⁊ sanatus
est. Et ɔuersus ad patrē: offer inquit illū deo. Annuit hō: sȝ non
tenuit: ⁊ post aliquot annos ille iā iuuenis recidit i idipm̄: sine
dubio p̄pter inobedientiā p̄ris: ⁊ pacti transgressionē. ¶ Alt⁹
quidā veniens de lōginquo cū esset malachias in finib⁹ mumo
nie attulit ad eū filiū: pedū penit⁹ officio destitutū. Percūcta=
tus quo nā mō illi accidisset: vt suspicor inq̄t demonū malignis
tate. Et addit. Ludēti in prato ipi (ni fallor) immisere sopore: ⁊
euigilansq̄ puerulus sic se inuenit. Hec dicens cū lachrymis pre
cem fundit: efflagitat opē. Misertus eius orauit malachias: iu
bens egrū interim dormire ibidē sup solū. Dormiuit: ⁊ surrexit
sanus. Hunc ipe q̄ de longe venerat aliquādiu in comitatu suo
retinuit: ⁊ erat ambulans cū eo. ¶ In monasterio benchorensi
paup quidā fratrū elemosynis sustētabat: ⁊ erat quotidianā ac
cipiēs stipē: aliqđ officij faciēdo in pistrino. Is claudus ab an
nis duodecim humi manib⁹ repens: post se trahebat pedes emor
tuos. Quē die quadā añ cellā suā malachias mestū ⁊ merentez
inueniens: causam p̄cunctat. Et ille. Vides inq̄t q̄ ex longo mi
serius affligor: ⁊ manus dñi sup me: et ecce ad cumulum erūne: ⁊
homines q̄ misereri debuerāt irrident me pot⁹: miserie exprop=
brantes. Quē vbi audiuit pietate motus suspexit in celū: man⁹
pariter leuans. Facta aūt breui oratione ipe intrauit cellam: et
ille surrexit. Et stās sup pedes suos mirabatur si vere esset qđ
erat: pene somniū suspicat⁹. Cepit tñ se pedetētim mouere: ne=
q̄ em̄ posse ire satis credebat. Tandē quasi e graui somno eui=
gilans: cognoscit miam dñi sup se: firmiter gradit: ⁊ in pistrinū
reuertit: exiliēs: ⁊ exultās: ⁊ laudans deū. Viso eo qui ante vi=
derant ⁊ cognouerant: repleti sunt stupore ⁊ extasi: phantasma
putantes. ¶ Virū item idropicū orando sanauit: qui illico remā
sit in monasterio pastor ouiū factus. ¶ Ciuitas hybernie noīe
corcagia vacabat ep̄o. Tractatū est de electiōe: dissensere par=
tes: quibusq̄ vt assolet presulē volentib⁹ cōstituere suū/nō dei.
Venit illuc malachias audita dissensione. Cōuocato clero ⁊ po
pulo: etiā corda ⁊ vota discordantium venire curauit: ⁊ p̄suasit
illis totū negocium sibi debere credi: cui potissimū sollicitudo
incūberet, illius sicut ⁊ aliaꝝ per hyberniā ecclesiaꝝ: incontinē
ti nominat eis non quempiā de nobilibus terre: sed magis quē
dam hominem pauperem queȝ sciret sctm̄ ⁊ doctum: ⁊ hic erat
alienigena. Querit ille: nunctiatur decūbere lecto: ⁊ ita debilis
vt nullo pacto exeat nisi in manibus portatus ministrantiū. Et
malachias. Surgat inquit in nomine dñi ego precipio: obediē
tia saluum faciet eū. Quid faceret ille? Parere volebat: sed im=
paratum

paratum se sentiebat. Et si posset ire expari reformidabat. Ita cũ volũtate obediendi: pugnãte gemino hoste: pondere lãguoris: et metu oneris: vicit illa tñ: data sibi i adiutoriũ spe salutis. Itaq conatur mouet sese: tentat vires: inuenit se solito fortiorem. Crescit pariter fides cũ virib⁹: et rursuz facta fortior fides dat vicissim virib⁹ incrementũ. Iã surgere p se valet: iam meliuscule gradi: iã nec sentire in ãbulando lassitudinez: demũ expeditus et alacer peruenire ad malachiã sine hominis adiutorio. Qui assumens eũ misit in cathedrã: clero et populo collaudante. Hoc ita in pace factũ est: qr nec illi ausi sunt malachie voluntati in aliquo obuiare: videntes signũ quod fecerat: nec ille parere dubitauit tã euidenti argumẽto factus securior de domini volũtate. ¶ Mulier quedã fluxũ sanguinis patiebat: et hec nobilis: charissima malachie: plus tamẽ ob moꝝ q̃ generis nobilitatẽ. Que ex toto deficiẽs nimirũ cũ sanguine exhaustis viribus iam posita in extremis misit ad dei hoiem vt quod superat anime subueniret: qui se iã nõ esset visurus in corpore. Audiẽs malachias moleste tulit q mulier virtutis foret: et vita ei⁹ fructuosa ope et exẽplo. Et vidẽs se nõ posse satis accurrere tẽpestiue: accito malco q iuuenis esset et expeditus (ipse est cuius supra meminim⁹ frater xpiani abbatis) accelera inquit fer illi tria poma hec super que nomẽ domini inuocaui. Cõfido in ipo q vbi ex eis gustauerit non gustabit mortẽ priusq̃ nos videat: et si tardiuscule secuturos. Festinat malcus fm mandatũ: et veniẽs intrat ad morituram: alterũ se exhibens puerum helisei: nisi q huius efficacior opera fuit. Iubet missam sibi a malachia benedictionẽ accipe: et gustare si quomodo valuerit. At illa exhilarata: audito noie malachie vt obedire possit nutu signat paulisper se erigi velle: nã verbo non poterat. Erigit: gustat: gustato confortata est: loquit et gratias agit. Et immisit domin⁹ soporem in eã: et suauissime requieuit in eo cuius vsu diu caruerat sicut et esu. Stetit interim sanguis: et post modicuz expergefacta sanã se repperit: nisi q longa inedia et sanguinis minutione adhuc debilis erat. Si quominus die sequẽti desideratus malachie aduentus aspectusq perfecit. ¶ Habitabat vir nobilis in vicinia benchorensis monasterij. Cuius vxor cũ infirmaretur ad mortẽ: rogatus malachias vt descenderet priusq̃ moreref: infirmam vncturus oleo: descendit: et intrauit ad eam. Quo viso exultat illa: spe animata salutis. Et cũ pararet vngere eã/ visuz est omnibus differendũ poti⁹ vsq mane. Erat eñ vespera. Acquieuit malachias: et data bñdictione sup egram exiuit cuz his qui secũ erant. At vero post modicuz subito clamor factus est: planctus et strepitus multus per totã domũ: siquidem insonuit q mortua esset. Accurrit malachias tumultu audito: et secuti sunt eũ discipuli ei⁹. Et accedens ad lectũ vt certo comperit expirasse: consternatus est animo: sibi imputans q fraudata gratia sacramenti obierit. Et eleuatis in celum manibus: obsecro domine inquit insipiẽter egi/ ego peccaui q̃ distuli: non ista que voluit. Hec dicẽs cõtestat⁹ est in audiẽtia oim: nullã se recepturum cõsolationẽ: nullã daturũ requiẽ spiritui suo: nisi quam tulerat liceret restituere gratiã. Et stãs sup eã tota nocte laborabat in gemitu suo et pro oleo sancto largo ymbre lachrymaꝝ pfundẽs mortuã vicẽ illi vnctionis quã poterat exhibebat. Ipe quidem sic. Ad suos ait: vigilate inquit et orate. Itaq in psalmis illi ille in lachrymis: noctẽ ducere puigilẽ. Et mane facto: exaudiuit dñs sanctũ suũ: qr spũs dñi erat postulans p eo q̃ postulat p seris: gemitib⁹ inenarrabilib⁹. Quid plura? Aperit oculos que fuerat mortua: et vt solent q̃ de graui somno euigilant: fricans sibi manib⁹ frontẽ et tempora sup lectũ se erigit/ et agnito malachia inclinans deuote salutat eũ. Et verso luctu in gaudium/ stupor apprehendit omnes: et qui viderunt: et qui audierunt. Sed malachias gratias agens benedixit dominum. Et vnxit eũ nihilomin⁹ sciens in hoc sacramento remitti pctã/ et q oratio fidei saluet infirmũ. Post hec abijt ille et illa conualuit/ et viuens incolumis tpe aliquanto vt gloria dñi manifestaretur in ea: pacta pnia quã sibi malachias iniũxerat: in bona cõfessione iterũ obdormiuit et migrauit ad dñm. ¶ Fuit itẽ mulier cui spiritus iracũdie et furoris intm dñaret: vt nõ solũ vicini et cognati fugerent cõsortiũ ei⁹: sed filij quoq ipsi vix sustinerẽt habitare cũ ea. Clamor et rancor et tẽpestas valida vbicũq fuisset. Audax/ et ardẽs/ et preceps: metuẽda lingua et manu importabilis oibus et inuisa. Dolentes filij tũ pro illa: tũ p seipsis trahũt illam ad presentiã malachie lachrymabilẽ cũ fletu querimoniã deponentes. Ut aũt sciũs et periculũ matris et incõmodũ miserãs filioꝝ: seorsum aduocat illam: fuerit ne cõfessa aliqñ pctã sua sollicite pcunctat. Rñdit nequaq̃. Cõfitere inqt. Paret/ et ille iniũgens penitentiã confitenti: orãsq sup eã: vt dñs oñs det ei spiritũ mansuetudinis in nomine dñi Iesu: ne vltra irascat iubet. Sequit tanta mansuetudo/ vt pateat oibus nõ esse aliud q̃ ad mirabilẽ mutationẽ dextere excelsi. Fertur adhuc hodie viuere/ et tante esse patientie et lenitatis: vt que oẽs exasperare solebat: nullis modo exasperari dãnis/ contumeliis/ afflictionibus queat. Si licet et me iuxta apostolũ abũdare in sensu meo: accipiat quisq vt volet: ego istud superiori suscitate miraclo mortue censeo preferendũ: q exterior quidẽ ibi: hic vero interior reuixerit hõ. Et nũc curramus ad reliqua. ¶ Uir fm seculũ honorabilis: fm deũ timorat⁹: veniens ad malachiã questus est super sterilitate anime sue: supplicãs vt sibi obtineret ab omnipotente deo gratiã lachrymaꝝ. Et subridẽs malachias q gratũ haberet in hoie seculari desideriũ spiritale: suã maxillã maxille illius quasi blandiẽdo cõiungens fiat inquit tibi sicut petisti. Tãtos exinde et pene cõtinuos exit⁹ aquaꝝ deduxerũt oculi ei⁹: vt illud scripture ei posse aptari videref: Fons ortoꝝ: puteus aquarum viuentiũ. ¶ Est insula maris in hybernia ab olim fecunda pisciũ: et mare ibi piscosum valde. Pctis (vt credit) habitantiũ adẽpta copia sollita: q̃ multos habebat filios infirmata est: et a tanta funditus sui cõmoditate emarcuit. Dolentib⁹ accolis: et iacturam grauẽ populis egre ferẽtibus: reuelatũ est cuidã mulieri precib⁹ malachie posse afferri remediũ. Idq innotuit omnibus ipsa pdente. Nutu dei contigit adesse malachiaz. Dũ eñ circuiret et repleret euangelio regionẽ/ diuertit illuc: vt et ipsis eandẽ gratiam impartiret. At barbari quibus erat maior cura de piscibus: omni instantia flagitant: vt potius respicere dignetur sup sterilitatez insule sue. Qui cũ rñderet se minime ad hoc venisse hoim magis q̃ pisciũ desiderare capturã: vidẽs tñ fidẽ eoꝝ: flexis genibus orauit ad dñm: vt licet indignis/ indultum olim beneficiũ tanta fide repetentib⁹ nõ negaret. Ascẽdit oror ascẽdit et pisciũ multitudo: et forte vberior q̃ in dieb⁹ antiquis et ipsa populo terre pseuerans: vsq in hodiernũ diẽ. Quid mirum si oratio iusti q̃ penetrat celos: penetrauit abyssos: et de pfundo maris tantas pisciũ copias euocauit? ¶ Uenerunt aliqñ tres epi i villã fochart: quẽ dicũt locũ natiuitatis brigide virginis et q̃rt⁹ erat malachias. Ad quẽ presbyter q̃ hospitio susceperat eos: qd faciã inqt q pisces nõ habeo? Quo rñdente vt quereret a piscatorib⁹: bienniũ est ait q non inueniũtur pisces in flumine: vñ et piscatores prorsus diffisi etiã arti sue renunciauerũt. Et ille. Precipe inquit laxari rethia in noie dñi. Factum est: et capti sunt salmones. xij. Scdo miserũt: et captis totidẽ: inopinatũ inferũt mẽsis et ferculũ et miraculũ. Et vt clare liqueat malachie meritis hoc datũ fuisse: alijs quoq duob⁹ sequentib⁹ annis eadẽ nihilomin⁹ sterilitas pdurauit. ¶ Fuit quidã clericus in lesmor probabilis vt fertur vite: sed fidei nõ ita. Is sciolus in oculis suis psumpsit dicere: in eucharistia esse tãtũmõ sacramentũ: et nõ rem sacramẽti. i. solã scrificationẽ et nõ corporis veritatẽ. Super quo a malachia secreto et sepe conuentus: sed incassum: vocat⁹ ad mediũ est. Seorsum tñ a laicis: vt si fieri posset sanaref: et nõ confunderef. Itaq in cõuẽtu clericoꝝ data facultas homini est: p sua sententia rñdendi. Cũq totis ingenij viribus (quo nõ mediocriter callebat) asserere et defendere conaretur errorẽ: malachia cõtra disputãte et cõuincẽte: iudicio omnium sugatus de cõuentu cõfusus quidẽ exijt sz non correctus. Dicebat aũt se nõ ratiõe victũ: sed epi pressum auctoritate. Et tu inquit o malachia sine causa me hodie cõfudisti: aduersus pfecto veritatẽ locut⁹: et cõtra tuã ipsi⁹ cõscientiã. Tristis malachias p hoie sic indurato: sz magis fidei dolens iniuriã: timẽs periculũ: ecclesiã cõuocat: errantẽ publice arguit: publice monet vt resipiscat. Suadentibus hoc ipsum episcopis et vniuerso clero/ cũ nõ acquiesceret: cõtumaci anathema dicũt: hereticuz protestãtes. Nec sic euigilans oẽs inquit fauetis hoi potius q̃ veritati. Ego psonã nõ accipio: vt deserã veritatẽ. Ad hoc verbum substomachãs sanctus: dñs inquit fateri te veritatẽ faciat vel ex necessitate. Quo rñdente amen: soluitur cõuentus. Tali ille inustus cauterio fugã meditaf: infamis atq inhonor⁹ ferre non sustinens. Et cõtinuo sua tollens exibat: cũ ecce subita correptus infirmitate sistit gradũ: viribusq deficiens eodẽ loco iactat se sup solũ anxius et fessus. Forte incidẽs in id loci vagabundus/ insanus offendit hominẽ: quid nam ibi agat percunctatur. Rñdet graui se infirmitate teneri: et neq procedere/ neq redire valẽtẽ. Et ille. Infirmitas ista: haud alia inqt q̃ ipa mors est. Hoc aũt non dixit a semetipso: sed pulchre dñs per insanuz corripuit eũ qui sanis acquiescere noluit consilijs sensatoꝝ. Et addit. Reuertere domũ: ego te iuuabo. Denuq ipso duce reuertitur in ciuitatẽ: redit ad cor/ et ad miaz dñi. Eadẽ hora accipit epo: agnoscit veritas: abijcit error: confessus reatum absoluit: petit viaticũ: daf reconciliatio: et vno pene momẽto perfidia ore abdicatur/ et morte diluit. Ita mirantibus cũctis sub omni celeritate cõpletus est sermo malachie et scripture pariter dicentis: quia vexatio dat intellectũ auditui. ¶ Inter populos quorundam regionũ orta aliquãdo grauis discordia est. Interpellatur Malachias de cõponenda pace inter eos. Et cũ esset alis impeditus: iniungit negociũ hoc vni episcopoꝝ. Illo excusante et negante et dicente malachiam non se quesitũ: sed se cõtẽs

ptum iri: frustra fatigari nolle: vade inquit/ ꝛ dñs erit tecū. Et
ille. Acquiesco: sꝫ si me nō audierint iccirco me ad tuā paternitatē
appellaturū. Subiūdēs malachias: fiat inqt. Tunc epō conuo-
catio partib⁹ dictat formā pacis: acquiescūt reconciliant adin
uicem: fide hincinde data stabilitur pax ꝛ sic dimisit eos. At ꝑo
vna videns hostes factos securos: imparatos esse (quippe q̄ pa
ce facta mali nihil suspicarent) loquebant mutuo: ꝛ dicebat hō
ad proximū suū. Quid volumus facere? Victoria pre manibus
est ꝛ vltio de inimicis. Et cepere insequi illos. Innotuit epo qđ
fiebat: ꝛ accurrens cōuenit ducē eoꝝ super iniquitate ꝛ dolo: sꝫ
spretus ab illo est. Inuocauit nomen Malachie aduersus eū/ ꝛ
nihilipendit. Irridensq̄ epm: putas ne inquit ꝓpter te amitte
re debeam⁹ malefactores nostros quos de⁹ tradidit in manus
nostras? Et recordat⁹ verbi sui eps qđ habuerat cū malachia:
flens ꝛ eiulans verso vultu ad monasteriū ei⁹: vbi es ait homo
dei vbi es? Nōne hoc est pater mi qđ tibi dicebā? Heu heu ve-
ni vt facerē bonū ꝛ nō malū: ꝛ ecce ꝑ me oēs: illi in corpore/ isti
in anima pereūt. Multa in hūc modū loquebat lamētās ꝛ plā-
gens: ꝛ quasi presentē sollicitans ꝛ cōpellans malachiā aduer-
sus malignātes. Interim vero impij cū quib⁹ fecerant pacē: in-
sequi non desistebant ad perdendum eos. Et ecce spūs mēdax
in ore quorūdā viroꝝ qui eos deciperet. Et occurrerūt illis in
via viri nūciantes factā irruptionem in terras ipoꝝ ab aduersa
rijs in ore gladij cōsumi oia/ ꝛ diripi bona eoꝝ: vxores q̄q̄ ac li
beros tolli ꝛ abduci. His auditis: reuersi sunt festinanter. Se-
quebantur vltimi primos: quo irent/ aut quid acciderit nesciē-
tes. Nec eñ oēs audierant viros loquētes. Cūq̄ venissent ꝛ in
uenissent nihil hoꝝ que nūciata erant confusi sunt/ deprehensi ī
malicia sua. Et cognouerunt spūi erroris se traditos ꝓpter nū
cium malachie quē deceperunt: et nomen ei⁹ quod spreuerunt.
Porro eps audiens frustratos ꝓditores in iniquitate sua quā
cogitauerant: cū gaudio remeauit ad malachiam: referens om
nia per ordinē que acciderant sibi. ¶ Sciēs malachias eiusmo
di occasione pacē esse turbatā: nactus oportunū tēpus pacē ꝑ
semet inter ipsos denuo reformare curauit/ ꝛ firmare reforma-
tam: datis ꝛ receptis altrinsecus fide ꝛ iuramento. Verū illi q̄s
bus ante pax fracta fuit: iniurie memores: neglecto pacto et ꝓ
cepto malachie: tractauerūt de vice reddenda. Et congregati
omnes in vnū ibant vt imparatos preoccuparent/ redderentq̄ ī
caput eorū malum qđ sibiipsi facere cogitassent. Et magno flu-
mine qđ intererat facillime trāsuadato fluuiolo: quē non procul
ab illo offendere retenti sunt. Neq̄ eni iā fluuiol⁹ sed plane flu-
uius ingens apparuit: vbiq̄ sui transire volentibus transitū ne
gans. Mirari oēs tantū nunc esse: tantillū ante hac fuisse scien
tes/ ꝛ loqui inter se. Unde inundatio hec? Aer serenus est: imbres
nō sunt: nec ꝓrime fuisse meminim⁹. Et si multum pluisset: quis
nostrū vnq̄ hactenus meminit in q̄ntacūq̄ illuuie ita intumuisse
vt operiret terrā: sata ꝛ prata peruaderet? Digitus dei est iste: ꝛ
dñs sepit vias nostras propter sanctū suum malachiā: cuius su
mus preuaricati pactū transgressi mandatū. Ita ibi infecto ne
gocio ad sua eque confusi repedauerūt. Diuulgatum est verbū
per vniuersā regionē: ꝛ benedicebant deū qui cōprehendit sapi
entes in astutia sua ꝛ confringens cornua peccatorum sublima
uit cornu christi sui.

¶ Aliquis de nobilibus infensus regi: recōciliatus est ꝑ manū
malachie. Nec eni regi satis fidebat ille vt pacē cū eo faceret:
nisi mediante malachia/ aut quē rex eque reuereret. Nec imeri-
to vt post apparuit. Nā factum securū ꝛ minime iā cauentē sibi
captū trusit in vincula: odio antiquo captus plus ipse. Requirit
homo a suis de manu mediatoris. Nec eñ aliud amici expecta
re q̄ mortē. Quid faceret malachias? Non est qđ possit nisi vt re
currat ad suū illud solitum vnicūq̄ refugiū. Congregato exer-
citu forti nimis turba magna discipuloꝝ suoꝝ adijt hominē:
requirit vinctū: negatur. Et malachias. Inique inquit agis cō
tra dñm: ꝛ ꝯtra me: ꝛ contra teipsum: pactū preuaricans. Si dis
simulas tu: sed non ego. Credidit se homo fidei mee: si cōtingat
mori ego prodidi eū: ego reus sanguis eius. Quid tibi visū est
me proditorē: te preuaricatorē constituere? Noueris me donec
liberet nihil gustaturum: sed neq̄ istos. Sic locutus intrat eccle
siam deū omnipotentē suis suorūq̄ anxijs gemitibus interpel-
lat: vt iniuste addictū dignet eripere de manu preuaricatoris ꝛ
iniqui. Et ea die cum nocte sequenti: in ieiunio ꝛ oratiōe persi
terunt. Perlatū ad regē quid fieret: ꝛ magis inde induratū est
cor eius: vnde emolliri debuerat. Init fugā: veritus homo car-
nalis ne si prope remaneret orationis non posse sustinere virtu-
tē. Quasi vero vel absconditū non inueniat: vel non perueniat ad
remotum. Tu metas ponis miser orōnibus sanctorū? Num est
oratio iacta sagitta: vt fugias a facie arcus. Quo ibis a spiritu
dei. qui eam portat: ꝛ quo a facie eius fugies? Denique fugientē
insequitur: inuenit latitantē. Erisq̄ cecus ꝛ non videns: vt me-
lius videas ꝛ intelligas: quoniam durū est tibi contra stimulū
calcitrare. Denique senti vel nunc: q̄ sagitte potentis acute ꝑue
nerunt ad te: q̄ ꝛ si resilierint a corde q̄ saxeū est: sꝫ nō ab oculis.
Utinam ꝑ fenestras istā oculoꝝ ꝑueniāt vsq̄ ad cor: ꝛ vexatio
det intellectū cecitati. Cernere erat saulū denuo ad man⁹ tra
hi: ꝛ duci ad ananiā/ ad ouē. s. lupū: vt refunderet predas. Refu
dit: ꝛ recepit visū: q̄ malachias vsq̄ adeo ouis esset: ꝛ sit miser
tus ꝛ lupo. Diligēter ex his aduerte lector: cū quib⁹ habitat so
malachie: quales ꝑncipes: ꝛ q̄les ꝑpli. Quō non ꝛ is frater fuit
draconū ꝛ soci⁹ strutionū? Et iō dedit ei dñs virtutē calcandi
super serpētes ꝛ scorpiones alligare reges eoꝝ in cōpedibus: ꝛ
nobiles eoꝝ in manicis ferreis. Deinde audi quid sequat.

IS cui benchorēsis monasterij cesserat possessiōes:
ingratus bñficio: ex tūc ꝛ deinceps insolētissime se
per se habuit aduersus eū ꝛ suos: in omnib⁹ infest⁹
eis: vbiq̄ insidians detrahensq̄ actib⁹ eius. At nō
impune hoc. Erat illi vnicus filius qui imitator pa
tris audens aliquid ꝛ ipse in malachiā: eodē anno mortuus est.
Mortu⁹ aūt sic. ¶ Visum est malachie debere construi in ben-
chor oratoriū lapideū: instar illoꝝ que i alijs regionibus extru
cta conspexerat. Et cum cepisset iacere fundamenta: indigene
quidē mirati sunt: q̄ in terra illa necdū eiusmodi edificia inue
nirent. Verū ille neq̄ sicut erat presumptuosus ꝛ insolens: non
modo mirat⁹ est sed indignatus. Ex qua indignatione cōcepit
dolorē: ꝛ peperit iniquitatē. Et factus susurro in populis: nunc
secreto detrahere: nūc blasphemare palā: notare leuitatē: no-
uitatē horrere: sumptus exaggerare. Huiusmodi venenatis ser
monibus sollicitans ꝛ inducens multos ad prohibendū sequi-
mini me inqt: ꝛ qđ non nisi ꝑ nos fieri debet: cōtra nos fieri nō
sinamus. Itaq̄ cū pluribus quos suadere valuit descendit ad
locum: repertum conuenit hominē dei: primus ipse dux verbi: qui
erat principiū mali. O bone vir quid tibi visum est nostris hanc
inducere regionib⁹ nouitatē? Scoti sumus: non galli. Quenam
leuitas hec? Quid opus erat opere tā superfluo tam superbo? Vn
tibi pauperi ꝛ inopi sumpt⁹ ad perficiendū? Quis perfectū vi-
debit? Quid istud presumptionis: inchoare quod nō queas nō
dico perficere: sed nec videre perfectum. Quē amentis ma-
gis est q̄ prudentis: conari quod modum excedit: vincit vires
supat facultates. Cessa/ cessa: desine a vesania hac. Alioquin nos
non sinimus: non sustinemus. Hoc dixit prodens qđ vellet: non
quid posset considerans. Nam de quib⁹ presumebat: ꝛ secū ad-
duxerat/ viso viro mutati sunt: ꝛ iam non ibant cū eo. Ad quem
vir sanctus tota libertate vtens miser inquit opus qđ inchoatū
vides ꝛ inuides: sine dubio perficiet: perfectū videbunt multi.
Tu vero q̄ non vis: nō videbis: ꝛ qđ non vis/ morieris: attendi
to tibi ne in pctō tuo moriaris. Ita est: ille mortuus est: et opus
ꝯpletum est: sed ille nō vidit: qui vt prefati sumus anno eodem
mortuus est. ¶ Interim pater audito mox q̄d de filio vir sctūs
predixisset: sciēs verbū ei⁹ viuū ꝛ efficax esse: interfecit inqt fi-
lium meū. Et instigante diabolo: tanto furore exarsit in illū: vt
coram duce ꝛ maiorib⁹ vidisse: falsitatis ꝛ mēdacij arguere non
vereret hominē qui veracissim⁹ esset veritatis ꝛ discipul⁹ ꝛ ama
tor: ꝛ conuitiū intulit/ simiā appellans. Et malachias quidem
doctus non reddere maledictū pro maledicto: obmutuit: et nō
aperuit os suū: dū consisteret peccator aduersus eū. Sed nō do
minus oblit⁹ sermonis sui quē dixerat: mihi vindictā ego retri
buā. Eadē die domū reuersus hō luit lingue effrenis temeritas
tem: ipso vltore quo instigato relaxarat. Arreptū in ignē proicit
demō: sed mox manib⁹ assistentiū extractus est: adustus tñ cor-
poris parte/ et mētecaptus. Et dū insaniret: vocat⁹ malachias
venit: reppperitq̄ maledicū spumantia ora torquentē: horrēdis
vocibus ꝛ motib⁹ terrentē omnia/ ac toto corpore agitatū vix
posse teneri a plurib⁹: et orans ꝑ inimico vir totius ꝑfectionis
exaudit⁹ est: sed ex parte. Nā illico quidē sctō orāte ille aperuit
oculos: ꝛ sensū recepit. Relictus est aūt ei spiritus dñi malus
qui eū collaphizet: vt discat nō blasphemare. Credimus cū vi-
uere vsq̄ adhuc: ꝛ vsq̄ ad hec tempora luere pctm grande quod
peccauit in sctm: certis temporibus tamen/ ferunt lunaticū eē.
Porro predicte possessiones cū iam pro sui imbecillitate ꝛ inu-
tilitate eas tenere non valuit: in pace ad locū cuius extiterant
redierunt. Nec renuit Malachias: post multā demū vexationē:
pacis obtentu. Sed iam ad opus edificij quod Malachias ag-
gressus est: sermo recurrat. ¶ Et quidē non erat malachie nō di
co vnde perficeret: sed vnde faceret quicq̄: erat aūt cor eius fi
duciam habens in dño. Dominus vero prouidit: vt ꝛ si non spe-
ranti in pecunie thesauris/ pecunia non deesset. Quis eñ alius
fecit vt thesaur⁹ eo loci reponeret: reposit⁹ nō repiret: vsq̄ ad
tēpus ꝛ opus Malachie? Inuenit dei famul⁹ in dei marsupio:
qđ defuit suo. Merito quidē. Quid eñ iusti⁹: vt cui ꝑ deo non
erat ꝓpriū/ cū deo iniret consortiū: ꝛ marsupiū vnū esset ambo
rum. Fideli denique homini tot⁹ mūdus diuitiarum est. Et quid
est ille nisi quoddam marsupium dei? Denique ait. Meus est or-
bis terrae

dis terre: et plenitudo eius. Inde est q malachias reptos argẽteos multos non reposuit: sed exposuit. Nam totuz munus dei in dei opus iubet expendi. Non suas non suorum cõsiderat necessitates: sed iactat cogitatũ suum in dño. ad quem vtiq recurrẽdum non dubitat quotiens necessitas postularit. ¶ Nec dubiũ dei opus esse: quod deo reuelante Malachias preuidit. Contulerat primũ cum fratribus de opere illo: et multi pre inopia minus libenter assentiebant. Inde anxius dubiusq quid ageret: cepit inter orandum vehementer inquirere: que nam forent voluntas dei. Et die quadam de via regrediẽs: cũ iam loco appropiaret: prospexit eminus: et ecce oratorium apparuit magnũ lapideum et pulchrũ valde. Et intuens diligenter situm/formam et compositionem cum fiducia arripit opus: prius quidem indicata visione senioribus fratribus: paucis tamen. Sane totum quod attente notauit de loco: et modo: et qualitate: tanta diligẽtia obseruauit vt peracto tempore factum viso simillimũ appareret: ac si et sibi cuz Moyse dictum audierit. Uide vt oĩa facias sm exẽplar quod tibi ostensum est in monte. ¶ Eodem visionis genere id quoq qđ in saballino situm est: anteq̃ fieret preostensum est illi: non modo oratorium: sed et monasterium totũ. ¶ Trãseunte illo per quãdam ciuitatem: et multitudine magna cõcurrente ad eum: casu vidit iuuenẽ inter alios videndi se curiosũ. Ascenderat lapidem et stans sup summos articulos extento collo/oculis et animo intendens in eũ quendã illi de nouo zacheũ exhibebat. Nec latuit malachiam/sancto quidẽ spiritui reuelãte: vere illũ venisse in spiritu et virtute zachei. Dissimulauit tunc tamen taciturq pertransiit. Ceterum in hospitio nocte ipa narrauit fratrib⁹: quomodo illũ vidisset: et quid preuidisset de illo. Die aũt tertia: en ille cũ viro quodam nobili dño suo. Qui aperiens votũ et desideriũ iuuenis rogabat: vt a se commendatum recipere dignaret: et habere decetero inter suos. Et malachias agnoscens eũ: non est opus inquit vt quẽ iam deus commendauit: homo commendet. Apprehensumq manu sua tradidit abbati congano nostro: et ille fratribus. Is vero iuuenis (adhuc ni fallor viuens) primus conuersus laicus suriensis monasterij: testimoniũ habet ab omnibus q sancte conuersetur inter fratres sm ordinẽ cisterciensem. Et cognouerũt discipuli: etiã in hoc malachiã ꝓphetie spm habuisse. Non solũ aũt: sed et in eo quod subiuncturi sumus. Cum sacramenta offerret et appropiasset ei dyaconus facturus aliquid pro officio suo: intuit⁹ eũ sacerdos ingemuit: q sensisset penes illũ latere quod non ꝯueniret. Peracto sacrificio: secreto percũctatus de conscientia sua/ confessus est et non negauit/illusum sibi per somniũ nocte ipsa. Cui iniungens penitentiam: non debueras inquit hodie ministrasse: sed verecunde te subtrahere sacris: et deferre tantis tamq diuinis mysterijs: vt hac humilitate purgat⁹: dignius exinde ministrares. ¶ Item alia vice sacrificante illo: orante hora sacrificij/ea quidem sanctitate et puritate cordis qua solit⁹ erat: astãte dyacono visa est colũba intrare per fenestrã: in claritate magna. Et sacerdos ꝑfundit tot⁹: ea sub obscurior basilica tota refulget. Colũba vero aliquandiu circũuolitans: tandez residet super crucẽ ante faciẽ sacerdotis. Obstupuit diacon⁹: et pauẽs tum pro luminis: tũ pro volucris nouitate: qđ illa sit rara auis in terra: cecidit sup faciem suam: et vix palpitãs sese erigere ausus est: vel quando officij sui necessitas postulauit. Post missam seorsum conuentus a malachia sub ꝑiculo vite iubetur: nullatenus secretum prodere quod vidisset: quoad viueret ipse. ¶ Aliquando cũ in ardinacha esset: cũ quodã coepiscopo suo de nocte surgens cepit memorias sanctorum que in cimiterio sancti patricij multe sunt: orando lustrare. Et ecce vnũ de altarib⁹ subito ardere conspiciũt. Ambo eñ viderũt visionem hanc magnã: et ambo mirati sunt. Et malachias intelligẽs signũ esse magni meriti illi⁹ vel illorum quorum sub altari illo corpora requiescerent currens et se medijs immergens flammis: expansis brachijs sacram amplexat⁹ est aram. Quid ibi fecerit: quid ve senserit nemo qui sciat: sed q amplius solito/celesti igne succensus ex illo igne exierit: fratrum qui cum eo tunc erant reor neminem esse qui nesciat.

Hec dicta sunt pauca quidem de pluribus: sed multa pro tempore. Non eñ signorum tẽpora hec: sm illud signa nõ vidim⁹ iã non est propheta. Unde satis apparet malachias [illegible] in meritis fuit q̃ tam multus in signis extitit: et in veritate tanta. Quo ei antiquorum genere miraculorum/malachias nõ claruit? Si bñ aduertimus pauca ipsa q̃ dicta sunt/non ꝓphetia defuit illi: nõ reuelatio: non vltio impiorum: nõ gra sanitatũ: nõ mutatio mẽtium: nõ deniq mortuorum suscitatio. Per oĩa bñdict⁹ deus/ q̃ sic amauit et ornauit eũ q̃ et magnificauit eũ in ꝯspectu regũ: et dedit illi coronã glorie. Amor probatur in meritis: ornat⁹ in signis: magnificatio in vltione inimicorum: glorificatio in premiorum retributione. Habes diligẽs lector in malachia quid mireris/habes et quid imiteris: nũc iam quid tibi ex his sperandũ sit/ studiosus attende. Nam finis horum: preciosa mors est.

De cunctatus aliquando quonã in loco si optio detur: extremũ malit agere diem: de hoc siquidẽ fratres querebant inter se quem sibi deligeret: cunctatur et non respondet. Instantib⁹ illis: si hinc migro inquit: nusq̃ libenti⁹ q̃ vnde vna cũ nostro apostolo resurgere possim. Dicebat aũt sanctũ patriciũ. Si peregrinari oporteret: et ita permitteret deus: clarãuallem delegi. Requisitus item de tempore: diẽ respondit solẽnem omniũ defunctorum. Si simplex votũ putat: impletũ est. Si prophetia: ne iota preterijt. Sicut audiuimus: sic vidim⁹/de loco pariter et de die. Dicam⁹ breuiter: quo ordine istud quave occasione prouenerit. ¶ Egre illo ferebat hiberniam vsq adhuc pallio caruisse: vt pote emulator sacramentorum: quorum ne vno quolibet gentẽ suam vellet omnino fraudari. Et recordat⁹ sibi a papa Innocentio fuisse promissum: inde magis tristari: q dũ adhuc ille superfuit non fuit missum pro eo. Et nact⁹ occasionem: q papa eugeni⁹ summam regiminis teneret: et eo temporis vsq in franciam appropiasse nũciaretur: oportunitatem requirendi se inuenisse gauisus est. Presumebat autẽ de illo: vtiq viro tali: et de tali assumpto professione. Magis vero q sue clareuallis spiritalis fili⁹ extitisset nec timeri apud illũ se vllam sustinere difficultatem. Itaq conuocant episcopi: conciliũ cogit: tractata triduo que ipsi imminerent: die quarto aperit consiliũ de pallio requirẽdo. Placet: sed si per aliũ requirat. Tamen qr breuior via: et ab hoc tolerabilior pegrinatio videret: non fuit qui eius obuiare presumeret consilio: et voluntati. Et malachias soluto concilio: arripit iter. Prosequunt eũ qui conuenerant fratres vsq ad litt⁹: non multi tamen: ipso nimirum prohibente. Ad quẽ vnus illorum catholicus nomine flebili voce et fletu/ heu tu abis inq̃t: et in q̃ta pene quotidiana vexatione me deseris non ignoras: nec fers opẽ miseris mei. Si ego dign⁹ qui patiar: fratres quid peccauerũt/ qui vix diem noctẽve vllam a tam laboriosa cura et custodia meũ feriatam habere sinũtur? His verbis et lachrymis filij (flebat eñ) paterna viscera concussa sunt: et amplexat⁹ est eũ blandiẽdo impressoq pectori ei⁹ signo crucis: certus esto inquit: te eiusmodi nil passurũ: donec redeam. Erat aũt epilenticus: et cadebat frequenter: ita vt interdũ non semel: sed sepi⁹ pateret in die. Hoc iam per sex annos morbo horrido laborabat: sed ad verbũ malachie perfecte cõualuit. Ab illa hora nil tale perpessus est: nil tale vt confidimus perpessurus: quia malachias deiceps rediturus non est. ¶ In ipso ascensu nauis accedũt duo ex his qui illi familiarius adherebant audentes et petẽtes aliquid ab eo. Quibus ille. Quid vultis? Non dicim⁹ inquiũt: nisi spondeas te daturum. Spondet. Et illi. Uolumus nobis certo ꝓmitti a tua dignatione te in hyberniam incolumen reuersurũ. Instant et ceteri omnes. Tũ ille parũper deliberans/ penitere p̃mo q se alligasset: qua exiret non inueniens. Angustie vndiq/ dum nil occurreret ab alterutro tutũ periculo: voti videlicet an promissi. Uisum est tandem id poti⁹ eligendũ: quod in presentiarũ plus viget: reliquũ superne committẽdũ dispositioni. Annuit tristis quidem sed magis illos noluit contristare: et respondens eis vt volunt: ascẽdit nauem. Et cũ iam fere mediũ iter equoreũ peregissent: subito contrari⁹ vent⁹ nauẽ repellit: et reducit in terrã hybernie. Descendens de naui in ipso portu in quadã sua ecclesia pnoctauit. Et let⁹ gras egit diuine consilio prouidẽtie: quo factũ est: vt iam fecerit satis pro sua ꝓmissione. Mane vero intrans nauem: ipsa die prospero cursu transfretauit: et venit i scotiã. Die tertia ꝑuenit ad locũ qui viride stagnũ dr: quez fecerat ꝑparari: vt ibi statueret abbatiam. Et relicto illic de filijs suis fratribus nostris: monachorum conuentu et abbate (nam secũ ad hoc ipm eos adduxerat) vale dicẽs eis ꝓfect⁹ est. Et cũ transiret: occurrit ei rex dauid: a quo recept⁹ cũ gaudio et retentus ꝑ aliquot dies multaq operat⁹ placita deo: ichoatũ repetit iter. ¶ Et pertransiens scotiã: in ipso introitu anglie diuertit ad ecclesiam gilsiburnensem: vbi habitant viri religiosi: canonicã ducentes vitã: ab antiquo familiares ei/ pro sua religiositate et honestate. Ubi adducta est ad eũ mulier patiens morbũ quẽ cancrũ vulgo appellant: ipso horrendũ visu: et sanauit eã. Nam vbi aqua cui bñdixit: aspsa sunt vlcerũ loca: dolorẽ non sensit. Die vero sequenti: vix vlcera apparebãt. Abiẽs inde ad mare venit sed negatur transit⁹. Causa ni fallor fuit: orta simultas quedaz inter summũ pontificẽ et regẽ anglie q rex nescio qđ mali suspicaret de bono illo hoie si transiret. Nã neq alios epos transire sinebat. Qđ quidẽ impedimentũ: et si fuit ꝯtrariũ malachie voluntati: sed non voto. Dolebat differri a desiderio suo: nesciens magis per hoc impletum iri. Nam si incontinenti trãsisset: oportebat transire etiã clarãuallem: vt summũ pontificem sequeretur. Iam enim abierat: et erat rome aut prope romã. Nũc vero intercedente dilatione factũ est: vt tardius trãsfretans: ad lo-

cum ⁊ horā sanctissimi sui obitus oportune occurreret.

Qui a nobis susceptus est: tanq̃ verus ab occidente veniens: visitans nos oriens ex alto. O q̃tum nostre clareualli irradians sol ille/claritatis adauxit q̃ iocūdus ad eius introitum dies festus illuxit nobis. Hec dies quam fecit dñs exultatū et letatū in ea. Et celer ⁊ saliens/tremulꝰ ac debilis: mox ipse occurri. Et letus in oscula rui: q̃ letis brachijs missam celitus mihi āplexatus sum gratiā. Et alacri vultu ⁊ animo mi pater introduxi te in domū matris mee: ⁊ in cubiculum genitricis mee. Et festiuos deinde tecū duxi dies: sʒ paucos. Quid vo ille vicissim nobis? Nempe hilarem: nempe affabilem peregrinꝰ noster omnibus se p̄bebat: oībꝰ incredibiliter gratū. Et bonū ⁊ q̃ iocūdū agebat hospitē: apud eos q̃s nimirū videre venerat a finibꝰ terre: non auditurus salomonē sed exhibiturus. Denique audiuimꝰ sapientiam eius: tenuimus presentiā eius et tenemus. Jā quattuor aut quinque dies huius nostre solēnitatis defluxerant: cum ecce die solenni beati luce euangeliste missa in cōuētu sua illa sancta deuotione celebrata: febre correptus lecto decubuit: et nos cum illo omnes. Extrema gaudij nostri meror occupat: moderatior tamen q̄ leuior interim febris esse videretur. Videres discurrere fratres: dandi auidos: vel accipiēdi. Cui non dulce videre illum: cui non dulcius ministrare illi? Utrūque suaue: vtrū q̄ salutare. Et humanitatis erat prebere obsequiū ⁊ profectus cuique sui: cum gratiam reportaret. Assistere omnes: omnes solliciti erant circa frequens ministerium: medicamenta perquirere adhibere fomenta vrgere sepius ad gustandum. Ad quos ille/sine causa inquit hec: sed charitate vestri facio quicquid iniungitis. Sciebat eñ imminere tempꝰ sue migrationis. Cumque fratres qui cum eo venerant: fidentius instarēt dicentes non oportere diffidere de vita: nec eñ signa mortis in eo aliqua apparerent oportet inquit hoc anno malachiā exire de corpore. Et infert. Ecce appropinquat dies quem vt optime nostis/optaui sp ipsum fore diem resolutionis mee. Scio cui credidi ⁊ certꝰ sum: non fraudabor reliquo desiderij mei: qui partem iā teneo. Qui me sua misericordia perduxit ad locū quem petij: terminuʒ quē eque volui non negabit. Quod ad hoc corpusculum attinet: hic requies mea: qd ad animā dñs prouidebit: qui saluos facit sperantes in se. Nec parū spei repositū mihi i die illa: qua mortuis tanta a viuis beneficia impenduntur. Nec lōge aberat dies ipsa cum talia loqueretur Interea iubet se sacro oleo vngi. Exeūte conuentu fratrū vt solenniter fieret non sustinuit vt ad se ascenderent: ipse descendit ad eos. Jacebat siquidē in solario: dorio superiori. Ungitur: ⁊ sumpto viatico: fratrū se orationibus ⁊ fratres cōmendans deo: ad lectum reuertitur. Alto de solio descēdebat pedibus suis: ⁊ rursum nihilominus suis pedibus ascendebat: ⁊ dicebat mortem esse in ianuis. Quis hunc hominē crederet moriturū? Solus ipse ⁊ deus id scire poterant. Non vultꝰ pallidior non macilentior videbatur: non rugata frons: non reconditi oculi non nares extenuate: non cōtracta labia: nō adusti dentes: non collū exesum ⁊ gracile: non curui humeri: non caro exinanita i corpore reliquo. Hec erat gratia corporis eius: ⁊ hec gloria vultus eius: que non euacuatur: ne in morte quidem Talis quoad vixit: talis ⁊ mortuus/apparebat viuēti similior.

Ucurrimus vsque huc: sed modo heremus: q̄ malachias cursum cōsummauit. Stat ille: ⁊ nos pariter stamus cū eo. Alioquin q̄s libenter currat ad mortem? presertim tuā pater sancte quis referre possit quis velit audire? Attamen dileximus nos in vita: in morte separabimur. Fratres: non relinquamꝰ in morte: quem in vita prosecuti sumꝰ. Ab vlteriori scotia vsque huc cucurrit ille ad mortē: eamꝰ ⁊ nos: ⁊ moriamur cū eo. Oportet oportet dicere: q̄ cernere necesse fuit. Adest oīm sanctorū clara vbique celebritas: sed iuxta veterē sententiam: musica in luctu importuna narratio est. Adsumꝰ canimus vel inuiti. Flendo cantamus: et cantando flemus. Malachias ⁊ si non cantat: non plorat tamē. Quid enim ploret: qui appropinquat ad gaudiū? Nobis qui relinquimur: relinquit luctꝰ: solus malachias festū facit. Qd eñ nō potest corpore: facit mēte: sicut scriptū est. Cogitatio hominis confitebitur tibi: ⁊ reliquie cogitationis diē festū agēt tibi Deficiente illi corporis instrumēto: silente organo oris: officio vocis cessante reliquū est: vt mētis iubilo solēnizet. Quidni solennizet sanctis: qui sanctorū ducitur ad solennitatē? Exhibet illis: qd mox sibi debebit. Adhuc modicū: ⁊ ipse vnus ex ipsis est. Sub noctis crepusculo cū iam vtcunque diei a nobis expleta celebritas foret: malachias appropinquauerat non crepusculo sed aurore. An non illi aurora: cui nox precessit: dies aūt appropinquauit? Itaque febre inualescente: cepit ex intimis ardēs p omne corpus erupere sudor: vt quodāmodo transiens p ignem et aquam: educeret in refrigeriū. Jam desperatur de vita eius: iam quisque suū iudiciū reprehendit iā nulli dubiū malachie sententis preualere. Uocamur: adsumꝰ: ⁊ ille oculos leuans in circunstantes: desiderio desideraui inquit hoc pasca manducare apud vos. Gratias ago superne pietati: non sum fraudatꝰ a desiderio meo Uides hominē securū in morte: ⁊ necdū mortuū: iā certū de vita? Nec mirū. Uidens adesse noctem quā expectauerat: ⁊ in ipa diescere sibi: quasi de nocte triūphans: videt insultare tenebris/⁊ quodammodo loqui. Jam nō dicā: forsitā tenebre conculcabūt me: q̄ hec nox illuminatio mea in delicijs meis. Et blande nos consolans: habete inquit curā mei: ego vestri si licuerit non obliuiscar. Licebit aūt. Credidi in deū: ⁊ oīa possibilia credenti. Amaui deū: amaui vos: ⁊ charitas nunq̃ excidit. Et suspiciens in celū. deus inq̄t serua eos in noīe tuo. Non solū autē: sed ⁊ oēs/q̄ per verbū ac ministeriū meū tuo se mancipauere seruitio. Deinde imponēs manus singulis: ⁊ bñdicēs oībus: pausatū ire iubet: q̄ nondū venerat hora eius. Jmus/redimus circa mediū noctis: nā ea hora lux lucere in tenebris nunciatur. Jmplet domus: adest ɔgregatio tota: abbates q̄ʒ multi qui conuenerāt. Psalmis: ⁊ hymnis: ⁊ canticis spūalibꝰ prosequimur amicū repatriantē. ¶ Anno etatis sue q̄nquagesimo quarto: loco ⁊ tēpore quo p̄elegit ⁊ predixit malachias epūs legatꝰ scte apostolice sedis: velut e manibꝰ nostris assumptꝰ ab angelis: feliciter obdormiuit in dño. Et vere obdormiuit. Uultꝰ placidus: placidi exitꝰ indiciū fuit. Et quidē oīm oculi fixi in eum nemo tamen q̄ eū quando exuit aduertere potuisset. Mortuum viuerent viuens mortuus putabat: adeo nil intercidit qd alterutrū disterminaret. Eadē viuacitas vultꝰ: serenitas eadē qualis apparere solet in dormiente. Diceres mortē nil horuʒ tulisse magis auxisse plurimū. Non est mutatus: sed ipse mutauit oēs. Mirū in modū luctus ⁊ gemitꝰ omniū subito cōquiescit: mutatur in gaudiū meror/planctū cantus excludit. Effertur: feruntur in celum voces: infert oratorio ablatum humeris. Uicit fides: triumphat affectꝰ: res in suū deuenit statū: cuncta gerunt ex ordine: cuncta ex ratione procedunt.

Et reuera quid rationis habet immoderatiꝰ plangere malachiaʒ: quasi non sit preciosa mors eius quasi non sit magis somnus q̃ mors: quasi nō sit mortis portus ⁊ porta vite? Malachias amicꝰ noster dormit: ⁊ ego lugeam? Luctus iste vsu se non ratione tuet. Si dño dedit dilecto suo somnū: et talem somnū in quo hereditas dñi: filij merces fructꝰ ventris: quid horū videtur fletū indicere? Ego ne fleā illū qui fletū euasit? Jlle tripudiat: ille triūphat: ille introductus est in gaudiuʒ dñi sui: ⁊ ego eū plangā? Cupio mihi hec: non illi inuideo. ¶ Interim parant exequie: offertur pro eo sacrificiū: consumātur ex more omnia cū summa deuotiōe. Stabat eminꝰ puer cui emortuum pēdebat a latere brachiū: magis illi impedimēto q̃ vsui. Quo cōperto: innui vt accederet. Et apprehensam aridā manū applicui ad manū epi: ⁊ viuificauit eā. Nēpe viuebat in mortuo gratia sanitatū: ⁊ manus eiꝰ fuit mortue manui qd mortuo homini helliseus. Puer ille de longe venerat: ⁊ manuʒ quā pendentem attulerat: sanā in patriā reportauit. Jaʒ oībus rite pactis in ipso oratorio sancte dei genitricis marie: in quo sibi bene cōplacuit: malachias traditur sepulture: anno ab incarnatiōe domini Millesimo cētesimo quadragesimooctauo: q̄rto nonas nouēbris. Tuū est iesu bone depositū qd nobis creditū est tuꝰ thesaurꝰ recondit penes nos. Seruamꝰ illū resignandū in tpe quo reposcendū censueris: tm̄ vt absque ɔtubernalibꝰ suis non egrediatur: sed quem habuimus hospitem: habeamus ducem: tecuʒ et cum ipso pariter regnaturi in secula seculoruʒ. Amen.

¶ Sermo sctī Bernardi abbatis in festiuitate sctī Malachie. Qui legit p octo p̄mis lctōibꝰ eiusdē festiuitatꝭ.

Liquet dilectissimi q̄ dum corpore retinemur pegrinamur a domino: ac per hoc luctum magis q̃ gaudium: miserandū nobis indicit exilium: ⁊ conscientia delictorum Quia tamen apostolico ore gaudere cū gaudentibꝰ ammonemur in omnē nos suscitari leticiā tempus ⁊ causa requirit. Nam si vere qd propheta sentit exultēt iusti in conspectu dei exultat sine dubio malachias q̄ in diebꝰ suis placuit deo ⁊ iuēꝰ ē iustꝰ. Jn scītate ⁊ iusticia corā ipo ministrauit: placuit ministeriū: placuit ⁊ minister: quidni placuerit? Posuit sine sūptu euāgeliū: repleuit euāgelio patriā: suorū marie feralē edomuit barbariē hybernorū: leui iugo xpi i gladio ipūs externas subdidit natiōes: vsque ad extrema terre restituēs hereditatē suā illi. O ministeriū fructuosuʒ: o ministeriū fidele. Nunq̄d nō per ipm filio est paterna adimpleta pmissio? Nunq̄d nō hūc olim intuebat pater cū ad filiū loqueretur: dabo tibi gentes hereditatē tuam: ⁊ possessionē tuaʒ terminos terre? Libens saluator recipiebat quod emerat ⁊ emerat precio sanguinis sui: ignominia crucis: horrore passiōis; Libēs de manibus malachie: pro eo q̄ gratis ministraret. ¶ Ergo in ministro quidem gratum erat munus gratuitum: in ministerio

autem

autem placita conuersio peccatorꝝ? Grata inq̄ꝫ ꝛ placita in ministro simplicitas oculi: in ministerio aūt salus populi. Q̄ꝫ ꝛ si ministeriꝫ quidē minor efficiētia sequeret̄: nihilominus tn̄ ad malachiā ꝛ ad opa eius ille merito respexisset: cui amica puritas: cui familiaris simplicitas: cuius iusticie est de intentione pēsare opus: ꝛ de oculi qualitate: totius estimare corporis statum. Nūc vero magna opera dn̄i exquisita in oēs voluntates ꝛ studia malachie: magna ꝛ multa ꝛ bona valde: ꝛ si pro bono caste intentionis origine meliora. Quod opus pietatis preterit malachiam. Pauper sibi: sed diues pauperibus erat. Pater orphanorū: maritus viduarum patronus extitit oppressorū. Hilaris dator: petitor rarus: acceptor verecundus. Pacis reformāde inter discordantes fuit illi cura maxima: ꝛ efficacia multa. Quis eque pi⁹ ad cōpatiendū: ad subueniēdū promptꝰ: ad corripiendum liber? Nā ꝛ zelans erat: nec deerat sciētia zeli ipsius moderatrix. ¶ Et quidē infirmus infirmis: sed nihilominus potentibus potens. superbis resistebat tyrannos verberabat: regum magister ac principū. Ipse est q̄ regi orādo visuꝫ ꝛ malignanti tulit: ꝛ humiliato restituit. Ipse est qui pacis quā fecerat violatores: spiritui erroris traditos frustratus est in malo quod facere cogitabant ac denuo coegit ad pacē: ꝯfusos quidē ꝛ stupefactos in eo qđ sibi cōtingerat. Ipse eīn est cui aduersus alios pacti eque preuaricatores riuus officiosissime affuit: miro modo obiectu sui euacuās molimina impiorꝝ. Imbres nō erāt: nō fluuies aquarū nō concursus nubium nō liquefactio niuiū: cuꝫ subito factus est in fluuium magnū qui riuulus erat: ꝛ rius ibat ꝛ intumescebat: inundās ꝛ negans omnino transitū volētibus malignari. Quāta audiuimus ꝛ cognouimus ea de zelo viri ꝛ vitione inimicorū: cū tamē esset suauis ꝛ mitis ꝛ multe misericordie omnibus necessitatē patiētibus. Qui quasi vnus omniū parens viuebat omnibus quasi gallina pullos suos sic fouebat omnes: ꝛ in velamēto alarū suarum protegebat. Nō sexus: non etas: nō ꝯditio discernebatur aut persona: deerat nemini: expāso omnibꝰ gremio pietatis. ¶ De quacūꝗ tribulatione clamaretur ad eū propriā reputabat: nisi ꝙ i sua patiens: in aliena cōpatiens erat: plerūꝗ ꝛ impatiens. Nonnunq̄ siquidē repletus zelo/pro aliis in alios mouebat̄: vt eripiens inopes ꝛ reprimēs fortes cōsuleret perinde omnibus in salutem. Itaꝗ irascebat̄: sed ne nō irascēdo peccaret iuxta illud de psalmo. Irascimini ꝛ nolite peccare. Nō ira illi sed ipse animo dominabat̄: Erat sui met potis. Sane victor sui: ira superari nō poterat. Ira eius: in manu eius. Uocata veniebat: exiēs nō erūpens: nutu nō impetu ferebatur. Nō vtebatur illa: sed vtebatur. Magna illi tam in hoc q̄ȝ in cunctis vtriusꝗ hominis sui motibus regendis vel cohibendis censure diligētia: ꝛ circūspectio multa. Nō eīn ira oībus intendebat vt se solū exponeret: solum cure exciperet generali. Erat ꝛ sui sollicitus. Seipsum custodiebat. Ita deniꝗ totꝰ suus: ꝛ totus omniū erat: vt nec charitas a custodia sui: nec pro prietas ab vtilitate cōmuni eū impedire vel retardare i aliquo videretur. Si videres hominē mediis immersum turbis: ꝛ implicitum curis diceres patrie natum nō sibi. Si videres hominem solum ꝛ secū habitantem: putares soli viuere deo et sibi. ¶ Sine turbatiōe versabat̄ in turbis: sine ocio tpe qđ ocio dederat trāsigebat. Quomodo ociosus qn̄ exercebatur in iustificationibus domini? Nā ꝛ si habebat tempus liberū a necessitatibus plebium: non tn̄ a sanctis meditationibus feriatum: non orandi studio: non ipso ocio contēplandi. Sermo illi in tēpore ocii: aut serius aut nullus. Aspectus eius: aut officiosus: aut demissus: ꝛ cohibitus intra se. Nempe quod non mediocri laudi inter sapientes ducitur: oculus eius in capite eius: nuꝗ̄ euolans nisi cū virtuti paruisset. Risus aut indicās charitatis aut prouocās: rarus tamē ꝛ ipse. Equidē interdū eductus: excussus nunꝗ̄. Qui ita nunciaret cordis leticiam vt oris gratiā non minueret sed augeret. Tā modestus vt leuitatis nō posset esse suspectus: tantillus tamē vt hilarē vultum: ab omni tristicie neuo vel nubilo vēdicare sufficeret. O munus plectū: o holocaustum pingue: o obsequiū gratū mēte ꝛ manu. ¶ Et bonꝰ odor deo in orationibus ociosi: q̄ȝ bonus hoibus in sudoribus occupati. Pro hmōi ergo dilectus a deo ꝛ hominibus nō immerito hodie malachias in consortio angelorꝝ recipitur: readeptus qđ noie dicebat̄. Et quidem ante angelus erat/nō minus puritate q̄ȝ noie: sed nunc felicius gloriosi in eo interpretatio noīs adimpletur: qn̄ pari cū angelis gloria ꝛ felicitate letatur. Congratulemur itaꝗ fratres ꝯgratulemur: vt dignū est patri nostro: qr ꝛ pium est defunctum plangere malachiā: ꝛ pluꝫ magis malachie congaudere viuenti. Nunquid non viuit? Et beate. Nimirū visus est oculis insipientiū mori: ille aūt est in pace. Deniꝗ iā conciuis sanctorum ꝛ domesticus dei: psallit pariter ꝛ agit grās dicens. Transiuimus per ignē ꝛ aquam: ꝛ induxisti nos in refrigerium. Trāsiuit plane viriliter: ꝛ feliciter pertrāsiuit. Uerus hebreus pascha celebrauit in spū: ꝛ nobis transiēs loquebat̄. Desiderio desideraui hoc pascha mānducare apud vos. Trāsiuit p ignem ꝛ aquā: queꝫ nec tristitia frangere: nec detinere mollia potuerūt. Letemur ꝙ angelus noster ascendit ad ciues suos pro filiis captiuitatis legatione fungēs corda nobis cōciliās beatorum vota illis intimās miserorū. Letemur inq̄ꝫ ꝛ exultemus qr celestis illa curia ex nobis habet cui sit cura nostri q̄ suis nos protegat meritis quos informauit exemplis miraculis cōfirmauit. Sanctus pontifex q̄ in spiritu humilitatis hostias pacificas celis frequēter immolauerat: hodie p semetipsum introiuit ad altare dei ipse hostia ꝛ sacerdos. Mig: āte sacerdote: sacrificiꝫ ritus in melius mutatus est: fons lachrymarū siccatus est: holocaustuꝫ omne cōditur in leticia ꝛ exultatione. ¶ Benedictus dominus deus malachie qui tanti pontificis ministerio visitauit plebē suam: ꝛ nūc assumpto eo in sanctā ciuitatē tante recordatione suauitatis nostrā nō desinit cōsolari captiuitatē. Exultet in domino spūs malachie ꝙ leuatus pōdere corporee molis nulla iaꝫ feculenta vel terrena materia pregrauatur quo minꝰ tota alacritate ac viuacitate corporeā omnē ꝛ incorporeā transiens creaturā pergat totus in deū: ꝛ adherens illi vnus sit cū eo spiritus ineternum. Domū istā decet sanctitudo: in qua tante frequentat̄ memoria sanctitatis. Sancte malachia seruus eꝫ in sanctitate ꝛ iusticia miserere nostri: qui inter tot ꝛ tantas miserias memoriā abūdantie suauitatis tue eructamꝰ. Magna est super te diuine dispēsatio pietatis: q̄ te paruum fecit in oculis tuis: magnū in suis: qui magna fecit per te saluans patriam tuam: magna fecit tibi: introducens te in gloriam suam. Festiuitas tua que merito tuis virtutibus votiua impendit̄: tuis nobis efficiatur meritis ꝛ precibus salutaris. Gloria sanctitatis tue que a nobis frequentatur: continuetur ab angelis: sic erit nobis digne iocunda: si fuerit et fructuosa. Liceat nobis aliquas te migrante retinere reliquias de fructibus spiritus: quibus onustus ascendis qui in tuo hodie tam delicioso conuiuio congregamur. ¶ Esto nobis quesumus malachia sancte alter moyses vel alter helias: impertiens ꝛ tu de tuo spiritu nobis ipsorum siquidem in spiritu ꝛ virtute venisti. Uita tua lex vite ꝛ discipline mors tua mortis portus ꝛ porta vite: memoria tua dulcedo suauitatis ꝛ gratie: presentia tua corona glorie in manu dn̄i dei tui. O oliua fructifera in domo dei: o oleū leticie vngēs ꝛ lucens: fouens beneficiis coruscās miraculis: fac nos eius qua frueris lucis suauitatisꝗ participes. O odoriferum lilium ineternum ante dn̄m germinās ꝛ florens: ꝛ spargēs vbiꝗ viuificum suauitatis odoreꝫ: cuius apud nos memoria in benedictione est apud superos presentia in honore: da canentibus te: tante plenitudinis participio non fraudari. O luminare magnum: ꝛ lux in tenebris lucens: signorꝝ radiis ꝛ meritorum illuminans carcereꝫ letificans ciuitatē: fuga de cordibus nr̄is virtutū splēdoribꝰ: tenebras vitiorꝝ. O stella matutina eo ceteris clarior quo diei vicinior similior soli: dignare preire nobis: vt ꝛ nos in lumine ambulemꝰ q̄si filii lucis: ꝛ nō filii tenebrarū. O aurora discēs super terrā: sed superiores celi plagas iā meridiana perlustrans recipe nos in ꝯsortio luminis quo illuminas tus: ꝛ late foris luces: ꝛ intus suauiter ardes: prestante dn̄o nr̄o iesu xp̄o: qui cū patre ꝛ spiritusctō viuit ꝛ regnat deus: per oīa secula seculorꝝ. Amen.

¶ Finis.

Sermo sctī Bernardi abbatis de passione domini.



Esum nazarenum a iudeis innocenter cōdēnatuꝫ a gētibus crucifixū xp̄iani diuinis honoremus obsequiis. Saluatoris infirma nos q̄ xp̄iani sumus reuerēter venerari: amanter amplecti: fortiter imitari: dignū est salubre: ꝛ honorificū. Hec enim sunt instrumenta fortissima: in q̄bus omp̄s virtꝰ ꝛ inuestigabilis sapientia dei: restaurationem mundi potenter, atꝗ mirifice operata est/ ꝛ vsꝗ modo operatus xp̄s dominus minoratus est ab angelis: vt nos equaret angelis. Et quis propter xp̄m non se humiliet? Christus dominꝰ pro peccatis nr̄is crucifixus est ꝛ crucē amarā suis amatoribꝰ dulcorauit. Mortuus est ꝛ mortē necauit: vt viueremus p illū. Et q̄s nō amet xp̄m dn̄m? Quis nō patiatur p xp̄o? Christus per crucis ignominiā ad superne claritatis gloriā transiit ꝛ data est ei pro sua reuerentia: ꝛ de patre oīs potestas in celo ꝛ in terra: vt adorent eū omnes angeli dei: ꝛ in noīe iesu omne genu flectatur: celestium: terrestrium: ꝛ infernorꝝ. Ubi est gloriatio tua o xp̄iane: nisi in noīe crucifixi dn̄i dei tui: ꝛ in xp̄i nomine: quod est super

omne nomen in quo qui benedictus est super terrā benedicet.
Gloriamini in noie filij redemptoris: ⁊ date honorē filii saluato
ri nostro: qui magna fecit in nobis: ⁊ magnificate nomen eius
mecū dicētes. Adoramus te christe rex israel pariter ⁊ gētium
princeps regum: terre dominus: deus sabaoth: virtus omnipo
tentis dei fortissima. Adoram⁹ te ꝑciosum preciū redēptionis
nostre hostiā pacificā: q̄ sola odoris tui suauitate inestimabili
patrem q̄ in altis habitat ad respiciēdum humilia inclinasti ⁊
filij ire placabilē reddidisti. Tuas xp̄e miserationes ꝑdicamus
tue suauitatis memoriam cū abundātia eructamus. Tibi chri
ste sacrificium laudis immolamus ꝑ multitudie bonitatis tue
quam ostendisti nobis semini nequā: filijs sceleratis ⁊ ꝑditis.
Cum adhuc inimici tui essemus domine: ⁊ mors iniqua in oēm
carnem exerceret dn̄m: cui omne semē Adam erat obnoxiū le
ge primordialis culpe/ recordatus es verbi misericordie tue: ⁊
prospexisti ex sublimi habitatione tua in hanc vallē ploratio
nis nostre ⁊ miserie. Vidisti afflictionē populi tui: ⁊ tactus dul
core charitatis intrinsecus: apposuisti cogitare sup nos cogi
tationes pacis ⁊ redēptionis. Et quidē cū esses filius dei: de⁹
verus deo patri sanctoq̄ spiritui coetern⁹ ⁊ cōsubstātialis lu
cem habitās inaccessibilē: portāsq̄ oīa verbo virtutis tue: non
despexisti in hoc nostre mortalitatis ergastulū altitudinē tuam
inclinare/ vbi nostrā ⁊ gustares ⁊ absorberes miseriā: nosq̄ re
parares ad gloriā. Parū fuit charitati tue ad ꝯsummādū opus
nostre salutis cherubin: aut seraphin: aut vnū ex angelis desti
nare. Ipse venire ad nos dignatus es ꝑ mādatū patris cuius
nimiā charitatem experti sumus in te. Venisti inq̄ non locum
mutando/ sed ꝑsentiā tuā nobis ꝑ carnem exhibendo. Veni
sti a regali solio sublimis glorie tue in humilē ⁊ abiectā in ocu
lis suis puellā ꝓ virginalis cōtinētie voto sigillatam: in cui⁹
sacro vtero sola spūsancti inenarrabilis virtus te ꝯcipi fecit ⁊
nasci in vere humilitatis natura: ita vt nec diuinitatis in te ma
iestatē: nec virginitatis integritatē in matre violaret natiuita
tis occasio. O amāda/ o admirāda dignatio. De⁹ immēse glo
rie: vermis cōtēptibilis fieri nō despexisti. De⁹ om̄ conseruus
seruorum apparere voluisti. Parū tibi visum est patrē te nobis
esse ⁊ dn̄m: frater noster esse dignat⁹ es. Et tu dn̄e vniuersorum
qui nullam habes indigētiā intra ipsa natiuitatis tue initia nō
abhorruisti abiectissime paupertatis degustare incōmoda. Ut em̄
ait scriptura. Tibi cū nascereris nō erat loc⁹ i diuersorio: neq̄
cunabula que teneritudinē tuā exciperēt habuisti: sed in vili ꝑ
sepio sordētis stabuli tu qui terrā palmo concludis inuolutus
panniculis reclinatus es. Et hoc ipsum a brutis animalib⁹ ma
ter tua mutuo accepit. Cōsolamini cōsolamini q̄ in sordib⁹ pau
pertatis enutrimini: qr vobiscū deus in paupertate. Non cubat
in delitijs splēdidi cubiculi: nec inuenit in terra suauiter viuē
tiū. Quid vltra gloriaris [illegible] in volutabro lecti
picti ⁊ delicati cū rex regū recubitu suo pauperū stramēta ho
nestare maluerit? Quid dura stramēta detestaris/ cū tener in
fantulus i cuius manu sunt oīa: tuis sericis/ tuis plumis duras iu
mētorū stipulas ꝓelegerit? Sz hec tenella tua xp̄e īfantia a ꝑse
cutorū gladijs tuta nō fuit. Adhuc em̄ inter dulcia mr̄is vbera su
gens depēdebas: qn̄ apparuit angel⁹ in somnis Joseph dicēs.
Surge ⁊ accipe puerū ⁊ matrē eius ⁊ fuge in egyptū: ⁊ esto ibi
vsq̄ dum dicā tibi. Futurū est em̄: vt herodes q̄rat puerū ad ꝑ
dendum eū. Jā ergo tunc bone iesu dura pati cepisti. Nō solū illā
infantie tue vexationē in teipso pertulisti: sed mortē in pusil
lis tuis quorū multa milia inter māmillas matrum ꝓ te hero
dis trucidauit immanitas. Infantia vero teneriori decursa hu
militer veritatis nobis exemplū tribuisti. Nō em̄ sedisti cū cō
silio vanitatū: sed in medio doctorū interrogās ⁊ audiēs illos
cum tamē dn̄s scientiarum esses: atq̄ sapiētia dei patris. Sed
⁊ obediētie nobis formā tribuisti: dū parētū imperio tu impe
rator mundi humiliter subdit⁹ extitisti. Ut tibi robustioris eta
tis plenitudo aduenit: misisti manus ad fortia: egressus es in
salutem populi tui: vt gygas magnificus ad currēdā viā toti⁹
nostre miserie. Et quidē per oīa te vt primū fratribus assimila
res seruū tuum baptizantem peccatores in penitētia tanq̄ pec
cator adisti: baptizari te postulasti innocēs agne dei: quē nulla
peccati stilla vnq̄ maculauit. Baptizatus aūt nō te in aqs: sed
aquas in te sanctificas: vt ꝑ eas sanctificares nos. De baptis
mo in desertum spiritu fortitudinis egressus es: vt vite solita
rie in te non deesset exēplū. Solitudinē ac ieiuniū quadragin
ta dierum famis acerbitatē tentamēta illusionis spūs/ equa
nimiter tolerasti: vt hec oīa nobis tolerabilia efficeres. Demū
venisti ad oues q̄ perierāt domus israel: diuini verbi lāpadā ex
tollens palā/ ad illuminationē orbis terre: ⁊ regnū dei cūctis
annūciās obtēperātibus verbo sermonē sequētibus signis cō
firmasti virtutē diuinitatis in cūctis ostendisti male habētib⁹ ⁊
oīa oib⁹ gētib⁹ gratis exhibēs: que saluti petorū ꝯgruerēt vt
eos lucrificares. Sed obscuratū est insipiēs cor eorū dn̄e: ⁊ ꝯ
fecerunt sermones tuos retrorsum: neq̄ attēderūt ad oīa mira
bilia tua domine que operatus es in eis: exceptis perpaucis
nobilibus athletis quos inter infirma mundi elegisti ⁊ abiecta
vt per ipsos fortia ⁊ alta mirifice expugnares. Nec solum ingra
ti gratuitis beneficijs tuis extitere: sed contumelijs affecerunt
te domine dominantium: ⁊ fecerunt tibi quecūq̄ voluerūt. Te
enim faciente opera dei: que nemo alius fecit: quid dixerunt?
Non est hic homo a deo. In principe demoniorū eijcit demonia
demoniū habet: seducit turbas: vorax est ⁊ potator vini: ⁊ ami
cus publicanorū ⁊ peccatorū. Quid fles? quid suspiras o homo/
dum sustines verborū iniurias? Non audis quanta dominū deū
tuum ceciderunt opprobria propter te? Si patremfamilias Be
elzebuth vocarunt: quanto magis domesticos eius? Sed hec
quidem ⁊ similia blasphemātes ⁊ aliquotiens te lapidibus im
petentes: iesu bone patienter sustinuisti: ⁊ factus es coram eis
sicut homo non audiēs: ⁊ in ore nō habens redargutiones. No
uissime iustū sanguinē tuū a discipulo tuo filio perditionis tra
ditum triginta argenteis appreciati sunt: vt precipitarent ani
mam tuā in morte sine causa. Et te quidē ꝑditissimi traditoris
tui perfidia nō latebat: quādo in sena ablutionis: etiam coram
ipso genuflexus ꝓcumbens maledictos pedes eius veloces ad
effundendum sanguinē tuum sctissimis manib⁹ tuis attrectare
lauare ⁊ extergere dignat⁹ es. Cur aūt adhuc extēto collo am
bulas o terra ⁊ cinis: Adhuc te superbia eleuat? Adhuc te im
patientia exagitat? Intuere humilitatis ⁊ mansuetudinis do
minum iesum vniuerse creature factorē tremendū iudicem vi
uorum ⁊ mortuorū ante pedes hominis ⁊ traditoris sui genua
incuruentē. Disce qr mitis est ⁊ humilis corde: ⁊ cōfundere in
superbia tua: ⁊ erubesce in impatientia tua. Hoc quoq̄ erat mā
sue[illegible] tue dn̄e perfidū illū in cetu fratrum detegere: ⁊ pa
lam confundere noluisti: leniter admotū accelerare iussisti qd̄
parabat. In omnibus his nō est auersus furor ei⁹ a te/ sz egres
sus foras: satagebat circa frequēs maleficiū. Quomodo cecī
disti de celo lucifer: q̄ mane oriebaris. In delitijs paradisi glo
riosus apparuisti: ciuiū celi socius: ⁊ verbi diuini cōuiua/ quo
modo reputatus es inter filios tenebrarū: qui nutriebaris in
croceis. Cur amplexatus es stercora? Tūc clarificata est fami
lia tua christe: exeunte in mundo de cetu societatis angelice.
Tūc demū diuini eloquij vberrima inūdatione felix ille conuē
tus potatus est electa quē huiusmodi limpidi liquoris fusione
sciebas indignū. Dato autē charitatis et patientie salutari mā
dato: ⁊ disposito fratribus regno patris tui: ad locū proditori
tuo notū cum illis diuertisti: sciens oīa que ventura erant sup
te. Ibi anime tue tristiciā quā ex imminēte passione tua sponte
assumpsisti sicut ⁊ cetera que passus es in auribus fratrū nō eru
buisti profiteri dicens tunc. Tristis est aīa mea vsq̄ ad mortem
Positis quoq̄ in terra genibus procidisti in faciem: orans in
agonia ⁊ dicēs. Mi pater si possibile est: transeat a me calix iste
Et angustias quidē cordis tui certissime indicabat sudor ille
sanguineus qui orōnis tempore de carne tua sanctissima gutta
tim decurrebat in terrā. Dn̄ator dn̄e iesu vnde tua hec tam an
xia supplicatio: Nonne volūtarie omnino patri sacrificium ob
tulisti: Utiq̄ dn̄e. Arbitramur autē q̄ hoc ad cōsolationem in
firmorū membrorum tuorū assumpsisti/ ne forte desperet quis
si caro infirma remurmurat vbi ad passionem promptus est spi
ritus. Nimirum ⁊ vt maioris erga te amoris ⁊ gratitudinis sti
mulos habeamus naturalem carnis infirmitatem his indicijs
in te expressisti quibus doceremur: quia vere lāguores nostros
portasti: ⁊ nō absq̄ sensu doloris passionum sentes percurristi.
Uox enim illa vox esse carnis videt nō spūs et eo quod subiun
xisti. Spiritus quidē promptus est caro autem infirma: q̄ prom
ptus enim ad passionem fuerit spūs: euidenter ostendisti quan
do venientibus vna cum proditore tuo viris sanguinum ⁊ que
[illegible]tibus animam tuam cum laternis ⁊ facibus/ ⁊ armis per no
ctem vltro occurristi: et ne quod acciperent a duce flagitij te
ipsum manifestasti. Nam accedentem ad osculum sanctissimi
oris tui trucem bestiam aduersatus non es: sed os in quo do
lus inuentus non est ori quod abundauit malitia dulciter ap
plicuisti. Innocens agne dei quid tibi et lupo illi? Que con
uentio tui ad belial. Sed et hoc benignitatis tue domine fuit
vt omnia illa exhiberes que praui cordis pertinaciam emolli
re possent. Nam ⁊ veteris amicitie non immemor illum commo
nuisti dicens. Amice ad quid venisti? Atq̄ horrore sceleris sui
cor impij ferire voluisti cum dixisti. Juda: osculo filium homi
nis tradis. Et ecce philistei sup te samson. Nō illos a te abster
ruit q̄ in hora apphēsionis tue oipotēti brachio tuo terre eos
allisisti: nō q̄dē defensionis cā sed vt cognosceret hūana ꝑsum
ptio nihil se posse aduersus te nisi quātū ꝑmitteret a te. Et q̄s
audiat sine gemitu qualiter homicidas manus in illa hora in
te iniecerāt? Et innocētes man⁹ tuas iesu bone vinculis astrin
gētes te agnū māsuetissimum nihil loquentem ad instar latro
nis ꝯtumeliose

tus contumeliose traxerunt ad victimam. Et nec tunc misericordiam effundere sup inimicos tuos/ ꝛ distillare fauū dulcedinis tue christe cessasti: ac defensore tui zelum a lesione trahentium te cōpescuisti. Maledictus furor eorū qꝛ pertinax: quē nec maiestas miraculi: nec pietas bñficii potuit cōstringere. Cōsilio malignantiū aduersum te pontifici ꝑsentatus es: ꝛ veritatē ꝓut oportuit cōfessus: quasi de blasphemia adiudicatus es morti. Amentissime dñe quanta illic indigna a ꝑuersa gente pertulisti: vultū tuum desiderabilē in quem desiderāt angeli prospicere: q̄ omnes celos adimpleuit leticia: quē depecabunt oēs diuites plebis: polluti labiis suo sputo comquinauerūt: sacrilegis manibus suis ceciderunt velo in derisum operuerunt/ ꝛ te dominū vniuerse creature tanꝙ seruum contēptibilē colaphizauerunt. Adhuc autē animā tuā incrr̄escisse carni deglutiēdā tradiderunt. Vinctuꝫ siquidē ante faciē pilati ꝑduxerunt postulantes crucis supplicio te interimi qui peccatum non noueras: ꝛ virum homicidā dari sibi agnum lupo: aurum luto postponētes. O indignum ꝛ infelix cōmercium. Et quidē nec ignorabat impius ille ꝓ inuidiā hec in te fieri: nec tamē abstinuit a te temerarias manus/ sed repleuit animā tuā amaritudine sue cause. Illusum recepit in conspectū illusorū astare te iussit: nec pepercit amarissimis vberibus virgineā carnē tuā diuellere plagis plagas/ liuores liuoribus crudeliter infligere. Electe puer dei mei: qd tanta amaritudine: qd tanta cōfusione dignum cōmiseras? Prorsus nihil. Ego ego homo perditus totius ꝑditionis tue causa extiti Ego domine vuā acerbā comedi/ ꝛ dentes tui obstupuerūt: qꝛ que nō rapuisti tūc exoluebas. In oib⁹ his nō est satiata ꝑfidoꝝ iudeoꝝ impietas. Nouissime aūt incircūcisorum militū manibus deuolutus es morte turpissima cōdemnandus. Parū erat sacrilegis illis crucifigere te nisi prius ꝛ ipsi illusionibus repleuissent animā tuā. Quid eñ ait de illis scriptura: Et cōgregauerūt ad eū vniuersam cohortē. Et exuētes eū vestimētis suis īduerunt tunicā purpureā: ꝛ clamidē coccineā circundederunt ei. Et plectētes coronā de spinis imposuerunt capiti eius: ꝛ arundinē in dextera ei⁹ Et genu flexo illudebāt ei dicētes. Aue rex iudeoruꝫ. Et dabāt ei alapas/ ꝛ expuentes in eū accipiebāt arundinē ꝛ percutiebāt caput eius. Et postꝙ illuserunt ei/ induerunt vestimētis suis vt crucifigerēt baiulantem sibi crucē. Et ꝑducunt eum in golgotha: ꝛ vinum myrrhatum dabāt ei bibere cum felle mixtū: ꝛ cū gustasset noluit bibere. Tūc crucifixerunt eū: ꝛ cum eo duos latrones hinc ꝛ hinc: mediū aūt iesum. Iesus aūt dicebat. Pater dimitte illis qꝛ nesciunt qd faciunt. Postea sciēs iesus qꝛ ꝯsummata erant oīa vt scriptura impleref dixit. Sitio. Et currēs vnus ex eis acceptā spongiā impleuit aceto: ꝛ imposuit arundini ꝛ dabat ei bibere Cū accepisset acetū dixit cōsummatū est: ꝛ clamās voce magna dixit. Pater in manus tuas cōmendo spm̄ meū. Et inclinato capite emisit spiritū Tūc vnus militū lancea latus aperuit: ꝛ cōtinuo exiuit sanguis ꝛ aqua in redēptionē nostre salutis. Expergiscere nūc anima excutere de puluere ꝛ cōtemplare virū hunc memorabilē: quē in speculo euāgelici sermonis quasi presentē intueris. Attēde anima mea ꝗs est iste q̄ ingredif habens imaginem quasi regis ꝛ nihilominus serui despectissimi cōfusiōe repletus coronatus incedit: ſꝫ ipsa etiam eius corona cruciat⁹ est illi: ꝛ mille pūcturis speciosum caput eius deuulnerat. Regali purpura induitur: sed potius ī ea despicif ꝙ honoref. Sceptrum in manu gestat: sed eo ipso caput eius reuerendū feritur. Adorāt corā ipso positis in terra genibus/ ꝛ regē clamāt/ ꝛ ꝯtinuo sputis amabiles ei⁹ genas subliniūt/ maxillā palmis ꝛ honorabile collū exhonorāt. Uide aīa mea qualiter vir iste per oīa conturbaf ꝛ spernitur: sub crucis onere dorsum incuruare videtur/ ꝛ suā ipse portare ignominiā. Ad locū deductus supplicij myrrha potaf ꝛ felle: in cruce subleuatur ꝛ dicit. Pater ignosce illis qꝛ nesciūt qd faciūt. Qualis est hic q̄ in oib⁹ ꝑssuris suis nec semel aperuit os suū vt aut querele/ aut excusationis/ aut cōminationis aut/ maledictiōis verbū aduersus maledictores ca nes illos ꝓferret: Sꝫ nouissime vbū bñdictionis sup inimicos suos q̄le a sclo nō est auditū effudit. Quid hoc vbo māsueti⁹: qd benignius aīa mea vidisti: Ad hūc aūt attētius intuere ꝙ grādi admiratione: ꝛ tenerrima cōpassiōe dign⁹ appareat. Uide nudū ꝛ verberib⁹ laceratū in medio latronū cruci ignominiose ferreis clauis affixū: aceto in cruce potatū/ ꝛ post mortē lācea ī latere vulneratū: ꝛ copiosos sanguinis riuos/ ꝛ quiꝙ vulneribus manuū/ pedū ꝛ lateris effundētē. Fletus deducite oculi mei/ ꝛ liquesce aīa mea igne cōpassionis sup cōtritione amabilis viri huiusquē in tāta amaritudie tot vides affectū dolorib⁹. Et iā quidē infirme ei⁹ aīa mea vidisti: miserta es: nūc maiestatē ei⁹ attēde ꝛ miraberis Quid eñ ait scriptura: A sexta aūt hora tenebre facte sunt sup vniuersaꝫ terrā vsꝙ ad horā nonā. Et obscurat⁹ est sol: ꝛ velū tēpli scissuꝫ est a summo vsꝙ deorsuꝫ: ꝛ terra mota est: ꝛ petre scisse sunt: ꝛ monumēta aperta sunt/ ꝛ multa corpora sanctorū q̄ dormiebāt surrexerūt. Qualis est hic quia ꝛ celum ꝛ terra compatiunf ei cuius ꝛ mors mortuos viuificat.

¶ Cognosce aīa mea cognosce: hic est dñs deus noster Iesus xp̄s saluator tuus vnigenitus dei filius: verus de⁹/ ver⁹ hō q̄ solus sub sole sine macula inuent⁹ est. Et ecce cū sceleratis quō reputat⁹ est: ꝛ q̄si leprosus nouissim⁹ viroꝝ estimat⁹ est: ꝛ tāꝙ abortiuū qḋ ꝓicif a vulua sic ꝓiect⁹ ē ab vtero mr̄is sue infelicis synagoge. Iste formosus ꝑ filijs hoim̄ ꝙ deformis factus est. Hic vulneratus ꝓpter iniquitates nr̄as attrit⁹ est ꝓpter scelera nr̄a: ꝛ fact⁹ ē holocaustū suauissimi odoris ī ꝯspectu tuo ꝑ fer eterne glorie: vt auerteres indignationē tuā a nobis: vt cōsedere nos sibi faceret in celestibus. Respice dñe scte pater de sanctuario tuo ꝛ de excelso celorū habitaculo: ꝛ intuere hanc sacrosanctā hostiā quā tibi offert magnus pōtifex nr̄ sanct⁹ puer tuus dñs iesus ꝓ pctis fratrū suoꝝ/ ꝛ esto placabilis sup multitudine malicie nostre. Ecce vox sanguinis nr̄i iesu clamat ad te de cruce. Quid eñ dñe qd pēdet in ea: Pēdet qꝛ ꝑterita tanꝙ ꝑntia coram te sunt Cognosce pater tunicā veri filij tui Ioseph Hec fera pessima deuorauit eū: ꝛ cōculcauit in furore suo vestimētum eius: omnē decorē eius reliquijs cruoris inquinauit. Ecce qnꝙ scissuras lamētabiles in ea reliqt. Hoc est dñe vestimētum qḋ in manu egyptie meretricis innocens puer tuus dereliqt: melior ē estimās iacturā pallij ꝙ pudicitie: magisꝙ eligēs spoliātus carnis pallio in carcerē mortis descēdere/ ꝙ ꝓ mūdi gloria adulterine voci acqescere. Illi inꝙ voci qua dictū est. Hec oīa tibi dabo si cadēs adoraueris me. Qḋ vtiꝙ esset cū dormiret cū adultera. Et nūc dñe pater scim⁹: qꝛ ipe fili⁹ tuus viuit: ꝛ dñatur in tota terra egypti: ꝛ in omni loco dñatiōis tue. Eductus eñ ad imperiū tuū de carcere mortis ꝛ infernoꝝ: ꝛ attonsus immortalitatis coronā mutata veste carnis immortalitatis decore refloruit: ꝛ cū gloria suscepisti eum. Subiugauit eñ sibi pharaonis imperiū: ꝛ cū triūpho nobili virtute ꝓpria celos penetrauit. Et ecce gloria ꝛ honore coronatus in dextera maiestatis tue assistit vultui tuo pro nobis. Caro eñ ꝛ frater nr̄ est. Respice dñe in faciē xp̄i tui q̄ tibi vsꝙ ad mortē obediēs fact⁹ est: nec recedāt ab oculis tuis cicatrices eius imppetuum vt memineris quātum ab eo ꝓ pctis nr̄is satisfactionē receperis. Utinam dñe appendas in statera pctā qbus irā meruimus: ꝛ calamitatē quā ꝓ nobis passus est innocēs filius tuus. Certe grauior apparebit ꝛ magis digna vt ꝓpter ipsam effundas sup nos misericordiā tuā ꝙ fuit illa: vt ꝓ pctis nr̄is ꝯtineas in ira misericordias tuas. Gratias tibi pater referat oīs lingua supabundantia bonitatis tue q̄ vnico filio cordis tui nō pepercisti: ſꝫ ꝓ nobis oibus illū tradidisti in mortē: vt eū tanꝙ fidelē aduocatum haberemus corā te in celis. Et tibi dñe iesu fortissime zelotes: quid gratiarū retribuā vt digne retribuam ego homo pulvis ꝛ vile figmentuꝫ: Quid eñ ꝓ mea salute facere debuisti et non fecisti: Ab imo pedis vsꝙ ad summū verticis te totū in aqs passionū demersisti: vt me totū extraheres de illis/ ꝛ intrauerūt vsꝙ ad animā tuā. Nā ꝛ animā tuā in mortē ꝑdidisti: vt meā perditam mihi redderes. Et ecce me duplici debito obligasti. Nā ꝛ pro eo ꝙ dedisti tuā debitor tibi sum ꝛ ꝓ mea quidē aīa bis a te mihi data: semel ī creatione ꝛ semel in redēptione: ꝙ magis iuste tibi reddā quā ipsam nō habeo. Pro tua autē preciosa aīa ita cōtribulata: qd ab homine digne repēdi possit nō inuenio. Nā ꝛ si celū ꝛ terrā/ ꝛ omnē ornatū eoꝝ pro ea possem repēdere certe nec sic vsꝙ ad mēsurā debiti vllatenus attingere possem: vt autē ipsum qḋ ꝛ debeo ꝛ possibile mihi est retribuā tui dñe muneris est. Diligēdus es mi dñe toto corde tota aīa: tota virtute/ ꝛ tua mihi sequēda vestigia: q̄ ꝓ me mori dignatus es. Et quō fiet istud in me nisi ꝑ te: Adhereat aīa mea post te: qꝛ tota virtus eius pēdet ex te. Et nūc dñe redēptor meus te vt veruꝫ deum adoro: in te confido: in te spero: ꝛ quibus possum desiderijs ad te suspiro: adiuua imperfectuꝫ meum. Ad tue passionis gloriosa insignia in quibus salutem meam operatus es totum me inclino. Tue victoriose crucis regale vexillum ī nomine tuo christe adoro. Tuum spineum diadema tuos rubentes sanguine clauos tuo sacro latere immersaꝫ lanceam: tua vulnera: tuum sanguinē: tuā mortē: tuam sepulturam: tuam gloriosam ꝛ victoriosam resurrectionem et glorificationeꝫ xp̄e supplex adoro ꝛ glorifico. Odor enim vite spirat mihi in omnibus his. Horum viuifico odore: spiritum meum domine a peccati morte resuscita. Horum virtute ab astutijs sathane me custodi/ ac me conforta vt iugum mandatorum tuorum suaue mihi fiat: et onus crucis quod post te baiulare me iubes humeris anime mee sit leue: est enim fortitudo mea vt iuxta preceptum tuum mundi pressuras tam multiplices inuicto animo sustineam: Nunquid pedes mei tanꝙ ceruorum: vt velocem cursorē ꝑ spinas ꝛ ꝯfragra passionum ꝯsequi valeā: Sed audi vocē meaꝫ: ꝛ inclina super seruum tuum suauem crucem illā que lignum vite est his q̄ apphendūt eā: vt spero currā alacriter: ꝓbabo infatis

gabiliter eā que ab inimicis est crucem post te. Illam inq̄ diui
nissimā crucem humeris meis impone: cuius latitudo est chari
tas: cuius longitudo est eternitas cuius sublimitas est oīpotē
tia: cuius ꝓfundū est inscrutabilis sapiētia. Cōfige illi manus
meas ⁊ pedes meos ⁊ totū passioni tue cōformā seruū tuū dn̄e
Da obsecro mihi cōtinere ab operibus carnis que odisti: ⁊ fa-
cere iusticiā quā dilexisti/ ⁊ in vtroq̄ tuā querere gloriā: ⁊ sini-
straȝ q̄dē meā clauo tēperātie: dexterā vero clauo iusticie in il
la sublimi cruce fixas arbitror. Da menti mee iugiter meditari
in lege tua: ⁊ omne cogitatū meū iactare in te: ⁊ dextrū pedem
meū eidē ligno vite clauo prudentie affige. Davt sinistrā spūs
mei sensualitatē nō eneruet labentis vite infelix felicitas: non
conturbet presentis vite infelicitas: felix ⁊ sinister quoq̄ meus
fortitudinis clauo in cruce tenebitur. Ut autē aliqua similitu-
do spinarū capitis tui in me appareat: detꝰ obsecro mēti mee ⁊
salutaris penitētie cōpunctio: ⁊ aliene miserie cōpassio: ⁊ alie-
ne miserie cōpassio: ⁊ stimulus zeli emulantis qđ rectū est corā
te ad te cōuertar in erūna mea dū triplex cōfiget spina. Libet
vt spongiā per arūdinē ori meo porrigas: ⁊ aceti amaritudineȝ
gustui meo adhibeas Libet vt ꝑ scripturas tuas rationi mee
cōferas gustare ⁊ videre: qm̄ flores hic mūdus tanq̄ spōgia in
anis est: ⁊ omnis cōcupiscētia eius aceto amarior. Ita pater in
me fiat calix iste babylonis amarus in omnē terrā: nō inani flo
re seducat: nō falsa dulcedine inebriet quemadmodū eos q̄ te-
nebras lucē: lucē tenebras: amarū dulce/ ⁊ dulce amarum arbi
trantꝰ. Uinū myrrhatū cū felle mixtū suspectuȝ mihi est: ꝓ eo q̄
tu ex eo bibere noluisti: q̄ nimiā acerbitatē inuidie ⁊ nequitie
crucifixorꝫ tuorꝫ indicabat. Tue viuifice morti tuū seruum dn̄e
ↄfigura: faciēs q̄dē in me vt moriar scd̄m carnē: viuā autem ſm
spiritū iusticie. Ut aūt itegrā crucifixi imaginē me portare glo
rier/ illud quoq̄ qđ post mortē tuā insatiabilis milicia impiorū
in te exercuit: hāc in me similitudinē expme. Uulneret cor meū
viuꝰ ⁊ efficax sermo tuus penetrabilior omni lācea acutissima:
pertingens vsq̄ ad diuisionē anime mee: ⁊ ꝓducēs ex ea tāq̄
de dextro latere meo vice sanguinis ⁊ aq̄ amorē tuū dn̄e ⁊ fra-
trū tuorꝫ. Postremo ⁊ mūda syndone prime stole spiritū meū in
uolue: in qua requiescā egrediens ⁊ ingrediens in locū taberna
culi admirabilis: ⁊ abscōdas me donec ptrāseat furor tuꝰ. Die
autem tertio post diē laboris: post diē supplicij: mane prima sab
bati ꝑpetue inter filios tuos me indignuȝ resuscita: vt in carne
mea videā claritatem tuā/ ⁊ adimplear leticia vultus tui. O sal
uator meꝰ ⁊ deꝰ meꝰ veniat: veniat oro tēpus: vt qđ nūc credo
oculis tandē reuelatis aspiciā qđ spero nūc ⁊ a longe salutē ap
prehendā. Quod ꝓ viribꝰ meis desiderio vnis aīe mee ample-
ctar ⁊ deosculer: ⁊ in amꝑio tui abyssum totus absorbear: o sal
uator meꝰ ⁊ deus meus. Sed bn̄dic anima mea deū saluatoreȝ
meū/ ⁊ magnifica nomē eius. Sanctū est em̄/ ⁊ sanctissimis de-
licijs plenū. O q̄ bonus q̄ suauis es dn̄e iesu anime q̄renti te.
Iesu redemptor pditorꝫ: saluator redēptorꝫ: spes exulū: fortitu
do laborantiū: anxiati spūs latitudo: anime lachrymose/ ⁊ post
te currētis in sudore dulce solatiū ⁊ suaue refrigeriū: corona tri
umphantiū: vnica merces ⁊ leticia oīm supernorū ciuiū. Uber-
rimus fons omniū gratiarū inclyta ꝓles summi dei: ⁊ deꝰ sum
mus: bn̄dicāt te omnia q̄ in celo sunt sursum ⁊ q̄ in terra deorsuȝ
Magnus tu ⁊ magnū nomē tuū. O imarcessibilis decor dei ex
celsi: ⁊ purissima claritas lucis eterne: vita omnē vitā viuificās
lumē illuminans: lux omne lumē illumināns ⁊ cōseruās in eter-
no splēdore. Mille millena lumina fulgurātia an̄ thronū diuini
tatis tue a primo diluculo. O eternū substātiale ⁊ inaccessibile
clarū ⁊ dulce ꝓfluuiū fontis abscōditi ab oculis oīm mortaliū
cuius vnda sine ortu: cuius ꝓfundū sine ꝓfundo: cuius altū sine
termino: cuius amplitudo incircūscrutabilis/ cuius puritas im
perturbabilis. Eructauit te cor dei altissimi de suo impenetra-
bili abysso: vita vitā: lux lucē: eternus eternū/ immēsus immen
sum: ⁊ ꝑ oīa sibi coequalē/ ⁊ de plenitudine tua nos oēs accepi
mus. Tu em̄ largissime fons oīs boni septēplicis grē p̄ciosum
flumē de thesauris tuis emissis cuiꝰ suaui dulcore: huiꝰ nostri
maris. i. nostre infirmitatis salsugineȝ mitigare digneris. Flu-
men olei leticie: flumē vini meracissimi: torrens ignei vigoris.
Spūs paraclytus a te ⁊ a p̄re par vtriq̄ in orbē terre ꝓfunditꝰ
oīa replēs; oīa ↄtinēs spūs a te/ spūs a p̄re; vnꝰ ex āboḃ: vniēs
ambos: vtpote amborū indiuidua cōnexio: vnificū glutē: com-
plexus indissolubilis; ⁊ pax oēm sensum exuperās. Hic est tor
rens voluptatis tue dn̄e; q̄ delicatam illam ⁊ gloriosam ciuita-
tem. Hierusalē: q̄ sursuȝ est iugiter potas: ⁊ letabūda ebrietate
facis estuare: vt tibi iubilēt hymnū incessabilē lucida illa ⁊ flā-
mea organa in voce exultationis ⁊ sono expulsātis: cuiusq̄ desi
derabilibus guttis refocillari sitibunde fauces exulis populi
tui iugiter a te expectant dn̄e. Sinito pater vt catelli bibāt de
stillis que cadunt de mensa dn̄orū suorū. Rorate celi desup et
nubes pluant iustū: illū dn̄e quē estuare fecisti inclytas primi-
tias populi tui isigne solēnitatis nostre: illo q̄sumus igneo sti
licidio purga: innoua: illumina: inflāma: exhilara: ⁊ confirma: ⁊
vni credētiū tibi: vt vnū sint: vnū sapiāt vnū vnanimiter requi
rant ⁊ appꝛehēdāt ⁊ videāt ⁊ benedicāt te deū deorū in syō. Sit
indiuidue trinitati gloria gratiarū actio: honor ⁊ imperium in
secula seculorum. Amen

¶ Explicit sermo deuotissimꝰ sancti Bernardi abbatis de passione domini.

¶ Descriptio positionis seu situationis monasterij Clareuallis.

SI situm clareuallis nosse desideras: hec tibi scri-
pta sint ꝓ speculo. Duo mōtes nō longe ab abba-
tia hn̄t initiū: q̄ primo anguste vallis intersectio
ne distincti: quo magis ad abbatiā appropiāt ma
iori hiatu fauces dilatāt: quorꝫ alter alterū abba
tie latus dimidiū/ alter totū occupat. Alter fecū
dus vinearum. Alter frugū fertilis: iocūduȝ visui/ ⁊ visui cōmo
duȝ ministeriū p̄bet. Dū ꝑ deuexa latera/ in altero crescit qđ co
medatur qđ bibatꝰ in altero. In summis mōtiū freq̄ns mona-
chis labor est: amenꝰ quidē: ⁊ q̄ete iocūdior: ramale vetꝰ colli-
gere ⁊ colligare fasciculos ad cōburēdū. Sq̄lētes extirpare du
mos/ ⁊ solis aptos ignibꝰ/ ignibꝰ aptare/ erudcrare sentes/ euel
lere destruere/ dispdere (vt ſm salomonē dicā) spuria vitulamina
que crescētiū arborū vel ligāt ramos vel radices suffodiūt. Ne
impediatur rigida quercꝰ sublimi salutare sydera vertisse/ tilia
mollis brachia explicare/ fictilis ⁊ flexilis fraxinꝰ libere se in al
tum extendere: patula ve fagꝰ in latū expēdere. Porro abbatie
pars posterior: in latā desinit planiciē/ cuius partē nō modicaȝ
murꝰ occupat q̄ abbatiā diffuso cingit ambitu. Intra huiꝰ septa
multe ⁊ varie arbores varijs fecūde fructibꝰ instar nemoris po
meriū faciūt: qđ infirmorꝫ celle ↄtiguū: infirmitates fratrū nō
mediocriter leuat solatio: dū spaciosum spaciātibus p̄bet deābu-
latoriū estuātibus quoq̄ suaue reclinatoriū. Sedet egrotus ce
spite in viridi: ⁊ cū inclemētia canicularis immitti sydere ter-
ras excoquit: ⁊ siccat flumina: ipse in securitatē ⁊ abscōsionē: ⁊
vmbraculū diei ab estu: frōde sub arborea feruētia tēpat astra ⁊
ad doloris sui solaciū/ naribꝰ suis graminee redolent species.
Pascit oculos herbarꝫ ⁊ arborꝫ amena viriditas: ⁊ pēdētes āte
se atq̄ crescētes immēse eiꝰ delitie/ vt nō immerito dicat. Sub
vmbra arboris illiꝰ quā desiderauerā sedi: ⁊ fructꝰ eius dulcis
gutturi meo. Aures suaui modulamine demulcet pictarū con-
centus auiū: ⁊ ad vnius morbi remediū: diuina pietas multa ꝓ
curat solatia/ dū aer nubilus ridet serenitate: terra fecūditate
spirat: ⁊ ip̄e oculis/ auribꝰ/ naribꝰ/ colorꝫ canorꝫ/ odorꝫ delicias
haurit. Ubi pomeriū desinit: incipit hortꝰ: intercisis distinctus
areolis: vel potiꝰ diuisus riuulis itercurrētibꝰ. Nā lꝫ aqua dor
mitās appareat/ pigro tn̄ decurrit elapsu. Pulchrū ⁊ hic infir-
mis fratribus p̄betꝰ spectaculū dū sup viridē puri gurgitis mar
ginē sedēt/ vitrea videre sub vnda: pisciculos ludere: ⁊ natatu
obuio: militarē rep̄sentare cōgressum. Aqua hec piscibꝰ alēdis
⁊ rigādis oleribus duplici ministerio seruit/ cui Alba famosi
nominis fluuiꝰ indefesso meatu fomēta ministrat. Hic ꝑ multas
abbatie officinas trāsitū faciens: vbiq̄ ꝓ fideli obseq̄o post se
bn̄dictionē relinq̄t: q̄ ad hoc cū multo q̄dē labore cōscēdit: nō
integer: nec tn̄ ociose ptrāsit. Ipse q̄dē mediā vallē flexuosum
intersecans ꝑ alueū quē nō natura: sed fratrū industria fecit/
dimidiū sui mittit in abbatiā: quasi ad salutandū fratres: ⁊ se
q̄ totus nō venerit excusandū: q̄ppe q̄ totius capax canale nō
inuenit. Et si forte amnis ip̄e inundās impetuoso excursu ꝓruit
obiectu muri retroactus: subtus quo eū necesse est fluere: in se
ipsum recurrit: ⁊ refluū denuo: defluus amplexatꝰ. Intromissus
vero quātū murus (portari vice) ꝑmisit: primū in molendinū im
petum facit: vbi multū sollicitus est ⁊ turbatꝰ erga plurima/ tuȝ
molarū mole far cōminuēdo: tuȝ farinā cribro subtili segregā
do a furfure. Hic iā in vicina domo caldariā implet: ⁊ se igni co
quādū committit vt fratribus potū paret si forte sterilis vide-
mia cultoris industrie nō bn̄ respōderit: ⁊ defectꝰ sanguinis vue
de filia fuerit festuce supplendus. Sed nec sic se absoluit: cum
enim ad se fullones inuitant qui sunt molendino confines ra-
tionis iure exigētes: vt sicut i molēdino sollicitꝰ est quo fratres
vescātur: ita apud eos paret quo ⁊ vestiātur. Ille aūt nō cōtra-
dicit: nec q̄cq̄ eorꝫ negat q̄ petitꝰ sed graues illos siue pistillos/
siue malleos dicere mauis vel certe pedes ligneos (nā hoc nomē
saltuoso fullonū negocio magis videtꝰ ↄgruere) alternatim ele-
uās atq̄ deponēs graui labore fullōnes absoluit: ⁊ si ioculare
quippiā lꝫ interserere serm̄o: peccati eorꝫ penas absoluit. Deus
bone quanta pauperibus tuis procuras solatia ne abundātio-
re tristicia absorbeantꝰ: quāta penitentibus pene alleuiamēta
dispēsas: ne laboris violētia nonnūq̄ fortassis opprimantꝰ. Nā
quot equorꝫ dorsa frāgeret: quot hoim fatigaret brachia labor

a quo hos

Descriptio situationis monasterij clareuallis.

in quo nos sine labore annis ille gratiosus absoluit: etiam cum sine ipso nec indumentum nobis pararet nec alimentu. Preseuero nobiscu principatur: nec aliud de labore suo quo laborat sub sole) mercedis expectat: q vt cu omnia diligenter perfecerit: liber pmittatur abire. Tot ergo volubiles rotas rotatu rapido circumducens: sic spumeus exit: vt ipse quasi molitus: mollior fieri videatur. Excipitur hinc a domo coriaria: vbi conficiendis his q ad fratru calciamenta sunt necessaria: operam exhibet sedulitatem. Deinde minutatim se et per membra multa distribuens: singulas officinas officioso discursu perscrutatur: vbique diligenter inquirens qd quo ipsius ministerio opus habeat: coquendis: cribrandis: vertendis: terendis: rigandis: lauandis: molendis: molliendis: suu sine contradictione prestans obsequium. Postremo ne quid ei desit ad vllam gratiam: et ne ipsius quaquauersum imperfecta sint opera: asportans immundicias: omnia post se munda relinquit. Et iam pacto strenue propter qd venerat: rapida celeritate festinat ad fluuium: vt vice clareuallis agens ei gratias pro vniuersis beneficiis suis salutationi eius: resalutatione condigna respondeat: statimque refundens ei aquas quas nobis transfuderat: sic de duobus efficit vnu: vt nullu appareat vnionis vestigiu: et quem discessu suo tenuem et pigru fecerat: mixtus ei mordacem percipitat. Sed nc cu loco suo restitutum redeamus ad riuulos quos post nos reliquimus: q deriuati a fluuio: passiuis per prata vagantur excursibus vt inebrient terram et infundant eam: et germinare eam faciant ne cum vna tempestate terra pregnans in partu soluitur renascentia gramina humoris inopia marcescant: nec opus habeant medicatis nubibus guttatis irrigari: sufficienter cognati fluminis fota beneficio. Ibi riuuli vel potius sulci post partu officiu fluuio q eos euomuerat absorbentur: et iam totus sibi alba collectus: pnuo decursu per deuexa festinat. Sed qr iam cu longius conduximus: et ipse secundum Salomonem ad locu suu reuertitur: reuertamur et nos vnde digressi sumus: et diffusam prati planiciem: succincto sermone transiliamus. Multu habet locus ille amenitatis: multu qd mentes fessas alleuet: luctusque soluat anxios: multu quod querentes dominum ad deuotionem accendat: et superne dulcedinis ad qua suspiramus admoneat: du ridens terre facies multiplici colore variata: pictura oculos pascit: et suaue olentem naribus spirat odorem. Sed et du video florem: du sentio floris odorem: hystorias veteru memorant mihi prata dierum. Na cu odoris delicias haurio: occurrit animo fragrantia vestimentoru patriarche Iacob: suaueolentie agri pleni fuisse assimilatas. Dumque oculos colore reficio: hanc recordor speciem purpure Salomonis fuisse prelatam: q in omni gloria sua liliorum agri decorem comparare no potuit: cu tamen nec ars ipsius sapientie nec potentie deesset materia: et sic du foris fruor ministerio no paru latenti delector mysterio. Hoc ergo pratu intercurrentis fluuii fouetur irriguo: et ad humorem eius mittit radices suas: ideo no timebit cu venerit estus. In longu autem tanto tractu distenditur: vt cu totum vellus gramineum sol in fenum torruerit: bis denis diebus conuentu lassare sufficiat. Nec tamen solis monachis labor ille relinquitur: sed cu monachis tam conuersorum donatorum: quam conducticiorum innumerosa multitudo: desectas colligit herbas et tonsam raro pectine vertit humum. Hoc pratu inter se due grangie diuiserunt: quibus alba ad discernendam litem equus arbiter et mensor accedit: q sui cuique per eum in funiculo distributionis assignans: sepibus limitem facit quem altera ad inuadendam alterius partem transire non audeat. Grangias has non conuersorum esse habitacula: sed claustra monachorum crederes: nisi vel iuga boum: vel aratra: vel instrumenta alia rusticanis apta laboribus: habitatores suos proderent: et nisi qr in eis libri no explicantur. Nam quantu ad edificia spectat: ea magno monachorum conuentui diceres et situ conuenire: et decore venustate: et capacitate sufficere. In parte prati que est muro contigua: de campo solido factus est lacus liquidus: vbi prius estiuans operarius: fenu falce secabat acuta: ibi frater agrius sedens mobili per lubricam liquentis campi planiciem equo vectus ligneo: lenem remum pro calcaribus habet quo cursum vrgeat: et pro freno quo flectat. Explicatur rhete sub vndis quo implicet pisciculus: et parantur ei esce quibus libenter vescitur sed latet hamus in illis quo capitur incautus quo exemplo docemur spernere voluptates: qr nocet empta dolore voluptas: cuius tristes esse exitus nemo nesciret pmittit nisi qui vel no peccauit: vel no bene de peccato penituit. Longe autem faciat deus a nobis delectationem: lectus cuius introitu mors posita est: q secundum sapientie descriptionem: apum par volantum vbi grata mella fudit fugit et nimis tenaci ferit icta corda morsu. Laci ambitus per altu riparum marginem consertis viminis ligatur radicibus: ne vnda alluuianti cedat terra fatiscens. Preterfluenti riuo lacus hic pascitur q vix seriem fenis pedibus scilicet per meatus exiles infundit ei aquas quibus alatur: et ipsas quoque eadem exilitate refundit. Unde et sic in eodem statu permanet: vt nec maior sit influentibus: nec effluentibus minor: qr eadem mensura et recipit et erigit eas. Sed du per plana cursu feror volatili: du anhelus in arduis illa ducor vel purpuream prati superficiem manu ipsius sapie pictam vel comata arboribus montiu iuga describo arguit me ingratitudinis fons ille dulcissimus sepenumero mihi bibitus: et bene quidem meritus de me sed a me male remuneratus. Obijcit mihi cu exprobratione q sepe extinguendae siti mee seruierit q se meis no solu manibus sed et pedibus lauandis humiliauerit: q multa mihi impenderit humanitatis ac benignitatis officia: bono merito: mercede mala me remunerasse: se in locorum cathalogo locu vltimu: et pene nec vltimu fuisse sortitum: cui tamen pro sui reuerentia primus deberetur. Et hoc diffiteri nequo sero me sibi debitum minus reddidisse ... eu ipm alicuius memini. Verum ipse per decursus et discursus suos subterraneos tacite labens: ita vt nec leni murmure transitus eius vaJeat deprehendi: instar aquaru siloe q cu silentio vadunt quasi prodi metueret: vbique caput suum cooperit et suos declinat aspectus. Quidni credere velle taceri: que video no nisi sub tecto velle videri? Hic ergo fons (qd boni fontis esse fertur indiciu) ex opposito solis orientis oritur: ita vt estiuo solsticio roseam rutilantis aurore faciem ex aduerso salutet. Tugurio vel (vt maiori reuerentia dicam) tabernaculo paruo et pulchro cooperitur et clauditur: ne vndecunque sordes admittat. Ubi eu modo euomuit: vallis deglutit: et in loco quo oritur: eodem quasi moritur: quin et sepelitur. Sed ne expectes signum Ione prophete: vt tribus diebus et tribus noctibus delitescat absconditus statim ad mille passus intra claustru monasterij: quasi de corde terre resuscitatus progreditur: et quodammodo rediuiuus apparet visui tamen et visui fratrum se offerens: ne cu aliis quos cunctis sors illius amodo sit futura.

¶ Richardus monachus de Grandisilua diocesis Tholosan. ordinis cistercien. Carmen de laude clareuallis et de religiosa ibidem disciplina.

Studia q mundi vis spernere vana rotundi
Et contemplari christi suber / et meditari
Tunc locus aptior: ad bona promptior
est adeundus
Quem ditat bonitas: pietas: bona fidis: fundus
Ad quem si properas: cinctus virtutis amore.
Sedes ethereas scandes viuens in honore.
Hic locus est magnus / vbi pascis celicus agnus
Cuius et hic nomen pariter panditur et omen.
¶ Qui requiem celi queris cum mente fideli
Ad claram vallem properando dirige callem
Est via recta poli similis super omnia soli
Arens et lucens ad regni premia ducens.
Urit peccata / dat lucis munera grata
Et mites vngit prauorum crimina pungit.
Blandiri nescit: nec disciplina tepescit:
Percutit ignauos: arcens a crimine prauos.
Instruit ignaros: mittens ad gaudia gnaros
Et peccatores iumentis sordidiores
Abluit et mundat: vt perdita dona refundat.
Sic depuratos ac totos mundificatos
Ad celum multos mittit pueros et adultos /
Qui domino grati viuunt sine fine beati.
Grex clareuallis / qui cuncta decentia psallis
Angelico more laudes fers semper in ore.
Qui discipline peccatorum medicine.
Iugiter intendis: et sic ad gaudia tendis
Qui vigilas multum: qui nil dimittis inultum.
Qui corpus punis / qui te celestibus vnis.
Dum tali cura / vita vis viuere pura
Efficieris ciuis celi / sic viuere si vis.
Dum claustro resides / tua xpo tempora si des
Regna tibi lata tribuentur in arce beata.
Angelicisque choris sociaberis omnibus horis
Cum quibus in superis / dabitur tibi quod modo queris.
¶ O felix vallis: que nullum de grege fallis
Sed cunctos ducis ad vere premia lucis.
O vallis plena morum probitate serena
Vallis deuota vallis / congrua tota
Ordine nobilis atque probabilis ac populosa.
Spiritualibus aptaque fratribus ac speciosa
Vallis dilecta: viuendi regula recta.
Per celerem cursum / tua dirigis agmina sursum
Vallis claustralis / et mansio spiritualis.
In qua claustrales / homines quoque spirituales.
Degunt absque malis: dulcique reguntur ab alis
A quibus immanis temptator vadit inanis
¶ O vallis clara / diuini numinis ara
Valde deo cara: vallis talis quia rara
Non est in mundo / sic credo corde profundo
Huic valli similis: ad bona sic habilis.
¶ O vallis leta / vallis bonitate repleta
Vallis iocunda: vallis bona: lucida: munda.
Vallis habens ora diuina voce sonora.
Vallis regalis: christi domus est specialis

In qua cum patre Iesus est ⁊ virgine matre.
¶ O vallis sancta redolens dulcedine tanta
Uallis non ficta/vallis semper benedicta
Felix qui tecum degens scit viuere secum
In se collectus/crucifixi sub cruce tectus
Paupertas christi/tunc est iocundior isti:
Et culmen regum/ vel q̃ sapientia legum
Hac in valle sacra:raro marcida pallida:macra
Impinguat mentem celestia regna petentem
Celesti vita fruitur caro verbere trita:
Et patiens anima paradisi carpit opima
Sic homo deuotus saluatur denique totus
Uallis sacrata/geniture germine sata
Semen sparsisti sanctum/sanctos genuisti
Et generans crescis:nec adhuc generare quiescis
Incorrupta paris quos sacris dedicat aris
Presul sublimis/qui celica patrat in imis
Currit ad hanc vallem sapiens:vbi viuere mallem
Pauper pannosus:q̃ diues deliciosus.
Uallibus ⁊ vallis hec est circundata vallis
Nullius incursum timet hec vallis qr sursum
Cor gerit in celis/hostis non peruia telis.
Uallis secura:christi sub perpete cura
Te consecrauit:te religione beauit
Sanctus bernardus:bona sectans ad mala tardus.
¶ Clara valle vallis:plus claris clara metallis.
Tu nisi me fallis/es rectus ad ethera callis.
¶ Si recto calle penetrare voles paradisum
In clara valle tibi consulo dirige visum.
En tibi bernardus vite monimenta beate
Edocet:vt nardus mira redolens probitate.
En sibi veraces fama librante sequaces
Eiusdem/casses furientis ⁊ arma fugaces
Cosmica spernentes/que christi corde gerentes
Sunt:inter gentes/vt flos per prata virentes
Eloquar an sileam: flos vt nõ prestat odori
Omnia ne taceam:bonitas nec cedit honori
Uirtutum dotes scrutandoque culmina viri
Quos imitando potes celum post fata mereri.

¶ Deo gratias.

¶ Epistola Bernardi siluestris viri equidem eruditissimi:de cura ⁊ regimine rei familiaris:ideo in hoc apposita volumine q nonnulli eam a sancto Bernardo putant fuisse compositam.

Gratiosor felici militi. R. Raymundo castri Ambrosii. Bernardus in senium deductus salutem. Doceri petis a nobis de cura ⁊ modo rei familiaris vtilius gubernande:⁊ qualiter patresfamilias debeãt se hr̃e. Ad qd̃ tibi sic rñdemus:q lz oim rerũ mũdanarũ status ⁊ exitus negociorũ sub fortuna laborẽt/nõ tñ hoc timore, viuendi est regula obmittẽda. Audi ergo ⁊ attẽde q si in domo tua sumptus ⁊ redditus sunt equales:casus inopinatus poterit destruere statũ eius. Status hois negligẽtis:domus est ruinosa. Quid est negligẽtia gubernantis domũ? Ignis validus in domo accensus. Discute diligẽter eorũ diligentiã ⁊ ppositũ qui tua administrãt. Labenti eñ nondũ lapso facultatibus/minus verecũdie est abstinere:q̃ cadere. Sepius reuidere q̃ tua sũt ⁊ quõ sint:magna prudentia est. Cogita de cibo ⁊ potu ⁊ animaliũ tuorũ:nã esuriũt ⁊ nõ petũt. Nuptie sumptuose/dãnum sine honore conferũt. Sumptus pro militia honorabilis est. Sumptus pro iuuando prodigos:perditus est. Sũptus pro iuuãdo amicos rationabilis est. Familiam grosso cibo:nõ delicato nutrias. Qui gulosus effectus est: vix aliter q̃ morte mores mutabit. Gulositas/vilis et negligẽtis hominis putredo est. Frugalitas/solliciti ⁊ diligẽtis hominis solatiũ est. Diebus paschalibus abũdanter:nõ tñ delicate pasce familiã. Fac gulã litigare cũ bursa ⁊ caue cuius aduocatus existas. Si aũt inter gulã ⁊ bursam iudex existas:sepius sed nõ semp p bursa sententiã feras. Nã gula affectionibus pbat:⁊ sic testibus nõ iuratis. Bursa euidẽter probat:iã archa ⁊ cellario euacuatis vel breui tẽpore vacuãdis Tũc male iudicas cõtra gulã:quando auaricia ligat bursam. Nunq̃ recte inter gulam ⁊ bursam auaricia iudicabit. Quid est auarus? sui homicida. Quid est auaricia? paupertatis timor/semper in pauperte viuẽs. Recte viuit auarus:in se nõ perdẽs diuitias sed alns reseruãdo. Melius est eñ alns reseruare q̃ in se pdere. Si blado abũdas/nõ diligas charistiã:qr diligẽs charistiam:cupit esse pauperũ homicida. Uẽde bladũ cũ satis valet nõ quado p pauperẽ emi nõ potest. Uicinie minori pcio venda/etiã inimicis. Nõ semp gladio:sed sepe seruitio/vincit inimicus. Superbia cõtra vitiũ:balneũ est expectãs tonitruũ cũ sagitta. Habes inimicũ? q̃ras tuũ oculũ p tui custodia. Si habes inimicũ/cõuersationẽ nõ habeas cũ ignotis. Semp cogita:q inimicus sagax cogitat inimici vias. Debilitas inimici nõ est loco pacis:sed treuga ad tẽpus. Si te securas nõ cogitare inimicũ tuũ/quem tu cogitas:periculo te exponis. De feminis tuis suspectis qd agãt:ignorãtiã:nõ sententiã q̃ras. Postq̃ sciueris crimẽ vxoris tue:a nullo medico curaberis. Dolorem de mala vxore tunc mitigabis:qñ audies de vxoribus alienis. Cor nobile ⁊ altũ:nõ inquirit de operibus mulierũ. Malã vxorẽ potius risu/q̃ baculo castigabis. Femina senex ⁊ meretrix/oẽs diuitias adnullabit. Femina senex ⁊ meretrix si lex permitteret/viua sepelienda esset.

¶ De vestibus.

¶ Nota q vestis sumptuosa pbatio est pauci sensus. Uestio nimis apparens:cito vicinis tediũ parit. Stude bonitate placere/nõ veste. Mulieris petitio habentis vestes ⁊ vestes querentis:non indicat firmitatez.

¶ De amicis

¶ Tene q maior est amicus q̃ sua tribuit: q̃ q̃ seipm offert:de verbis est magna copia amicorũ. Amicũ nõ reputes:q̃ te p̃sentem laudat. Si cõsulis amico:nõ q̃ras placere ei sz rõni. Dicas in cõsulẽdo:sic mihi videtur/nõ precise sic agendũ est:qm facilius de malo exitu cõsilii redargutio sequitur/q̃ de bono laus. Audiui q ioculatores te visitãt. Attẽde q̃ sequuntur. Hõ impẽdens ioculatori/cito vxorẽ habebit/cuius nomẽ erit paupertas/Sed qs erit huius vxoris filius? Derisio. Placet tibi verbũ ioculatoris/finge te nõ audire:sed aliud cogitare. Ridens ⁊ gaudẽs de verbis ioculatoris/iã pignus sibi dedit. Ioculatores impperantes digni sunt suspẽdio. Quid est ioculator? mala impperans:animal homicidium secum portans. Ioculatoris instrumenta deo non placent.

¶ Audi de famulis.

¶ Famulum altis ⁊ elati cordis repelle/vt futurũ inimicũ. Famulũ tuis moribus blandiẽtẽ repelle. Famulo ⁊ vicino te presentẽ laudantibus resistas:aliter cogitãt te decepisse. Famulũ se de facili verecũdantẽ:dilige vt filiũ.

¶ Si vis edificare domũ:inducat te necessitas/nõ volũtas. Cupiditas edificandi:edificando nõ tollitur. Nimia ⁊ inordinata edificandi cupiditas/parit cito ⁊ expectat edificiorũ venationem. Turris completa/⁊ archa vacuata faciunt valde sed tarde/hominem prudentem.

¶ Uis aliqñ vẽdere? Caue cũ vẽdere volueris:ne partẽ hereditatis vẽdas. Nõ vẽdas potẽtiori:sz potius minori pcio des minori:totũ autẽ vende plus offerẽti. Melius est grauẽ pati famẽ q̃ p̃rimonii venditionẽ. Sed melius est partẽ vẽdere:q̃ se vsuris subiicere. Quid est vsura? venenũ p̃rimonii. Quid est vsura legalis? latro predicens qd̃ intendit. Nihil emas in consortẽ potentioris. Paruum cõsortem patienter sustineas:ne tibi fortiorem societ.

¶ Quesiuisti de vsu vini. Qui in diuersitate ⁊ abũdantia vini sobrius est/ille ẽ terrenus deus. Ebrius nihil recte facit:nisi cũ in lutũ cadit. Sentis vinũ:fuge consortiũ. Sentis vinũ:q̃re somnũ anq̃ colloquiũ. Qui se ebriũ verbis excusat:ebrietatẽ suã apte accusat. Male sedet in iuuene vina cognoscere.

¶ Fuge medicũ sciẽtia plenũ:⁊ exercitio nõ pbatũ. Fuge medicũ ebriũ. Caue tibi a medico volẽte i te experiri q̃liter alios de simili morbo curabit.

¶ Catulos valde paruos:dimitte clericis ⁊ reginis. Canes custodes vtiles sunt. Canes ad venãdũ plus cõstãt q̃ cõferãt.

¶ Habes filios dispẽsatores tuorũ bonorũ nõ instituas sed disces. Si aduenerit fortuna qd pdest viuẽdi doctrina? Audi qd de hoc viderĩ (stultorũ obmittẽs cõtingẽtia) ⁊ tãdẽ se excusantes sub fortuna. Euenit aliqñ fortuna. Sz seruãs doctrinã:raro accusabis fortunã: Raro eñ diligentiã cũ infortunio sociabis:sz rarius a pigritia ifortuniũ separabis. Expectat piger sibi subuenire a deo:q̃ in mũdo isto vigilare pcepit. Tu ergo vigila:⁊ leuitatẽ expẽdẽdi cũ grauitate lucrãdi compensa.

¶ Appropinquat senectus/cõsulo q deo potius q̃ filio tuo te cõmittas. Disponis legata:cõsulo q p̃mo seruitoribus q̃ sacerdotibus solui mãdes. Diligẽtibus psonã tuã nõ cõmittas aĩaz tuam. Cõmitte aĩam tuã diligẽtibus suã. Dispone de rebus añ morbũ. Sepe qs efficitur ifirmitatis seruus:⁊ seruus testari non põt:liber ergo testeris anq̃ seruus efficiaris. Sufficiat tibi qd̃ de te dictum est.

¶ De filiis audi. Mortuo patre filii q̃rũt diuisionẽ. Si nobiles sunt melior est sepe eorũ p mũdũ dispsio q̃ hereditatis diuisio. Nã sepe est grauis eorum dissolutio hmõi hereditatis diuisio. Si laboratores sunt:faciunt qd̃ volunt. Si mercatores sunt/tutior est eorũ diuisio q̃ cõmunio ne vnius infortuniũ alns imputet.

¶ Mater vero forte remaritari q̃rit stulte agit:sed vt sua peccata deploret:vtinã ipsa senex accipiat iuuenẽ. Nã nõ ipsam sed sua quesiuit:quibus habitis/bibet cũ eo doloris calicẽ quẽ optauit:ad quẽ pducant merita sua damnabilis senectutis.

¶ Finis.

¶ Opus Sermonũ deuotissimi doctoris bea
ti Bernardi Abbatis.

A ¶ De Aduentu domini et sex circunstantijs eius. Ser
mo primus.

B Odie fratres
celebramus aduentus initium:
cui⁹ vtiq̄ȝ sicut ⁊ ceterarum so-
lẽnitatum nomen quidẽ celebre
satis ⁊ notũ mũdo: sed ratio no
minis forte non ita. Infelices
eniȝ filij Adã/ obmissis veris et
salutaribus studijs: caduca po-
C tius ⁊ transitoria querunt. Qui
bus assimilabimus homines ge
nerationis huius: aut quib⁹ cõ
parabimus illos quos videmus a terrenis ⁊ corporalibus cõ
solationibus auelli separiq̄ȝ non posse? Profecto similes sunt
his qui submersi periclitantur in aquis: nimirum videas eos
tenentes tenere: nec vlla ratione deserere qđ primum occurre
rit manibus/ q̄cq̄d sit illud: lȝ tale sit aliq̄d qđ oĩno ꝓdesse nõ
possit: vt sunt radices herbaꝝ/ ceteraq̄ȝ similia. Nam ⁊ si q̄ ad
eos forte veniant vt subueniant: nonnunq̄ȝ solent apprehen-
sos inuoluere secum: adeo vt iam nec sibi nec illis auxiliũ fer
re preualeant. Sic pereunt in hoc mari magno ⁊ spacioso/ sic
pereunt miseri/ dum peritura sectantes obmittunt solida qui
bus apprehensis emergere ⁊ saluare possent aĩas suas. Neq̄ȝ
Joh. viij. enim de vanitate/ sed de veritate dicitur. Cognoscetis eam ⁊
Mat. xi. liberabit vos. Vos igitur fratres quibus tanq̄ȝ paruulis reue
D lat deus que abscondita sunt a sapientibus ⁊ prudentib⁹/ cir
ca ea q̄ vere salutaria sunt/ sedula cogitatione versamini: ⁊ dili-
genter pensate rationem aduentus huius: querentes nimiruȝ
quis sit qui veniat/ vnde/ quo/ ad quid/ quando/ ⁊ qua. Lauda
bilis sine dubio curiositas ista est ⁊ salubris: neq̄ȝ enim tã de
uote ecclesia vniuersa presentem celebraret aduentum: nisi la
teret in eo magnum aliquod sacramentum. Primo igitur loco
cum apostolo stupente ⁊ admirante/ intuemini ⁊ vos q̄ntus sit
iste qui ingreditur: ipse enim est ẽm Gabrielis testimoniũ al-
Luc. i. tissimi filius/ ac perinde coaltissimus ipse. Neq̄ȝ enim fas est
dei filium degenerẽ suspicari: sed equalis fateri necesse est al-
titudinis: ⁊ eiusdem penitus dignitatis. Nam ⁊ filios princi-
pum/ principes: ⁊ filios regum/ reges esse quis nesciat? ¶ Ve
E rũtamẽ quid sibi vult q̄ e tribus personis quas in summa tri
nitate credimus/ confitemur/ ⁊ adoramus/ non pater/ non spi-
ritussanctus aduenit/ sed filius? Minime quidem ego id fetm̃
arbitror sine causa. Sed quis cognouit sensum dñi: aut q̄s cõ
Rom. xi. siliarius eius fuit? Neq̄ȝ enim sine altissimo trinitatis cõsilio
factum est vt filius adueniret. Et si consideramus exilij nostri
causam: fortassis aduertere possumus (vel ex parte) q̄ȝ ꝯgruũ
fuerit a filio nos maxime liberari. Lucifer enim ille qui mane
oriebatur: pro eo quod altissimi similitudinem vsurpare ten-
tauit: ⁊ rapinam arbitratus est esse se equaleȝ deo: quod vtiq̄ȝ
filij est: precipitatus ilico corruit: qm̃ zelauit ꝓ filio pater: et
Luc. x. opere dixisse videtur. Mihi vindictam/ ego retribuam: conti
nuo videbis sathanam tanq̄ȝ fulgur cadentem de celo. Quid
tu igitur superbis terra ⁊ cinis? Si superbientibus angelis de⁹
non pepercit: q̄ntomagis tibi putredo ⁊ vermis? Nihil ille fe-
cit: nihil operatus est: tm̃ cogitauit superbiam: ⁊ in momento
in ictu oculi: irreparabiliter precipitatus est: q̄ iuxta euange
Joh. viij. listam. In veritate non stetit. ¶ Fugite superbiaȝ fratres mei
F queso multum fugite. Initium omnis peccati superbia: q̄ tam
Eccle. x. velociter ipsum (quoq̄ȝ sideribus cunctis clarius micantem)
eterna caligine obtenebrauit luciferum: que nõ modo angelũ
sed angeloꝝ primum/ in diabolum commutauit. Unde ⁊ proti
nus inuidens homini: quam conceperat in semetipso: in eo pe
perit iniquitatem: suadens vt lignum vetitum gustans: fieret
sicut deus/ sciens bonum ⁊ malum. Quid enim polliceris: qđ
promittis miser: cum filius altissimi scientie clauem habeat:
Apoc. iij. immo ⁊ ipse sit clauis dauid qui claudit ⁊ nemo aperit? In eo
Coll. ij. sunt omnes thesauri sapientie ⁊ scientie absconditi: tu ne eos
vt homini prestes: inique furaberis? ¶ Videtis q̄ vere iuxta
G domini sententiam mendax ipse est/ ⁊ pater eius. Nam ⁊ men-
Joh. viij. dax fuit dicens. Similis ero altissimo: ⁊ mendaci pater: cũ in
Esa. xiiij. hominẽ quoq̄ȝ venenatum sue falsitatis seminarium effudit di
Gen. iij. cens. Eritis sicut dij. Tu quoq̄ȝ o homo: si vides furem curris
Psal. xlix cum eo? Audistis fratres quid hac nocte lectum est in esaya
Esaie. j. dicente domino. Principes tui infideles (vel vt alia translatio
habet inobedientes) socij furum. Reuera enim principes no-
stri adã ⁊ eua principia nostre propaginis: inobedientes/ ⁊ so-
cij furum: qui quod filij dei est: serpentis immo diaboli per ser
pentem consilio subripere tentant. Nec dissimulat iniuriam fi-
lij/ pater: pater enim diligit filium: sed continuo ⁊ in ipsuȝ ho
minem vindictam retribuit: ⁊ aggrauat super nos manũ suaȝ.
Omnes enim in adam peccauimus: ⁊ in eo sententiam dãna-
tionis accepimus omnes. Quid agat filius videns pro se ze-
lare patrem: ⁊ nulli penitus parcere creature? Ecce inquit oc
casione mei creaturas suas pater amittit: altitudinem meam
prim⁹ angelus affectauit: ⁊ populum qui sibi crederet habuit
sed continuo patris zelus grauiter vindicauit in illum: percu
tiens euȝ pariter cum omnibus suis plaga incurabili: castiga
tione crudeli. Scientiam quoq̄ȝ que nihilominus mea est sur-
ripere voluit homo: ⁊ ne illi quideȝ misertus est: nec pepercit
i. Cor. ix oculus eius. Nunquid de bobus cura est deo? ¶ Duas tm̃ fe-
H cerat nobiles creaturas rationis participes capaces beatitu
dinis: angelum videlicet atq̄ȝ hominem: sed ecce ꝓpter me an
gelos perdidit multos homines vniuersos. Ergo vt sciant q̄
⁊ ego diligo patrem: per me recipiat quos quodammodo pro
Jone. i. pter me amisisse videtur. Si propter me tempestas hec orta
est (ait Jonas) tollite me ⁊ mittite in mare. Omnes inuident
mihi. Ecce venio/ ⁊ talem eis exhibeo memetipsum vt q̄squis
inuidere voluerit: quisquis gestierit imitari: fiat ei emulatio
ista in bonum. Noui tamen in affectũ malicie ⁊ nequitie trãsis
se angelos desertores: nec ex ignorantia aliqua seu infirmita-
te peccasse: ideoq̄ȝ perire necesse est penitere nolentes. Patris
I enim amor/ ⁊ honor regis iudicium diligit. ¶ Propter hoc eñ
⁊ ipse creauit homines ab initio: qui supplerent locum illum:
⁊ ruinas hierusalem restaurarent. Sciebant enim nullam an-
Esa. xvi. gelis patere redeundi viam. Nempe nouit superbiaȝ moab q̄
superbus est valde: ⁊ superbia eius penitentie remedium non
admittit/ ac ꝑ hoc nec venie. At vero hominis vice nullã postea
condidit creaturam: innuens ex hocipso redimendum adhuc
hominem: quippe quem supplãtauit aliena malicia: ideoq̄ȝ p-
desse ei potest charitas aliena. Ita domine obsecro: compla-
Gen. xl. ceat tibi vt eruas me: qm̃ ego infirmus suȝ. Qm̃ de terra mea
furtim sublatus sum: ⁊ hic innocens in lacum missus suȝ. Nõ
K penitus quidem innocens: sed quantum ad eum qui me sedu-
xit innocens aliquatenus. ¶ Mendacium mihi persuasum est
domine: veniat veritas vt possit falsitas deprehendi: ⁊ cogno
scam veritatem: ⁊ veritas liberabit me: si tamen deprehense
falsitati penitus renunciauero: ⁊ cognite adhesero veritati.
Alioquin non humana erit tentatio: nec humanum peccatum
sed obstinatio diabolica. Nam perseuerare in malo diabolicũ
L est: ⁊ digni sunt perire cum illo quicunq̄ȝ in similitudinem ei⁹
permanent in peccato. ¶ Ecce fratres audistis quis sit q̄ ve-
niat: considerate iam vnde veniat ⁊ quo. Venit vtiq̄ȝ de corde
dei patris: in vterum virginis matris venit a summo celo: in
inferiores partes terre. Quid ergo? Nõne ⁊ nobis in terra est
conuersandum? Est si tamen in ea ꝑstitit ille. Ubi enim bene
ps̃. lxxvij. erit sine illo: aut vbi male esse poterit cuȝ illo? Quid mihi est
ps̃. xxij. in celo: ⁊ a te quid volui super terram? Deus cordis mei: ⁊ ps
mea deus in eternum. Nam et si ambulauero in medio vmbre
mortis/ non timebo mala: si tm̃ tu mecum es. Nunc aũt vt vi-
deo ⁊ ad terras: ⁊ ad ipsum quoq̄ȝ descendis infernũ: nõ tanq̄ȝ
vinctus: sed tanq̄ȝ inter mortuos liber: sicut lux que in tene-
bris lucet: ⁊ tenebre eam non cõprehenderunt. Unde nec relin
quitur anima in inferno: nec sanctuȝ corpus in terra videt cor
ruptionem. Christus enim qui descendit ipse est ⁊ qui ascẽdit
Actu. x. vt adimpleret omnia: de quo scriptum est. Qui pertransijt be
nefaciendo ⁊ sanando omnes oppressos a diabolo. Et alibi.
ps̃. xviij. Exultauit vt gygas ad currendam viam a summo celo egres
sio eius. ⁊ occursus eius vsq̄ȝ ad summum eius. Merito proin
Collo. iij. de clamat apostolus dicẽs. Que sursum sunt querite: vbi chri
stus est in dextera dei sedens. Incassum laboraret erigere cor
da nostra nisi collocatuȝ in celis salutis nostre doceret aucto
M rem. ¶ Sed videamus iam que sequuntur. Nam ⁊ si materia
quidem copiosa inuenitur ⁊ vberrima valde: sed angustia tẽ-
poris tantam sermonis longitudinem non admittit. Conside-
rantibus ergo quis veniat: magna omnino ⁊ ineffabilis maie
stas innotuit. Suspicientibus vnde veniat/ grandis plane pa
tuit via ẽm eius testimoniuȝ qui prophetico ꝑuentus spũ. Ec
ce inquit nomẽ domini venit de longinquo. Porro quo veniat
Esa. xxx. intuentibus apparuit inestimabilis dignatio/ ⁊ penitus inex-
cogitabilis q̄ in carceris huius horrorem tanta descendere
dignata est celsitudo. Jam quis dubitet magnum aliquid in
causa fuisse: vt maiestas tanta de tam longinquo/ in locũ tam
indignum descendere dignaretur. Plane magnum aliquid: q̄
mia magna: q̄ miseratio multa: q̄ charitas copiosa. Ad quid
enim venisse credendus est? Hoc nãq̄ȝ est: qđ iuxta ꝓpositum
ordinem/ oporteat iam perscrutari. Nec sane laborandum est
in hac parte: cum manifeste aduentus eius causam: ⁊ vba ip⁹
Luce. i. ⁊ opera clament. Ad querendam quippe ouem centesimam q̄
errauerat de montibus properauit ⁊ vt confiteantur manife-

fiteantur dño misericordie eius et mirabilia eius filiis hoim: ppter nos venit. Mira quentis dei dignatio: magna dignitas hois sic q siti. In qua si gloriari voluerit: nõ erit insipiẽs: non q aliquid esse videat tanq a seipso: sed q tãti eũ fecerit ipe q fecit. Oẽs em diuitie/ ois gloria mũdi/ et qcqd in eo cõcupiscit/ mins est ad hãc gloriã: imo nec est aliqd in cõparatione eius. (A) ¶ Dñe/ (Job. vij.) quid est hõ q magnificas eũ: aut qd apponis erga eũ cor tuũ Attñ velim nosse/ qd sibi voluerit q ad nos venit ille: aut quare non magis iuimus nos ad illũ? Nostra em erat necessitas: sed nec est ꝯsuetudo diuitũ: vt ad pauperes veniãt nec si prestare voluerit. Ita est fratres: nos magis ad eũ venire dignũ fuit: sed duplex erat impedimẽtũ. Nã et caligabãt oculi nostri (j. thi. vj.) Ille vero lucẽ habitat inaccessibilem: et iacẽtes paralitici in grabato: diuinã illã nõ poteramus attingere celsitudinẽ: propterea benignissimus saluator et medicus nrãz descẽdit ab altitudine suaz: et claritatẽ suaz infirmis oculis tẽperauit. Induit se laterna quadã: illo vtiq glorioso et ab omni labe purissimo (Esa. xix.) corpore qd suscepit. Hec est em illa leuissima plane et pfulgida nubes: supra quã ascẽsurũ eũ ppheta pdixerat: vt descẽderet in egyptũ. Tẽpus est iã ipm quoq considerare tps: quo saluator aduenit. Uenit em qd et vos credimus non latere non in initio nec in medio tpis/ sed in fine. Nec incõgrue factũ est: sz vere sapiẽter disposuit sapientia: vt cũ magis esset necessariũ tunc primo ferret auxiliũ pnos ad ingratitudinẽ Ade filios non ignorãs. Uere em aduesperascebat: et iclinata erat iã dies recesserat paulominus sol iusticie: ita vt exiguus nimis splendor eius aut calor esset in terris. Nã et lux diuine noticie parua admodũ erat: et abũdãte iniqtate feruor refrigerat charitatis. Iã nõ apparebat angelus: nõ loqbatur ppheta: cessabãt velut desperatione victi: p nimia vtiq duritia hoim et obstinatione. At ego ait filius: tũc dixi ecce venio. Sic sic: dũ mediũ silentiũ tenerent oia: et nox in suo cursu iter pageret: oipotens sermo tuus dñe a regalibus sedibus venit. Qd et aplś innuẽs (Gal. iiij.) aiebat. Qñ venit plenitudo tpis misit deus filiũ suũ. ¶ (O) Nimirũ plenitudo et abũdãtia temporaliũ obliuionẽ et inopiã fecerat eternoz. Oportune ergo tũc aduenit eternitas: qñ magis temporalitas pualebat. Nã vt cetera sileã: ipsa quoq pax temporalis/ illo in tpe tãta fuit: vt ad hois vnius edictũ describeretur vniuersus orbis. ¶ (P) Habetis iã et psonã veniẽtis: et locũ. Utrũq. i. a quo et ad quẽ venit cãm quoq et tẽpus nõ ignoratis. Unũ restat: via. s. p quã venit: et hec quoq diligẽter requirenda. vt possimus sicut dignũ est ei occurrere. Uerũtamẽ sicut ad operandã salutẽ in medio terre venit semel in carne visibilis: ita quotidie ad saluãdas aias singuloz: in spũ venit et inuisibilis sicut scriptũ est. Spũs ante faciẽ nostrã xps dñs. (Q) (Thre. iiij.) Et vt noueris occultũ esse spualẽ hunc aduẽtũ. In vmbra eius inquit viuemus inter gẽtes. Propterea dignũ est vt si non vs infirmus in occursum tãti medici pcedere lõgius: saltẽ coneris erigere caput et aliquatenus assurgere veniẽti. Non te oportet o homo maria transfretare/ nõ penetrare nubes: nõ trãsalpinare necesse est. Nõ grãdis inq tibi osdit via: vsq ad temetipz occurre deo tuo: ppe est em vbũ in ore tuo et in corde tuo. Usq ad cordis cõpunctionẽ et oris cõfessionẽ occurre: vt saltem exeas de sterquilinio misere cõsciẽtie: qm indignũ est illuc auctorẽ puritatis intrare. Et hec quidẽ de eo aduentu dicta sunt/ quo singuloz mẽtes inuisibili dignat illustrare psentia. (Puerb. iij) (Cañ. ij.) Libet aũt et manifesti aduẽtus viã ꝯsiderare. Qm vie eius vie pulchre: et oẽs semite eius pacifice. Ecce inqt sponsa venit iste saliẽs in mõtibus trãsiliẽs colles. Ueniẽtẽ vides o pulchra (Cãtico. j.) sed cubantẽ videre ante nõ poteras. Dixisti em. Indica mihi quẽ diligit aia mea: vbi pascas: vbi cubes. Cubãs pascit angelos in illas ppetuas eternitates/ quos satiat visione eternitatis et imutabilitatis sue: sed ne ignores te o pulchra: qm mirabilis facta est visio illa ex te: cõfortata est et nõ poteris ad eã. Uerũtamen ecce egressus est de loco sancto suo: et q cubãs pascit angelos: ipe cepit: sicq sanabit nos et videbit veniẽs et pastus: q cubãs et pascens añ videri nõ poterat. Ecce venit hic saliẽs in mõtibus transiliẽs colles. Mõtes et colles patriarchas et pphetas accipe: et quẽadmodũ venerit saliẽs et transiliens in libro gñationis lege. (R) (Mat. j.) Abraaz genuit ysaac. ysaac genuit Jacob etc. Ex his montibus prodijt. vt inuenies radix iesse. vnde iuxta prophetam. (Esa. xj.) Egressa est virga: et exinde flos ascendit: super quem requieuit spiritus septiformis. Qd manifestius alio in loco aperiens idem propheta. (Esa. vij.) Ecce inqt virgo concipiet et pariet filium: et vocabitur nomen eius emanuel: quod interpretatur nobiscum deus. Quem em prius florem: ipsum deinde emanuelem. Et quam dixerat virgam: manifestius exprimens/ virginem nominauit. Sed necesse est altissimi huius sacramenti considerationem: diei alteri reseruari. Digna est enim proprio sermone materia: presertim q in lõgum iam hodiernus sermo processerit.

(S) ¶ In aduẽtu dñi de verbis Esaie ad achaz. Pete tibi signum vsq butyrum et mel. Sermo. ij.

Audiuimus suadentẽ regi achaz Esaiã petere signũ a dño: siue i pfundũ inferni: siue in excelsũz supra. (Esa. vij.) Audiuimus responsionẽ eius/ formã qdez habentem pietatis sed non virtutẽ. Propter hoc deniq ab eo qui intuetur cor: et cui confitet hominis cogitatio: meruit reprobari. (Unde. A.) Non petaz inquit: et nõ tentabo dñm. Elatus erat achaz fastigio solij regalis/ astutus humane sapientie verbis. Audierat igitur Esaias a domino. Uade dic vulpi illi petat sibi signum a dño in pfundum. Habet enim vulpis foueam: sed in infernum: quo si descẽderit: adest qui cõprehendat sapientes in astutia sua. Itẽ. Uade ait dñs: dic volucri illi: petat sibi signum in excelsum supra Habet enim volucris nidũ sed et si in celũ ascenderit: illic est q superbis resistens: ppria calcat virtute superboz et sublimium colla. Uerũtamen dissimulat ille potestatis excelse seu incomprehensibilis pfunditatis sapientie querere signum: et ppterea signũ bonitatis et charitatis domui dauid ipse dñs promittit: vt quos nec potestas nec sapientia terruit: alliciat saltẽ exhibitio charitatis. (T) ¶ Potest tñ in eo qd ait in pfundum inferni etiã charitas ipsa qua maiorẽ nemo habuit/ vt in infernum quoq p amicis moriendo descenderet/ non imerito designari vt pcipiatur achaz: vel in excelsũz regnantis expauescere maiestatem: vel descendentis ad inferos amplecti charitatẽ. Molestus est ergo non solũ hoibus/ sed etiam deo quisquis nec maiestatẽ cogitat in timore: nec charitatez cũ amore meditatur. (Esa. vij.) Propter hoc inquit dabit dñs ipse vobis signũ: in quo manifeste et maiestas/ et charitas innotescat. Ecce virgo concipiet et pariet filium: et vocabitur nomen eius emanuel: qd interpretatur nobiscũ deus. Noli fugere adam: qz nobiscuz deus. Ne timeas o homo: nec audito dei nomine terrearis/ qz nobiscum deus. Nobiscum carnis similitudine: nobiscum vtilitate. Propter nos venit tanq vnus ex nobis similis nobis passibilis. (V) (Ubi. s.) ¶ Deniq butyrz inquit et mel comedet. Ac si dicat. Paruulus erit/ et vescetur infantilibus alimentis. (Ibidem.) Ut sciat inquit reprobare malum et eligere bonum. Et iam hic bonũ et malũ audio: sicut in arbore vetita: sicut in ligno transgressionis. (Ps. cviij.) Sed multo melius a primo adã: secundus iste partitur. Eligens em bonũ malum reprobat: non sicut ille qui dilexit maledictionez et venit ei: et noluit benedictionem et elongata est ab eo. Nã et in eo q pmisit butyrz et mel comedet/ aduertere poterimus paruuli huius electionẽ. Tñ assit eius gratia vt qd prestat vtcũq sentire digne et accõmodate ad intelligendũ pferre concedat. (X) Duo sunt in lacte ouis: butyrz et caseus. Butyrz pingue et humidũ: caseus econtra aridus et durus. Bene em paruulus noster eligere nouit: qui butyrz comedẽs caseũ vtiq non comedit. Que est enim ouis centesima q errauit: et in psalmo loquit. (Ps. cxviij.) (Mat. xviij.) Erraui sicut ouis que perijt. Utiq genus humanũ qd benignissimus pastor qritalijs sane nonagintanouem ouibus in mõtibus derelictis. In hac igitur oue duo repies: naturã dulcẽ: naturã bonã et bonaz valde tanq butyrz: et peccati corruptionẽ vt caseũ. Uide ergo q optime puer noster elegit q naturã nostrã sine vlla pcti corruptione suscepit. (Unde. s.) Nã de petõribus legis: coagulatũ est sicut lac cor eoz in quibus vtiq lactis puritatem corruperat fermẽtum malicie/ coagulũ iniqtatis. (Y) ¶ Sic et apis hz mellis dulcedinem: hz etiã aculei punctionez. Apis vero est q pascit inter lilia: q florigerã inhabitat patriã angeloz. Uñ et ad ciuitatem nazareth qd interptatur flos aduolauit: et ad suaue olentẽ ppetue virginitatis florem aduenit: illi insedit/ illi adhesit. (Psalm. c.) (Luce. ix.) Huius apis mel et aculeũ non ignorat q misedíam ei et iudiciũ cũ propheta decantat. Attamen ad nos veniẽtes solũ mel attulit et non aculeũ. i. misedíam et non iudiciũ: ita vt suadentibus qnq discipulis vt ciuitatẽ q suscipere eũ noluit pciperet igne cõsumi: respõderit filiũ hois non venisse vt iudicaret: sed vt saluaret mundũ. Non habebat aculeũ apis nostra: quodãmodo deposuerat illuz: qñ tanta indigna patiens: misedíam exhibebat et nõ iudiciũ. Sed nolite sperare in iniqtate: nolite peccare in spe. (Joh. v.) Habet em apis nostra qñq assumere aculeũ suũ: et acriter nimis infigere illum in medullas hoim peccatoz. Qm pater non iudicat quẽq: sed filio dedit oẽ iudiciũ. Nunc aũt paruulus noster butyrz et mel comedit: qñ bonum nature humane: diuine misedie sic vniuit in semetipso/ vt esset homo verus: et peccatum non habens: deus misericors et iudicium non exhibẽs. (Z) ¶ Ex his manifestum iã arbitror que nam sit virga de radice iesse procedens: quis vero flos super quem requiescit spũssanctus. Qm virgo dei genitrix vga est: flos filius eius. Flos itaq filius virginis/ flos candidus et rubicundus/ electus ex milibus. Flos in quem prospicere desiderant angeli: flos ad cuius odorem reuiuiscunt mortui: et sicut ipse testatur flos campi est (Cantic. ij.) et non orti. Cãpus em sine omni humano floret adminiculo: non seminatus ab aliquo non defossus sarculo non impinguatus fimo. Sic omnino sic virginis aluus floruit/ sic inuiolata integra et

gra/t casta marie viscera tanq̃ pascue eterni viroris florē pro
tulere: cuius pulchritudo non videat corruptionem: cuius glo
ria in ppetuū nō marcescat. O virgo virga sublimis: in quam
sublime verticē sanctum erigis: vsq̃ ad sedentē in throno vsq̃
ad dn̄m maiestatis. Neq̃ eñ id mirū: qm̄ in altum mittis radi-
ces humilitatis. O vere celestis planta p̄ciosior cunctis: san-
ctior vniuersis. O vere lignū vite qd̄ solū fuit dignū portare fru
ctū salutis. Deprehēsa est maligne serpēs: versutia tua nudata est
plane falsitas tua. Duo imposueras creatori: mendaciū ⁊ inui-
die infamaueras eum: sed in vtroq̃ conuictus es esse mētitus

Gen. iij. Ps. cxvj.

Siquidem ⁊ ab initio moritur cui dixeras: nequaq̃ morieris.
⁊ veritas dn̄i manet in eternū. Sed ⁊ nunc responde si potes
quam ei arborē: cuius arboris fructū inuidere potuit: qui ne
hanc quidē virgā electā ⁊ fructum sublimē negauit: Etem̄ q̄
proprio filio non pepercit: quō non oīa simul cū illo donauit?

Roma. viij

Sed iam aduertistis ni fallor: qm̄ virgo regia ipsa est via per
quam saluator aduenit pcedens ex ipsius vtero tanq̃ spōsus
de thalamo suo. Tenentes ergo viā quā priore (si meministis)
cepimus inuestigare sermōe: studeamus ⁊ nos dilectissimi ad
ipsum per eam ascendere: qui per ipsam ad nos descendit/ per
eam venire in gratiam ipsius qui p eā in nostram miseriam ve

A

nit. ¶ Per te accessum habeamus ad filiū: o benedicta inuen
trix gratie/ genitrix vite/ mater salutis/ vt per te nos suscipiat
qui per te dat⁹ est nobis. Excuset apud ipsum integritas tua
culpam nostre corruptionis/ ⁊ humilitas deo grata nostre ve-
niam impetret vanitati. Copiosa charitas tua nostrorū coope
riat multitudinem peccatorū: ⁊ fecunditas gloriosa fecundita
tem nobis conferat meritorū. Dn̄a nostra mediatrix nostra ad
uocata nostra/ tuo filio nos reconcilia: tuo filio nos commen-
da: tuo nos filio representa. Fac o benedicta per gratiā quā
inuenisti: per prerogatiuam quam meruisti: per misericordiam
quā peperisti vt qui te mediante fieri dignatus est particeps
infirmitatis ⁊ miserie nostre/ te quoq̃ intercedente participes
faciat nos glorie ⁊ beatitudinis sue: iesus christus filius tu⁹
dominus noster qui est super omnia deus benedictus in secu
la. Amen.

B

¶ De triplici domini aduentu: et de septem columnis quas in nobis erigere debemus. Sermo tertius. vnde supra.

In aduentu dn̄i quem celebramus: si psonam ve
nientis intueor non capio excellentiā maiesta-
tis. Si attendo ad quos venerit: dignationis ma
gnitudinē expauesco. Stupent certe angeli de
nouo videntes infra se quē supra semp adorant
manifeste iam ⁊ ascendentes et descēdentes ad
filium hoīs. Si considero pter qd̄ venerit: amplector quoad
possum inestimabilem latitudinem charitatis. Si modum co-
gito/ exaltationem agnosco humane conditionis. Uenit siqui
dem vniuersitatis creator ⁊ dn̄s/ venit ad hoīes/ venit pter

C

homines: venit hō. ¶ Sed dicit aliquis. Quō venisse dicitur:

Joh. j.

qui semp vbiq̃ fuit: Erat quidē in mundo: ⁊ mundus p ipsum
factus est: sed mundus eum non cognouit. Non ergo venit q̄
aberat sed apparuit qui latebat. Unde ⁊ humanam in q̄ agno-
sceretur induit formam: qui nimirū in diuina lucē habitat inac

j. Thi. vj.

cessibilem. Nec sane ingloriū maiestati apparere in propria
similitudine sua quā fecerat ab initio: nec indignū deo: a qb⁹
in substantia sua non poterat agnosci in imagine exhiberi: vt
qui fecerat hoīem ad imaginem ⁊ similitudinem suam: ipse ho
minibus innotesceret factus homo. Huius ergo aduentus tā
te maiestatis/ tante humilitatis/ tante charitatis: tante etiam
glorificationis nostre ab vniuersa ecclesia semel in anno solē
nis memoria celebrat. Sed vtinam ita semel ageretur/ vt sem
per id quippe dignus. Este eñ insanie vt post tanti regis ad-
uentum aliis quibuslibet negociis homines velint seu audeāt
occupari: ⁊ non magis obmissis omnibus soli eius cultui va-
cent: nec in eius presentia cuiusq̃ meminerint ceterorū: Sed

ps. cxliiij.

non oīm est quod ait propheta. Memoriam abundantie suaui
tatis tue eructabunt: siquidē nec oēs hec memoria pascit. Sa

D

ne nemo qd̄ nō gustauit: sed neq̃ qd̄ tm̄ gustauit eructuat. Ru
ctus q̄ppe non nisi de plenitudine ⁊ satietate pcedit. Propter
ea quorū secularis est mens ⁊ vita: memoriā hanc ⁊ si celebrāt
non eructuant: sine deuotione ⁊ affectione dies istos arida q̄-
dam consuetudine obseruantes. Deniq̃ qd̄ dānabilius est ipsa
quoq̃ inestimabilis huius dignationis memoria datur in oc-
casionem carnis: vt videas eos tanta sollicitudine dieb⁹ istis
vestium gloriam/ ciborū parare delicias: ac si hec ⁊ huiusmodi
querat in natiuitate sua christus: ⁊ ibi suscipiatur digni⁹/ vbi
hec accuratius exhibentur. Sed ipsum audi dicentē. Super-

Ps. c.

bo oculo ⁊ insatiabili corde: cum hoc non edebā. Quid tanta
ambitione vestes paras in natale meum: Detestor ego super-
biam/ non amplector. Quid tanta sollicitudine ciborū copias
reponis in tempus illud: Dāno ego carnis delitias/ non acce
pto. Plane insatiabilis es corde tanta parans ⁊ ex tam longo
nam corpori vtiq̃ ⁊ pauciora sufficerent ⁊ que possent oppor-

E

tunius inueniri. Celebrans ergo aduentum meum labiis me
honoras: sed cor tuum longe est a me. Non me colis: sed deus

ps. cxliij.

tuus venter est: ⁊ gloria in cōfusione tibi. Infelix omnino qui
voluptatem corporis ⁊ secularis colit glorie vanitatem. Bea

ps. xxxvj.

tus aūt populus cuius est dominus deus eius. Fratres nolite
emulari in malignantibus: neq̃ zelaueritis facientes iniqui-
tem. Intelligite magis in nouissima eorū: ⁊ cōpatimini eis ex
animo: ⁊ orate p eis qui preoccupati sunt in delicto. Hec eñ
faciunt miseri: qr ignorantiā dei habent. Nam si cognouissent
nunq̃ dn̄m glorie tanta aduersum se insania prouocarēt. Nos
aūt dilectissimi excusationem de ignorantia non habem⁹. Pla
ne nosti eum quisq̃s hic es: ⁊ si dixeris qr nō noui eū: eris silis
secularibus mendax. Deniq̃ si eum non nosti: quis te huc ad-
duxit: aut quomodo huc venisti: Alioquin qñ tibi persuaderi
posset charorū affectibus/ corporis voluptatibus/ secularibus ita
tibus sponte abrenunciare: ⁊ iactare cogitatum tuū in dn̄o: et
omnem sollicitudinem in eum pijcere. de quo nihil bene: imo
tam male cōscientia teste merueras: Quis tibi inq̃ persuade
re id posset si nescires qr bonus dn̄s sperantibus in se anime
querenti ipsum nisi cognouisses ⁊ tu: qr suauis est dn̄s ⁊ mitis
⁊ multe misericordie ⁊ verax: Hec aūt vnde nosti: nisi qr non

F

solum ad te sed etiam in te venit: ¶ Triplicem enim eius ad-
uentum nouimus: ad hoīes: in homines: contra hoīes. Ad ho
mines quidē indifferenter: non aūt ita in hoīes: aut ɔtra homi
nes. Sed qr primus ⁊ tertius noti sunt vtpote manifesti: de se

Joh. xiiij.

cundo qui spūalis ⁊ occultus est: ipsum audi dicentem. Si q̃s
diligit me sermonem meum seruabit: ⁊ pater meus diliget eū
⁊ ad eum veniemus ⁊ mansionem apud eum faciemus. Beat⁹

ps. lxxxviij.

apud quem mansionem facies dn̄e iesu. Beatus in quo sapiē-
tia edificat sibi domū excidens columnas septem: beata anima
que sedes est sapientie. Quenam est illa: Anima vtiq̃ iusti. Meri
to plane: quia iusticia ⁊ iudicium preparatio sedis tue. Quis
in vobis est fratres: qui desiderat in anima sua sedem parare
christo: Ecce quenā illi serica: que tapecia: qd̄ puluinar opor

G

teat preparari. ¶ Justicia inquit ⁊ iudicium preparatio sedis
tue. Justicia virtus est: qd̄ suum est vnicuiq̃ tribuens. Tribue
ergo tribus que sua sunt. Redde superiori: redde inferiori: red
de equali cuiq̃ qd̄ debes: ⁊ digne celebras aduentum christi:
parans ei in iusticia sedem suam. Redde inq̃ reuerentiam pre
lato ⁊ obedientiā quarū altera cordis/ altera corporis est. Nec
enim sufficit exterius obtemperare maioribus nostris nisi ex
intimo cordis affectu sublimiter sentiamus de eis. Quod ⁊ si
tam manifeste innotuerit indigna prelati alicuius vita vt ni-
hil omnino dissimulationis: nihil excusationis admittat: pro-
pter eum tñ a quo est omnis potestas ipsum quē modo talē no
uimus excelsum reputare debemus: non psentibus psone me
ritis: sed ordinationi diuine ⁊ dignitati ipsius officij deferen-
tes. Sic ⁊ fratribus nostris inter quos viuimus ipso iure fra-
ternitatis ⁊ societatis humane/ consilij sumus ⁊ auxilij debito
res. Hec enim volumus: vt et ipsi nobis impendant consilium
quo erudiat ignorātia nostra: auxiliū quo iuuetur infirmitas
nr̄a. Sed forte erit inter vos qui tacit⁹ respondeat dicēs. Qd̄
ego consilium dabo fratri: cui nec vnū quidē dicere verbum
fas est absq̃ licentia: Quod ei auxilium impendere est cū nec
minimū aliquid agere liceat absq̃ obedientia. Ad qd̄ ego. Nō
deerit certe qd̄ facias tantūmodo charitas fraterna non de-
sit. Nullū ego consilium melius arbitror q̃ si exemplo tuo fra
trem docere studeas q̄ oporteat que non oporteat fieri: prouo
cans eum ad meliora: ⁊ consulens ei non verbo neq̃ lingua: sz
opere ⁊ veritate. An vero vtilius aut efficacius auxilium ali-
quod est: q̃ vt ores deuote pro eo: vt non dissimules redargue
re culpas eius: vt non modo nullū ei offendiculum ponas: sed
⁊ sollicitus sis q̃tum preuales tanq̃ angelus pacis de regno
dei scandala tollere: ⁊ occasiones scandalorū penitus dimoue

H

re. Si talem te fratri auxiliarium ⁊ consiliarium exhibes: red
dis ei quod debes: nec habet vñ causetur. ¶ Porro si cui for-
te prelatus es: huic sine dubio teneris debitor sollicitudinis
amplioris. Exigit a te ⁊ ipse custodiam ⁊ disciplinam. Custo-
diam quidē vt possit cauere peccatum. Disciplinam vero vt qd̄
minus cauit: minime maneat impunitum. Quod ⁊ si nemini fra
trum preesse videris: habes tamen subiecte cui custodiam hanc
⁊ disciplinam oporteat exhiberi. Dico autem corpus tuum qd̄
sine dubio regendū accepit spiritus tuus. Debes ei custodiā
vt non regnet in eo peccatum: nec membra tua arma fiant iniq̃
tati. Debes ⁊ disciplinam vt dignos faciat penitentie fructus

I

castigatum ⁊ subditum seruituti. ¶ Longe tamen grauiori et

periculosiori debito tenentur astricti qui pro multis animab⁹ reddituri sunt rationem. Quid ego infelix/ quo me vertā si tā tum thesaurum: si preciosum depositum illud: quod sibi christus sanguine proprio preciosius iudicauit: contigerit negligē tius custodire? Si stillantem in cruce domini sanguinem collegissem: essetq̄ repositus penes me in vase vitreo quod ⁊ portari sepius oporteret: quid animi habiturus essem in discrimine tanto? Et certe id seruandum accepi: pro quo mercator nō insipiens ipsa vtiq̄ sapientia sanguinem illum dedit. Sed ⁊ habeo thesaurum istum in vasis fictilibus: et quibus multo plura q̄ vitreis, imminere pericula videātur. Accedit sane ad sollicitudinis cumulum: ⁊ pondus timoris: quod cum ⁊ meā ⁊ proximi conscientiam seruare necesse sit: neutra mihi satis est nota. Utraq̄ abyssus est imperscrutabilis: vtraq̄ mihi nox est: et

Esa.xx.

nihilominus exigit a me vtriusq̄ custodia ⁊ clamatur. Custos qui de nocte: custos qui de nocte. Non est mihi dicere cū cayn

Gen.iiij.

Nunquid custos fratris mei sum ego: sed est fateri humiliter

ps.cxxvi.

cum propheta. Quia nisi dominus custodierit ciuitatem: frustra vigilat qui custodit eam. In eo tamen excusabilis ego videor si vt prediri debitam exhibeo custodiam pariter et disciplinam. Ut si priora quoq̄ quattuor non defuerint: dico autē erga prelatos reuerentiā ⁊ obedientiam: consilium ⁊ auxiliū erga fratres: quod ad iusticiam pertinet non imparatam sedē

K

inueniet sapientia. ¶ Et fortassis hec videantur sex columne quas excidit in ipsa domo quam edificauit sibi: ⁊ septima q̄q̄ querenda est si forte ⁊ eam nobis notam facere ipsa dignetur. Quid vero prohibet sicut sex in iusticia: septimam quoq̄ intelligi in iudicio? Neq̄ enim iusticia sola/ sed iusticia inquit ⁊ iu

ps.lxxxvi.

dicium preparatio sedis tue. Deniq̄ si prelatis ⁊ equalibus ⁊ inferioribus reddimus quod oportet: nihil ne accipiet deus? At et plane quod debet retribuere nemo potest: quod tam copiose accumulauerit super nos misericordiam suam: quod tā multa deliquerimus ei: quod tā fragiles ⁊ nihili simus: quod tam plenus ⁊ sufficiens ille sibi: ⁊ bonorū omnium nostrorū non

ps.xcviii.

egens. Audiui tamen dicentem eum: cui incerta ⁊ occulta sapientie sue reuelauerat: quia Honor regis iudiciū diligit: Nihil quod in se est a nobis exigit amplius: tantū dicamus iniquitates nostras: ⁊ iustificabit nos gratis vt gratia commendetur. ¶ Diligit enim animam que in conspectu eius ⁊ sine intermissione considerat: ⁊ sine simulatione diiudicat semetipsam. Idq̄ iudicium non nisi propter nos a nobis exigit: quia si nosmetipsos iudicauerimus: nō vtiq̄ iudicabimur. Propterea sapientia veretur omnia opera sua/ scrutatur/ discutit/ ⁊ diiudicat vniuersa. Honorat quippe veritatem qui ⁊ se ⁊ sua omnia in eo statu quo veritas habet ⁊ agnoscit veraciter: ⁊ humiliter confitetur. Audi deniq̄ manifestius a te iudicium exigi post

Luc.xvii.

iusticiam. Cum feceritis inquit omnia que p̄cepta sunt vobis: dicite serui inutiles sumus. ¶ Hec plane quod in hominem est digna sedis preparatio domino maiestatis: vt et iusticie mandata studeat obseruare: et semper indignum sese ⁊ inutilem arbitretur.

¶ In aduentu domini de duplici aduentu: ⁊ pēnis deargentatis. Sermo.iiij.

Dignum est fratres vt tota deuotione domini celebretis aduentū: delectati tanta consolatione stupefacti tanta dignatione: inflammati tāta dilectione. Nec vero solū cogitetis aduentū quo venit querere ⁊ saluum facere quod perierat: sed ⁊ illum nihilominus quo veniet et assumet nos ad seipm̄. Utinā circa hos duos aduēt⁹ iugi meditatiōe v̄semini: ruminātes in cordib⁹ vestris q̄ntū i p̄ore p̄stiterit q̄ntū p̄mi serit in secūdo. ¶ Utinā certe dormiatis inter medios cleros. Hec sunt enim duo brachia sponsi: inter que sponsa dormiens aiebat. Leua eius sub capite meo: ⁊ dextra ei⁹ amplexabitur

Cant.ii.

me. Nam in sinistra quidem eius sicut alibi legimus diuitie ⁊

Puerb.iii.

gloria: in dextra longiturnitas vite. In sinistra eius (inq̄t) diuitie ⁊ gloria. ¶ Filii adam genus auarum ⁊ ambitiosum audite. Quid vobis cum terrenis diuitiis ⁊ gloria temporali: que nec vere nec vestre sunt? Aurū ⁊ argentum nonne terra est rubra ⁊ alba: quam solus hominum error facit: aut magis reputat preciosam? Deniq̄ si vestra sunt hec: tollite ea vobiscū. Sed homo cum interierit non sumet omnia: neq̄ descendet cum eo gloria eius. Vere ergo diuitie non opes sunt sed virtutes/ q̄s secum conscientia portat vt in perpetuum diues fiat. De gloria quoq̄ dicit apostolus. Gloria nostra hec est: testimonium

ii.Cor.i.

conscientie nostre. Hec est vtiq̄ vera gloria que est a spiritu veritatis. Ipse enim spiritus testimonium perhibet spiritui no-

Rom.viii

stro: quod filii dei sumus. Gloria vero quam ab inuicem accipiunt/ qui gloriam que est a solo deo non requirunt/ vana est.

ps.lxi.

Quoniam vani filii hominum. ¶ Insipiens tu qui merces congregas in saccum pertusum qui thesaurum tuum alieno in ore constituis: ignoras q̄ arca ista non clauditur: nec seras habet. Uto melius sapiunt qui thesaurum suum ipsi sibi seruant: aliis non cōmittunt. Uerum nunquid semper seruabunt? Nunquid semper abscondent? Ueniet cum manifesta erunt abscon

Mat.xxv

dita cordis: que vero fuerint ostentata non comparebunt. Hic est q̄ veniente domino fatuarum virginum lāpades extinguū tur: ⁊ qui receperunt mercedem suam a domino nesciunt. Propterea dico vobis carissimi: vtile est abscondere magis q̄ ostē tare si quid habemus boni: sicut ⁊ mendici cum elemosynā petunt non preciosas vestes ostendunt: sed seminuda mēbra aut vlcera si habuerint: vt citius ad misericordiam: videntis ani-

Lu.xviii.

mus inclinetur. Quam regulam publicanus ille seruauit multo melius phariseo: ⁊ ideo descendit iustificatus ab illo: id est pre illo. Tempus est fratres: vt iudicium incipiat a domo dei. Quis finis eorū qui non obediunt euangelio? Quod iudiciū his qui in hoc iudicio non resurgunt? Quicunq̄ enim iudicari dissimulant eo iudicio quod nūc est: in quo princeps huius mundi eiicitur foras: iudicem expectent: vel magis timeant a quo cum in ipso principe suo foras eiicientur ⁊ ipsi. Nos autē si perfecte iudicamur nunc: securi saluatorem expectemus dominum nostrum Iesum christum: qui reformabit corpus humilitatis nostre configuratum corpori claritatis sue. Tunc fulgebunt iusti ita vt videri possint docti pariter ⁊ indocti: fulgebūt enim sicut sol in regno patris eorum. Erit aūt claritas solis septempliciter id est sicut lux septem dierum. ¶ Adueniens enī

B

saluator reformabit corpus humilitatis nostre configuratum corpori claritatis sue: si tū prius fuerit cor reformatū ⁊ cōfiguratum humilitati cordis ipsius. Propter quod ⁊ dicebat. Di-

Mat.xi.

scite a me quia mitis sum ⁊ humilis corde. Considera sane in his verbis q̄m humilitas duplex est: altera cognitionis: altera affectionis que hic dicitur cordis. Priore cognoscimus q̄ nihil sumus: ⁊ hanc dicimus a nobisipsis et ab infirmitate propria: posteriore calcamus gloriā mūdi: ⁊ hanc ab illo discim⁹

Phil.ii.

qui exinaniuit semetipsum formā serui accipiens: qui etiā quesitus in regnū/ fugit: quesitus ad tanta probra ⁊ ignominiosum suppliciū crucis/ sponte obtulit semetipsum. Sint ergo si dormire volumus inter medios cleros id est duos aduentus pēne nostre deargentate: vt illā scilicet virtutū formā teneamus quā verbo ⁊ exemplo cōmendauit xp̄s presens in carne. In argento siquidē non incongrue intelligitur humanitas eius: sicut in auro diuinitas. Omnis itaq̄ virtus nostra tam lōge est a vera virtute q̄ longe est ab ea forma: ⁊ ois penna nostra ad nihilū valet si non fuerit deargentata. Magna quedā penna est paupertatis: qua tā cito volatur in regnum celorū. Nā in aliis virtutibus que sequūtur: promissio futuro tempore indicatur paupertati non tā promittitur q̄ datur. Unde ⁊ presenti tempore enunciatū est: quoniā ipsorū est regnum celorū: cum in ce-

Mat.v.

teris dicatur: hereditabunt: consolabuntur ⁊ similia. ¶ Uidemus autem pauperes aliquos qui si veram haberent paupertatem: non adeo pusillanimes inuenirentur ⁊ tristes: vtpote reges ⁊ reges celi. Sed hi sunt qui pauperes esse volunt: eo tamen pacto vt nihil eis desit: ⁊ sic diligunt paupertatem: vt nullam inopiam patiantur. ¶ Sunt ⁊ alii mites: sed q̄diu nihil dicitur, vel agitur nisi pro eorum arbitrio. Patebit autē q̄ longe sint a vera mansuetudine si leuis oriatur occasio. Hec mansuetudo quomodo hereditabit que ante hereditatem deficit? ¶ Alios quoq̄ lugentes video: sed si de corde procederēt ille lachryme: non tā facile illico soluerentur in risum. Nunc autē cum abundantius ociosa verba ⁊ scurrilia profluant q̄ prius lachryme: lachrymas huiusmodi de his esse non arbitror: quibus consolatio diuina promittitur: quandoquidē post illas tā facile consolatio vilis admittitur. ¶ Alii tam vehementer cōtra aliorū delicta zelantur vt videri possent esurire ⁊ sitire iusticiam: si esset apud eos de suis quoq̄ peccatis idem iudiciū sed nunc pondus ⁊ pondus vtrūq̄ abhominatio est apud deū. Nam contra alios tā impudenter q̄ inaniter estuant: seipsos tā insipienter q̄ inutiliter palpant. ¶ Sunt alii misericordes de his que ad ipsos non p̄tinent qui scandalizantur si non datur omnibus abundāter: sic tū vt ipsi ne in modico quidē grauentur. Qui si misericordes essent de suo facere deberent misericordiam/ si non possent de terrena substantia: de voluntate bona darent his qui forte contra eos peccare viderent indulgentiam darent dulce signum/ verbum bonum: quod est super datū optimū: vt eorū mentes ad penitentiam prouocarēt. Deniq̄ ⁊ his ⁊ omnibus quos in peccato esse cognoscerent: compassionem impenderent ⁊ orationem. Alioquin: misericordia eorum nulla est: ⁊ misericordiam consequuntur nullam. ¶ Itē sunt qui peccata sua sic confitētur: vt videri possent ex desiderio mundandi cordis id agere/ omnia enim in confessione laudātur, nisi q̄ ea que ipsi sponte dicunt aliis: ab aliis patienter audire non

dire non possunt. Qui si vere misdari desiderarent vt videntur non irritarentur: sed haberent eis gratiam: qui suas illis maculas demonstrarent.

A ¶ Sunt ⁊ alii qui si viderint quempiam vel leuiter scandalizatum: valde solliciti sunt quomodo eum in pacem reducere possint: ⁊ viderentur pacifici: nisi quod eorum commotio si forte quicquid contra eos factum dictum ve videbitur: tardius vniuersis poterit difficiliusque sedari. Qui nimirum si vere pacem diligerent: haud dubium quin eam quererent sibi ipsis.

B ¶ Deargentemus ergo pennas nostras in christi conuersatione sicut ⁊ martyres sancti lauerunt stolas suas in eius passione. Imitemur quoad possumus eum qui sic dilexit paupertatem: vt cum in eius manu essent fines terre: tamen non habuit vbi caput reclinaret: ita vt discipulos adherentes ei: legamus fame compulsos spicas manibus confricasse: cum per sata transirent: quique tanquam ouis ad occisionem ductus est: et sicut agnus coram tondente se obmutuit: ⁊ non aperuit os suum quem ⁊ super lazarum ⁊ super ciuitatem fleuisse: ⁊ in orationibus pernoctasse legimus: risisse vero aut iocasse nusquam: qui sic esuriuit iusticiam: vt cum propria non haberet: tantam pro peccatis nostris a seipso exegit satisfactionem. Unde in cruce nihil aliud quam iusticiam sitiebat: qui pro inimicis mori non dubitauit: ⁊ orauit pro crucifixoribus suis: qui peccatum non fecit ⁊ imposita sibi ab aliis patienter audiuit: qui pro reconciliandis sibi peccatoribus tanta sustinuit.

C ¶ De medio aduentu et triplici innouatione. Sermo quintus. vnde supra.

Dximus nuper his qui deargentauerunt pennas suas: dormiendum inter medios cleros duos significantes aduentus: sed vbi sit dormiendum non diximus. Tertius enim quidam aduentus est medius inter illos: in quo delectabiliter dormiunt qui eum norunt. Illi enim duo manifesti sunt: sed non iste. In priore quidem in terris visus: ⁊ cum hominibus conuersatus est: quando sicut ipse testatur: ⁊ viderunt et oderunt. (Baruc. iij. Ioh. xv.) In posteriore vero videbit omnis caro salutare dei nostri. Et videbunt in quem transfixerunt. (Luc. iij. Ioh. xix.) Medius occultus est: in quo soli eum in seipsis vident electi ⁊ salue fiunt anime eorum. In primo ergo venit in carne ⁊ infirmitate: in hoc medio in spiritu ⁊ virtute: in vltimo in gloria ⁊ maiestate. Per virtutem enim peruenitur ad gloriam. Quia dominus virtutum ipse est rex glorie. (ps. xxiij.) Et item alibi ait idem propheta. Ut viderem virtutem tuam ⁊ gloriam tuam. (ps. lxij.)

D ¶ Aduentus siquidem iste medius: via quedam est: per quam a primo venitur ad vltimum. In primo christus fuit redemptio nostra: in vltimo apparebit vita nostra. In isto vt dormiamus inter medios cleros: requies est ⁊ consolatio nostra. Sed nec cui forte inuenticia videantur: que de hoc aduentu medio dicimus: ipsum audite.

E ¶ Si quis diligit me (inquit) sermones meos seruabit: ⁊ pater meus diliget eum: ⁊ ad eum veniemus. (Ioh. xiiij.) Sed quid est si quis diligit me: sermones meos seruabit: Legi enim alibi. Qui timet deum faciet bona: sed plus aliquid dictum sentio de diligente: quia sermones dei seruabit. (Eccli. xv.)

F Ubi ergo seruandi sunt: Haud dubium quin in corde: sicut ait propheta. In corde meo abscondi eloquia tua vt non peccem tibi: (ps. cxviij.) Sed quomodo in corde seruandi: An sufficit sola eos seruare memoria: At vero sic seruanti dicit apostolus. Quoniam sciencia inflat. (j. Cor. viij.) Denique ⁊ memoriam facile delet obliuio. Sic serua sermonem dei quomodo melius seruare potes cibum corporis tui. Nam ⁊ ille panis viuus est: ⁊ cibus mentis. Panis terrenus dum in arca est potest a fure tolli: potest a mure corrodi: potest vetustate corrumpi. Ubi vero comederis illum: quid horum times: Hoc modo custodi verbum dei: beati enim qui custodiunt illud. (Luce. xj.) Ergo traiciatur in viscera quedam anime tue: transeat in affectiones tuas ⁊ in mores tuos. Comede bonum: ⁊ delectabitur in crassitudine anima tua. Ne obliuiscaris comedere panem tuum: ne exarescat cor tuum: sed adipe et pinguedine repleatur anima tua. Si sic verbum dei seruaueris: haud dubium quin ab eo serueris. Ueniet enim filius ad te cum patre: veniet propheta magnus qui renouabit hierusalem et ille noua faciet omnia.

G Hoc enim facit hic aduentus: vt sicut portauimus imaginem terreni: sic portemus ⁊ imaginem celestis. Sicut fuit vetus adam effusus per totum hominem ⁊ totum occupauit: ita modo totum obtineat christus qui totum creauit: totum redemit: totum ⁊ glorificabit: quique totum hominem saluum fecit in sabbato. Erat in nobis aliquando vetus homo: preuaricator ille erat in nobis: tam in manu quam in ore ⁊ in corde. In manu dupliciter: per facinus ⁊ flagitium. In ore similiter per arrogantiam ⁊ detractionem. In corde quoque per desideria carnis: et desideria glorie temporalis.

H ¶ Nunc autem si qua noua creatura in ipso: vetera transierunt: ⁊ contra facinus in manu: innocentia: contra flagitium: continentia est. In ore: contra arrogantiam verbum confessionis: contra detractionem: verbum edificationis: vt recedant vetera de ore nostro. In corde vero contra carnis desideria charitas: humilitas contra gloriam temporalem. Et vide si non in his tribus christum dei verbum recipiant singuli electorum: quibus dictum est. Pone me signaculum super brachium tuum: signum super cor tuum. (Cant. viij.) Et alibi. Prope est verbum in ore tuo ⁊ in corde tuo. (Rom. x.)

¶ De triplici aduentu et carnis resurrectione. Sermo sextus. vnde supra.

I Uolo vos fratres non ignorare tempus visitationis vestre: sed ne illud quidem: quid hoc tempore visitetur in vobis. Animabus enim hoc tempus est non corporibus assignatum: quod videlicet longe dignior anima corpore: priorem sibi sollicitudinem naturali vendicet dignitate. Sed et prior reparanda est: quam constat corruisse priorem. Anima siquidem corrupta in culpam: fecit vt corpus quoque corrumperetur in penam. Denique si christi membra volumus inueniri: sequendum nobis est sine dubio caput nostrum: vt videlicet prima nobis reparandarum sit sollicitudo animarum: pro quibus ipse iam venit: ⁊ quarum prius mederi studuit corruptioni: Corporis vero curam: illi tempori magis reseruemus: ⁊ differamus in illum diem quo reformandi corporis gratia est venturus: sicut meminit apostolus dicens. Saluatorem expectamus dominum nostrum iesum christum: qui reformabit corpus humilitatis nostre configuratum corpori claritatis sue. (Phili. iij.) In priore siquidem aduentu tanquam preco: vel magis vere preco ipsius iohannes baptista clamat. Ecce inquit agnus dei: ecce qui tollit peccata mundi. Non dicit morbos corporis: non molestias carnis: sed peccatum quod est morbus anime ⁊ corruptio mentis. Ecce qui tollit peccata mundi. (Ioh. j.) Unde: Utique a manu: ab oculo: a collo: demum etiam a carne ipsa: cui altius infixum est.

K Tollit peccatum: e manibus: commissa peccata delens: tollit ab oculo: purgans cordis intentionem: tollit a collo violentam remouens dominationem sicut scriptum est. Sceptrum exactoris eius superasti: sicut in die madian. (Esa. ix.) Itemque. Computrescet iugum a facie olei. (Esa. x.) Et apostolus loquitur dicens. Ut non regnet peccatum in vestro mortali corpore. (Rom. vj.) Siquidem alio in loco ait: idem apostolus Scio inquit: quod non est in me bonum: hoc est in carne mea. Et alibi. Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius: (Rom. vij.) Sciebat nimirum non prius liberandum se esse a pessima illa radice que carni infixa est: a lege peccati que est in membris nostris: donec ⁊ ab ipso corpore solueretur. Unde ⁊ cupiebat dissolui ⁊ cum christo esse: sciens quod peccatum separans inter nos ⁊ deum penitus auferri non poterit: donec liberemur a corpore. (Philip. j.) Audistis de quodam quem dominus curauit a demonio: quoniam collidens ⁊ multum discerpens eum demon exiuit ab illo. (Mar. ix.) Itaque dico vobis genus illud peccati quod totiens conturbat nos (concupiscentias loquor ⁊ desideria mala) reprimi quidem debet et potest per gratiam dei vt non regnet in nobis. Nec demus membra nostra arma iniquitatis peccato: ⁊ sic nulla dammatio est his qui sunt in christo Iesu: sed non eicitur nisi in morte: quando sic discerpimur vt anima separetur a corpore. (Rom. vj.) Habes ad quid venerit christus ⁊ cui intendere debeat christianus. Propterea noli o corpus noli preripere tempora: potes enim impedire anime tue salutem: tuam ipsius operari non potes. Omnia tempus habent: patere vt nunc anima pro se laboret: magis autem etiam collabora ei: quoniam si compateris et conregnabis. (Eccle. iij. ij. Thi. ij.) Et tum eius impedis reparationem: tantum impedis tuam: quod nimirum ante reparari non poteris: donec suam in ea deus imaginem videat reformatam.

L Nobilem hospitem habes o caro: nobilem valde: ⁊ tota salus tua pendet de eius salute. Da honorem hospiti tanto. Tu quidem habitas in regione tua: anima vero peregrina ⁊ exul apud te est hospitata. Queso te. Quis rusticus: si forte nobilis ⁊ prepotens quispiam apud eum voluerit hospitari: non libenter in angulo domus sue: aut sub gradibus suis: vel in ipsis cineribus accubabit: cedes hospiti suo locum (sicut dignum est) potiorem: Et tu ergo fac similiter. Iniurias vel molestias tuas ne reputaueris: tantum vt hospes tuus honorifice possit apud te demorari. Honor tibi est vt pro eo interim te exhibeas inhonorum. Ac ne forte despicias aut paruipendas hospitem tuum pro eo quod peregrinus tibi videtur ⁊ aduena: diligenter attende quid hospitis huius tibi presentia largiatur. Ipse enim est qui tribuit oculis visum: auditum: auribus prestat: ipse est qui lingue vocem: palato gustum: motum membris omnibus subministrat. Si quid vite: si quid sensus: si quid in te decoris est: huius hospitis beneficium recognosce. Denique discessus eius probat: quid presentia conferebat. Protinus enim anima discedente lingua silebit: oculi nihil videbunt: obsurdescent aures: corpus omne

rigebit facies expallescet. In breui quoqꝫ totũ cadauer puti-
dum simul ⁊ putridum fiet: ⁊ decor omnis in saniẽ conuertetur
Ut quid ergo ꝓ temporali qualibet delectatione contristas: ⁊
ledis hospitem istũ: quam nec sentire quidem vllo modo pote
ras nisi ꝑ ipsum? Ad hec si tñ tibi confert exul: ⁊ inimicitiarũ
causa a facie dñi sui eiectus q̃ntum tibi prestabit reconciliat⁹
Noli o corpus noli impedire reconciliationem illam: qm̃ gran
dis tibi exinde gloria paratur. Patienter immo ⁊ libenter te-
metipsum expone ad omnia: nihil dissimules quod huic videa
tur reconciliationi posse prodesse. ¶ Dic hospiti tuo: qr recor-
dabitur dominus tui: ⁊ restituet te in gradum pristinũ: ⁊ tu me
mento mei. Omnino enim memor erit tui in bonũ si bene ser-
uieris illi: ⁊ cũ peruenerit ad dñm suũ suggeret ei de te: ⁊ loq̃-
tur bonũ pro bono hospite dicẽs. Cum in vltionem culpe sue
exularet seruus tuus: pauper quidã apud quem hospitat⁹ sũ
fecit mecũ miam: ⁊ vtinã retribuat ꝓ me dñs meus. Primo siq̃
dem omnia sua: dehinc etiam semetipsum exposuit vtilitatib⁹
meis / non parcens sibi ꝓpter me / in ieiunijs multis / in labori-
bus frequenter / in vigilijs supra modum / in fame ⁊ siti / etiã in
frigore ⁊ nuditate. Quid igitur? Profecto non mentitur scri-
ptura que dicit. Uoluntatẽ timentiũ se faciet: ⁊ deprecationẽ
eoꝝ exaudiet. O si forte gustare dulcedinem hanc si forte glo
riam istã valeas estimare? Mira eñ dicturus sum: sed tñ vera
⁊ omnino indubitata fidelibus. Ipse dñs sabaoth dñs virtu-
tum / ⁊ rex glorie: ipẽ descendet ad reformanda corpora nostra
⁊ configuranda corpori claritatis sue. Q̃ta erit illa gloria q̃
ineffabilis exultatio: qñ creator vniuersitatis qui pro anima-
bus iustificãdis humilis ante venerat ⁊ occultus pro te glori-
ficanda o misera caro: sublimis veniet ⁊ manifestus: non iã in
infirmitate: sed in gloria ⁊ maiestate sua. Quis cogitabit diẽ
aduentus illius qñ descendet cum plenitudine luminis: ꝑcur-
rentibus angelis ⁊ tube concẽtu: excitantibus de puluere cor-
pus inops: ⁊ rapientibus illud obuiã xp̃o in aera? ¶ Quousqꝫ
igitur caro misera / insipiẽs / ceca / demens: ⁊ prorsus insana ca
ro: transitorias ⁊ caducas querit consolationes (immo deso-
lationes) si forte contingat repelli: ⁊ indignã iudicari hac glo
ria: magis aũt nihilominus ineffabili ineternum excruciari pe
na? Non sic obsecro fratres mei non sic: quinimmo delectet in
huiusmodi meditationibus anima nostra: quinetiam caro no-
stra requiescat in spe: saluatorem: expectans dñm nostrum Je
sum xp̃m / qui reformabit illam configuratam corpori clarita-
tis sue. Sic enim ait ꝓpheta. Sitiuit in te aĩa mea q̃ multipli
citer tibi caro mea. Desiderabat quidẽ aĩa ꝓphetalis aduen-
tum priorem: quo se nouerat redimendam: sed multo amplius
caro desiderabat aduentum posteriorem et glorificationẽ suã
Tunc enim implebuntur desideria nostra: ⁊ plena erit maiesta
te domini omnis terra. Ad quam gloriam: ad quam beatitudi
nem: ad quam deniqꝫ pacem que exuperat omnem sensum ipse
sua nos misericordia perducat: nec confundat nos ab expecta
tione nostra / saluator quem expectamus Jesus xp̃s dominus
noster qui est super omnia benedictus in secula.

M
Gen. xl.
ps. cxliiij.
N
ps. lxij.

¶ De triplici vtilitate aduentus domini. Sermo. viij.

Si deuote celebramus aduentum dñi id facimus
qd̃ oportet. Siquidẽ nõ modo ad nos: sed ꝓpter
nos venit: qui bonoꝝ nostroꝝ non eget. Uerũ no
stre quidẽ indigentie q̃ntitatem manifestius ipsa
dignationis eius indicat magnitudo. Nec modo
periculum egritudinis ex ipso precio medicami
nis innotescit: sed ⁊ valitudinum numerus ex multitudine re-
mediorum. Ut quid enim diuisiones gratiarũ sunt: si non vide
tur necessitatuꝫ vlla diuersitas? Et quidem difficile est vniuer
sas vno sermone prosequi indigentias quas experimur: sed oc
currũt mihi interim tres cões omnibus ⁊ quodammodo prin
cipales. ¶ Nemo enim reperitur in nobis: qui non interim ⁊ cõ
silij ⁊ auxilij ⁊ presidij indigu⁹ videatur. Nimirũ generalis est
humano generi miseria triplex: ⁊ quotquot degimus in regio
ne vmbre mortis: i infirmitate corporis: in loco tẽtatiõis si di
ligenter aduertimus: triplici hoc incõmodo miserabiliter la-
boramus. Nam ⁊ faciles sumus ad seducendum: ⁊ debiles ad
operandum ⁊ fragiles ad resistendum. Si discernere volumus
inter bonum ⁊ malum / decipimur. Si tentamus facere bonuꝫ
deficimus. Si conamur resistere malo: deijcimur ⁊ superamur
Necessarius proinde saluatoris aduentus: necessaria sit preoc
cupatis hominib⁹ presentia xp̃i. Atqꝫ vtinam sic veniat: vt co
piosissima dignatione sua ⁊ in nobis per fidem habitans illu-
minet cecitatem nostram: ⁊ nobiscum manens adiuuet infirmi
tatem nostram: ⁊ pro nobis stans fragilitatem nostraꝫ ꝓtegat
⁊ propugnet. ¶ Si enim ille in nobis: quis iam decipiat nos?
Si ille nobiscum: quid decetero non possumus: in eo qui con
fortat nos? Si ille pro nobis: quis contra nos? Fidelis consi-
liarius est: qui neqꝫ falli omnino nec fallere queat. Fortis au-
xiliarius qui nõ lacescat. Patronus efficax qui ⁊ ip̃m sathanã
sub pedibus nostris velociter conterat: ⁊ omnia eius machina
menta confringat. Nimiruꝫ ipse est dei sapientia: cui semper in
promptu sit instruere ignorantes: ipse dei virtus cui facile sit
⁊ deficientes reficere: et eripere periclitantes. Ad hunc ergo
tantum eruditorem fratres mei / in omni deliberatione curra-
mus. Hunc tam strenuum adiutorem in omni operatione in-
uocemus: huic tam fido propugnatori in omni colluctatione
committamus animas nostras: qui ad hoc ipsum venit in mũ-
dum: vt habitans in hominibus: cum hominibus: pro homini-
bus: ⁊ tenebras nostras illuminaret: labores leuiaret: et peri-
cula propulsaret.

O
P
Ro. viij.
Q

¶ Incipit prefatio sancti Bernardi abbatis in laudibus virginis matris.

Scribere me aliquid ⁊ deuotio iubet: ⁊ ꝓhibet oc
cupatio: Uerũtamen quia prepediente corpora-
li molestia: fratrum ad presens non valeo sectari
conuentum: id tantillum ocij quod vel mihi de
somno fraudans (in noctibus) intercipere sinor:
non sinam ociosum. Libet ergo tentare id potis-
simum aggredi: quod sepe animũ pulsauit: loqui videlicet ali
quid in laudibus virginis matris: super illa lectione euange-
lica in qua luca referente dominice annũciationis continetur
hystoria. Ad quod sane opus faciendum: ⁊ si nulla fratrũ quo
rum me ꝓfectibus deseruire necesse est: vel necessitas vrgeat:
vel vtilitas moneat: dũ tamen ex hoc non impediar quo ad q̃qꝫ
ipsorum necessaria minus paratus inueniar: non arbitror eos
debere grauari si proprie satisfacio deuotioni.

Luce. i.

¶ Incipit homelia prima Bernardi abbatis in laudibus virginis matris.

Missus est angelus gabriel a deo in ciuitateꝫ ga
lilee cui nomen nazareth: ad virginem despõsa-
tam viro cui nomen erat ioseph de domo dauid
⁊ nomen virginis maria. ¶ Quid sibi voluit euã
gelista tot propria nomina rerum in hoc loco tã
signanter exprimere. Credo qr noluit nos negli
genter audire: quod tam diligenter studuit enarrare. Noiat si
quidem nuncium qui mittitur dñm a quo mittitur: virginẽ ad
quam mittitur: sponsum quoqꝫ virginis / amborũqꝫ genus: ciui
tatem ac regionem proprijs designat nominibus. Ut quid hoc
Putasne aliquid horum superuacue positum sit? Nequaq̃. Si
enim nec folium de arbore sine causa nec vnus ex passerib⁹ si-
ne patre celesti cadit super terrã: putem ego de ore sancti euã
geliste superfluum diffluere verbum: presertim in sacra hysto-
ria verbi? Non puto. Plena quippe sunt omnia supernis myste
rijs: ac celesti singula dulcedine redundantia: si tñ diligenteꝫ
habeant inspectoreꝫ: qui nouerit sugere mel de petra: oleũqꝫ
de saxo durissimo. Nempe in illa die stillarunt montes dulce-
dinem: ⁊ colles fluxerunt lac ⁊ mel: qñ rorantibus celis desup
nubibusqꝫ pluentibus iustum aperta est terra leta germinans
saluatorem: qñ dño dante benignitatem ⁊ terra nostra reddẽ-
te fructum suum: super illum montem montium montẽ coagu-
latum ⁊ pinguem misericordia ⁊ veritas obuiauerunt sibi: iu-
sticia ⁊ pax osculate sunt. Illo quoqꝫ in tempore vnus iste in-
ter ceteros montes non modicus beatus hic videlicet euãge-
lista dum desideratum nobis nostre salutis exordium suo mel
lifluo commendauit eloquio: veluti perflante austro atqꝫ e vi-
cino sole radiante iusticie: quedam ex eo spiritualia fluxerunt
aromata. Utinam ⁊ nunc deus emittat verbum suum ⁊ liquefa
ciat ea nobis: perflet spiritus eius ⁊ fiant nobis intelligibilia
verba euangelica: fiant in cordibus nostris desiderabilia sup
aurum ⁊ lapidem preciosum multum: fiant ⁊ dulciora sup mel ⁊
fauum. ¶ Ait itaqꝫ. Missus est angelus gabriel a deo: Non ar-
bitror hunc angelum de minoribus esse: qui qualibet ex causa
crebra soleant ad terras fungi legatione. Quod ⁊ ex eius no-
mine palam intelligi datur quod interpretatum fortitudo dei
dicitur: ⁊ quia non ab alio aliquo forte excellentiore se vt asso
let spiritu: sed ab ip̃o deo mitti perhibetur. Propter hoc ergo
positum est a deo: vel ideo dictum est a deo: ne cui vel beatorũ
spirituum suuꝫ deus anteq̃ virgini reuelasse putetur consiliũ
excepto duntaxat archangelo gabriele qui vtiqꝫ tante inter
suos inueniri potuerit excellentie: vt tali ⁊ nomine dign⁹ ha-
beretur ⁊ nuncio. Nec discordat nomen a nuncio. ¶ Dei q̃ppe
virtutẽ xp̃m que melius nũciare decebat q̃ hũc quẽ sile nomẽ
honorat? Nã quid est aliud fortitudo q̃ virtus? Non aũt dede
cens: aut incõgruũ videatur dñm ⁊ nunciũ cõi censeri vocabu
lo: cũ silio in vtroqꝫ appellationis: nõ sit tñ vtriusqꝫ similis cã
Aliter quippe xp̃s fortitudo vel virtus dei dicitur: aliter ange
lus. Angelus eñ tñ nũcupatiue: xp̃s autem etiam substãtiue.

R
Luce. i.
S
Math. x.
Johel. iij
Esa. xlv.
p. lxxxiiij.
ps. cxlvij.
T
Textus.
V

j.Cor.j. Christus dei virtus et dicitur et est:que forti armato qui suu
atrium in pace custodire solebat:fortior superueniens ips suo
brachio debellauit:et sic ei vasa captiuitatis potenter eripuit
Angelus vero fortitudo dei appellatus est vel q huiuscemo-
di meruerit prerogatiuam officij quo eiusdem nunciaret aduē
tum virtutis:vel quia virginem natura pauidam / simplicem/
verecundam de miraculi nouitate ne expauesceret confortare
Textus. deberet. Quod et fecit. Ne timeas (inquiens maria inuenisti
gratiam apud deum. Sed et ipsius sponsum hominem vtiqꝫ ni
hilominus humilem ac timoratum:non irrationabiliter (forsitā
isdem angelus confortasse creditur:q̄uis tunc ab Euangelista
Matth.j. non nominetur. Joseph (inquit) fili dauid:ne timeas accipere
mariam coniugem tuam. Conuenienter itaqꝫ gabriel ad hoc
opus eligitur:immo quia tale illi negocium iniungitur: recte
Textus. tali nomine designatur. Missus ē ergo angelus gabriel a deo
quo? In ciuitatem galilee cui nomen nazareth. Uideamus si
Joh.j. vt ait natanael:a nazareth potest aliquid boni esse. Nazareth
interpretatur flos. Uidetur autem mihi quoddam semen fuisse
diuine cognationis tanq̄ e celo iactatum in terras (allocutio-
nes et promissiones facte celitus ad patres abraham scilicet
Esa.j. ysaac et iacob. De quo semine scriptum est. Nisi dn̄s sabaoth
reliquisset nobis semē:sicut sodoma fuissemus:et quasi gomor
ra similes essemus. Floruit autem hoc semen:in mirabilibus q̄
ostensa sunt in exitu israel de egypto in figuris et enigmatibꝰ
per totum iter in deserto vsqꝫ in terram pmissionis:ꝛ deinceps
in visionibus et vaticinijs prophetarum: in ordinatione quoqꝫ
regni ac sacerdotij vsqꝫ ad christum. Christus autem huius se
minis et horum florum non immerito fructus esse intelligitur:
ps.lxxxiiij. dicente dauid. Dominus dabit benignitatem: et terra nostra
ps.cxxxj. dabit fructum suum. Et iterum. De fructu ventris tui ponam
super sedem tuam. In nazareth ergo nunciatur christus nasci-
turus:quia in flore speratur fructus processurus. Sed prodeū
te fructu flos decidit:quia veritate apparente in carne figura
pertransijt. Unde et nazareth ciuitas galilee dicitur:id ē trās
migrationis:quia nascente xp̄o omnia illa transierunt que su-
j.Cor.x. perius enumeraui:que (vt ait apostolus in figura cōtingebāt
illis. Hos ergo flores et nos qui iam fructum tenemus per-
transisse videmus:et dum adhuc florere videbantur: transituri
ps.xxxix. preuidebantur. Unde Dauid. Mane sicut herba transeat: ma-
ne floreat et transeat:vespere decidat/induret et arescat. Ue-
Gal.iiij. spere etenim.i.quando venit plenitudo temporis in quo misit
deus vnigenitum suum factum ex muliere:factum sub lege di-
Esa.xliij. cente ipso. Ecce noua facio omnia vetera transierunt et dispa
ruerunt:quomodo in nouitate succrescentis fructus flores de
Esa.xl. cidunt et arescunt. Unde rursus scriptum est. Fenum aruit et
flos decidit:verbum autem dn̄i manet in eternum. Credo non
ambigis quin verbum fructus sit: verbum autem christus est.
Bonus itaqꝫ fructus christus qui manet in eternum. Sed vbi
est fenum quod aruit:vbi est flos qui decidit? Propterea respō
Esa.xl. deat. Ois caro fenum:et omnis gloria eius taq̄ flos feni. Si
omnis caro fenum:ergo carnalis ille populus iudeorum fenū
fuit. An non fenum aruit:dum idem populus ab omni spiritus
pinguedine vacuus/sicce littere adhesit? An nō etiam flos de
cidit:quando gloriatio quam habebant in lege non remansit?
Si flos non decidit:vbi ergo regnum/vbi sacerdotium:vbi p-
phete/vbi templum:vbi deniqꝫ magnalia illa de quibus glo-
riari solebant et dicere:q̄nta audiuimus et cognouimus ea: et
ps.lxxvij patres nostri narrauerunt nobis. Et iterum. Que mandauit
patribus nostris nota facere ea filijs suis. Et hec dicta sunt p
eo q positum est:in nazareth ciuitatem galilee. In illam ergo
Textus. ciuitatem missus est angelus gabriel a deo. Ad quem? Ad vir-
A ginem desponsatam viro:cui nomen erat ioseph. ¶ Que ē hec
virgo:tam venerabilis vt salutetur ab angelo:tam humilis vt de
sponsata sit fabro? Pulchra permixtio virginitatis et humili-
tatis:nec mediocriter placet deo illa anima in qua et humili-
tas cōmendat virginitatem:et virginitas exornat humilitatē.
Sed quanta putas veneratione digna est:in q̄ humilitatē exal
tat fecunditas:et partus consecrat virginitatem. Audis virgi
nem/audis humilem:si non potes virginitatem humilis: imita
re humilitatem virginis. Laudabilis virtus virginitas:sꝫ ma
gis necessaria humilitas. Illa consulitur:ista precipitur. Ad il
Mat.xix. lam inuitaris:ad istam cogeris. De illa dicitur. Qui potest ca-
mat.xviij pere capiat:de ista dicitur. Nisi quis efficiatur sicut paruulus
iste non intrabit in regnum celorū. Illa ergo remuneratur:ista
B exigitur. Potes deniqꝫ sine virginitate saluari:sine humilita-
te non potes. Potest inq̄ placere humilitas que virginitatem
deplorat amissam:sine humilitate autem audeo dicere:nec vir-
Esa.vlti- ginitas marie placuisset. Super quē inquit requiescet spiritus
mo. meus:nisi sup humilē et quietum? Super humilē dixit: non su
per virginē. Si igitur maria humilis non esset:sup eā spiritus
sanctus non requieuisset. Si sup eā non requieuisset:nec impre-

gnasset. Quomodo enī de ipso sine ipso conciperet? Patet itaqꝫ
q quia vt de spiritu sancto conciperet:sicut ipsa perhibet. Re Luc.j.
spexit humilitatem ancille sue deus/ potius q̄ virginitatem.
Et si placuit ex virginitate:tamen ex humilitate concepit. Un
de constat:quia etiam vt placeret virginitas:humilitas pcul-
dubio fecit. Quid dicis virgo superbe? Maria virginē se obli-
ta:gloriatur de humilitate:et tu negligendo humilitatem blā
Unde.s. diris tibi de virginitate? Respexit (ait illa) humilitatem ancil
le sue. Que illa? Uirgo vtiqꝫ sancta/virgo sobria/ virgo deuo-
ta. Nunquid tu castior illa? Nunquid deuotior? Aut nunquid
tua forte pudicitia gratior castitate marie:vt tu s.sine humili-
tate placere sufficias ex tua/quod illa non potuit ex sua. Deni
q̄ q̄nto honorabilior es ex singulari munere castimonie: tanto
tibi tu maiorem iniuriam facis:q eius in te decorem fedas p-
mixtione superbie. Alioquin expedit tibi virginem non esse:q̄
de virginitate insolescere. Non omnium quidem est virginitas:
multo tamen pauciorū est cum virginitate humilitas. Si igit
virginitatē i maria nō potes nisi mirari:stude humilitatē imi-
tari:et sufficit tibi. Quod si et virgo et humilis es: quisquis es/
C magnus es. ¶ Est tamen maiꝰ aliquid quod mireris in maria
scilicet cum virginitate fecunditas. A seculo enim non est au-
ditum:vt aliqua simul mater esset et virgo. Quod si et cuius ma
ter attendas:quo te tua super eius mirabili celsitudine ducet
admiratio? Nōne ad hoc vt te videas nec satis posse mirari?
Nonne tuo immo veritas iudicio illa que deum habuit filium
sup oēs etiā choros exaltabitur angelorum? An nō deū ꝛ dn̄m
Luc.ij. angelorū maria suū audacter appellat filiū:dicens. Fili qd fe-
cisti nobis sic? Quis hoc audeat angelorum? Sufficit eis et p
magno habent q cū sint spiritus ex cōditione: ex gratia facti
ps.ciij. sunt et vocati angeli:testante dauid. Qui facit (inquit) ange-
los suos spiritus. Maria vero matrem se agnoscens:maiestatē
illam cui illi cū reuerentia seruiunt: cum fiducia suū nūcupat
filiū. Nec dedignatur nūcupari deus/quod esse dignatus est.
Luce.ij. Nam paulopost subdit euangelista. Et erat (inquiens subdi-
tus illis. Quis? Quibus? Deus hominibus. Deus inq̄ cui
angeli subditi sunt:cui principatus et potestas obediunt sub-
ditus erat marie. Nec tantum marie:sed etiam ioseph propter
mariam. Mirare ergo vtrūlibet:et elige quid ampliꝰ mireris:
siue filij benignissimā dignationem:siue matris excellētissimā
dignitatem. Utrinqꝫ stupor:vtrinqꝫ miraculū. Et q deus femi-
ne obtemperet:humilitas absqꝫ exemplo:et q deo femina prin
cipet:sublimitas sine socio. In laudibus virginū singulariter
Apo.xiiij canitur q sequuntur agnū quocūqꝫ ierit. Quibus ergo laudi-
bus iudicas dignā que etiā preit? ¶ Disce homo obedire / di-
D sce terra subdi / disce puluis obtemperare. De auctore tuo lo-
quens euangelista:et erat (inquit) subditus illis haud dubium
quin marie et ioseph. Erubesce superbe cinis. Deus se humi-
liat:et tu te exaltas? Deus se hominibus subdit:et tu domina-
ri gestiens hominibus:tuo te preponis auctori? Utinam mihi
aliquando tale aliquid cogitanti:deus respondere dignetur:
Mat.xvj. quod et suo increpando respondit apostolo. Uade inquit post
me sathanas:quia non sapis ea que dei sunt. Quotiens enim
hominibus preesse desidero:totiens deum meum preire contē
do:et tunc vere non sapio ea que dei sunt. De ipso nāqꝫ dictum
E est et erat subditus illis. ¶ Si hominis o homo imitari dedi-
gnaris exemplum:certe non erit tibi indignū sequi auctorem
tuum. Si nō potes forsitan sequi eū quocūqꝫ ierit: dignare vel
sequi quo tibi condescendit. Hoc est:si non potes sublimē ince
dere semitam virginitatis:sequere vel deum per tutissimā viā
humilitatis. A cuius rectitudine si qui etiā de virginibus de-
uiauerint:vt verū fatear nec ipsi sequuntur agnum quocūqꝫ ie
rit. Sequitur quidē agnū coinquinatus humilis:sequitur ꝛ vir
go superbus:sed neuter quocūqꝫ ierit:quia nec ille ascendere
potest ad munditiā agni qui sine macula est:nec is ad eiusdem
mansuetudinē descendere dignatur:qui scilicet non coram tō
dente sed coram occidente se obmutuit. Attamē salubriorē ele
git sequēdi partem in humilitate peccator:q̄ in virginitate su
perbus:cum et illius immundiciam sua humilis satisfactio pur-
F get:et huiꝰ pudicitiā superbia iquinet. ¶ Sed felix maria cui
nec humilitas defuit nec virginitas. Et quidē singularis virgi
nitas quā nō temerauit sed honorauit fecūditas:et nihilomi-
nus specialis hūilitas quā nō abstulit:sꝫ extulit fecūda vgini
tas:et icōparabilis prorsus fecūditas:quā vginitas simul co-
mitat ꝛ hūilitas. Quid horū nō mirabile/qd nō icōpabile/ qd
non singulare? Mirū vero si non hesitas in eorū pōderatiōe:qd
tua iudices dignꝰ admiratiōe:vtrū videlicet potiꝰ stupēda sit
fecūditas i vgie:an i mr̄e integritas/sublimitas i ple:an cū tā
ta sublimitate hūilitas:nisi q idubitāt horū singulis pferēda
sunt simul cūcta:et incōparabilit excellētiꝰ ē atqꝫ feliciꝰ:oia p
cepisse q̄ aliqua. Et qd mirū si deꝰ q̄ mirabilis legit et cerni-
tur in sanctis suis:mirabilē se exhibuit in matre sua? Uenera-

mini ergo coniuges in carne corruptibili carnis integritatem
mirammi etiam vos sacre virgines in virgine fecunditatem:
imitamini omnes homines dei matris humilitatē. Honorate
sancti angeli vestri regis matrē:qui nostre adoratis virginis
prolem:ipsumvtiq̄ nostrum pariter ac vestrum regem: nostri
generis reparatorem:vestre ciuitatis instauratorem. Cui⁹ apd
vos tam sublimis:inter nos tam humilis:a vobis pariter et a
nobis detur et dignitati debita reuerentia:et dignationi ho-
nor et gloria in secula seculorum. Amen.

¶ Homelia. ij. vnde supra.

G

N

Onum quidem canticum illud quod solis dabit
in regno dei cantare virginibus:ipsamvirginem
reginam cum ceteris:immo primam inter cete-
ras esse canituram:nemo est qui ambigat. ¶ Pu-
to autem illam preter illud quod solis licet cum
oib⁹ tamen virginibus ei vt dixi commune erit
dulciori quodam atq̄ elegantiori carmine letificaturā esse ci-
uitatem dei. Cuius vtiq̄ dulcisonos depromere vel exprimere
modulos ne ipsarum quidem virginum vlla digna inuenietur:
quia soli merito decantandum seruabitur:que sola de partu:
et partu diuino gloriatur. Gloriatur dixerim de partu non i se:
sed in ipso quem peperit. Deus siquidem (deus enim est quē pe
perit) matrem suam singulari in celestibus donaturus gloria:
singulari in terris preuenire curauit ꝛ gratia:qua videlicet in-
effabiliter/et intacta conciperet:et pareret incorrupta. Porro
deum huiusmodi decebat natiuitas:qua nō nisi de virgine na-
sceretur. Talis congruebat et virgini partus: vt non pareret
nisi deum. Proinde factor hominum vt homo fieret: nascitur⁹
de homine talem sibi ex omnibus debuit deligere immo con-
dere matrem: qualem et se decere sciebat:et sibi nouerat pla-
cituram. Voluit itaq̄ esse virginem/de qua immaculata imma
culatus procederet/omnium maculas purgaturus. Voluit et
humilem de qua mitis et humilis corde prodiret:harum in se
virtutum/necessarium omnibus saluberrimūq̄ exemplū ostē
surus. Dedit virgini partum:qui ei iam ante et virginitatis in
spirauerat votum:et humilitatis prerogauerat meritum. Alio

H

quin quomodo angelus eam in sequentibus gratia plenam p-
nunciat:si quippiam vel parum boni quod ex gratia non esset
habebat: ¶ Ut igitur que sanctum sanctorum cōceptura erat
pariter et paritura:sancta esset corpore/accepit donum virgi-
nitatis:vt esset et mente:accepit et humilitatis. Hec nimirum
virgo regia:gemmis ornata virtutum:geminoq̄ mentis pari-
ter et corporis decore prefulgida: specie sua et pulchritudine
sua in celestibus cognita:celi ciuium in se prouocauit aspect⁹:
ita vt et regis animum in sui concupiscentiam inclinaret:ꝛ ce
lestem nuncium ad se de supernis educeret. Et hoc est qd no-
bis hic euangelista commendat cum angelum perhibet a deo
destinatum ad virginem. A deo (inquit) ad virginem: id est a
celso ad humilem:a domino ad ancillam:a creatore ad creatu
ram. Quanta dignatio dei:quanta virginis excellentia. Cur-
rite matres:currite filie:currite omnes que post euam ꝛ ex eua
et parturimini cum tristicia/et parturitis:adite virginalē tha-
lamum:ingredimini si potestis pudicum sororis vestre cubicu-
lum. Ecce enim deus mittit ad virginem:ecce affatur angelus
mariam. Apponite aurē parieti:auscultate quid nunciet ei/ si
forte audiatis vnde consolemini. Letare pater adā:sed magis
tu o eua mater exulta:qui sicut omnium parentes:ita omnium
fuistis peremptores:et quod infelicius est:prius peremptores
q̄ parentes. Ambo inquā consolamini super filia et tali filia:
sed illa amplius de qua malum ortum est prius: cuius oppro-
brium in omnes pertransijt mulieres. Instat nāq̄ temp⁹ quo
iam tollatur opprobrium:nec habeat vir quid causetur aduer-
sus feminam:qui vtiq̄ dum se imprudenter excusare conaret:

Gene. iij.
I

crudeliter illam accusare nō cunctatus est dicens. Mulier quā
dedisti mihi:dedit mihi de ligno et comedi. ¶ Propterea cur-
re eua ad mariā:curre mater ad filiā:filia p matre respōdeat:
ipsa matris opprobriū auferat:ipsa patri pro matre satisfaciat:
quia ecce si vir cecidit per feminam:iam non erigitur nisi p fe-

Ca. ā. vij.

minam. Quid dicebas o adam: Mulier quam dedisti mihi:de-
dit mihi de ligno et comedi. Verba malicie sunt hec:quib⁹ ma
gis augeas q̄ deleas culpam. Verūtamen sapientia vicit mali
ciam:cum occasionem venie quā a te deus interrogando elice
re tentauit:sed non potuit:in thesauro indeficientis sue pieta
tis inuenitur. Reddit nēpe femina pro femina: prudens p fa-
tua:humilis pro superba:que pro ligno mortis gustū tibi por-
rigat vite:et pro venenoso cibo illo amaritudinis dulcedinē pa-
riat fructus eterni. Muta ergo inique excusationis verbū i vo
cem gratiarū actionis:et dic dn̄e. Mulier quā dedisti mihi: de
dit mihi de ligno vite et comedi:et dulce factū est sup. mel ori
meo:quia in ipso viuificasti me:ecce cui ad hoc missus est āge

lus ad virginē. ¶ O admirandā et omni honore dignissimam

K

virginē:o feminā singulariter venerandā sup oēs feminas ad-
mirabilem/parentū reparatricē: posterū viuificatricē. Missus
est inquit angel⁹ ad virginē. Virginē carne:virginē mente: vir
ginē pfessione:virginē deniq̄ qualē describit apostolus mēte
et corpore sanctam. ¶ Nec nouiter nec fortuitu inuētā:sed a se

j. Cor. vij
L

culo electā:ab altissimo precognitā:et sibi preparatā:ab ange
lis seruatā:a patrib⁹ presignatā:a pphetis pmissam. Scruta-
re scripturas et proba que dico. Vis necvt et ego aliqua ex his
testimonia hic inserā: Ut pauca loquar de plurib⁹ quā tibi aliā
predixisse de⁹ videt:quādo ad serpentē ait. Inimicitias ponā

Gene. iij.

inter te et mulierē: Et si adhuc dubitas an de maria dixerit:
audi qd sequit. Ipsa cōteret caput tuū. Cui hec seruata victo

Ubi. s.

ria est:nisi marie: Ipsa proculdubio caput contriuit venenatū:
que oimodā maligni suggestionē tā de carnis illecebra: q̄ de
mentis superbia deduxit ad nihilū. Quā vero aliā salomon re
quirebat cū dicebat. Mulierē fortē quis inueniet: Nouerat q̄p

Prouer. xxxj.

pe vir sapiens huius sexus infirmitatem:fragile corpus: lubri
cam mentem:quia tamen et deū legerat promisisse:et ita vide-
bat cōgruere:vt qui vicerat per feminam vinceretur per ipsam:
vehementer admirās aiebat. Mulierem fortem quis inueniet.
Quod est dicere. Si ita de manu femine pendet:et nr̄a omniū
salus:et inocētie restitutio:et de hoste victoria:fortis omnino
necesse est vt prouideatur:que ad tantū opus possit esse idonea
Sed mulierem fortem quis inueniet: At ne hoc quesisse pute
tur desperando:subdit prophetando. Procul et de vltimis fini

Ubi. s.

bus precium eius:hoc est non vile/non paruū / non mediocre:
non deniq̄ de terra sed de celo:nec de celo proximo terris:pre
ciū fortis huius mulieris:sed a summo celo egressio ei⁹. Quid

Exo. iij.

deinde rub⁹ ille quondam mosaicus protendebat: flāmas qdē
emittens/sed non ardens:nisi mariā parientem et dolorē non
sentientem: ¶ Quid rogo virga aaron florida:nec humectata:

M
Nu. xvij.

nisi ipsam concipientem q̄uis virū non cognoscentē: hui⁹ ma-
gni miraculi maius mysterium esaias/edisserit dicens. Egre-

Esa. xj.

dietur virga de radice iesse:et flos de radice eius ascēdet:vir-
gam/virginē florem:virginis partū intelligēs. Sed tibi quod
nunc in flore christus intelligi dicitur superiori videtur aduer
sari sententie:qua non virge flore/sed floris fructu designari di
cebatur:noueris in eadem aaronica virga que non solū floruit:
sed et fronduit:et fructū emisit:non solum flore vel fructu/ sed
ipsis etiam frondibus eūdē significari. Noueris et apud moy-
sen nec fructu virge nec flore:sed ipsa virga demonstrari. Illa

Exo. xiiij
Exo. xvij.
N

vtiq̄ virga:qua feriente/aqua vel diuidit trāsituris: vel de pe
tra excutitur bibituris. ¶ Nullum autem incōueniens est di-
uersis rebus diuersis ex causis christum figurari:et in virga q̄
dem potentiam:in flore vero fragrantiam: in fructu autem sa-
poris dulcedinem:in frondibus quoq̄ sedulam eius intelligi
protectionem:qua videlicet paruulos ad se confugientes sub
vmbra alarum suarum protegere nō desinit:siue ab estu carna
lium desideriorum/siue a facie impiorum qui eos afflixerūt.
Bona et desiderabilis vmbra:sub alis iesu:vbi tutum est fu-

Ps. lvj.

gientibus refugium:gratum fessis refrigerium. Miserere mei
domine iesu miserere mei:quoniam in te confidit anima mea:ꝛ
in vmbra alarum tuarum sperabo:donec transeat iniquitas. In
hoc tamē esaie testimonio:florē filium:virgam intellige matrem:
quoniam et virga floruit absq̄ germine:et virgo concepit non
ex homine. Nec virgo virorem floris lesit emissio: nec virginis
pudorem sacri partus editio. ¶ Proferamus ꝛ alia virgini ma

O
Iudi. vj.

tri:deoq̄ filio cōgrua de scripturis testimonia. Quid illud ge-
deonis vellus significat quod vtiq̄ de carne tonsum: sed sine
vulnere carnis in area ponitur:et nunc quidem lana:nunc vero
area rore pfundit nisi carnē assumptā de carne virginis:ꝛ absq̄
detrimēto virginitatis. Cui vtiq̄ distillātib⁹ celis:tota se infudit
plenitudo diuinitatis:adeo vt ex hac plenitudine oēs accepe-
rim⁹ q̄re sine illa nō aliud q̄ terra arida sum⁹. Huic q̄q̄ ge-
deonico facto pphetici dictū pulchre satis cōuenire videt:vbi le

Ps. lxxj.

git. Descēdet sicut pluuia in vell⁹. Nam p hoc quod sequit. Et
sicut stillicidia stillantia sup terrā idem datur itelligi: quod p
inuentam rore madidam aream. ¶ Pluuia quippe voluntaria

P

quā segregauit de⁹ hereditati sue:placide pri⁹ et absq̄ strepitu
operatiōis hūane suo se quietissimo illapsu virgineū demisit in
vterum:postmodum vero vbiq̄ terrarum diffusa est per ora pre
dicatorum non tam sicut pluuia in vellus: sed sicut stillicidia
stillantia super terram:cum quodam vtiq̄ strepitu verborum:
ac sonitu miraculorum. Siquidem recordate sunt nubes ille
que portabant pluuiam: preceptum sibi fuisse cum mitterent-
tur. Quod dico vobis in tenebris dicite in lumine: et quod

Mat. x.

in aure auditis predicate super tecta. Quod et fecerunt.
Etenim in omnem terram exiuit sonus eorum: et in fines or-
bis terre verba eorum. ¶ Audiamus et hieremiam noua ve-

Q

teribus vaticinantem: et quem presentem monstrare non po-
terat

Hie.xxxi

terat: venturum ⁊ ardenter ⁊ fidenter promittentem. Nouum inquit creauit dominus super terram: femina cricundabit virum. Que est hec femina? quis vero iste vir? Aut si vir: quomodo a femina circũdat? Aut si a femina circũdari potest quomodo vir? Et vt apertius dicam quomodo potest simul et vir esse et in vtero matris? Hoc est enim virum a femina circundari. Nouimus viros: qui scilicet infantiam: pueritiam: adolescẽtiam atq̃ iuuentutem transeuntes: ad gradum vsq̃ senectuti proximum peruenerunt. Qui ergo iam adeo grãdis est: quomodo a femina circundari potest? Si dixisset femina circundabit infantem: vel femina circundabit paruulum nec nouum videretur nec mirum. Nunc autem quia nil tale posuit sed dixit virum: querimus que sit hec nouitas quam deus fecit in terra: vt femina circundaret virum: et vir intra feminei vnius corpusculi membra sese cohiberet? Quid est hoc miraculũ? Nunquid potest homo, vt ait nicodemus, in vẽtrem matris sue iterato introire ⁊ nasci? ¶ Sed verto me ad conceptum partũq̃ virginalem: si forte inter plurima noua ac mira que ibi profecto inspicit qui diligentur inquirit: etiam hanc quam de propheta protuli reperiam nouitatem. Porro ibi agnoscitur longitudo breuis: latitudo angusta: altitudo subdita: profunditas plena. Ibi agnoscitur lux non lucens: verbum infans: aqua sitiens: panis esuriens. Videas si attẽdas potentiam regi: sapiẽtiam instrui: virtutem sustentari: deum denique lactantem: sed angelos reficientem: vagientem sed miseros consolantem. Videas si attendas tristari leticiam: pauere fiduciam salutem pati: vitam mori: fortitudinem infirmari. Sed quod non minus mirandum est: ipsa ibi cernitur tristicia letificans: pauor confortans: passio saluans: mors viuificans: infirmitas roborans. Cui iam illud quoq̃ non occurrat quod querebam? Nunquid nõ facile tibi est inter hec femina agnoscere virum circundãtem: cum mariam videas virum approbatum a deo iesum suo vtero circumplectentem. Virum autem dixerim fuisse iesuz nõ solum iam cum diceretur vir propheta potens in opere ⁊ sermone: sed etiam cum tenera adhuc infantis membra: dei mater blãdo vel foueret in gremio: vel ducaret in vtero. ¶ Vir igitur erat iesus necdum etiam natus/ sed sapientia non etate animi vigore non viribus corporis maturitate sensuum: non corpulentia membrorum. Neq̃ enim minus habuit sapientie: vel potius non minus fuit sapientia iesus conceptus q̃ natus paruus q̃ magnus. Siue ergo latens in vtero/ siue vagiens in presepio: siue iam grandiusculus interrogans doctores in templo: siue iam perfecte etatis docens in populo: eque profecto plenus fuit spiritu sancto. Nec fuit hora in quacũq̃ etate sua qua de plenitudine illa quam in sui cõceptione accepit in vtero/ vel aliquid minueretur/ vel aliquid eidem adyceretur: sed a principio perfectus a principio inq̃ plenus fuit spiritu sapientie et intellectus: spiritu cõsilij et fortitudinis: spiritu scientie ⁊ pietatis: ⁊ spiritu timoris domini. ¶ Nec te moueat q̃ de illo legis in alio loco. Jesus autem proficiebat sapiẽtia et etate ⁊ gratia apud deum ⁊ homines. Nam quod de sapiẽtia ⁊ gratia hic dictum est: non ſm quod erat: sed ſm quod apparebat intelligẽdum est: non quia videlicet aliquid ei nouum accideret quod ante non haberet: sed q̃d accidere videretur quando volebat ipse vt videretur. Tu homo cum proficis non quando nec quantum vis proficis: sed te nesciente tuus moderatur profectus: tua vita disponitur. ¶ At vero puer iesus qui disponit tuam/ ipse disponebat et suam: ⁊ quando volebat et quibus volebat sapiens apparebat: quando ⁊ quibus volebat sapientior quando ⁊ quibus volebat sapientissimus: q̃uis in se nunq̃ esset nisi sapiẽtissimus. Similiter et cũ semper omni gratia plenus fuisset: siue quã apud deũ: siue quã apud homines habere deberet: pro suo tamen arbitrio eam nunc plus nũc minus ostẽtabat: prout cernentium/ vel meritis congruere:/ vel saluti expedire sciebat. Constat ergo quia semper iesus virilem animũ habuit: ⁊ si semper in corpore vir non apparuit. Cur denique dubito virum fuisse in vtero: quem inibi deum fuisse non ambigo? Minus quippe est esse virum q̃ esse deum. Sed vide si nõ etiã hanc hieremie nouitatem esaias lucidissime aperit: qui nouos superius aaronicos flores exposuit. Ecce inquit, virgo concipiet: et pariet filium. En habes feminaz scilicet virginem. Vis et de viro audire q̃d sit. Et vocabitur ait nomen eius emanuel: id est nobiscũ deus. ¶ Femina itaq̃ circũdans virum virgo est concipiens deum. Vides q̃ pulchre et concorditer sanctorum mira facta et mystica dicta sibinuicem concinunt. Vides q̃ stupendum sit hoc vnum de virgine ⁊ in virgine factum miraculum: quod tot miracula preuenerunt tot oracula promiserunt. Unus nimirum fuit spiritus prophetarum: ⁊ licet diuersis modis: signis et temporibus eãdem rem diuersi non diuerso spiritu et preuiderunt et predixerunt. Moysi monstratũ est in rubo ⁊ igne: aaron in virga et flore: gedeoni in vellere et rore hoc aperte salomon preuidit in forti muliere ⁊ eius precio: apertius hieremias precinit de femina et viro: apertissime esaias declarauit de virgine ⁊ deo: gabriel tãdem exhibuit ipsam salutando. Ipsa nãq̃ est de qua nunc euangelista. Missus est ait angelus gabriel a deo ad virginem despõsatã ioseph. ¶ Ad virginem inquit despõsatam. Quare desponsatam? Cũ esset inqua virgo electa: ⁊ vt ostensum est virgo cõceptura: virgo paritura mirum cur desponsata fuerit non nuptura. Nunquid vel hoc casu factuz quis dixerit? Non est casu factum q̃d rationabilis causa commendat: causa valde vtilis ⁊ necessaria: ⁊ diuini prorsus adinuentione consilij digna. Dicam quod mihi immo quod ante me patribus visum fuit. ¶ Illa vtiq̃ fuit ratio desponsationis marie que et dubitationis thome. Mos si quidem iudeorum erat vt a die despõsationis sue vsq̃ ad tempus nuptiarum sponsis spõse traderentur custodiende: quatenus earũ ipsi eo sibi pudicitiam curiosius seruarent quo sibiipsi fideliores existerent. Sicut ergo thomas dubitando/ palpando: constantissimus factus est dominice confessor resurrectionis: ita ⁊ ioseph mariam sibi desponsando: eiusq̃ conuersationem in tempore custodie studiosius comprobando: factus est pudicitie fidelissimus testis. Pulchra vtriusq̃ rei conuenientia: ⁊ dubitatio thome/ ⁊ desponsatio marie poterant quidẽ similis erroris laqueum nobis inycere/ fidei videlicet in illo/ castitatis/ in illa/ veritatez in suspitionem adducere: sed valde prudenter ⁊ pie factum est per contrarium: vt vnde metuebatur suspitio firma sit certitudo. Nam ⁊ de filij resurrectione citius quidem ego qui infirmus sum crediderim thome dubitãti ⁊ palpanti: q̃ sephe audienti ⁊ credenti: ⁊ de matris continentia facilius sponso eius custodiẽti et experiẽti: q̃ ipsi quoq̃ virgini de sola sua conscientia se defendẽti. ¶ Dic queso quis eam videns non desponsatam ⁊ grauidam non potius diceret corruptam q̃ virginem? Non autem decebat hoc dici de matre domini. Tolerabilius vero atq̃ honestius fuit putari ad tempus christuz de coniugio fuisse natum: q̃ de fornicatione. ¶ Sed non poterat inquis deus apertum aliquod ostendere signũ: quo videlicet fieret: vt eius nec ortus infamaret/ nec mater criminaretur? Poterat vtiq̃: sed non poterat latere demones: quod scirent homines. Oportebat autem a principe mũdi aliquãdiu celari diuini consilij sacramentum: non q̃ deus si palam opus suum facere vellet: impediri posse ab illo metueret: sed quia ipse qui non solum potenter: sed etiam sapienter quecunq̃ voluit fecit: sicut in omnibus operibus suis quasdã rerum vel temporum congruentias propter ordinis pulchritudinem seruare consueuit: Ita in hoc quoq̃ tam magnifico opere suo nostre videlicet reparationis non tantum potẽtiam suã sed ⁊ prudentiam ostendere voluit. Et q̃uis illud aliter quomodo vellet perficere potuisset placuit ei tamen eo potius ⁊ modo ⁊ ordine hominem sibi reconciliare: quo nouerat cecidisse: vt sicut diabolus prius seduxit feminam ⁊ postmodum virum per feminam vicit Ita prius a femina virgine seduceretur: et post a viro christo aperte debellaretur: quatenus malicie fraudi dum ars pietatis illuderet: ac maligni fortitudinem/ christi virtus cõtereret: diabolo deus prudẽtior appareret ⁊ fortior. Ita quippe decuit incarnatam sapientiam spiritalem vincere maliciam: quo non solum attingeret a fine vsq̃ ad finem fortiter: sed ⁊ disponeret omnia suauiter. Attingit autez a fine vsq̃ ad finem: id est a celo vsq̃ ad infernum. Si ascendero inquit in celum tu illic es: si descendero in infernum ades. Utrobiq̃ fortiter quando ⁊ de supernis expulit superbum: ⁊ apud inferos spoliauit auarum. Conueniẽs ergo erat vt suauiter quoq̃ omnia celestia scilicet et terrena disponeret: quatenus ⁊ illinc deyciens inquietum reliquos in pace firmaret: et huc debellaturus inuidum nobis prius sue humilitatis ⁊ mansuetudinis valde necessarium exemplum relinqueret: sicq̃ mirabili fieret moderamine sapientie: vt ⁊ suis suauis: ⁊ hostibus fortis appareret. Quid enim prodesset diabolum a deo vinci: nobis manentibus superbis? Necessario igitur desponsata est maria ioseph: quando per hoc ⁊ a canibus sanctum absconditur: et a spõso virginitas comprobatur ⁊ virginis tam verecũdie parcitur q̃ fame prouidetur. Quid sapientius? quid dignius diuina prouidentia? Uno tali consilio secretis celestibus: ⁊ admittitur testis: et excluditur hostis: ⁊ integra seruatur fama virginis matris. Alioquin quãdo pepercisset iustus adultere? Scriptum est autem. Joseph autem vir eius cum esset iustus: ⁊ nollet eã traducere: voluit occulte dimittere eam. Bene cũ esset iustus noluit eam traducere: quia sicut nequaq̃ iustus esset si cognitam ream consensisset: sic nihilominus iustus non esset si probatam innociam condemnasset. ¶ Cum ergo iustus esset et nolet eam traducere; voluit dimittere eam. Quare voluit dimittere eam? Accipe ⁊ in hoc non meam: sed patrum sententiam. Propter hoc ioseph voluit dimittere eam propter quod ⁊

Margin notes: Iohã.iij. — A — B — Eso.xi. — C — Luce.ij. — D — Esa.vij. — E — Luce.j. — F — G — H — I — Psalm. cxxxviij. — Mat.j. — K

Luce.v. petrus dominum a se repellebat dicens. Exi a me domine qꝛ homo peccatoꝛ sum. propter quod ⁊ centurio a domo sua eum Mat. viij prohibebat cuz diceret. Domine nō sum dignus vt intres sub tectum meum. Ita ergo et ioseph indignum et peccatorem se reputans dicebat infra se a tali ⁊ a tanta non debere sibi vitra familiare prestari contubernium: cuius supra se mirabilem L expauescebat dignitatem. Uidebat ⁊ hoꝛrebat diuine presentie certissimum gestantem insigne: ⁊ quia mysterium penetrare non poterat: volebat dimittere eam. expauit petrus potentie magnitudinem: expauit centurio presentie maiestatem. Exhoꝛruit nimirum ⁊ ioseph sicut homo huius tanti miraculi nouitatem: misterij profunditatem: ⁊ ideo occulte voluit dimittere eā. Miraris qꝛ ioseph pregnantis sese cōsoꝛtio virginis iudicabat indignum: cum audias et sanctam elizabeth eius nō posse ferre presentiam: nisi cum tremoꝛe quidem ⁊ reuerentia? Luce.j. Ait nāqꝫ. Unde hoc mihi: vt veniat mater domini mei ad me? M Ideo itaqꝫ ioseph voluit dimittere eam. ❡ Sed quare occulte ⁊ nō palam? Ne videlicet diuoꝛtij causa inquireret: exigeretur ratio. Quid enim vir iustus responderet populo dure ceruicis populo non credenti et contradicenti? Si diceret quod sentiebat: quod de illius puritate comprobauerat: nonne mox increduli et crudeles iudei subsannarent illum: lapidarent illam. Quando nāqꝫ veritati crederent tacenti in vtero: quaz postea contempserunt clamantem in templo? Quid facerent necdum apparenti: cui postmodum impias manus iniecerunt: etiam miraculis choꝛuscanti? Merito ergo vir iustus ne aut mentiri aut diffamare cogeretur inoxiam: voluit occulte dimittere eā. Sinuero aliter quis sentiat: ⁊ ioseph sicut hominem dubitasse contendat: sed quia iustus erat noluisse quidem habitare cum ea ꝓpter suspitionem: nec tamē (quia pius erat) traducere voluisse suspectam: ⁊ ideo voluerit occulte dimitere eam? Breuiter respondeo etiam sic dubitationem illam ioseph fuisse necessariā: q̄ diuino meruit certificari oꝛaculo. Sic quippe scri- Mat.j. ptum est. Hec autem eo cogitante (scilicet qꝛ occulte dimitteret eā) apparuit ei angelus in somnio dicēs. Ioseph fili dauid noli timere accipere mariam coniugem tuam. Qđ enim in ea natū est: de spiritu sancto est. Itaqꝫ ꝓpter istas ratiōis despōsata est maria ioseph. Uel potius (sicut ponit euangelista) viro Luce.j. cui nomen erat ioseph. Uirū nominat: nō quia maritus, sed qꝛ homo virtutis erat. Uel potius quia iuxta alium euāgelistam non vir simpliciter, sed vir eius dictus est: merito appellatur, quod necessarie putatur. Debuit ergo vir eius appellari: quia necesse fuit et putari: sicut ⁊ pater saluatoris non quidem esse sed dici meruit vt putaretur esse: dicente hoc ipso euāgelista. Luce. iij. Et ipse iesus erat incipiens quasi annoꝛum triginta: vt putabatur filius ioseph: Nec vir ergo matris: nec filij pater extitit q̄uis certe vt dictum est: ⁊ necessaria dispensatione vtrūqꝫ ad N tempus et appellatus sit et putatus. ❡ Conijce tamen ex hac appellatione qua (licet dispēsatoꝛia) meruit honoꝛari adeo vt pater dei ⁊ dictus et creditus sit: conijce ⁊ ex pꝛopꝛio vocabulo quod augmentum non dubitas interpretari quis et qualis Genesis homo fuerit iste homo ioseph. Simul ⁊ memēto magni illius xxxvij. quondā patriarche venditi in egyptoꝛ: ⁊ scito ipsius istum non solum vocabulum fuisse soꝛtitum: sed ⁊ castimoniam adeptum innocentiam assecutum et gratiam. Siquidem ille ioseph fraternia ex inuidia venditus ⁊ ductus in egyptū christi venditionem prefigurauit: iste ioseph herodianam inuidiam fugiens Matth.ij christum in egyptum poꝛtauit. Ille domino suo fidez seruans Danielis domine noluit commisceri. Iste dominā suam domini sui maxxxix. trem virginem agnoscens: et ipse continens fideliter custodi- Matth.j. uit. Illi data est intelligentia in mysterijs somnioꝛum. Isti da- Gene.lx. tum est conscium fieri atqꝫ participem celestium sacramentoꝛum. Ille frumēta seruauit non sibi: sed omni populo. Iste panem viuum e celo seruandum accepit: tam sibi q̄ꝫ toti mundo Non est dubium quin bonus ⁊ fidelis homo fuerit iste ioseph cui mater desponsata est saluatoꝛis. Fidelis inq̄ꝫ seruus ⁊ prudens quem constituit domin⁹ sue matris solatium: sue carnis nutritiū: solum deniqꝫ in terris magni consilij coadiutoꝛem fi- O dissimum. ❡ Huc accedit qꝛ dicitur fuisse de domo dauid. Uere enim de domo dauid: vere de regia stirpe descendit vir iste ioseph: nobilis genere: mente nobilioꝛ. Plane filius dauid: nō degenerās a patre suo dauid. Proꝛsus inquā filius dauid non tantum carne: sed fide: sed sanctitate: sed deuotione: quē tāq̄ꝫ alterum dauid dominus inuenit sm coꝛ suum: cui tuto committeret secretissimū atqꝫ sacratissimum sui coꝛdis arcanum: cui tanq̄ꝫ alteri dauid incerta et occulta sapientie sue manifestauit ⁊ dedit illi non ignarum esse mysterij quod nemo principū huius seculi agnouit: cui deniqꝫ datum est quod multi reges ⁊ pꝛophete cum vellent videre non viderunt: audire ⁊ non audierunt: non solum videre et audire sed etiam poꝛtare, deducere, amplecti, deosculari, nutrire ⁊ custodire. Non tantū autem ioseph: sed ⁊ maria descendisse credēda est de domo dauid. Alioquin non esset desponsata viro de domo dauid: si non esset ⁊ ipsa de domo dauid. Ambo igitur erant de domo dauid: sed in altera completa est veritas quā iurauit dominus dauid: altero tantum conscio et teste adimplete pꝛomissionis. In fine autem versus: et nomē inquit virginis maria. ❡ Loquamur pau- P ca et super hoc nomine quod interpretatum maris stella dicit et matri virgini valde cōuenienter aptatur. Ipsa nāqꝫ aptissime sideri comparatur: quia sicut sine sui coꝛruptiōe sidus suū emittit radium: sic absqꝫ sui lesione virgo parturit filium. Nec sideri radius suam minuit claritatem: nec virgini filius suam integritatem. Ipsa est igitur nobilis illa stella ex iacob oꝛta: cuius radius vniuersum oꝛbem illuminat: cuius splēdoꝛ ⁊ prefulget in supernis ⁊ inferos penetrat, terras etiam perlustrās ⁊ calefaciens magis mentes q̄ꝫ coꝛpoꝛa: fouet virtutes: excoquit vitia. Ipsa inquam est preclara ⁊ eximia stella super hoc mare magnum ⁊ spaciosum necessario subleuata: micans meri- Q tis: illustrans exemplis. ❡ O quisquis te intelligis in huius seculi pꝛofluuio magis inter pꝛocellas ⁊ tempestates fluctuare q̄ꝫ per terraz ambulare: ne auertas oculos a fulgoꝛe huius sideris si non vis obrui pꝛocellis. Si insurgant venti tentationum: si incurras scopulos tribulationuz: respice stellam: voca mariam. Si iactaris superbie vndis, si ambitionis, si detractionis, si emulationis: respice stellam, voca mariam. Si iracūdia: aut auaricia: aut carnis illecebra nauiculam concusserit mentis: respice ad mariam. Si criminū immanitate turbatus conscientie feditate confusus: iudicij hoꝛroꝛe perterritus: barathro incipias absoꝛberi tristicie: desperationis abysso: cogita mariam. In periculis, in angustijs, i rebus dubijs, mariam cogita: mariam inuoca. Non recedat ab oꝛe: non recedat a coꝛde: ⁊ vt impetres eius oꝛationis suffragium: non deseras conuersationis exemplum. Ipsam sequens non deuias: ipsam rogans non desperas: ipsam cogitans non erras. Ipsa tenente non coꝛruis: ipsa pꝛotegente non metuis: ipsa duce non fatigaris: ipsa pꝛopicia peruenis. Et sic in temetipso experiris q̄ꝫ merito dictum sit: et nomē virginis maria. Sed iam modice pausandum est: ne et nos in transitu claritatem tanti luminis intueamur. Ut enim verbis apostolicis vtar: bonum est nos hic Ma.xvij. esse: ⁊ libet dulciter contemplari in silentio quod laboꝛiosa nō sufficit explicare locutio. Interim autem ex deuota scintillātis sideris contemplatione: feruentioꝛ reparabitur in his que sequuntur disputatio.

❡ Homelia.iij. vnde supra. B

Libenter vbi mihi cōgruere video verba sanctorum assumo: quo vel ex vasculoꝛum pulchritudine gratioꝛa fiant: queqꝫ in eis lectoꝛi appoſuerim. Ut autem nūc a pꝛopheticis verbis incipiā Ue mihi non quidem sicut pꝛophete: quia tacui Esa.vj. sed quia locutus sum: quoniam vir pollutus labijs ego sum. Heu quot vana: quot falsa: quot turpia per hoc ipsum spurcissimū os meum euomuisse me recolo: in quo nūc celestia reuoluere verba presumo. Uehemēter timeo: ne tamē audiam ad me dictum. Quare tu enarras iusticias meas: ⁊ as- ps̄.xlix. sumis testamentum meum per os tuum? Utinam ⁊ mihi de superno altari non quidem carbo vnus: sed ingēs globus igne⁹ afferatur qui videlicet multam ⁊ inueteratam pꝛurientis oꝛis mei rubiginem ad plenum excoquere sufficiat: quatenus angeli ad virginem ⁊ virginis ad ipsum grata inuicem: ac casta colloquia dignus habear meo qualicūqꝫ replicare sermone. Ait enim euangelista. Et ingressus angelus ad eam haud dubiuz Luce.j. quin ad mariam dixit. Aue gratia plena dominus tecuz. Quo ingressus ad eam? Puto in secretarium pudici cubiculi vbi illa foꝛtassis clauso sup se ostio oꝛabat patrē in abscōdito. Solent angeli astare oꝛationibus: ⁊ delectari in his quos vident leuare puras manus in oꝛatione holocaustum sancte deuotionis gaudent se offerre deo in odoꝛez suauitatis. Marie autem oꝛationes quātum placuerint in conspectu altissimi angelus indicauit: qui ingressus ad eam tā reuerēter salutauit. ❡ Nec S fuit difficile angelo per clausum ostium penetrare ad abdita virginis: q̄ vtiqꝫ ex subtilitate substātie sue hoc habet in natura: vt nec seris ferreis eius arceatur ingressus quocunqꝫ suum cum impetus ferat. Angelicis enim spiritibus parietes non obsistunt: sed cuncta illis visibilia cedunt: cuncta eque coꝛpoꝛa quantumlibet solida vel spissa penetrabilia sunt eis ac peruia. Suspicandum igitur non est qꝛ apertum inuenerit angelus ostiolum virginis: cui nimirum in pꝛoposito erat hominum fugere frequentias: vitare colloquia: ne vel oꝛantis pertubaretur silentium: vel continentis castitas temptaretur. Clauserat itaqꝫ etiam illa hoꝛa suū super se habitaculum virgo prudentissima

go prudentissima:sed hominibus non angelis. Proinde ⁊ si ad
eam potuit intrare angelus:sed nulli hoim facilis patebat ac
cessus. Ingressus ergo angelus ad eam dixit. Aue gratia ple
na dominus tecum. ¶ Legimus in actibus apostoloꝝ. Ste
phanum plenum gratia ⁊ apostolos fuisse repletos spiritusan
cto:sed longe dissimiliter a maria. Alioquin nec in illo habita
uit plenitudo diuinitatis corporaliter quemadmodum in ma
ria:nec illi conceperũt de spiritusancto quomodo maria. Aue
inquit gratia plena:dominus tecum. Quid miruꝫ si gratia ple
na erat:cum qua dominus erat? Sed hoc potius mirandum:
quomodo qui angelum miserat ad virginem:ab angelo inuen
tus est esse cũ virgine. Ita ne velocior angelo fuit deus:vt fe
stinantem nuncium celerior ipse preueniret ad terras? Nec mi
rum. Nam cuꝫ esset rex in accubitu suo:nardus virginis dedit
odorem suum:⁊ ascendit in conspectu glorie eius fumus aro
matis:⁊ inuenit gratiam coram oculis domini:clamantibus q̃
circũstabant. Que est ista que ascendit per desertum sicut vir
gula fumi:ex aromatib⁹ myrrhe ⁊ thuris? Statimq̧ rex egre
diens de loco sancto suo. Exultauit vt gygas ad currendã viã
⁊ licet a summo celo egressio eius:nimio tñ peruolans deside
rio preuenit suum nunciũ ad virginem quam amauerat: quam
sibi elegerat:cuius decorem concupierat. Quem prospiciens
a longe venientem:gratulans ⁊ exultans ait ecclesia. Ecce ve
nit iste saliens in montibus:transiliẽs colles. ¶ Merito aũt cõ
cupiuit rex decorem virginis. Fecerat enim quicquid lõge an
tea premonita fuerat a patre suo dauid:dicente sibi. Audi fi
lia ⁊ vide:⁊ inclina aurem tuam:⁊ obliuiscere populum tuuꝫ ⁊
domum patris tui. Et si hoc feceris:concupiscet rex decorem
tuum. Audiuit quippe ⁊ vidit:non vt quidam qui audiẽtes nõ
audiunt:⁊ videntes non intelligunt:sed audiuit ⁊ credidit:vi
dit ⁊ intellexit. Et inclinauit aurem suam ad obedientiã:⁊ cor
suum ad disciplinam et oblita est populum suum et domum
patris sui:quia nec populum suum augere prolis successione:
nec domui patris sui relinquere curauit heredem:sed quic
quid honoris in populo: quicquid de paterna domo rerum
terrenarum habere potuisset:omnia arbitrata est vt stercora:
vt christum lucrifaceret. Nec fefellit eam intentio quando et
christum sibi filium vendicauit:nec propositum pudicitie vio
lauit. Bene igitur gratia plena:que ⁊ virginitatis gratiam te
nuit:⁊ insuper fecunditatis gloriam acquisiuit. ¶ Aue inquit
gratia plena:dominus tecum. Non dixit dominus in te: sꝫ do
minus tecum. Deus enim qui vbiq̧ equaliter totus est ꝑ suam
simplicem substantiam:aliter tamen in rationabilibus creatu
ris q̃ in ceteris ⁊ ipsarum:aliter in bonis q̃ in malis est ꝑ effi
caciam. Ita sane est in irrationabilibus creaturis:vt tamẽ nõ
capiatur ab ipsis. A rationalibus autem omnibus quidem
capi potest per cognitionem:sed a bonis tm̃ capitur etiã per
amorem. In solis ergo bonis ita est:vt etiam sit cum ipsis pro
pter concordiam voluntatis. Nam dum suas voluntates ita iu
sticie subdunt:vt deum non dedeceat velle quod ipsi volunt ꝑ
hoc quod ab eius voluntate non dissentiunt:deum sibi specia
liter iungunt. Sed cum ita sit cum omnibus sanctis:speciali
ter tamen cum Maria:cum qua vtiq̧ tanta ei consensio fuit vt
illius non solum voluntatem:sed etiam carnem sibi coniũge
ret:ac si de sua virginisq̧ substantia vnum christum efficeret
vel potius vn⁹ christus fieret:qui ⁊ si nec totus de deo nec to
tus de virgine:totus tamẽ dei ⁊ totus virginis esset/nec duo
filij:sed vnus vtriusq̧ filius. ¶ Ait itaq̧. Aue gratia plena:do
minus tecum. Nec tantum dominus filius tecum quem carne
tua induis:sed ⁊ dominus spiritussanctus:de quo concipis:et
dominus pater qui genuit quem concipis. Pater inq̧ tecum:
qui filium suum facit ⁊ tuum. Filius tecum:qui ad condenduꝫ
in te mirabile sacramentum miro modo ⁊ sibi reserat genitale
secretum:⁊ tibi seruat virginale signaculuꝫ. Spiritussanctus
tecum:qui cum patre ⁊ filio tuum sanctificat vterum. Domin⁹
ergo tecum. Benedicta tu in mulieribus. Libet adiungere qđ
elizabeth cuius hec verba sunt:prosecuta subiunxit. Et bene
dictus fructus ventris tui. Non quia tu benedicta ideo bene
dictus fructus vẽtris tui:sed q: ille te preuenit in benedictio
nibus dulcedinis:ideo tu benedicta. Uere eteniꝫ benedictus
fructus ventris tui:in quo benedicte sunt omnes gentes: de
cuius plenitudine:tu quoq̧ accepisti cum ceteris:⁊ si differen
tius a ceteris. Ac propterea quidem benedicta tu:sed in mu
lieribus: Ille vero benedictus nõ in hominibus:non inter an
gelos sed qui est (vt ait apostolus) super omnia benedict⁹ de⁹
in secula. Dicitur benedictus vir:benedict⁹ panis:benedicta
mulier:benedicta terra:vel si quid tale in creaturis benedictũ
esse memoratur:sed singulariter benedictus fructus ventris
tui:cum sit super omnia benedictus deus in secula. ¶ Bene
dictus ergo fructus ventris tui. Benedictus in odore:benedi
ctus in sapore:benedictus in specie. Huius odoriferi fructus

Margin notes: Textus. — A — Act.vj. — Canti.iij. — Ps.xviij. — Canti.ij. — B — Ps.xliiij. — C — D — Rom.ix. — E

fragrãtiã sentiebat qui dicebat. Ecce odor filij mei sicut odor
agri pleni:cui benedixit dominus. An non vere benedict⁹ cui
benedixit dominus? De sapore huius fruct⁹ quidam quod gu
stauerat taliter eructabat dicẽs. Gustate ⁊ videte quoniã sua
uis est domin⁹. Et alibi. Q̃ magna multitudo dulcedinis tue
domine:quam abscondisti timentibus te? Et alius quidã. Si
tamen inquit gustastis quoniaꝫ dulcis est dominus. Et ipe fru
ctus de se/inuitans nos ad se:qui edit me ait adhuc esuriet:⁊
qui bibit me adhuc sitiet. Utiq̧ propter saporis dulcedinẽ hoc
dicebat:qui semel gustatus magis excitat appetitum. Bonus
fructus qui animarum esurientium ⁊ sitientium iusticiam: et
esca ⁊ pot⁹ ẽ. Audisti de odore:audisti de sapore:audi ⁊ de spe
cie. Si enim fructus ille mortis non soluꝫ suauis fuit ad vescẽ
dum:sed etiam teste scriptura delectabilis aspectu:quãto ma
gis huius vitalis fructus viuificum decorem debemus inqui
rere:in quem teste alia scriptura desiderant etiam angeli ꝓspi
cere. Cuius pulchritudinem in spiritu videbat:⁊ in corpore vi
dere cupiebat:qui dicebat. Ex syon species decoris eius. Et
ne mediocrem tibi videatur commendasse decorem:recole qđ
in alio psalmo legis. Speciosus forma pre filijs hominum:dif
fusa est gratia in labijs tuis:propterea benedixit te de⁹ in eter
num: Benedictus ergo fructus ventris tui:cui benedixit de⁹
in eternum. Ex cuius benedictione benedicta etiam tu in mu
lieribus:quia non potest mala arbor fructum facere bonũ. Be
nedicta inquaꝫ tu in mulieribus:que illam generalem maledi
ctionem euasisti qua dictum est. In tristicia paries filios:⁊ ni
hilominus illam qua secutum est. Maledicta sterilis in israel.
Ac singulareꝫ consecuta es benedictionem/vt nec sterilis ma
neas:nec cuꝫ dolore parturias. Dura necessitas:⁊ graue iugũ
super omnes filias eue. Et si pariunt cruciantur:⁊ si nõ pariũt
maledicuntur. Et dolor prohibet parere:⁊ non parere maledi
ctio. Quid facies virgo que hec audis/que hec legis? Si par
turis angustiaris: si sterilis manes: malediceris. Quid eli
ges virgo prudens? Angustie inquit mihi sunt vndiq̧. Meli⁹
est tamen mihi maledictum incurrere/⁊ castam manere q̃ pri⁹
quidem concipere per concupiscentiam:quod merito post/ cũ
dolore parturiam. Hinc etenim etsi video maledictum:sed nõ
peccatũ:illinc vero ⁊ peccatum/simul ⁊ cruciatum. Deniq̧ hec
maledictio quid aliud est q̃ hominũ exprobatio? Neq̧ ob aliđ
sane dicitur sterilis maledicta:nisi q̧ opprobrio ⁊ contemptui
sit habenda/tanq̧ inutilis ⁊ infructuosa:⁊ hoc in israel tãtuꝫ.
Mihi autem pro minimo est q̧ hominibus displiceo:dum me
possim virginem castam exhibere christo. ¶ O virgo prudens
o virgo deuota:quis te docuit deo placere virginitateꝫ? Que
lex/que iusticia/que pagina veteris testamenti vel precipit vel
consulit vel hortatur:in carne nõ carnaliter viuere:⁊ in terris
angelicam ducere vitam? Ubi legeras (beata virgo). Sapien
tia carnis mors est:⁊ curam carnis:ne perfeceritis in deside
rio? Ubi legeras de virginibus:quia cantant canticum nouuꝫ
quod nemo alius cantare potest:⁊ sequuntur agnum quocũq̧
ierit? Ubi legeras laudatos esse qui se castrauerunt ꝓpter re
gnum celorum? Ubi legeras in carne enim ambulantes nõ ſm
carnem militamus. Et qui matrimonio iungit virginem suam
bene facit:⁊ qui non iungit melius facit? Ubi audieras. Uolo
vos omnes esse sicut ⁊ meipsum:⁊ bonum est homini si sic per
maneat ſm meum consilium? De virginibus (inquit) preceptũ
non habeo:consilium autem do? Tu vero non dicam preceptũ
sed nec consilium:nec exemplum:nisi quod vnctio docebat te
de omnibus:ac sermo dei viuus ⁊ efficax ante tibi factus est
magister q̃ filius:prius instruxerit mentẽ q̃ induerit carneꝫ.
¶ Christo ergo deuoues te exhibere virginem:⁊ nescis q̧ ipsi
exhiberi te opꝫ etiã matrẽ. Eligis in israel esse contẽptibilis et
vt illi placeas cui te probasti:maledictũ incurrere sterilitatis
et ecce maledictio benedictione commutatur:sterilitas fecun
ditate recompensatur. Aperi virgo sinum:expande gremium:
prepara vterum:quia ecce facturus est tibi magna qui potens
est intantum vt pro maledictione israel:beatam te dicant om
nes generationes. Nec suspectam habeas prudens virgo fecũ
ditateꝫ:quia non aufert integritatem. Concipies:sed sine pec
cato. Grauida eris:sed non grauata:paries/sed non cum tristi
cia:nescies virum:et gignes filium. Qualem filium? Illius
eris mater: cuius deus est pater. Filius paterne charitatis
erit corona tue castitatis: sapientia paterni cordis: erit fru
ctus vteri virginalis. Deum deniq̧ paries: et de deo conci
pies. Confortare ergo virgo fecunda/ casta puerpera/mater
intacta:quia non eris in israel vltra maledicta:neq̧ inter ste
riles deputata. Et si adhuc maledixeris ab israel secundum
carnem:non quia sterilem vident:sed quia fecundam inuidẽt.
Memento quod ⁊ christus maledictum pertulit crucis/qui te
suam matrem benedixit in celis:sed ⁊ in terris ab angelo bene
dicta:et a cunctis generationib⁹ terre merito beata ꝑdicaris.

Margin notes: Ge.xxvij. — Ps.xxxiij. — Ps.xxx. — ij.Pe.ij. — Eccle.iij. — j.Petri.j. — Ps.xlix. — Ps.xliiij. — Gene.iij. — F — G — Rom.viij — Rom.xiij — Apo.xiiij — Mat.xix. — ij.Cor.x. — j.Cor.vij — Ubi.s. — Idem. — Ubi.s. — H

Textus. I

Benedicta ergo tu in mulieribus⁊ benedictus fructus ven-
tris tui. ¶ Que cum audiſſet turbata eſt in ſermone eius:⁊ co
gitabat qualis eſſet iſta ſalutatio. Solent virgines que vere
virgines ſunt ſemper pauide ⁊ nunꝙ eſſe ſecure:⁊ vt caueāt ti
menda/etiam tuta pertimeſcere:ſcientes ſe in vaſis fictilibꝰ
theſaurum portare precioſum:⁊ nimis arduum eſſe viuere an-
gelice inter homines:⁊ in terris more celeſtium conuerſari:et
in carne celibem agere vitam Ac proinde quicquid nouū:qc-
quid ſubitum fuerit ortum/ſuſpectas habent inſidias:totū cō
tra ſe eſtimant machinatū. Idcirco ⁊ maria turbata eſt in ſer
mone angeli. Turbata eſt ſed non perturbata. Turbatus ſum

ps. lxxvi.

inquit ⁊ non ſum locutus:ſed cogitaui dies antiquos:⁊ ānos
eternos in mente habui. Ita ergo ⁊ Maria turbata eſt et non
eſt locuta:ſed cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio. Qꝫ turba-
ta eſt verecundie fuit virginalis:quod non perturbata fortitu
dinis:quod tacuit ⁊ cogitauit/prudentie. Cogitabat aūt qua
lis eſſet iſta ſalutatio. Sciebat prudens virgo qꝫ ſepe angelus
ſathane transfigurat ſe in angelum lucis:⁊ qꝛ nimirum humi-
lis ⁊ ſimplex erat:nihil tale penitus a ſancto angelo ſperabat

K

⁊ ideo cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio. ¶ Tunc angelꝰ in
tuitus virginem:⁊ varias eam/ſecum voluere cogitationes fa
cillime deprehendens:pauidam conſolatur:confirmat dubiā
ac familiariter vocans ex nomine/benigne ne timeat pſuadet.

Textus.

Ne timeas inquit maria:inueniſti gratiam apud deum. Nihil
hic doli:nihil hic fallacie eſt. Nullam circūuentionem:nullas
hic ſuſpiceris inſidias. Non ſum homo/ſed ſpiritus:⁊ dei an-
gelus/non ſathane. Ne timeas maria:inueniſti gratiam apud
deū. O ſi ſcires ꝙtum tua humilitas altiſſimo placeat/quā-
ta te apud ipſum ſublimitas maneat:angelico te indignā/nec
alloquio iudicares/nec obſequio. Ut quid enim indebitam ti
bi dixeris gratiā angelorum:que inueniſti gratiā apud deū?
Inueniſti quod querebas:inueniſti quod nemo ante te potuit
inuenire:inueniſti gratiam apud deum. Quam gratiam? Dei ⁊
hominum pacem: mortis deſtructionem: vite reparationem.
Hec eſt ergo gratia quam inueniſti apud deum. Et hoc tibi ſi

Textus.

gnum. Ecce concipies ⁊ paries filium:⁊ vocabis nomen eius
Ieſum. Intellige prudens virgo ex nomine filij pmiſſi:quan-
tam ⁊ quā ſpecialem gratiam inueneris apud deum. Et voca-
bis nomen eius Ieſum. Rationem huius vocabuli alius euā-

Matth. i. L

geliſta ponit:angelo ſic interpretante. Ipſe enim ſaluū faciet
populum ſuum a peccatis eorum. ¶ Duos ieſus lego in typo
huius quem nunc in manibus habemus preceſſiſſe:ambos po
pulis prefuiſſe. Quorum vnus populū ſuum de babylone edu
xit:alter ſuum in terram pmiſſionis introduxit. Et illi quidē
illos quibus preerant ab hoſtibus defendebant:ſed numquid
ſaluabant a peccatis eorū? Is aūt noſter Ieſus ⁊ a peccatis
ſaluat populum ſuum:⁊ introduxit in terram viuentium. Ipſe
enim ſaluum faciet populum ſuum a peccatis eorū? Quis eſt
hic qui etiam peccata dimittit? Utinam ⁊ me peccatorem di-
gnetur dominus Ieſus annumerare populo ſuo:vt ſaluū me
faciat a peccatis meis. Uere enim beatus populus cuius iſte
Ieſus dn̄s deus eius:qꝛ ipſe ſaluum faciet populum ſuum a

M

peccatis eorum. ¶ Uereor autem ne multi ſe pfiteantur eē de
populo eius:quos tn̄ ipſe non habeat pro populo ſuo. Uereor
ne pleriſqꝫ qui quaſi in populo eius religioſiores eſſe videntur

Mat. xv.

ipſe aliquando dicat. Populus hic labijs me honorat:cor au-
tem eorum longe eſt a me. Nouit enim dn̄s Ieſus qui ſunt eiꝰ
nouit ⁊ quos elegerit a principio. Quid me vocatis ait dn̄e

Luce. vi.

domine:⁊ non facitis que dico. Uis ſcire an pertineas ad po-
pulum eius:vel potius vis eſſe de populo eius? Fac que dicit

N

Ieſus ⁊ cōputabit te in populo ſuo. Fac que iubet in euange
lio dominus ieſus:que iubet in lege ⁊ prophetis:que iubet p
miniſtros ſuos qui ſunt in eccleſia:obtempera eius vicarijs:p
poſitis tuis:non tantum bonis ⁊ modeſtis/ſed etiam diſcolis

Mat. xi.

Et diſce ab ipſo ieſu quia mitis eſt ⁊ humilis corde:⁊ eris de
beato populo eius quem elegit in hereditatē ſibi:eris de lau
dabili populo eius quem dominus exercituum benedixit di-
cens. Opus manuum mearū tu es:hereditas mea iſrael:cui
ne forte iſrael carnalem emuleris/etiam teſtimonium phibet

ps. xvii. Textus. O

dicens. Populus quem non cognoui ſeruiuit mihi: in auditu
auris obediuit mihi. Sed audiamus quid idem angelus ſen-
tiat de illo:cui necdū ↄcepto tale indidit nomen. ¶ Ait nāqꝫ
Hic erit magnus ⁊ filius altiſſimi vocabitur. Bene magnus
qui filius altiſſimi merebitur appellari. An non magnus:cuiꝰ

ps. cxliiij. ps. cxij.

magnitudinis non eſt finis? Et quis magnus ſicut deꝰ no
ſter? Plane magnus qui tam magnus ꝙ altiſſimus:qꝛ et ipſe
altiſſimus. Neqꝫ enim altiſſimi filius rapinam arbitrabitur eē

Philip. ii.

ſe equalem altiſſimo. Ille merito arbitrandus eſt cogitaſſe ra
pinam qui cum de nihilo in angelicam formam factus fuiſſet:
factori ſuo ſe comparans vſurpauit ſibi quod filij altiſſimi p-
prium eſt:qui vtiqꝫ in forma dei a deo non factus ſed genitus
eſt. Altiſſimus enim deus pater ꝙuis omnipotens ſit:non po
tuit tn̄ vel equalem ſibi condere creaturam vel inequalem gi-
gnere filium. Fecit itaqꝫ angelum magnum:ſed non ꝙtus ipſe
⁊ ideo nec altiſſimum. Solum aūt vnigenitum quem nō fecit:
ſed genuit omnipotens omnipotentem/altiſſimus altiſſimū:
eternus coeternum ipſum ſibi per omnia cōparari:nec rapinā
eſtimat nec iniuriam. Recte ergo hic erit magnus qui filiꝰ al-
tiſſimi vocabitur. ¶ Sed quare hic erit ⁊ non potius eſt ma-

P

gnꝰ:qui ſemper equaliter magnus/nō habet quo creſcat:nec
maior poſt conceptū futurus ſit ꝙ ante vel ſit vel fuerit? An
forte propterea dixerit erit:quia qui magnus deus erat: ma-
gnus homo futurus ſit? Bene ergo hic erit magnus. Magnꝰ
homo/magnus doctor/magnꝰ pphcta. Sic eīm dr̄ de eo ī euā

Luce. vij.

gelio. Quia propheta magnus ſurrexit in nobis: Et a minori
quodam pphcta:magnus itidem pphcta venturus pmittit̄.
Ecce inquit veniet pphcta magnus ⁊ ipſe renouabit hieruſa
lem. Et tu quidem o virgo paruulum paries/paruulū nutries
paruulum lactabis:ſed videns paruū cogita magnū. Erit eīm
magnus:qꝛ magnificabit eum deus in conſpectu regum:adeo
vt adorent eum omnes reges/omnes gentes ſeruient ei. Ma

Luce. i.

gnificet ergo ⁊ aīa tua dn̄m:qꝛ hic erit magnus ⁊ filius altiſſi
mi vocabitur. Magnus erit/⁊ magna faciet tibi qui potēs eſt
⁊ ſanctum nomen eius. Quod eīm ſanctius nomen ꝙ qꝫ filiꝰ al
tiſſimi vocabitur. ¶ Magnificetur ⁊ a nobis paruulis/magnꝰ

Q Eſa. ix.

dominus:quos vt faceret magnos:factus eſt paruulus. Par-
uulus ait natus eſt nobis:filius datꝰ eſt nobis. Nobis inquā
non ſibi qui vtiqꝫ ante tempora multo nobilius natus ex pre:
naſci tēporaliter non indigebat ex matre. Non angelis quoqꝫ
qui cum magnum haberent:paruulum non requirebant. No-
bis ergo natus nobis ⁊ datus:quia nobis neceſſarius. Iā de
nobis nato ⁊ dato:faciamus ad qꝺ natꝰ eſt ⁊ datus. Utamur
noſtro in noſtram vtilitatem:de ſaluatore ſalutem operemur.

R

¶ Ecce paruulus in medio ſtatuitur. O paruulus puulis deſi
deratus. O vere paruulus:ſed malicia nō ſapientia. Studea-
mus effici ſicut paruulus iſte:diſcamus ab ipſo:qꝛ mitis eſt ⁊
humilis corde:ne magnus videlicet deꝰ:ſine cā factus ſit hō
paruus:ne gratis mortuus:ne in vacuum crucifixus. Diſcamꝰ
eius humilitatem/imitemur manſuetudinē:amplectamur di
lectionem/communicemus paſſionibus/lauemur in ſanguine
eius/ipſum offeramus ppiciationem p peccatis noſtris: quo
niam ad hoc ipſe natus ⁊ datus eſt nobis. Ipſum oculis pr̄is

Ro. viij.

ipſum offeramus ⁊ ſuis:quia ⁊ pater pprio filio ſuo non peper
cit ſed p nobis tradidit illū:⁊ ipſe filius ſemetipm̄ exinaniuit
formā ſerui accipiēs:ipſe tradidit in mortē aīam ſuā:⁊ cū ſce-

Lu. xxiij.

leratis reputatus eſt:⁊ ipſe peccata multoꝝ tulit:⁊ p trāſgreſ
ſoribus rogauit vt nō pirent. Non poſſunt pire p quibus filꝰ
rogat ne peant:p quibus pater tradidit filiū in mortem vt vi
uant. Equaliter ergo ab vtroqꝫ ſperanda eſt venia/qbus eqlis
eſt in pietate miſericordia:par in volūtate potētia:vna ī dei-
tate ſubſtantia:in qua vnus cum eis ſpiritusſanctus viuit ⁊ re
gnat deus per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

¶ Homelia quarta. vnde ſupra.

S

Non eſt dubium quicquid in laudibus matris p
ferimus ad filium pertinere:⁊ rurſum cum filiū
honoramus a gloria matris non recedimꝰ. Nā

Prouer. x.

ſi iuxta ſalomonem. Filius ſapiens gloria eſt pa
tris ꝙtomagis glorioſum eſt matrem ipſius effi
ci ſapientie? Sed quid ego tempto in eius lau-
dibus quā laudabilē pdicāt pphete:perhibet angelus:narrat
euangeliſta? Non ergo laudo qꝛ non audeo:ſed tn̄ replico de
uotus:qꝺ iam explicauit p os euangeliſte ſpūſſctūs. Seqtur

Textus.

nāqꝫ ⁊ ait. Et dabit illi dn̄s deus ſedem dauid patris ſui. Uer
ba ſunt angeli ad virginem de pmiſſo filio:promittentis qꝺ

T

debeat poſſidere regnū dauid. ¶ Qꝫ de ſtirpe dauid duxerit
originem dn̄s ieſus:nemo dubitat. Quero aūt quō dederit ei
deus ſedē dauid pr̄is ſui:cū ipſe ī hierl̄m nō regnauerit: qnim
mo turbis eū volētibꝰ ↄſtituere regē/nō acqeuerit:ſed ⁊ ante
facīē pylati pteſtatꝰ ſit? Regnū meū nō eſt de hoc mūdo. De-

Ioh xviij. Eſa. vj.

niqꝫ qd magnū pmittit̄ ei q ſedet ſup cherubin:quē pphetaui
dit ſedētē ſup ſoliū excelſū ⁊ eleuatū:ſedere in throno dauid
pr̄is ſui? Sed nouimus quādā aliā hierl̄m ab ea q̄ nunc eſt in
qua regnauit dauid ſignificatā multo iſta nobiliorē/multo di
tiorē. Hanc igit̄ puto hic fuiſſe ſignificatā:illo videlꝫ vſu lo-
quēdi:quo ſepe repis in ſcripturis ſignificās poni p ſignifica

Luce. i.

to. Tūc ſane dedit illi deus ſedē dauid pr̄is ſui:qn̄ ↄſtitutꝰ eſt
rex ab eo ſup ſyon montē ſctm̄ eiꝰ. Sed hic pphcta de quo re
gno dixerat expſſius aperuiſſe videtur:in eo qꝫ non in ſyon po
ſuit ſed ſuper ſyon. Nam ideo fortaſſis dictum eſt ſuper: quia
in ſyon quidem regnauit dauid:ſuper ſyon vero regnum eſt il-

ps. cxxxi.

lius de quo dictum eſt ad dauid. De fructu ventris tui ponam
ſuper

super sedem tuam: de quo dictum est per alium prophetam.
Esaie.ix. Super solium dauid ⁊ super regnum eius sedebit. Uides quia
vbiq; reperis super. super syon/super sedem/super solium/ su-
per regnum. Dabit ergo ei dominus deus sedem dauid patris
sui: non typicam sed veram: non temporalem sed eternam non
terrenam sed celestem. Que idcirco ut iam dictum est memo-
ratur fuisse dauid: quia hec in qua temporaliter sedit: eterne il-
Textus. lius gerebat imaginem. Et regnabit in domo iacob in eternū
⁊ regni eius non erit finis. Hic quoq; si domum iacob tempora
lem accipimus: quomodo in illa que eterna non est: in eternum
regnaturus est? Querenda est ergo domus eterna iacob in q̄
regnet ineternum: cuius regni non erit finis. An non deniq; do
mus illa iacob exasperans/impie abnegauit eum: ⁊ insipiēter
respuit ante faciem pylati: quando illo perhibente: regem ve
Joh. xix. strum crucifigam: vno ore respondendo clamauit: non habem⁹
regem nisi cesarem? Require itaq; apostolum ⁊ discernet tibi
Rom. ij. eum qui in occulto iudeus est ab illo qui in manifesto. Et que
Colló. ij. in spiritu est circuncisionem/ab ea que fit in carne: ⁊ spiritualē
israel a carnali: ⁊ filius fidei abrae a filiis carnis. Non enim in-
Roma. ix quit omnes qui ex israel/hi sunt israelite: neq; qui semen sunt
abrae hi filij. Sequere ergo ⁊ dic. Similiter non omnes qui ex
iacob: hi reputandi sunt in domo iacob: quippe ipse est q̄ isrl.
B Solos igitur qui in fide iacob perfecti inueniendi sunt: repu-
ta in domo iacob: vel potius ipsos noueris fore spiritualem ⁊
eternam domum iacob in qua regnabit dominus iesus in eter
num. Quis ex nobis est qui iuxta interpretationem nominis ia
cob: supplantet diabolum de corde suo: luctetur cum vitiis
⁊ concupiscentiis suis: vt non regnet peccatum in suo mortali
corpore: sed regnet in eo iesus: ⁊ nunc quidem per gratiam: et
in eternū per gloriam? Beati in quibus iesus regnabit in eter
num: quia ⁊ ipsi cum eo regnabunt: ⁊ regni eius non erit finis.
O q̄ gloriosum est regnum illud in quo reges cōgregati sunt
conuenerunt in vnum: ad laudandum scilicet ⁊ glorificandum
eum qui super omnes est rex regum ⁊ dominus dominantium.
Mat. xiij. De cuius splendidissima contemplatione fulgebunt iusti sicut
sol in regno patris eorum. O si ⁊ mei peccatoris meminerit ie
sus in beneplacito populi sui: cū venerit in regnum suum. O si
me in illa die: qū traditurus est regnum deo ⁊ patri visitare di
gnabitur in salutari suo ad videndum. s. in bonitate electorum
suorum ad letandum in leticia gentis sue: vt laudetur etiam a
me cum hereditate sua. Ueni interim dn̄e iesu: aufer scandala
de regno tuo quod est anima mea: vt regnes tu. qui debes in
ea. Uenit enim auaricia ⁊ vendicat in me sibi sedem: iactantia
cupit dominari mihi: superbia vult mihi esse rex: luxuria dicit
ego regnabo: ambitio: detractio: inuidia: ⁊ iracundia certāt in
meipso de meipso: cuius ego potissimum esse videar. Ego aūt
q̄tum valeo resisto: renitor q̄tum iuuor: dn̄m meum Jesum re-
clamo: ipsi me defendo: qz ipsius me iuris agnosco. Ipsum mi
hi deum: ipsum mihi dominum teneo ⁊ dico: non habeo regem
nisi dn̄m Jesum. Ueni ergo domine disperge illos in virtute
tua ⁊ regnabis in me: quia tu es ipse rex meus ⁊ deus meus: q̄
Textus. mandas salutes iacob. Dixit autem maria ad angelum. Quo-
modo fiet istud: quoniam virum non cognosco? Primo quidem
prudenter tacuit: cum adhuc dubia cogitabat: qualis eēt ista
salutatio: malens nimirum humiliter non respondere q̄ teme
re loqui quod nesciret. Jam vero confortata ⁊ bene premedi-
tata: angelo quidem foris loquente: sed deo intus persuaden
te: erat enim dn̄s cū illa dicente angelo: dn̄s tecū: ita ergo con
firmata fide scilicet depellente timorē: leticia verecundiam: di
B xit ad angelum. Quomodo fiet istud/qm̄ virum non cognosco
Non dubitat de facto: sed modū requirit ⁊ ordinem. Nec enim
querit an fiet istud: sed quomodo. Quasi dicat. Cum sciat do-
minus meus (testis conscientie mee) votū esse ancille sue non
cognoscere virum: qua lege/quo ordine placebit ei vt fiat istud?
Si oportuerit me frangere votum vt pariam talem filiū ⁊ gau-
deo de filio ⁊ doleo de proposito. Fiat tamen voluntas eius.
Sin vero virgo concipiam virgo ⁊ pariam: quod vtiq; si pla-
cuerit ei impossibile non erit: tūc scio vere quia respexit humi
Textus. litatem ancille sue. Quomodo ergo fiet istud quoniā virū non
cognosco? Et respondens angelus dixit ei. Spiritussanct⁹ su-
perueniet in te: ⁊ virtus altissimi obūbrabit tibi. Superius di-
cta est fuisse gratia plena: ⁊ nunc quomodo dicitur: spiritussan
ctus superueniet in te: ⁊ virtus altissimi obūbrabit tibi? Nun-
quid potuit repleri gratia ⁊ necdū habere spiritūsanctum: cum
ipse sit dator gratiarum? Si aūt tam spiritussanctus in ea erat
quomodo adhuc tanq̄ nouiter superuenturus repromittitur?
An forte ideo non dixit simpliciter: veniet in te/sed addidit su
per: qz ⁊ prius quidē in ea fuit per multā gratiā/sed nunc sup-
uenire nunciatur: ppter abūdātioris gratie plenitudinē: quā
effusurus est super illā? At vero cū plena iā sit: illud amplius
C quō capere poterit? Si aūt plus aliquid capere pōt: quomodo
⁊ ante plena fuisse intelligenda est? An prior quidē gratia ei⁹
tantum repleuerat mentem: sequens vero etiam ventrem per-
fundere debeat: quatenus scilicet plenitudo diuinitatis que
ante in illa: sicut et in multis sanctorum spiritualiter habita-
bat/etiam sicut in nullo sanctorum/corporaliter in ipsa habita
re incipiat? ¶ Ait itaq;. Spiritussanctus superueniet in te et D
virtus altissimi obumbrabit tibi. Quid est: ⁊ virtus altissimi
obumbrabit tibi? Qui potest capere capiat. Quis enī excepta
fortassis illa que hoc sola in se felicissime meruit experiri: intel
lectu capere: ratione discernere possit: qualiter splendor ille in
accessibilis/virgineis sese visceribus infuderit: ⁊ vt illa inac-
cessibilem accedere ad se ferre potuisset: de portiuncula eius-
dem corporis cui se animate cōtēperauit reliqua masse vmbra-
culum fecerit? Et fortasse propter hoc maxime dictū est: obū-
brabit tibi: qz res nimirum in sacramento erat: ⁊ quod sola per
se trinitas/in sola ⁊ cum sola virgine voluit operari: soli datum
est nosse: cui soli datum est experiri. Dicatur ergo. Spiritussan
ctus superueniet in te: qui vtiq; sua potentia fecūdabit te. Et
virtus altissimi obumbrabit tibi: hoc est illum modum quo de
spiritusancto concipies/dei virtus: ⁊ dei sapientia xp̄s: sic in
suo secretissimo cōsilio obūbrando cōteget ⁊ occultabit: qua-
tenus sibi tm̄ notus habeatur ⁊ tibi. Acsi angelus rn̄deat ad
virginē. Quid a me requiris: qd in te mox experieris? Sciens
scies ⁊ feliciter scies: sed illo doctore quo ⁊ actore. Ego autem
missus sum nūciare virginalē conceptū/non creare. Nec potest
Textus. doceri nisi a donante: nec pōt addisci nisi a suscipiēte. Ideoq;
⁊ quod nascetur ex te sanctum vocabitur filius dei. Quod est
dicere. Quoniam non est de homine sed de spiritusancto qd cō
cipies: concipies aūt altissimi virtutem: hoc est filiū dei: ideoq; ⁊
quod nascetur ex te sanctum: vocabitur filius dei: id est non so
lum qui de sinu patris in vterū tuum veniens obūbrabit tibi:
sed etiam id quod de tua substantia sociabit sibi: ex hoc iam
vocabitur filius dei: quemadmodum ⁊ is qui a patre est ante
secula genitus: tuus quoq; amodo reputabitur filius. Sic aūt
⁊ quod natum est ex ipso patre erit tuus: ⁊ quod nascetur ex te
erit eius: vt tn̄ non sint duo filij sed vnus. Et lz aliud quidem
ex te: aliud ex illo sit: iā non tn̄ cuiusq; suus: sed vnus vtriusq;
E erit filius. ¶ Ideoq; ⁊ quod nascetur ex te sanctum vocabit fi
lius dei. Attendo queso q̄ reuerenter dixerit: qd nascet ex te
sanctū. Ut quid enī ita simplr sanctū: ⁊ absq; additamēto. Cre
do qz non habuit quid ppriē/ dignive noiaret illud eximium
illud magnificū: illud reuerendū: qd de purissima videlicet vir
ginis carne cum sua aīa vnico patris erat vniendū. Sed dice-
ret sancta caro/vel sanctus hō/vel sanctus infans: quicq̄d ta-
le poneret: parū sibi dixisse videret. Posuit ḡ indefinite sanctū
qz quicq̄d illud sit qd virgo genuit: sanctū proculdubio ac sin
gulariter sanctum fuit: ⁊ per spiritus sanctificationem ⁊ p ver
Textus bi assumptionem. Et adiecit angelus. Et ecce Elizabeth co-
gnata tua: ⁊ ipsa concepit filium in senectute sua. Quid fuit ne
cesse etiam huius sterilis/virgini nūciare conceptum? Nunq̄d
forte dubiā adhuc incredulā oraculo: recētiori voluit cōfirma
re miraculo? Absit. Legimus ⁊ zacharie incredulitatē ab hoc
ipso angelo fuisse castigatam. Mariam autem in aliquo repre-
hensam non legimus: quin potius fidem ipsius elizabeth pro-
phetante laudatam agnouimus. Beata es inquit que credidi
sti: quoniam perficientur in te que dicta sunt tibi a domino.
F ¶ Sed ideo sterilis cognate conceptus virgini nunciatur: vt
dum miraculum miraculo additur: gaudium gaudio cumule-
tur. Porro necesse erat non modico leticie ⁊ amoris preueniē-
te inflammari incendio: que filium paterne dilectionis/cū gau
dio spiritussancti mox fuerat conceptura. Neq; enim nisi in de
uotissimo corde atq; hilarissimo: tanta se capere poterat dul-
cedinis et alacritatis affluētia. Uel ideo conceptus elisabeth
nunciatur marie: quia profecto decebat vt verbum mox diuul
gandum vbiq;: prius sciret virgo per angelum q̄ audiret ab
homine: ne mater videlicet dei a consilijs filij videretur amo-
ta: si eorū que in terris tam prope gererentur remansisset igna
ra. Uel ideo potius conceptus elizabeth Marie nunciatus est
vt dum nunc saluatoris/nunc precursoris edocetur aduentum
rerum tempus ⁊ ordinem tenens ipsa melius postmodum scri
ptoribus ac predicatoribus euangelij referret veritatem: que ⁊
plene de omnibus a pricipio celitus fuerit instructa mysterijs
Uel ideo adhuc nunciatur marie conceptus elizabeth. vt au-
diens cognatam vetulam ⁊ grauidā: cogitet iuuencula de ob-
sequio: sicq; illa properante ad visitandū paruulo pphete lo-
cus occasio detur: quo minori adhuc dn̄o/sui officij valeat ex
hibere primitias: ⁊ dum ad se inuicem occurrit matrum infan
tumq; ab alterutro excitata deuotio/mirabilius fiat miracu-
lum de miraculo. Uide autem ne hec tam magnifica que ab
Textus angelo audis prenunciata/ ab ipso speres perficienda. A quo
ergo si queris/ ipsum audi angelum. Quia non erit (inquit)

impossibile apud deum omne verbum tanq̃ diceret. Hec que
ego tam fideliter promitto/non de mea/sed de illi⁹ q̄ me misit
virtute presumo:quia non erit impossibile apud eum omne ver
bum. Quale enim illi verbum impossibile poterit esse:q̄ oīa
fecit in verbo? ¶ Mouet me ꝛ hoc in verbis angelicis:q̄d si-
gnanter non ait:quia non erit impossibile apud deū omne fa
ctum: sed omne verbum. An idcirco posuit verbum: q̄ ꝗ̄ faci
le possunt homines loqui quod volunt:etiā q̄ nullatenus fa
cere possunt tam facile immo incomparabiliter facilius valet
deus opere implere quicquid illi verbo valent exprimere? Di

N

cam apertius. Si hominibus tam facile esset facere q̄ dicere
quod volunt:et ipsi quoq̄ non esset impossibile omne verbū.
Nunc aūt q̄m vulgaris ꝛ verus sermo est multum interesse in
ter loqui ꝛ facere:sed apud homines/non apud deum:soli deo
quia idem est facere quod loqui:idem loqui quod velle:meri-
to non erit impossibile apud deum omne verbum. Verbigra-
tia. Potuerunt preuidere ꝛ predicere prophete virginē vel ste
rilem concepturam ac parituram:sed nunquid facere vt con-
ciperent ꝛ parerent? Deus autem qui dedit eis posse preuide
re q̄ facile potuit tunc quod voluit per illos predicere:tā fa-
cile potuit nunc q̄ voluit per seipsum quod promisit implere
Siquidem apud deum nec verbum dissidet ab intentione : q̄
veritas est:nec factum a verbo quia virt⁹ est:nec modus a fa
cto:q̄ sapientia est/ac per hoc non erit impossibile apud deū

Zacha.ix

omne verbum. Audisti virgo factum/audisti ꝛ modum:vtrūq̄
iocundum. Iocundare filia syon:ꝛ exulta satis filia hierusalē
Et quoniam auditui tuo datum est gaudium ꝛ leticia:audia-
mus ꝛ nos a te responsum leticie quod desideramus: vt iam
exultent ossa humiliata. Audisti inquā factū ꝛ credidisti:cre
de ꝛ de modo quod audisti. Audisti q̄ cōcipies ꝛ paries filiū
audisti q̄ non per hominem sed p̄ spiritūsanctum:expectat an
gelus responsum:tempus est enim vt reuertatur ad deum qui
misit illum. Expectamus ꝛ nos o domina verbum miseratiōis
quos miserabiliter premit sententia damnationis. Et ecce of-
fertur tibi precium salutis nostre:statim liberabimur si cōsen
tis. In sempiterno dei verbo facti sumus omnes:ꝛ ecce mori-
mur:in tuo breui responso sumus reficiendi vt ad vitam reuo
cemur. Hoc supplicat a te o pia virgo flebilis adā/cū misera
sobole sua exul de paradiso. Hoc abraham:hoc dauid:hoc ce
teri flagitant sancti patres:patres.s.tui:qui ꝛ ipsi habitant in
regione vmbre mortis. Hoc totus mundus tuis genibus pro
volutus expectat. Nec immerito:quando ex ore tuo pēdet cō
solatio miserorum/redemptio captiuorum:liberatio dānatoꝝ
salus deniq̄ vniuersorum filiorum adam totius generis tui.
Da virgo responsum festinanter/o domina responde verbum/
quod terra/quod inferi/quod expectant ꝛ superi. Ipse quoq̄
omnium rex ꝛ dn̄s q̄ntum concupiuit decorem tuū:tantū desi-
derat ꝛ responsionis assensum:in qua nimirū p̄posuit saluare
mundum. Et cui placuisti in silentio:iā magis placebis ex ver
bo:cū ipse tibi clamet e celo. O pulchra inter mulieres:fac me
audire vocem tuam. Si ergo tu eum facias audire vocē tuā
ipse te faciet videre salutem nostram. Nunquid non hoc est q̄d
querebas/q̄d gemebas/q̄d diebus ꝛ noctibus orando suspira
bas? Quid igitur? Tu es cui hoc p̄missum est:an aliam expe
ctamus? Immo tu ipsa non alia. Tu inq̄ illa p̄missa:illa expe
ctata:illa desiderata:ex qua sanctus pater tuus iacob iā mori

Gen.xlix

ti appropinquans vitam sperabat eternam:cum dicebat. Ex-
pectabo salutare tuum dn̄e:in qua deniq̄ ꝛ p̄ quam deus ipse
rex noster ante secula disposuit operari salutem in medio ter-
re. Quid ab alia speras quod tibi offertur? Quid per aliā ex-

O

pectas quod per te mox exhibebitur dūmodo prebeas assen-
sum:respondeas verbū. Responde itaq̄ citius angelo:immo
per angelū dn̄o. Responde verbum ꝛ suscipe verbum. Profer
tuum ꝛ concipe diuinū. Emitte transitorium ꝛ amplectere sem

tardas

piternum. Quid tardas? Quid trepidas? Crede:confitere et
suscipe. Sumat humilitas audaciā:verecundia fiduciā. Nul
latenus conuenit nunc vt virginalis simplicitas obliuiscatur
prudentiam. In hac sola re ne timeat prudens virgo presum-
ptionem:q̄ et si grata in silentio verecundia:magis tn̄ nūc in
verbo pietas necessaria. Aperi virgo beata cor fidei:labia cō
fessioni:viscera creatori. Ecce desideratus cunctis gentibus
foris pulsat ad ostium. O si te morante pertransierit:ꝛ rursus
incipias dolens querere quem diligit anima tua. Surge:cur-
re:aperi. Surge per fidem:curre per deuotionem:aperi p̄ con

P
Textus
Iaco.iiij.

fessionem. ¶ Ecce inquit ancilla domini:fiat mihi ſm verbū
tuum. Semper solet esse gratie diuine familiaris virt⁹ humi-
litas. Deus enim superbis resistit:humilibus autem dat gra-
tiam. Humiliter ergo respondet vt sedes gratie preparetur.
Ecce inquit ancilla domini. Que est hec tam sublimis humi-
litas que cedere non nouit honorib⁹:insolescere gratia nescit
Mater dei eligitur ꝛ ancillam se nominat. Non mediocris re-
uera humilitatis insigne:nec oblata tanta gloria obliuisci hu
militatem. Non magnum est esse humilem in abiectione: ma-
gna prorsus ꝛ rara virtus humilitas honorata. ¶ Si me mise-

I

rum homuncionem meis decepta simulationibus ad aliquem
vel mediocrem honorem prouexerit ecclesia:deo nimirū hoc
vel propter mea vel propter subditorum peccata p̄mittente:
nonne statim oblitus qui fuerim talem me puto qualis ab ho
minibus (qui cor non vident) putatus sum? Credo sane. con-
scientiam non attendo:ꝛ reputans non honorem virtutibus:
sed virtutes honori:eo sanctiorem quo superiorem me estimo.
¶ Videas plerosq̄ in ecclesia de ignobilib⁹ nobiles:de pau

K

peribus diuites factos/subito intumescere:pristine obliuisci
abiectionis: genus quoq̄ suum erubescere:et infimos dedi-
gnari parentes. Videas et homines pecuniosos ad honores
quosq̄ ecclesiasticos peruolare:moxq̄ sibi applaudere sancti
tatem vestium dumtaxat mutatione non mentium:et dignos
se estimare dignitate ad quam ambiendo peruenerunt:quod-
q̄ (si audeo dicere) adepti sunt nummis attribuere meritis.

L

¶ Omitto autem de his quos excecat ambitio:et honor ipse
superbiendi eis materia est. Sed video (quod magis doleo)
post spretam seculi pompam:nonnullos in schola humilita-
tis superbiā magis addiscere:ac sub alis mitis humilisq̄ ma
gistri grauius insolescere:et impatiētes amplius fieri in clau-
stro q̄ fuissent in seculo. Quodq̄ magis peruersum est plerīq̄
in domo dei non patiuntur haberi contemptui:qui in sua non
nisi contemptibiles esse potuerunt:vt quia videlicet vbi a plu
ribus honores appetuntur:ipsi locum habere non meruerunt
saltem ibi honorabiles videātur vbi ab omnibus honores cō

M

temnuntur. ¶ Video et alios quod non sine dolore videri de
bet) post aggressam christi militiam rursus secularibus impli
cari negocijs:rursus cupiditatibus terrenis immergi:cū ma-
gna cura erigere muros et negligere mores:sub pretextu q̄q̄
communis vtilitatis verba vendere diuitibus ꝛ matronis sa-
lutationes:sed et contra imperatoris sui edictum concupisce
re aliena:et sua cum lite repetere:non audientes apostolū ex

I.Cor.vi

imperio regis tubicinantem. Hoc ipsum inquit delictū est in
vobis q̄ causas habetis. Quare non magis fraudem patimi-
ni? Ita ne mundum sibi et se mundo crucifixerunt:vt qui an-
tea vix in suo vico vel oppido cogniti fuerant: modo circun-
euntes prouincias et curias frequentantes/ regum noticias

N

principumq̄ familiaritates assecuti sint? ¶ Quid de ipso ha-
bitu dicā in quo iam non calor/sed color requiritur: magisq̄

O

cultui vestium q̄ virtutū insistitur? ¶ Pudet dicere/ vincūtur
in suo studio muliercule quando a monachis precium affecta
tur in vestibus non necessitas:nec saltem forma religionis re
tenta in habitu ornari non armari appetūt milites christi: qui
dum se preparare ad prelium et contra aerias potestates pre-
tendere paupertatis insigne debuerant:quod vtiq̄ aduersa-
rij valde formidant in mollicie vestimentorum/pacis poti⁹ p̄-
ferentes indiciū:vltro se hostibus sine sanguine tradunt in-
ermes. Nec aliunde hec omnia mala contingunt:nisi quod illā
(qua seculum deserimus) deserentes humilitatem dum per
hoc cogimur inepta denuo sectari studia secularium:canes ef

P

ficimus reuertentes ad vomitum. ¶ Audiamus itaq̄ quot-
quot tales sumus quid illa respōderit:que dei mater eligeba
tur:sed humilitatem non obliuiscebatur. Ecce ait ancilla do-
mini:fiat mihi ſm verbum tuum. Fiat:desiderij est signum nō
dubitationis indicium. Et per hoc quod dicit fiat mihi ſm
verbum tuum:magis intelligenda est affectum exprimere desi
derantis q̄ effectum requirere more dubitantis:q̄q̄ nil ob-
stet intelligi fiat esse verbū orationis. Nemo quippe orat nisi
quod credit et sperat. Vult autem a se requiri deus etiā quod
pollicetur. Et ideo forte multa que dare disposuit/prius pol-
licetur vt ex promissione deuotio excitetur:sicq̄ quod gratis
daturus erat/deuota oratio promereatur. Sic pius dominus
qui omnes homines vult saluos fieri merita nobis extorquet
a nobis et dum nos preuenit tribuendo:quod retribuat gra-
tis agit ne gratis tribuat. Hoc vtiq̄ prudens virgo intellexit
quando preuenienti se muneri gratuite promissionis:iūxit me
ritum sue orationis:fiat (inquiens) mihi ſm verbum tuū. Fiat
mihi de verbo ſm verbum tuum. Verbum quod erat in princi-
pio apud deum:fiat caro de carne mea ſm verbū tuum. Fiat
obsecro mihi verbum non prolatum quod transeat:sed conce
ptum vt maneat:carne videlicet indutum non aere. Fiat mihi
non tantum audibile auribus sed et visibile oculis: palpabile
manibus:gestabile humeris. Nec fiat mihi verbum scriptum
mutum:sed incarnatū ꝛ viuum.hoc est non mutis figuris mor
tuis in pellibus exaratum:sed in forma humana meis castis
visceribus viuaciter impressum:et hoc non mortui calami de-
pictione:sed sancti spiritus operatione. Eo videlicet modo
fiat mihi: quo nemini ante me factū est:nemini post me faciē-
dum. Porro

dum. Porro multipharia⁊ multis⁊ modis olim deus locutus est patribus in prophetis et alijs quidem in aure: alijs in ore: alijs etiam in manu factum esse verbum domini memorat: mihi autem oro vt in vtero fiat iuxta verbum tuum. Nolo autem vt fiat mihi aut declamatorie predicatu⁊: aut figuraliter significatum: aut imaginatorie somniatum: sed silenter inspiratum: personaliter incarnatum: corporaliter inuisceratum. Uerbum igitur quod in se nec poterat fieri: nec indigebat: dignetur in me: dignetur ⁊ mihi fieri sm verbum tuum. Fiat quidem generaliter omni mundo: sed specialiter fiat mihi sm verbum tuũ.

A

¶ Excusatio eiusdem q locum hunc euangelicũ post expositores alios explanare voluerit.

Lectionem euangelicã exposui sicut potui: nec ignoro q non omnib⁹ placebit: sed scio me ob hanc rem multo⁊ fore indignationi obnoxium ⁊ aut iudicabor superfluus: aut p̄sumptor q videlicet post patres qui hunc ipsum locũ plenissime exposuerunt: rursus in eodem nouus expositor ausus fuerim mittere manum. Sed si quid dictum est post patres qd non sit contra patres/ nec patribus arbitror: nec cuiq̃ displicere debere. Ubi aũt dixi q a patribus accepi: dũ sic absit typus presumptionis/ vt non desit fructus deuotionis: patiẽter audiãt de supfluitate causantes. Nouerint tñ qui me tanq̃ de ociosa ⁊ non necessaria explanatione sugillant non tã intẽdisse exponere euãgeliũ q̃ ex euangelio sumere occasionẽ loquẽdi qd loqui delectabat. Si vero peccaui qd propriã magis ex hoc excitari deuotionẽ q̃ cõem quesieri ytilitatem: potens erit pia virgo apud suu⁊ misericordem filium hoc meum excusare peccatum cui hoc meũ qualecũq̃ opusculum deuotissime destinaui.

B

¶ In vigilia natalis domini. Sermo primus.

¶ De pronunciatione iesus christus filius dei nascitur in bethleem iude.

Sonuit vox leticie in terra nostra: vox exultationis ⁊ salutis in tabernaculis peccato⁊. Auditũ est verbũ bonũ: verbũ consolatoriũ: sermo iocunditate plenus: dignus omni acceptione. Iubilate montes laudem: ⁊ omnia ligna siluarũ. plaudite manibus ante faciẽ dñi/ q2 venit. Audite celi ⁊ auribus pcipe terra: obstupesce ⁊ lauda vniuersitas creature: sed tu magis o homo Iesus christus filius dei nascitur in bethleem iude. Quis tam lapidei cordis: cuius anima non liquefacta sit in hoc verbo? Quid annũciari dulcius poterat: quid delectabilius cõmendari? Quid tale vnq̃ auditum est: aut quid simile aliqñ mundus accepit? Iesus christus filius dei nascitur in bethleem iude. O breue verbũ de verbo abbreuiato: sed celesti suauitate refertũ. Laborat affectio mellifiue dulcedinis: copiã latius effundere gestiens/ nec inueniẽs verba. Tanta si quidẽ est gratia sermonis huius: vt continuo incipiat minus sapere si vel vnum iota mutauero. Iesus christ⁹ filius dei nascitur in bethleẽ iude. O natiuitas illibata sanctitate: honorabilis mundo: amabilis hominibus: collati magnitudine beneficij: inuestigabilis etiam angelis sacri pfunditate mysterij: ⁊ in his omnibus admirabilis: singulari excellẽtia nouitatis: vtpote q̃ nec primã similẽ visa est/ nec habere sequẽtem. O partus solus sine dolore: solus nescius pudoris: corruptionis ignarus: non reserans/ sed cõsecrans virginalis vteri templũ. O natiuitas supra naturã sed p natura: miraculi excellentia superans: sed reparans virtute mysterij. Fratres generationem istã quis enarrabit? Angelus nũciat: virtus obũbrat: altissimi superuenit spũs: virgo credit: fide concipit: virgo parturit: virgo pmanet: Quis non miretur? Nascitur altissimi filius deus de deo genitus ante secula: nascitur verbũ infans: quis vel satis miretur? Nec sane ociosa natiuitas: aut infructuosa dignatio maiestatis. Iesus christus filius dei nascitur in bethleem iude. ¶ Uos qui in puluere estis expgiscimini ⁊ laudate: ecce dñs veniet cũ salute. Uenit cũ salute: venit cu⁊ vnguentis: venit cũ gloria. Neq̃ eñ sine salute iesus: neq̃ sine vnctione xp̄s nec sine gloria venit dei filius. Siquidẽ ip̄e sal⁹: ipse vnctio: ipse gloria sicut scriptum est. Gloria p̄ris filius sapiẽs. Felix aĩa q̃ gustato salutis fructu trahit ⁊ currit in odore vnguento⁊ vt videat gloriã eius: gloriã quasi vnigeniti a p̄re. Respirate pditi: venit Iesus querere ⁊ saluũ facere qd pierat. Morbidi cõualescite: venit xp̄s qui cõtritos corde sanat vnctione mie sue. Exultate q̃cũq̃ estis grãdia cõcupiscẽtes: descẽdit ad vos fili⁹ dei vt regni sui faciat coheredes. Ita obsecro sana me dñe ⁊ sanabor: saluũ me fac ⁊ saluus ero: glorifica ⁊ ero gloriosus. Sic nẽpe bñdicet aĩa mea dñm: ⁊ oĩa q̃ intra me sunt noĩ sancto eius cũ ppiciatus fueris oĩbus iniq̃tatibus meis: sanaueris oẽs infirmitates meas: repleueris in bonis desideriũ meũ. Hec tria dilectissimi sapit mihi qd audio nasci Iesu⁊ xp̄m filiũ dei. ¶ Quare eñ vocamus no͞mẽ eius Iesum: nisi q2 ipse saluũ faciet pplm suũ a pctis eo⁊? Aut quare xp̄s noiari voluit: nisi q̃ cõputrescere faciet iugũ a facie olei? Quare fili⁹ dei factus est hõ: nisi vt hoies faciet filios dei? Uolũtati autẽ eius quis resistit? Iesus q̃ iustificat: q̃s est q̃ condẽnet? Christus q̃ sanat: q̃s est q̃ vulneret? Filius dei q̃ exaltat: q̃s est qui humiliet? Nascit ergo Iesus: gaudeat q̃sq̃s ille est quẽ perpetue dãnationis reũ adiudicabit cõsciẽtia pctõ⁊. Excedit q̃ppe pietas iesu/ oẽ⁊ criminũ quãtitatẽ/ seu numerositatẽ. Nascitur xp̄s: letetur q̃cũq̃ vitijs expugnabatur antiq̃s. Siquidem ante faciẽ vnctionis xp̄i: nullus oĩno stare poterit morbos aĩe quãlibet inueteratus. Nascit filius dei: exultet q̃ magna solet desiderare: q2 magnus numerator aduenit. Fratres hic est heres deuote suscipiam⁹ eũ: sic eñ ⁊ hereditas nostra erit. Qui eñ pprĩũ filiũ dedit: quõ non oĩa nobis simul cũ illo donauit. Nemo discredat: nemo hesitet: habemus testimoniũ credibile nimis. Uerbũ caro factũ est ⁊ habitauit in nobis. Fratres habere voluit vnigenitus dei: vt eẽt in multis fratrib⁹ primogenitus ipse. Utiq̃ nihil hesitet ipsa pusillanimitas fragilitatis humane: prius ipse factus est hoim frater/ factus est hois fili⁹ factus est hõ. Si ⁊ hoc hõ iudicat icredibile: fidẽ astruũt oculi. Iesus xp̄s natus est in bethleẽ iude. Et vide dignationẽ⁊. Non in hierlm ciuitate regia/ sed in bethlee⁊ q̃ minima est in milibus iuda. O bethleẽ parua: sed iã magnificata a dño: magnificauit te q̃ fact⁹ est in te puus ex magno. Letare bethlee⁊ ⁊ p oẽs vicos tuos festiuũ hodie alleluya cãtet. Que tibi ciuitas si audiat nõ inuideat/ p̄ciosissimũ illud stabulũ: ⁊ illi⁹ p̄sepij gloriã? In vniuersa siquidẽ terra iã celebre est nomẽ tuũ ⁊ beatã te dicũt oẽs gñatiões. Ubiq̃ gloriosa dicunt de te ciuitas dei vbiq̃ psallit: q2 hõ natus est in ea: ⁊ ip̄e fundauit eã altissimus. Ubiq̃ inq̃ p̄dicat vbiq̃ clamat: q2 iesus xp̄s filius dei nascit in bethleẽ iude. Nec ociosum qd addit iude: siq̃de⁊ admonet nos eius q̃ ad p̄res facta est repromissio. Nõ auferet inq̃t sceptrũ de iuda: ⁊ dux de femore eius: donec veniat q̃ mittendus est: ⁊ ipse erit expectatio gẽtiũ. Salus q̃ppe ex iudeis sed salus vsq̃ ad fines terre. Iuda ait te laudabunt fratres tui. Manus tue in ceruicibus inimico⁊ tuo⁊: ⁊ cetera q̃ de iuda illo nusq̃ legim⁹ sed in xp̄o videm⁹ impleta. Ipse est enim leo de tribu iuda de quo ⁊ addit. Catulus leonis iuda ad predã inq̃t fili mi ascẽdisti. Magnus p̄dator xp̄s q̃ priusq̃ sciat vocare patrẽ aut matrẽ/ samarie spolia diripit. Magnus p̄dator xp̄s q̃ ascẽdẽs in altũ captiuã duxit captiuitatẽ: nec tñ abstulit q̃cq̃/ sed magis ipse dedit dona hoibus. Has itaq̃ ⁊ ceteras sic eos pphetias impletas in xp̄o: de eo siq̃dẽ ⁊ p̄dictas ad mentẽ reuocat qd bethleẽ iude: nec oĩno q̃rere est vtrum a bethleẽ possit aliquid boni esse. Sane qd ad nos spectat discimus etiã ex hoc quẽadmodũ suscipi velit q̃ in bethleẽ voluit nasci. Erat eñ q̃ forte ei sublimia q̃renda arbitraret esse palacia: vbi cũ gloria rex glorie susciperet: sed nõ pp̄ter hoc a regalibus illis sedibus venit. In sinistra eius diuitie ⁊ gloria: in dextera lõgiturnitas vite: ho⁊ oĩm eterna in celis affluentia suppetebat: sed paupertas nõ inueniebat in eis. Porro in terris abũdabat ⁊ supabũdabat hec sp̄es: ⁊ nesciebat hõ p̄ciu⁊ eius. Hanc itaq̃ dei filius concupiscens descendit vt ea⁊ eligat sibi: ⁊ nobis quoq̃ sua estimatione faciat preciosam. ¶ Adorna thalamũ tuũ syon: sed humilitate sed paupertate. In his eñ pãnis cõplacet sibi: ⁊ maria testimoniũ phibente: his sericis delectatur inuolui. Abominatiões egyptio⁊ imola deo tuo. Cõsidera deniq̃ q in bethleẽ iude nascit: ⁊ sollicitus esto quomõ bethleẽ iude inueniaris: ⁊ iã nõ in te q̃de⁊ suscipi dedignatur. Bethleẽ quippe domũ panis. Iuda sonat confessione⁊. ¶ Tu ergo si diuini verbi pabulo repleas aĩa⁊ tuã fideliterq̃: ⁊ si nõ digna certe quãta potes deuotiõe suscipias panẽ illũ q̃ de celo descẽdit ⁊ dat vitã mũdo/ dñicum videl⁊ corpus iesu: vt veterẽ vtrẽ corporis tui noua illa resurrectionis caro reficiat et sustineat quatenus nouũ qd intus est vinũ hoc solidatus glutino valeat cõtinere: si deniq̃ ex fide viuas ⁊ nequaq̃ gemere oporteat: q2 oblitus sis comedere panẽ tuũ: bethleem factus es dignus plane susceptione dñica: si tñ cõfessio non defuerit. ¶ Sit proinde iudea sanctificatio tua: confessionem ⁊ decorẽ induere: quam maxime stolam in ministris suis christus acceptat. Deniq̃ breuiter tibi vtrunq̃ commendat apostolus. Corde inquiens creditur ad iusticiam: ore autem confessio fit ad salutem. Iusticia siquidem in corde: panis in domo. Est enim iusticia panis. Et beati qui esuriunt ⁊ sitiunt iusticia⁊: qñ ipsi saturabuntur. Sit ergo in corde iusticia: et iusticia que ex fide est. Hec enim sola habet gloriam apud deum. Sit etiam in ore confessio ad salutem: ⁊ securus iam suscipe eum q̃ in bethlee⁊ iude nascitur Iesum christum filium dei.

Marginalia: C; puerb. x.; D; E; Joh. i.; F; Gen. xlix; Ubi s.; Esa. viij.; puerb. iij.; G; H; I; Rom. x.; Mat. v.

¶ In vigilia natalis domini de eo quod scriptum est. O iuda ꝛ hierusalem nolite timere: cras egrediemini ꝛ dominus erit vobiscum. Sermo secundus.

O Iuda ꝛ hierlꝫ nolite timere. Ueros alloquimur iudeos: nõ lr̃a/sed spũ: semen abraã cuius multiplicatio sicut ꝓmissa legit̃ sic videt̃ ipleta. Neqꝫ eñ filij carnis/sed filij ꝓmissionis deputant̃ in semine. Sed nec illi hierlm dicim⁹ q̃ occidit ꝓphetas. Uñ eñ illã cõsolemur/sup quã dñs fleuit: q̃ data est in subuersionẽ: Illi dicimus q̃ de celo noua descẽdit nolite timere o iuda ꝛ hierlm. Nolite timere veri cõfessores: q̃ non solũ ore sed toti pariter ꝛ omni parte dño cõfitemini induti ꝯfessionẽ sicut vestimentũ: imo quoꝝ oia interiora dño ꝯfitent̃: ꝛ oia ossa dicũt. Dñe quis silis tibi: non sicut hi q̃ confitent̃ se nosse deũ: factis aũt negant. ¶ Uera cõfessio est: si oia opa nostra fratres/opa eius sint ꝛ cõfiteant̃ ei. Confiteant̃ aũt gemina quadã cõfessione vt duplicibus vestiamini. i. confessione peccatoꝝ vestroꝝ ꝛ cõfessione laudis diuine. Tunc eñ veri iudei eritis: si ois vita vestra confiteãt vos peccatores ꝛ dignos multo maiorib⁹ penis: deũ vero summe bonum: q̃ ꝓ his leuibus ꝛ trãsitorijs penis eterna cõdonat supplicia q̃ meruistis. Quisquis eñ ardẽter nõ desiderat pniam: videt̃ opibus dicere nõ indigere se pnia: ꝛ ita suã nõ ꝯfitetur culpã: aut nõ posse ꝓdesse ei pniam: sic ꝛ diuinã nõ ꝯfitet̃ bonitatem. ¶ Uos aũt estote viri iudei: sed ꝛ hierlm vera: vt nihil iam timeatis. Est eñ hierlm visio pacis. Uisio nõ possessio cuius fines dñs posuit pacẽ nõ initiũ sane nec mediũ. Si ergo pacẽ nõ habetis: imo q2 pfectã in hoc seculo hr̃e non potestis: saltẽ videte eã: intuemini/cõsiderate/ꝛ desiderate eã. Illuc sint oculi cordis vestri: ad pacẽ sese dirigat intẽtio vestra vt oia q̃cũqꝫ facitis huius pacis q̃ exuperat oẽm sensum desiderio faciatis: in oibus hoc intẽdatis: vt recõciliati pacẽ habeatis ad deũ. His dicimus nolite timere: hos ꝯsolamur nõ eos q̃ viã pacis nõ cognouerũt. Nã si illis dr̃: cras egrediemini: cõminatio nõ cõsolatio erit ista. Soli nimiꝝ dissolui desiderant ꝛ egredi cõcupiscunt: q̃ pacẽ vident: ꝛ sciunt si terrestres domus coꝝ huius habitationis dissoluant̃/qm̃ edificationem habẽt ex deo: ꝛ nõ illi q̃ in insaniã versi suis cõpedibus delectãtur. Deniqꝫ hi tales moriẽdo non tã egressi dicẽdi sunt q̃ ingressi: q̃ non in lucẽ: non in libertatẽ vadũt/sed in carcerẽ: sed in tenebras: sed in infernũ. Uobis aũt dr̃. Nolite timere: cras egrediemini: ꝛ iã non erit timor in finib⁹ vestris. ¶ Multos quidẽ habetis hostes: carnem/qua null⁹ põt esse vicinior hostis: p̃ns seculum neqꝫ: qđ vndiqꝫ circũfusum est vobis: principes tenebraꝝ: qui viã vestrã obsident in aere collocati. Attamẽ nolite timere: cras egrediemini: id est in proximo. Cras eñ in ꝓximo est. Uñ ꝛ sanctus iacob ait. Cras rñdebit mihi iusticia mea. ¶ Tres eñ dies sunt de quibus etiã legim⁹. Uiuificabit nos post duos dies: in die tertia resuscitabit nos. Unus sub adã: alter in xp̃o: tertius cũ christo. Uñ ꝛ ibi subdit̃ Sciemus seq̃murqꝫ vt cognoscamus dñm: ꝛ hic dr̃ cras egrediemini ꝛ dñs erit vobiscũ. His eñ dr̃ q̃ dimidiauerunt dies suos: in quib⁹ perijt dies in qua nati sunt: q̃ est dies ade dies peccati: cui Hieremias quoqꝫ maledicebat dicẽs. Maledicta dies in qua natus sum. Oẽs eñ in illa nascimur. Utinã periat in nobis oib⁹ dies illa: dies nebule ꝛ caliginis: dies tenebrarũ ꝛ turbinis: quã nobis fecit adã: quã fecit inimicus q̃ dixit. Aperient̃ oculi vestri. Ecce vero illuxit nobis dies redẽptionis noue: reparatiõis antique: felicitatis eterne. Hec est dies quã fecit dñs: exultemus ꝛ letemur in ea: q2 cras egrediemur Unde/nisi de ꝯclaui huius seculi de ergastulo huius corporis de cõpedibus necessitatis: curiositatis: vanitatis: ꝛ voluptatis: q̃ etiã inuitis nobis pedes tenent affectionis. Quid enim spũi nostro cũ terrenis: Cur nõ spũalia desiderat: spũalia q̃rit spũalia sapit: O spũs q̃ de sursum estis: quid vobis cũ ifimis: Que sursum sunt q̃rite vbi xp̃s est in dextera dei sedẽs: q̃ sursum sunt sapite: nõ q̃ sup terrã. ¶ Sed corpus qđ corrũpit̃ aggrauat aiam: ꝛ deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantẽ. Necessitates multe miseri hui⁹ corporis detinẽt nos Uiscus quidã praui desiderij ꝛ delectationis terrene volare non patit̃ ꝛ citius retrahit mentẽ: si forte aliqñ subleuet̃. Sed nolite timere: cras egrediemini de lacu miserie ꝛ de luto fecis. Nã vt inde vos educeret: infixus est ipse quoqꝫ in limo ꝓfundi. Nolite ergo timere: cras egrediemini de corpore mortis ꝛ de omni corruptione peccati. Agite diẽ istũ in xp̃o vt ambuletis sicut ꝛ ipse ambulauit. Qui eñ dicit se in xp̃o manere: debet sicut ipse ambulauit ꝛ ille ambulare. Nolite ergo timere: q2 cras egrediemini: ꝛ sic semꝑ cũ dño eritis. Uel q2 signãter dictũ: ꝛ dñs erit vobiscũ sic intelligamus: ꝛ dũ sumus in corpore possimus nos esse cũ dño. i. adherere eius voluntati: sed nõ ille nobiscũ vt cõsentiat volũtati nostre. Uellemus eñ iã liberi esse: cõcupiscimus dissolui: egredi desideramus: sed adhuc differt ille certa ex cã. Cras egrediemur ꝛ dñs erit nobiscũ: vt quicq̃d voluerimus velit ꝛ in nullo a nostra volũtate discordet. ¶ Itaqꝫ iuda ꝛ hierlm nolite timere: si pfectionẽ quã desideratis nondũ potestis adipisci: sed qđ minus hꝫ impfectio cõuersationis suppleat humilitas cõfessionis: ꝛ imperfectum vestrũ viderunt oculi dei. Propterea eñ mãdata sua mãdauit custodiri nimis: vt vidẽtes impfectionẽ nostrã deficere ꝛ nõ posse implere qđ dꝫ: fugiamus ad misc̃diam ꝛ dicamus. Qm̃ melior est misc̃dia tua sup vitas: ꝛ q̃ nõ possumus vestiri innocentie seu iusticie: appareamus vestiti cõfessione. Cõfessio eñ ꝛ pulchritudo in cõspectu dñi: si tñ sit (vt diximus) non oris tm̃: sed etiã totius hois: vt oia ossa nostra dicãt: dñe quis silis tibi: idqꝫ solius pacis intuitu ꝛ desiderio recõciliationis ad deũ. Talibus eñ dr̃ o iuda ꝛ hierlm nolite timere: cras egrediemini. i. q̃cito a corpore exierit aia: oẽs simul affectiones: oia desideria q̃bus ꝑ vniuersum interim mũdũ dispersa ligata tenebat̃/dissoluent̃: ꝛ egredient̃ de visco hoc. Et dñs erit vobiscũ. Nimis id quidẽ vobis videri põt: si tñ ad vos respicitis ꝛ non ad ea q̃ expectãt vos. Nonne hoc vniuersus mũdus expectat: Creatura eñ subiecta est vanitati: ꝛ cadẽte homine quẽ constituerat dñs dñm domus sue ꝛ principẽ ois possessionis sue: tota simul hereditas corrupta est. Inde distẽperatus aer: terra in opibus ade maledicta: ꝛ oia subdita vanitati. Nec sane repabitur hereditas: donec reparent̃ heredes. Uñ ꝛ iuxta apli testimoniũ. Ingemiscit quoqꝫ et parturit vsqꝫ adhuc. Nec soli vtiqꝫ huic mũdo: sed ꝛ angelis ꝛ hoibus spectaculũ facti sumus. ¶ Me inq̃t expectant iusti: donec retribuas mihi. Et martyres cũ iudicij diẽ postularent nõ tãq̃ vindicte cupidi: sed pfectionẽ desiderãtes beatitudinis quã tũc habituri sunt: acceperũt diuinũ respõsum. Sustinete modicũ tempus: donec impleat̃ numerus fratrũ vestroꝝ. Acceperunt ergo iã singulas stolas: sed non vestient̃ duplicibus: donec vestiamur ꝛ nos. Uadia tenemus/ꝛ obsides ipsa coꝝ corpora: sine quibus cõsummari non p̃nt: nec ea recipiẽt sine nobis. Uñ de patriarchis ꝛ ꝓphetis ait apl̃s. Deo melius aliq̃d prouidente ꝓ nobis vt nõ sine nobis cõsummarent̃. ¶ O si cognosceremus ꝛ nos quõ expectãt ꝛ q̃tũ desiderãt ad[uen]tũ nostrũ q̃ sollicite q̃runt q̃ libenter audiunt bona de nobis. Quid tñ de his loquor qui didicerunt ex his q̃ passi sunt compassionẽ qñ ꝛ ipsi nos angeli sancti desiderãt: Nonne de ꝓmiculis istis ꝛ de puluere isto restaurandi sunt muri celestis hierlm: Putatis quãtũ desiderant ciues celesti instaurari ciuitatis sue ruinas: Quomõ solliciti sunt vt veniãt lapides viui q̃ coedificẽtur eis: Quomodo discurrunt medij inter nos ꝛ deũ: fidelissime portãtes ad eũ gemitus nostros: ꝛ ipsius nobis gratiã deuotissime reportantes: Plane non dedignabunt̃ vt simus coꝝ socij: quoꝝ facti sunt iam ministri. Nonne eñ oẽs administratorij sunt spũs in ministeriũ missi ꝓpter eos q̃ hereditatẽ capiunt salutis: Festinemus obsecro dilectissimi festinemus: tota nos multitudo celestis curie expectat. Exultare ãgelos fecimus qñ conuersi sumus ad pniam: pficiamus ꝛ festinem⁹ cõplere de nobis eoꝝ leticiã. Ue tibi quicunqꝫ es qui deliberas redire ad lutũ/reuerti ad vomitũ. Putasne placatos habebis in iudicio quos tanto ꝛ tã sperato priuare vis gaudio: Exultauerunt cũ nos ad pniam venim⁹ tanq̃ sup his quos ab ipsa inferi porta cernerẽt euocari. Quid nũc erit si ab ipsa paradisi ianua reuerti viderint/ꝛ abire retrorsum eos qui iã pedẽ alteꝝ in paradiso posuerunt: Nã ꝛ si corpora inferi⁹: sed corda sursum. ¶ Currite fratres currite: non soli angeli: sed ꝛ ip̃e angeloꝝ vos creator expectat. Nuptie parate sunt: sed nondum plena domus: adhuc expectant̃ de quibus nuptie impleantur Expectat vos pater ꝛ desiderat nõ solũ ꝓpter nimiã charitatẽ suã q̃ dilexit vos: vñ ꝛ vnigenit⁹ q̃ in sinu prĩs est ip̃e enarrauit. Pr inquiens amat vos: sed ꝓpter semetipsum sicut loq̃tur ꝑ ꝓphetam. Propter meipsum ego faciã: nõ ꝓpter vos. Quis eñ implẽdũ dubitet qđ ꝓmisit filio dicẽs. Postula a me ꝛ dabo tibi gentes hereditatẽ tuã. Et alibi. Sede a dextris meis donec ponã inimicos tuos scabellũ pedũ tuoꝝ. Non cõterentur oẽs inimici eius: dũ nos q̃ sumus mẽbra eius aliquatenus impugnabũt. Non implebit̃ hec ꝓmissio: donec nouissima inimica destruet̃ mors. Nã de filio q̃s nesciat q̃tũ desideret fructũ natiuitatis ꝛ totius vite quã gessit in carne: deniqꝫ fructũ crucis ꝛ mortis sue p̃ciũ sanguinis p̃ciosi: Nonne traditurus est regnũ deo ꝛ patri qđ acq̃siuit: Nonne ei restauraturus est creaturas suas: ꝓ quibus pater illũ misit in terris: Expectat nos ꝛ spũssanctus. Est eñ charitas ꝛ benignitas in qua p̃destinati sumus ab eterno: nec dubiũ q̃n p̃destinationẽ suã velit impleri. Ergo q2 pate sunt nuptie: ꝛ ois nos curie celestis frequẽtia desiderat ꝛ expectat: curramus non quasi in incertum: curramus

ij. Paralipo. xx. — K
ps. lxxxv. — L
M
ij. Paralipo. xx. — N
Gen. xxx. — O
Osee. vi.
Hiere. xx.
Gen. iij.
ps. cxvij.
Collo. iij. — P
Sap. ix.
i. Joh. ij.
Q
ps. cxviij.
ps. lxij.
ps. lxiij.
ps. xxv.
Rom. viij — R
ps. cxv.
Hebre. xj — S
T
Joh. xv.
ps. ij.
ps. cix.

[A] [Fo.cxviij.] currant⁹ desiderijs ꝛ profectu virtutū: ¶ Proficere proficisci est dicamus singuli. Aspice in me ꝛ miserere mei ſm iudicium diligentium nomen tuū. Non sicut ego merui: sed sicut illi decreuerint miserere. Dicamus item: sicut fuerit voluntas in celo sic fiat. Iteꝝ fiat volūtas tua. Scim⁹ quoniam scriptū est. [Ro.viij.] Si deus pro nobis: quis contra nos: Aut qs accusabit aduersus electos dei? [Ubi.s.] An non licet inquit mihi facere quod volo? [Mat.xx.] Hec sit interim cōsolatio nostra charissimi: donec egrediamur et dñs sit nobiscum. Qui magna sua misericordia ad beatā illā egressionē ꝛ ad clarū illud cras nos ꝑducat: ꝛ in hoc quoqꝫ proximo cras visitare nos ꝛ nobiscū esse digneꝛ: vt si quis forte in tētatione qualibet detineꝛ: ipso miserante qui predicare venit clausis apertionē cras egrediaꝛ: vt cum gaudio salutari suscipiamus coronā paruuli regis nostri ipo prestante: qui cū patre ꝛ spiritu sancto viuit ꝛ regnat deus per omnia secula seculorum. Amen.

¶ In vigilia natalis domini. Sermo tertius.

Hodie scietis q: veniet dñs: ꝛ mane videbitis gloriam ei⁹. [B] Quiqꝫ terrigene ꝛ filij hominū: audite. ¶ Uos qui puluere estis expergiscimini ꝛ laudate: q: veniet medic⁹ ad egrotos: redēptor ad vēditos: ad errātes via: ad mortuos vita. Uenit qui pe͠ccā ꝓiciat in ꝓfundū maris omnia peccata nostra: q̄ sanet omnes infirmitates nostras: qui nos proprijs humeris ad ꝓprie dignitatis reportet originē. Magna est ista potētia: ſ3 plus est mirāda misericordia q: sic venire voluit: q̄ potuit subuenire. Hodie inquit scietis: q: veniet dñs. Uerba hec quidem suo loco et tempore in scriptura posita sunt: sed nō incongrue illa vigilie dñice natiuitatis ecclesia mater aptauit. [C] ¶ Ecclesia inqꝫ illa que secum habet consilium: ꝛ spiritum spōsi ꝛ dei sui: cui dilectus inter vbera commoraꝛ ipam cordis sui sedem principaliter possidens et conseruans. Nimirū ipsa est que vulnerauit cor eius: ꝛ ipsam abyssum secretorum dei oculum cōtemplationis imersit: vt ꝛ illi in suo/ ꝛ sibi in eius corde perennē faciat mansionem. Cū ergo ipsa in scripturis diuinis verba vel alterat vel alternat: fortior est illa cōpositio q̄ [D] positio prima verboꝝ: ꝛ fortassis tanto fortior q̄tum distat inter figuram ꝛ veritatem: inter lucem ꝛ vmbrā: inter dominā ꝛ ancillā. Hodie scietis q: veniet dñs. ¶ Scḋm estimationē meā duo in verbis istis dies nobis expressius cōmēdanꝛ. Primus qui a primi hois lapsu labiꝛ vsqꝫ ad finem mūdi/ dies cui sancti sepi⁹ maledixisse noscunꝛ. Ab illa eñ lucidissima die ī qua cōditus fuerat adā eiect⁹ est: ꝛ in has rerū ꝯtrusus angustias diem tenebrosum incurrit: ꝛ pene a lumine veritatis extinctus. In hac die nascimur vniuersi: si tñ dies debet ꝛ nō potius nox vocari: nisi q: lumen rationis quasi quādā scintillulā nobis insuperabilis illa misericordia dereliquit. Secunda vero dies erit in splēdorib⁹ sctōꝝ in perpetuas eternitates: cū inclaruerit illud serenissimū mane cui est misericordia repromissa ꝛ ab sorpta erit mors ī victoria: cū dimotis vmbris ꝛ tenebris/ splēdor vere lucis sursum ꝛ deorsum: intus ꝛ exterius cūcta pariter occupabit. [ps.cxliij.] Auditā fac mihi mane miam tuā ait sanctus: ꝛ [Psalm. lxxxix.] Repleti sum⁹ mane misericordia tua. Sed ad nostrū diem reuertamur: qui tanqꝫ custodia in nocte ꝑ sua breuitate dicitur [ps.xxxix.] qui tāqꝫ nihilū ꝛ inane ab illo familiari spiritussancti organo [Ps.ci.] noiaꝛ: cū dicit. Qm̄ omnes dies nostri defecerūt: ꝛ defecerūt sicut sum⁹ dies mei: ꝛ Dies mei sicut vmbra declinauerūt. [Unde.s.] Parui ꝛ pessimi sunt omnes dies vite. mee ait ille sanctus patriarcha: qui vidit dominū facie ad faciem: qui cu3 eo tam familiariter loquebatur. Et quidē in hac ipsa die/ homini deus rationem prestat/ tribuit intelligentiā: sed necesse est vt exeuntē de hoc mundo illuminet lumine scientie sue: ne si de domo carceris ꝛ vmbra mortis extinctus exierit illuminari non valeat in eternum. Ideo quippe vnigenit⁹ dei sol iusticie tanqꝫ imensi ꝛ preclari luminis cereus in huius mundi carcerem illuminatus [E] est ꝛ accēsus: vt oēs qui illuminari voluerint ad illum accedāt illiqꝫ iūganꝛ: vt nihil mediū inter illos sit ꝛ ipsum. ¶ Peccata enim nostra ſpergꝫ inter nos ꝛ deū: sed illis sublatis/ vero lumini illuminandi ꝛ quasi concorporādi cōnectimur in idipm sicut [separāt] lumen extinctu3/ lumini lucenti ꝛ ardenti sine aliquo medio cōiungitur vt illumineꝛ: quatenus per exemplū visibiliu3 effect⁹ rerum inuisibilium cognoscam⁹. Ad hoc igitur tam magnū et prefulgidū sidus iuxta propheta illuminemus nobis lumē scientie priusqꝫ de mūdi hui⁹ tenebris exeamus: ne de tenebris [F] trāseamus ad tenebras/ ꝛ tenebras sempiternas. Que est aūt ista sciētia: ¶ Profecto scire q: veniet dñs: ꝛ si qñ veniet scire non possumus. Hec est illud totum qḋ postulatur a nobis. At inqꝫ ista sciētia oim est. Quis eñ nesciat vel noscet⁹ fidelis q: veniet dñs: q: vēturus est iudicare viuos ꝛ mortuos: ꝛ reddere vnicuiqꝫ iuxta opera sua: Nō olni ista est scientia fratres mei: sed nec multoꝝ: paucoꝝ est: q: reuera pauci sunt qui saluātur. Putasne q: illi q̄ cū malefecerint letanꝛ ꝛ exultant in reb⁹ pessimis: vel sciant vel recogitent/ q: veniet dñs. Si dixerint [i.Joh.ij.] ipsi: tu noli credere: q: q̄ dicit se nosse deū et mandata eius nō [Titu.i.] custodit mendax est. Confitētur (ait apl's) nosse deū factis aūt negāt. Quia fides sine operibus mortua est. Nō eñ ita se omni [Jaco.ij.] impuritate pollue rent: si dñm venturum scirēt vel formidarent: sed vigilarent vtiqꝫ ꝛ nō sinerent tā grauiter ꝑfodi cōsciētias suas. ¶ Scientia aūt ista in primo gradu operatur penitu[G]dinem et dolorē vt risum in luctū/ cantū in planctū/ gaudium in merorem conuertat: ꝛ incipiāt tibi displicere q̄ vehementer ante placuerant. ꝛ illa specialiter horreas que spāliter appetebas. Sic eñ scriptū est. Qui addit sciētiam addit ꝛ dolorē. [Eccle.ij.] vt veracis ꝛ sancte scientie sit dolor subsequēs argumentum. In secūdo ꝟo gradu operatur correctionē: vt iā nō exhibeas mēbra tua arma iniquitatis peccato: sed coerceas gulā: iugules luxuriā: supbiā deprimas: ꝛ facias seruire corpus sanctitati: qḋ iniquitati ante seruierat. Penitudo eñ sine correctione nō ꝓderit sicut sapiēs ait. [H] ¶ Unus edificās ꝛ vnus destruens: qḋ ꝓdest eisnisi labor: Qui eñ baptizaꝛ a mortuo/ ꝛ iterū [Eccli. xxxiiij.] tangit eum: nihil proficit lauatio eius: sed iuxta saluatoris sententiam. Uerendum est ne ei aliquid deterius contingat. [Joh.v.] Sed q: hec diuti⁹ nō haberi possunt/ nisi circa se multa circūspectōie mēs indefessa vigilet ꝛ attēdat. In tertio gradu operaꝛ sollicitudinē: vt iam sollicitus incipiat ambulare cum deo suo ꝛ ex omni parte scrutetur ne vel in leuissima re/ tremende illius maiestatis offendatur aspectus. In penitudine accenditur: in correctione ardet: in sollicitudine lucet/ vt interius ꝛ exterius renouetur. [I] ¶ Hic iam respirare incipit a tribulatione malorum ꝛ dolore ꝛ timoris magnitudinem spirituali leticia temperare: ne suoꝝ enormitate scelerum abūdantiori tristicia absorbeatur. Hinc ꝛ si timet a iudice: sperat a saluatore: cū iā in animo ei⁹ timor ꝛ leticia obequitēt ꝛ obuient sibi: plerūqꝫ timor leticiā superet: leticia sepius timorem excludat: ꝛ infra sui gaudij concludat arcanū. Felix cōscientia in qua luctamen hmōi indesinēter cōficiꝛ: donec qḋ mortale est absorbeaꝛ a vita: donec euacueꝛ timor q̄ ex parte est: ꝛ succedat leticia quod perfectum est: q: nō timor sempiternus: sed leticia sempiterna erit ei. Iam vero sic ardens ꝛ lucens nōdū in domo se esse cōfidat/ vbi sine omni timore vēto accensum lumen soleat deportari: sed meminerit se esse sub dio ꝛ vtraqꝫ manu studeat operire qḋ portat: nec credat aeri/ etiā si videat esse tranquillum. Repēte eñ ꝛ hora qua non putauerit mutabiꝛ: ꝛ si vel ad modicū man⁹ remiserit lumē extingueꝛ. Qḋ etsi etiā ardor portātis manus (vt qñ fieri solet) adusserit: eligat poti⁹ pati q̄ retrahere man⁹ suas: q: in momēto in ictu oculi poterit exsufflari. ¶ Si essemus in domo illā nō manufacta: eterna in celis vbi [K] nullus inimicus intrat: nullus exit amicus: nihil esse timēdū. Nūc vero trib⁹ malignissimis ꝛ validissimis vētis expositi sumus/ carni/ diabolo/ ꝛ mūdo: q̄ cōscientiam illuminatā moliuntur extinguere: insufflātes in cordibus nostris desideria mala motus illicitos: ꝛ ita te repēte turbātes: vt vix prenoscere valeas: vnde venias/ aut quo vadas. Ex quibus etsi duo sepius intermittūt: a tertio tñ nemo vnqꝫ sufflādi inducias extorsit. Ideo vtriqꝫ manibus ꝛ cordis ꝛ corporis aia est tegenda: ne forte que iā illuminata fuerat/ extinguaꝛ: nec cedendū vel recedendū etiam si grauis tētationū feruor vtriusqꝫ hois statū vehementer afflixerit: sed dicendū cū sctō. Aia mea in manibus meis semp. Eligam⁹ potius ardere q̄ cedere. Et sicut qḋ in manibus nostris tenemus: nō facile obliuiscimur: sic nūqꝫ obliuiscamur negociū aiarū nostrarū: ꝛ illa cura principaliter vigeat in cordib⁹ nostris. [L] ¶ Cum ergo sic lūbi nostri accincti fuerint ꝛ lucerne ardentes: custodiende sunt vigilie noctis supra gregem cogitationū ꝛ actionū nostrarū: vt si prima vigilia vel secunda vel tertia dñs venerit paratos nos inueniat. [Nota] Prima vigilia est rectitudo opis vt ad hāc quā iurasti regulā: oēm vitā exequare coneris: nec transgrediaris terminos quos posuerūt patres tui: in oibus vie ꝛ vite huius exercitijs: nō declinās ad dexterā neqꝫ ad sinistrā. Secūda puritas intētionis: vt simplex oculus totū corpus lucidū faciat vt quicqd feceris/ propter deū facias: ꝛ ad locū vñ exeūt grē/ reuertanꝛ vt iterum fluant. Tertia est custodia vnitatis: vt in cōgregatione posit⁹ volūtates alioꝝ: tuis volūtatib⁹ āteponas: vt nō solū sine qrela/ sed ꝛ cū grā inter fratres maneas: portās oēs/ orās ꝓ oib⁹/ vt ꝛ de te quoqꝫ dicaꝛ. Hic est fratrū amator ꝛ ppl'i israel: hic est qui multū orat pro pplo ꝛ vniuersa sancta ciuitate hierl'm. Ita ergo in hac die aduentus vnigeniti nobis verā scientiam accendit: scientiā inqꝫ illā que nos doceat: q: veniet dñs: q̄ sit morū nrōrum ꝑpetuū ꝛ stabile fundamētū. ¶ Et mane inqt vi[M]debitis gloriā ei⁹. O mane o dies q̄ melior es ī atrijs dñi sup millia: qñ erit mēsis ex mēse: ꝛ sabbatū ex sabbato: cū splēdor

lucis ꝛ feruoꝛ charitatis vſqꝫ in altiſſima illa magnalia terrarū
incolas illuſtrabit. Quis de te cogitare: nedū aliqd pſumat re
citare? Interim tñ edificemus fratres fidē noſtrā: vt ſi mirabi
lia illa que nobis reſeruantur videre nō poſſum⁹: ſaltē mirabilia
que ppter nos in terris facta ſunt aliquātulū contemplemur.

A ❡ Tria opera / tres mixturas fecit omnipotēs illa maieſtas in
aſſumptione noſtre carnis: ita ſingulariter mirabilia: ꝛ mirabi
liter ſingularia: vt talia nec facta ſint nec faciēda ſint ampli⁹
ſuper terrā. Cōiuncta quippe ſunt adinuicē deus ꝛ homo: ma
ter ꝛ virgo: fides ꝛ coꝛ humanū. Admirabiles iſte mixture: et
omni miraculo mirabili: quō tā diuerſa: tamqꝫ diuiſa abinui-
B cem inuicē potuerūt coniungi. ❡ Et primo quidē intuere crea
tionē: poſitionē ꝛ diſpoſitionem rerū q̄ꝫta ſit: videlicet in crea
tione potētia: q̄ꝫta in poſitiōe ſapiētia: in cōpoſitione q̄ꝫta be-
nignitas. In creatione vide q̄ꝫ multa ꝛ q̄ꝫ magna potēter crea
ta ſunt. In poſitione q̄ꝫ ſapienter cuncta locata ſunt. In boni
tate q̄ꝫ benigne ſupma ꝛ infima cōnexa ſunt: tā amabili q̄ꝫ ad-
mirabili charitate. Huic eñ limo terreno / vim vitalē miſcuit /
vt in arboꝛib⁹: vñ ſurgit venuſtas in folijs: in floribus pulchꝛitu
do: ſapoꝛ in fructib⁹ ꝛ medicina. Nec hoc cōtētus adiecit etiā
vim ſenſibilem limo noſtro / vt in pecoꝛib⁹: q̄ nō ſolū vitā ha-
beant: ſed ꝛ ſentiant quinquipertita ſenſificatione vigentes.
Addidit adhuc honoꝛare limū noſtrum: ꝛ ei vim rationalē im-
miſit vt in hominib⁹: q nō ſolū viuūt: ſed ꝛ diſcernūt inter cō-
modū ꝛ incōmodū inter bonū ꝛ malū inter verū ꝛ falſum. Vo-
luit quoqꝫ infirmioꝛa noſtra abundantioꝛi gloꝛia ſublimare: ꝛ
contraxit ſe maieſtas: vt quod melius habebat videlicet ſeip-
ſum: limo nr̄o cōiūgeret: ꝛ in pſona vna / ſibi inuicē vnirentur de⁹
ꝛ lim⁹: maieſtas ꝛ infirmitas tanta: vilitas ꝛ ſublimitas tanta.
Nil eñ deo ſublimi⁹: nil vilius limo: ꝛ tñ tāta dignatione de⁹
deſcēdit in limū: tantaqꝫ dignitate lim⁹ aſcendit ad deū: vt qc
quid in eo de⁹ fecit / limus feciſſe credatur: quicqd lim⁹ pertulit
de⁹ / in illo ptuliſſe dicatur: tā ineffabili q̄ꝫ incōpꝛehēſibili ſacra-
C mēto. ❡ Et attēde: q̄ꝛ ſicut in illa ſingulari diuinitate trinitas
eſt in perſonis / vnitas in ſubſtantia: ſic in iſta ſpeciali cōmixtio
ne trinitas eſt in ſubſtantijs: in pſona vnitas: ꝛ ſicut ibi pſone
nō ſcindūt vnitatē: vnitas nō minuit trinitatē: ita ꝛ hic perſo-
na nō confundit ſubſtātias: nec ſubſtātie ipſe / pſone diſſipant
vnitatē. Sūma illa trinitas hanc nobis exhibuit trinitatem:
opus mirabile: opus ſingulare: inter oia ꝛ ſuper oia opera ſua.
Verbū enim et aīa ꝛ caro in vnā cōuenere pſonā: ꝛ hec tria vnū
et hoc vnū tria: nō cōfuſiōe ſubſtātie: ſed vnitate pſone. Hec
eſt pꝛima ꝛ ſupexcellēs mixtura: ꝛ hec pma īter tres. Aduerte
hō q̄ꝛ limus es / ꝛ nō ſis ſupbus: q̄ꝛ deo iunctus es: ꝛ nō ſis in-
D gratus. ❡ Scd̄a mixtura eſt virgo ꝛ mater: admirabilis plane
ꝛ ſingularis. A ſeculo nō eſt auditū / q virgo eſſet que peperit:
q mater eēt q̄ virgo pmāſit. Nūq̄ iuxta rerū oꝛdinē virgini-
tas vbi fecūditas pdicatur: nec fecunditas vbi virginitas inte-
gra cōſeruatur. Sola hec eſt in qua virginitas ꝛ fecūditas obuia
uerūt ſibi. Ibi ſemel factū eſt qd̄ factum non fuerat: nec fiet in
eternum: quia nec pꝛimā ſimilem viſa eſt: nec habere ſequentē.
Tertia eſt fides ꝛ coꝛ humanū: ꝛ hec quidē pꝛima ꝛ ſecūda in-
E ferioꝛ: ſed nō min⁹ foꝛſitā foꝛtis. ❡ Mirū eñ eſt quō coꝛ huma
nū his duob⁹ fidē accōmodauit: quō credi potuit q de⁹ hō eſ
ſet: q virgo māſerit q̄ peperiſſet. Sicut ferrū ꝛ teſta iūgi non
def nisi vt bona opera feruore deuotiõis ⁊ dulcedine spũalis
gratie cõdianf. Putas inueniri poterit quartus fons: vt para
disum recuperemus: quattuor fontiũ irrigatione amenissimũ?
Nã si terrenã paradisum denuo nobis reddendã non speram⁹
(Joh. iij.) quõ regnũ celorũ sperabimus? Si terrena inq̃t dixi vobis ⁊
non creditis: quõ si dixero vobis celestia credetis? Nunc aũt
vt de exhibitione p̃sentiũ firma sit expectatio futuroꝝ: paradi
sum habemus multo meliorẽ ⁊ lõge delectabiliorẽ q̃ primi pa
rẽtes habuerũt ⁊ paradisus noster xp̃s dñs est. In quo tres q̃
dem fontes iã inuenim⁹ quartuz queramus. Habemus de fon
te mie ad diluendas culpas / aquas remissionis: habemus de
fonte sapientie ad potandum sitim nostrã / aquas discretiõis:
habemus de fonte gratie ad irrigandas plãtas bonorum ope
(D) rum / aquas deuotionis. ¶ Queram⁹ ad decoquendos cibos /
aquas feruẽtes: aquas emulationis. He nimirũ condiunt ⁊ de
coquunt affectiones nostras ⁊ ebulliunt de fonte charitatis.
(ps. xxxviij.) Unde ait ppheta. Cõcaluit cor meũ intra me: ⁊ in meditatiõe
(ps. lxviij.) mea exardescet ignis. Alibi quoq;. Zelus inquit domus tue
comedit me. Siquidẽ ex dulcedine deuotiõis diligẽs iusticiã
ex feruore emulationis odio habet iniquitatẽ. Et vide ne for-
(Esa. xij.) te de fontibus istis predixerit esaias. Haurietis aquas in gau
dio de fontibus saluatoris. Nam vt promissionem hanc vite
presentis esse noueris / nõ future / illud attende quod sequitur
(ps. lxxx.) dicetis in illa die. Confitemini dño: ⁊ inuocate nomen ei⁹. In
(ps. xlix.) uocatio quippe presentis temporis est: sicut scriptum est. In-
(E) uoca me in die tribulationis. ¶ Porro et his quattuor fonti-
bus tres quidẽ proprie conuenire videnf tribus ecclesie ordi
nibus singuli singulis. Nam primus quidem cõmunis est om-
nibus. In multis eñ offendimus oẽs: et necessariũ habemus
(Rom. iij.) mie fontẽ ad diluẽdas offensionum sordes. Oẽs inq̃ peccaui-
mus ⁊ egemus gloria dei. Et prelati dei ⁊ cõtinentes et cõiu-
(j. Joh. j.) gati. Si dixerimus q: pctm̃ non habemus nosipsos seducim⁹.
Quia ergo nemo mundus a sorde: necessarius est oibus fons
misericordie: ⁊ pari voto debẽt ad hunc fontem: noe: daniel: ⁊
iob properare. Decetero quidem iob maxime sapientie fontẽ
querat: qm ipse magis inter medios laqueos ambulat: ita vt
magnũ videatur si a malo declinat. Danieli vero currẽdũ ẽ ad
fontem gratie cui nimirũ penitẽtie opera ⁊ labores abstinẽtie
(F) deuotionis gratia necesse est impinguare. ¶ Oportet eniz vt
(ij. Cor. ix.) nos maxime in hilaritate omnia faciamus. Quoniam hilarem
datorem diligit deus. Nam et terra nostra nequaq̃ fertilis est
huiusmodi seminis: bone scilicet conuersationis ideoq; facile
exarescet: nisi crebris irrigationib⁹ adiuuetur: vnde et in ora-
tione dominica huiusmodi gratiam sub quotidiani panis noĩe
postulamus. Merito sane ne forte cadat super nos terribilis
illa maledictio prophetice imprecationis. Fiant sicut fenum
(ps. cxxviij.) tectoruz qd priusq̃ euellatur exaruit. Fons vero emulationis
noe conuenit specialiter: quia maxime prelatos decet hic zel⁹

Quattuor itaq; fontes istos adhuc in carne viuentibus / no-
bis in semetipso xp̃s exhibet. Quintum qui est fons vite / post
hoc seculum repromittens / ad quem sitiebat propheta cuz di
(ps. xli.) ceret. Sitiuit aĩa mea ad deum fontẽ viuum. Fortassis etiam
propter hos quattuor fontes quattuor in locis vulneratus est
christus adhuc viuens in cruce: propter quintum cum iam tra
didisset spiritũ: transforatus est in latere. Uiuebat adhuc quã
do foderunt ei manus ⁊ pedes vt nobis adhuc viuẽtib⁹ quat-
tuor fontes ex seipso proferret. Quintum pertulit vulnus / cuz
iam expirasset: vt in se nihilominus quintum nobis fontẽ post
obitum aperiret. Sed ecce dum loquimur de mysterys natiui
tatis ad scrutanda repente deuenimus sacramenta dominice
passionis. Nec mirum tamẽ si querimus in passione quid in na
tiuitate sua xp̃s attulerit. Tũc enim concisso sacco / pecuniam
q̃ latebat in preciũ nostre redẽptionis effudit.

¶ De tribus mixturis. Sermo. ij. vnde supra.

(G) Magna opera dñi ait ppheta dauid. Magna qui
(ps. cx.) dem omnia opera eius fratres: siquidẽ magnus
⁊ ipse: sz ad nos maxie spectãt q̃ in eis maxima
esse videntur. Hinc est q᷑ psallit idem propheta
dicens. Magnificauit dominus facere nobiscũ.
(ps. cxxv.) Deniq; q̃ magnifice nobiscum agat / specialiter
tria quedam eius opa clamant: prime nostre creationis: p̃ntis
redemptionis: future glorificationis. Ꝙ magnificata sunt in
singulis opera tua domine. Tuum est virtutem operum tuorũ
annunciare populo tuo: nos ipsa saltem opera non silemus.
(H) ¶ Triplicem fratres commixtionem in his tribus cõsiderare
est: celestis plane operis et diuine virtutis. Nam in primo ope
re conditionis nostre de limo terre plasmauit hominem de⁹: ⁊
inspirauit in faciem eius spiritum vite. Qualis artifex: qua-
lis vnitor rerum ad cuius nutum sic conglutinantur sibi lim⁹
terre et spiritus vite? Limus quidam iam ante creatus erat:
quando in principio creauit deus celum ⁊ terram. At spiritus
sane non communem sed propriam habet conditionem: nec in
massa creatur / sed singulari quadam excellentia inspiratur.
(I) ¶ Agnosce o homo dignitatem tuaz: agnosce gloriã conditio
nis humane. Est enim tibi cum mundo corpus: sic enim decet
eum qui constitutus est super vniuersam huius creature cor-
poree molem aliqua ei similari ex parte: sed est tibi etiaz subli
mius aliquid: nec omnino comparandus es ceteris creaturis.
Compacta et ⁊ cõfederata sunt in te caro ⁊ aĩa illa plasmata:
hec inspirata. Sed cui⁹ interest hec commixtio? Cui hac vnio
ne prestatur. Etenĩ iuxta sapientiam filioꝝ huius seculi / vbi so
ciantur summis inferiora: preualent qui potestatem habent: ⁊
humilioribus vtuntur pro libitu suo. Conculcat fortior min⁹
fortem ridet sapiẽs indoctum: simplicẽ fallit astructus: potẽs
despicit imbecillem. Non sic in opere tuo deus: non sic in tua
commixtione: nõ ad hoc sociasti spiritum limo sublimẽ humi-
li dignam et excellentem creaturam abiecte et inutili masse.
(K) ¶ Quis non videat fratres q̃tum corpori prestet anima? Nũ
quid non truncus esset insensibilis caro inanimata? Ab aĩa eñ
pulchritudo / ab aĩa incremẽtũ / ab aĩa claritatis visus / ⁊ son⁹ vo
cis. Deniq; sensus oĩs ab anima est. Charitatem mihi conium
ctio ista commendat: charitatem in hac ipsa conditionis pro-
prie pagina lego. Charitatem in ipso statim principio non so-
lum predicat: sed ingerit mihi manus benignissima creato-
ris. Et quidem magna hec cõiunctio dilectissimi: sed si stabilis
pmãsisset. Nunc autẽ licet diuino fuerit munita sigillo: ad ima
ginem quippe ⁊ similitudinẽ suã creauit deus hoiem: heu dirru
ptum est sigillum et vnitas dissipata. Accedens pessimus ille
latro recẽs adhuc sigillũ fregit: ⁊ sic mutata similitudine diui
na cõparatus est miser hõ iumentis insipientib⁹ ⁊ similis fa-
(ps. xlviij.) ctus est illis. ¶ Rectũ quippe fecit de⁹ hoiem: atq; hec simili-
(L) tudo eius de quo scriptũ est. Qr rect⁹ dñs deus noster: et nõ
(ps. xcj.) est iniq̃tas in eo. Ueracẽ quoq; ⁊ iustũ fecit eũ: sicut ⁊ ipse veri
tas: ⁊ iusticia est nec vnitas ipsa posset disiungi: dũ sigilli hui⁹
integritas permaneret. Uerũ superuenit falsarius q̃ indoctis
sigillũ pmittẽs meli⁹ ve ve fregit qd erat manu diuinitatis
impressum. Eritis inquit sicut dij: scientes bonum et malum:
(Gen. iij.) O maliuole: o maligne: ad quid eis hui⁹ similitudo scientie?
Sint certe sicut dij / recti / iusti / veraces: sint sicut deus in quẽ
peccatum nõ cadit. Hoc q̃ppe sigillo stante: stabit vnitas illa
Jam experimur miseri / q̃d nobis persuaserit versutia diaboli-
ce fraudis. Fracto namq; sigillo sequitur amarũ discidiũ: tri-
ste diuortiũ. Ubi est qd dixisti neq̃: nequaq̃ moriemini? Ecce
eñ morimur oẽs: ⁊ nõ est hõ q̃ viuat ⁊ nõ videat mortẽ. Sz q̃d
erit dñe deus? Nũq̃ ne reparabit opus tuũ: ⁊ q̃ ceciderit non
adiciet vt resurgat? Non est q̃ reficiat nisi q̃ fecit. Itaq; ppter
miseriã inopũ ⁊ gemitũ pauperũ nũc exurgã dicit dñs ponam
(ps. xj.) in salutari: fiducialiter agã in eo. Nihil si quidẽ pficiet inimi-
cus in eo: ⁊ fili⁹ iniq̃tatis nõ apponet nocere ei. Nouã inquis)

ego facio cōmixturā/vbi et expressiuē robustius pono sigillū eū qui nō ad imaginē meā factus: sed est ipsa imago/splendor glorie: et figura substantie: non fact⁹ sed genitus ante secula. Et ne forte timeas esse frangēdū: audi ꝓphetā. Aruit (inq̄t) tāq̄ testa virtus mea: sed talis testa q̄ nec ipe malleus vniuerse terre nocere vllo mō possit. Sane cū prima ex duob⁹ facta sit: scđa iā cōiunctio fit ex trib⁹: vt discas ex hoc ipo ad sacramētū accedere trinitatis. ¶ Verbū qđ erat in principio apud deū ꝛ deus erat: aīa que de nihilo creata est: ꝛ añ nō erat: caro de massa corruptiōis sine corruptione aliqua: diuino segregata artificio qualis nulla iā caro erat vinculo indissolubili in ꝑsone coeūt vnitatē. Habes in his triplex gen⁹ potētie: qđ non erat creatū: qđ ꝑierat reparatū: qđ sup oīa erat paulomin⁹ ab angelis minoratū. Hec sunt euāgelica illa sata farine que pariter fermētant: vt sit panis angeloꝝ quem manducet hō panis cor hoīs cōfirmās. ¶ Felix mulier bñdicta in mulierib⁹ in cuius castis viscerib⁹ supueniente igne sancti spūs coctus est panis iste. Felix inq̄ mulier q̄ in hec tria sata: imisit fidei sue fermētū. Siqdē fide cōcepit fide peperit: ꝛ vt ait elizabeth. Btā que credidit: qm̄ ꝑficienē sunt i ea q̄ dicta sunt ei a dn̄o. Nec mireris q̄ fide ei⁹ mediāte: vnitū dixeri verbū carni qñquidē et carnē ipam de ei⁹ carne suscepit. Sane ne hoc qdē pñti expositioni obuiare pōt: qđ de celestis regni ḋa similitudie. Neq̄ eñ indignū videt: si celoꝝ regnū fidei marie cōparat qua ꝛ repat. Hui⁹ itaq̄ vinculū vniōis nulla oīno soluere poterit creatura. Si qdē nec ꝑnceps hui⁹ mūdi hꝫ in eo q̄cq̄: nec ipse iohānes soluere dign⁹ est corrigiā calciamenti. Quid tñ: Soluat certe aliquaten⁹ necesse est: alioq̄n qđ dissolutū est nō resolidat. Panis integer: thesaur⁹ abscōdit⁹: sapiētia occulta: q̄ vtilitas in his/oīb⁹: Merito flebat iohānes nō inueniri q̄ aperiret librū: ꝛ solueret signacla ei⁹. Dū eñ clausus staret: nemo ex nobis diuinā illā attigere sapiētiā ꝑualeret. Aperi tu librū agne dei: vera māsuetudo. Fodiēdas expone iudeo man⁹ tuas ꝛ pedes tuos: vt qui in eis latet ꝓcedat thesaur⁹ salutis: ꝛ copiosa redēptio. Frāge deniq̄ esurientibus panē tuū. Sol⁹ eñ frāgere potes/q̄ solus vt cōfracta solides stare potes: ꝛ in ipa confractiōe/sol⁹ potestatē habes ponēdi aīam ꝛ cū volueris resumēdā. Tua igit miseratiōe soluat aliquaten⁹ hoc tēplū: sed non penit⁹ dissoluat. Separet ab aīa caro: sꝫ vbū sane ꝛ carnis seruet icorruptionē: ꝛ aīe plenā ꝯferat libertatē: vt sola inter mortuos liberare agat/educēs victos de domo carceris: sedēs in tenebris ꝛ i vmbra mortis. Ponat aīa sctā/ carnē imaculatam sꝫ resumēdā tertia die: vt mortēs mortē ꝑimat: ꝛ vita oīꝫ cū resurgēte resurgat. Ita factū ē dilectissimi: ꝛ ita factum gaudeamus. Morte illa/mors mortua est et regñati sum⁹ i spem vite ꝑ resurrectionē iesu xp̄i ex mortuis. Iā qd futurū sit inuniōe tertia: qs loquet: Nec oculus vidit: nec auris audiuit: nec in cor hoīs ascēdit: q̄ ꝑparauit deus diligētib⁹ se. Cōsummatio erit illa cū tradiderit xp̄s regnū deo ꝛ patri: ꝛ erunt duo non iā in carne vna: sed in spū vno. ¶ Etem si adherēs carni vbū factū est caro: multomagis q̄ adheserit deo vnus spūs erit cum eo. Et in hac quidē vnione media: humilitas exhibet ꝛ humilitas magna nimis: in ea vero quā expectam⁹ ad quā suspiram⁹ perfecta nobis (si tñ nobis) reposita glificatio est. Qđ si meminim⁹ in prima cōiūctiōe qua ex aīa ꝛ carne cōpact⁹ ē hō/charitatē cōmēdari merito humilitas eminet i scđa: q: sola virtus est hūilitatis lese repatio charitat'. Porro q̄ vnit rōnalis nīe creatura terreno corpi oīno nō ē hūilitati ascribere: siqdē nō ex deliberatiōe ꝓpa carni miscet sꝫ creādo imittit: omittēdo creat. Nō sic sane summ⁹ ille spūs: q̄ cū eēt magis bon⁹ ipo bñplaciti sui arbitrio accessit ad corp⁹ icoinq̄natū. Merito deniq̄ charitatē ꝛ hūilitatē sequit glorificatio: q: sine charitate nihil prodesse pōt. Et nemo nisi q̄ se humiliat exaltabitur.

Pro.xxi.

Lu.xiiij.

¶ In natali domini de loco ꝛ tēpore ꝛ aliis circunstantiis. Sermo. iiij.

Uo quedā rerū genera fratres in hac natiuitate dn̄i ꝯsidero: non solū diuersa: sed ꝛ dissimilia valde. Siquidē et puer q̄ nascit deus est: et mater de qua nascit virgo est: ꝛ partus ipse sine dolore est. Fulget i tenebris lux noua de celo: gaudiū magnū angelus euāgelizat. Lauda ꝛ multitudo celestis militie: datur gloria deo ꝛ in terra pax hoīb⁹ bone voluntatis. Currunt pastores inueniūt qđ ad eos dictuꝫ est verbū: nūciant aliis: quicūq̄ audiunt admirant. Hec ꝛ his similia dilectissimi diuine virtutis sunt: nō fragilitatis humane. Uasa sunt aurea ꝛ argentea: quibus ꝓ tāta solēnitate in mēsa dn̄i etiam egenis q̄buscq̄ hodie ministrat. Nō est nobis tollere ista: nō nobis dat aureus discus aut cyphus: sed q̄ i eis est cibus ꝛ pot⁹. Diligenter cōsidera (ait sapiēs) q̄ tibi apponūtur. Et ego qdē agnosco mea et natiuitatis hui⁹ tp̄s: ꝛ locū, infantilis corporis teneritudinē: paruuli vagitus ꝛ lachrymas: sed ꝛ ipsoꝝ quib⁹ primo annunciat natiuitas saluatoris: paupertatē pastorū atq̄ vigilias. Mea sunt hec: pro me faciunt: mihi apponunt: mihi ꝓponunt imitāda. Hyeme nat⁹ est: nocte natus est xp̄s. Nunq̄d credim⁹ casu factū vt in tanta aeris inclemētia ꝛ in tenebris nasceret cui⁹ est hyems ꝛ estas dies ꝛ nox. Non eligūt paruuli eteri qñ nascant: quippe q̄bus adhuc vix incipiētib⁹ viuere nullus subest rōnis vsus, nulla eligēdi libertas, facultas nulla deliberādi. Xp̄us frēs ꝛ si hō erat/erat tñ in pricipio apud deū: ꝛ de⁹ erat eiusdē cui⁹ nūc est sapiētie ꝛ potestatis: vtpote dei virtus ꝛ dei sapientia. Nasciturus itaq̄ dei filius: cui⁹ in arbitrio erat quocūq̄ vellet eligere tēpus: elegit qđ molestius est/presertim paruulo ꝛ pauperis matris filio: q̄ vix pānos haberet ad inuoluendum: ꝑsepe ad reclinandū. Et cū esset tanta necessitas: nullā audio pelliū fieri mētionē. Primus adā pelliceis vestit tunicis: pānis scđs obuoluit. Nō est tale iudiciū mūdi. Aut iste fallit: aut mundus errat. Sed diuinā falli impossibile est sapientiā. Merito ꝓinde ꝛ carnis prudētia: mors siqdē/ꝛ ipa inimica est deo: ꝛ seculi quoq̄ prudentia stulticia noiat. Quid eñ: Xp̄s vtiq̄ q̄ nō fallit elegit qđ carni molestius est. Id ergo melius: id vtili⁹/id poti⁹ eligendū: ꝛ q̄squis aliud doceat vel suadeat/ab eo tanq̄ a seductore cauendū. Iā vero etiā nocte voluit nasci. Ubi sunt q̄ tam ipudēter ostentare gestiūt semetipos: Christ⁹ eligit qđ salubri⁹ iudicat: vos eligitis qđ reprobat ille. Quis prudentior e duob⁹: Cui⁹ iudiciū iustius: cui⁹ snīa sanior: ¶ Deniq̄ tacet xp̄s: non se extollit: non magnificat: nō ꝑdicat: ꝛ ecce annūciat eū angelus: laudat multitudo celestis exercit⁹. Et tu ergo q̄ xp̄m sequeris: in uētū: abscōde thesaurū. Ama nesciri: laudet te os alienū, sileat tuū. Adhuc aūt in stabulo nascit xp̄s: ꝛ i presepio reclinat. Et nōne ipe est q̄ dicit. Me⁹ est orbis terre ꝛ plenitudo ei⁹: Quid ergo stabulū elegit: Plane vt reprobet gliaꝫ mūdi, dānet seculi vanitatē: Necdū loquit lingua: ꝛ q̄cūq̄ de eo sunt clamāt/ ꝑdicāt/euāgelizāt. Ipa quoq̄ infantilia mēbra nō silēt. In oībus mūdi iudiciū arguit/subuertit: cōfutat. Quis eñ hoīm si daret optio nō magis eligeret robustū corp⁹ ꝛ etatē itelligibilē q̄ infantilē: O sapiētia q̄ de occultis traheris: o vere incarnata ꝛ velata sapiētia. Et tñ fratres ipe est ꝓmissus olī ꝑ Esaiā. Paruulus sciēs reprobare malum ꝛ eligere bonū. Malū ergo voluptas corporis, bonū vero afflictio est. Siquidē ꝛ hāc elegit/ꝛ illā reprobat puer sapiēs/verbū infans. Verbū eñ caro factū ē/caro ifirma: caro ifātilis/caro tenera/caro ipotēs/ois opis: ois laboris ipatiēs. Et vere fratres verbū factū est caro, ꝛ sic habitauit in nobis. Dū esset inprincipio apud deum: lucē habitabat inaccessibilē: ꝛ nō erat q̄ caperet illud. Quis enim inuestigauit sensum dn̄i: aut qs cōsiliarius eius fuit: Carnalis hō nō percepit ea que sunt spūs dei: sed iā capiat carnalis: q: verbū factū est caro. Si nihil ꝑter carnē nouit audire: ecce verbū caro factū est: audiat illud vel in carne. O hō: in carne tibi exhibet sapiētia illa quōdā occulta: ecce iā trahitur de occultis: ꝛ ipsis sese ingerit sensibus carnis tue. Carnaliter vt iam dixerim predicat tibi: fuge voluptatē, q: posita est mors secus introitū delectationis. Age penitentiam: quia per hāc appropinquat regnū dei. Hoc tibi predicat stabulum istud: hoc presepe clamat: hoc membra illa infantilia māifeste loquunt: hoc lachryme et vagitus euangelizāt. Plorat quippe xp̄s: sed non sicut ceteri: aut certe non quare ceteri solēt. In aliis sensus: in xp̄o preualebat affectus. Patiuntur illi non agunt: vtpote nec ipsius adhuc vsum voluntatis habētes. Illi ex passione lugēt xp̄s ex compassione. Illi iugum graue qđ est sup omnes filios ade: christus filioꝝ ade pctā deplorat et certe ꝓ quib⁹ nunc lachrymas fundit postea fundet ꝛ sanguinē. O duricia cordis mei. Utinam domine sicut verbum caro factū est: ita ꝛ cor meū carneū fiat. Si quidem ꝛ hoc pollicitus es per ꝓphetam. Auferam (inquit) a vobis cor lapideū: ꝛ dabo vobis cor carneum. Fratres lachryme xp̄i mihi ꝛ pudorē pariūt ꝛ dolorē. Ludebā ego foris in platea: ꝛ in secreto regalis cubiculi super me ferebatur iudicium mortis. Audiuit hoc vnigenitus eius: exiit posito diademate sacco vestitus / aspersus sinere caput: nudus pedes: flens et eiulans q̄ morte damnatus esset seruulus eius. Intueor illum subito procedentem: stupeo nouitatem: causam percunctor et audio. Quid facturus sum: Adhuc ne ludam: et deludam lachrymas eius: Planeꝫ insanus sum: et mentis inops: non sequar eum: nec simul cum lugente lugebo. ¶ Ecce vnde pudor: Dolor ꝛ timor vnde: Utiq̄ quia ex cōsideratione remedii periculi mei estimo q̄ntitatem. Nesciebam: sanus mihi videbar ꝛ ecce mittitur virginis filius: filius dei altissimi ꝛ iubetur occidi: vt vulneribus meis precioso sanguinis illius balsamo medeat. Agnosce hō q̄ grauia sunt vulnera ꝓ q̄bus necesse est dn̄m xp̄ꝫ vulnerari. Si nō essent hec admortē: ꝛ mortem sempiternam: nunq̄ ꝓ eorū remedio dei filius moreretur

Pudet

M N Luce.i. Apoc.v. i.Cor.ii. O P Q

i.Cor.iii. R ps.xlix. Esa.vii. Joh.i. Esa.xl. i.Cor.ii. Mat.iii. Eze.xi. T

Pudet itaq dilectissimi propriam negligenter dissimulare passionem: cui tantā a maiestate, tanta/ exhiberi video compassionem. Compatit filius dei et plorat hō: patit et ridebit? Sic et medicine estimatio: et doloris mihi et timoris exaggeratio ē. Uerum si diligenter obseruē precepta medici: erit etiam consolationis occasio. Sicut eni grauē agnosco morbum: cui tanta opponit medicina: sic et ex hoc ipso non incurabilē esse coniector. Neq eni preciosissimas species frustra insumeret medic⁹ sapiens: immo sapientia ipsa. Porro frustra insumi cōstat non solū si absq eis facilis esset curatio: sed multomagis si et cum eis sit impossibilis. [A] ¶ Animat itaq ad penitentiā et accendit vehementius desideriū spes cōcepta. Sane accedit ad cōsolationē ipsa quoq q pastoribus vigilātib⁹ exhibita est visitatio et allocutio angelorū. Uerobis diuites qui habetis cōsolationē vestrā: vt tā non mereamini habere celestē. Et multi eni nobiles sm carnē: q multi potentes: q multi sapientes huius seculi hora illa in stratis mollibus quiescebant: et nemo eorum dignus habitus est nouam videre lucē: scire magnum illud gaudiū: angelos audire cantantes gloria in excelsis deo. [B] ¶ Agnoscant igit hoies: quia qui in labore hominū non sunt: visitari ab angelis non merent. Agnoscāt q placeat supnis ciuib⁹ labor cuius spūalis intentio est, qnquidē et eos q pro victu corporis/ corporali vrgente necessitate laborāt: suo dignant alloquio/ et allodio tā felici. Nimirū hūanē i eis agnoscūt ordinationē: qua cōstituit de⁹ vt i sudore vultus sui vescat adā pane suo. [Gen. iij.] Obsecro vos dilectissimi considerate diligenti⁹ qntum fecerit deus pro vestra exhortatione et salute: nec infructuosus inueniat in vobis sermo tam viuus et efficax: sermo fidelis et omni acceptione dignus: sermo non tā oris q opis. [C] ¶ Putatis fratres parū mihi molestū esse: si hoc ipm verbū quod nūc loquor ad vos vacuū et sine aliqua vtilitate depire i cordibus vestris nossem? Et qs sum ego: aut quis est hic sermo meus? Si hunc tantilli vocis laborē inutilē esse doleret hō pusillus: immo et nihili: q iustius indignabit dñs maiestatis si tātā eius operā/ nra aut duricia/ aut negligentia cōtingat euacuari? Auertat hoc a seruulis suis: qui pro eorum salute induere dignatus est formam serui vnigenitus dei patris: qui est super oia deus benedictus in secula. Amen.

¶ Item in natali domini de eo q pastores inuenerunt Mariā et ioseph et infantē positū in presepio. Sermo. iiij.

Agnoscite fratres dilectissimi qnta sit hodierna solēnitas: cui et dies breuis: et terre angusta est latitudo: loco pariter et tpe dilatat. Noctem preoccupat: celū replet anteq trā. Nox eni vt dies illuminata est: cū intēpeste noctis hora pastores circūfulsit lux noua de celo. ¶ Et vt noueritis q i loco solēnitatis huius ceperint gaudia celebrari qd tā angelis erat: futurū oi pplo gaudiū euāgelizat: sed et cōfestim adest diuinis psonās laudib⁹ celestis exercit⁹ multitudo. Hinc est q solēnis ducit nox ista pre ceteris: i psalmis/ hymnis et cāticis spūalib⁹: et his potissimū in vigiliis sine vlla hesitatione credendū est celestes illos principes preuenire cōiūctos psallentibus: in medio iuuencularū tympanistriarū. [D] Sed q mlta hodie gemmis et auro fulgēt altaria: qnti vbiq palliis parietes adornantur. Putas ad hec diuertent angeli: et pannosos homines declinabūt? Si ita est: cur pastorib⁹ ouiū magis apparere q terre regib⁹: q sacerdotib⁹ templi? [E] Cur et ipe saluator cuius est aurū pariter et argentū: sacrā in corpore suo dedicat paupertatē? Aut certe cur paupertas ipa tā sollicite enarratur ab angelo? Neq eni sine certa ratiōe mysterii pannis saluator obuoluit/ et ponit in presepio: q id manifeste in signū nobis [F] [Luce. ij.] cōmēdat ab angelo: hoc inqt vobis signū. Inuenietis infantē pānis inuolutū. In signū positi sunt panni tui dñe iesu: sz in signū cui a multis vsq hodie cōtradicit. Multi quippe vocati: sed nō multi electi: et ideo nec signati. Agnosco certe agnosco iesuz magnū sacerdotē: sordidis optū vestib⁹ dū altercaret cū diabolo. Scientib⁹ scripturas loquor: et qb⁹ nō ignota ē pphetica visio zacharie. Ubi vero exaltatū ē caput nostrū sup inimicos nros: et hoc plane mutauit vestē: decorē iduit amict⁹ lumine sicut vestimēto. Exēplū dedit nobis: vt et nos eadē faciam⁹. Utilior siqdē in cōflictu lorica ferrea: q stola linea: licet oneri sit illa: hec honori. Erit cū et mēbra sequent caput vt corp⁹ iam [Ps. xxix.] vniuersuz vno psallat spiritu et dicat. Cōcidisti saccū meū: et circūdedisti me leticia. [Luce. ij.] Inuenietis (inquit) infantē pānis inuolutū et positū i presepio. Et post pauca. Uenerūt (ait euāgelista) festinātes: et inuenerūt mariā et ioseph: et infantē positū in presepio. [G] ¶ Quid est q sola ab angelo cōmēdari videt humilitas: nec tñ sola a pastorib⁹ iueniri? Forte speciali⁹ cōmēdat angel⁹ humilitatē: q ruentib⁹ ceteris p supbiā: ipse in humilitate stetisset. Aut propterea certe celit⁹ annunciat humilitas: q hoc quasi ppria virtus diuine exhibēda sit maiestati. Sola tñ nō potuit iueniri: q semp grā dat humilib⁹. Inuenerūt ergo mariā et ioseph: et infantē positū in presepio. [H] ¶ Sicut eni saluatoris infantia manifestā pretēdit hūilitatē: sic per virginē cōtinētia: iusticia p ioseph virū iustū: cuius laus est in euāgelio non incōgrue designat. Sane cōtinētiam deberi carni quis nesciat? Iusticia vero virt⁹ est quod suum est cuiq tribuēs: et hec erga priores est necessaria. Porro hūilitas deo nos recōciliat: deo facit eē subiectos: deo placet in nobis sicut ait vgo btā. Respexit de⁹ humilitatē ancille sue. [I] ¶ Itaq q fornicat peccat in corp⁹ suū: qui iniuriosus est in pximū: q extollit: et irasc in deum. Fornicator semetipm dehonestat: iniuriosus molestat pximū: elat⁹ qd i se est deū ihonorat. Gl'iā meā (dñs ait) alteri nō dabo. [Esa. xlij.] Et supb⁹ ego (inqt mihi eā licet, nō dederis) vsurpabo: nec eni placet ei angelica distributio: dans gloriā deo: pacē hoibus. [K] Nō ergo colit deū: sed aduersus eū extollit impius plane et infidelis. Que est eni pietas nisi cultus dei? Quis pro deū colit nisi q voluntarie ei subiect⁹ est: et sicut oculi seruorū in manib⁹ dñor suorū: sic oculi cordis ei⁹ ad dñm deū suū? Ut ergo inueniat in nobis semp maria et ioseph et infans posit⁹ in presepio: sobrie et iuste et pie viuam⁹ in hoc seculo. Propter hoc eni apparuit grā dei erudiens nos: et p hoc quoq illius glīa apparebit. Sic eni habes. [Titum. ij.] Apparuit grā dei oib⁹ hoib⁹ erudiēs nos: vt abnegantes impietatē et secularia desideria: sobrie et iuste et pie viuam⁹ in hoc seculo: expectātes beatā spem: et aduentum glorie magni dei. Apparuit in paruulo grā ad eruditionē. [Lu. j.] Sed hic erit magn⁹: sicut de eo gabriel locut⁹ ē: et quos paruulus erudierit ad hūilitatē cordis et mansuetudinē: magnificabit postmodū et glīficabit magn⁹ et gloriosus adueniēs iesus xps dñs noster.

¶ In natali dñi de verbis apostoli. Benedictus deus et pater domini &c. Sermo. v.

[L] [ij. Cor. j.] Benedictus de⁹ et pater dñi nri iesu xpi: pater misericordiarū et deus totius cōsolationis: q cōsolat nos in oi tribulatione nra. Bndict⁹ q propter nimiā charitatē suā qua dilexit nos: filiū suū dilectū in quo ei bñ cōplacuit misit p quē recōciliati pacē habeam⁹ ad eū: et idē sit nobis recōciliationis hui⁹ et mediator et obses. Nō ē qd vereamur fratres mei sub tā pio mediatore: nō est qd de tā fido obside dubitem⁹. Sz qualis mediator est inqs/ q in stabulo nascit: i presepio ponit: pānis iuoluit sicut ceteri: plorat vt ceteri: deniq infans iacet vt ceteri cōsueuerūt? Magn⁹ plane mediator est etiā i his oib⁹ q ad pacē sunt: nō pfunctorie sed efficaciter querēs. Infans qdē est: sed verbū infans: cui⁹ ne ipa qdē infantia tacet. [Esa. xl.] Cōsolamini cōsolamini dicit dñs de⁹ vester: dicit hoc emanuel nobiscū deus. [M] ¶ Clamat hoc stabulū/ clamat presepe/ clamāt lachryme/ clamāt pāni. Clamat stabulum: curādo sese hoi qui in latrones [Luce. x.] inciderat preparari. Clamat presepe: eidem homini qui iumentis [Ps. xlviij.] cōparatus fuerat pabulū ministrari. Clamāt lachryme/ clamāt pāni eiusdē ipsius crueta tā vulnera ablui et detergi. Siquidē nullo hor xps eguit: nihil horū illi ppter se: magis aūt oia propter electos. [Mat. xxj.] Uerebunt filiū meū ait pater misericordiarū. Uerū id qdē dñe: reuerētur eū. Sed qui? Nō plane iudei ad quos missus: sed electi propter quos missus. [N] Reueremur eum nos in presepio: reueremur in patibulo/ reueremur in sepulchro. Deuote suscipim⁹ tenerū ppter nos/ cruentū ppter nos/ pallidū propter nos/ sepultū ppter nos reueremur. Deuote adoram⁹ cum magis/ deuote amplectimur cū symeone sancto infantiā saluatoris/ suscipiētes miam tuā in medio tēpli tui. Siqdē ipse ē de quo legim⁹. [O] [Ps. cij.] ¶ Mia dñi ab eterno. Alioquin qd coeternū patri nisi fili⁹ et spūssctūs? Et vterq qdē nō tā misericors q ipsa vere mia: nihilominus etiā pater mia est: atq hi tres nō nisi vna misericordia sicut vna essentia/ vna sapiētia/ vna diuinitas/ vna maiestas. In eo tñ q pater misericordiarū dr de⁹: qs nō videat velut pprio noie filiū designari? Et bene dr pr miarum cui pprium est misereri semper et parcere. [P] ¶ Sed forte quis dicat. Quō illi proprium est misereri: cuius iudicia abyssus mlta? [Ps. xxxv.] [Ps. xxiiij.] Neq eni dicitur oēs vie eius sola mia/ sed mia et veritas. Nō minus iustus q misericors est: cui mia et iudicium decantatur. Uerū id quidē cui vult miseretur et quē vult indurat: sed q miseretur proprium illi est: ex se eni sumit materiam et velut quoddam seminarium miserendi. Nam q iudicat et condemnat: nos eum quodāmodo cogimus: vt longe aliter de corde ipsius miseratio q animaduersio procedere videatur. Ipsum audi dicētem. [Ezechie. xviij.] Nunquid voluntatis mee est mors impii dicit dñs: et non magis vt conuertatur et viuat? Recte igitur non pater iudiciorum vel vltionū dicit: sed pater miarū: non mō q pater videat misereri potius q indignari: et quēadmodū pater filiorum misereatur timentium se: sed eo magis q miserēdi causaz et originem sumat ex proprio: iudicādi vel vlciscēdi magis ex [Q]

nso. Sed si ꝓpter hoc pater mīe: quare pr̄ miaꝝ? Semel locut⁹
Ps. lxi. est de⁹ (ait ꝓpheta) duo hec audiui: q2 ptās dei est / et tibi dn̄e
B mia. Ceterū apl̄s nobis in vno verbo i filio vno ipam q̄cꝫ miaꝫ
ij. Cor. j. duplicē ꝯmēdat patrē dicēs: nō vni⁹ tm̄ mīe sꝫ miarū: ⁊ deū nō
vni⁹ sꝫ toti⁹ cōsolatiōis: q̄ ꝯsolaꝛ nos nō mō in hac vel in illa:
Thre. iij. sed in oī tribulatione. Mie dn̄i multe ait q̄dam videlꝫ q2 mul
te tribulationes iustoꝝ: et de omnib⁹ his liberabit eos dn̄s.
Unus est dei filius: vnū verbū: sꝫ miseria nr̄a multiplex nō mō
magnā miaꝫ: sed et multitudinē q̄rit miserationū. Forte tn̄ ꝓ-
pter substantiā duplicē qua subsistit hūana cōditio cū sit vtra-
cꝫ tā misera: nō incōgrue duplex hoim dicaꝛ esse miseria: sꝫ sit
multiplex in vtracꝫ. Siquidē et corpis et cordis nr̄i tribulatio
nes multiplicate sunt: sꝫ ab vtrisꝫ necessitatibus eruit: q̄ totū
hoiem saluū facit. Cū ergo vnus ille et vnic⁹ dei fili⁹ et iā nunc
venerit ꝓpter aīas tollere .s. pctā mundi: et scdo ꝓpter corpo-
ra sit venturus / vt ea resuscitet et cōfiguret corpori claritatis
sue: nō incōgruū fortasse videbiꝛ / vt in eo q2 patrē miarū bn̄di-
S cimus duplicē hāc miam cōfiteamur. Suscipiēs eni humane
nature corpus simul et aiam nō mō semel cōsolamini sed vt su
pra quocꝫ meminim⁹ cōsolamini: cōsolamini dicit dn̄s de⁹ ve-
ster: vt videlicet certi sim⁹ q2 vtrūcꝫ sit saluatur⁹: qui neutrum
suscipere est dedignat⁹. Sed in quib⁹ putas? Plane in populo
suo. Ipse eni et nunc saluū faciet nō quoscūcꝫ / sed populū suū
a peccatis eoꝝ: et postmodū non oē corp⁹ sꝫ corp⁹ humilitatis
cōfigurabit corpori claritatis sue. Denicꝫ ppl̄m suū consolaꝛ:
vticꝫ ppl̄m humilē quē saluū faciet: nā oculos supboꝝ humi-
T liabit. ¶ Uis nosse ppl̄m ei⁹? Tibi derelictus est paup (ait hō
Ps. ix. Luc. vj. sm̄ cor dei. Sed et ipse in euangelio. Ue vobis (inquit) diui-
tes qui habetis consolationē vestrā. Utinā nos dilectissimi in
eo ppl̄o iueniri semꝑ optem⁹: nō cui dicit ve: sꝫ quē ꝯsolaꝛ dn̄s
deus suus. Quid ei cōsoleꝛ eos q̄ suā hn̄t cōsolationē? Nō con
solaꝛ xp̄i infantia garrulos: nō ꝯsolenꝛ xp̄i lachryme cachinnā
tes: nō cōsolanꝛ pāni ei⁹ ambulantes in stolis: nō cōsolanꝛ p̄se
pe et stabulū amātes p̄mas cathedras in synagogis: sꝫ equa-
nimiter forte vniuersam hāc cōsolationē expectātib⁹ i silentio
V dn̄ꝫ lugētib⁹ / pānosis / paupib⁹ cedere videbunꝛ. ¶ Ceterū au
diāt q2 et ipi quocꝫ angeli nō alios cōsolanꝛ. Uigilātib⁹ eni pa
storib⁹ et custodiētib⁹ vigilias noctis euāgelizaꝛ gaudiū noue
lucis: et eis nat⁹ dicꝛ esse saluator. Paupib⁹ atcꝫ laborātibus:
nō vobis diuitib⁹ q̄ vr̄am habetis ꝯsolationē et ve diuinū. In
ter ipsas vigilias noct' dies scificat⁹ illuxit: et nox sicut dies
Lu. j. illuminata imo in diē mutata est dicente āgelo. Q2 nat⁹ est vo-
bis saluator hodie vticꝫ nō in hac nocte. Sīqdē nox precessit:
dies aūt appropinquauit: ver⁹ vticꝫ dies ex die: salutare dei se
sus xp̄s dn̄s noster: q̄ est sup oīa benedictus in secula. Amen.

¶ In natali sctōꝝ Innocentum de quattuor cōtinuis solennitatibus scꝫ natiuitatis domini: ac sanctorum stephani Johannis et innocentum. Sermo vnicus.

X Ps. cxvij. Benedict⁹ qui venit in noīe dn̄i: deus dn̄s et illu-
xit nobis. Bn̄dictū nomē glīe ei⁹ qđ est sanctū.
Necꝫ eni ociose venit qđ ex maria natum est san
ctū: sꝫ copiose diffundit et nomē et gratiā sancti
tatis. Nimirū inde stephan⁹ sanctus: inde iohan
nes sctūs: inde sctī etiā innocentes. Utili proin
de dispēsatiōe triplex ista solēnitas natale dn̄i comitaꝛ: vt nō-
modo inter contiguas solennitates deuotio cōtinua perseue-
ret sꝫ ⁊ fruct⁹ dominice natiuitatis exinde nobis velut ex qua
dā prosecutiōe euidentius innotescat. Siquidē aduertere est i
his trib⁹ solēnitatib⁹ triplicē quādā speciē sanctitatis: nec fa-
cile p̄ter hec tria sctōꝝ genera quartū aliud posse arbitror in
hoib⁹ reperiri. Habem⁹ in beato stephano martyri simul ⁊ op⁹
et volūtatē. Habem⁹ solā volūtatē in beato iohanne: solum in
beatis innocētib⁹ opus. Biberūt oēs hi calicē salutaris: aut
Mat. xx. corpore simul et spū: aut solo spiritu aut corpore solo. Calicem
quidē meū bibetis: ait dn̄s iacobo et iohāni nec dubiū q̄n de
Joh. xxj. passionis calice loqueret. Demū cū petro diceret. Sequere me
euidenter eū ad imitationē sue prouocans passionis: cōuersus
ille vidit discipulū quē diligebat iesus sequentē: non tā gressu
corporis q̄ʒ prōpte deuotionis affectu. Et bibit ergo iohānes
calicē salutaris: et secut⁹ est dn̄m sicut petr⁹: et si nō oīmodo si
cut petrus. Q2 eni sic mansit vt nō etiā passione corporea dn̄m
Joh. xxj. sequeretur diuini fuit cōsiliū sicut ipse ait. Sic eū volo manere
donec veniā. Ac si dicat. Uult quidē et ipse sequi / sed ego sic
Y eū volo manere. ¶ An vero de innocētū coronis quis dubitet?
Ille pro xp̄o trucidatos infantes dubitet inter martyres coro
nari: qui regeneratos in xp̄o nō credit inter adoptionis filios
numerari. Alioquin q̄n coeuos sibi pueros puer ille q̄ nat⁹ est
nobis non cōtra nos ꝓpter se pateret occidi: qđ vticꝫ solo nu
tu poterat ꝓhibere: nisi melius aliqd eis prouideret: vt quēad
modū ceteris infantibus: tūc quidē circūcisio: nūc vero baptis

mus sine vllo ꝓprie voluntatis vsu sufficit ad salutem: sic nihi-
lominus pro eo susceptum martyriū illis sufficeret ad sanctita
tem. Si q̄ris eoꝝ apud deū merita vt coronarenꝛ: q̄re et apud
herodem crimina vt trucidarenꝛ. An forte minor christi pietas
q̄ʒ herodis ipietas: vt ille quidē potuerit innoxios neci dare:
xp̄s nō potuit ꝓpter se occisos coronare? Sit ergo stephanus
martyr apud hoies: cui⁹ volūtaria passio euidēter apparuit: in
eo vel maxime q2 in ipo mortis articulo tā ꝓ psequētib⁹ q̄ʒ pro
seipo sollicitudinē gereret ampliorē: vinceretcꝫ i eo sensuꝫ cor
poree passionis interne ꝯpassionis affect⁹: vt illoꝝ magis sce-
lera q̄ʒ sua vulnera plāgeret. Sit iohānes apud angelos mar-
tyr: quib⁹ tanq̄ʒ spūalib⁹ creaturis spūalia deuotiōis ei⁹ signa
certi⁹ innotuerūt. Ceterū hi sunt plane martyres tui de⁹: vt in
q̄bus nec hō nec angel⁹ meritū inuenit: singularis tue p̄rogati
Ps. viij. na gratie euidenti⁹ cōmendeꝛ. Ex ore infantiū ⁊ lactantiū per
Luce. ij. fecisti laudē. Gloria in excelsis deo: angeli dicūt: et i terra pax
hoibus bone volūtatis. Magna quidē: sed audeo dicere: nec-
Mat. xix. dū perfecta laus donec veniat qui dicat. Sinite paruulos ad
me venire: q2 taliū est regnū celoꝝ: et pax hoibus: etiā sine vo-
luntatis vsu in sacramēto pietatis. Cōsiderēt hec qui de ope-
re et voluntate cōtentiosis solent disputationib⁹ contrari: cō-
siderent et aduertēt neutrū negligi oportere vbi nō videꝛ dees-
se facultas: presertim cū vtrūcꝫ sine altero: vbi tamē facultas
deest nō mō salutē cōferre possit: sed etiā sanctitatē. Sꝫ ⁊ hoc
quocꝫ firmiter teneāt prodesse quidē opus sine voluntate: non
aūt cōtra voluntatē: vt vnde saluanꝛ infantes / inde magis dā-
Z nenꝛ ficte accedentes. ¶ Nihilomin⁹ sane in quibusdā volūtas
sine opere sufficiens: nō aūt cōtra opus / verbi causa. Rapiꝛ q̄s
in bona quidē voluntate: sed necdū pfecta / necdū idonea / mar
tyriū sustinere. Quis illi audeat pro hac imperfectiōe negare
salutē? Forte eni propterea nō siniꝛ in illā grauē tentationem
venire: ne deficiat et damnetur. Nimirū si in hac tā infirma vo
luntate induceret in eā que supra ipsum est temptationem: nec
voluntas roboraretur: quis illū dubitet defecturū / negaturū:
Luce. ix. et si in eo mori cōtigerit etiā periturū? Qui eni erubuerit me
corā hominib⁹: erubescā et ego eum (ait dn̄s) corā āgelis dei.
In ea igitur imperfecta voluntate in qua saluaꝛ vbi deest fa-
cultas operis: iā nō saluari posset propter defectuꝫ operis: vel
op⁹ defectionis. Idē vero et in ignorātia posset accidere. Emu
lemur proinde charitateꝫ: et sectemur bona opera fratres mei:
nec infirmitatis nec ignorantie peccata vllo modo paruipen-
dentes. Magis autē solliciti et timorati agam⁹ gratias beni-
gnissimo et largissimo saluatori: qui hūane salutis occasiones
tam copiosa charitate perquirit: vt in his voluntatē et opus /
in his sine opere voluntatē: in his etiā sine voluntate opus sa-
lutis inuenire leteꝛ: qui vult oēs hoies saluos fieri: et ad agni
Joh. xvij. tionem sui venire. Hec est eni vita eterna vt cognoscamus pa-
trem verum deum et quē misit iesum christum qui vnus cū eo
verus est deus super omnia benedictus in secula. Amen.

¶ In circuncisione domini: de circūcisione nostra: et triplici testimonio qđ habere debemus. Sermo primus.

Luce. ij. Postq̄ʒ cōsummati sunt dies octo vt circuncide-
retur puer: vocatum est nomen eius iesus. Audi
uimus paucis / expressum magnum pietatis sa-
cramentum. Audiuimus congruā lectionē ver-
bo abbreuiato quod fecit dn̄s super terrā. Ab-
breuiatum enim in carne: amplius abbreuiaꝛ su
scepta etiam carnis circuncisione. Minoratus paulominus ab
angelis dei filius humanam naturā induit: sed iam ne ipm re-
spuens remediū humane corruptiōis: plane multo minoratus
ab eis. Habes igiꝛ hec magnū fidei documētū: habes et mani
festū hūilitat' exēplū. ¶ Ad qđ ei tibi circūcisio necessaria: q̄
pctm̄ nō ꝯmisisti nec ꝯtraxisti? Q2 ipe nō feceris etas manife-
stat: q2 nō ꝯtraxeris mlto certi⁹ ꝓbat pr̄is diuinitas: itegritas
mr̄is. Sūm⁹ sacerdos es quē nec sup p̄re nec sup mr̄e ꝯtaminā
dū ꝓphetatū est i lege poti⁹ q̄ʒ mādatū. Est eni tibi pr̄ ab eter
no: sꝫ de⁹ est in quē peccatū nō cadit. Est et mr̄ ex tpe sꝫ virgo:
nec parere potuit incorruptio corruptelam. Super hec omnis
circuncidiꝛ puer agnus sine macula. Et si non eguit tamen vo-
luit circūcidi. Nec vestigiū quidē vllū vulneris habens: alliga
turā non refugit vulneris. Nō sic impij non sic: nō sic agit puer
S sitas elationis humane. Erubescimus vulnerū ligaturam: qui
de vulneribus interdum etiam gloriamur. Quem nemo potest
arguere de peccato: ipse peccati remedium: et verecundū pari
ter et austerum sine vlla necessitate suscepit: nec repulit cultrū
lapideum in quo solo vetus illa que raderet rubigo non fuit.
Nos ecōtra inuerecūdi ad obscenitatē culpe erubescim⁹ age-
re penitentiā: qđ extreme dementie est: male proni in vulnera:
peius in remedia verecundi. Qui peccatum non fecit non de-
dignatus est se peccatorem reputari: nos et esse volumus / ⁊ no
lumu

lumus estimari. Ita ne sano opus est medicina: et nõ poti⁹ ma
le habentibus? Immo vo ita ne eget medicamine nõ eger sed
medicus? Quis hoim tante sibi nõ dicã glie sed vel inocentie
conscius equanimiter circũcidẽtis manũ admitteret? Xp̃s ve
ro patienter q̃ nõ rapuit exoluit: q̃ venerat purgationẽ facere
nõ suscipere delictoꝝ. Sed dicas. Quidni susciperet paruul⁹?
Immo vo quidni susciperet humilis et mansuetus? Quidni
obmutesceret corã circũcidẽte: q̃ corã tondẽte obmutuit: corã
crucifigẽte siluit? Alioqn nõ erat illi difficile carnẽ suã itegrã
cõseruare ne scinderet: q̃ fecerat ne ỽginalis vteri porta i exi
tu suo aperiretur. Nõ erat difficile paruulo ꝓhibere ne caro il
la circũcideretur qñ nec mortuo fuit difficile custodire ne cor
rumperet.

A

¶ Postq̃ ergo cõsummati sunt dies octo vt circũci
deretur puer: vocatũ est nomẽ ei⁹ iesus. Magnũ ⁊ mirabile sa
cramẽtũ. Circũcidit puer et vocat iesus. Quid sibi vult ista cõ
nexio? Circũcisionẽ nẽpe mag saluãdi q̃ saluatoris esse videt:
et saluatorẽ circũcidere decet q̃ circũcidi. Sed agnosce me
diatorẽ dei ⁊ hoim: qui ab ip̃o natiuitatis sue exordio diuinis
hũana sociat: ima summis. Nascit ex muliere: sed cui fecũdita
tis fructus sic accedat: vt nõ decidat flos virginitatis. Pãnis
inuoluitur: sed pãni ip̃i angelicis laudibus honorant. Abscon
dit in p̄sepio: sed ꝓdit radiãte stella de celo. Sic et circũcisio
veritatẽ suscepte ꝓbat humanitatis: et nomẽ quod est sup oẽ
nomẽ gloriã indicat maiestatis. Circũcidit tãq̃ ver⁹ abrahe fi
lius: iesus vocat tãq̃ fili⁹ dei. Neq̃ eni ad instar priorũ me⁹ iste
iesus: nomẽ vacuũ aut iane portat. Nõ est in eo magni nominis
vmbra sed veritas. Celitus siquidẽ iditũ nomẽ euangelista te
stat: qd̃ vocatũ est an angelo priusq̃ in vtero conciperet.

B

¶ Et attende verbi profunditatẽ. Postq̃ natus est iesus: iesus vocat
ab hominib⁹: qui vocatus est ab angelo priusq̃ in vtero cõcipe
retur. Idẽ quippe et angeli saluator et hois: sed hois ab incar
natione: angeli ab initio creature. Vocatum est (ait) nomẽ eius
iesus quod vocatum est ab angelo. In ore ergo duorũ vel triũ
testium stat oẽ verbum: et ipsum qd̃ in propheta abbreuiatum
manifestius in euangelio legitur caro factũ. Nos fratres mei:
nos respicit hec parabola. Christus enim nec ãgelico eguit te
stimonio nec humano: sed vt scriptum est: omnia ꝓpter electos

mat. xviij

C

ij. Thi. ij.

¶ Triplex proinde querendum nobis salutis proprie testimo
nium: ne forte videamur assumpsisse nomen dei nostri in vanum.
Et nos eni fratres circumcidi necesse est: et sic nomẽ salutis ac
cipere. Circumcidi sane non littera sed spiritu et veritate: circũ
cidi non vno mẽbro sed toto corpore simul. Licet eni magis in
ea parte in qua mandata est iudeis circumcisio regnet addita
mentũ leuiathã: quod a malo est et amputari debet: vniuersaz
tamen occupat carnem. A planta pedis vsq̃ ad verticẽ non est
in nobis sanitas: nec est aliqua pars que non tabida sit hoc ve
neno. Propterea sicut paruulus adhuc in fide et dilectione po
pulus: congruum sibi mandatum exigue circumcisionis acce
pit: sic vbi creuit in virum ꝑfectiorẽ: toto iubet corpore bapti
zari: q̃ totius est hois integra circũcisio. Hinc est q̆ saluator
noster et circũcidi octauo die: et post annum tricesimũ digna
tus est crucifigi: vbi in penã corpus omne distensum est: cuius
similitudini mortis cõplãtamur et nos: vt scribit apostol⁹ nimi
rũ qd̃ nouissime traditũ est obseruantes. Que est ergo moralis
circũcisio nostra: nisi quã cõmẽdat idẽ apostol⁹. Victũ iquiens
et vestitũ habẽtes his cõtenti simus. Optime prorsus circũci
dit nos: et sup̄flua resecat vniuersa volũtaria paupertas: peni
tẽtie labor regularis obseruatio disciplinẽ. Ceterũ in hac cir
cũcisione triplex nobis querẽdũ est salutis nostre testimoniũ:
ab angelo ⁊ maria et ioseph. Oportet itaq̃ vt an oia nobis ma
gni cõsilij angel⁹ salutis nomẽ imponat. De hinc et ipsius quo
q̃ cõgregationis necessaria est attestatio: q̃ tãq̃ mater est singu
loꝝ. Mater itaq̃ virgo: tãq̃ ea quã despõdit ap̃ls vni viro virgi
nẽ castã exhibere xp̃o. Sed ne ipsius ministri contẽnẽdũ est te
stimoniũ: ei q̃ imitari q̃rit saluatoris exemplũ. Hic est ioseph:
locũ quidẽ obtinẽs sponsi / re aũt vera / seru⁹ et dispẽsator q̃ sane
pater vocat: magis aũt nutritus est. Sed dico eadẽ manifesti⁹.
Et ab his q̃ foris sunt fratres mei: et ab eo q̃ intus est: habere
oportet testimoniũ bonũ. Cui⁹ eni oibus grata: nemini onerosa
est cõuersatio: huic sine dubio ꝓpria de salute vniuersa fratrũ
ꝯgregatio attestat. Frustra plane sup his dũtaxat q̃ sũt in ma
nifesto nequissim⁹ ille fratrũ accusator trahit in causam: quem
excusat vniuersitas fratrũ. Habet et a prelatis testimoniũ q̃s
quis: ⁊ pctã secularis vite / et hui⁹ quoq̃ tẽporis negligẽtias:
qm̃ in multis offendim⁹ oẽs: nisi forte sanctiores nos arbitra
mur discipulo quẽ dilexit iesus: humili eis et pura cõfessione
iudicanda semper exponit: et eorũ satisfacere studet arbitrio.
Iã ne in his quidẽ pessimi illius timenda est accusatio: qm̃ nõ
iudicabit dñs bis in idipsum. At forte criminari volet intẽtio
nẽ: ⁊ i ea parte calumniã struere machinabit: i qua nec fratrũ:
nec ipsius patris testimoniũ satis efficax videat. Necesse est er

j. Thi. vj.

j. Co. xj.

Iaco. iij.

go vt in hac pte opituletur nobis testis internus: q̃ magis cor
q̃ faciẽ intuet. A quo sane et incipiendũ est vt nõ prius quicq̃
concipiatur in animo q̃ ab eo salutis nomẽ acceperit. Ubi ve
ro in opus processerit manifestũ: expedit iã exteriora quoq̃ si
bi testimonia conciliare sicut ait ap̃ls. Prouidentes bona non
tm̃ coram deo sed etiam coram hominibus.

ij. cor. viij.

D

¶ In circuncisione domini de nominibus ei⁹. Ser. ij.

Luce. ij.

Postq̃ consummati sunt dies octo vt circũcide
retur puer: vocatum est nomẽ ei⁹ iesus. Ab initio
deus modum acceptat: et nihil vnq̃ imoderatũ
illi placuit equitati.

E

¶ Hinc fuit q̆ nõ modo i põ
dere et mensura et numero condidit vniuersa: sz
et protinus ipsi homini modũ prescripsit: mãda
tum contulit dicẽs. Ex omni ligno paradisi comedes: de ligno
autẽ scientie boni et mali ne comedas. Leuissimũ plane mãdatum
et largo omnino mensura. Sed transgressus est homo p̄scriptũ
sibi modũ: et constitutũ sibi terminũ pretergressus. Uñ ⁊ auer
tens ab eo faciem suam deus: vix tandẽ in dieb⁹ abrahe amici
sui placabilis fieri incipiens: rursus modũ instituit: promulga
uit legem: sed non priori similẽ vsquaq̃. Ea siquidẽ ad caute
lã fuerat: hec ad medelã. Ibi prohibitio facta ne superfluitas
subintraret: hic iam indicta abscisio est vt sacramenti remedio
que subintrauerat tolleretur. Postremo illa quidem in arbore
data est lex ne fructu eius vesceretur: hec i proprio corpore: vt
caro preputij scinderetur. Nec dubium sane quin cetera quoq̃
humani corporis membra additamentum illud leuiathã occu
paret: venenum. s. concupiscentie et immoderate atq̃ inordina
te illecebra voluptatis. vt generalis quedã abscisio omnib⁹ ne
cessaria videretur. Ceterũ quia singulorũ membrorum abscisio
nem humane carnis fragilitas et infantilis etatis infirmitas
nullatenus sustineret: pio moderamine dispositio superna pro
uidit vt in ea potissimum parte concupiscentia castigaret: in q̃
vehementius eam seuire constabat et violẽtius malignari. In
omni siquidem contradicentium spiritui rebellione membrorũ
solum illud vsq̃ adeo contumax inuenitur: vt contra omnẽ vo
luntatis deliberationem ad inhonestos et illicitos motus as
surgat.

Gen. iij.

F

¶ Nam q̆ hec circũcisio octaua die fiebat spem cõmen
dabat regni celestis: q̆ videlicet ad primũ reflexus dierum cir
culus preferre quãdam corone speciem videretur. Hinc est q̆
octaua potissimuz dies / post solemnitates precipuas celebrat:
et in sermone domini prime beatitudini copulatur octaua: vt
celestis regni demum iterata promissio: euidenter nobis coro
nam fabricet. Merito sane dum circunciditur puer qui nat⁹ est
nobis: saluator vocatur: qd̃ videlicet ex hoc iã ceperit operari
salutẽ nostrã immaculatũ illũ ꝓ nobis sanguinẽ fundẽs. Neq̃
enim iam querere est xp̃ianis: cur voluerit dñs xp̃s circuncidi.
Propt̃ hoc siqdẽ circũcisus ẽ: ꝓpt̃ qd̃ nat⁹: ꝓpt̃ qd̃ passus. Ni
hil horũ ꝓpt̃ se sz oia ꝓpter electos. Nec in peccato genit⁹: nec
a peccato circũcisus: nec mortuus est pro peccato suo: magis
autẽ propter delicta nostra. Quod vocatũ est (inq̃t) ab angelo
priusq̃ in vtero conciperet. Vocatũ plane. non impositum: nem
pe hoc ei nomen est ab eterno. A natura propria habet vt sit
saluator: innatũ est ei nomen hoc: non inditum ab humana vel
angelica creatura. Sed quid dicimus? q̆ egregius ille prophe
ta hunc ipsum puerum multis nominibus appellandũ fore pre
dicens hoc vnũ tacuisse videtur: q̆ solũ vt premonuit angelus /
et testat euãgelista vocatũ est nomẽ eius? Exultauit esaias vt
videret diẽ hunc vidit et gauisus est. Deniq̃ ⁊ loquebatur gra
tulabundus et laudans deũ. Puer natus est nobis: filius dat⁹
est nobis et factus est principatus eius super humez eius ⁊ vo
cabitur nomẽ eius admirabilis / cõsiliarius / deus fortis / pater
futuri seculi / princeps pacis. Magna quidẽ noia. Sed vbi est
nomẽ quod est sup omne nomẽ: nomẽ iesu i quo oẽ genu flecta
tur? Forte in his oibus vnũ illud inuenies: sed expressum quo
dãmõ ⁊ effusum. Nẽpe ip̃m ẽ de q̃ spõsa i cãtico amoris. Oleũ
(inquit) effusũ nomẽ tuũ. Habes q̃ vnũ ex his oib⁹ appellatio
nib⁹ iesuz: nec oino aut vocari posset aut esse saluator: si forte
q̃ppiã hoꝝ defuisset. Nũqd nõ ⁊ vc admirabilẽ cũ singuli sumus
experti: i mutatiõe vtiq̃ volũtatũ nr̃aꝝ? Hoc nẽpe ẽ saluationis
nr̃e p̄ncipiũ cũ icipim⁹ respuere qd̃ diligebam⁹: dolere vñ leta
bamur: ãplecti qd̃ timebam⁹ seq̃ qd̃ fugiebam⁹: optare qd̃ ꝯtẽ
nebam⁹. Admirabilis plane: q̃ hec operat mirabilia. Sz nihilo
min⁹ ⁊ ꝯsiliariũ sese exhibeat necesse ẽ / i electione penitẽtie et
vite ordinatiõe: ne forte sit nobis absq̃ sciẽtia zel⁹: ⁊ volũtati
bone / prudẽtia desit. Sane op⁹ ẽ vt deũ q̃q̃ ꝓbem⁹ i remissione
videlicet p̄oꝝ delictoꝝ: q̄ nec sine hac sal⁹ nobis cõstare põt:
⁊ nemo põt dimittere pctã nisi sol⁹ de⁹ verũ ne id qdẽ sufficit
ad salutẽ: nisi fortem quoq̃ experiamur in expugnando impu
gnãtes nos ne ab eisdẽ rursum ꝯcupiscẽtijs supemur: et fiant
nouissima nr̃a peiora p̄orib⁹. Videtur ne iã aliqd deesse salua

G

Esa. ix.

Cãtico. i

tori: Plane deesset qđ maximū est nisi et pater esset futuri seculi. vt per eum. s. i imortalitatē resurgeremus: q̄ p pētis seculi patrē generamur ad mortē. Neq̧ hoc satis: si nō etiam pnceps pacis patri nos recōciliaret: cui traditurꝰ est regnū: ne forte sicut filij pditiōis vtiq̧ non salutis/ resurrecturi videremur ad penā. Multiplicabitur sane eius imperiū vt merito saluator dicatur: etiam ꝓ multitudine saluandorum: et pacis non erit finis vt veram noueris esse salutē: que non possit timere defectū.

H

¶ In circūcisione dñi de die octauo. Sermo. iij.

IN circūcisione dñi fratres habemꝰ qđ amemus et admiremur: habemꝰ etiā quod imitemur. Patet in ea magnū dignatiōis beneficiū vñ gratias agamꝰ: latet aliqđ clausum: qđ in nobis implere debeamꝰ. Uenit naq̧ dñs ꝓpter nos non solum redimendos sanguinis effusione: sed ꝛ docēdos verbis: et exemplis nihilominꝰ instruendos. Sicut eni penitus erat inutile vtiam scire si detineremur in carcere: ita redimi nō prodesset: si vie ignaros qui primus inueniret: primus reduceret in carcerē retrudēdos. Itaq̧ in maiore qđē etate patientie et hūilitatis: ꝛ sup oīa charitatis ceterarūq̧ virtutū manifesta dedit saluator exēpla: in infantia vo figuris velata. Sed anteq̄ ad hec discutienda veniamꝰ delectat aliqđ priꝰ de tāta ꝛ tā manifesta dignatione loq̄. Habēt angeli gloriā purā et pfectā: sed nec nos erimꝰ sine gloria. Uidemꝰ gloriā eius gloriā quasi vnigeniti a patre: gloriā mie et affectꝰ vere paterni: gloriā pcedētis ex corde patris: ꝛ paterna plane viscera exhibētis. Oēs

Rom. iij.

eni peccauerūt (ait apls) ꝛ egent gloria dei. Et alio loco: mihi inquit absit gloriari nisi in cruce dñi nři iesu xpi. Quid eni nobis gloriosius: q̄ q̄ tanti estimauit nos deus: Que ve maior illi gloria: q̄ tanta dignatio et tāta benignitas: eo vtiq̧ dulcissima q̄ tam gratuita: Nam pro impijs mortuꝰ est. ¶ Uidetis

I

q̄tū fecit/ et pro qualibꝰ. Pro qualibꝰ vt nō supbiamꝰ: q̄tum ne desperemꝰ. Propterea vt inueniamini nō spm̄ habere huius mūdi: sꝫ spm̄ q̄ ex deo est: et sciatis q̄ a deo data sunt vobis: nolite obsecro fieri sicut equus et mulꝰ: sꝫ sicut piū iumētū qđ ait. Ut iumētū factꝰ sum apud te: et ego semp tecū. Talia eniꝫ

ps. lxxij.

iumēta cognoscūt possessorē suū et p̄sepe dñi sui: in q̄ positū est eis pijssimū fenū ipse q̄ panis est angelorū. Ipe eniꝫ est panis viuꝰ de quo viuere debuit hō: sed q̄ hō iumētū factꝰ est: et panis factꝰ est fenū: vt vel sic viuat de eo. Et huiꝰ quidem muta-

K

tionis sacramentū die natiuitatis celebratū est quādo verbuꝫ caro factū est: cū sit oīs caro fenū. Ipsa ergo die minoratꝰ ē ab

Esa. xl.

angelis: et habitu inuentus vt homo: hodie vero mirabiliꝰ aliquid audio. Iā minoratꝰ est/ multo minꝰ angelis: qui nō solum formā hoīs sꝫ formā habet peccatoris: et infigit velut quodā cauterio latronis. ¶ Quid est eni circūcisio: nisi supfluitatis ꝛ

L

peccati indiciū: In te dñe iesu qđ est supfluū qđ circūcidatur: Nōne tu verꝰ deꝰ es/ de deo patre: hō verꝰ sine oī pctō de virgine matre: Quid facitis circūcidētes eū: Putatis q̄ sup eū possit cadere illa sentētia: Masculꝰ cuius p̄putiū caro circūcisa nō fuerit: peribit anima ipius de populo suo: Pōt obliuisci pater filij veteri sui: Aut nō cognosceret eū: nisi signū circuncisionis haberet: Immo vo si quo mō posset nō agnoscere filium i quo ei bene cōplacuit/ ex hoc maxime signo poterat ignorare eū: inuenta in eo circūcisione: quā peccatoribꝰ ipse prouiderat ob purgationem vtiq̧ delictorum. Sed quid mirum si caput ꝓ membris accepit curationem: quā tñ in seipso non habuit necessariā: Nōne et i mēbris nostris sepe pnius infirmitate alteri adhibet curatio: Dolet caput et in brachio fit coctura: dolent renes et fit in tibia. Ita hodie ꝓ totiꝰ corporis putredine cauteriū quoddā ifixū est i capite. ¶ Deniq̧ qđ mirū: si ꝓ no-

Gen. xvij.

M

bis dignatꝰ est circūcidi pro quibꝰ dignatꝰ est mori: Totꝰ siquidem mihi datꝰ: et totꝰ in meos vsus expēsus est. Ego enim audiēs q̄ transit ante carcerē filius magni regis: cepi altius gemere et miserabilius exclamare dicens. Fili dei miserere mei. At ille sicut benignissimꝰ: qs nam est inq̄t iste fletus et vlulatꝰ quē audio: Et dicūt ei. Ipe est adā proditor ille quē pater vester trudi fecit in carcerem: donec cogitet quibꝰ illū supplicijs faciat interire. Quid ageret cuiꝰ natura bonitas: cui propriuꝫ est misereri semp et parcere: Descēdit in carcerē: venit vt educat vinctum de domo carceris. Iudei vero nō immemores odij quo oderant patrē: exercent illud in filiū. Unde et ipe ait. Qr

Joh. xv.

Mat. xxi.

oderunt me et patrē meū. Quid ergo fecerunt impij: quibꝰ gratis erat etiā ad videndū: Hic ē. inquiūt heres: venite occidamus eū. Sic q̄ occiderūt agnū dei: in suā qđē pernitiē: sed i salutē nostram. Illi enim sanguinē agni fuderunt: nos accessimꝰ et bibimus illum. Accepimus calicem salutaris: et calix inebrians q̄ preclarus est. Ecce vnde gratias agamus. Nam ante paucos dies celebrauimus aduentum eius in carcerem huius mundi. i. diem natalis: hodie vero celebramus q̄ cathenas et vincula nostra suscepit. Hodie enim qui peccatum non fecit vt reos absolueret innoxias manus eorum cathenis inseruit hodie sub lege factus est: qui legem dedit. ¶ Sed dicendum est

N

iā quid in hac circūcisione nobis spiritualiter indicet agendū. Neq̧ eni sine causa in lege preceptū: nec sine causa completuꝫ

Gen. xix.

est in dño: vt octaua die fieret circūcisio. Sed quis cognouit sensum dñi: aut quis consiliariꝰ eius fuit: Assit nūc vestris desiderijs aduocatꝰ spiritus qui scrutetur alta dei: ꝛ edisserat vobis sacramentū istud octaue diei. Nō ignoramus iā oportere hominem nasci denuo: nam propter hoc secundo natus est dei filius. In peccatis siquidē nascimur oēs: et necesse habemus renasci in gratia: quā in baptismate quidem percepimꝰ: sꝫ heu totum perijt in seculari vita. Nunc primum miserante deo virtus gratie in nobis operatur vt in nouitate vite ambulemus. Ergo nascitur homo quando sol iusticie ortus in animo: peccatorum illuminat tenebras: horrendūq̧ dei iudicium internis obtutibus offert: addens ad terroris vinculū: breuem dierum numerum et finem incertum. Hec plane vespera est ad quā demorabitur fletus: et necesse est addi matutini leticiam: vt auditam faciat nobis misericordiam suam. Sic enim fit vespere et

O

mane dies vnus. ¶ Est autē dies ista iusticie: reddens vnicuiq̧ quod suum est: nobis miseriā: misericordiam deo. In hac die puer nascitur: quando ex his que diximus ad amorem penitentie: et odium peccati animus excitatur. Sed periculosum est si forte velit inter seculi turbas agere penitentiam: vbi nimirum alij venenatis persuasionibus: alij vndiq̧ exemplis peioribꝰ ad peccatum alliciant: alij adulationibus in vanā gloriam: alij detractionibus in impatientiam animum eius deijciant. Procedat iam necesse est prudentie radiꝰ: ostendat q̄tas ꝛ q̄ iportunas presertim in hac generatione nequam oportunitates ꝛ occasiones peccati offerat mundus et ingerat: q̄ debilis sit ad illas humanus animus: maxime qui in peccati consuetudine sit nutritus. In hac ergo die prudentie eligat de presenti seculo nequam fugere: dicens cum propheta. Odiui ecclesiam malignantium: et cuꝫ impijs non sedebo. Sed nondum sufficit hoc.

Ps. xxv.

P

¶ Forte enim vult eligere solitudinem non satis attendens ꝓpriam infirmitatem: et periculosam diaboli luctam. Quid eni periculosius q̄ solum luctari contra antiqui hostis versutias a quo videatur: et quē videre non possit: Itaq̧ iam habet necessariam fortitudinis diem vt nouerit custodiendam ad dñꝫ fortitudinem suam: et aciem multorum pariter pugnantium esse querendam: vbi tot sunt auxiliarij quot socij: et tales qui dicere possint cum apostolo. Quia non ignoramus astutias inimi-

ij. Cor. ij.

ci. Congregatio enim pro fortitudine sua: terribilis est vt castrorum acies ordinata. Ue autē soli: q̄ si ceciderit non habet subleuantem. Et si cuiq̧ ex antiquis patribus gratiam hanc concessam audiuimus: nō expedit temere se cōmittere huic periculo: nec oportet tentare deū: sicut et magister noster de anachoretis loquens: qui nō inquit conuersionis feruore nouitio ꝛc. Itaq̧ in hac fortitudinis die ad id quod iā ceperat. i. Odi-

Ps. xxv.

ui ecclesiam malignantium: etiam addit quod sequitur. Lauabo inter innocentes manus meas. ¶ Uerū cū eligit esse in con-

Q

gregatione multorū: nunqđ eliget esse magister qui nonduꝫ discipulus fuit: et docere qđ didicit nunq̄: Et quomodo aut in se aut in alijs motus irrationabiles poterit temperare: Nemo

Ephe. v.

carnē suā odio habuit. Quomodo ergo putatis si iā magister suus fuerit iste: quin facile sibi aliquādo eo amplius quo familiarius condescendat: Illucescat igitur dies temperantie: vt querat quomodo temperari et refrenari possint incontinentes motus voluptatis: bestiales motus curiositatis: ceruicosi motus elationis sue. Eligat abiectus esse in domo dei sui: et subiectus esse magistro sub quo frangatur eius voluntas: et obedientie freno concupiscentia reprimatur: sitq̧ quod ait ꝓpheta. Imposuisti homines super capita nostra. Nec dedignandū

Ps. lxv.

seruo qđ precessit in dño. Siquidē non est seruꝰ maior dño suo.

Joh. xiij.

Ille eni cū iā creuisset etate ꝛ sapiētia ꝛ gr̄a apđ deū ꝛ hoīes: cū iā duodecim annorū esset ꝛ remāsisset in hierusalē: iuuētꝰ a beata virgine et ioseph cuiꝰ filius putabat in medio doctoruꝫ audiens illos et interrogās: tamē descēdit cū illis: ꝛ erat subditus illis. Et tu ergo subditus esto ꝓpter illū. Sed iam tibi i ipsa obedientie via aliqua fortassis dura/ et aspera occurrere possunt: vt accipias interdum p̄cepta nōnulla q̄ licet salubria sint: minꝰ tamē suauia videant: hec si moleste ceperis sustinere: si diiudicare prelatū: si murmurare in corde: etiā si exteriꝰ impleas qđ iubetur: nō est hec virtus patiētie sed velamētū malicie. Necesse est ergo vt illucescat dies patiētie ꝑ quā oīa dura ꝛ aspera tacita amplectaris cōsciētia: te magis diiudicās ꝛ durius arguēs cui nimirū displicent que ad salutem sūt: ꝛ i cogitatione tua semper partē magistri quo ad potes aduersus temetipsum iuuans/ teq̧ in omnibus accusare/ ipsum vero magis excusare laborans. Porro in hoc loco iam cauendum tibi arbitror

arbitror a superbia. Magnum est enim omnino sic vincere se-
Prover.xvi metipsum. Melior est ait Salomō patiēs viro forti: et qui do-
minatur animo suo expugnatore vrbium. Considera deniq̄ q̄
manifeste propheta doceat necessariam esse humilitatem/ post
Ps.lxi. patientiam dicens. Verūtamen deo subiecta esto anima mea:
quoniam ab ipso patientia mea. Nonne videtur hic occasione
patientie temptationem sensisse superbie. Necesse est ergo vt il-
luminet cor tuum radius humilitatis: et declaret quid a te sit:
Jac.iiij. quid a deo/ vt nō altū sapias. Quoniaȝ deus superbis resistit:
humilibus dat gratiam. Jā vero cū in his diutius fueris exer-
citatus: roga dari tibi deuotionis lumē: diem serenissimam et
sabbatū mētis in quo tanq̄ emeritus miles in laboribus vni-
uersis vinas absq̄ labore: dilatato nimirum corde currens vias
mandatorum dei: vt quod prius cū amaritudine et coactione
tui spiritus faciebas: de cetero iam cuȝ summa dulcedine per-
agas et delectatione. Hanc nisi fallor gratiam petebat q̄ ait.
Ps.xxx-viij. Remitte mihi vt refrigerer. Ac si dicat. Quousq̄ in labore et
dolore isto crucior: et morte afficior tota die? Remitte mihi vt
refrigerer. Verū et ad hāc q̄dē p̄fectionē pauci nisi fallor p̄ue-
niūt i hac vita. Neq̄ ei si q̄s aliquādo videt̄ hāc habere: ↄtinuo
credat sibi necesse est: maxime si nouiti⁹ ē: nec p̄ p̄latos ascēde-
rit gradus. Pius eni dn̄s n̄r iesus xp̄s pusillos corde blāditijs
talib⁹ solet allicere. Sed nouerint q̄ hmōi sunt gratiā hāc p̄e-
stitā sibi esse non datā: vt in die bonorū memores sint malorū:
et in die malorū nō imemores sint bonorū. Lōge aliter qui ex-
ercitatos habēt sensus deuotionis hui⁹ felici fruuntur iocūdi-
tate. Sed multi tota vita sua ad hoc tendūt et nūq̄ pertēdūt:
quib⁹ tn̄ si pie et p̄seuerāter conati sunt statim vt de corpore
exeunt redditur quod in hac vita dispēsatorie est negatū: illuc
perducēte eos sola gratia quo pri⁹ tendebant ipi cū gratia: vt
A cōsummati in breui expleant tp̄a multa. ¶ Illis v̄o qui ad hāc
deuotionis gratiā perueniūt vnū videt̄ restare piculū: et oino
timēdū eis a demonio meridiano. Ip̄e eni sathanas trāsfigu-
rat se in angelū lucis. Hoc ergo timēdū ei qui tāta delectatio-
ne omnia facit: ne dū sequitur affectionē: corp⁹ destruat p̄ imo-
deratā exercitationē: ac deinde necesse habeat nō sine magno
spiritualis exercitij detrimento circa debilitati curā corporis
occupari. Ergo ne incurrat qui currit/ illuminari necesse est lu-
mine discretionis: q̄ mater virtutū est: et cōsummatio p̄fectio-
nis. Hec nimirū docet ne quid nimis atq̄ hec est octaua dies:
in qua circūcidit̄ puer: q̄ discretio vere circūcidit: vt nō plus
nec minus fiat Nā et q̄ nimius est fructū boni operis abscidit
nō circūcidit: sicut qui tepidus est/ si minus facit. In hac ergo
die nomē imponitur et nomen salutis: nec de eo q̄ sic cōuersa-
tur dubitem dicere: q̄ suā ipsius saluteȝ operetur. Vsq̄ ad hūc
eni diem dicere possunt angeli qui norūt secreta celestia: sed
ego nunc primū ei fiducialiter nomen salutis impono. Verū vero
quia omnino rara ista auis est in terris: huius discretionis lo-
cum in vobis fratres suppleat virtus obedientie vt nihil plus:
nihil minus: nihil aliter q̄ imperatum sit faciatis.

B ¶ In Epiphania dn̄i de verbis apostoli Apparuit be-
nignitas: et tribus apparitionibus. Ser.j.

Apparuit benignitas ⁊ humanitas saluatoris no-
stri dei. Gratias deo per quē sic abundat conso-
latio nostra in hac peregrinatione: i hoc exilio:
in hac miseria. Super his nāq̄ sepius vos admo-
nere curamus: vt nūq̄ mēte excidat peregrinos
vos esse lōge factos a patria: pulsos hereditate
Quisq̄s eni desolationē nō nouit nec ↄsolationē agnoscere po-
test. Quisq̄s ↄsolationē ignorat esse necessariā: supest vt nō ha-
beat dei gratiā. Inde est q̄ hoies seculi negotijs et flagitijs
i plicati: dū miseriā nō sentiunt: nō attēdūt misericordiā. Vos
Ps.xlv. quib⁹ nō frustra dictum est. Vacate et videte q̄m suauis ē dn̄s:
Ps.cx. et de quib⁹ idē propheta. Virtutē inquit operū suorū annūcia-
bit populo suo: vos inq̄ quos nō detinet occupatio secularis:
Titū.iij. attendite quenā sit cōsolatio spiritualis Vos q̄ nō ignoratis
C exiliū: audite q̄ de celo venit auxiliū. ¶ Apparuit eni benigni-
tas et humanitas saluatoris nostri dei. Priusq̄ appareret hu-
manitas: latebat benignitas. Siquidē et pri⁹ erat: nam et mia
dn̄i ab eterno est. Sed vnde tanta agnosci poterat? Promitte-
Hebre.j. bat̄/ sȝ nō sentiebatur: vnde et a mult; nō credebat̄. Multipha-
Hie.xxix rie quippe multisq̄ modis loquebatur dn̄s in prophetis. Ego
inquiens cogito cogitatiōes pacis: et nō afflictionis. Sed q̄d
Eze.xv. respōdebat hō afflictionē sentiens: pacē nesciēs? Quousq̄ di-
Esa.liij. citis pax pax ⁊ nō ē pax. Propter hoc āgeli pacis amare flebāt
dicētes. Dn̄e: quis credidit auditui nostro? Sed nunc credant
Ps.xcij. hoies vel visui suo: q̄ testimonia dei credibilia facta sunt nimis
Ps.xviij. Vt enī nec turbatū quidē oculū lateat: in sole posuit taberna-
D culū suū ¶ Ecce pax nō promissa/ sȝ missa: nō dilata sed data:
nō prophetata/ sed presentata. Ecce quasi saccū plenū miseri-

cordia sua/ deus pater misit in terrā: saccū inq̄ in passione con-
cidendū: vt effundat̄ quod in eo latet preciū nostrū. Saccū vti-
q̄: et si paruū/ sed plenum. Paruul⁹ siquidē dat⁹ est nobis: sed i
quo habitat ois plenitudo diuinitatis. Postq̄ eni venit pleni-
tudo tp̄is venit et plenitudo diuinitatis. Venit in carne: vt vel
sic carnalib⁹ exhiberet̄: et apparente humanitate: benignitas
agnosceretur. Vbi eni dei inotescit humanitas iaȝ benignitas
latere non potest. In quo eni magis cōmendare poterat beni-
gnitatē suā: q̄ suscipiendo carnē meā? Meā inq̄: nō carnē adā
id est non qualē ille habuit ante culpā. Quid tā: opere decla-
ret eius misericordiā: q̄ q̄ ipsam suscepit miseriam? Quid ita
pietate plenū q̄ q̄ dei verbū p̄pter nos factū est fenū? Dn̄e q̄d
Job.vij. est homo quia reputas eū: aut quid apponis erga eū cor tuuȝ?
Hic attendat homo q̄ta sit cura eius deo: hinc sciat quid de
eo cogitet: aut quid sentiat. Nō interroges o homo ea que pa-
teris: sed que passus est ille. Quanti te fecit ex his que pro te
factus est agnosce: vt appareat tibi benignitas eius et huma-
nitate. Quanto eni minorē se fecit in humanitate/ tanto maio-
rem exhibuit in bonitate: et q̄to pro me vilior: tanto mihi ca-
Titū.iij. rior est. Apparuit inquit apostolus benignitas et humanitas
saluatoris nostri dei. Magna plane et manifesta benignitas:
dei humanitas: et magnū benignitatis indiciū declarauit: qui
humanitati/ addere nomē dei curauit. Et quideȝ ad mariā mis-
sus gabriel angelus filiū dei loquitur: sed nō nominat deum.
Benedictus deus qui talē nobis de nobisipsis angelū dedit:
vt noster ipse suppleret: q̄d ille nō dixit. Nam et ipse spiritū dei
habuit: et eius spiritu locutus est: quod nobis valde necessa-
E rium fuit. ¶ Quid eni sic instruit fidem: spem roborat: charita-
tem accendit: quomō humanitas dei? Sed angelo nostro id re-
seruatum est: quod alij tacuerunt. Neq̄ eni oēs oia dicere con-
gruum erat: vt q̄ diuersis diuersa colligere gratulemur et debi-
F tas singulis gratias referamus. ¶ Attamen vnū est in quo cō-
ueniūt apostolus ⁊ angeli qui de christi natiuitate loquūtur. i.
in noie saluatoris. Ad mariā quidem tanq̄ plenius edoctam/
Luce.j. per spiritū gabriel loquens indicat nomē solū. Et vocabis in-
quit nomē eius iesum. Ad ioseph veniēs angelus nō solū no-
men protulit: sed ⁊ causam eius interpretatus edocuit dicens.
Matth.j. et vocabis nomen eius iesum: ipse enim saluū faciet populum
suum a peccatis eorū. Sed ⁊ pastoribus quoq̄ annunciat̄ gau-
Luce.j. dium magnum natū illis saluatorē christum dn̄z. Simile aliq̄d
Titū.iij. paulus loquitur. Apparuit benignitas et humanitas saluato-
ris nostri dei. Bene dulce nomen: nullus ex ipsis tacuit: q̄ hoc
mihi maxime necessarium fuit. Alioquin quid agerē audiens
dn̄m venientem? Nunquid non fugerē sicut adā qui a facie ei⁹
fugit: sed nō effugit? Nonne desperarē audiens quia venit ille
cuius legem sic p̄uaricatus sum: cui⁹ patiētia sic abusus sum:
cuius beneficio tā ingratus inuentus sum? Que v̄o maior con-
solatio poterat esse: q̄ in dulci vocabulo: in noie cōsolatorio?
Joh.iij. Propterea et ipse dicit: q̄ nō venit filius vt iudicet mundum:
sed vt saluetur mundus per ip̄m. Iam confidenter accedo: iaȝ
supplico fiducialiter. Quid eni timeā: q̄n saluator venit in do-
mū meā? Ei soli peccaui: donatū erit/ quicquid indulserit ille.
Rom.viij Vtiq̄ eni licet ei quod vult facere. Deus est qui iustificat: quis
est qui condēnet? Aut quis accusabit aduersus electos dei?
Unde.s. G Propterea gaudere nos oportet q̄ in nostra venerit: nūc enim
facilis ad indulgentiā erit. ¶ Deniq̄ paruulus est: leuiter pla-
cari pōt. Quis eni nesciat: q̄ puer facile donat? Ecce si nō fue-
rit p̄ minimo: possum⁹ recōciliari p̄ minimo. Pro minimo inq̄:
nō tn̄ sine penitētia/ sed q̄ minimū quiddā sit n̄ra ip̄a peniten-
tia. Paupes sum⁹: parū dare possum⁹: attamē recōciliari possu-
mus p̄ paruo illo si volum⁹. Totū q̄d dare possum/ miserū cor-
pus illud est: illud si dedero satis est. Si quomin⁹/ addo et cor-
pus ipsius. Nā illud de meo est/ et meū est. Paruulus eni nat⁹
est nobis: et filius dat⁹ est mihi. De te dn̄e suppleo q̄d min⁹ ha-
H beo in me. ¶ O dulcissima recōciliatio: o satisfactio suauissi-
ma: o vere recōciliatio facilis/ sed perutilis: satisfactio parua:
sȝ nō paruipēdēda. Eteni q̄ facilis mō tā difficilis erit postea:
et sicut modo nemo est q̄ recōciliari nō possit: ita post paululū
nemo qui possit: q̄m sicut benignitas apparuit vltra oēm spem:
vltra oēm estimationē: similē expectare possum⁹ iudicij distri-
ctionē. Noli q̄ ↄtēnere dei miaȝ: si nō sentire vis iusticiā: sȝ irā:
sed indignationē: sed emulationē: sed furorē. Dn̄e ne in furore
Ps.vj. tuo arguas me: neq̄ in ira tua corripias me. Vt eni scires q̄ta
districtio succedit: tāta illā māsuetudo p̄uenit. Ex magnitudi-
ne idulgētie: magnitudinē vltionis attēde. Immēsus est enim
deus et infinit⁹ in iusticia: sicut et in mia. Multus ad ignoscē-
dum: multus ad vlciscendū. Sed misericordia quidē priora si-
bi vēdicat: vt si voluerimus/ districtio inueniri nō possit in quē
seuiat. Propter hoc eni benignitatē prerogauit: vt p̄ eā reconci-
liati seueritatem videamus securi. Propterea voluit non so-
lum ad terras descendere/ sed etiam inotescere: non so-

lū nasci: sed et agnosci. Deniq3 propter hanc agnitionem dies
ista celebris habetur et insignis dies apparitionis. Hodie enī
magi ab oriente venerūt: ortū solē iusticie requirentes eum de
Zach. vi.
quo legitur. Ecce vir: oriens nomē illi. Hodie adorauerūt no-
uum virginis partū: sequētes noui sideris ductū. Nonne ⁊ hic
nobis est magna cōsolatio: sicut in illo de quo locuti sum⁹ apo
I
stoli verbo? Ille dixit deū: isti nō voce/ sʒ opere dicūt. ¶ Quid
facitis o magi qd facitis? Lactātē puerū adoratis/ in tugurio
vili/ in vilib⁹ pannis? Ergo ne de⁹ est iste? Deus certe ī templo
sancto suo: de⁹ in celo sedes ei⁹: et vos eū queritis in vili stabu
lo: in matris gremio. Quid facitis q̄ ⁊ aurū offertis. Ergo rex
est ipse. Et vbi aula regia/ vbi thron⁹: vbi curie regalis frequē
tia. Nūquid aula est stabulū: thronus presepiū: curie frequētia
ioseph et maria. Quomō ita insipiētes facti sunt viri sapiētes:
vt adorent paruulū despicabilem tam sua etate q̄ꝫ paupertate
suorū. Insipientes facti sunt vt fierent sapientes: et predocuit
j. Cor. iij
eos spūs/ qđ postea predicauit apostol⁹. Qui vult sapiēs esse:
stult⁹ fiat vt sit sapiens. Qr eni per sapientiā mūdus in sapien
tia sua deū cognoscere nō poterat: placuit deo ꝑ stulticiā pdi-
cationis saluos fieri credētes. Nōne timendū erat fratres ne
scandalizarent viri isti: et illusos se crederēt cū tāta indigna
viderent. A regia ciuitate vbi regē querendū cōiectabātur: ad
bethleē villā paruulā dirigunt. Ingrediunt stabulū: inueniūt
inuolutū pānis infantulū. Nō illis sordet stabulū: nō pānis of-
fendunt: nō scandalizant lactātis infantia: procidūt / veneran
tur vt regē: adorāt vt deū. Sʒ pfecto q̄ illos adduxit: ipe ⁊ in-
struxit: et q̄ per stellam foris admonuit: ipse in occulto cordis
K
edocuit. Hec igit dñi declaratio clarificauit hanc diem: ⁊ ma-
gorū deuota veneratio deuotā fecit et venerabilem. Nec sola
hec apparitio/ sʒ altera q̄dā sicut a patrib⁹ nr̄is accepim⁹ ho-
die celebrat: q̄ et si longo post tpe: facta creditur hoc ipso die.
Cū eni iam xp̄s triginta annorū tp̄s exegisset in carne: qui fm
diuinitatē idē ipse est et anni eius nō deficiūt: inter populares
turbas ad baptismū iohannis aduenit. Venit tāq̄ꝫ vn⁹ e popu-
lo: qui solus erat sine peccato. Quis eū tūc crederet filiū dei:
quis putaret dn̄m maiestatis. Valde quidē humiliaris dn̄e: in
imis absconderis: sʒ iohannē latere nō poteris. Nōne ipe est q̄
ꝑ maternū vterū te nōdū natū / nōdū natus agnouit. Nōne ipe
est qui per vtriusq3 materni vteri parietes te agnouit: et quia
turbis clamare nō potuit/ saltē matrē suam motu exultatiōis
Johā. j.
edocuit: Nūc aūt quid. Vidit eū iohānes (ait euangelista) ve-
nientem ad se et ait. Ecce agnus dei: ecce qui tollit peccata
mundi. Vere agnus: vere humilis: vere mansuetus. Ecce inqt
agnus dei: ecce qui tollit peccata mundi. En ipse qui purga-
tionem faciet delictorum: ecce sentinam nostram purgaturus
aduenit: et tamen post hoc testimonium/ baptizari vult a iohā
ne. Tremit ille. Quid miruʒ. Quid inq̄ꝫ mirum si tremit homo
nec audet attingere sanctū dei verticem: caput adorandu3 an-
gelis: reuerendum potestatibus: tremendum principatibus.
L
Baptizari vis dn̄e iesu. Vt quid enim: aut quid tibi opus fuit
baptismate. Nunquid sano opus est medicina: aut mundatio-
ne mundo. Vnde tibi peccatum vt baptisma sit necessarium.
Nunquid a patre. At patrem quidem habes/ sed deum ⁊ equa
lis es illi/ deus de deo: lumen de lumine. Nam in deum pecca
tum cadere non posse quis nesciat. An vero de matre. Nam et
matrem habes: sed virgo est. Quod ergo peccatum ex ea tra-
Mat. iij.
here potuisti: que te sine iniquitate concepit et salua integrita
te peperit. Quam maculam habere potest agnus sine macula.
Ego inquit iohannes a te debeo baptizari: ⁊ tu venis ad me.
Magna vtrinq3 humilitas: sed nulla comparatio. Quomodo
Vnde. S.
enim non humiliaretur homo coram humili deo. Sine modo
(inquit dn̄s) decet enim sic nos implere omnem iusticiam. Ac-
quieuit iohannes et obediuit: baptizauit agnum dei: et aquas
lauit. Nos abluti sumus non ille: quia nobis lauandis aque co
M
gnoscuntur ablute. ¶ Sed fortassis minus credis iohannis te
stimonio: quia ipse homo est: et potes habere suspectū: cogna
tus eius est cui testimonium perhibet. Ecce testimonium ma-
N
ius iohāne: testimoniū aduenientis colūbe. ¶ Nec incongrue
ad indicandū agnuʒ dei/ venit columba: qr nihil melius agno
conuenit: q̄ꝫ columba. Quod agnus in animalib⁹: hoc colum-
ba in auibus est. Summa vtriusq3 innocentia: summa mansue
tudo: summa simplicitas. Quid enim sic alienum ab omni ma-
licia: sicut agnus et columba. Nocere cuiq̄ꝫ nesciunt: ledere nō
nouerunt. Sed ne fortuito casu id euenisse causeris: ecce testi-
Ibidem.
monium dei patris. Ecce deus maiestatis intonuit: dn̄s super
aquas multas: et vox patris audita est. Hic est filius meus di-
lectus in quo mihi bene cōplacui. Vere eni hic est in quo nō est
quod patri displiceat: quod oculos maiestatis offendat. Vnde
Joh. viij.
⁊ ipse ait. Quia q̄ placita sunt ei facio semp. Ipm inqt audite.
O
¶ Ecce dn̄e iesu: vel iā nūc loqre. Quousq3 siles: quousq3 dissi
mulas. Diu tacuisti et valde diu: vel iā nūc loquēdi licētiā ha-
bes a pr̄e. Quādiu virtus est dei sapiētia: quasi infirm⁹ aliquis
et insipiēs lates in populo? Quādiu nobilis rex ⁊ rex celi: fabri
filii. te pateris appellari pariter et putari? Eteni Lucas euā-
gelista testatur. Qm̄ adhuc filius ioseph putabat. O humilitas
Luce. iij.
virt⁹ xp̄i: q̄ꝫtū cōfundis superbiā nr̄e vanitatis. Parū aliquid
scio vel magis scire mihi videor: et iā silere nō possum impudē
ter me et imprudēter ingerens ⁊ ostentās: promptul⁹ ad loquē
dū: velox ad docēdū tardus ad audiendū. Et xp̄s cū tāto tpe
silebat: cū seipm abscōdebat: nunquid inanē gloriā metuebat?
Quid timeret ab inani gloria: q̄ est vera gloria pr̄is: Vtiq3 ti-
mebat/ sed nō sibi. Nobis timebat ab illa quib⁹ nouerat esse ti
mendū: nobis cauebat: nos instruebat. Tacebat ore/ sʒ instrue-
Mat. xj.
bat opere: et qđ postea docuit verbo/ iam clamabat exēplo. Di
scite a me qr mitis sum et humilis corde. Nam de infantia dn̄i
parū aliqd audio: ex tūc iā vsq3 ad hunc tricesimum annū nihil
inuenio. Nūc vero iā latere nō pōt: qui tā manifeste demōstra-
tur a pr̄e. Nam in prima quoq3 apparitione cū matre virgine vo
luit apparere: qđ verecūdia quedā in virginitate signaretur.
P
¶ Tertia quoq3 apparitio ei⁹ in euangelio inuenit: et hec nihi
lomin⁹ hodie celebrat. Inuitat⁹ eni ad nuptias dn̄s vino defi
Joh. ij.
ciēte cōpassus eorū verecūdie: aquā mutauit in vinū. Hoc e tiā
(sicut ait euāgelista) signorū ei⁹ fuit initiū. Itaq3 in pma appa
ritione homo ver⁹ innotuit: vbi inter vbera mr̄is infans appa-
ruit. In scđa ṗo: verū esse dei filiū patris indicat testimoniu3.
In tertia vero verus esse deus demōstrat: ad cui⁹ imperiū na-
tura mutat. Tot testimonijs hodie cōfirmat fides nostra: tot
īdicijs roborat spes nr̄a: tot incētiuis inflammat charitas nr̄a.

¶ De magis vbi exponitur illud de cāticis Egredimini filie syon. Sermo secundus. vnde supra.

M

TRes apparitiōes dn̄i legim⁹: vna quidē die sed
nō vno tēpore factas. Et quidē mirabilis secun-
da: mirabilis tertia/ sed prima apparitio mirabi
lius admirāda. Mirabilis aquarū mutatio mira
bilis iohānis et colūbe pariter et paterne vocis
attestatio: sed illud mirabile magis / q̄ agnitus
A
est a magis. ¶ Nā q̄ deū agnoscant indicat adoratio: indicat
thuris oblatio. Nec solū deū sʒ ⁊ regē agnoscūt qđ designatur
in auro. Et in his non latet eos magnū pietatis sacramētū: vnū
et myrrha indicant moriturū. Adorāt magi: ⁊ offerūt munera
adhuc sugenti matris vbera. Sed vbi est o magi: vbi est purpu
ra regis huius: Nūquid viles panni isti q̄bus est inuolut⁹: Si
rex est dyadema eius vbi est. Sed vos eū vere videtis in dya-
Ps. xxix.
demate quo coronauit eū mater sua/ ī sacco mortalitatis: de q̄
resurgens ait. Quia concidisti saccum meu3 et circūdedisti me
leticia. Egredimini filie syon: et videte regem salomonem in
dyademate: quo coronauit eū mater sua ⁊c. Egredimini virtu
tes angelice: incole ciuitatis superne. Ecce rex vester: sed in co
rona nostra: in dyademate quo coronauit eum mater sua. Sed
his delicijs vsq3 modo caruistis: hāc hacten⁹ dulcedinē nō gu
stastis. Habetis sublimitatem eius: sed humilitatē eius non vi
distis. Egredimini igitur et videte regem salomonē in dyade-
mate quo coronauit eū mater sua. Verūtamen non est opus il-
lis nostra exhortatione: quoniā ipsi sunt qui desiderāt in illu3
ꝯspicere. In illis eni q̄ꝫto sublimitas notior: tanto humilitas
Luce. ij.
pciosior et amabilior est. Vnde lʒ nobis maior sit causa leticie
(nobis eni nat⁹ est ⁊ nobis dat⁹) tñ ipi nos ꝑuenūt: ipi nos ex
hortant. Probat hoc āgel⁹ q̄ gaudiū magnū euāgelizat pasto
S.
rib⁹ ⁊ q̄ cū eo facta est multitudo celestis exercit⁹. ¶ Vobis er
go dicim⁹ filie syon/ ale seculares: debiles/ delicate/ filie nō fi-
lij: in quibus nihil est fortitudinis/ nihil est virilis animi. Egre
dimini filie syon. Egredimini de sensu carnis ad intellectū mē
tis: de seruitute carnalis concupiscētie ad libertatem spiritua
lis intelligentie. Egredimini de terra vestra et de cognatione
vestra: et de domo patris vestri: et videte regē salomonē: alio-
quin non erit tutū vobis videre eum ecclesiastē. Idem enim q̄
salomon. i. pacificus in exilio est: ecclesiastes . i. cōcionator erit
in iudicio. ididia. i. dilectus dn̄i ī regno. In exilio mansuetus ⁊
amabilis/ in iudicio iustus et terribilis: in regno gloriosus et
admirabilis. Egredimini igitur: et videte regem salomonem:
nam vbiq3 rex est. Licet enim regnum eius non sit de hoc mū-
Jo. xviij.
do: tamen rex est etiam in hoc mundo. Interrogatus siquide3.
Vbi. S.
Ergo rex es tu. Ego inquit in hoc natus sum: et in hoc veni in
mundum. Hic ergo rector est morum: in iudicio discretor meri
torum: ī regno distributor premiorū. Egredimini proinde filie
syon: et videte regem salomonē in dyademate quo coronauit
eum mater sua: in corona paupertatis: in corona miserie. Si-
quidem coronatus est/ et a nouerca sua corona spinea: corona
miserie: coronandus a familia sua corona iusticie: quando exi-
bunt angeli et tollent de regno eius omnia scandala: quando
veniet ad iudicium cum senioribus populi sui: cum pugnabit
pro eo

Bernardus

pro eo orbis terre aduersus insensatos. Coronat eum et pater corona glorie: sicut psalmus ait. Gloria ꝛ honore coronasti eũ. (Ps.viij.) Uidete eum filie syon: in dyademate quo coronauit eum mater sua. Suscipite coronam paruuli propter vos regis vestri: et vna cum magis humilitatem eius adorate: quorum fidei deuotio vobis hodie proponitur in exemplo. Cui enim comparabimus: et cui similes estimabimus viros istos? Si latronis fidẽ: si centurionis confessionem considero in eo superexcellere videntur isti: q iam tunc miracula multa fecerat: iam tunc a multis predicatus fuerat: a multis adoratus. Attamẽ consideremus q̃d et illi dixerint. (Lu.xxiij.) Clamabat latro de cruce. Domine memento mei dum veneris in regnum tuum. Ergo ne per supplicium ille vadit in regnum? Quis indicauit tibi q̃m oportebat pati christum: et sic intrare in gloriam suam? (Mat.xxvij.) Tu quoq centurio eum vnde nosti? videns q sic clamans expirasset. Uere inq̃t hic hõ filius dei erat. Mira res et omni admiratione digna.

(A) ¶ Propterea rogo vos intuemini ꝛ videte q̃ oculata sit fides: q̃ linceos oculos habeat diligentius considerate. Cognoscit dei filium lactantem: cognoscit in ligno pẽdẽtẽ: cognoscit morientem. Siquidem latro in patibulo: magi in stabulo cognoscunt. Ille clauis infixum: isti pannis inuolutum. Centurio verovitam agnouit in morte. Isti dei virtutem in teneri corporis infirmitate: ille summũ spiritum in expiratione: isti dei verbuz in infantia cognouere. Siquidez quicquid illi sermonibus: isti muneribus confitentur. Latro regem: centurio dei filium simul et hominem pronunciat. Et hec tria ipsa magorum munera indicant: nisi q thure non tam dei filium mõstrauere q̃ deũ. Obsecramus ergo charissimi prosit vobis tanta charitas quã vobis deus maiestatis exhibuit: tanta humilitas quam suscepit: tanta benignitas que vobis per christi humilitatem apparuit. Agnus gratias redemptori et mediatori nostro ꝑ quẽ nobis innotuit tam bona erga nos voluntas dei patris. Siquidem talem iam nouimus eius animũ: vt nõ imerito dicamus. (j. Cor.ix.) Si currimus non quasi in incertum. Profecto enim tale est erga nos cor dei patris q̃le nobis expressit: q̃ de eiꝰ corde ꝓcessit.

(B) ¶ Item in epiphania domini. Sermo tertius.

Necessarium nobis videtur fratres iuxta ceterarum solennitatum consuetudinem etiam solennitatis hodierne vobis exponere rationem. Interdum enim contra vitia loquimur: et genus illud sermonis perutile: sed diebus ceteris videt̃ oportunius conuenire. Festiuis autẽ et maxime i precipuis solẽnitatibus magis circa ea que solemnitatis sunt immorandum videtur: vt pariter et erudiatur animus ꝛ excitetur affectus. Quomodo enim celebrabitis quod nescitis: aut quomodo scietis nisi annuncietur vobis? Propterea non sit molestum his qui sunt in lege periti si parum doctis morem gerimꝰ vt exigit ratio charitatis. Credo eni ne ipos quidem suis epulis esse fraudandos: si minus eruditis tãq̃ popularibꝰ turbis grossiores priꝰ apposuerint cibos. Ita ꝓ vo apponẽt: si fraterne charitatis intuitu placuerint eis q̃ necessaria sunt nõ satis intelligẽtibꝰ: ꝛ si fortasse sibi minꝰ necessaria videantur. Sic aũt fragmenta postmodũ recolligent sibipsis: si diligentius recogitãtes subtiliora queq tãq̃ mũda aialia ruminauerint: q̃ parum intelligibiles aios pre subtilitate effugerint. Solennitas igitur hodierne diei ab apparitione nomẽ accepit. Epiphania quidẽ apparitio est. Hodie ergo apparitio dñi celebrat̃: non tñ vna/ sꝫ trina sicut a patribꝰ nrĩs accepimus. Hodie ei paruulꝰ rex noster paucis a natiuitate diebꝰ transactis stella declarãte primitiis gẽtiũ apparuit. Hodie quoq cũ iã triginta ferme i dispẽsatione carnis egisset annos: q̃ ẜm diuinitatẽ idẽ ipe est: et anni eiꝰ nõ deficiunt: inter populares turbas abscõditus ad iordanẽ baptisandus aduenit: sꝫ testimonio dei pris innotuit. Hodie nihilominꝰ cũ discipulis suis vocatꝰ ad nuptias: deficiẽte vino/ signo admirabili sue potentie aquas in vinũ mutauit. Sed delectat eã q̃ in ifantia saluatoris facta est apparitionez et diligẽtiꝰ intueri: q̃m et dulcissima est: et specialiꝰ hodie noscit̃ celebrari. Hodie ergo sicut audiuimꝰ i euãgelica lectione magi hierosolimã venerũt ab oriẽte. Merito sane ab oriẽte veniũt q̃ solis iusticie nouũ nobis ortũ annunciãt: q̃ letis rumoribus totũ mundũ illuminãt. Nisi q ifelix iudea: q lucẽ oderat ad fulgorẽ noue claritatis obtenebrat̃: ꝛ caligãtes oculi eius choruscãte radio solis eterni multomagis excecant̃. Ueniẽtes ergo ab oriẽte magi: q̃d dixerint audiamꝰ. (Mat.ij.) Ubi est q̃ natꝰ ẽ rex iudeoꝝ? O certa fides: et nihil penitꝰ hesitãs. Nõ querũt vtrũ natus sit: sꝫ fiducialiter loquũtur: et interrogãt sine dubitatione: vbi sit q̃ natus est rex iudeoꝝ. (C) ¶ Porro audito (nec mirum) noie regis: rex herodes: successorẽ suspicatꝰ expauit. Nec mirũ si turbat̃ herodes: sed q hierusalẽ ciuitas dei q̃ visio pacis ẽ) cũ herode turbat̃ q̃s nõ miret̃? Uidete fratres quãtum noceat iniq̃ potestas: quomõ caput ipsũ subiectos quoq sue cõformat impietati. Misera plane ciuitas in qua regnat herodes: q̃m herodiane sine dubio ꝑticeps erit malicie: ꝛ ad noue salutis ortũ herodiana mouebit̃ turbatiõe. Cõfido ego i dño: q̃m iter nos minime regnabit: etiã si adesse ɔtingat qꝺ et ipm deꝰ auertat. Nã herodiana malicia et babylonica crudelitas est nascentez velle extinguere religionẽ: ꝛ allidere paruulos israelis. Si q̃d eni ad salutẽ ꝑtinẽs: si q̃d religionis oriẗ: q̃cũq resistit: quicũq repugnat: plane cũ egyptiis puulos israelitici germinis necare conat̃: imo cũ herode nascẽtẽ ꝑsequit̃ saluatorẽ. Sed iam icboatã ꝓsequat̃ historiã. Credo si q̃s ɔsciꝰ ẽ huiꝰ rei studiosiꝰ sibi cauebit de cetero: ꝛ herodianũ execrabit̃ aim: ne similem exitũ sortiat̃. Ergo q̃rẽtibꝰ magis regẽ iudeorũ: ꝛ sciscitante a scribis herode dñice natiuitatis locũ illi iuxta ꝓphetã: nomẽ ciuitatꝫ edicũt. (Textus.) Cũq recessissent magi ꝛ reliq̃ssent iudeos. Ecce stella quã viderãt in oriẽte antecedebat eos. Hic manifeste dat̃ itelligi: q̃m humanũ flagitãtes cõsiliũ: diuinũ amisere ducatũ: et couersos ad terrenũ documẽtũ: signũ celeste deseruit. Uñ ꝛ relicto herode: cõtinuo gauisi sunt gaudio magno valde. (Textus.) Stella eni antecedebat eos: vsq dum veniens staret vbi puer erat. Et intrãtes domũ iuenerũt puerũ cũ maria mr̃e eiꝰ: ꝛ ꝓcidẽtes adorauerũt eũ. Uñ vobis hoc o alienigene? Neq eni tãtã inuenimꝰ fidẽ in israel. Sic vos nõ offendit vilis habitatio stabuli: nõ pauperies cune ꝓsepii? Nõ vos paupꝰis matris ꝓsentia: nõ lactãtis infantia scãdalizat? Deniq apertis thesauris suis (ait euãgelista) obtulerũt ei munera: auꝝ/ thus/ ꝛ myrrhã. Si solũ obtulissent aurũ videri fortasse poterãt paupertati mr̃is voluisse ɔsulere: vt haberet nimirũ vñ puulũ posset filiũ educare. Nũc aũt offerẽtes pariter aurũ/ thus/ ꝛ myrrhã: sine dubio spiritualis oblatiõis genꝰ insinuãt. Aurũ eni inter diuitias seculi videt̃ excellere: qꝺ ꝑ eiꝰ gratiã oẽs nos deuote obtulimꝰ saluatori: cũ ꝑ eiꝰ noie ex itegro dereliq̃mꝰ substãtiã huiꝰ mundi. Iã vere necesse est vt q̃ ꝑfecte terrena ɔtẽpsimꝰ: flagrãti desiderio celestia requiramꝰ. Sic eni offerimꝰ ꝛ thuris odoramẽtũ quo nimirũ vt i apocalipsi beati iohãnis legis significãtur orationes sanctorum. (Apo.v.) Uñ ꝛ propheta i psalmo. (Ps.cxl.) Dirigat̃ inquit oratio mea: sicut icẽsum i ɔspectu tuo. Sic ꝛ i alio loco legis: quia oratio iusti celos penetrat. (Eccli.xxxv.) Oratio inq̃: nõ cuiuslibet: sꝫ iusti. Nã qui auertit aurẽ suã ne audiat legẽ: oratio eiꝰ erit execrabilis. Porro si iustꝰ esse volueris: ꝛ nõ auertere aurẽ tuã a mandatis dñi ne auertat ꝛ ipe suã a ꝑcibꝰ tuis: necesse est vt nõ solũ ꝑsens seculũ ɔtẽnas: sꝫ et ipam carnẽ castiges ꝛ subiicias seruituti. (Lu.xiiij.) Nã qui dixit. Nisi quis abrenũciauerit oibꝰ q̃ possidet: nõ ꝑõt meꝰ esse discipulꝰ. (Mat.xix.) Et alibi. Si vis esse perfectꝰ vade et vẽde oia q̃ habes et da pauperibꝰ et veni sequere me. Idẽ ipe in alio loco ait. (Mat.xvj.) Qui vult venire post me abneget semetipm: ꝛ tollat crucẽ suã et sequat̃ me. (D) Qꝺ exponẽs aplꝰs. Quicũq inquit sunt christi: carnẽ suã crucifixerũt cũ vitiis et concupiscẽtiis. (Gala.v.) Duas igit̃ alas habeat oratio nr̃a: ɔtẽptũ mũdi: et afflictionẽ carnis: nec dubiũ quin celos penetret: ꝛ dirigat̃ sicut incẽsum in cõspectu dei. Erit eñ gratũ sacrificiũ ꝛ acceptabilis oblatio nr̃a: i qua cũ auro et thure fuerit etiã ꝛ myrrha: q̃ lꝫ amara sit tñ utilis est: et cõseruat corpꝰ qꝺ mortuũ est ꝑpter pctm: ne defluẽs i vitiũ putrefiat. Hec breuiter ꝑ imitãda magorũ oblatione sint dicta. Ceteꝝ q̃m apparitionẽ hãc esse diximus: quid i ea appareat dignũ ẽ vt q̃ramꝰ. Utiq ẜm vba aplĩ. (Titũ.iij.) Apparuit benignitas et humanitas saluatoris nr̃i dei. Ecce enĩ in euãgelica lectiõe audiuimꝰ: q̃m intrãtes domũ magi/ inuenerũt puerũ cũ maria mr̃e eiꝰ. (Mat.ij.) In infantuli corpe qꝺ virgineo mater fouebat i gremio: quid nisi vitas suscepte carnis apparuit? Quid i eo q cũ mr̃e paruulꝰ inuenit̃: nisi verꝰ hõ et verꝰ hominis filiꝰ declarat̃? Iã vo et in scða apparitiõe vide si nõ manifeste vocis pr̃ne testimonio dei filiꝰ approbat̃. Celi nãq aperti sunt sup eũ: et descẽdit spũs sanctꝰ corporali specie sicut columba in illũ: et vox pr̃is audita est. (Mat.iij.) Hic est filiꝰ meꝰ dilectꝰ in quo mihi bene cõplacui. Satis equidẽ manifestũ est ex hoc ipo satis euidẽs et idubitabile: q̃m dei filiũ necesse ẽ deũ esse: nã ꝛ filios hoim hoies: ꝛ iporũ quoq aialiũ fetꝰ ex eodẽ cũ eis genere esse nemo q̃ dubitet. Uerũtñ vt nullꝰ sacrilego errori remaneat locꝰ q̃ i ꝑma apparitiõe verꝰ hõ et filiꝰ hois ẽ declaratꝰ: et i scða verꝰ nihilominꝰ dei filiꝰ: i tertia verꝰ deꝰ ꝛ auctor nature ꝓbat̃: ad cuiꝰ nutũ natura mutat̃. (E) ¶ Nos g̃ dilectissimi: xp̃m iesum diligamꝰ vt verũ hoiez et fratrẽ nr̃z: honoremꝰ vt dei filiũ: adoremꝰ vt deũ. Secure credamꝰ i eũ: secure credamꝰ ei nosipsos fratres mei: cui nec ptãs deest saluãdi nos cũ sit verꝰ deꝰ et dei filiꝰ: nec bona volũtas cũ sit tãq̃ vnꝰ ex nob' verꝰ hõ et hois filiꝰ. Quõ nãq nobis erit iexorabilis: ꝓpt̃ q̃s factꝰ ẽ sic is nobis passibilis? (F) ¶ Iã si desideratis sup his apparitiõibꝰ aliq̃d ad edificationẽ moꝝ audire: illꝺ attẽdite/ q ꝑmo oim xp̃s appareat puer cũ ꝟgie mr̃e: vt simplicitatẽ ꝛ ꝟecũdiã añ oia q̃rẽdã nobis doceat eẽ. Nã ꝛ pueris simplicitas naturalis: ꝛ cognata

virginib⁹ verecūdia est. Omibus ergo nobis in cōuersionis nre exinitio/nulla magis virtus necessaria est q̄ simplicitas humilis: et grauitas verecunda. In scda vero apparitione venit saluator ad aquas baptismi: non quidem lauandus: sed magis a patre testimonium accepturus. ¶ He sunt lachrime deuotionis: in quibus non indulgentia peccatorū/ sed bene placitum queritur dei patris: cum descendit in nos spiritus adoptiōis filiorum: testimonium perhibens spiritui nostro q̄ sumus filij dei: vt melliflua nobis vocem de celo videamus audire: quia vere deus pater in nobis complaceat sibi: nec parum distat inter has lachrymas deuotionis/ et etatis vtriq̄ iam virilis: atq̄ eas quas primeua etas inter infantie vagitus emisit: lachrymae vtriq̄ penitentie et confessionis. Verūtamē longe ampli⁹ vtrisq̄ precellunt alie quedā lachryme quibus et infundit̄ sapor vini. Illas eni lachrymas vere invinū mutari dixerim que fraterne compassionis affectu in feruore prodeunt charitatis: pro qua etiã ad horam/ tuipsius immemor esse sobria quadā ebrietate videris.

¶ De circūcisione baptismo et verbo dñi ad iohānem. Sic decet nos implere oēm iusticiam. Sermo quartus. Qui legitur in octaua Epiphanie.

Populo dure ceruicis cultellus erat necessarius et lapideis cordibus merito cultri lapidei debebantur: qualibus a iesu naue facta circumcisio memoratur. Noster autem iesus tāq̄ agnus māsuetus oēm austeritatem abstulit. Dñe agnus es cum lana et lacte veniens: aufer a me obsecro cultellum istū. Durū enī videt̄ et crudele: paruulo recenter nato cultrum lapideū adhibere. Sic agit misericors. Duriciā duris cōgruā seruis: filijs cōmutauit in māsuetudinē: vt rubiginē originalis pcti quā vix cultellus eradere poterat: ex hoc iam cum vnctione gratie facile lauet aqua. ¶ Nihil ergo mirum si pro diuersitate temporum mutata sint sacramenta: vt daretur vtrisq̄ quod congruum erat eis. Ipse vero christus vtrūq̄ suscepit: vt tanq̄ lapis angularis vtriq̄ parieti cohereret ac si duarum capita corrigiarū consuetudo cōnecteret: sicut et pascha figuratum ipse compleuit: et verum protinus inchoauit. Sed et propterea voluit circūcidi: vt ostenderet auctorē se esse veteris legis sicut et euangelij: qm̄ qui per seipm̄ ait. Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spū sancto &c. Ipse idem per seruum suum prius dixerat. Ois aia cuius preputij caro circūcisa non fuerit: peribit de populo suo. Ac si solum baptisma suscepisset videri poterat refugisse circūcisionem: tanq̄ nihil ad se pertinentem. Si vero circūcideretur et nō baptizaretur quomodo mihi persuaderi posset baptizari/ circūcisiōe relicta: Nunc itaq̄ post circūcisionem baptisma suscipiens illud mihi tenendū tradidit: quod vltimo suscepit. ¶ Deniq̄ cōmunitatis amator: et cōmendator qui habitare facit vnius moris i domo quomō cōmunitatem desereret et alios scandalizaret? Sic enī scandalisarentur videntes eum non circūcidi: sicut hodie scandalizaretur ecclesia si infantē videret nō baptizari. Nec solū communitatis et vnitatis bonum cōmendare/ sed humilitatem voluit exhibere: vt ligaturā vulneratorū susciperet / qui sol⁹ erat absq̄ vulnere. Hinc enim apostolus dicit. Misit deus filium suum in mundum: natum ex muliere/ factum sub lege. Verum ne quis forte diceret: q̄ circūcisus est: parentes fecerunt: paruulus enim erat: nā triginta annorum ad baptismum ipse perrexit. Inclinatur sub baptiste manibus caput tremendum potestatibus: principatibus adorandum. Quid mirū si baptista cōtremuit. Quis vel ipsa cogitatione nō cōtremiscat? O q̄ altū erit in iudicio caput qd̄ modo inclinatur: et vertex qui modo tam humilis videtur: q̄ sublimis et excelsus tunc apparebit. ¶ Sine inquit modo: sic enim decet nos implere oēm iusticiā. Siquidē qui in plenitudine temporis venit: et in quo habitat plenitudo diuinitatis: nihil nouit/ nisi plenum. Nam legem nō venit soluere/ sed implere. Est autē iustitia quedam stricta et angusta valde: ita vt q̄ cito pedem verteris in peccati foueam cadas: nec pponere se equali/ nec equare preposito. Huius diffinitio est reddere vnicuiq̄ quod suum est. Altera latior et amplior iusticia: nec equare se pari/ nec inferiori pponere. Sicut enim grandis et grauis est superbia pferre se equali aut equare prelato: ita magne humilitatis est inferiorem se exhibere equali aut equalem inferiori. Maxima et plena iusticia est se inferiorem exhibere etiam ipsi inferiori. Sicut enim summa et intolerabilis superbia est superiori se preponere: ita inferiori se subdere summa et plena iusticia est. Quod iohānes ait: ego a te debeo baptizari: de prima fuit quia superiori se subdidit quod autem xps fecit/ de plena iusticia fecit: siquidem ille serui sui manibus se inclinauit. Videat aūt nūc quisq̄ quē imitetur: hunc an cū qui extollit̄ sup oē qd̄ credit̄ deus aut colit̄.

¶ Studeamus et nos obsecro fratres adimplere omnem iusticiam. Ipsa enī est via per quam ad leticiam venitur. Nā leticia premium est: iusticia vero meritum et materia. Nā de ipa iusticia erit leticia nostra quādo xps apparebit vita nostra: et nos apparebimus cum ipso in gloria: qm̄ ipse est qui factus est nobis a deo patre iusticia. Beati vero qui etiā nūc de iusticia letantur et exhilarantur in conscientijs suis: sugentes mel de petra: oleūq̄ de saxo durissimo. Nunc autē videtur laboriosa iusticia: sed veniet qñ in suauitate et iocunditate sine oi labore desideretur et habeatur: ametur et percipiatur/ quando fruemur ipsa iusticia. Ve autē his qui pretergrediuntur viam: qui relicta iusticia: vanam et transitoriam leticiam querunt. Cum enim de transitorijs querunt leticiam: non poterit non transire transeuntibus his de quibus erat. Sic enim lignis deficiētibus deficit ignis sic mundus transit et concupiscentia eius: haud dubium quin et leticia quoq̄.

¶ Dominica infra octa. Epiphanie homelia que attribuitur Bernardo in fine libri post sermonē sancti Stephani inuenies.

¶ Dominica prima post octauā epiphanie de miraculo facto in nuptijs: et de eo q̄ dominus ait. Et vos similes hominibus expectantibus &c. Sermo primus.

In lectione sancti euangelij fratres hodie audiuim⁹ quia dñs noster iuit ad nuptias. Faciam⁹ ergo quod alibi monet: et studeam⁹ similes fieri hominibus expectantibus dñm suum qñ reuertatur a nuptijs. Nā tenenti carrucā in agro et vēdenti aliquid vel ementi in foro: non dicit̄ quid expectas: neq̄ enī similes sunt expectantibus. Et vero quē videmus stare ante ianuā pulsare crebrius: sepius suspicere ad fenestras: nihil mirū si dicitur qd expectas. Illi ergo sunt similes expectantibus: qui non surda aure audierunt. Vacate et videte qm̄ ego sum deus. Veniet dñs expectātib⁹ cū i bīcate: qualis erat qui dicit. Expectās expectaui dñm. Veniet tanq̄ reuertens a nuptijs inebriatus vino charitatis: et immemor iniquitatum nostrarum. Veniet nō expectantibus tanq̄ reuertens a nuptijs: tanq̄ potens crapulatus a vino. Vere ebrius et immemor miserationum suarum. Tunc enim q̄ntum ad illos obliuiscetur misereri deus. Veniet in ira et indignatione tanq̄ furibundus: sed o domine ne in furore tuo arguas me. Hec modo non tam de presentibus nuptijs q̄ pro earum occasione sint dicta. Iam vero sequamur vna cū discipulis ad nuptias eūtem dñm: vt videntes quod facturus est pariter credamus cum illis. Deficiente vino dixit mater iesu ad eum. Vinum non habent. Cōpassa est enī eorū verecūdie: sicut misericors: sicut benignissima. ¶ Quid de fonte pietatis procederet nisi pietas? Quid inq̄ mirum si pietatem exhibent viscera pietatis? Nonne qui pomum in manu sua tenuerit dimidia die: reliqua diei parte pomi seruabit odorem. Quantum igitur viscera illa virtus pietatis affecit: in quibus nouem mensibus requieuit? Nā et ante mentem repleuit q̄ ventrem: et cum processit ex vtero: ab animo non recessit. Durior fortasse et austerior videri posset responsio dñi: sed nouerat ille cui loqueretur: et quis loqueretur illa nō ignorabat. Deniq̄ vt scias quomodo responsum ipsa acceperit: aut q̄ntum de filij benignitate presumpserit: ait ministris. Quecūq̄ preceperit vobis seruate et facite. Erant autē ibi lapidee hydrie sex posite. Has nunc hydrias purificandis veris iudeis: non littera/ sed spiritu necesse habemus apponere vel magis appositas demonstrare. Quia enī nondū peruenit ecclesia ad perfectam purificationem: quādo eā sibi xps exhibebit gloriosam non habētē maculā neq̄ rugam aut aliquid huiusmōi: multis interim purificationibus opus habet quatenus sicut abundāt peccata abundet indulgentia: sicut multiplicat̄ miseria: sic et misericordia: nisi q̄ non sicut delictum: ita et donum. Gratia enī non solum peccata lauat/ sed et merita donat. Sex igitur hydrie sunt posite his qui post baptismum in peccata labuntur: de his enī loquimur: quia de his sumus. Exuimus tunicam veterem/ sed heu peius reinduimus eam. Lauimus pedes nostros: sed peius inquinauimus eos. Sicut ergo quod alius inquinauerat lauit ali⁹: sic inquinatos a nobis lauari opus est et a nobis. Aliena lauit aqua: quos culpa inquinauerat aliena. Nec tamen sic alienā dixerim vt negē nostram: alioquin nec inquinaret. Sed aliena est: q2 in adā oēs nescientes peccauimus. Nostra: quia et si in alio/ nos tamen peccauimus: et nobis iusto dei iudicio imputabatur licet occulto. Veritamē vt tam non sit quod causeris o homo contra inobedientiam ade/ datur tibi obedientia xpi: vt si gratis venūdatus es: gratis et redimaris. Si nesciens in adam perijsti: nesciens viuificeris in xpo. Nescisti qñ ad lignum vetitum vetus adam tetendit.

tendit man⁹ noxias:nescisti nihilominus qñ in ligno salutife-
ro innoxias man⁹ xp̄s extēdit. A primo hoie in te manauit ma
cula qua īquinat⁹ es:a xp̄i latere aq̄ qua mūdatus es. ¶ Nunc
iā inquinat⁹ ꝓpria culpa: ꝓpria nihilomin⁹ aqua mundaberis
ab illo tñ ꝛ ꝑ illum:qui solus est purgationē faciēs peccatorū
[Eze. viij.] Pa̅la ergo hydria et prima purgatio ī cōpūctiōe est de qua le-
gimus:qñ in quacūq₃ hora ingemuerit pctō₂ oīm iniquitatū
eius nō recordabo₂. Secūda vero ꝯfessio est. Oīa siquidē in
[Luc. xj.] cōfessione lauātur. Tertia elemosinarū largitio hinc em̄ ha-
bes ī euāgelio. Date elemosinā:et ecce oīa mūda sūt vobis.
[Ubi s.] Quarta remissio iniuriaꝝ:ſm q̄ orātes dicim⁹. Dimitte nobis
debita nostra:sicut et nos dimittim⁹ debitorib⁹ nr̄is. Quinta
est afflictio corpis:vñ ꝛ oramus/vt mūdi ꝑ abstinentiā deo ca
[Johā. xv.] namus gloriā. Sexta est obedientia ꝓceptorū sicut audierunt
discipuli:qḋ vtinā audire mereamur ꝛ nos. Uos mūdi estis pro
[Joh. viij.] pter sermonē quē locutus sum vobis. Nimirū q₂ nō erāt sicut
hi quib⁹ dicitur. Sermo me⁹ nō capit in vobis:sed in auditu
verbi obaudierāt ei. He sunt sex hydrie posite in purificatio
nem nostrā:que vacue sunt ꝛ plene vento:si ꝑ inani gloria ob-
seruant̄: Aqua replent̄ si timore dei custodiantur:qm̄ timor dñi
fons vite:aqua inquā timor dñi est et si minus sapida:ſ₃ opti-
me refrigerās aīam noxiis desiderijs estuantem. Aqua est q̄ ia
cula inimici ignita possit extinguere. Nam nec illud dissonat
q̄ aqua semp ima petit:et timor ad ima cogitationes deducit
des quidē veritat: sed experimētū fallat. Que est ergo veritas fidei: nisi quod promittit ipse filius dei: Quicqd orātes petitis credite q: accipietis: et fiet vobis. ¶ Nemo vestrū fratres paruipēdat orationem suam. Dico enim vobis: q: ipse ad quem oramus non paruipēdit eā. Priusq̄ egressa sit ab ore nro ipse scribi iubet eam in libro suo. Et vnū indubitanter e duob⁹ sperare possumus: q̄m aut dabit quod petim⁹: aut quod nobis nouerit esse vtilius. Nos enim quid oremus sicut oportet nescim⁹: sed miseretur ille super ignorantiam nostram et orationem benigne suscipiens: quod nobis aut omnino non est vtile: aut nō tā cito dari necesse est minime tribuit: oratio tamen infructuosa non erit. Ita sane si fecerimus quod monemur in psalmo/ id est si delectemur in dño. ¶ Ait eni sanctus dauid. Delectare in domino: et dabit tibi petitiones cordis tui.

B ps.xxxvi.

Sed quid o ppheta q̄ tam absolute mones delectari i dño: ac si ad manū nobis sit huiusmodi delectatio: Delectationem cibi/ somni/ ꝛ quietis: et ceterorum que in terra sunt nouimus: deus aūt quam delectationem habet vt in eo delectemur: Fratres mei: seculares hoc dicere possunt: vos non potestis. Quis eni vestrum est: qui non sepe expertus sit conscientie bone delectationem: qui non gustauerit saporem castitatis/ humilitatis/ charitatis: Nō est hec delectatio pot⁹ neq̄ cibi: aut similis cuiuslibet rei: delectatio tamen est: et maior oibus illis: diuina enim est et non carnalis delectatio: et cū in his delectamur plane delectamur in dño.

Luce.xvi C

¶ Sed causantur multi forrasse q̄ affectum hunc delectabilem et dulciorem super mel et fauum rarius experiant: nimirum quia tentationibus interim exercentur: multiq̄ viriliue agunt si virtutes ipsas non pro delectatione quā experiant: sz p virtutibus ipsis et pro solo beneplacito dei tota intentione: et si non tota affectione sectantur. Nec dubiū quin optime cō placeat qui huiusmodi est/ prophete admonitioni que dicit: Delectare in domino: quoniam non de affectu loquitur: sed de exercitio. Affectus enim ille beatitudinis est: exercitium pro virtutis. Delectare (inquit) in dño: ad hoc tende/ ad hoc conare vt in domino delecteris: et dabit tibi petitiones cordis tui. Sed considera q̄ petitiones cordis dixerit: quas approbat iudiciū rationis. Nec habes vnde causeris: sed vnde magis tento affectu in gratiarum actione verseris: quandoquidem tanta super te cura est deo tuo: vt quotiens ignorans āris qd tibi inutile ē non te audiat super hoc sed mutet illud vtiliori dono. Sic ꝛ pater carnalis paruulo querenti panē libenter porrigit: querenti cultellum quem non necessarium putat non consentit: sed magis panem ei quem dederat frangit: vel per aliquem ministrorum frangi precipit vt nihil ille habeat periculi nihil laboris.

D

¶ Porro petitiones cordis in tribus credo constare: nec video quid preter illa electus quisq̄ sibi debeat postulare. Duo quidem huius temporis sunt. s. bona corporis et anime: tertiū vero beatitudo eterne vite. Nec mireris q̄ bona corporis a deo dixerim esse querēda: q̄m ei⁹ sunt corporalia omnia: sicut ꝛ spiritualia omnia bona. Ab eo ergo petendū et sperandū nobis est: vnde possimus in eius seruitio sustentari. Verūtamē pro necessitatibus anime orandū nobis est et frequēti⁹ et feruētius/ idest pro obtinenda gr̄a dei/ animeq̄ virtutib⁹. Sic et pro vita eterna tota pietate et toto nobis orandū est desiderio: vbi nimirū corporis et anime plena et perfecta sit beatitudo. In his ergo trib⁹ vt cordis petitiōes sint/ tria nobis sunt obseruanda Nā et in prima quidē supfluitas: et in secūda impuritas: et elatio interdū surri pere solet in tertia. Nonnūq̄ eni temporalia q̄ri solent ad volūtatē: virtutes ad ostentationē. Sed et vitam eternā fortassis aliqui nō in hūilitate querūt: sed tanq̄ in fiducia suo꞉ merito꞉. Nec hoc dico quin accepta gratia/ fiduciam donet orandi: sed nō oportet vt in ea cōstituat quisq̄ fiduciam impetrādi: hoc solū cōferūt hec premissa dona: vt ab eo a quo tribuit hec: sperentur etiā ampliora. Sit ergo oratio que p temporalib⁹ est/ circa solas necessitates restricta. Sit oratio que p virtutib⁹ est anime etiam ab oi ipuritate libera: et circa solum beneplacitū dei intenta. Sit ea que fit p eterna vita in omni hūilitate: psumens de sola (vt dignum est) miseratione diuina.

E

¶ In quadragesima de oratione dominica. Sermo. vj. vnde supra.

Mat.vi.

Fiat volūtas tua sicut in celo et in terra. Voluntas dñi fratres q̄ pri⁹ angelos creauit faciēs eos dē: postmodū in eis facta beauit. Sicut eni vbū qd erat in pncipio: carnē suscipiēs: dicit et vere dicit factū caro: sic volūtas illa eterna in angelo facta est: cū āgelicā oīno in se absorbuit volūtatē. Quidni dicat facta in angelo: cū angelica facta est: Hec eni summa illi⁹ felicitatis est: hic voluptatis celestis torrēs/ q̄ diuina volūtas ipa facta est etiā angelo꞉ vt quēadmodū placet deo vniuersitas administratiōis huius: sic et ipi in cunctis cōgaudeāt/ i oib⁹ delectent. Hoc igit oram⁹ vt hec volūtas sicut in celestib⁹ facta est creaturis: fiat etiā in terrenis: vt sicut angel⁹ sic et hō ad herēs deo vn⁹ cū eo spūs sit.

Joh.i.

F

¶ Sz heu me/ q̄t obstacula separāt: quod phibēt impedimēta: Obijcit sese malicia mediā: obijcit infirmitas: obijcit cōcupiscētia et ignorantia nr̄a. Inest eni nobis quasi a natura: magis autē ab exterminio nature/ affectio quedā pessima et libido nocēdi: vt inextinguibilis inueniat in miseris aiab⁹ nostris malicia ꝛ delectatio. Quid pro lōgi⁹ a volūtate diuina: Plane chaos magnū inter nos et illā firmatū est in hac parte: cū semp eū delectet prestare beneficia et ingratis nobis ecōtra suggerat affectio crudelissima et innoxijs velle nocere. Hinc ois radix amaritudinis germinat: hinc inuidie/ hinc detractiones/ hinc dissentiones pullulāt/ hinc siluescūt inimicitie. Ad hec quidē germina virulenta prescidi semp necesse est false iusticie quavidelicet extorquem⁹ a nobis: ne cui faciam⁹ qd nolum⁹ nobis fieri: sed q̄ volum⁹ vt faciāt nobis homines et nos eis eadē faciam⁹. Eradicari tn̄ aut extirpari a cordib⁹ nr̄is oino non poterit malicia donec in mundo fuerimus qui posit⁹ est in maligno. Conterit quidē serpentis caput: sed experiri est frequenter calcaneo insidiātem. Secundo loco/ ipsa quoq̄ corruptibilis hui⁹ infirmitate corporis pepedimur: ne volūtas nostra diuine valeat coherere. Nobis quidē qd molestū sentimus/ nō pōt nō displicere: et frequēter in his volūtas nr̄a a diuina dissidet volūtate: cui nepenit⁹ aduerset: fortitudo est nobis necessaria: que secūda species est virtutis. Nec sola impedit afflictio corporis impedit ꝛ cōcupiscētia: qua multiplicib⁹ et inexplebilib⁹ distrahimur desiderijs. Quando aūt poterit anfractuosa et angulis plena voluntas ei vniri: q̄ rectissima est: et omnimodis indistorta: Heu mihi dñe deus: q: vndiq̄ mihi bella: vndiq̄ tela volāt: vndiq̄ pericula: vndiq̄ impedimēta. Quacūq̄ me vertā nulla vsq̄ securitas est: et que mulcēt et que molestāt timeo: et esuries ꝛ refectio: et somnus: et vigilie: et labor et requies militāt contra me. Diuitias et paupertates ne dederis mihi (orat sapiens) nimirū q: vtrobiq̄ laqueus: vtrobiq̄ periculū.

Prover.xxx

Qd si reprimit temperantia concupiscentiam hoc quippe vnicū in huiusmodi remedium est: erit quidem vnio iam nonnulla: sed plena nō erit. Hinc et apostolus de se fatetur. Ego ipse (ait) mente cōsentio legi dei: carne autem legi peccati: que est in membris meis. Ex parte ergo coheret: et ex parte dissidet: donec veniat quod pfectū est: et quod ex parte est euacuet.

Rom.vij.

Quarta est ignorātia quā et ipsam nobis plurimū obesse non ignoratis. Quo eni pacto voluntatē dei preuiā sequar vbi ignoro eā: Cognosco aūt tn̄ ex parte: et necdū sicut cognitus sum. Propterea inquirenda sunt nobis cum omni desiderio incrementa prudentie: vt magis ac magis notam faciat nobis deus voluntatē suam: vt sciamus quid acceptū sit ei omni tempore. Sic virtutū cōsummatio iusticie/ fortitudinis/ temperantie et prudentie: vnionē illā tam felicem q̄ desiderabilē cōsummabit: vt sit nobis cum deo vna voluntas: et quecūq̄ ei placēt: placeāt simul ꝛ nobis: atq̄ hoc nobis erit (vt de āgelis supra dictū est) oīno pfecta iocunditas.

G

¶ Oram⁹ aūt vt adueniat regnū dñi: quo videlicet nobis plena sit de regni potestate securitas. Qd aūt petimus vt sanctificet nomē ei⁹: oīno iā supra nos i ei⁹ noticiā pergere cōcupiscim⁹. Ubi nimirū nobis in nobis et felix securitas ꝛ secura felicitas fuerit in eū q̄ sup nos est tota iā spūs vehemētia rapiemur.

H

¶ Sanctificet nomē tuū. Nomē ei⁹ gl̄ia ei⁹. Et illa q̄n non sancta: Fieri tn̄ dicit sancta gl̄a ei⁹ cū in sanctitate glorificat a nobis: sicut ꝛ volūtatē ei⁹ q̄ eterna ē/ in nobis (vt nr̄a fiat) fieri postulam⁹. Hoc ergo primū fieri petim⁹ qd maximū est: vt nobis gl̄ie illi⁹ innotescat sctitas illibata. Et vide qd ad nos spectat optam⁹ ꝛ regni ptātē pp̄ter securitatē: ꝛ volūtatis ei⁹ nobis pfectionē ppt iocūditatē. Sz q: necdū illa pfectione gaudētes: nō sine magno labore/ diuine possum⁹ obtēperare volūtati: op⁹ est cibo ne deficiam⁹: op⁹ est inq̄ pane q̄tidiano. Sepius q̄q̄ oberrantes ab ea: et delinquentes hoc est derelinquētes eā: necessario pro indulgentia supplicam⁹ dicentes. Dimitte nobis debita nostra ꝛc. At ne forte in eadē recidamus post acceptam veniam peccatorum: orādus a nobis idem ipse est: ne inducat nos in tentationē: sed magis educat nos et liberet a malo.

G

¶ Item in quadragesima de peregrino/ de mortuo et crucifixo. Sermo. vij.

Obsecro vos tanq̄ aduenas et peregrinos abstinere vos a carnalibus desiderijs. Felices qui se presenti seculo neq̄/ aduenas et peregrinos exhibent immaculatos se custodientes ab eo. Neq̄ enim habemus hic manentem ciuitatē/ sed futurā

i.Pe.ii.

Heb.xiij.

inquirimus. Abstineam⁹ ergo a carnalibus desideriis que militant aduersus animā tanꝗ̄ aduene et peregrini. ¶ Peregrinus siquidem via regia incedit: non declinat ad dexterā neq̄ ad sinistrā. Si forte iurgātes viderit/non attendit. Si nubentes aut choros ducētes: aut aliud quodlibet facientes: nihilominus transit quia peregrin⁹ est: et nō pertinet ad eū de talib⁹. Ad patriam suspirat: ad patriā tendit vestitū et victū habens non vult alijs onerari. Beatus plane qui suum sic agnoscit: sic deplorat incolatū dicens dn̄o. Mihi aduena ego sum apud te: et peregrinus sicut omnes patres mei. Magnū hoc quidem sed forte gradus aliquis altior est. Nam peregrinus et si non admiscetur ciuibus: aliquando tamen delectat videre que fiunt: aut audire ab alijs: aut ipse narrare que viderit: et his et huiusmodi et si penitus nō retinetur: detinet tamē et retardatur dum minus memor patrie: minori accelerat desiderio. Nam et tanto tempore potest in his delectari: vt iam non solum remoretur et minus cito veniat: sed et remanens ex toto nec tarde quidem perueniat. Quis igit est magis alien⁹ ab actib⁹ seculi ꝙ̄ peregrinus? Profecto quib⁹ dicit apostolus. Mortui enī estis et vita vestra abscondita est cum christo in deo. Peregrinus nimirum potest facile occasione viatici plus ꝙ̄ oporteat et detineri querēdo: et pregrauari portando. Mortuus si desit etiam ipsa sepultura: nō sentit. Sic vituperātes vt laudātes: sic adulātes audit vt detrahētes: imo vero nec audit q̄ mortuus est. ¶ Omnino felix mors que sic immaculatū seruat: immo penit⁹ alienū facit ab hoc seculo. Sed necesse est vt qui non viuit in se: viuat christus in illo. Hoc est enim quod ait apostolus. Viuo autem iam nō ego: viuit vero in me xp̄s. Ac si diceret. Ad alia quidē omnia mortuus suum/non sentio/non attendo/nō curo/ si que vero sunt christi/hec viuum inueniunt et paratum. Nam si non aliud possum/saltem sentio: placet quod ad ei⁹ honorem fieri vidꝫ: displicent que aliter fiunt. Magnus omnino grad⁹ est iste. At fortasse poterit aliqd adhuc superi⁹ inueniri. In quo ergo querem⁹? In quo putas nisi i eo de quo nunc loquebamur qui raptus est vsq̄ ad tertium celū? Quis enim ꝓhibet tertium celum dicere: si quem gradū supra istos poteris inuenire? Audi igitur ipsum de hac tanta altitudine non in se gloriantem: sꝫ dicentem. Mihi absit gloriari nisi in cruce dn̄i nostri iesu christi: per quē mihi mundus crucifixus est et ego mundo. Non solum (inquit) mortu⁹ mundo: sed et crucifixus: qđ est ignominiosum genus mortis. Ego illi: pariter et ipe mihi. Oīa que mundus amat/crux mihi sunt/delectatio carnis/honores/diuitie/vane hominum laudes. Que vero mundus reputat crucem: illis affixus sum/illis adhereo/illa toto amplector affectu. An non maior iste est secundo et p̄mo gradu? ¶ Peregrinus si prudēs est et non obliuiscitur sue peregrinationis/licet cum labore transit: et non magnopere secularib⁹ implicat. Mortuus eque blāda huius seculi sicut aspera spernit. Qui vero raptus est vsq̄ ad tertium celum: crux illi est omne cui mundus inheret et his adheret que mundo crux esse videntur. Et vis i his v̄bis apostoli illud quoq̄ non incōgrue posset intelligi: crucifixū ei mūdum reputatione: ipsum vero mundo crucifixum compassione. Crucifixum enim mundum videbat obligationibus viciorum: et ipe crucifigebat ei per compassionis affectum. ¶ Pensemus singuli in quo gradu quisq̄ sit positus: et studeam⁹ proficere de die in diem: qm̄ de virtute in virtutem videbit de⁹ deorū in syon. Maxime vero hoc sancto tempore in omni obsecro puritate conuersari studeamus. Ubi et cert⁹ et breuis dierum numerus positus est: ne desperet humana fragilitas. Nam si dicitur nobis in omni tempore solliciti estote omnino ad custodiēdam puritatem vestre conuersationis: quis non desperet? Nūc autem mouemur breui dierū numero: omnes aliorū temporum negligentias emendare: vt vel sic gustem⁹ dulcedinē perfecte puritatis: et omni deinceps tempore in conuersatione nostra sancte huius quadragesime vestigia clara resplendeāt. Conemur ergo fratres sanctum hoc tempus tota deuotione suscipere: et nūc magis arma spiritualia reparare. Nunc enim generali quodam totius orbis exercitu: cōtra dyabolū saluator congreditur: beati qui sub tali duce strenue militarint. Toto siquidem anno domestica regis familia militat et assidua est in bellorum procinctu: semel autē et certo tempore vniuersum imperium generali congregatur exercitu. Felices vos qui domestici esse meruistis: quibus dicit apostol⁹. Iam non estis hospites et aduene: sed estis ciues sanctorū et domestici dei. Quid igit facturi sunt qui toto anno pugnare susceperūt: qn̄ et ipsi rudes et vacantes prius/spiritualia arma arripiunt? Utiq̄ solito amplius solite opus est insistere pugne: vt magna quedam victoria regi nostro ad gloriam: nobis proueniat ad salutem.

Psalm. xxxviij.

Collo. iij.

L

Gal. ij.

Gal. vj.

M

N

ps̄. lxxxiij

Ephe. ij.

O

¶ De sancto benedicto abbate. Sermo. j.

Conuenientibus vobis in vnum ad audiendum verbum salutis: magnus mihi timor fratres mei ne quis forte minus digne illud recipiat et nō sicut recipiendum est verbum dei. Scio enim terram que sepius superuenientem in se recipit imbrem: si fructū nō fecerit/reprobā fore et proximā maledicto. Et ego vtiq̄ si possem benedictiones illi dare mallem/et nō maledictiones. Immo vero ipsam benedictionē celestis patris vestri nō meā quam tamen ipso quidem dignante accipitis per os meum opto vobis benedictionē manere semper: nec in maledictionem posse mutari. ¶ Celebramus hodie magistri nostri gloriosi benedicti natalem: pro eo vobis et de eo solēnis ex more sermo debetur. Cuius dulcissimū nomē: cum omni vobis iocunditate amplectendū est et honorandum: qm̄ ipse dux vester: ipse magister et legifer vester est. Delector quidem et ego in ipsius memoria: licet non meo sine rubore beati huius patris nomen audeam memorari. Est enim mihi de ipi⁹ imitatione vobiscum seculi abrenūciatio: et monastice professio discipline: sed singulariter sine vobis cum eo participo nomen abbatis. Abbas fuit/et ego. O abbas et abbas. Nomen vnū: sed in altero sola magni nominis vmbra. Ministeriū vnum sed heu me ꝙ̄ dissimiles ministri: ꝗ̄tum ministratio ipsa dissimilis. ¶ Ue mihi si tam longe a te fuero o beate Benedicte in futuro: ꝙ̄ a tue vestigijs sanctitatis longe esse reperior in p̄senti. Sed non mihi hec apđ vos perorare necesse est. Scio q̄ sciētibus me loquor: tm̄ peto vt pudorem hunc/ et hunc timorem meū: fraterna cōpassione leuetis. Qm̄ tamen omnino dispēsatio mihi credita est: et si nō habeo apđ me quod vobis apponā querā a beato Benedicto tres panes quib⁹ vos pascā. Reficiat vos sanctitas ei⁹/iusticia ei⁹/pietas ei⁹. Recolite dilectissimi: q̄ nō oēs qui in processione domini fuerunt: sua illi p̄strauerint vestimenta. In illa inꝗ̄ ꝓcessione quā annuente dn̄o in proximo sumus celebraturi: quando venienti dn̄o ad passionē et sedenti super asellum populi occurrerunt: non omnes vestimenta sua prosternebant in via: sed cedebant aliqui ramos de arboribus. Nō erat hoc magnum quod gratis acceperant: gratis dabant. Uerūtamen ne ipsi quidem penitus ociosi fuerunt: sed nec a processione leguntur exclusi. ¶ Fratres mei/piū christi iumentum: qui cum propheta dicere potestis. Ut iumentum factus sum apud te: et ego semper tecū: vos quib⁹ insidet christ⁹: quoniam anima iusti sedes est sapientie: et apostolus predicat christum dei virtutem et dei sapientiam: si nō habeo vestes ꝗ̄s pedibus vestris ꝓsternam: tentabo vel ramos cedere de arboribus: vt tante processioni vel parū aliquid non desit ministerij mei. Arbor fuit beatus Benedict⁹ grandis atq̄ fructifera tanꝗ̄ lignum quod plantatum est sec⁹ decursus aquarum. Ubi sunt decursus aquarū? Profecto in vallib⁹: quia inter medium montium pertransibunt aque. Quis enim non videat etiā torrentes montium ardua declinare: et mediā ad humilitatē semper diuertere vallis? Sic ꝓfecto sic de⁹ superbis resistit: humilibus dat gratiam. Securus hic fige pedem quicūq̄ es iumentum christi: super hunc ramum innitere: semitam vallis incede. Nimirum in monte sibi sedem constituit serpens antiqu⁹: mordens vngulas equi vt cadat ascensor eius retro: propterea vallem magis elige ad ambulandum: vallem elige ad plantandū. ¶ Neq̄ enim vel in serendis arborib⁹ montana solem⁹ eligere: q̄ frequenter arida sunt et petrosa. In vallib⁹ pinguedo est: ibi ꝓficiunt plante/ibi plena spica/ibi centesimus oritur fructus iuxta illud. Et valles abundabunt frumēto. Audis quia vbiq̄ vallis laudatur/ vbi humilitas predicatur. Ibi plantare/ vbi decursus aquarum/quia ibi copia gratie spiritualis/et aq̄ que super celos sunt laudant nomen domini: idest celestes benedictiones faciunt vt laudetur. Stemus in hac charissimi: et plātati stemus: vt non arescamus: non moueamur quocūq̄ flatu: sicut scriptum est. Si spiritus habentis potestatē super te irruerit: locū tuū ne deseras. Nulla enī tentatio vobis preualebit si nō in magnis et mirabilibus super vos ambuletis: sed permaneatis radicib⁹ firmis in humilitate radicati atq̄ fundati. Sic fuit plantatus sec⁹ decursus aquarum sanctus iste cōfessor domini: quoniam fructum suum dedit in tempore suo. ¶ Sūt enī qui fructum non faciunt: sunt qui faciūt: sed nō suum: sunt qui faciunt suum sed non in tempore suo. ¶ Sunt inꝗ̄ arbores infructuose vt quercus et vlmus et siluestres alie arbores: sꝫ huiusmodi nemo plantat in orto suo: quia non faciunt fructum: et si quem faciunt: non humano esui apt⁹ est/sed porcino. Tales sunt filij huius seculi: agentes in comessationibus in ebrietatib⁹: i crapula et voracitate: i cubilib⁹ et impudicitijs. Hec namq̄ porcorū cib⁹ sūt ꝗ̄s iude⁹ ver⁹ ꝓhibet cōedere: q̄ xp̄ian⁹ his nō dꝫ adherere. ¶ Sic ei caro porcina cū cōedit nre adheret carni vt iam

P

ps̄. lxxj.

j. Cor. j.

ps̄. j.

Jaco. iiij.

Q

ps̄. lxiiij.

R

S

T

V

vt iam sit vna caro: sic transgressor precepti dominici spurcos
sibi sociat spirit⁹: et adherēdo eis vnus cū eis efficit̄ demō. Nā
⁊ idcirco i sacrificijs prohibetur animal illō offerri qō spurcos
spiritus immundosq̄ designet: qui relicta omni mundicia solis
sibi spurcicijs complacens vicioꝝ ⁊ criminum semper sceno de
Mat. v. lectatur inuolui. Unde et in euāgelio / legio illa maledicta / dū
eiceret ab homine tāq̄ simile sibi animal porcos postulat: nec
negantur. Bis fructum ferunt arbores infructuose ad quarum
A radices securis posita iam videtur. ¶ Arbores autem que fru=
ctum faciunt sed non suum ypocrite sunt: cum symone cireneo
crucem portantes non suam: qui religiosa intentione carētes /
angariantur: ⁊ que non amant / amore glorie quā desiderant fa
cere compelluntur. Nam in eo quod dicitur in tempore suo: ar=
guuntur quidā ante tempus fructificare volētes. Nonne enim
⁊ arboribus nostris citius q̄ oporteat pullulātibus: timemus
omnino floribus intempestiuis? Sic sunt aliqui quoꝝ fruct⁹
quia nimis propere: minus prospere oriuntur. Hi sunt qui in ini
tio conuersionis sue alijs fructificare cōtinuo velle presumūt:
cōtraq̄ legis decreta arare in primogenito bouis et ouis pmo
genita tondere festinantes. Uultis nosse q̄ sollicite id vitaue=
rit sanctus iste magister noster. Et hunc ramuz vobis appono:
quoniam tribus annis soli deo notus: hominibus mansit inco
gnitus. Fructum quidem multum tulit ipsi cernitis: sed in tem
pore suo. Neq̄ enim credebat tempus esse fructificandi: quan=
do tante carnis tentatione grauatus est vt pene cederet / pe=
B ne discederet. ¶ Ego enim nec istum quidem ramū preteribo:
quoniam et si hirsutus quodammodo spinarum aculeis quib⁹
seipsum domini Benedictus iniecit: tamen vtilis est omnino:
vtilis iumento domini propter foueas tentationum ne in eas
incidat cōsentiēdo: s3 magis resistat ⁊ viriliter agat: sustineat=
q̄ dominum ne desperet. Hic ergo fige pedem / christi iumen=
tum: et disce q̄tumcunq̄ acerba tentatio seuiat / non cedere:
nec credere propterea derelictum esse a domino / sed memine=
ps. lxxx. ris scriptum esse. Inuoca me in die tribulationis: eruam te et ee
honorificabis me. Ergo vt dicere ceperam: non credebat bene
dictus tunc esse fructificandi tempus: quando adhuc tantis
tentationibus vrgebatur. Sed venit tempus: et in tempore
suo fructum dedit. De fructu eius sunt illa tria que superius te
tigi / sanctitas eius / iusticia eius / pietas eius. Sanctitatem mi
racula probant / doctrina pietatem / vita iusticiam. Uides o iu=
mentum christi ramos folijs virentes: vernantes floribus / onu
stos fructu. Super istos innitereꝫ gressus rectos facias pedi
bus tuis. Sed quomodo tibi appono eius miracula. Nunquid
vt⁹ miracula facere velis. Nequaq̄ sed vt miraculis eius innita=
ris: videlicet vt confidas et gaudeas q̄ sub tali positus es pa
store: q̄ tantum meruisti habere patronum. Omnino enim val=
de potens est in celis qui tam magnus et potens extitit in ter
ris sm magnitudinem gratie: magnitudine glorie exaltatus.
C ¶ Nam et iuxta radicum quātitatem rami prodire noscuntur:
et quod radicibus arbor innititur: tot ramis sicut aiunt deco
ratur. Sic ergo licet non habeamus nostra: consolatio magna
nobis esse debēt patroni nostri miracula. Doctrina vō instruit
nos et dirigit gressus nostros in viam pacis. Porro vite iusti=
cia omnino roborat et animat nos: vt tanto magis accēdamur
ad agenda que docuit: q̄to certi sumus eum non alia docuisse
q̄ fecerit. Sermo quidem viuus et efficax exemplū operis est:
plurimum faciens suadibile quod dicitur: dum monstrat facti
bile quod suadetur. In hunc ergo modum et sanctitas confor
tat / pietas informat / iusticia confirmat. Hec enī pietatis fuit
q̄ non solum presentibus profuit: sed et p futuris sollicit⁹ fuit.
Non solum his qui tunc erant fructum tulit hec arbor: sed vsq̄
q̄ hodie fructus eius et crescit et manet. Dilectus plane deo ⁊
hominibus: cuius nō sola presentia in benedictione fuit: sicut
sunt multi dilecti deo soli: quia soli deo iam cogniti: sed ⁊ me=
D moria eius etiam nunc in benedictione est. ¶ Nam et vsq̄ ho=
die in triplicem amoris dominici cōfessionē / triplici hoc fructu
pascit dn̄i gregē. Pascit vita / pascit doctrina / pascit interces=
sione. Per quem incessanter adiuti: fructificate et vos carissi=
mi quoniam in hoc positi estis vt eatis et fructū afferatis. Un̄
eatis: vtiq̄ a vobisipsis: sicut scriptum est. A voluptatib⁹ tuis
Mat. xiij. auertere. Nā et de dn̄o legimus. Qz exijt seminare semen suuz.
Ecce et hic habemus semē suū sicut et prius fructū suū. Imi=
temur et hunc fratres quoniā ad hoc venit vt formā nobis tra
deret: et viam demōstraret. Fortassis et ipse dn̄s arbor est: ⁊ de
bemus ab eo quoq̄ ramos accipere: quos nostris pedibus ap
ponam⁹: immo nō fortasse: sed magis vere arbor est ipe et plan
Psalm. lxxxiiij. ta celestis: sed in terris plantata sicut scriptū est. Ueritas de
terra orta est: et iusticia de celo prospexit. Ab eo igitur hūc ra
mū vobis appono: vt sicut seipsum exinaniuit hoc ipsum sen=
Phil. ij. tiatis in vobis: nisi q̄ non tam ego appono q̄ apostolus apud
quem legistis. Hoc sentite in vobis quod est in christo iesu: qui

cum in forma dei esset non rapinam arbitratus est esse se equa
lem deo: sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens: in
similitudinem hominum factus et habitu inuentus vt homo.
B ¶ Et vos fratres charissimi exinanite vos: humiliate vos: se=
minate vos: perdite vos. Seminate corpus animale: et resur=
get corpus spirituale. Perdite animas vestras: et in vitaz eter=
nam seruabitis eas. Uultis nosse quomodo id fecerit apl's ipe
q̄ docuit. Siue inq̄t mēte excedim⁹ deo: siue sobrii sum⁹ vobis.
Quid ergo tibi. Ego inq̄t fact⁹ suz tāq̄ vas pditū. Un̄ scripz p
ij. Cor. v. dit / q̄ nihil vnq̄ p se facit: s3 ois eius intentio et omne deside=
Gal. vj. rium tendit ad dei placitum ⁊ vtilitatem fratrum suorum. In
esa. xxxij. felix enim qui seminat in carne: qz de carne metet corruptionē.
Alibi vero scriptum est. Beati qui semināt super omēs aquas
Sed quō super omnes aquas? Forte ⁊ super aquas de quibus
ps. cxlviij. legitur. Et aque que super celos sunt laudent nomen domini:
que sunt virtutes angelice ⁊ celestes populi. Ita plane: qm̄ spe
ctaculum facti sumus ⁊ angelis ⁊ hominibus. Seminemus igi
tur hominibus exemplum bonū per aperta opera: seminem⁹ an
gelis gaudium magnum per occulta suspiria: ⁊ cetera huius=
modi que solis eis sunt nota. Gaudium enim est angelis dei su
per vno peccatore penitentiā agente. Hinc dicebat apostolus.
ij. co. viij. Prouidentes bona nō tm̄ coram deo: sed etiam coram homi
nibus. Coram deo dixit: coram eis qui vultui dei assistunt. Ip=
sis enim maxime placet cum vos vident occulte orantes: aut ru
minātes psalmum aliquē: aut tale aliquid facientes. Sic semi
nate ⁊ vos: sic fructificate charissimi. Seminate ⁊ vos: qz tam
multi ante vos seminauerunt: fructificate: qz vobis seminaue=
runt. O genus adam / q̄ multi seminauerunt in te: ⁊ q̄ precio=
sum semen: q̄ male peribis ⁊ q̄ merito si perierit in te tantū se
men: simul ⁊ seminantium labor. Cui perditioni tradideris ab
F agricola: si in te perierint hec vniuersa? ¶ Seminauit in terra
nostra tota trinitas: seminauerunt angeli pariter et apostoli: se
minauerunt martyres / et confessores / et virgines. Seminauit
Mat. xiij. ⁊ Lu. viij. et filius: ipse enim est qui exijt seminare semē suum. Pater enī
non exijt: sed filius a patre processit, et venit in mundum: vt qui
prius erat cogitatio pacis in corde patris: fieret et ipse pax no
stra in vtero matris. Seminauit et spiritussanctus quia et ipse
venit: et apparuerunt discipulis dispartite lingue tanq̄ ignis.
Ita tota trinitas seminauit: pater scilicet panem de celo: fili⁹
G veritatem: spiritussanctus charitatē. ¶ Angeli quoq̄ semina=
uerunt: quando cadentibus alijs ipsi steterunt. Dixit enim luci
fer ille (sed non iam lucifer: sed tenebrifer et vesper⁹) Sedebo
Esa. xiiij. in monte testamenti / similis ero altissimo. O impudēs: o impru
dens. Milia milium ministrant ei: ⁊ decies centena milia assi=
Ezech. x. stunt: ⁊ tu sedebis? Cherubin ait propheta stabant / ⁊ non sede
bant. Quid laborasti vt iam sedeas? Omnes administratorij
sunt spiritus missi in ministerium propter eos qui hereditatem
capiunt salutis: et tu sedebis? Quid seminasti vt iam metas?
Non est tuum: non est tuum hoc: sed quibus paratum est a pa=
tre. Quid eis inuides? Profecto ipsi sedebūt: ipsi inq̄ vermicu
li terre iudicantes sedebunt: ⁊ tu non modo non stabis: sed iu=
dicandus astabis. Nescitis ait apostolus: quia et angelos iu=
i. Cor. vj. dicabimus. Ipsi vtiq̄ ibant et flebant mittētes semina sua: ve
Ps. cxxv. nientes autem venient cum exultatione portantes manipulos
H suos. Duo manipuli sunt quos queris: honoris scilicet et quie
tis. Sessionem affectas et altitudinem: sed non sic: non colli=
ges: quia non seminasti. Qui seminauerunt laborem et vilita=
tem metent honorem pariter et quietem. Pro confusione enim
sua duplici et labore: in terra sua duplicia possidebunt. Unde
ps. cxviij. et dicebat quidam. Uide humilitatem meā et laborem meum.
Hodie audistis in euangelio promittentem dominum ⁊ dicētē
Mat. xix. discipulis. Sedebitis sup sedes iudicātes duodecim trib⁹ isrl'.
Ecce qes sessionis: ⁊ honor iudicij. Nā ⁊ ipe dn̄s ad hec noluit
puenire: nisi p humilitatē ⁊ laborē. Un̄ ⁊ morte turpissima con
demnat⁹ est: interrogat⁹ tormētis / ⁊ opprobrijs saturat⁹: vtiq̄
vt inimicus induatur confusione: ipse pariter ⁊ omnes qui imi
tantur eum ⁊ pretergrediuntur viam. Ipse est o inique ipse est
qui sessurus est in sede maiestatis sue similis altissimo ⁊ coaltis
simus ei. Hoc vtiq̄ cogitauerunt angeli sancti qui cadente ma
ligno / apostasie illius non consenserunt: nobis relinquentes
exemplum vt quēadmodum ipsi elegerūt ministrare: sic ⁊ nos
faciamus. Nam etiam qui laborem fugiunt: honorem captant:
illum se nouerint imitari qui sessionem altitudineq̄ quesiuit:
⁊ si non satis terret eos illius culpa / terreat vel vindicta. Omia
enim in contrariū deuenerunt: vt formatus sit ad illudendum
ei: ⁊ ignis eternus pparatus est illi. ¶ Ad hec vitanda pruden
I tiā nobis seminauerūt sancti angeli: qui prius eā alijs caden=
tibus tenuerūt. Sed ⁊ apostoli hāc ipsam seminauerūt nobis
quādo recedētib⁹ his q̄ sapiētiā hui⁹ mūdi sequebant̄ q̄ stulti
tia est apd̄ deū: ⁊ prudētiā carnis que mortē operat̄ ⁊ inimica ē
deo: ipsi domino adheserūt. Scandalizati enim illi audientes

de sacramento carnis et sanguinis vltra non ibant cum eo: discipuli vero interrogati an et ipsi vellent abire: responderunt.

Joh. vj.

Ad quem ibimus: Verba vite eterne habes. Necesse habemus fratres hanc prudentiam imitari: quia multi adhuc ambulant cum iesu: donec veniatur ad edendā eius carnem et bibendum sanguinem illius: ad cōmunicandū. s. passionibus eius: hoc eni et verbum illud: et ipsum sacramentum significat: extunc autē scandalizantur: et abeunt retro dicentes: quia durus est hic sermo. Nos cum apostolis prudentes simus et dicamus Domine ad quem ibimus: verba vite eterne habes. Non discedim⁹ a te: viuificabis nos.

Deut. viij

Non in solo pane viuit homo: sed in omni verbo quod procedit de ore dei. Nō solus mundus habet delectationem: sed multo maior est in verbis tuis. Unde et propheta ait.

Ps. cxviij.

Q dulcia faucibus meis eloquia tua sup mel ori meo. Ad quem igitur eamus? Verba vite eterne habes domine: et ea q̄ sunt super omnia que mundus habere potest. Non soluz ipsa vita: sed et promissio vite eterne: et expectatio iustoruz leticia est et tanta leticia: vt omne quod concupiscitur ei non valeat comparari.

K

Hanc igitur prudentiam nobis apostoli sancti seminauerunt. Martyres vero manifestū est fortitudinem seminasse. Porro vero confessores seminauerunt iusticiam: quam in omni vita sua secuti sunt. Hoc enim interest inter martyres et cōfessores: quod inter petrum simul omnia relinquentem: et abraā substantiam mundi in bonos vsus expendentem. Sic enim illi consummati in breui expleuerunt tempora multa: isti vero longa et multimoda traxere martyria. Virgines sancte planū est: qr temperantiam seminauerunt: q̄ sic libidinē calcauerunt.

L

¶ In annūciatiōe beate marie: de verbis psalmi: vt inhabitet gloria in terra nostra. Sermo. j.

V

t inhabitet gloria in terra nostra: misericordia et veritas obuiauerunt sibi: iusticia et pax osculate sunt. Gloria nostra hec est (ait apostolus) testimonium cōscientie nostre.

ij. Cor. j.

Non quidem tale testimonium quale ille superbus phariseus habebat seducta et seductrice cogitatione: testimoniū perhibens de seipō: et testimonium eius verum non erat: sed cum spiritus ipse testimonium perhibet spiritui nostro.

M

Porro hoc testimonium in trib⁹ consistere credo. Necesse est enim primo omnium credere q̄ remissionem peccatorū habere nō possis nisi per indulgētiā dei. Deinde q̄ nihil prorsus habere queas operis boni nisi et hoc dederit ipse. Postremo q̄ eternā vitā nullis potes operib⁹ promereri nisi gratis detur et illa. Quis eni potes facere mundū de immundo conceptum semine: nisi qui solus est mundus? Atiq̄ q̄ factū est/ nō potest nō fieri: ipso tamen non imputante: erit q̄si non fuerit. Quod propheta quoq̄ considerans ait. Beat⁹ vir cui non imputabit dominus peccatum.

Ps. xxxj.

De operib⁹ vero bonis certuz omnino est: q̄ nemo hec habeat a seipso. Nam si stare nō potuit humana natura adhuc integra: q̄to minus poterit per seipam resurgere iam corrupta? Certum est ad suam originem vniuersa q̄tum in eis est tendere: et in eam semp esse partem procliuiora. Sic et nos qui de nihilo creati sumus: cōstat quia si nobisipsis relinquimur/ in peccatuz semp (quod nihil est) declinamus.

N

¶ Jam vero de eterna vita scim⁹: qr nō sunt condigne passiones huius temporis ad futuram gloriā: nec si vnus/ oēs sustineat. Neq̄ enim talia sunt hominū merita: vt propterea vita eterna debeatur ex iure: aut deus iniuriā aliquā faceret/ nisi eā donaret. Nā vt taceā/ q̄ merita oia dona dei sunt: et ita hō magis propter ipa deo debitor est q̄ deus homini: qd sunt merita oia ad tantā gloriam? Deniq̄ quis melior est propheta cui dns ipse tam insigne testimoniū perhibet dicens. Virum inueni fm cor meum. Veruntamē et ipse necesse habuit dicere deo.

Ps. cxlij.

Nō intres in iudicium cuz seruo tuo domine. Nemo itaq̄ se seducat: quia si bene cogitare voluerit inueniet proculdubio q̄ nec cum decē milib⁹ possit occurrere ei qui cū viginti milibus venit ad se. Verū hec que nunc diximus/ nō oino sufficiūt: sed magis initiū quoddā et velut fundamentū fidei sunt habenda. Ideoq̄ si credis peccata tua nō posse deleri nisi ab eo cui soli peccasti: et in quē peccatū non cadit/ bene facis: sed adde adhuc vt et hoc credas qr p ipm tibi peccata donant. Hoc est testimoniū qd perhibet in corde nostro spiritussanctus dicēs. Dimissa sunt tibi peccata tua. Sic ei arbitrat apostol⁹: gratis iustificari hominē p fidē.

Rom. iij.

O

¶ Ita de merit quoq̄ si credis nō posse haberi nisi p ipm: non sufficit donec tibi perhibeat testimoniū spūs veritatis: qr habes ea p illū. Sic et de vita eterna habeas necesse est testimoniū spūs: q̄ ad eā diuino sis munere peruenturus. Ipse eni peccata cōdonat: ipe donat merita et premia nihilominus ipse redonat. Porro testimonia ista credibilia facta sunt nimis. Nam de remissione quidem peccatorum validissimum teneo argumentum: dominicam passionem. Vox siquidē sanguinis eius inualuit multo plus q̄ vox sanguinis abel: clamans in cordibus electorum: remissionem omnium peccatorū. Traditus est enim propter peccata nostra: nec dubium quin potentior et efficacior sit mors illius in bonum: q̄ peccata nostra in malum. De bonis autem operibus argumentum nihilominus efficax mihi est resurrectio eius: quia resurrexit propter iustificationem nostram. Porro de spe premiorum testimonium eius est ascensio: quia ascendit propter glorificationem nostram. Hec tria in psalmis habes: dicente propheta. Beat⁹ vir cui non imputabit dominus peccatum. Et alibi. Beat⁹ vir cuius est auxilium abs te. Item alibi. Beatus quem elegisti et assumpsisti: habitabit in atrijs tuis.

Ps. xxxj.
Ps. lxxxiij.
Ps. lxiiij.
P

¶ Hec est gloria vera/ gloria inhabitans: quia ab eo est qui per fidem habitat in cordibus nris. Filij vo adā gloriā q̄ ab inuicē q̄rentes gliam q̄ a solo deo est nō volebāt: sz sic gloriā extrinsec⁹ fluētē sectātes habebant/ gloriam non in semetipsis sed magis in alijs. Vis nosse vnde sit homini inhabitans gloria? Dico breuiter: quoniaz ad mystica festinat intentio. Nam et ea sola proposueram inverbis illis propheticis diligentius vestigare: sed reflexit ad mortalia occurrens prima fronte apostolicus sermo: de interna gloria et testimonio cōsciētie. Sic ergo inhabitat hec gloria etiā hic in terra nostra: si misericordia et veritas obuiant sibi: et se ipse iusticia et pax osculentur. Preuenienti siquidem misericordie/ vt veritas nostre conuersionis occurrat necesse est: ac de cetero sanctimoniam sectemur et pacem sine qua nemo videbit deum.

Q

¶ Ubi enim compungitur quis/ iam tunc eum misericordia preuenit: sed nequaq̄ ingredietur donec ei veritas cōfessionis occurrat. Peccaui domino (ait ipse dauid ad nathā prophetam) cum de adulterio et homicidio argueretur. Et trāstulit dominus peccatum ad te (ait propheta) Nimirum misericordia et veritas obuiauerūt sibi. Et hoc quidem: vt declines a malo. Jam vero vt facias bonum in tympano et choro tibi psallendum est vt ipsa mortificatio carnis tue et penitentie fructus: ac iusticie opera/ in vnitate et concordia fiant: quoniam vnitas spiritus vinculum est perfectionis.

Coll. iij.

Neq̄ ad dexteram neq̄ ad sinistram declinaueris. Sunt enim quorum dextera est dextera iniquitatis. Phariseus ille cuius supra meminim⁹/ nō erat sicut ceteri hominum: sed ipse sibi vt diximus testimoniuz perhibuit sed non verum. Sane quisquis ille est in quo misericordia et veritas obuiauerunt sibi: iusticia et pax osculate sūt: secure glorietur: sed in eo qui sibi testimonium perhibet in spiritu vtiq̄ veritatis. Ut inhabitet gloria in terra nostra: misericordia et veritas obuiauerunt sibi: iusticia et pax osculate sūt. Si gloria patris filius sapiens: cum sit sapientia ipsa/ sapientior nemo: liquet profecto gloriam patris: christum dei virtutem et dei sapientiaz esse.

Heb. j.

Quia ergo multipharie multisq̄ modis de eo predictum fuerat in prophetis q̄ in terris videndus esset: et inter homines conuersaturus: quonam modo id factū sit: et impletis que de eo per os omnium prophetarum dicta fuerāt: habitauerit gloria in terra nostra: psalmista indicat in his verbis: ac si manifeste dicat.

P. lxxxiiij.

Ut verbum caro fieret et habitaret in nobis: misericordia et veritas obuiauerunt sibi: iusticia et pax osculate sunt.

R

Magnum sacramentum fratres et diligentius perscrutandum: nisi et intellectus mysterio: et ipsi quoq̄ intellectui verba deessent. Dico tamen vtcunq̄ modicuz id quod sentio: si forte vel occasionem dedisse videar sapienti. Videre mihi videor dilectissimi quattuor virtutibus his/ amictum primum hominem ab ipso sue creationis exordio: et (vt propheta meminit) vestimento salutis indutū. Est enim in his q̄tuor salutis integritas: nec sine his omnibus potest constare salus: presertim cum nec possint esse virtutes si abinuicem separentur. Acceperat ergo homo misericordiam custodez scilicet atq̄ pedissequam: vt ipsa preueniret/ ipsa et sequeretur eū: ipsa q̄ protegeret et conseruaret vbiq̄. Uides qualem nutriciū contulit paruulo suo deus: qualem dedit pedissequam homini recens orto. Sed erat illi necessarius etiam eruditor tanq̄ ingenue et rationabili creature: vt non sicut iumentum aliquod custodiretur: sed tanq̄ paruulus educaretur. Cui sane magisterio nemo poterat aptior inueniri q̄ veritas ipsa: que euz i agnitionem summe perduceret aliquando veritatis. Interim vero ne sapiens inueniret vt malum faceret: essetq̄ peccatum ei tanq̄ scienti bonum et minime facienti: iusticiam quoq̄ qua regeretur accepit. Adhuc autem et pacem qua foueretur et delectaret addidit manus benignissima creatoris. Pacē atq̄ duplicē vt nec int⁹ pugne: nec foris timores/ idest: nec caro cōcupisceret aduersus spm: nec esset ei creatura vlla formidini. Nā et bestijs oib⁹ libere imposuit noia: et serpēs ipe q̄ violētia nō p̄sumpsit: fraude magis eū aggressus ē. Quid huic deerat: quē mia custodiebat: docebat vitas/ regebat iusticia pax fouebat? Sz heu hō iste ad multā perniciē et insipientiam sibi: descēdit de hierusalem in hierico. Siquidē incidit i latrones: a quibus et ante omnia legit despoliat⁹. An nō despoliatus: q domino veniente

Luce. x.

niēte nudum se esse cōqueritur? Nec vero poterat reuestiri: vel ablata sibi recipere vestimenta: nisi christus amitteret sua. Sicut enim viuificari in anima nisi interueniente corporali morte christi non potuit: ita nec reuestiri sine eius despoliatione. Et vide si non propter has quattuor partes vestimenti quod amiserat prim⁹ et vetus homo/ in totidem quoq; diuisa sunt secundi et noui hominis vestimenta.

A

¶ An forte queris et tunicam inconsutilem q̄ non diuiditur sed sorte prouenit. Ego diuinam arbitror esse imaginem: que nimiruz non assuta sed insita atq; ipsi impressa nature: diuidi scindiq; non potest. Ad imaginem nempe et similitudinem dei factus est homo: in imagine arbitrii libertatem: virtutes habens in similitudine. Et similitudo quidem perijt: verūtamen in imagine pertransit homo. Imago siquidem in gehenna ipsa vri poterit non exuri: ardere sed non deleri. Hec ergo non scinditur: sed sorte prouenit. Et quocunq; perueniat anima: simul et ipsa erit. Nam similitudo non sic: sed aut manet in bono: aut si peccauerit anima mutatur miserabiliter iumentis insipientibus similata. Sed quia spoliatū virtutibus quattuor hominem diximus: quonā modo singulis sit spoliatus congruum esset dicamus.

B

Perdidit homo iusticiam cum eua serpentis: adam mulieris/ voci obediuit poti⁹ q̄ diuine. Erat tamen residuum aliquid quod apprehendere possent: idq; dominus suo illo scrutinio innuebat: sed abiecerunt etiaz illud conuersi in verba malicie: ad excusandas excusationes in peccatis. Prior enim iusticie portio non peccare: secunda p penitentiam damnare peccatum. Perdidit et misericordiam cum sic exarsit eua in concupiscentia sua: vt nec sibi nec viro nec filiis parceret nascituris: simul omnes terribili maledicto et necessitati mortis addicens. Adam quoq; idignationi diuine mulierem pro qua peccauerat obiecit: quasi post tergum eius volens declinare sagittā.

C

¶ Vidit enim mulier lignuz q̄ esset pulchrum visu: et ad vescendū suaue: et a serpente audierat tanq̄ deos se futuros. Funiculus triplex difficile rumpitur/ curiositatis/ voluptatis/ et vanitatis. Hec sola mundus habet concupiscentiam carnis/ concupiscentiam oculorum/ ⁊ superbiam vite. His abstracta et illecta misericordiam omnē crudelis mater abiecit. Sic et adam qui mulieri male misertus est/ vt cū ea peccaret: bene noluit misereri vt penam sustineret pro ea. Priuata est etiam mulier veritate: primo quidem male detorquēs quod audierat: morte morieris: et dicens ne forte moriamur demum serpenti credens/ penitus abneganti et dicenti: nequaq̄ moriemini. Priuatus est et adam veritate/ vbi eam cōfiteri erubuit: folia: hoc est excusationem operimenta pretēdens. Si quidem ipse dicit. Qui erubuerit me coram hominibus erubescam et ego eū coram patre meo.

Luce. ix.

D

¶ Pacē quoq; protinus amiserunt: quia non est pax impijs dicit dominus. Nōne enim contrariam legem inuenerant in membris suis: quos de nouo pudere ceperat nuditatis? Timui ego (inquit) eo q̄ nudus essem. Non sic miser non sic pauloante timebas: non querebas folia: licet corpore nudus sicut ⁊ modo.

Gen. iij.

¶ Et hoc sane vt prophete ipsius parabolam prosequamur: qui sibi obuiasse eas et recōciliatas in osculo memorant: grauis quedam inter virtutes videtur orta contentio. Siquidem veritas et iusticia miserum affligebant: pax ⁊ misericordia zeli huius expertes iudicabāt magis esse parcenduz. Sunt etenim collactanee he due sibi: quēadmodum ⁊ priores. Unde ⁊ factum est vt perseuerantibus illis in vltione/ ⁊ preuaricatorem hincinde cedētibus: ⁊ presentes molestias futuri cumulantibus comminatione supplicij: ille secederēt in cor patris redeūtes ad dominū qui illas dedit. Solus siquidē ipse cogitabat cogitatiōes pacis cum afflictionis plena omnia viderent. Siquidē nō cessabat pax: non ei misericordia dabat silētiū: sed pio quodam susurrio paterna pulsantes viscera loquebant. Nunqd ineternū projciet de⁹: aut non apponet vt complacitior sit adhuc? Nunqd obliuiscet misereri deus: aut cōtinebit in ira sua misericordias suas? Et q̄uis diu multūq; visus sit dissimulare pater miserationū vt interim satisfaceret zelo iusticie et veritatis: non tamen infructuosa fuit supplicantiū importunitas sed exaudita est in tempore oportuno. Forte eni interpellantib⁹/ tale dicat dedisse respōsum. Usq; quo preces vestre? Debitor sum et sororib⁹ vestris: quas accinctas videtis ad faciendā vindictā in nationib⁹: iusticie ⁊ veritati. Vocent et veniāt: ⁊ sup hoc verbo pariter conferamus. Festināt ergo legati celestes ⁊ vt viderunt miseriam hominum et crudelem plagā/ vt propheta loquitur: angeli pacis amare flebant. Qui eni fidelius quererēt aut rogarent q̄ ad pacē sunt: q̄ angeli pacis? Sane ex deliberatione cōmuni ascendit veritas ad constitutam diem: sed ascendit vsq; ad nubes: necdum plane lucida sed subobscura ⁊ obnubilata adhuc zelo indignationis. Factumq; est vt legimus in propheta. Dn̄e in celo misericordia tua: et veritas tua vsq; ad nubes. Medi⁹ aūt pater luminū residebat: et vtraq; pro parte suauissi⁹ quod habebat loquebatur.

ps. xxxv.

Quis putas illi colloquio meruit interesse ⁊ iudicabit nobis? Quis audiuit et enarrabit? Forte inenarrabilia sunt ⁊ nō licent homini loqui. Summa tamē cōtrouersie totius hec fuisse videtur. Eget miseratione creatura rationalis ait misericordia: quoniā misera facta est: ⁊ miserabilis valde. Venit tempus miserendi ei⁹ quia iam preterijt tēpus. Econtra veritas. Oportet (inquit) impleri sermonem quem locut⁹ es domine. Totus moriatur adam necesse est/ cum omnibus qui in eo erant: qua die vetitum pomū in preuaricatione gustauit. Utquid ergo ait misericordia: vtquid me genuisti pater citi⁹ perituram? Scit eni veritas ipsa: quoniam misericordia tua perijt et nulla est: si non aliquando miserearis. Similiter autem ecōtrario et illa loquebatur. Quis eni nesciat q̄ si predictam sibi preuaricator sentētiam mortis euaserit: perijt nec permanebit iam in eternū veritas tua domine? Ecce vero vnus de cherubin/ idest magni consilij angelus ad regem salomonē suggerit esse mittēdas. Quoniam filio inquit datum est omne iudicium. Et in eius ergo cōspectu misericordia et veritas obuiauerunt sibi: eadem que supra meminim⁹ verba querimonie repetētes. Fateor ait veritas zelum bonū misericordia habet: sed vtinam s̄m sciētiam. Nunc autem qui preuaricatori potius q̄ sorori iudicat esse parcēdū? At tu inquit misericordia neutri parcis sed tanta indignatione seuis in preuaricatorem vt inuoluas pariter ⁊ sororē. Quid mali merui: si quid habes aduersum me dicito mihi. Sin autē quid me persequeris? Grandis controuersia fratres et intricata nimium disceptatio. Quis nō illic diceret: bonū nobis erat si natus non fuisset homo iste. Sic erat dilectissimi omnino sic erat: non videbatur quomodo simul possent erga hominē misericordia et veritas conseruari. Cumq; adijceret veritas in ip̄m quoq; iudicem partis sue iniuriam retorqueri/ dicēs cauendū omnino ne fieret irritum verbum patris: ne s̄mo viuus et efficax qualibet occasione euacuaret. Parcite queso ait pax: parcite verbis huiusmodi: nō nos talis altercatio decet: virtutum est inhonesta cōtentio.

Joh. v.

C

¶ Porro iudex inclinans se digito scribebat in terra. Erant autē verba scripture: que pax ipsa legit in auribus omnium. Ea siquidem propius assidebat. Hec dicit: perij si adam non moriatur: et hec dicit perij nisi misericordiaz cōsequatur. Fiat mors bona: ⁊ habet vtraq; q̄ petit. Obstupuere oēs in verbo sapientie et forma compositionis pariter atq; iudicij. Siquidem manifestum fuit nullam eis querimonie occasionem relinqui: siquidem fieri posset quod vtraq; petebat vt ⁊ moreretur et misericordiam consequeretur. Sed id quomodo fiet inquiunt. Mors crudelissima ⁊ amarissima est: mors terribilis et ipso horrenda auditu. Bona fieri quam nam ratione poterit. At ille. Mors (inquit) peccatorum pessima: sed preciosa fieri potest mors sanctorum. An non preciosa erit: si fuerit ianua vite: porta glorie. Preciosa inquiunt. Sed quomodo fiet istud. Fieri (ait) pōt si ex charitate moriatur quis: vtiq; qui nihil debeat morti. Neq; eni detinere poterit mors innoxium/ sed forabitur (vt scriptum est) maxilla leuiathan: et destruetur paries medius/ soluetur q; chaos magnum: quod inter mortem vitamq; firmatum est.

ps. xxxiij.

Eze. iij.

F

¶ Nimirum charitas fortis vt mors: immo et fortior morte/ si fortis illius intrauerit atrium: alligabit eū et diripiet vtiq; vasa eius: sed et ipso transitu suo ponet profundum maris viam: vt transeant liberati. Bonus visus est sermo vtpote fidelis ⁊ omni acceptione dignus. Sed vbi poterit ille innocens inueniri: qui mori velit non ex debito sed ex voluntate: non ex malo merito: sed ex beneplacito suo. Circuit veritas orbē terre: et nemo mūdus a sorde nec infans cuius est vni⁹ diei vita super terrā. Sed et misericordia celum omne perlustrat: et in angelis quoq; ne dixerim prauitatem: minorem tamē inuenit charitatē. Nimirum hec victoria alij debebat: quo maiorez charitatem nemo haberet: vt animā suā poneret quis pro seruis inutilib⁹ et indignis. Nam et si ipse iam non dicit nos seruos: hoc ipsum immense dilectionis est: et eximie dignationis. Nos autem et si omnia que precepta sunt nobis/ facerem⁹: q̄d aliud dicere deberemus: nisi quod serui inutiles sumus. Sed quis eū sup hoc conuenire p̄sumeret. Redeūt ad cōstitutā diē veritas ⁊ misericordia anxie plurimū nō inuēto q̄d desiderabāt. Tūc vero seorsum pax cōsolās eas. Vos (inquit) nescitis quicq̄ nec cogitatis. Non est qui faciat bonū hoc: nō est vsq; ad vnū. Qui cōsiliū dedit: ferat auxiliū. Intellexit rex q̄d loq̄ret ⁊ ait. Penitet me fecisse hoiez. Pena (inq̄t) me tenet: mihi incūbit sustinere penā: penitētiā agere p hoie quē creaui. Tūc ergo dixit/ ecce venio. Non enim pōt hic calix trāsire: nisi bibā illum. Et accersito gabriele: vade (inquit) dic filie syon/ ecce rex tu⁹ venit. Festinauit ille et ait. Adorna thalamū tuū syō: ⁊ suscipe regē.

Joh. xi.

Ps. lij.

Gen. vi.

Zacha. ix.

G

¶ Porro vēturū regē mia ⁊ veritas p̄uenerūt sicut scriptū est. Mia et veritas p̄cedēt faciē tuam. Iusticia thronū preparat s̄m illud. Iusticia et iudiciū p̄paratio sedis tue. Pax cū rege venit vt p̄pheta fidelis inueniret q̄ dixerat. Pax erit in terra

Psalm. lxxxviij

nostra cum venerit. Unde est q nato domino/angelorū chorus canebat. Pax in terra hominibus bone voluntatis. Sed ⁊ tūc iusticia et pax osculate sunt: que non modice videbant hactenus dissidere. Prior eni si qua erat ex lege iusticia/non osculuꝫ sed aculeū magis habebat/ vigens timore q̄ prouocans dilectione. Sed nec habuit illa reconciliationem: sicut habet nūc q̄ ex fide noscitur eē iusticia. Alioquin quid erat q nec abrahā/ nec moyses/nec ceteri iusti/temporis illius in obitu suo pacē illam beatitudinis eterne apprehendere/aut regnum pacis poterant introire/nisi q minime adhuc iusticia et pax sese fuerāt osculate? Ex hoc sane dilectissimi feruentiore nobis zelo sectāda iusticia est. Siquidem iusticia et pax osculate sunt: et indissolubile amiciciarum iniere fedus: vt quicūq testimonium iusticie secum tulerit: hylari vultu iam amplexibus letis accipiatur a pace: in idipsum dormiens et requiescens.

Item de septiformi spiritu in christo: in annunciatione dominica. Sermo. ij.

Onsiderare est fratres in solēnitate hodierna dominice annunciationis: velut amenissimam quandā planiciem: simplicem nostre reparationis hystoriā. Iniungitur noua legatio angelo gabrieli ⁊ nouā virgo professa virtutem: noue salutationis honoratur obsequio. Antiqua excluditur maledictio mulierum: nouam noua mater accepit benedictionem. Impletur per gratiam que concupiscentiam nescit: vt spiritu superueniente altissimi pariat filium: que virum dedignatur admittere. Intrat ad nos eadem porta salutis antidotum: qua venenum serpentis ingrediens: vniuersitatem generis humani occuparat. Innumeros huiuscemodi flores ex his facile est legere pratis: sꝫ intueor mediaꝫ metuende profunditatis abyssum. Abyssus plane imperscrutabilis incarnationis dominice sacramentum: abyssus impenetrabilis: verbum caro factum est et habitauit in nobis. Quis enim inuestiget/quis attingat/quis apprehendat? Puteus altus est ⁊ in quo hauriam nō est mihi. Veruntamē solet interdum superposita puteis humectare lintheamina vapor exalans. Propterea sane licet irrumpere verear propter cōscius infirmitatis/frequenter tamen velut super os huius putei expando ad te domine manus meas: pro eo q anima mea sicut terra sine aqua tibi. Et nunc siquidem quod (ascendēte deorsum nebula) tenuis ebiberit cogitatio: vobis fratres modicum illud sine inuidia cōmunicare curabo: velut expresso lintheamine vel exigua refundens celestis stillicidia roris. Quero igitur qua ratione filius magis incarnatus sit q̄ pater aut spiritussanctus: cum totius trinitatis non modo equalis sit gloria sed vna eadē q substantia. Sed quis cognouit sensum domini aut: quis consiliarius eius fuit? Altissimum est mysterium: nec nos oportet temere super huiuscemodi precipitare sententiam. Videtur tamen nec patris nec spūs incarnationē in pluralitate filiorum effugisse confusionem: dū alius dei: alius filius hominis diceretur. Videtur et illud maxime congruū vt is specialiter filius fieret qui filius erat: nec quid esset ambiguitatis in nomine. Denique ipsa est virginis nostre gloria singularis et excellens prerogatiua marie: q filium vnum eundemq cum deo patre meruit habere communem. Quam sane perysse constat si non filius incarnaretur. Sed nec nobis alia dari posset occasio similis sperande salutis et hereditatis. Factus quidem primogenitus in multis fratribus qui vnigenitus erat asciisset eos sine dubio in hereditatē: quos vocauit in adoptionem. Si enim fratres: et coheredes. Hic ergo christus iesus mediator fidelis: sicut in persona vna dei hominisq substātiā copulauit ineffabili sacramento: sic et in ipsa reconciliatione/ consilio vsus altissimo: mediam non deseruit equitatem: vtrisq tribuens quod oportebat: honorem deo: homini miserationem. Hec enim optima inter offensum dominum et reum seruū forma compositionis: vt nec honorandi domini zelo/seruus opprimatur austeriori sententia: nec rursum dum huic immoderatius condescenditur: ille debito fraudet honore. Audi igitur et diligenter obserua angelicā in huius mediatoris ortu distributionem. Gloria (inquiunt) in altissimis deo: et in terra pax hominibus bone voluntatis. Huius denique gratis obseruationis/fideli recōciliatori xpo/ nec timoris spūs defuit quo patri semp reuerētiā exhiberet: semp ei deferret: semp gl'iam eius quereret: nec spūs pietatis: quo misericorditer compateret hominibus. Unde ⁊ necessariū habuit spm quoq scientie: p quē timoris pariter et pietatis distributio fieret incōfusa. Et nota q in primo illo parentū nostroꝝ peccato/tres quidē auctores extiterūt: sꝫ manifeste defuerūt tria tribus. Deo ei euā/ dyabolū/ et adā. Nō habuit eua scientiā: q̄ (vt ait apls) seducta est in preuaricationē. Verū hec quidē serpēti nō defuit: qui callidior describ' ceteris animātibus: sed pietatē malignus nō habuit: q̄ ab initio factus est homicida. Adam vero/plus forte videt mulierē nō cōtristādo: sed timorē dñi dereliqt: voci illius magis obediēs q̄ diuine. Utinā magis timor dñi pualuisset in eo sicut de xpo signāter legit. Quia repleuit eū nō pietatis spūs sꝫ timoris. In oibus eni et p oia pietati primorū/timor dñi preferēdus est: et solus ipse est qui totū sibi hominē debeat vēdicare. In his igitur tribus timore/pietate/⁊ scientia/mediator noster reconciliauit hoies deo. Nam in cōsilio et fortitudine: de manu aduersarij liberauit. Cōsilio siquidē pristino iure priuauit hostē: data potestate/vt manus inijceret innocēti. Fortitudine preualuit: ne violenter posset retineri redēptor: dū victor ab inferis rediit: et vita oium cū eo surrexit. Exinde cibat nos pane vite et intellectus: et potat aqua sapiētie salutaris. Est eni intellectus rerū spūalium et inuisibilium verus anime panis cōfirmans cor nrm: et ad omne opus bonum roborans in omni exercitatione spirituali. Carnalis autē homo qui nō percipit ea que sunt spiritus dei sed stulticia ei videntur: gemat et lugeat dicens. Aruit cor meū: qr oblitus sum comedere panē meū. Ecce eni mera et pfecta veritas est non prodesse homini: si vniuersū mundum lucretur: anime autē sue detrimentū faciat. Sꝫ quādo id capere possit auarus? Sine causa laborat quisquis ei id psuadere conatur. Ut quid hoc? Nempe quia stulticia illi videtur. Quid verius q̄ iugum christi esse suaue? Appone homini seculari et vide si nō magis lapidem q̄ panem reputabit: ⁊ certe huiusmodi intelligētia veritatis interne viuit aia: et hic ē spiritualis cibus. Nō eni in solo pane viuit homo: sed in oi verbo qd procedit de ore dei. Verūtamen donec sapit tibi veritas nō sine difficultate ad interiora traicit. Ubi vero ceperis in ea oblectari: iam non cibus/ sed potus est et sine difficultate intrat in animā: quo videlicet spiritualis cibus intelligentie/potu sapiētie digeratur ne ipsius interioris hominis artubus. i. affectibus siccitate laborantibus/pueri magis sit q̄ vtilitati. Ex omibus ergo que saluandis populis fuerant necessaria nihil penitus defuit saluatori. Ipse est enim de quo pcinit esaias. Egredietur virga de radice iesse: et flos de radice eius ascendet et requiescet sup eū spiritus dñi/spūs sapientie/et intellectus/spūs consilij et fortitudinis/spūs scientie et pietatis/et replebit eū spiritus timoris dñi. Illud sane diligēter attende q florē hūc de radice nō de vga dixerit ascensurū. Nā eteni si noua xpi caro i virgine creata esset ex nihilo/quod estimauerunt nonnulli: nō de radice flos: sed forte de virga dici poterat ascendisse. Nunc aūt qr pdiit ex radice: sine dubio ab origine communē probat habuisse materiā. Nam q sup eū spūs requieuit nihil in eo contradictiōis fuisse declarat. In nobis eni qr nō omnino supior est spūs non requiescit carne nimirū aduersus spiritū: et spiritu aduersus carnē concupiscente: a quo cōflictu nos liberet in quo nihil simile fuit nouus homo ⁊ verus hō: qui verā carnis nre suscepit originē: sed fermentū veteris/ cōcupiscētie nō suscepit.

In annūciatione dñica presertim cum tertio sabbato quadragesime occurrit. de adultera. Susanna et beata Maria. Sermo. iij.

Uam diues in misericordia: quam magnificus i iusticia: in gratia q̄ munificus dñe deus noster. Nō est qui similis sit tibi munerator copiosissime / remunerator equissime/piissime liberator. Gratis respicis humiles/iuste iudicas innocentes/ misericorditer saluas etiā peccatores. Hec sunt dilectissimi q̄ nobis in mensa diuitis huius patrisfamilias sanctaruꝫ testimonijs scripturarū: hodie quidē si diligenter aduertimus solito copiosius apponunt. Nimirū hanc nobis copiā prestant/que pariter conuenerūt sacrū videlicet tempus quadragesime: et sacratissima dies annūciatiōis dñice. Hodie eni in auribus nostris deprehensam in adulterio mulierē: indulgētia redēptoris absoluit: hodie innoxiū susanne sanguinē liberauit: hodie quoq beatā vginē singulari munere gratuite bndictiōis impleuit. Magnū conuiuiū: vbi pariter nobis mia/iusticia et gra apponunt. Nunqd nō mia esca hominū: salutaris vino et efficax ad medelam? Nūqd nō etiā iusticia/panis cordis? Et quidē optime confirmās illud: vtpote cibus solidus ad nutrimētū. Denique. Bti q esuriūt illā: qm ipi saturabunt. Nūqd nō cibus aie gra dei sui? Dulcissimus sane: et omnē habēs in se suauitatē: et delectamentū saporis. Immo vero hec sibi ola pariter vēdicās nō modo delectat: sed et reficit et medet. Accedamus ad mensam hanc fratres mei: ⁊ ex singulis dapibus vel modicū aliqd degustemus. In lege moyses mandauit huiusmodi lapidare aiūt de peccatrice peccatores: de adultera pharisei. Sed ad duriciā lapidei cordis vestri ille locutus est. Iesus aūt inclinauit se. Domine inclina celos tuos et descēde. Inclināns se et ad misericordiam flexus (neq enim iudaici cordis erat) digito scribebat: non iā in lapide sed in terra. Neq hoc tantū semel: sed hic quoq duplex scriptura

A
scriptura: sicut apud moysen tabule due. Et forte veritatem et
gratiam scribēs/ ⁊ iterū scribens terre impressisse videt̄: sm̄ qđ Io
Joh. 1.
annes apostolus ait. Lex p moysen data est: grā ⁊ veritas per
iesum xp̄m facta est. Considera deniqꝫ an viderit possit de tabu
Textus.
la veritatis legisse: vnde refelleret phariseos. Qui sine pecca-
to est vestrū: primus in eā lapidē mittat. Verbum quidē abbre
uiatum sed viuū ⁊ efficax: ⁊ ancipiti gladio penetrabilius. Q̄
grauiter enim ad verbum hoc saxea corda transfossa: ꝙ̄ vehe-
menter hoc vno lapillo contrite sunt lapidee frōtes: rubor ipe
B
confusionis ⁊ clandestinus ꝓbauit abscessus. Meruit quidem
adultera lapidari: sed is punire gestiat: q̄ dignus nō est etiam
ipse puniri. Is p̄sumat a peccatrice exigere vltionē/ qui eādē
excipere nō meret̄. Alioquin ipse sibi vicinior/ a se incipiat/ i se
prius sniam ferat: exerceatqꝫ vindictā. Hec veritas. Ceterū ad
huc minus est. Et si accusatores refellit, hec v̄itas: sed reā nec
C
dū absoluit. scribat iterū/ scribat grām/ legat ⁊ audiamꝰ. ¶ Ne
Textus.
mo te condēnauit mulier? Nemo dn̄e. Nec ego te condēnabo.
vade ⁊ amplius noli peccare. O vox misericordie: o auditꝰ le-
Ps. cxlij.
ticie salutaris. Auditam fac mihi misericordiā tuā: quia in te
speraui dn̄e. Sola nimirū spes apud te miserationis obtinet lo
cum: nec oleū misericordie nisi in vase fiducie ponis. Sed est
infidelis fiducia: solius vtiqꝫ maledictiōis capax: cū videlicet
in spe peccamus. Verū nec fiducia illa dicēda sit: sed insensibi
litas q̄dam ⁊ dissimulatio ꝑniciosa. Que enim fiducia ei q̄ pe-
riculum non attendit? Aut qđ ibi timoris remedium: vbi nec ti
mor sentitur nec materia ipsa timoris? Fiducia solatiū est: nec
eget ille solatio qui letatur cum malefecerit: ⁊ in pessimis re-
bus magis exultat. Rogemus itaqꝫ fratres responderi nobis
quantas habeamus iniq̄tates ⁊ pctā: scelera nostra et delicta
nobis desideremus ostendi. Scrutemur vias nostras ⁊ studia
nostra: periculaqꝫ vniuersa vigili intentione pensemus. Dicat
quisqꝫ in pauore suo: vadā ad portas inferi: vt iam non nisi in
sola dei misericordia respiremus. Hec vera hoīs fiducia a se
deficientis ⁊ innitentis dn̄o suo. Hec inq̄ vera fiducia cui mi
sericordia non denegatur/ ꝓpheta attestante: q̄m beneplacitū
est dn̄o sup timentes eū ⁊ in eis q̄ sperant sup misericordia eiꝰ.
Nec parua itaqꝫ suppetit nobis. In nobis q̄dē timoris/ in ipso
aūt cā fiducie. Suauis ⁊ mitis es/ copiose misericordie: ꝓsta-
bilis sup malicia: multus ad ignoscendū. Credamus sane vel
inimicis: q̄ in eo nil aliud vnde occasionem struende calumnie
caperent/ inuenerunt. Cōpatiet̄ aiunt peccatrici nec sinet ob-
latam vllatenus occidi patietur: tenebit̄ itaqꝫ manifestus ad-
D
uersarius legis/ cū absoluerit lege dānatā. In vestrū o phari-
sei caput: tota vestre malignitatis adinuentio retorquet̄. Dif-
fiditis cause: qui iudiciū subterfugitis. Nā illa quidē sine iniu
ria legis absoluitur: q̄ sine accusatore relinquitur. Sed cōside-
remꝰ fratres q̄m hinc abeant pharisei. Videtis ne duos senes
iam a senioribus exire ceperunt: quō in pomerio ioachim ab-
scondūtur? Susannā q̄rūt vxorē eius: sequamur eos: nā iniqua
cogitatione pleni sunt contra eā. Consentire nobis aiūt senes
aiunt pharisei/ aiunt lupi/ q̄ ab alterius pauloante/ lꝫ errantis
ouicule fuerant deuoratione frustrati. Consentire nobis: ⁊ cō
miscere nobiscū. Inueterati dierū malorū: modo accusabatis
adulteriū: mō adulteriū suadetis? Sed hec est tota iusticia ve
stra: ⁊ q̄ palā arguitis: eadē agitis in occulto. Hinc fuit q̄ exi-
stis vnus post vnū cū ille oīm ꝯscius occultorū/ vestras tā vali
Mat. v.
de ꝑcussisset conscientias/ dicēs. Qui sine pctō est vestrū: primꝰ
in eā lapidē mittat. Merito ꝓinde ad discipulos v̄itas ait. Ni
si abūdauerit iusticia vestra plus q̄ scribarū ⁊ phariseorū: non
intrabitis in regnū celorū. Alioq̄n dicemus aiūt contra te te
stimoniū. Semen chanaam ⁊ nō iuda/ nec hoc q̄dem Moyses
in lege mandauit. An qui decreuit adulterā lapidare/ manda
uit accusare pudicā? An q̄ iussit adulterā lapidibus opprimi:
etiā iussit cōtra insontem testimonium ferri? Immo vero sicut
adulterā: sic etiam falsum testem nō impunitū eē p̄cepit. Sed
Dan. xiij.
qui gloriamini in lege: p legis p̄uaricationē deū inhonoratis.
ingemuit susanna ⁊ ait. Angustie mihi sunt vndiqꝫ. Undiqꝫ em̄
mors. Hinc quidē corporea: inde spūalis. Si hoc inquit ege-
ro mors mihi est: si aūt nō egero non effugiam manus vestras.
E
Vestras o pharisei manus nec adultera effugit nec pudica:
vestras accusationes nec sanctus nec peccator euadit. Dissi-
mulatis peccata vestra: vbi inueneritis aliena. Alioquin si q̄s
forte suū non habet: vestrū ei impingitis crimen. Quid tamē
susanna facit inter mortem ⁊ mortē: aīe. s. ⁊ corporis vndiqꝫ an
gustiata? Melius est mihi/ inquit, absqꝫ ope incidere i manus
hominum: q̄ derelinquere legem dei mei. Nimirū sciebat ista
q̄ horrendum sit incidere in manus dei viuentis. Nam homi
nes cum occiderint corpus anime non habent vltra quid fa-
ciant: ille autem timendus est qui potestatem habet ⁊ corpus
⁊ animam mittere in gehennā. Quid familia ioachim tardat?
Irruat per posticum: nā in pomerio clamor auditur. Clamor

vt luporū grauium: ⁊ balantis ouicule inter eos. Sed non pati
tur ab eis innoxiam deuorari/ qui ab ipsis eorū faucibus tā di
gnanter eripuit: etiam eripi non merentem. Merito ꝓinde cū
duceretur ad mortem erat cor eius fiduciam habens in domi
no: quem vsqꝫ adeo timuisset: vt timorem omnem postposuisset
humanum: ⁊ ipsius legem ⁊ simul vite preposuisset ⁊ fame. Nō
enim dictus fuerat sermo huiuscemodi aliq̄n de susanna. Sed
⁊ parentes eius iusti erant: ⁊ vir eius honoratior omniū iudeo
rum. ¶ Merito igitur a iusto iudice iustā de iniustis obtinuit
F
vltionē: que tam vehemēter iusticiam esuriuit: vt ꝓpter eā cō
temneret mortem corporis/ opprobrium generis/ luctum incō
solabilem amicorū. Et nos fratres. si a xp̄o audiuimꝰ/ nec ego
te condemnabo: si peccare iam nolumus contra ipsum: si i xp̄o
volumus pie viuere: necesse est sustineamus ꝑsecutionē ne ma
lum pro malo: aut maledictum pro maledicto reddamꝰ. Alio-
quin qui patientiam non seruauerit perdet iusticiam: hoc est vi
tam perdet/ hoc est perdet animam suam. Mihi vindictā ⁊ ego
retribuam dicit dn̄s. Ita prorsus est. Ipse retribuet sed si ei vi
dictam serues: si non tollas ab eo iudicium: si non reddas re-
tribuentibus tibi mala. Faciet iudicium sed iniuriam patiēti:
in equitate iudicabit: sed pro mā̄suetis terre. Iam vobis ni fal
lor molestum est q̄ delicie tardant. Non miremini delicie sunt.
Non onerabunt quālibet satiatos: nec a ructantibus quidem
poterunt fastidiri. Missus est gabriel angelus a deo in ciuita-
tem galilee cui nomē nazareth. Miraris q̄ nazareth parua ci-
uitas ⁊ tanti regis nuncio illustretur/ ⁊ tanto. Sed magnus la
tet in hac parua ciuitate thesaurus latet inq̄: sed homines la
tet non deum. An non thesaurus dei maria. Ubicūqꝫ illa est: et
cor eius. Oculi eius sup eā/ vbiqꝫ respicit humilitatem ancille
sue. Nouit celū vnigenitꝰ dei p̄ris? Si nouit celū: nouit ⁊ naza
reth. Quidni sciat p̄riā suā. Quidni nouerit hereditatē suā?
Ps. cxiij.
Celū ex p̄re: nazareth ex m̄re vēdicat sibi: sicut ipse se ⁊ filiū da
uid ⁊ dn̄m esse testatur. Celū celi dn̄o: terram aūt dedit filijs
hoim. Cedat ergo ei vtrūqꝫ necesse est in possessionem: qui non
modo dn̄s sed ⁊ filius hominis est. Audi etiam quō terram si
G
Canti. ij.
bi/ tanqꝫ filius hominis vēdicat: sed ⁊ cōlcat tanqꝫ spōsus. Flo
res inquit apparuerunt in terra nostra. Neqꝫ hinc discrepat
q̄ nazareth interpretatur flos. Amat florigeram patriam flos
de radice iesse/ ⁊ libenter inter lilia pascitur/ flos cāpi ⁊ lilium
conuallium. Cōmendat enim flores: pulchritudo/ suauiolentia
⁊ spes fructus/ gratia triplex. Neqꝫ florem reputat deus/ ⁊ be
ne ei cōplacet in te: si tibi nec honeste cōuersationis decor nec
bone opinionis fragrantia: nec intētio desit future retributio
H
nis. Fructus enim spūs est vita eterna. ¶ Ne timeas maria in
uenisti em̄ grām apud dn̄m. Quantā grām? Grām plenā/ grā
singularem. Singularē an gn̄alem? Utrūqꝫ sine dubio q̄ ple-
nam: ⁊ eo singularē quo gn̄alē: ipsa em̄ gn̄alem singulariter ac
cepisti. Eo inq̄ singularem quo gn̄alem/ nā sola pre omnibus
grām inuenisti. Singularē q̄ sola hanc inueneris plenitudinē
Textus.
Generalem q̄ de ipsa plenitudine accipiant vniuersi. Benedi
cta tu in mulieribus: ⁊ benedictus fructus ventris tui. Singu
lariter q̄dē fructus ventris tui est sed ad oīm q̄dem mētes te
mediāte ꝑuenit. Sic nimirū/ sic olim ros totus in vellere: totꝰ
in area: sed in nulla pte aree totus sicut in vellere fuit. In te so
la rex ille diues ⁊ p̄diues exinanitus/ excelsus/ humiliatus/
immensus/ abbreuiatus/ ⁊ ab angelis minoratus est/ verꝰ de-
niqꝫ deus ⁊ dei filius incarnatus. Sed q̄ fructu? Nempe vt oēs
eius paupertate locupletemur: eius humilitate subleuemur/
eius minoratione magnificemur/ eius incarnatione adheren-
I
tes deo/ incipiamus vnus esse spiritus cum eo. ¶ Sed quid di
cimus fratres. Cuinam potissimum vasi/ gratia infundet̄. Si
vt supra meminimus capax quidem est misericordie fiducia:
patientia vero iusticie: quale iam poterimus idoneum gr̄e re-
ceptaculū exhibere? Balsamum est purissimum ⁊ solidissimū
vas requirit. Et quid tam purum quidue tam solidum q̄ hu-
militas cordis? Merito proinde humilibus dat gratiam: me-
rito respexit deus humilitatem ancille sue. Quoniam merito
queris? Eo vtiqꝫ: quo animum humilem: meritum non occupa
ret humanum: quominus libere influeret diuine gratie plenis-
K
tudo. ¶ Sed ad hanc nobis humilitatem quibusdam erit gra
dibus ascendendum. Primo enim cor hominis quē adhuc pec
care delectat: nec miseram consuetudinē ꝓposito meliore mu
tauit: ne sit gratie capax ꝓprijs vitijs prepeditur. Scđo quoqꝫ
vbi corrigere mores ⁊ priores nequitias de cetero nō iterare
ꝓponit: ipsa tn̄ peccata preterita lꝫ iam amputata quodammo
do videantur: dum in eo manent gratiam non admittunt. Ma
nent aūt donec confessione lauentur: donec succedentibus di
gnis fructibus penitentie de medio fiant. Sed ve tibi: si forte
vitijs ⁊ peccatis ꝑniciosior successerit ingratitudo. Quid em̄
tam euidenter gratie aduersatur? Tepescimus processu tem-
poris a feruore cōuersationis nostre/ paulatim refrigescit cha

ritas:abũdat iniquitas:vt consumemur carne qui spũ cepera mus. Jnde enĩ est vt minus ea sciamus q̃ a deo donata sunt a nobis:indeuoti pariter z ingrati. Timorẽ dñi relinq̃mus:r eligiosam omittimus solitudinem/verbosi/curiosi/faceti/etiã detractores z murmuratores/vacantes nugis fugitantes labores discipline/quotiens sine nota id lz quasi vero confestiz sit etiã sine nota. Quid ergo tantis repulsam obstaculis:gratiam nobis deesse miramur? Jãvero si quis iuxta apl̃m verbum xp̃i:verbũ gratie in eo habitet gratus est:si quis deuotus/si quis sollicitus/si q̃s spũ feruẽs/caueat sibi ne suis fidat meritis:ne suis opibus innitatur:alioq̃n nec huiuscemodi quidẽ aim intrat gratia. Nimiꝝ plenus est:nec in eo iam inuenit gr̃a locũ sibi. Consideretis phariseũ illũ orantem. Non erat raptor nõ iniustus:nõ adulter. An sine fructib⁹ pnie erat? Jeiunabat bis in sabbato:decimas dabat oim q̃ possidebat. Sed ingratũ forsitã suspicamini. Audite quid dicat. De⁹ gratias ago tibi. Sed nõ erat vacuus:nõ erat exinanitus:nõ erat humilis:sed elatus. Non enĩ quid sibi deesset scire studuit sed exaggerauit meritũ suũ:nec erat solida plenitudo/sed tumor. Vacuus ꝓinde redit:q2 plenitudinẽ simulauit. Nã publicanus ille q̃ exinanire seipm:q̃ vacuũ vas exhibere curauit:gratiam retulit ampliorẽ. Nos ergo fratres si gr̃am cupimus inuenire:sic decetero abstineamus a vitiis:vt de p̃teritis quoq3 peccatis digne peniteamus. Nihilominus quoq3 solliciti sim⁹ z deuotos nos deo z se humiles exhibere:hmõi nempe aĩas gratanter respicit pio illo respectu de quo sapiens ait. Quoniam gr̃a z mĩa dei est in sanctos eius:z respectus in electos illius. Et forte ꝑpterea quater reuocat aĩam quã respicit/ dicens. Reuertere reuertere sunamitis:reuertere reuertere:vt intueamur te:quo videlz nec in peccãdi cõsuetudine/nec ĩ cõscientia peccatoꝝ:sed nec in tẽpore z torpore ingratitudinis aut in elationis cecitate ꝑsistat. A quo nos quadripertito periculo reuocare z eripere dignetur:qui factus est nobis a deo sapientia z iusticia z sanctificatio/z redẽptio iesus xp̃s domin⁹ noster:qui cum patre z spũsancto viuit z regnat deus per infinita secula seculorum. Amen.

Coll.iij. — Lu.xviij. — Sap.iiij. — Canti.vj.

Dominica in ramis palmarum:de tribus ordinib⁹ obsequentium christo. Sermo primus.

On sine cã spm̃ sponsi pariter z dei sui habens ecclesia:ꝓcessionẽ hodie noua quadã z mira cõiunctione addidit passioni. Nã ꝓcessio plausum hz:passio planctũ. Qm̃ ergo sapientibus et insipientibus debitores sumus:videam⁹ q̃d vtrisq3 cõferat hec cõiunctio. Et prius quidẽ quid secularibus indicet:qm̃ nõ prius qd̃ spũale:sed qd̃ aiale. Videat secularis aĩa:videat z intelligat:qm̃ extrema gaudij luctus occupat. Propter hoc enĩ q̃ cetera quoq3 cepit facere z docere:nõ solũ verbis p̃dicãs sed exẽplis:qd̃ añ p̃dixerat p prophetã Qm̃ ois caro fenũ:z ois gloria eius tanq3 flos feni:etiã apparens in carne manifeste studuit ꝓbare in seipso:Vñ z ꝓcessionis gloria voluit sublimari:q̃ paulopost sibi nouerat imminere diẽ ignominiosissime passionis. ¶ Quis ergo sperare iã debeat in incerto glorie tp̃alis:cũ videat in ipso quoq3 q̃ peccatum nõ fecit creatorẽ tẽpoꝝ z cõditorẽ vniuersitatis post exaltationẽ tantã:tantã nihilominus humiliationẽ seq̃. Jn eadẽ enĩ ciuitate a plebe eadẽ z eodẽ tp̃e nũc quidẽ ꝓcessionis gloria z diuinis est laudibus honoratus:postmodũ vero interrogatus cõtumeliis z tormẽto z cũ sceleratis deputatus. Hic est transitorie finis leticie:hic fructus glorie tp̃alis. Propterea prudẽter orat ꝓpheta vt cãtet dño gloria eius z nõ cõpungatur.i.ꝓcessionẽ habeat:quã passio nõ sequat. Vobis autem charissimi tanq3 spũalibus spũalia cõparãtes:in ꝓcessione quidem/celestis patrie repñtamus gloriã:in passione monstramus viã. Nã si in ꝓcessione q̃dẽ venit tibi in mentẽ futura illa leticia z exultatio multa nimis:qñ rapiemur in nubib⁹ obuiã xp̃o in aera. Si tota cõcupiscẽtia videre desideras diẽ illã:qñ suscipiet in celesti hierlm xp̃s dñs caput/cũ oibus membris portãs triũphũ victorie applaudentib⁹ iã nõ popularib⁹ turmis:sed virtutibus angelicis clamãtibus vndiq3 ꝑplis vtriusq3 testamẽti benedictus q̃ venit in noie dñi. Si inq̃ cõsiderasti in ꝓcessione quo ꝓperandũ sit:disce in passione qua sit eundũ. ¶ Hec est enĩ via vite/tribulatio pñs/via glĩe/ via ciuitatis habitaculi/via regni fm̃ qd̃ clamat latro de cruce: memento mei dñe dũ veneris in regnũ tuũ. Euntẽ in regnũ vidit:quo cũ ꝑuenisset:sui memorẽ esse rogauit. Peruenit ergo z ipse. Sz si vis nosse q̃ cõpendiosa via. Eadẽ die meruit cũ dño eẽ in paradiso. Tolerabilẽ ꝓinde reddit passiõis laborẽ glĩa ꝓcessionis qm̃ amãti nihil difficile est. Ne mireris q̃ pñti ꝓcessione:celestẽ dixerim repñtari:qñ vnus z idẽ in vtraq3 suscipit:z si lõge aliter z ab aliis. Jn hac enĩ ꝓcessione irrõnabili iumẽto xp̃us insidet:in illa vero iumentũ futuꝝ est/sed rõnale:qm̃ hoĩes et iumenta saluos facies dñe. Cui sĩle est illud. Ut iumẽtũ fact⁹ sum apud te:z ego semp tecũ. Et vide si nõ de ꝓcessione loq̃t cũ seq̃tur. Tenuisti manũ dexterã meã:z in volũtate tua deduxisti me:z cũ glĩa suscepisti me. ¶ Jbi certe ne ipse q̃dẽ pullus deerit:qm̃ z si murmuret hereticus pullos nõ sinens venire/ paruuloꝝ baptismo detrahẽs:q̃ paruulus natus est:z primaz paruuloꝝ elegit aciẽ innocẽtes loquor hodie quoq3 pullos a gr̃a nõ excludit:q2 nec pietati incõgruũ/nec maiestati ei⁹ difficile est/vt suppleat munus gr̃e qd̃ min⁹ in eis hz natura possibile. Jbi nõ ramos arboꝝ/nõ vilia vestimẽta popularis turma ꝓsternet:sed demittẽt pẽnas suas aĩalia sancta:deponent coronas suas añ thronũ agni:vigintiquattuor seniores:z virtutes oẽs angelice quicq̃d hñt glĩe vel decoris totũ ei ascribẽt totũ ei attribuẽt. ¶ Jam vo qm̃ de iumẽto z vestibus z de ramis arboꝝ mẽtio facta est:cõsiderare diligẽtius libet triplex obsequiũ qd̃ in ꝓcessiõe hac exhiberi video saluatori. Primũ quidẽ a iumẽto cui insidet. Scd̃m ab eis q̃ sua illi vestimenta sternũt. Tertiũ vero ab his q̃ de arboribus ramos cedere ꝓhibent. Nonne tñ oẽs relicti ex eo qd̃ abũdat sibi mittũt:z quasi sine grauamine obsequitur dño:solũ vero iumẽtũ semetipsũ exponit eius obseq̃o: Silendũ mihi est/vt elationẽ caueatis: an magis loquar vt habeatis cõsolationẽ. Jumentũ cui insidet xp̃s nõne vos estis:iuxta p̃ceptũ apl̃i. Glorificãtes z portãtes deũ in corporibus vestris. Expẽdũt enĩ seculares hoĩes ĩ obsequiũ dñi:nõ quidẽ corpora sed q̃ adiacent/z necessaria sunt corporibus/cũ de terrena substãtia elemosynas largiunt. Prelati quoq3 ramos cedũt de arboribus vbi cã:cũ de fide z obedictia abrae:de castitate ioseph:de mãsuetudine moysi/ceterorũq3 sanctoꝝ virtutibus euãgelizant. Verũtñ z illi de promptuario plenis largiunt:z hi q̃ accepẽrũt gratis:gratis nihilominus dare iubent. Oẽs tñ si fideliter suo q̃sq3 intẽtus fuerit ministerio in ꝓcessione saluatoris sunt/z cũ eo ingrediũtur in sanctã ciuitatẽ:qm̃ tres p̃uidit ꝓpheta saluãdos:noe cedẽtem ramos in arche fabricã:danielẽ in vili edulio z labore abstinẽtie factũ tanq3 iumẽtũ saluatorẽq3 portantẽ:tertiũ quoq3 iob bene dispensantem substantiam huius mundi:z de velleribus ouium suarum pauperum latera calefacientem. Cui tñ in processione illa iesus propinquior:cui de tribus ordinibus salus vicinior facile credo potestis aduertere.

Roma.j. — Esa.xl. — Ps.xxvi. — Lu.xxiij. — Ps.lxxij. — Apo.iiij. — j.Corin.vj.

In ramis palmarũ de passione et processiõe et quattuor ordinibus processionis. Sermo.ij.

Ecesse est vt loquamur hodie breuius ꝓpter angustiã tp̃is. Multa quidẽ nobis ministrat ꝓcessio quã celebraturi sumus:sed eadẽ impedit ne dicere plura possimus. ¶ Celebraturi sum⁹ hodie processionem:z paulopost audituri passionẽ Quid sibi vult mirabilis ista cõiunctio:aut q̃d cogitauerunt patres nostri passionẽ addentes ꝓcessioni: Nã ꝓcessio quidẽ merito repñtatur hodie:q̃ facta est hodie Passio vo cur addita est:quam sexta feria cõstat esse secutã? Oportune vtiq3 ꝓcessioni passio coniũcta est:vt discamus in nulla leticia huius seculi habere fiduciam:sciẽtes qm̃ extrema gaudij luctus occupat. Propterea nõ simus stulti:vt occidat nos ꝓsperitas nostra/sed in die bonoꝝ nõ imemores simus malorũ:z ecõuerso. Jstis enĩ mixtũ est pñs seculũ:nõ secularib⁹ tm̃ sed etiã spũalibus viris Nã secularibus viris aliq̃n q̃ placẽt: q̃nq3 q̃ displicẽt videmus accidere:z ipsis nihilominus spũalibus nõ semp tristia:no semp leta succedũt/sed vespere z mane dies vnus. Et illud. Visitas eũ diluculo:z subito ꝓbas illum. Vexꝫ hoc interiz dũ pñs seculũ manet:vel manat magis z fluit Ceteꝝ post hoc seculum duo futura sunt secula valde diuisa z diuersa:ita vt in altero nõ nisi fletus z stridor dentium:in altero sola gratiarũactio z vox laudis. Absterget enĩ deus omnẽ lachrymã ab oculis sanctoꝝ:z mors iã nõ erit ampli⁹: neq3 luctus/neq3 clamor:sed nec vllus dolor:qm̃ priora trãsierũt. Jnteriz sicut amatores mũdi multa patiunt aduersa:sic nec ipsis seruis dei oĩa in hoc mũdo optata succedũt. Jn die ergo maloꝝ memores sunt bonoꝝ ne pusillanimes fiãt z impatientes: sicut is de quo legimus in psalmo. Confitebit tibi cũ benefeceris ei. Jn die quoq3 bonoꝝ nõ immemores sunt maloꝝ:ne extollant z dicãt in abundantia sua:non mouebimur in eternũ. Sicut enĩ seculariũ reꝝ ꝓsperitas occidit stultũ secularez:sic põt z abũdãtia spũalis ꝓsperitatis occidere indoctũ spũalez atq3 idõ nõ spũalẽ. Spũalis q̃ppe diiudicat oĩa. Vñ aũt eueniat q̃ stultũ occidit ꝓsperitas z non sapiẽtẽ:alibi habemus. Cor sapientis vbi tristicia z cor stultorum vbi leticia. Merito ꝓinde ait. Bonum est magis ire ad domum luctus q̃ ad domum conuiuij. ¶ Licet enim multos frangat aduersitas: tñ multo plures extollit prosperitas:sicut scriptum est. Cadent a latere tuo mille/

Ps.xxix. — Job.vij. — Ps.xlviij. — Eccle.vij. — Ps.xc.

tuo mille/sinistro scʒ p qđ signatur aduersitas:ꝛ dext̃ milia.i. multo plures a dextris tuis:in quibus ꝓsperitas designatur. Prouer.xxx Deniqȝ q̃ vtrobiqȝ periculū est:orat sapiens ꝛ dicit. Diuitias ꝛ paupertates ne dederis mihi:ne forte aut diuitie extollerēt in superbiam:aut paupertas dencerct in impatiētiā. Vñ ꝛ dñs si cut in passione patientiā:ita in ꝓcessione humilitatē exhibe re curauit. In illa eñ tanq̃ ouis ad occisionē duct⁹ est:ꝛ quasi agnus coram tondente obmutuit:ꝛ nō aperuit os suū. Qui cū Lu.xxiij percuteret non cōminabatur:sed magis orabat/dicēs. Pater ignosce illis q̃ nesciunt quid faciunt. In ꝓcessione aūt quid? Parabant sese populi:vt exirent obuiā ei:nec eū latebat q̄ no uerat quid esset in hoie. Propter qđ ꝛ ipse paratus est nō i cur ribus ꝛ in equis/nec in frenis argēteis:aut sellis auro tectis: sed humilis aselli tergo sedēs suppositis apl̃oꝝ vestib⁹ quas A ego de ꝑciosioribus regionis fuisse non credo. ¶ Sed q̄d fuit q̄ ꝓcessionem hr̃e voluit:q̄ mox futurā nouerat passionē: For te vt amarior esset passio:quā ꝓcessio ꝑcessisset. Ab eodē enim ꝑplo:in eodē loco ꝛ ipso tp̃e paucissimis dieb⁹ interpositis pri mo cū tanto triūpho susceptus:postea crucifixus est. O q̄ dis simile est:tolle tolle crucifige eū:ꝛ benedictus qui venit in no mine dñi osanna in excelsis. Et dissile rex israel:ꝛ non habe mus regē nisi cesarē. Et dissimiles rami virētes ꝛ crux/flores ꝛ spine. Cui prius sternebant vestimēta aliena:ecce suis exuit B ꝛ foris mittitur sup ea. ¶ Ve tibi amaritudo pctōꝝ nostroꝝ: ꝓ pter q̄ soluēda tāta amaritudo necessaria est: Iā vero ad ꝓces sionē accedēs tāq̄ quattuor ordines in ea mihi videor intueri ꝛ fortassis in hac nostra ꝓcessiōe hodie oēs poterūt inueniri. Preibāt eñ aliq̄ ꝛ viā parabāt:ipsi sunt q̄ viā parāt dño ad cor da vīa:q̄ vos regūt ꝛ dirigūt gressus vr̃os in viā pacis. Alij se quebātur:ꝛ hi sunt q̄ ꝓpt̃e insciētie ꝯscīa deuote sequunt ꝛ ad herent semꝑ vestigijs ꝑcedētiū. Erant quoqȝ discipuli tāq̄ do mestici/latericius adherētes. Ipsi sunt q̄ optimā partē elege rūt:q̄ in claustro soli deo viuūt:semꝑ deo adherētes ꝛ ei⁹ placi tū cōsiderātes. Ipm q̄ȝ iumētū cui insidebat nō defuit:qđ de signat duros corde:ꝛ alios quodāmō bestiales. Ueꝝ nō fuit alia liu ibi hmōi copiosior multitudo:nec oportuit. Tales eñ ma gis oneri sunt q̄ honori:nec ꝓpter eos ꝓcessio valde gl̃iosior est. Hmōi nāqȝ cātare nō norūt/sed male sonoros dāt rugitus. Ipsi sunt q̄ virga semꝑ ꝛ calcaribus egēt. Attñ nec ipos relin quet dñs:dū disciplinā ferre voluerit. His eñ dr̃. Seruite dño in timore:ꝛ appzehēdite disciplinā neqñ irascat dñs ꝛ pereatis de via iusta. Postq̄ eñ iumētū hoc disciplinaꝫ ferre noluerit: q̄d restat nisi vt abiciat eū dñs cū indignatione quadā:ꝛ ꝓti nus exeat a via:currēs ad spinas ꝛ tribulos a q̄b⁹ suffocabat ꝟbū dei:q̄ sunt diuitie hui⁹ mūdi ꝛ voluptates carnis. Sed si q̄ tales sunt hic q̄bus grauis sit ordo/ꝛ oīa onerosa quos pun gi frequēter oporteat ꝛ vrgeri:obsecram⁹ eos vt studeāt de iu mētis si forte queāt in hoies cōmutari ꝛ cōputari inter eos vt aut de ꝑcedētib⁹:aut de adherētib⁹ ꝛ collateralibus: aut de sequētibus sint. Qđ si nō faciūt:obsecro vt vel in eo qđ sunt ꝑ maneāt:ꝛ patiēter interim ferāt q̄ salubria sunt ꝛ si minus sua uia:donec cōplaceāt dño respicere humilitatē eoꝝ:ꝛ in meli⁹ C aliq̄d eos ꝓmouere. ¶ Uultis aūt vt aliquatenus ꝯsolemur iu mētū nr̃m: Scim⁹ eq̄dē q̄ cātare nō nouit. Neqȝ eñ de eis est ps.cxviij. q̄ dicere possit. Cātabiles mihi erāt iustificatiōes tue:in loco ꝑegrinationis mee. Attñ vnū est q̄ nemini ceteroꝝ tā ꝓpe est dñs. Nā nec ipsi q̄ hincinde adherēt tā ꝓpe eū hñt:vt iumētū ps.xxxiij. cui insidet. Et audi hoc ipm a ꝓpheta. Prope est dñs [illegible] q̄ tri bulato sunt corde. Nā ꝛ mater quē egrotantē nouit filiū/magis fouet:ꝛ sepi⁹ amplectit eū. Nemo igit indignet: nemo ꝯtēnat dū voluerit esse xp̄i iumentū. Etem̄ q̄ scādalizauerit vnum de pusillis istis:illū grauiter offendit:q̄ eos tanq̄ mater gremio suo fouet mīe/donec roborent. Vñ ꝛ moꝝ infirmitates patien tissime ferēdas btūs benedict⁹ admonuit. Quattuor ergo sūt gñā in ꝓcessiōe dñi. Boni prudētes/ꝛ boni simplices: hi sunt q̄ ꝑeunt ꝛ q̄ sequunt. Bonos aūt addidi:q̄ prudētes nō boni Hiere.iiij iniq̄ sunt iuxta illud. Sapiētes sunt vt faciāt mala:ꝛ simplices nō boni stulti sunt. In ꝓcessione aūt dñi nec iniquus locū ha bet/nec stultus. Porro qui adherent ei contēplatiui sunt. Quiqȝ portant eum ꝛ onerantur eo:ipsi sunt duri corde ꝛ paꝝ deuoti. Sed ecce oēs sunt in processione dñi:ꝛ nemo ex ipsis faciē ei⁹ videt. Nam q̄ precedunt occupati sunt in paranda via·sollicit circa peccata ꝛ tentationes alioꝝ. Qui sequuntur ipsi.oīno fa ciem ei⁹ videre non pñt/sed sicut moysi dictum est/posteriora eius vident. Iumentū cui insidet nūq̄ ad videndū leuat ocu los:sed pronū est semꝑ in terrā. Qui vero adherent: ipsi aliq̄n videre possunt:sed raptim ꝛ non continue nec plene:dū adhuc sunt in via. Attamen q̄ntum ad alios/ipsi magis facie ad faciē eum vident:iuxta qđ vere de moyse scriptum est:q̄ ceteris qui dem prophetis ꝑ visiones ꝛ somnia:moysi vero facie ad facieꝫ loquebatur. Quantum ad plenam sane visionem/nec ipe moy ses dñi viueret in hoc mūdo impetrare potuit faciei ipsi⁹ visio nem:q̄ sicut ipse ait. Non videbit me homo ꝛ viuet. Non vide Exo.xxxiij bor inquit in hac vita:non videbit quis faciem meam in hac via:ꝛ in processiōe ista. Ipse itaqȝ magna pietate sua donet no bis sic in eius processione perseuerare dum viuimus:vt in ma gna illa processione:qua cum suis omnibus a patre suscipien dus est ꝛ traditurus regnum deo ꝛ patri/sanctam ciuitatē in gredi mereamur:cum eo qui viuit ꝛ regnat per omnia secula seculorum. Amen.

¶ De quinqȝ diebus processionis:refectionis: passio nis:requietionis:resurrectionis. Sermo tertius. vnde supra.

D

Cum vniuersa fecerit deus in numero/pondere/ ꝛ mēsura:specialius tñ ea tp̃a q̄bus in terris visus est/ꝛ cū hoibus cōuersatus est:q̄cūqȝ in eis ope tus/locutus:aut passus est:ita disposuit vt mini mū q̄dem momētū/ne vnū iota a sacramento va cauerit:aut ꝑterierit sine mysterio. Euidēti⁹ tñ quattuor ꝓximos dies:ꝛ ipm quem hodie colimus illustrauit diē ꝓcessionis/diē refectionis/passiōis/requietiōis/ꝛ resurre ctionis sue. Notabiles admodū dies:ꝛ inter ceteros insignes magis. Prima siq̄dem die gl̃iam suscipere dignatus est huma nam:ꝛ cū ingenti quodā tripudio:ꝛ exultatione vniuerse ter re hierosolymā nō ꝓprijs vt hactenus ꝯsueuerat pedib⁹:sed iumēto vectus intrare. Et hec q̄dem ꝑparatio ad passionē fuit excitata hinc maxime inuidia sacerdotū. Sane vēturas aliq̄n turbas vt raperent ꝛ cū regē facerent:fugiens legit declinasse se. Nunc vero etiā non q̄situs affuit:vt tanq̄ rex israel suscipe retur ꝛ ꝑdicaretur ab eis:q̄ etiā in hec ipsa ꝑcordia eoꝝ quod dubiū nō est aīos excitauit. Sic nimiꝝ ꝛ de passione aduerte re est. Exijt qñqȝ ꝛ abscōdit se ab eis.s.iudeis. Nec volebat iaꝫ ambulare palā in iudea:q̄ q̄rebant eum interficere. Sciēs au tē q̄ venerit hora eius tanq̄ potestatē habēs spontaneus ipse E se obtulit passioni. ¶ Decebat nēpe pontificē nostrū tentari ꝑ oīa ꝓ similitudine absqȝ pctō:vt tanq̄ verus hō ꝛ ꝓspera hoim ꝛ aduersa oportune vitaret:oportune susciperet:ꝛ vtrarūqȝ reꝝ in seipso nobis salutares ꝑberet exemplū. Ut eñ tēperantie est ꝑcordia ꝓpli ꝛ seculi hui⁹ ꝓspera declinare:sic interdū iusticie est/certa q̄dem dispensatione admittere ea. Persecutio quoqȝ ꝛ tp̃alis oīs aduersitas ꝓ loco ꝛ tp̃e prudenter aliq̄ñ fugiēda erit:cū aūt necesse fuerit viriliter toleranda. Et in his quideꝫ duob⁹ ꝓsperitatē ꝛ aduersitatē loquor, hum[illegible] oīs vita ver satur. Nihilominus aūt in illis quattuor notissimis vtriqȝ sp̄eb⁹ virtus vniuersa cōsistit. Ita ergo oēm virtutē implere decuit eū/in quo plenius habitabat oīs plenitudo virtutis:vt notuꝫ fieret oibus:q̄ is sciret maxime abūdare:sciret ꝛ penuriā pa ti. Non eñ dei sapiā de his erat/quos occidere ꝓsperitas sua nō dei virt⁹ de his quos ꝑdere posset auersio. Utrūqȝ eñ scri ptum est/q̄ ꝓsperitas nō oim sed stultoꝝ occidit illos: auer sio vtiqȝ nō quorūlibet:sed puuloꝝ ꝑdat illos. Et modeste tñ hanc ipsam videt gl̃iam suscepisse:ad triūphaleꝫ occursum in Mat.xxi. asino veniēs:non in curribus aut in equis. Et dicebat. Si q̄s vobis aliquid dixerit:dicite q̄ dñs his opus hꝫ. Op⁹ magnū F opus salutis. Nēpe hoies ꝛ iumēta saluos facere venerat:mul tiplicās miam suā deus. Initia nostre conuersionis fouet ista dignatio vt primū ex ancilla filiū generemus. Solutus est ad mandatū dñi q̄ antea tenebatur/aut nō valens:aut nō volens benefacere:aut vtroqȝ fortius vinculo alligatus: nec volēs.s. G nec valēs. ¶ Non nouit interim puri⁹ in dño gratulari:persua sum tenet placere ei qđ agit:ꝛ ꝯsolat in eo qđ sibi eū quodam modo se facere reputet debitorē:sepius memorās:q̄ dñs his opus hꝫ. Nā ꝓcessu tp̄is in eo magis afficiet vt suo sollicitetur debito:ꝛ timeat ne forte tantis beneficijs inueniatur ingratus dicēs q̄ seru⁹ inutilis sum:ꝛ bonoꝝ meoꝝ nō eges. At hec qui dē verax affectior fidelis:hic filius libere:cū quo ancille fili⁹ heres esse non possit. Ita ergo in hac ꝓcessione. Ceteꝝ añ pas sionē affectuosi⁹ paterfamilias refectionē suis curauit dome sticis exhibere:ꝛ in hoc quoqȝ apparuit benignitas et huma nitas saluatoris. Cū eñ dilexisset suos in finē dilexit eos:ꝛ di Luc.xxij cebat. Desiderio desideraui hoc pascha māducare vobiscū an teq̄ patiar. Oportebat eñ. Expetierat eos sathanas vt cribra ret sicut triticū:opus erat ꝑuenire refectionē. Deniqȝ qui refe cti paulominus defecerūt: q̄d ieiuni fecissent: Hinc fuit q̄ nō mō corpora, sed etiā corda refecit/ꝛ ea q̄ maxime: Neqȝ enim corporalis passio sed tētatio spiritualis instabat/q̄ singulari ter ille futurus esset donec transiret. Ea nimiꝝ hostia sicut so la ꝓdesse potuit/sic sola suffecit:nec xp̄m decuit simul ꝛ petrū aut iacobum vel iohannem pro salute hominum pati. Crucifi xi tñ fuere cum eo/alij duo/sed duo nequam: de quibus nulla prorsus suspicio posset haberi tanq̄ ex eis minus efficax sacri

ficium suppleretur. ¶ Quibus ergo panibus in cena refecit aplo's? Ut ego arbitror omnibus. Meus inquit cibus est/ vt faciam volūtatem patris mei. Cibus vtiqꝫ: sed cib⁹ cordis: Quid enim eq̄ confirmat ꝛ corroborat humanū: qd ita in oi necessitate cōfortat ꝛ sustētat vt diuine volūtatis executio/ velut in quēdā aie ventrē consciam. s. eius ingesta? Sic ꝛ sermonē diuine exhortationis/ ꝛ pmissionū eius cōsolationē: ꝛ orantium lachrymas/ panes cordis esse solus ille ignorat: cuius iā aruit cor, pro eo qd̄ suū ipsi⁹ panē comedere sit oblitus. Sup oīa aūt caro dñi vere est cibus/ ꝛ cibus vite/ panis de celo viuus. Nullū ex his in hac tā solēni cena dñi defuisse repies: si diligenter aduertas. Recūbētibus adhuc discipulis surgit a cena/ pcingit lintheo/ aquā ponit in peluim/ discipulorꝫ pedes abluit et extergit. Non est volūtas carnis ꝛ sanguinis hec/ sed volūtas patris ꝛ sanctificatio nostra. Deniqꝫ si non lauero te/ ait dñs ad petrū obnixi⁹ repugnantē non habebis ptē mecū. S. im⁹ aūt quis dixit. Eū q̄ venit ad me nō eiciā foras: qr descēdi de celo: nō vt faciā voluntatē meā/ sed volūtatē eius qui misit me. Oportune aūt ꝛ vtiqꝫ more suo: post exēplū opis/ exhortationem sermonis adiūxit. Interloquendū q̄z nā copiosissim⁹ extitit sermo: multis eos pmissionibus pter instantē: maxime passionē refouere ꝛ refocillare curauit/ de resurrectione sua: de aduentu paraclyti: de eorum cōfirmatione: ꝛ aliqā assumptione ad seipm. Nec multo post ventū est ad orōnē/ ꝛ vsqꝫ tertio factus in agonia orabat. Ubi qdē nō solis oculis/ sꝫ quasi mēbris oibus fleuisse videt: vt totū corpus ei⁹ qd̄ est eccl'ia totius lachrymis corporis purgaret. Nā de sacramēto qdē corporis ꝛ sanguinis sui nemo q̄ nesciat hanc q̄z tantā/ ꝛ tā singularē alimoniā ea primū die exhibitā: ea die cōmendatā ꝛ mandatā deinceps frequētari. Ex hoc iā dies sequit passiōis. In qua nimirꝫ sicut totū hoiem saluū fecit: sic de toto se fecit hostiā salutarē: corpus exponēs tantis suppliciis ꝛ iniuriis: aiam pro gemine cuiusdā humanissime cōpassiōis affectu: hinc quidem sup merore incōsolabili sanctarꝫ feminarꝫ: inde sup desperatione ꝛ dispersione discipulorꝫ. In his quattuor crux dñica fuit: ꝛ hec oia pter nos passus est: q̄ tata charitate cōpassus est nobis. Uerūtñ q̄ de ipso erāt finē habuere/ sicut ipse lamētantibus mulieribus ait Finē vtiqꝫ celerrimū ꝛ celeberrimū primo qdē requiē/ deinde resurrectionē. Nos quoqꝫ si festinamus in illā ingredi requiē: p multas tribulationes nobis si meminerimus transeūdū est. Et prius qdē donec sumus in tribulatione: magnū nobis videt aspirare ad requiē/ tanq̄ nihil simus amplius desideraturi. Uerꝫ nō erit nobis requies ne in requie qdē ipsa a desiderio glorie/ a desiderio resurrectionis Amodo inqt iā dicit spūs vt reqescāt a laborib⁹ suis. A labore ĝ reqescūt q̄ in dño moriūtur: sed nō reqescūt interim a clamore. Deniqꝫ sub throno dei clamant aie occisorꝫ: qr ꝛ si nihil habeant quod molestet: nondum tamen totum habent quod delectet: donec requiem resurrectio: donec sabbatum pascha sequatur.

¶ Feria quarta hebdomade penose de passione domini. Sermo.

Vigilate aio fratres/ ne infructuose vos hui⁹ tēporis sacramēta ptrāseāt. ¶ Copiosa est benedictio date receptacula mūda/ deuotas aias/ sensus vigiles/ affectus sobrios/ puras cōscientias exhibete tātis carismatibus grarꝫ. Nimirꝫ admonet vos sollicitudinis hui⁹ nō mō spālis ipa conuersatio quā pfessi estis/ sed ꝛ gnālis ecclesie obseruatio cui⁹ filii estis. Uniuersi fideles xpiani sacra hac septimana: aut pre solito aut pter solitū pietatē colunt: modestiā exhibēt: humilitatem sectant: induūt grauitatē: vt xpo patienti/ quodāmodo cōpati videant. ¶ Quis enī tā irreligiosus q̄ non cōpungatur quis tā insolēs vt nō humiliet: quis tā iracundus vt nō indulgeat: qs tam deliciosus vt nō abstineat: qs tam flagitiosus vt nō contineat: quis tam maliciosus vt nō peniteat his diebus Merito quidem. Nēpe adest passio dñi vsqꝫ hodie terram mouens: petras scindēs: aperiens monumēta: ppe est etiā resurrectio eius in qua solēnitatē celebrabitis altissimo dño: vtinā vsqꝫ in altissima q̄ fecit magnalia alacritate ꝛ auiditate spūs subeūtes: Nihil in mundo poterat melius fieri: q̄z qd̄ factum est a dño his diebus. Nihil mundo poterat melius vel vtilius cōmendari: q̄z vt ritu ppetuo celebret ꝛ singulis annis memoriale eius in desiderio aie: ꝛ memoriā abūdātie suauitatis sue eructet. Utrūqꝫ aūt pter nos qr in vtroqꝫ nobis salutis fructus in vtroqꝫ vita spūs nostri. Mirabilis passio tua dñe iesu q̄ passiones omnium nostrum ppulsauit: ppiciata est omnib⁹ iniquitatibus nostris/ ꝛ nulli vnq̄ pesti nostre inuenitur inefficax. Quid enim tam ad mortem quod non tua morte saluetur? In hac igitur passione fratres tria specialiter conuenit intueri/ opus/ modum/ causam. Nā in opere quidē patiētia/ in modo humilitas/ in cā charitas commendatur. Patientia autem singularis/ qr videlꝫ cum supra dorsum eius fabricarent peccatores: cū sic extenderetur in ligno vt dinumerarētur oia ossa ei⁹ cū fortissimum illud propugnaculū qd̄ custodit israel vndiqꝫ foraretur: cū foderentur man⁹ ꝛ pedes/ sicut agnus ad occisionem ductus sit: ꝛ tanq̄ ouis coram tondente/ non aperuit os suum: non aduersus patrem murmurans a quo missus fuerat/ non aduersus humanum genus p quo q̄ non rapuit exoluebat: non deniqꝫ vel contra ppl'm ipsum peculiarem sibi/ a quo p tantis beneficiis/ tanta mala recipiebat. Plectuntur aliqui pro peccatis suis ꝛ humiliter sustinent: hoc ipsum tñ eis ad patientiam reputatur. Flagellātur alii nō tam purgandi q̄z probandi/ coronandiqꝫ: ꝛ maior in eis patientia cōprobatur ꝛ cōmendatur. Quō non maxima cēseatur in xpo q̄ in funiculo hereditatis sue/ ab his quibus spāliter aduenerat saluator: crudelissima morte mulctabat sicut fur/ nullū oino pctm̄ nec actu proprio/ nec contractu: sed nec in quo crescere posset habens? Nimirꝫ in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis nō vmbratice/ sed corporaliter: in quo de⁹ est mūdū reconcilians sibi: nō figuratiue/ sed substantialiter: qui deniqꝫ plenus est gratie et veritatis: nō cooperatiue/ sed personaliter. ¶ Ut faciat opus suum alienū est opus eius ab eo esaias loquitur qr ꝛ op⁹ suū fuit qd̄ dedit ei pater vt faceret: ꝛ alienum ab eo vt talis talia sustineret. Ita ergo habes in opere patientiam. Nam modum ipsum si diligenter attendas/ nō modo mitē/ sed ꝛ humilē corde cognosces. Nēpe in humilitate iudiciū eius sublatū est/ cū nec ad tantas blasphemias/ nec ad falsissima q̄ sibi obiciebātur crimina responderet. Uidimus inquit eū ꝛ nō erat ei aspectus: nō speciosum forma pre filiis hoim/ sed opprobriū hoim ꝛ tanq̄ leprosum nouissimum virorꝫ plane virū dolorꝫ adeo pcussum ꝛ humiliatus: ita vt nulla esset ei spēs neqꝫ decor. ¶ O nouissimum ꝛ altissimum: o humilem ꝛ sublimem: o opprobrium hominum ꝛ gloriam angelorū. Nemo illo sublimior/ nemo humilior. Deniqꝫ sputis illitus est: opprobriis saturatus est: morte turpissima condēnatus est: cū sceleratis deputatus est. Nihil ne merebitur vel ista humilitas/ que hunc hꝫ modū: immo q̄ tam est vltra modum? Sicut est patientia singularis/ sic ꝛ humilitas admirabilis vtraqꝫ sine exemplo. ¶ Utrāqꝫ tñ magnifice causa ipsa cōmendat: nimirꝫ charitas est. Propter nimiam quidem charitatem suam/ qua dilexit nos deus: vt seruū redimeret: nec pater filio/ nec sibi filius ipse pepercit. Uere nimiā qr ꝛ mensuram excedit/ modū superat/ plane supereminēs vniuersis. ¶ Maiorem inquit charitatem nemo hꝫ q̄z vt aiam suā ponat quis p amicis suis. Tu maiorē habuisti dñe/ ponens cā etiam p inimicis. Cum enī adhuc inimici essemus/ p mortem tuā/ ꝛ tibi reconciliati sumus ꝛ patri. Quenā alia videbitur eē vel fuisse vel fore huic similis charitati? Uix pro iusto qs moritur: tu pro impiis passus es/ moriens propter delicta nostra/ qui venisti iustificare gratis peccatores: seruos facere fratres, captiuos/ coheredes/ exules/ reges. Nec sane aliud aliqd patientiam hanc ꝛ humilitatem eque illustrat: q̄z qr tradidit in mortē aiam suam: ꝛ peccata multorꝫ tulit: etiā p transgressoribus rogans vt non perirent. Fidelis sermo ꝛ omni acceptione dignus. Quia enī voluit oblatus est. Non mō voluit ꝛ oblat⁹ est/ sed qr voluit. ¶ Solus nimirꝫ potestatem habuit ponendi aiam suam: nemo eam abstulit ab eo vltro. Cum accepisset acetum dixit. Consummatum est Nihil restat implendū iam non est quod expectem. Et inclinato capite factus obediens vsqꝫ ad mortem tradidit spiritum. Quis tam facile qꝫ vult dormit Magna sic quidem infirmitas mori: sed plane mori virtus immensa. Nēpe qd̄ infirmum est dei/ fortius est hoibus. Pōt humana vesania sibimet ipsi in mortem sceleratas inijcere manus/ sed non hoc est ponere aiam suam: vrgere eam magis ꝛ violenter abrūpere q̄z ad nutum ponere est. Tibi impie iuda misera plane facultas fuit non ponendi aiam/ sed pendendi: nec tradente te/ sed trahente laqueo nequissimus ille spūs tu⁹ exiuit non emissus a te/ sed amissus. Solus in mortē tradidit animā suam: q̄ solus virtute propria regressus est ad vitā. Solus potestatem habuit ponendi: q̄ solus facultatem eque habuit liberam resumendi: imperium habens vite ꝛ mortis. ¶ Digna ergo charitas tā inestimabilis: humilitas tā admirabilis: patiētia tā insupabilis. Digna plene tam sancta/ tā immaculata hostia: tā acceptabilis. Dignus est agnus q̄ occisus est accipere fortitudinem facere ad qd̄ venit/ tollere peccata mundi. Ego autem dico peccatum triplex quod inualuit super terram. Puto satis qr dicere velim concupiscentiam carnis ꝛ concupiscētiā oculorum ꝛ superbiam vite? Funiculus triplex est qui difficile rumpitur/ propterea multi trahunt immo trahuntur hoc funiculo vanitatis: sed prior ille ternarius non immerito pualet in electis. Quō enim non illius patientie recordatio omnem

arceat

arceat voluptatẽ: quõ nõ illius humilitatis consideratio: sup͛biam vite prorsus extũdat. Nã charitas illa plane digna cuiꝰ meditatio sic mentẽ occupet: sic totã sibi vẽdicet aiam: vt oĩno vitiũ curiositatis exufflet. ¶ Fortis igit͛ contra hec passio saluatoris: sed aliud ego triplex eque petm̃ queadmodũ virtꝰ crucis expugnat dicere cogitaui: ⁊ id fortevtilius audiat͛. Primũ quidẽ originale: scdm̃ personale dixerim: tertium singulare. Et originale quidem maximũ illud delictũ vocat͛: qđ a primo adã cõtrahimus in quo peccauimus oẽs: ꝓ quo morimur vniuersi. Maximũ plane qđ sic totũ nõ mõ genus humanũ / ſʒ ⁊ quẽlibet ipsiꝰ gñis occupat vt nõ sit q̃ euadat: nõ sit vsq̃ ad vnũ. A primo hoie vsq̃ ad nouissimũ ptẽditur: ⁊ in singulis q̃ a plãta pedis vsq̃ ad verticẽ diffunditur hoc venenum. Sed ⁊ aliter nihilominus in vniuersam dilatatur etatem ab ea scilʒ die qua sua queq̃ concipit / vsq̃ ad eã qua cõis eũ recipit mater. Alioqn vnde graue iugũ super oẽs ⁊ totos filios adã idq̃ a die exitus de vẽtre matris eoꝝ / vsq̃ in diẽ sepulture in mrẽʒ oim: In sordibus generamur / in tenebris cõfouemur / in doloribus parturimur. Ante exitũ miseras oneramꝰ matres / i exitu more vipereo laceramus: mirꝝ ꝙ non ipsi pariter laceramur. Primã vocẽ plorationis edimus merito q̃dem vtpote vallem plorationis ingressi: vt nobis illud sancti iob ex omi parte possit aptari. Hõ natus de muliere / breui viuẽs tẽpore replet͛ multis miserijs. Et vere verbum hoc sit: non nos verba docuere / ſʒ verbera. Homo inquit natus de muliere / nihil abiectiꝰ. Et ne forte ex ipsa sibi voluptate / corporeoꝝ sensuum quã de sensibilibus hauriat / blãdiat͛: in ipso statim introitu / de exitu quoq̃ terribiliter admonet͛ / cũ di breui viuẽs tpe. At ne spaciosũ illud qđ inter ingressum ⁊ egressum relinqtur: sibi liberꝝ putet / replet͛ ait multis miserijs. Multis ⁊ multiplicibus inq̃ / miserijs corporis / miserijs cordis / miserijs cũ dormit: miserijs duʒ vigilat / miserijs quaquauersum se vertat. Nimirꝝ ipse quoq̃ natus ex virgine / immo factus ex muliere: sed benedicta in mulieribus / q̃ loquit͛ ad mrẽm. Mulier ecce filius tuus / etiã breui viuens tpe sup terram / ⁊ nihilominus multis est repletꝰ miserijs: in illa breuitate / appetitus insidijs / interrogatus contumelijs / pulsatus iniurijs vexatus supplicijs / conuitijs lacessitus. Tu ne hanc sufficere dubites obedientiã q̃ reatũ oẽm prime puaricationis absoluat. Immo ꝟo non sicut delictũ: ita et donum. Nam petm̃ ex vno in condẽnationẽ / grã aũt ex multis delictis in iustificationẽ. ¶ Et quidẽ graue q̃dẽ oino delictũ illud originale: qđ non solũ ꝑsonam infecit / sed ⁊ naturaʒ. Personale tñ cuiq̃ grauius est cũ iã laxatis habenis exhibemꝰ vndiq̃ mẽbra nostra arma iniq̃tatis pctõ: non mõ iã alieno: sed ⁊ ꝓprio crimine cõpediti. Singulare ꝟo est grauissimũ qđ commissum est in dñm maiestatis: cũ viri impij virꝝ iustũ iniuste occiderũt ⁊ sacrilegas manus in ip̃m dei filiũ iniecerunt crudelissimi homicide / imo si fas est dicere etiã deicide. Quid duo ꝑcedẽtia / ad tertiũ: Ad hoc expalluit ⁊ expauit tota machina mũdialis: ⁊ pene in antiquũ chaos sunt oĩa reuoluta. ¶ Ponamus aliquẽ de regni principibus terram regiã populasse inuasitate hostili: ponamꝰ aliũ q̃ cũ esset de conuiuio ⁊ cõsilio regis vnicum eius filium ꝓditoris manibus suffocarit. Nũquid non primus respectu scdi innocens videbitur ⁊ immunis: Sic est oẽ petm̃ / q̃tum ad hoc petm̃ ⁊ tñ hoc petm̃ in se pertulit q̃ seip̃m fecit petm̃ vt de pctõ dãnaret petm̃. Per hoc eniʒ omne petm̃ tã originale q̃ ꝑsonale deletum est: ⁊ ip̃m quoq̃ singulare eliminatũ est ꝑ seipm. Argumentũ mihi est a maximo: quod duo minora sunt explosa. Et ecce argumentũ. Petm̃ multoruʒ tulit: ⁊ ꝑ transgressoribus rogauit vt nõ pirent. Pater ignosce illis / q: nesciũt quid faciunt. Uolat irreuocabile verbũ tuum dñe: nec reuertetur ad te vacuũ / sed faciet ad qđ misisti. ¶ Uide nũc opa dñi / q̃ posuit ꝓdigia sup terraʒ. Flagellis cesus est spinis coronatus: clauis ꝯfossus: affixus patibulo: opprobrijs saturatus: oim tñ doloꝝ immemor: ignosce ait illis. Hinc multe miserie corporis: hinc multe mie cordis: hinc dolores: hinc miserationes: hinc oleum exultationis: hinc sanguinis gutte decurrentis in terram. Misericordie dñi multe / sed et miserie dñi multe. Uincent ne miserie misericordias / an misericordie miserias supabũt: Uincant mie tue antique dñe: vincat sapiẽtia maliciaʒ. Magna eñ illoꝝ iniquitas / sed nũquid nõ maior pietas tua dñe: Multum per omnem modũ. Nunquid reddit͛ pro bono malum ait: q: foderunt foueã aie mee: Plane foderunt ipatiẽtie foueaʒ: occasiones indignationis plurimas ⁊ ꝑmaximas ministrantes. Sed quid hoꝝ fouea ad abyssum mansuetudinis tue: Retribuẽtes mala ꝑ bonis foueã foderũt: sed charitas non irritatur / nõ ꝑcipitatur / nũq̃ excidit / non in foueam ruit: ⁊ ꝑ retributis malis cumulat bona. Absit vt musce moriture exterminent suauitatem vnguẽti / qđ de suo corpore fluit: q: apud sinuʒ tuum mia / ⁊ copiosa apud eum redemptio. Musce morituræ miserie sunt / musce morituræ blasphemie sũt / musce morituræ insultatiões sunt / quas tibi reddit generatio praua ⁊ exasperans. Tu aũt q̃d: In ipsa eleuatione manuum tuaꝝ cũ iã sacrificiũ matutinũ in holocaustũ / vespertinũ trãsiret / in ipsa inq̃ virtute incẽsi: qđ celos ascẽdebat: terram operiebat: inferos respergebat: exaudiendus ꝓ reuerẽtia tua clamas / pater ignosce illis: q: nesciũt q̃d faciunt. O q̃ multus es ad ignoscendũ: o q̃ magna multitudo dulcedinis tue dñe. O q̃ lõge cogitationes tue a cogitationibꝰ nostris: o q̃ firmata est etiã sup impios mia tua. Mira res. Ille clamat ignosce: iudei crucifige. Molliti sunt sermones eiꝰ sup oleũ: ⁊ ipsi sunt iacula. O charitas patiens / sed ⁊ cõpatiẽs. Charitas patiẽs est sufficit. Charitas benigna est / cumulus est. Noli vinci a malo: charitas abũdãs / sed vince in bono malũ / supabũdãs est. Nõ eñ sola patientia / sed ⁊ benignitas dei ad pniam iudeos adduxit: q: benigna charitas etiã quos tolerat amat / ⁊ amat taʒ ardẽter. Patiẽs charitas dissimulat / expectat / sustinet delinquẽtẽ: sed benigna trahit / adducit / cõuerti facit ab errore vie sue: deniq̃ cooperit multitudineʒ peccatoꝝ. O iudei lapides estis: sed lapidẽ ꝑcutitis molliorẽ / de quo resonat tinnitꝰ pietatis: et ebullit oleũ charitatis. Quõ potabis dñe desiderantes te torrente voluptatis tue: q̃ sic ꝑfundis crucifigentes te oleo mie tue. Pʒ igit͛ q: hec passio potẽtissima est ad exhauriẽda oim gña pctõꝝ. Sed q̃s scit si data est mihi: Mihi data est q: alteri dari nõ potuit. Nunq̃d angelo: Sed ille nõ eguit. Nũquid diabolo: Sed ille nõ resurgit. Deniq̃ nõ in similitudinẽ angeloꝝ absit aũt vt in similitudinẽ demonũ: sed in similitudinẽ hoim factꝰ ⁊ habitu inuẽtꝰ vt hõ: exinaniuit semetip̃ʒ formã sui accipiens. Filius erat: ⁊ factus est tanq̃ seruus. Non solũ formam serui accepit vt subesset: sed etiã mali serui vt vapularet: ⁊ serui peccati vt penã solueret cũ culpã non hr̃et. In similitudinẽ inquit hoim non hois / q: primus homo nec in carne peccati / nec in similitudine carnis peccati creatus est. Christus eñ inueniet͛ soli hoim miseria pressius, ⁊ ꝓfundius se immersit / ne subtilis ille diaboli oculus magnũ hoc pietatis deprehenderet sacramentum. Ideo habitu ⁊ oi habitu inuẽtus est vt homo / nec in eo quantum ad nature debitum signũ aliqđ singularitatis apparuit. Quia eñ ita inuentus est / ideo crucifixus. Pacis autẽ reuelauit seip̃m vt essent qui crederent: reliquis aũt absconditus est. Quia si cognouissent nunq̃ dñm glorie crucifixissent. Ad hoc etiam illi singulari pctõ ignorãtiam copulauit: vt sub aliqua iusticie vmbra ignorantibus posset ignosci. ¶ Duo aũt nobis in hereditatem reliquerat ille vetustus adã / q̃ fugit a facie dei laborem videlʒ ⁊ dolorem / laborem in actione doloreʒ in passione. Non hoc ipse audierat in paradiso: quẽ acceperat vt oparetur ⁊ custodiret illum. Operaretur delectabiliter: custodiret fideliter ⁊ sibi ⁊ posteris suis. Xp̃s dñs laborẽ ⁊ dolorem considerauit vt traderet eos in manus suas: immo se magis in manus eoꝝ infixus in limo ꝓfundi: ⁊ intrauerũt aq̃ iste vsq̃ ad aiam eius. Uide (ad patrem inquit humilitatẽ meaʒ ⁊ laborem meũ: q: paup ego sum ⁊ in laboribus a iuuentute mea Laborauit sustinens: manus eius in laboribus seruierũt. ¶ De dolore vide quid dixerit. O vos oẽs qui transitis ꝑ viã attẽdite ⁊ videte si est dolor sicut dolor meus. Uere languores nostros ipse tulit: ⁊ infirmitates nostras ipse portauit: vir doloꝝ pauper ⁊ dolens: tẽtatus ꝑ oĩa absq̃ pctõ. Et in vita passiuam habuit actionẽ: ⁊ in morte passionẽ actiuã sustinuit dũ salutem operetur in medio terre. ¶ Proinde memor ero q̃diu fuero laboꝝ illoꝝ quos pertulit in predicando: fatigationũ in discurrendo: tentationũ in ieiunando: vigiliaꝝ in orando: lachrymarum in cõpatiendo. Recordabor etiã doloꝝ eius / cõuitiorum / sputoꝝ / colaphoꝝ / subsannationum / exprobationũ / clauoꝝ hoꝝq̃ similiũ: q̃ ꝑ eũ ⁊ sup euʒ abũdantius transierunt. Facit ergo mihi fortitudo / facit similitudo: sed si accesserit etiã imitatio vt sequar vestigia eius. Alioquin etiam exquiretur a me sanguis iustus qui effusus est sup terram / nec immunis ero ab illo tam singulari scelere iudeoꝝ / ꝙ videlʒ tante charitatis ingratus fuerim ꝙ spiritui gratie / contumeliam feceriʒ ꝙ sanguinẽ testamenti pollutum duxerim: quod conculcauerim filiuʒ dei. ¶ Sunt plerisq̃ qui laborem ⁊ dolorem patiuntur: sed necessitas in causa est non voluntas: ⁊ hi non sunt conformes imaginis filij dei. Sunt q̃ ex voluntate sustinent / sed non est eis sors neq̃ pars in sermone isto. Uigilat tota nocte luxuriosus nõ solum patienter / sed ⁊ libenter: vt suam expleat voluptatẽ: vigilat raptor vestitus ferro vt diripiat predam: vigilat fur vt domum perfodiat alienam. Sed hi oẽs ⁊ hoꝝ similes longe sunt a labore ⁊ dolore quem considerat dñs. Homines aũt bone voluntatis qui xp̃iana volũtate diuitias paupertates commutarũt vel etiaʒ non habitas tanq̃ habitas contempserunt relinquẽtes omnia ꝓpter ipsum: sicut ⁊ ipse reliquit omnia ꝓpter ip̃os sequuntur eum quocunq̃ ierit. Hmõi aũt imitatio validissimũ argumentum mihi est / ꝙ passio saluatoris ⁊ similitudo humane

Marginal notes: A; Job. xiiij; Job. xix; B; C; Lu. xxiij; D; Psal. xxxvij; E; F; i. Cor. ij; G; Ps. lxviij; H; Tren. i; Esa. liij; I; K

L tatis in meam transfiit vtilitatem. Hic em̄ sapor hic fruct⁹ est ꝛ laboris ꝛ doloris. ¶ Uide ergo q̄ magnificauerit. facere tecum illa maiestas. De oībus q̄ in celo ꝛ sub celo sunt/ dixit et facta sunt. Et quid facilius dictu? Sed nunquid solo verbo factum est/ cū te quem fecerat refecit? Triginta ꝛ tribus annis super terram visus/ ꝛ cū hoibus conuersatus: etiam habuit in factis calūniatores/ in dictis insultatores/ non hñs vbi caput suum reclinaret. Quare hoc? Quia verbum a sua subtilitate descenderat: ꝛ grossius acceperat indumentū. Nam caro factū fuerat: ꝛ ideo grossiori ꝛ morosiori ope vtebatur. Sicut autem cogitatio vestit sibi vocē corpoream/ absq; sui diminutiōe vel ante vocem vel post vocē: sic filius dei assumpsit carnē non cō mixtionē passus/ neq; diminutionem/ nec ante carnem nec post carnem. Apud patrem inuisibilis/ sed hic manus nostre tractauerunt de verbo vite: ꝛ qđ erat ab initio vidimus oculis nr̄is. Hoc aūt verbum q2 carnem purissimā ꝛ aīam sanctissimā vnierat sibi: libere moderabatur actiones corporis sui: tū q2 sapiētia ꝛ iusticia erat: tum q2 nullā habebat prorsus legem in membris suis repugnantem legi mentis sue. Deū verbum nec sapiētia/ nec iusticia est/ sed tñ vtriusq; capax: ꝛ pñt ei hec abesse et adesse: abesse aūt facilius. Familiare em̄ magis iā nobis ē carnis nostre seruire vitijs q̄ actiones ꝛ passiones eius ordinare p eo q̄ oīs etas ab adolescentia prona est in malum: inter

M flagella quoq; ꝛ gladios/ ē sub discrimine mortis ad suas ambiens voluptates. ¶ Felix cuius cogitatio hoc est verbum nostrum oēs actiones suas ad iusticiam dirigit: vt ꝛ intentio sana sit/ ꝛ operatio recta. Felix qui passiones corporis sui pter iusticiam ordinat/ vt quicquid patitur pter dei filiū patiatur

N quatenus ꝛ a corde tollatur murmuratio: ꝛ in ore verset gratiarūactio ꝛ vox laudis. Qui sic extulit se: iste tollit grabatum suum ꝛ vadit in domū suā. Grabatum nostrū corpus est: i quo prius languidi iacebamus/ seruientes desiderijs ꝛ cōcupiscentijs nostris. Nunc portamus illud cū spūi obedire cogimus: ꝛ mortuū nostrum portam⁹: q2 corpus mortuū est pter peccatū. Ambulamus tñ nō currimus: q2 corpus qđ corrūpitur aggrauat aīam: ꝛ deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitātē. Ambulemus etiam in domū nostrā. In quā domū? In matrē oīm: q2 sepulchra eoꝝ domus illoꝝ ineternū. Uel potius in domū nostrā/ quā habemus ex deo nō manufactā eternā in ce

O lis. Qui sub hoc onere ambulamus posito eo qđ putatis quō curremus? Quō volabimus? Plane sup pēnas ventoꝝ. ¶ Amplexat⁹ est nos dñs iesus p laborē ꝛ dolorē nostrū. Amplectamur eū nos q̄z vicarijs q̄busdā amplexibus pter iusticiā/ ꝛ iusticiā suā: actiones ad iusticiam dirigendo/ passiones pter iusticiam sustinendo. Dicamus quoq; cū sponsa. Tenui eū nec dimittam. Dicamus etiā cū patriarcha/ nō dimittā te nisi be-

Ge. xxxij. nedixeris mihi. Quid em̄ iā superest nisi benedictio? Quid post amplexum/ nisi osculū restat? Si sic adhererē deo/ quō non iā

Canti. j. clamare liberet? Osculetur me osculo oris sui. Ciba nos interim dñe lachrymaꝝ pane: ꝛ potum da nobis in lachrymis i mēsura: donec perducas nos ad mensuram bonam ꝛ cōfertam et coagitatam: quam dabis in sinus nostros/ qui es in sinu pr̄is super omnia benedictus deus in secula. Amen.

P ¶ In cena domini de baptismo/ ꝛ de sacramento altaris et abluitione pedum. Sermo.

Hi sunt dies quos obseruare debemus/ dies pleni pietate ꝛ gr̄a: q̄bus etiam sceleratoꝝ hoim mētes ad pniam puocantur. Tanta siquidē est vis sacramentoꝝ eoꝝ/ q̄ diebus istis recoluntur: vt possint ipsa quoq; lapidea scindere corda: ꝛ pectus omne l3 ferreum emollire sufficiant. Deniq; videmus vsq; hodie ad

Q passionē xp̄i non mō celestia cōpati: sed terrā moueri ꝛ petras scindi: ꝛ in confessione peccatoꝝ apiri monumēta. ¶ At vero qm̄ sic est in spūalibus cibis: sicut ꝛ in corporalibus vt in quibusdā statim p̄sto sit sapor in aliquibus oporteat laborare: que manifesta sunt nostro non indigent ministerio: q̄ vero clausa sunt diligentē volunt habere cōsideratorem. Neq; em̄ tradit mater paruulo nucē integrā/ sed frangit eam ꝛ nucleū porrigit Sic ꝛ ego vobis fratres charissimi si possem sacramenta que clausa aperire debuerā: sed q2 minus possum: rogemus vt vobis pariter ꝛ mihi mater sapientie frangat nuces istas: nuces

R inq̄ quas ptulit sacerdotalis virga virtutis/ quā emisit dñs ex syon. ¶ Multa quidē sunt sacramenta ꝛ scrutādis omnib⁹ hora non sufficit. Fortassis ēt aliqui vestrum imbecilles sunt ad tanta simul capienda. De tribus itaq; sacramentis q̄ satis congrua sunt huic tempori dicendum erit q̄ dñs ipse donauerit. Sacrm̄ dr̄ sacrum signū siue sacrū secretū. Multa siquidem fiunt pter se tm̄/ alia vero pter alia designanda ꝛ ipsa dicuntur signa ꝛ sunt. Ut enim de vsualibus sumam⁹ exemplum: datur anulus absolute pter anulum/ ꝛ nulla est significatio/ datur ad inuestiendū de hereditate aliqua ꝛ signum est: ita vt iam dicere possit qui accipit. Anulus non valet quicq̄/ sed hereditas est quam querebam. In hunc itaq; modū appropinquans passiōi dñs/ de gr̄a sua iuestire curauit suos vt inuisibilis gra

S tia signo aliquo visibili prestaret. ¶ Ad hec instituta sunt oīa sacramenta: ad hec eucharistie participatio/ ad hec pedū ablutio: ad hec deniq; ipse baptismus initium sacramentoꝝ oim in quo cōplātamur similitudini mortis eius: vnde ꝛ trina mersio/ tridui qđ nunc celebrandum est/ formam gerit. Sicut enim in exterioribus diuersa sunt signa/ ꝛ vt cepto immoremur exēplo: varie sunt inuestiture s̄m ea de quibus inuestimur: verbi gratia: inuestitur canonicus p librum: abbas p baculū: ep̄s p baculū ꝛ anulū simul: sicut inq̄ in huiōi rebus est: sic ꝛ diuisiōes gratiarū diuersis sunt tradite sacramētis. Que est gr̄a vñ per

Job. j. baptismū inuestimur? Utiq; purgatio delictoꝝ. Quis em̄ pōt facere mundū de immundo cōceptum semine/ nisi qui sol⁹ est mundus: ꝛ in quē pctm̄ non cadit deus? Huius quidē gr̄e sacramentum prius erat circūcisio: vt originalis rubiginem culpe q̄ manauerat a parentibus primis/ cultellus eraderet: s3 veniente dño qui agnus est/ totus suauis ꝛ mitis/ cuius iugū suaue est ꝛ onus leue: optime satis mutatum est vt inueteratam rubiginem cū vnctione sancti spūs aqua dilueret ꝛ acerbitas il

T la cessaret. ¶ Sed forte querat aliquis ꝛ dicat. Si deletum est in baptismo qđ contraximus a parentib⁹: cur adhuc manet cupiditatis fomes ꝛ velut incētiuū quoddam peccati? Neq; em̄ dubium quin a primis parētib⁹ in nos traducta sit lex ista peccati. Oēs siquidē in peccatrice voluptate gñamur: ppterea l3 inuiti/ illicitos quosdā motus cōcupiscētiaꝝ ꝛ tāq̄ bestiales sentim⁹. Dixi vobis sepius nec mēte excidere d3: qm̄ in casu p̄mi hois cecidimus oēs. Cecidimus aūt sup aceruum lapidum ꝛ in luto: vñ nō solū inq̄nati/ sed etiā vulnerati ꝛ grauiter quassati sumus. Lauari quidē cito possumus/ ad sanandū v̄o opus est curatione multa. Lauamur igit̄ in baptismo: q2 delet̄ chyrographū dānationis nostre: ꝛ gr̄a hec nobis cōfertur ne iam nobis cōcupiscentia noceat: si tñ a cōsensu abstineamus/ atq; ita tāq̄ sanies inueterati vlceris remouet̄/ dū tollit̄ dānatio ꝛ responsum mortis qđ prius inde manabat. Sed quis poterit tā efferos mot⁹ frangere: q̄s pruritū vlceris hui⁹ ferre queat? Confidite q2 ꝛ in hoc gr̄a subuenit: ꝛ vt securi sitis sacramēti

V dñici corporis ꝛ sanguinis p̄ciosi inuestiturā habetis. Duo em̄ illud sacrm̄ opatur in nobis: vt videlicet ꝛ sensum minuat i minimis: ꝛ in grauioribus peccatis tollat oīno cōsensum. Si quis vestrū nō tā sepe modo: nō tā acerbos sentit iracūdie mot⁹ inuidie/ luxurie/ aut ceteroꝝ huiōi gr̄as agat corpori ꝛ sanguini dñi qm̄ virtus sacri opat̄ in eo: ꝛ gaudeat q̄ pessimū vlcus accedat ad sanitatē. Sed tñ qđ agimus q̄ in hoc corpore peccati ꝛ in hoc tpe malo nō possumus esse sine pctō: Nunqđ desperabimus? Absit. Si dixerimus (ait btūs iohānes q2 pctm̄ nō

j. Joh. j. habemus nosipsos seducimus/ ꝛ veritas in nobis nō est. Si aūt cōfessi fuerimus pctā nostra: fidelis deus est q̄ remittat nobis peccata: ꝛ emūdet nos ab oī iniq̄tate. Nā vt de remissiōe quotidianoꝝ minime dubitemus: habemus eius sacramentū/ pedum ablutionē. Queris forte vñ sciā q̄ sacramentū sit hui⁹ re

Joh. xiij. missionis: maxime cū ipse dñs pmiserit petro dicens. Quod ego facio tu nescis mō: scies aūt postea nihil aūt de sacramento locut⁹ est: sed tm̄ exēplū inq̄t dedi vobis: vt ꝛ vos ita faciatis. Uerū multa habebat illis dicere: sed tūc portare non poterant. Ideoq; nec ex toto voluit eos anxios ꝛ suspectos relinq̄re: nec dicere qđ tūc nō caperent. Uis aūt nosse q2 p sacramen

X to illud est/ nō p solo exēplo factū: Illud attēde qđ petro dictū est. Si non lauero te nō habebis partē mecū. Aliqđ igit̄ latet qđ necessariū est ad salutē: qñ sine eo nec ipse petrus partē hēret in regno xp̄i ꝛ dei. Uide em̄ si nō expauerit petrus ad tāte cōminationis terrificū verbū/ si nō agnouerit salutare esse

Ibidem. mysteriū cū respondit. Dñe non tm̄ pedes meos/ sed ꝛ man⁹ et caput. Et vñ scimus/ q2 ad diluēda pcta q̄ nō sunt ad mortē: et a q̄bus plene cauere nō possumus ante mortē ablutio ista ptineat? Ex eo plane q̄ offerenti manus ꝛ caput pariter ad abluēdum/ rñsum est. Qui lotus est non indiget nisi vt pedes lauet.

Y ¶ Lotus est q̄ grauia pctā nō hȝ/ cuius caput. i. intētio ꝛ manus. i. opatio ꝛ cōuersatio mūda est/ sed pedes q̄ sunt aīe affectiōes dū in hoc puluere gradimur ex toto mūdi esse non pñt qn aliqñ vanitati: aliqñ voluptati: aut curiositati plus q̄ opz

Jaco. iij. cedat animus vel ad horā. In multis em̄ offendimus oēs. Uerūtamē nemo cōtēnat/ aut paruipēdat. Impossibile est em̄ cum eis saluari: impossibile est ea dilui/ nisi p xp̄m iesum ꝛ a xp̄o. Nemo inq̄ pniciosa securitate dormitet: declinās in vba malicie ad excusandas excusatiōes in pctis: qm̄ vt audiuit petrus ab ipso nisi lauerit ea xp̄s nō habebimus partē cū eo. Nec iō tñ p eis necesse est nimis esse sollicitos ignoscet facile immo ꝛ libēter: si tātūmodo nos agnoscam⁹. In huiōi itaq; quasi ineuitabilibus

tabilibus ⁊ negligētia culpabilia est: ⁊ timor īmoderat⁹. Hic est q̄ i oīone quā ipse ꝯstituit quotidie ꝓ peccatis illis voluit nos orare. Sicut eñ de cōcupiscētia diximus/ q̄ lз dānationē abstulerit: q̄ iuxta apl̄m. Nulla dānatio est his q̄ sunt in xp̄o iesu: tñ ad humiliandos nos ipsam adhuc patitur viuere i nobis: ⁊ grauiter affligere nos vt sentiamus q̄d nobis gratia prestet/ ⁊ semp ad illius auxilium recurramus: sic ⁊ de minoribus istis peccatis pia dispensatione nobiscū agitur: vt nō penitus auferantur/ sed in illis nos erudiat deus: vt cū minima cauere non possumus certi simus q̄ non nostris viribus maiora superemus: semꝑq̄ timorati ⁊ omnino solliciti simus quomodo eius gratiam non amittamus: quam nobis tam multipliciter necessariam esse sentimus.

[Rom. viij]

❡ In die sancto pasche de septem signaculis que soluit agnus. Sermo primus.

[A] [Apoca. v]

Vicit leo de tribu iuda. Vicit plane maliciā sapientia: attingens a fine vsq̄ ad finē fortiter: et suauiter vniuersa disponens/ sed ꝓ me fortiter suauiter mihi. Vicit iudeoꝝ blasphemias in patibulo/ fortē armatū alligauit in atrio: ⁊ de ipso mortis imꝑio triumphauit. Vbi eñ sunt opprobria tua iudee: vbi sunt fabule vasa captiuitatis/ vbi est mors victoria tua? Confusus est calūniator: raptor spoliat⁹ est. Nouum genus potentie. Hactenus victoriosa mors obstupescit. Quid tu iudee: q̄d pridie añ crucē agitabas caput sacrilegū q̄d sacri hoīs xp̄i caput exagitabas opprobriis? Christus inquit rex isrł descēdat de cruce. O venenata lingua/ verbū malicie/ sermo nequā. Non est hoc caypha q̄d pauloante dicebas. Expedit vt vn⁹ moriaꝶ hō ꝓ ppło: ⁊ nō tota gēs peat. At illud q̄ mēdaciū nō erat/ nō loq̄baris de ꝓprio: nō a temetipso dicebas. Si rex isrł est descēdat de cruce. Hoc plane tuū est: magis aūt eius q̄ mēdax est ab initio. Quid eñ cōsequētie videꝶ hīc vt descēdat si rex isrł est/ ⁊ nō magis ascēdat? Sic non meministi serpēs antiq̄ q̄ cōfusus abscesseris olim cū dicere p̄sumpsisses. Mitte te deorsum/ ⁊ hec oīa tibi dabo si ꝓcidens adoraueris me. Sic tibi iudee excidit q̄ audisti: q̄ dñs regnauit a ligno/ vt regē abneges q̄ manet in ligno? Sз forsitā nec audisti: q̄ nō iudeis/ sed nationib⁹ hec annūciatio debebatur. Dicite inq̄t in nationib⁹/ q̄ dñs regnauit a ligno. Merito ꝓinde titulū regni p̄ses gētilis īscripsit ligno: nec potuit iude⁹ vel voluit corrūpere tituli inscriptionē: nec dū impedire dñicā passionē ⁊ nostrā redēptionē. Descēdat inquiunt si rex isrł est. Immo ꝓ eo q̄ rex israel est, titulū regni nō deserat/ virgā īperii non deponat: cuius nimirꝫ imperiū sup humerū eius: sicut precinit esaias. Noli inquiunt iudei ad pilatū: noli scribere rex iudeorū: sed q̄ ipse dixit/ rex sum iudeoꝝ. Et pilatus. Q̄d scripsi scripsi. Si pilatus q̄d scripsit scripsit: xp̄s nō pficiet q̄d incepit? Ipse eñ cepit ⁊ saluabit nos. Sed dicūt. Alios saluos fecit/ seipm̄ non pōt? Immo ꝓ eo si descēderit neminē saluū faciet. Cum eñ saluus esse non possit nisi q̄ ꝑseuerauerit vsq̄ in finē: q̄ḿodo min⁹ poterit esse saluator? Alios ergo saluos fecit: nā saluatiōe cū sit saluus ipse nō indiget. Opaꝶ salutē nostrā: nec caudā deesse patitur sacrificio vespertino/ hostie salutari. Nouit (inquē) q̄d cogites. Non tibi dabit occasionē surripiēde nobis ꝑseuerantie/ q̄ sola coronatur. Nō faciet obmutescere p̄dicatoꝝ liguas consolantiū pusillanimes: ⁊ dicētū singulis/ tu locū tuum ne deseras/ q̄d sine dubio sequereꝶ si rūdere possent: q̄ xp̄s suum deseruit. Proni eñ sunt sensus hoīs ⁊ cogitatiōes in malū. Si ve cā maligne parasti sagittas tuas in pharetra/ ⁊ discipulorum suspiria cumulas opprobriis iudeoꝝ. Illi q̄ppe desperant isti improperāt/ sed xp̄m neutra tela nocebūt. Aliud ꝓpus elegit cōfortandis discipulis: ⁊ aliud aduersariis cōfutandis. Interim patiētiā magis exhibet/ humilitatē cōmendat: obedientiā implet: pficit charitatē. ❡ Has nāq̄ ꝟtutū gēmis quattuor cornua crucis ornanꝶ. Et est supeminentior charitas a dextris obediētia/ patiētia a sinistris/ radix virtutū humilitas in profundo. His ditauit tropheū crucis/ cōsummatio dñice passionis cū ad iudeoꝝ blasphemias humilis/ ad vulnera patiēs/ in tris linguis/ clauis exteri⁹ pūgereꝶ. Nā ⁊ charitas in eo pfecta est/ q̄ ꝓ amicis aiam posuit/ ⁊ obediētia cōsummata/ cū inclinato capite tradidit spm̄ factus obediens vsq̄ ad mortē. His spoliare dotib⁹: hac priuare gloria xp̄i satagebāt ecclesiā: qui dicebāt. Si rex isrł est/ descēdat de cruce. Nimirꝫ vt nō sit iam obediētie forma/ non incētiuū amoris: nō patiētie vel humilitatis exemplū: sed deleri habeāt ex euāgelio ꝟba illa suauissima ⁊ dulciora sup mel ⁊ fauū. Maiorē hac dilectionē nemo hз vt aiam suā ponat q̄s ꝓ amicis suis. Et ad prēm. Opus ꝯsummaui: quod dedisti mihi vt faciam. Itemq̄ ad discipulos. Discite a me q̄ mitis sum ⁊ humilis corde. Et ego si exaltat⁹ fuero a terra: omnia traham ad meipsum. Hoc est eñ q̄d dolet venenati serpētis astutia exaltatū in deserto serpentē eneū: cui⁹ intuitu sananꝶ vulnera q̄ inflixit. Alioq̄n quonā alio instigante misisse credimus vxorē pilati ad ipm̄ dicentē. Nihil tibi et iusto illi/ multa eñ passa sum hodie ꝑ visum ꝓpter eum. Timebat ergo iā tūc/ sed nūc maxime ꝟtute crucis eneruari se sentiens inimicus. Sera ducit pnia: ⁊ quos instigauit ad crucifigendū: instigat ad suadendum vt de cruce descēdat. Deniq̄ si rex isrł est inquiūt, descēdat de cruce ⁊ credimus ei. Hec plane serpentis astutia: hec adinuētio nequitie spiritalis. Audierat impius saluatoris vocē dicentis. Non sum missus nisi ad oues q̄ perierunt domus israel: ⁊ nouerat q̄ntum ꝓ salute illi⁹ ppłi zelū gerere videreꝶ: ꝓpterea maliciose nimis linguas erudiens blasphemoꝝ suggerebat vt dicerēt/ descēdat ⁊ credim⁹ ei quasi iā nihil posset obstare q̄n descēderet/ q̄ eoꝝ credulitatem tātopere desideraret. Sed q̄d machinaꝶ: aut cui parat insidias versipellis? Nempe ei in quo nihil pficiet inimic⁹: ⁊ fili⁹ iniq̄tatis nō apponet nocere ei. Non moueꝶ vana pollicitatiōe qui nouit oim̄ corda: sicut nec exprobratione blasphema mitissimus oim̄ mouebaꝶ. Eo q̄ppe tēdebat maliciosa suasio: nō vt ipsi crederent/ sed nostra quoq̄ si qua erat fides i eū oimodis deperiret. Regētes eñ dei pfecta sunt opa/ q̄n fateremur deū qui salutis opus reliq̄sset impfectū? Sed audiam⁹ q̄d ad hec xp̄s respondeat ꝑ ꝓphetā. Queris signa iudee? Expecta me in die resurrectionis mee. Si vis credere/ maiora iā tibi opera demonstraui. Multiplicaui signa/ sanitates pfeci heri ⁊ nudiustertius: hodie magis habeo cōsummari. An nō maius erat q̄d vidisti e corporibus obsessis spūs exire malignos: ⁊ de grabatis suis exilire paralyticos/ q̄ e manibus meis vel pedib⁹ clauos resilire quos infixisti? Sed patiēdi t̄ps est nō faciendi/ ⁊ passionis horā sicut ꝑuenire frustra conatus es/ sic nec poteris impedire. Sed si adhuc gñatio praua ⁊ adultera signū q̄rit: nō ei dabitur/ nisi signū ione ꝓphete. Non signū descēsionis/ sed resurrectionis. Ꝙ si iudeus non q̄rit: amplectaꝶ ⁊ gaudeat xp̄ian⁹. Vicit eñ leo de tribu iuda. Suscitatus est paterna voce leōis catulus/ clauso ꝓdiit tumulo q̄ de patibulo nō descendit. An vero id maius sit: inimici nostri sint iudices/ q̄ tā curiose muniuerant monumentū/ signantes lapidē cū custodibus: hūc eñ lapidem magnum valde/ de quo mulieres ille deuote inuicem q̄rebanꝶ facta iam resurrectione dñica/ reuoluit angelus/ ⁊ resedit sicut scriptū est sup eū. Constat ꝓinde clauso exisse tumulo rediuiuū corpus q̄d clauso virginis vtero natū/ ꝓcessit in vitam/ ⁊ ad discipulos clausis introiuit ianuis in ꝯclauim. Sed est locus vñ clausis noluit ꝓcedere ianuis/ carcer vtiq̄ gehēnalis. Confregit siquidē ferreos vectes: repagula vniuersa cōtriuit: vt libere suos educeret quos redemerat de manu inimici: ⁊ planis egredereꝶ portis agmina sanctoꝝ dealbatorum: qui lauerūt stolas suas ⁊ cādidas eas fecerūt in sanguine agni. Cādidas prorsus in sanguine agni: q̄ exiuit cū eo ⁊ in eo etiā aqua dealbās: ⁊ testimonium ꝑhibet ipse q̄ vidit. Aut certe cādidas in sanguine agni nouelli: sanguine lacteo cādido ⁊ rubicūdo/ sicut habes in cantico cāticoꝝ. Dilectus me⁹ (ait sponsa) cādidus ⁊ rubicūdus/ elect⁹ ex milibus. Inde est q̄ in stola cādida ⁊ fulgureo vultu testis quoq̄ resurrectionis apparuit. Iā si cōfutandis iudeoꝝ calūniis sufficere videꝶ hoc ipm̄ q̄ clauso egressus est monumēto cui insultātes dicebāt: si rex isrł est descēdat de cruce/ curiosius nāq̄ monumēta claudere ⁊ signare studuerant q̄ infigere clauos. Si igiꝶ vicit leo de tribu iuda in hoc ipso ꝓcessu/ ⁊ maius demōstrauit opus q̄ peterent/ ipm̄ iam resurrectionis miraculū cui poterit cōparari? Legimus nōnulloꝝ p̄cessisse resurrectiones/ aut magis certe suscitatiōes/ sed istius p̄ambulas: q̄bus ⁊ duplici priuilegio noscitur p̄minere. Nam ceteri quidā resurrexerant mortui iterum morituri: xp̄s resurgens ex mortuis iā nō moriꝶ mors illi vltra non dñabitur. Illi mortui denuo opus hñt iteꝝ resuscitari/ xp̄s q̄ mortuus est pctō/ mortuus est semel: q̄d autē viuit/ viuit deo: viuit in eternitate. Merito ꝓinde resurgētiū p̄mitie xp̄s/ q̄ ita resurrexit vt cadere nō adiciaꝶ: q̄ solus attigit imortalitatem. ❡ Est ⁊ aliud in quo resurrectionis hui⁹ innotescat gloria singularis. Quis eñ in oībus ceteris suscitauit aliquādo semetipm̄? Ineffabile istud est vt a morte se excitet ipse qui dormit: singulare est non est q̄ faciat nō est vsq̄ ad vnū. Heliseus ꝓpheta mortuum suscitauit sed alteꝝ/ nō seipm̄. Ecce eñ quot annis iacet in monumēto/ q̄d a se non pōt/ sperās ab alio suscitari/ ab eo vtiq̄ qui triūphauit mortis imperium in seipo. Inde est q̄ ceteros quidē dicimus suscitatos/ xp̄m resurrexisse: q̄ solus virtute ꝓpria victor ꝓdiit de sepulchro. Siquidem ⁊ in hoc vicit leo de tribu iuda. Quantum poterit immo quid non posse videbitur viuens ⁊ dicens patri. Resurrexi ⁊ adhuc sum tecū: qui tam potens extitit deputatus cū mortuis: sed inter mortuos liber? ❡ Nec vero resurrectionē distulit vltra tertium diē: vt ꝓpheta fidelis inueniatur qui dixit. Viuificabit

[Marginal references: Mat. xxvij; Joh. xj; Mat. iiij; Ps. xcv; B; Esa. ix; Joh. xix; C; Joh. xv; Joh. xvij; Matt. xj; Joh. xij; Nu. xxj; Mat. xxv[ij]; Mat. xxv; Soph. iij; Mat. xxviij; D; Canti. v; E; F; Rom. vj; G; iiij. re. iiij; H; Osee. vj]

nos post duos dies:in die tertia suscitabit nos. Decet nimirũ
vt quẽadmodũ caput ꝓcessit sequant̃ mẽbra. In patibulo ser-
ta feria redemit hoiem:ipsa die qua fecerat hoiem in initio/
sequẽti die sabbatizauit in monumẽto/cõsummato ope qd̃ in
sceperat. Tertia ꝟo q̃ prima dieꝝ est/ꝑmitie dormiẽtiũ appa
ruit mortis victor nouus homo. Ita ꝛ nos q̃cũqꝫ sequimur ca
put nostrum:tota die hac plasmati ꝛ redẽpti sumus nõ cesse-
mus agere pniam:nõ cessemus tollere crucẽ nostrã:pseueran
tes in ea sicut ipse pseuerauit:donec dicat spũs vt requiescam⁹
a laborib⁹ nostris. Nemĩnẽ audiamus fratres/nõ carnẽ et san-
guinẽ:nõ spm̃ quẽlibet descensum a cruce suadentẽ. Persista-
mus in cruce/moriamur in cruce/deponamur alioꝝ manibus
non nostra leuitate. Caput nostrũ deposuere viri iusti/nos er-
go dignatione sua angeli sancti deponãt/vt cõsummata viriliter
die crucis/scd̃a q̃ post mortẽ est/quiescamus suauiter/ dormia-
mus feliciter in sepulchris/expectãtes beatã spem ꝛ aduẽtuꝫ
glorie magni dei/q̃ resuscitabit corpora nostra tertia demum

Johã. xj.

die/cõfigurata corpori claritatis sue. ¶ Fetent quadriduani
sicut de lazaro scribit̃. Iã fetet dñe:quatriduanus est eñ. Ad
inuẽtio filioꝝ adã/quartã formabit diẽ/quã a dño nõ accepit
Propterea corrupti sunt ꝛ abominabiles facti sunt tãqꝫ iumẽ
ta q̃ in stercore suo putruerunt. Diuine siquidẽ ordinatiõis est
triduũ qd̃ ꝑdiximus/in labore/in requie/in resurrectione. Nõ
placẽt hec filiis hoim/sed suã volũt ꝓferre diẽ:differẽtes peni
tentiã:vt indulgeat voluptati. Nõ est hec dies quã fecit dñs:
quatriduani facti sunt ꝛ iã fetent. Non nouit hãc qd̃ de maria
natũ est scm̃:tertia resurrexit die:ne videret corruptionẽ. Ui
cit itaqꝫ leo de tribu iuda. Occisus est agn⁹/sed leo vicit. Leo
rugiet/q̃s nõ pauebit? Leo inq̃ fortissimus bestiaꝝ q̃ ad nul-
lius pauebit occursum. s. leo de tribu iuda. Paueãt q̃ abnega

Joh. xix.

uerunt/q̃ dixerunt:non habemus regẽ nisi cesarẽ. Paueant q̃
dixerunt/nolumus hũc regnare sup nos. Redit siquidẽ acce-

Matthei xxviij.

pto regno/ꝛ malos male ꝑdet. Uultis nosse/ qꝛ redit accepto
regno: Data est mihi inq̃t oĩs ptãs in celo ꝛ in terra. Sed ꝛ pa

Ps. ij.

ter in psalmo Postula a me(ait)ꝛ dabo tibi gẽtes hereditateꝫ
tuãꝛ possessionẽ tuã terminos terre. Reges eos in virga fer-
rea:ꝛ tãqꝫ vas figuli confringes eos. Fortis siq̃dẽ leo est/non
crudelis:grauis tñ indignatio eius:ꝛ intolerabilis ira colũ-
be. Sed ꝓ suis leo rugiet/nõ in suos. Paueãt alieni/tribus iu-
da magis exultet. Gaudeãt q̃ induti sunt cõfessione quoꝝ oĩa

I

ossa dicũt/dñe q̃s similis tibi. ¶ Leo de tribu iuda/radix dauid
Dicit̃ eñ dauid visu desiderabilis vel manu fortis:ꝛ idem ait.

ps. xxxvij

Ante te oẽ desideriũ meũ:ꝛ fortitudinẽ meã ad te custodiaꝫ.
Radix inq̃t dauid. Non dauid radix eius/sed ipe radix dauid
qꝛ portat ꝛ nõ portat̃. Merito dauid sancte filiũ tuum vocas
dñm tuũ:qꝛ nõ tu radicẽ portas sed radix te. Radix fortitudi
nis tue ꝛ desiderii:radix desiderabilis:radix fortis. Uicit leo
de tribu iuda/radix dauid/apire librũ ꝛ soluere septẽ signacu

Apoca. v

K

la eius. Apoca. verba sunt hec. Dilcãt q̃ nõ legerũt/recolant q̃
nouerũt. ¶ Uidi inq̃t iohãnes in dextera sedẽtis sup thronuꝫ
librũ signatũ sigillis septẽ:ꝛ nõ erat q̃ legeret vel apiret. Ego
ait flebã multũ q̃ nemo apire librũ dignus inueniret̃. Et vn⁹
de seniorib⁹ dixit mihi. Ne fleueris. Ecce vicit leo de tribu iu
da radix dauid. Et vidi:ꝛ ecce in medio throni agnũ stãtẽ tãqꝫ
occisum. Et veniẽs accipit librũ de dextra sedẽtis in throno:
ꝛ apuit librũ/factaqꝫ est leticia magna ꝛ gratiarũactio. Leonẽ
iohãnes audierat/ꝛ agnũ vidit. Agn⁹ occisus est/agn⁹ accipit
librũ/agnus apuit ꝛ apparuit leo. Deniqꝫ dign⁹ est aiũt senio
res agn⁹ q̃ occisus est accipe fortitudinẽ. Non mãsuetudineꝫ
amittere/sꝫ accipe fortitudinẽ:vt ꝛ agn⁹ maneat ꝛ leo sit. Pl⁹

L

dico:vt mihi videt̃ idẽ etiã liber est q̃ nõ poterat apiri. Quis
eñ dignus inueniret̃ apire hũc librũ? Indignũ se ꝓfitet̃ ꝛ ipe
baptista iohannes/quo inter natos mulieꝝ maior nemo surre

Mat. j.

xit. Non sum inq̃t dignus soluere corrigiã calciamẽti ei⁹. Ue-
nerat eñ ad nos calciata maiestas/diuinitas incarnata:vene
rat dei sapia:sed in libro clauso vtiqꝫ ꝛ signato. Quod ligabat
corrigia calciamẽti:hoc claudebant signacula libri. Sꝫ quid
dicimus sup his septẽ? An forte triplex aie virtus/rõ/memo-
ria ꝛ volũtas:ꝛ quadripharia corporis cõpositio ex elemẽtis
videlꝫ quattuor in his septẽ est intelligẽda/vt nihil de ꝟitate
humanitatis defuisse nouerimus saluatori? An magis huma-

M

nitas eius ipse est liber:ꝛ querenda sunt signacula septẽ? Se-
ptem eñ quedam arbitror inueniri:q̃bus maxime celabat̃ in
carne presentia maiestatis:vt non posset aperiri liber:ꝛ sapien
tia q̃ latebat agnosci. Sunt aũt q̃ occurrunt interim/mr̃is de
sponsatio qua partus virginis ꝛ conceptionis puritas velaba
tur:ita vt hominis fabri filius/fabricator hominis putaretur
Infirmitas etiam corporis qua nimiꝝ plorans vagiẽs:lactẽs
ꝛ dormiẽs:ꝛ ceteris subiacens necessitatibus carnis/ latebat
inter hec virtus diuinitatis. Sic ꝛ circũcisionis signum susci
piens peccati remedium egritudinis medicinam:qui morbuꝫ

omnem tollere venerat ꝛ peccatum. Et item in egyptũ fugiẽs
a facie herodis reguli/nec dei filius agnosci poterat/ nec rex
celi. Quid trina illa tentatio inimici/in deserto/in pinnaculo/

Mat. iiij.

supra mõtem? Si filius dei inquit es:dic vt lapides isti panes
fiant? Et item. Mitte te deorsum. Neutrum xp̃s fecit:vt signa
retur liber/vt falleretur astutus. Deniqꝫ eousqꝫ seductus est vt
haberet iam ꝓ constanti hoiem esse purũ:ꝛ in tãtã vesaniã sup
bia ceca ꝓrupperat:vt nõ diceret vltra si filius dei es:sꝫ hec oĩa
tibi dabo si ꝓcidens adoraueris me. Sextum est signaculum
crucis vbi pependit inter latrones ꝛ cum iniquis deputat⁹ est
dñs maiestatis. Clausit ꝛ sepultura librum hunc/nec vllum si
gnaculum oino sic obstruxit/sic occultauit magnum pietatis
sacramentum. Sepulto nimiꝝ dño sola restare desperatio vide

Lu. xxiiij

batur adeo vt discipuli dicerent. Quia nos sperabam⁹. Quis
non illo fleret in tp̃e:clausum artius librum ꝛ non esse q̃ aperi
ret? Sed ne fleueris vltra iohannes sancte:etiam tu noli flere

ps. xxxj.

maria. Procul sit luctus/tristicie nebula dissipetur. Exultate
iusti in dño/ꝛ gloriamini omnes recti corde. Dignus est agn⁹
qui occisus est/leo qui resurrexit. Postremo liber ipse dignus
est aperire seipm̃. Resurgens nimiꝝ a mortuis:resurgens aũt

N

virtute ꝓpria:ꝛ post tres dies sicut ꝓdixerat testimoniũ perhi
bẽtibus inimicis:ꝛ resurgens in tãta maiestate ꝛ gloria: indi-
cat manifeste quecũqꝫ ꝓdiximus signacula vel operimenta vo
luntaria non necessaria/nec cõditionis fuisse sed dignatiõis.
Quid tu nup iudee signabas lapideꝫ monumenti? Quia sedu
ctor ille dixerat adhuc viuens/post tres dies resurgam. Uere

Hiere. xx

seductor/sed pius non maliciosus. Deniqꝫ seduxisti me dñe et
seductus sum(ait ꝓpheta vester in psona vestra) fortior fuisti
ꝛ inualuisti. Seduxit vos o iudei in passione:nam in resurre-

j. Cor. ij.

ctione inualuit ꝛ ꝓualuit vincens leo de tribu iuda. Etenim si
cognouissent nũqꝫ dñm glorie crucifixissent. Quid ergo factu
rus es? Et predixit/ꝛ iam reuixit. Diligenter explora signacu
lum sepulture:apertum est eñ. Datur tibi signum ione ꝓphe-

Luce. xj.

te:qꝛ ꝛ hoc ꝓdixit ipse. Egreditur ionas de ventre ceti:chꝛist⁹
de corde terre tertia die ꝓcedit. Nisi q̃ manifeste plus q̃ io-
na hic:qui semetipsum viriliter ꝛ ab ipso vtero mortis eduxit.

Mat. xij.
Luc. xj.

Propterea viri niniuite consurgẽt ꝯtra vos in iudicio: ꝓpter
ea ipsi iudices vestri erũt:qꝛ ꝓphete obtẽperauerunt:vos nec

O

dño ꝓphetaꝝ. ¶ Ubi est qd̃ dicebatis/descendat de cruce et

Mat. xxv

credimus ei? Crucis signaculũ dirũpere voluistis: ꝓmittẽtes
ad fidẽ vos introituros. Ecce aptum nõ diruptũ est: introite.
Alioquin si nõ creditis resurgenti:vtiqꝫ nec credidissetis de-
scẽdenti. Sic vos scandalizabat crux xp̃i. Uerbũ eñ crucis iu

j. Cor. j.

deis quidem scandalum est/ait apl̃s. Excitet vos saltem noui-
tas resurrectionis. Inuenimus nos in cruce gloriam. Nobis
qui saluamur dei virtus est/ꝛ oim̃ vt ostendimus plenitudo
virtutum. Sit vobis pars vel in resurrectione. Sed forte ꝛ illa
immo multomagis illa vos scandalizat:ꝛ odor vite nobis i vi
tam/vobis est odor mortis in mortem. Quid ergo insistimus?

Luce. xv.

Non sustinet audire symphoniam ꝛ choꝝ senior frater: occisũ
nobis saginatum vitulum indignatur. Foris stat:oino non ac
quiescit intrare. Ingrediamur nos fratres ꝛ epulemur in azi-
mis sinceritatis ꝛ veritatis:etenĩ pascha nostrũ immolat⁹ est

O

xp̃s. ¶ Amplectamur cõmẽdatas nobis in cruce virtutes/ hu
militatem/patiẽtiam/obedientiam ꝛ charitatẽ. In hac quoqꝫ
tam ꝑcipua solẽnitate quid cõmendetur nobis sedula cogita
tione pensemus. Nempe resurrectio transitus ꝛ transmigratio.
Christus eñ fratres nõ recidit hodie/sed resurrexit nõ rediit
sed transiit/transmigrauit/non remeauit. Deniqꝫ ꝛ ipsuꝫ quod
celebramus pascha transitus non reditus interpretatur: ꝛ ga
lilea vbi videndus nobis ꝓmittitur qui resurrexit:nõ remea-
tionem sonat/sed transmigrationem. Credo iam aliquoꝝ inge
nia preuolant:ꝛ quorsum hec velint tendere suspicantur. Dici
mus tñ breuiter:presertim ne deuotionem vestram in tãta so-
lennitate:sermonis videatur ꝓlixitas onerare. Si post cõsum
mationem crucis in nostram hanc mortalitatem ꝛ vite presen
tis erũnas xp̃s dñs reuixisset:ego euꝫ fratres non transisse di
cerem/sed rediisse/non transmigrasse in sublimius aliquid: sꝫ
ad statum remeasse priorem. Nunc autem qꝛ transiit in nouita
tem vite/nos quoqꝫ inuitat ad transitum vocat in galileã. Pro

P

pterea siquidem q̃ mortuus est peccato/mortuus est semel:qꝛ
q̃ iaꝫ viuit:viuit non carni/sed deo. ¶ Quid nos dicimus qui
sacraꝫ dñi resurrectionem/pasche prinamus noie:vt sit nobis
in reditum magis q̃ in transitum. Luximus his diebus com-
punctioni ꝛ orationi/grauitati ꝛ abstinentie deditĩ/ ceteroruꝫ
negligentias temporum sacro hoc quadragenario redimere ꝛ
diluere cupientes. Communicauimus passionibus christi/cõ-
plantati et denuo sumus per baptismum quendam lachryma-
rum/penitentie/confessionis. Si ergo mortui sumus peccato

Q

quõ viuemus adhuc in illo? Si negligentias planximus:quid
cause est vt recidamus nunc in easdem? Inueniemur nũc iteꝝ
curiosi

curiosi vt ante/verbosi vt ante/pigri et negligentes vt ante/vani/suspiciosi/detractores/iracundi/ceterisque implicati vitiis: quos tam antea deplorauimus his diebus. Laui pedes meos: quomodo iterum inquinabo eos: Exui me tunica mea/quomodo induam eam. Non est transmigratio hec fratres: non sic videbitur christo: non hoc iter quo ostendat nobis deus salutare suum. Denique qui retro respicit indignus est regno dei. Sic amatores seculi inimici crucis christi/ cuius in vanum accepto nomine dicuntur christiani: toto hoc tempore quadragesimali ad instantes inhiant dies resurrectionis: heu) vt liberius indulgeant voluptati. Obnubilant fratres solennitatis leticiam materia tristior/sed ipsius plangimus solennitatis iniuriam/quam dissimulare non possumus nec in ipsa/immo minus in ipsa. Proh dolor peccandi tempus/terminus recidendi facta est resurrectio saluatoris. Ex hoc nempe comessationes et ebrietates redeunt: cubilia et impudicitie repetuntur: et laxantur concupiscentiis frena/quasi ad hoc surrexerit christus: et non magis propter iustificationem nostram. Sic honoratis miseri christum quem suscepistis: Venturo parastis hospitium/confidentes peccata cum gemitu/castigantes corpora/elemosynas impendentes/et ecce susceptum proditis inimicis: immo exire compellitis priores nequitias admittendo. Neque enim cohabitatio esse potest luci ad tenebras/christi cum superbia/cum auaricia/cum ambitione/cum fraterno odio/cum luxuria/cum fornicatione. Quid enim minus presenti debetur quam venturo: Quid enim minus reuerentie resurrectionis tempus exigit/quam passionis: Sed vos/vt manifestum est neutram honoratis. Nam si compateremini et conregnaretis/si commoreremini/et consurgeretis. Nunc autem ex sola consuetudine temporis et simulatione quadam humiliatio illa processit: quam non sequitur exultatio spiritualis. Propter hoc vt ait apostolus. Multi infirmi et imbecilles et dormiunt multi. Propter hoc crebra in diuersis regionibus hominum mortalitas specialiter his diebus. Quid enim: Deprehensi estis inter angustias preuaricatores. Non quod preuaricati estis/sed quod peccatis in peccato addentes preuaricationem/aut penitus impenitentes/aut tepide penitentes/nec pericula fugientes vel post miseram experientiam incentiua peccati. Irretiuit vos inimicus perplexis/vt ait scriptura nervis testiculorum. Si hec conscientia christi sacramenta refugitis/nihil vobis commune cum christo/non habetis vitam in vobis. Ipsum audite dicentem. Nisi manducaueritis carnem filii hominis et biberitis eius sanguinem non habebitis vitam in vobis. Si indigne suscipitis iudicium vobis manducatis/sanctum domini non diiudicantes. Redite ergo preuaricatores ad cor: et in toto corde querite dominum et odite malum/penitentes non verbo tantum et lingua/sed spiritu et veritate. Quia vero non satis cecidisse piget hominem vt videtur qui adhuc manere disponit in lubrico aut errasse qui ducem non querit: sit vere compunctionis indicium/opportunitatis fuga/subtractio occasionis. Alioquin timendum valde/ne dies ista siquidem et ipsa posita est in ruinam et resurrectionem multorum in israel reprobet vos vel tanquam manifeste alienos a christo/christo non coicantes/vel tanquam socios iude/in quem intrauit sathanas post bucellam. ¶ Sed quid ad nos fratres de his que foris sunt iudicare/nisi quod in eodem nos fuisse laqueo plangimus ab eodem erutos gratulamur/sola misericordia operante in quo miserabiliter eos detineri fraterna charitate dolemus: Utinam autem vel nos iam sanctificati et penitus alieni ab hac misera et sacrilega consuetudine inueniamur/neque in nobis periat: aut minuatur de exercitio spirituali sacre resurrectionis aduentu: sed transire magis et excrescere studeamus. ¶ Quicunque enim post lamenta penitentie non ad carnales redit consolationes: sed in fiduciam diuine miserationis excedit: ingreditur nouam quendam deuotionem et gaudium in spiritu sancto/nec tam compungitur preteritorum recordatione peccatorum/quam delectatur memoria et inflammatur eternorum desiderio premiorum: is plane est qui cum christo resurgit: qui pascha celebrat: qui festinat in galileam. Uos ergo charissimi si cum surrexistis cum christo que sursum sunt querite vbi christus est in dextera dei sedens: que sursum sunt sapite non que super terram: vt quemadmodum christus resurrexit a mortuis per gloriam patris: ita et vos in nouitate vite ambuletis: vt a seculari leticia et consolatione mundi per compunctionem: et tristiciam que secundum deum est/ad deuotionem sanctam et spiritalem vos transire gaudeatis exultationem: ipso prestante qui transiuit ex hoc mundo ad patrem/et nos quoque trahere post se/et in galileam vocare dignatur: vt semetipsum nobis ostendat qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen.

¶ In tempore resurrectionis ad abbates de lectione euangelica maria magdalene et maria iacobi et salome. Ser. iij.

Accepimus ab apostolo habitare christum per fidem in cordibus nostris. Unde videtur non incongrue intelligi posse radium christum in nobis viuere quamdiu viuit fides. At postquam fides nostra mortua est quodammodo christus mortuus est in nobis. Porro fidei vitam opera attestantur sicut scriptum est. Opera que dedit mihi pater ipsa testimonium perhibent de me. Nec discrepare videtur ab hac sententia: qui fidem sine operibus mortuam asserit in semetipsa. Sicut enim corpus huius vitam/ex motu suo dignoscimus: ita et fidei vitam/ex operibus bonis. Itaque vita quidem corporis est anima per quam mouetur et sentit: vita vero fidei charitas est: quia per illam operatur/sicut in apostolo legis. Fides que per dilectionem operatur. Unde et refrigescente charitate fides moritur: sicut corpus anima recedente. Tu ergo si videris hominem in bonis operibus strenuum et feruore conuersationis hilarem: viuere in eo fidem non dubites indubitata tenens vite illius argumenta. ¶ Sed sunt nonnulli qui cum spiritu ceperint heu carne postea consummantur. Scimus autem quia iam non permaneat in eis spiritus vite/quia scriptum est. Non permanebit spiritus meus in homine in eternum quia caro est. Et si non permanet spiritus: haud dubium quin excidat charitas/que nimirum diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Porro fidei vitam etiam diximus in charitate constituit qui fidem per dilectionem perhibuit operari. Hinc ergo colligitur: recedente spiritu: fidem mori: quoniam spiritus est qui viuificat. Denique si sape secundum carnem mors est/non dubium quin illi quos viuere letabamur quamdiu facta carnis spiritu mortificabant secundum carnem viuentes plangendi sunt tanquam mortui. Unde et in eodem apostolo legis. Si inquit secundum carnem vixeritis moriemini: si autem spiritu facta carnis mortificaueritis/viuetis. Ue tibi quicunque es canis reuersus ad vomitum: et sus lota in volutabro luti. Non eos tantum loquor qui corpore sed et eos qui corde redeunt in egyptum: seculi huius oblectamenta sectantes: ac perinde fidei vitam que est charitas non habentes. Si quis enim diligit mundum non est charitas patris in eo. Quis magis mortuus eo qui fouet ignem in sinu: peccatum in conscientia: nec sentit/nec expauescit/nec excutit: ¶ Ecce igitur christus in sepulchro/fides mortua est in animo. Quid faciemus ei: Quid fecerunt sancte mulieres: que sole ex omnibus suis amplioris tenebantur affectu: Emerunt aromata vt venientes vngerent iesum. Nunquid vt suscitarent: Et nos scimus fratres: quia suscitare nostrum non est/sed vngere nobis incumbit. Cur hoc: Nempe ne feteat quod huiusmodi est/ne sit ceteris odor mortis ne pessum eat et penitus dissoluatur. Emant proinde aromata sua tres mulieres/mens/lingua manus. De his enim vt arbitror petrus mandatum accepit tertio pascere gregem domini. Pasce inquit mente/pasce ore/pasce opere. Pasce animi oratione: verbi exhortatione: exempli exhibitione. ¶ Querat igitur mens aromata sua: ante omnia compassionis affectum/de hinc rectitudinis zelum: et inter hec discretionis spiritum non omittat. Quoties peccantem videris fratrem/continuo procedere oportet compassionis affectus/tanquam cognatus humanitati quippe quem concipis ex teipso. Uos inquit apostolus qui spirituales estis instruite huiusmodi in spiritu lenitatis/considerans teipsum ne et tu tenteris. ¶ Et cum exiret dominus baiulans sibi crucem et plangerent super eum nondum quidem omnes tribus terre/sed mulieres pauce/conuersus ad eas. Filie inquit hierusalem nolite flere super me: sed super vosipsas flete et super filios vestros. Ordinem diligenter attende. Super vos inquit primo: deinde super filios vestros. Temetipsum attende/vt alii noueris compati/vt arguas in spiritu lenitatis. Teipsum considera/ne et tu tenteris. Sed quia exemplum efficacius persuadet et altius imprimit animo: mitto vos ad sanctum illum senem/qui cum audisset peccasse vnum ex fratribus/amarissime flebat inquiens. Ille hodie et ego cras. Qui sic flebat super se putas quia non compassus sit fratri: Hic itaque compassionis affectus multis quidem prodest: quia animus liberalis contristare quem pro se viderit anxium erubescit. Sed quid agimus quod nonnulli dura ceruice et attrita sunt fronte: vt quo magis compatimur: tanto magis nostra et compassione et patientia abutuntur: Nonne sicut compatiebamur fratri: ita ipsi iusticie compatiendum est: quam videmus tam impudenter abiici: eam impudenter prouocari: Scio quia si qua in nobis est charitas: contemptum hunc dei ferre equanimiter non possumus. Hic est zelus iusticie quo aduersus delinquentes accendimur: tanquam pietate ducti erga eam quam contemni videmus iusticiam dei. Ueruntamen oportet vt priora sibi vendicet compassionis affectus. Alioquin in spiritu vehementi conterimus naues tharsis: conterimus quassatum calamum: extinguimus linum fumigans. Sed cum vterque aderit videlicet et compassionis affectus et zelus iusticie: necesse est vt absit spiritus discretionis: ne forte eam oporteat hunc exhiberi: ille procedat/et indiscretio ipsa confundat vniuersa. Habeat itaque mens nostra tertium spiritum discretionis/vt miscens apte temporibus tempora: opportune emulari: et nihilominus ignoscere sciat. Samaritanus sit custodiens et obseruans quando oleum misericordie/quando vinum seruoris exhibeat. Et ne forte meum putetis inuentum: prophetam audite in psalmo hec eadem et eodem ordine postulantem. Bonitatem inquit et disciplinam et scientiam doce me. Sed vnde hec nobis: Neque enim talia profert virtutum germina ter-

ra cordis nostri: sed magis spinas & tribulos germinat nobis. Emere ergo oportet. A quo aūt emenda sunt: Ab eo vtiq̄ q̄ ait. Uenite emite absq̄ argento & absq̄ vlla cōmutatione vinū & lac. Non ignoratis quid lactis dulcedo/ quid vini designet austeritas: ¶ Quid est autē emere sine argento & sine cōmutatiōe: Nō talis est ēptio apd̄ amatores hui⁹ seculi/ sȝ apd̄ auctorē seculi/ alia esse nō pōt. Propheta em̄: dixi dn̄o. De⁹ me⁹ es tu qm̄ bonoꝝ meoꝝ non eges. Quam igitur commutationē ei dabis homo pro gratia sua qui nullius eget/ & cuius sunt vniuersa: Gratia gratis datur/ etiam cum emitur: gratis enim: quia quod datur pro ea nobis melius retinetur. Tria ergo aromata mentis/ nummo proprie voluntatis emenda sunt: quam q̄dē dimittentes nihil amittimus: etiam & lucramur plurimum cōmutantes illam in melius: vt communis fiat que propria fuit. Porro communis voluntas/ charitas est. Emimus ergo absq̄ commutatione recipientes q̄ non habuimus/ & q̄d habuimus melius retinentes. Qui vero compatietur fratri qui in propria voluntate nescit compati nisi sibi: aut quando amans seipsum diliget iustitiam/ & odio habebit iniquitatem: Simulare quidem potest ante oculos hominum etiam & semetipsum seducere: vt cum priuato amore vel odio ducitur/ compassionis affectum/ aut zelum putet esse iusticie. Uex facile est nosse q̄ sint aliena a propria volūtate/ que propria sunt charitatis/ cui illa recta fronte contrariam se constituit. Nam charitas benigna est charitas super iniquitate non gaudet. Jam de spū discretionis scimus quia nihil sic illum extinguit quomodo voluntas propria subuertens corda hominū/ & rationis oculos claudens. Emēda proinde sunt tria mentis aromata: affectus compassionis/ rectitudinis zelus/ & spiritus discretionis: nummo vt dictum est ꝓprie voluntatis. ¶ Lingue quoq̄ aromata tria nihilominus sunt/ modestia in increpando/ copia in exhortando/ efficacia in persuadendo. Uis habere hec aromata: Eme illa a domino deo tuo. Eme inq̄ sicut & priora sine vlla cōmutatione/ vt aliquid recipias/ perdas nihil. Eme a domino moderatam correptionem: quia omnino magnum quoddaȝ bonū & datum optimum est: & quod habeant pauci. Linguam enim (vt ait beatus iacobus) nemo domare potest. Uideas multos (sincera licet intentione & benigno accedant animo) leuiter dicere quod grauiter audiatur. Uolat irreuocabile verbum: & q̄ sanare debuerat (quia mordacius forte videtur) exasperat et exulcerat magis. Quando negligentie additur impudentia: etiam & impatientia cumulatur: vt qui sordidus erat sordescat adhuc declinans in verba malicie ad excusandas excusatiōes in peccatis ac more freneticī/ non solum repellens: sed & mordere tentans medici manum. Multis quoq̄ non suppetit verboꝝ copia: sed pre sermonis inopia linguam suam palato adherescere sentiunt/ q̄d & ipsum interdū solet audientibus obesse non paꝝ. Aliis vero ad manū est abundantia multa sermōis sed que dicunt minus sapiunt/ minus acceptantur: & q̄ gratiā non habent/ minus efficacia sunt que loquuntur. Uides q̄ necesse sit emere ab eo a quo omne bonum est/ a quo omnis sciētia/ modestiam in increpando: copiā in exhortando: efficaciam in persuadendo. Proinde eme ista nummo confessionis: vt pri⁹ peccata tua ꝯfitearis/ q̄ ad expurganda accedas aliena. Magnum prorsus & mirabile sacramentum/ anime suscitatio. Uide ne ad illud immundus accedas. Quod si forte nō potes innocens/ immo q̄ non potes: laua inter innocentes manus tuas/ anteq̄ circūdes monumentum dn̄i. Omnia siquidem in cōfessione lauantur. Et hec ablutio in quandam innocentiam tibi deputabitur: vt inter innocentes assistas. Ad altaris officiuȝ nemo accidit in veste communi: sed quisquis accessurus est/ albis induitur. Et tu ergo cum ad dn̄i monumentum properas/ lauare/ dealbare/ induere vestimentis glorie/ vt dicatur tibi. Confessionem & decoreȝ induisti. Quia vbi confessio: ibi in cōspectu dn̄i pulchritudo est. Hec pro eo dicta sunt vt aromata lingue/ moderata increpatio: copiosa exhortatio/ efficax psuasiō nummo cōfessionis emantur. ¶ Uerūtamen legimus & quotidianis etiam experimentis didicimus/ cuius vita despicitur restat vt predicatio contēnatur. Patet ergo & manus aromata sua/ ne subsannet nos sapiēs tanq̄ pigrum illū: cui labor sit manum ad os porrigere ne possit dicere in quem arguit. Tu q̄ alium doces/ teipsum non doces. Alligas eniȝ onera grauia & importabilia: & imponis ea in humeros hoīȝ: digito tuo nolēs ea mouere. Dico vobis/ sermo quideȝ viuus & efficax exemplū est operis facile persuadens quod intendimus/ dum factibile probat esse quod suademus. Pro huiusmodi habeat necesse est etiam manus aromata sua/ continentiam in carne/ misericordiam in fratre: patientiam in pietate. Unde apostolus ait. Sobrie & iuste & pie viuamus. Hec enim tria sunt conuersatiōi nostre maxime necessaria: quoniā primū debemus nobis/ scdm̄ proximo/ tertium deo. Nam qui fornicatur/ in corpus suū peccat: magno illud priuans honore & pudendo adiciens: pudendoq̄ dedecori: tollens membrum xp̄i & faciens membrum meretricis. Ego aūt non ab ea tantum que tam abominabilis est sed ab omni voluptate carnis continendum dico. Ante omnia igitur perfectam hanc continentiam quere: quam debes tibi ipsi. Nemo enim tibi propinquior est. Dehinc adde misericordiam/ quaȝ debes proximo: q̄ cum eo saluandus es. Deide patientiam/ quaȝ debes deo/ q̄ ab eo saluandus es. Omnes em̄ qui pie volunt viuere in christo persecutionem patiuntur. Et p multas tribulationes opȝ nos intrare in regnū celorum. Uide ergo ne per impatientiam pereas: sed vniuersa pro eo sustine qui prior p te maiora sustinuit: & apud quem infructuosa patiētientia non erit sicut ait propheta. Patientia pauperum nō pibit in finem. ¶ Porro hec manus aromata/ nummo subiectionis emuntur. Hec est eniȝ que dirigit gressus nostros: & sancte conuersationis gratiam promeretur. Nam si cōtraria lex inuēta est in mēbris nr̄is per inobedientiā: q̄s nesciat p obediētiā ꝯtinētiā dari: Ipsa quoq̄ est que miam ordinare nouit: ipsa q̄ patientiam et docet et donat. Cum his igitur aromatibus accede ad eum/ in quo fides mortua est. Uerum si consideremus q̄ magnum sit ad nos suscitare eum qui huiusmodi est/ q̄ difficile sit vel accedere ad cor eius/ quod lapidea quedam obstinatio & impudentia clausit: puto q̄ dicere habeamus et nos. Quis reuoluet lapidem ab ostio monumenti: Attamen dū sic trepidi veremur accedere/ cunctantes ad tam grande miraculum: fit nonnunq̄ vt solita pietate preparationem cordis nostri audiat auris diuina: & ad vocem virtutis eius resurgat q̄ erat mortuus. Et ecce angelus domini: hilaritas quedā in vultu illius tanq̄ in ostio monumenti nobis apparet: & fulgor quidam index resurrectionis: vt aperte videatur facies eius immutata: accessum prebens nobis ad cor suū/ immo & aduocās ipsumq̄ obstinationis sue reuoluens lapidem & sedens super eum ita vt suscitata fide ipsa: etiam lintheamina quibus obuoluta fuerat ipse demonstret. Dūq̄ omnia que in corde suo passa actitabantur aperit/ & confitetur quomodo seipsum sepelierat intus/ ipsam tepiditatem & negligentiam suam prodens. Uenite inquit & videte locum vbi positus erat dominus.

Esa. lv. — R — Ps. xv. — j. Cor. xiij — M — Jaco. iij. — N — Ps. cij. — O — Thim. ij. — P — ij. Thi. iij. — Act. xiiij — Ps. ix. — Matthei xxviij. — R — accidit

¶ In tempore resurrectionis de mersione naamam septies in iordane: et de mundatione septemplicis lepre et de septem apparitionibus domini resurgentis: quibus septem dona spiritussancti designantur. Sermo tertius.

Sicut in corporum medicina prius purgationes adhibentur/ deinde refectiones/ vt scȝ prius exinaniatur corpus ab humoribus noxiis: dehinc cibis sanioribus foueatur: sic medicus animarum dn̄s xp̄s: cuius tota dispensatio quā exhibuit in carne medicina salutis est/ ante passionem suam septeȝ dedit purgationes: post resurrectionē suā totidē cibos salubres pariter & suaues. Heliseus noster/ naamā leprosū septies in iordane mergi pcepit: q̄ interpratur descensus. In descēsu dn̄i nr̄i iesu xp̄i. i. in humilitate ꝯuersatiōis ei⁹ quā exhibuit ante passionē mūdamur & purgamur. In resurrectiōe vo & vita quā ostēdit. xl. diebus reficimur & delectabilibus pascimur alimentis. ¶ Septēpliciter em̄ occupauit nos lepra superbie/ in ꝓprietate possessionū i gl'ia vestiū: in voluptate corpoꝝ: in ore quoq̄ dupl'r: silr̄ & in corde. Prima est lepra domus/ qua diuites esse volumus in hoc seculo: sed ab ista mūdamur si imergimur i iordane. i. in xp̄i descēsu. Inuenim⁹ em̄ qm̄ ille cū esset diues propter nos paup fact⁹ ē. Descēdit ab inenarrabilib⁹ celi diuitiis & veniēs in mūdū/ nec istas qualescūq̄ diuitias hr̄e voluit: sȝ in tāta paupertate venit vt natus ꝯtinuo poneret in p̄sepio: q̄ ei nō erat loc⁹ in diuersorio. Deniq̄ q̄s nesciat qm̄ filius hoīs nō habebat vbi caput suū reclinaret: Qui bene mergit hic q̄n querit diuitias huius mūdi: Et re magna abusio & magna nimis vt diues esse velit vermicul⁹ vilis/ ꝑpter quē de⁹ maiestatis & dn̄s sabaoth voluit paup fieri. Porro in lepra vestis/ oēm secularis huius pōposam intellige vanitatē. Nā ab illa nihilomin⁹ in iordanis mersione mūdaberis vbi inuenies xp̄m dn̄i vilib⁹ pānis inuolutū factū opprobriū hoīm & abiectionē plebis. A lepra quoq̄ corporis mūdamur in ipso iordane: si bene cogitantes dn̄ica passionē erubescimus sed corporis voluptatē. At in ore (vt diximus) duplex est lepra. Cū em̄ aduersi quicq̄ contigerit murmuramus: & impatientie verbū tanq̄ lepre sanies effluit: sed ab hac mundamur si illū attendimus qui tanq̄ ouis ad occisionem ductus est: & nō aperuit os suum. Qui cū male diceret non maledicebat: cū pateret nō cōminabat. In ꝓsperis quoq̄ contra eum qui dixit: nō q̄ seipm̄ cōmēdat ille ꝓbatus est: commendamus nosmetipsos: nō in multa patiētia/ sed in arrogantia

iiij. Re. v. — S

in arrogantia:ꝛ inquinat nos altera lepra verbi iactãtie. Ut er-
go mũdemur ab illa mergamur in iordane:ꝛ imitemur eũ qui
non q̄rebat gloriam suã. Eũ ꝛ demonia q̄ clamabãt:q2 ipse eẽt
dei filius ꝑcipiebat obmutescere/ꝛ illuminatos cecos dicere
A ꝓhibebat. ❡ In corde duplex est lepra/ ꝓpria volũtas/ꝛ pro-
priũ consiliũ. Lepra vtraq3 nimis pessima:eoq3 ꝑniciosior/quo
magis interior. Uoluntatẽ dico ꝓprie q̄ non est cõis cũ deo et
hoibus sed nostra tantũ:qñ qđ volumus non ad honorem dei
non ad vtilitatẽ fratrũ:sed ꝓpter nosmetipsos facim⁹ nõ in-
tẽdẽtes placere deo ꝛ ꝓdesse fratribus:sed satisfacere ꝓprijs
motibus aiorꝝ. Huic cõtraria est recta fronte charitas q̄ de⁹
est. Hec eñ aduersus deũ inimicitias exercẽs est:ꝛ guerrã cru
delissimã. Quid eñ odit/aut punit deus:ꝑter ꝓpriam volũta-
tem: Cesset volũtas ꝓpria ꝛ infernus non erit. In quem enim
ignis ille desceuiet/nisi in ꝓpriam voluntatẽ: Etiã nunc cũ fri
gus/aut famẽ/aut aliqđ tale patimur qđ ledit nisi ꝓpria vo-
lũtas: Quod si volũtarie sustinemus ipsa iã voluntas cõis est
sed infirmitas q̄dam ꝛ velut pruritus volũtatis adhuc de pro
prio est:ꝛ in illo oẽs penas sustinemus donec penitus cõsuma
B tur. Nam volũtas illa ꝓprie est cui assentimus:ꝛ cui se liberũ
inclinat arbitriũ. Hec aũt desideria ꝛ concupiscẽtie q̄ inuitos
tenent/non volũtas/sed corruptio volũtatis est. Porro volun
tas propria:quo furore dñm maiestatis impuget:audiant ꝛ ti
meãt serui ꝓprie voluntatis. Primo nãq3 seipsam subtrahit et
subducit eius dñatui:cui tanq̄ auctori seruire iure debuerat
dũ efficitur sua. Sed nunq̄d contenta erit hac iniuria: Addit
adhuc:ꝛ qđ in se est oia quoq3 q̄ dei sunt tollit ꝛ diripit. Quẽ
eñ modũ sibi ponit humana cupiditas: Nonne q̄ p vsurã acq̄
rit pecuniã modicã/sic mundũ lucrari conaret vniuersũ si nõ
C deesset possibilitas:si suppeteret volũtati facultas: Dico fidu
cialiter:nemini qui sit in propria voluntate posset vniuersus
mundus sufficere. Sed vtinam vel rebus istis esset contenta/
ne in ipsum horribili dictu desceuiret auctorẽ. Nũc aũt ꝛ ipm
(q̄tum in ipsa est) deũ perimit voluntas ꝓpria. Omnino eni3
vellet deus pctã sua aut vindicare non posse/ aut nolle/aut ea
nescire. Uult ergo eũ nõ esse deũ q̄ q̄tum in ipsa est/ vult eum
aut impotentẽ/aut iniustũ esse aut insipientem. Crudelis pla-
ne ꝛ oino execranda malicia q̄ dei potentiã/iusticiã/sapientiã
perire desiderat. Hec est crudelis bestia/fera pessima/rapacis-
sima lupa:ꝛ leena seuissima. Hec est immundissima lepra animi
ꝓpter quam in iordane mergi oporteat:ꝛ imitari eũ qui nõ ve-
nit facere voluntatem suam. Unde ꝛ in passione/non mea inq̄t
C voluntas sed tua fiat. ❡ Lepra vero ꝓprij consilij eo pernicio
sior est magis occulta:ꝛ q̄to plus abũdat:tanto sibi quisq3 sa
nior esse videt. Hec illorꝝ est qui zelũ dei hñt/ sed nõ ẽm sciam
sequentes errorẽ suũ ꝛ obstinati in eo:ita vt nullis velint consi
lijs acquiescere. Hi sunt vnitatis diuisores/inimici pacis:cha
ritatis expertes:vanitate tumentes:placẽtes sibi:ꝛ magni in
oculis suis:ignorantes dei iusticiã/ꝛ suã volentes constitue-
re. Et que maior supbia q̄ vt vnus homo toti cõgregationi iu-
dicium suum ꝑferat:tanq̄ ipse solus habeat spm̃ dei: Ydola-
trie scelus est non acquiescere:ꝛ quasi peccatum ariolandi re
pugnare. Eant nunc qui se faciunt religiosiores alijs:q̄ nõ sunt
sicut ceteri hoim:ecce arioli ꝛ ydolatre facti sunt:si tñ vel ei
q̄ dixit hoc:plus q̄ sibi iudicãt esse credẽdũ. Neq3 hinc disso-
Mat.xviij nat veritatis sermo quẽ dixit. Si ecclesiã non audierit sit tibi
sicut ethnic⁹ꝛ publicanus. Sed vbi poterit hec lepra mũdari
nisi in iordane: Ubi mergere quicũq3 hmõi es:ꝛ attende qđ fe
cerit magni consilij angelus:quõ consilium suum postposuerit
consilio vel magis voluntati mulieris vnius:beatã virginẽ lo
quor:ꝛ fabri paupis ipse est ioseph. Inuẽtus eñ in medio do-
ctorꝝ audiens eos ꝛ interrogans:quodãmodo increpat⁹ a ma
Luce.ij tre est. Fili qđ fecisti nobis sic: Et ille. Quid erat inquit q̄ me
q̄rebatis. Nesciebatis q2 in his q̄ patris mei sunt opꝫ me esse:
At illi non intellexerunt verbũ/ꝛ qđ fecit verbũ: Non capie-
batur in se/descẽdit ita vt esset etiã subditus illis. Quis iam e-
non erubescat obstinatus esse in consilio suo:qñ suũ sapientia
ipsa deseruit: Sic mutauit consiliũ suum:vt qđ iam tunc cepe
rat:ex tunc vsq3 ad tricesimũ etatis sue annũ prorsus dimiserit.
Nihil eñ ab hoc.xij. ãno de ei⁹ doctrina vel opib⁹ iuuenis vsq3
ad annos.xxx. Sed forte q̄rendũ ab ipso est quõ volũtatẽ suam
cõsiliũ ve reliq̄rit. O dñe volũtas de qua dixisti vt nõ fieret si
bona nõ erat quõ tua erat: Si bona erat q̄re derelicta est: Sic
ꝛ cõsiliũ si non bonũ/quõ tuum:si bonu3/quomodo relinquen
dum: Et bona erat ꝛ eius erant/neq3 minus tñ relinquẽda ob
hoc videlicet vt fierent meliora. Neq3 enim oportebat propria
pre iudicare cõibus. Erat ergo voluntas x̄pi/ꝛ bona erat qua
Mat.xxvj dicebat. Si fieri potest transeat a me calix iste:sed de ea de q̄
dicebat/fiat voluntas tua melior erat:quia communis nõ so-
lum patris/sed et christi ipsius oblatus est enim:quia ipse vo
luit)ꝛ nostra. ❡ Nisi enim granum frumenti cadens in terram
mortuũ esset/ipm solum maneret:mortuũ vero multũ fructũ at
tulit. Atq3 hec voluntas patris erat:vt videlicet haberet q̄s
adoptaret in filios. Christi erat/vt sit ipse primogenit⁹ in mul
tis fratribus. Nostra erat:quia pro nobis faciebat vt redime
remur. De consilio idem dicimus. Christi enim erat/et bonu3
erat consilium illud quod ait:quia in his que patris mei sunt
opꝫ me esse. Sed quia illi nõ intellexerunt mutauit illud cõsi
lium:vt nos mũdaret ab ea lepra q̄ ꝓprij consilij est. Exemplũ
eñ dedit nobis vt ꝛ nos ita faciam⁹. Nã ab initio nouerat q̄d
esset facturus:sed voluit formã nobis huius humilitatis exhi
bere:ꝛ ad lauandã pessimã hanc leprã diuinũ in seipso parare
D iordanẽ. ❡ Audiant igitur vtriq3 pariter qui ꝓprie volũtatis
ꝛ qui ꝓprij consilij lepra sordent:audiant quid spũs dicat ec-
Jaco.iij clesijs breui vno versiculo lepram vtrãq3 condẽnans. Sapien
tia aũt q̄ desursum est:primũ quidẽ pudica est/cõtra ꝓprie vo
luntatis impuritatem:deinde pacifica/contra consilij ꝓprij
obstinatã rebellionẽ. Qui ab his septẽ purgatus fuerit exer/
tanq̄ post septẽ sellas q̄rat septẽ fercula q̄ sunt septẽ spũsan-
cti dona. Porro sicut in vita dñi añ passionẽ septẽ purgatiões
inuenimus:sic ꝛ in apparitionibus septẽ/q̄ post resurrectionẽ
facte legunt septẽ illa dona spũsancti possumus inuenire. In
prima/spm̃ timoris accipe qñ mulieribus sanctis veniẽtib⁹ de
scẽdit angelus de celo ꝛ terremotus factus est:ita vt ipsas ti
more ꝑterritas oportuerit ab angelo ꝯsolari. In spũ pietatis
apparuit simoni:q2 magna ꝛ oino ꝛ vere dño Jesu digna pie-
tatis dignatio/q̄ ei quasi singulariter ꝛ añ ceteros dignatus
est apparere:quẽ pre ceteris de negatione ei⁹ rea ꝯscia cõfun
Roma.v. debat:vt vbi abũdauit delictũ/supabũdaret ꝛ grã. In spiritu
scie duobus ꝑgentib⁹ in emaus scripturas exposuit:incipiens
a moyse ꝛ ꝓphetis. In spũ fortitudinis ianuis clausis intra-
uit/ostendẽs manus ꝛ latus:sicut solent in signũ virtutis cly-
peorꝝ foramina demõstrari. In spũ consilij/frustra in piscatiõe
laborantes mittere in dexterã rhete cõsuluit. In spũ intelle-
ctus/aperuit illis sensum vt intelligerent scripturas. In spiri
tu sapientie die quadragesimo apparuit eis:qñ videntib⁹ illis
eleuatus est:ꝛ viderunt filium hominis ascendentem vbi erat
prius. Usq3 ad illam enim diem quasi per stulticiam predica-
tionis saluos faciebat credentes:postq̄ vero coram eis ascen
dit ad patrem:iam cepit sapientia declarari.

E

❡ In tempore resurrectionis:quomodo quibusdã nõdum natus est christus:quibusdam nondũ passus:quibusdam nondum resurrexit:quibusdam nondum ascẽdit in celũ:quibusdã nondũ misit spm̃sctm̃. Sermo.iiij.

Omnia que de saluatore legim⁹/ medicamina sunt
aiarum nostrarꝝ. Uideamus ergo ne qñ forte dica
tur de nobis Curauimus babylonem ꝛ non est sa
nata. Cogitet vnusquisq3 q̄tum operẽtur in eo tã
salutaria medicamẽta. Sunt eñ q̄bus nondũ na-
tus est x̄ps:sunt q̄bus nondũ est passus:sunt quibus non surre
xit vsq3 adhuc. Alijs quoq3 nondũ ascẽdit:alijs nondum misit
Phil.ij spm̃sanctum. Quõ eñ opatur eius humilitas qui cũ in forma
dei esset nõ rapinã arbitratus est eẽ se equalẽ deo:sed semet-
ipm exinaniuit formã serui accipiẽs:quõ inquã dei humilitas
in superbo hoie operatur: Que illius humilitatis vestigia in
his qui adhuc toto desiderio terrenis diuitijs ꝛ honoribus in
Esa.ix. hiant: An non mõ exhilaratur cõscientia vestra fratres mei q̄
dicere potestis:paruulus natus est nobis: Sunt quibus non-
dum est passus christus:q̄ labores fugiũt ꝛ mortẽ metuũt vsq3
adhuc:quasi vero ille ꝛ labores sustinendo ꝛ mortem moriẽdo
non vicerit. Sunt quibus nondũ surrexit:qui in laborꝝ antie-
[illegible] penitentie morte afficiuntur tota die nondũ
spirituali consolatiõe recepta. Sed nisi breuiati fuissent dies
illi/quis posset sustinere: Alijs surrexit christus/sed nondum
ascendit:immo cum eis adhuc pia dulcedine cõmoratur in ter
ris:his.s.q̄ deuotione sunt tota die:flent in orõnibus:suspirãt
in meditationib⁹ suis:ꝛ oia festiua ꝛ iocũda sunt eis:ꝛ p oẽs
dies illos ꝯtinuũ alleluya cantatur. Sed opꝫ lac eis subtrahi
vt discãt vesci solido cibo:ꝛ expedit eis vt x̄ps vadat:ꝛ hec tẽ
poralis deuotio subtrahatur. Sed qñ hoc cape poterunt: De
sertos sese a dño/priuatos grã cõquerunt. Sed expectẽt pau
lulum:sedeant in ciuitate donec induantur solidiori quadam
virtute ex alto:ꝛ maiora ꝑcipiant charismata spũsancti:sicut
apli ꝓmoti sunt in gradũ altiorẽ ꝛ supeminentiorẽ viã charita
tis ingressi:nõ iã solliciti quõ fierẽt paululũ:sed quõ magna q̄
dam victoria de communi aduersario triumpharent ꝛ concul
carent sathanam sub pedibus suis.

F

❡ In octaua pasche de tribus testimonijs in celo et in terra. Sermo primus.

Joh. v. Omne qd̄ natū est ex deo vincit mundū. Postq̄ vni
genitus dei non rapinā arbitratus est esse se equa
lem deo hoīs quoq̄ dignatus est fieri filius: ⁊ ha
bitu inuētus vt hō: non immerito iā de celesti ge
neratione exiguitas humana p̄sumit. Neq̄ eiñ in-
dignū est deo/eoꝝ fieri patrē/quoꝝ se xp̄s fecerit fratrē. Hinc
est q̄ beatus iohānes q̄ sepius nobis ac studiosius hanc com
mendat adoptionē filioꝝ dei: in ipso quoq̄ euāgelij sui princi
Johan. j. pio. Quotquot inquit receperunt eū dedit eis ptāte filios dei
fieri. Huic ergo verbo sile est qd̄ audiuimus hodie de ei⁹ ep̄la
j. Joh. ā. j. recitari. Omne inq̄t qd̄ natū est ex deo vincit mundū. Quoq̄t q̄
eiñ sunt xp̄i: cū xp̄o eos mūdus odit: sed cū xp̄o supatur pari-
Joh. xv. ter ⁊ ab ipsis. Nolite ait mirari si odit vos mundus: scitote q̄
priorē me vobis odio habuit. Et itē. Confidite inquit/q̄ ego
Joh. xvj. vici mundū. Sic nimiꝝ manifesta sit sermonis illius veritas/
Rom. viij ait ap̄ls. Quos p̄sciuit inquit haud dubiū quin de⁹ pater) ⁊ p̄
G destinauit cōformes fieri imaginis filij dei. Uide ꝯformatio
nem. Post ipsum adoptantur: vt sit ipse primogenitus in mul-
tis fratribus/post ip̄m odit mūdus eos: post ip̄m ⁊ ab eis vin
citur mūdus. Bene ergo qd̄ natum est ex deo vincit mundum
vt sit testimoniū celestis ḡnationis victoria tentationis: et si-
cut is q̄ filius est p natura: mundū cū suo principe triūphauit:
sic ⁊ nos victores inueniamur quotquot sum⁹ filij adoptiōis.
H Uictores sane/sed in ipso qui confortat nos: in quo ⁊ possu-
mus oia: q̄ hec est victoria q̄ vincit mundū/fides nostra. Fide
siquidē in dei filios adoptamur: fidē in nobis mūdus in mali
gno positus odit atq̄ p̄sequitur: fide quoq̄ ⁊ vincit̄ sicut scri-
Hebre. xj ptum est. Sancti p fidē vicerunt regna. Quidni attribuatur fi
Abd. ij. dei victoria/cui⁹ est etiā vita: Justus inq̄t ex fide viuit. Quo
tiens ergo tentationi resistis: quotiēs vincis malignū: noli p
prijs tribuere virib⁹/noli in te/sed magis in dn̄o gloriari. Qm̄
eiñ fortis ille armat⁹ tue cederet infirmitati: Audi deniq̄ qd
j. Petr. v. dn̄ici cōstitutus pastor ouilis admoneat. Aduersarius inquit
vester diabolus tanq̄ leo rugiens circuit q̄rens quē deuoret:
cui resistite fortes in fide. Uides quēadmodū sibi veritatis te
Hebre. xj stimonia cōcinnant: Paulus fide regna vicisse sanctos. Petr⁹
j. Petr. v. principi mūdi resistendū in fide. Johānes quoq̄. Hec est inq̄t
j. Joh. v. victoria q̄ vincit mundū fides nostra. Sequit̄. Quis est q̄ vin-
Textus. cit mundū/nisi qui credit: qm̄ iesus est filius dei: Certū id q̄-
dem fratres/oēm qui non credit in filiū dei: ex hoc ipso iam nō
mō victū eē: sȝ etiā iudicatū. Sine fide eiñ impossibile est pla-
J cere deo. Uerūtamē pōt forte mouere/q̄ tā multos videm⁹
credētes iesum filiū dei esse: adhuc tm̄ mūdi nihilominus cupi
ditatibus irretitos. Quid ergo ait. Quis est q̄ vincit mundū
nisi q̄ credit q̄ iesus est fili⁹ dei: cū ⁊ ipse iā mūdus id credat
An non ipsi quoq̄ demones ⁊ credūt ⁊ cōtremiscunt: Sed di
co. Putasne filiū dei reputat iesum quisq̄s ille est hō: q̄ ipsius
nec terret̄ cōmnationibus: nec attrahit̄ p̄missionibus/nec p̄-
ceptis obtēperat: nec cōsilijs acq̄escit: Nōne is etiā si fateat̄
Jaco. ij. se nosse deū factis tm̄ negat: Porro fides sine opibus mortua
est in semetipsa: Nec sane miꝝ videri pōt si nequaq̄ vincit: que
K nec viuit quidē. Queris q̄ nam sit viuida ⁊ victoriosa fides:
Illa sine dubio p quā xp̄s habitat in cordibus nostris. Chri-
Colś. iij. stus eiñ ⁊ virtus est ⁊ vita nostra. Cum xp̄s apparuerit vita ve
stra ait ap̄ls tunc ⁊ vos apparebitis cū ipso in gloria. Uñ glo
ria nisi de victoria: Aut quare cū ipso apparebimus/nisi q̄ in
ipso ⁊ vincimus: Deniq̄ si his tm̄ data est ptās filios dei fie-
ri/q̄ suscipiunt xp̄m: de his quoq̄ solis intelligendū est qd̄ dr̄.
j. Joh. v. Omnis q̄ nat⁹ est ex deo vincit mundū. Inde est q̄ hic quoq̄
cū dixisset: quis est q̄ vincit mundū/nisi q̄ credit q̄ iesus est fi
lius dei/ vt planius faceret eā cōmendari fidē/p quā vt dictū
est xp̄s in cordibus nostris habitat: addidit ꝯtinuo de ipsi⁹ad
L uētu dicens. Hic est q̄ venit p aquā ⁊ sanguinē iesus christ⁹.
Abd. ā. Adhuc aūt supeminentiorē viā ostendens/⁊ sp̄us est inquit q̄
testificatur: qm̄ iesus est filius dei. Sane q̄ interponit signan
ter repetēs non in aqua solū/sed in aqua ⁊ sanguine/ad moy
Exod. ij. si differentiam arbitror accipiendū. Moyses quidē in aqua ve-
nit a qua ⁊ nomē accepit vt moyses vocaretur. Recolant qui-
bus nota ⁊ historia veteris testamenti: quēadmodū in egypto
dū paruuli oēs israelitici germinis necarentur/expositum in
aquis moysen tulerit filia pharaonis. Et vide si non manifeste
xp̄i ⁊ in hoc ipso videtur precessisse figura. Siḱ nēpe cum pha
raone etiā herodes suspitione laborans/ad eadem conuersus
est crudelitatis argumenta: sed eodē modo est ⁊ ipse delusus.
Utrobiq̄ p̄mi⁹ suspecta persona trucidatur numerositas pue
roꝝ: vtrobiq̄ qui q̄rebat̄ euadit. Et quō moysen filia pharao
nis: ita xp̄m quoq̄ egyptus que non immerito pharaonis in-
telligitur filia suscipit cōseruandum. Manifeste tm̄ p̄usq̄ moy
ses hic: expore qui venerit non in aqua tm̄/sed in aqua et san-
guine. Aque enim multe: populi multi. Uenit ergo in aqua tm̄
qui congregauit quidem pp̄lm/sed pp̄lm non redemit. Nam ⁊
ipsa quoq̄ de seruitute egyptia liberatio/non moysi sed agni
sanguine facta est/liberādos nos p̄figurans a vana nostra cō
uersatione huius seculi sanguine agni immaculati christi iesu
Hic est verus legifer noster: apud quem copiosa est redemptio
Mortuus est eiñ non tm̄ p gente/sed vt filios dei qui dispersi
M erant congregaret in vnum. Memento sane hunc esse iohā-
nem qui vidit ⁊ testimonium phibuit: ⁊ scimus q̄ veꝝ est testi
monium eius: exiisse de latere dn̄i dormientis in cruce sangui
nem simul ⁊ aquā quo videlȝ dormienti nouo ade noua de la-
tere suo p̄ferret̄ pariter ⁊ redimeret̄ ecclesia. Sic ergo hodie
quoq̄ ad nos p aquā ⁊ sanguinē venit/vt sit aqua ⁊ sanguis te
stimonium aduentus eius/fideiq̄ victricis. Non solū aūt/sed
testimonium est maius his q̄ phibet sp̄us veritatis. Hoꝝ triū
testimonium veꝝ/certūq̄ est: ⁊ felix aia q̄ meret̄ illud accipe.
Tres eiñ sunt q̄ testimonium dant in terra/sp̄us/aqua/et san-
guis. In aqua quidē baptismū intellige: in sanguie martyriū
in sp̄u charitatē. Sp̄us eiñ est q̄ viuificat: ⁊ fidei vita/dilectio
Roma. v. Deniq̄ si q̄ris quid sp̄ui ⁊ charitati: respondeat paulus. Quia
charitas dei diffusa est in cordibus nostris p sp̄msanctum qui
datus est nobis. Necessario quoq̄ sp̄us additur aque ⁊ sangui
j. Co. xiij ni/cui eodem ap̄lo teste. Sine charitate quicquid habeas ni-
N hil p̄sit. Jam vero q̄ baptismum aqua: martyriū diximus
sanguine designari: memento ⁊ vnicum ⁊ quotidianum eē ba-
ptismum similiter ⁊ martyrium. Est enim ⁊ martyriȝ genus ⁊ q̄
dam effusio sanguinis in quotidiana corporis afflictione. Est
⁊ baptismus aliquis in cōpunctione cordis ⁊ lachrymarū assi
duitate. Sic quippe infirmioꝝ pusillis corde necesse est vt quē
semel p xp̄o ponere non sufficiunt: saltem mitiori quodaȝ/sed
diuturniori martyrio sanguinē fundant. Sic ⁊ baptismi sacra
mentum qm̄ iterari non lȝ: his qui sepius in multis offendunt
Ps. vj. frequenti oportet ablutione suppleri Unde ⁊ propheta. Laua
bo inquit per singulas noctes lectum meum lachrymis meis
O stratum meum rigabo. Uis ergo nosse quis est qui vincit mun
j. Joh. ij. dum: Que in eo vincenda sunt/diligentius intuere. Siqdem
⁊ hoc ipsum beatus iste iohannes indicat dicens. Charissimi
nolite diligere mundū/neq̄ ea q̄ in mundo sunt. Omne eiñ qd̄
in mundo est/concupiscentia carnis est ⁊ concupiscentia ocu-
loꝝ/⁊ ambitio seculi. He sunt tres turme quas fecerunt cal
Ge. xxxij dei: sed memini quoq̄ sanctum iacob fecisse tres turmas: cum
P timeret a facie esau rediēs de mesopotomia. Et vobis ergo
aduersus triplex genus tentationis triplici opus est munimen
to: vt carnis quidem concupiscentia ipsius mortificatione vin
catur: quam si meministis in sanguinis testimonio diximus in
telligendam: oculoꝝ vero concupiscentiam superet studiū cō-
punctionis ⁊ assiduitas lachrymaꝝ. Porro ambitionis vanita
tem virtus charitatis excludat: que sola castificat animū sola
purgat intentionem. Certum quippe triūphati mūdi testimo
nium est: si corpus castiges ⁊ subijcias seruituti: ne perniciosa
libertate seruiat voluptati: si fletui prebeas oculos magis q̄
petulantie vel curiositati: si deniq̄ spirituali dilectiōe flagrās
Q nulli animum dederis vanitati. Merito sane vnus est qui in
terra pariter ⁊ in celo testimonium perhibet sp̄us: q̄ siue cor-
poris afflictio cessabit: siue lachrymaꝝ fons exsiccabitur: sed
charitas nūq̄ excidit. Prelibatio quedam est in presenti/con
summatio ⁊ plenitudo in futuro manet. Uerūtamen lȝ maneat
post aquam ⁊ sanguinem/spiritus aqua quippe et sanguis re-
gnum dei non possidebunt interim tamen aut vix/aut nullo
modo inuenire est spiritum sine illis: quoniam hi tres inq̄ūt
sunt: vt quolibet ex his tribus deficiente/adesse cetera nō pre
R sumas. Simul vero iuncta testimonia ista/credibilia facta
sunt nimis/nec poterit cui in terris suppetunt hec/carere testi
monio vel in celis. Confitetur dei filium coram hominibus
non verbo neq̄ lingua/sed opere ⁊ veritate: et filius quoq̄ cō
fitebitur eum coram angelis dei. An vero ei deesse poterit in
testimonio pater cui filiuȝ videat attestantem: Sine dubio cō
fitebitur/⁊ ipse quod viderit in abscondito. Sed neq̄ spiritus
quidē a patre filioq̄ dissentiet: quippe qui patris filiq̄ sit spi
ritus. Deniq̄ quonam modo careat testimonio eius in celo: q̄
hēt illud meruit ⁊ in terra: Tres ergo sunt q̄ testimoniū dant
in celo: pater ⁊ filius ⁊ sp̄ussanctus. Et ne quā forte dissonātiā
suspiceris/hi tres vnuȝ sunt. Magnum profecto habituri sunt
testimonium: quos in celo pater susceperit tāq̄ filios ⁊ heredes
filius asciuerit tāq̄ fratres ⁊ coheredes: sp̄ussanctus adherē-
tes deo vnū sp̄m faciat esse cū eo. Est eiñ sp̄us ipse indissolubi
le vinculum trinitatis: per quem sicut pater ⁊ filius vnuȝ sunt
sic et nos vnuȝ sumus in ipsis: eo miserante qui pro discipulis
hoc ipsum orare dignatus est iesu christo domino nostro.

De hisdem testimonijs. Sermo secundus. vnde supra.

S

Ex epistola beati Johannis hodie nobis est lectio recitata/in qua dicimus testimoniũ dari triplex in celo/triplex in terra. Et q̃dem ꝑ meo sapere illud stabilitatis/hoc reparationis est signũ. Illud angelos/istud hoīes/illud beatos a miseris/istud iustos discernit ab impijs. Angelis siq̃dem q̄ in prima illa p̄uaricatione supbiente lucifero in veritate steterunt: merito testimonium perhibet visio trinitatis: hominibus quos diuina miseratio saluat sp̄s/aqua/⁊ sanguis. Quidni perhibeat testimonium pater: a quibus honorat⁹ est vt pater? Tibi vero maligne sic loquitur. Si ergo ego pater vbi est honor meus? Careas omnino necesse est testimonio patris: cuius tibi gloriam vsurpare conaris: non honorare eũ cupiens/sed equare. Sedebo inquit in monte testamenti ⁊ similis ero altissimo. Ita ne modo creatus patri spm̄ consedebis. Et certe necdũ tibi dixit. Sede a dextris meis. Si nescis o impudens: vnigenitus ille est cui eterna generatione p̄ris eq̄litas collata est ⁊ consessus: Tu rapinam cogitans esse equalis deo: filio gloriam inuideo: gloriam quasi vnigeniti a patre vt ne ab ipso quidem testimonium merearis habere. An v̄o poterit detestato a patre ⁊ filio vtriusq̃ sp̄us attestari? Abominatur superbum profecto ⁊ inquietum qui super quietum ⁊ humilem requiescit: amator pacis ⁊ vnitatis consecrator: aduersum te pro pace ⁊ vnitate zelatur.

Mala. j.
Esa. xiiij.
Ps. cix.

A ¶ Quid mirum fratres si timemus ne forte pusillã hanc vineam dñi depasci singularis ferus incipiat? Quantos eñ celestis vinee palmites prima illa singularitas conculcauit? Sed forte superbiã q̃dem in eo facile aduertistis: non aũt singularitatẽ. Dico ergo. Ubi stabat vniuersitas angeloꝝ: nunquid caruit singularitatis vitio qui sedere velle presumpsit? An forte queritis vnde mihi nota sit hec statio angeloꝝ? Duos teneo idoneos testes: quoꝝ vterq̃ quod vidit hoc testatur. Uidi dñm sedentẽ ait esaias: seraphin autem stabant. Et daniel/milia inquit milium ministrabãt ei ⁊ decies centena milia assistebant ei. An ⁊ tertium desideratis: vt in ore trium testium stet omne verbum? Apostolum ꝓfero qui vsq̃ ad tertium raptus est celum/⁊ rediens loquebatur. Nonne omnes administratorij sunt sp̄us? Siccine vbi stãt omnes/vniuersi ministrãt: tu pacis inimice sedebis? Plane cõtristas spiritum qui habitare facit vnius moris in domo. Offendis charitatem q̄ scindis vnitatem/rumpis vinculum pacis. Merito proinde angelorum qui suum nec ordinem: nec domicilium reliquere/charitati/vnitati/⁊ paci spiritus attestatur: a quo sane tua ⁊ inuidia/⁊ singularitas/⁊ inquietudo reprobatur. Et hoc quidem de eo testimonio quod datur in celis.

Esa. vj.
Dan. vij.
Hebr. c. j.

B ¶ Est ⁊ aliud quod datur in terra ad discernendos vtiq̃ q̄ in ea sunt exules ab indigenis: hoc est celi ciues a ciuib⁹ babylonis. Qñ enim sine testimonio electos suos deserat deus? Aut certe quenam eis esse poterat consolatio inter spem ⁊ metum/sollicitudine anxia fluctuantibus: si nullum omnino electionis sue habere testimonium mererentur? Nouit dñs qui sunt eius: ⁊ solus ipse scit quos elegerit a principio. Quis v̄o scit hominum si est dignus amore vel odio? Qꝫ si vt certuz est certitudo nobis omnino negatur: nunquid non tanto delectabiliora erunt/si qua forte electionis huius signa possimus inuenire? Quam enim requiẽ habere potest spiritus noster/dũ predestinationis sue nullum adhuc testimonium tenet? Fidelis proinde sermo/⁊ omni acceptione dignus quo salutis testimonia cõmendantur. Hoc sane verbo ⁊ electis consolatio ministratur: ⁊ subtrahitur reprobis excusatio. Cognitis siquidẽ signis vite: quisquis hec negligit: manifeste conuincitur in vano accipere animam suam: ⁊ pro nihilo habere terram desiderabilem cõprobatur. Tres sunt inquit qui testimonium dãt in terra/spiritus/aqua/⁊ sanguis. Scitis fratres quia in primo homine peccauimus oēs/in ipso etiã cecidimus vniuersi. Cecidimus sane in carcerẽ/luto pariter ⁊ lapidibus plenũ. Exinde iacebamus captiui/inquinati/conquassati/donec venit desideratus gentibus qui nos redimeret/ ablueret/ adiuuaret. Hic est eñ q̄ sanguinem ꝓpriũ dedit in redẽptionẽ: aquam simul ꝑduxit de latere suo in ablutionem: emisit deinde de excelso spm̄ suũ qui adiuuaret infirmitatem nostram.

C Uis ergo nosse an hec aliquid operent̃ in te ne forte reus sis sanguinis dñi quẽ euacuas q̃tũ in te ẽst: sed ⁊ aqua ipsa q̄ debuerat mũdare in sordibus ꝑmanẽti iudiciũ dãnatiōis accumulet: sp̄us quoq̃ cui resistis nõ liberet maledictũ a labijs suis? Cauẽdũ eñ ne sint tibi hec infructuosa q̄ necessario essent pariter ⁊ dãnosa. Quis est aũt q̄ testimoniũ hꝫ effusi nõ sine cã sanguinis xp̄i/nisi q̄ cõtinet a pct̄is? Seruus eñ peccati est q̄ pct̄m facit vt si deinceps ꝯtinere potuerit et iugũ abijcere misere seruitutis certissimũ sit testimoniũ redẽptiōis: quã operat̃ sine dubio sanguis xp̄i. Nec nõ sufficit pctōri ꝯtinentia si nõ etiã assit pñia. Habet ergo ⁊ ab aqua testimonium: q̄ laborat in gemitu suo lauãs ꝑ singulas noctes lectum suũ. Sicut eñ sanguis ille redemit vt nõ regnet pct̄m in nostro mortali corpore: sic aqua illa abluit ab his peccatis q̄ cõmisimus ante. Sed q̃d erit q̄ lõgo catenarũ vsu ⁊ carceris habitatione crudeli/cõfracti sumus/atq̃ collisi defecimus in via vite? Inuocemus spm̄ viuificatorẽ ⁊ adiutorẽ: cõfidẽtes q̄ dabit pater q̄ est in celis spiritum bonũ petentib⁹ se. Sane nouũ supuenisse spm̄ certissime cõuersatio noua testat̃. Iã vt breuiter repetã: a sanguine ⁊ aq̄ ⁊ sp̄u hr̄e est testimoniũ/si contines a peccatis: si dignos agis penitentie fructus/si facis opera vite.

¶ In rogationibus de tribus panibus.

Quis vestrũ habebit amicũ ⁊c. Quid est q̄ amicũ vnũ ꝑhibet aduenisse: nec tñ contẽtus est querere panem vnũ? Putasne tã voracẽ estimabat amicũ vt nõ posset vni sufficere panis vnus? Nã vni quidẽ tres apponere panes incõsequẽs omnino videt̃. Puta ergo cũ vxore ⁊ mãcipio hoīeꝫ aduenisse: vt suũ cuiq̃ panẽ apponere velit amicus. Ego q̃dẽ amicũ venientẽ ad me nõ aliuꝫ intelligo q̄ meipm̄. Nemo quippe charior mihi/nemo germanior ẽ. Ad me ergo de via venit amicus/cũ transitoria deserẽs ad cor redeo sicut scriptũ est. Redite p̄uaricatores ad cor. Deinde tunc vere sibi q̃squis amic⁹ est cũ de via redit/qm̄ q̄ diligit iniq̃tatẽ odit aiam suã. A die itaq̃ conuersionis mee/de via ad me venit amicus. Uenit de regione lõginqua: vbi pascere porcos ⁊ ipsoꝝ siliquas insatiabiliter esurire solebat. Uenit fame laborãs: confectus inedia: attenuatus ieiunio. Uenit necesse hñs inuenire amicuꝫ: sed heu me/pauperem elegit hospitẽ: ⁊ vacuũ ingredit̃ habitaculum. Quid faciã huic amico misero ⁊ miserabili? Omino ei nõ habeo q̄d ponã añ illũ. Fateor amicus est: sed ego mẽdicus. Quid venisti ad me amice in necessitate tãta? Nõ sum medicus ⁊ non est in domo mea panis. Festina inq̃t discurre/ suscita amicum tuũ illũ magnũ: quo maiorẽ dilectionẽ nemo hꝫ: sed neq̃ substantiã ampliorẽ. Quere/pete/pulsa: q̄ ois qui q̄rit inuenit: et qui petit accipit/⁊ pulsanti apietur. Clama ⁊ dic/amice commoda mihi tres panes. Qui sunt isti panes fratres? Utinã mereamur accipere eos. Forte eñ ⁊ ipsos nemo scit/nisi qui accipit. Credo tñ petendos nobis esse tres panes/v̄itatis/charitatis/fortitudinis. His trib⁹ egere me fateor: veniẽte ad me amico de via veniẽte aũt (vt dixi) cũ vxore ⁊ mãcipio. Deficit quippe rõ mea (ipse est eñ vir) pre ignorãtia v̄itatis: lãguet et volũtas/pre inedia affectionis: infirmatur caro pre inopia fortitudinis. Nã ⁊ ratio minus intelligit q̄ agẽda sunt: ⁊ volũtas minus diligit intellecta: ⁊ ad hoc etiam corpus q̄d corrũpitur aggrauat aiam vt non quecũq̃ volumus illa faciamus. Aruit cor meum etiam ⁊ corpus meum: q̄ oblitus sum comedere panem meum. Neq̃ eñ paterer hunc defectum/si iugiter exercitata esset ratio in inquisitione veritatis: voluntas in desiderio charitatis: caro in operatione virtutis. Commoda ergo mihi amice tres panes/vt intelligam/vt diligam/vt faciam voluntatem tuaꝫ. Sic enim viuitur/⁊ in talibus vita spiritus mei dicente scriptura. Qm̄ vita in voluntate eius.

C Luce.
Esa. xlvj.
Mat. vij.
D
Ps. xxix.

¶ In ascensione domini de euangelica lectione. Sermo primus.

E Recũbẽtibus vndecim discipulis: apparuit illis iesus. Apparuit v̄e benignitas ⁊ humanitas saluatoris. Multã eñ fiduciã ꝑstat/q̄ libẽtius assit orõni incũbẽtibus: qñ nec recũbentibus quidem dedignat̃ adesse. Apparuit inq̃ benignitas eius q̄ cognouit figmentũ nostrum: nec dedignatur necessitates nostras sed miseretur: si tñ curam carnis non in desiderio facimus/sed in necessitate. Q̄d considerans idẽ apl's. Siue mãducamus inquit siue aliq̃d aliud facim⁹ oīa in gloriã dñi faciamus. Põt tñ q̄ recũbẽtibus apparuit ad id quoq̃ referri: q̄d alibi calũniãtibus iudeis aduersus discipulos nõ ieiunãtes. Non possunt inq̃t filij spõsi lugere q̃diu cum eis est sponsus. Sequit̃. Et exprobrauit incredulitatẽ illoꝝ et duriciã cordis: q̄ his q̄ viderãt eũ resurrexisse nõ crediderũt. Audis xp̄m discipulos increpãtẽ: imo q̄d durius sonat etiam exprobrantem: nec q̃ñcunq̃/sed ea hora qua eis corporalẽ presentiam subtracturus/videri poterat magis ab increpatione parcere debuisse. Noli ergo indignari decetero si te quoq̃ aliquando xp̄i vicarius increpauerit. Id eñ exhibet q̄d ascensurus ab eis in celum: suis xp̄s legitur exhibuisse discipulis. Sꝫ quid est fratres q̄d dicit his qui viderãt eũ resurrexisse nõ crediderunt? Aut qui fuere quoꝝ beati oculi gloriosum resurrectionis dominice meruerunt videre miraculum? Neq̃ enim resurgentem illũ quisq̃ legitur: aut creditur vidisse mortalium. Restat ergo de angelis accipiendũ: q̄bus vtiq̃ resurrectionis testimonium perhibentibus apostolorum pusillanimitas he-

Mat. xvj.
j. Cor. x.
Matt. ix.
Textus

ps.cxviij. sitauit. Jam vero vt faciat qđ scriptum est. Bonitatem ⁊ disci
plinam ⁊ sciam doce me: visitationis grām/exprobrationis cē
f surā/ꝑdicationis quoqꝫ doctrina sequatur ⁊ dicat. Qui cre-
Mar.xvj. diderit ⁊ baptizatus fuerit/saluus erit. Sed quid ad hec dice
mus fratres? Magna nimis videtur secularibus hoibus i hoc
verbo data fiducia: vereorqꝫ ne dare eā incipiāt in occasionē
carnis: blādientes sibi priusqꝫ oporteat sine opibus de baptis
Ubi.s. mo ⁊ credulitate. Uerūtamē ꝯsideremus qđ seqtur. Signa au
tē eos q̄ crediderint hec sequent̄. Nec minor fortasse videbitur
ipsis quoqꝫ religiosis ex hoc v̄bo ꝓuenire desperatio: q̄ ex ver
bo priore vane spei data secularibus occasio videret̄. Quis em̄
ea q̄ in p̄nti loco scripta sunt signa/videt̄ h̄re credulitatis/ si-
Hebre.xj ne qua nemo poterit saluari: qm̄ qui nō crediderit condēnabi
tur. Et sine fide impossibile est placere deo. Quis inq̄ demo-
nia eiicit: linguis nouis loquit̄ serpētes tollit? Quid ergo? Si
nemo hec h̄z: aut ꝑpauci nostris vident̄ h̄re temporibus/ aut
nemo saluabit̄: aut hi soli qui his muneribus gloriantur: q̄ nō
Mat.vij. tā merita sunt q̄ indicia meritoꝝ: adeo vt multi dicētes. Nō-
ne in noie tuo demonia eiecimus: ⁊ in noie tuo v̄tutes multas
fecimus/audire habeāt in iudicio/nescio vos/ discedite a me
Roma.ij. operarij iniquitatis. Ubi est qđ ait apostolus cum de iusto iu-
dice loqueretur: qui reddet vnicuiqꝫ iuxta opa sua: si (quod ab
sit) q̄renda sunt in iudicio signa potius q̄ merita? Sunt tamē
⁊ ipsa merita/signa q̄dam certiora vtiqꝫ ⁊ salubriora. Nec diffi-
cile arbitror nosse quēadmodū intelligi signa possint presen-
tia: vt sint idubitata signa credulitatis: ac ꝑ hoc ⁊ salutis. Pri
mum em̄ opus fidei ꝑ dilectionē operantis: cordis compūctio
est: in qua sine dubio eiciūtur demonia: cū eradicant̄ e corde
peccata. Exinde q̄ in xp̄m credūt linguis loquunt̄ nouis/cum
iam recedāt vetera de ore coꝝ: nec decetero vetusta ꝓthopa-
rentum lingua loquunt̄: declinantiū in verba malicie ad excu
sandas excusationes in peccatis. Ubi v̄o cōpūctione cordis ⁊
oris confessione priora sunt deleta peccata: nec recidiuum pa
tiantur: ⁊ iam sint posteriora peiora prioribus: serpētes tollāt
necesse est. i. vt venenatas suggestiones extinguāt. Quid tamē
agendū si qua forte ⁊ radix pullulat: q̄ tam velociter nequeat
extirpari/sed stimulat animū cōcupiscentia carnis. Profecto
si mortifeꝝ quid biberint/non eos nocebit: qm̄ iuxta saluato-
ris exemplum: cū gustauerint nolent bibere. i. cum senserit no
lent consentire. Sic enim non eos nocebit: q2 nulla damnatio
est his qui sunt in christo Jesu: concupiscētie sensus absqꝫ cō
sensu. Quid t̄n? Molesta certe ⁊ periculosa/⁊ sic corrupte ⁊ in
firme affectionis lucta: sed qui crediderint super egros man⁹
imponent/⁊ bene habebunt. i. egras affectiones bonis operi-
bus operient: ⁊ hoc remedio curabuntur.

G ¶ Item in die ascensionis Quō ascendit super omnes celos vt impleret omnia. Sermo secundus.

Solennitas ista fratres charissimi gloriosa est: ⁊ vt
ita dicā gaudiosa: in qua ⁊ singularis ⁊ xp̄o glia: ⁊
nobis spiritalis leticia exhibetur: Consummatio
em̄ ⁊ adimpletio est reliquaꝝ solēnitatum: ⁊ felix
clausula totius itinerarij filij dei Qui em̄ descen-
dit ipse est: ⁊ q2 ascendit hodierna die sup omnes celos vt ad-
impleret omnia. Jam em̄ cū se dn̄m vniuersoꝝ que sunt in ter-
ra ⁊ in mari ⁊ in inferno ꝓbasset: non restabat nisi vt aeris ⁊ ce
loꝝ se esse dn̄m argumentis similibus: vel certe potioribus ap
probaret. Terra em̄ cognouit dn̄m: q2 ad vocem virtutis eius
cū clamasset magna voce. Lazare veni foras: mortuum reddi
dit. Cognouit mare: q2 solidum se ꝑbuit sub pedibus eius: ita
vt apl̄i eum putabant fantasma esse. Cognouit infernus cuius
ipse portas ereas ⁊ vectes ferreos confregit: vbi ⁊ ligauit illū
insatiabilem homicidam q̄ vocatur diabolus ⁊ sathanas. Pro
fecto q̄ mortuos suscitauit: leprosos mundauit: cecos illumi-
nauit: claudos firmauit: ⁊ omnes exufflauit infirmitates: dn̄s
omnium fuit: ⁊ eadem manu qua fecerat: q̄ defecerant reficie-
bat. Sic ⁊ qui in ore piscis cū ipso pisce staterem inueniri ꝑdi-
xit: patet ꝓculdubio q2 maris ⁊ omnium que in mari mouētur
dn̄s fuit. Qui vero traduxit aerias potestates ⁊ afficit eas cru
ci sue: claret q2 sup infernales officinas potestatē accepit. Hic
est em̄ q̄ pertransijt benefaciendo ⁊ sanando oēs oppressos a
diabolo/qui stetit in loco campestri vt doceret turbas: an̄ pre
sidē vt alapas sustineret toto tempore quo in terris visus est
⁊ cum hominibus conuersatus in laboribus multis: stās ⁊ ope
rans salutem in medio terre. Ad claudendam igitur tunicam
tuam inconsutilem domine Jesu: ad perficiendam fidei nostre
integritatem/restat vt videntibus discipulis per mediū aeris
sicut aeris dominus ascendas super omnes celos: Extunc ꝓ-
babitur q2 dn̄s vniuersoꝝ tu es: q2 oīa in omnibus adimplesti
⁊ iam tibi ꝓfecto debebitur: vt in nomine tuo omne genu fle-
ctatur/celestium/terrestrium ⁊ infernoꝝ: ⁊ omnis lingua confi
teatur: q2 tu es in gloria et in dextera patris. In hac dextera
Coll.ij. sunt delectationes vsqꝫ in finem: ⁊ ideo monet apostolus vt q̄
ramus q̄ sursum sunt: vbi xp̄s est in dextera dei sedens: q2 illic
profecto thesaurus noster est iesus christus: in quo sunt om̄es
thesauri sapientie ⁊ scientie absconditi: in quo habitat omnis
plenitudo diuinitatis corporaliter. Quid tamen putatis fra-
tres: quantus dolor ⁊ timor irruperit apostolica pectora cū eū
viderunt a se tolli ⁊ attolli in aera: non scalis adiutum: nō sub
leuatum funibus: ⁊ si angelico comitatum obsequio: nō tamen
fultum auxilio/sed gradientē in multitudine fortitudinis sue
Joh.vij. Impletum est quod eis dixerat. Quo ego vado: vos non pote
stis venire. Quocūqꝫ em̄ terraꝝ iisset eum indiuisibiliter seq̄-
rentur: mare (sicut petrus fecit aliquando) cum eo etiā submer
Sap.ix. gendi intrarent: sed hac sequi non poterant: q2 corpus qđ cor
rumpitur aggrauat animam: ⁊ deprimit terrena inhabitatio
sensum multa cogitantem. Dolor ergo nimius erat: q2 videbāt
filium (propter quem omnia reliquerant) a suis sensibus ⁊ aspe
ctibus tolli: vt non possent ablato a se sponso filij sponsi nō lu
gere: timor quia orphani relinquebantur in medio iudeoꝝ nō
dum confirmati virtute ex alto Benedicens ergo eis ferebat̄
in celum: forte concussis illius singularis misericordie visceri
bus cum miseros suos ⁊ pauperem suam scholam reliq̄ret: nisi
q2 veniebat eis parare locum. ⁊ q2 expediebat vt presentiā eis
subtraheret corporalem. O felix q̄ digna ista ꝓcessio ad quā
ne ipsi quidem adhuc apostoli digni fuerunt admitti: cū ⁊ aīa
rum sanctaꝝ ⁊ celestium virtutū triumphali pompa deduct⁹
H ad patrem/sedet a dextris dei. ¶ Nunc vere adimpleuit om̄ia
quia natus est inter homines/cū hominibus conuersatus est:
ab hoībus ⁊ pro hominibus passus ⁊ mortuus est: resurrexit.
Ascendit/sedet ad dexteram dei. Agnosco tunicam desup cō
textam per totum: quā superna illa mansio claudit: vbi adim
pletus est/⁊ adimpleuit oīa dn̄s iesus xp̄s. Uerūtamen q̄d mi
hi ⁊ solennitatibus istis? Quis me consolabitur dn̄e iesu: q2 te
non vidi cruce suspensum/plagis liuidum/pallidum morte: q2
non sum crucifixo compassus/obsecutus mortuo: vt saltem la
chrymis meis loca illa vulneꝝ delinirem? Quomodo me dere
liquisti insalutatum cum formosus in stola tua rex glorie in al-
ta celoꝝ te recepisti? Prorsus renuisset consolari anima mea
nisi me angeli in voce exultationis preuenissent: qui dixerunt.
Actuū.j. Uiri galilei quid statis aspicientes in celum? Hic iesus qui as
sumptus est a vobis in celum: sic veniet quemadmodum vidi-
stis eum euntem in celum: sic inquiunt veniet. Ergo ne veniet
querere nos: in illa tam singulari q̄ vniuersali processione: cū
precedentibus omnibus angelis ⁊ subsequentibus hominib⁹
vniuersis descendet iudicare viuos et mortuos? Proculdu-
bio veniet: sed quomodo ascendit: non quomodo ante descen-
dit: Humilis enim prius venit animas saluare: sublimis autē
veniet/cadauer istud resuscitare et configurare corpori clari-
tatis sue: vt infirmiori vasculo abundātiorē impendere videa
tur honorem. Tunc enim videbitur cum potestate magna et
maiestate qui prius in infirmitate carnis latuerat. Intuebor ⁊
ego eum sed non modo: videbo eum/sed non prope: ita vt hec
secunda glorificatio priori glorificationi propter excellentem
gloriam manifeste preluceat. Manipulus primitiarum nostra
rum christus/oblatus est ad dexteram patris assumptus: ⁊ as-
sistit nunc vultui dei pro nobis. Sedet autē ad dexteram/ha
bens in dextera misericordiam/in sinistra iudicium: ⁊ miseri-
cordiam multam nimis/et iudicium multum nimis: in dextera
aquam/in sinistra ignem immobiliter tenens. Et quidem cor-
roborauit misericordiam suam super timentes se s̄m altitudi-
nē celi a terra/vt maiores cumulos miserationum domini sen
I tiant q̄ sit spacij inter celum et terram. ¶ Propositum namqꝫ
dei super illos manet imobile: et misericordia domini ab eter
no et vsqꝫ in eternum super timentes eum. Ab eterno per pre-
destinationem: in eternum per glorificationem Similiter ⁊ in
reprobis terribilis est super filios hominum: et vtrinqꝫ stat fi-
xa sententia eternitatis: et in his qui salui fiunt: et in his qui
pereunt. Quis scit si omnium vestrum quos hic video nomi-
na scripta sunt in celis: et in libro predestinationis annotata?
Uocationis enim et iustificationis vestre aliqua signa mihi vi
deor intueri in conuersatione huius tante humilitatis. Quan
to putas gaudio replerentur omnia ossa mea: si id scire cōtin-
K geret? Sed nescit homo vtrum sit dignus amore an odio. Pro
pterea dilectissimi perseuerate in disciplina quam suscepistis
vt per humilitatem ad sublimitatem ascendatis: quia hec est
via: et non est alia preter ipsam. Qui aliter vadit/cadit potius
q̄ ascendit: quia sola est humilitas que exaltat: sola que ducit
ad vitam. Christus enim cum per naturam diuinitatis non ha
beret quo cresceret vel ascenderet: quia vltra deum nihil est:
ꝑ descensum quō cresceret inuenit: veniēs incarnari/pati/ mo
ri/ne moreremur in eternum ꝓpter qđ deus exaltauit illum:
q2 resurrexit

quia reſurrexit: aſcendit: ſedet ad dexterā dei. Uade ⁊ tu facito. Neq; eñ aſcēdere potes niſi deſcenderis: q2 vt eterna lege fixum eſt. Omnis qui ſe exaltat humiliabitur: ⁊ qui ſe humiliat exaltabitur. O pverſitas: o abuſio filioꝝ adam: q2 cum aſcēdere difficillimū ſit: deſcendere aūt facillimum: ipſi ⁊ leviter aſcendūt: ⁊ difficilius deſcendūt/ parati ad honores et celſitudines graduum eccleſiaſticoꝝ: ipſis etiam angelicis humeris formidandos. ¶ Ad ſequendū aūt te dñe ieſu vix inueniūtur qui vel trahi patiant̄: qui velint duci per viam mandatorū tuoꝝ. Alij enim trahuntur: qui poſſunt dicere. Trahe me poſt te. alij ducūtur qui dicunt. Introdux it me rex in cellaria ſua. Alij rapiuntur ſicut apl's raptus eſt ad tertiū celū. Et primi quidē felices q̄ in patientia ſua poſſident aīas ſuas: ſcdi feliciores: q2 et volūtate ſua cōfitentur ei: tertij feliciſſimi q̄ in pfundiſſima dei mia/ quaſi quodāmodo ſepulta iā arbitrij ſui poteſtate i diuitias glorie in ſpū ardoris rapiūtur: neſciētes ſiue in corpore/ ſiue extra corpus: hoc ſolū ſciētes q2 rapti ſint. Beatus q̄ vbiq; te ducem hꝫ dñe ieſu: non illū refugā ſpm̄ qui ſtatim aſcendere voluit: ⁊ tota diuinitatis dextera pcuſſus eſt. Nos aūt populus tuus ⁊ oues paſcue tue ſequamur te per te: ad te. Quia tu es via/ veritas ⁊ vita: via in exemplo: veritas in promiſſo: vita in pmio. Uerba eñ eterne vite habes: ⁊ nos cognoſcimus ⁊ credimus: q2 tu es xp̄s filius dei viui q̄ es ſup omnia deus benedictus in ſecula. Amen.

Mat. xvi. — A — Can. i. Ibidē. — Joh. xiiij. Joh. vi.

B ¶ De intellectu et affectu. Sermo tertius. vnde ſupra et legitur in octauis.

Odie celoꝝ dñs/ celoꝝ alta/ celeſti potētia penetrauit: ⁊ infirma carnis tanq̄ nubila quedā excutiēs: induit ſtolā glorie. Eleuatus eſt ſol in ortu ſuo/ incaluit ⁊ inualuit. Dilatauit ⁊ multiplicauit radios/ ſup terrā: nec eſt q̄ ſe abſcondat a calore eius. Redijt ad regionē ſapientie ſapiētia dei: vbi oēs bonū ⁊ intelligunt ⁊ reqrunt/ intellectu pſpicaciſſimi: affectu paratiſſimi: ad audiēdā vocē ſermonū eius. ¶ Nos aūt in regiōe iſta ſumus vbi plurimū eſt malicie/ ſapientie paꝝ: q2 corpus qđ corrūpitur aggrauat aīam: ⁊ deprimit terrena inhabitatio ſenſum multa cogitantē. Per ſenſum hic ego arbitror intellectū deſignari: q̄ tūc vere deprimitur: cū multa cogitat cū nō colligit ſe circa illam vnā ⁊ vnicā meditationē q̄ ꝯcipitur de ciuitate illa cuiꝰ participatio eius in idipm̄. Huiuſmodi intellectū opꝫ deprimi ⁊ diſtrahi p multa: multis ⁊ multiplicibus modis. Aīam vero hic eſtimo dici affectiones q̄ corrupto corpore diuerſis paſſionibus afficiunt̄: q̄ mitigari nūq̄ pñt ne dicā ſanari: donec volūtas vnū querat ⁊ tendat ad vnū. ¶ Duo ergo ſunt q̄ in nobis purganda ſunt intellectus ⁊ affectus. Intellectus vt nouerit: affectus vt velit. Felices ⁊ vere felices illi duo viri helias et enoch: quibus oēs materie ⁊ occaſiones ablate ſunt q̄ eoꝝ intellectum impediāt vel affectū: q2 ſoli deo viuētes nec nouerūt niſi deū: nec cupiūt niſi deū. Deniq; ⁊ de enoch legitur: q2 raptus eſt ne malicia mutaret intellectū eius: aut ne fictio deciperet aīam illius. Intellectus noſter turbatus erat ne dicā cecatus: affectus inqnatus erat: ⁊ multū inqnatus: ſed chriſtꝰ intellectum illuminat: ſpūſſanctus affectū purgat. Uenit enī filius dei/ ⁊ tot ⁊ tanta mirabilia in mūdo opatus eſt: vt non immerito intellectū noſtrū ab oibus mūdanis rebus euocauerit: vt ſemp cogitemus ⁊ nunq̄ cogitare ſufficiamus: q2 mirabilia fecit. Uere latiſſimos nobis ad ſpaciandū intelligentie cāpos dereliquit: ⁊ torrens cogitationū iſtaꝝ pfundiſſimꝰ eſt qui iuxta pphetā non poſſit trāſuadari. Qui eñ ſufficiat cogitare qualiter rex dñs puenerit nos/ venerit ad nos: ſubuenerit nobis: ⁊ ſingularis illa maieſtas voluerit mori vt viueremꝰ ſeruire vt regnaremus/ exulare vt repatriaremus: ⁊ vſq; ad ſeruiliſſima opera inclinari vt conſtitueret nos ſup oīa opera ſua. Talem ſe obtulit apoſtolis apoſtoloꝝ dñs: vt iam non inuiſibilia dei p ea q̄ facta ſunt intellecta cōſpicerent: ſed ipſe facie ad faciē videretur: q̄ oīa fecit. Et q2 diſcipuli carnales erant: ⁊ deus ſpūs eſt nec bene cōuenit ſpiritui ⁊ carni: vmbra corporis ſui tēperauit ſe eis: vt obiectu viuifice carnis viderēt verbū in carne ſolē in nube: lumē in teſta: cereum in laterna. Spiritus enim oris noſtri chriſtus dominus/ cui diximus. In vmbra tua viuimus inter gentes. In vmbra inquit tua inter gentes non inter angelos: vbi puriſſimum lumen puriſſimis oculis intuebimur. Unde ⁊ virtus altiſſimi obumbrauit virgini: ne nimio ſplendore pſtricta/ diuinitatis fulgur: etiā illa ſingularis aquila/ tolerare non poſſet. Ad hoc aūt carnem eius propoſuit: vt omnem cogitatum eorum ab humanis rebus ad carnem ſuā q̄ua ⁊ mirabilia dicebat ⁊ mirabilia faciebat adunaret: ⁊ ſic de carne transferret ad ſpiritum: quia ſpiritus eſt deꝰ ⁊ eos qui adorant eum in ſpiritu ⁊ veritate oportet adorare.

Sap. ix. — C — D — Sap. iiij. — Eze. xlvij. — E — Trenoꝝ. iiij.

Non tibi videtur eis intellectum illuminaſſe cū aperuit illis ſenſum vt intelligerent ſcripturas: oſtendens q2 hec oportebat chriſtum pati: ⁊ reſurgere a mortuis: ⁊ ita intrare in gl'iā ſuam. Sed illi ſanctiſſime carni eius aſſuefacti/ verbum de diſceſſu eius audire non poterāt/ vt eos relinqueret/ p quo oīa reliquiſſent. Quare hoc: Quia intellectꝰ illuminatus erat/ ſꝫ nondum purgatus affectus. ¶ Unde ⁊ benignus magiſter blāde eos: ac dulciter conſolabat̄/ dicens. Expedit vobis vt ego vadā. Si enim non abiero: paraclytus non veniet ad vos. Sꝫ q2 hec locutus ſum vobis: triſticia impleuit cor veſtrū. Quid eſt quod xp̄o commorante in terris ſpūſſanctus ad eos venire non potuit: An carnis illius conſortium abhorrebat que de ipſo ⁊ per ipm̄ in virgine ⁊ de virgine matre concepta erat ⁊ nata: Abſit. Sed vt oſtenderet nobis per quā ambularemꝰ viam: formā apponeret cui imprimeremur. Et ille quidē illis plorantibus eleuatus in celum ſpiritum ſanctum miſit: qui affectum eorum .i. voluntatē mundauit: immo potius alterauit vt iam magis dominum velint aſcendiſſe: q̄ prius detinuiſſe voluerant. Impletum eſt quod eis predixerat: vos aūt contriſtabimini/ ſed triſticia veſtra conuertetur in gaudium. Sic ergo eoꝝ intelligentia per chriſtū illuminata eſt: ⁊ volūtas emūdata per ſpiritum: vt ſicut bonum nouerint ſic ⁊ velint: qđ ſolum perfecta religio vel religioſa pfectio eſt. ¶ Recordor nūc helifei ſancti: cui cum helias dixiſſet: vt in diſceſſu vel aſcenſu ſuo poſtularet quod vellet/ reſpondit. Oro vt fiat ſpūs tuꝰ duplex in me. At ille. Rem difficilem poſtulaſti. Attamen ſi videris quando tollar a te: erit quod petiſti. Nonne tibi videtur helias aſcendentis domini ſignare perſonam. Heliſeus vero chorum apoſtolicum in aſcenſione chriſti anxie ſuſpirantē: Sicut enim heliſeus ab helia nullo pacto auelli poterat: ſic nec apoſtoli a chriſti preſentia poterant ſeparari. Uix enim tādē eis perſuaſit: q2 ſine fide impoſſibile eēt placere deo. ¶ Quis eſt ergo ſpiritus iſte duplex qui queritur: niſi illuminatio intellectus: et affectus purgatio: Res difficilis: quia rarus in terris eſt qui illum habere mereatur. Attamen inquit ſi videris quādo tollar a te: erit quod petiſti. Nihil eſt quod ppter hoc habeant perdere vel debeant alumni tui domine ieſu: quia videntibus illis es eleuatus in celum: et deſiderantibus oculis te ſecuti ſunt gradientē in multitudine fortitudinis tue. Uel certe ſpiritum duplicem dicere poſſumus/ illud quod ſaluator ad diſcipulos ait. Qui credit in me opera que ego facio ⁊ ipſe faciet: et maiora horum faciet. Nonne maiora chriſto per chriſtum tamen fecit petrus: de quo legitur quia in plateis ponebantur infirmi in lectulis vt veniente petro ſaltem vmbra illiꝰ obumbraret quemq̄ illorum: et liberarentur ab infirmitatibꝰ ſuis: Nuſq̄ enim dominus vmbra ſua inuenitur infirmitates ſanaſſe. ¶ Non dubito ego intellectum omnium veſtrum qui hic eſtis/ illuminatum eſſe: ſed non affectum eque eſſe purgatum: manifeſtis approbabo coniecturis. Omnes quod bonū eſt noſtis: et viam per quam incedere: ⁊ quomodo in ea incedere debeatis: ſed voluntas non vna eſt. ¶ Quidam enim ad omnia vie et vite huius exercitia non ſolum ambulant/ ſed et currunt/ immo potius volant: vt eis et vigilie breues: et cibi dulces/ et panni ſuaues: labores non ſolum tolerabiles: ſed ⁊ appetibiles videantur. Alij autem non ſic: ſed corde arido ⁊ affectione recalcitrante vix trahuntur ad hec: vix gehennali timore compelluntur. Quoſdam nec compellimus quidem/ quibus frons mulieris meretricis facta eſt: nolunt erubeſcere.
¶ Sunt itē multi inter nos qui de vno pane comedunt nobiſcum: dormiunt nobiſcum: cantant nobiſcum: laborant miſeri ⁊ miſerabiles vtpote ſocij tribulationis: ſed conſolationis non ita. Nunquid abbreuiata eſt manus domini: vt omnibus donare non poſſit: qui aperit manū ſuam: ⁊ implet omne animal benedictiōe: Quid ergo in cauſa eſt: Illud omnino: q2 nō vidēt xp̄m cum tollitur ab eis .i. non cogitant quomodo eos orphanos reliquerit/ q2 peregrini ⁊ aduenę ſint ſuper terram/ q2 tādiu feculenti corporis horrido carcere teneātur: ⁊ non ſint cū xp̄o. Hmōi aūt ſi diu ita permanſerint ſub onere: aut opprimūtur ⁊ ſuccumbunt: aut quodammodo in inferno ſunt: vt nunq̄ ad plenū reſpirēt in luce miſerationum domini: nec in libertatem ſpūs: q̄ ſola facit iugū ſuaue ⁊ onus leue. Inde aūt tā perniciosa tepiditas emanat: q2 affectus .i. voluntas eoꝝ nondū purgata eſt: nec bonū ſic volunt ſicut nouerūt/ a ppria concupiſcentia abſtracti grauiter/ ⁊ illecti. Amant enī in carne ſua terrenas conſolatiunculas/ ſiue in verbo/ ſiue in ſigno/ ſiue in facto/ ſiue in aliquo alio: ⁊ ſi hec interrumpūt aliqñ: nō tñ penitus rūpunt: Inde eſt q2 raro affectiones ſuas dirigunt in deū ⁊ eorū compunctio non continua: ſed horaria eſt. Impleri autem viſitationibus dñi anima non poteſt: que his diſtractionibus ſubiacet: ⁊ quantomagis illis euacuabitur: tanto ampliꝰ illis implebitur ſi multum/ multum: ſi parum/ parum. Uel cer-

F — Joh. xvi. — G — iiij. Re. ij. — H — Joh. xiiij. Actuū. v. — I — K — L

te si magis probas numq̃ iste illis misceri poterunt in eternu3·
quia vbi vasa vacua non inuenit:oleũ stare necesse est:nec mit·
tunt vinu3 nouũ/nisi in vtres nouos/vt ambo cõseruent. Neq̃
eñ spiritus ⁊ caro:ignis ⁊ tepiditas/in vno domicilio commo
rantur:p̄sertim cum tepiditas ipsi domino soleat vomitum p̄=
D
uocare. ¶ Si enim apostoli adhuc carni dominice inherentes (ec
que sola sancta q2 sanctisanctoꝝ erat spũsancto repleri nequi
uerunt donec tolleretur ab eis/tu carni tue, que sordidissima
est:⁊ diuersaꝝ spurcitiaꝝ fantasijs repleta) astrictus ⁊ conglu
tinatus:illum meracissimum spm̃ te posse putas suscipere: nisi
carneis istis consolationibus funditus renũciare téptaueris?
Reuera cum inceperis tristicia implebit cor tuum:sed si perse
ueraueris tristicia tua conuertetur in gaudium. Tunc eñ pur
gabitur affectus ⁊ voluntas renouabitur:vel poti⁹ noua crea
bitur vt omnia que prima difficilia:immo impossibilia videbã
Ps. ciii.
N
tur:cũ multa percurrãtur dulcedine ⁊ auiditate. ¶ Emitte in
quit spm̃ tuum ⁊ creabuntur:⁊ renouabis faciem terre. Sicut
per faciem exterior homo cognoscitur:sic per voluntatem de=
monstratur interior. Emisso ergo spiritu creatur ⁊ renouaẽ fa=
cies terre.i.terrena voluntas fit celestis:parata ad nutũ citi⁹
obedire. Beati qui tales sunt:q2 non solum malum nõ sentiũt
sed in mira quadam cordis dilatione cõmorantur. De illis eñ
Gen.vi.
quos supra cõmemorauimus terribiliter ait deus. Non perma
nebit spũs meus in hoibus istis:q2 caro sunt.i.carnales: et qc
O
quid in eis spũs fuerat:in carnem euanuit. ¶ Quia igitur cha
rissimi hodierna dies est in qua sponsus aufertur a nobis:⁊ nõ
sine tumultu aliquo animoꝝ nostroꝝ:ad hoc tñ vt mittat no=
bis spiritum veritatis ploremus ⁊ oremus vt dignos nos in=
ueniat vel potius efficiat/⁊ repleat domum istam vbi sum⁹ se=
dentes:quatenus non vexatio/sed vnctio eius doceat nos de
omnibus:sicq̃ ⁊ intellectu clarificato/⁊ affectu purificato/ve=
niat ad nos:⁊ apud nos faciat mãsionẽ. Et sicut serpẽs mosi
deuorauit omnes serpentes magoꝝ:sic iste cum venerit/absor
bebit omnes carnales affectiones ⁊ delectationes nostras et
consolationes:ita vt de labore requiem:de tribulatione leti=
ciam:de contumelia gloriam habeamus:sicut illi quos reple=
uerat ibãt gaudentes a conspectu ↄsilij qm̃ digni habiti sunt
p̄ nomine Iesu contumeliam pati. Spũs enim iesu/spũs bon⁹
spũssanctus/spũs rectus:spũs dulcis:spũs pricipalis: quicqd
in hoc seculo nequã videtur difficile ⁊ angustum/leue facit ⁊ la
tum:opprobrium gaudium iudicat:despectionem exaltationẽ
esse persuadet. Scrutemur ergo iuxta propheta3 vias nostras
Tren. iij.
⁊ studia nostra. Leuemus corda nostra cum manibus:vt in so=
lemnitate sancti spiritus gaudeamus:et abundantius gaudea
mus:qui nos inducat in oẽm:sicut p̄misit dei filius veritatẽ.

¶ In die ascensionis. De duobus non bonis montib⁹ et de septem ascensionibus christi. Sermo.iij.

P
S I natiuitatis ⁊ resurrectionis dominice digna de
uotione solemnia celebramus: hodiernum q̃3 ascẽ=
sionis diem non minus deuote conuenit celebrari
In nullo siquidem a festiuitatibus illis ista dege
nerat:sed finis earum ⁊ adimpletio est. Merito q̃=
dem solemnitatis ⁊ leticie dies agitur:quando sol ille supcele
stis/sol iusticie nostris se presentauit obtutibus/nube carnis ⁊
mortalitatis sacco/fulgorem suum ⁊ lucem temperans in ac=
cessibilem. Magna quoq̃ leticia ⁊ exultatio multa nimis: qñ
conscisso sacco/leticia circũdatus est:factaq̃ de medio sacci
ipsius non quidem substantia:sed vetustate:sed corruptione/
sed miseria/sed vilitate/nostre dedicauit p̄mordia resurrectio
nis. Verũtamẽ quid mihi ⁊ solemnitatibus istis:si conuersatio
mea vsq̃ adhuc detinetur in terris? Quis vero vel desiderare
p̄sumeret ascensum celi:nisi quia is qui descẽderat prior ascẽ
dit? Dico ergo vobis nos multo mihi tolerabilior videreẽ exi
lij huius habitatio q̃ gehenna:nisi dñs sabaoth reliquisset no
bis semen fiducie ⁊ expectationis:qñ eleuatus est in nubibus
⁊ spem fecit credentibus. Deniq̃ nisi ego abiero inquit para
Io h.xvi.
clytus non veniet ad vos. Quis paraclytus? Vtiq̃ per quem
diffunditur charitas:et iam spes non confundit. Ille paracly
tus per quem in celis sit conuersatio nostra virtus ex alto:per
quam sursum sint corda vestra. Vado inquit parare vobis lo
Ioh. xiiij
cum:⁊ si abiero iterum veniam ⁊ assumam vos ad meipsu3. Vbi
eni3 fuerit corpus ibi congregabũtur ⁊ aquile. Video ne quẽ=
admodum certarum solemnitatum/ea quam hodie celebram⁹
⁊ consummationem habeat:⁊ fructum declaret ⁊ augeat.gra=
tiam? Sicut enim cetera omnia/eius qui nobis natus est ⁊ no
bis datus:ita ipsa quoq̃ ipsius ascensio propter nos facta est
⁊ facit pro nobis. In nostra siquidem vita/multa quantum in
Q
nobis est videmur agere casu/multa necessitate:sed christus
dei virtus ⁊ dei sapientia/neutri potuit subiacere. Que eñ dei
virtutem necessitas cogeret:aut quid ageret dei sapientia ca=
su? Omnia proinde quecunq̃ locutus est/quecunq̃ operat⁹ est
quecũq̃ passus est:ne dubites fuisse voluntaria: plena sacra=
mentoꝝ/plena salutis. Hec scientes/si quid aliqñ eorum q̃ de
christo sunt in nostram scientiam venire contingat:non sic au=
diendum est tanq̃ si inuenticium quippiam proferam⁹:s3 tãq̃
id quod etia3 prius q̃ causa sciretur:constaret nequaq̃ sine cã
fuisse. Sicut enim qui scribit/certis rationibus collocat vni=
uersa:ita que a deo sunt/ordinata sunt:maximeq̃ ea que p̄sens
in carne/est operata maiestas. Sed ve anguste cognitioni ve
paupertati scientie nostre:qui tantum ex parte cognoscimus ⁊
parte modica. Vix scintille quedam nobis elucent de tãta lu
minis copia:de lucerna posita super candelabrum. Sane quã
tominus singuli capimus:tanto fidelius ceteris communicã=
da sunt que singulis reuelantur. Et ego fratres que mihi ad
vestram edificationem de ascensione immo de ascensionibus
suis donare ipse dignatur:nec volo/nec debeo subtrahere vo
bis:presertim q̃ hec sit spiritualium prerogatiua donorum:vt
cõmunicata non minuantur. Aliquibus fortassis hec nota sũt
quibus similiter reuelata sunt:sed propter eos qui forte nõ ad
uertunt sublimioribus intenti:aut alijs occupati:seu etiam p̄
pter eos qui minus capacis intelligentie sunt:mihi incũbit lo
qui q̃ sentio. ¶ Christus qui descendit ipse est:⁊ qui ascendit.
R
ephe. iiij.
Apostoli verba sunt hec. Ego aũt credo eum in hocipso q̃ de=
scenderit ascendisse. Sic enim oportebat christum ascẽdere:
vt nos ascendere doceremur. Cupidi quidem sumus ascensio=
nis exaltationem concupiscimus omnes. Nobiles enim crea=
ture sumus:⁊ magni cuiusdam animi:ideoq̃ altitudinem natu
rali appetimus desiderio. Sed ve nobis/si voluerimus eu3 se
qui qui ait Sedebo in monte testamenti:in lateribus aquilo
B
Esa.xiiij.
nis. Heu miser in lateribus aquilonis. Frigidus est mons ille
non te sequimur. Potestatis habes concupiscentiam:altitudi
nem presumis potentie. Quanti tamen vsq̃ hodie feda sequũ
tur infeliciaq̃ vestigia immo vero q̃ pauci euadunt:qbus non
dominandi libido dominetur. Hinc est q̃ benefici vocanẽ: qui
potestatem habẽt:hinc q̃ laudatur peccator in desiderijs ani=
me sue. Potentib⁹ siquidem oẽs adulantur inuident oẽs.
Quem sequimini miseri homines:quem sequimini. An non vi
detis sathanã tanq̃ fulgur de celo cadentem? Nonne iste est
mons in quem ascendit angelus:⁊ diabolus factus est? Vel il
lud aduertite q̃ post casum suum inuidia cruciante male solli
citus de supplantando homine:illius tamen montis ascensu3
nullatenus ausus est suadere ei:in quo nimiru3 pro inani ascẽ
su tam immane precipitium cognosceretur expertus. Sed non
defuit versuto hosti quid ageret. Similem ei montem altern3
demonstrauit. Eritis inquiens sicut dij:scientes bonũ ⁊ ma=
lum. Perniciosa etiam hec ascensio:immo magis descensio est
S
Gen. iij.
de hierusalem in hierico. Pessimus mons: inflans scientia/in
quem tamẽ vsq̃ hodie videas tanta concupiscentia plurimos
repere filiorum adam:acsi non nouerint quantum pater coru3
in illius montis ascensu descenderit:immo q̃ grauiter cecide
rit/quantum tota delecta sit ⁊ conquassata posteritas. Nõdu3
sanata sunt vulnera que tibi in ascensu montis illius inflicta
sunt:i3 adhuc in patre lateres:⁊ nunc iterum in propria perso
na conaris ascẽdere/vt sit error nouissimus peior priore? Que
nam miseris ta3 dira libido? Filij hominum vsq̃quo graui cor
Ps. iiij.
I. Cor. i.
de:vt quid diligitis vanitatẽ ⁊ queritis mendacium? An igno
ratis qm̃ infirma mundi elegit deus vt confundat fortia/⁊ stul
tos mundi elegit deus vt confundat sapientes? Non nos dei
cõminantis terror reuocat perditurĩ sapientiam sapientium:⁊
prudentiam prudentium reprobaturi:non patris exemplũ:nõ
deniq̃ sensus ipse noster ⁊ dure experientia necessitatis cui su
mus addicti per insipientem scientie appetitum? Ecce vobis
fratres montem demonstrauimus altum:non in quem ascẽda=
tis sed quem fugatis. Ipse est in quem ascendebat:qui voluit
esse sicut deus sciens bonum ⁊ malum:ipse quem vsq̃ hodie fi
lij eius accumulant ⁊ eleuant:nihil inuenientes tam vile/ vn=
de non velint montem eleuare scientie. ¶ Videas alium istarũ
T
alium mundialis cure:istum placitationum displicentium deo
illum seruilis cuiuslibet artis tam vehementer affectare scien
tiam vt laborem non reputet/tantũmodo vt possit aliquibus
doctior reputari. Sic edificant babel/sic putant ad dei se per
uenturos similitudinem/sic concupiscunt quod non expedit:
quod expedit obmittentes. Quid vobis ⁊ montibus istis in q̃
V
rũ ascensu tanta difficultas est ⁊ tam grande periculum: aut
cur cum deseritis montem/cuius ⁊ facilis est ascensus ⁊ peru=
tilis? Potestatis ambitio/angelum felicitate priuauit angeli
ca:scientie appetitus/hominem immortalitatis gloria spolia
uit. Conetur quis ascendere in montem potestatis quãtos pu
tas cõtradictores habebit:quãtos inueniet repulsores/obsta
cula quanta/q̃ difficilem viam? Quid si tandem eum adipisci
contigerit:quod optabat? Potẽtes, ait scriptura, potẽter tor
Sap. vi.
menta

(menta patientur:vt presentes sollicitudines et anxietates quas
potestas ipsa parit omittam. Cupidus alter est insantis scien=
tie/quantum laborabit/quantum anxiabitur spiritus eius. Et
tamen audiet:nec si te ruperis. In amaritudine morabit ocu=
lus eius:quotiens videre contigerit cui se posteriorem iudicet

i.Co.i.

aut putet ab aliis reputari. Quid cum intumuerit multũ: Per
dam (inquit dominus) sapientiam sapientium:et prudentiã pru
dẽtiũ reprobabo. Iaz ne multis immo rexvidistis (vt arbitror)
q̃ fugiendus nobis sit mons vterq; si precipitium angeli:si ca
sum hominis expauescimus. Montes gelboe nec ros nec plu=
uia veniant super vos. Quid tamen agimus: Ascendere sic nõ

A

expedit:et ascendendi tenemur concupiscentia. Quis docebit

Ephe.iiij

nos ascensum salubrem: Quis nisi de quo legimus. Quoniam
qui descendit ipse est et qui ascendit: Ab ipso demonstranda
nobis erat ascensionis via:ne ductoris immo seductoris iniq
aut vestigium/aut consilium sequeremur. Quia ergo non erat
quo ascenderet/descendit altissimus:et suo nobis descẽsu sua
uem ac salubrem dedicauit ascensum. Descendit de mõte potẽ
tie carnis infirmitate circũdatus:descendit de mõte scientie:
qm̃ placuit deo per stulticiam predicationis saluos facere cre
dentes. Quid enim tenello corpore et infantilibus membris vi
detur infirmius: Quid indoctius apparet paruulo qui sola ma=
tris vbera nouerit: Quis impotentior eo cuius omnia mẽbra
clauis affixa:cuius omnia dinumerantur ossa: Quis insipien=
tior eo qui tradebat in mortem animam suã:et que non rapuit
tunc exoluebat. Vides q̃ multũ descenderit:q̃tuz a potentia
sua:q̃tum a sapientia sua exinanierit semetipz. Sed nõ potuit
altius montem bonitatis ascendere:nec suam commẽdare ex=

B

pressius charitatem. ¶ Nec mirum si descẽdẽdo christus ascẽ=
dit:quando priorum vterq; cecidit ascẽdendo. Et mihi quidez

ps.xxiiij.

videtur montis huius ascensorem querere qui dicebat. Quis
ascendet in montem domini:aut quis stabit in loco sancto ei9:
Forte etiam esaias ascensionis desiderio cadentes intuẽs ho

Esa.ij.

mines ad hunc reuocabat montem exclamans. Venite ascẽda
mus in montem domini. An nõ manifeste eos de priorum mon
tium ascensione redarguens montis huius predicat vbertatẽ

ps.lxvi.

(qui ait vt quid suspicamini mõtes coagulatos. Mons coagu

ps.lxvij.

latus mons pinguis. Hic est igitur mons domus domini ppa=
ratus in vertice montium:super quos salientem sponsum inspe

Canti.ij.

xerat que dicebat Ecce venit is saliens in mõtib9. Docebat eñ
ignarum vie/trahebat paruulũ/infantulum deducebat. Ideo
q̃ velut quibusdã passibus ibat:vt de virtute in virtutẽ vide=

C

retur deus deoz in syon. ¶ Iusticia eniz ei9 sicut montes dei.

ps.xxx.

Sed iam si placet saltus etiam ipsos intueamur:quibus exul
tauit vt gygas ad currẽdam viam et cui9 egressio a summo ce
li per gradus quosdam vsq; ad summũ eius occurrit. ¶ Primũ
ergo cõstitue montem illum in quem ascendit cũ petro et iaco

Mat.xvij

bo et iohãne:vbi et trãsfiguratus est ante eos. Refulsit facies
eius vt sol:et vestimenta eius facta sunt alba sicut nix. Resur=
rectionis gloria ista est:quam in monte spei cõtemplamur. At
quid enim ascendit vt transfiguraretur:nisi vt doceret nos co=
gitationes ascendere ad futuram illam gloriam que reuelabit
in nobis. Felix cuius meditatio in cõspectu domini est semper
qui in corde suo delectationes dextere domini vsq; in finem se

D

dula cogitatione reuoluit. ¶ Quid enim graue illi poterit vi=
deri qui semper mente tractat:q nõ sint cõdigne passiones hu
ius temporis ad futuram gloriam. Quid concupiscere poterit
in seculo nequã cuius oculus semper videt bona domini in ter

ps.xxvi.

ra viuentium/semper videt eterna premia. Tibi dixit cor meũ
(propheta loquitur domino) tibi dixit cor meum:exquisiuit te
facies mea:faciem tuam domine requirã. Quis mihi tribuat
vt omnes surgentes stetis in excelso:et videatis exultationem
que ventura est vobis a domino. Non sit molestum vobis obse=
cro q in monte hoc aliquãdo diutius immoramur: poterimus
enim ceteros festinãtius pertransire. Verum in isto quem non

Mat.vij.

detineat sententia illa sancti petri:quaz in eo protulit ꝛ de eo.
Domine (inquiens) bonum est nos hic esse. Quid enim bonum
est/immo quid aliud videtur bonum q̃ in bonis animã demo=
rari:quãdoquidẽ adhuc corpus non potest. Puto q eius q in=
grediebatur in locũ tabernaculi admirabilis vsq; ad domum
dei in voce exultationis et cõfessionis son9 epulãtis fuerit: bo
num est nos hic esse. Quis enim ex vobis secum cogitãs futu=
ram illam vitã sed leticiam/sed iocunditatẽ/sed beatitudinẽ/
sed gloriam filiorum dei:quis inquã talia trãquilla secum con
sciẽtia voluẽs nõ cõtinuo de plenitudine intime suauitatis eru
ctat domine bonum est nos hic esse. Non sane in hac erũnosa
peregrinatiõe vbi corpore detinet:sed in suaui ac salubri illa

E

cogitatiõe i qua corde versat. ¶ Quis mihi dabit pennas sicut

ps.liiij.

columbe:et volabo et requiescã. Vos aũt filii hoim/filii homi=
nis q descẽdit de hierusalẽ in hierico:filii hominũ vsquequo gra
ui corde. Ascẽdite ad cor altum:et exaltabit de9. Hic est enim

mõs in quo trãsfiguratur christus. Ascẽdite:et scietis quoniã
dñs sanctum suum mirificauit. Obsecro vos fratres mei non
grauent corda vestra in curis secularib9:nã de crapula ꝛ ebrie
tate gratias deo nõ magnopere necesse habeo vos admonere.
Exonerate obsecro corda vestra graui mole terrenarũ cogita
tionum:vt sciatis mirificatum a domino sanctum suũ. Leuate
corda vestra cum manibus quibusdam cogitationum vt trans=
figuratum dominum videatis. Formate in cordibus vr̃is non
modo patriarcharum ꝛ prophetarum tabernacula: sed omnes
domus illius celestis multiplices mansiones s̃m eum qui cir=
cuibat immolans in tabernaculo domini hostiam vociferatio=
nis cantans:et psalmum illũ dicẽs domino. Q̃ dilecta taber=

ps.lxxxiij

nacula tua domine virtutum:concupiscit et deficit aĩa mea in
atria domini. Circuite et vos carissimi cum pietatis et deuo=
tionis hostia:visitantes animo sedes supernas et multas que
in domo patris sunt mansiones:humiliter prosternẽtes corda
vestra ante thronũ dei et agni:cum reuerentia supplicãtes sin
gulis ordinibus angelorũ/patriarcharũ numerũ/cuneos pro=
phetarũ/et senatũ apostolicũ salutantes/coronas martyrum/
suspiciẽtes purpureis rutilãtes florib9/redolentes liliis/cho=
ros virginũ admirãtes:atq; ad mellifluum noui cãtici sonum
q̃tum preualet infirmitas cordis erigẽtes auditũ. Hec recor=

Ps.xlj.

datus sum (propheta loquitur domino) et effudi in me animam
meã. Que. Quoniam transibo in locum tabernaculi admirabi
lis vsq; ad domum dei. Et item. Memor fui (inquit) dei et dele

ps.lxxvi.

ctatus sum. Quem viderunt apostoli vidit et iste:nec dissimili
vt arbitror visione:nisi q spũale totum habuit huius visio:cor
poreum nihil. Omnino nõ vidit eum sicut is qui dicebat. Vidi

Esa.liij

mus eum et nõ erat illi species neq; decor. Transfiguratũ pro=
culdubio vidit et speciosum forma pre filiis hominũ: qui dele=
ctatum se perhibet sicut et apostoli:bonum est (inquiunt dño)
nos hic esse. Et vt nihil desit proposite similitudini: illi quidẽ
proni cecidisse leguntur hic vero suum fatetur spiritũ defecis=
se. Q̃ magna multitudo dulcedinis tue domine:quã abscon=

Mat.xvij

disti timentibus te. Ascendentes igitur in hunc montẽ et re=
uelata facie gloriam domini speculantes : haud dubium quin
clamare habeatis et vos:trahe nos post te. Quid enim prodest
scire quo sit eũdum:siquidẽ qua debeas ire non noueris. ¶ Al

F

terum proinde montem ascendas necesse est:in quo predicãtẽ
audias:et scalam erigentem octo distinctam scalaribus cuius
summitas celos tangit. Beati qui persecutionem patiunt pro

Matth.v

pter iusticiam:quoniam ipsorum est regnum celorum. Iã si pri
mum ascenderas mõtem iugi meditatione superne glorie: istũ
nihilominus montem ascendere non grauaberis:vt in lege ei9
mediteris die ac nocte:sicut idem propheta non solũ medita=
batur in premiis:sed et in mandatis domini q dilexit. Sic eñ
audies et tu:et quo eã scitis/ppter ascensionẽ primam:et viaz
scitis ppter secũdã. Propterea in corde tuo pone viã veritatis
inquirere:ne forte sis de eorũ numero qui viã ciuitatis habita
culi non inuenerũt. Magis aũt sollicit9 esto ascendere nõ mo=
do cogitatione celestis glorie:sed et cõuersatione que celestez
gloriã mereat. Tertiũ nihilomin9 montem lego:in quẽ ascen=
dit solus orare. ¶ Vides ergo q̃ bene sponsa in canticis : ecce

G

(inquit) venit iste saliens in montibus. In primo transfigura=

Canti.ij.

tus est vt scires quo tenderes. In scdo verba vite locutus est:
vt scires qua peruenires. Orauit in tertio vt eũdi ꝛ pueniẽdi
bonam obtinere studeas voluntatẽ. Scienti enim bonum ꝛ nõ

Iaco.iiij.

facienti peccatum est illi. Propterea sciens quoniã in oratiõe
datur bona voluntas:cum videris que agenda sunt / vt conua
lescas ad agẽda q videris:ascẽde tu ad orationẽ/ora instãter/
ora pseuerãter:sicut ille pnoctabat in oratiõe:ꝛ dabit pr̃ bo=
nus spm̃ bonũ petenti se. Et vide q̃ vtiliter oratiõis tempore
etiã corporalis loci secretũ querim9 quando hoc ille nõ solum
docuit verbo:intra (inquiens) in cubiculũ tuum et clauso ostio

Mat.vj.

ora patrẽ tuum sed et cõmendauit exẽplo:ne domesticoz quẽ=
q̃ admittens:sed solus ascendens ad orationẽ. ¶ Putas po=

H

terimus aliquid amplius de ei9 ascensionib9 inuenire. Poteri=
mus vtiq;. Volo enĩ vt nec iumenti ipsius sis immemor sup qd
legit ascendisse. Volo vt ne ipam crucis ascẽsionem obmittas:
nã et in illa exaltari oportebat filiũ hois. Et ego (inquit) si ex=

Ioh.xij.

altat9 fuero a terra:oĩa trahã ad meipm. Itaq; cũ iã et cogni=
tio suppetit et velle adiacet:quid agis qd perficere bonũ non
inuenis:sz asinini quidẽ et bestiales mor9 legẽ cõtrariã habẽt/
et captiuare te volũt. Quid inquã facies sup cõcupiscentiis ir=
rationabilib9:que sunt in membris tuis. Urget te etiã cũ rein
nare cõsentis/ gule illecebris:cũ vigilare ppõnis/ somnolẽtia
pmit. Quid faciem9 huic asino. Asininum enĩ istud est cõmune
cũ asinis:qr hõ cõparat9 est iumentis insipientib9:ꝛ similis fa

ps.xlviij.

ct9 ẽ illis. Ascẽde dñe sup asinũ istũ:cõculca hos bestiales mo
tus:qr domari debẽt ne dñari preualeãt. Nisi enĩ calcati fue=
rint cõculcabunt nos:nisi premant opprimẽt nos. Propterea

sequere anima mea et in hac ascensione christum dominum: vt sub te sit appetitus tuus: et tu dominerís illius. Nam vt in celum ascendas prius necesse est leuare te super te: calcando carnalia desideria que in te militant aduersum te. Sequere etiam ascendentem crucem exaltatum a terra: vt non solum super te: sed et super omnem quoq mundum mentis fastigio colloceris: vniuersa que in terris sunt deorsum aspiciẽs et despiciẽs sicut scriptum est. Cernent terram de longe. Nulla te mũdi oblectamenta inclinent: nulle aduersitates deijciãt. Absit tibi gloriari nisi in cruce domini tui iesu christi: per quẽ tibi mundus crucifixus est: vt que mundus appetit crucem reputes: et tu crucifixus mundo illis que mundus crucem reputat: toto inhereas amore. Iam vero quid ex hoc restat nisi ad illum ascendas qui est super omnia deus benedictus in secula. Dissolui iam et esse cum christo: multomagis optimũ. Beatus vir cuius est auxiliũ abs te ait propheta ad dominum: Ascensiones in corde suo disposuit: ibit de virtute in virtutem vsq ad videndũ deum deorum in syon. Hec est vltima ascensio in qua implentur om̃ia sicut ait apostolus. Christus qui descẽdit ipse est et qui ascendit: vt adimpleret omnia. Sed de illa ascensione quid dicã. Quo ascẽdemus. Ut vbi christus est et nos simus. Quid ibi erit. Oculus deus non vidit absq te: que preparasti diligentibus te. Desideremus hanc fratres mei: suspiremus ad eam iugiter: et eo magis affectus vigeat quo deficit intellectus.

Esaie. xxxiij. — ps. lxxxiij. — Ephe. iiij. — Esa. lxiiij. — I

De magnanimitate/longanimitate/et vnanimitate. Sermo quintus.

Actuũ. j.

Triplicẽ nobis in ecclesia primitiua virtutẽ sanctus lucas breui sermone commendat/vbi post dominicã ascensionẽ vnanimiter eos in oratione perseuerasse describit: expectantes celestem consolationẽ cuius acceperant repromissionem. Laudabili siquidem magnanimitate pusillus grex pastoris solatio destitutus: minime tamen dubitas quoniã illi cura esset de eis sed paternam pro eis gereret sollicitudinem: deuotis pulsabat supplicationibus celum: certus quod penetrarẽt illud iustorum orationes: nec pauperũ preces spernerentur a domino: aut sine copiosa benedictione redirent. Sed nec sine lõganimitate persistebãt indeficientes: iuxta illum propheticum. Si morã fecerit expecta eum: quia veniet et non tardabit. Porro vnanimitas quidem legitur euidenter expressa: quod hec sola diuini spiritus charismata mereatur. Neq enim est deus dissensionis sed pacis: neq habitare facit nisi vnius moris in domo. Iure igitur preparationẽ cordis eorum audiuit auris diuina: nec ab expectatione sua confudit eos qui et magnanimes et longanimes et vnanimes essent. Certissima nãq hec testimonia sunt fidei/spei/charitatis. Et quidem euidẽter spes longanimitatẽ: vnanimitatẽ charitas operatur. Nunquid fides quoq magnanimum facit? Et sola. Quicquid enim sine fide presumitur non est vlla animi solida magnitudo: sed ventosa quedam inflatio et tumor inanis. Uis audire magnanimem virum. Omnia (inquit) possum in eo qui me confortat. Imitemur triplicem hanc preparationem fratres si desideramus superefluentem mensuram spiritus obtinere. Omnibus enim (preter christum) ad mẽsuram datur spiritus: sed mensure cumulus superefluentis videtur quodammodo excessisse mensuram. Euidens fuit magnanimitas in cõuersione nostra: sit etiam in consummatione lõganimitas: sit vnanimitas in conuersatione. Huiusmodi siquidem animabus celestis illa hierusalem desiderat instaurari: quibus nec fidei magnitudo desit in suscipiendo onere christi: nec longitudo spei in persistendo: nec charitatis iunctura quod est vinculum perfectiõis.

Abacuc ij. — K — Phil. iiij. — L — M

Itẽ in Ascensione domini. De intellectu et affectu. Sermo sextus.

Hodie sedenti in throno antiquo dierum: cõsessurus pariter oblatus est filius hominis: et erit deinceps non modo germen domini in magnificentia et gloria: sed et fructus terre sublimis. Felix vnio et amplectendum ineffabilibus gaudijs sacramentum. Idem enim et germen dñi et fructus terre: idem et ipse dei filius: et fructus ventris marie est. Idem filius dauid et dñs/de quo hodie gaudium eius impletum est: vnde olim precinens aiebat. Dixit dominus dño meo: sede a dextris meis. Quõ enim non dñs germẽ dñi. Idem tñ et filius eius vtpote fructus terre sublimis: fructus virge que de radice iesse processit. Hodie igitur suũ hunc et hominis filiũ apud semetipsum pater clarificat/claritate quã habuit priusquam mũdus fieret apud ipsum. Hodie veritatẽ que de terra orta est: celũ sibi redditã gloriatur. Hodie spõsus aufertur a filijs: et lugendũ eis est sicut ipse predixit. Nõ enim poterãt filij sponsi lugere donec spõsus cũ eis erat: sed venit dies vt auferatur ab eis: vt decetero lugeãt et ieiunẽt. Ubi illud iã petre quod dixeras. Domine bonũ est nos hic esse: faciamus hic tria tabernacula. Ecce enim ingressus est amplius et perfectius tabernaculũ nõ manufactũ: idest non huius creationis. Quomodo ergo iã bonum est nos hic esse. Immo pro molestũ est/graue est/ periculosum est.

ps. cix. — Mat. xvij

Nimirũ vbi malicie plurimũ/sapiẽtie modicũ: si tamẽ vel modicũ inuenitur: vbi viscosa oia/oia lubrica/operta tenebris / obsessa laqueis peccatorũ/vbi periclitantur anime: vbi spiritus affliguntur sub sole: vbi tantũ vanitas et afflictio spũs est. Leuemus igitur fratres mei/leuemus in celũ corda cũ manibus: et ascendentẽ dominũ sequi/velut quibusdã passibus deuotiõis et fidei contendamus. Erit enim cũ sine mora/sine difficultate/obuiã illi in nubibus rapiemur: et id poterũt corpora spiritalia/quod merito interim nequeũt spũs animales. Nũc enim quãtis conatibus corda leuare necesse est: que quidẽ vt miserabiliter satis in libro proprie experientie legimus: et corruptio corporis aggrauat: et terrena inhabitatio deprimit. At forte tradendũ est quid sit leuare cor: aut quẽadmodũ illud oporteat eleuari: sed tradendũ sane ab apostolo quam a nobis. Si consurrexistis (inquit) cũ christo: que sursum sunt querite vbi christus est in dextera dei sedens: que sursum sunt sapite: non que sup terram. Ac si manifestius dicat. Si cõsurrexistis et coascendite: si cõuiuitis et conregnate. Sequamur fratres sequamur agnum quocũq ierit sequamur patientẽ/sequamur et resurgentẽ/sequamur multo libentius ascẽdẽtẽ. Crucifigatur vetus homo noster simul cũ illo: vt destruatur corpus peccati vt vltra nõ seruiamus peccato/mortificatis nimirũ mẽbris nostris que sunt sup terrã: sed et quomodo ipse resurrexit a mortuis per gloriã patris: ita et nos in nouitate vite ambulemus. In hoc enim mortuus est et resurrexit vt peccatis mortui iusticie viuamus. Ceterũ quoniã vite nouitas locũ exigit tutiorẽ: et resurrectionis dignitas altiorẽ expetit gradũ: sequamur etiã ascendentẽ/querere videlicet et sapere que sursum sunt vbi ille est: non que sup terrã. Queris quis ille sit locus? Apostolum audi. Que sursum est (inquit) hierusalẽ libera est: que est mater nr̃a. Uis scire quenã ibi sint. Uisio pacis est. Lauda hierusalẽ dñm: lauda deũ tuũ syõ: qui posuit fines tuos pacẽ. O pax que exuperas omnẽ sensum: o pax etiã sup pacẽ: o mensura sup mensuram cõferta et coagitata et supefluens. Cõpatere igitur christo aia christiana: consurge: coascende: quod est declina a malo/et fac bonũ: inquire pacẽ et persequere eã. Sic nimirum paulus in actibus apostolorũ de cõtinẽtia et iusticia et spe vite eterne memoratur docuisse discipulos. Sic veritas ipsa monet in euãgelio precingere lumbos: lucernas accendere: et deinceps hoibus expectantibus dominũ suũ similes inueniri. Ceterũ gemina quedam si bene aduertistis ascensio nobis ab apostolo cõmendatur: in eo quod et querere et sapere monuit non infima sed supna. Quã fortasse distinctionẽ ne ipse quoq propheta preterisse omnino videtur dicens. Inquire pacem et persequere eã: vt hoc sit pacem sequendam querere: persequi inquisitam: quod est sapienda querere/quesita sapere que sursum sunt/non que sup terras.

N — Sap. ix. — O — Coll. iij. — Gala. iiij — ps. cxlvij — Act. xxiiij. — Luce. xij — P. — ps. xxxiij

Nimirũ donec diuisa sunt corda nostra/et multos interim sinus inueniuntur habere: nec sibi omnino cohererevidentur: vel particulatim ea et mẽbratim quodãmodo leuare necesse est vt in supna illa hierusalẽ colligantur: cuius participatio eius in idipsum vbi non tantũ singuli: sed et oẽs pariter incipient habitare in vnũ: nõ mõ sed non diuisi in semetipsis: sed nec inter seipsos. Ecce enim vt tanquam principalia cordis ipsius mẽbra distinguã: est intellectus in nobis: est et affectus: et hi quoq sepius sibinuicẽ aduersantes et alter summa petere: alter appetere infima videatur. Quãtus vero is dolor: quam grauis anime cruciatus: dũ sic distrahitur/sic dilaceratur/sic abrumpitur a seipsa vel ex ea saltẽ quam oibus experiri in promptu est corporis scissione coniiciat: si quis in suo spiritu animaduertere perniciosa et periculosa insensibilitate non neglexerit. Distrahuntur hominũ crura: et longioris obice ligni removentur ab inuicẽ pedes: et dũ adhuc curis integra manet/quis tamẽ ille est cruciatus. Sic sic affligi plãgimus miseros: qui corporaliter inter nos cõuersantes illuminati forte similiter: sed dissimiliter inueniuntur affecti. Intelligunt pariter bona que faciant: sed non pariter diligunt intellecta. Nam de ignorantia fratres quenam excusatio nobis: quibus nunquam doctrina celestis: nunquam diuina lectio: nunquam spiritualis eruditio deest: Quecũq vera sunt/quecũq pudica/quecũq iusta/ quecũq amabilia/quecũq bone fame/si qua virtus/si qua laus discipline: hec discitis et accipitis: hec auditis pariter et videtis in exemplis videlicet et verbis eorũ qui inter vos sunt perfecti: quorũ et hortatio et cõuersatio plenius erudit vniuersos. Utinã autem hec vt intellectum admonent/moueant et affectum: ne sit intus amarissima contradictio et diuisio molestissima dum hinc quidem sursum trahimur/sed retrahimur inde deorsum. Nimirum aduertere potes in omnibus fere religiosis congregationibus viros repletos consolatione / superabũdantes gaudio: iocundos semper et hilares feruentes spiritu: die ac nocte meditantes in lege dei: crebro suspicientes in ce-

Q — R — S

lum:et puras manus in oratione leuantes:sollicitos obserua-
tores conscientie:et deuotos sectatores bonorum operū: qui-
bus amabilis disciplina/dulce ieiunium/vigilie breues/ labor
manuū delectabilis et vniuersa denicꝫ conuersationis huius
austeritas refrigerium videatur. Contra sane inuenire est ho-
mines pusillanimes et remissos:deficientes sub onere/virga ⁊
calcaribus indigentes:quorum remissa letticia/pusillanimis tri
sticia est:quorum breuis et rara cōpūctio/animalis cogitatio/
tepida conuersatio/quorum obedientia sine deuotione/ sermo
sine circūspectione/oratio sine cordis intētione/lectio sine edi
ficatione:quos denicꝫ vt videmus vix gehenne metus inhibet/
B
vix pudor cohibet/vix frenat ratio/ vix disciplina coercet. Nō
tibi horum vita inferno penitus appropinquare videtur : dum
intellectu affectui:et affectu intellectui repugnāte:necesse ha
bent mittere manum ad opera fortium:qui cibo fortium mini-
me sustētantur/locū plane tribulationis/sed non cōsolationis.
Exurgamus obsecro quicunꝫ eiusmodi sumus/resartiamꝰ ani
mas/spiritum recolligamus: abijcientes perniciosam tepidita
tem:et si non quia periculosa est/et deo solet (vt interduꝫ mise
rabiliter plāgimus) etiam vomitum prouocare:certe quia mo-
lestissima plena miserie et doloris:et inferno plane prima:vm-
bra mortis iure censet. Si querimus que sursum sunt: etiā sape
re et prelibare interim studeamus. Forte enim poterit intelle-
ctui et affectui non incōuenienter aptari qꝫ et querere que sur-
sum sunt et sapere admonemur:vt in principalibus (quēadmo-
dum supra dictum est) mēbris suis corda nostra manibꝰ quibus
dam pꝫ conatus:et exercitiū spiritalis leuare studeamꝰ ad deū.
B
¶ Omnes (ni fallor) que sursum sunt querimus intellectu fidei
et iudicio rationis:sed non eque forsitan sapimus omnes q̄ sur
sum sunt:tanq̄ inescati his que sunt super terrā violento quo-
dam preiudicio affectionis. Unde enim ea quā pauloante ostē
dimus animorum diuersitas/tanta disparilitas studiorū/ con-
uersationum tanta dissimilitudo? Unde spiritualis gratie ino-
pia tanta quibusdam:cum alijs copia tāta exuberet? Profecto
nec auarus nec inops est gratie distributor: sed vbi vacua va-
C
sa desunt:stare oleum necesse est. Undicꝫ se ingerit amor mūdi
cum consolationibus immo desolationibus suis obseruat adi
tus:per fenestras irruit/mentem occupat/ sed non eiꝰ q̄ dixit.
ps. lxxvi.
Renuit consolari anima mea:memor fui dei et delectatꝰ sum.
Preoccupatum nempe secularibus desiderijs animū/ delecta-
tio sancta declinat:nec misceri poterūt vera vanis/ eterna ca-
ducis/spiritualia corporalibꝰ/summa imis:vt pariter sapias q̄
sursum sunt et que super terram. Felices nimium viri illi p q̄s
dominica ascensio legitur presignata. Enoch raptus / transla-
D
tus helyas. Felices plane qui soli iam deo viuunt: soli vacant
intelligendo/diligendo/fruēdo. Necꝫ enim corpora que corrū
puntur/illas aggrauant animas:aut terrena inhabitatio sen-
sus eorum:tanq̄ multa cogitantes deprimit/qui cum deo am-
bulasse noscunt. Factum est impedimentū omne de medio: oc-
casio vniuersa sublata:materies nulla relicta est:que eorū affe
ctum aggrauet vel deprimat intellectum. Nam et priorem ob
hoc raptum scriptura commemorat:ne forte vincat malicia sa
pientiam:et intellectus eius vel anima/vltra decipi valeat aut
mutari. Nobis autem vnde in his tenebris veritas: vnde chari-
tas in hoc seculo nequā:in hoc mundo qui positus est in mali-
gno? Putas erit qui intellectum illuminet:qui inflammet affe-
ctum? Erit vticꝫ si cōuertamur ad christum:vt velamen de cor
Esa. ix.
dibus auferatur. Hic est enim de quo scriptum est. Habitanti-
bus in regione vmbre mortis:lux orta est eis. Siquidem prio-
ris ignorantie tempora despiciens deus/annunciauit homini-
bus vt omnes vbicꝫ agerent penitentiaꝫ ſm qꝫ paulus athenē
Mat. iiij.
sibus tradit. Memento etenim dei verbum/et sapientiam incar
natam cuius vticꝫ opus erat toto illo tempore quo videri in ter
ris et inter homines conuersari dignata est ineffabilis illa vir-
tus/illa gloria/illa maiestas/illuminare oculos cordis : etiam
suaderi fidem hominibus/predicatione pariter et ostensione si
gnorum. Denicꝫ spiritus domini ait super me:ad euangelizan-
Joh. xij.
dum pauperibꝰ misit me. Et apostolis loquebatur. Adhuc mo
dicum lumen in vobis est:ambulate dum lucem habetis: vt nō
tenebre vos comprehendant. Nec modo ante passionem:sed et
post resurrectionem in multis argumentis p dies quadragin-
ta apparens eis et loquens de regno dei:quando et sensum eis
Lu. xxiiij
vt scripturas intelligerent legitur aperuisse:intellectū potius
informabat/q̄ purgabat affectum. Quando enim ad spiritua-
lia affici possent animales? Immo vero ne ipsam quidem merā
lucem poterant aliquatenus sustinere: sed exhiberi illis opor-
tuit verbum in carne:solem in nube:lumen in testa:mel in cera:
cereum in laterna. Spiritus ante faciem illorum christus domi
nus:sed non vticꝫ sine vmbra in qua viuerent interim inter gen
tes. Unde et virgini legitur obumbrasse:ne vehementiori reuer
berata splendore/ ad candidissimam illam lucem purissimūcꝫ

fulgorem diuinitatis/etiam illius aquile posset acies hebeta-
ri. Minime tamen vel nubes ipsa leuis esse potuit ociosa : sꝫ ea
quocꝫ vsus est in salutem:et discipulorum animos qui nec ad fi
dei intellectum sine aliqua mutatione affectus poterant pmo-
ueri:nec assurgere adhuc ad spiritualia preualebant/in sue car
nis prouocauit affectum vt amore quodam humano operanti
mira:mira loquenti homini adhererent:amore vticꝫ carnali ad-
huc:sed tam valido vt ceteris omnibus preualeret. Nimirū hic
M Memento sane hunc esse iohā nem qui vidit & testimonium phibuit: & scimus q veꝝ est testi monium eius: exijsse de latere dn̄i dormientis in cruce sangui nem simul & aquā quo videlz dormienti nouo ade noua de la tere suo p̄formaret pariter & redimeret ecclesia. Sic ergo hodie quoq ad nos p aquā & sanguinē venit/ vt sit aqua & sanguis te stimonium aduentus eius/ fideiq victricis. Non solū aūt/ sed testimonium est maius his q phibet spūs veritatis. Hoꝝ triū testimonium veꝝ/ certūq est: & felix aīa q̄ meret illud accipe. Tres eīn sunt q̄ testimonium dant in terra/ spūs/ aqua/ et san guis. In aqua quidē baptismū intellige: in sanguie martyriū in spū charitate. Spūs eīn est q̄ viuificat: & fidei vita/ dilectio Roma. v. Deniq si q̄ris quid spūi & charitati: respondeat paulus. Quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris p spm̄sanctum qui datus est nobis. Necessario quoq spūs additur aque & sangui j. Co. xiij ni/ cui eodem ap̄lo teste. Sine charitate quicquid habeas ni

N hil p̄fit. Jam vero q baptismum aqua: martyriuz diximus sanguine designari: memento & vnicum & quotidianum eē ba ptismum similiter & martyrium. Est enim & martyrij genus & q̄ dam effusio sanguinis in quotidiana corporis afflictione. Est & baptismus aliquis in cōpunctione cordis & lachrymarū assi duitate. Sic quippe infirmior & pusillis corde necesse est vt quē semel p xp̄o ponere non sufficiunt: saltem mitiori quodaz/ sed diuturniori martyrio sanguinē fundant. Sic & baptismi sacra mentum qn̄ iterari non lz: his qui sepius in multis offendunt Ps. vj. frequenti oportet ablutione suppleri. Unde & propheta. Laua bo inquit per singulas noctes lectum meum/ lachrymis meis

O stratum meum rigabo. Uis ergo nosse quis est qui vincit mun j. Joh. ij. dum: Que in eo vincenda sunt/ diligentius intuere. Siqdem & hoc ipsum beatus iste iohannes indicat dicens. Charissimi nolite diligere mundū/ neq ea q̄ in mundo sunt. Omne eīn qd in mundo est/ concupiscentia carnis est & concupiscentia ocu lorum/ & ambitio seculi. He sunt tres turme quas fecerunt cal Ge. xxxij. dei: sed memini quoq sanctum iacob fecisse tres turmas: cum

P timeret a facie esau rediēs de mesopotamia. Et vobis ergo aduersus triplex genus tentationis triplici opus est munimen to: vt carnis quidem concupiscentia ipsius mortificatione vin catur: quam si meministis in sanguinis testimonio diximus in telligendam: oculoꝝ vero concupiscentiam superet studiū cō punctionis & assiduitas lachrymaꝝ. Porro ambitionis vanita tem virtus charitatis excludat: que sola castificat animū sola purgat intentionem. Certum quippe triūphati mūdi testimo nium est: si corpus castiges & subijcias seruituti: ne perniciosa libertate seruiat voluptati: si fletui prebeas oculos magis q̄ petulantie vel curiositati: si deniq spirituali dilectiōe flagrās

Q nulli animum dederis vanitati. Merito sane vnus est qui in terra pariter & in celo testimonium perhibet spūs: q sine cor poris afflictio cessabit: siue lachrymaꝝ fons exsiccabitur: sed charitas nūq̄ excidit. Prelibatio quedam est in presenti/ con summatio & plenitudo in futuro manet. Uerūtamen lz maneat post aquam & sanguinem/ spiritus (aqua quippe et sanguis re gnum dei non possidebunt) interim tamen aut vix/ aut nullo modo inuenire est spiritum sine illis: quoniam hi tres inq̄t vnū sunt: vt quolibet ex his tribus deficiente/ adesse cetera nō pre

R sumas. Simul vero iuncta testimonia ista/ credibilia facta sunt nimis/ nec poterit cui in terris suppetunt hec/ carere testi stimonio vel in celis. Confitetur dei filium coram hominibus non verbo neq lingua/ sed opere & veritate: et filius quoq cō fitebitur eum coram angelis dei. An vero ei deesse poterit in testimonio pater cui filiuz videat attestantem: Sine dubio cō fitebitur/ & ipse quod viderit in abscondito. Sed neq spiritus quidez a patre filioq dissentiet: quippe qui patris filijq sit spi ritus. Deniq quonam modo careat testimonio eius in celo: q̄ h̄re illud meruit & in terra: Tres ergo sunt q̄ testimoniū dant in celo: pater & filius & spūssanctus. Et ne quā forte dissonātiā suspiceris/ hi tres vnuz sunt. Magnum profecto habituri sunt testimonium: quos in celo pater susceperit tāq̄ filios & heredes filius asciuerit tāq̄ fratres & coheredes: spūssanctus adherē tes deo vnū spm̄ faciat esse cū eo. Est eīn spūs ipse indissolubi le vinculum trinitatis: per quem sicut pater & filius vnuz sunt sic et nos vnuz sumus in ipsis: eo miserante qui pro discipulis hoc ipsum orare dignatus est iesu christo domino nostro.

S De hisdem testimonijs. Sermo secundus. vnde supra.

Ex epistola beati Johannis hodie nobis est lectio recitata/in qua dicimus testimoniū dari triplex in celo/triplex in terra. Et qdem pro meo sapere illud stabilitatis/hoc reparationis est signuz Illud angelos/istud hoīes/illud beatos a miseris/istud iustos discernit ab impijs. Angelis siqdem q̄ in prima illa p̄uaricatione supbiente lucifero in veritate steterunt:merito testimonium perhibet visio trinitatis: hominibus quos diuina miseratio saluat spūs/aqua/⁊ sanguis. Quidni perhibeat testimonium pater:a quibus honorat⁹ est vt pater: Tibi vero maligne sic loquitur. Si ergo ego pater vbi est honor meus: Careas omnino necesse est testimonio patris:cuius tibi gloriam vsurpare conaris:non honorare eū cupiens/sed equare. Sedebo inquit in monte testamenti ⁊ similis ero altissimo. Ita ne modo creatus patri spm̄ consedebis. Et certe necdū tibi dixit. Sede a dextris meis. Si nescis o impudens: vnigenitus ille est cui eterna generatione p̄ris eq̄litas collata est ⁊ consessus: Tu rapinam cogitans esse equalis deo:filio gloriam inuides:gloriam quasi vnigeniti a patre vt ne ab ipso quidem testimonium merearis habere. An vo poterit detestato a patre ⁊ filio vtriusq; spūs attestari: Abominatur superbum profecto ⁊ inquietum qui super quietum ⁊ humilem requiescit:amator pacis ⁊ vnitatis consecrator: aduersum te pro pace ⁊ vnitate zelatur. ¶ Quid mirum fratres si timemus ne forte pusillā hanc vineam dn̄i depasci singularis ferus incipiat: Quantos eīm celestis vinee palmites prima illa singularitas conculcauit: Sed forte superbiaz qdem in eo facile aduertistis:non aūt singularitatez. Dico ergo. Ubi stabat vniuersitas angeloꝝ:nunquid caruit singularitatis vitio qui sedere velle presumpsit: An forte queritis vnde mihi nota sit hec statio angeloꝝ: Duos teneo idoneos testes:quoꝝ vterq; quod vidit hoc testatur. Uidi dn̄z sedentē ait esaias·seraphin autem stabant. Et daniel/milia inquit milium ministrabāt ei ⁊ decies centena milia assistebant ei. An ⁊ tertium desideras:vt in ore trium testium stet omne verbum: Apostolum p̄fero qui vsq; ad tertium raptus est celum/⁊ rediens loquebatur. Nonne omnes administratorij sunt spūs: Siccine vbi stāt omnes/vniuersi ministrāt:tu pacis inimice sedebis: Plane cōtristas spiritum qui habitare facit vnius moris in domo. Offendis charitatem q̄ scindis vnitatem/rumpis vinculum pacis. Merito proinde angelorum qui suum nec ordinem:nec domicilium reliquere/charitati/vnitati/⁊ paci spiritus attestatur:a quo sane tua ⁊ inuidia/⁊ singularitas/⁊ inquietudo reprobatur. Et hoc quidem de eo testimonio quod datur in celis. ¶ Est ⁊ aliud quod datur in terra ad discernendos vtiq; q̄ in ea sunt exules ab indigenis:hoc est celi ciues a ciuib⁹ babylonis. An̄ enim sine testimonio electos suos deserat deus: Aut certe quenam eis esse poterat consolatio inter spem ⁊ metum/sollicitudine anxia fluctuantibus:si nullum omnino electionis sue habere testimonium mererentur: Nouit dn̄s qui sunt eius:⁊ solus ipse scit quos elegerit a principio Quis nouit hominum si est dignus amore vel odio: Sz si vt certuz est certitudo nobis omnino negatur:nunquid non tanto delectabiliora erunt/si qua forte electionis huius signa possimus inuenire: Quam enim requiez habere potest spiritus noster/dū predestinationis sue nullum adhuc testimonium tenet: Fidelis proinde sermo/⁊ omni acceptione dignus quo salutis testimonia cōmendantur. Hoc sane verbo ⁊ electis consolatio ministratur:⁊ subtrahitur reprobis excusatio. Cognitis siquidē signis vite:quisquis hec negligit:manifeste conuincitur in vano accipere animam suam:⁊ pro nihilo habere terram desiderabilem cōprobatur. Tres sunt inquit qui testimonium dāt in terra/spiritus/aqua/⁊ sanguis. Scitis fratres quia in primo homine peccauimus oēs/in ipso etiā cecidimus vniuersi. Cecidimus sane in carcerē/luto pariter ⁊ lapidibus plenū. Exinde iacebamus captiui/inquinati/conquassati/donec venit desideratus gentibus qui nos redimeret/ ablueret/ adiuuaret. Hic est eīm q̄ sanguinem p̄priū dedit in redēptionē:aquam simul p̄duxit de latere suo in ablutionem:emisit deinde de excelso spm̄ suū qui adiuuaret infirmitatem nostram. Uis ergo nosse an hec aliquid operent̄ in te ne forte reus sis sanguinis dn̄i quē euacuas q̄tū in te est:sed ⁊ aqua ipsa q̄ debuerat mūdare in sordibus p̄manētib⁹ iudiciū dānatiōis accumulet:spūs quoq; cui resistis nō liberet maledictū a labijs tuis: Cauēdū eīm ne sint tibi hec infructuosa q̄ necessaria essent pariter ⁊ dānosa. Quis est aūt q̄ testimoniū hz effusi nō sine cā sanguinis xp̄i. nisi q̄ cōtinet a pct̄is: Seruus eīm peccati est q̄ pct̄m facit vt si deinceps ɔtinere potuerit et iugū abijcere misere seruitutis certissimū sit testimoniū redēptiōis:quā operat̄ sine dubio sanguis xp̄i. Uerū nō sufficit pctōri ɔtinentia si nō etiā assit p̄nia. Habet ergo ⁊ ab aqua testimonium:q̄ laborat in gemitu suo lauās p singulas noctes lectum suū. Sicut eīm sanguis ille redemit vt nō regnet pct̄m in nostro mortali corpore:sic aqua illa abluit ab his peccatis q̄ cōmisimus ante. Sed qd erit q̄ lōgo catenarū vsu ⁊ carceris habitatione crudeli/cōfracti sumus/atq; collisi defecimus in via vite: Inuocemus spm̄ viuificatorē ⁊ adiutorē:cōfidētes q̄ dabit pater q̄ est in celis spiritum bonū petentib⁹ se. Sane nouū superuenisse spm̄ certissime cōuersatio noua testat̄. Iā vt breuiter repetā:a sanguine ⁊ aq̄ ⁊ spū hīc est testimoniū/si contines a peccatis;si dignos agis penitentie fructus/si facis opera vite.

Malachie. i.

Esa. xiiij.

Ps. cix.

A

Esa. vi.

Dan. vij.

Hebre. i.

B

¶ In rogationibus de tribus panibus.

Luce. xi. C

Quis vestrū habebit amicū ⁊c. Quid est q̄ amicū vnū p̄hibet aduenisse:nec tn̄ contētus est querere panem vnū: Putasne tā voracē estimabat amicū vt nō posset vni sufficere panis vnus: Nā vni quidē tres apponere panes incōsequēs omnino videt̄. Puta ergo cū vxore ⁊ mācipio hoiēz aduenisse:vt suū cuiq; panē apponere velit amicus. Ego qdē amicū venientē ad me nō aliuz intelligo q̄ meipm̄. Nemo quippe charior mihi/nemo germanior ē. Ad me ergo de via venit amicus/cū transitoria deserēs ad cor redeo sicut scriptū est. Redite p̄uaricatores ad cor. Deinde tunc vere sibi q̄squis amic⁹ est cū de via redit/qm̄ q̄ diligit iniq̄tatē odit aiam suā. A die itaq; conuersionis mee/de via ad me venit amicus. Uenit de regione lōginqua:vbi pascere porcos ⁊ ipsoꝝ siliquas insatiabiliter esurire solebat. Uenit fame laborās:confectus inedia:attenuatus ieiunio. Uenit necesse hūs inuenire amicuz: sed heu me/pauperem elegit hospitē:⁊ vacuū ingredit̄ habitaculum. Quid faciā huic amico miseror miserabili: Unde ei nō habeo qd ponā aū illū. Fateor amicus est:sed ego mēdicus. Quid venisti ad me amice in necessitate tāta: Nō sum medicus/⁊ non est in domo mea panis. Festina indē discurre/ suscita amicum tuū illū magnū:quo maiorē dilectionē nemo hz:sed neq; substantiā ampliorē. Quere/pete/pulsa:q̄ ois qui q̄rit inuenit:et qui petit accipit/⁊ pulsanti aperietur. Clama ⁊ dic/amice commoda mihi tres panes. Qui sunt isti panes fratres: Utinā me [illegible] accipere eos. Forte eīm ⁊ ipsos nemo scit/nisi qui accipit. Credo tn̄ petendos nobis esse tres panes/v̄itatis/charitatis/fortitudinis. His trib⁹ egere me fateor: veniēte ad me amico de via veniēte aūt vt dixi cū vxore ⁊ mācipio. Deficit quippe rō mea ipse est eīm vir pre ignorātia v̄itatis:lāguet⁹ et volūtas/pre inedia affectionis:infirmatur caro pre inopia fortitudinis. Nā ⁊ ratio minus intelligit q̄ agēda sunt:⁊ volūtas minus diligit intellecta:⁊ ad hoc etiam corpus qd corrūpitur aggrauat aiam vt non quecūq; volumus illa faciamus. Aruit cor meum etiam ⁊ corpus meum:q̄ oblitus sum comedere panem meum. Neq; eīm paterer hunc defectum/si iugiter exercitata esset ratio in inquisitione veritatis:voluntas in desiderio charitatis:caro in operatione virtutis. Commoda ergo mihi amice tres panes/vt intelligam/vt diligam/vt faciam voluntatem tuaz. Sic enim viuitur/⁊ in talibus vita spiritus mei dicente scriptura. Qm̄ vita in voluntate eius.

Esa. xlvi.

Mat. vij. D

Ps. xxix. E

¶ In ascensione domini de euangelica lectione. Sermo primus.

Recūbētibus vndecim discipulis:apparuit illis iesus. Apparuit;hec benignitas ⁊ humanitas saluatoris. Multā eīm fiduciā p̄stat/q̄ libētius assit orōni incūbētibus:qn̄ nec recūbentibus quidem dedignat̄ adesse. Apparuit inq̄ benignitas eius q̄ cognouit figmentū nostrum:nec dedignatur necessitates nostras sed miseretur:si tn̄ curam carnis non in desiderio facimus/sed in necessitate. Qd considerans idē apl's. Siue māducamus inquit siue aliq̄d aliud facim⁹ oia in gloriā dn̄i faciamus. Pōt tn̄ q̄ recūbētibus apparuit ad id quoq; referri:qd alibi calūniātibus iudeis aduersus discipulos nō ieiunātes. Non possunt inq̄t filij spōsi lugere q̄diu cum eis est sponsus. Sequit̄. Et exprobrauit incredulitatē illoꝝ et duritiā cordis:q̄ his q̄ viderāt eū resurrexisse nō crediderūt Audis xp̄m discipulos increpātē:imo qd durius sonat etiam exprobrantem:nec q̄cumq;/sed ea hora qua eis corporalē presentiam subtracturus/videri poterat magis ab increpatione parcere debuisse. Noli ergo indignari decetero si te quoq; aliquando xp̄i vicarius increpauerit. Id eīm exhibet qd ascensurus ab eis in celum:suis xp̄s legitur exhibuisse discipulis. Sz quid est fratres qd dicit his qui viderāt eū resurrexisse nō crediderunt: Aut qui fuere quoꝝ beati oculi gloriosum resurrectionis dominice meruerunt videre miraculum: Neq; enim resurgentem illū quisq̄ legitur:aut creditur vidisse mortalium. Restat ergo de angelis accipiendū:q̄bus vtiq; resurrectionis testimonium perhibentibus apostolorum pusillanimitas hes

Mat. xvi.

i. Cor. x.

Matt. ix.

Textus

ps.cxviij.
sitauit. Jam vero vt faciat qd scriptum est. Bonitatem z disci plinam z sciam doce me: visitationis grãm/exprobrationis cẽ suram/pdicationis quoq doctrina sequatur z dicat. Qui cre

Mar.xvj.
diderit z baptizatus fuerit/saluus erit. Sed quid ad hec dice mus fratres: Magna nimis videtur secularibus hoibus i hoc verbo data fiducia: vereorq ne dare eã incipiãt in occasionem carnis: blãdientes sibi priusq oporteat sine opibus de baptis mo z credulitate. Verũtamẽ osideremus qd sequitur. Signa au

Ibi.s.
tẽ eos q crediderint hec sequent. Nec minor fortasse videbitur ipsis quoq religiosis ex hoc vbo puenire desperatio: q ex ver bo priore vane spei data secularibus occasio videret. Quis em ea q in pñti loco scripta sunt signa videt hre credulitatis/ si

Hebre.xj
ne qua nemo poterit saluari: qm qui nõ crediderit condẽnabi tur. Et sine fide impossibile est placere deo. Quis inq demo nia eicit: linguis nouis loquit serpẽtes tollit: Quid ergo? Si nemo hec hz: aut ppauci nostris vident hre temporibus/ aut nemo saluabit: aut hi soli qui his muneribus gloriantur: q nõ

Mat.vij.
tñ merita sunt q indicia meritorum: adeo vt multi dicẽtes. Nõ ne in noie tuo demonia eiecimus: z in noie tuo vtutes multas fecimus/audire habeãt in iudicio/nescio vos/ discedite a me

Roma.ij.
operarij iniquitatis. Ubi est qd ait apostolus cum de iusto iu dice loqueretur: qui reddet vnicuiq iuxta opa sua: si quod ab sit qrenda sunt in iudicio signa potius q merita: Sunt tamẽ z ipsa merita/signa qdam certiora vtiq z salubriora. Nec diffi cile arbitror nosse quẽadmodũ intelligi signa possint presen tia: vt sint idubitata signa credulitatis: ac p hoc z salutis. Pri mum em opus fidei p dilectionẽ operantis: cordis compũctio est: in qua sine dubio eiciũtur demonia: cũ eradicant e corde peccata. Exinde q in xpm credũt linguis loquunt nouis/cum iam recedãt vetera de ore eorum: nec decetero vetusta pthopa rentum lingua loquunt: declinantiũ in verba malicie ad excu sandas excusationes in peccatis. Ubi po cõpũctione cordis z oris confessione priora sunt deleta peccata: nec recidiuum pa tiantur: z iam sint posteriora peiora prioribus: serpẽtes tollãt necesse est. i. vt venenatas suggestiones extinguãt. Quid tamẽ agendũ si qua forte z radix pullulat: q tam velociter nequeat extirpari/sed stimulat animũ cõcupiscentia carnis. Profecto si mortiferum quid biberint/non eos nocebit: qm iuxta saluato ris exemplum: cũ gustauerint nolent bibere. i. cum senserit no lent consentire. Sic enim non eos nocebit: qz nulla damnatio est his qui sunt in christo Jesu: concupiscẽtie sensus absq cõ sensu. Quid tñ? Molesta certe z periculosa/z sic corrupte z in firme affectionis lucta: sed qui crediderint super egros man' imponent/z bene habebunt. i. egras affectiones bonis operi bus operient: z hoc remedio curabuntur.

G

Item in die ascensionis Quod ascendit super omnes celos vt impleret omnia. Sermo secundus.

Solennitas ista fratres charissimi gloriosa est: z vt ita dicã gaudiosa: in qua z singularis z xpo glia: z nobis spiritalis leticia exhibetur: Consummatio em z adimpletio est reliquarum solẽnitatum: z felix clausula totius itinerarij filij dei Qui em descen dit ipse est: z qz ascendit hodierna die sup omnes celos vt ad impleret omnia. Jam em cũ se dñm vniuersorum que sunt in ter ra z in mari z in inferno pbasset: non restabat nisi vt aeris z ce lorum se esse dñm argumentis similibus: vel certe potioribus ap probaret. Terra em cognouit dñm: qz ad vocem virtutis eius cũ clamasset magna voce. Lazare veni foras: mortuum reddi dit. Cognouit mare: qz solidum se pbuit sub pedibus eius: ita vt apli cum putabant fantasma esse. Cognouit infernus cuius ipse portas ereas z vectes ferreos confregit: vbi z ligauit illũ insatiabilem homicidam q vocatur diabolus z sathanas Pro fecto q mortuos suscitauit: leprosos mundauit: cecos illumi nauit: claudos firmauit: z omnes exufflauit infirmitates: dñs omnium fuit: z eadem manu qua fecerat: q defecerant reficie bat. Sic z qui in ore piscis cũ ipso pisce staterem inueniri pdi xit: patet pculdubio qz maris z omnium que in mari mouẽtur dñs fuit. Qui vero traduxit aerias potestates z affixit eas cru ci sue: claret qz sup infernales officinas potestatẽ accepit. Hic est em q pertransijt benefaciendo z sanando oẽs oppressos a diabolo/qui stetit in loco campestri vt doceret turbas: añ pre sides vt alapas sustineret toto tempore quo in terris visus est z cum hominibus conuersatus in laboribus multis: stãs z ope rans salutem in medio terre. Ad claudendam igitur tunicam tuam inconsutilem domine Jesu: ad perficiendam fidei nostre integritatem/restat vt videntibus discipulis per mediũ aeris sicut aeris dominus ascendas super omnes celos: Ex tunc p babitur qz dñs vniuersorum tu es: qz oia in omnibus adimplesti z iam tibi pfecto debebitur: vt in nomine tuo omne genu fle ctatur/celestium/terrestrium z infernorum: z omnis lingua confi teatur: qz tu es in gloria et in dextera patris. In hac dextera

Coll.iij.
sunt delectationes vsq in finem: z ideo monet apostolus vt q ramus q sursum sunt: vbi xps est in dextera dei sedens: qz illic profecto thesaurus noster est iesus christus: in quo sunt omes thesauri sapientie z scientie absconditi: in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Quid tamen putatis fra tres: quantus dolor z timor irruperit apostolica pectora cũ eũ viderunt a se tolli z attolli in aera: non scalis adiutum: nõ sub leuatum funibus: z si angelico comitatum obsequio: nõ tamen fultum auxilio/sed gradientẽ in multitudine fortitudinis sue

Joh.viij.
Impletum est quod eis dixerat. Quo ego vado: vos non pote stis venire. Quocũq em terrarum iisset eum indiuisibiliter seq rentur: mare sicut petrus fecit aliquando cum eo etiã submer

Sap.ix.
gendi intrarent: sed hac sequi non poterant: qz corpus qd cor rumpitur aggrauat animam: z deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Dolor ergo nimius erat: qz videbãt illum propter quem omnia reliquerant a suis sensibus z aspe ctibus tolli: vt non possent ablato a se sponso filij sponsi nõ lu gere: timor quia orphani relinquebantur in medio iudeorum nõ dum confirmati virtute ex alto Benedicens ergo eis ferebat in celum: forte concussis illius singularis misericordie visceri bus cum miseros suos z pauperem suam scholam relinqret: nisi q veniebat eis parare locum. z qz expediebat vt presentiã eis subtraheret corporalem. O E felix q digna ista pcessio ad quã ne ipsi quidem adhuc apostoli digni fuerunt admitti: cũ z aia rum sanctarum z celestium virtutum triumphali pompa deduct'

H
ad patrem/sedet a dextris dei. Nunc vere adimpleuit omia quia natus est inter homines/cũ hominibus conuersatus est: ab hoibus z pro hominibus passus z mortuus est: resurrexit. Ascendit/sedet ad dexteram dei Agnosco tunicam desup cõ textam per totum: quam superna illa mansio claudit: vbi adim pletus est/z adimpleuit oia dñs iesus xps. Uerũtamen qd mi hi z solennitatibus istis: Quis me consolabitur dñe iesu: qz te non vidi cruce suspensum/plagis liuidum/pallidum morte: qz non sum crucifixo compassus/obsecutus mortuo: vt saltem la chrymis meis loca illa vulnerum delinirem: Quomodo me dere liquisti insalutatum cum formosus in stola tua rex glorie in al ta celorum te recepisti? Prorsus renuisset consolari anima mea nisi me angeli in voce exultationis preuenissent: qui dixerunt.

Actuũ.j.
Uiri galilei quid statis aspicientes in celum: Hic iesus qui as sumptus est a vobis in celum: sic veniet quemadmodum vidi stis eum euntem in celum: sic inquiunt veniet. Ergo ne veniet querere nos: in illa tam singulari q vniuersali processione: cũ precedentibus omnibus angelis z subsequentibus hominib' vniuersis descendet iudicare viuos et mortuos? Proculdu bio veniet: sed quomodo ascendit: non quomodo ante descen dit. Humilis enim prius venit animas saluare: sublimis autem veniet/cadauer istud resuscitare et configurare corpori clari tatis sue: vt infirmiori vasculo abundãtiorẽ impendere videa tur honorem. Tunc enim videbitur cum potestate magna et maiestate qui prius in infirmitate carnis latuerat. Intuebor z ego eum sed non modo: videbo eum/sed non prope: ita vt hec secunda glorificatio priori glorificationi propter excellentem gloriam manifeste preluceat. Manipulus primitiarum nostra rum christus/oblatus est ad dexteram patris assumptus: z as sistit nunc vultui dei pro nobis. Sedet autem ad dexteram/ha bens in dextera misericordiam/in sinistra iudicium: z miseri cordiam multam nimis/et iudicium multum nimis: in dextera aquam in sinistra ignem immobiliter tenens. Et quidem cor roborauit misericordiam suam super timentes se sm altitudi nẽ celi a terra/vt maiores cumulos miserationum domini sen

I
tiant q sit spacij inter celum et terram. Propositum namq dei super illos manet imobile: et misericordia domini ab eter no et vsq in eternum super timentes eum. Ab eterno per pre destinationem: in eternum per glorificationem Similiter z in reprobis terribilis est super filios hominum: et vtrinq stat fi xa sententia eternitatis: et in his qui salui fiunt: et in his qui pereunt. Quis scit si omnium vestrum quos hic video nomi na scripta sunt in celis: et in libro predestinationis annotata? Uocationis enim et iustificationis vestre aliqua signa mihi vi deor intueri in conuersatione huius tante humilitatis. Quan to putas gaudio replerentur omnia ossa mea: si id scire cõtin

K
geret: Sed nescit homo vtrum sit dignus amore an odio. Pro pterea dilectissimi perseuerate in disciplina quam suscepistis vt per humilitatem ad sublimitatem ascendatis: quia hec est via: et non est alia preter ipsam. Qui aliter vadit/cadit potius q ascendit: quia sola est humilitas que exaltat: sola que ducit ad vitam. Christus enim cum per naturam diuinitatis non ha beret quo cresceret vel ascenderet: quia vltra deum nihil est: p descensum quõ cresceret inuenit: veniẽs incarnari/pati/ mo ri/ne moreremur in eternum ppter qd deus exaltauit illum: qz resurrexit

q resurrexit

quia resurrexit: ascendit: sedet ad dexterā dei. Uade ⁊ tu fac
sisti. Neq̃ eñ ascēdere potes nisi descenderis: q2 vt eterna le
(Mat. xxvj.) ge fixum est. Omnis qui se exaltat humiliabitur: ⁊ qui se hu-
miliat exaltabitur. O puersitas: o abusio filiorum adam: q2 cum
ascēdere difficillimū sit: descendere aūt facillimum: ipsi ⁊ le-
uiter ascendūt: ⁊ difficilius descendūt/ parati ad honores et
celsitudines graduum ecclesiasticorum: ipsis etiam angelicis hu-
(A) meris formidandos. ¶ Ad sequendū aūt te dñe iesu vix inue-
niūtur qui vel trahi patiant: qui velint duci per viam manda-
(Cañ. j. Ibi. 6.) torū tuorum. Alij enim trahuntur: qui possunt dicere. Trahe me
post te: alij ducūtur qui dicunt. Introdux it me rex in cellaria
sua. Alij rapiuntur sicut ap̄ls raptus est ad tertiū celuz. Et pri
mi quidez felices q̄ in patientia sua possident aīas suas: sc̄di
feliciores: q2 ex volūtate sua cōfitentur ei: tertij felicissimi q̄
in pfundissima dei mia/ quasi quodāmodo (sepulta iā arbitrij
sui potestate) i diuitias glorie in spū ardoris rapiūtur: nesciē
tes siue in corpore/ siue extra corpus: hoc solū sciētes q raptī
sint. Beatus q̄rbicq̄ te ducem hz dñe iesu: non illū refugā spm̄
qui statim ascendere voluit: ⁊ tota diuinitatis dextera pcus-
(Joh. xiiij. Joh. vj.) sus est. Nos aūt populus tuus ⁊ oues pascue tue sequamur te
per te: ad te. Quia tu es via/ veritas ⁊ vita: via in exemplo: ve
ritas in promisso: vita in p̄mio. Uerba eñ eterne vite habes: ⁊
nos cognoscimus ⁊ credimus: q2 tu es xp̄s filius dei viui q̄ es
sup omnia deus benedictus in secula. Amen.

(B) ¶ De intellectu et affectu. Sermo tertius. vnde supra et legitur in octauis.

Hodie celorum dñs/ celorum alta/ celesti potētia pe
netrauit: ⁊ infirma carnis tanq̃ nubila quedā
excutiēs: induit stolaz glorie. Eleuatus est sol
in ortu suo/ incaluit ⁊ inualuit. Dilatauit ⁊ mul
tiplicauit radios/ sup terrā: nec est q̄ se abscon
dat a calore eius. Redijt ad regionē sapientie
sapiētia dei: vbi oēs bonū ⁊ intelligunt ⁊ req̄-
runt/ intellectu pspicacissimi: affectu paratissimi: ad audiēdaz
(Sap. ix.) vocē sermonū eius. ¶ Nos aūt in regiōe ista sumus vbi pluri
(C) muz est malicie/ sapientie parum: q2 corpus qđ corrūpitur aggra
uat aīam: ⁊ deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogi-
tantē. Per sensum hic ego arbitror intellectū designari: q̄ tūc
vere deprimitur: cū multa cogitat cū nō colligit se circa illam
vnā ⁊ vnicā meditationē q̄ ꝯcipitur de ciuitate illa cui9 parti
cipatio eius in idipm. Huiusmodi intellectū opz deprimi ⁊ dis
trahi p multa: multis ⁊ multiplicibus modis. Aiam vero hic
estimo dici affectiones q̄ corrupto corpore diuersis passioni-
bus afficiunt: q̄ mitigari nūq̃ pñt ne dicā sanari: donec volū
(D) tas vnū querat ⁊ tendat ad vnū. ¶ Duo ergo sunt q̄ in nobis
purganda sunt intellectus ⁊ affectus. Intellectus vt nouerit:
affectus vt velit. Felices ⁊ vere felices illi duo viri helias et
enoch: quibus oēs materie ⁊ occasiones ablate sunt q̄ eorum in
tellectum impediāt vel affectū: q2 soli deo viuētes nec noue-
(Sap. iiij.) rūt nisi deū: nec cupiūt nisi deū. Deniq̃ ⁊ de enoch legitur: q2
raptus est ne malicia mutaret intellectū eius: aut ne fictio de
ciperet aīam illius. Intellectus noster turbatus erat ne dicā
cecatus: affectus inquinatus erat: ⁊ multū inquinatus: sed christ9
intellectum illuminat: spūssanctus affectū purgat. Uenit eniz
filius dei/ ⁊ tot ⁊ tanta mirabilia in mūdo opatus est: vt non
immerito intellectū nostrū ab oibus mūdanis rebus euocaue
rit: vt semp cogitemus ⁊ nunq̃ cogitare sufficiamus: q2 mira-
bilia fecit. Uere latissimos nobis ad spaciandū intelligentie
cāpos dereliquit: ⁊ torrens cogitationū istorum pfundissim9 est
(Eze. xlvij) qui iuxta pphetā non possit trāsuadari. Qui eñ sufficiat cogi
tare qualiter rex dñs puenerit nos/ venerit ad nos: subuene-
rit nobis: ⁊ singularis illa maiestas voluerit mori vt viueremus
seruire vt regnaremus/ exulare vt repatriaremus: ⁊ vsq̃ ad ser
uilissima opera inclinari vt constitueret nos sup oia opera sua
(E) Talem se obtulit apostolis apostolorum dñs: vt iam non inuisi-
bilia dei p ea q̄ facta sunt intellecta cōspicerent: sed ipse facie
ad faciē videretur: q̄ oia fecit. Et q2 discipuli carnales erant:
⁊ deus spūs est nec bene cōuenit spiritui ⁊ carni: vmbra corpo
ris sui tēperauit se eis: vt obiectu viuifice carnis viderēt ver-
(Treñ. iiij) bū in carne solē in nube: lumē in testa: cereum in laterna. Spi
ritus enim oris nostri christus dominus/ cui diximus. In vm
bra tua viuimus inter gentes. In vmbra inquit tua inter gen
tes non inter angelos: vbi purissimum lumen, purissimis ocu-
lis intuebimur. Unde ⁊ virtus altissimi obumbrauit virgini: ne
nimio splendore prestricta/ diuinitatis fulgur: etiaz illa singu
laris aquila/ tolerare non posset. Ad hoc aūt carnem eius pro
posuit: vt omnem cogitatum eorum ab humanis rebus ad car
nem suā (qua ⁊ mirabilia dicebat ⁊ mirabilia faciebat) aduna
ret: ⁊ sic de carne transferret ad spiritum: quia spiritus est de9
⁊ eos qui adorant eum in spiritu ⁊ veritate oportet adorare.

Non tibi videtur eis intellectum illuminasse cuz aperuit illis
sensum vt intelligerent scripturas: ostendens q2 hec oporte-
bat christum pati: ⁊ resurgere a mortuis: ⁊ ita intrare in gl'iaz
suam. Sed illi sanctissime carni eius assuefacti/ verbum de di
scessu eius audire non poterāt/ vt eos relinqueret/ p quo oia
reliquissent. Quare hoc? Quia intellect9 illuminatus erat/ sz
nondum purgatus affectus. ¶ Unde ⁊ benignus magister blā
(F) de eos: ac dulciter consolabat/ dicens. Expedit vobis vt ego
(Joh. xvj.) vadā. Si enim non abiero: paraclytus non veniet ad vos. Sz
q2 hec locutus sum vobis: tristicia impleuit cor vestruz. Quid
est quod xp̄o commorante in terris: spūssanctus ad eos veni-
re non potuit? An carnis illius consortium abhorrebat que
de ipso ⁊ per ip̄m in virgine ⁊ de virgine matre concepta erat
⁊ nata? Absit. Sed vt ostenderet nobis per quā ambularem9
viam: formaz apponeret cui imprimeremur. Et ille quidē illis
plorantibus eleuatus in celum spiritum sanctum misit: qui af
fectum eorum. i. voluntatez mundauit: immo potius alterauit
vt iam magis dominum velint ascendisse: q̃ prius detinuisse
voluerant. Impletum est quod eis predixerat: vos aūt contri
stabimini/ sed tristicia vestra conuertetur in gaudium. Sic er
go eorum intelligentia per christū illuminata est: ⁊ volūtas emū
data per spiritum: vt sicut bonum nouerint sic ⁊ velint: qđ so-
(G) lum perfecta religio vel religiosa pfectio est. ¶ Recordor nūc
helisei sancti: cui cum helias dixisset: vt in discessu vel ascen-
su suo postularet quod vellet/ respondit. Oro vt fiat spūs tu9
(iiij. Re. ij.) duplex in me. At ille. Rem difficilem postulasti. Attamen si vi
deris quando tollar a te: erit quod petisti. Nonne tibi videtur
helias ascendentis domini signare personam. Heliseus vero
chorum apostolicum in ascensione christi anxie suspirantē? Si
cut enim heliseus ab helia nullo pacto auelli poterat: sic nec
apostoli a christi presentia poterant separari. Uix enim tādez
(H) eis persuasit: q2 sine fide impossibile eēt placere deo. ¶ Quis
est ergo spiritus iste duplex qui queritur: nisi illuminatio intel
lectus: et affectus purgatio? Res difficilis: quia rarus in ter-
ris est qui illum habere mereatur. Attamen inquit si videris
quādo tollar a te: erit quod petisti. Nihil est quod pp̄ter hoc
habeant perdere vel debeant alumni tui domine iesu: quia vi
dentibus illis es eleuatus in celum: et desiderantibus oculis
te secuti sunt gradientez in multitudine fortitudinis tue. Uel
certe spiritum duplicem dicere possumus/ illud quod saluator
(Joh. xiiij) ad discipulos ait. Qui credit in me opera que ego facio ⁊ ipse
(Actuū. v.) faciet: et maiora horum faciet. Nonne maiora christo per chri
stum tamen fecit petrus: de quo legitur quia in plateis pone-
bantur infirmi in lectulis vt veniente petro saltem vmbra illi9
obumbraret quemq̃ illorum: et liberarentur ab infirmitatib9
suis? Nusq̃ enim dominus vmbra sua inuenitur infirmitates
(I) sanasse. ¶ Non dubito ego intellectum omnium vestrum (qui
hic estis) illuminatum esse: sed non affectum eque esse purga-
tum: manifestis approbabo coniecturis. Omnes quod bonuz
est nostis: et viam per quam incedere: ⁊ quomodo in ea ince-
(K) dere debeatis: sed voluntas non vna est. ¶ Quidam enim ad
omnia vie et vite huius exercitia non solum ambulant/ sed et
currunt/ immo potius volant: vt eis et vigilie breues: et cibi
dulces/ et panni suaues: labores non solum tolerabiles: sed ⁊
appetibiles videantur. Alij autem non sic: sed corde arido ⁊ af
fectione recalcitrante vix trahuntur ad hec: vix gehennali ti
more compelluntur. Quosdam nec compellimus quidem/ qui
bus frons mulieris meretricis facta est: nolunt erubescere.
(L) ¶ Sunt iterum multi inter nos qui de vno pane comedunt nobis
cum: dormiunt nobiscum: cantant nobiscum: laborant miseri ⁊
miserabiles vtpote socij tribulationis: sed consolationis non
ita. Nunquid abbreuiata est manus domini: vt omnibus dona
re non possit: qui aperit manuz suam: ⁊ implet omne animal be
nedictiōe? Quid ergo in causa est? Illud omnino: q2 nō vidēt
xp̄m cum tollitur ab eis. i. non cogitant quomodo eos orpha-
nos reliquerit/ q peregrini ⁊ aduene sint super terram/ q tā-
diu feculenti corporis horrido carcere teneātur: ⁊ non sint cū
xp̄o. Huiusmōi aūt si diu ita permanserint sub onere: aut opprimū
tur ⁊ succumbunt: aut quodammodo in inferno sunt: vt nunq̃
ad plenū respirēt in luce miserationum domini: nec in liberta-
tem spūs: q̄ sola facit iugū suaue ⁊ onus leue. Inde aūt tā per
niciosa tepiditas emanat: q2 affectus. i. voluntas eorum nonduz
purgata est: nec bonū sic volunt sicut nouerūt/ a ppria concu
piscentia abstracti grauiter/ ⁊ illecti. Amant eniz in carne sua
terrenas consolatiunculas/ siue in verbo/ siue in signo/ siue in
facto/ siue in aliquo alio: ⁊ si hec interrumpūt aliqū: nō tñ peni
tus rūpunt: Inde est q raro affectiones suas dirigunt in deuz
⁊ eoruz compunctio non continua: sed horaria est. Impleri au
tem visitationibus dñi anima non potest: que his distractioni
bus subiacet: ⁊ quantomagis illis euacuabitur: tanto ampli9
istis implebitur si multum/ multum: si parum/ parum. Uel cer-

te si magis probas nunq̄ iste illis misceri poterunt in eternū: quia vbi vasa vacua non inuenit: oleū stare necesse est: nec mittunt vinū nouū/nisi in vtres nouos/vt ambo cōseruent. Neq; enī spiritus ꝛ caro: ignis ꝛ tepiditas/in vno domicilio commorantur: pſertim cum tepiditas ipsi domino soleat vomitum prouocare. ¶ Si enim apostoli adhuc carni dominice inherentes ecque sola sancta qꝛ sanctisanctoꝝ erat spūsancto repleri nequiuerunt donec tolleretur ab eis/tu carni tue, que sordidissima est: ꝛ diuersaꝝ spurcitiaꝝ fantasijs repleta astrictus ꝛ conglutinatus: illum meracissimum spm̄ te posse putas suscipere: nisi carneis istis consolationibus funditus renūctare tēptaueris? Reuera cum inceperis tristicia implebit coꝛ tuum: sed si perseueraueris tristicia tua conuertetur in gaudium. Tunc enī purgabitur affectus ꝛ voluntas renouabitur: vel poti⁹ noua creabitur vt omnia que prima difficilia: immo impossibilia videbātur: cū multa percurrātur dulcedine ꝛ auiditate. ¶ Emitte inquit spm̄ tuum ꝛ creabuntur: ꝛ renouabis faciem terre. Sicut per faciem exterior homo cognoscitur: sic per voluntatem demonstratur interior. Emisso ergo spiritu creatur ꝛ renouat facies terre. i. terrena voluntas fit celestis: parata ad nutū ciri⁹ obedire. Beati qui tales sunt: qꝛ non solum malum nō sentiūt sed in mira quadam cordis dilatione cōmorantur. De illis enī quos supra cōmemorauimus terribiliter ait deus. Non permanebit spūs meus in hoibus istis: qꝛ caro sunt. i. carnales: et qcquid in eis spūs fuerat: in carnem euanuit. ¶ Quia igitur charissimi hodierna dies est in qua sponsus aufertur a nobis: ꝛ nō sine tumultu aliquo animoꝝ nostroꝝ: ad hoc tn̄ vt mittat nobis spiritum veritatis ploremus ꝛ oremus vt dignos nos inueniat vel potius efficiat/ꝛ repleat domum istam vbi sum⁹ sedentes: quatenus non vexatio/sed vnctio eius doceat nos de omnibus: sicq; ꝛ intellectu clarificato/ꝛ affectu purificato/veniat ad nos: ꝛ apud nos faciat māsionē. Et sicut serpēs moysi deuorauit omnes serpentes magoꝝ: sic iste cum venerit/absorbebit omnes carnales affectiones ꝛ delectationes nostras et consolationes: ita vt de labore requiem: de tribulatione leticiam: de contumelia gloriam habeamus: sicut illi quos repleuerat ibāt gaudentes a conspectu ꝯsilij qm̄ digni habiti sunt ꝓ nomine Jesu contumeliam pati. Spūs enim iesu/spūs bon⁹ spūssanctus/spūs rectus: spūs dulcis: spūs pricipalis: quicqd in hoc seculo nequā videtur difficile ꝛ angustum/leue facit ꝛ latum: opprobrium gaudium iudicat: despectionem exaltationē esse persuadet. Scrutemur ergo iuxta prophetaꝫ vias nostras ꝛ studia nostra. Leuemus corda nostra cum manibus: vt in solennitate sancti spiritus gaudeamus: et abundantius gaudeamus: qui nos inducat in oēm: sicut ꝓmisit dei filius veritatē.

Marginalia: M; ps. cxxx.; N; Gen. vi.; O; Trehi. iij.

¶ In die ascensionis. De duobus non bonis montib⁹ et de septem ascensionibus christi. Sermo.iij.

SI natiuitatis ꝛ resurrectionis dominice digna deuotione solennia celebramus: hodiernum qꝫ ascēsionis diem non minus deuote conuenit celebrari. In nullo siquidem a festiuitatibus illis ista degenerat: sed finis earum ꝛ adimpletio est. Merito qdem solemnitatis ꝛ leticie dies agitur: quando sol ille supcelestis/sol iusticie nostris se presentauit obtutibus/nube carnis ꝛ mortalitatis sacco/fulgorem suum ꝛ lucem temperans in accessibilem. Magna quoq; leticia ꝛ exultatio multa nimis: qm̄ consciſſo sacco/leticia circūdatus est: factaq; de medio sacci ipsius non quidem substantia) sed vetustate: sed corruptione/ sed miseria/sed vilitate/nostre dedicauit ꝓmordia resurrectionis. Verūtamē quid mihi ꝛ solennitatibus istis: si conuersatio mea vsq; adhuc detinetur in terris? Quis vero vel desiderare ꝓsumeret ascensum celi: nisi quia is qui descēderat prior ascēdit? Dico ergo vobis non multo mihi tolerabilior videret exilij huius habitatio q̄ȝ gehenna: nisi dn̄s sabaoth reliquisset nobis semen fiducie ꝛ expectationis: qm̄ eleuatus est in nubibus ꝛ spem fecit credentibus. Deniq; nisi ego abiero inquit paraclytus non veniet ad vos. Quis paraclytus? Vtiq; per quem diffunditur charitas: et iam spes non confundit. Ille paraclytus per quem in celis sit conuersatio nostra virtus ex alto: per quam sursum sint corda vestra. Vado inquit parare vobis locum: ꝛ si abiero iterum veniam ꝛ assumam vos ad meipsuꝫ. Vbi enīȝ fuerit corpus ibi congregabūtur ꝛ aquile. Vides ne quēadmodum certarum solemnitatum/ea quam hodie celebram⁹ ꝛ consummationem habeat: ꝛ fructum declaret ꝛ augeat gratiam? Sicut enim cetera omnia/eius qui nobis natus est ꝛ nobis datus: ita ipsa quoq; ipsius ascensio propter nos facta est ꝛ facit pro nobis. In nostra siquidem vita/multa, quantum in nobis est videmur agere casu/multa necessitate: sed christus dei virtus ꝛ dei sapientia/neutri potuit subiacere. Que enī dei virtutem necessitas cogeret: aut quid ageret dei sapientia casu? Omnia proinde quecunq; locutus est/quecunq; operat⁹ est quecūq; passus est: ne dubites fuisse voluntaria: plena sacramentoꝝ plena salutis. Hec scientes/si quid aliqn̄ eorum q̄ de christo sunt in nostram scientiam venire contingat: non sic audiendum est tanq̄ si inuenticium quippiam proferam⁹: sꝫ tāq̄ id quod etiaꝫ ptiusq; causa sciretur: constaret nequaq; sine cā fuisse. Sicut enim qui scribit/certis rationibus collocat vniuersa: ita que a deo sunt/ordiata sunt: maximeq; ea que ꝑ se in carne/est operata maiestas. Sed ve anguste cognitioni ve paupertati scientie nostre: qui tantum ex parte cognoscimus ꝛ parte modica. Vix scintille quedam nobis elucent de tāta luminis copia: de lucerna posita super candelabrum. Sene quā dominus singuli capimus: tanto fidelius ceteris communicāda sunt que singulis reuelantur. Et ego fratres que mihi ad vestram edificationem de ascensione immo de ascensionibus suis donare ipse dignatur: nec volo nec debeo subtrahere vobis: presertim qꝛ hec sit spiritualium prerogatiua donorum: vt cōmunicata non minuantur. Aliquibus fortassis hec nota sūt quibus similiter reuelata sunt: sed propter eos qui forte nō aduertunt sublimioribus intenti: aut alijs occupati: seu etiam ꝓpter eos qui minus capacis intelligentie sunt: mihi incūbit loqui q̄ sentio. ¶ Christus qui descendit ipse est: ꝛ qui ascendit. Apostoli verba sunt hec. Ego aūt credo eum in hocipso qꝛ descenderit ascendisse. Sic enim oportebat christum ascēdere: vt nos ascendere doceremur. Cupidi quidem sumus ascensionis exaltationem concupiscimus omnes. Nobiles enim creature sumus: ꝛ magni cuiusdam animi: ideoq; altitudinem naturali appetimus desiderio. Sed ve nobis/si voluerimus euꝫ sequi: qui ait Sedebo in monte testamenti: in lateribus aquilonis. Heu miser in lateribus aquilonis. Frigidus est mons ille non te sequimur. Potestatis habes concupiscentiam: altitudinem presumis potentie. Quanti tamen vsq; hodie feda sequūtur infeliciaq; vestigia immo vero q̄ pauci euadunt: qbus non dominandi libido dominetur. Hinc est qꝛ benefici vocant: qui potestatem habēt: hinc qꝛ laudatur peccator in desiderijs anime sue. Potentib⁹ siquidem oēs adulantur inuident oēs. Quem sequimini miseri homines: quem sequimini. An non vidistis sathanā tanq̄ fulgur de celo cadentem? Nonne iste est mons in quem ascendit angelus: ꝛ diabolus factus est? Vel illud aduertite qꝛ post casum suum inuidia cruciante male sollicitus de supplantando homine: illius tamen montis ascensuꝫ nullatenus ausus est suadere ei: in quo nimiruꝫ pro inani ascēsu tam immane precipitium cognosceretur expertus. Sed non defuit versuto hosti quid ageret. Similem ei montem alteruꝫ demonstrauit. Eritis inquiens sicut dij: scientes bonū ꝛ malum. Perniciosa etiam hec ascensio: immo magis descensio est de hierusalem in hiericho. Pessimus mons: inflans scientia/in quem tamē vsq; hodie videas tanta concupiscentia plurimos repere filiorum adam: acsi non nouerint quantum pater eoruꝫ in illius montis ascensu descenderit: immo q̄ȝ grauiter cecidit/quantum tota deiecta sit ꝛ conquassata posteritas. Nōduꝫ sanata sunt vulnera que tibi in ascensu montis illius inflicta sunt: lꝫ adhuc in patre lateres: ꝛ nunc iterum in propria persona conaris ascēdere/vt sit error nouissimus peior priore? Que nam miseris taꝫ dira libido? Filij hominum vsq; quo graui corde: vt quid diligitis vanitatē ꝛ queritis mendacium? An ignoratis qm̄ infirma mundi elegit deus vt confundat fortia/ꝛ stultos mundi elegit deus vt confundat sapientes? Non nos dei cōminantis terror reuocat perdituri sapientiam sapientium: ꝛ prudentiam prudentium reprobaturi: non patris exemplū: nō deniq; sensus ipse noster ꝛ dure experientie necessitatis cui sumus addicti per insipientem scientie appetitum? Ecce vobis fratres montem demonstrauimus alium: non in quem ascēdatis sed quem fugatis. Ipse est in quem ascendebat: qui voluit esse sicut deus sciens bonum ꝛ malum: ipse quem vsq; hodie filij eius accumulant ꝛ eleuant: nihil inuenientes tam vile/ vnde non velint montem eleuare scientie. ¶ Videas alium literā alium mundialis cure: istum placitationum displicentium deo illum seruilis cuiuslibet artis tam vehementer affectare scientiam vt laborem non reputet/tantūmodo vt possit aliquibus doctior reputari. Sic edificant babel/sic putant ad dei se peruenturos similitudinem/sic concupiscunt quod non expedit: ꝛ quod expedit obmittentes. Quid vobis ꝛ montibus istis in quorū ascensu tanta difficultas est ꝛ tam grande periculum: aut cur eum deseritis montem/cuius ꝛ facilis est ascensus ꝛ perutilis? Potestatis ambitio/angelum felicitate priuauit angelica: scientie appetitus/hominem immortalitatis gloria spoliauit. Conetur quis ascendere in montem potestatis quātos putas cōtradictores habebit: quātos inueniet repulsores/obstacula quanta/q̄ȝ difficilem viam? Quid si tandem eum adipisci contigerit: quod optabat? Potētes, ait scriptura, potēter tormenta

Marginalia: P; Joh. xvi.; Joh. xiiij.; Q; ephe. iiij.; R; Esa. xiiij.; S; Gen. iij.; Ps. iiij.; I. Cor. i.; T; V; Sap. vi.

menta patientur:vt presentes sollicitudines et anxietates ꝙs
potestas ipsa parit omittam. Cupidus alter est instantie scien=
tie/quantum laborabit/quantum anxiabitur spiritus eius. Et
tamen audiet:nec si te ruperis. In amaritudine morabit ocu=
lus eius:quotiens videre contigerit cui se posteriorem iudicet
i. Co. i.
aut putet ab alijs reputari. Quid cum intumuerit multũ? Per
dam inquit dominus sapientiam sapientium:et prudentiã pru
dẽtiũ reprobabo. Iam ne multis immorer vidistis (vt arbitror)
ꝙ fugiendus nobis sit mons vterqꝫ si precipitium angeli:si ca
sum hominis expauescimus. Montes gelboe nec ros nec plu=
uia veniant super vos. Quid tamen agimus? Ascendere sic nõ
A
expedit:et ascendendi tenemur concupiscentia. Quis docebit
Ephe. iiij
nos ascensum salubrem? Quis nisi de quo legimus. Quoniam
qui descendit ipse est et qui ascendit? Ab ipso demonstranda
nobis erat ascensionis via:ne ductoris immo seductoris iniq
aut vestigium/aut consilium sequeremur. Quia ergo non erat
quo ascenderet/descendit altissimus:et suo nobis descẽsu sua
uem ac salubrem dedicauit ascensum. Descendit de mõte potẽ
tie carnis infirmitate circũdatus:descendit de mõte scientie:
qm̃ placuit deo per stulticiam predicationis saluos facere cre
dentes. Quid enim tenello corpore et infantilibus membris vi
detur infirmius? Quid indoctiꝰ apparet paruulo qui sola ma=
tris vbera nouerit? Quis impotentior eo cuius omnia mẽbra
clauis affixa:cuius omnia dinumerantur ossa? Quis insipien=
tior eo qui tradebat in mortem animam suã:et que non rapuit
tunc exoluebat. Video ꝙ multũ descenderit:ꝙtum a potentia
sua:ꝙtum a sapientia sua exinanierit semetipsũ. Sed nõ potuit
altius montem bonitatis ascendere:nec suam commẽdare ex=
B
pressius charitatem. ¶ Nec mirum si descẽdẽdo christus ascẽ=
dit:quando priorum vterqꝫ cecidit ascẽdendo. Et mihi quidẽ
ps. xxiij.
videtur montis huius ascensorem querere qui dicebat. Quis
ascendet in montem domini:aut quis stabit in loco sancto eiꝰ?
Forte etiam esaias ascensionis desiderio cadentes intuẽs ho
Esa. ij.
mines ad hunc reuocabat montem exclamans. Venite ascẽda
mus in montem domini. An nõ manifeste eos de priorum mon
tium ascensione redarguens montis huius predicat vbertatẽ
ps. lxvi.
(qui ait vt quid suspicamini mõtes coagulatos. Mons coagu
ps. lxvij.
latus mons pinguis) Hic est igitur mons domus domini ꝑpa=
ratus in vertice montium:super quos salientem sponsum inspe
Canti. ij.
xerat que dicebat Ecce venit iste saliens in mõtibꝰ. Docebat eñ
ignarum vie/trahebat paruulũ/infantulum deducebat. Ideo
ꝙ velut quibusdã passibus ibat:vt de virtute in virtutẽ vide=
C
retur deus deorum in syon. ¶ Iusticia enim eiꝰ sicut montes dei.
ps. xxj.
Sed iam si placet saltus etiam ipsos intueamur:quibus exul
tauit vt gygas ad currẽdam viam et cuiꝰ egressio a summo ce
li per gradus quosdam vsqꝫ ad summũ eius occurrit. ¶ Primũ
ergo cõstitue montem illum in quem ascendit cũ petro et iaco
Mat. xvij
bo et iohãne:vbi et trãsfiguratus est ante eos. Refulsit facies
eius vt sol:et vestimenta eius facta sunt alba sicut nix. Resur=
rectionis gloria ista est:quam in monte spei cõtemplamur. Et
quid enim ascendit vt transfiguraretur:nisi vt doceret nos co=
gitationes ascendere ad futuram illam gloriam que reuelabit
in nobis. Felix cuius meditatio in cõspectu domini est semper
qui in corde suo delectationes dextere domini vsqꝫ in finem se
D
dula cogitatione reuoluit. ¶ Quid enim graue illi poterit vi=
deri qui semper mente tractat:ꝙ nõ sint cõdigne passiones hu
ius temporis ad futuram gloriam. Quid concupiscere poterit
in seculo nequã cuius oculus semper videt bona domini in ter
ps. xxvi.
ra viuentium/semper videt eterna premia. Tibi dixit cor meũ
(propheta loquitur domino) tibi dixit cor meum:exquisiuit te
facies mea:faciem tuam domine requirã. Quis mihi tribuat
vt omnes surgentes stetis in excelso:et videatis exultationem
que ventura est vobis a domino. Non sit molestum vobis obse=
cro ꝙ in monte hoc aliquãdo diutius immoramur: poterimus
enim ceteros festinãtius pertransire. Verum in isto quem non
detineat sententia illa sancti petri:quam in eo protulit ⁊ de eo.
Mat. vij.
Domine (inquiens) bonum est nos hic esse. Quid enim bonum
est/immo quid aliud videtur bonum ꝙ in bonis animã demo=
rari:quãdoquidẽ adhuc corpus non potest. Puto ꝙ eius q̃ in=
grediebatur in locũ tabernaculi admirabilis vsqꝫ ad domum
dei in voce exultationis et cõfessionis sonꝰ epulãtis fuerit:bo
num est nos hic esse. Quis enim ex vobis secum cogitãs futu=
ram illam vitã sed leticiam/sed iocunditatẽ/sed beatitudinẽ/
sed gloriam filiorum dei:quis inquã talia trãquille secum con
sciẽtia voluẽs nõ cõtinuo de plenitudine intime suauitatis eru
ctat domine bonum est nos hic esse. Non sane in hac exiliosa
peregrinatiõe vbi corpore detinet:sed in suaui ac salubri illa
E
cogitatiõe in qua corde versat. ¶ Quis mihi dabit pennas sicut
ps. liiij.
columbe:et volabo et requiescã. Vos aũt filij hoim/filij homi=
nis q̃ descẽdit de hierusalẽ in hierico:filij hominũ vsqꝫquo gra
ui corde. Ascẽdite ad cor altum:et exaltabit deꝰ. Hic est enim

mõs in quo trãsfiguratur christus. Ascẽdite:et scietis quoniã
dñs sanctum suum mirificauit. Obsecro vos fratres mei non
grauent corda vestra in curis secularibꝰ:nã de crapula ⁊ ebrie
tate gratias deo nõ magnopere necesse habeo vos admonere.
Exonerate obsecro corda vestra graui mole terrenarũ cogita
tionum:vt sciatis mirificatum a domino sanctum suũ. Leuate
corda vestra cum manibus quibusdam cogitationum vt trans=
figuratum dominum videatis. Formate in cordibus vris non
modo patriarcharum ⁊ prophetarum tabernacula: sed omnes
domus illius celestis multiplices mansiones sm eum qui cir=
cuibat immolans in tabernaculo domini hostiam vociferatio=
nis cantans:et psalmum illũ dicẽs domino. Q dilecta taber=
ps. lxxxiij
nacula tua domine virtutum:concupiscit et deficit aĩa mea in
atria domini. Circuite et vos carissimi cum pietatis et deuo=
tionis hostia:visitantes animo sedes supernas et multas que
in domo patris sunt mansiones:humiliter prosternẽtes corda
vestra ante thronũ dei et agni:cum reuerentia supplicãtes sin
gulis ordinibus angelorũ/patriarcharũ numerũ/cuneos pro=
phetarũ/et senatũ apostolicũ salutantes/coronas martyrum/
suspiciẽtes purpureis rutilãtes floribꝰ/redolentes lilijs/cho=
ros virginũ admirãtes:atqꝫ ad mellifluum noui cãtici sonum
ps. xlj.
ꝙtum preualet infirmitas cordis erigẽtes auditũ. Hec recor=
datus sum (propheta loquitur domino) et effudi in me animam
meã. Que. Quoniam transibo in locum tabernaculi admirabi
ps. lxxvi.
lis vsqꝫ ad domum dei. Et item. Memor fui (inquit) dei et dele
ctatus sum. Quem viderunt apostoli vidit et iste:nec dissimili
vt arbitror visione:nisi ꝙ spũale totum habuit huius visio:cor
Esa. liij
poreum nihil. Omnino nõ vidit eum sicut is qui dicebat. Vidi
mus eum et nõ erat illi species neqꝫ decor. Transfiguratũ pro=
culdubio vidit et speciosum forma pre filijs hominũ: qui dele=
ctatum se perhibet sicut et apostoli:bonum est (inquiunt dño)
nos hic esse. Et vt nihil desit proposite similitudini: illi quidẽ
proni cecidisse leguntur hic vero suum fatetur spiritũ defecis=
Mat. xvij
se. Q magna multitudo dulcedinis tue domine:quã abscon=
disti timentibus te. Ascendentes igitur in hunc montẽ et re=
uelata facie gloriam domini speculantes : haud dubium quin
clamare habeatis et vos:trahe nos post te. Quid enim ꝓdest
F
scire quo sit eũdum:siquidẽ qua debeas ire non noueris. ¶ Al
terum proinde montem ascendas necesse est:in quo predicãtẽ
audias:et scalam erigentem octo distinctam scalaribus cuius
Matth. v
summitas celos tangit. Beati qui persecutionem patiunt pro
pter iusticiam:quoniam ipsorum est regnum celorum. Iã si pri
mum ascenderas mõtem iugi meditatione superne glorie: istũ
nihilominus montem ascendere non grauaberis:vt in lege eiꝰ
mediteris die ac nocte:sicut idem propheta non solũ medita=
batur in premijs:sed et in mandatis domini q̃ dilexit. Sic enĩ
audies et tu:et quo eã scitis/ ꝓpter ascensionẽ primam:et viã
scitis ꝓpter secũdã. Propterea in corde tuo pone viã veritatis
inquirere:ne forte sis de eorũ numero qui viã ciuitatis habita
culi non inuenerũt. Magis aũt sollicitꝰ esto ascendere nõ mo=
do cogitatione celestis glorie:sed et cõuersatione que celestẽ
gloriã mereat. Tertiũ nihilominꝰ montem lego:in quẽ ascen=
G
dit solus orare. ¶ Vides ergo ꝙ bene sponsa in canticis : ecce
Canti. ij.
(inquit) venit iste saliens in montibus. In primo transfigura=
tus est vt scires quo tenderes. In scdo verba vite locutus est:
vt scires qua peruenires. Orauit in tertio vt eũdi ⁊ pueniẽdi
Iaco. iiij.
bonam obtinere studeas voluntatẽ. Scienti enim bonum ⁊ nõ
facienti peccatum est illi. Propterea sciens quoniã in oratiõe
datur bona voluntas:cum videris que agenda sunt / vt conua
lescas ad agẽda q̃ videris:ascẽde tu ad orationẽ/ora instãter/
ora pseuerãter:sicut ille pnoctabat in oratiõe:⁊ dabit pr̃ bo=
nus spm̃ bonũ petenti se. Et vide ꝙ vtiliter oratiõis tempore
etiã corporalis loci secretũ querimꝰ quando hoc ille nõ solum
Mat. vj.
docuit verbo:intra (inquiens) in cubiculũ tuum et clauso ostio
ora patrẽ tuum sed et cõmendauit exẽplo:ne domesticorum quẽ=
H
ꝙ admittens:sed solus ascendens ad orationẽ. ¶ Putas po=
terimus aliquid amplius de eiꝰ ascensionibꝰ iuenire. Poteri=
mus vtiqꝫ. Volo enim vt nec iumenti ipsius sis immemor sup qd
legit ascendisse. Volo vt ne ipsam crucis ascẽsionem obmittas:
nã et in illa exaltari oportebat filiũ hois. Et ego (inquit) si ex=
Joh. xij.
altatꝰ fuero a terra:oia trahã ad meipm̃. Itaqꝫ cũ iã et cogni=
tio suppetit et velle adiacet:quid agis qd perficere bonũ non
inuenis:sz asinini quidẽ et bestiales motꝰ legẽ cõtrariã habẽt/
et captiuare te volũt. Quid inquã facies sup cõcupiscentijs ir=
rationabilibꝰ:que sunt in membris tuis. Vrget te etiã cũ ieiu
nare cõsentis/ gule illecebris:cũ vigilare ꝓponis/ somnolẽtia
ꝓmit. Quid faciemꝰ huic asino. Asininum enim istud est cõmune
ps. xlviij.
cũ asinis:nã hõ cõparatꝰ est iumentis insipientibꝰ:⁊ similis fa
ctꝰ ẽ illis. Ascẽde dñe sup asinũ istũ:cõculca hos bestiales mo
tusqꝫ domari debẽt ne dñari preualeãt. Nisi enim calcati fue=
rint cõculcabunt nos:nisi premant opprimẽt nos. Propterea

sequere anima mea et in hac ascensione christum dominum: vt sub te sit appetitus tuus: et tu domineris illius. Nam vt in celum ascendas prius necesse est leuare te super te: calcando carnalia desideria que in te militant aduersum te. Sequere etiam ascendentem crucem exaltatum a terra: vt non solum super te: sed et super omnem quoqꝫ mundum mentis fastigio colloceris: vniuersa que in terris sunt deorsum aspiciēs et despiciēs sicut scriptum est. Cernent terram de longe. Nulla te mūdi oblectamenta inclinent: nulle aduersitates deiiciāt. Absit tibi gloriari nisi in cruce domini tui iesu christi: per quē tibi mundus crucifixus est: vt que mundus appetit crucem reputes: et tu crucifixus mundo illis que mundus crucem reputat: toto inhereas amore. Jam vero quid ex hoc restat nisi ad illum ascendas qui est super omnia deus benedictus in secula. Dissolui iam et esse cum christo: multomagis optimū. Beatus vir cuius est auxiliū abs te ait propheta ad dominum Ascensiones in corde suo disposuit: ibit de virtute in virtutem vsqꝫ ad videndū deum deorum in syon. Hec est vltima ascensio in qua implenꝫ oīa sicut ait apostolus. Christus qui descēdit ipse est et qui ascendit: vt adimpleret omnia. Sed de illa ascensione quid dicā. Quo ascēdemus. Ut vbi christus est et nos simus. Quid ibi erit. Oculꝰ deus non vidit absqꝫ te: que preparasti diligentibꝰ te. Desideremus hanc fratres mei: suspiremus ad eam iugiter: et eo magis affectus vigeat quo deficit intellectus.

[Esaie. xxxiij.] [ps. lxxxiij] [Ephe. iiij] [Esa. lxiiij] [J]

De magnanimitate/longanimitate/et vnanimitate. Sermo quintus.

[Actuū. j.]

TRiplicē nobis in ecclesia primitiua virtutē sanctꝰ lucas breui sermone commendat/vbi post dominicā ascensionē vnanimiter eos in oratione perseuerasse describit: expectantes celestem consolationē cuius acceperant repromissionem. Laudabili siquidem magnanimitate pusillus grex pastoris solatio destitutus: minime tamen dubitas quoniā illi cura esset de eis sed paternam pro eis gereret sollicitudinem: deuotis pulsabat supplicationibus celum: certus quod penetrarēt illud iustorum orationes: nec pauperū preces spernerentur a domino: aut sine copiosa benedictione redirent. Sed nec sine lōganimitate persistebāt indeficientes: iuxta illum propheticum. Si morā fecerit expecta eum: quia veniet et non tardabit. ¶ Porro vnanimitas quidem legitur euidenter expressa: quod hec sola diuini spiritꝰ charismata mereatur. Neqꝫ eni est deus dissensionis sed pacis: neqꝫ habitare facit nisi vniꝰ moris in domo. Jure igitur preparationē cordis eorum audiuit auris diuina: nec ab expectatione sua confudit eos qui et magnanimes et longanimes et vnanimes essent. Certissima nāqꝫ hec testimonia sunt fidei/spei/charitatis. Et quidem euidēter spes longanimitatē: vnanimitatē charitas operatur. Nunquid fides quoqꝫ magnanimum facit? Et sola. Quicquid enim sine fide presumiꝫ non est vlla animi solida magnitudo: sed ventosa quedam inflatio et tumor inanis. Uis audire magnanimem virum. Omnia inquit possum in eo qui me confortat. ¶ Imitemur triplicem hanc preparationem fratres si desideramus supereffluentem mensuram spiritꝰ obtinere. Omnibus enim (preter christum) ad mēsuram datur spiritus: sed mensure cumulus supereffluentis videtur quodammodo excessisse mensuram. Euidens fuit magnanimitas in cōuersione nostra: sit etiam in consummatione lōganimitas: sit vnanimitas in conuersatione. Huiusmodi siquidem animabꝰ celestis illa hierusalem desiderat instaurari: quibus nec fidei magnitudo desit in suscipiendo onere christi: nec longitudo spei in persistendo: nec charitatis iunctura quod est vinculum perfectiōis.

[Abacuc ij.] [K] [Phil. iiij.] [L] [M]

Item in Ascensione domini. De intellectu et affectu. Sermo sextus.

HOdie sedenti in throno antiquo dierum: cōsessurus pariter oblatus est filius hominis: et erit deinceps non modo germen domini in magnificentia et gloria: sed et fructus terre sublimis. Felix vnio et amplectendum ineffabilibꝰ gaudiis sacramentum. Idem enim et germen dñi et fructus terre: idem et ipse dei filius: et fructus ventris marie est. Idem filius dauid et dñs/de quo hodie gaudium eius impletum est: vnde olim precinens aiebat. Dixit dominus dño meo: sede a dextris meis. Quō eni non dñs germē dñi. Idem tñ et filꝰ eiꝰ vtpote fructꝰ terre sublimis: fructꝰ virge que de radice iesse processit. Hodie igiꝫ suū hunc et hois filiū apud semetipm pater clarificat/claritate quā habuit priusquam mūdus fieret apud ipm. Hodie veritatē que de terra orta est: celū sibi redditā gloriatur. Hodie spōsus aufertur a filiis: et lugendū eis est sicut ipse predixit. Nō eni poterāt filii sponsi lugere donec spōsus cū eis erat: sed venit dies vt auferaꝫ ab eis: vt decetero lugeāt et ieiunēt. Ubi illud iā petre quod dixeras. Domine bonū est nos hic esse: faciamus hic tria tabernacula. Ecce enim ingressus est ampliꝰ et perfectiꝰ tabernaculū nō manufactū: idest non huiꝰ creationis. Quomodo ergo iā bonum est nos hic esse. Immo hoc molestū est/graue est/ periculosum est. ¶ Nimirū vbi malicie plurimū/sapiētie modicū: si tamē vel modicū inueniꝫ: vbi viscosa oīa/oīa lubrica/operta tenebris/ obsessa laqueis peccatorū/vbi periclitantur anime? vbi spiritus affligunꝫ sub sole: vbi tantū vanitas et afflictio spūs est. Leuemus igiꝫ fratres mei/leuemꝰ in celū corda cū manibꝰ: et ascendentē dominū sequi/velut quibusdā passibꝰ deuotiōis et fidei contendamꝰ. Erit eni cū sine mora/sine difficultate/obuiā illi in nubibꝰ rapiemur: et id poterūt corpora spiritalia/quod merito interim nequeūt spūs animales. Nūc eni quātis conatibꝰ corda leuare necesse est: que quidē vt miserabiliter satis in libro proprie experientie legimꝰ: et corruptio corporis aggrauat: et terrena inhabitatio deprimit. At forte tradendū est quid sit leuare cor: aut quēadmodū illud oporteat eleuari: sed tradendū sit ne ab apostolo quam a nobis. Si consurrexistis (inquit) cū christo: que sursum sunt querite vbi christus est in dextera dei sedens: que sursum sunt sapite: non que sup terram. Ac si manifestius dicat. Si cōsurrexistis et coascendite: si cōuiuitis et conregnate. Sequamur fratres sequamur agnum quocūqꝫ ierit sequamur patientē/sequamur et resurgentē/sequamur multo libentiꝰ ascēdētē. Crucifigatur vetꝰ homo noster simul cū illo: vt destruaꝫ corpꝰ peccati vt vltra nō seruiamꝰ peccato/mortificatis nimirū mēbris nostris que sunt sup terrā: sed et quomodo ipse resurrexit a mortuis per gloriā patris: ita et nos in nouitate vite ambulemꝰ. In hoc eni mortuꝰ est et resurrexit vt peccatis mortui iusticie viuamꝰ. Ceterū quoniā vite nouitas locū exigit tutiorē: et resurrectionis dignitas altiorē expetit gradū: sequamur etiā ascendentē/querere videlicet et sapere que sursum sunt vbi ille est: non que sup terrā. Queris quis ille sit locꝰ? Apostolum audi. Que sursum est inquit hierusalē libera est: que est mater nr̄a. Uis scire que nā ibi sint. Uisio pacis est. Lauda hierusalē dñm: lauda deū tuū syon: qui posuit fines tuos pacē. O pax que exuperas omnē sensum: o pax etiā sup pacē: o mensura sup mensuram cōferta et coagitata et supeffluens. Cōpatere igiꝫ christo aia christiana: consurge: coascende: quod est declina a malo/et fac bonū: inquire pacē et persequere eā. Sic nimirū paulꝰ in actibꝰ apostolorū de cōtinētia et iusticia et spe vite eterne memoraꝫ docuisse discipulos. Sic veritas ipa monet in euāgelio precingere lumbos: lucernas accendere: et deinceps hoibꝰ expectantibus dominū suū similes inueniri. ¶ Ceterū gemina quedam si bene aduertistis ascensio nobis ab apostolo cōmendaꝫ: in eo quod et querere et sapere monuit non infima sed supna. Quā fortasse distinctionē ne ipse quoqꝫ propheta pretermisse omnino videbitur dicens. Inquire pacem et persequere eā: vt hoc sit pacem sequendam querere: persequi inquisitam: quod est sapienda querere/quesita sapere que sursum sunt/non que sup terram. ¶ Nimirū donec diuisa sunt corda nostra/et multos interim sinus inueniuntur habere: nec sibi omnino cohererevidenꝫ: vel particulatim ea et mēbratim quodāmodo leuare necesse est vt in supna illa hierusalē colliganꝫ: cuiꝰ participatio eiꝰ in idipm: vbi non tantū singuli: sed et oēs pariter incipient habitare in vnū: nō mō sez non diuisi in semetipsis: sed nec inter seipos. Ecce eni vt tanqꝫ principalia cordis ipsius mēbra distinguā: est intellectꝰ in nobis: est et affectꝰ: et hi quoqꝫ sepiꝰ sibinuicē aduersantes et alter summa petere: alter appetere infima videatur. Quātus vero is dolor: quam grauis anime cruciatus: dū sic distrahitur/sic dilaceraꝫ/sic abrumpiꝫ a seipsa: vel ex ea saltē quam oibus experiri in promptu est corporis scissione conniciat: si quis in suo spiritu animaduertere perniciosa et periculosa insensibilitate non neglexerit. Distrahunꝫ hominū crura: et longioris obiece ligni remouenꝫ ab inuicē pedes: et dū adhuc cutis integra manet/quis tamē ille est cruciatꝰ. ¶ Sic sic affligi plāgimus miseros: qui corporaliter inter nos cōuersantes illuminati forte similiter: sed dissimiliter inueniunꝫ affecti. Intelligunt pariter bona que faciant: sed non pariter diligunt intellecta. Nam de ignorantia fratres quenam excusatio nobis: quibus nunquam doctrina celestis: nunquam diuina lectio: nunquam spiritualis eruditio deest: Quecūqꝫ vera sunt/quecūqꝫ pudica/quecūqꝫ iusta/ quecūqꝫ amabilia/quecūqꝫ bone fame/si qua virtus/si qua laus disciplne: hec discitis et accipitis: hec auditis pariter et videtis in exemplis videlicet et verbis eorū qui inter vos sunt perfecti: quorū et hortatio et cōuersatio plenius erudit vniuersos. Utinā autem hec vt intellectum admonent/moueant et affectum: ne sit intus amarissima contradictio et diuisio molestissima dum hinc quidem sursum trahimur/sed retrahimur inde deorsum. ¶ Nimirum aduertere potes in omnibus fere religiosis congregationibus viros repletos consolatione/ superabūdantes gaudio: iocundos semper et hilares feruentes spiritu: die ac nocte meditantes in lege dei: crebro suspicientes in ce-

[ps. cix.] [Mat. xvj] [N] [Sap. ix.] [O] [Coll. iij.] [Gala. iiij] [ps. cxlvij] [Act. xij.] [Luce. xij.] [P] [ps. xxxiij.] [Q] [R] [S]

lum:et puras manus in oratione leuantes:sollicitos obseruatores conscientie:et deuotos sectatores bonorum operū: quibus amabilis disciplina/dulce ieiunium/vigilie breues/ labor manuū delectabilis et vniuersa denique conuersationis huius austeritas refrigerium videatur. ¶ Contra sane inuenire est homines pusillanimes et remissos:deficientes sub onere/virga ⁊ calcaribus indigentes:quorum remissa leticia/pusillanimis tristicia est:quorum breuis et rara cōpūctio/animalis cogitatio/ tepida conuersatio/quorum obedientia sine deuotione/ sermo sine circūspectione/oratio sine cordis intētione/lectio sine edificatione:quos denique vt videmus vix gehenne metus inhibet/ vix pudor cohibet/vix frenat ratio/ vix disciplina coercet. Nō

B

tibi horum vita inferno penitus appropinquare videtur : dum intellectu affectui:et affectu intellectui repugnāte:necesse habent mittere manum ad opera fortium:qui cibo fortium minime sustētantur/socij plane tribulationis/sed non cōsolationis. Exurgamus obsecro quicunque eiusmodi sumus/resertiam⁹ animas/spiritum recolligamus: abijcientes perniciosam tepiditatem:et si non quia periculosa est/et deo solet (vt interdū miserabiliter plāgimus) etiam vomitum prouocare:certe quia molestissima plena miserie et doloris:et inferno plane prima:vmbra mortis iure censet. Si querimus que sursum sunt: etiā sapere et prelibare interim studeamus. Forte enim poterit intellectui et affectui non incōuenienter aptari q̄ et querere que sursum sunt et sapere admonemur:vt in principalibus (quēadmodum supra dictum est) mēbris suis corda nostra manib⁹ quibusdam per conatus:et exercitij spiritalis leuare studeam⁹ ad deū.

B

¶ Omnes (ni fallor) que sursum sunt querimus intellectu fidei et iudicio rationis:sed non eque forsitan sapimus omnes q̄ sursum sunt:tanq̄ inescati his que sunt super terrā violento quodam preiudicio affectionis. Unde enim ea quā pauloante ostēdimus animorum diuersitas/tanta disparilitas studiorū/ conuersationum tanta dissimilitudo? Unde spiritualis gratie inopia tanta quibusdam:cum alijs copia tāta exuberet? Profecto nec auarus nec inops est gratie distributor: sed vbi vacua vasa desunt:stare oleum necesse est. Undique se ingerit amor mūdi

C

cum consolationibus immo desolationibus suis obseruat aditus:per fenestras irruit/mentem occupat/ sed non ei⁹ q̄ dixit.

ps. lxxvi.

Renuit consolari anima mea:memor fui dei et delectat⁹ sum. Preoccupatum nempe secularibus desiderijs animū/ delectatio sancta declinat:nec misceri poterūt vera vanis/ eterna caducis /spiritualia corporalib⁹/summa imis:vt pariter sapias q̄ sursum sunt et que super terram. Felices nimium viri illi p̄ q̄s dominica ascensio legitur presignata. Enoch raptus / translatus helyas. Felices plane qui soli iam deo viuunt: soli vacant

D

intelligendo/diligendo/fruēdo. Neque enim corpora que corrūpuntur/illas aggrauant animas:aut terrena inhabitatio sensus eorum:tanq̄ multa cogitantes deprimit/qui cum deo ambulasse noscunt. Factum est impedimentū omne de medio: occasio vniuersa sublata:materies nulla relicta est:que eorū affectum aggrauet vel deprimat intellectum. Nam et priorem ob hoc raptum scriptura commemorat:ne forte vincat malicia sapientiam:et intellectus eius vel anima/vitra decipi valeat aut mutari. Nobis autem vnde in his tenebris sitas : vnde charitas in hoc seculo nequā:in hoc mundo qui positus est in maligno? Putas erit qui intellectum illuminet:qui inflammet affectum? Erit vtique si cōuertamur ad christum:vt velamen de cordibus auferatur. Hic est enim de quo scriptum est. Habitantibus in regione vmbre mortis:lux orta est eis. Siquidem priores ignorantie tempora despiciens deus/annunciauit hominibus vt omnes vbique agerent penitentiā sm̄ q̄ paulus atheniēsibus tradit. Memento etenim dei verbum/et sapientiam incarnatam cuius vtique opus erat toto illo tempore quo videri in terris et inter homines conuersari dignata est ineffabilis illa virtus/illa gloria/illa maiestas/illuminare oculos cordis : etiam suaderi fidem hominibus/predicatione pariter et ostensione signorum. Denique spiritus domini ait super me:ad euangelizandum pauperib⁹ misit me. Et apostolis loquebatur. Adhuc modicum lumen in vobis est:ambulate dum lucem habetis: vt nō tenebre vos comprehendant. Nec modo ante passionem:sed et post resurrectionem in multis argumentis p̄ dies quadraginta apparens eis et loquens de regno dei:quando et sensum eis vt scripturas intelligerent legitur aperuisse:intellectū potius informabat/q̄ purgabat affectum. Quando enim ad spiritualia affici possent animales? Immo vero ne ipsam quidem merā lucem poterant aliquatenus sustinere: sed exhiberi illis oportuit verbum in carne:solem in nube:lumen in testa:mel in cera: cereum in laterna. Spiritus ante faciem illorum christus dominus:sed non vtique sine vmbra in qua viuerent interim inter gentes. Unde et virgini legitur obumbrasse:ne vehemētiori reuerberata splendore/ ad candidissimam illam lucem purissimūque fulgorem diuinitatis/etiam illius aquile posset acies hebetari. Minime tamen vel nubes ipsa leuis esse potuit ociosa : sed ea quoque vsus est in salutem:et discipulorum animos qui nec ad fidei intellectum sine aliqua mutatione affectus poterant promoueri:nec assurgere adhuc ad spiritualia preualebant/in sue carnis prouocauit affectum vt amore quodam humano operanti mira:mira loquenti homini adhererent:amore vtique carnali adhuc:sed tam valido vt ceteris omnibus preualeret. Nimirū hic erat ille morsi serpens:qui serpentes magorū egypti oēs pariter deuorauit. Denique ecce nos inquiunt reliquimus omnia:et secuti sumus te. Beati siquidem oculi qui videbant dominum maiestatis in carne presentem:auctorem vniuersitatis inter homines conuersantem:virtutibus coruscantem: infirmos curātem:mare calcantem:mortuos suscitantem: demonijs imperantem:et potestatem similem hominibus conferentem : mitem et humilem corde:benignum/affabilem / misericordie visceribus affluentem:agnum dei peccatum non habentem et oīm peccata portantem. Beate aures que verba vite ab ipsius incarnati verbi aure percipe merebant:quibus enarrabat vnigenitus q̄ est in sinu patris:et nota faciebat q̄cūque audisset a prē: vt fluenta doctrine celestis ab ipsius veritatis purissimo fonte haurirent/vniuersis postmodum gentibus propinanda:immo eructāda potarent. Quid mirum fratres si implebat tristicia cor eorum cum ab eis sese p̄nūciaret iturum:et adderet. Quo ego vado vos non potestis venire modo? Quidni concuterentur viscera: turbaretur affectus:hesitaret animus:hereret vult⁹ paueret auditus:nec omnino equanimiter discessionis eius sermo posset admitti:vt relinqueret eos pro quo omnia reliquissent? Ceterū non vt maneret in carne:sed vt trasferretur ad spiritum: tot⁹ ab eo in illā carnem discipulorū fuerat collectus affectus:vt dicere esset aliquādo. Et si cognouimus christū sm̄ carnē:sed nunc iam non nouimus. Unde et benignissimus ille magister blādis eos refouens consolationibus ait. Rogabo patrē meū:⁊ aliū paraclytum dabit vobis spiritum veritatis:q̄ vobiscū maneat in eternum. Et item. Ego veritatem dico vobis:expedit vobis vt ego vadam. Nisi em̄ abiero paraclytus non veniet ad vos. Grande mysterium fratres mei. Quid enim sibi vult : nisi ego abiero paraclytus non veniet? Ita ne inuisa paraclyto presentia christi:aut contubernium dominice carnis spiritussanctus horrebat:que sicut angelo prenunciante cognouimus nec cōcipi quidem nisi eo superueniente potuerit? Quid est ergo : nisi ego abiero paraclytus non veniet? Nisi carnis p̄sentia vestris subtrahatur aspectib⁹/ spiritualis gratia plenitudinē/ occupata mens non admittit:non recipit animus/non capit affectus. Quid vobis videtur fratres? Si hec ita sunt:immo q̄r ita sunt audeat quis de cetero fantasticis quibusdā illecebris dedit⁹: sectans lenocinia carnis sue/carnis vtique peccatricis genite in peccatis:assuete peccatis:in qua denique bonum non est / illum pariter expectare paraclytum. ¶ Audiat itaque qui huic sterquilinio semper inheret/qui carnem fouet/in carne seminat / carnem sapit/illam nihilominus consolationem superne visitationis/torrentem voluptatis illum:illam sperare gratiam spirit⁹ vehementis:quam vt veritas ipsa testatur/ne cum ipsa quidē verbi carne percipere vilatem⁹ apostoli potuerunt? Errat oīno si quis celestem illam dulcedinem huic cineri:diuinū illud balsamum huic veneno:charismata illa spiritus misceri posse:huiusmodi illecebris arbitrat. ¶ Falleris thoma sancte / falleris si videre dominum speras ab apostolorū collegio separat⁹. Nō amat veritas angulos:non ei diuersoria placēt. In medio stat: idest disciplina communi/cōmuni vita:communibus studijs delectatur. Usquequo miser diuerticula captas et consolationes p̄ priē voluntatis tanto labore queritas:tanto rubore mēdicas? Et quid facio inquis? Eijce ancillam et filium eius:non em̄ heres erit filius ancille cum filio libere. Nulla vt dictum est conuentio veritati et vanitati / luci et tenebris / spiritui et carni/ igni et tepiditati. Sed dum illa morat inquies:sine aliqua cōsolatione esse nō possum. Immo vero si moram fecerit expecta eum:quia veniet et non tardabit. Apostoli decem dies in hac expectatione sederunt:perseuerantes vnanimiter in oratione cum mulieribus et maria matre iesu. Et tu igitur orare disce/ disce querere/petere/pulsare/donec inuenias/donec accipias/ donec aperiatur tibi. Nouit dominus figmentū tuum: fidelis est non te patitur tentari supra q̄ possis. Confido in ipso q̄ si fideliter expectaueris:nec diem decimum expectabit. Preueniet certe in benedictionibus dulcedinis desolatam animam et orantem:vt feliciter et non ad insipientiam tibi consolari reuens in ipsius memoria delecteris : inebriatus ab vbertate domus et voluptatis eius torrente potatus. Sic nimirū ⁊ heliseus quondam orasse legitur/cum dulcissimum illud solatiū helie presentiam sibi plangeret subtrahendam. Sed considera diligenti⁹ quid orauerit:quid ve responsum sit postulanti. Ora

Marginal notes: Mat. xix. — Ioh. xvi. — ij. Cor. v. — Ioh. xiiij — Ioh. xvi. — E — F — G — Esa. ix. — Mat. iiij. — Ioh. xij. — Lu. xxiiij — H — iiij. Reg. ij — I

(inquit) domine vt fiat spiritus tuus duplex in me. Nimirū du=
plicari ei spiritū oportebat: vt magistri abeūtis absentiam gra=
tia duplicata suppleret. Unde et helyas ad eum: si videris (in=
quit) quando tollar a te: fiet quod petisti. Duplicauit enim spi=
ritum visio abeuntis: cum euidenter raptus in celum/ vniuersa
pariter eius desideria secū tulit: vt inciperet ipse quoqꝫ iam sa=
pere que sursum sunt: non que super terram. Duplicauit spiritū
visio abeūtis vt intellectui spirituali spiritualis īsigeretur af=
fectus: cum ipsa vtiqꝫ cui potissimum inherebat carne/ raptus
in celum quod euidentius in apostolis inuenitur impletū. Ubi
enim videntibus illis suus ille iesus tam manifeste eleuat⁹ est:
et ferebatur in celum: vt nemo eorum opus haberet interroga=
re quo vadis: ipā iam (vt ita dixerim) oculata fide edocti sint
supplices in celū leuare oculos putas tendere manus: promis=
sa sibi dona charismatum postulātes: donec fieret repente de
celo sonus aduenientis spiritus vehementis: aduenīētis vtiqꝫ
ignis: quez dominus iesus mittebat in terram: volens vehemē=
ter accendi. Constat siquidem eos et prius spiritum accepisse
[Joh. xx.] cum videlicet insufflauit eis et dixit. Accipite spirituz sanctū:
sed spiritum plane fidei et intelligentie non feruoris: quo ma=
gis illuminaretur ratio ꝙ inflammaretur affectio: dum dupli=
cati vtiqꝫ spiritus opus fuit. Quos enim verbum patris disci=
plinam et scientiam ante docuerat/ et intellectu adimpleuerat
corda eorum: adueniens vtiqꝫ postmodum ignis diuinus/ ꝛ in=
ueniens iam receptacula munda/ infudit vberius dona charis=
matum: et in spiritualem omnino mutauit amorem: vt accensa
in eis charitas fortis vt mors: iam non modo foreo: sed ne ipa
quidem ora ꝓpter metum iudeorum claudere dignaretur. Cui
nos gratie ꝓ nostre exiguitatis modulo preparantes: exinani=
re per omnia nosmetipsos/ et a delectationib⁹ miseris et cadu=
cis cōsolationibus euacuare studeamus dilectissimi corda no=
stra: maximeqꝫ instante nunc die festo: et feruenti⁹ et fiduciali⁹
vnanimiter pseueremus in oratione: vt sua nos visitatione: sua
consolatione et confirmatione dignetur spiritus ille benign⁹:
spiritus dulcis: spiritus fortis/ īfirma roborās/ aspera planās/
corda purificans: qui cum patre et filio idipsum sed non is ipe
est: vt tres vnum et vnum tres esse verissime prorsus et fidelis=
sime catholica ecclesia fateatur: a pr̄e adoptata/ a filio despō=
sata: a spiritu sancto confirmata: quibus vt vna substantia: sic
eadem nihilominus gloria in secula seculorum. Amen.

In festo penthecostes. Sermo. j.

Celebramus dilectissimi hodie spiritussancti solen=
nitatem/ tota cum iocunditate celebrandam dignā
omni deuotione. Dulcissimum enim quiddā in deo
spiritussanctus est: benignitas dei: et idem ipe de⁹.
Proinde si celebramus sanctorum solennia: quan=
tomagis eius a quo habuerūt vt sancti essent quotquot fuere
sancti? Si veneramur sanctificatos: quantomagis ipm sancti=
ficatorem conuenit honorari? Hodie itaqꝫ festiuitas est spiritus
sancti qua visibiliter apparuit inuisibilis: sicut et filius cū sit
nihilomin⁹ inuisibilis in seipso: dignatus est exhibere se in car=
ne visibilem. Hodie spiritussanctus reuelat nobis aliquid de
seipso: sicut ante de patre et filio aliquid noueram⁹. Nam perfe=
cta trinitatis cognitio vita eterna est. Nūc aūt ex parte cogno=
scimus: reliqua credimus que minime sufficim⁹ cōprehendere.
Et de pr̄e quidē noui creationem/ clamātib⁹ creaturis: ipse fe=
[Ps. xcix.] cit nos et nō ipsi nos. Inuisibilia enim dei a creatura mūdi: ꝑ
ea que facta sunt: intellecta cōspiciunt. At ꝟo eternitatē ꝛ im=
mutabilitatē ipsius comprehendere/ multum est a me: lucē ha=
bitat inaccessibilem. De filio autem magnū aliqd noui (ei⁹ gra=
tia) scilicet incarnationē. Nā generationem ei⁹ quis enarrauit?
Quis cōprehendat equalē: genitū genitori? Jam et de spiritu
sctō si nō processionē qua ex patre filioqꝫ procedit: illa eīn mi=
rabilis facta est scientia ex me: cōfortata est et non potero ad
eam: noui tamē aliqd videlicet inspirationē. Duo eni sunt vnde
ꝓcedat et quo. Processio a pr̄e ꝛ filio: posuit tenebras latibu=
lū suū: sed ꝓcessio ad hoīes hodie cepit innotescere: et est iā fi=
delibus manifesta. Et pri⁹ equidē (qm̄ sic oportebat) signis vi=
sibilib⁹/ inuisibilis spūs suuz declarabat aduētū: nūc ei⁹ signa
quo spiritualiora sunt: eo magis cōgrua: eo magis videnꝶ spi=
ritu sctō digna. Uenit tunc sup discipulos in linguis igneis vt
verba ignea loquerentur: et legē igneā/ lingue ignee predica=
rēt. Nemo cōqueraꝶ: ꝙ minime nobis illa manifestatio spirit⁹
fiat. Unicuiqꝫ eni datur manifestatio spūs ad vtilitatē. Deniqꝫ
si dicere opus est nobis illa manifestatio poti⁹ ꝙ apostolis fa=
cta est. Ad qd eni illis necessarie lingue gentiū: nisi ad cōuer=
sionem gentium. Fuit in eis alia quedā manifestatio magis ad
eos ꝑtinens: et hec vsqꝫ hodie fit in nobis. Manifestū eīn fuit
indutos esse virtute ex alto qui de tāta pusillanimitate spirit⁹
ad tātā deuenere constantiam. Non est iā fugere: non est abscō=
di ꝓpter metū iudeorū/ cōstanti⁹ modo predicāt ꝙ delitesce=
rent aū timidi⁹. Deniqꝫ mutationē illā dextere excelsi/ manife=
[Act. v.] ste declarat ꝑncipis apostoloꝝ prius quidē inter ancille verba
formido: postmodū inter principū verbera fortitudo. Ibāt (ait
scriptura) gaudētes a cōspectu cōcilij: quoniā digni habiti sūt
ꝓ noīe iesu cōtumeliā pati: quē sane pri⁹ cū duceret ad cōciliū:
solū reliquerāt fugientes. Quis dubitet aduenisse spiritū ve=
hementē/ ꝗ mentes eoꝝ inuisibili illustraret potentia? In hūc
[j. Pet. iiij.] modū etiā modo que spūs operaꝶ in nobis: testimoniū ꝑhibēt
in nobis de eo. Quia igiꝶ mādatū accepim⁹ vt declinantes a
malo faciam⁹ qđ bonū est: vide quēadmodū spūs in vtroqꝫ ad=
[ꝶ] iuuat infirmitatē nostrā. Nā diuisiones gratiarū sunt: idē aūt
spūs. Propterea ad declinandū a malo tria operaꝶ ī nobis: cō=
punctionē/ supplicationē/ remissionē. Initiū eni reuertendi ad
deū penitētia est: quā sine dubio spūs operaꝶ/ nō noster sꝫ dei:
idqꝫ et certa ratio docet et cōfirmat auctoritas. Quis eni cuz
ad ignē venerit algens/ et fuerit calefact⁹ dubitabit ei ab igne
venisse calorē quē habere nō poterat sine illo? Sic ergo ꝗ pri⁹
in iniquitate erat frigidus: si postmodum feruore quodā peni=
tentie accendatur: aliū sibi spm̄/ ꝗ suū arguit et diiudicat/ non
dubitet aduenisse. Habes hoc et in euāgelio/ vbi cū loqueret
[Joh. xvi.] de spiritu quē accepturi erāt credētes in eū. Ille (inqt) arguet
mūdū de peccato. Sed quid ꝓdesse penitere de culpa ꝛ nō sup=
plicare ꝓ venia. Necesse est vt etiā hoc spūs opereꝶ: dulcedine
quadam spei replēs animū per quē fiducialiter postules nihil
hesitans. Uis ne ostendā tibi etiā hoc opus esse spūs scti? Utiqꝫ
dum abest ille/ tale aliquid in tuo spū non inuenies. Deniqꝫ
ipse est in quo clamam⁹: abba pater: ipe qui postulat ꝓ sanctis
gemitib⁹ inenarrabilibus. Et hec quidem in corde nr̄o. Quid
aūt in corde pr̄is? Sicut in nobis interpellat ꝓ nobis: ita ī pa=
tre delicta donat cū ipo patre. Aduocat⁹ noster ad patrem in
cordib⁹ nostris: dn̄s noster in corde patris. Itaqꝫ quod postu=
lamus idē ipse donat/ qui donat vt postulem⁹: et sicut nos eri=
git pia quadam fiducia ita deuz inclinat ad nos magis pia mi=
[R] sericordia sua. Itaqꝫ vt omnino scias ꝙ remissionē peccato=
rum spiritussanctus operaꝶ: audi qđ aliqn̄ audierunt apostoli.
[Joh. xx.] Accipite spiritū sanctū: quorū remiseritis peccata remittūtur
eis. Et de malo quidē declinādo sic. Porro ad faciendū bonū
qđ in nobis spirit⁹ bon⁹ operatur? Profecto monet: et mouet ꝛ
docet. Mouet memoriā: rationē docet: mouet voluntatem. In
his eni trib⁹ tota consistit anima. Memorie suggerit bona ī co=
gitationibus sanctis: atqꝫ ita ignauiā nostram torporēqꝫ repel=
lit. Propterea quotiens huiusmodi suggestionē boni senseris
in corde tuo da honorē deo et age reuerentiā spiritui sctō: cu=
ius vox sonat in aurib⁹ tuis. Ipse nāqꝫ est qui loquitur iusticiā.
[Joh. xiiij.] Et in euangelio habes: quia ille suggeret vobis omnia queciī=
qꝫ dixero vobis. Et aduerte quid premiserit. Ille docebit vos
omnia. Dixeram enim: quia docet rationem. Multi siquidē mo=
nentur vt bene faciant sed minime sciunt quid agendum sit ni=
si adsit denuo gratia spiritussancti: et quam inspirat cogitatio=
nem: doceat in opus ꝑferre: ne vacua in nobis sit gratia dei.
Sed quid? Scienti bonum et non facienti: peccatū est illi gra=
tia: Propterea non solū moneri et doceri: verūetiā moueri ꝛ af=
fici ad bonum necesse est: ab eodꝫ vtiqꝫ spiritu qui adiuuat infir=
mitatē nostrā: et per quem in cordib⁹ nostris diffunditur chari=
tas: que est bona voluntas. Itaqꝫ cū sic adueniēs spiritus/ to=
tā possederit animaz/ suggerēdo: instruendo: afficiēdo: loquēs
semper in cogitationib⁹ nostris: vt audiam⁹ et nos quid loqua=
tur in nobis dn̄s deus/ rationē illuminās: volūtatē inflāmās:
non tibi videtur ꝙ totam domum impleuerint dispertite lin=
gue tanꝗ ignis? Nam in his tribus superius dictum est aīam
consistere totam. Sint autē dispertite lingue propter multipli=
ces cogitationes: sed earum multiplicitas et vno lumine veri=
tatis: et vno charitatis feruore/ sit tanꝗ ignis. Aut certe do=
mus impletio fini potius reseruetur: quando mensuram bonā
et confertam: et coagitatam et supereffluentem dabunt in si=
nus nostros. Sed quando hec erunt? Profecto cum completi
fuerint dies pentecostes. Felices vos qui iam intrastis quinq=
gesimam requiei et iubileū annum. Fratres nostros loquor/ q=
bus iam dixit spūs vt requiescant a laborib⁹ suis. Eteniz hec
[M] quoqꝫ inter eius opera reperim⁹. Duo nāqꝫ tempora celebra=
mus fratres: quadragesime vnum: alterum quinquagesime. Il=
lud ante passionem: istud post resurrectionem: illud in compū=
ctione cordis et lamentis penitentie: istud in deuotione spūs
et alleluya solenni. Prius quidem tempus ipsa est vita presens
posterius vero quietem sanctorum significat: que est post mor=
tem. Cum autem venerit illius quinquagesime finis ī iudicio
scilicet et resurrectione: completis diebus penthecostes: ade=
rit plenitudo spiritus et totam replebit domum. Plena siqui=
dem erit omnis terra maiestate eius quando non solum anima
sed et ipsum corpus spirituale resurget: si tamen iuxta aposto=
li monitum

li monitum/dum adhuc est animale/fuerit seminatum.

¶ Eadem die penthecostes. Sermo.ij.

Hodie dilectissimi celi distillauerunt a facie dei syna a facie dei israel:et pluuia voluntaria segregata est hereditati xpi.Spiritus enim sanctus procedens a p̄re largiori munere sue maiestatis in apostolos superuenit:et tribuit eis charismatū dona. Post magnificentiam enim resurgentis/post gloriam ascendētis/post residentis sublimitatem:non restabat nisi vt expectatio iustorum leticia adueniret:et celi muneribus celestes homines implerentur. ¶ Uide autem si non et sententiarum pondere et verborū ordine hec omnia esaias longe ante p̄dixit. Erit (inquit) in die illa germen dn̄i in magnificentia et gloria:et fructus terre sublimis:et exultatio his qui saluati fuerint de isrl̄. Germen domini iesus christus solus de mundissimo concept⁹ semine:quia et si in similitudine carnis peccati:non tamē i carne peccati. Et si filius carnis ade:non tamen filius preuaricationis ade:quia non fuit natura filius ire:sicut reliqui omnes qui in iniquitatibus sunt concepti. Istud ergo germē quod de virga iesse virore virgineo pullulauit/in magnificētia fuit cuz resurrexisset a mortuis:quia tunc dn̄e deus meus magnificat⁹ es vehementer:confessionem et decorem induens:amictus lumine sicut vestimento. Q̄ta autē ascendentis gl̄ia:cū medius angelorū et animarū sanctarū ad patrē deducereris:et triūphatrice palma celis inuectus:susceptū hoiem in ipsa diuinitatis claudis idētitate? Quis cogitet (nedum loquat̄) q̄z sit fructus terre sublimis in cōsessu ad dexterā patris:qd̄ vtiq̄z celestium oculos reuerberat naturarū:quod angelicus intuit⁹ cōtremit non attingit? Ueniat ergo exultatio domine iesu his qui saluati sunt de israel:apostolis tuis quos elegisti ante mundi cōstitutionē. Ueniat sp̄us tuus bon⁹ qui sordes abluat et infundat virtutes:in spiritu iudicij et spiritu ardoris dei. ¶ Eya igitur fratres cogitemus super nos et in nos opera trinitatis ab initio mundi vsq̄z ad finem:et videamus q̄z sollicita fuerit illa maiestas/cui administratio pariter et gubernatio seculorum incūbit:ne nos perderet in eternū. Et potēter quidem omnia fecerat:et sapienter omnia gubernabat:et vtrarūq̄z rerum tā potētie q̄z sapientie signa manifestissima tenebātur in creatiōe ꝛ cōseruatione machine mūdialis. Et bonitas quidez in deo erat: et bonitas multa nimis:sed latebat in corde patris/cumulāda quandoq̄z super genus filiorum adam tempore oportuno. Dicebat tamen dn̄s. Ego cogito cogitationes pacis:vt mitteret nobis filium qui est pax nostra:qui fecit vtraq̄z vnum vt iam daret pacem super pacem:pacē his qui longe:et pacem his q̄ ꝓpe. Uerbum igitur dei in sublimi constitutum/vt ad nos descēderet/propria benignitas inuitauit:misericordia traxit: veritas qua se promiserat venturum compulit:puritas vteri virginalis suscepit:salua virginis integritate/potentia eduxit/ obedientia in omnibus deduxit:patientia armauit/ charitas verbis et miraculis manifestauit. Prorsus amplissima mihi nunc materia et malorū meorū suppetit et bonorū domini mei:vt cū cogitauerim vias meas:cōuertā pedes meos i testimonia sua. Illa enim bona ineffabilia sunt:quia (vt breui verbo cuncta cōcludam) nihil meli⁹ inuenire potuit vnde nos redimeret sapiētia dei:in omi sapiētia sua. Sed et mala circūdederāt nos quorum nō erat numerus qꝛ peccaui (iustus loquit̄) sup numerum arene maris. Et ꝓpter nomē tuū dn̄e propiciaberis peccō meo: multum est em̄. Missus est coluber tortuosus a diabolo/ vt venenū p aures mulieris in ipsius mentem transfunderet:et sic refunderet in totius posteritatis originē. Missus est interim angelus gabriel a deo/vt verbū p̄ris p aurē virginis in ventrē et mentē ipsius eructaret:vt eadē via intraret et antidotū:qua venenū intrauerat. Uere vidim⁹ gloriam eius gloriam quasi vnigeniti a p̄re:qꝛ totū paternū est:qd̄ de corde patris xp̄s attulit nobis:vt nihil i filio dei nisi dulce:nisi paternū hūani generis trepidatio suspicet̄. A planta pedis vsq̄z ad verticē/nō erat in nobis sanitas:errauerām⁹ ab vtero:in vtero dānati anteq̄z nati: qꝛ de peccato et in peccato cōcepti. ¶ Christus ergo ibi p̄mū medicinā apposuit:vbi prim⁹ vulneri patebat loc⁹: et substantialiter vtero virginis illapsus/de spiritu sancto cōceptus est: vt conceptionē nostrā mundaret quā spiritus malus si non fecerat tamen infecerat:vt nō esset etiā in vtero vita ipsius ociosa dū nouem mēsibus purgat vulnus antiquū:scrutās vt dicit̄ vsq̄z ad imum putredinē virulentā/vt sanitas sempiterna succederet. Et tūc iā opabat̄ salutē nostrā in medio terre in vtero videlicet virginis marie:q̄ mirabili ꝓprietate terre mediū appellat̄. Ad illā eni sicut ad mediū:sicut ad arcā dei:sicut ad rerum causam:sicut ad negociū seculorū respiciūt: et q̄ in celo habitant:et q̄ in inferno:et q̄ nos p̄cesserūt:et nos q̄ sum⁹ et q̄ sequētur:et nati natorū et q̄ nascētur ab illis. Illi q̄ sunt in celo vt resartiantur:et q̄ in inferno vt eripiant̄: q̄ precesserūt vt ꝓphete fideles inueniant̄:qui sequunt̄ vt glorificent̄:eo beatam te dicūt oēs generationes genitrix dei:dn̄a mūdi:regina celi. Oēs inquā generatiōes. Sūt em̄ generatiōes celi et terre. P̄r spiritum (ait apostol⁹) ex quo oīs paternitas in celo et in terra noiatur. Ex hoc ergo beatā te dicēt oēs generationes: q̄ omnibus generatiōib⁹ vitā et gloriā genuisti. In te eni angeli leticiā/ iusti gratiā/peccatores veniā inuenerūt in eternū. Merito in te respiciūt oculi toti⁹ creature:qꝛ in te et p te et de te benigna man⁹ omnipotentis quicq̄d creauerat recreauit. ¶ Placebit ne tibi dn̄e iesu vt dones mihi vitā tuā sicut dedisti cōceptionem: qꝛ non solū conceptio mea immunda sed mors puersa/ vita periculosa:et post mortē restat mors grauior/mors secūda. Non solū (ait) cōceptionē meā sed et vitā meā:et hoc p singulos etatū gradus infantie/pueritie/adolescētie/iuuent⁹ tibi donabo: adiiciēs mortē/resurrectionē/ascensionē/ꝛ missionē sp̄ussancti. Hoc aūt ideo vt cōceptio mea emūdet tuam:vita mea instruat tuā:mors mea destruat tuā:resurrectio mea p̄cedat tuā:ascēsio mea p̄paret tuā porro sp̄us adiuuat īfirmitatē tuā. Sic eī plane videbis ꝛ viā p quā ābules:et cautelā q̄ ābules:ꝛ ad quā ābules māsionē. In vita mea cognosces vitā tuā:vt sicut ego paup̄tatis et obedientie/humilitatis et patientie:charitatis et misericordie indeclinabiles semitas tenui:sic et tu eisdē vestigiis incedas nō declinās ad dexterā neq̄z ad sinistrā. In morte aūt mea dabo tibi iusticiā meam dirumpens iugū captiuitatis tue expugnās hostes q̄ sunt in via vel iuxta viā vt nō apponāt amplius nocere tibi. His aūt cōpletis reuertar in domū meā vnde exiui:et ouibus illis que in montib⁹ remanserāt/et quas propter te reliquerā vt non te deducerē sed reportarem:reddā faciem meā. Et ne de absentia mea vel murmures vel cōtristeris mittā tibi sp̄m paraclytū:qui tibi donet pignus salutis/robur vite/scientie lumen. Pignus salutis:vt ip̄e spiritus reddat testimoniū spiritui tuo q̄ filius dei sis qui certissima signa p̄destinationis tue/cordi tuo imprimat et ostendat:qui donet leticiam in corde tuo:et de rore celi si non continue tamē sepissime mentem tuā impinguet. Robur vite vt quod per naturā tibi est impossibile:per gratiā eius nō solū possibile sed et facile fiat:ita vt in laboribus:in vigiliis:in fame et siti:et in oīb⁹ obseruantiis (que nisi farinula ista dulcorentur : prorsus mors in olla appareat) delectabiliter īcedas sicut in omnib⁹ diuitiis. Scientie lumē:vt cum omnia bene feceris:te seruū inutilē putes:et q̄cq̄d boni in te inueneris/illi tribuas a quo oē bonum est:sine quo nō parū aliquid sed nihil oīno potes incipere : ne pficere dicā. Sic ergo sp̄us iste in trib⁹ istis te docebit omia: sed omnia que ad tuā pertinent salutē:quia in ip̄is est plena ꝛ absoluta pfectio. Hoc est qd̄ p ꝓphetā idē sp̄us dicit. Seminate vobis ad iusticiā:vbi pignus salutis ostēdit̄:metite spem vite/vbi vitale robur accipit̄:illuminate vobis lumē scientie:qd̄ verbis propriis subinfert̄. Unde et sp̄us iste super apostolos in igne apparuit ꝓpter lumen pariter et ardorē. Quos em̄ repleuerit et sp̄u feruere:et in veritate cognoscere facit: qꝛ sola misericordia est que eos et p̄uenit et perducit. Multū sibi de hac mia vndiq̄z cōtraxerat puer dn̄i cū diceret. Misericordia eius preueniet me. Et misericordia tua ante oculos meos est:et misericordia tua subsequet̄ me omnibus dieb⁹ vite mee: et q̄ me coronat in misericordia et miserationibus:et de⁹ meus misericordia mea. O q̄ dulciter dn̄e iesu cum hominib⁹ cōuersatus es:q̄z abundanter multa et magna bona hoib⁹ largit⁹ es:q̄z fortiter tā indigna q̄z aspera ꝓ hominib⁹ passus es:ita vt liceat sugere mel de petra:oleūq̄z de saxo durissimo. Duro ad verba: duriore ad v̄bera:durissimo ad crucis horrēda : quia in omīb⁹ his sicut agnus corā tondente se obmutuit: et non aperuit os suum. Uides igit̄ q̄z verū dixerit ille q̄ dixit:dn̄s sollicitus est mei. Pater vt seruū redimat/filio nō parcit:filius seip̄m libentissime tradit:spiritum sanctum vterq̄z mittit: et ip̄e sp̄us postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. ¶ O duri et indurati et obdurati filii adā:quos nō emollit tāta benignitas:tāta flāma:tam ingens ardor amoris:tam vehemens amator:qui pro vilibus sarcinulis tā preciosas merces expandit. Non eniz corruptibilibus auro vel argento redemit nos:sed p̄cioso sanguine suo quē effudit abunde:qꝛ largiter vn̄ sanguinis de corpore iesu per quinq̄z partes emanauerūt. Quid vltra debuit facere et non fecit? Illuminauit cecos:reduxit erroneos:reconciliauit reos:iustificauit impios:trigita et tribus annis super terrā visus:cum hominibus cōuersatus: pro hominibus mortuus:qui de cherubin et seraphin et omnibus angelicis virtutibus dixit et facta sunt : cui subest cum voluerit omnia posse. Quid ergo a te querit qui tanta sollicitudine te quesiuit : nisi te sollicitum ambulare cum deo tuo? Hanc sollicitudinem non facit nisi spiritussanctus/qui scrutatur profunda pectorum nostrorum:discretor cogitationum et intentionum cordis: q̄ nec

Marginalia: A · Esa.iiij. · B · Hie.xxix. · ij.Paral.xxxvi. · Ps.xxviij. · C · Ephe.iij. · D · E · Osee. · F · Ps.lviij. · Ps.xxv. · Ps.xxij. · Ps.cij. · Ps.xxix. · G

minimā paleā intra cordis quod possidet habitaculū patitur residere: sed statim igne subtilissime circūspectionis exurit: spiritus dulcis et suauis / qui nostram voluntatem flectat: immo erigat et dirigat magis ad suam: vt eam et veraciter intelligere: et feruenter diligere / et efficaciter implere possimus.

¶ Item in eadem solennitate. Sermo. iiij.

Quam libenter vobis communicem si quid mihi superna dignatione sensero inspiratum: nouit spiritus ipse cuius hodie solēnitatē et solennitatē precipuā celebramus: vtinā deuotione precipua. ¶ Ipse est enim dilectissimi qui vos sedere facit non solum in ciuitate: sed et in domo vna: vt sedeat super sedentes: vt requiescat super humiles et trementes ad sermones suos. Ipse est q̄ virgini obumbrauit: apostolos roborauit: vt et virgineo corpori temperaret deitatis accessum: et apostolos indueret virtute ex alto feruentissima scilicet charitate. Hanc nimirum apostolicus ille chorus loricam sese induit sicut gygas ad faciendā vindictam in nationibus: increpationes in populis: ad alligādos reges eorū in cōpedibus: et nobiles eorū in manicis ferreis. Quia enim in domū fortis / ligare eū / et vasa eius diripere mittebantur: opus erat fortitudine ampliori. Alioquin q̄ multū erat ad ipsos vt de morte triumpharent: et ne ipse quidē porte inferi preualerent aduersus eos si non vigeret in eis que in eis vinceret dilectio fortis vt mors: dura sicut infernus emulatio: Hunc sibi zelum imbiberant cum vino ebrij putarentur. Et vere ebrij vino: sed nō eo quo ab incredulis ebrij credebantur. Plane inquā ebrij sed vino nouo quod veteres quidem vtres nec mererent accipere: nec cōtinere valerent. Hoc enim vinum vera illa vitis fuderat de excelso: vinū letificās cor: nō statum mentis euertens: vinum germinās virgines: non apostatare faciens etiā sapientes. Nouum vinum sed habitantib9 sup terrā. Nam in celis quidem olim copiosissime redūdabat non in vtribus nec in testeis vasis sed in cella vinaria: in spiritalibus apothecis. Fluebat p vicos et plateas omnes illi9 ciuitatis vinū in quo leticia cordis: non carnis luxuria est: nam terrigene et filij hominum vinum eiusmodi non habebant. Sic igitur celum quidem vino proprio fruebatur qđ terra interim nesciebat: sed ne ipsa quidem terra penitus inops carne christi gloriabatur: cuius presentiā nihilominus celū sitiebat. Quidni fidelissimū fieret gratissimūq3 commercium inter celum et terrā: inter angelos et apostolos vt exhiberetur illis caro christi / istis vinū celi / essetq3 in terra spiritus / caro in celis / ac deinceps omnia omnibus cōmunia in eternum. Nisi (inquit) ego abiero paraclyt9 non veniet ad vos. Hoc est dicere. Si nō dederitis quod amatis: non habebitis qđ desideratis. Expedit ergo vobis vt ego vadam: vos quoq3 de terra ad celum: de carne ad spiritum translaturus: filius enim spiritus / pater spiritus: spiritussanct9 spiritus est. Denique spiritus ante faciem nostram xp̄s dn̄s: sed et pater quia spiritus est: tales querit adoratores qui adorent eum in spiritu et veritate. Spiritus tamen sanctus quasi specialiter spiritus dicitur: q ab vtroq3 procedat firmissimū et indissolubile vinculum trinitatis: tanq3 proprie sanctus q sit donum patris et filij / omnem sanctificans creaturā: cū is pater quoq3 et spiritus et sanctus: itēq3 et filius et spiritus et sanct9 sit. Ex quo omnia / per quē oīa / i quo omnia ait apl's. ¶ Tria in magno huius mundi opere cogitare debemus videlicet qđ sit / quomodo sit / ad quid sit constitutus. Et in esse quidem rerum inestimabilis potentia commendatur q tam multa / tā magna / tam multipliciter / tam magnifice sunt creata. Sane in modo ipso sapientia singularis elucet: q hec quidē sursum: hec vero deorsum: hec in medio ordinatissime sint locata. Si vero ad qđ factus sit mediteris: occurrit tam vtilis benignitas: tā benigna vtilitas: que etiā ingratissimos quosq3 multitudine et magnitudine beneficiorū possit obruere. ¶ Potētissime siquidem ex nihilo omnia / sapientissime pulchra / benignissime vtilia sūt creata. Verūtamen et fuisse nouim9 ab initio et adhuc multos esse videmus in filijs hominum: qui in bonis inferioribus sensibilis mundi huius / tota sensualitate depressi / totos se dederunt his q̄ facta sunt: quoniam mō vel ad qđ facta sint negligentes. Quid istos nisi carnales dicamus: Paucissimos esse tam arbitror: legim9 tamen nonnullos quandoq3 fuisse quibus summū studium fuit atq3 vnica sollicitudo modū et ordinē vestigare factorum: adeo vt pleriq3 nō modo vtilitatē rerū perquirere dissimulauerint: sed et ipsas magnanimiter spreuerint: cibo paruissimo vilissimoq3 cōtenti. Ipsi quidē sese philosophos vocāt: sed a nobis curiosi et vani recti9 appellant. Vtrisq3 igitur successerunt viri prudentiores vtrisq3: qui nimirū et que facta sūt et quomodo facta sunt transilientes: intenderunt aciem mētis vt ad quid facte sunt viderent. Nec latuit eos: quoniam omnia propter semetipsum fecit de9: oīa pp̄ter suos. Aliter tñ pp̄ter se / aliter pp̄ter suos. In eo quippe qđ dicit oīa pp̄ter se / preueniēs cōmendatur origo: in eo aūt qđ dicit oīa pp̄ter suos: magis exprimit fructus sequēs. Oīa fecit pp̄ter semetipsum gratuita videlicet bonitate / oīa pp̄ter electos suos / pro eorū.s. vtilitate: vt illa quidem efficiens causa sit: hec finis. Hi sunt spirituales viri sic vtentes hoc mundo tanq3 nō vtētes: sed in simplicitate cordis sui querētes deū: ne illud quidē magnopere vestigātes quonā modo mundialis hec machina volueretur / primi voluptate / secundi vanitate / tertij veritate impleti. Gaudeo vos esse de hac schola: de schola videlicet spiritus: vbi bonitatē et disciplinā et scientiā discatis: et dicatis cū scō. Super oēs docentes me intellexi. Quare inquā: Nunqđ qz purpura et bysso me indui: et qz lautioribus epulis abundaui: Nunquid quia platonis argutias: aristotelis versutias intellexi aut vt intelligerē laboraui: Absit inquā: sed qz testimonia tua exq̄siui. ¶ Felix qui in hoc sancti spūs thalamo commorat: vt possit intelligere triplicem illum spiritū de quo idē ipse puer dn̄i super seniores intelligens clamabat et decātabat. Ne pro̯icias me a facie tua: et spm̄ sanctū tuū ne auferas a me. Cor mundū crea in me deus et spiritū rectū innoua in visceribus meis. Redde mihi leticiā salutaris tui: et spiritu principali confirma me. Spiritū scm̄ ipm̄ intellige proprio noīe designatū. Rogat ergo ne pro̯iciatur a facie eius tanq3 aliqđ imundū: qz spiritus iste odit sordes: nec habitare poterit in corpore subdito peccatis. Cui enī propriū est peccata repellere: ipsi et pp̄rium est peccata odire: nec in vno domicilio pariter morabunt: tanta mundicia et immūdicia tanta. Recepto ergo scō spū p sanctimoniā: sine qua nemo videbit deū: audet qđs ante faciē ei9 apparere tanq3 lot9 et mundus: vtpote qui cōtineat se ab oī malo: et qui actiones et si non cogitationes frenauerit. Sed qz peruerse et immūde cogitationes separarēt a deo: orādū est vt cor mundū creetur in nobis: qđ vtiq3 fiet si spūs rectus fuerit in nostris visceribus innouatus. ¶ Spiritū rectū qđ ait filio potest non inconuenięter aptari: qui nos veterē hominē exuens nouū induit: qui nos renouauit in spū mentis nostre tanq3 in visceribus n̄ris: vt cogitemus q̄ recta sunt: vt ambulem9 in nouitate spūs et non in littere vetustate. Formā enim rectitudinis de celis attulit / reliquit in terris immiscēs sane et mittens dulcedinē rectitudini in omnibus operibus suis: sicut de eo idē ipse predixerat. Dulcis et rectus dominus: pp̄ter hoc legem dabit delinquentib9 in via. ¶ Castigato ergo corpore p sanctitudinem operum: mundato corde vel potius innouato p rectitudinē cogitationū: redditur leticia salutaris: vt iā in lumine vultus dei ambules: et in noīe eius exultes tota die. Quid igit restat nisi vt spiritu principali cōfirmeris: Patrem intellige spm̄ principalem: non q maior: sed q solus a nullo / cū ab eo sit filius: spūssanctus ab vtroq3. In quo aūt cōfirmatio hec: nisi in charitate: Aut quod donū aliud tā dignū patre: qđ munus aliud tā paternum: Quis nos (ait apostol9) separabit a charitate christi: Tribulatio / an angustia / an fames / an nuditas / an periculū / an gladi9. Certi sumus: quia neq3 mors neq3 vita neq3 cetera alia que apostol9 tam multipliciter q3 audacter enumerat poterūt nos separare a charitate dei: que est in xp̄o iesu. Nunqđ non hoc cōfirmationem ab oī huius sententie parte demōstrat. Scieras tuū possidere in scificatione et honore / et nō in passione desiderij: spiritū sanctū accepisti tibi. Item vt quecūq3 tibi vis ab hoībus fieri tu quoq3 facias illis: et qđ tibi fieri non vis alij ne feceris: spiritū rectū ad opus p̄ximi suscepisti. Hec est eñ rectitudo quā lex vtraq3 cōmēdat: et q̄ nature indita est: et q̄ tradita p scripturā. Iā si in vtroq3 bono et in his que ad vtrūq3 pertinent firmiter pseueras: principalem spiritū (quem solū deus approbat) recepisti. Alioquin que modo sunt modo nō sunt: is qui vere est nō acceptat: nec in caducis istis / sibi potest eternitas cōplacere. Itaq3 si desideras vt in te de9 eligat partem sibi: esto sollicit9 sicut tibi spiritū sanctū: sicut proximo spiritum rectum sic ei q̄q3 tanq3 vero principi et patri spirituum spiritū principalē exhibere. Vere multiplex spiritus qui tam multipliciter filijs hominū inspiratur: vt non sit qui se abscondat a calore ei9. Siquidē cōcedit eis ad vsum ad miraculū / ad salutē / ad auxiliū / ad solatiū / ad feruorē. Ad vsum quidem vite: bonis et malis: dignis pariter et indignis / communia bona abundantissime tribuēs ita vt videatur hic discretionis limitem non tenere. Ingratus: qui in his quoq3 beneficiū spiritus non agnoscit. Ad miraculum: in signis et prodigijs: in varijs virtutibus quas p quorumlibet manus operetur: ipse est antiqua miracula suscitans: vt ex presentibus fidem astruat preteritorū. Sed qz nonnullis hanc quoq3 gratiā sine propria vtilitate largit: tertio infundit ad salutē: cū in toto corde nostro reuertimur ad dominū deū nostrū. Porro ad auxiliū datur cū in omni colluctatione adiuuat infirmitatē nostrā. Nā cū testimoniū phibet spiritui nostro q filij dei sum9: ea inspiratio est ad cōsolationē. Dat etiam ad feruorem

Joh. xvi.

Rom. xi.

ps. cxv.

ps. l.

ps. xxiv.

Rom. viii.

ad feruorem cum in cordib⁹ perfectorũ vehementi⁹ spirãs/validum ignem charitatis accendit: vt nõ solũ in spe filiorũ dei/ sed etiã in tribulationib⁹ glorient/contumeliam gloriã reputantes: opprobrium/gaudiũ: despectionẽ/exaltationẽ. Omnibus nobis (ni fallor) datus est spirit⁹ ad salutẽ: ad feruorẽ non ita. Pauci eni sunt qui hoc spiritu repleãtur: pauci qui studeãt emulari. Contenti sum⁹ angustijs nostris: nec respirare in libertatẽ illã: non saltẽ ad eã spirare conamur. Orem⁹ fratres vt cõpleantur in nobis dies penthecostes: dies remissionis/dies exultationis/dies verissimi iubilei: et inueniat nos semper spiritussanctus omnes ꝓpter presentiã corporalem pariter propter cordiũ vnitatem/in eodem loco per promissam stabilitatem: ad laudem ⁊ gloriã sponsi ecclesie iesu christi dñi nostri: qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen.

¶ In natiuitate sancti Johãnis baptiste: de lucerna ardente, in lucente. Sermo. j.

(Esa. j.)

Sit pcul ab his conuenientib⁹ fratres increpatio illa prophete iudaica: reprobantis conuenticula ⁊ dicentis. Iniqui sunt cetus vestri. Ubi nimirum cetus non iniqui sed plane sancti: sed religiosi: sꝫ pleni gratia: digni benedictione. Cõuenitis siquidem ad audiendũ deum/conuenitis ad laudãdum/ad orandum/ad adorandum. Sacer est conuentus vterq;/placens deo/angelis familiaris. State ergo in reuerentia fratres: state in sollicitudine et deuotione mentis: maximeq; in loco orationis: et i hac schola christi et auditorio spiritali. Nolite considerare dilectissimi que videntur et temporalia sunt: sed magis que non videntur eterna. Scdm fidem non ſm faciem iudicate. Terribiliter si quidem metuendus est locus vterq;: nec maior adesse credendus est numerus hominum ꝙ angelorum: Patet vtrobiq; sine dubio porta celi: scala illa erecta est: ascendunt et descẽdũt angeli super filium hominis. Gigas nãq; est iste filius hominis: celum ei sedes est: terra scabellum pedum eius. Et eleuata est magnificentia eius super celos: manet tamen nobiscum vsq; ad seculi cõsummationem. Ascendunt: et descendũt itaq; ad deũ

(A)

angeli sancti quia caput et corpus vnus est christ⁹. ¶ Nec tamen vbi caput/sed vbicũq; fuerit corpus/ ibi cõgregabunt et aquile: licet non possit caput a corpore separari. Deniq; et ipse ait. Ubi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo in medio eorũ sum. Sed forte quis dicat. Ubi est modo christus? Ostẽde nobis christum et sufficit nobis. Quid curiosos circunducitis oculos illum ad videndum et nõ magis ad audiendum cõuenitis? Dominus deus aperuit mihi aurem (ait ppheta). Aurem meam aperuit vt audiam quid loquatur: non oculũ (vt videam vultũ ei⁹) illuminauit. Aut certe suam mihi aperuit aurem: non faciem reuelauit. Post parietẽ stat/audit et auditur: sꝫ necdũ apparet. Audit orantes/erudit audiẽtes. An experimentum eius queritis q in me loquit christus? Ego (inquit) q loquor iusticiã. Quidni loquat ore: quod ipe plasmauit? Quidni suo vtatur vt libet artifex instrumento? Non tantum aures eorum sed et labia mea aperi domine: ego enim labia mea non phibebo dñe tu scisti. Bene enim omnia facis: et surdos facis audire: et mutos loqui. ¶ Audite ergo fratres quid de iohanne loquatur cuius solẽnis hodie natiuitas celebratur. Ipse (inquit) erat lucerna ardens et lucens. Magnum testimoniũ fratres mei. Magnus enim est cui perhibetur: sed maior est ipse q perhibet. Ille (inquit) erat lucerna ardens et lucens. Est eñ tantum lucere vanum: tantum ardere parum: ardere et lucere perfectum. Audi quid dicat scriptura. Sapiens permanet vt sol: stultus autem vt luna mutatur. Quia enim splẽdet luna sine feruore/modo plena/modo exigua / modo nulla videtur. Mutuatum siquidem lumen/nũq; in eodẽ permanet statu: sed crescit/deficit/extenuat/adnihilatur/et penit⁹ non comparet. Sic sic q conscientias suas in alienis labijs posuerunt/ modo magni/ modo parui sunt/modo nulli/ſm q adulantium linguis vel vituperare placuerit vel laudare. At vero solis/splendor igneus est: et cum feruet acrius: etiam oculis lucidor exhibetur. Sic sapientis ardor internus/foris lucet: et si non ei datur vtrumq;/curat semper ardere magis: vt pater su⁹ qui videt in abscondito reddat ei. ¶ Ue nobis fratres si luxerimus tantum. Nã lucemus quidem et magnificamur ab hominibus: sed mihi p minimo est vt ab humano iudicer die. Qui enim iudicat me / dñs est qui feruorem ab oib⁹ exigit: splẽdorẽ vo nõ ita. Ignẽ (inqt) veni mittere in terrã: et quid volo nisi vt accendat? Hoc nempe cõmune mãdatũ: hoc est qd exigit ab vniuersis: nec vlla si desse cõtigerit admittit excusatio. Ceterũ singulariter apostolis et apicis virio dr: luceat lux vrã corã hoib⁹: nimirũ tãq; accẽsis et vehemẽter accẽsis: et qb⁹ nõ timeat a flatu quolibet aut impulsione ventoꝝ. Dictũ est et iohãni: sꝫ illi in aure audiũt: iohãnes in spũ tãq; angel⁹ erudit. Nimirũ tãto propinquior deo/

(Esa. j.) (mat. xviij) (Esa. l.) (ij. Cor. xij.) (B) (Johan. v.) (Eccli. xxvij.) (C) (Luce. xij) (Mat. v.)

ꝙto vox/verbo vicina cui nulla voce alia media/qd foris sonet oporteat intimari. ¶ Neq; eñ iohannẽ pdicatio sed inspiratio docuit: quẽ repleuit spũs in vtero matris sue. Uere ardens et vehemẽter accẽsus quẽ sic preoccupauit flamma celestis vt iã xpi sentiret aduentũ q necdũ sentire poterat vel seipm. Nimirũ nou⁹ ille ignis qui recẽs illapsus e celo p os gabrielis i aurem intrauerat ṽginis: et p matris aurẽ introiuit ad paruulum vt ab ea hora vas electionis sue/spũsscũs impleret et lucernã xpo dño pararet. Fuit ergo iã tunc ardẽs lucerna: sꝫ interim adhuc sub modio donec sup candelabrũ poneret ⁊ luceret oibus q erant in domo dñi. Illo eni i tpe solũ adhuc potuit illuminare modiũ suũ: soli interim lucere matri: magnũ ei pietatis sacramentum reuelãs ipso motu noue exultationis. Unde mihi hoc (inquit) vt veniat mater domini mei ad me? Quis eni tibi indicauit matrẽ domini/mulier sancta? Unde me nosti? Ut facta ẽ (inqt) vox salutationis tue in aurib⁹ meis: exultauit in gaudio infans in vtero meo. Illuminauit ergo iam tũc modiũ suũ sub quo latebat: sed quem non latebat ardens lucerna sub modio: totũ paulo post mundũ nouis illustratura fulgoribus. ¶ Ille erat (inquit) lucerna ardens ⁊ lucens. Non ait lucens ⁊ ardẽs: quia iohãnis ex feruore splendor: non feruor prodijt ex splẽdore. Sunt eni q non eo lucent: quia feruent: sed magis feruẽt vt luceãt. At isti plane non feruent charitatis spiritu sed studio vanitatis. Uult nosse quẽadmodũ arsit iohãnes et luxit? Ego vtrumq; in eo triplicẽ posse arbitror inueniri: et ardorẽ scꝫ et splendorẽ. Ardens eñ erat in seipso vehementi austeritate cõuersationis: erga christum intimo quodã et pleno feruore deuotionis: erga peccantes proximos cõstãtia libere increpationis. Luxit nihilominus (vt paucis dixerim) exẽplo/digito/verbo/et seipm ostendens ad imitationẽ: et luminare mai⁹ qd latebat/ad peccatorũ remissionẽ: et ipas quoq; tenebras nostras illuminãs/sicut scriptũ est. Quoniã tu illuminas lucernã meam domine de⁹ meus illumina tenebras meas: vtiq; ad correptionẽ: Considera igitur hominẽ angelico promissum oraculo/ cõceptũ miraculo/sanctificatũ in vtero/et nouũ in nouo homine penitentie mirare feruorẽ. ¶ Uictum et vestitũ (ait apostolus) habentes/his contenti simus. Apostolica perfectio ista est: sed iohannes etiã contempsit. Deniq; audi dominũ in euangelio. Uenit (inquit) iohannes non manducãs nec bibens: plane nec vestiens. Sicut eni non est locusta cibus nisi aliquorum forte irrationabiliũ animaliũ: sic nec pilus cameli humanũ est indumentum. Quid tu pillos tuos camele deposuisti? Utinã gibbũ magis deposuisses. Quid vos irrationabiles fere ⁊ reptilia deserti: cibos exquiritis delicatos? Johannes sanct⁹ hõ missus a deo: immo angelus dei sicut ait pater. Ecce mitto angelum meũ ante te. Hic ergo iohannes quo null⁹ maior in natis mulierum/innocentissimũ illud corpus sic castigat: sic extenuat: sic affligit: vos indui festinatis bysso et purpura/et splendide epulari? Heu hic est presentis totus honor diei: hec baptiste reuerentia tota: hec natiuitatis ei⁹ prophetata quondam leticia est. Cuius enim memoriã agitis (o nimis delicati cultores) cuius celebratis natalem? Nõne illius qui in heremo fuit hirsutus veste: confectus inedia. Quid existis in deserto videre filij babylonis/arũdinẽ vento agitatã? Quid igitur? Hominẽ mollibus vestitum? Nutritũ mollibus? In his nempe tota versat hec vestra celebritas: in popularis fauoris aura sectanda: i gloria vestium et voluptate ciborum. Sed quid hec ad iohannem? Neq; enim iohannes fecit sic: aut talibus vnq; potuit delectari. Multi (inquit angelus) in natiuitate eius gaudebũt. Uerũ id quidem multi in natiuitate eius gaudent: et paganis ipsis (vt audiuimus) leta est et solennis. Illi celebrãt quod ignorãt: sed non ita debuerãt christiani. Nũc vo et ipsi in hac beati iohannis baptiste natiuitate gaudent: sed vtinã de natiuitate: nõ de vanitate. Quid est enim nisi vanitas vanitatũ quicquid sub sole est: aut quid ampli⁹ habet homo de vniuerso labore suo q laborat? Fratres: sub sole est quicquid oculis cernitur: qcquid huic corporee luci subiacere videtur. Quid vero illud nisi vapor ad modicum parẽs? Quid illud: nisi fenũ et flos feni? Omnis caro fenũ ait dominus: ⁊ omnis gloria eius quasi flos feni. Fenũ aruit et flos decidit: verbũ autẽ dñi manet in eternũ. In hoc verbo laboremus fratres: in quo et viuere et gaudere possimus in eternum. ¶ Operemur non cibum qui perit sed qui permanet in vitam eternam. Quis ille? Non in solo pane viuit homo sed in omni verbo quod procedit de ore dei. Seminemus in hoc verbo carissimi: seminemus in spiritu: quoniam qui i carne seminant: solam habent metere corruptionem. Gaudeamus intus et nõ sub sole: sed iuxta apostolũ tãq; tristes ꝓpter humilitatẽ et grauitatẽ: semper autem gaudẽtes propter internã consolationẽ. Gaudeam⁹ dilectissimi in natali beati iohãnis: ⁊ gaudeam⁹ de ipa natiuitate. Copiosa quidẽ nobis in eius recordatiõe causa: multiplex est materia gaudiorũ. Ille erat lucer

(D) (Luce. j.) (Ubi. s.) (E) (Joh. iij.) (ps. xvij.) (F) (j. Thi. vj.) (Mat. xj.) (Lu. vij.) (G) (Luce. j.) (Jaco. iiij) (H) (Luce. iiij.)

na ardens ⁊ lucens:⁊ iudei voluerūt exultare in luce eius: ipse vero potiꝰ gaudebat in feruore deuotionis: gaudebat ad vocē sponsi tanꝗ̄ amicus spōsi. Nobis i vtroqꝫ gaudendū est in altero quidē ei: nobis in altero congaudendū. Ardebat em̄ sibi: nobis autē lucebat. Gaudeamꝰ in feruore eiꝰ ad imitationē: gaudeamꝰ in lumine nō tamē ibi manentes: sed vt in lumine eius videamus lumē. Lumen vtiqꝫ verū quod non est ipse: sed cui testimonium perhibet ipse. ¶ Uenit iohannes ait dn̄s nec manducans nec bibens. Incentiuū feruoris id mihi est: ⁊ materia humilitatis. Quis em̄ in nobis est fratres: q̄ iohānis penitentiā intuens: suā nō dico magnificare: sed alicuius saltem momēti reputare presumat? Quis audeat murmurare in laboribꝰ suis ⁊ dicere satis est quod patior nedū nimis? Que em̄ homicidia que sacrilegia/ aut flagitia sic puniebat iohannes i seip̄o. Accēdamur ad penitentiā fratres: interrogemꝰ cōsciētias nostras ⁊ animemur ad vltionē exigendā de nobis: vt horrēdū possimus euadere iudiciū dei viuentis. Quicquid vero minus est feruoris/ humilitas suppleat pure confessionis. Fidelis est deꝰ si confiteamur iniquitates nostras: si miserias nostras exponamus: si non excusemus infirmitates nostras: dimittet nobis peccata nostra. Ex hoc sane et erga primorū delicta feruorē intuere iohannis. Hic nempe dignus est rationi consentaneus ordo: vt incipiendum tibi memineris a teipso. Ab occultis (inquit) meis munda me: et ab alienis parce seruo tuo. Genimina viperarū (ait iohannes) quis ostendit vobis fugere a ventura ira? De quanto mentis feruore p̄cedere putas scintillas istas imo carbones desolatorios? Sic neqꝫ phariseis parcens. Nolite (inquit) dicere quia patrē habemꝰ abraham: potens est enī deꝰ de lapidibꝰ istis suscitare filios abrahe. Sed minus hoc videatur: si vel ipsum veretur potentis vultum et non tota libertate spiritꝰ/ arguit peccantē regē crudelē atqꝫ superbū: sacra q̄dam vehementia ad hoc ip̄m prodiens de deserto: si vel blandicijs eius: vel ipso mortis terrore mouetur? ¶ Metuebat (inq̄t) herodes iohānem: et audito eo multa faciebat: et libenter eū audiebat. At ille nihil ob hoc parcēs: nō licet (ait) tibi habere eā. Ligatus quoqꝫ et in carcere trusus nihilominꝰ stetit in veritate: et occubuit p̄ veritate feliciter. Ferueat etiam in nobis zelus iste charissimi. Ferueat amor iusticie: odiū iniquitatis. Nemo/ fratres vitia palpet: peccata dissimulet nemo. Nemo dicat nūquid custos fratris mei sum ego? Nemo q̄d in se est equanimiter ferat/ cū viderit ordinē deperire: minui disciplinam. Est em̄ cōsentire/ silere cū arguere possis: ⁊ scimꝰ q̄ similis pena facientes maneat et consentientes. Iam vero sup humili et omnino feruētissima deuotione iohannis erga dn̄m quid loq̄mur? Inde enim exultauit in vtero/ inde expauit i iordane baptizaturꝰ eū: inde nō modo christū qui putabat sed vel ipsam corrigiā calciamenti eiꝰ soluere dignū se esse negabat: inde gaudebat amicus sponsi/ ad vocē sponsi: īde gratiam se accepisse p̄ gr̄a fatebat: illū aūt nō ad mēsurā hr̄e sp̄m: sed plenitudinē de qua oēs acciperēt clamitabat. Nonne deo subiecta eris aīa mea? Alioquin nō ero lucerna ardēs: nisi toto corde/ tota mēte: ⁊ ex oībꝰ viribus meis diligā dn̄z deū meū. Sola enī est charitas q̄ accendit ad salutē: sola quam infundit et inflammat spiritꝰ: quē extinguere p̄hibemur. Habes quēadmodū iohannes arserit: ⁊ in hoc ipso quēadmodū luxerit indicatum est si aduertisti. Neqꝫ em̄ ardorem eius nosse poteras nisi luxisset. Luxit ergo vt supra memini exemplo/ digito/ verbo/ opere/ seip̄m/ christū/ indice: nosmetip̄os/ nobis sermone declarās. Tu puer propheta altissimi vocaberis (ait pater) preibis em̄ ante faciem dn̄i parare vias eius: ad dandam scientiam salutis plebi eiꝰ. Ad dandam (inquit) non salutē: neqꝫ em̄ ille lux: sed scientiā salutis vt testimoniū perhiberet de lumine. Scientiā (inq̄t) salutis: in remissionē peccatorū. Num salutis scientiā sapiens paruipēdere potest? ¶ Ponamus tamen necdū venisse iohannem necdū significasse de xp̄o. Ubi salutem querimꝰ? Peccaui peccatū grande quod sanguine vitulorū vel hircorū deleri non pōt: quia nō holocaustis delectaꝰ altissimꝰ. Memoria mea infecta est fece huius amurce: non est nouacula que membranā hanc radere possit: q̄ tota/ totā imbibit fecē. Si peccati mei oblitus fuero stultus sum et ingratꝰ. Si in memoria mea p̄manet/ arguet me internū. Quid igiꝰ faciā? Ibo ad iohānē et audiā vocem leticie/ mie vocem/ sermonem gratie/ verbū remissionis et pacis. Ecce (inquit) agnus dei: ecce qui tollit peccata mūdi. Et alibi. Qui habet sponsam (inquit) sponsus est. Ostendit igiꝰ q̄ venit deꝰ/ q̄ sponsus/ q̄ agnꝰ/ quia deꝰ/ certum est q̄ peccata remittere possit: sed vtrū velit adhuc in questione est. Uult p̄fecto/ q̄ sponsus est: q̄ amabilis est. Et iohānes amicꝰ sponsi est: q̄ sponsus nisi amicos hr̄e non nouit. Et licet velit gloriosam sponsam nō habētem maculā/ aut rugam/ aut aliquid eiusmodi: non tamen querit talem. Ubi em̄ illā inueniret. Sed talem potiꝰ ipse facit: talem sibi exhibet ipse. Audi deniqꝫ quid dicat per prophetā. Uulgo dicitur. Nunquid mulier si dormierit cum altero viro: reuerteꝰ ad virū suum priorem. Tu autē fornicata es cum amatoribus multis reuertere tamē ad me ⁊ ego suscipiā te. Ecce q̄ possit ecce q̄ velit. ¶ Sed tu fortassis times eā quā facere venit delictorū purgationē: ne vulsione ⁊ scissione ossa ⁊ medullas ossiū collidat: ne dolorē inferat morte grauiorē. Audi: agnus ē In mansuetudine venit cū lana ⁊ lacte: solo verbo iustificās impium. Quid enim iuxta comicum facilius dictu. Tantū (inquit) dic verbo et sanabitur puer meus. Ut quid ergo deinceps hesitemus fratres: ⁊ non omni fiducia ad thronū glorie ascēdamꝰ. Agamus iohanni gratias: ⁊ eo mediante transeamus ad christum: q̄ vt ait ipse: illū oportet crescere: me aūt minui. Quomodo minui. Splēdore vtiqꝫ non feruore. Retraxit radios recollegit se: ne fieret sicut is qui totum profert spiritum suum. Illum (inquit) oportet crescere qui exhauriri non pōt: de cuius plenitudine omnes acciplāt: me aūt minui cui datus est spiritus ad mensuram: ⁊ danda magis opera vt ardere semper valeam q̄ lucere. Precessi solem tanq̄ sidus matutinū: abscondi necesse est orto iam sole. Non est mihi nisi modicum olei quo vngar: volo illud in vase tu tius q̄ in lampade possidere.

¶ In vigilia Petri et Pauli apostolorum. Sermo.

In sanctorū vigilijs necesse est vigilare hominem spiritualem: qui solēnitates eorū celebrare desiderat in spiritu ⁊ veritate. Alie em̄ carnaliū alie spiritualium vigilie. Illi ⁊ nitidiores cultus ⁊ epulas preparant lautiores: ⁊ fortassis in ipsis vigilijs operantur opera tenebrarū: letanꝰ cū malefecerint ⁊ exultant in rebus pessimis. Uos nō ita didicistis christū/ qui christum secuti estis: qui omnia reliquistis: qui vigilanti oculo vigiliarū nomē debetis attendere. Ad hoc em̄ vigilie preponuntur vt euigilemus si in aliquo peccato vel negligētia dormitamus: ⁊ preoccupemus faciē sanctorum in confessione. Non sic filij huius seculi non sic: qui potentes sunt ad bibendum vinū: ⁊ viri fortes ad miscendam ebrietatem: qui obdormierunt in flagitijs ⁊ facinoribus suis. Illud vos non lateat: quia qui ebrij sunt nocte ebrij sunt: ⁊ qui dormiunt: nocte dormiunt: ⁊ frustra sonat eis nomē vigiliarum sanctarum cum ipsi magis dormire studeant q̄ vigilare. Uos non estis filij noctis neqꝫ tenebrarum: sed lucis et diei: vt non vos preoccupent natalicij sanctorum dies et inueniant imparatos. ¶ Tria sunt igitur que in festiuitatibus sanctorum vigilanter considerare debemus/ auxilium sancti/ exemplū eius confusionem nostram. Auxiliū eius: q̄ qui potens in terra: potentior est in celis ante faciem dn̄i dei sui. Si em̄ dum hic viueret misertus est peccatoribus: ⁊ orauit pro eis: nūc tanto amplius q̄to verius agnoscit miserias nostras orat pro nobis patrem: q̄ beata illa patria charitatem eius non imutauit sed augmentauit. Neqꝫ enim quia impassibilis omnino/ ideo et incōpassibilis factus est: sed nunc potius induit sibi viscera misericordie/ cū ante fontem misericordie existit. Est et alia causa que magis vrget sanctos vt solliciti sint de nobis: quia iuxta vocem apostoli deus prouidet pro nobis ne sine nobis cōsummenꝰ: sicut ait sctūs dauid. Me expectant iusti donec retribuas mihi. Debemus etiaz attendere exemplum eius: q̄ q̄diu in terris visus est et cum hominibus conuersatus est non declinauit ad dexterā neqꝫ ad sinistrā; sed viā regiam tenuit donec veniret ad illum qui dicit. Ego sum via veritas ⁊ vita. Intuemini humilitatem operum eius: auctoritatem verborum eius: et tunc videbitis quomodo tā verbo q̄ exemplo luxerit inter homines: qualia nobis vestigia dereliquerit vt ambulemus p̄ ea ⁊ non erremus in eis. Uere iuxta prophetam Semita iusti recta est: rectus callis iusti ad ambulandum. Sed et diligentiori intuitu confusionem nostram inspiciamus: quia homo ille similis nobis fuit passibilis: et eodem luto formatus et quo ⁊ nos. Quid ergo est quod non solum difficile sed impossibile credimus vt faciamus opera que fecit vt sequamur vestigia eius. Confundamur fratres et cōtremiscamus ad vocē istā: si forte hec confusio adducat nobis gloriā: si forte generet gratiam nobis timor iste. ¶ Homines isti fuerunt qui precesserunt nos: qui tam mirabiliter processerunt per vias vite: vt vix eos homines fuisse credamus. Sic ergo in sanctorum festiuita: idꝰ et gaudere ⁊ confundi debemus: gaudere q̄ patronos premisimus: confundi quia eos imitari non possumus. Ita semper gaudium nr̄m in hac valle lachrymarum: lachrymarum pane condiri debet: vt semper non solum extrema sed et prima gaudij luctus occupet: quia et si magna est gaudiorū materia sed maxima est dolorū. Memor fui dei: clamat iustus: et delectatus sum: ⁊ statim subiūgit. Defecit sp̄s meꝰ turbatꝰ sum ⁊ nō sum locutꝰ. Et si hec i vigilijs vniuscuiusqꝫ scti cogitare debemꝰ: q̄d faciemus in solēnitate sanctorū et summorū apostolorū: petrū et paulum loquor?

loquor/ Sufficeret vnius festiuitas ad infundendā exultatio-nem vniuerse terre:sed amborū iuncta est ad cumulū gaudiorū vt quō in vita sua dilexerunt se/ita ⁊ in morte non sint separa-ti. Quid illis potentius dū fuerunt in terris quorū alteri tra-duntur claues regni celoꝝ:alteri in magisteriuꝫ gentium:alter ananiā ⁊ saphirā occidit in verbis oris sui:alter donat quicqd donat in persona xpi:⁊ cū infirmatur tunc fortior est ⁊ potens. Et potētiores sunt in celis:qui tā potētes fuerunt in terris? Et qui nobis reliquerunt maiora exempla:ꝙ illi qui in fame ⁊ siti:in frigore ⁊ nuditate:⁊ in oib⁹ illis que paulus enumerat: iugiter sunt afflicti:⁊ demū felici martyrio regna celestia con-scenderūt? Vere nobis rubor ꝯfusionis sunt quos vix audem⁹ respicere ne dicā imitari. Orem⁹ ꝗ eos:vt ipi ꝓpiciū nob̄ red dant amicū suuꝫ/iudicē nostrū q̄ est deus bñdict⁹ i scl'a. Amē.

¶ In festo eorundem. Sermo.j.

Gloriosa nobis solēnitas illuxit:quā preclari mar tyres/martyrū duces/ apostolorū ꝑncipes/ morte clarissima cōsecrarūt. Isti sunt petr⁹ ⁊ paulus duo magna luminaria:quos de⁹ in corpore ecclesie sue constituit quasi geminū lumen oculorum. Hi mihi traditi sunt in magistros et in mediatores:quibus secure me cōmittere possim:qꝛ ⁊ notas mihi fecerūt vias vite ⁊ mediāti bus illis ad illū mediatorē ascendere potero qui venit pacifi-care per sanguinē suū:et que in celis ⁊ que in terris sunt. Ille enim in vtraqꝫ natura purissimus est:qui peccatum non fecit: nec inuēt⁹ est dolus in ore ei⁹. Quomō ad illū accedere aude bo qui sum supra modū ꝑeccās peccator: q̄ peccaui supra nu-merū arene maris cū ille purior/ ego impurior esse nō possim? Uerendū ne incidā in manus dei viuentis si illi appropinqua-re vel inherere presumpsero:quē a me tāta differentia diuidit ꝙtum distat inter bonū ⁊ malū. Proptera dedit mihi deus ho mines istos: qui et homines essent peccatores:⁊ maxime pec-catores:qui in seipsis ⁊ de seipsis discerent ꝙ late aliis misere ri deberent: Magnorum enim criminū rei:magni criminib⁹ fa cile donabunt veniam:⁊ in qua mensura mēsum est eis:remeti ent nobis. Peccauit peccatū grāde petrus apostolus ⁊ fortas sis quo grandius nullum est:⁊ tam velocissime ꝙ facillime ve niā consecutus est:⁊ sic vt nihil de singularitate sui primatus amitteret. Sed et paulus qui in ipsa viscera nascētis ecclesie tam singulariter ꝙ incōparabiliter grassatus est/per ipsius fi lij dei vocē ad fidem adducit:⁊ pro tātis malis/tantis bonis repletus est/vt vas electionis fieret ad portādū nomen ei⁹ co rā gentibus ⁊ regibus ⁊ filijs israel. Uas dignū ⁊ celestib⁹ fer culis repletū:de quo ⁊ sanus escam:⁊ infirmus accipiat medi-cinā. ¶ Tales decebat humano generi pastores ⁊ doctores cō stitui:qui ⁊ dulces essent ⁊ potentes:⁊ nihilominus sapientes. Dulces vt me blāde ⁊ misericorditer susciperent. Potentes vt fortiter protegerent. Sapiētes vt ad viā et per viam ducerēt que ducit ad ciuitatē. Quid petro dulcius qui taꝫ dulciter ad se oēs cōuocat peccatores:sicut ⁊ actus apostolici ⁊ epistolarū ei⁹ series attestatur? Quid illo potētius cui ⁊ terra obediuit: cū mortuos reddidit:⁊ mare sub pedibus eius se calcabile pre buit:qui simonē magū spiritu oris sui in aere attrigit:qui cla-ues regni celorum tam singulariter accepit vt precedat sentē tia petri sententiā celi: Deniqꝫ quodcūqꝫ ligaueris (inquit) su per terram erit ligatum ⁊ in celis:⁊ quodcunqꝫ solueris super terrā erit solutum ⁊ in celis. Quid aūt illo sapientius cui non caro et sanguis reuelauit. Libentissime paulū sequor q̄ pre ni mia dulcedine luget eos qui peccauerūt ⁊ non egerunt peni-tentiā:qui fortior est omni principatu ⁊ potestate:sapientiā et medullā sacrorū sensuū nō a primo vel secūdo:sed a tertio ce-lo largiter asportauit. ¶ Hi sunt magistri nostri:q̄ a magistro oim vias vite plenī⁹ didicerūt:⁊ docent nos vsqꝫ in hodiernū diem. Quid ergo docuerunt vel docēt nos apostoli sancti? Nō piscatoriā artem: nō scenofactoriā vel quicqd huiusmodi est: nō platonem egere: nō aristotelis versutias inuersare:nō sem per discere ⁊ nūqꝫ ad veritatis scientiam peruenire. Docuerūt me viuere. Putas paruus res est scire viuere? Magnum aliqd immo maximū est. Non viuit qui supbia inflat/qui luxuria sor-didat/q̄ ceteris inficit pestib⁹:qm̄ nō est hoc viuere ꝫ vitā cō fundere:⁊ appropinquare vsqꝫ ad portas mortis. Bonā vitā aūt ego puto:⁊ mala pati/⁊ bona facere:⁊ sic pseuerare vsqꝫ ad morte. Dicit vulgo qꝛ q̄ bene se pascit beneviuit:sed mētita est iniqtas sibi:qꝛ nō beneviuit:nisi q̄ bonū facit. ¶ Arbitror aūt q̄ tu qui in cōgregatiōe es/bene viuis: si viuis ordinabiliter: sociabiliter:et humiliter. Ordinabiliter tibi/ sociabiliter pro ximo/ humiliter deo. Ordinabiliter: vt in omni conuersatiōe tua sollicit⁹ sis obseruare vias tuas:⁊ in cōspectu dñi:⁊ in cō spectu ꝓximi cauens ⁊ tibi a peccato ⁊ illi a scādalo. Sociabi liter vt studeas amari ⁊ amare: blādū te ⁊ affabileꝫ exhibere:

A

B

Mat.xvj.

C

D

supportare non solum patienter: sed et libenter infirmitates fratrū tuoꝝ tam morū ꝙ corporum. Humiliter vt cum hec oia feceris/spiritū vanitatis studeas exsufflare qui ex huiusmodi nasci solet:⁊ ꝙtūcūqꝫ illū senseris negare omnino consensum. ¶ Sic et in patiēdo malū quoniā triplex est: triplicē ꝓuden-tiā adhibere te oportet. Est em̄ quod a te pateris:quod a ꝓxi mo:qd a deo. Primū est austeritas penitentie:sc̄m vexatio alie-ne malicie:tertiū flagellum correctionis diuine. In eo qd a te pateris/debes voluntarie sacrificare:quod a ꝓximo/patiēter ferre:qd a deo/sine murmure ⁊ cum gratiarūactione sustinere. Non sic multi filiorū adā qui errauerūt in solitudine i inaquo so. Errauerunt plane ⁊ errant a via veritatis:qui in solitudinē superbie recedētes socialem vitam habere non volunt:quorū singularitas associari non pōt. Sed et in inaquoso:qꝛ nullo im bre lachrymarū compuncti:in terra sterili ⁊ arenti ꝑpetua sic-citate morantur. Properea viam ciuitatis habitaculi nō inue nerūt qꝛ inueterati in terra aliena coinquinati sunt cū mortuis deputati cū his qui in inferno sunt. ¶ Non erat ita solitarius ille de quo sanctus hieremias ait. Bonū est viro cū portaue-rit iugū ab adolescētia sua. Sedebit solitarius ⁊ tacebit:quia leuauit se super se. Illi errauerūt sed iste sedebit semꝑ. Illi em̄ errāt corde: iste aūt nō sedet:ꝫ sedebit solitarius cū habuerit honorē singularitatis illius videlicet iudiciarie potestatis in signe:qd sancti in terra possidebūt/cū leticia sempiterna erit eis. Quare? ¶ Qꝛ leuauit se sup se.i.cum adolescens esset:et etatis lubrice sentiret ardores/senē induit relinquēs qd erat assumens quod nō erat. Leuauit (inquit) se super se:qꝛ nō respi cit ad se:sed ad illū qui est sup se. Sedebit em̄ et tacebit: etiā modo a strepitu diabolicarū suggestionū a strepitu carnaliū desideriorū : a strepitu mundi. Felix aīa que linguas istas non exaudit/audiat licet illa multū felicior, si tamē aliqua est) cui penitus non loquunt. Hec est sapientia quē apostolus loquit inter perfectos abscondita in mysterio:quā nemo principū se-culi hui⁹ cognouit. Sic me apostoli ⁊ viuere ⁊ conscendere do cuerūt. Gratias tibi domine iesu q̄ abscōdisti hec a sapiētib⁹ et prudentibus: ⁊ reuelasti ea paruulis istis qui te secuti sunt et reliquerunt omnia ꝓpter nomen tuum.

E

F

Threñ.iij.

G

j.Cor.ij.

¶ In eadem solēnitate. Sermo.ij.

Sancti isti quorum solēnis hodie passio celebratur multā nobis de se loquendi causam: multā quoqꝫ materiā prebuere. ¶ Ueruꝫ ego vnū timeo:ne to-tiens audita verba salutis vilescere nobis incipi-ant tanqꝫ verba. Uilis siquidē ⁊ volatilis res ver-bū hominis/nullius molis/nullius pōderis/nullius precij nul lius soliditatis. Aerem verberat vñ ⁊ verbum dicit:⁊ sicut fo-liū quod vento rapitur/effluit ⁊ non est qui consideret. Nemo vestrū fratres sic accipiat:immo nemo sic despiciat verbū dei Dico enim vobis:bonū illi fuisset si nō audisset hō ille. Fruct⁹ vite sunt verba dei:nō folia:⁊ si folia:sed aurea sunt. Proinde non paruipendantur:non pertranseant: nō preteruolent. Ipsa quoqꝫ colligite fragmenta ne pereant. ¶ Terra em̄ que sepi⁹ superuenientē susceperit imbrē ⁊ nō fecerit fructū/terra repro ba est:proxima maledicto. Sic ⁊ ea q̄ in euāgelio sterilis ficul nea legit:si postea ꝙ foderit circa eam vinee cultor/ atqꝫ mise rit stercora nihilomin⁹ sterilis inuenta fuerit:nōne iā securis ad radicem illius arboris est ponenda? Et ego dico vobis:si minus boni in secularib⁹ inuenerit/maiorem in eis dominus habiturus est patientiam ꝙ in nobis:quib⁹ celestium consola tionū pluuiam volūtariā segregauit:quib⁹ non sarculus disci pline:non paupertatis et vilitatis stercora defuerūt. ¶ An nō stercora sunt abhominationes egyptioꝝ quas immolam⁹ deo nostro? Stercora plane/vilia ad aspectum:sed ad fructum vti lia. Non refugiat hanc feditatem/qui fecunditatem desiderat. Siquidē ex deformi stercorū aceruo qui portatur in agrū for-mosus surget aceruus manipuloꝝ qui reportabitur ex agro ꝓ ptera nō vilescat vobis vilitas ꝑciosa:sed preciosius cūctis thesauris egypti xpi improperiū estimate. ¶ Uerūtamē terre num habētib⁹ sterquilinū ipsa quoqꝫ celestis nō deest pluuia: que est orationum deuotio:iocunda ruminatio psalmodie:dul cis meditatio:consolatio scripturarū. Deniqꝫ ⁊ hec ipa pluuia est quā accipitis ꝑ os meū:si qñ de flumine cui⁹ impetus letifi cat dei ciuitatē ⁊ torrente voluptatis illi⁹ aliqua sup vos duꝫ de eis loquimur stillicidia stillare cōtigerit. ¶ Sed necesse ha beo interdū circūfodere:quādoquidē posuerunt me custodem ⁊ cultorem in vineis, heu q̄ meam non colui nec custodiui/ Ne cesse habeo tamen:dum hunc occupo locum ⁊ circūfodere nō nūqꝫ/⁊ apponere stercora. Molestū id quidē/sed dissimulare non audeo:sciens multo amplius securim nociturā ꝙ sarculū/ ignē ꝙ fimū. Itaqꝫ ⁊ arguere ⁊ increpare interduꝫ necesse est: nec ignoro fimum esse verbū increpatorium:verbum imprope-

H

I

Luce.xiij.

K

L

M

rũ:⁊ qđ nõ excuset necessitas ipsum quoq; minus deceat profe
rẽtẽ:sed quid agimus q hoc fimo ⁊ si aliquos impinguari:sed
alios plane ⁊ lapidari ⁊ indurari videmus. Hinc nãq; scriptuꝫ
N
est.¶ De stercore boũ lapidabitur piger. An non impinguatur
qui increpat⁹ benigne accipit:mãsuete respondet:libẽter emẽ
Ecclesia.
xxij.
dare conaꝝ: Hec plane salubris ⁊ secunda impinguatio est:vt
corripiat me iustus i mĩa ⁊ increpet:oleũ aũt pctõris nõ impin
guet caput meũ. Ex ea siquidẽ pinguedine quã generat oleum
peccatoris abundantius pullulent spine ⁊ tribuli:⁊ ois radix
amaritudinis germinat copiosius. Itaq; qui iustoꝝ icrepatio
nẽ miam nominat satis indicat quẽadmodũ suscipienda sit q̃
benigno animo/q̃ꝫ deuota mẽte/q̃taq; ei gratia sit habenda.
Sic eñ accipiẽtib⁹ nobis erit impinguatio salubris:non fer
tilis vitiorũ quẽadmodũ oleũ peccatoris:sed fructus illi⁹ quẽ
fm apostolũ habem⁹ in sanctificationẽ. Quid aũt faciam⁹ tibi
o piger qui ad hanc miam irritaris magis ⁊ exasperaris. Non
O
ps.x.
ne bonuꝫ fimum sparsi in agro tuo: Unde ergo lapides habet
Sed tu inimice hõ:qm q̃ diligit iniqtatẽ odit aiam suã:tu in
q̃ inimice homo hoc fecisti q̃ desidiã tuã nõ excutere sed exer
cere pergens/fimũ tibi quertis in lapides:⁊ vnde impinguari
debueras lapidaris. Hec idcirco dicta sunt fratres vt noueri
tis:q̃ benigne audiendũ sit:q̃ deuote suscipiendũ:q̃ sollici
te cõseruandum quicq̃d ad aiarum salutem pertinet:⁊ nõ sicut
verbum hoim sed sicut vere est verbũ dei siue illud consolato
riũ siue ꝯmonitoriũ siue etiã increpatoriũ audiatur. Excessi fa
teor ipsius propemodũ festiuitatis oblitus:sed vt arbitor nõ
ad insipiẽtiã vobis si firmiter inheserint animo q̃ audistis. Et
nunc iã de solennitate ipsa vel breuiter aliquid loqui tentem⁹
Apostoloꝝ xp̃i/festus agiꝝ dies:quibus sane plurimũ a nobis
honorẽ deberi scio. Sed vtrum possit aliquis exhiberi/hesito
P
Psalm.
cxxxviij.
satis.¶ Nimis eñ honorati sunt amici tui deus:nimis cõfor
tus est principatus eoꝝ. Quid enim: Si in terra adhuc positi
oia poterant/non quidẽ in se sꝫ in xp̃o:q̃d nõ poterũt hodie vi
uẽtes in eterna felicitate cũ ipso: Mortales adhuc ⁊ morituri
imperiũ vite ⁊ mortis videbanꝝ habere:solo nimirũ verbo mor
tificantes viuos/⁊ mortuos suscitantes:q̃tomagis nunc/cuꝫ
honorati sunt nimis:nimis cõfortatus est principat⁹ eoꝝ: Sꝫ
quid est fratres. Cũ apostoloꝝ beata hodie memoria celebre
tur:nunquid natiuitatis seu cõuersiõis eoꝝ:aut certe vite vel
miraculoꝝ solẽnis agiꝝ cõmemoratio: Non est fratres natiui
tatis humane solẽnitas:sicut pauloante beati iohannis diem
natalitiũ celebrastis. Ille eñ nascens honoraꝝ q̃ nascitur san
ctificatus. Deniq; in iohãne solo/celebrior est passione natiui
tas:q̃ ⁊ si passus ꝓ xp̃o est cũ pro iusticia ⁊ veritate occubuit:
euidentius tñ natus ꝓ eo est: nimirũ hõ missus a deo q̃ in hec
nat⁹ est ⁊ ad hoc venit in mũdũ vt perhiberet testimoniũ veri
tati. Sed neq; cõuersionẽ apostoloꝝ aut eoꝝ miracula hodie
recensemus:sicut ceteris dieb⁹ aliqs:alteri⁹ quidẽ cõuersio al
terius de carcere liberatio facta per angelum festiuis ecclesie
Q
gaudiis ad memoriã reuocatur.¶ Mortẽ specialius veneraꝝ
qua nihil inter hoies humano iudicio plus horreꝝ. Cõsidera
te fratres ecclesie sancte iudiciũ:fm fidẽ nõ secũm faciẽ iudicã
tis. Mortẽ siquidẽ apostolorum in eoruꝫ recolit solẽnitate pci
pua. Hodie nimirũ petrus crucifixus est:hodie decollatus est
paulus. Hec hodierne causa festiuitatis:hec p̃sentiũ materia
gaudioꝝ. In his itaq; festũ agẽs diẽ letũ:sine dubio spiritũ
sponsi habet ecclesia spiritum dñi:in cui⁹ ꝯspectu sicut habes
ps.cxv.
in psalmo. Preciosa est mors sanctorum. Metos eñ dñi paterẽ
tur apostoli credim⁹ affuisse: q̃ nequaq̃ p̃ciosis mortib⁹ illoꝝ
inuiderent: Uisi sunt eñ oculis insipientiũ mori:⁊ estimata est
ps.cxviij.
afflictio exit⁹ eorũ. Et si quidẽ visi sunt oculis insipiẽtiũ. Mi
hi aũt (ait propheta) nimis honorati sunt amici tui de⁹:nimis
confortatus est principatus eorũ. Fratres:amici dei mori vidẽ
tur oculis insipientiũ:sed in oculis sapientiũ iudicanꝝ potius
obdormire. Deniq; ⁊ lazarus dormiebat q̃ amicus erat:⁊ cum
dederit dilectis suis somnũ:ecce hereditatis dñi. Studeam⁹
frates viuere vita iustoꝝ:sꝫ morte eorũ mori multomagis desi
derem⁹. Sapiẽtia eñ iustorũ nouissima p̃fert:ibi nos iudicãs
B
vbi nos inuenerit.¶ Omnino necesse est vite p̃sentis finem/fu
ture coherere principio:nec ibi tolerabilis dissimilitudo est.
Sic enim si quis duo sibi (vt ita dixerim) cinctoria ꝯsuere aut
colligare voluerit:minus de reliquis partibus curans ipsa q̃
sibi copulanda sunt capita vniformiter parat ne dissideãt a se
ipsis:ita dico vobis q̃tũlibet extiterit cõuersatio spiritualis
si carnalis fuerit cõsummatio nostra/vite illi spũali penit⁹ nõ
Eccle.vij.
coheret: nec caro et sanguis regnũ dei poterũt possidere. Fili
(ait sapiẽs) memorare nouissima tua ⁊ nõ peccabis. Nimirũ q
hec maxime recordatio faciat timoratũ: timor expellat pctm:
S
Deut. iij.
negligẽtia nõ admittat.¶ Hinc ⁊ moyses de quibusdã. Utinam
(ait) saperent ⁊ intelligerent:ac nouissima prouiderẽt. In qui
bus vtiq; verbis tria nobis video commendari:sapiẽtiã/intel
ligentiã/prouidentiã. Arbitror sane tribus eas assignari posse
tẽporibus:vt eternitati quedã imago reformari videaꝝ in no
bis:presentia moderantib⁹ per sapientiã:preterita per intelli
gentiã diudicãtibus:nouissima ꝓuidẽtib⁹ ad cautelã. Hec nẽ
pe spiritualis est exercitij summa:hec forma studij spiritalis vt
sapienter disponamus presentia nostra recogitem⁹ in amaritu
Tit.ij.
dine aie nr̃e preterita:futura quoq; sollicite prouideam⁹. So
brie ⁊ iuste ⁊ pie viuamus in hoc seculo (ait apostolus) vt vide
licet in presenti sobrietas obseruetur:vt iusta satisfactione p̃
terita q̃ nobis sine fructu salutis preterire tempora redimẽtur
vt pietatis clipeum:imminẽtib⁹ de futuro periculis oppona
mus. Sola est enim q̃ ad oia valet pietas: cultus scilicet dei
humilis ⁊ deuotus: nec aliter nobis est prouidere nouissima:
nisi vt vniuersa que nobis imminere videtur pericula: sedula
nobiscuꝫ cogitatiõe versantes:discamus de nostra omnino in
dustria:magis aũt de nr̃is diffidere meritis: ⁊ soli diuine nos
protectiõi cõmittere/pio quodã mẽtis affectu pie intentionis
in ipsum cui⁹ datũ optimũ ⁊ donum perfectuꝫ est cõsummatio
T
Mat.v.
felix/et mors p̃ciosa.¶ Habes in euangelio tria hec ipso tibi
sermõe dñi cõmẽdata. Beati inquit pauperes/beati mites/
beati qui lugent. Beati qui futura sapiũt:pre desiderio cele
stiũ:interno quodã sapore mentis/p̃sentia respuentes. Beati
qui nouissima ꝓuident:in mãsuetudine suscipiẽtes insitũ ver
bum quod eorũ saluare animas potest:⁊ pietate cordis ad fu
turã tendũt hereditatem. Beati qui pristinuꝫ intelligẽtes er
rorem crebris lauant lachrimis lectũ suũ. Uides q̃d optat vir
sanctus:q̃d obtinere cupit eis pro q̃b⁹ orat: Utinã (inquit) sa
perent ⁊ intelligerẽt ac nouissima ꝓuiderent. Ac si manifesti⁹
dicat:vtinã esset in eis spiritus sapientie ⁊ intelligẽtie atq; cõ
silij. Utinã hec i nobis iueniaꝝ fratres:vt suauiter oia nostra
per sapientiã disponam⁹:vt intellectu preterita pctã dãnem⁹:
vt ꝓuideamus futura consilio. Utinã sapiamus ad presentis
vite moderationẽ:vtinam intelligamus ad preterite correptio
nem:vtinam deuota in deum fide prouideamus:vt felicem ha
beamus (ipso miserante) consummationem. Hic enim est funi
culus triplex/quo trahimur ad salutem ordinata conuersatio:
rectum iudicium:fides deuota.

¶ Item in solẽnitate eorũdem de lectione libri sapien
tie: hi sunt viri misericordie. Sermo.ij.

M
Erito fratres apostolis sctis attribuit mater ec
clesia:quod in sapientie libris legitur. Hi sunt viri
Eccli.
xliiij.
misericordie:quoꝝ iusticie obliuiones non accepe
runt: cum semine eorum ꝑmanent bona. Sunt eñ
hi plane viri mie:siue q̃ miam cõsecuti: siue quia
misericordia pleni: seu q̃ misericorditer a deo nobis donati
sunt. Et vide quã misericordiã consecuti sunt. Paulum interro
j.Thi.j.
ga de seipso:vel magis sponte confitentem ausculta. Qui fui
blasphemus et persecutor ⁊ iniquus:sed misericordiam conse
cutus sum. Quis enim non audiuit q̃ta mala fecerit sanctis
in hierusalem: Nec soluꝫ in hierusalem sed et per totam iudeã
insanie ferebatur habenis vt christi membra laniaret in terris
Deniq; hac furia victus ibat/sed preuentus a gratia est. Ibat
spirans minarum et cedis in discipulos domini: ⁊ discipulus
domini factus est: cui ostẽderetur q̃ta eum oporteret pro no
mine ipsius pati. Ibat dirum toto corpore virus exalans:⁊ su
bito in electionis vas mutatus est: vt iam cor illius eructua
Act.ix.
ret verbum bonum:verbum pium et diceret. Domine quid me
vis facere: Hec vtiq;/hec mutatio dextere excelsi. Merito pro
j.Thim.j.
inde loquebatur. Fidelis sermo et omni acceptione dignus:
quoniam dominus iesus venit peccatores saluos facere:quo
rum primus ego sum. Hoc ergo apud beatum paulum fiducie
et consolationis accipite fratres:vt ad dominum iam conuer
sos/non nimis cruciet preteritorum conscientia delictorum:
j.Cor.xv.
sed tantum humiliet vos sicut et ipsum. Ego sum (inquit) mi
nimus apostolorum: qui non sum dignus vocari apostolus q̃
persecutus sum ecclesiam dei. Ita et nos humiliemur sub po
tenti manu dei:et fiduciam habeam⁹: quia ⁊ nos misericordi
am consecuti sumus:abluti sumus:sanctificati sumus. Et hoc
quidem omnibus nobis:quoniam omnes peccauimus et ege
mus hac gloria dei. Uerum apud beatum Petrum aliud ha
beo quod apponam:eo carius quo rarius : et quo singularius
eo sublimius. Nam peccauit Paulus : sed ignorans fecit in
incredulitate sua. Petrus cum cecidit apertos habebat ocu
los.¶ Porro vbi abũdauit delictũ supabũdauit ⁊ grã. Eoruꝫ
siq̃dẽ q̃ peccãt anteq̃ deũ nouerint:ãq̃ miseratiões ei⁹ experti
sint anteq̃ portauerit iugũ suaue eius ⁊ leue ꝓ̃ ulq; deuotiõis grãs
⁊ ꝯsolatiões acceperit spũssancti:eoꝝ iq; copiosa redẽptio est
et tales oẽs nos sum⁹. At eorum qui post conuersionem suam
peccatis et vitijs implicanꝝ/ingrati accepte grẽ ⁊ post missam
manum

manum ad aratrū/ retro respiciunt: tepidi ꝛ carnales facti asse post agnitā viā veritatis/ retroeunt apostate manifesti eorum vtiqꝫ ꝑpaucos inuenias qui post hec redeāt in gradū pristinū sed magis in sordibus positi sordescāt adhuc. Sup quos pro-

Thre. iiij.

pheta deplorat. Quō obscuratum est aurū inquit: mutat⁹ est color optimus: et qui nutriebantur in croceis amplexati sunt stercora: Nec tñ si quis huiusmodi est desperamus de eo tātū vt resurgere velit cito. Quāto eñ diutius permanebit/ tanto euadet difficilius. Beatus vero qui tenebit ꝛ allidet paruulos babylonis ad petrā. Etem si creuerit: vix poterit superari. Filioli hec dico vt nō peccetis: sed ꝛ si quis peccauerit aduocatū habemus apud patrē/ qui potest qđ nos minime possumus: tantū qui cecidit nō adiciat in malū vt profundius cadat/ sed magis vt resurgat: cōfidēs ꝙ nec ei negabit venia: si tñ ex corde confiteatur peccata sua. Si eñ is de quo loquimur petrus post tā graue lapsum ad tantā redijt eminentiā sanctitatis: qs decetero desperet si tātum egredi voluerit a peccatis. Atten

Matth. xxvi.

de quod scriptū est. Egressus foras fleuit amare. In egressu cōfessionē oris: in amore fletu cōpunctionem cordis intellige. Et attende ꝙ tūc primū recordatus est verbi quod dixerat Jesus tunc primū cordi/ fuit verbū quo predicta fuerat ei⁹ infirmitas: cuꝫ euanuit presumpta temeritas. Ue tibi qui post lapsum fortiorem te nobis exhibes. Ut quid tā rigidus es in tuam ipsius perniciem: Inclinare potius vt melius erigaris: ꝛ ne pro hibeas frangi qđ distortuꝫ est: vt possit melius solidari. Quid

Ps. lxvij.

indignaris increpanti gallo: tibi potius indignare. Pluuiam voluntariā ait psalmista segregabit deus hereditati tue: ꝛ infirmata est. Bona infirmitas que segregatur hereditati: q̄ medicum non repellit. Induratos enim tanqꝫ vas figuli in virga

Ibid.

ferrea conteret: ꝛ hereditas infirmata est ait/ tu vo perfecisti eam. Audisti certe quā miam consecuti sunt apostoli nostri: vt iam nemo ex vobis super peccatis preteritis vltra q̄ necesse sit confundatur: in cubili conscientie sue compūct⁹. Quid eñ forte peccasti in seculo. Nunqd amplius paulo? Qđ si et ipse in religione nunquid amplius petro? Attamen illi in toto corde penitentiā agentes: nō modo salutē sed ꝛ sanctitatē cōsecuti sunt: etiā salutis ministeriū ꝛ magisteriū adepti sunt sanctitatis. Et tu ergo fac similiter quoniā ꝓpter te scriptura loquitur viros illos eē mie vtiqꝫ ꝓpter multam misericordiaꝫ quam consequi meruerunt. Potes tamē in hoc verbo etiā illud nō incōuenienter accipere viros mie fuisse apostolos: idest plenos misericordia: seu viros mie: ecclesie vniuerse. Scimus eñ ꝙ viri isti nec sibi vixere: nec sibi mortui sunt sed ei q̄ ꝓ ipsis mortuus est: magis aūt nobis oib⁹ propter illū. Qūtum eñ ꝓderit nobis eoꝝ iusticia q̄n ipa quoqꝫ sicut ostēsum est tātū profuere peccata? Pro nobis facit eoꝝ vita/ eoꝝ doctrina/ etiā ꝛ mors ipsa. Etenim in cōuersione cōtinentiā/ in predicatione sapientiā: in passiōe sua patiētiā: nobis bti apostoli cōtulerūt. Quartum ipsi hodie conferre non cessant misericordia pleni quod est sanctarū fructus orationū. Quis ꝛ in ipsa eoꝝ vita adhuc inuenias quod adnumeres fiduciam scilicet quam nobis mira

A

culorū exhibitione prebuerunt. ¶ Et quis enumeret q̄ multa nobis per eos beneficia ꝓuenerūt? Bene ergo de eis scriptura loquitur: q̄m hi sunt viri mie. Et addidit. Quorum iusticie obliuionem non acceperūt. Uis vt nec tua accipiat obliuionē A triplici caue periculo: et florebit in eternum ante dñm. Le-

Apoc. iij. Ezechie. xviij. Mat. vij.

gis enim. Qr tepidus es: incipiam te euomere ex ore meo. Legis: si auerterit se iustus a iusticia sua ꝛc. oim iusticiarū ei⁹ nō recordabor. Legis: quibusdā dicēdum in iudicio nō noui vos illis sine dubio qui receperunt mercedē suam. Ergo ois iusticia tepida/ omnis transitoria/ ois vendita erit in obliuionē coram deo. Sed non ita apostolorū iusticie quod ex eo satis apparet quod sequitur: Cum semine eoꝝ permanent bona. Manent eñ vsqꝫ hodie in nobis apostolorū vestigia: ꝛ eorum religio: qr ex deo est/ non potest dissolui. Uestes israelitici populi quadraginta annis in deserto perseuerauerūt integre multomagis apostolorum vestes super iumētum saluatoris apposite. Cū semine inquit eorum. Quod est semen: quia secutus ad [illegible] sancta nepotes eorum? Idem profecto et semen sunt: ꝛ nepotes. Meministis credo/ scientib⁹ eñ legem loquor/ meministis inqꝫ legalis mandati: vt suscitet frater super

Ps. cxl. Joh. xx.

stes semen fratri defuncto sine semine. Quis sine semine? Singulariter/ ait/ ego sum donec transeam. Ideoqꝫ resurgens. Uade (inquit) dic fratribus meis. Ne si dicat. Fratres sunt: faciāt quod fratres. Ergo per euangeliū ipsi nos genuerunt/ non tñ sibi: sed christo quia ꝑ euāgelium christi. Hinc est ꝙ moleste tulit paulus quosdā eorum dicēs a quibus geniti fuerant per euā

i. Cor. i.

geliū: indignās aduersus eos qui dicebant: ego suꝫ pauli: ego sum cephe: ego apollo: christi magis omnes ꝛ fieri volens ꝛ dici. Itaqꝫ semen apostolorum sumus per predicationem. Sed ꝑ adoptionē et hereditatē/ semē christi: ꝛ apostoloꝝ nepotes.

¶ De dauid ꝛ golya et qnqꝫ lapidib⁹. Sermo.

B

i. Regum xvij.

Audiuimus ex libro regum golyā virum procere stature: presumentem super multa fortitudine et magnitudine corporis sui: vociferantē aduersus phalāgas israel: ꝛ prouocātem eas ad singulare certamen. Audiuimus etiā a deo suscitatum spiritum pueri iunioris: vt indigne ferret virū spurium et incircūcisum castris israel: ꝛ dei summi exprobrantem agminibus. Spectauimus procedentē adolescētulum in funda ꝛ lapide aduersus mōstruose magnitudinis hominem loricatum et clipeo protectū ac galea: ceterisqꝫ terribilē militaribus armis: si qua in nobis erant viscera pietatis non potuim⁹ non timere sic ineūti conflictū: non congaudere vincenti. Laudauimus magnanimitatem paruuli ꝙ comederet animā ei⁹ zelus domus dei ꝛ opprobria exprobrantium ei a se non duceret aliena: sed tanqꝫ ad propriam moueretur iniuriā ꝛ doleret super contritione ioseph. Mirati sumus tantā in adolescente fiduciam: fiduciā q̄ra nō inueniretur in vniuerso israele. Collatam deniqꝫ celitus victoriā/ ꝛ diuina manifeste patratam virtute: tam leti suscepimus: q̄ solliciti certamen expectauimus: armati fide paruuli et gloriantis propria in virtute gygantis. Iā si spiritalem ꝫm apostoli testimonium legem esse nō ignoramus: ꝛ scriptā esse propter nos: nō solū exterioris superficiei oblectādos aspectu: sed interiorum quoqꝫ sensuū gustu tanqꝫ medulla tritici satiandos: considerandū nobis est quisnā videat iste golyas: qui populo dei iā repromissionis terrā ingresso: iā q̄ multis ex hostib⁹ triūphanti: solus exprobrare ꝑsumit: elatus ꝛ inflatus spiritu carnis sue. Credo enim non incōgrue in

C

superbo homine superbie vicium designari. Ipsum namqꝫ est peccatū maximū: qđ dei populo magis insultat: ꝛ insurgit specialiter aduersus eos qui cetera iam videant vicisse peccata. Hinc est ꝙ prouocat ad singulare certamē: tanqꝫ ceteris iam subactis. Nā ꝛ philistei illo in tēpore timebant omnino aduersus israel inire cōflictū nisi ꝙ de golya enormis magnitudinis viro eorū fiducia tota pendebat. Unde eñ eiusmodi aiam superbia tentet: quam sibi subiugauit inuidia: seu tepiditas ea que solet deo vomitū prouocare: aut pigritia que facit vt boꝰ stercoribus lapidetur. Unde inqꝫ ei superbia: vnde extollētia oculorū: cui a deo cetera vitia dominātur vt iudicari se ab vniuersis tanqꝫ male sibi conscius arbitret? Quis deniqꝫ nisi manu fortis: qui cetera iam sibi potēti virtute vicia subiugauit: aduersus nequissimū superbie vicium dimicatur⁹ accedat? Procedat inquit dauid manu fortis: q̄m nō est vincere tantū hostē nisi in manu forti. Armet ipse contra golyā: qui ꝛ vrsum vicerit ꝛ leonē. Uideat sane vtrū saulis et arma possint ꝓdesse: vtrū secularis sapientia ꝛ philosophicis traditionib⁹: seu etiaꝫ diuinarū superficie scripturarū: quā nimirū occidērē litterā vocat apostolus: videat inqꝫ vtrū his armis debellare supbiam: vtrū hac via humilitatē apꝑhendere possit: vt onerari sese magis q̄ roborari sentiens hmōi arma atqꝫ impedimenta ꝓiciat iactās omnino cogitatū suū in dño: ꝛ de ꝓpria penitus desperans industria: sola fide armat⁹ nō reputet golye proceritatē ne forte magnitudinis eius mole prematur: sed potius psallat spiritu psallat ꝛ mēte. Domin⁹ inquiēs defensor vite mee ꝛc.

ij. Cor. iij. Treñ. iij.

Nam ꝛ petrus dum nec ventorū violentiā nec maris profundū corporisqꝫ pondus consideraret: in verbo domini iactās semet ipm/ nec perire potuit nec timere. At vbi vidit ventum validū venientem timuit: ipsoqꝫ timore protinus mergi cepit. Simile aliquid etiam nunc athlete nostro rex saul suadere tentat. Nō potes (inquiēs) resistere philisteo isti: nec pugnare aduersus

i. reg. xvij.

eum: quoniam puer es: hic autem vir bellator ab adolescentia sua. Ueruntamen non acquiescit ille tale aliquid meditari: sed presumens de virtute eius: cuius auxilio priora certamina iam vicisset: accedit intrepidus. Colligit igit abiectis armis saluis qnqꝫ lapides de torrēte quos nimirum cuꝫ leuia queqꝫ tolleret leuigare torrens potuit: sed non etiam tollere secum. Torrens quippe quē pertrāseat anima nostra seculū ꝑ presens

Eccle. i.

est: scriptura teste. Quoniam generatio aduenit et generatio preterit: tanqꝫ tumens: vnda vndaꝫ impellens. Quia ergo om

Esa. xl.

nis caro fenū: ꝛ omnis gloria eius tanqꝫ flos agri: huiusmodi leuia facile secum trahit torrens inundans: verbum autem dñi nullis fluctib⁹ cedēs: manet in eternū.

D

¶ Arbitror proinde nō incongrue quinqꝫ lapidibus istis/ quinquipertitum verbum intelligi comminationis/ promissionis/ dilectionis/ immitationis/ et orationis. Horum quippe verborum late patens copia in diuinarum reperitur serie scripturarum. Et forte ipsa sunt quinqꝫ verba quorum meminit paulus malēs quinqꝫ verba loqui in sensu q̄ decē milia in lingua. Preterit eñ figura huius

i. Cor. xiiij. i. Joh. ij.

mundi: et iuxta aliud testimonium. Et mūdus transit ꝛ concupiscentia eius. Hec autem verba transeūte mundo non modo

manent versetiã leuigantur magis: dũ pertranseuntibus plu
ribus multiplex est scientia. Jam vero collectos istos lapides
cõtra super bic spiritũ: dimicaturus David i vase memorie sue
reponat: cõsiderãs quãta nobis cõminet deus: quãta pmittat: quãta
nobis exhibeat charitatẽ: et quã multa nobis sanctitatis exem=
pla pponat: quemadmodum denique orationum nobis vbique cõ
mendet instantiã. Hos inquã lapides secũ tollat: quisquis super
bie viciũ debellare festinat: vt quotiens venenatũ audet eri=
gere caput quibuslibet ex his lapidibus manu cogitationis ei
occurrat: percussus in fronte golias dencietur opertus cõfusiõe
In quo sane cõflictu funda quoque necessaria est, longanimita=
tis formã habens quam huic maxime certamini nulla ratione
deesse necesse est. Quotiens ergo vanitatis cogitatio mentem
pulsat si intimo cordis affectu diuinas expauescere ceperis cõ
minationes, seu promissiones eius desiderare, non sustinet go
lyas vtriuslibet lapidis iactũ: sed reprimitur illico tumor eius.
Qd si venerit in mẽtẽ dilectio: illa tã ineffabilis quã tibi deus
maiestatis exhibuit an nõ illico inardescens ad charitatẽ pro
sus abominari incipis et abiicere vanitatẽ? Sic et exempla san
ctorũ si diligenti tibi cõsideratione proponas: erit sine dubio
ad reprimendã elationẽ cogitatio ista perutilis. Jã vero si for
te insurgente subito el[at]ione nihil ex his que diximus appre=
hẽdere querit manus tua: toto feruore: ad eam cõuertere, que
sola restat orationẽ: cõtinuo quẽ eleuatũ videras et exaltatum
sicut cedros libani, subuersus impius iã non erit. Sed queras
fortasse queadmodũ suo ipsius gladio golye possis abscinde=
re caput id enim tanto tibi iocũdius: quãto molestius hostis. Di=
co breuiter quoniam expertis loquor et qui facile capiãt et aduertãt
sine mora: qd in semetipsis crebro sentiunt actitari. Quotiẽs te
prouocãte vanitate ad recordationẽ cõminationis diuine seu
promissionis aut ceterorum que supra diximus cõfundi ceperis et
erubescere: deuictus est quidẽ golyas: sed forsitã adhuc viuit.
Accede itaque propius ne forte resurgat: et stans super eum mu
crone proprio caput eius abscinde: de eaipsa quã te appetit vani
tate pimẽs vanitatẽ. Elata siquidẽ cogitatiõe pulsatus: si ex
eaipsa materiã et occasionẽ sumas humilitatis: quo nimirũ hu
milius deinceps et abiectius tanquã de supbo homine sentias de
teipso: golyã vtique golye gladio peremisti.

E

De euangelica lectione: vbi sustinens dominũ septẽ panibus turba reficitur. Sermo. j.

Mat. xv.

Misereor sup turbã quia iam triduo sustinẽt me: nec habent qd manducent. Euãgeliũ fratres ob hoc scriptum est vt legatur: nec ob aliud legitur quã vt ra=
tionabilẽ cõsolationẽ vel desolationẽ exinde ca
piamus. Est enim secularibus consolatio vana:
de terrenarũ affluentia rerũ vana nihilominus de
earũ penuria desolatio. At euãgeliũ speculũ veritatis nemini
blanditur, nullũ seducit, talẽ in eo se quisque reperiet qualis fue=
rit: vt nec ibi timore trepidet vbi nõ est timor: nec letetur cũ ma=
lefecerit. Sed quid dicit scriptura? Si quis auditor est verbi
et nõ factor: hic cõparatur viro cõsideranti vultũ natiuitatis sue
in speculo. Considerauit enim se et abijt et statim oblitus est qua
lis fuerit. Nos aũt fratres, nõ sic obsecro nõ sic: sed considere
mus nosmetipsos in ea quã audiuimus sacri euãgelij lectione
vt proficiamus ex ea: et corrigamus secundum eã si qua in nobis depre
hendimus corrigenda. Propter hoc enim optat propheta dirigi
vias suas: ad custodiendas iustificationes dñi. Tũc (inquiẽs)
non cõfundar: cũ perspexero in omnibus mãdatis tuis. Et ego qui
dem nõ confundor sed glorior pro vobis fratres mei: quoniam salua
torẽ in deserto secuti estis ad eũ extra castra: sed vereor ne de
forte in triduana expectatione pusillanimis inueniatur: et in egy
ptũ seculi huius nequã vel corde vel etiã et corpore reuertatur
Merito proinde clamat diuina scriptura et dicit. Expecta dñm
viriliter age: et confortetur cor tuũ et sustine dñm. Sed quãdiu ne=
cesse ẽ sustinere? Prorsus donec misereatur tui. Queris quoniam? Mise
reor, inquit, sup turbã: quia iã triduo sustinent me. ¶ Viã enim triũ
dierũ eas necesse est in deserto: si gratũ deo tuo offerre volue=
ris sacrificiũ: et triduo sustineas saluatorẽ: si miraculi panibus
desideras saciari. Prima est dies timoris: dies inquã declarãs
et illuminãs tenebras tuas interiores, scilicet et horrendum ge
hẽne suppliciũ demõstrãs: i que sũt tenebre exteriores: huiusce
modi siquidem cogitatio sicut ipsi nostis: nostre solet exercere
primordia cõuersionis. Secũda est pietatis dies qua respira=
mus in luce miserationũ dei. Tertia dies est rationis: in qua ve
ritas innotescit: vt tãquã ex debito quodam nature sine aliqua
cõtradictione creatori subiecta sit creatura: seruus seruiat re
demptori. Exhinc iubemur iam discũbere vt charitas ordinetur
in nobis: exhinc aperit dñs manũ suã: et implet omne animal
benedictione. Verum quoniam apostolis dicitur: facite homi
nes discũdere: quorum nos (licet ad cõfusionẽ nostram) habetis
vicarios qualescunque: discũbere vos admonemus fratres charis
simi: vt refecti pane benedictionis subsistere possitis in via: ne
forte misera necessitate cõpulsi descendatis et vos in egyptum
et incipiant vobis illudere qui necdũ vobiscum in deserto secu
ti sunt saluatorẽ. Miseri sane et ipsi qui non exiere cum exeun
tibus sed plane miserabiliores omnibus hominibus qui profe
cti quidem cum alijs: sed nõ cũ alijs sunt refecti. Porro si qui fue
re qui discũbẽtibus alijs post dumeta seu diuersoria queuis ab
sconditi latuere: homines eiusmodi ieiunos: vacuosque remans
sisse quis nesciat? Sic et eos nihilominus qui leuitate et curiositate
ducti: circumquaque vagantes minime resederũt: aut qui rese=
derũt quidẽ: sed non in ordine nec in numero ceterorũ. Horta
mur proinde charitatẽ vestrã et pastorali sollicitudine admo
nemus: ne quis ex vobis inueniatur angulos amare: sectari la
tebras querere diuerticula: quoniam qui male agit odit lucẽ: et non
venit ad lucẽ vt nõ arguantur opera eius. Sed nec inueniãtur in
nobis qui circũferãtur omni vento doctrine: instabiles et inde
ti nihil in se soliditatis: nihil grauitatis habẽtes: tãquã puluis
quẽ proiicit ventus a facie terre. Nã de his quid dicã quorum
manus cõtra oẽs: et manus oim cõtra ipsos? Hi sunt qui sepa
rant semetipsos animales: spiritũ nõ habentes: quoniã nemo
in spiritu dei loquẽs dicit anathema iesu. Nequissima plane et
perniciosissima pestis: quoniam vniuersos vnius obstinatio turbat: et
fratribus discordie fomes materia scãdalorum. Denique prophetã
audi qui de vinea dñi loquẽs. Singularis (inquit) ferus depa
stus est eã. Pro huiusmodi rogo et obsecro vos fratres mei fu=
gite simulationẽ omnẽ et angulos proprie voluntatis fugite in
quietudinẽ et spiritũ leuitatis: fugite obstinationẽ et nequissimũ
viciũ singularitatis: nisi forte (qd absit) fraudare vultis aias
vestras panis edulio benedicti. ¶ Jã vero ne lõgius protrahã
vos: septem panes quibus reficiamini isti sunt. Primus panis
verbũ dei in quo vita hominis est sicut et ipse testatur. Secũdus
panis obedientia est: quoniam Meus cibus est, inquit, vt faciã vo=
luntatẽ eius qui misit me. Tertius panis meditatio sancta: de
qua scriptũ est. Cogitatio sancta cõseruabit te. Et quã alio in lo
co nominari videtur panis vite et intellectus. Quartus panis
orantiũ lachryme. Quintus vero, penitentie labor est. Nec mire
ris quod laborem aut lachrymas panem dixerim: nisi forte exci=
dit tibi qd in propheta legisti. Cibabis nos pane lachrymarũ
et item in alio psalmo. Labores (inquit) manuũ tuarũ quia mãduca
bis: beatus es et bene tibi erit. Sextus panis est iocũda vna=
nimitas socialis: panis inquã et diuersis granis cõfectus fermẽ
tatus vtique sapientia dei. Porro septimus panis est eucharistia
quoniam. Panis (inquit) quem ego do caro mea est pro mundi
vita.

G

i. Cor. xij.

ps. lxxix.

Luce. iiij.

Joh. iiij.

Johã. vi.

ps. lxxix.

ps. cxxvij.

Johã. vi.

De septem misericordijs. Sermo. ij. vt supra.

H

Misericordias dñi in eternũ cantabo. Ut quid enim mihi insipiens, nescio que cogitatio de penitentie huius onere murmurat vt aggrauet illud super cer=
uicem meã? Aliud onus sentio: suauius quidẽ: sed
vtique multo maius. Sic enim onerat me miserationi
bus suis deus: sic cõcludit: sic obruit beneficijs suis vt onus aliud
sentire non possim. Quid enim retribuã domino pro omnibus que
retribuit mihi? Tãta tribuit et tãta retribuit: et tu mihi de alio
onere loqueris? Deficit spiritus meus prorsus deficit in tãta
beneficiorum cõsideratione. Et licet dignas nõ sufficiam gra
tias agere: sed ingratitudinem prorsus odit anima mea. ¶ Per
emptoria siquidem res est ingratitudo, hostis gratie: inimica
salutis. Dico ego vobis: quoniam (pro meo sapere) nihil ita di=
splicet deo presertim in filijs gratie: in hominibus conuersio=
nis: queadmodũ ingratitudo. Vias enim obstruit gratie: et vbi
fuerit illa: iam gratia accessum non inuenit: locum non habet.
Hinc mihi fratres tristicia magna: et dolor continuus est cor
di meo: quod nonnullos tam pronos ad leuitatẽ: ad risum: et ad
scurrilia verba tam faciles video: vt pertimescam valde ne for
te plusquã expediat diuine misericordie sint immemores et in=
grati tam multis beneficijs suis: aliquando deserãtur a gratia
quam non vt gratiam venerantur. Nam de eo quid dicam qui
in murmure et impatiẽtia, obstinato perdurat animo: aut quẽ
penitet adhesisse deo: et contra morem et cõtra rationem bonũ
factũ penitẽtia comitatur: qui sine dubio miserationibus dei=
nõmodo non habet gratiã sed cõtumeliã reddit? Omnino enim
quãtum in se est: parum honorat eum a quo vocatus est: quis=
quis ei seruit in tristicia et rancore si tamen seruire ei quis po=
test in ea tristicia que secundum carnem est et mortem operatur. Pu=
tas ergo quia maior illi detur gratia: et non magis etiam qd
videtur habere auferatur ab eo? Nonne enim iure perditum
reputatur quod ingrato donatum est: aut dedisse non penitet
quod perijsse videtur. Oportet proinde gratum esse hominem
et deuotum

Jacob. j.

ps. v.

ps. cxviij.

ps. xxvi.

F

Psalm. lxxxviij.

et deuotū: qui percepta gratie munera nō modo manere sibi desiderat sed multiplicari. Nemo sane est qui nō facile si quesierit inueniat vnde plurimū sit obnoxius deo: qm̄ non est qui se abscondat a calore eius. Sed nos maxime quos segregauit sibi/ꝛ assumpsit ad seruiendum sibi soli: si iuxta apostolum non accepimus spm̄ huiꝰ mūdi sed spiritū qui ex deo est: vt sciamꝰ que a deo donata sunt nobis omnino plurima inueniemus: vnde cōtinuas ei gratias agere debeamus. Quis enim in nobis est qui non confiteri possit: qm̄ mia tua magna est super me? Itaqꝫ de tāta multitudine miserationū dn̄i vobis breuiter aliquas proponere velim: vt qui sapiens est occasione accepta sapiētior fiat. ¶ Septē ergo in me video misericordias domini: quas ꝛ vosipsi credo facile inueniet͛is in vobis. Prima est ꝙ a multis peccatis adhuc in seculo positum custodiuit: pma inqꝫ non inter omnes quas mihi impendit: sed prima inter has septem. Quis eñ nō videat ꝙ sicut in multis cecidi: sic ꝛ in alia poteram cecidisse peccata: nisi omnipotētis pietas conseruasset? Fateor ꝛ fatebor: nisi qꝛ dn̄s adiuuit me: paulominus cecidisset in omne peccatum anima mea. Et hec q̄ta dignatio pietatis: ꝙ ingratum, ꝛ paruipendentam sic gratia conseruabat: ꝙ in multis cōtrarium ꝛ contemnentem: nihilominus ab alijs benignissime protegebat? At secunda miseratio tua super me domine: quonam poterit explicari sermone q̄ benigna q̄ liberalis q̄qꝫ gratuita fuerit? Ego peccabam et tu dissimulabas. Nō cōtinebam a sceleribus: ꝛ tu a verberibꝰ abstinebas. Prolongabam ego multo tempore iniquitatem meam: et tu domine pietatem tuam. Sed quid ꝓdesset expectatio nisi sequeret penitudo? Cumulus esset damnatiōis dicente domino. Hec fecisti ꝛ tacui. Tertia proinde miseratio fuit ꝙ visitauit cor meū et immutauit: vt amara fierent/que male dulcia prius erant: q̄ letabar cum malefacerem: ꝛ exultabam in rebus pessimis: inciperem demum recogitare ei annos meos in amaritudine anime mee. Et nunc dn̄e commouisti terram cordis mei ꝛ conturbasti eam: sana contritiones eius: qꝛ cōmota est. Multi eñ penitētia ducti sunt/sed infructuosa: qm̄ penitentia eoꝝ reproba ta est: sicut ꝛ prior culpa. Itaqꝫ ꝛ hec miseratio quarta fuit: ꝙ penitentē misericorditer suscepisti vt in eoꝝ numero inuenirer de quibꝰ psalmista. Beati/inquit/quoꝝ remisse sunt iniquitates. Sequitur mia quinta: per quā mihi continendi deinceps ꝛ emendatius viuendi prestitisti virtutem: ne recidiuū paterer ꝛ eēt nouissimus error peior priore. Diuino eñ manifeste tue est (dn̄e deus) et non humane virtutis: susceptū semel peccati iugū a ceruicibꝰ excutere: qm̄ ois qui facit pctm̄: seruus est peccati: nec est liberari nisi in manu forti. Iam vero postq̄ in his quinqꝫ miserationibꝰ a malo liberaueris: vt fiat quod scriptū est. Declina a malo ꝛ fac bonū: in duabus alijs bona largiris. He due sunt gratia ꝓmerendi: qua videlicet munus bone conuersationis indulges: ꝛ spes obtinendi qua donas homini indigno ꝛ peccatori de tua totiens expta bonitate: vsqꝫ ad celestia speranda presumere.

Marginalia: Ro.viij. — A — Ps.xlix. — Ps.xxxi. — Ps.xxxvi.

¶ De fragmentis septem misericordiarum. Sermo.iiij. vnde supra.

B

Uidetis q̄d feceri septē vobis hodie misericordias proponendo? Septem vtiqꝫ panes distribui. Nā si affecte sūt mihi lachryme mee panes die ac nocte: q̄to magis diuine miserationes? Multo eñ dulcius iste sapiūt: reficiunt multo melius: amplius qꝫ confirmāt cor hominis. Uerū multa nobis ni fallor ex his panibus hodie cecidere fragmēta. Nam ꝛ egoipse sentiebam interfrangendum multas e manibus euadere micas: atqꝫ inter digitos properantis elabi. Utrum ipsi collegeritis aliqua vos videritis. Ego (si nondum fastiditis) nostra que mihi collegeram sine inuidia cōmunicabo: ne forte incurram maledictionem abscondentis frumenta in populis.

C

¶ Primus itaqꝫ panis si bene memini: cōseruatio gratie fuit: qua me licet indignū: a multis peccatis adhuc in seculo positum custodiuit. Huius ergo tria teneo fragmenta: habentia prorsus magnū delectamentū saporis ꝛ alimoniā vite. Tribꝰ siquidem modis a peccato me memini cōuersatum: occasionis subtratione: resistendi data virtute: affectionis sanitate. Multa eñ in pctā facile cecidissem: si data esset occasio: sed dei miseratiōe/nō me talis oportunitas apprehēdit. In multa quoqꝫ paulominus cecidissem grauiter impulsus violentia tentationis: sed virtutē dedit dn̄s rex virtutū: vt sub me esset appetitꝰ meus: et ei quā sentiebā concupiscētie minime cōsentirē. Sz et a quibusdā tā longe me fecit miseratio tua domine: vt penitus abhominarer ea: et ne vlla q̄dē eoꝝ me tētatio molestaret. Secūdus quoqꝫ panis fuit expectatio: qua tardabat vltionē indulgentiā cogitabat. Et huius ergo panis tria fragmēta accipite: cogitantes longanimitatē quā exhibuit: electionē predestinationis sue quā impleri voluit: ꝛ charitatē nimiam qua nos dilexit. Propter hoc eñ expectās expectauit me dn̄s ꝛ nō intendit mihi: sed oculos suos auertit a peccatis meis: quasi nolens aduertere q̄tum delinquerē. Propter hoc inq̄ dissimulabat vt cōmēdaret patientiā suā: vt impleret electionē suam vt cōfirmaret charitatē suā. De tertio quoqꝫ pane eius scilicet mie qua conuertit nos ad penitētiā: tria non tā fragmenta q̄ frusta vobis appono. Tunc eñ vt bene memini concussit cor meū: excitās illud vt aduerteret suorum vulnera peccatorum: ꝛ vulnerū sentiret dolorē. Etiā terruit deducēs ad portas inferi: ꝛ preparata iniquis supplicia monstrans. Et vt nihil iam noxie remaneret delectationis: meliorē mihi consolationē inspirans spē indulgentie dedit. ¶ In his tribus ego cōuersus sum: credo ꝙ ꝛ vos ipsi. Iā vero quarti panis ipsa est indulgētia obsecro vos diligenter colligite fragmēta ne pereāt. Sūt eñ salubria valde et dulciora super mel et fauū. Sic enim ex toto indulsit: ꝛ tā liberaliter omnē donauit iniuriā/vt iā nō dānet vlciscendo: nec cōfundat improperādo: nec minus diligat imputando. Sūt eñ aliqui sic donātes iniuriā: vt non vlciscātur: sepius tn̄ improperēt. Sunt ꝛ alij qui sileāt licet: manet tn̄ alta mente reposta: ꝛ rancorē tenēt in animo: quarū vtiqꝫ neutra plena indulgētia est. Lōge ab his oibꝰ benignissima est diuinitatis natura: liberaliter agit: ignoscit plenarie: ita vt propter fiduciā peccatorū sed penitētiū, vbi abūdauit delictū: soleat ꝛ gratia supabundare. Testis est paulus gentium doctor: qui plus oibꝰ cū diuina gratia laborauit. Testis est mattheus de theloneo electus in apostolū: cui etiā noui testamēti primū scriptorē esse donatū est. Testis ꝛ petrus cui post trinā negationē totius ecclesie pastoralis cura cōmissa est. Testis deniqꝫ etiā famosissima illa peccatrix: cui in ipso conuersionis initio tanta multitudo dilectionis concessa est: tāta postmodum indulta gratia familiaritatis. Quis accusauit mariam: ꝛ pro se eā oportuit respōdere? Si phariseus murmurat/si martha cōqueritur/si scandalizant apostoli/maria tacet: christus excusat/etiā ꝛ laudat tacentē. Deniqꝫ illud q̄te prerogatiue q̄te excellentie fuit ꝙ resurgentē a mortuis prima videre: tangere prima meruit. Sed iā transeamꝰ ad alia. Bonū est quidē nos hic esse vbi datur fiducia peccatoribꝰ: sed oportet etiā cetera non tacere. Itaqꝫ ꝛ in cōtinentia ipsa q̄ est panis quintꝰ tria nihilominus iuenio vn̄ merito clamare possim. Qꝛ fecit mihi magna qui potens est. ¶ Forte paruū aliquid reputatis cōtinentiam vestrā: sed ego nō ita. Scio eñ quos habeat oppugnatores: ꝛ q̄te illā necesse sit esse virtutis vt possit resistere talibꝰ. Primꝰ siquidē cōtinentie nostre hostis caro est aduersus spm̄ cōcupiscens. Et domesticus hostis/q̄ perniciosa lucta q̄ intestinū bellū? Hostē hūc crudelissimū nec fugere possumꝰ (o aīa mea) nec fugare: circūferre illū necesse est: qm̄ alligatꝰ est nobis: nā quod periculosius est ꝛ miserabilius: hostē nostrū ipi cogimur sustentare: perimere eū nō licet. Uide ergo q̄ sollicite te custodire necesse sit ab ea q̄ dormit in sinu tuo. Uerūtamē nō est hic solus aduersariꝰ/mihi aliū adhuc habeo q̄ circūcinxit ꝛ obsedit me vndiqꝫ. Et si ignoratis: hostis ille est presens seculū nequā. Cōclusit inimicus vias meas: ꝛ per quinqꝫ portas quinqꝫ videlicet corporis sensus: iaculis suis vulnerat me: ꝛ mors intrat per fenestras meas. Sufficere nimis poterant isti duo: sed (heu me) ecce video ventū validum venientē ab aquilone: a quo panditur omne malū. Et nūc quid superest aliud. Domine salua nos: perimus. Ecce enim malleus vniuerse terre. Ecce serpēs callidior cūctis animātibꝰ. Ecce inimicus ille quē nec videre possū: q̄to minꝰ cauere? Neqꝫ ei est colluctatio seruare volētibꝰ continentiā: ꝯtinētiā aūt dico nō a sola luxuria: sed a ceteris quoqꝫ (sicut necesse est) vicijs ꝛ peccatis: nō aduersus carnē et sanguinē tm̄ sed aduersus principes et potestates: aduersus mūdi rectores tenebrarū harū cōtra spiritualia nequitie in celestibus. Et q̄s est qui iacula eorū ignea possit extinguere? Parauerunt sagittas suas in pharetra: vt sagittent in obscuro rectos corde. Sed et narrauerunt vt abscōderent laqueos et dixerunt Quis videbit eos? Nunc quidem aperte et violenter nunc occulte ꝛ fraudulenter: semper autem maliciose ꝛ crudeliter impugnant et persequuntur nos. Et ad hec toleranda ne dicam superanda: quis idoneus? Credo iam vobis aliquatenus innotescit cōtinentie difficultas: vt iuxta apostolū sciatis que a deo donata sunt vobis. Omnino enim in domino facimus hanc virtutē: ꝛ ipse ad nihilū deducit tribulantes nos. Ipse est qui nō modo carnē nostrā cū cōcupiscentijs suis: sed et presens seculum nequā cū curiositatibꝰ suis ꝛ vanitatibus etiā et ipm̄ cū tētationibꝰ suis conterit ꝛ sathanam sub pedibꝰ nostris. Aliquid nō merito dixeram in ueniendū in continētia vn̄ clamarē: qꝛ fecit mihi magna qui potens est? Iā vero sexti panis fragmenta accipite. Est aūt panis iste gratia ꝓmerēdi bona scz eterne vite. Quam gratiā in tribus maxime constare

Marginalia: D — Luce.i. — E — Ps.x.

arbitroꝝ: in odio preteritoꝝ maloꝝ: ⁊ cōtēptu p̄sentiū bonoꝝ: et desiderio futuroꝝ. Septim⁹ quoqꝫ panis est spes obtinēdi: cui⁹ nihilominꝰ teneo fragmenta tria ⁊ eoꝝ sapor dulcis admodū gutturi meo. ¶ Tria inq̄ꝫ sunt q̄ sic roborāt et cōfirmāt cor meū: vt nulla me penuria meritoꝝ: nulla cōsideratio ꝓprie vilitatis: nulla estimatio celestis beatitudinis: ab altitudine spei deijcere possit in ea firmiter radicatum. Desideratis ea an reseruanda sunt propter eum qui dixit. Mel inuenisti comede quod sufficit tibi: Sic completur hodie qđ de seipsa sapiētia ꝓphetauit: ⁊ nūc idipm̄ video: qm̄ qui edūt me adhuc esuriēt. Proinde nō vos ꝓtrahā vltra sed nec vestrā fraudabo esuriē: qm̄ quidē sic paratos video: ac si necdū sumpseritis q̄cq̄. Tria cōsidero in quib⁹ tota spes mea cōsistit: charitatē adoptionis: veritatē ꝓmissionis potestatē redditiōis. Murmuret iam q̄tū voluerit insipiens cogitatio mea dicēs. Quis eīn es tu: aut quāta est illa gloria: qbusve meritis hanc obtinere speras? Et ego fiducialiter respondebo. Scio cui credidi ⁊ cert⁹ sum: quia in charitate nimia adoptauit me: q̄r verax ī ꝓmissione: q̄r potēs in exhibitione. licet eīn ei facere qđ voluerit. Hic est funiculus triplex qui difficile rumpitur: quē nobis a patria nostra in hūc carcerē vsqꝫ demissum firmiter obsecro teneam⁹ vt ipse nos subleuet: ipse nos trahat ⁊ pertrahat vsqꝫ ad cōspectū glorie magni dei: qui est benedictus in secula.

¶ In festo beate marie Magdalene.

Hodie misericordia ⁊ veritas obuiauerūt sibi: ⁊ multitudo miserationū dn̄i in peccatricē feminā refusa est. Filius eīn virginis/peccatricis ⁊ menstruate/manib⁹ attrectat: deumqꝫ atqꝫ dei filium: mulier infrunita cōtingit. Tangit pedes mundi/atqꝫ mūdātis/imunda: et vestigijs creatoris mulier criminosa procumbit. Transit in affectū cordis p̄uaricatrix: ⁊ redit ad cor: ⁊ magnitudinē scelerum: lachrymarū multitudo cōdēnat. Dissimulat pietas tāgētis officiū ⁊ obsequioꝝ instantiā/remuneratori⁹ ille maiestatis oculus felici dedignatione non inspicit. Osculat̄ maria pedes xp̄i freq̄ntib⁹ osculis: ⁊ ocul̄ inūdātib⁹ vestigia redemptoris īfundit: tergit crinib⁹: odoriferis illinit: ⁊ irrorat vnguētis. Videt ⁊ inuidet singularitat̄ amator ⁊ vtrūqꝫ redarguit pharisei iactātia: illū ignorantie: p̄sūptiōis istā. Sꝫ deliberās ꝓuidētia suspēdit iudiciū duꝫ affectat obsequiū: et inuectiuā retinet p̄paratam: donec marie sacrificiū ī holocaustū ꝯtrāscat. Gaudēt angeli sup peccatrice penitētiā agēte: ⁊ odoris fragrātia celestis ille cōuentus aspergit̄: saluantemqꝫ ⁊ saluandā tota misericordie dulcedo ꝯtingit. Ubi abundauit delictū: supabūdauit et gratia: et numerositatē criminū preponderans pietas intercludit. O magna multitudo dulcedinis tue dn̄e in peccatricis confessione: q̄ꝫ iusta reprehensio in pharisei supbia ⁊ abusiōe. Enumeratur obsequētis obsequiū ⁊ per obliquū tāgit̄ indignantis iniquitas: tota litterali coherentia sermonis inuidiam impugnante. Et quia vbi spirit⁹ domini ibi libertas: dimittuntur illi peccata multa que multum diligit: immittunt̄ illi qui multū negligit: Nō erat satiatus ab vberibus sponse: nec induerat cōpassionis affectū: legem relegēs que misericordiā nescit/nouit iusticiā. Lex dura duris: et lapideis promulgata parata percutere: nesciēs misereri. Lex excludēs penitētie locū: veniā negās: emendationis ignara. Lex vinū durū ⁊ acidū/ de botris amarissimis eliquatū/consecratū feritati/ dirivatū israeli/saluatori propinatum. Uinum de quo dētes bibentiuꝫ obstupescunt nō de genimine vitis illius quod saluator bibit nouum in regno patris sui. Uere meliora sunt vbera sponse vino isto. Que nā ais sunt ista: Procedat in mediū paulus apl's: ⁊ vbera felici lacte manātia nobis assignet. Gaudere inquit cū gaudētib⁹: flere cū flentib⁹. O q̄ꝫ breui sermociunculo totius religionis depinxit insigne: q̄ꝫ elegāti clausula ꝓposuit pietatē: equitatē statuit: submouit inuidiā. Istis vberibus mater ecclesia lactat proficientes: nutrit perfectos. Gaudere inquit cum gaudentibus. Fatiscat hinc secularis plausus insania et leticia mundialis abscedat: quia non est gaudere impijs dicit dominus. Nunquid illorum os gaudio repleri estimas: q̄ letantur cum malefecerint: et exultant in rebus pessimis: Sed nec illi qui laudibus adulatorꝫ rapiuntur: diuine iubilatiōis agnouere leticiam. Nunquid qui vestiunt̄ purpura et bisso: ⁊ epulantur quotidie splēdide/gaudiū et leticiā obtinebūt: Absit vt in terra suauiter viuētiū gaudiorū inueniat̄ materia: cū tātis alternatiōib⁹/ tota mūdi facies immutet̄: vt eleuās allidat̄ ⁊ respiret allisus. Sed est gaudiuꝫ cōtinua sibi iocunditate firmissimū: qđ ꝑfectus anim⁹ de secura sibi cōsciētia pollicetur. Mēs eīn ab hui⁹ mūdi aspgine pure/ peccꝭqꝫ detersa: ⁊ in diuine cōtēplationis acumē totū desiderij sui figēs gaudēs affectū: gaudet ī dn̄o: ⁊ exultet aīa sua in deo salutari suo. Talis aīa minas aspernat̄: nescit timorem: ⁊ spē falsaꝫ eludit: ⁊ omniū scādaloꝝ immunis: in pace in idipm̄ dormiēs requiescit. Pax multa diligētib⁹ legē tuā. ait iust⁹: et nō est illis scandalū. Nouerat eīn: q̄r lictores non persequūtur martyres sed coronāt. Cū hmōi gaudētibus gaudet apl's: et vt abundantius gaudeant tota securitate ꝓmittit. Hoc gaudiū certū ⁊ plenū est: tantoqꝫ certius idem: q̄nto vicinius circa idētitatē imprimitur. Hec est māmilla ꝯgratulationis: de qua lac exhortatiōis effunditur quo nutriūtur ꝑfecti: vt cū auulsi fuerit a lacte isto epulentur ab introitu glorie dei. Secūda est flere cū flentibus. Nunq̄d apl's p̄cepit flere rex amissionē: itermissionē voluptatū: filioꝝ: mortes morborū instantiā: grauitatem inopie: potentiā fortioꝝ: Absit. Plorādi eīn sunt q̄ taliter plorant. Religiosa eīn tristicia: aut alienū luget peccatū: aut propriū. Beati quoꝝ luctus in hac intentione versatur: q̄r consolatoriā possunt in hac expectare dulcedinem. O q̄ꝫ leni ⁊ dulcissimo spū imbutus est spūs illius: q̄ nouit in spiritu lenitatis peccātem instruere: suspēdere vindictam: ⁊ affectuosis visceribus inuiscerare sibi peccatorē donec vite reddat̄. De hac compassionis māmilla lac cōsolationis effunditur: ⁊ hoc lacte pascit apl's illos qui solido cibo vesci non p̄nt. Amator innocentie: pacis amicus patientie cibus: patientibus cōpatiēs et cōgaudēs gaudentib⁹ perfectionis metā cursu cōsummato contingit. Hec sunt vbera lacteis irrorata liquorib⁹: meliora vino: lacte dulciora: mirꝫ sonantia: redolentia pietatē. Fragrantia inquit vnguētis optimis. Digna prorsus vbera de q̄bus eliquatur vnguentorū infinitas: odorata diffusione: ciuitatem dei viuentis circūquaqꝫ respergēs. Hec sunt vnguenta que regina saba attulit in hierusalem: de quibus dicit scriptura. Nō sunt allata vltra aromata taꝫ multa: q̄ꝫ ea q̄ dedit regina saba Salomoni. Et excellēter apposuit optima spiritus ille subtilis qui totā sibi libri huius rapit positionē. Est eīn vnguentuꝫ bonum quod maria pedibus saluatoris infudit: est ⁊ melius qđ eadē si nō eadē super caput recumbētis effudit: est ⁊ optimū qđ ⁊ ipsa p̄parauit toti corpori xp̄i. Primū vnguentū contritionis est: de recordatione peccatoꝝ: de spū cōtrito et cō tribulato descendens. Hoc infunduntur pedes illius q̄ ambulat super pennas ventorum: hic adorat maria ī loco vbi steterunt pedes eius. Steterunt inq̄: quia validissima amoris manu pedē vtrūqꝫ retinuit: donec vtrunqꝫ perungeret: ⁊ audiret criminū remissionē: ⁊ dimissionem in pace. Remittuntur inquit tibi peccata: ⁊ vade ī pace. Magnam prorsus miseriam: magna misericordia diluit et abstergit: et hoc quidem festinanter: quia sine vllo interuallo cōiungūtur: ⁊ lachryme peccatricis: ⁊ m̄ia saluatoris. Remittit̄ pctā ⁊ ī pace dimittit̄ vt et de p̄terito sit sollicita: et secura de futuro. Pedes isti sunt m̄ia et iudiciū: quorum alterū sine altero osculari vel temeraria securitas est: vel desperatio fugienda. Qui eīn dei misericordiā indesinenter attendens non statim tepidioris vite quietē exoptet: Cū eīn recogitat vniuersitat̄ dominū formā serui ꝓ seruis suscipere: triginta et tribus annis operari salutem nostram in medio terre huius: capi ligari/ lancearí/ crucifigi/ ⁊ hoc totū pati pro filijs hominū: statim deceptoria spe sibi blanditur ⁊ alludit: gaudet obseruari in misericordia ⁊ miseratiōibus iudiciū nescit: ignorat iusticiam: ⁊ puniēda estimat non puniri. Fallit̄ qui sic osculatur misericordie pedem: vt pedem iudicij non attendat: qui totum de misericordie pede presumit: hoc solum ad salutē sufficere credens: q̄r credit. Rursus cum abducit os: ⁊ iudicij pedem crebrioribus osculis itertangit: subcutitur carnis animeqꝫ substātia: et vtriusqꝫ hominis statum vehementior horror percellit: Horrendum enim est incidere in manus dei viuentis offendere creatorem: nescire dominum: recalcitrare dominantis imperio: qui habet potestatem corpus et animam ponere in gehennā. Terribilis certe sicut ait apostolus quedam expectatio iudicij: quando ignis in conspectu eius exardescet: et virtutes celorum mouebuntur: et vacillantibus conscientijs latitudinem mundi validissimus ignis aduret. Nihil prorsus terribilius q̄ꝫ videre latronis officinam plenam sanguine: cumulatam opprobrijs: tormentis vndantem. Quis hec diutius cogitans non statim cōtremiscat: et in desperationis rotetur abyssum: Non est igitur huic pedi morosius incumbendum: ne pietatis intuitum ferocia iudicantis excludat. Utrunqꝫ igitur inungat pedem: anime penitentis affectus: ⁊ nunc misericordiam amplectens: nunc iudicium deosculans: contribulati spiritus offerat holocaustum. Uide mariam iudicij pedem fortiter attendentem: dum nobilis et lasciua mulier conuiuantiuꝫ faciem non attendit: sed extenso corpore prouoluitur pedibus maiestatis: doloris plena: timoris impatiens: compunctionis iaculo vulnerata. Sed et misericordie pedem labris impressioribus osculatur: in cuius spe firmiter inh[illegible] vestigijs redemptoris: donec audiat remittūtur tibi pecca[illegible]. Sane preciosum vnguentū: quo non soluꝫ terrena domus/sed etiam celestis

f

pō.cxviij.

i.Cor.iij.

Canti.j.

Rom.xij.

prouer.ij.

Canti.j.

iij.reg.x.

Luce.vij.

Hebre.x.

Ibidem

celestis aspergitur. Uilissime aūt sunt species de quibus cōfi-
citur: ⁊ magna earū copia intra nostros hortulos poterit inue
niri. Peccata igit̄ nostra plantata in cōscientijs nostris: quorū
numerositas pre multitudine numerari nō potest: species eius
sunt. Ipa igitur in mortariolo penitētie macerationis pistillo
contusa: ⁊ respersa discretionis oleo: doloris igne supposito: ⁊
in eneo discipline cocta: vnguentū exhibēt preciosum ⁊ acce-
ptum pedib⁹ saluatoris. Cōpendiose aūt istud confecimus sa
pienti rerū occasionē penitus relinquētes. Et licet materia vi
deatur indignior: interim tñ bonū est vnguentū istud: qđ do-
mū replet: penetrat celos: angelos letificat: ⁊ beate ciuitati le
ticiā refundit ⁊ gaudium. Hoc est sacrificium iusticie: quia sa-
crificiū deo spiritus contribulatus. Secundū vnguentum est
deuotionis: de recordatiōe beneficiorū dei. Prorsus dignissi-
ma huius vnguenti cōpositio: ⁊ in istius comparatione prioris
est conspersio vilipendēda. Eius enim species de celesti para
diso allate sunt: et in terra filiorū hominū nequeunt inueniri.

Ps. l.

Uirtutes eñ diuinitus collate: ⁊ in mortariolo pectoris pistil
lo diligentissime meditationis contrite: ⁊ exultationis oleo su
perfuse: suffuso igne iusticie ⁊ humilitatis eneo decocte: faciūt
vnguentū ⁊ odore ⁊ virtute mirabile: quod solum super caput
dñi recūbentis possit effundi: ⁊ exhiberi reuerētie maiestatis.
Sed ⁊ hoc recolligim⁹ breuiter: illis qui multa de paucis ex-
cipere cognouerunt/verborum multitudinem reseruātes. No
tanda tamen vtriusꝗ differentia: ⁊ secundi sublimitas atten-
denda: quoniā illud est sacrificiū deo spiritus cōtribulatus: ⁊
istud sacrificiuz laudis quod honorificat deum. Pedes igitur
vngimus saluatoris: cū de peccatis cōpungimur: vngimus ca
put: cū de collatis virtutibus/virtutū largitori gratias cumu
lamus. Intersticij tñ morositas inter pedes esse debet ⁊ caput
q₂ profecto difficillim⁹ ⁊ presumptuosus saltus est: a vestigijs
ad verticē dñi transuolare. Neꝗ eñ eadem que vnxit pedes: ⁊
vnxit ⁊ caput cū illa meretrix nihil horū fecisse legat̄: s̄m illud

Prover. xij.

Uerte impios ⁊ non erunt: Unxit ergo Maria sanctum dñi ver
ticē: profecto iā electa: iam familiaris effecta: longeꝗ a pecca
tricis illius obuoluta vestigijs: quā infelix ille septenarius cō
fundebat. Porro si duo p̄missa vnguēta tante dignitatis sunt
vt alterū pedibus: alterū complaceat capiti dominantis: illud
tertiū qđ optimū est ⁊ superexcellēs vbinā inuenire poterim⁹
Sed absit vt spōsa veritatis a veritate dissentiat: ⁊ tale aliqđ
habere se iactitet quod habere non possit. Est ergo tertiū vn-
guentū pietatis: quod est sup oīa aromata morbis omnibus ⁊
periculis salutare: quodꝗ nulli vnꝗ pesti inueniat̄ inefficax.

Mat. xvj.

De ipo nāꝗ sic legit̄. Maria magdalene/et maria iacobi/⁊ sa
lome/emerunt aromata: vt venientes vngerent iesum. Uides ne
in prima fronte capituli ꝓpositū: q̄ non vna vel due/sed tres
vix sufficiunt ad emendū tante compositionis vnguentū. In-
telligis q₂ nō pedes aut caput: sed totum crucifixi corpus sibi
vendicat ista confectio. Cōfectio sine dubio preciosa: que toti
sufficiat corpori creatoris. Et attende q₂ vnguentū pedib⁹ in
fusum adeo dignātissima lenitate suscepit: vt phariseum mur-
murantē parabolica ꝓlixitate conuinceret ⁊ retorto suggilla-
ret exēplo. Sed ⁊ de refuso super caput eius vnguēto discipu-
los indignātes coarguit: bonū mulieris opus esse protestans:
et tumidā eorū animositatē verbis cōpescuit moderatis. Hoc
vero tam salubre/tanꝗ mirificū/in mortuo suo corpore noluit
expendi: quod viuo vtiꝗ reseruabat. Duo eñ corpora habet
christus: vnū quod suscepit ex virgine: alterū ecclesie quod ca
rius habet benignitas redimentis. Deniꝗ illud pro isto mor-
ti exposuit ⁊ tormentis: addict⁹ cruci iunctus sceleratis: mor-
te turpissima cōdēnatus. Poterim⁹ ne tam salubrem conficere
confectionem? Uniuerse miseri miserie/tam aīarū ꝗ corporū/
oculo pietatis inspecte: species ei⁹ sunt. Ipse igitur in morta-
riolo largitatis: dulcedinis pistillo confracte: ⁊ delinite chari
tatis oleo: succenso compassionis igne: ⁊ in eneo perseuerātie
despumate: vnguentū faciunt ipsis etiā angelis admirandum.
Sunt viri diuitiarū in domo dñi virtutū: inuestigem⁹ an apud
eos hmōi habeātur vnguenta. Primus occurrit mihi Paulus

ij. Cor. xj.

(sicut vbiꝗ solet) totus presenti delibut⁹ vnguento. Quis in-
firmatur inquit et ego non infirmor? Felix aīa facta sibi tanꝗ
vas perditū: vt olim miserias in sua ꝯtinētia colligaret. Totū
se toti corpi xp̄i donauerat: oīb⁹ oīa factus vt oēs lucrifaceret
Sz ⁊ ille simplex ⁊ rect⁹ ⁊ timēs deū: vide quō nō hoiem imo

Job. xxix

ꝓ̄o hoiez: ⁊ qđ veri⁹ est sup hoiez ambulabat. Oculus inq̄t fui
ceco ⁊ pes claudo: pater erā pauperꝝ ⁊c. Qui sic eū hoc vnguē
to perunxerat: vt de mīe thalamo largius irrorat⁹ exiret. Sa-

j. Reg. xv

muelē recolo qui nō semel/sed oīb⁹ dieb⁹ vite sue lugebat su-
per saul: cū sciret illū lōgius ab oculis diuinitatis elongatū.
Nō cessabat tñ cōpassio que cōdolentis animū irrepserat: fun

ij. reg. xiij.

dens lacrimas ⁊ si nō profuturas: puras tñ. Dauid parricidā
filium continua deploratione plorabat: plorans in eo nō carnis

necessitudinē: sed fidei destructionē. Cerne quō ioseph totus

Gen. xlv.

hoc melle illitus erat. Ueniunt fratres non iam ante fratrem:
sed ante dñm assistentes: conscij proditionis/homicidij rei/fra
tricidij successores. Uidet eos ioseph: ⁊ omniū iniuriarū imme
mor: dulcissimis fletibus inundat̄: ⁊ pietatis adeps qui intus
latitat: foras per oculos emanat. Fugit odium: ne scit irā: tem
pus iracundie nō reseruat: reddens bonū ꝓ malo/ꝓ crudeli-
tate dulcedinem. Pene quin oblitus sim moysen adeo sacri li-
quoris hui⁹ rore perfusum: vt totus ex eo superfundat̄ et pro-
fluat. Peccat israel: et moyses peccantem reconciliare nititur

Exo. xxxij.

creatori: sed dissimulat domin⁹ exaudire rogantē. Promittit
plurima moysi creator omniū: ⁊ feriendi licentiā querit a moy
se/qui moysen fecit. Dimitte me inquit vt irascatur furor me⁹
contra eos: ⁊ faciā te in gentē magnā. Respondit moyses. Si
dimittis dimitte. Alioquin dele me de libro quē scripsisti. Ob
stupescenda profecto dulcedo. Et principatum respuit gentis
aliene: ⁊ de libro viuētiū deleri desiderat nisi peccantibus di-
mittatur offensa. Hec sunt vnguenta propiciationis et miseri
cordie que a sponse vberib⁹ eliquātur: infirmitates omnes fu
gantia/profligantia passiones. Felix maria vnxit pedes iesu:
felicior eadem vnxit caput auctoris: felicissima que rorem vn-
guentarium toti corpori christi preparauit. Cōsidera ꝗ vehe-
mētissimo dilectionis affectu: beata hec mulier diligebat chri
stum regem. Dñe inquit si sustulisti eum/dicito mihi: ⁊ ego eū

Joh. xx.

tollam. Quem cum maria? Cum de nullo feceris mentionem:
ad quem relationem facias? Putasne q̄ in omnibus cordibus
versetur ita memoria dilecti tui: sicut et in consistorio cordis
tui? Et ego inquit eū tollā. Mira res. Hominē perfecte etatis
viri cui⁹ corpori vix centū libre sufficiūt vnguētorꝝ: tenerrima
mulier portabis ⁊ tolles. Ardens et affecta locutio que de pu
ritatis amore refusa/ꝓmittit qđ implere non potest. Nihil eñ
amanti difficile esse videtur. Quis desperare debeat: tātā pec
catrice non solum veniam: sed ⁊ gloriam consequente? Ipsa
hodie intercedat ꝓ peccatis nostris: et placatū nobis reddat
iudicem nostrū amicū suuz: qui est super oīa benedictus deus
in secula. Amen.

¶ In assumptione beate marie. Sermo. j.

Virgo hodie gloriosa celos ascendēs: supernorū
gaudia ciuiū: copiosis sine dubio cumulauit au-
gmētis. Hec est enim cuius salutationis vox ⁊ ip
sos exultare facit in gaudio: q̄s materna adhuc
viscera claudūt. ¶ Qđ si paruuli necdū nati aīa

A

liquefacta est vt maria locuta est: quid putamus
quenam illa fuerit celestium exultatio: cum et vocē audire/et
videre faciē/⁊ beata eius frui presentia meruerunt. Nobis ve-
ro charissimi: que in eius assumptione solēnitatis occasio: que
causa leticie: que materia gaudiorum: Marie presentia totus
illustratur orbis adeo vt et ipsa iam celestis patria clarius ru
tilet virginee lāpadis irradiata fulgore. Merito ꝓinde resonat
in excelsis gratiarum actio et vox laudis: sed plangenduz no-
bis ꝗ plaudendum esse videtur. Quantum enim de eius p̄sen
tia celū exultat: nunquid nō ꝯsequēs est vt tātū lugeat hic no-
ster inferior mūdus ei⁹ absentiā? Cesset tñ querela nostra: q₂
nec nobis hic est manēs ciuitas: sed eam inquirimus ad quā
hodie maria benedicta peruenit. In quā si cōscripti ciues su-
mus: dignū ꝓfecto est etiā in exilio: etiā sup flumina babylōis
ei⁹ nos recordari: ei⁹ cōmunicare gaudijs ei⁹ participare leti
ciā: maximeꝗ eā que tā copioso īpetu letificat hodie ciuitatē
dei: vt sentiam⁹ ⁊ ipsi stillicidia stillātia super terrā. Precessit
nos regina nr̄a/p̄cessit/⁊ tā gloriose suscepta ē vt fiducialiter
sequant̄ dñam seruuli clamātes: trahe nos post te: in odore vn
guentorꝝ tuorꝝ curremus. Aduocatā p̄misit peregrinatio nostra
que tāꝗ iudicis mater: ⁊ mater mīe suppliciter ⁊ efficaciter sa
lutis nr̄e negocia ꝑtractabit. Preciosuz hodie mun⁹ terra nr̄a
direxit in celū: vt dādo et accipiendo felici amicitiarū federe
copulētur hūana diuinis: terrena celestib⁹: ima summis. Illo
eñ ascēdit fruct⁹ terre sublimis: vñ data optima et dona per-
fecta descendūt. Ascēdēs ergo in altū virgo beata dabit ipsa
quoꝗ dona hoib⁹. Quidni daret? Siquidem nec facultas ei
deesse poterit nec volūtas. Regina celorꝝ est: misericors est. De
niꝗ mater est vnigeniti filij dei. Nihil eñ sic pōt potestatis ei⁹
seu pietatis magnitudinē cōmendare: nisi forte aut nō credit̄
dei filius honorare matrē: aut dubitare q̄s pōt omnino in affe-
ctū charitatis transisse marie viscera: in qb⁹ ipsaꝗ ex deo est
charitas nouē mēsib⁹ corporaliter requieuit. Et hec quidē pro-
pter nos dixerim fratres: sciens difficile esse vt in tāta inopia
charitas illa perfecta non querens q̄ sua sunt valeat inueniri.
Ut tamen interim sileā beneficia q̄ pro illius glorificatione cō
seqmur: si eā diligim⁹: gaudebim⁹ vtiꝗ q₂ vadit ad filiū. Pla
ne inꝗ ꝯgratulabimur ei nisi forte (quod absit) inuentiri gr̄e

omnimodis inueniamur ingrati. Quē enī in castellum mundi huius intrantem prius ipsa susceperat ab eo suscipitur hodie sanctam ingrediens ciuitatē. Sed cū quāto putas honore: cum quāta putas exultatione: cū quāta gloria? Nec in terris locus dignior vteri virginalis templo in quo filiū dei maria suscepit: nec in celis regali solio: in quo mariam hodie marie filius sublimauit. Felix nimirū vtraqꝫ susceptio: ineffabilis vtraqꝫ: quia vtraqꝫ inexcogitabilis est. Ut quid enim ea hodie in ecclesijs christi euangelica lectio recitatur: in qua mulier benedicta in mulieribꝰ excepisse intelligit saluatorem? Credo vt hec quam celebramus ex illa susceptiōe aliquatenus estimetur: immo vt iuxta illius inestimabilem gloriam inestimabilis cognoscatur et ista.

B

¶ Quis enim etiam si linguis hominum angelorūqꝫ loquatur explicare queat quēadmodū superueniente spiritu: obumbrante virtute altissimi caro factum sit verbum dei p quod facta sunt omnia: ⁊ dominꝰ maiestatis quem non capit vniuersitas creature: intra virginea sese clauserit viscera factus homo. Sed ⁊ illud quis cogitare sufficiat quā gloriosa hodie mundi regina processerit: ⁊ quāto deuotionis affectu tota in eius occursum celestium legionū prodierit multitudo: quibus ad thronum glorie canticis sit deducta/ quā placido vultu/ quā serena facie: quā diuinis amplexibus suscepta a filio: ⁊ super omnē exaltata creaturā: cū eo honore/ quo tanta mater digna fuit: cum ea gloria que tantū decuit filiū. Felicia prorsus oscula labijs impressa lactētis: cui virgineo mater applaudebat in gremio. Uerum nūquid non feliciora censebimus que ab ore sedentis in dextera patris hodie in beata salutatione suscepit/ cū ascēderet ad thronum glorie epithalamiū canens et dicēs. Osculetur me osculo oris sui?

C

¶ Christi generationē ⁊ marie assumptionem quis enarrabit? Quantū enim gratie in terris adepta est pre ceteris: tantum ⁊ in celis obtinet glorie singularis. Quod si oculus non vidit: nec auris audiuit: nec in cor hominis ascendit que preparauit deus diligentibꝰ se: quod preparauit gignēti se: et quod oibꝰ est certū diligēti pre oībus: quis loquatur. Felix plane maria et multipliciter felix siue cū excipit saluatorē siue cū a saluatore suscipit. vtrobiqꝫ mira dignitas virginis matris: vtrobiqꝫ amplectanda dignatio maiestatis. Intrauit inquit iesus in quoddam castellum: et mulier quedā excepit illū in domū suam. Sed laudibꝰ magis vacandum est quod festiuis preconijs hec dies debeatur. Quia vero copiosam nobis materiā lectionis huiꝰ verba ministrant: cras quoqꝫ conuenientibus nobis in vnū cōmunicandū erit sine inuidia quod fuerit desup datū: vt in memoria tante virginis nō modo affectus deuotionis excitetur: sed ⁊ mores edificentur ad prouectum conuersationis: in laudē ⁊ gloriā filij eius dn̄i nostri qui est super omnia deus benedictus in secula.

Luce.x.

D

¶ Item in eadem solēnitate De euangelica lectione Sermo secundus.

Luce.x.

Intrauit iesus in quoddā castellū. Oportune satis hoc mihi in loco prophetica exclamatio assumenda videtur. O israel quā magna est domus dn̄i: ⁊ ingēs locus possessionis eius? An nō ingens cuius cōparatione castellū dicitur: terre huius spaciosissima latitudo? An non ingēs patria ⁊ regio inestimabilis quando ab ea saluator adueniēs cū ingrederetur orbē terre introiret castellū? Nisi forte castellum quis aliud intelligendum putet: quā atriū fortis armati: principis mūdi huius: cuius vasa diripere fortior superuenit. Festinemꝰ in illā ingredi beatitudinis amplitudinē fratres: vbi nemo aliū coangustat: vbi possimus cum omnibus cōprehēdere sanctis que[illegible] sit longitudo ⁊ latitudo: sublimitas ⁊ profundū. Neqꝫ id despe[illegible]emus: quādoquidē ipse celestis habitator patrie etiā ⁊ creator: nostri huius castelluli angustias non refugit.

E

¶ Sed quid introisse eū dicimꝰ in castellū? Etiā in angustissimū virginalis vteri diuersoriū introiuit. Deniqꝫ ⁊ mulier quedā excepit illū in domum suā. Felix mulier q̄ tā non exploratores hierico: sed potius fortissimū illum exploratorē stulti illius qui vere vt luna mutatur nō legatos iesu filij naue/ sed ipsum magis suscipere meruit verū iesum filiū dei. Felix inquā mulier: cuius domus saluatore suscepto inuenta est/ mūda quidē: sed plane non vacua. Quis enim vacuā dixerit: quā salutat angelus gratia plenā? Neqꝫ hoc solū: sed adhuc quoqꝫ in eam superuenturū asserit spiritum sanctū. Ad quid putas: nisi vt etiā supimpleat eā? Ad quid nisi vt aduenientē iam spū plena sibi eodem superueniēte/ nobis quoqꝫ superplena ⁊ superfluens fiat? Utinā fluant in nos aromata illa/ carismata scilicet gratiarum: vt de plenitudine tanta omnes accipiamꝰ. Ipsa nēpe mediatrix nostra/ ipsa est per quā suscepimus miam tuam deus: ipsa per quam ⁊ nos dn̄m iesum in domos nostras excipimus. Et nobis enī singulis/ castra sunt singula ⁊ singule domus: ⁊ sapientia pulsat ad ostia singulorum.

Si quis ei apperuerit: introibit cenabitqꝫ cū eo.

5

Est vulgare prouerbiū: quod multorū in ore: magis aūt in corde versatur. Bonum inquiūt seruat: castellū qui custodiere corpus suum. Sapiens tn̄ non sic/ sed magis inquit: omni custodia serua cor tuū quia ex ipso vita procedit. Esto tamen cedendum sit multitudini: bonū castrū custodit qui custodierit corpus suū. Illud sane querendum: quenā huic sit adhibēda custodia castro. Recte ne custodisse tibi videt anima illa corporis sui castrum: cuius membra velut coniuratione facta: inimico eius dominium tradidere? Sūt enim qui cum morte fedus inierunt: pactū pepigerunt cū inferno. Incrassatus est inquit dilectus ⁊ recalcitrauit incrassatus: impinguatus dilatatꝰ. Hec plane custodia que laudat a peccatoribꝰ in desiderijs carnis sue. Quid vobis videtur fratres? Num et in hac parte cedendum est multitudini? Absit.

Deu.xxxij.

Paulum magis interrogemus: vt pote ducem strenuum militie spiritualis.

6

¶ Dic nobis apostole que sit tui custodia castri? Ego ait sic curro non quasi incertum: sic pugno nō quasi aerem verberans. Castigo corpus meum et in seruitutē redigo: ne forte cum alijs predicauero ipse reprobus efficiar. Et alio in loco. Non regnet inquit peccatum in vestro mortali corpore ad obediendū cōcupiscentijs eius. Utilis profecto custodia: ⁊ felix aīa que sic custodierit corpus suum: vt nunquā sibi vendicet illud inimicus. Fuit enim aliquando cum hoc meum castrū tyrānidi sue impius ille subiecerat sibi potestatiue mēbris imperans vniuersis. Quantū eo nocuerit tēpore: presens adhuc indicat desolatio et egestas. Heu nec cōtinētie murum in eo: nec patientie antemurale reliquit. Exterminauit vineas messuit segetes: arbores extirpauit: quippe etiam oculus iste meus depredabatur animam meā. Deniqꝫ nisi quia dominus adiuuit me: paulominꝰ habitasset in inferno aīa mea.

1. Cor.ix.

Roma.vi.

¶ Dico aūt infernū inferiorē: vbi nulla confessio: vnde nemini datur exire. Ceterū etiam tunc nec carcer illi deerat nec infernus. Ab ipso nēpe coniurationis ⁊ perditionis pessime deprehensa principio: non alibi quā in domo propria: carcerali est mancipata custodie: nec alijs quā sue illius familie data tortoribꝰ. Erat enim illi conscientia carcer: erant tortores rō et memoria: atqꝫ hi quidem crudeles austeri ⁊ imisericordes: sed longe minus rugientibus illis [illegible]paratis ad escā quibus erat hamiamqꝫ tradēda. Sed benedictus deus qui non dedit me in captionem dentibus eorū. Benedictus inquā dominus qui visitauit et fecit redēptionē. Cum enī inferioi eam carceri tradere malignus ⁊ tortoribus accelerarret: sed et castrū ipsum ignibꝰ cremare perpetuis: vt digna periuris fieret retributio mēbris: fortior superuenit. Intrauit in castellum iesus qui fortē alligans eius vasa diripuit: vt que prius erāt in cōtumeliam: faceret in honorem. Contriuit portas ereas ⁊ cōfregit ferreos vectes: vinctum de domo carceris ⁊ vmbra mortis educēs: porro egressus eius in cōfessione. Ipsa est enim scopa qua mūdatus carcer ⁊ ornatus deinceps regularium institutionū fucis quibusdā pulchre virentibus de carcere redit in domum. Habet ergo mulier iam domū suā: habet vbi suscipiat eū: cui super tātis beneficijs extat obnoxia. Alioquin ve ei si eum excipere renuit: si non detinet: si non cogit manere secū: quia aduesperascit.

8

¶ Rediēs enī quis prius eiectus est: mūdatam quidē ⁊ ornatam domū inuenit/ sed vacantē. Relinquit siquidē mulieri domus sua deserta quā saluatoris hospitio dignā exhibere neglexit. Quomodo inquis: Poterit ne domus mūdata cōfessione priorum delictorum: ⁊ obseruatione regulariū institutionū ornata indigna adhuc iudicari habitaculo gratie saluatoris ingressu? Poterit sine dubio si superficietenꝰ emūdata: et fucis (vt dictum est) strata virentibus: interius plena sit luto. Quis enī suscipiēdū dominū arbitret in dealbatis mortuorum sepulchris: que videntur a foris speciosa: intrinsecus autē spurcitia ⁊ sanies vniuersa repleuit? Esto siquidem vt aliquando tanquā ipsa superficie delectatus incipiat primū apponere pedē: ei quod hmōi est primam aliquā visitationis sue gratiā indulgendo: nunquid non resiliet illico cum indignatione? Nūquid nō effugiet clamitās Infixus sum in limo profundi: et non est substantia? Uirtutis enī species ⁊ nō veritas. quasi qualitas est: nō substātia. Neqꝫ vero ingressum eius exterioris pōt conuersationis tenuis superficies sustinere: quia oia penetrat: ⁊ in intimis cordibus habitatio est. Quod si nequaquā spiritus discipline subditū manifeste peccatis corpus inhabitat: fictum vtiqꝫ non modo declinat sed effugit atqꝫ elongat ab eo. An vero aliud est quā flectio execranda: si peccata superficietenus radas/ non intrinsecus eradices? Certus esto quoniā pullulabit vberius: ⁊ emūdatā/ sed vacātem domū cum nequioribus septē qui eiectus fuerat hostis malignus intrabit. Reuersus enī ad vomitū canis/ odibilis erit multo plus quā ante: ⁊ fiet filius gehēne multipliciter: quod post indulgentiam delictorū in easdem denuo sordes inciderit vt sus lota in volutabro luti.

Ps. lxviij.

Nota.

¶ Uis videre mundatā: ornatam ⁊ vacantē

A
et vacantē domū? Hominē intuere qui cōfessus est: ⁊ deseruit manifesta pctā precedentia ad iudiciū: ⁊ nūc solas mouet manus ad opera mādatorū: corde penit⁹ arido: ductus cōsuetudine quadā: plane quasi vitula effraim docta diligere triturā exteriorū que ad modicū valent ne vnum iota preterit: sed camelum glutit dū culicem liquat. In corde enim seruus est ꝓprie voluntatis cultor auaricie: glorie cupidus: ambitiōis amator: aut hec omnia aut singula queqꝫ intus vicia fouens: ⁊ mentitur iniquitas sibi: sed deus non irridetur. Videas enim interdum sic palliatum hominem: vt seducat etiam semet ipsum: penitus non attendeus vermem qui interiora depascitur. Manet enim superficies: et salua sibi omnia arbitratur. Comederunt (ait propheta) alieni robur eius ⁊ ignorauit. Dicit quia diues sum et nullius egeo: cum sit pauper et miserabilis. Nam et inuenta occasione ebullire saniem que latebat in vlcere: ⁊ excisam nō extirpatam arborem in siluā pullulare videas densiorē. Quod periculū si volum⁹ declinare: securi ponam⁹ necesse est ad radices arborū non ad ramos. Non sola inueniat in nobis exercitatio corporalis ad modicū valens: sꝫ inueniatur vtilis ad oīa pietas et exercitiū spirituale. ¶ Mulier inquit martha nomine excepit illū in domū suā: ⁊ huic erat soror nomine maria. Sorores sunt ⁊ debent esse cōtubernales. Occupatur hec circa frequēs ministeriū / illa dominicis est intenta sermonib⁹. Ad marthā spectat ornat⁹: sꝫ īpletio ad mariā. Vacat em̄ dño vt nō sit dom⁹ vacās. Sed mūdationē cui possum⁹ attribuere? Erit em̄ si ⁊ hoc inuenirem⁹ domus in qua saluator suscipit: et mūda ⁊ ornata: ⁊ nō vacans. Dem⁹ eā lazaro: si ⁊ vobis ita videt. Et ei si quidē fraternitatis iure cū sororib⁹ est dom⁹ ista cōmunis. Dico aūt lazarū quē quatriduanū tālāqꝫ fetentē a mortuis excitat vox virtutis: vt videat satis cōgrue formā gerere penitētis. Intret ergo domū saluator ⁊ frequēter visitet eā quā penitēs lazarus mūdat: ornat martha: et maria replet interne dedita cōtēplationi. ¶ Sed forte curiosus quisqꝫ requiratur cur in pūti euāgelica lectione nulla prorsus lazari mētio fiat. Arbitror sane ne id quidem a ꝓposita similitudine dissidere. Virginalē etem̄ domū intelligi volēs spiritus siluit nō incongrue penitentiā que malū vtiqꝫ comitat. Absit em̄ vt propriū quicqꝫ inquinamēti dom⁹ hec aliqñ habuisse dicat: vt in ea ꝑinde scopa lazari quereret. Qd̄ si originalē a parētib⁹ maculā traxit: sed minus a Hieremia sanctificatam in vtero: aut non magis a Iohāne spiritusancto repletā credere ꝓhibet pietas christiana. Hec em̄ festis laudib⁹ nascens honorat. Postremo cū omnimō cōstet ab originali cōtagio sola gratia mundatam esse mariā: quippe cū ⁊ nunc in baptismate sola hanc maculam lauet gratia: ⁊ sola eam raserit olim petra circuncisionis: vt omnino piū est credere: ꝓpriū maria delictū nō habuit: nihilo minus ab innocentissimo corde etiā penitentia lōge fuit. Sit ergo lazarus apud eos quorum necesse est ab operib⁹ mortuis cōscientia emūdari: secedat inter vulneratos dormiētes in sepulchris: vt in thalamo virginali inueniant martha ⁊ maria tantū. Ipsa est em̄ que elizabeth grauide ⁊ grandeue quasi mensibus trib⁹ humili deseruiuit officio: ipsa verba oīa que de filio dicebant cōseruabat cōferēs in corde suo. Neminē ergo moueat ꝙ suscipiēs mulier dñm: non maria / sed martha vocat: qñ in hac vna ⁊ summa maria: ⁊ marthe negociū ⁊ marie nō ociosum oiū inuenit. Oīs quidē gloria filie regis ab intus: nihilo minus tñ in fimbrijs aureis circūamicta est varietate. Non est de numero fatuarū virginū: prudēs virgo lāpadē habet / sed in vase oleū portat. An forte excedit vobis euāgelica ille parabola: q̄ fatuas virgines ꝓhibitas narrat ab introitu nuptiarum. Erat eadē dom⁹ earū mūda: virgines em̄ erant. Erat ornata qr simul oēs: idest fatue cū prudentib⁹ lāpades ornauerūt / sed erat vacās: qr in vasis suis oleū nō acceperūt. Hinc est ꝙ nec ab eis suscipi i domos suas: nec admittere eas dignat spōsus celestis ad nuptias. Nō sic mulier illa: fortis q̄ serpētis caput cōtriuit. Habes em̄ post multa in laudib⁹ eius: qr nō extinguetur in nocte lucerna ipsius. In suggillationē hoc dicit fatuarū que veniēte media nocte sponso: cōqueruntur sero ⁊ dicūt. Quia lāpades nostre extinguunt. Processit igit gloriosa virgo: cui⁹ lampas ardentissima ipsis quoqꝫ angelis miraculo fuit vt dicerēt. Que ista est q̄ progredit sicut aurora cōsurgēs: pulchra vt luna: electa vt sol? Clarius em̄ ceteris rutilabat: quā repleuit oleo gratie pre participibus suis christus iesus filius eius dominus noster.

Osee.vij. — B
Textus — C
D
Mat.xxv
Canti.vj

¶ Item vnde supra. Sermo.iiij.

Luce.x. — E

Intrauit iesus in quoddam castellum: ⁊ mulier quedam martha noīe excepit illum in domum suam. ¶ Quid est fratres ꝙ e duabus sororibus altera tantū dominū legitur excepisse: ⁊ ea ipsa que videtur inferior? Optimam enim partem elegit maria teste ipso quē martha suscepit: sed prior natu martha videtur: ⁊ salutis initium sibi magis actio q̄ꝫ contemplatio noscit vendicare. Laudat christus mariā: sed a martha suscipitur: amat rachelem iacob: sed lya supponitur ignoranti. Si de fraude queritur: audiat nō esse consuetudinis: vt iuniores prius tradantur ad nuptias. Qd̄ si luteam hanc cogites domum: facile erit nosse quemadmodum in ea dominū martha magis exceperit q̄ꝫ maria. Qd̄ cnuait apostolus. Glorificate ⁊ portate deum in corpore vestro: marthe dicitur non marie. Hec nimirū corporis vtitur instrumento: cum illi potius sit impedimento. Deniqꝫ corpus inquit quod corrumpitur aggrauat animam: ⁊ deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Nunquid ⁊ operantem? Martha igit in domum suam excepit saluatorem in terris: maria potius cogitat quēadmodum suscipiat ad eo in domo nō manufacta eterna in celis. Forte tamen ⁊ ipsa dominum suscepisse videtur / sed in spiritu. Dominus enim spiritus est. Huic (inquit haud dubium quin marthe) soror erat nomine maria. Que etiā sedens secus pedes iesu: audiebat verbum illius. Vides ꝙ vtraqꝫ suscepit verbū: hec in carne: illa in voce. Martha autem satagebat circa frequens ministerium. Que stetit ⁊ ait. Domine: non est tibi cure ꝙ soror mea relinquit me solam ministrare? Putas in domo in qua christus suscipit / vox murmurationis audietur? ¶ Felix domus ⁊ beata semper congregatio est: vbi de maria martha conqueritur. Nam marie martham emulari prorsus indignum: prorsus illicitum est. Alioquin vbi legitur mariā causantem: quia soror mea reliquit me solā vacare? Absit absit: vt qui deo vacat: ad tumultuosam aspiret fratrum officialium vitam. Martha semper insufficiēs sibi ⁊ min⁹ idonea videat: aliisqꝫ magis id operis qd̄ administrat optet imponi. Respondit autē ei iesus. Martha martha sollicita es et turbaris erga plurima. Vide prerogatiuam marie: quem in omni causa habeat aduocatū. Indignatur siquidem phariseus: cōqueritur soror: etiam discipuli murmurant: vbiqꝫ maria tacet: ⁊ pro ea loquitur christus. ¶ Optimā inquit partem elegit sibi maria que non auferetur ab ea in eternum. Hoc vnum illud necessarium est: hec vna quam propheta tam sedule requirebat. Vnam inqt petij a domino hanc requirā. Quid tamen sibi vult frater ꝙ optimam partem maria dicitur elegisse? Vbi iam erit quod aduersus eam proferre solemus: si quādo forte administrantis marthe turbationem inequalitate diiudicare voluerit. Melior est iniquitas viri: q̄ꝫ benefaciens mulier? Vbi erit ⁊ illud. Si quis mihi ministrauerit honorificabit eum pater meus: et illud. Qui maior est vestrum erit minister vester? Postremo que cōsolatio est laboranti: quasi in eius suggillationem / partem sororis attollere? Vnum ergo arbitror e duobus: vt aut de electione maria laudet / ꝙ pars ipsa q̄ꝫtum in nobis est sit omnibus eligenda: aut certe vt neutrum dicat defuisse: nec in partem quālibet precepitasse sententiā: sed ad obedientiā preceptoris in vtrūlibet sit parata. Quis em̄ sicut dauid fidelis ingrediens egrediens ⁊ pergens ad imperiū regis? Deniqꝫ paratū inqt cor meū: paratū cor meum: nō semel tantū / sed et secūdo: ⁊ vacare tibi: ⁊ proximis ministrare. Hec plane pars optima que nō auferet: hec mens optima q̄ nō mutabitur: q̄cunqꝫ vocaueris eam. Bonum inqt acquirit gradū qui bene ministrauerit: forte meliorē qui bene vacauerit deo: optimum autem qui perfectus est in vtroqꝫ. Vnum adhuc dico si tamē id de martha licet suspicari. Nonne em̄ quasi ociosam reputasse videtur / quam sibi dari petijt adiutricem? Sed carnalis est et omnino nō percipit que sunt spiritus dei: si quis forte vacantem animam suā de vacatione redarguit. Audiat igit optimam esse hanc partē que maneat in eternū. Nunquid non rudis quodāmodo videtur anima que diuine contemplationis penitus expers / illam intrauit regionem: vbi hoc vnum omniū opus: vnum studium / eadem vita? ¶ Sed consideremus fratres quēadmodum in hac domo nostra tria hec distribuerit ordinatio charitatis: marthe administrationem: marie contēplationem: lazaro penitentiā. Habet hec simul: quecunqꝫ perfecta est anima: magis tamen videntur ad singulos singula ꝑtinere: vt alij vacent sancte cōtemplationis: alij dediti fraterne administrationi: alij in amaritudine anime sue recogitent annos suos tāqꝫ vulnerati dormientes in sepulchris. Sic plane sic opus est: vt maria pie et sublimiter sentiat de deo suo: martha benigne et misericorditer de proximo: lazarus misere ⁊ humilit de seipso. Gradum suū quisqꝫ consideret. Si inuenti fuerint in ciuitate hac. Noe. Daniel. Iob: ipsi iusticia sua liberabunt ait dñs: sꝫ filiū aut filiam non liberabūt. Nemini nos blandimur: vtinā nec vestrū q̄spiam se seducat. Quib⁹ em̄ nulla credita est dispensatio: administatio nulla commissa / his omnino sedendum erit: aut secus pedes iesu cum maria: aut certe cū lazaro intra septa sepulchri. Quidni erga multa turbetur martha que sollicita est pro multis? Tibi erga cui neces

i.Cor.vj.
Sapi.ix.
Textus.
Textus.
F
Textus.
Textus. — G
Ps.xxvj.
Eccl.xlij.
Ioh.xij.
Mat.xx.
Ps.lvj.
i.Thi.iij.
H
Eze.xiiij.

cessitas hec non incisibit: e duobus vnum est necessariū: aut nō turbari penitus: sed delectari magis in domino: aut si id necdum potes: turbari non erga plurima / sed (vt de se ꝓpheta loquitur) ad teipsum. Iterū dico ne quis de ignorantia habeat excusationē. Oportet te frater ad quē de fabricanda seu regēda inter vndas diluuiȷ archa nihil spectat: aut virū esse desideriorū: vt daniel erat: aut cū beato iob virū dolorū ⁊ scientem infirmitatē. Alioquin vereor ne tepidū ⁊ nauseam prouocantē euomat ex ore suo qui te inuenire cupit / aut sui ꝯsideratiōe calidū charitatis igne flagrantē: aut tuaipsius cognitione frigidum: ⁊ aqua cōpunctionis ignita diaboli iacula restringentem. Sed ⁊ ipsam quoq̧ marthā admonitam esse necesse est: id maxime queri inter dispensatores vt fidelis q̄s inueniat. Erit aūt fidelis si neq̧ que sua sunt querat: sed que iesu christi vt sit intentio pura: nec suā faciat / sed dn̄i volūtatē: vt sit actio ordinata. Sunt em̄ quor̄ non simplex est oculus ⁊ recipiūt mercedem suā: sunt qui ferunt proprijs motibus animor̄ et contaminata sunt vniuersa que offerunt: quippe cū voluntates eorum inueniant in eis. ¶ Veni nunc mecū ad nuptiale carmen ⁊ consideremus quemadmodū sponsus sibi sponsam vocat nec vllū omiserit ex his tribus: nec addiderit vltra. Surge inq̄t propera amica mea formosa mea / columba mea et veni. An non amica est: q̄ dn̄icis lucris itēta fideliter ipam quoq̧ ꝓ eo ponit aiam suā? Quotiens em̄ ꝓ vno ex minimis eius spūale studium interponit: totiens pro eo spūaliter ponit aiam suam? An non formosa que reuelata facie gloriā dn̄i speculando in eandē imaginē transformat de claritate in claritatē tanq̄ a dn̄i spū? An nō colūba que plāgit ⁊ gemit in foraminib⁹ petre: i cauernis macerie tanq̄ sepulta sub lapide? Mulier ait martha noie excepit eū in domū suā. Certū est hui⁹ tenere locū fratres officiales: quos fraterne charitatis intuitus varijs administrationib⁹ deputauit. Utinā aūt ⁊ ego ipe inter dispensatores fidelis merear inueniri. Quib⁹ em̄ cōuenientius videt aptandū qd̄ dn̄s ait: martha martha sollicita es: q̄ prelatis: si tn̄ digne in sollicitudine ꝑsunt? Aut quis turbat erga plurima: nisi cui et marie vacantis ⁊ lazari penitētis: sed ⁊ ipsor̄ quibus onera sua partit vniuersa incūbit sollicitudo? Uide marthā sollicitā vide marthā erga plurima turbatā: apostoluȝ loquor: qui prelatos sollicitudinis admonens gerit ipse sollicitudinem omnium ecclesiarum. Quis infirmatur (inquit) ⁊ ego non infirmor? Quis scandalizatur et non vror? Suscipiat igitur martha dominum in domum suam: cui nimirum credita est dispensatio domus. Mediatrix est vt sibi pariter ⁊ subiectis salutem obtineat: suscipiat gratiā sicut scriptū est. Suscipiant mōtes pacē populo: ⁊ colles iusticiā. Suscipiant ⁊ ceteri coadiutores eius singuli pro qualitate ministerij sui excipiāt christum: seruiant christo / ministrent ei in mēbris suis: ille in infirmis fratribus: ille in pauperibus; ille in hospitib⁹ ⁊ peregrinis. Quib⁹ ita sollicitis circa frequens ministeriū / videat maria quēadmodū vacet ⁊ videat qm̄ suauis est dn̄s. Uideat inq̧ q̄ deuota mēte q̄ tranquillo sedeat aio / secus pedes iesu: ꝓuidēs eū semp in cōspectu suo: ⁊ verba ex ore eius excipiēs: cui⁹ ⁊ aspect⁹ delectabilis: ⁊ eloquiū dulce. Diffusa est em̄ grā in labijs eius: ⁊ est speciosus forma ꝑ filijs hoim: immo etiā sup omnē gloriā angelorū. Gaude ⁊ gratias age maria que partē optimā elegisti. Beati em̄ oculi q̄ vident q̄ tu vides: ⁊ aures q̄ merentur audire qd̄ audis. Beata plane que venas susurrij diuini percipis in silentio: in q̄ vtiq̧ bonū est hoi dn̄m expectare. Simplex esto: nō tn̄ sine dolo ⁊ simulatione / sed ⁊ absq̧ multiplicitate occupationū: vt tecū sit sermociatio ei⁹ cui⁹ ⁊ vox dulcior facies decora. Unū caue ne abūdare icipias i sensu tuo et velis pl⁹ sapere q̄ opter sapere ne forte dū lucē sectar̄ ipingas i tenebras: illudēte tibi demonio meridiano de quo nō est hui⁹ tpis disputare. Nā lazar⁹ quo deuenit: Ubi posuistis eū? Sorores alloquor q̄ sepelierūt fratrē / predicatione ⁊ ministerio: exemplo ⁊ oratiōe. Ubi ergo posuistis eū? Abscōditus est fossa humo: sub lapide iacet nō facile inuenit. Proptera nō erit incongruū quatriduano quartū reseruare sermonē: vt iuxta saluatoris exēplū audientes: ecce quē amas infirmat: ⁊ nos maneamus hic die isto.

ij.Cor.xj. — Ps.lxxj. — Joh.xj.

¶ Item in eadem solēnitate. Sermo quartus.

Tempus loquēdi est omni carni cū assumit incarnati verbi mater in celū: nec cessare debet a laudibus humana mortalitas cuȝ hois sola natura supra immortales spūs exaltat in virgine. Sed de ei⁹ gloria nec silere deuotio patit: nec dignū aliquid sterilis cōcipere cogitatio: aut inerudita pōt locutio parturire. Hinc est q̧ ⁊ ipi celestis curie principes in ꝯsideratione tāte nouitatis clamēt nō sine admiratione: Que est ista q̄ ascēdit de deserto delicijs affluēs? Ac si manifestius dicāt: Quāta est hec: ⁊ vn̄ ei ascēdenti vsq̧ de deserto assuētia tanta delitiarum? Nec em̄ pares inueniunt delicie vel in nobis quos in ciuitate dn̄i letificat fluminis imper⁹: q̄ a vultu glorie voluptatis gloria potamur. Que est ista q̄ de sub sole (vbi nihil est nisi labor ⁊ dolor ⁊ afflictio spiritus) ascendit delitijs spiritualibus affluens? Quidni delitias dixerim: virginitatis decus cuȝ munere fecunditatis: humilitatis insigne distillantem charitatis fauū misericordie / viscera plenitudinē gratie: prerogatiuam glorie singularis? Ascendens igitur de deserto regina mūdi: etiam angelis sanctis vt canit ecclesia: speciosa facta est et suauis in delitijs suis. Designāt tn̄ deserti huius mirari delitias: quia dn̄s dedit benignitatē: ⁊ terra nostra dedit fructū suū. Quid mirant de terra deserta mariā ascēdere delitijs affluentē? Mirentur potius pauperē xp̄m de celestis regni plenitudine descēdentem. Longe em̄ ampliori miraculo dignū videtur dei filium paulomin⁹ ab angelis minorari q̄ dei matrem super angelos exaltari. Illi⁹ siquidem exinanitio / facta est repletio nostra: illius miserie / mundi delitie sunt. Deniq̧ cū diues esset ꝓpter nos pauper fact⁹ est: vt nos eius inopia ditaremur. Sed ⁊ crucis ignominia / credētiū facta est gloria. Adhuc aūt ⁊ ad monumentū ꝓperat vita nostra: vt quatriduanū reducat a monumēto: ⁊ eū de quo vobis hodie (si meminit charitas vestra) sermo debetur: lazarū querit: vt queratur ⁊ inueniatur a lazaro. In hoc em̄ est charitas: nō quasi nos dilexerimus deū: sed quia ipse prior dilexit nos. Age igit dn̄e quere que amas: vt ⁊ amantē facias et q̄rētē. Quere vbi posuerunt eū: iacet em̄ clausus: ligatus: oneratus. Iacet in ergastulo cōscientie: tenetur vinculis discipline: ⁊ tanq̄ lapide supposito ꝑmitur ⁊ opprimit onere penitentie: maxime qd̄ desit interim fortis vt mors dilectio / et charitas oia sustinēs. ¶ Et in his oibus iā fetet dn̄e / quatriduanus est em̄. Credo iā multorū ingenia preuolāt vt intelligāt quē velim dicere lazarū. Eū sine dubio qui nuper peccō mortu⁹: fodit sibi parietē vt videat abominationes multas ⁊ malas praui ⁊ inscrutabilis cordis sui: ⁊ iuxta ꝓphetā alium. Ingressus est in petrā absconditus fossa humo a facie furoris dn̄i. ¶ Sed qd est dn̄e iā fetet quatriduanus est em̄? Forte em̄ fetorē istū quattuor dies istos nō intelligo quiuis intelligat. Ego primā arbitror timoris diem: qua nimirum irradiante cordibus nostris peccato morimur: ⁊ quodāmodo sepelimur in conscientijs nostris. Secūda (ni fallor) agit in labore certaminis: solet nempe inter primordia cōuersionis acrius insurgere tētatio praue consuetudinis: ⁊ vix extingui possunt iacula ignita diaboli. Tertia nihilominus doloris etiā videt dum recogitat quis annos suos in amaritudine aie sue: nec tam laborat declinando futura q̄ ꝑterita plāgendo deplorat. Miraris q̧ hos dixerim dies. Sed sepulture debētur dies nubile ⁊ caliginis: dies luctus ⁊ amaritudinis. Sequitur dies pudoris nō dissimilis tribus: qn̄ iam horribili confusione operit aia miserāda: dū nimis cōsiderat que ⁊ quāta deliquerit: ⁊ in oculis cordis tetras versat imagines peccatorū. Animus hmōi nihil dissimulat: sed dijudicat: sed aggrauat: sed exaggerat vniuersa: non sibi parcit durus iudex in semetipm. Utilis quidē exacerbatio: ⁊ digna miseratione crudelitas: facile sibi diuinā concilians gratiā dū ꝓ eo mēs emulat etiā cōtra seipsam. Uerūtamē lazare veni foras: ne in tanto fetore diuti⁹ immoreris. Caro putrida putredini ꝓxima est: ⁊ q̄ confunditur vehementius ⁊ tapescit ꝓpe est vt desperet. Propterea lazare veni foras. Abyssus abyssuȝ inuocat: abyssus luminis ⁊ mie: abyssum miserie ⁊ tenebrarū. Maior illius bonitas q̄ iniquitas tua: ⁊ vbi pctm̄ abundat / supabūdare gratiā facit. Lazare inquit veni foras. Ac si manifestius dicat: quousq̧ ꝯsciētie tue caligo te detinet: q̄diu i cubiculo tuo graui corde cōpungeris? Ueni foras procede respira in lucē miserationum mearum. Hoc em̄ est quod in propheta legisti. Infrenabo ostium laude mea ne pereas. Euidenti⁹ quoq̧ propheta ali⁹ de seipso. Ad meipsum (inquit) aia mea turbata est: propterea ero memor tui. ¶ Iam vero quid sibi vult quod ait: tollite lapidem: ⁊ post pauca soluite eum? Nunquid post visitationē gratie consolātis cessabit agere penitētiam: quoniā appropinquauit regnū celorū / aut abijciet disciplinā: ne forte irascatur dn̄s ⁊ pereat de via iusta? Absit hoc. Tollat lapis sed penitentia maneat: nō iā premens et onerās / sed viuidā ⁊ robustaȝ mentē roborās atq̧ cōfirmās: nimirū cuius cibus sit (quē antea nesciebat) dn̄i facere volūtatem. Sic ⁊ disciplina nō iā cōstringit liberū: fm illud. Iustis nō est lex posita: sed voluntariū regit et dirigit in viam pacis. Super hac lazari suscitatione / manifestius psallit ꝓpheta. Nō derelinques aiam meā in inferno: quia vt dixisse memini: secūdo huius festiuitatis die: infernus quidem / ⁊ carcer anime / rea cōscientia est. Nec dabis sanctū tuum (nō suū ipsius / sed tuū vtiq̧ quē ipse sanctificas) videre corruptionem. Corruptioni siquidem proximus erat quatriduanus qui ceperat iam fetere. Prope erat vt penitus dissolueretur: et

J Can.viij. — p.lxxxiij. — K — Ps.ij. L — esa.xlviij. — Ps.xlj. M — j.Thi.j. — Ps.xv.

veniens

veniens in profundū maloꝝ contemneret impius:sed preuen
Ps.xv.
tus voce virtutis ꝛ ab ea viuificatus gratias agit dicēs. No-
tas mihi fecisti vias vite:adimplebis me leticia cū vultu tuo.
Ad ipsius siquidē contēplationē euocasti:ꝛ eduristi ab infer-
no aīam meā:dū anriaref sup me spiritus meus:intuens con-
Textus
scientie proprie faciem nimis abominādam. Clamauit inquit
voce magna. Lazare veni foras. Magna vtiqꝫ voce non tā so-
no clamosa:q̄ꝫ pietate ꝛ virtute magnifica. ¶ Sed quo deueni
mus: Nunqd non supra celos virginē psequebamur euntem?
Et ecce cū lazaro descendimus in abyssum. A splendore virtu
tis/ad fetorē quatriduani proclinis decurrit oratio. Cur hoc
nisi qꝛ pondere proprio ferebamur:ꝛ trahebat nos materia:tā
to vberior vtiqꝫ q̄to familiarior. Fateor imperitiā meā:pusilla
nimitatē propriā non abscondo. Non est equidē qꝺ me magis
A
delectet:sed nec est qꝺ terreat magis q̄ꝫ de gloria virginis ma
rie habere sermonem. ¶ Ut enim sileā interim ineffabile pri-
uilegiū meritoꝝ ꝛ prerogatiuā penitus singularē:tanto eā de
uotiōis affectu amplectunꝭ: honorant:suscipiūt (vt dignū est)
vniuersi:vt licet de ea loqui gestiant oēs tn̄ q icqd dicif de in
dicibili eo ipso qꝺ dici potuerit:minus gratū sit:minꝰ placeat
minus acceptetur Quid ni minus sapiat:quicquid de incōpre
hensibili gloria cōprehēdere potuerit mēs humana. Ecce em̄
si in ea laudauero ꝟginitatē:mihi multe virgines post eā vidē
tur offerri. Si humilitatē pdicauero inueniēꝭ forte vl pauci q̇
(docente filio eiꝰ) mites facti sunt ꝛ humiles corde. Si magni
ficare voluero misericordie eiꝰ multitudinem:sunt aliqui mise
ricordie viri etiā:ꝛ mulieres. Unum est/in quo nec primā similē
visa est/nec habere sequentē:gaudiū matris habens cum vir-
ginitatis honore. Optimam partē elegit sibi maria. Optimā
plane:quia bona fecunditas coniugalis:melior autē castitas
virginalis:prorsus autem optima est fecunditas virginea/seu
fecunda virginitas. Marie priuilegium est:non dabitur alteri
quia nō auferetur ab ea. Singulare est:sed continuo etiam in
dicibile inueniꝭ: vt nemo assequi possit:sic nec eloqui quidem
B
¶ Quid si ꝛ illud adiicias:cuius mater? Que iam poterit lin-
gua etiam si angelica sit:dignis extollere laudibus virginem
matrem:matrem autem non cuiuscūqꝫ/sed dei? Duplex noui-
tas:duplex prerogatiua:duplex miraculum:sed digne prorsus
aptissimeqꝫ conueniens. Neqꝫ em̄ filius alius virginem:nec deū
decuit partus alter. Ueruntamē nō hoc tantū si diligenter attē
das:sed ceteras quoqꝫ virtutes singulares prorsus inuenies
in maria:que videbātur esse communes. Que em̄ vel angelica
puritas/virginitati illi audeat cōparari:que digna fuit spiri-
tussancti sacrariū fieri:ꝛ habitaculū filij dei? Si rerū pcia de
raritate pēsamus que prima in terris angelicam proposuit du
Luce.j.
cere vitā sup omnes est. Quō inquit fiet istud:qm̄ virū nō co-
gnosco? Immobile ppositū virginitatis:qꝺ nec angelo filiū
promittente aliquatenꝰ titubauit. Quō inquit fiet istud? Neqꝫ
em̄ eo mō:quo fieri solet in ceteris. Uirū penitꝰ non cognosco
nec filij desiderio:nec spe prolis. Quanta ꝟo ꝛ q̄ꝫ preciosa hu
militatis virtus cū tanta puritate cū innocentia tanta:cū cō
scientia prorsus absqꝫ delicto:immo cū tante gratie plenitudi
ne: Unde tibi humilitas ꝛ tanta humilitas o btā? Digna pla-
ne quā respiceret dn̄s:cuius decorem concupisceret rex cuius
odore suauissimo ab eterno illo paterni sinꝰ attraheretur accu
C
bitu. ¶ Uide em̄ q̄ꝫ manifeste sibi cōcinant virginis nostre can
Ubi.s.
ticum ꝛ nuptiale carmē nimirum cuius vterus sponsi thalamꝰ
Cantico.j.
fuit. Audi mariā in euāgelio. Respexit inquit humilitatē an-
cille sue. Audi eādē in epithalamio. Cū esset rex inquit in ac-
bitu suo:nardus mea dedit odorē suū. Nardus quippe herba
humilis est ꝛ pectus purgat:vt manifestū sit humilitatē nardi
nomine designari:cuius odor ꝛ decor inuenerit gratiam apud
D
deū. ¶ Sileat miam tuā virgo beata: si quis est qui inuocatā
eā in necessitatibus suis sibi meminerit defuisse. Nos quidem
seruuli tui ceteris in virtutibus congaudemus tibi:sed in hac
potiꝰ nobis ipsis. Laudamꝰ virginitatē:humilitatē miramur:
sed misericordia miseris sapit dulcius:miam amplectimur ca
rius:recordamur sepius:crebrius inuocamus. Hec est em̄ que
totius mūdi reparationē obtinuit:salutē oīm impetrauit. Cō
stat em̄ pro vniuerso genere humano fuisse sollicitā:cui dictū est
Luce.j.
Ne timeas maria inuenisti gratiā:vtiqꝫ quā querebas. Quis
ergo misericordie tue o benedicta lōgitudinē ꝛ latitudinē sub
limitatem et profundū queat inuestigare? Nam longitudo eiꝰ
vsqꝫ in diē nouissimū:inuocantibꝰ eā subueniēt vniuersis. Lati
tudo eiꝰ replet orbē terrarū:vt tua quoqꝫ mia plena sit omnis
terra. Sic ꝛ sublimitas eiꝰ ciuitatis superne inuenit restaura-
tionem:ꝛ profundū eius sedētibus in tenebris ꝛ i vmbra mor
tis obtinuit redēptionē. Per te em̄ celum repletū infernꝰ eua
cuatus est:instaurate ruine celestis hierusalē:expectātibꝰ mi-
seris vita perdita data. Sic potentissima ꝛ pijssima charitas ꝛ
affectu compatiendi et subueniēdi abūdat effectu:eque locu-
ples in vtroqꝫ. Ad hūc igitur fontē sitibūda pperet aīa nostra
Ad hunc misericordie cumulū tota sollicitudine miseria no-
stra recurrat. Ecce iā quibꝰ potuimus votis ascēdentem te ad
filiū deduximꝰ:ꝛ psecuti sumus saltē a lōge virgo benedicta.
Sit pietatis tue ipsam quā apud deū gratiā inuenisti notā fa-
cere mundo:reis veniā:medelā egris:pusillis corde robur:af-
flictis consolationem:periclitantibꝰ adiutoriū ꝛ liberationem
sanctis tuis precibꝰ obtinendo. In hac quoqꝫ die solēnitatis ꝛ
leticie:dulcissimū marie nomē cum laude inuocātibꝰ seruulis
per te regina clemēs gratie sue munera largiaꝭ iesus christus
filius tuus dominus noster q̇ est sup omnia deus benedictus
in secula. Amen.

¶ In eadem solēnitate. Sermo quintus.

E
Intrauit iesus in quoddā castellum. Quod dn̄s ac
Luce.x.
saluator noster:semel ꝛ in vno loco visibiliter tunc
tēporis dignatꝰ est operari:hoc etiā nūc vbiqꝫ ter
rarū in cordibus electorū operatur quotidie inui
sibiliter. Ecce em̄ euangelio loquente audiuimꝰ:
qꝛ in quoddā castellū intrauit iesus:ꝛ mulier quedā Martha
noīe excepit illū:et reliqua. Quod est autē hoc castellum:nisi
cor humanū:qꝺ priusq̄ꝫ dn̄s ad illud veniat cupiditatis fossa
vallatur:muroqꝫ obstinationis claudiꝭ:atqꝫ in interiori latitu
dine sua babylōica turre erigiꝭ? ¶ Tria certe in omni oppido
F
sunt maxime necessaria:victualia quibus sustenteꝭ: munitio
qua pteganꝭ:arma qbꝰ hostibꝰ resistant. Sic ergo ꝛ huius ca
stelli incole victū habent voluptatē corporis:ꝛ seculi vanitatē
quibus pascuntur. Habent ꝛ qua teguntur pprij cordis duri-
ciā:vt verbi dei sagittis potētibꝰ vix aut nunq̄ꝫ penetrari vale
ant. Accincti sunt armis/carnalis scꝫ sapientie argumentis/
quibus contra hostes repugnant. Unde scriptū est. Filij huius
Luce.xvj
seculi prudentiores filijs lucis i generatiōe sua sunt. At ꝟo xp̄o
visitāte ꝛ intrāte castellū/hoc euertiꝭ:ꝛ pro eo nouū aliud pul-
chrum:ac spirituale construiꝭ:impleturqꝫ qꝺ dicitur. Si qua in
ij.Cor.v.
christo noua creatura vetera transierunt et ecce facta sunt oīa
noua. Sublata quippe cupiditate expanditur ingens sinus de
siderij:vt ad eius aduentū multo magis anhelet mens ad cele
stia:q̄ꝫ prius terrenis incubuerat. ¶ Iā ponitur murus conti-
G
nentie/antemurale patientie. Surgit aūt hoc opus a fundamē
to fidei:ꝛ crescit per dilectionem proximi vsqꝫ ad charitatem
dei q̇ est in superiori tabulatu:ꝛ in ppugnaculis eiusdem muri
quia nimirū tunc pfecta est virtus cōtinētie qn̄ in vnitate fidei
cū proximis cōmuniter viuentes non supplicij metu:vel hūane
laudis appetitu:sꝫ solo diuini amoris obtentu a peccatis nos
continemꝰ. Uel certe ideo charitas dei:qua scꝫ nos diligit su
per murū esse videtur/vt p continētibus pugnare significeꝭ:ꝛ
qꝛ ɔtinentia crebris validisqꝫ tentatoris ictibus resistere non
H
possit nisi eiꝰ gratia ptegatur. ¶ Idcirco em̄ antemurale pati
entie poniꝭ:ne ad impugnandā cōtinentiā facilis diabolo pa-
teat accessus. Qui ergo ptegente patiētia continenter viuūt:
ipsi bene cū aplo ptestantur ꝛ dicunt. Quis nos separabit a
Rom.viij
charitate christi? Tribulatio an angustia an persecutio:an fa-
mes:an nuditas:an periculū:an gladius? Uides q̄ꝫ solidus sit
continētiū murus quos neqꝫ mors:neqꝫ vita:neqꝫ angeli:neqꝫ
principatus:neqꝫ potestates:neqꝫ virtutes:neqꝫ instantia:neqꝫ
futura:neqꝫ fortitudo:neqꝫ altitudo:neqꝫ pfundū:neqꝫ creatu
ra aliqua potest separare a charitate dei q̇ est in christo iesu?
Sed iam pulsemꝰ ad eiꝰ portas:portas scilicet iusticie:vt ape
riantur nobis:ingressiqꝫ per eas videamus intus magna ope-
ra dn̄i exquisita in oēs voluntates eius. Ibi em̄ operante ipso
cōstruitur tanq̄ꝫ in mōte syon euangelica illa turris:p quā hu-
miliato corde ascendūt in celū sancti de cōualle plorationis?
Ascendūt inq̄ꝫ nō virtute sua:sed auxilio ꝛ gratia dei sicut ait
spūssctūs per pphetā dauid. Beatus vir cuius est auxiliū abs
ps.lxxxiij
te ascensiones in corde suo disposuit. Que ris vbi? In cōualle
plorationis:hoc est in humilitate vite pñtis. Et eandē ipsam
gratiā replicat dicens. Etem̄ benedictionē dabit legislator.
I
¶ Quo aūt pertingat ascensus:vel ad quē fructū pducat ascē
Ubi.s.
dentes ipsa gratia: ptinꝰ subiūgit. Ibunt inquit de virtute
in virtutē:videbitur deus deoꝝ in syon. Hec est merces et hic
est finis ꝛ fructꝰ nr̄i laboris visio scꝫ dei. Quis nō hūc tn̄ fru-
ctū rebus oībus visibilibus et inuisibilibꝰ incōparabiliter pre
ferat? Quis est cuius (vel gelidū pectꝰ) hoc desideriū nō ascē
dat? Hec est em̄ illa grā quā nobis cōmendat beatꝰ iohannes
Johan.j.
euāgelista dicēs. Et de plenitudie eiꝰ nos oēs accepimꝰ grati
K
am p gratia. ¶ Ex qbꝰ scꝫ verbis innuiꝭ:qꝛ triplicē gratiā di-
uinitꝰ accepimꝰ:vnā qua cōuertimur:aliā qua iā tentationibꝰ
adiuuamur:tertiā qua pbati remuneramur. Prima nos initiat
per quā vocamur:scd̄a puehit qua iustificamur:tertia cōsum-
mat qua glorificamur. Et prima qdē beneplacitū est:scd̄a me-
ritū:tertia premiū. De prima dictū est:ꝛ de plenitudine eiꝰ oēs

accepim⁹: de duabus reliquis dictū est: ꝛ gratiam ꝓ gratia. i. munera glorie eterne ꝓ merito tꝑalis milicie. Sit ergo prima gratia in muro continentie ad quā vocamur: sit scđa in ascensu turris quā ascendim⁹: sit tertia in eius culmine quo ꝑuenimus. Hic itaq;: id est in hoc culmīe/ cū ad illud ꝑueniūt qui bene ꝓficiūt/ fiūt iā locus ꝛ sedes dño: de qualibus scriptuȝ est. (Ps. cxxi.) Illuc enī ascenderunt tribus tribus dñi ad confitēdū nomini dñi. Qꝛ illic sederunt sedes in iudicio. Et quidem dum adhuc erāt in muro continētie ꝛ in acie stabāt/ impugnari poterāt: et primo tanq̄ adiutor notus erat in iudea deus: cū vero iā i ista statiōe cōsistūt vbi dñm speculātur: in israel magnū nomē eius et factus est in pace locus e us: et habitatio eius in syon. Ubi confregit potētias: arcū/ scutū/ ꝛ gladiū/ ꝛ bellū: qꝛ ibi nullus motus carnis resistit/ sȝ oīmodis subiecta est spiritui. Hunc lo(Ps. cxxxi.)cū ardēter desiderabat ꝓpheta cū diceret. (Ps. liiii.) Si dedero somnū oculis meis ꝛ palpebris meis dormitationē. Et requiē tpib⁹ meis donec inueniā locū dño. Hunc etiā volare cupiens: quis inquit dabit mihi pennas sicut columbe: ꝛ volabo ꝛ requiescaȝ. (L)

admiratione ꝓcinens aiebat. Que est ista que ascēdit sicut au- Canti. v.
rora consurgens: pulchra vt luna/ electa vt sol: terribilis vt ca
strorum acies ordinata? Ascendit plane supra omne hūanū ge
nus: ascendit vsqz ad angelos: sed et ipsos quoqz transcendit ꝛ
celestem omnem supergreditur creaturam. Nimirum supra an-
gelos hauriat necesse est: quam refundat hominibus aquā vi-
uam. Quomodo inquit fiet istud: qm virū non cognosco? Vere Textus.
sancta corpore et spiritu et integritatem carnis habens/ ꝛ pro
positum integritatis. Respondens aūt angelus dixit. Spiri- Textus.
tussanctus superueniet in te: et virtus altissimi obumbrabit tibi.
Ne me interrogaueris inquit: supra me est: et non potero ad il
lud. Spiritussanctus: non angelus superueniet in te: et virtus
altissimi obumbrabit tibi: non ego. Ne steteris vel inter ange-
los virgo sancta: sublimius aliquid tuo sibi ministerio ꝓpinā-
dum terra sitiens prestolatur. Paululū cū pertransieris eos/ in
ueniens quē diligit anima tua. Paululū inq: nō quia nō incō-
parabiliter supereminеat: sed q inter euz et ipsos/ mediū nihil
inuenias. Transit ergo virtutes et dominationes/ cherubin q-
qz et seraphin: vt ad eū peruenias de quo vociferant adinuicē:
sanctus: sanctus: sanctus dñs de⁹ sabaoth. Quod eñ ex te na
scet sanctū: vocabitur filius dei. Fons sapientie verbū patris
in excelsis hoc verbū mediante te caro fiet: vt qui dicit ego in Joh. xiiij.
patre et pater in me: dicat nihilomin⁹: quia ego a deo processi
et veni. In principio inquit erat verbū. Jam scatet fons: sed in Joh. j.
terim tm in semetipso Deniqz et verbū erat apud deū: lucē pro
fecto habitans inaccessibilē: et dicebat dño ab initio. Ego co Hiere. xxix.
gito cogitationes pacis et nō afflictionis. Sed penes te est co A
gitatio tua: et quid cogites nos nescimus. Quis eni cognouit
sensum dñi: aut quis cōsiliarius ei⁹ erat? Descēdit itaqz cogi-
tatio pacis in opus pacis: verbū caro factū est: et habitat iam
in nobis. Habitat plane per fidē in cordib⁹ nostris: habitat in
memoria nostra: habitat in cogitatione: quia vsqz ad ipam de-
scendit imaginationē. Quid eni pri⁹ cogitaret homo de deo ni
si forsitan idolū corde fabricaretur? ¶ Incōprehensibilis erat B
et inaccessibilis: inuisibilis et inexcogitabilis oīno. Nunc vero
cōprehendi voluit: videri voluit: cogitari voluit. Quonā mo-
do inquis? Nimirū iacens in ꝓsepio: in virginali gremio cubās
in monte predicans: in oratione pnoctans: ꝛ in cruce pendens
in morte pallēs: liber inter mortuos: et in inferno imperās: seu
etiā tertia die resurgens: et apostolis loca clauorū victorie si-
gna demonstrans: nouissime corā eis celi secreta conscendens.
Quid horū nō vere/ nō pie/ nō sancte cogitat? Quicquid horū
cogito: deuz cogito: et per oia est deus me⁹. Hec ego meditari
dixi sapientiā: et prudentiā iudicaui eructuare memoriā suaui
tatis: qm in huiuscemodi nucleis virga sacerdotalis copiose
produxit: quā i supnis hauriēs/ vberius nobis maria refundit.
In supnis plane/ et vltra angelos: que verbū ex ipo patris cor
de suscepit vt scriptū est: Dies diei eructat verbū. Utiqz dies Ps. xviij.
pater: siquidē dies ex die salutare dei. An nō etiā virgo dies? C
Et ꝓclara rutilās plane dies: que procedit sicut aurora cōsur-
gens: pulchra vt luna: electa vt sol. Intuere igit quēadmodum
vsqz ad angelos plenitudine gratie: supra angelos superuenie-
te spū sancto peruenit. Est in angelis charitas: est puritas: est
humilitas. Quid horū non enituit in maria? Sed ostēsuz est su
perius vt q̄dē a nobis ostēdi potuit/ supeminētiā ꝓsequamur.
Cui eñ angelorū aliqñ dictū est. Spūsſctus supueniet i te: ꝛ vir
tus altissimi obūbrabit tibi: ideoqz et qd nascet ex te sctm: voca-
bit fili⁹ dei? Deniqz vitas de terra orta est: nō de angelica crea
tura: nec angelos sz semen abrahe apphēdit. Magnū est ange-
lo vt minister sit dñi: sz maria sublimi⁹ quiddā meruit vt sit mr
Fecūditas itaqz ꝟginis supeminēs glia est: tātoqz excellētior
angelis facta munere singulari: q̄nto differētius pre ministris
nomen matris accepit: hāc inuenit gratiam plena iā gratia vt
charitate feruida: virginitate integra: humilitate deuota: fie-
ret nihilomin⁹ sine viri cognitiōe grauida: sine muliebri dolo-
re puerpera. Parū est qd ex ea natū est: sanctū vocat et est fili⁹
dei. De reliquo fratres curandū nobis summopere est: ne verbū
qd de ore patris ad nos egressum est virgine mediante: vacuū
reuertatur: sed per eādē nihilominus virginē gratiā pro gra-
tia referamus. Eructem⁹ memoriā donec presentiā suspiram⁹:
et sue reddantur origini fluenta gratie vt vberi⁹ fluant. Alio-
quin nisi ad fontem redeāt exiccant: et infideles in modico/
quod maximum est accipere non meremur. Modicuz plane me
moria ad presentiam: modicum ad id quod cupimus: magnum

ad id quod meremur: longe infra desiderium: sed nihilominus
supra meritum. Sapienter proinde sponsa: et pro hoc modico
non modice gratulatur. Cū eni dixisset. Indica mihi vbi pa- Canti. j.
scas: vbi cubes in meridie: ꝛ recipiens exigua ꝓ immensis ꝛ ꝓ
pastu meridiano/ libens sacrificium vespertinum minime tamē
vt solet fieri murmurat aut tristatur: sed gratias agit: et i oib⁹
sese exhibet deuotiorem. Nouit enim q si fidelis fuerit in vm-
bra memorie: lucem presentie sine dubio obtinebit. Itaqz q re
miniscimini domine taceatis: et ne detis silentiū ei. ¶ Nimirū D
qui presentem habent dominum exhortatione non indigent et Ps. cxlvij.
quod ait propheta alius. Lauda hierusalem dominum: lauda
deum tuum syon: congratulationis est potius q commonitio-
nis. Qui in fide ambulant: egēt admonitione ne taceant: et ne
dederint silentium ei. Loquitur enim et loquitur pacem in ple
bem suam et super sanctos suos: et in eos qui conuertūtur ad
cor. Ceterum: cum sancto sanctus eris: et cum viro innocente Ps. xvij.
innocens eris: et audientem sese audiet: et loquenti sibi loque
tur. Alioquin silentiuz ei dedisti si taceas. Sed vnde si taceas?
A laude? Ne taceatis inquit: et ne detis silentium ei: donec sta Esa. lxij.
bilitat hierusalem laudem in terra. Laus hierusalem iocunda:
et decora laudatio. Nisi forte angelos ciues hierusalē mutuis
opinamur laudibus delectari: et decipere de vanitate in idipsū.
Fiat voluntas tua pater sicut in celo et in terra: vt laus hieru
salem stabiliatur in terra. Quid enim modo est? Non qrit ange
lus ab angelo gloriam in hierusalem: et homo ab homine lau-
dari cupit in terra. Execranda peruersitas: sed eorum sit qui
ignorantiam dei habent: qui obliti sunt domini dei sui. Vos q
reminiscimini domini ne taceatis a laude eius: donec stabilia
tur et perficiatur in terra. ¶ Est enim silentium irreprehensibi E
le: immo et laudabile magis. Est et sermo non bonus. Alioqn Tren. iij.
non diceret propheta. Bonum esse homini prestolari cum silē-
tio salutare dei. Bonum silentium a iactantia: bonum a blas-
phemia: bonum a murmure et detractione. Alius enim ob la-
boris magnitudinem et pondus diei exasperatus/ animo mur
murat: diiudicat eos qui pro anima sua peruigilant/ tanq red
dituri vtiqz rationem. Clamor est sed supra omne silentiuz: cla-
mor iste animi obdurati silere facit (quam audiri non patitur)
vocem verbi. Alius pusillanimitate spiritus in expectatiōe de
ficit: pessimuqz hoc verbum blasphemie est quod nec in hoc se-
culo remittitur: nec in futuro. Tertius in magnis ambulat: et
in mirabilibus super se dicens. Manus nostra excelsa/ putans
se aliquid esse cum nihil sit. Quid loqueretur huic qui loquit
pacem? Dicit enim: quia diues sum et nullius egeo. Porro ve-
ritatis sententia est. Ve vobis diuitibus: quia habetis hic con Luce. vj.
solationem vestram. Contra vero. Beati inquit qui lugēt: quo Mat. v.
niam ipsi consolabuntur. ¶ Sileat ergo in nobis lingua male- F
dica: lingua blasphema: lingua magniloqua: quoniā bonuz est
in hoc triplici silentio salutare domini prestolari vt dicas. Lo- j. Reg. iij.
quere domine: quia audit seru⁹ tuus. Eiusmodi quippe voces
non ad eum sunt sed aduersus eum: sicut legislator murmuran
tibus ait. Non enim contra nos est murmur vestrum: sed cōtra
dominum. ¶ Ita tamē ab his taceas ne omnino taceas: ne de- Exo. xvj.
deris silentiū ei. Loquere illi cōtra iactantiā in confessione vt G
obtineas veniā de preterito. Loquere in gratiarū actione con
tra murmurationē: vt ampliorē inuenias gratiā i presenti. Lo-
quere in oratione cōtra diffidentiā vt cōsequaris et gloriaz in
futuro. Confitere inq ꝓterita et ꝓ presentib⁹ gratias age: ac
deinceps ora studiosius ꝓ futuris: vt ne ipse quidem sileat a re
missione ab imissione/ a promissione. Ne taceas: inq ne dede-
ris silentium ei: loquere vt et ipse loquatur et dicere possis: di
lectus meus mihi et ego illi. Jocunda vox et eloquium dulce.
Nimirum non vox murmuris hec/ sed vox turturis est. Et ne di
xeris quomodo cantabimus canticum domini in terra aliena? Ps. cxxxvj.
non iam aliena reputabit de qua sponsus ait. Vox turturis au-
dita est in terra nostra. Audierat eni dicentē. Capite nobis vul
pes paruulas: et forte ex eo in vocē exultationis erupit vt di-
ceret. Dilectus meus mihi et ego illi. Plane vox turturis: que
tam viuenti q mortuo singulari vtiqz castimonia suo compari Cant. ij.
perseuerat: vt eā neqz mors neqz vita a christi separet charita- Ubi. s.
te. Intuere eteni vtrū nā aliquid hunc dilectū auertere potue-
rit a dilecta: q min⁹ ei et peccāti et auerse pseueraret. Glomera
te nubes radios solis offendere cōtendebant: vt iniqtates no-
stre separarēt inter nos et deū: sed incaluit sol et vniuersa dis-
soluit. Alioqn quādo redijsses ad eū nisi ille tibi perseuerasset
nisi clamasset. Reuertere reuertere sunamitis: reuertere reuer Cant. vj.
tere vt intueamur te? Esto ergo illi et tu nihilomin⁹ perseuerās
vt nullis ab eo flagellis aut laboribus auertaris. ¶ Luctare
cū angelo ne succūbas: qz regnū celorū vim patit: ꝛ violenti ra- H
piunt illud. An nō lucta: dilectus meus mihi et ego illi? Notā
fecit dilectionē suā: experiat et tuam. In multis eni tentat te

dominus deus tuus. Declinat sepius auertit faciem: sȝ nõ i ira. Probationis istud est: nõ reprobationis. Sustinuit te dilectꝰ: sustine tu dilectũ: sustine / viriliť age. Nõ illũ vicere peccata tua: te quoqȝ ipsius flagella nõ superent: et obtinebis benedictionẽ. Sed qñ? Cũ aurora fuerit: cũ aspirauerit iã dies: cũ stabilierit hierusalẽ laudẽ in terra. Ecce inquit vir luctabať cũ iacob vsqȝ mane. Auditã fac mihi mane misericordiã tuã: quia speraui in te dñe. Nõ tacebo nec dabo tibi silentiũ vsqȝ mane: et ieiunium nec ieiuniũ. Nimirũ dignaris et pasci sed inter lilia. Dilectus meus mihi et ego illi: qui pascitur inter lilia. Nimirũ et supra si meministi in eodẽ cãtico euidenter expressum est: q floruȝ apparitio turturis comiteť auditũ.

gen. xxxii

¶ Sed attẽde q locũ non cibũ indicare videť: nec qđ vel pascit exprimit: sed inter que. Forte eni nõ cibo / sed cõsortio pascitur liliorũ: nec liliis vesciť sed versať. Nimirũ odore potius q̃ sapore lilia placent: et visui magis sunt apta q̃ esui. Ita ergo pascitur iter lilia donec aspiret dies: et venustati florũ fructuũ succedat vbertas. Interim quippe florũ nõ fructuũ tps est: dum in spe magis q̃ in re sumus: et per fidem nõ per speciẽ ambulantes: expectatione magis q̃ experientia gratulamur. Cõsidera denique floris teneritudinem: et memẽto verbi qđ ait apostolus. Quia habemꝰ thesaurum istũ in vasis fictilibus. Quanta enĩ videnť iminere pericula floribꝰ: q̃ facile spinarũ aculeis liliũ perforať. Merito proinde canit dilectus. Sicut liliũ inter spinas: sic amica mea iter filias. An nõ erat inter spinas: qui dicebat. Cũ his qui oderũt pacẽ eram pacificus? Ceterũ et si iustus germinat sicut liliũ: sed nõ ad liliũ sponsus pasciť nec in singularitate cõplacet sibi. Audi denique inter lilia cõmorantem. Ubi inquit duo vel tres congregati fuerint in nomine meo ibi sum in medio eorũ. Amat semp media iesus: diuerticula semp et reclinatoria reprobat filiꝰ hois: dei et hominum mediator. Dilectꝰ meus mihi et ego illi: qui pasciť inter lilia. Curemus habere lilia fratres: extirpare spinas et tribulos: et inserere lilia festinemus: si qñ forte et ad nos pascendus dignetur dilectus descẽdere.

ij. cor. iiij.

Ps. cxix.

mat. xviij.

¶ Apud mariã vtiqȝ pascebať: idqȝ copiosius p multitudine liliorũ. An nõ lilia virginitatis decus: humilitatis insigne: supereminẽtia charitatis? Erũt tamẽ et nobis lilia q̃uis inferiora valde: sed ne inter hec quidẽ dedignabitur pasci sponsus: siquidẽ eas quas prediximus actiones gratiarũ: deuotionis hilaritas illustrauerit: orationẽ intentionis puritas candidauerit: cõfessionẽ indulgẽtia dealbauerit: sicut scriptum est. Si fuerint peccata vestra vt coccinũ: quasi nix dealbabunť: et si fuerint rubra: quasi vermiculꝰ: velut lana alba erunt. Ceterum quicqđ illđ est quod offerre paras: marie cõmendare memento: vt eodem alueo ad largitorẽ gratie gratia redeat quo influxit. Neqȝ eni impotẽs erat deus: et sine hoc aqueductu infundere gratiã prout vellet: sed tibi vehiculum voluit puidere. Forte enim manus tue: aut sanguine plene: aut infecte muneribus: q nõ eas ab omni munere excussisti. Ideoqȝ modicum istud quod offerre desideras gratissimis illis et omni acceptione dignissimis marie manibus offerenda tradere cura: si non vis sustinere repulsam. Nimirũ candidissima quedã lilia sunt: nec causabitur ille liliorum amator / inter lilia nõ inuẽtũ qcqđ illud sit quod inter marie manꝰ inuenerit.

Esaie. j.

¶ In festiuitate sancti michaelis. Sermo primus.

Angelorũ hodie memoria celebrať: et exigitis debitum p tanta solẽnitate sermonem. Sed qđ de angelicis spiritibus viles loquantur vermiculi? Credimus sane et indubitata fide tenemꝰ diuina eos p̃sentia et visione beatos sine fine letari in bonis dñi: que oculus nõ vidit: nec auris audiuit: nec in cor hois ascenderũt. Quid ergo de his homo loquatur hoibꝰ: que nec ipe quidẽ cogitare: nec illi saltẽ audire sufficiant? Profecto si ex abundantia cordis os loquitur: sileat nihilominꝰ lingua necesse est, ex inopia cogitationis. Attamẽ si multũ est ad nos loqui de ea claritate et gloria qua in semetipsis: immo in deo suo angeli sancti: nostris oino supeminẽt cordibꝰ: de ea loquamur quã nobis exhibent gratia et charitate. In supernis eñ spiritibꝰ non solũ admirabilis dignitas: sed dignatio amabilis inueniť. Dignũ est pinde fratres vt gloriã non capientes tantomagis amplectamur misericordiã: qua nimirũ cõstat nihilominus abũdare domesticos dei: celi ciues / pncipes paradisi. Testatur denique apl's ipe qui raptus vsqȝ ad tertiũ celũ beate illi curie meruit interesse atqȝ eius nosse secreta: quoniã oẽs administratorij sunt spiritꝰ: missi in ministeriũ propter eos q hereditatẽ capiunt salutis. Neqȝ id cuiq̃ incredibile videať: qñquidẽ ipse quoqȝ creator: et rex angelorũ venit nõ ministrari: sed ministrare / et animã suã dare p multis.

¶ Ut quid ergo ministeriũ illud angelorũ quispiã dedigneť: in quo precedit eos cui in excelsis tota cũ auiditate et felicitate ministrãt? Si et hinc dubitas: vtiqȝ qui vidit testimonium perhibuit milia inquiens miliũ ministrabant ei: et decies centena milia assistebant ei. Alius quoqȝ ppheta ad patrẽ de filio loquens ait. Minuisti eũ paulominꝰ ab angelis. Sic plane sic decet: vt vincat et humilitate q sublimitate vincebat: sicqȝ tãto minor angelis q̃to inferiori sese ministerio mancipauit: qui tãto excellentior est quãto differentius pre eis nomẽ hereditauit. Sed queras fortasse in quo minoratus videatur ab angelis cũ ministrare venit: qñquidem vt supra meminimus in ministeriũ mittunť et illi. In eo vtiqȝ q nõ modo ministrauit / sed ministratus est: eratqȝ vnus et idẽ qui ministrabat et qui ministrabať. Merito pinde sponsa in canticis canticorũ. Ecce inqt venit is saliens in montibus: trãsiliẽs colles. Ministrãs eni saliit inter angelos sed et ipsos transiliit ministratus. Ministrant eni angeli / sed de alieno: offerẽtes deo bona opa nõ sua sed nostra: ac nobis eiꝰ gratiã referentes. Unde et scriptura dicẽs: quoniã ascendit fumus aromatũ in cõspectu dñi de manu angeli: sollicite premisit data ei fuisse incensa multa. Nostros eni sudores nõ suos: nostras non suas lachrymas offerunt deo: nobis quoqȝ eius munera referũt et nõ sua. Nõ sic minister ille sublimior cunctis / sȝ humilior vniuersis: qui semetipm obtulit sacrificiũ laudis: qui patri offerens animã suã nobis ministrat vsqȝ hodie carnẽ suã. Huius vtiqȝ tanti ministri gratia nihil mirũ si dignãter nobis: immo et libenter angeli sancti ministrent. Ipsi eñ amant nos: qi nos xp̃s amauit. Dicitur certe vulgari quodã puerbio q me amat / amat et canem meũ. Nos vero o beati angeli catelli sumus dñi illiꝰ: quẽ tanto affectu diligitis: catelli inquã cupientes saturari de micis que cadunt de mẽsa dominoꝝ nostrorũ q estis vos. Et hec dixerim fr̃es vt ampliorẽ de cetero erga beatos angelos fiduciã habeatis: ac perinde familiarius in omni necessitate vestra eorum inuocetis auxilia: sed et dignius in eoꝝ presentia conuersari: et magis ac magis eorũ vobis conciliare gratiã: captare beniuolentiã: exorare clementiã studeatis.

Ps. viij.

Canti. ij.

Apo. viij.

Cuius rei gratia necessarium duco: alias quoqȝ charitati vr̃e exponere causas: que ipsos beatos angelos pro nostra infirmitate reddãt sollicitos: absqȝ sua sane anxietate / sed non absqȝ vtilitate nostra: nec ad detrimentũ felicitatis sue: sed ad nostre salutis augmentũ.

¶ Cõstat sine dubio rationis participes et capaces beatitudinis hũanas aias angelice (si dicere id audeamus) cognatas eẽ nature: nec decet vos o bti spũs cõtra legis pceptũ dedignari quã visitare debetis speciẽ vestrã: licet in multã (vt ipsi cernitis) delecta sit vtilitatẽ. Sȝ neqȝ arbitramur vos supni ciues: ciuitatis vr̃e excidio delectari: et ruina muroꝝ quos semiruptos ipi videtis. Cuiꝰ instaurationẽ si desideratis (vt dignũ est) frequẽter q̃so añ thronũ glorie verbũ precis iterate dicẽtes. Benigne fac dñe in bona volũtate tua syõ: et edificenť muri hierusalẽ. Si diligitis decorẽ domꝰ dei (immo qi diligitis) experiãtur zelũ vr̃m viui et rationales lapides: q soli in instaurationẽ eiꝰ / vobis possunt coedificari.

Psalm. l.

¶ Hic est dilectissimi funiculus triplex quo de excelso celoꝝ habitaculo ad cõsolãdos / ad visitãdos / ad adiuuãdos nos attrahiť supeminens charitas angeloꝝ ppter deũ / ppter nos / ppter seipsos. Propť deũ vtiqȝ cuiꝰ tãta erga nos mie viscera: ipsi quoqȝ (vt dignum est) mittanť. Propter nos in qbꝰ nimirũ ppriã similitudinẽ miserant. Propter seipsos quoꝝ ordines instaurãdos ex nobis toto desiderio prestolanť. In ore eni paruuloꝝ q lacte modo vescunť et nõdũ solido cibo: pficienda est laus illa maiestaťs diuine: cuiꝰ habẽtes primitias angelici spũs beata nimiꝝ delectatiõe fruuntur: sed tanto auidius nos expectãt: q̃to cõsummationis eiꝰ expectatione et expetitione sollicitanť. Que cũ tñ ita sint: pẽsate quãta etiã vobis sollicitudine opꝰ est dilectissimi: vt dignos nos exhibeamꝰ eoꝝ frequẽtia: et eo modo cõuersemur i cõspectu angeloꝝ: ne forte sanctos offendamꝰ obtutꝰ. Ue eni nobis si qñ puocati peccatis et negligẽtijs nostris: indignos nos iudicauerint p̃sentia et visitatione sua: vt iam necesse habeamus: et nos plãgere et dicere cum propheta. Amici mei et primi mei aduersum me appropinquauerũt et steterunt. Et q iuxta me erãt de lõge steterunt: et vim faciebãt qui querebant animã meã: elongatis nimiruȝ eis quoꝝ p̃sentia ptegere nos et propulsare poterat inimicum.

Ps. xxxvij

¶ Et si tam necessariaȝ habemus familiaritatem dignationis angelice: cauenda nobis eorum offensa: et in his maxime exercendum quibus eos nouimus oblectari. Sunt enim plurima que eis placent: et que in nobis inuenire delectat: vt est sobrietas / castitas / paupertas voluntaria / crebri in celum gemitus: et orationes cum lachrymis et cordis intentione. Attamen super omnia hec vnitatem et pacem a nobis exigunt angeli pacis. Quidni maxime delectentur in his que formam quandam ciuitatis sue representant in nobis: vt mirentur hierusalem nouam in terra: Dico autem vt quomodo ciuitatis illiꝰ participatio est in idipsum: sic et nos id ipsum sentiamus: idipsum dicamus omnes / et non sint in nobis scismata: sed magis omnes simul

vnum

vnū corpus sim⁹ in christo: singuli autē alter alterius membra. Econtra vo nihil eq̄ offendit: et ad indignationē ꝓuocat eos: quomodo dissensiones ꝛ scādala si forte inueniantur in nobis. Audiamus siquidē quid loquat ad corinthios paulus. Cū em̄ sit inter vos zelus et cōtētio nōne carnales estis: et ſm hominē ambulatis: In epistola quoq̄ Jude apli legimus sic. Hi sunt qui segregāt semetipos: aiales spiritū non habētes. Uidere est anima hoīs quēadmodū vniuersa corporis mēbra viuificet cohērentia sibi. Separa ergo quodvis a iunctura ceterorū ꝛ vide an de cetero illud viuificet. Sic est oīs qui dicit anathema iesu quod nemo dicit loquens in spū dei: quia anathema separatio est. Sic ꝛ inquā oīs qui ab vnitate diuidit: ne dubites quin ab eo recesserit spūs vite. Digne igitur cōtentiosos et qui separāt semetipos: apostoli carnales vocant et animales: spiritum non habētes. Dicunt ergo sancti illi et beati spūs vbi scandala inuenerint et dissensiones. Quid nobis et generationi huic spiritum non habenti? Nam si adesset spiritus: per eū vtiq̄ charitas diffunderetur et vnitas non scinderetur. Et dicunt: non permaneamus cum hominibus istis in eternū: quia caro sunt. Que eni conuentio luci ad tenebras. Nos de regno vnitatis ꝛ pacis sumus: et homines istos in eādē vnitatē et pacē sperabamus esse venturos. Nunc autem qua ratione nobis cohereant qui dissidēt a seipsis. Uidetis q̄ congruat huic solēnitati euāgelica lectio que sic deterret nos a scandalo paruulorū: quandoquidem tam vehementer angelis displicent scandala. Qui scandalizauerit vnum de pusillis istis: durum est quod sequit. Sed iam preterit hora/ad missas nobis eūdum est. Peto ne sit vobis molesta dilatio: que poterit non inutilis fore: si capitulum presens/sermone altero diligentius prosequamur.

1. Cor. iij. — Jude. j. — A — mat. xviij.

B In eadem solēnitate. Sermo secundus.

Audistis fratres euangelicā lectionem aduersus eos q̄ pusillos scandalizant satis terribiliter intonātē. Nemini blandit veritas: neminē palpat/nullū seducit/aperte denūciās: quoniā. Ue homini illi per quē scandalū venit. Bonum erat ei si natus non fuisset homo ille. Natus sane denuo: natus ad vitā/natus de spiritu: qui nimirum carne postmodū consummatur. Expedit ei si quis est qui scādala suscitat i hac domo: in hac sancta deo placita et angelis eius ad modū grata ac familiari cōgregatione/vt suspēdatur in collo eius mola asinaria: et ꝓ suaui iugo et leui onere saluatoris: graui mole terrene cupiditatis humeris ei⁹ imposita demergatur in ꝓfundū maris huius/magni et spaciosi manibus: quod est sine dubio seculum nequā. Minus em̄ dānabile erat ei in seculo magis perire q̄ in monasterio. Perire siquidem necesse est hoiem qui charitatem nō habet: etiam si tradiderit corpus suū ita vt ardeat. Et hec dixerim fratres: non q̄si min⁹ bñ de vobis sentiā aut regnare videatur in vobis nequissimum istud vitiū: sed vt in ea charitate et vnanimitate et pace: in qua statis in dño solliciti sitis perseuerare et abundare magis. Que est em̄ spes nostra: et gaudium nostrū: et corona glorie? Nōne vnitas ꝛ vnanimitas vestra: in qua gaudeo vos inueniri fraternitatis amatores: et ante omnia mutuam in vobismetipsis charitatem habentes: quod est vinculum perfectionis? Propter qḋ obsecro vos: sic state in dño charissimi. In hoc enim cognoscūt oēs etiā angeli sancti q̄ christi estis discipuli: si dilectionē habueritis adinuicem. Deniq̄ si tenetis memoria quā vobis precedēti sermone tradidimus triplicem angelice erga nos charitatis et sollicitudinis causam/potest hinc quoq̄ fraterne dilectionis vtilitas magnifice cōmendari. Facile siquidē considerare est homini: qui nō diligit proximum: nullā ex his q̄s tunc diximus: suppetere causam. Nunquid enim christi gratia diligemur ab angelis: si de mutue dilectiōis inopia cognouerint nequaq̄ eius nos esse discipulos? Nunquid diligimur ab eis ꝓpter nosipos: idest spiritalis nature similitudine si inuenimur nō diligere humane nature nostre consortes: imo vo si ex eis q̄ inter nos sunt contentionibus: carnales nos magis q̄ spiritales esse cōstiterit? Deniq̄ nunquid diligent nos propter seipos: et futurā de nobis ciuitatis sue restaurationem si qḋ absit vnum quo solo vniri et coedificari eis possumus defuerit glutinū charitatis? Quomodo sperabunt reedificādos de nobis perpetuos ciuitatis illius muros: si cognouerint: si viderint nos non lapides esse viuos: qui possint inuicem coherere: sed magis puluerem quē proiciat ventus a facie terre: quem vnius verbi flat⁹ i turbinem excitet: et suspitionis cuiuslibet leuissima aura dispgat? Et hec quidē dixisse sufficiat: pro eo quod ait dñs. Si q̄s scandalizauerit vnū de pusillis istis: credo eni q̄ maiori sollicitudine deiceps ab hac tā nequissima peste cauebitis. Iā vo quē non moueat qḋ seq̄tur in euāgelio. Si oculus tu⁹ scādalizauerit te: erue eum ꝛc. Nunquid enim corporalem hunc oculum monemur eruere: aut vnā ex manibus istis: similiter et vnū abscindere pedē? Absit e nobis huiusmodi carnalis omnino ꝛ nimis ridiculosa cogitatio. Sꝫ postq̄ ab exteriorib⁹ scandalis deterruit nos sermo diuinus aspere satis sicut audistis: cōsiliū dat quid de eo nobis agendū sit scandalo quod interius patimur: contrariā inuenientes legem in membris nostris. Ipse em̄ nouit figmētū nostrum q̄ eiusmodi scandalū non tam facile a nobis valeat euitari. Porro tripliciter fieri scādalū istud/quotidiano nobis nosse licet experimento. Interdū enim est in nobis spiritalis intētionis oculus simplex: ꝛ qui gratie magis q̄ noster dicendus sit: sed scandalizat nos oculus noster: et q̄ vere a nobis est: dum voluntas nostra aliā min⁹ castā importune ingerit intentionē. Sed habem⁹ iam super hoc salubre cōsiliū saluatoris. Erue eū inquit et proice abs te. Hoc autē fiet: si non cōsentias: si abicias: si resistas. Simili modo de manu ac pede est intelligendū. Cum enim bonis operibus intentos ad alia opera trahere voluntas propria conatur: manus nostra ē que scandalizat nos: sed abscindi debet ꝛ proici a nobis: vt nō ei consentiamus. Sic etiam ꝓficere in sancta conuersatione: ꝛ ascēdere per gradus scale que iacob apparuit: ac iuxta qḋ ait psalmista. De virtute in virtutem ire desiderantes: sepi⁹ scādalum patimur a pede quodam pusillanimitatis et negligētie nostre: qui nimirum descendere magis ac remissius ire conatur: sed abscindi eum necesse est: vt pes gratie qui stat i directo currere possit sine offensione: sine scādalo: sine impedimēto. Qḋ autem dicit bonum nobis esse ad vitam intrare cū vno oculo/aut manu/aut pede: q̄ duos habentes ire in gehennam ignis: eos notat qui voluntatē suā siue bona siue mala sit eque sequūtur et ingrediunt duab⁹ vijs: nunc bona nunc mala sectantes: ſm qḋ variant desideria sua: Quib⁹ merito vtili⁹ fuerat gratie in omnibus inherere: et vbi obuiat ꝓpria volūtas abscindere/et a seipsis abicere eam. Est autē cū multo tempore in abscisione ꝓprie voluntatis nostre/exercitati aliquatenus eā domam⁹ vt discat iam non supbire sed magis sine oi scandalo vel otradictione deo subiecta sit aia nostra: nec iam abicere necesse sit oculū nostrū: nempe qui simplici adherēs oculo fact⁹ est ꝛ ipse simplex: aut certe iā non alter est ocul⁹ sed vnus cū eo: apostolo teste. Quoniā qui adheret deo vn⁹ spūs est cum eo. Qḋ aūt de oculo dictū est: de manu quoq̄ et pede eodē modo est intelligendū. Cuius enim volūtas et affectione ꝛ cū desiderio gratie coheret: vt nec concupiscat mala agere nec bona minora: nec minus bene q̄ gratia suggerit: hic plane perfect⁹ est vir: sꝫ pax ista potius est felicitatis. Abscisio vero scandaloꝝ et tentationū victoria fortitudinis: illa iquā glorie/hec virtutis.

1. Cor. iij. — mat. xviij. — C — D — mat. xviij. — E — Mat. v. — F — Ubi. s. — ps. lxxxiij — G — 1. Cor. vj.

In solennitate omnium sanctorum de lectione euangelica. Sermo primus.

Festiuitatem hodiernam sanctorum omnium cum omni deuotione dignum est celebrari. Nimirum si magna videtur/et est beati petri solēnitas: seu beati stephani aut cuiuslibet ceterorum: quāta ista est/que non vnius tantum est sed vniuersorū? Uerum nō ignoratis fratres secularib⁹ id moris esse: vt dieb⁹ festis/festiua sibi conuiuia parēt: et quanto fuerit solēnitas clarior: tāto splendidi⁹ epulentur. Quid ergo? Nōne et his qui cōuertūtur ad cordis delitie sunt q̄rēde: et spiritalibus spiritalia cōparāda? Propterea iā paratū est cōuiuiū nostrū fratres: iam cocta sunt oia: et epulādi tp̄s aduenit. Dignū est eiut prius aia satiet/q̄ hec portio sine dubitatiōe ꝛ sine cōparatione sit potior: pſertim cū sanctoꝝ solēnitates manifestū sit/ad animas magis q̄ ad corpa pertinere: et q̄ animaꝝ sunt/aie plus accepttēt: q̄ppe naturali q̄dā eis cognatiōe coiuncte. Quib⁹ ꝓpterea quoq̄ sc̄ti isti cōpatiunt ampli⁹: ꝓpterea magis desiderant animarū bona: et plus earū refectionib⁹ delectantur: quoniā et ipi similes nobis fuere passibiles: et ipi peregrinationis huius et exilij miserabilis deplorauere molestias: et ipi graue huius corporis onus et tumultus seculi et tētationes experti sūt inimici. Nihil itaq̄ dubium quin gratior eis sit et multo acceptabilior illa festiuitas qua intēditur epulis animarum: q̄ sit ea q̄ celebrat a secularib⁹ curā carnis perficiētib⁹ in desiderijs voluptatū. Uerūtamē vnde nobis animarū panis in terra deserta: in loco horroris et vaste solitudinis? Unde nobis sub sole spiritalis cib⁹: vbi nihil est nisi labor et dolor et afflictio spiritus? Sed scio quis dixerit petite et accipietis. Et illud. Si vos cum sitis mali nostis bona data dare filijs vestris: q̄to magis pater vester e celo dabit spiritum bonum petentibus se. Nec ignoro q̄ obnixe tota hac nocte et die petieritis mendicātes dari vobis panem de celo viuum: non eum qui corpus corroborat: sed qui confirmat cor hominis. Nam conuiuas quidem non ausim dicere: sed mendici sumus prebenda dei viuentes. Mendici inquam iacentes ante ianuā regis prediuitis vis

H — Mat. vij. — Ubi. s. — I

ceribus pleni/et cupientes saturari:inmoꝛ sustẽtari de micis que cadunt de mensa dominoꝛum nostroꝛum. quoꝛum celebra= mus hodie solẽnitatem. Nempe delitñs affluunt et mensuram accipiunt bonam et confertã et supereffluentẽ. Confidim⁹ aũt qm̃ erit qui det nobis:chaos enim magnũ et distantia est mul= ta nimis inter liberalitatem et benignitatẽ dei:⁊ auari diuitis crudelitatẽ. Propterea dedit hodie pater noster panẽ. Patres eñ misericoꝛdiaꝝ:pr̃em eẽ necesse ẽ etiã miseroꝝ: dedit inquã nobis panẽ de celo ⁊ cibaria in abũdãtia: quoꝝ vtinã ego fide lis coquus:vtinã aĩa mea coquina vtilis videaꝛ.

K ¶ Siquidem ad preparanda fercula vestra: tota hac nocte concaluit coꝛ meũ intra me:et in meditatione mea exarsit ignis:ille sine du bio quẽ dñs iesus misit in terrã et voluit vehementer accendi. Nam spiritualẽ cibũ ⁊ coquinã et ignẽ habere necesse est spũa lem. Superest iam vt distribuã que paraui:vos autẽ considerate potius datẽ dñm q̃ ministrũ distribuentẽ. Ego eñ q̃tũ in me est:nihil aliud sum q̃ conseruus vester q̃ vobiscũ pariter ⁊ mi= hi et vobis sicut ipe dñs nouit)mẽdico panẽ de celo et alimo= niã vite. Propterea non ego vobis sed pater vester ipe est qui dat vobis panẽ de celo viuũ:ipse vos pascit et operib⁹ et ser= monib⁹:etiã ⁊ carne filii sui q̃ est vere cib⁹. Nam et de operib⁹ lego:meus cibus est vt faci ã volũtatẽ patris mei:et de verbis qm̃ nõ in solo pane viuit homo:sed in omni verbo qđ procedit de oꝛe dei. Ergo nunc quidẽ cibari habemus factis ei⁹ ⁊ ver= bis:post hec etiã illibatum dñici coꝛpoꝛis sacramẽtũ i altaris mensa sacrosancta ipo ꝑpicio percepturi.

Mat. v. ¶ Legim⁹ in euan= gelio hodie. Qm̃ videns turbas iesus/ascendit in montẽ. Pre dicantẽ eñ dñm/de ciuitatib⁹ et castellis populi sequebantur: quoꝛũ saluabat animas:sanabat coꝛpoꝛa:et adherebant ei/af=

L fatu pariter et aspectu illi⁹ delectati:cuius nimirũ vox suauis

Ps. xliiij. et facies ei⁹ decoꝛa:sicut scriptũ est. Speciosus foꝛma pre filiis hominũ:diffusa est gratia in labiis tuis. Talis est quem nos se quimur:cui adheremus:totus desiderabilis: in quẽ nõ solum populi sed et ipsi quoq; angeli sancti desiderãt ꝓspicere. Quid vobis suauius apponem⁹: Nimirũ he sunt delicie angeloꝛum. Gustate ꝑinde et videte qm̃ suauis est dominus. Et huic sua= uitati huic sapoꝛi/huic sapientie que trahiꝛ de occultis: omne quod desideraꝛ non valet comparari. Quid enim: Miraris in sole splẽdoꝛem in floꝛe pulchritudinẽ:in pane saporẽ/ in terra fecunditatẽ. Sed a deo hec vniuersa donata sunt:nec dubium quin multo ampli⁹ reseruauerit sibi q̃ dederit creaturis.

M ¶ Pã ne hoc quidem ociosum putemus:q̃ ascendit in montẽ: nimirũ

Esa. xl. qđ tanto ante ꝑdictũ est tanq̃ a longe clamãte propheta. Sup montem ascende tu qui euãgelizas syon:qui euangelizas hie= rusalem. In qua ascẽsione si vos melius non habetis:ego illud intelligendũ puto qđ in initio actuum apostoloꝛũ beat⁹ lucas

Act. j. meminit dicens. Primũ quidẽ sermonẽ feci de omnib⁹ o theo= phile que cepit iesus facere et docere: vtiq; non iuxta phari= seoꝛũ moꝛem:qui alligabant onera grauia et ĩpoꝛtabilia: et im ponebãt ea in humeris hominum:digito autẽ suo nolebãt ea mouere. An non boni⁹ anime panis est iste et plurimũ cõfirmãs coꝛ hoĩs: Fiducialiter sequoꝛ te dñe quocũq; ieris:et secure in cedo viã mãdatoꝛũ tuoꝝ:sciens q̃ p eã precesseris ipe. Secure īquã viã mandatoꝝ tuoꝝ curro:quãdoquidẽ noui q̃ a summo celo egressio tua/ad currẽdã hãc viã et occursus tuus vsq; ad summũ ei⁹ fuerit p hãc viã. Non possum modo fratres in hunc modũ singula masticare:vos estote animalia munda et ruminã=

Prouer. xxi. tia:vt fiat sicut scriptũ est. Thesaurus desiderabilis requiescit in oꝛe sapiẽtis. Cogit enĩ succingere/foꝛsitan et ꝑscindere ver

N bũ:tam breuitas hoꝛe q̃ materie magnitudo.

Textus. ¶ Uidẽs turbas iesus ascendit in montẽ. Uidens miserationis intuitu: qm̃ erãt sicut oues errãtes non habentes pastoꝛem. Quid est q̃ priusq̃ docere inciperet ascẽdit in montẽ:nisi q̃ in hoc ipso docuit ne= cesse habere predicatoꝛes verbi dei desideriis animi:et cõuer= satione sctã ad sublimia tendere:et virtutũ conscẽdere montẽ.

Textus. Et cũ sedisset accesserũt ad eũ discipuli ei⁹. Cũ sedisset inquit. Alioquin q̃s ad excelsum illũ gygãtẽ posset accedere: Beni= gnissime proꝛsus inclinauit se:et exinaniuit vsq; ad sessionez vt

Psalm. cxxxviij. dicat patri. Tu cognouisti sessionem meã et resurrectionẽ meã. Sedit enĩ vt ad eũ quẽ ne ipi quidẽ angeli stantẽ attingere po terãt:etiã publicani et peccatoꝛes accedãt:accedat maria ma gdalene:accedat et latro de cruce. Et cũ sedisset accesserũt ad eũ discipuli ei⁹. Accesserũt non tã incessu pedũ q̃ affectu coꝛ=

O dis et imitatione virtutũ. ¶ Bene autẽ nõ turbe/nõ q̃libet de populo/sed discipuli accessisse dicunꝛ:q̃ten⁹ sicut testamentum ve⁹ datũ legiꝛ in monte syna:solo moyse ascẽdẽte et ꝑplo ex=

Exodi xxiiij. pectãte deoꝛsum:sic et mõ susciperẽt mẽtes pacẽ ꝑplo ⁊ colles iusticiã:et velut i tenebris q̃buidã et in occulto dicereꝛ aposto lis:qđ postea dicerẽt in lumine:et audirẽt in aure/ qđ predica rẽt postmodũ sup tecta. Uñ et seq̃tur. Et aperiẽs os suũ doce=

Textus. bat eos. Aperuit nũc os suũ q̃ ꝓphetarum pri⁹ aperuerat oꝛa.

Ps. l. Hinc est quod legitur in psalmo:propheta dicente. Dñe labia mea aperies:et os meũ annunciabit laudẽ tuã. Nũc aũt q̃ mul tipharie multisq; modis olim locutus fuerat in ꝓphetis:demũ suꝑpsius oꝛe/locutus est:tanq̃ si diceret. Et qui loquebar ecce adsum. Beati qui audierũt loquentẽ in carne sapientiã: beati qui verbi dei verba que ab ipsius oꝛe processerũt/audierũt. Ue rũtamen quod audierũt illi:adhuc reseruaꝛ nobis: quia ⁊ nos

P audire possumus q̃uis non ab ipso. Aperiens os suũ docebat eos dicens. Beati pauperes spiritu. Uere apertũ est os eius in quo oẽs thesauri sapientie et scientie sunt recõditi. Et vere ei⁹

Rom. xxi. hec doctrina qui in apocalypsi loquiꝛ. Ecce noua facio oĩa: q̃ per prophetã ante predixerat:aperiam os meum/ eructabo ab scondita a constitutione mũdi. Quid enim tam absconditum/ q̃ paupertatem esse beatam: Attamen veritas loquiꝛ:que nec falli nec fallere potest:et ipsa est q̃ dicit:quoniam beati paupe= res spiritu. Sic vos insensati filii adã diuitias q̃ritis/ diuitias desideratis vsq; adhuc:cum iã beatitudo pauperũ diuinit⁹ cõ mendata/predicata mundo credita sit ab hominibus. Querat eas pagan⁹/qui sine deo viuit:querat iude⁹/qui terrenas pro= missiones accepit. Sed qua fronte magis/aut qua mente/ chri stian⁹ diuitias q̃rit postq̃ christus beatos esse pauperes ꝑdica uit: Quousq; filii alieni:quousq; vanitatẽ loqueꝛ os vestrũ: vt beatum dicatis populũ cui hec sunt/hec visibilia / hec presen= tia/cum filius dei os suum aperiẽs locutus sit veritatẽ beatos

Q esse pauperes:et ve diuitib⁹: ¶ Sed diligẽter attẽde q̃ nõ sim= pliciter pauperes nominat propter plebeios: necessitate mise rabili non laudabili voluntate. Spero equidẽ profuturam eis apud diuine bonitatis misericoꝛdiam hanc ipam afflictionis sue miseriã:scio tamẽ dominũ hoc i loco nõ de huiusmodi fuis=

Ps. vij. R se locutũ:sed de his qui possunt dicere cum propheta. Uolũta= rie sacrificabo tibi. Attamen nec voluntaria quidem pauptas omnis/laudem habet apud deum:nam et philosophi oĩa sua reliquisse leguntꝛ:vt expediti mundialib⁹ curis studio vanita= tis possent vacare liberius:et nolebãt censu abũdare terreno vt abundarẽt magis in sensu suo. Hos discernit q̃ dictum est spiritu.i.spirituali voluntate. Beati vero pauperes spiritu/spi rituali scilicet intentione:desiderio spirituali:propter solũ be neplacitum dei et animarum salutem:quoniaz ipsoꝛũ est regnũ celoꝛũ. Sed quis est qui sic loquitur:qui sic beatificat paupe= res/et sic ditat: Putas poterit verũ esse: Erit sine dubio:siq̃= dem verax et potens est qui promittit. Si murmurat inimicus/ respondebitur ei. An non licet mihi facere qđ volo: Nõne ocu= lus tuus nequã est/quia ego bonus: Si tu iure humiliatus es pro eo q̃ aduersum me exaltare te voluisti: nõne qui se humi=

S liant ꝑpter me:merito sunt exaltandi: ¶ Et vere fratres si mi serrimus ille e celo deiect⁹ est:quoniã affectauit celsitudinem: altitudinẽ concupiuit/sublimitatem presumpsit/nonne conse= quens est beatos esse:qui sponte in paupertatis humilitatem sese deponunt:et iuxta domini promissionẽ ipsoꝛũ est regnũ ce loꝛum quod perdidit iste: Et attende q̃ sapienter oꝛdinauerit sapientia contra peccatũ primũ:remediũ primũ opponens. Ac si apertius dicat. Uis obtinere celũ quod perdidit superbiens angelus qui confisus est in virtute sua:et in multitudine diui= tiarũ suarũ. Paupertatis vilitatem amplectere: et tuum erit.

Textus. Sequitur. Beati mites:quoniã ipsi possidebũt terram. Bene optime. Sic enĩ opoꝛtebat cõmẽdata paupertate etiã mãsue tudinem predicari:quoniam relinquentib⁹ oĩa/prima solet esse tẽtatio de molestiis coꝛpoꝛis ⁊ afflictiõe carnis insolita. Quid vero pauptas proderit:si quod absit paup in murmurationez deueniat:factus exasperans et impatiens discipline: Optime quoq; post regni promissionẽ minus aliud regnũ velut in arrã datur:vt sm̃ scripturã promissionẽ habeam⁹ vite eius que nũc est pariter et future:et de exhibitiõe presentiũ/ firma sit expe=

T ctatio futuroꝝ. ¶ Beati mites:quoniã ipsi possidebũt terram. Hanc ergo terrã coꝛpus nostrum intelligo. Quod si possidere vult aĩa:si regnare desiderat sup membra sua: necesse est vt sit ipa mitis et supioꝛi suo subiecta:quoniã tale inueniet inferius suũ:qualẽ se exhibuerit superioꝛi. Armatur enĩ creatura ad vl= ciscẽdam sui iniuriã creatoꝛis. Et ideo nouerit aĩa q̃ rebellem sibi iuenit carnẽ suã:se quoq; min⁹ q̃ opoꝛteat supioꝛib⁹ pote= statib⁹ esse subiectã. Mãsuescat ipa et hũiliteꝛ sub potẽti manu dei altissimi:subiecta sit deo et his pariꝛ q̃b⁹ vice eius habet obedire ꝑlatis/⁊ ꝯtinuo coꝛp⁹ suũ inueniet obediẽs subiectũ. Ueritas eñ est q̃ loq̃tur. Bti mites:qm̃ ipsi possidebũt terrã. Et vide si nõ aduersus secũdi peccati vuln⁹: secũda processe= rit medicina. Prima siquidẽ post angelice ꝑuaricatiõis ruinam eua peccauit:inquietudine spiritus agitata:et interdicti dñi= ci iugũ suaue et leue onus abiciens:quoniã expectare noluit: vt de manu dñi vnde iam cetera acceperat:perfectionem quo= q; beatitudinis mereretur: sed preripere illam serpentis con= silio attentauit. Propter hoc paradisum perdidit / terrã deli=

ciarum:

clarum: propter hoc in ipso corpore contrariaꝫ legem inuenit. Sed iam forsitan ad hanc domini vocem desiderio mansuetu dinis estuas: et conquereris super asperitate cordis tui / et be luinis quibusdam motibus atqꝫ indomita se irate. Attendite

Textus.

ergo qđ sequitur. ¶ Beati q̃ lugent: quoniam ipsi cõsolabuntur. Equum indomitum flagella domant: animam immitem cõtri tio spiritus et assiduitas lachrymarum. Ergo in omnib⁹ operi bus tuis memorare nouissima tua: mortis horrorẽ: iudicij tre mendum discrimen: ardentis gehenne metuꝫ ab oculis cordis tui elongari nullatenus patiaris. Cogita peregrinationis tue miseriam: recogita annos tuos in amaritudine anime tue: co gita vite humane pericula. Cogita fragilitatem propriaꝫ: et in huiusmodi cogitatione si perseueraueris / dico tibi parum sen ties quicquid foris videtur esse molestum: dum toto corde circa interiorẽ molestiam occuperis. Sed nec patietur dominus si ne consolatione te esse: quoniaꝫ pater misericordiarũ est: et de⁹ totius consolationis: et cõplebitur omnino quod veritas pol licetur. ¶ Beati q̃ lugẽt: quoniam ipsi consolabuntur. Concordat

Eccl. vij.

auteꝫ huic sententie etiã illud quod in Salomone legisti. Me lius est ire ad domum luctus q̃ ad domũ conuiuij. Propterea beata esses eua: si post culpam consolationem quereres lachry marum: et conuersa ad penitentiam / veniam citius obtineres. Nũc aũt miserrimã quesisti consolationem / de simili casu viri tui: et veneno pessimo nequissimo videlicet vitio totã infecisti posteritatem tuã: vt vsqꝫ hodie perditionem alteri⁹: alter suã reputet consolationem. Misera prorsus eue cõsolatio et eorum qui miseriam hanc imitantur: sed beati qui lugent: quoniã ipsi consolabuntur. Uerum qđ aliud est hec consolatio q̃ pcedens de spe venie gratia deuotionis et suauissima delectatio boni: et gustus sapientie licet exiguus: quibus interim benign⁹ dñs af flictam refrigerat animã. Sed gustus ille nihil aliud est q̃ ir ritamentum desiderij et incentiuum amoris sicut scriptum est.

Eccl. xxiiij.

Qui edunt me adhuc esurient: et qui bibunt me adhuc sitient. Propterea ilico subinfertur. ¶ Beati qui esuriunt et sitiũt iu

Textus.

sticiam: quoniam ipsi saturabuntur. Qui esurit esuriat ampli⁹: et qui desiderat / abundãtius adhuc desideret: quoniã q̃tũcũ qꝫ desiderare potuerit: tantum est accepturus. Immo vero non sm imperfectionẽ / modũve desiderij: quoniam qui donec pfe cte habeat / pfecte desiderare non potest: sed nec et pfecte ha bere donec perfecte desideret: sed mensuram accepturus ẽ bo nam et cõfertam et coagitatã et supereffluentem. Beati q̃ esu riunt et sitiunt iusticiam: quoniam ipsi saturabuntur. Infirmiori palato cordis / et anime languenti adhuc dura et insipida res videtur esse iusticia: sed qui gustauerunt / ecce ipsi sciunt q̃ bea ti sunt qui esuriunt illam: quoniam ipsi saturabuntur. O vere felix et gloriosa satietas: o sanctum conuiuium: o desiderabi les epule: vbi nimirũ anxietas nulla: nullum poterit esse fasti dium: quoniam satietas summa et summum inerit desiderium. Beati qui esuriunt et sitiunt iusticiã quoniã ipsi saturabũtur. Iam vestro hoc verbuꝫ aduersus adam pcedere credo qui por tionem quidem aliquam videtur tenuisse iusticie in eo q̃ mulie ri quidẽ compassus est: sed si esurisset iusticiã curasset sine du bio reddere quod debebat: non modo vxori sed multomagis creatori. Debebat enim vxori cõpassionẽ vtiqꝫ et disciplinam tanq̃ inferiori. Caput eniꝫ mulieris vir. Debebat autẽ deo obe dientiam atqꝫ subiectionem. Sed quid putam⁹ fratres: q̃ plu rimi vsqꝫ hodie factuꝫ illud grauiter diiudicãt: et tamẽ insipiẽ ter imitantur. Indignantur aduersus adam q̃ obedierit voci vxoris sue plusq̃ dei: et ipsi quotidie euam suã: carnẽ videlicet audiũt plusq̃ deũ. Fratres si modo presentẽ viderem⁹ adam in eo articulo positum: ascendentib⁹ cogitationib⁹ in cor ei⁹ / co artari inter precem vxoris et preceptũ creatoris: nonne clama remus aduersus illũ dicẽtes: caue tibi miser: vide ne feceris: seducta est mulier: nõ acquiescas ei. Ut quid ergo quotiẽs ap prehendit nos tentatio similis: nõ persuadem⁹ similiter nobis ipsis: Beati enim qui esuriũt et sitiũt iusticiã: quoniã ipsi satu rabuntur. Sed quid potest esse ois iusticia nostra corã deo: Non ne iuxta pphetã velut pannus mẽstruate reputabitur: et si distri cte iudicetur iniusta inuenietur ois iusticia nr̃a: et minus habens. Quid ergo de peccatis erit: q̃n ne ipsa quidẽ pro se poterit re spondere iusticia: Propterea obnixe cũ ppheta clamãtes. Nõ

Ps. cxlij.

intres in iudiciũ cum seruo tuo dñe: tota hũilitate ad miam re curram⁹: que sola põt saluare aïas nr̃as: et sollicite pensemus

Textus.

quod sequitur. Beati misericordes q̃n ipsi misericordiam conse quentur. Et attende quẽadmodũ zacheus breuiter vno verbo

Luce. xix.

vtrũqꝫ cõplectitur dicẽs. Dimidiũ bonorũ meorũ do pauperibus et si quempiam defraudaui reddo quadruplum. Uides quãtuꝫ esuriuit iste iusticiam: cui non suffecit equa mensura reddere ni si reddat quadruplum. Misericordia quoqꝫ magna est q̃ dimi dium bonorum suorum dat pauperibus. Uerũtamen non silebo ego quod sentio. Laudem domini loquetur os meum: domini plane non vestram. Neqꝫ enim vobis sed nomini eius do gloriã. Zacheus certe cuius laus est in euangelio dimidium bonoruꝫ suorum dedit pauperibus: sed ego multos zacheos hic video qui nihil sibi ex omnibus reliquere. Quis mihi scribet hoc euã gelium de zacheis istis / immo de petris istis: qui fiducialiter loquuntur domino: ecce nos reliquimus omnia et secuti sum⁹

Mat. xix.

te: Sed scriptum est iam in euangelio eterno in libro vite scri ptum est et signatum. ¶ Beati misericordes: quoniam ipsi mi sericordiam consequentur. Iam vero fratres ade crudelitatem hec sententia tangit qui videbatur vxoris amore peccasse. Ec ce enim scimus o adam quia os de ossibus tuis et caro de car ne tua est: et eius amore peccasti. Uideamus nunc q̃tum dili gas eam. Uenit dominus igneũ tenens gladium: in vltione p̃ uaricationis: oppone te discrimini propter illam et dic. Domi ne mulier infirmior est / mulier seducta est: mea est iniq̃tas: meũ peccatum: in me solũ vindicta procedat. Sed non loquitur sic. Mulier inquit quam dedisti mihi: dedit mihi de ligno &c. O

Gen. iij.

peruersitas: penam pro ea suscipere refugis: et culpã admitte re non recusasti: Quomodo proh dolor omnia confudisti: perni ciose misericors: vbi seuerus esse debueras: et perniciosius cru delis vbi misericordiam impendere oportebat: Nam delinque re propter illam nullo modo: satisfacere vero pro ea libenti aïo debuisti: Sic enim oportet fieri fratres: vt nunq̃ propter aliũ homo peccet: quod est iusticie: et libenter aliena peccata por tet quod est misericordie. Beati qui esuriunt et sitiunt iusticiã quoniam ipsi saturabuntur. Beati misericordes: q̃n misericor

Textus.

diam consequẽtur. Sequitur. ¶ Beati mundo corde: q̃n ipsi deum videbunt. Beati plane et omnino beati qui videbunt in quem desiderant angeli prospicere: quẽ videre / vita eterna est. Tibi dixit cor meũ: exquisiuit te facies mea: faciem tuam dñe requiram. Quid enim mihi est in celo: et a te quid volui super terram: Defecit caro mea et cor meuꝫ: deus cordis mei et pars mea deus in eternum. Quando adimplebis me leticia cum vul tu tuo: Ue mihi ab immũdicia cordis mei qua impediente nec dum mereor ad beatam illam visionem admitti. ¶ Certa sollici tudine fratres: q̃to studio danda est opera: vt mundari possit oculus / quo videndus est deus: Et ego quidem triplici sorde inquinari me sentio: concupiscentia carnis: et concupiscentia glorie temporalis: et preteritorum conscientia delictorũ. Sũt enim in anima motus quidam vtrorũqꝫ desideriorũ: quos nec ratione nec viribus extinguere possum: q̃diu sum in hoc seculo nequã et in corpore mortis teneor alligatus. Attamen contra sordes istas oratiõis oppono remedium: et propterea sicut ocu li seruorũ in manib⁹ dominorꝫ suorꝫ: ita oculi nostri ad dominũ deũ nr̃m donec misereatur nostri: qui solus mundus est: et potest facere mundũ de immundo cõceptũ semine. Sic et cõtra pec cati conscientiã remediũ cõfessionis est institutũ: et oĩa in con fessione lauãtur. Ecce hec sunt que mundãt oculũ cordis: ora tio et cõfessio. Porro beati mundo corde: quoniã ipsi deũ vide bunt. Uidebũt quidẽ in fine facie ad faciem videbũt etiã nunc sed p speculũ in enigmate: et nũc cognoscẽt ex parte / perfecte postea cognituri. Ois enim in cuius conscientia clausum adhuc peccatũ viuit: aut peccat in spe: et ita sentit de deo tãq̃ si mi nus ei peccata displiceãt: aut peccat in desperatiõe immisericor cordẽ sentiens deũ: quorũ vtriqꝫ merito dicitur. Existimasti iniq̃ q̃ ero tui similis quoniam neuter deũ videt sed mentitur iniq̃tas sibi: formãs sibi idolũ pro eo quod non est ipse. Beati vero mun do corde: quoniam ipsi soli deũ vident: soli deo sentiũt in boni tate sicut vere bon⁹ est: ita vt nemo bon⁹ sit nisi ipse. Bti mun do corde: quoniam ipsi deum videbũt. Miseri pinde adã et eua qui cõuersi in vba malicie ad excusandas excusationes i pec catis: dũ cõfessionis mũdationẽ fugiũt. Immũdo remanẽt cor de et a facie dñi eijciuntur. ¶ Sequitur. Bti pacifici: q̃n filij dei vo

Textus.

cabuntur. Merito filij nomine vocabuntur: qui filij opus impleue rint. Ipse enim est: p quem reconciliati pacem habem⁹ ad deũ. Ipse qui pacificauit in sanguine suo que in celis sunt: et q̃ sup terrã: mediator dei et hoim: homo xp̃s iesus. Et attende quẽ admodũ in tribus quidẽ priorib⁹ sibiipsi recõciliatur anima. In duobus que sequuntur primo In sexto deo. In septimo etiam alios recõciliat: tãq̃ recept⁹ in grãm dñi et felici familiarita te donat⁹. Nam paupertate / mãsuetudine / fletu / renouatur in aïa similitudo quedam et imago eternitatis / ois tẽporis comple ctẽtis: dũ paupertate / futura meretur: mãsuetudine sibi presentia vendicat: luctu penitẽtie p̃terita quoqꝫ recupat: sicut scriptum est. Recogitabo tibi oẽs annos meos: in amaritudine aïe mee.

Esaie. xxxviij.

melius aliqd puidẽte p nobis: ne a nobis egressus alibi con=
summaret. Nullum quidẽ in eo nõ dico mortis/ sed vel grauis
egritudinis signũ medicis apparebat: ille tñ exhilaratus spũ
aiebat: oimodis oportere vt hoc anno malachias ab hac vita
egrederetur. Laboratũ est ecõtra & deuotis precibus apud deũ
& q̃buscũq; potuimus modis: sed illius preualuere merita: vt de
sideriũ cordis eius tribueret ei: & nõ fraudaretur volũtate la
biorum suorum. Sic eniz p votis oia ei concurrere: vt hũc maxime
locũ diuina sibi inspirãte clemẽtia elegisset/ & hũc quoq; ex lõ
go optaret sepulture hre diẽ: quo fideliũ oim gñalis memoria
celebratur. Sed & illud nostra hec gaudia merito cumulauit:
quod fratrum nostrorum ossibus de priore cimiterio huc aspor
tandis & recondendis: eadem nobis dies auctore deo fuisset
electa. Que nimirum deportantibus nobis & ex more psallen=
tibus: idem vir sanctus plurimum sese illo cantu delectari di=
cebat: et

cebat:⁊ nō multo post ipse q̄z secut⁹ est somno suauissimo ⁊ feli
cissimo soporatus. Agimus itaq̧ gratias deo super oīb⁹ di
spositionibus suis: q̄ indignos nos beate mortis eius honora
re presentia: q̄ pauperes suos preciosissimo corporis eius locu
pletare thesauro: q̄ infirmos nos tanta ecclesie sue voluit ful
cire columna. Alterum siquidem e duobus signum illud quod
nobis in bonum factum est persuadet: q̄ aut placitus deo sit
locus: aut sibi placitum facere velit ad quem tāte sanctitatis
virum a finibus terre moriturum sepeliendumq̧ perduxit. Ce
terum populo illi affectuosius condolere: ⁊ eius que tam mise
rabili ecclesie dirum hoc vulnus non pepercit inferre: crudeli
tatem mortis vehemētius abhorrere: beati huius patris cha
ritas ipsa cōpellit. Dira profecto ⁊ inexorabilis mors que tan
tam hominum multitudinē vnius percussione mulctauit: ceca
et improuida que malachie ligauit linguam: impediuit gres
sus: dissoluit manus: oculos clausit. Illos inq̄ deuotos ocu
los: qui piissimis fletibus diuinam peccatoribus reconsiliare
gratiam cōsueuere: Illas mūdissimas manus que laboriosis
⁊ humilibus operibus exerceri semper amauerāt: que domi
nici corporis hostiam salutarem pro peccatoribus totiēs offe
rebant: ⁊ sine ira ⁊ disceptatione in oratiōe leuabātur: in celū
que infirmis multa beneficia prestitisse: ⁊ signis varijs effulsis
se noscuntur. Illos quoq̧ speciosos gressus euangelizātis pa
cem: euangelizantis bona: illos pedes q̄ totiens fatigati sunt
studio pietatis: vestigia illa digna que semp deuotis osculis
premerētur. Sancta deniq̧ labia illa sacerdotis que custodie
bant scientiam: os iusti quod sapientiā meditabatur: ⁊ linguā
eius que iudicium loquens: immo ⁊ misericordiā tantis mede
ri solebat vulneribus animarum. Nec mirum fratres inquam
esse quam generauit iniquitas: incōsideratam quā noscitur se

A

ductio peperisse. ¶ Nihil inq̄ mirū si fecerit sine discretione q̄
venit ex preuaricatione: si sit crudelis ⁊ fatua: que ex antiqui
serpentis fallacia ⁊ mulieris insipientia prodit. Quid tamen
causamur q̄ malachiam ausa sit attēptare: fidele equidem mē
brum christi quādo ⁊ ipsum malachie pariter ⁊ omniū electo
rum caput furibunda peruasit? Peruasit vtiq̧ immunē: sed nō
immunis euasit. Impegit vitam mors: ⁊ inclusit intra se vita
mortem: ⁊ absorpta est mors a vita. Hamum sibi deuorans in

B

de teneri cepit vnde visa est tenuisse. ¶ Et fortasse qs dicat.
Quomodo mors a capite superata videt̄, q̄ tāta adhuc liber
tate seuit in mēbris? Si mors mortua quomodo malachiā oc
cidit? Si victa quō adhuc preualet vniuersis: ⁊ nō est homo q̄
viuat ⁊ non videat mortē. Victa plane mors, opus diaboli: et
peccati pena: victum peccatū, causa mortis victus ⁊ malignus
ipse: ⁊ peccati auctor ⁊ mortis. Nec modo victa sunt he sed et
iudicata iam ⁊ dānata. Diffinita quidē sed nondum promulga

C

ta sententia est. ¶ Deniq̧ iam diabolo ignis paratus: ⁊ si non
dum ille precipitatus in ignē: modico adhuc tempore sinitur
malignari. Tanq̄ malleus celestis opificis factus est, malleus
vniuerse terre. Terit electos ad eorum vtilitatē. reprobos cō

Ⓒ

terit in eorum damnationē. Qualis ergo paterfamilias: tales
et domestici eius: peccatū scilicet ⁊ mors. Nam ⁊ peccatum li
cet simul cū christo cruci ipsius nō dubitet̄ affixum: adhuc ta
men interim nō regnare quidē: sed habitare etiam in ipso. dū

Rom. vij.

viueret apostolo permittebatur. Mentior si nō ipse ait. Iā nō
ego operor illud: s3 qd̄ habitat in me peccatū. Sic ⁊ mors ipsa
minime quidē adhuc abesse cogit̄: sed cogitur nō obesse. Erit
autē cū dicetur. Ubi est mors victoria tua? Et ipsa siquidē ini
mica nouissima destruetur. Nunc vero moderāte eo qui impe
rium habet vite ⁊ mortis: ⁊ mare ipsum certis littorum coher
cet metis: mors ipsa dilectis dn̄i somn⁹ refrigeriū est: pph̄a at

ps. lxxxvi

testāte qui ait. Cum dederit dilectis suis somnū, ecce heredi
tas domini. Pessima quidē mors peccatorū: quorū ⁊ natiuitas
mala: ⁊ vita peior: s3 preciosa est mors sanctorū. Preciosa pla
ne tanq̄ finis laborū: tanq̄ victorie consummatio: tanq̄ vite
ianua: ⁊ perfecte securitatis ingressus. Congratulemur itaq̧
fratres congratulemur vt dignū est patri nostro: quia pium est
defunctum plangere malachiam: ⁊ pium magis malachie cō
gaudere viuenti. Nūqd̄ non viuit? Et beate. Nimirū visus est
oculis insipientiū mori: ille autē est in pace. Deniq̧ iam cōci
uis sanctorū ⁊ domesticus dei psallit pariter ⁊ gratias agit di
cēs. Transiuimus per ignē ⁊ aquam: ⁊ eduxisti nos in refrige

ps. lxv.

rium. Transiuit plane viriliter ⁊ feliciter pertransiuit. Uerus
hebreus pascha celebrauit in spiritu, ⁊ nobis transiens loque

Luc. xxij.

batur. Desiderio desideraui hoc pascha māducare apud vos.

D

¶ Transiuit per ignem ⁊ aquam: quem nō tristia frāgere: nec
retinere mollia potuerunt. Est enim deorsum nos locus quem
sibi totum vendicat ignis: adeo vt ne minimā quidē aque gut

Luce. xvj

tam de lazari digito miser ille diues ibi habere potuerit. Est
⁊ sursum ciuitas dei quā letificat fluminis impetus: volupta
tis torrens: calix inebriās q̄ preclarus. In hoc sane medio bo
ni ⁊ mali scientia continetur: ⁊ voluptatis ⁊ tribulationis hic
capere est experimentū. Infelix eua in has vicissitudines nos
induxit. Hic plane dies ⁊ nox: nā in inferno tantū nox: ⁊ in ce
lo tantū dies. Beata proinde anima que vtrūq̧ pertrāsit: nec
voluptati inherens nec deficiens in tribulatione. Breuiter vo
bis vnū aliquid ex multis huius viri magnificis actibus arbi
tror referendū in quo strenue satis ⁊ ignē ⁊ aquā noscitur per
transisse. Magni illius patricij hiberniēsiū apostoli sedem me
tropolitanā: tyrānica sibi progenies successionis ordine creās
archiepiscopos vendicabat, hereditate possidens sanctuariū
dei. Rogatus itaq̧ a fidelibus malachias noster: vt tantis se
se malis opponeret: animā suā in manibus suis ponens acces
sit intrepidus: suscepit archiepiscopatum tradens sese discri
mini manifesto vt tanto crimini finem daret. Inter pericula re
xit ecclesiā post pericula sibi cōtinuo successorē alterū canoni
ce ordinauit. Ea siquidē cōditione susceperat vt postq̄ cessan
te persecutionis rabie alter secure posset institui ad sedē pro
priā remeare pmitteretur. Ubi sine ecclesiasticis, secularibus
ve redditibus in congregationib⁹ religiosis quas ipse extru
xerat: degens inter eos tanq̄ vnus eorū vsq̧ ad hoc tempus
vixit absq̧ vlla proprietate. Sic dei hoiem examinauit nō exi
naniuit tribulationis incendiū (siquidem aurū erat) sic nec il
lecebra tenuit aut resoluit: nec curiosus spectator in via subsi
tit proprie peregrinationis oblit⁹. ¶ Quis vestrū fratres non

E

vehementer eius imitari cupiat sanctitatē si id audeat vel spe
rare? Credo igitur libentius audituros si dicere forte poteri
mus quid sanctū fecerit malachiā. Sed ne nostrū forsitan mi
nus acceptabile testimoniū videatur scripturā audite dicentē

Eccl. xlv

In fide ⁊ lenitate ipsius sanctū fecit illū. Fide calcabat mun
dū: ioanne attestante q̄ ait. Hec est victoria que vincit mundū

j. Joā. v.

fides nostra. Nam in spū lenitatis dura q̄libet ⁊ aduersa equo
animo tolerabat. Hinc quidē post christū fide calcabat maria
ne caperetur illecebris: inde in patientia sua possidebat ani
mā suā: ne molestijs frangeretur. De his em̄ duobus habes in

Ps. x.

psalmo: casuros a latere tuo mille: ⁊ decē milia a dextris tuis
q̄ multo plures prosperitatis fallacie q̄ aduersitatis flagella
deijciant. Nemo itaq̧ nostrū charissimi plana mollioris vie su
perficie delectatus: iter illud marinū sibi cōmodius arbitret̄.
Magnos hic cāpus montes habet. Inuisibiles quidē s3 eorum
periculosiores. Laboriosior forte via videtur inter ardua col
lium: ⁊ aspera rupiū: sed expertis longe securior: ⁊ desiderabi
lior inuenitur. Utrobiq̧ tamen laborem: vtrobiq̧ periculū esse

ij. Cor. vj.

nouerat qui dicebat. Per arma iusticie a dextris ⁊ a sinistris:
vt merito cōgratulemur eis: qui transierunt per ignē ⁊ aquam
⁊ in refrigeriū sunt educti. Refrigeriū vultis audire? Utinam
id vobis alius loqueretur. Nā ego qd̄ nō gustaui, eructare nō
possum. Uideor tamen mihi hodie super hoc refrigerio mala

Psalm. cxiiij.

chiā audire dicentē. Cōuertere anima mea in requiem tuā: qr
dn̄s benefecit tibi. Qr eripuit animā meā de morte ⁊c. In qui
bus verbis quid intelligā: paucis audite. Siquidē inclinata
est iam dies et longius q̄ sperauerim sermo processit: q̄ inui
tus euellar a paterni dulcedine nois: ⁊ malachiā silere lingua
formidās: finē facere vereatur. Mors anime fratres mei pec

Ezechie. xviij.

catum est: nisi forte excidit vobis qd̄ in pphēta legistis. Ani
ma que peccauerit ipsa morietur. Triplex proinde cōgratula
tio est hois ab oīni peccato ⁊ labore ⁊ piculo liberati. Ex hoc
siquidē nec peccatū in eo habitare dicitur nec penitētie luct⁹
indicitur: nec ab illo deinceps lapsu ei predicitur esse cauēdū
Posuit helias palliū, nō est qd̄ timeat: nō est qd̄ tangi nedum
teneri ab adultera verear̄. Currū ascendit nō est iā trepidare
ne cadat: suauiter scandit: non laborās volatu proprio sed cele
ri in vehiculo sedens. Ad hoc nos refrigeriū dilectissimi tota
animi auiditate curram⁹ in odore vnguētorum hui⁹ beati pa
tris nostri: qui nostrū hodie torporem in feruentissimū deside
rium visus est excitasse. Curramus inq̄ post eum crebrius illi
clamātes trahe nos post te: ⁊ affectu cordis: ⁊ profectu cōuer
sationis: deuotas omnipotenti misericordie gratias referen
tes q̄ indignis seruulis: quibus propria desunt merita: aliena
saltem voluit suffragia non deesse.

¶ Epistola de eodem ad fratres de hybernia.

Religiosis fratribus q̄ in hybernia sunt, ⁊ his ma
xime cōgregationibus quas beate memorie mala
chias episcopus fundauit: frater bernardus clare
uallis vocat⁹ abbas, paracleti cōsolationē. ¶ Si

F

haberemus hic ciuitatem manētem copiosissimis
iure lachrymis plangeremus talē nos amisisse conciuem. Ce
terum si futuram magis inquirimus (vt oportet) (est quidem
nō modica doloris occasio tā necessario duce destitui) debet
tamen zelum temperare scientia: ⁊ dolorem spei fiducia deli
nire. Nec mirari quempiam decet si gemitum extorquet affe

ctus: si desolatio lachrymas exprimit: modũ tamen adhibere necesse est: immo non modice etiã cõsolari intuentes nõ q̃ videntur: sed que non videntur. Que enim videntur tẽporalia sunt: que autem non videntur eterna. Primũ quidẽ cõgratulã dum est anime sancte: ne nos arguat de inopia charitatis dicens ⁊ ipse: qđ dñs ad apostolos ait. Si diligeretis me / gauderetis vtiq̃: q2 vado ad patrẽ. (Joã. xiiij.) Preuenit nos ad patrẽ spiritus spũs pr̃is nr̃i: nec modo charitatis inopes sed ingratitudinis etiã rei esse cõuincimur super oĩbus q̃ per eũ nobis beneficia prouenere: si nõ congratulamur ei qui de labore ad requiem de periculo ad securitatẽ: de mundo transit ad patrẽ. Itaq̃ et piũ est malachiã flere defunctũ: ⁊ piũ magis malachie cõgaudere viuenti. Nunquid non viuit? Utiq̃ ⁊ beate. Uisus est oculis insipientiũ mori: ille autẽ est in pace. Dehinc etiã vtilitatis proprie cõsideratio exultandũ nobis suggerit ⁊ letandũ: q͛ tã potens suos patronus ad celestẽ curiã tam fidelis precesserit aduocatus: cuius ⁊ feruentissima charitas obliuisci nequeat filiorũ: ⁊ probata sanctitas obtineat gratiã apud deum. Quis enim nũc malachiã sanctũ: aut minus posse prodesse: aut minus suos diligere audeat suspicari? Profecto cũ diligeret pri⁹ certiora nunc sue dilectionis a deo capit experimenta: et cum dilexisset suos in finẽ dilexit eos. Absit aũt vt tua nunc o anima sancta minus efficax estimetur oratio: quãdo presenti viuidius supplicare est maiestati: nec iã in fide ambulas sꝫ in specie regnas. Absit vt imminuta nedũ exinanita tua illa tã operosa charitas reputetur: cũ ad fontem ipsum charitatis eterne procumbis pleno hauriens ore: cuius ⁊ ipsa pri⁹ stillicidia sitiebas. Non potuit morti cedere charitas fortis vt mors: immo ⁊ morte fortior ipsa. Nam et decedẽs nõ erat immemor vestri affectuosius vos cõmendans deo: ⁊ nostrã quoq̃ exiguitatem solita illa sua mansuetudine ⁊ humilitate exorãs vt vestri non obliuisceremur in finẽ. Unde ⁊ dignũ duximus scribere vobis: vt sciatis nos ⁊ in spiritualibus: si quid nostra in his exiguitas per beati huius patris nostri merita: vnq̃ potuerit: et in corporalibus si quãdo forte oportunitas preberetur / omnẽ vobis cõsolationẽ impẽdere tota deuotione paratos. Et nũc quoq̃ dilectissimi hybernẽsis ecclesie grauem hanc destitutionẽ toto miseramur affectu: ⁊ eo amplius vobis cõpatimur: quo nos amplius ex hoc nouim⁹ debitores. Magnificauit eñ dñs facere nobiscũ: cũ locũ nostrũ dignatus est beate mortis eius honorare presentia: ⁊ preciosissimo corporis eius locupletare thesauro. Nec molestum sit vobis q͛ apud nos habeat sepulturã: quãdo sic ordinauit deus ſm multitudinẽ misericordie sue: vt vos cũ viuũ haberetis: nobis habere liceat vel defunctũ. Et nobis siquidẽ cõmunis vobiscũ pater ille erat: et est: nã in morte ipsius hoc nobis confirmatũ est testamẽtum. Quãobrẽ sicut nos huius tanti patris gratia vniuersos vos tanq̃ germanos fratres totis amplectimur visceribus charitatis: sic ⁊ de vobis idem sentire spiritalis ipsa cognatio persuadet. Hortamur autẽ vos fratres vt beati huius patris nostri semper curetis sectari vestigia: eo studiosi⁹ quo vobis certius sancta eius cõuersatio diuturnis experimentis innotuit. In hoc eñ veros vos eius filios esse probabitis: si paternauiriliter instituta seruetis: ⁊ vt in eo vidistis ⁊ audistis ab eo quẽadmodũ vos oporteat ambulare sic ambuletis ⁊ abũdetis magis. Siquidẽ gloria patris: sapientia filiorũ. (prouer. x.) Nã ⁊ nostram non mediocriter excutere desidiã: ⁊ reuerentiã incutere cepit: presens nobis tante perfectionis exemplar. Atq̃ vtinam sic nos post se trahat vt pertrahat in tam recenti virtutũ eius odore auidius alacriusq̃ currentes. Orantẽ pro nobis vniuersitatẽ vestram christus custodiat.

G

In kalendis nouẽbris de verbis Esaie. Uidi dominum sedentem super soliũ excelsum. Sermo. j.

(Esa. vj.) Vidi dominũ sedentẽ super soliũ excelsum: ⁊ eleuatum: ⁊ plena erat oĩs terra maiestate eius sublimis quedam visio prophetico nobis sermone describit. Uidi (inquit) dominũ sedentẽ. Magnũ spectaculum fratres: ⁊ beati oculi qui viderũt. (H) Quis nõ toto desiderio cõcupiscat tãte maiestatis gloriã contemplari? Hoc quippe sanctorũ oĩm vnicũ semp desideriũ fuit. Ipse est enim in quẽ desiderant angeli pspicere: quem videre est vita eterna. Sed aliã fratres audio pphete eiusdẽ ⁊ eiusdẽ domini lõge dissimilẽ visionẽ. Siquidẽ esaias iste est qui in alio loco sic loquit. Uidimus eũ ⁊ nõ erat ei species neq̃ decor: ⁊ estimauimus eũ tanq̃ leprosum ⁊c. (Esa. liij.) Ubi illud primũ considerãdũ est q͛ cõmunis illa hec pphetice prerogatiue propria videat. Nõ sine causa sane ibi vidimus scriptũ est: ⁊ hic vidi: nisi vt illam quidẽ intelligas esse cõmunẽ: hanc vero excellẽtie singularis. Siquidẽ absq̃ specie et decore vidit eum ⁊ spreuit herodes: viderũt quoq̃ ipsi iudei: q͛ dinumerauerũt oĩa ossa eius. Jam vero super hac visione beata: manifeste ppheta denuncians ait. Tollatur impius ne videat gloriã dei. (I) Multiphariе ergo multisq̃ modis: nõ solũ locut⁹ in prophetis: sed et visus est a prophetis. Agnouit eũ dauid minoratũ ab angelis: hieremias etiã vidit eũ cũ hoĩbus conuersantẽ: esaias modo super soliũ excelsum: modo nõ solũ infra ãgelos aut inter homines: sed tanq̃ leprosum se vidisse testatur. i. nõ in carne tantum sꝫ in similitudine carnis peccati. Tu quoq̃ si desideras videre sublimẽ: humilẽ prius iesum videre curato. Intuere pri⁹ exaltatũ in deserto serpentẽ: si videre desideras regẽ in solio residentẽ. Ista te humiliet visio: vt illa exaltet humiliatũ. Reprimat ⁊ sanet ista tumorẽ tuũ: vt illa repleat ⁊ satiet desideriũ tuũ. Exinanitũ vides: nõ sit ociosa visio: q2 exaltatũ ociose videre non poteris. Similis eris illi cũ videris eum sicuti est: esto ⁊ nũc similis ei vidẽs eũ sicut propter te factus est. Si eñ (ne in hũilitate quidẽ) similitudinẽ eius abnuis: certa tibi sublimitatis quoq̃ similitudo debetur. Nunq̃ ille sociũ tribulationis / a cõmunione glorie patiet arceri. Deniq̃ vsq̃ adeo non dedignatur passionis sue cõsortẽ: ⁊ in regnũ mittere secũ vt in cruce confitens latro eadẽ die cũ eo fuerit in paradiso. Hinc est qđ ait etiã ad apostolos. Uos estis q̃ permansistis mecũ in tribulationibus meis: ⁊ ego dispono vobis regnũ. (Lu. xxij.) (K) Q2 ergo si cõpatimur ⁊ cõregnabimus: sit interim meditatio nostra fratres christus ⁊ hic crucifixus. Ipm ponamus signaculũ super cor: signaculũ super brachiũ nostrum. Ipm amplectamur brachijs quibusdã vicarie dilectionis: ipsum sequamur studio pie conuersationis. Hoc enim iter quo ostendat ⁊ nobis ipse q̃ est salutare dei: sane nõ iã sine specie ⁊ decore: sꝫ in claritate tanta vt maiestas eius repleat orbẽ terrarũ. Oportune siquidem visione prima tanq̃ hyemali adhuc tẽpore nõ super soliũ sꝫ in inferiori atq̃ humiliori habitatione videt. Duplicẽ quippe solet habere magna dom⁹ quelibet mãsionẽ: estiuã superius: inferius hyemalẽ. Igit dũ ipsa etiam discipulorũ corda brumali adhuc glacie stringerent: ⁊ petrus quoq̃ nõ min⁹ gelido corde q̃ corpore calefaceret se ad prunas: tẽpus oĩnino non erat habitãdi in solio vel poti⁹ apparẽdi. At vbi cantabit canticũ nouũ. Hyems abijt ⁊ recessit: flores apparuerunt in terra nr̃a: (Cant. ij.) oportune iã tunc ascẽdetur in soliũ ⁊ habitabit dñs in excelso. Puta ergo esaiã cũ hec loqueret illius gloriam tpis oculo preuidisse prophetico. (L) Uidi (inquit) dñm sedẽtẽ super soliũ excelsum ⁊c. (Esaie. vj.) Sed quid putamus quale est soliũ istud fratres? Neq̃ eñ altissimus in manifestior manufactis inhabitat. Nulla oĩno materia corporalis apta tãto solio tanto habitatori videtur. Uiuis est cõstruẽda lapidibus fabrica spiritalis quam vera ⁊ eterna vita sua inhabitare dignet. Q2 si min⁹ tãto edificio sufficit angelica creatura: puaricatorũ vtiq̃ minorata precipitio: suscitet certe de terra inopẽ: ⁊ de puluere erigat pauperem: vt collocet eũ cũ principibus: ⁊ soliũ glorie compleat. (Ps. cxij.) Et fortassis propterea ipse qui vidit nõ modo excelsum soliũ: sed ⁊ eleuatũ quoq̃ describit: vt perinde ⁊ angelorum stabilis celsitudo: ⁊ hoim misericors eleuatio designetur. Que sequũtur diligentiorẽ ⁊ ipsa considerationem desiderare videntur: sufficiat hodie vel cepisse.

Item de eodem. Sermo. ij.

(Esa. vj.) Plena erat (ait contemplator noster de eo quẽ sup soliũ viderat) maiestate ei⁹ oĩs terra. Adueniat regnũ tuũ: vt maiestate tua sicut celũ replet / repleatur a terra. Ut qđ eñ princeps hui⁹ mũdi tãto vbiq̃ furore debachat: nisi q2 terra data est in manus impij? Sꝫ hec est hora ei⁹ ⁊ potestas tenebrarũ. Erit certe qñ qui in celo locũ nõ habuerit: ⁊ ab ipa quoq̃ terre superficie exturbabit / miser cauernis vtiq̃ subterraneis recludẽdus. Hinc quoq̃ ppheta dauid sanctorũ psperitate pmissa de maligno et angelis seu mẽbris eius adiecit ⁊ ait. Nõ sic impij nõ sic: sꝫ tanq̃ puluis quẽ proijcit vẽtus a facie terre. (Ps. j.) Nulla iã tunc tẽtandi facultas erit: inquietandi nulla libertas: possibilitas nulla nocendi. Replebit maiestate ei⁹ oĩs terra: qñ iã volũtatis ei⁹ transgressio nulla erit. Magis autẽ qñ creatura ipa liberabit a seruitute corruptionis hui⁹: pter quã ingemiscit ⁊ parturit vsq̃ adhuc. Erit eñ celũ nouũ ⁊ terra noua vt quaqua verteris oculos in ipa tibi rerũ facie diuina videat quodãmodo resplendere maiestas. Sꝫ ⁊ est tibi altera q̃dã terra ppinquior: ⁊ super hac amplior iustiorq̃ sollicitudo. Nemo q̃ppe carnem suã odio habuit. (Ephe. v.) Cõsolare ergo eã vt ⁊ ipa requiescat in spe audiens nimirũ q2 replebit maiestate dñi oĩs terra. Quomõ eñ nũc carnẽ nostrã dilectissimi maiestas diuina repleat: cũ ⁊ magnus ille paulus primitias tñ spũs habẽs ingemiscat miserabiliter satis ⁊ dicat: scio q2 nõ est in me: hoc est in carne mea bonum? (Rom. vij.) Et certe iã nõ dñabat peccatũ in ei⁹ mortali corpe. (Roma. vj.) Nota tñ adhuc ⁊ corpus mortale phiberi: ⁊ peccati quoq̃ soliũ dominium

Rom.vij. minimum negari. Erat enim etiā tūc lex peccati in mēbris eius
quā quidē maiestatis plenitudo cū venerit prorsus excludet.
Nō solū aūt sed ⁊ nouissima inimica destructur mors. Reple-
bit ergo maiestate dñi terra nostra: qñ prorsus de medio fiet
⁊ peccati ois sensus ⁊ debitū mortis. Replebit inq̄ ois terra
nostra dñi maiestate: qñ resurrectionis gloria vestiet induet
A immortalitatis stolā: configurabitur deniq̄ claritati corporis
Phil.iij. christi. ¶ Saluatorem siquidē expectamus qui reformabit cor
pus humilitatis nostre ɔfiguratū corpori claritatis sue. Quid
adhuc murmuras caro misera: qd adhuc recalcitras: ⁊ aduer-
sus spiritū cōcupiscis? Si te humiliat: si castigat: si redigit in
seruitutē: id pfecto in tuo genere nō minus tua interest q̄ ip-
sius: quid eis inuides: quid de operibus vermiū et muriū pel-
libus in gloriā plane gloriā mendicare non erubescunt: cultu
indigno viris interdicto ⁊ mulieribus/ semetipsos dehonestā-
tes potius q̄ ornantes? Reforment ipsi aut magis certe defor-
ment corpora sua: te (si fueris corpus humilitatis reformabit
idem artifex qui formauit. Illā si nō desipis` prestolabere ma
num: vt qd fecit ipsa reficiat. Jam vo qd in ipsa propheticavi
Esa.vj. sione sequatur attende. Et ea inq̄t que sub ipso erāt replebāt
B tēplū ¶ Propterea sane dixi humiliare sub potēti manu dei:
vt exaltet te in tēpore visitationis. Uide vt sub ipo inueniaris
alioquin nō esse poteris cū ipso. Quid enim putas indifferen-
ter admittet hoies in illud tante beatitudinis templū: qui ne
ipsos quidem angelos indifferenter reliquit in eo? Aut non
discernet inter glebas qui discreuit inter stellas. Examinabit
certe argentum: qui ipsum quoq̄ aurum probauit ⁊ reproba
uit. Qualem ergo putas necesse est hominē inueniri: qui repu
diati locū angeli sortiatur? Plane immunē ab oi iniquitate: sz
ab ea maxime q̄ in ipso quoq̄ angelo nō ad leuē offensam: non
C ad momentaneā irā inuenta est: sed ad odiū sempiternū. ¶ Se
mel turbauit superbia regnū illud: concussit muros: etiā pro-
strauit ex parte: ⁊ parte nō modica. Quid ergo: Facile ne de-
inceps admittenda videt? Nunqd nō odit ciuitas illa ⁊ vehe
menter hmōi pestē abhominatur? Certi estote fratres eā q̄ su-
perbis nō pepcit angelis: nec hoibus parciturū. Nō est cōtra-
rius sibipsi: nō est personarū acceptor: similia sunt iudicia ei⁹.
D ¶ Sola enim placet hūilitas siue in angelo siue in hoie: ⁊ qui
sedet in throno/ solos eligit subditos: e quib⁹ repleat templū
Ps.cxij. Scriptum qppe est. Quis sicut dñs deus noster q̄ in altis ha-
bitat: ⁊ humilia respicit in celo ⁊ in terra? Uide aūt ne forte mi
chaelis verbū sit: superbo illi dicenti. Similis ero altissimo
in faciē resistentis. Michael quippe interpretatum dr quis vt
deus. Bene ergo pphta cū dixisset vidisse se dñm super so-
liū excelsum ⁊ eleuatū: ne forte aut excelsū intelligeres de eo
dictū q̄ ait. Ascendā super altitudinē nubiū: aut eleuatum re
ferres ad eos hoies qui in superbiā eriguntur: addit. Et ea q̄
sub ipso erant replebant templū: vt manifeste intelligas nō eā
altitudinē cōmendari q̄ extollit aduersus eū: sz eos in templo
siue in solio fore: q̄ sub eo sunt: alios quidē excelsos stabilita-
te solida: alios ex imo leuatos miseratione diuina. Ac ne for
te obijcias ditioni eius vniuersa subesse: nec quicq̄ determi-
nationis habere. qd ait q̄ sub ipso erant: vt solā q̄ voluntaria
est ⁊ ex feruore charitatis pcedit: approbaret ⁊ cōmendaret
dei subiectionē: addidit ⁊ de seraphin: de quibus et nos loco
suo dicemus qd ab eo fuerit datū. Et ea inq̄t q̄ sub ipso erāt
replebant templū. Ab initio siquidē creauerat angelos de⁹ in
quibus beati illius templi plenitudo constaret: sz nō in omni-
bus beneplacitū est ei: qz ⁊ in ipsis (vt scriptū est` angelis suis
Esa.xiiij. reperit prauitatē. Fuit quippe in eis q̄ diceret. Ponam sedem
E meā ad aqlonē: ⁊ populū q̄ sibi crederet habuit. ¶ Miser ipe q̄
sine deo esse maluit q̄ sub deo: miseri ⁊ illi q̄ videntes furē cū
currerūt cum eo. Exierūt infelices euacuus relictus est locus
quē accipiet alter. Nōne deo subiecta eris aīa mea? Alioquin
nec tibi locus erit in tēplo: qz q̄ sub ipo erant replebant tēplū.
Frustra pulsabunt fatue virgines/ in vanū clamabūt vbi im-
plete fuerint nuptie discūbentiū: ⁊ ianua clausa erit. Infelix
aīa cui nuptijs illis cōtigerit excludi. Infelix de quo clamabi
tur. Tollatur impius ne videat gloriā dei. Ut qd eñ lucē hāc
temporalem miser ille videt q̄ gloriā illā nō merebit intueri?
Utinā nihil vnq̄ vidisset oculus meus: si illa (qd auertat de⁹)
frustrandus est visione. Eant superbi/ insolescāt magis/ extol-
lantur/ infientur: appetant semper in cumulo apparere: vt cum
venerit equitatis linea: a plenitudine eijciant. Tu vero nō sic
sed deo subiecta esto anima mea: subiecta sane ex animo: sub-
iecta cū feruore deuotionis: qz seraphin stabant super illud.
Cum quibus statuet nos hodie fratres: nec dimoueatur a tē
plo isto: in quo omnes dicunt gloriā: quia gloriam contēplan
tur domini nostri iesu christi: qui est super omnia deus benedi
ctus in secula. Amen.

¶ Item de eodem. Sermo.iiij.

NOn vobis arbitror excidisse de duobus seraphin
hodie vobis habendum esse sermonē ppter illud
Esa.vj. Esaie. Qui postq̄ dñm se vidisse testatus est sup
solium residentem: addit seraphin stare super illud.
F ¶ Seraphin qdē dilectissimi sicut frequēter audi
stis nomen est supnorū spirituū: ordinis vni⁹ de nouem summi
atq̄ supremi. Uerū hoc loco vt arbitror nō in ea ponit signifi-
catione: psertim cū innumera illa sint agmina: hic duo tantū
G seraphin describantur. ¶ Et ego quidē fratres si licet in hac
parte vnicuiq̄ abūdare in suo sensu: in duobus seraphin dupli
cem arbitror intelligi creaturā rationabilē: angelicā scz ⁊ hu
manā. Nec mireris hoiem seraphim factū: memēto qz creator
H ⁊ dñs seraphin factus est hō. ¶ Ad cōtumeliā tuā o superbe q̄
creat⁹ inter angelos: inter angelos stare nō meruisti: ecce rex
noster nouos in terra angelos fabricaturus aduenit. Atq̄ vt
tabescas amplius ⁊ liuore pprio torquearis: non qualescunq̄
nec inferiores alicui⁹ ordinis angelos sed seraphin. Audi eñ
Luce.xij. quid ipse loquatur. Ignē inq̄t veni mittere in terrā: ⁊ quid
volo nisi vt accendatur? Uult ergo seraphin fabricari/ vt ibi
stent vnde tu corruisti. Seraphin` inquit` stabant super illud.
Ut quid ergo tu qui mane oriebaris lucifer in veritate non ste
tisti: nisi quia seraphin non fuisti? Seraphin quippe ardēs vel
incendens interpretatur. Tu vero habuisti miser lucē: sed ar-
dorem nō habuisti. Bonū erat tibi si ignifer magis esses q̄ lu
cifer: nec tā immoderato appetitu lucendi vt eras frigidus ip
Esa.xiiij. se: frigidam quoq̄ eligeres regionē. Dixisti enim. Ascendā su-
per altitudinē nubiū: sedebo in lateribus aquilonis. Quid fe
stinas mane oriri lucifer: quid gloriaris super sidera: quib⁹ ali
quando clarius rutilare videbis? Breuis omnino erit gloria-
tio tua. Sequitur sol iusticie quem te esse vana simulatione ia
ctabas: cuius feruore pariter ⁊ splendore in nihilū redact⁹ om
nino dispareas. Frustra quoq̄ paras venturū in fine seculorū
dominū/ tanq̄ veri solis ortum in damnato illo quē assumptu
rus es homine puenire: ⁊ extolli sup oē quod dicitur aut co-
litur deus: quia ⁊ tunc aduentu eius illustratione penitus de-
I strueris. ¶ Et melius (⁊ certe non ad insipientiā sibi` ioānes
baptista: siquidem ⁊ ipse lucifer fuit: non sua psumptione ne et
ipse fur esset ⁊ latro: sed dei patris autoritate pmissus est an-
te dominū. Ecce inquit mitto angelū meū ante faciē tuā ⁊c.
Lu.vij. Habes ⁊ in psalmo de eodem. Paraui lucernā christo meo. Il
Ps.cxxxj le enim erat lucerna ardens ⁊ lucens: ⁊ voluerunt iudei ad ho
ram exultare in lumine eius sed non ipse. Unde ergo? Ipsum
interroga ipse de se loquatur. Amicus inquit sponsi stat: et
gaudio gaudet: ppter vocem spōsi. Stat ergo ioānes: neq̄ eñ
Joan.iij. arundo est vento agitata. Stat qz amicus: stat qz ardens est: ⁊
seraphin stare describūtur. Uere amicus sponsi qui pcedentis
de thalamo suo nō emulatur gloriā: sed parat viā: sed pdicat
gratiā vt ⁊ ipse de plenitudine eius accipere mereatur. Lucet
ergo ioannes tanto vtiq̄ clarius q̄to ampli⁹ feruet: tanto ve-
rius q̄to minus appetit lucere. Fidelis lucifer q̄ solis iusticie
non vsurpare venit sed pnunciare splendorem. Non sum ergo
Joā.iij. (inquit christus: venit fortior me post me: cuius nō sum dign⁹
soluere corrigiā calciamenti eius. Et illud. Ego baptizo vos
Mat.iij. aqua: ille baptizabit vos spiritusancto ⁊ igne. Acsi manifeste
lucifer dicere videatur. Quid admiramini intuentes splēdo-
rem meū? Non sum ego sol: longe aliū videbitis eū: in ei⁹ com
paratione tenebre sum ⁊ nō lux. Ego tanq̄ sidus antelucanū
matutino vos rore pfundo: ille emittet in feruore radios suos
soluet glacies: paludes siccabit: algentes calefaciet: pauperi
bus erit p vestimento. Nec sane dissonat a verbo iudicis vox
precursoris: sed manifeste ignē a ioanne pmissum: christus ex
hibuit dicēs. Ignem veni mittere in terrā. Dicas fortassis in
Luc.xij. igne: vt feruorē/ sic ⁊ splendorē esse. Nō cōtendo licet feruor ei
quodāmodo substātialior videat: ipsum poti⁹ audiamus quid
magis in igne ɔmēdet. Ignē ait` veni mittere in terrā: ⁊ quid
volo nisi vt ardeat? Cognouisti certe quid velit. Sed ne illud
quidē ignoras q̄ vita inuolūtate ei⁹: ⁊ seruus sciēs nec faciēs
dñi volūtatē plagis plurimis habeat vapulare. Quid lucere
festinas? Nondū illud aduenit tps in quo fulgebūt iusti sicut
sol in regno patris eorū. Interim pniciosus est iste appetit⁹ lu
cendi: feruere eñ multo melius. Deniq̄ si tā vehemēter splen
dorem desideras: qd videri vis esse curato: ⁊ primū quere fer-
uorē: nec dubiū qn ⁊ splēdor adijciat tibi. Alioqn inquasiū la
boras: qz van⁹ splēdor absq̄ feruore. Mutuata aut magis cer
te simulata lux est: q̄ nō ab igne pcedit. Qd aūt alienū est: ad
modicū poteris vsurpare. Erit maior cōfusio qd nō erat tuū
tuū voluisse videri. Luna (vt aiunt habet absq̄ feruore splen-
dorem: sed ⁊ ipsum mutuatur a sole: ideoq̄ tam frequēter im-
Eccle. mo ⁊ semp mutatur: nec vnq̄ in eodē statu pmanet. Sic pfe-
xxvij. cto stultus vt luna mutat: sapiens pmanet vt sol. Ille inq̄ stul
tus q̄ in decore suo pdidit sapiētiā: idest q̄ refriguit in splēdo

K
i.Cor.xiij

re. ¶ Cecidit ergo lucifer et fulgur de celo: seraphin vero stabant super illud. Stāt plane seraphin: q charitas nunꝗ excidit. Stant attoniti ⁊ suspēsi in cōtemplatione sedentis in throno: stant in eterna incōmutabilitate ⁊ eternitate incōmutabili. Tu sedere tentasti o impie: propterea tui moti sunt pedes: ⁊ effusi sunt gressus tui. Fili⁹ est q sedet in throno/ dñs sabaoth cum tranquillitate iudicans oīa. ¶ Sola sedet trinitas q sola habet immutabilitatem sola est: apud quā non est transmutatio nec vicissitudinis obumbratio. Seraphin vero stant immutabiles quidē: sed suo modo/ non in eius comparatione. Stāt extendentes se ⁊ intendentes in eum in quē prospicere concupiscunt. Qui sedere presumpsit: seipso volui esse contentus: vnde solā hodieꝗ maliciā esurit: q solā habet hanc a semetipso. Cū loquif mendaciū de ꝓprio loquif: q: mēdax est: ⁊ pater ei⁹ Quod audis de verbo mēdacij intellige ⁊ de opere malitie. Et licet male sibi in malo cōplaceat: sufficere tamē sibi nunꝗ potuit nec in ipso. Sola proinde sedet trinitas summa: que sola in se est: et ideo sola vere est sola se fruitur: sola nullius eget: sola sufficit sibipsi.

L

¶ Item de eodem. Sermo.iiij.

M
Eccle.vj.

Cum dixisset propheta ⁊ seraphin stabant: adiunxit deinde ⁊ ait. Sex ale vni: ⁊ sex ale alteri. Quid sibi volunt ale iste fratres? Ergo ne etiā cū hyems transierit ⁊ sedebit rex super soliū: volandū adhuc erit ⁊ ipsi seraphin: vt possint diuersis occurrere necessitatibus diuersorum: ab imminentibus liberare periculis opem ferre laborātibus in tribulatione positos cōsolari? Absit vt in illo eterne beatitudinis regno necessitas aut periculū aut labor: aut tribulatio sit: cui oporteat subueniri. Ad qd ergo tunc ale? Placet mihi statio illa: oino sic volo manere: nec aliquid prorsus admitto quo mihi stabilitas illa depereat Verūtamen scio beate esaia q propheta es tu ⁊ spiritum eius habens: qui abundātia pietatis excedit hominū non modo merita sed ⁊ vota Salua mihi sit illa tā amata stabilitas: tam si qd ale iste ad beatitudinem addiderint non recuso. Credo autē sicut in statione immutabilitatem: sic ⁊ in volatu alacritatem promitti: ne videlicet insensibilis quedā ⁊ quasi lapidea stabilitas estimetur. Sed dicas. Et si alas habere necesse est quare tam multas? Quid sibi vult multiplicitas ista pennarū. Audi qd sequif. Duabus alis velabant caput/ duabus pedes duab⁹ volabant. In quibus verbis videre mihi videor q de statione dictum est: volatu manifestius explicari. Quo enim seraphin volant nisi in eū cuius ardent amore? Vide flāmā quasi volantem ⁊ stantē simul: nec miraberis iam seraphin stantes volare stare volantes. ¶ Sed q dicimus quo volāt: ipsas quoꝗ quibus volant alas exigere religiosa curiositas vestra videf. Certius posset ⁊ credibilius testimoniū perhibere cui datū est et videre. Ego tamen opinor nō incōgrue pēnas istas agnitionē et deuotionē intelligi posse: quibus in eū qui supra ipsos est seraphin rapiunf. Leuat quippe cognitionis ala sed sola non sufficit. Ruit citius q vna tantū ala volare cōtendit: ⁊ quo magis attollitur/ peius collidif. Experti sunt hoc philosophi gētium q cū cognouissent deū nō sicut deū glorificauerūt: sꝫ euanuerunt in cogitationib⁹ suis: ⁊ obscuratū est insipiēs cor eorum. Deniꝗ tradidi in reprobū sensum vsꝗ in ipsas etiā passiones ignominie corruerunt. Adeo vera ꝓbatur illa sentētia scienti bonū ⁊ nō faciēti peccatū est illi. Sic ⁊ zelus absꝗ sciētia: quo vehemētius irruit: eo grauius corruit: impingēs nimirum atꝗ resiliens. Vbi vero intelligentiā charitas: agnitionē deuotio comitatur: volet secure ꝗsquis eiusmodi est: volet sine fine: q volat in eternitatē.

O

¶ Iam sup ea que ꝓmittif capitis ⁊ pedū velatione extat a patrib⁹ ꝓbata sententia: dei caput pedesꝗ velari: eo q lateat quid ante mundū fuerit/ q̄d ve futurū post cōsummationē Et hoc quidē ꝓ eo q distincte in latinis codicibus scriptū est: caput eius ⁊ pedes eius. Testatur autē interpres noster in hebreo verbū esse cōmune qd interpretari possit eius ⁊ suā: vt seraphin iuxta hebrei sermonis ambiguitatem vel faciē pedesꝗ dei: vel suā faciē ac pedes operire dicantur. Vnde ⁊ mirū videri potest cur e duobus/ eū magis in interpretatione elegerit sensum quē visionis ipsius cōsequentia minus videtur admittere: vt videlicet ⁊ velarēt pariter caput pedesꝗ sedētis: nisi q origenis expositionē secut⁹ est in hac parte.

P

¶ Ceterū si de ipsis quoꝗ seraphin licet accipere: sic pinge eos vt operto capite ⁊ pedibus solū appareat corpus mediū: sed ⁊ ipsum quoꝗ nō penitus ꝓpter eas nimirū alas quibus volare perhibentur. Considero siquidē quasi quoddā caput corpus ⁊ pedes meos: in verbis apostoli quibus ait. Quos enim prescivit ⁊ ꝑdestinauit: conformes fieri imaginis filij sui: ⁊ quos predestinauit: hos ⁊ vocauit. Quos autē vocauit hos ⁊ iustificauit. Et quos iustificauit hos ⁊ magnificauit. Ita initiū meū solius gratie est: ⁊ non habeo qd mihi in predestinatione attribuā siue vocatione. Nō sic sane ab ope iustificationis alienus sum: operat ⁊ illud gratia sed plane mecū. Video ne quēadmodum seraphin in medio appareat aliquatenus? Porro cōsummatio quidem ⁊ ipa solius gratie est: nec est mihi in hac parte vel cū ea siue in ea gloriari: quasi coadiutor videar aut cooperator. Velat itaꝗ seraphin caput suū duabus pennis: si veraciter cognouerit ⁊ humiliter fateatur: q misericordia eū sola preuenerit. Velat ⁊ pedes alis eque duabus si misericordie quoꝗ que subsecutura est: nec ignarus extiterit nec ingratus Quā sane capitis ⁊ pedū velationem: ⁊ nunc quoꝗ negligere nō oportet: licet tunc maxime ꝑficienda sit quādo iudex sedebit sup soliū ⁊ astantes sibi seraphin ⁊ agnitione veritatis subtilius illustrabit: ⁊ inflāmabit vehementius charitatis ardore. In quorū numero indignos nos seruos nominis sui: ipa de qua locuti sumus cōstituere dignetur misericordia: q ab eterno est: ⁊ vsꝗ in eternū super electos: in medio quidem aliquatenus ostendens liberū arbitriū meriti gratia principium ⁊ finem omnino soli vendicans sibi: vt sit nobis alphat o domin⁹ deus noster: ⁊ ꝓ vtroꝗ iure clamemus. Non nobis domine nō nobis: sed nomini tuo da gloriam. Amen.

Bom.viij
Ps. cxiij.

¶ Vnde supra. Sermo.v.

Q

Commendant nobis sacre littere christū dominum ⁊ ex patre ⁊ in patre ⁊ cū patre ⁊ a patre ⁊ ꝓ patre: ⁊ etiā sub patre. Q dicitur ex patre: ineffabilis est natiuitas: q in patre consubstantialis vnitas: q cū patre equalitas maiestatis. Sane enim tria hec ab eterno ¶ Ceterū si ex patre nascēs: quid in patre aut cū patre? Nō incongrue forsitan in pre cubans: cū patre sedens dicatur. Et audite cōfessus hui⁹/ ⁊ huius accubitus rationē. Sicut enim sessio maiestatem: sic cōcessio equalitatē exprimit maiestat': ꝑsertim cū sit ei sedes a dextris patris nō sane sub pedib⁹ vel quasi a tergo. Et sedere quidem iam quiescere est: sꝫ iacere magis. Quid aūt delectabili⁹ ⁊ quodāmodo dulcius esse videbif filio: q in patre est atꝗ cū patre oibus preest? In quo putas hoꝝ summa illa pax dei: q exuperat oēm sensum: ⁊ singularis requies domini cōpetenti⁹ assignetur? Et si digne ore id exprimi nequeat: corde tamē forsitan pie concipitur vt salua quidē in oibus illius indiuisibili simplicitate essentie: inter glorie equalitatē ⁊ substātie vnitatem: velut similis quedā ei que inter cōsensum ⁊ accubitum est cogitari posse distinctio videatur. Deniꝗ parū videf spōse videre sedentē: cubantē sibi flagitat indicari. Indica mihi (ait) quem diligit anima mea: vbi cubas in meridie: Sed ⁊ anime omi q sanū sapit: dulcius sapit/ per oēm modū/ quod apl's ait. Qui adheret deo vnus spiritus est. q̄ꝫ q apostolis dicitur cū sederit rex in sede maiestatis sue sedebitis ⁊ vos iudicantes haud minus vtiꝗ iocundior sessione cubatio. Ego in patre ait filius: ⁊ pater in me est. Nō potuit expressius substātie vnitas cōmendari. Vbi enim vterꝗ in altero nihil quasi exterius licꝫ nihil interius cogitari: simplicissimā magis credi necesse est in ambobus substantie vnitatem. Verūtamen aliquatenus huic simile est qd dicitur. Qui manet in charitate in deo manet: et deus in eo: nisi q hic quidē spiritalis q̄dā vnio fm q supra memorauimus: q adheret deo/ nō quidē vnū: idest nō vna substantia: sed vnus spiritus est: illic vero naturalis potius ⁊ substātialis vnitas designatur. Vnde ⁊ habes in euāgelio. Ego ⁊ pater vnū sumus. Illud proinde iuxta ꝑfatā similitudinē tāꝗ cubiculū vnigeniti: ⁊ quasi summa quedam dñi requies est. Nos quoꝗ ꝑ hanc voluntatū vnionē: et adhesionē spiritus/ quā nimirū charitas facit ꝓ nostro quidā modulo/ in hoc suū cubiculū: ⁊ in suā requiē factus etiā primogenitus introduxit. Is vero qd dicif a patre ambulantē significat: ⁊ ad eū quē proxime ipe ꝑstante celebraturi sumus spectat incarnationis ei⁹ aduentū. Hanc nimirū ⁊ ipe ait. Ego em a deo ꝓcessi ⁊ veni. In terris deniꝗ visus: ⁊ cū hoibus conuersatus medius nostrum quem nesciebamus stetit: verus quidē emanuel nobiscū deus nobiscū stās: sꝫ ꝓ patre: q em nobiscū stetit/ adiutoriū: qd pro patre stetit/ zelū designat. Paternā nāꝗ querebat in oib⁹ gloriā: cuius ⁊ venerat facere volūtatē. Ceterū si pendentē considereo: si christū ⁊ hūc crucifixū attēdas: ibi maxime euidētissimeꝗ eum sub patre reperies: hoc em ꝓprie ac specialiter ad humane ꝑtinuit nature humilitatē fm quā ipe ait. Pater maior me est. Dicere ne audebimus q aliquādo fuerit etiam sine patre: Nemo id ꝑsumeret si non prior ipe dixisset. Deus meus de⁹ me⁹ vt qd dereliqsti me? Quasi q̄dā em ibi derelictio fuit vbi nulla fuit in tanta necessitate virtutis exhibitio: nulla ostēsio maiestatis. ¶ Habemus itaꝗ christū ex patre nascentem: in patre cubātē: cū patre sedentē: a patre ambulantē: ꝓ patre stantem: sub patre pendentē: sine patre quodāmodo morientē.

R
Cant.i.
i.Cor.vj.
Joan.x.
Joā.viij.
Joā.xiiij.
Matth.xxvij.
S

Quoniam

Esa. vi. — Esaie. liij.

Quoniã igitur modo ex his vidisse eũ credemus esaiã cũ diceret. Uidi dñm sedentẽ super soliũ excelsum ꝛ eleuatũ: Longe eñ per oẽm modũ dissimilis ea visio fuit: de qua alibi idem propheta. Uidimus eũ (inquit) ꝛ nõ erat ei species neqꝫ decor ꝛ estimauimus eũ tanq̃ leprosum ꝛ percussum a deo ꝛ humiliatum. Itẽ vtrobiqꝫ vidit eũdem: sed nõ vidit eodẽ modo: ac per hoc quodãmodo nõ eundẽ. Ibi enim vidit eũ liuidũ plagis saturatũ opprobrijs: afflictũ supplicem: lacessitũ iniurijs. Uidit deniqꝫ cõtemptibilẽ/ vidit pendentẽ/ vidit ꝓpter nos morientem: ꝛ ait. Attritus est ꝓpter scelera nostra: cuius liuore sanati sumus. Ibi inq̃ nouissimus viroꝝ apparuit ꝛ despectus: hic aũt erat plena oĩs terra maiestate ipsius. Ibi vir dolorum et sciens infirmitatẽ: hic dñs sedens. Et illa quidẽ cõis visio verbo pluralis nũeri designat: hec aũt tam singularis est q̃ sublimis. Ibi ergo tanq̃ vnus de multitudine vidimus ait: hic vero tanq̃ solus ꝛ solitarius leuans se supra se: vidi (inquit) dominum sedentẽ ꝛc. Sane cõpetenter dñs dicit: q̃ sedere cõspicitur. Sedere eñ presidentis est: sedere dominantis est et regnantis. Maxime vero sedere super soliũ dominationẽ notat: nam sedere simpliciter aliquando ꝛ humiliationẽ. Ceterum vt prediximus: q̃ in patre cubat delicians: cũ patre imperans sedet/ ibi sponsus amabilis/ ibi dñs admirabilis. Deniqꝫ glorioso de⁹ in sanctis suis: mirabilis in maiestate sua. Uidi (inqt) dñm sedentẽ sup soliũ excelsum ꝛ eleuatũ: ꝛ plena erat oĩs terra maiestate eius: ꝛ ea q̃ sub ipso erãt replebant templũ. Que eñ sub ipso erãt? Nunqd ipm qđ dixerat soliũ quẽlibet excelsum ꝛ eleuatũ: sub ipo tamen nihilominus erat. Si eñ ipse sup soliũ sedens: soliũ plane sub ipso. Et quomõ illud replebat tẽplũ? Deinde qñ ꝛ ipsa iã terra oĩs plena est maiestate ei⁹: quomodo templũ adhuc vel vnde replet. Enimuero disce ex his q̃ audis soliũ nõ machinã imaginari corporeã: sed angelicã intelligere creaturã. Si eñ sedes est sapiẽtie anima iusti: q̃ dignior sedes angeli sancti? Hoc plane soliũ glorie ei⁹ excelsum per naturã sed multomagis per gratiã eleuatũ. Excelsos eñ fecit eos natura cõditionis: eleuatos gratia ꝯfirmationis: de qua dicit. Uerbo dñi celi firmati sunt. Ea igit agmina angelorum in quibus sedet deus: ꝛ que sub ipso sunt templũ replent: licet iam terra oĩs ipsius plena sit maiestate. Ubiqꝫ eñ regnat vbiqꝫ imperat: vbiqꝫ maiestas eius: sed gr̃a forte nõ ita. Nõ inq̃ vbiqꝫ sicut potestas: sic ꝛ volũtas eius: bona ꝛ beneplacens ꝛ perfecta. Alioquin quid est qđ dicimus. Fiat volũtas tua sicut in celo ꝛ in terra? Fit eñ voluntas eius de oĩbus: fit ꝑ oẽs non in oĩbus tamẽ. In electis spiritibus fit volũtas dei quando eis efficit cũ ipso vna voluntas. Hec sane adhesio spiritalis vnũ spiritũ faciẽs: sicut multitudinis quoqꝫ credẽtium: cor vnũ ꝛ anima vna legitur extitisse. ¶ Et ea q̃ sub ipo erãt replebant tẽplũ. Replebãt ei benedictione spiritali: replebãt cõsolatione diuina: replebãt diuisionibus gratiaꝝ. Replebãt deniqꝫ fructu sanctificationis: siquidẽ domũ tuã dñe decet sanctitudo: replebant diuersis charismatũ donis: spiritu sapientie ꝛ intellectus/ cõsilij ꝛ fortitudinis/ sciẽtie ꝛ pietatis: ꝛ replebãt illud spiritu timoris dñi. Seraphin stabant sup illud. Nomen est ordinis angeloꝝ summi atqꝫ supremi vt merito stare sup ceteros describant: ꝛ ipsi tamẽ quãlibet ceteris prestẽt: astãt nihilominus dño ꝑsidenti: deuotũ vtiqꝫ ministeriũ ꝛ plenũ reuerentie obsequiũ exhibentes. ¶ Aliter eñ domini: aliter angeli: aliter hoĩs intelligi cõuenit stationẽ. Stat christus ꝓ patre zelans: patris gloriã querens: ꝛ tanq̃ fidelis vnigenitus immo ꝛ primogenitus patris/ zelo patris adiuuans adoptiuos. Sic illũ stephanus stantẽ vidit quẽ habuit adiutorẽ: sic ꝓpheta in adiutoriũ eum surgere precabat: exurge (inquiens) dñe adiuua nos. Sane angelica statio ministratio est dicente propheta. Millia miliũ ministrabant ei: ꝛ decies centena milia assistebant ei. Nã hominis quidẽ stare persistere est in vigore animi: ꝛ obseruatione ꝓpositi. Sic moyses stetit in confractione ꝛ in conspectu dñi: vt aduerteret irã eius: sic stetit phinees et placauit. Seraphin stabant super illud. ¶ Quid sibi vult q̃ nõ vnũ nõ plurimos stantes vidisse se perhibet ꝓpheta: sꝫ duos? Duos siquidẽ ei apparuisse constat ex eo q̃ secutus adiunxit. Sex ale vni: ꝛ sex ale alteri. Et bene duo stabant. Ue enim soli: q: si ceciderit non habet subleuantẽ. Ue tibi superbe spiritus: solitudinis ꝛ solitarie presumptionis amator. Non stetisti in veritate: expulsus est pes superbie: stare nõ potuit. Solus sedere volens tanq̃ fulgur cecidisti de celo: non habiturus aliquando subleuantem. Sex ale vni ꝛ sex ale alteri. Ad qđ multiplicitas ista pennaꝝ? ¶ Duabus (inquit) velabãt caput eius ꝛ duabus pedes: ꝛ duabus volabant. Grande mysteriũ ꝛ profundũ vtiqꝫ sacramentũ. Attentas in vobis hec verba desiderans aures: sed multomagis disertã in nobis linguã exigent/ maximũqꝫ animũ spiritalẽ. Dico vobis tamẽ vtcũqꝫ q̃ sentio. nec sane affirmans dico: sed cõiectans quodãmodo ꝛ opinãs.

Ibid. — ps. xxxii. — Mat. vi. — A — Act. iiij. — B — Act. vij. — ps. xliij. — Dan. vij. — C — D

Quid enim estimare vetat: deiecto lucifero ad peruigiles excubias seraphin constitutos sicut eiecto homine teste scriptura. Cherubin ad custodiã posuit deus. Nec incõgrue forsitan cherubin flãmeus tradit gladius: vt a ligno vite incisio pariter ꝛ incẽsio: quib⁹ nihil carni terribilius: manũ ꝓhibeãt corporalem. Porro seraphin tantũ alas acciplũt: quarũ velamine arceant oculũ spiritalem. Deniqꝫ duabus inqt velabant caput eius: ꝛ duabus pedes: vt nec alta dei: nec profunda ei⁹ iniquus ille valeat cõtemplari. Erit cũ reuelabit gloria dñi sꝫ nõ erit hoc nisi factũ fuerit ante qđ scriptũ est. Tollatur impi⁹ ne videat gloriã dei. Interim sane velat caput: velant pedes: vt mediũ quidẽ aliqđ eidem impio videndũ: sed ad inuidendum vtiqꝫ relinquat. Et velant alis q̃ nimirũ sic illũ arceãt: vt istos sustineant ꝛ sustollant. ¶ Querendũ tamen prius quibus alis volare dicãtur: q: duabus (inquit) volabãt. Nec incõgrue forsitan duas istas nature ꝛ gratie dicim⁹: presertim cũ pri⁹ quoqꝫ in his ipsis etiã soli celsitudo ꝛ eleuatio a nobis fuerit assignata. Uiuaci siquidẽ ꝑ naturã intellectu ꝛ feruenti nihilominus affectu ꝑ gratiã in eũ q̃ supra ipsos est extenti iugiter ꝛ intenti: stare quidẽ vt diximus ꝑ ministeriũ sed ꝛ volare per studiũ perhibentur. Licet enim velẽt caput dñi: velent etiam pedes: sed sibi ista nõ velãt: magis aũt sedule volant ꝛ volitãt inter ista: ꝛ alta potentie eius: ꝛ ꝓfunda sapientie vestigantes. Nec sane scrutatores sunt maiestatis vt perinde opprimantur a gloria q̃ nõ min⁹ diligant q̃ intelligant vtpote quos ille regit ꝛ agit spũs qui scrutat etiã alta dei. ¶ Superbus ille lucifer lucem ꝑferens nõ ignẽ habens alteri tantũ innixus ale/ casum facere potuit non volatũ. Exultauit enim lucidus esse nõ feruidus: nõ incensus qđ seraphin sonat. Non ergo stetit q: contempsit: sed nec volare potuit qđ ꝑsumpsit. Sustulit eñ nature viuacitas: sed in suã plane ꝑniciẽ: quippe quẽ defectus gratie mox deiecit. Nec dissimilis sane illoꝝ casus q̃ cũ cognouissent deũ nõ glorificauerũt aut gratias egerunt: quo tandem merito traditi sunt in reprobũ sensum: ꝛ obscuratũ est insipiẽs cor eoꝝ. Deniqꝫ ꝛ ipi eorũ principi interpositũ est velamen q̃ nulla iã nature viuacitate pertranseat vt ipsius q̃ sup soliũ sedet caput aut pedes valeat intueri. Siquidẽ seraphin stãtes et astãtes duabus alis caput velant: duabus pedes. Non est corporalis diuina substantia: nec in formã hominũ membris distincta corporeis. Spiritus est de⁹ ꝛ q̃ de celo dicũtur spiritaliter vestiganda. Alioqn qs nobis reuelabit hoc caput ꝛ pedes istos quos geminis alis seraphin velant: nisi spiritus ipe q̃ nouit oĩa q̃ in eo sunt: ꝛ scrutat etiã alta dei? Ego enim opinor ipsa esse que in hoc loco capitis noĩe designant. Itaqꝫ ſm hũc sensum caput ei⁹/ maiestas eius/ potestas ei⁹: sempiterna v̾tus atqꝫ diuinitas. Caput eius iuxta illud ꝓpheticũ. Iusticia tua sicut montes dei. Nẽpe qđ sequitur. Iudicia tua abyssus multa: nõ incongrue forte videbitur pedum posse appellatione signari. Sunt enim velut quidã pedes eius: inuestigabiles vie ei⁹: inscrutabilia iudicia eius: ꝓfundum sapientie: ꝛ irreꝑhensibilis quedã: sed incõꝑhensibilis dispositio eius. Ad hos pedes ipsos quoqꝫ dñice incarnationis mysteriũ specialiter cognoscit ꝑtinere: ꝛ oĩs pariter opatio nostre salut'. ¶ Cernere est q̃ sit iusticia illa sublimis: quã sicut mõtes dei ꝓpheta esse miratur. Nostra enim (si qua est) humilis iusticia: recta forsitã sed non pura. Nisi forte meliores nos esse credimus q̃ patres nostros qui nõ minus veraciter q̃ humiliter aiebant. Oẽs iusticie nostre tanq̃ pãnus menstruate mulieris. Quomodo eñ pura iusticia: vbi adhuc nõ põt culpa deesse? Recta ꝓinde interim videri potest iusticia hoim: si tamen peccato non consentiãt/ vt non regnet in eorũ mortali corpe. Nã primi hoĩs in initio quidem nõ modo recta: sꝫ etiã pura fuit: q̃diu ei datũ est nec sentire peccatũ. Ceterũ ꝛ hec ipa qm̃ firma nõ fuit ꝛ puritatem facile ꝑdidit: ꝛ ne ipam q̃ retinuit rectitudinẽ suam. Sane apud angelos iusticia recta: pura ꝛ firma est: sublimis qdẽ: sꝫ adhuc longe inferior q̃ diuina. Nõ eñ innata est eis sꝫ a deo collata: vt natura ipa q̃ ex se est: nõ modo iusticie sꝫ etiã iniusticie capax inueniat. Nunqd non ista est prauitas qdã quã in angelis suis vera illa iusticia legit inuenisse? Nõ eñ iustificabit in cõspectu tuo oĩs viuens: ait is qui dei iusticiam minime ignorabat. Nec ait oĩs homo sed oĩs viuens: forte vt ne ipsos angelicos eũ noueris spiritus excepisse. Uiuũt enim ipi tãto veri⁹ quãto ꝓpius astãt ei: apud quẽ est fons vite. Nihilomin⁹ etiã iusti sunt: sed ex eo/ nõ corã eo munere ei⁹: nõ in ei⁹ comparatione. Ipe eñ sibi iusticia est: cuius volũtas nõ tã equa q̃ ipa equitas. Et vtraqꝫ nõ aliud q̃ ipa substantia est. Illa ergo iusticia verissime sicut mons est q̃ recta est/ q̃ pura est/ que firma est: ꝛ vt ita dixerim etiã substãtia est. Quãta enim in hoc capite latet altitudo. Quãta gloria est: quãtaqꝫ sublimitas: in hoc vmbroso ꝛ condenso monte reposita. Quibus tamen putamus illis hoc caput seraphin velãt: vt nulla sue subtilitate nature

Gen. iij. — E — F — ps. xxxv. — G — ps. cxlij.

nulla rationis perspicacitate nequã oculus in illius queat irrumpere veri luminis claritatẽ. Duabus (ni fallor) alis scilicet ipsorũ glorie ⁊ felicitatis.

h

¶ Ineffabiliter siquidẽ delectantur in admiratione cõtẽplationis illius: nec minus gloriãtur in ipsius veneratione. Iniquus ille admirationẽ quidem sed nõ venerationẽ habens: q: subdi noluit per venerationẽ figi nõ valuit per admirationẽ. Deniq; admirationẽ ipsam in emulationẽ conuertit: nec venerari dignatus: sed conatus est imitari: cũ melius seraphin sua ipsa admiratione felices: veneratione etiã venerabiles fiunt: verã in ipso habentes gloriam cui seruire regnare est: ⁊ apud quẽ ois qui se humiliat exaltabit.

i

¶ Et nunc audi quẽadmodũ his duab⁹ alis ipsum qđ diximus caput dñi: ne iniquus ille inspiciat velare seraphin videantur. Quotiẽs enim sursum dirigit aciẽ in angelicã statim felicitatẽ ⁊ gloriã malignus offendit: ⁊ offendit oculũ pessim⁹ humor: liuor proprius: vt penetrare vltra nõ possit. Sic nimirũ quasi gemino quodã velamine ne sublimiora pspiciat inuidus prepedit ad illorũ quos supiores habere dolet: modo quidẽ felicitatem: modo gloriã: modo vtrãq; simul: reuerberata acie contabescens. Quis enim tã grauis pruritus oculi q̃ inuidia est: Nec ꝓo aliud liuor inuidus/ q̃ aliena gloria ⁊ felicitate torquetur. Miseria em̃ (vt aiunt) inuidia caret. Sed ⁊ pedes dñi quibus nimirũ impenetrabilẽ iudiciorũ ei⁹ abyssum: ⁊ dispositionis eius diximus vias inuestigabiles designari: duabus eq̃ alis velant seraphin. Ego aũt dico/ prudentia ⁊ felicitate. Cũ enim ⁊ fideles pariter ministri sint ⁊ prudentes: sic diuina negocia gerunt ⁊ saluti puidẽt electorũ: vt malignus ille deprehendere oĩno nõ possit. Et hoc pedũ velamento factũ reor vt nesciens dñm glorie fecerit crucifigi: et hoc quotidie fieri vt salutis nostre negocijs ignorãs seruiat ⁊ inuitus: sero postmodũ plangens q̃ dũ obesse voluit inuentus est pfuisse. Sic nimirũ per administratorios spiritus illudit̃ ei⁹ astutia: q: ⁊ fideles sint q̃ detegere nolint: ⁊ prudentes q̃ norint tegere diuina erga nos prouidẽtie ⁊ dispositionis archana. Ceterũ sicut e supremis duabus alis: nequissimus ille admirationem habuit: sʒ nõ venerationẽ, vt diximus sic e medijs quoq; spiritalem ei intellectũ natura sed nõ etiã gratia affectũ dedit: sʒ nihilomin⁹ ex infimis istis: facile satis animaduertere est: q̃ inuentus sit fidelitatis expers: nõ aũt similiter caruisse prudentia. Nisi tu forte aliũ aliquẽ putas esse q̃ dict⁹ est callidior cũctis animantibus serpens. Forte etiã nõ incõgrue dicim⁹ q̃m eo ipso: etiã irreuocabilis casus eius: irreparabilisq; collisio fuerit: q: ex his quas diximus alis: sicut in parte dextera nulla affuerit: sic in leua nulla defuerit. Nõ ita sane duo illi q̃s pphetica nobis visio cõmendauit stantes ⁊ astantes dño maiestat̃. Cui⁹ etiã duabus (vt dictũ est) alis caput velant: ipa eq̃dẽ sua admiratiõe in q̃ delectant̃ feliciter: ac veneratione/ in q̃ sublimiter gloriãtur. Duabus etiã pedes: fidelitate videlicet atq; prudentia. Porro duabus volant: nature vt diximus perspicacia: ⁊ efficacia gratie. Sane mediã quasi quãdã longitudinẽ nudã visibilẽq; relinquũt longanimitatẽ dico ⁊ benignitatem dei ad penitẽtiã hoies inuitantis. Omnibus enim cernere est quẽadmodũ solẽ suũ super bonos ⁊ malos oriri faciat: ⁊ pluat super iustos ⁊ iniustos. Hac nimirũ charitate verus ille salomon quasi quedã media sua constrauit ppter filias hierusalẽ: vt quibus altiora se querere ⁊ profunda vestigare non licet: in his saltẽ medijs valeant exerceri: ⁊ ad sublimiũ subtiliũq; exinde rerũ contemplationẽ pmoueri aliquãdo mereantur. Ceterũ nequissimus ille ex hac visione ⁊ in psenti torquetur acri⁹ et grauius cruciabitur in futuro. Primũ quidem q̃ ipsam nobis longanimitatẽ benignitatis inuideat: deinde q̃ nequaq̃ sibipsi hac saltem occasione prouideat: vt ad penitentiam adducatur.

¶ In festo sancti Martini de exemplis obedientie. Sermo.

k

Multo sermonem a nobis expetit tam vester iste conuentus: q̃ aduentus harũ honorabiliũ psonarum: quas de lõginquo gratulamur adesse. Sane audirem eos ipe libentius: sed q̃m eligũt immo et exigunt magis vt loquar: mihi si nõ licet audire eos: eis necesse est obaudire. Et quidẽ viuus est nobis sermo tam multa mãsuetudo eorũ que videlicet meritis sanctiores: dignitate superiores: sapientia locupletiores: nõ modo ad visitandos: sed etiã ad audiendos nos dignati sunt declinare. Efficax eruditio ⁊ omĩ digna acceptione doctrina. Siquidem nõ verbo ⁊ lingua: sed opere ⁊ veritate nos admonẽt imitatores suos esse sicut ipi sunt xp̃i: ⁊ discere qđ ab ipso vtiq; didicerũt mites esse ⁊ humiles corde. Sic maria elizabeth: petijt coniugatã virgo: ancillã dña/ precursoris matrẽ iudicis mater: dei genitrix: serui genitricem. Sic postmodũ iesus etiã ipe ioannẽ adijt: ⁊ adijt baptizandus: vtpote quẽ decebat implere oẽm iusticiã. Uos quoq; reuerendi patres deteriorẽ nobis nõ facitis partẽ vestrã. Ad audiendũ quippe q̃ ad loquendũ velociores etiã inter ipsos q̃ vestra magis eguerãt documento. Nam nos quidẽ q: oẽm nõ possumus implere iusticiã: vel nõnullã vobis exhibere curamus iustũ esse nõ ignorantes inferiorẽ superioribus obedire. Sed vnde loquemur: Qui de terra est de terra loquitur: ait vox illa clamãtis. De terra ergo loquamur: q: de terra subsistimus: in terra. Audite quiq; terrigene ⁊ filij hominum vobis dicimus ⁊ de vobis. In terra orimur in terra morimur/ reuertentes in eã vnde sumus assumpti. Huc nobis angustus introitus: mora breuis: sola mors certa. Cogit̃ totus adã iudiciũ portare qđ meruit. Dilatatus est vehemẽter: multiplicatus est ⁊ repleuit terrã. Attamẽ velit nolit quantũcunq; recalcitret: vniuersus adhuc fert sententiã quã excepit. Terra (inquit) es ⁊ in terrã ibis. Grauis equidẽ sententia: sed non sine grãdis misericordie tẽperamẽto. Dura admodũ: sʒ si merita penses indulgẽtie plena. Siquidẽ nõ minus iuste peccati diceretur terra es: sed et hoc sub terrã ibis. Iustus foret etiam tunc iustus dñe ⁊ laudabilis nimis. Dignus plane q̃ laudaret̃ sed nõ ego idoneus q̃ laudarẽ. Alioq̃n tũc quoq; nihilominus vere dicerẽ: si tamẽ dicere possem: iustus es dñe: ⁊ rectum iudiciũ tuũ. At nõ infernus confitebitur tibi: neq; mors laudabit te: sed nos qui viuimus benedicimus dño.

Joã iij.

Gẽ. iij.

l

¶ Pepercisti ergo creature tue: pepercisti glorie nois tui vt descẽdẽtẽ de hierusalẽ minime tñ vsq; in hiericho patereris abduci. Semiuiu⁹ adhuc relictus in via semi laudare possum: vbi totus vixero: ibi tot⁹ erumpã in laudẽ ⁊ dicẽt oia ossa mea: dñe q̃s similis tibi. Propter hoc nempe cũ iratus fuisses: misericordie meministi non damnans hoiem in loco perditionis: sʒ in loco afflictionis humilians. Quid causaris homo: quid sententiã quereris duriorem: Terre additus es/ factus e terra: ⁊ ipsa tibi sit patria q̃ materia fuit. Sed audire inq̃s velim: q: spiritus es ⁊ ad spiritum ibis. Siquidẽ etiã spũs sum: qđ ad aiam ptinet: nec portionem hãc mei dubitauerim potiorẽ. Audiui sane ab apostolo: q: dñs spũs est: ⁊ ab ipo dño: q: spũs est de⁹. Nec modo spiritus: sʒ spirituũ pater. Ut q̃d ergo tenet me mater carnis: q: caro ex parte/ spirituũ pater nõ recipit: cũ ex parte sim spirit⁹? Scio scio: agit hoc nõ tã substãtia ipa q̃ culpa. Sicut em̃ peccatores spũs/ inter celũ ⁊ terrã/ ventosum hoc mediũ tenent/ vnde ⁊ potestates huius aeris nominantur: sic peccata nostra inter nos ⁊ deũ separãt: inter creatorẽ patrẽq; spirituũ: ⁊ spiritalem vtiq; creaturã.

Joã iiij.

m

¶ Traxit aiam corpus in regionẽ suã: ⁊ ecce pualens opprimit peregrinã. Factũ est nẽpe talentũ plũbi: nõ aliunde tamẽ nisi q: sedet iniquitas super illud. Corpus enim aggrauat aiam: sʒ vtiq; qđ corrũpitur: corrũpit̃ autẽ/ immo etiã apostolo teste. Mortuũ est ppter peccatũ. Itaq; licet quodãmodo celũ sit homo/ celestibus sine dubio spiritibus similis: substantia simul ⁊ forma: substãtia quidẽ quoniã spiritalis: forma vero q: rationalis est: minime tñ leuare eũ duo ista sufficiũt vt mereat̃ audire: q: celũ es: ⁊ in celum ibis. Frustra glorietur de libertate arbitrij: q̃ in mẽte est: captiuus dicit̃ in legẽ peccati: q̃ in carne est. Nã ⁊ si forsitã videret̃ duplex funiculus posse alteri eque duplici preualere: vt videlicet quem sibi terra gemino quodã iure tanq̃ patria pariter ⁊ materia vẽdicat: ob geminã nihilominus q̃ pdicta est: substantie scʒ ⁊ forme similitudinẽ: celũ quoq; recipiat vt celestẽ: sʒ iã triplicatus inferior ille ⁊ deorsum trahẽs peccato equidẽ accedente funiculus: nisi illinc quoq; occurrerit gratia nõ rũpet̃. Sane vbi illa affuerit: haud dubiũ quin soluat̃ facile/ grauis iste quo trahimur: immo quẽ trahimus funiculus iniq̃tatis. Hec em̃ inter nos ⁊ deũ nõ separãs interuenit sʒ reparãs ⁊ cõiũgens. Itaq; ibo mihi ad montẽ gratie ⁊ colles miserationũ: quarũ thesauros oẽs repositos audio penes christũ. Ibo ad eũ q̃ est plen⁹ gr̃e ⁊ veritatis: si forte accipiã aliq̃d de plenitudine illa: imo si forte accipiar in plenitudine illa: vt cũ ceteris aliquãdo mẽbris occurrã in mensurã etatis plenitudinis christi. Nemo q̃ppe ascẽdit in celũ: nisi q̃ descendit de celo. Fidelissimus plane ⁊ benignissim⁹ mediator: q̃ quidẽ nõ discreuit: sed fecit vtraq; vnũ: mediũ parietẽ macerie soluens donãs nobis oia delicta: delens qđ aduersum nos erat: chyrographũ decreti qđ erat contrariũ nobis: ⁊ ipm tulit de medio affigens illud cruci: et polians principatus ⁊ potestates: traduci confitenter palam triũphans illos: pacificansq; p sanguinẽ suũ q̃ sunt in celo ⁊ q̃ super terrã. Propter hãc nempe salutẽ quã in medio terre erat operaturus nõ cõfestim sub terra posuit hoiem sicut peccãdo meruerat/ sed in terra.

Sap. ix.

Roñ. vij.

Joan. iij.

n

¶ Siquidẽ respirandũ est nobis ⁊ nullatenus desperandũ donec in terra adhuc interim constituti ⁊ suspicere celũ possumus: et suscipere data optima ⁊ dona pfecta desursum a patre luminum: a patre spirituũ: a patre misericordiarũ. Nã ⁊ ppterea rectũ fecit hominẽ: etiã corpore ipo: ⁊ os homini

⁊ os homini sublime dedit: cũ prona vtiq; spectent animãtia
cetera terrã vt attollens ad sidera vultus ilico suspiret vbi tã
beatam ⁊ perennẽ conspicit mansionẽ. Nõne enim pie ⁊ fideli-
ter intuentib⁹ nobis: vehementissimũ quoddã incentiuũ amo
ris ⁊ puocatio flagrãtissimi desiderij est visio ipsa tam lucidis
sime regionis? Non sunt stelle celi similes glebis terre. In-
ter splẽdorẽ solis ⁊ caliginẽ soli huius non parua distãtia est.
Forte tamen hic quoq; nõnulla: sed in suo genere pulchra vi-
dentur: ⁊ hec ipsa vndiq; mixta: nõ pulchris vt aurum in luto:
gemma in sterquilinio: liliũ inter spinas. Tota pulchra es pa-
tria mea: ⁊ macula nõ est in te: tota pulchra es absq; eo qđ in-
trinsecus latet. Quid illud? Nẽpe illi beati angelici spiritus ⁊
anime sanctoꝝ: que iam ingredi meruerũt in locũ tabernaculi
admirabilis vsq; ad domũ dei. ¶ Sicut enĩ sunt corpora terre
stria: sic sunt ⁊ corpora celestia: sed lõge vero alia celestiũ glo
ria q̃ terrestriũ: sic sunt celestes spirit⁹ ⁊ terrestres: nec minor
sane distantia inter eos. Angeli/archãgeli/virtutes/principa-
tus/potestates: dñationes/throni/cherubin ⁊ seraphin. Bene
nomina noui. Forte hoc totũ est. Quid enĩ amplius capiat ter
rigene de celestibus carnalis homo de spiritualib⁹ ⁊ diuinis?
Uerũtamen ⁊ si ignoro quid lateat in his tantis appellationi-
bus: illud equidẽ certissime noui: q magnũ ⁊ mirabile aliquid
sub hac tanta verborũ maiestate clausum sit ⁊ signatũ. Non si
ne causa celũ hoc dicit plane eximiũ nescio qđ celatur in eo.
Celatur inquã: sed tamen nõ negatur fidei vsquequaq;. Uidere
enim nobis datur in terra ipsam exteriorẽ celi pulchritudinem
non adire: internã quoq; gloriã secretorũ eius: ⁊ si nõ compre-
hendere cõceditur vel audire. Uidemus patriã sed a longe sa-
lutamus: odoramus illas delitias/ non gustamus. Enimuero
non sine cã vnigenitus q est in sinu patris ipe nobis in regiõe
hac vmbre mortis quã inhabitamus celestiũ gloriã spirituum

B

Ps. xliiij.

sane per fidẽ enarrat: corpoꝝ vo per speciẽ manifestat. ¶ Au-
di inqt filia ⁊ vide. Et factũ est. Quorsum ista: Inclina ait au
rem tuã: ⁊ obliuiscere populũ tuũ ⁊ domũ patris tui. Uult nos
ponere contumaciã: discere obediẽtiã: apprehendere discipli-
nam. Uult nos etiã obliuisci posteriora: aspicere inferiora: ter-
renos mores ⁊ vitia genuina deserere: celestia sapere: superna
querere: anterioribus inhiare. Uult ⁊ illũ tantũ decorẽ domus
sue ingenuã cõcupiscere creaturã: quo scz in eandẽ imaginem
transformet de claritate in claritatẽ: tanq̃ a dñi spiritu: ac per
inde cõcupiscat etiã rex decorẽ illius vtiq; spiritalẽ. Sed in q̃
visus ille inquies vel audit⁹ inclinare me aurẽ ⁊ obaudire mo
net? Nã q desideriũ pariat manifestũ est. Sane ergo cõsidera
vniuersam hanc celestiũ gloriã corpoꝝ incessanter legibus ob
temperare diuinis: nec vnq̃ sibi positas in tã continuis moti-
bus metas excedere tẽpoꝝ: aut locoꝝ terminos transgredi cõ
stitutos. Sed ⁊ ipsos spiritus tã sublimes audi oẽs administra
torios esse: ⁊ in ministeriũ mitti dignantissimũ: vti ne indignũ
dicã: minime tñ puto reperies in scripturis aliqñ quẽq; illorũ
vel cõtradixisse mittẽti: vel erga ipos tã inferiores se ppter q̃s
in ministeriũ mittebant: saltẽ tenuiter fuisse cõmotũ. Exempla
sunt obedientie si diligẽter attẽdas: eo sane acceptabiliora: q̃
in materia digniori. Sz noui qđ ad ista submurmurat sensus
hois: ⁊ cogitatio prona semp ad malũ. Quid tu mihi inqt ele-
mentoꝝ proponis obediẽtiã supnoꝝ? Quasi vero aut sensus vl
lus in eis: aut vlla vigeat deliberatio rationis ⁊ nõ potius agi
ipsa: q̃ agere videant. Quid vo vel ipsoꝝ angeloꝝ obediẽtiã
sic cõmendas. Sentiũt qdẽ angeli sed delectabilia sola: obe-
dientes equidẽ creatori: sed tã felici q̃ facili volũtate. Quid
ni obediant? Semper enĩ vidẽt faciem patris: quẽ videre pfe-
cta beatitudo: eterna gloria: summa voluptas est. Produc no-
bis dñe patriarchas ⁊ pphetas viros obediẽtes pceptis tuis
obediẽtes ex volũtate/obediẽtes cõtra ppriã volũtatẽ. Factũ
est. Exhibet nobis vt ceteros breuitatis cã pteream/exhibet in
q̃ nobis abrahã ad pceptũ dñi exiẽs de terra sua: eijciens an
cillã ⁊ filiũ ei⁹: etiã charissimũ filiũ Isaac immolare paratus.
Quid hic humana astutia poterit cauillari? Forte respõdeat
qm multipharie multisq; modis apparẽs eis deus: suscipieba
tur hospitio: participabat cõuiuio: alabat alloquio: instruebat
cõsilio: donabat filijs: illustrabat victorijs: diuitijs cumulabat
Quid dices cũ venerit xp̃s factus obediẽs patri vsq; ad mor
tem: mortẽ autẽ crucis? Multũ inqt p oẽm modũ. Qñ enĩ vni-
genitũ dei patris: dei virtutẽ: ⁊ dei sapiẽtiã christũ: qñ psume
rẽ emulari? Oblat⁹ est qr ipe voluit: qñ ⁊ quãtũ voluit passus
est: vtpote verus quidẽ homo: sed verus nihilominus deus: im
mo vero ne ipsam apostolicã obediẽtiã afferas velim: quos ni
mirũ iuxta ppheticã promissionẽ oculis suis vidisse cõstat pre
ceptorem suũ: ⁊ auribus suis vocẽ audisse monentis. Unde ⁊

Act. iiij.

vnus eoꝝ expressius scribẽs ait. Qđ vidimus ⁊ audiuimus: qđ
prospeximus oculis nostris ⁊ manus nostre palpauerũt de ver
bo vite. Quidni relinquerẽt oĩa: quidni ad oĩa sequerent tan-
te presentiã maiestatis? Quid ergo nõ facerem si mihi eadem
copia prestaretur? Sed non fecit taliter omni nationi: nõ preeũ
ti vtiq; nõ sequenti. Siquidẽ vt multi reges optauerũt videre
⁊ nõ viderũt: sic nihilominus venerũt iam dies qñ desiderem⁹
videre diẽ vnuz filij hois: nec tamẽ mereamur. ¶ Oportune er

C

go iam Martin⁹ ad mediũ veniat vt de medio fiat occasio pec
catorũ. Hodie enĩ ille per oĩa similis nobis plane ⁊ sensibilis ⁊
passibilis: sed ⁊ longe post illa patriarchaliũ ⁊ ppheticarũ tẽ
pora visionum: ⁊ homo purus nihil de natura diuinitatis ha-
bens credens autem in eũ quem nõ vidit: plenus fructu obe-
dientie ⁊ virtutum locuples solũ deseruit polũ subijt: terre cõ-
mendans qđ habebat e terra: spiritũ dirigẽs ad patrem spiri
tuũ: cui fideliter in adoptionis spiritu deseruiuit. Nõ fuit cele
ste corpus sed nec spũs quidẽ celestis: rationale animal/ etiã ⁊
mortale: terrigena: filius hois. In terra natus est: in terra edu
catus: in terra exercitatus ⁊ probatus: in terra etiã cõsummat-
tus. Nec vero patriarcha erat: aut vnus ex prophetis. De qui-

D

bus sane in euangelio veritas ait. Qr lex ⁊ pphete vsq; ad ioã
nẽ. Multo magis nõ erat ipe christus: sz erat tñ christus in ipo
haud aliter vtiq; q̃ per fidẽ. Enimuero iuxta hunc modũ etiã
modo ppe est verbũ in corde tuo ⁊ in ore tuo: tñ si recto que-

Heb. xiij.

sieris corde. Nẽpe apostolo interptante verbum fidei istud est
de quo moyses ait. Unde ⁊ alibi idẽ apostolus iesus christus in-
quit heri ⁊ hodie ⁊ ineternũ. Hesternũ qdẽ ab initio seculi vsq;
ad dñicã ascensionẽ: hodiernũ vo diẽ exinde vsq; ad seculi cõ
summationẽ: porro eternũ intellige post cõmunẽ oim resurre-
ctionem. Nulli hoꝝ deest christus: nulli deest iesus: nulli deest
vnctio: nulli salus. Patriarchis ⁊ pphetis in visione exhibi-
tus est: apostolis in hũanitate: martino in fide: angelis iam in
specie. Quã sane speciẽ ⁊ electis oibus ostensurũ sese pmise-
rat: nõ quidẽ hodie/ sed ineternũ. Deniq; iam transierat heri:

j. Cor. v.

iam illud nostrũ illuxerat hodiernũ: cũ apostoli loquerentur.
Et sic cognouimus christũ sm carnẽ: sz iam nũc non nouimus.
Uidetur tamẽ etiã in hoc mane de carnibus agni nõ nihil esse
seruatũ: sed qđ residuũ est vtiq; iã datur igni qđ videlicet vsq;
hodie eadem caro nobis: sz spiritualiter vtiq; non carnaliter
exhibeatur. Neq; enĩ est q causemur nostro huic negatã tẽpo-
ri: siue eã que ad patres veteris testamẽti facta est apparitio-
nem: siue eã que apostolis exhibita est presentiã carnis eius.
Siquidẽ fideliter cõsiderantib⁹ neutrã deesse liquebit. Adest
enim nobis etiã nunc carnis ipsius vera substantia: haud du-
biũ sane qn in sacramento. Adsunt reuelationes/sed in spiritu
⁊ virtute: vt tẽpori gratie qđ nũc est/ nihil in nulla gratia de-

j. Cor. ij.

esse pbetur. Deniq; nec oculus vidit: nec auris audiuit: nec in
cor hois ascẽdit q̃ pparauit deus diligentibus se: nobis tamẽ
reuelauit p spiritũ suũ. Nec mireris q carnales eis manifesta-
tiones exhibuit: qui carnalẽ eius pstolabantur aduentũ. No-
bis enim tanto efficacior gratia ⁊ reuelatio dignior necessaria
est: quãto nimirũ excellẽtiora cõstat esse q̃ expectamus. Itaq;
(vt supradiximus) martinus iste christus nõ fuit/sed tñ christũ
habuit: nõ quomodo angeli in presentia maiestatis: nõ quomo
do apostoli in visione hũanitatis: nõ quomodo olim locut⁹ est

E

in visione sanctis suis: sz quomodo eũ etiam nunc habet eccle
sia in fide ⁊ sacramẽtis. ¶ Nõ erat ille lux: sz lucerna plane ar-
dens et lucens. de ioanne dictum est: sed si illum protulero pu
to dicetis. Maximus. hoim est: plusq̃ ppheta est/ etiã angel⁹

Luce. vij.

est dei patris: sicut ipse testat. Ecce mitto angelũ meũ ⁊c. Et
martinus lucerna erat ardens ⁊ lucens: eũ saltẽ nõ pigeat imi
tari. Sz imitari in eo qđ est imitabile: nõ aũt qđ mirabile exhi
betur. Ad mensam diuitis sedes hodie: diligenter considera
que tibi apponũtur. Discerne inter cibos ⁊ vasa ciboꝝ. Illos
enim iuberis tollere: sed nõ illa. Diues est iste martinus: diues
in meritis: diues in miraculis: diues in virtutibus: diues in si
gnis. Diligẽter ergo considera q̃ apponũtur tibi: quenã videli
cet admirationẽ q̃ vero ad imitationẽ. Aut certe qr sequit in
scriptura illa: qm talia oportet te pparare: diligenter conside
ra quid apponit ⁊ in quo. Suscitauit martinus tres mortuos
quantos nimirum saluatorem legerat suscitasse. Reddidit vi
sum cecis/surdis auditum/mutis loqlã/claudis gressum/ari-
dis sospitatẽ. Euasit diuina virtute pericula/proprij corporis
obiice/flamas repulit/inmanẽ sacrilege machine molem colũ
na parili celo descẽdente pstrauit: leprosũ mũdauit osculo: cu
rauit leo paraliticã: demones vicit: angelos vidit: futura pui-
dit. Uerũ hec quidẽ ceteraq; eiusmodi altissima que fecit ma-
gnalia: quidni mirifica quedã vasa dixerim diuitis hui⁹: auro
grauia/gemmis micantia: paritera; materia ⁊ opere preciosa?
Noli in his saporẽ querere/ sed mirare splẽdorẽ. Luceat in hu
iusmodi lucerna nostra: vt in lumine eius videamus lumen qđ
quidem purum prout in se est/ necdum preuales intueri. Non
enim est iste lux: sed vt testimonium perhibeat de lumine: et
appareat tibi interim gloriosus deus in sancto suo dum non

potes ad gloriã eius sicut est in seipso. Ceterũ ne putaueris
ornatas quidẽ martini lãpades: sed vacuas inueniri: nõ est fa
tua virgo: habet in vasis oleũ: habet vinũ in fialis: habet in-
tra parapsides istas ciborũ copiã: delitias vtiq̃ spũales: vt
nõ modo videãt ⁊ mirenť: sʒ edãt pauperes ⁊ saturẽtur: atq̃ i il
lis quidẽ dñm laudẽt porro in ħis viuant corda eorũ. Aliodn
quomõ mortui laudabũt te dñe: Ut ergo sit iocũda decoraq̃
laudatio in admiratiõe/ etiã viuãt ex imitatiõe: ⁊ vt auidius
sumãt delitias: ipas quoq̃ diuitias curiosius contẽplentur.
Sic nimirum inter splendorẽ ⁊ feruorẽ lucerne huius vicarns
quibusdã affectib⁹ discurrendũ: vt nobis alter ex altero com
mẽdetur: ⁊ ex mutua collatiõe vterq̃ cõplacitior fiat. Siq̃dẽ
humilis fuit ⁊ spiritu pauper iste martinus: sicut euidẽtissime
probat effect⁹ ipse diuine grẽ: quã profecto tã multã: nisi mul
tum humili nõ dedisset. Ut tñ pauca virtutũ eius indicia pro-
mam: pauperem illum spiritu beatus nouit hilarius: cum im-
ponere ei diaconatus officiũ tẽtãs/ nec preualẽs q̃ indignũ
sese vociferareť: exorcistã eũ esse precepit: in quo quidẽ locus
iniurie videretur: sciẽs nimirũ q̃ humiliorem ordinationẽ mi
nime repudiaret. Paup fuit: veste sordidus: crine incultus: fa
cie despicabilis: que quidẽ licet in electiõe eius a quibusdam
maliuolis obiecta fuissent: ⁊ in ipo, tñ episcopatu sicut scriptũ
est penit⁹ non mutauit. Deniq̃ q̃ vere pauper fuit spũ/ marti-
nus paup ⁊ modicus meruit nominari. Audi vero mansuetu-
dinẽ eius suo illo sulpitio sic scribẽte. Tantã aduersus oẽs in
iurias patiẽtiã assumpserat: vt cũ esset summ⁹ sacerdos ipune
etiã ab infimis clericis lederetur: nec ꝓpter id eos: aut loco
vnq̃ amouerit: aut sua q̃tũ in ipo fuit charitate repulerit: qđ
q̃dẽ in brictio manifeste probatũ: oẽs vos arbitror meminisse.
Eum nẽpe ex olbus sibi successorem elegit: ⁊ de tanta post fu
tura aduersitate ꝓmonuit. Postremo in fide ⁊ lenitate ipsius
sanctum fecit illũ: ad cuius os aures sue fuerãt cũ respõderet
homini qui de eo sciscitabatur. Si illũ delirũ queris: prospi-
ce eminus. Ecce celũ solito sicut amẽs respicit. Crebro siqui
dẽ homo dei: ꝟ pote terrã despiciens celũ suspiciebat. Nẽpe
sciebat ad hoc sese (vt supra meminimus rectã in corpe acce-
pisse staturã: sciebat illic esse thesaurũ suũ: sciebat illic sedere
in patris dextera xp̃m suũ: sciebat nũq̃ sese donec illuc pue-
niret qđ desiderabat assecuturũ. Unde ⁊ hoc ipm q̃ delirus
vocabať in terra: merito nõ attẽdit: cuius nimirũ cõuersatio
esset in celis: cuius oculi in capite suo. Sane illuc etiã lachry
me eius a maxillis ascendere ꝯsueuerãt: quibus sic abũdabat
vt soleret pro illoꝝ quoq̃ q̃ obtrectatores sui videbantur fle-
re peccatis. Sane quantũ iusticiã esurierit tũ in ceteris eius
actibus: tũ specialiter in ydolatrie ꝑsecutione ꝓbatum est: in
templorũ destructione: in statuarum deiectione: in succisione
lucoꝝ. Ubi se quoq̃ aliq̃n non est veritus dare discrimini: vt
occasio tãti criminis de medio tolleretur. Nã misericordẽ eũ
in paupe se expertũ saluator ipse apud angelos gloriabať: do
tam sibi medietatẽ vestis ostentãs. Utinã nobis etiã miseris
apud summũ iudicẽ in cuius admirabile tabernaculũ introi-
uit: misericordiã illã exhibere dignetur qua ⁊ illos olim mor-
ti destinatos: ⁊ tormẽtis varijs deputatos eripuit: pro quib⁹
ante terreni iudicis ianuã nocte media scribiť iacuisse. Quo
modo eñ audiet num nũc: qui tunc quoq̃ fecit audiri: Porro
mũdiciã cordis ei⁹ illud vel maxime indicat: q̃ nõ est cõfusus
inimico loquens in porta: nihil in me funeste reperies: abrahe
me sinus recipit. Nam in opere pacificorum feliciter plane
consummãs labores suos: licet dierum suorum finẽ nõ ignora
ret: clericos tamẽ adhuc dissidentes: inter quos reformata pa-
ce/ in pace ipe quieuit. Ceteꝝ persecutiões quas sustinuit pro
pter iusticiã longũ est numerare quomodo apud Julianũ au-
gustinũ in ciuitate vuangionũ intrepidus: immo ⁊ illato ter-
rore cõstãtior/ custodie mãcipatus est: vt inermis postero die
barbaris opponeretur: quõ circa alpes sub securi quã inuerti
cem eius latro vibrabat securissimus fuit: quõ illũ Mediola
ni auxentius arrianus grauiter infectatus: multisq̃ appetitũ
iniurijs tãdẽ de ciuitate exturbauit: quõ ⁊ alibi pl⁹ aduersus
sacerdotum perfidias acerrime pugnãs supplicijs fuit affe-
ctus: publice virgis cesus: inde quoq̃ exire compulsus est:
quomodo itẽ in cuiusdã fani euersiõe cũ gẽtilis eũ stricto gla
dio peteret/ nudam ceruicẽ prebuit percussuro: donec ille ex
tollẽs ad ictũ dexterã/ cecidit resupinus: quõ alter eũ cultro
ferire voluit: sʒ ferrũ de manib⁹ ei⁹ elapsum: repẽte disparuit.
Pro quib⁹ olbus dubiũ nõ est multipliciter coronari eũ: qui
quidem ⁊ si nõ semel effectu cõsummate passionis: sed totiẽs
martyr fuit affectu deuotissime volũtatis. Comedite iam ami
ci ⁊ bibite: ⁊ inebriamini charissimi. Sic eñ viuiť: ⁊ in talib⁹
vita spiritus vestri. Nisi forte beatos ꝓdicat sermo diuinus:
qui mortuos suscitãt/ cecos illuminant/ morbidos sanãt/ le-
prosos mundant/ paralyticos curant/ demonibus imperant/
futura ꝓnũciãt/ miraculis corruscãt/ ⁊ nõ magis pauperes spi-
ritu: mites/ lugentes/ esurientes ⁊ sitientes iusticiã: misericor
des/ mũdicordes/ pacificos/ ꝑsecutionẽ ꝓpter iusticiã sustinẽ
tes. Ignoscite mihi fratres: exẽplũ obediẽtie paulomin⁹ pre-
teriui qđ quidẽ: vel solũ iuxta ꝓpositũ ordinẽ in Martino quoq̃
nobis cõuenit exhiberi. Sane morã facim⁹: sʒ vt arbitror bo-
nũ est nos hic esse: tardi⁹ eñ hodie venim⁹ ad martinũ. Dñe
inq̃t si adhuc pp̃lo tuo sum necessari⁹: nõ recuso laborẽ fiat vo
luntas tua. O vere sanctissimã aiam: o inestimabilẽ charitatẽ
o obedientiã singularẽ. Bonũ certamẽ certasti: cursum cõsum
masti: fidẽ seruasti: de reliquo supest tibi corona iusticie quã
reddet tibi dñs hodie iustus iudex: ⁊ adhuc dicis nõ recuso la
borẽ: fiat volũtas tua. Obtulisti plane ysaac vnicũ illũ quẽ di
ligis/ qđ in te est iugulasti: immolasti singulare gaudiũ tuum
pia deuotione: parat⁹ redire iterũ in pericula: innouare certa
mina: denuo subire laborẽ: sustinere tribulationẽ: ꝓlõgare tẽ-
tationẽ: deinde differri adhuc ab illa tãta felicitate: ⁊ diu de
siderata societate spũũ beatoꝝ: atq̃ in hui⁹ imortalitatis erũ
nas ab ipo introitu glie reuocari postremo qđ maximũ est a
xp̃o tuo peregrinari diuti⁹: si mõ ipse voluisset. Nec sane du-
biũ q̃n ampliorẽ gratiã mereať: q̃ paratũ se exhibet ẽt añ mã-
datũ: q̃ q̃ obedire satagit post mãdatũ. Magna q̃dẽ obedien
tia vestra angeli sancti: sʒ qđ dicere audeã pace vestra nescio
an inueniať in vobis q̃ꝗ̃ parat⁹ in tale aliq̃n ministeriũ mitti
in quo necesse habeat nõ videre faciẽ patris. Magnũ est pete-
re q̃ dñʒ secuturus oĩa reliq̃sti: sʒ audiui te in mõte dicẽtẽ vbi
trãsfigurat⁹ est corã vobis. Dñe bonũ est nos hic esse: faciam⁹
hic tria tabernacula. Nõ est hoc: si adhuc pp̃lo tuo sum neces-
sarius: nõ recuso laborẽ. Paratũ cor tuũ martine: paratũ cor
tuũ siue manere in corpe siue dissolui ⁊ esse cũ christo. Et ma-
gna q̃dẽ in horrẽda morte securitas: magna in visione xp̃i desi
derãda: ⁊ tã ferueter ac singulariter desiderãda ꝑfectio reperi
tur: sʒ id q̃dẽ lõge ampli⁹ p oẽm modũ: q̃ q̃ mori nõ metuis: im
mo q̃ tãto desiderio ꝑsentiã dñi cõcupiscis: viuere quoq̃ non
renuis: ⁊ expectatione molestissima fatigari. In quo eñ alio
non obedire potuerat q̃ in hoc tãto articulo tã deuote clama
bat: fiat volũtas tua: Hec ergo dara nr̃a sit fratres in conui-
uio hodierno: hãc nobis obediẽtiã: in mẽsa pauperis imo iã
diuitis hui⁹ appositã diligẽter cõsiderem⁹: sciẽtes q̃m ipa est
q̃ a nobis exigiť: ipa quã opʒ nos ꝓparare vt singuli quiq̃ di-
camus: q̃ paratus sum ⁊ nõ sum turbatus: vt custodiã manda
ta tua. Nec modo semel aut in parte/ sʒ paratũ cor meũ de⁹ pa
ratũ cor meũ: paratũ ad vtrũq̃: ⁊ in nullo tuã ꝑscribẽs dispoſi
tionẽ. Forte hoc cupior specialiter ⁊ vehemẽter: sed ne quidẽ
illud recuso: sicut fuerit voluntas in celo sic fiat. Desidero re-
quiem: sed non recuso laborem: fiat voluntas tua.

mat. xvij

ps. cxviij.

De sancto clemente papa et martyre.
De tribus aquis. Sermo.

Preciosa in conspectu dñi mors sanctoꝝ eius. Au
diat peccator ⁊ irascať: dentibus suis fremat ⁊ ta-
bescat. Deꝓhensus est in astucia sua: cecidit in fo-
ueã quã fecit: in laqueũ incidit quẽ tetẽdit. Inui-
dia siquidẽ diaboli mors intrauit in orbẽ terrarũ
sʒ ecce ꝓciosa facta ẽ mors sanctoꝝ. Audi igiť hostis vite: mor
tis auctor attẽde. Quid valet iã fraus tua versutia tua q̃d no-
cet: Immo vero vt plus doleas etiã oĩa cooperanť in bonum
his q̃ ẽm ꝓpositũ vocati sunt sancti. Neq̃ eñ alr̃ q̃ ipsa q̃ tui
est opis de te hodie btũs martyr/ cui⁹ solẽnia celebram⁹ mor
te corpis triũphauit: fecit siquidẽ de necessitate ꝟtutẽ: penam
peccati in meritũ glie ꝯmutauit: fidelẽ se ꝓbauit i modico: vt
dignus inueniť supra multa cõstitui. Modicũ nanq̃ erat ⁊ oĩ-
no modicũ quicq̃d prius acceperat anima illa beata quantum
ad eã gloriã quã ꝑsenti ꝓmeruit passione. ¶ Omnis eñ dele-
ctatio huius mũdi/ vniuersa ei⁹ gloria: quicq̃d deniq̃ in eo cõ
cupisciť prorsus modicũ est in illius felicitatis: in illius glorie
in illius beatitudinis cõparatione: si tñ vel modicũ dici debet
⁊ nõ potius nihilũ: vapor ad modicũ parẽs. Acceperat beatus
clemens nobile genus amplas possessiones/ hereditatẽ mul-
tam scientiã quoq̃ q̃plurimã: ita vt optimus quidẽ illius tem
poris philosophus haberetur. Acceperat hec vniuersa a dño:
dei eñ dona sunt etiã hec. Fidelẽ ergo se ꝓbauit ei q̃ dederat
cũ pro eius amore vniuersa contempsit: oĩa detrimentũ faciẽs
⁊ arbitratus vt stercora: vt lucrifaceret xp̃m. Sʒ forte murmu
rat etiã nunc inimicus: pellẽ inquiens pro pelle et oĩa que
habet homo dabit ꝓ anima sua. Quid ergo: Putas q̃ in ipsa
corporis sui vita quã accepit a dño infidelis inueniatur: vt vel
ipsam preferat illi: Ecce habes potestatẽ/ irrue in eũ per sa-
tellites tuos vt coartetur e duobus: aut a dño necesse habẽs
aut a corpore separari. Varia ⁊ immania exquire genera tor-
mẽtoꝝ: sʒ noueris te martyri nr̃o fabricare coronas. Sicut eñ
ipsa vite

ps. cxv.

Job. 4.

ipsa vite huius ornamēta ⁊ adiumēta cōtempsit: sic cōtemnit ⁊ ipsam: corpus omne tibi exponit in mortē ⁊ in faciē maledicet tibi: atq; idola tua sacro ore blasphemat' dn̄z deū suū etiā inter tormēta tua libere pdicat in igne confitet. Coronabitur ergo q2 legitime certauit: q2 fideliter vicit: quia nec blādimētis vite huius/ nec mortis horrore a charitate xp̄i potuit separari.

A ¶ Dic queso nobis aīa sancta que sic corpus tuū supplicijs exponebas obsecro diligebas illud an nō? Utiq; diligebam inq̄t: nemo em̄ odio habuit carnem suā. Diligebā ḡ eā: sz par tanq̄ ancillā: ⁊ multo magis diligebā dominū deū. Utq; probatio esset dilectionis operis exhibitio/ libenter ipsam ꝙz p eius gloria mortē corporis amplectebar. Quid nos ad hec dicimus fratres? Cōgratulamur martyri: sed iam gloria eius non sine nostra cōfusione est. Ecce em̄ beatus clemens homo erat similis nobis passibilis: eadē circūdatus infirmitate: et carni sue eodem vinculo naturalis affectionis inherēs. Si ergo ille sic glorificauit christū in corpore suo: ⁊ calicē salutaris accepit: quid nos retribuimus dn̄o pro omnibus que retribuit nobis? Eadem certe insigniuit imagine: eodē sanguine nos redemit: ⁊ vocauit in eandē hereditatem incorruptibilē ⁊ incōtaminatam eternā cōseruatam in celis. Ut qd ꝗ nō possumus: ⁊ nos cū beato clemente xp̄i bibere calicē? Sed forte respondent, aliqui possemus si opportunitas nō deesset: sed persecutionis tempus cessauit. At ego fateor/ nō satis crediderim ita dicētibus. Quid em̄? Quotidie ceditis pūctioni acus vnius: ⁊ mucroni vos arbitramini posse resistere. In minimis probate cōflictibus ꝗ viriliter in maiori certamine stare possitis. Ecce em̄ vobis nō dicitur: sacrificate idolis ⁊ viuite: aut si hoc nō vultis oportet vos diuersis supplicijs interire. Nouit dn̄s figmentū nostrum: nec dat nobis tam forte certamen

B Beato clemēti certamen forte dedit vt vinceret: ⁊ disceret: q̄m omnium potentior est sapientia. ¶ Uestrū certamen autez quale est fratres mei? Quotidie vobis suggerit in cordibus vestris: frange ordinē tuū: murmura: detrahe: age remissius: infirmitatez simula: responde ei qui forte durius locutus est: vt satisfacias desiderio tuo: nec dicit cuiq; nisi hec feceris morieris: sed vt multū cū difficultate ⁊ labore/ resistes animo tuo. Et quis sustineret tāta? Hec em̄ intus audire: hec respondere cōsueuimus exhortantibus nos/ aut foris homini: aut intus spirituisancto. Si ergo in hm̄oi certamine periclitamur: si vix resistimus: si interdū etiā succumbimus: quid in illo taz graui certamine faceremus? Si iunceis fragilibus cedit infirmitas nostra: quō telis resisteret? Uidetis quomō ad nihilum redacti sumus: ⁊ sicut solent mulieres aut paruuli pugnātes laudamus alios: pugnare ipsi nō possumus. Quid tamē agimus? Oēs certe ad nuptias/ agni vocati sumus: ⁊ in cōspectu eius vacuos apparere nō licet. Diligenter ergo cōsideremus que apponunt nobis quoniā talia oportet nos preparare. Cōsiderauit beatus clemēs vinū sibi appositum esse a dn̄o: ⁊ ipse quoq; quoniā diues fuit ad nuptias illas/ vinuz nihilominus proprij sanguinis effusiōe portauit. Sed nos pauperes sumus ⁊ vinū dn̄e nō habem⁹. At ille īplete (inq̄t) hydrias aqua. Ergo ne ⁊ ipsa suscipietur aqua si attulerimus eā? vtiq; suscipietur. Nā ⁊ ipsam cum vino nobis appositā inueniet qui fm̄ monita sapientis diligēter cōsiderauit que sibi apponunt ab eo: nimirū qui venit nō in aqua solū: sed in aqua ⁊ sanguine: Testimoniū em̄ perhibuit qui vidit ꝙ aperto latere dn̄i dormiētis in cruce exierit sanguis ⁊ aqua. Et nos ergo fratres vt vel fideles nos pbemus deo nostro si martyriū sanguinis nō habemus, martyriū em̄ testimonium est' queramus vel testimonium aque: ⁊ ne ipsum quidem despiciet deus. Tres sunt em̄ qui testimonium dant in terra: spūs: aqua: et sanguis. Beati quib⁹ trinū suppetit testimoniū: q̄m funiculus triplex difficile

C rūpit. ¶ Nos si sanguinis testimoniū habem⁹: habeam⁹ spm̄ et aquā: quoniā sine spū nec sanguis nec aq̄ sufficiet: imo vero si spiritus ipse sine aqua aut sanguine inuenitur: sufficit testimonium eius: q̄m spiritus veritatis est: nec sanguis nec aqua quicq; pderūt a seipsis: sed spūs est q̄ testificatur in illis. Sane tamē aut vix: aut nūq; sine aqua aut sanguine spiritū arbitror inueniri. Propterea charissimi queramus vel aquam qui sanguinē nō habemus. Et q̄m hydriarū supra fecimus mētionem: queramus mēsuras binas vel ternas quas hydrie capie-

D bant. Nam ⁊ xp̄s triplicem nobis apponit aquā: ⁊ pfectus ois qui fuerit in nobis: sicut ipe q̄ videlicet tres metretas habere potuerit. Propter hoc em̄ sub distinctione dicit binas vel ternas: duas ad minus cōstet necessarias esse: tertiā nō ab oībus exigendam. Accipe igitur triplicem aquā quā tibi saluator apponit. Plorat super lazarum ⁊ super ciuitatem hierusalē: ⁊ hec est aqua prima. Sudauit imminente iā passionis hora: ⁊ hec est aqua secūda: nō ab oculis tantū/ sed a toto corpore manās. Hec autē rubea est: sanguineiq; coloris: sicut scriptum est. Et factus est sudor ei⁹ sicut gutte sanguinis decurrentis in terrā. (Luc. xxij.) Iamvero tertia est aqua quā ⁊ prediximus de latere eius vna cū sanguine emanasse. Et tu ergo primā q̄dem habes si rigas lachrymis tuis conscientie tue stratū: ⁊ dolore cōpunctionis pteritoꝝ diluis maculas peccatorū. Secundā aquā habes si in sudore vultus tui vesceris pane tuo: ⁊ labore penitentie corpus tuū castigas ac restringis concupiscētie flāmam. Est autē sanguinei coloris siue pter laborē: seu etiam propter ipsum quē extinguit cōcupiscentie ignē. Iā vero si pficere potes vsq; ad deuotionis gratiā potaberis aqua sapientie salutaris: ⁊ spiritus xp̄i q̄ sup mel dulcis est fiet in te fons aque salientis in vitā eternā. Et memento hanc esse aquam q̄ procedit de latere dormientis: ⁊ sine oīni molestia fluit. Oportet em̄ iā mortuū esse mundo q̄ in hac voluerit gratia delectari. Ergo vt breuiter repetā: prima quidē a preteritis delictis abluit conscientiā: secunda vt futura caueas extinguit concupiscētiā: tertia si ad eā puenire merueris potat aīam sitientē.

¶ In vigilia sancti Andree apostoli. Sermo.

E Auctorū festa precipua patrū sanxit auctoritas votiuis preueniēda ieiunijs. Utiliter plane ⁊ nō ad insipientiā nobis si affuerit q̄ aduertat. Multa siquidem quotidie peccata contrahimus et in multis offendimus oēs: nec tutū oīno est celebrādas suscipere festiuitates sacras: maximeq; eas que maxime sunt nisi prius abstinentie purificatione premissa quo ⁊ digniores et capaciores inueniamur spiritualiū gaudiorum. Sic em̄ iustus in principio sermonis accusator est sui: nec nisi a ppria rephensione laudes incipit alienas. Qz si etiā iustus trepidat sollicitus puenire eū q̄ ipsas quoq; parat⁹ est iusticias iudicare: qd agim⁹ nos: quoꝝ interim iudicata nō fuerint ⁊ tecta peccata? Timendū valde est: ne forte manifesta inueniantur pcedentia ad iudiciū. Sic nec iustus sine modestia ⁊ verecūdia quadā ad sanctoꝝ psumit accedere laudes: quāto magis peccator in cuius ore nō est laus speciosa: timeat semper necesse est vocē illā: quare tu enarras iusticias meas: siue illā. (Ps. xlix.) Amice quomodo huc intrasti nō habēs vestē nuptialem? (Mat. xxij.) Beati proinde q̄ stolā suā: dico aūt gloriā conscientie sue solliciti sunt omni tempore cōseruare immaculatā: semper splendidam exhibere. Sed q2 pauci sunt q̄ sic oīni custodia seruēt cor suū: pauciores aūt si tn̄ vel pauciores q̄ in toī sanctimonia conseruent illud: necesse est frequenti abstinentia maculas diluere subintrātes/ precipue cū pcipua quelibet solennitas aduenerit celebranda.

F ¶ Nō modo tamen preparatio est a proximam celebritatē obseruatio pmissa ieiunij: est ⁊ admonitio quedam eruditioq; nō parua. Discimus ex hocipso quenā vera sit via festiuitatis eterne. Quid est em̄ ꝙ ieiunijs solēnia preuenimus: nisi ꝙ p multas tribulationes oportet nos introire in regnū dei? Indign⁹ quippe solēni leticia est: q̄ statutā vigilie abstinētie nō obseruat. Plane tu q̄ si renuis affligere aīam tuā in vigilia: indignus iure censeris requie ⁊ exultatione festiua. Est aūt vniuersum psentis penitētie tēpus: vigilia quedā solennitatis/ magni ⁊ eterni sabbati qō pstolamur. Nec causaberis vigiliā longiorē si eternitatē festiuitatis attendas. Licet em̄ habere pparationē soleāt solennia diurna/ diurnā: illa cū eterna sit: nō exigit tn̄ eternā. Sed quo nos rapit iocundior filius memoria felicitatis? Hoc em̄ noie: ⁊ sepiuez forte digni⁹ noiatur illa festiuitas. ¶ Redeundū nobis est ad id qō p manibus est. Hodierni itaq; ieiunij ⁊ eius quā pstolamur solēnitatis et leticie cā est btā passio Andree apl'i. Dignū est em̄ vt si cū eo pēdere nō possum⁹: cū eo vel ieiunem⁹. Nā ⁊ ipm cum bíduo pēderet i cruce ēt ieiunasse qs dubitet? Inueniamur ḡ vl in exiguo cōicātes passiōi ei⁹: ⁊ si nō simul affixi patibulo: simul afflicti ieiunio: vt miserāte deo ēt corone pticipes sim⁹: ⁊ in pn̄ti ꝙz spūaliū socij gaudioꝝ. Quomō em̄ nō exultemus in memoria triūphi ei⁹ quē in ipa sui pn̄tis supplicij tā vehementer nouim⁹ exultasse? An nō erit leta festiuitas vbi ⁊ crux ipsa plena est gaudio: Siqdē ⁊ festiuū solem⁹ noiare qō letū est: ⁊ crux a cruciatu vtiq; dr̄: aut certe cruciat⁹ a cruce. Quāta pinde exultatiōe vniuerse terre celebrādū tāte nouitatis miraculum: tā magnificū opus diuine virtutis. Andreas hō erat similis nobis passibilis: ⁊ tā vehemēti ardore spūs/ crucē sitiebat taz inaudito a seculis gaudio tripudiabat: cū paratū sibi eminus patibulū cōspexisset. O crux inq̄t diu desiderata: ⁊ iā cōcupiscēti aīo pparata. Securus ⁊ gaudēs venio ad te: ita vt et tu exultās suscipias me. Uidetis q2 nō se capit pre magnitudine gaudij: Ita inq̄t vt ⁊ tu exultās. Ergo ne tāta est exultatio vt exultet ⁊ ipa crux: nec leti q̄cq; habeat: sz totum leticie sit? Aut qs dicat min⁹ cōtra cōsuetudinē: supra rationē/ vltra naturā/ crucifixū exultare q̄ crucē. Illi sensuz leticie natura negauit: huic si qd pualet gaudiū oē exterminat: ingeritq; do-

lorem. Amator ait tuus semper fui: ⁊ desideraui amplecti te. Fratres ignis vibrās est/ nō lingua loquens: ⁊ si lingua certe ignea est. Carbones sunt ignis illius quē de excelso christus miserat in ossibus meis. Atq̧ vtinā desolatorii nobis sint: consumētes ⁊ exurētes quicquid in nobis est carnalis affectiōis. Quales enī scintille sunt iste: aut a q̄nto interiori incēdio micant: Plane beate andrea granū sinapis est fides tua: que tā insperatū vbi teri cepit: cepit ex se proferre feruorem. Quid si paulo amplius tereretur. Quis feruorē illū animus: quis verba illa sustinere posset auditus: Dum enī minus minaref egeas adhuc granū sinapis despicabile videbaf. Integrū erat ne sciebamus quid intus lateret. Dñs inq̄t me misit ad istā ꝓuinciā: in qua nō paruū ei populū acq̄siui. Accedat cōminatiōis pistillū: longe iā acrius sapiet: ⁊ cōstātiusq̧ loqueř. Terrendū eum putat egeas/ crucis suppliciū minitās: sed nō est ita. Accenditur magis in verbo hoc/ ⁊ libere clamat. Ego si patibulum crucis expauescerem: crucis gloriā nō predicarē. At vbi paratū sibi lignū intuitus est/ ex hoc iā plane totus ignescēs applaudebat. ⁊ blādiebatur illi amate sue/ officiosissime salutabat: deuotissime suscipiebat: magnifice attolebat eam: ⁊ in ipsius preconio gloriabatur: clamās magis affectiōe q̄ voce. Salue crux preciosa que decorem ⁊ pulchritudinē de mēbris dominicis accepisti. Salue crux que in corpore christi dedicata es: ⁊ ex mēbris eius tanq̄ margaritis ornata. Merito proinde crucis amatorem venerātur quicūq̧ sunt serui crucis: s; ab his ampliorē iure deuotionē exigit q̄ specialius proposuerunt tollere crucē suā. Uobis hoc ⁊ de vobis dico fratres mei qui nō surda aure audistis illā euangelicā tubam. Qui nō baiulat crucē suā ⁊ sequiř me: nō potest meꝰ esse discipulus. Parati estote/ totā animi diligētiam huic adhibere solēnitati: et corde magno celebrare eā: q: magnus oīno cōsolationis pariter ⁊ exhortationis thesaurus vobis repositus est in ea/ si fuerit qui fodiat ⁊ scrutetur.

Joā. xix.

G

In die sancti Andree de mūdis piscibꝰ. Sermo. i.

Celebrantes hodie gloriosum beati andree triumphū in verbis gratie que procedebāt de ore eius exultauimus ⁊ delectati sumus. Neq̧ enī locus poterat esse tristicie: vbi tam vehementer letabatur ⁊ ipse. Nemo ex nobis cōpassus est sic patienti: nemo ausus est plāgere exultantē. Alioquin ⁊ nobis ipe nō incōgrue dicere poterat: qḋ saluator crucē baiulās sequentibus se ⁊ lugentibus ait. Filie hierlm nolite flere sup me: sed super vosipsas ipsas flete. Deniq̧ cū duceref ipse beatus andreas ad crucē populus qui sanctū ⁊ iustū dolebat iniuste damnari: prohibere voluit ne puniref: sed magis ipe instātissima prece prohibuit eos: ne nō coronaref: immo ne nō pateref. Desiderabat siquidē dissolui ⁊ cū xp̄o esse: sed in cruce quā semper amauerat. Desiderabat regnū intrare: sed per patibulū. Quid enī dicit illi amate sue. Per te inquit me recipiat: qui per te me redemit. Ergo si diligimus eū cōgaudeamus ei: nō solū q: coronatus/ sed ⁊ q: crucifixus: quia desidriū anime eius tribuit ei dñs: ⁊ posuit in capite eius coronā de lapide precioso. Uerumtamē dū congratulamur ei q diu desiderate crucis frui mereatur amplexu: mirū valde est: si nō ipm eius minamur gaudium cui cōgratulamur. Dū enī noctis huius vigilias celebrātes in verbis tāte exultationis cantādo delectaremur: putas nō fuit in nobis quis secū cogitaret ⁊ diceret qḋ sibi vult hoc: aut vnde tam noua leticia: ¶ Certe ⁊ crux preciosa est: ⁊ crux amari potest/ ⁊ crux hȝ exultationē: Ita est fřes mei. Si fuerit qui colligat/ semp lignū crucis vitā germinat: fructificat iocūditatem: oleū leticie stillat: balsamū sudat spiritualiū carismatū. Nō est siluestris arbor: lignū vite est apprehendentibus eā. Arbor fructifera: arbor salutifera est: alioquin quomō dñicam occuparet terrā: Illā dico preciosissimā glebā: cui clauorū est infixa radicibus. Si non esset hec p̄ciosior cūctis: fructuosior vniuersis: nūq̄ illo plantaref in orto/ nec illā permitteretur vineā occupare. Deinde qḋ mirū si cruci suauitatē dedit: q̄ dedit ⁊ igni: Aut quō crux iudicatur insipida vbi dulce sapit ⁊ flamma: Quid enī sapiebat laurētio ignis cū irrideret carnifices/ iudicē subsannaret: Quid nos ad ista dicemus fratres: q nō sapit etiā nobis q̄ pro xp̄o est tribulatio: nec gustamus ⁊ nos māna absconditū: Sic enī victus esset oīmodo diabolus: nec haberet penitus qḋ afferret. Sufficeret nobis hoc vnū aduersus duplicē maliciā inimici. ¶ Hȝ q̄ppe nequissimus ille laq̄os: hȝ ⁊ iacula: vtpote callidissimꝰ venator holm sitiēs sāguinē aiaꝝ. Alios telis appetit maliciose cuiuslibȝ suggestiōis: ⁊ in eis vulnerat multos: quoꝝ tenuis est patientia. Alios voluptatibꝰ irretire laborat: ⁊ in his includit multitudinē copiosam eoꝝ que in terra repit: aut volitāt iuxta eū. Sit ergo gaudiū in tribulatiōe: ⁊ iā nō hȝ malignus vñ illiciat: nō habet vñ deiiciat: liberati sumus a laqueo venātiū pariter ⁊ a v̄bo aspero. Nihil enī proficiet inimicꝰ in eo quē crux xp̄i delectat: si carnalē suggesserit delectationē: ⁊ filius iniq̄tatis non apponet nocere ei: si ad exasperādū animū eius qualibet immittere tentauerit amaritudinē. Nō curat delicias q̄ ieiunio pascitur: multominus murmurare p eo potest in quo etiā delectatur. Plane altissimū refugiū suū: vbi nec muscipula inimici timēda sit nec sagita: imo v̄o mūdus piscis est: squamas pariter ⁊ pēnulas habēs. Porro sicut frustra iaciř rhete āte oculos pēnatoꝝ: sic frustra iaciř telū in squamas loricarū. ¶ Huiusmodi siquidē pisces mūdos eē legalis sanctio iudicat: qui ⁊ pēnis leuātur ⁊ proteguntur squamis: siue illi in mari sint/ siue in flumie/ siue in stagno. Habet etiā mare hoc magnū ⁊ spaciosum pisces mūdos ⁊ dñica dignos mēsa: q: ex his qui in seculi latitudie habitu actuq̧ versanř: reliq̄t sibi multa milia q̄s apostolica sagena trahit: vt cū educta fuerit segregētur a malis: Ubi sane sedebit ⁊ hic noster piscator hoīȝ: q̄ totā nūc post se achaiā trahit. Habet ⁊ flumen pisces mūdos q̄cunq̧ inter dispensatores fideles inueniunř. Fluuius quippe est predicatorū ordo nō in eodē permanēs loco: s; extendens se ⁊ currēs vt diuersas irriget terras. Sūt ⁊ in stagno mūdi pisces qui in claustro deo seruiūt in spiritu ⁊ v̄tute. Merito siquidē stagnis monasteria cōparātur: vbi quodāmodo incarcerati pisces euagandi nō habeāt libertatē: quo videlȝ parati sint semp ad epulas spirituales dicentes singuli intra se. Qñ veniet qui me deferat: Cūctis diebus q̄bus nūc milito expecto donec veniat immutatio mea. ¶ Porro vt de lege supra meminimꝰ: siue i mari/ siue in flumine/ siue in stagno: illi mūdi sunt pisces q̄ sq̄mas ⁊ pennulas habēt. Sūt aūt squame multe/ s; vna ex eis quodāmodo lorica cōtexitur: q: vna est patiētie virtꝰ: s; singulis tribulationibꝰ exhibere singulas videamur. Iā v̄o sicut squamas ad patientiā: sic pēnulas quoq̧ ad hilaritatē arbitror nō incōgrue posse referri. Hilaritas q̄ppe leuat ⁊ subleuat vt saltus quosdā in altū dare videař q̄sq̄s exhilarař. Sane vt duas habeamus pēnulas: duplex nobis hilaritas q̄rēda est. Et forte ꝓpterea docet apl's (ille enī vere pēnas habebat: q̄bus ⁊ in tertiū vsq̧ celū raptus est: ⁊ volauit etiā in paradisum) nō solum gloriari in spe: s; etiā gloriari in tribulationibꝰ. Prorsus sublime volat q̄squis ille est quē nō mō futuroꝝ expectatio bonorū/ sed p̄sentiū quoq̧ maloꝝ exhibitio ipa delectat: ita vt in eo etiā glorieř. Talē inuenimꝰ hūc beatū aplm: talē miramur: talē merito predicamus. ¶ Uñ ⁊ triplicē hic l; cōsiderare gradū incipientiū: ꝓficientiū: perfectoꝝ. Initiū sapientie timor dñi: mediū spes: charitas: plenitudo. Deniq̧ aplm audi: quia plenitudo legis est charitas. Qui initiař a timore/ crucē christi sustinet patienter: qui ꝓficit in spe/ portat libēter: q̄ vero cōsummatur in charitate: amplectitur iā ardēter. Solus etenim iste est q̄ dicere possit: q: amator tuus semper fui ⁊ desideraui amplecti te. ¶ Lōge est vox ista ab eo q̄ sustinet q̄dē: s; optaret oīno si posset nō venisse in hāc horā. Deniq̧ (si nō videor temerarius) longe est ab ea voce: pater si fieri pōt transeat a me calix iste. Quid enī: Certe sup asellū ascēderat: vt ne hic q̄dē hostibus relinqueref. Agnosco plane in duce belli pusillanimoꝝ trepidationē: agnosco egroti vocē in medico: agnosco infirmantē gallinā cū pullis: cōsidero charitatē: stupeo miserationē: expauesco dignationē. Misericors dñs nō beati andree robustū sibi suscepit affectū. Q: non est sanis opus medicus: sed male habentibus. Si quē forte dignatio scādalizat: plane meretur audire. Nōne oculus tuus nequam est: q: ego bonus: Huic enim odor vite in mortē est. Quid magnū fuerat dñe iesu: si accedente hora ꝓpter quā veneras/ intrepidus stares: tā q̄ q̄ potestatē habebas ponēdi aiam tuā: ⁊ nemo eā tollebat a te: Aut nō lōge gloriosius fuit: q̄nquidē totū ꝓpter nos agebaf: vt nō mō passio corpis/ s; etiā cordis affectio p nobis faceret: ⁊ quos viuificabat mors tua: tua nihilominus ⁊ trepidatio robustos/ ⁊ mesticia letos/ ⁊ tediū alacres: ⁊ turbatio quietos faceret: ⁊ desolatio consolatos: Lego quidem in lazari resurrectione: q: infremuit spiritu: ⁊ turbauit seipsum. Sed esto interim q: se ipse turbauit: nō cōditionis necessitate: s; sue beneplacito voluntatis. ¶ Nūc aūt aliqḋ iā amplius audio. Usq̧ adeo siquidē preualuit ea q̄ fortis est vt mors dilectio: vt christum angelus dei cōfortauerit. Quis/ quē: Euangelistā audi. Apparuit inquit angelus cōfortans eū. Quē eū: Plane cū cui nascituro clausus patuit virginis vterus: cuiꝰ nutu in vinum aqua mutata est: cuiꝰ tactu lepra fugata: sub cuius plātis solidum mare stetit: ad cuius vocē mortui surrexerūt. Deniq̧ eum qui portat: oīa verbo virtutis sue per quē facta sunt omnia: p quē vniuersa subsistunt etiā ⁊ angelus ipse. Et qḋ dicā: quem eum: Minus enim morarer si nō penitus esset indicibilis. Cōfortans eū. Quē eū: cuius ne ipse quidem cōfortator suus capere poterat maiestatem: Rogo te angele quem consolaris: An ignorabas

Margin notes: Luc. xxiij. — H — I — K — L — M — Eccli. i. — Rom. xiij. — N — mat. xxvi. — Mat. ix. — Mat. xx. — Joā. xi. — O — Lū. xxii.

An ignorabas quis esset:ad quem cõsolandũ veniebas: Certe cõsolator est:certe paraclytus est. Alioquin nõ diceret aliũ paraclytũ a patre mittendũ apostolis:si non esset ꝛ ipse paraclytus. Deniq̃ agnosco ꝛ in hoc ipo paraclytũ maximũ:agnosco paraclytũ benignissimũ qui ꝓpe sit his qui tribulato sunt corde. Non despero iam dñe etiã si molesta mihi videatur tribulatio quam patior:etiã si pusillanimis sum:etiã si desidero vt transferatur calix a me. Nõ despero inq̃:dũmodo audiam ipse. Verũtamẽ nõ sicut ego volo:ſʒ sicut tu. Didici etiã ex hoc ipso nõ ad carnalẽ siue caducã recurrere cõsolationẽ ſʒ ad angelicã:sed ad spũalẽ:sed ad celestẽ. Ita plane dũmodo non murmurẽ:id eñ penitus separaret a te si non citius resipiscerẽ:nõ renuo etiã si opus habeo cõsolari. Quid eniʒ: Agnosco vocẽ meã in saluatore:ꝛ de salute desperẽ: Plane in patientia mea possidebo aiam meã. ¶ Verũtamen proficere volo si possum:nec statim adepta salute esse cõtẽtus. Qui timet deũ (ait sapiẽs) faciet bona:ſʒ parũ est. Scriptũ est eñ. Declina a malo ꝛ fac bonũ:inquire pacẽ ꝛ ꝑsequere eã. Noli esse salute contentus:quere pacẽ ne tibi sit in periculo etiã salus ipsa. Audi ergo angelũ nato eo qui factus est pax nostra exultanteʒ atq̃ canentem. Pax in terra hominibus bone volũtatis. Que autem bona nisi ordinata volũtas: Que nã est illa inquis: Profecto que rationi cõsentanea est dicenti. Quia nõ sunt cõdigne passiones huius tpis ad futurã gloriã que reuelabitur in nobis. Hoc si iaʒ sentire cepisti haud dubiũ quin libẽter feras crucẽ dñi:ꝛ dicas. Paratus sum ꝛ nõ sum turbatus vt custodiã mandata tua. Attamẽ si vis ꝑfectus esse:vnũ adhuc tibi est necessariũ. Quid illud inq̃s: Profecto gaudiũ in spũ sancto. Siquidẽ ꝛ is qui timore coercet ꝛ patiens est:ꝛ qui ratione spei ducitur ꝛ beniuol9 est:nisi etiã fuerit feruẽs spũ facile labi põt. Porro que per spm̃ diffunditur charitas ꝛ patiens ꝛ begnina est:ꝛ quod est amplius nũq̃ excidit. In primo deniq̃ mãdato: quod parẽtibus nostris datũ est si diligẽter cõsideres:et eua patiens:ꝛ adam beniuolus fuisse videnť: Qꝛ tamẽ vterq̃ cecidit:liquet ꝙ stabili nõ erat ille vel illa gradu. ¶ Vidit mulier lignũ (ait scriptura) ꝙ esset pulchrũ visu:ꝛ ad vescendũ suaue. Nõ tibi videtur vix cõtinere manũ. Sic ꝛ vbi a serpente interrogata est:vide si non manifeste sonãt verba eius:molestum ei fuisse mãdatuʒ. Ex omni inquit ligno paradisi comedemus:de ligno aũt sciẽtie boni ꝛ mali dixit nobis ne comedamus. Non dicit sic est volũtas creatoris:quare sic:ipe nouit/nobis sufficit obedire:quia vita nostra in volũtate eius. Itaq̃ facile seducta est mulier:ꝛ promissiõi credere:ꝛ acquiescere ꝑsuasioni. Vir aũt nõ seductus est:sed subuersus mulieris amore. Optaret eñ semper seruare mandatũ quod sibi vtile nouerat:si non mulier ei aliud suaderet. Nec aliquã in seruãdo mãdato visus est pati difficultatem:sed que bona volũtas erat:non habuit fortitudinẽ:qꝛ nõ habuit feruorẽ. ¶ Fortis quippe est vt mors nõ patiẽtia aut spes:sed dilectio. Non timor aut ratio:sed spiritus fortitudinis est. Dicit patientia:sic oportet fieri quia timore vigeť. Dicit volũtas bona:sic expedit ꝛ sic agẽdũ est:qꝛ spei attrahiť ratiõe. Charitas ꝟo q̃ inflammať a spũ:neq̃ sic oportet dicit/neq̃ sic expedit:ſʒ sic volo inq̃t/sic cupio/sic desidero vehementer. Videtis quanta sublimitas:videtis quãta securitas:quãtaq̃ suauitas charitatis: Felix anima que ad hũc peruenerit statũ. Nec sane desperandũ nobis/quandoquidem eius qui ad hũc peruenit gradũ ob hoc maxime memoria celebratur:vt ipsius ꝛ inuocemus auxiliũ:ꝛ prouocemur exemplo. Plus dico:ꝛ ex nobis nõnullos videre mihi videor in hoc gradu. Si dicis beatũ andreã apostolum esse:nec posse te qui pusillus es eius sequi vestigia:pudeat vel eos q̃ tecũ sunt nõ imitari. ¶ Nemo repẽte fit summus:ascendẽdo nõ volãdo apprehenditur summitas scale. Ascendamus igitur velut duobus quibusdã pedib9:meditatiõe ꝛ oratione. Meditatio siquidem docet quid desit:oratio ne desit/obtinet. Illa viam ostẽdit:ista deducit. Meditatiõe deniq̃ agnoscim9 imminẽtia nobis pericula/oratiõe euadimus:prestãte dñõ nr̃o iesu christo.

A
Sap. xv.
ps. xxxvi.
Luce. ij.
Rom. viij.
ps. cxviij.
B
Gen. iij.
Cant. viij.
C
D
E

¶ Unde supra. Sermo secundus.

Beati andree apostoli solennitas hodie celebratur quã si pia sollicitudine ꝑscrutemur multa inueniemus in ea que edificẽt animas nostras. In ipo siquidem cõuersionis sue initio: magnũ nobis perfecte obedientie prestat exemplum. Qđ quidem christianis omnibus necessariũ:nobis tamen est carius amplectẽdũ: qui nimirum specialiter ex ipsa professiõe nostra/tenemur obedientie debitores. Sapiens nũmularius est immo ipsa sapientia:cui necesse habemus reddere hunc obedientie nummum: nec suscipiet eum nisi ꝛ integer inueniatur:ꝛ sine aliqua falsitate. Nam si discutimus si diiudicamus:ꝛ in hoc quidem precepto obedimus sed nõ in illo:fractus est nũmus/nõ suscipiet eũ xp̃s:a q̃ nimirũ tenemur nũmi integri debitores. ¶ Oẽs eñ obedientiam simpliciter ꝛ sine vlla exceptione ꝓmisimus. Qz si quis obediat quidem:sed simulatorie ꝛ ad oculũ:murmuret autẽ in abscõdito/falsus est nũmus eius:plumbũ habet nõ argentũ:ꝛ iniquitas sedet super talentũ plumbi. Dolose agit sed in cõspectu dei:qm̃ deus nõ irrideť. Vis audire perfecte obedientie formã: Vidit dñs (ait euangelista) Petrũ ꝛ Andream mittentes rethe in mare:ꝛ ait illis. Venite post me:faciaʒ vos fieri piscatores hominũ. Faciã inquit de piscatoribus piscatores:immo predicatores. At illi cõtinuo nihil diiudicãtes aut hesitantes:nõ solliciti vnde viuerẽt:nõ cõsiderãtes quomõ modo rudes hoies ꝛ sine litteris predicatores fieri possent:nihil deniq̃ interrogãtes:sine omni mora relictis rhetibus et naui secuti sunt eũ. Agnoscite fratres qm̃ propter vos scripta sunt hec:propter vos singulis annis in ecclesia recitanť:vt discentes vere obedientie formã castigetis corda vestra in obedientia charitatis. Hec nimirũ est que sola cõmendat obdiẽtie nũmũ:hoc illius argentũ est probatũ atq̃ purgatum. ¶ Sola est charitas q̃ obedientiam gratã facit ꝛ acceptabilem deo. Hilarem quippe datorẽ diligit deus. Et item. Si tradidero inquit corpus meũ ita vt ardeam:charitatem aũt nõ habeã nihil mihi prodest. Vultis vt de ipa quoq̃ beati huius apostoli passione quã nimirũ hodie celebramus loquamur aliquid ad laudẽ christi ꝛ ad edificationẽ vestrã: Audistis certe cũ peruenisset beatus Andreas ad locũ vbi crux parata erat: quomõ cõfortatus sit in dñõ:ꝛ per spiritũ quẽ vna cũ ceteris apostolis in igneis linguis acceperat verba vere ignea loqueret. ¶ Videns ergo paratã eminus crucẽ nequaq̃ (vt exigere videtur mortalis infirmitas) facies ei9 expaluit: nequaq̃ sanguis ei9 gelatus est:nõ stetere come/aut vox faucibus desit: nõ cõtremuit corpus/nec mens turbata est:nõ recessit vt assolet intellectus. Ex abundantia cordis os locutũ est:ꝛ charitas q̃ feruebat i corde quasi scintillas quasdã ardẽtissimas emittebat in voce. Quid eñ beatus andreas cũ sibi paratã (vt dixi) crucem eminus cerneret loquebať: O crux inquit diu desiderata:ꝛ iam concupiscenti animo preparata:securus ꝛ gaudẽs venio ad te:ita vt ꝛ tu exultans suscipias me discipulũ eius qui pependit in te:qꝛ amator tuus semper fui:ꝛ desideraui amplecti te. Obsecro fratres:homo est q̃ loquitur hec:an nõ est homo ſʒ ãgelus: aut noua aliqua creatura: Homo plane similis nobis passibilis:nã passibilẽ eũ passio ipsa testať: qua appropinquãte tã letabũdus exultat. Vñ ergo i hoie noua hec exultatio ꝛ leticia hactenus inaudita: Vñ in tãta fragilitate/tanta cõstantia: Vñ in hoie: tã spũalis mẽs: tã feruẽs charitas: animus tã robustus: Absit vt a seipso tãtã ei credamus inesse virtutẽ. Donũ ꝑfectũ est descendens a p̃re luminũ:ab eo vtiq̃ qui facit mirabilia magna solus. ¶ Plane spũs erat dilectissimi:q̃ adiuuabat infirmitatẽ eius ꝑ quã diffundebať in corde ipsius fortis charitas vt mors:immo ꝛ fortior morte. Cuius o si ꝛ nos ꝑticipes inueniamur. Ecce eñ molestus est nobis penitentie labor:corporis afflictio grauis:abstinẽtia onerosa:in vigiliis dormitat aia nr̃a pre tedio: nõ ob aliud sane q̃ʒ ꝓpter inopiã spũs. Ipe eñ si adesset ſʒ adiuuaret sine dubio infirmitatẽ nostrã: ꝛ sicut btõ andree crucem ꝛ mortẽ ipam: sic nobis quoq̃ laborẽ ꝛ penitentiã nr̃am faceret nõ solũ nõ molestã/ ſʒ etiã desiderabilẽ atq̃ oino delectabilẽ esse. Spũs eñ meus (ait dñs) sup mel dulcis:ita vt ne ipsa q̃dẽ dulcedini ei9 ꝯparare queat amarissima lʒ mortis amaritudo. Quid nõ tẽperabit illa dulcedo/q̃ mortẽ q̃ʒ facit eẽ dulcissimã: Que resistere possit asperitas vnctiõi illi:q̃ mortẽ q̃ʒ facit suauissimam: Cũ dederit (ait) dilectis suis sõnũ:ecce hereditas dñi. Quã molestiã nõ expellit gaudiũ illđ qđ mortẽ q̃ʒ ipaʒ fac eẽ letissimã: Queram9 hũc spm̃ fr̃es: tota sollicitudie operã dem9:vt mereamur h̃re hũc spm̃:imo vt quẽ iã habem9 habũdãti9 habeam9. Quicũq̃ eñ spm̃ xp̃i nõ hʒ: hic nõ ẽ ei9. Nos aũt nõ accepim9 spm̃ hui9 mũdi:ſʒ spm̃ q̃ ex deo est vt sciam9 q̃ a deo donata sunt nobis. Testimoniũ ꝑsentie ei9 prebẽt opa ipa salutis ꝛ vite:q̃ nullatenus agere possem9/nisi spũs q̃ viuificat:spũs saluatoris adesset. Queram9 igiť vt dona sua mltiplicet de9 in nobis:ꝛ spm̃ suũ augeat q̃ iã ꝑmitias dedit. Nullũ eñ oino ꝑsentie ei9 certius testimoniũ est:q̃ʒ desiderium gr̃e amplioris:qm̃ ipe dicit. Qui edũt me adhuc esuriẽt:ꝛ q̃ bibũt me adhuc sitiẽt. ¶ Sʒ fortasse nostrorum nobis ꝯsciẽtie iã r̃ndẽt. Desideram9 q̃dẽ hũc spm̃ q̃ sic adiuuet ifirmitatẽ nostrã:ſʒ inuenire nõ possum9. Et ego dico: ꝓpterea nõ iuenitis: qꝛ nõ queritis: ꝓpterea nõ accipitis: qꝛ nõ petitis: Petitis ꝛ nõ accipitis:eo ꝙ negligẽter petatis. Nihil eñ aliud expectat:nihil aliud querit de9/nisi vt sedule ꝛ cũ desiderio requiratur. Deniq̃ qñ negabit petentibus:qui etiam nõ petẽtes prouocat ꝛ hortať vt petant: Si vos inquit cũ sitis mali nostis bona data dare filiis vr̃is:q̃to magis p̃r vester de celo dabit spm̃ bonũ petẽtibus se: Petite ergo char-

F
Mat. iiij.
G
ij. Cor. ix.
j. Cor. xiij
H
I
eccl. xxiiij
ps. xxxvj.
eccl. xxiiij.
Mat. vij

rissimi: petite sine intermissione: petite sine hesitatione: in omnibus operibus vestris dulcissimi semper huius ac suauissimi spiritus presentiã ꝛ auxiliũ inuocate. Et nos enĩ fratres cum beato andrea necesse habemus tollere crucẽ nostrã: immo cũ eo quẽ ꝛ ipse secutus est dño saluatore. Inde enim sic letabat͛ inde sic exultabat: q͛ nõ solũ pro eo/ sed etiã cũ eo mori videretur ꝛ cõplantatus similitudini mortis eius: vt cõpatiens etiam cõregnaret. Cũ quo vt simul crucifigamur ꝛ nos: attentius auribus cordis audiam⁹ vocẽ dicentis. [Luce. ix. K] ¶ Qui vult venire post me abneget semetipsuz: ꝛ tollat crucem suã ꝛ sequatur me. Ac si dicat. Qui me desiderat/ se despiciat: qui vult facere voluntatem meã: discat frangere suã. Sed cõtinuo bella insurgunt: armantur protinus aduersum nos inimici. Et nos armemur contra: imitemur arma regis nostri vt tollamus ꝛ nos crucem nostrã: in qua de inimicis oĩbus triũphemus. [Ps. xc.] Audi enĩ quid psalmista promiserit: immo spiritussanctus per os eius. Scuto inquit circũdabit te veritas eius: haud dubiũ quin altissimi. De eo siquidẽ loquebatur sicut manifeste indicant ipsius psalmi precedẽtia verba. Ad quid fratres scuto circũdamur: nisi q͛ nos vndiq͛ bella circũdant? Deniq͛ quid cause sit vt te scuto circũdet/ attende. Scuto inq̃t circũdabit te veritas ei⁹. Ad quid enĩ? Nõ timebis inquit a timore nocturno A sagitta volante in die: a negocio perambulãte in tenebris: ab incursu ꝛ demonio meridiano. Vides ne q̃ necesse sit vt scuto circũdet te veritas quẽ sic hostiũ tela circũdãt? Ab inferiori enĩ parte timor nocturnus insurgit: a sinistris sagitta volat in die: a dextris perambulat negociũ tenebrosum: ꝛ vt nihil sit vacuũ a superiori parte demoniũ meridianũ insurgit. Nos aũt miseri et miserabiles vicinis tot serpentibus: ꝛ igneis telis vndiq͛ volantib⁹: insurgentibus inimicis: nihilominus perniciosa securitate et negligentia dormitamus/ torpemus ocio vanitatib⁹ ꝛ scurrilitatibus indulgemus/ tã pigri ad spiritalia exercitia ac si iam pax sit ꝛ securitas: ꝛ nõ sit militia vita hoĩs super terram. Hoc est (dico vobis charissimi) qđ me vehemẽtius terret qđ oĩno timoris acerbissimi gladio transuerberat aĩam meã q͛ inter tanta pericula min⁹ timorati min⁹ exercitati min⁹ q̃ necesse sit solliciti videamur. Siquidẽ vnum duob⁹ hec ipsa negligentia nostra probat aut oĩno traditos nos hostibus ꝛ nescire: aut si inter hec cõseruamur: ei qui tuetur nos ingratos nimirũ inueniri. Quorũ vtrũq͛ quid periculi habeat satis manifestũ est. Propterea obsecro vos dilectissimi: ipsa nos excitet hostiũ malicia peruigil: ꝛ instantia eoꝝ maligna: quã tã sedulo tam solliciti sunt in nostram ꝑditionem: nos quoq͛ sollicitos faciat: ꝛ circũspectos: vt in timore ꝛ tremore/ nostrã ipsorum salutẽ operemur. [L. j. Cor. j.] ¶ Ecce enĩ in cruce salus nostra tñ: vt ei viriliter inhereamus. Verbũ crucis ait aplš pereũtib⁹ quidem stulticia: his aũt q̃ salui fiunt. i. nobis virtus dei est. Ipsa est scutũ quo circũdamur/ vt ei⁹ quattuor cornua quadripharia hostiũ tela repellãt. Sic ergo inferius cornu cõtra timorẽ nocturnũ. i. aduersus pusillanimitatẽ q̃ de carnis afflictione procedit: vt id qđ sub nobis est corpus castigare viriliter studeam⁹: ac subijcere seruituti. Si quis vero nobis in faciẽ maledicit: si quis aperte mala suadere conatur: in die volat sagitta: ꝛ a sinistris est: sinistro nihilominus cornu crucis excipienda. Qđ si adulatur si quasi cõsulẽtis animo venenũ ꝓpinat fraterne detractionis ꝛ odiũ seminare conat͛: si deniq͛ iniquũ aliquid tanq͛ iustũ persuadere tentat: a dextris est mihi iste: sꝫ iudas est/ osculo me prodit: ꝛ dextro cornu crucis negociuz perambulans in tenebris necesse est propulsari. [M] ¶ Sed ecce dẽm meridianũ: superbie scꝫ spũs q̃ nimirũ in splendore maiori virtutum acrius insurgere solet. Hec aũt q̃ perniciosa sit: sepius vobis intimare curamus. Initiũ quippe oĩs peccati: ꝛ causa totius ꝑditionis superbia est. Propterea quisq͛s es q̃ salutẽ tuã operari studes: aduersus hanc/ sup caput tuũ cornu crucis habere memẽto: vt nõ eleueris in sup̃biã: nõ exaltet͛ cor tuũ: non ambules in magnis neq͛ in mirabilib⁹ sup te: sꝫ tela ea q̃ de sublimi veniũt: supeminẽs capiti tuo cornu crucis excipiat. Sane hoc solũ est cui salutis pariter ꝛ regni titulus inscribit͛: q͛ [Luc. xiiij. N] solus q̃ se humiliat saluari ꝛ exaltari meret͛. ¶ Iã vt breuiter repetã quattuor hec cornua sunt: cõtinentia/ patientia/ prudẽtia ꝛ hũilitas. Felix aĩa q̃ in hac cruce gloriat͛ ꝛ triũphat: tãtũ vt ꝑseueret in ea: ꝛ nullis valeat tẽtationibus deijci. Oret igitur q̃squis in hac cruce est: oret cũ btõ andrea dñm ꝛ magistrũ suũ: ne patiat͛ eũ de cruce deponi. Quid enĩ malignus ille nõ audeat: qđ nõ psumat impi⁹ attemptare? Qđ eget manib⁹ de discipulo: hoc iudeoꝝ linguis facere cogitauerat ꝛ de magistro. In vtroq͛ tamen sera penitentia duct⁹: victus ꝛ cõfusus abscessit. Vtinã habeat similiter ꝛ a nobis: eo vincẽte q̃ ꝛ in se ꝛ in discipulo triũphauit. Faciat ipse vt mereamur ꝛ nos in hac nr̃a q̃licunq͛ cruce penitẽtie: quã ꝓ ipsi⁹ noĩe tulim⁹ feliciter cõsummari: q̃ est sup oĩa deus bñdictus in secula. Amen.

¶ In obitu deuoti Humberti monachi. Sermo.

Humbertus famulus dñi mortuus est deuot⁹ famulus: seruus fidelis. Ipsi vidistis quomõ nocte preterita inter manus nostras expirauit: tanq͛ vn⁹ ex amiculis terre. Per hoc triduũ fatigauit eũ mors ꝛ demolita est intra fauces suas: vt satiaret͛ sanguine quẽ sitiuit. Eya fecit qđ potuit: occidit carnẽ: ꝛ ecce recondita est in corde terre. Separauit a nobis dulcẽ amicũ: prudẽtem cõsiliariũ: auxiliariũ fortẽ. Nec mihi nec vobis pepcit insatiabilis homicida: mihi min⁹. Siccine separas amara mors O bestia crudelis: o amaritudo amarissima: o fetor ꝛ horror filioꝝ adam. Quid fecisti? Occidisti/ possedisti. Sed qđ? Carnẽ vtiq͛ solã. Anime enĩ nõ habes qđ facias. Volat ad creatorẽ suũ: quẽ tã ardẽter cõcupierat: tã fortiter secuta fuerat oĩbus diebus vite sue. Sꝫ ꝛ ipsum corpus qđ videris habere/ auferet͛ a te: cũ tu nouissima inimica destruer͛ ꝛ absorbeberis in victoria. Reddes vtiq͛ reddes aliq̃n corpus illud qđ ad signũ aduẽtus tui tantis hesterna die sputis ꝛ excreationib⁹: ac multiplici sordiũ squalore repleueras: letabũda ꝛ laud[...]: q͛ hũc tuis laqueis [...] vnigenit⁹ patr͛ cũ potestate magna ꝛ maiestate humbertũ q̃rere: ꝛ illud idẽ cadauerosuz corp⁹ cõfigurare corpori claritatis sue. Tu aũt qđ? Profecto qđ in hieremia scriptũ est. [Hiere. xi. Jone. ij.] In nouissimo dierũ stulta remanebis: ꝛ humberto ineternũ viuente/ tu in perpetuũ morieris. Euomuit prophetã marina bestia quẽ deglutierat: ꝛ tu humbertũ reddes: quẽ videris tuo vastissimo ventre cõclusisse. De cetero fratres facticiũ vobis sermonẽ in oĩ forma sanctitatis/ iste dei seruus exhibuit: quẽ ꝛ longũ fecit ꝛ magnũ. Longũ quantũ ad lõginquitatẽ vite: magnũ quãtũ ad vite sublimitatẽ. Nõ oportet me amplius aperire os meũ: si bene retinuistis sermonẽ ei⁹: si vestris illũ cordibus impressistis. Quinq͛[...] annos ꝛ eo amplius vixit in seruitio illius cui seruire regnare est: q͛ a puerilibus annis locatus est in sanctuario dei. Nobiscũ triginta annis ab ipso pene principio monasterij hui⁹ cõuersatus est: nõ solum sine querela: sed ꝛ cũ gratia cui⁹ ex hoc memoria in benedictione erit nobis et generationi q̃ ventura est. Sicut aduena ꝛ peregrinus ptransiit viã ꝛ vitã istam: quanto min⁹ potuit de mũdi rebus accipiens: vtpote sciẽs q͛ nõ erat de hoc mundo. Nõ habebat hic manentẽ ciuitatẽ sicut nec patres sui: sed in anteriora extẽtus sequebat͛ ad palmã superne vocationis. Nihil habet mũdus qđ iure clamet in eo: vel de eo q͛ nec mũdus ei placuit nec ipse mũdo. Quantũ parcius potuit de substantia eius accepit: ꝛ minus accepisset: si non obedientia coegisset. Victũ ꝛ vestitũ habẽs his cõtẽtus fuit: nõ ad superfluitatẽ sed ad necessitatẽ: nisi q͛ ipsam quoq͛ necessitatẽ/ supfluitatem esse sepius causabatur. Ante hos paucos dies si bene memini dũ colloqueremur adinuicẽ dicebat se monasterij hui⁹ prebendariũ esse: ꝛ nulli⁹ tanq͛ vtilitatis hominẽ pasci in domo dei. Erat enĩ vere mitis ꝛ humilis corde: ꝛ cũ ceteris floreret virtutibus: gratiã tñ mansuetudinis specialiter obtinebat. Adeo se amabilẽ ꝛ affabilẽ oĩb⁹ exhibebat: sicut erat amabilis valde. Verũtamen in his oĩbus q̃ circũcisum fuerit os eius ꝛ lingua: oẽs vos plenissime cognouistis: q͛ tandiu vidistis eius cõuersationẽ: ꝛ sermonẽ eius audistis. Quis vnq͛ ex ore ei⁹ sonũ detractionis/ vbũ scurrilitatis/ sermonẽ glorie/ inuidie vocez audiuit? Quis eũ vel alios iudicantẽ vel iudicanti consentiẽtem aliquãdo deprehẽdit? Quis eũ loquẽtẽ [...] audire potuit: immo quis nõ ab eo timuit si talia forte loqueret͛ audiri? Nimirũ sollicite custodiebat vias suas vt nõ delinq̃ret in lingua sua: sciens q͛ q̃ in verbo nõ offendit: hic perfectus est vir. Lõge a te humberte: ve illud euangelicũ. [Luce. vi.] Ve vobis qui ridetis nũc/ q͛ flebitis. Nunq͛d aliq͛s vĩm eũ ridẽtẽ ꝛ inter multos ridẽtes inuenit? Serenabat q̃dẽ vultũ suũ assidẽtiũ grã ne fieret onerosus: sꝫ risuz integrũ si bñ recolitis nõ admisit. Porro q̃ti feruoris in opere dei dieb⁹ ꝛ noctib⁹ fuerit nõ solum vidistis: sꝫ ẽt admirati estis vsq͛ ad diẽ mort͛ sue. Cũ enĩ fere iã ad decrepitã peruenisset etatẽ ꝑter incõmoda senectutis etiã tot ꝛ tantis infirmitatibus quas multi vestrũ nõ ignorãt lassatus atq͛ quassatus: erat tñ vt dꝫ anim⁹ victor annoꝝ: ꝛ cedere nesciens infirmitati. Deniq͛ in frigoribus ꝛ caloribus per mõtes ꝛ valles ascẽdens ꝛ descendẽs iuuenũ laborẽ ꝓsequebat͛: ita vt admirationi esset oĩbus ꝛ stupori. Si cũ q̃nq͛ propter multitudinẽ negocioꝝ: consilij gratia retinuissem: tristis perseuerabat ꝛ nubil⁹ donec vestro cõsortio redderet͛. Rarissime vnq͛ solennibus vigilijs quas nõ raro anticipabat: rarissime ceteris horis psallẽtiũ in choro inuẽtus est defuisse: nec nisi ea necessitate vt ex instãti rñsuz mortis habẽs infirmitas seq̃ret͛. Porro in refectorio vix cõib⁹ vtẽs cibis si qđ forte aliud apponeret͛: aut nõ accipiebat: aut tã moleste accipiebat: vt sup h̃ vniuersitatẽ nr̃az sepi⁹ molestaret. Decreuerat aquã bibere semp: si nõ

totis viribus

totis viribus restitissem. Uinum si quando bibere cogeretur: erat vinum colore potius q̃ sapore: adeo illud aquis nimijs obruebat. Uix vnq̃ obedientia compellente infirmitorium introiuit: vix cum intrasset teneri potuit. Fateor minus obediens in hac parte q̄ auctoritatis sue mole me premeret. Laudo enim: in hoc non laudo: quia sicut vos scitis nō parum in huiusmodi persistit obstinatus. Credo q̄ si quid triste sensit ꝓpter hoc sensit q̄ minus nobis ꝯsensit de necessitate corporis sui. Sed qualis erat in consilijs: Purus vtiq̃ ꝛ discretus: qđ ego tanto melius noui: q̃to sepius tetigi pectus ei⁹. Non solus autē noui hoc nouit ꝛ vniuersitas vestra. Quis deniq̃ multitudine vel magnitudine tentationum percussus: non audiuit ab ore eius ꝛ radicem tentationis/ ꝛ curationis remediū? Ita enim percurrebat omnes angulos conscientie infirmantis: vt credere posset qui cōfitebatur cū vidisse omnia: omnibus interfuisse. Quante autem charitatis erat? Sic se induerat viscera pietatis vt omnes excusaret: pro omnibus intercederet nescientibus illis pro quibus loquebatur: non personarū acceptor: sed necessitatum. Erat ergo humilis corde: dulcis sermone: strenuus opere: feruens charitate: in cōmisso fidelis: in cōsilio circūspectus ꝛ prudens. Cōpositus erat super oēs homines quos viderim in diebus illis: vnus ꝛ idem perseuerās omni tempore ꝛ oīni hora. Plane in semitis domini iesu posuit vestigia: nec retraxit pedem donec cursum itineris consummaret. Ille fuit pauper: pauper etiā iste fuit. Uixit ille in laboribus: ꝛ hic in laboribus multis. Crucifixus est ille: et iste multis ꝛ magnis crucib⁹ affixus stigmata iesu tulit in corpore suo: adimplens ea que deerant passionum christi etiā in carne sua. Resurrexit ille: iste resurget. Ille ascendit in celū: ꝛ iste creditur ascensurus. Ascensurus plane cū rex glorie ꝓpter nos descēdet sicut prius ascenderat: vt notā faciat potentiam suā: cū nō minoris excellentie sit descendere per aera: q̃ per aerem ascendisse.

Actuū.i. Sic enim olim angeli predixerunt: quia hic iesus qui assumptus est a vobis in celum sic veniet quēadmodū vidistis eū euntē in celum. *Eccli.xi.* Nec laudaueris hoiem in vita sua: dicit scriptura: ꝓ eo q̄ nō est secura laudatio nisi post mortem. Hoc ꝛ ego in eo studiose seruaui: q̄ dū adviueret in huiusmodi nō aperui os meū ne forte possemus vel ego adulationis notam: vel ille culpam incurrere vanitatis. Ex hoc sane neutrum iam timetur nec ego eū video. ꝛ ille forsitan me non audit. Sed ꝛ si audiat: nō mouetur hominū verbis: fortius inherens atq̃ felicius verbo dei. Nihil proficiet inimicus in eo: ꝛ vanitatis suggestor non apponet nocere ei. Ecce iam coram te est pater dulcissime fons ille puritatis: quē tanto ardore animi sitiebas: ecce immersus es in illū diuine pietatis abyssum cui⁹ memoriam abūdantie suauitatis tam deuote eructare solebas. Quis enim tam deuotus predicator pietatis diuine: quis humane puritatis cōmendator tā studiosus: quis vtriusq̃ rei tam affectuosus amator erat? aut cui aliquando quinq̃ verba locutus est: in quib⁹ non vera puritas resonaret: in quibus non sancta dei pietas audiretur? Nō ergo super te doleo cui desideriū anime tue tribuit de⁹ mihi potius ademptū doleo fidele consiliū: auxiliū grande: virum vnanimem hoiem sm cor meū. In me hec omnia mala ceciderunt. *A* In me transierunt ire tue domine iesu: et terrores tui conturbauerunt me. Elōgasti a me amicū ꝛ proximū: ꝛ notos meos a miseria extrahens: me in miserijs reliquisti. Abstulisti mihi germanos carne: germaniores spiritu: et in tuis negocijs ꝛ in secularibus sm te sapientes. Sustulisti hinc alios atq̃ alios/ qui onus meū portabant: onus grande qđ mihi imposuisti. Un⁹ mihi prope solus hūbertus supererat e tantis necessarijs meis: eo suauior amicus quo antiquior: ꝛ hunc tulisti quoniā tuus erat. Ego solus ad verbera relinquor: ego morior in singulis: ꝛ oēs fluctus tuos induxisti super me. Utinam quem flagellas/ occidas semel: ꝛ non miserum hominem tot ꝛ tantis mortibus serues. Uerūtamen non contradico sermonibus sancti: sed qui cepit ipse me conterat: ꝛ hec mihi consolatio sit vt affligens dolore non parcat. Ego in flagella paratus sum si forte pius pater in beneficia/ flagella cōmutet: vnde ꝛ verba non murmure plena sunt sed dolore. Non ploro humbertum: neq̃ enī ille plorandus est: qui vocatus est ad mensam diuitis. Sed super me ꝛ super vos ploro: super domū istam: super ceteros fratres nostros: qui oēs ab eius ore consiliū expectabant: sic ꝛ saluator crucem suam tanq̃ latro suum laqueū portans: cum mulieres q̄ eum a galilea secute fuerant super se lamentantes respiceret: conuersus ad eas dixit. *Luc.xxiij.* Filie hierusalem nolite flere super me sed super vos ipsas flete ꝛ super filios vestros. Etenim ea que de me sunt finē habent. Que videtis mihi preparari temporalia sunt que non videtis eterna. Si temporalia sunt: trāsitoria sunt: si transitoria sunt ꝛ mortalia sunt/ ꝛ transeundi vel moriēdi argumentum hoc solum est: quia videri possunt. Temporalia fuerunt que in humberti morte conspeximus / sed iam obtinet gaudium ꝛ leticiam in perpetuas eternitates. Non est ergo lugendus nobis cui nec luctus nec dolor est. Sed nec pro nobis quibus ille sublatus est murmurandum: magis gratias agamus q̄ tandiu concessus est nobis. Si quidem (vt ego arbitror) decennium iam decursum est: q̄ non vixit nisi nobis ꝛ ꝓ nobis: atq̃ hic timor me⁹: ne ideo trāslatus sit: quia nō eramus iam digni consortio illius. Quis scit tamen si idcirco sublatus fuerit: vt nos suis intercessionib⁹ protegat apud patrē? Utinam ita sit. Si enim tante charitatis erat dum esset nobiscum vt omnia que ad corpoream necessitatem spectant libentius mihi q̃ sibi cederet: q̃tomagis nunc cum illi summe charitati q̄ deus est inheret: maiorē habet in me gratiam et charitatem? Sed forsitan nunc de me: ꝛ de cōuersatione mea plenius nouit veritatem: nec cōpatitur vt solebat: sed vt vereor indignatur. Qđ si etiā propter peccata nostra abstulit eum deus? Utinam idem ipse obtineat vt nobis hoc ipsū misericorditer relaxetur: ne penam super penam sustineamus. De reliquo fratres dico vobis: si sequeremini vestigia eius nō tam facile in vanis cogitationib⁹ ꝛ ociosis sermonibus: in iocis ꝛ scurrilitatibus laberemini: quia in his multum perditis: et de vita vestra ꝛ de tempore vestro. *B* ¶ Uolat irreuocabile tempus: ꝛ dum creditis vos cauere penam istam minimā incurritis ampliorem. Illud enim scitote: quia post hanc vitam in purgabilibus locis centupliciter que fuerint hic neglecta reddunturvsq̃ ad nouissimum quadrantem. Scio ego quia durum est homini dissoluto apprehendere disciplinam verboso silentium pati: vagari solito stabilem permanere: sed durius est: ꝛ multo durius erit futuras illas molestias tolerare. Et homo iste qui hic sepult⁹ est/ multa in principio sicut ipse cognoui super huiusmodi temptamēta sustinuit: sed cū multo luctamine pugnauit ꝛ vicit. Et sicut tunc ei durū erat pugnam in tētationibus sustinere: sic ei modo durius esset ad illas ineptias reuolare: quia bona consuetudo peruenerat in naturam. Exercete vos in doctrina ista: et attendite formam illam quam vidistis in eo et audistis: vt ad eum perueniatis ad quam ipse peruenit: qui est benedictus in secula. Amen.

¶ In dedicatione ecclesie. Sermo primus.

C Festiuitas hodierna fratres: tanto nobis debet esse deuotior quanto familiarior est. Nā ceteras quidē sanctorum solemnitates cum ecclesijs alijs habem⁹ cōes: hec vero sic nobis est propria: vt necesse sit vel a nobis eam/ vel a nemine celebrari. Nostra est quia de ecclesia nostra magis autem nostra: quia de nobis ipsis. Miramini forsitan ꝛ erubescitis celebrari festa de vobis: sed nolite fieri sicut equus ꝛ mulus: quibus non est intellectus. Quid enim lapides isti potuerūt sanctitatis habere: vt eorum solennia celebremus? Habent vtiq̃ sanctitatem: sed propter corpora vestra. An vero corpora vestra sancta esse quis dubitet: q̄ templum sanctispiritus sunt vt sciat vnusquisq̃ possidere vas suū in sanctificatione: Itaq̃ sancte sunt anime propter inhabitantem spiritum dei in vobis. Sancta sunt corpora ꝓpter animas: sancta est etiam propter corpora domus. Adhuc certe corruptibili tenebatur in carne et in corpore peccati in quo ꝛ graue adulterij crimen admisit illius anima qui dicebat. *Ps.lxxxv.* Custodi animam meā quoniam sanctus sum. Mirabilis plane de⁹ in sanctis suis nō modo in celestib⁹: sed etiā in terrenis. Utrobiq̃ sanctos habet: ꝛ in vtrisq̃ mirabilis est illos q̄dē beatificās: istos sanctificās. An experimētum q̄ritis eius de qua loq̄mur sanctitatis: ꝛ sanctorū vobis istorum miracula desiderantis ostēdi: Multi certe ex vobis a peccatis ꝛ vitijs in q̄b⁹ cōputruerūt tanq̃ iumēta in stercore suo exiere viriliter: ꝛ quotidie impugnantibus eis potenter resistūt iuxta apostolū qui de sanctis loquens vtiq̃. *Hebr.xi.* Cōualuerunt inquit de infirmitate: fortes facti sunt in bello. Quid mirabilius quando is q̄ prius vix per biduū poterat a luxuria/ crapula ꝛ cōmessationibus/ ꝛ ebrietatib⁹ a cubilibus ꝛ impudicitijs: ceterisq̃ similibus ꝛ dissimilibus vitijs continere: nunc ab eis continet multis annis: tota vtiq̃ vita sua. Quod maius miraculū quādo tot iuuenes/ tot adolescentes: tot nobiles: vniuersi deniq̃ quos hic video velut in carcere aperto tenentur sine vinculis: solo dei timore cōfixi: q̄ in tāta perseuerāt afflictione penitentie vltra virtutē humanā: supra naturā: cōtra cōsuetudinē. Ipsi credo videtis quanta iam possemus inuenire miracula: si perscrutari sigillatim liceret singulorū exitū de egypto et deserti viā. i. abrenūciationē seculi: introitum monasterij: in monasterio cōuersationē. Quid vero sunt hec: nisi manifesta inhabitātis in vobis spūssancti argumēta. Nā hitare in corpe aīam/ ꝓbat vitales motus corporis: habitare in anima spiritū/ ꝓbat vita spiritalis. Illud ex visu ꝛ auditu dignoscitur: istud ex charitate ꝛ humilitate ceterisq̃ virtutibus. Uestra est igitur fratres charissimi: vestra est hodierna festiuitas. Uos dedicati estis domino: vos elegit ꝛ assumpsit in proprios. *Ps.x.* Tibi inq̄t ꝓpheta: derelictus est pauper: orphano tu eris adiutor. Et bene ꝯmutastis dilectissimi: quicq̄d habere potuistis in seculo: quando nunc relinquenda ea: proprij esse meruistis auctoris seculi: ꝛ eū habere propriā possessionē: qui sine dubio potior hereditas est suorum. Neq̃ enim sicut dixerunt filij iniquitatis: beatus populus cui hec sunt: temporalia scilicet que premiserat: promptuaria eructantia ex hoc in illud: oues fetose et similia: non inq̃ beatus populus cui hec sunt: sed

Ps. cxliij. beatus ppl's cuius dñs de⁹ eius. Uidete ꝙ si nõ dignũ sit: vt se stum agamus diem quo nos assumpsit in ꝓprios ꝛ inuestiuit se per ministeriales ꝛ vicarios suos vt fiat sicut iam olim ꝓmiserat. Zacha. ij. Ego inquiens in medio eorum ero eorum deus: nos autem populus eius ꝛ oues pascue eius. Quando enim dom⁹ ista per manus pontificũ dedicata est dño: ꝓpter nos sine dubio factum est: non solũ qui ꝑsentes fuimus: sed ꝛ quicũqꝫ vsqꝫ in finẽ seculi dño sunt i hoc loco militaturi.

D ¶ In nobis ꝓinde spiritualiter impleri necesse est que in parietib⁹ visibiliter precesserunt: ꝛ si vultis scire hec vtiqꝫ sunt: aspersio/ inscriptio/ inunctio/ illuminatio/ benedictio. Hec vtiqꝫ in hac visibili domo fecere pontifices: hec ꝛ xp̃s assistens pontifex futurorũ bonorũ inuisibiliter quotidie operatur in nobis. Primo siquidẽ aspergit nos ysopo vt mũdemur/ lauemur/ dealbemur/ dicaturqꝫ de nobis. Can. viij. Que est ista que ascendit dealbata. Lauat inqꝫ nos in cõfessione: lauat nos lachrimarũ imbre: lauat sudore penitẽtie magis aũt lauat nos aqua illa preciosa que de fonte pietatis id est ab eius latere emanauit. Aspergit nos ysopo: que humilis herba est et pectoris purgatiua: aqua sapiẽtie salutaris ꝙ est timor dñi. initiũ sapientie et fons vite: etiã cõdimẽtũ salis admiscens: ne sit insipidus timor sine spe/ sine deuotione. Non solum autẽ sed inscribit digito dei in quo eiiciebat demonia: haud dubiũ quin in spũ sancto. Inscribit inqꝫ legẽ suã nõ iam in lapide: sed in tabulis cordis carnalibus: Ezech. xi. ꝓpheticã implens ꝓmissionẽ qua se pollicitus est ablaturũ cor lapideũ/ ꝛ carneũ cor esse daturũ: id est nõ durũ/ nõ obstinatũ/ nẽ iudaicũ: sꝫ piũ sed mansuetũ: sed tractabile: sed deuotũ. Beatus quẽ tu erudieris dñe: ꝛ de lege tua docueris eum. Beati inqꝫ qui docti ꝛ memores sunt mãdatorũ eius: sed ad faciendũ ea. Mat. xiij. Alioquin scienti bonũ et nõ facienti peccatũ est illi: et seruus sciẽs voluntatem dñi sui ꝛ non faciens: plagis vapulabit multis. Unde necesse est vt vnctio spiritalis gratie adiuuet infirmitatẽ nostrã obseruantiarum ꝛ multimode penitentie cruces/ deuotionis sue gratia liniens: quia nec sine cruce sequi christum: ꝛ sine vnctione crucis asperitatem ferre quis posset? Hinc est ꝙ multi abominantur ꝛ fugiunt penitentiam/ crucem quidem videntes sed non etiam vnctionem.

E Uos qui experti estis/ ecce scitis qꝛ vere crux nostra inuncta est: ꝛ per gratiam spiritus adiuuãtis suauis ꝛ delectabilis est penitentia nostra: ꝛ vt ita dicã amaritudo nostra dulcissima. At postqꝫ vnctio gratie huius precesserit/ iam lucernam suam christus non ponit sub modio: sed super candelabrum: quia tempus est vt luceat lux nostra coram hominibus: ꝛ videant opera nostra bona: ꝛ glorificent patrem nostrum qui in celis est. Iam vero benedictionem quidem expectemus in fine: quando aperiet manum suam ꝛ implebit oẽ animal benedictione. Nam in quattuor premissis merita constant: in benedictione sunt premia. In benedictione tota complebitur gratia sanctificationis/ quando iam in domum transibimus non manufactam eternam in celis. Ipsa est que ꝯstruitur viuis ex lapidibus/ angelis scis ꝛ hominibus. Simul enim edificatio ꝛ dedicatio ipsa complebitur. Disiuncta nimirum ligna ꝛ lapides/ domum non faciunt/ nec in eis habitare qs potest. Sola vero coniunctio domum facit: sic celestium spirituũ perfecta vnitas: sine vlla sibi diuisione connexa integram ꝛ cõgruam deo reddit habitationem quam ineffabiliter beatificat inhabitans glorie maiestatis. Quis enim si sciret vniuersa regum consilia/ aut quis eorum omnia dicta vel facta sic nosset: quomodo palam ligna ꝛ lapides si non deesset illis intelligẽtie sensus? Itaqꝫ celestis illius curie lapides viui ac rationabiles diuinis intersunt consiliis: ꝛ trinitatis mysteria norunt/ Ps. lxxxiij. audiuntqꝫ verba ineffabilia que non licet homini loqui. Beati qui habitant in domo tua domine in secula seculorũ laudabunt te. Quanto enim plus vident/ plus intelligunt/ pl⁹ agnoscunt: tanto plus diligunt: tanto magis laudant: tanto ampli⁹ admirantur. Uerum qꝛ cohetere quidem sibi domum illam ꝛ ꝑfecte connexam esse iam diximus: superest vt iuncturam ꝛ connexionem ipsam aliquatenus exprimamus. Legimus in esaia. Esa. xli. Glutino bonũ est. Duplici sibi igitur coherẽt lapides illi glutino: cognitionis plene ꝛ perfecte dilectionis. Tanto siquidẽ maiori ad se inuicem dilectione copulantur/ quãto ipsi charitati que deus est: viciniores assistũt: sed nec vlla separare eos ab inuicẽ suspicio potest/ vbi nihil omnino quod in altero sit: alterum latere patitur/ penetrans omnia radius veritatis. j. Cor. vj. Quoniam enim qui adheret deo vnus spiritus est cum eo: nihil dubium est: qui perfecte adherentes et beati spiritus cum eo pariter/ et in eo penetrent vniuersa. Ad hanc domum si peruenire desideras sic concupiscat ꝛ deficiat anima tua in atria dñi: Ps. xxvj. sicut propheta clamat. Unam petij a domino hanc requiram: vt inhabitem in domo domini omnibus diebus vite mee: ipm nihilominus intrare prophetam qui sicut iurauit domino votum vouit deo iacob: Ps. cxxxj. si introiero in tabernaculum dom⁹ mee ꝛc. Sed hinc alio sermone nobis tractandum erit: quod dominus ipse donauerit.

¶ Item in eadem solennitate. Sermo secundus.

F Cum rex gloriosus ꝛ ꝓpheta domini/ dauid sanctus religiosa quadam cepit cogitatione moueri/ indignum iudicans ꝙ nullam adhuc domin⁹ sabaoth domum haberet in terris: ipse vero domum inhabitaret regie dignitatis. Hoc ipsum fratres nos quoqꝫ decet cogitare fideliter: ꝛ vtiliter effectui mancipare. Nam ꝙ licet deo placuerit cogitatio illa prophete/ opus tñ reseruatum est salomoni: alia ratio est forte prolixiore indigens disputatione. Iam vero anima tu quidem sublimi in domo habitas que a deo tibi fabricata est corpus hoc dico/ quod sic compegit/ quod sic aptauit quod sic ornauit ꝛ ordinauit/ vt gloriose in eo ꝛ delectabiliter habitares. Sed ꝛ ipsi corpori domum fecit excelsam aptissimã ꝛ decorem dico aũt sensibilem hunc ꝛ inhabitabilem mundũ. Nonne ergo indignum reputas vt tibi ipse fecerit domum: tu vero ei tẽplum edificare dissimules? Adhuc domum quidem habes/ sed certa esto qm̃ in breui casura est domus tua/ ꝛ tu nisi ꝓui⁹ ꝓuideris aliam: eris pluuie vento ꝛ frigori exponenda. Ps. cxlvij. Heu a facie frigoris eius quis sustinebit? Felix proinde ꝛ multum felix anima que dicere potest: scimus qm̃ si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur/ ꝙ edificationem habem⁹ ex deo domum non manufactam eternam in celis. Propterea iam ne dederis o anima somnum oculis tuis: ꝛ palpebris tuis dormitationem/ donec inuenias locum dño/ tabernaculum deo iacob. Sed quid putamus fratres? Ubi inuenitur huius edificij locus aut quis poterit esse architectus? Nam visibile istud tẽplũ vtiqꝫ ꝓpter nos factum est ad nostram habitationẽ. Neqꝫ enim altissimus in manufactis habitat. Quod ergo edificabimus templum ei qui dicit ꝛ vere dicit. Hie. xxiij. Celum ꝛ terram ego impleo? Tribularer valde ꝛ anxiaretur super me spiritus meus/ nisi ꝙ audio eum de quodam dicentem. Joh. xiiij. Quia ego ꝛ pater ad eum veniemus/ ꝛ mansionem apud eum faciemus. Ita iam vbi preparãda scio sit domus ei: qm̃ non capit eum nisi imago sua Anima capax illius est: que nimirum ad eius imaginẽ est creata. Propter quod iam festina/ adorna thalamum tuum syõ: qm̃ complacuit dño in te: ꝛ terra tua inhabitabitur. Exulta satis filia syon/ habitabit in te deus tuus. Dic cum maria tua. Luce. j. Ecce ancilla dñi/ fiat mihi ꝓm verbum tuum. Dic iuxta beate elizabeth verbũ. Ubi. s. Et vnde hoc mihi vt veniat maiestas dñi mei ad me? Quanta enĩ dei benignitas: quanta dignatio: quanta dignitas: quanta gloria animarum ꝙ dñs vniuersorũ ꝛ qui nullam habet indigentiã/ templũ sibi fieri iubet in illis.

H ¶ Itaqꝫ fratres toto cum desiderio ꝛ digna gratiarũ actione studeam⁹ ei templum edificare in nobis: primo quidem solliciti/ vt in singulis: deinde vt in omnibus simul inhabitet: qꝛ nec singulos dedignatur nec vniuersos. Primo igitur loco studeat vnusquisqꝫ ne dissideat ipse a semetipso: qm̃ omne regnum in seipsum diuisum desolabitur: ꝛ domus supra domum cadet: nec intrabit christus vbi fuerint parietes declinati ꝛ macerie depulse. Nõ ne enim corporis sui domum integram/ anima vult habere: et exire illam necesse est si fuerint a se inuicem membra dispersa.

I Uideat ergo ꝛ ipsa: si desiderat habitare christum per fidem in corde suo. i. in seipsa: sollicite caueat ne a se inuicem mẽbra ei⁹ dissideant/ idest ratio/ volũtas atqꝫ memoria. Sit ergo sine errore ratio vt bene congruat voluntati. Talem enim voluntas amat. Sic ꝛ voluntas sine iniquitate: qm̃ ratio talẽ approbat Alioqn si sese iudicat aĩa ꝓpter voluntatis prauitatem in eo: quod per rationem probat: bellum intestinum est ꝛ discordia periculosa: qm̃ voluntatem hmõi ratio semper suggillat/ sꝫ accusat/ sed diiudicat/ sed condẽnat. Propter qd dominus ait in euangelio. Matth. v. Esto consentiens aduersario tuo/ dum es in via cũ illo/ ne forte aduersarius tradat te iudici: ꝛ iudex tradat te tortoribus ꝛc. Sit etiam memoria sine sorde: vt nullum in ea peccatum maneat: quod non pura confessione ꝛ dignis fructibus penitentie deleatur. Alioquin conscientiam in qua peccatum latet ꝛ voluntas odit ꝛ ratio execratur. Bonum ꝓinde parat habitaculum deo: cuius nec ratio decepta: nec voluntas peruersa: nec memoria fuerit inquinata. Iã vero sic se habentib⁹ singulis etiam omnes nos cõnecti ꝛ conglutinari necesse est: mutua vtiqꝫ charitate que est vinculum perfectionis. Nam cognitio quidẽ perfecta in hac vita haberi non potest/ forsitan nec oportet. In celesti siquidẽ domo cognitio dilectionis est nutrimentum: hic vero esse poterat detrimentum. Quia enĩ gloriabitur castum se habere cor? Propterea facile erat ꝛ cõtundi cognitum ꝛ cognoscentem offendi. Ibi iocunda erit cognitio/ vbi macula iam non erit. Illa ergo domus connexa firmi⁹ est tanqꝫ in eternum mansura: hec tanqꝫ tabernaculum bellatorum

torum minꝰ sibi pfecte coheret. Illa nimirum domus leticie ista militie est: illa domꝰ laudis: ista orationis. Hec inq̄ est vrbs fortitudinis nostre: illa est ciuitas requiei nostre. Proinde si vi ctoriosi fuerimꝰ hic: illic erimus gloriosi: habentes loco galee dyadema: sceptrū et palmam pro gladio: pro scuto clamidem deauratā: pro torace stolam iocunditatis. Interim sane premi magis q̄ perimi videtur vtilius: et sustinere pondus clypei et lorice: q̄ maligni iaculis igneis vulnerari. A quibus nos sup na sua protectione custodiat qui est benedictus i secula. Amē.

A

¶ Item in eadem celebritate. Sermo tertius.

Domus hec fratres eterni regis est opidū: sz obsessum ab inimicis. Quotquot igitur i ipsius arma iurati sumꝰ et eiꝰ militie dedimꝰ nola: triplici nobis opus esse nouerimꝰ apparatu ad custodiā castri huius: munitione videlicet et armis / ꝛ ali mentis. Que est ergo munitio? Vrbs fortitudi nis nostre syon ait pphēta saluator ponet in ea murus ꝛ ante murale. Murus continentia: antemurale patientia est. Bonꝰ cō tinentie murus / qui sic vndiq̄ circūdat et circūcingit vt nec p oculoꝝ fenestras: nec per ceteros sensus detur igressus morti. Bonum antemurale patientie / qđ primos hostium sustinet im petus: vt inter plurima temptamenta stemus viriliter / et perse ueremus iugiter incōcussi. Vnicum quippe remedium est dum continentia quatitur: et quodāmodo nutat obijcere patientiā: ꝛ quantūcūq̄ ferueat sensus peccati: negare omnimodo cōsensum

Esa. xxvi

In patientia vestra inquit possidebitis aīas vestras. Ponit er go in ciuitate saluator ipse murus et antemurale: factus nobis a deo patre iusticia / et pphete: patientia sicut idē ait. Quoniā tu es patiētia mea dñe. Murus inq̄ ponitur in cōuersatione an temurale in passione ab oībꝰ carnis et seculi presentis illece bris abstinens: et aduersa sustinens fortiter vniuersa. ¶ Opor tet aūt et arma parare: sed arma spiritualia potentia deo / non modo ad resistendū. sed ad impugnandum quoq̄ / et expugnan dum viriliter inimicum. Induite vos armaturā dei ait aplŝ ꝛc. Quid enim putamus fratres? Grauis equidē nobis est inimici tentatio sed longe grauior illi oratio nostra. Ledit nos iniqui tas eius atq̄ versutia: sed multo amplius nr̄a eum simplicitas et misericordia torquet. Humilitatē nostram non sustinet: vrit charitate nostra: mansuetudine et obedientia cruciatur. Iā ve ro nec fame quidem vrgeri possumus: vt hostibus castrum tra dere cōpellamur qm̄ gratias ago deo / nō venit super nos terri bilis illa cōminatio pphete: immo dñi p prophetā: famis vide licet et sitis: non panis et aque / sed audiendi verbū dei. Sic ei habemus. Nō in solo pane viuit homo: sed in omni verbo quod procedit de ore dei. Itaq̄ non nobis alimēta desunt qui ꝛ ser mones frequenter: et frequētius sacras lectiōes audimꝰ: et in terdum quoq̄ spiritalis deuotionis gustamꝰ delitias tāq̄ si ca tuli edant de micis que cadūt de mēsa dñorū suorū: celestes il los conuiuas dico qui replētur ab vbertate domus dei. Habe mus etiā panē lachrymarū: qui licet minus suauis / optime ta men confirmat cor hois. Habemus et obedientie panez de quo loquitur ad discipulos dominꝰ. Meꝰ inquiens cibus est vt fa ciā voluntatem patris mei. Habemus sup oīa de celo panem vi uum: corpus dñi saluatoris: in cuius vtiq̄ fortitudine cibi / oīs aduerse partis deijcitur fortitudo. Sic ergo munita ē castri do minici fortitudo: vt nihil iā timere oporteat si tm̄ fideliter et vi riliter agere voluerimꝰ vt videlicet nec pditores / nec pauidi / nec desides inueniamur. Nā pditores quidē fiunt quicūq̄ i hoc dñi castrū inimicos eius introducere moliūtur: quales sunt vti q̄ detractores: deo odibiles: qui discordias seminār: nutriunt scandala inter fratres. Sicut eni in pace factus est locꝰ domi ni: sic in discordia locū dyabolo fieri manifestū est. Nō miremi ni fratres si durius loqui videor: qꝛ veritas neminē palpat. Si bi proditorē sese nouerit si quis forte (quod absit) vitia queli bet in hanc domū conatur inducere: et templū dei speluncā fa cere demoniorū. Gratias deo / non multos hic inuenimꝰ huius cemodi. Sed tamen dephendimus interdum forte nōnullos q̄ colloquanť hostibus / et paciscātur fedus cū morte: hoc est mo liātur qđ in eis est iminuere ordinis disciplinā: itepescere fer uorem: turbare pacē: ledere charitatē. Verū nos quidem caue mus ab eis, quātum possumus sicut scriptum est de quibusdam iesus autem non credebat se eis: Dico aūt vobis quia licet por tentur modo / sed portabunt cito graue iudicium: nisi citiꝰ emē dauerint: sicut graue damnum moliūtur inferre. Quid eīn fra ter: Vanitati aut tepiditati: seu cuilibet alteri vitio fidem ser uas operibus: et deo per tonsuram mentiris? Optimū certe ca strū tulisti xp̄o si inimicis eius tradideris claram vallem. Opti mos inde singulis annis et preciosos i oculis suis redditꝰ ac cipit: et predā multā quā hostibꝰ eripit in hūc munitionis sue locū solet inducere: et habet fiduciā multā in fortitudine eius. Ecce eni quos redemit de manu inimici: et de regionibꝰ con gregauit eos: a solis ortu et occasu: ab aqlone et mari. Quibꝰ ergo pditorē castri huiꝰ (postq̄ depehensus et cōprehensus fuerit: neq̄ eni latere aut fugere potest) quibꝰ inq̄ putas expo nēdū esse supplicijs? Nō vtiq̄ cōmuni ceterorū morte damnabi tur: exquisitis illū necesse est interire tormentis. Sed nō modo plus imoror circa ista: credo meliꝰ deīceps ab hac tā execrabi li proditione cauebimꝰ: studētes decetero maiori sollicitudi ne nō attrahere: sed repellere vitia quecūq̄ illa sint: seu carna lia / seu etiā secularia: ne proditoꝝ notā: vel penā icurrere me reamur. Scđo loco iā illud cauendū ne quis forte pusillani mitate deiectꝰ / fugiat a munitione ibi trepidās timore vbi nō est timor: vbi vo summū periculū: insana temeritate securꝰ. Ho stilibꝰ eni manibꝰ: hostilibꝰ gladijs se exponit: quicūq̄ est ille q̄ fugit: ac si ignoret qm̄ hostes illi oīno carent misericordia: cru deles quidē in alienos: sed multo crudeliores in suos: quippe crudelissimi i seīpos. Iā vo tertiū quoq̄ periculū breuiter di co qꝛ hora pterit: dū vestre vt dignū est salutis plurimū cupidꝰ diuersis morū infirmitatibꝰ remedia diuersa conquiro. Quid prodest si nec prodere castrum nec relinquere velis: sed segnis et desidiosus in eo permaneas? Toto proinde animo tota vtu te dilectissimi commissum nobis castrū dñi et regis nostri ma nutenere laboremus: solliciti cōtra omēs inimici versutias: et aduersus omnia eius machinamenta parati: sicut scriptū est: resistite diabolo et fugiet a vobis. At qm̄ scimꝰ a quo dictū sit. Nisi dominus custodierit ciuitatem: frustra vigilat qui custo dit eam. Humiliemur sub potenti manu altissimi: nos et domū istā tota deuotione eius misericordie committētes: vt ipe nos custodiat ab omnibus insidijs inimicorum omnium: ad laudez et gloriam nominis sui: quod est benedictum in secula. Amen.

Luce. xxi

ps̄. lxx.

B

Ephe. vi.

Mat. iiij.

Deut. viij

Joh. iiij.

Joh. ij.

ps̄. cxxvi.

C

¶ Unde supra de triplici mansione. Sermo quartus.

Votiuis laudibus celebramꝰ hanc diē: et festiuis eā gaudijs honoramus. Qđ si nec religiosis cōpetitꝰ nec sapiētes decet ignorare q̄d venerenť: aut cele brare qđ nesciāt: querendū nobis est in cuiꝰ id agiť vel i quorū cōmemoratione sanctorū. Nec vo id mi hi ex me arbitror psumendū prior loquať alter cuiꝰ testimoniū maiꝰ sit et credibilibꝰ videať. Miramini forte cur ista ploqui mur: cū vestris sese obtutibꝰ ecclesia psens manifestiꝰ ingerat: cuius anniuersaria dedicatio celebrať. Quis eni parietes eiꝰ sanctos dicere vereať / quos manꝰ sacrate pontificū tantis san ctificauere mysterijs? Extūc quoq̄ et deinceps sanctarū iugi lectionū resultare frequētia: sanctarū orationum deuota mur murare susurria: sanctaꝝ reliquiarū honorari beata presentia: sanctorū spirituū indefessa noscitur custodia vigilare. Dicas forsitan: cetera quidē euidentia sunt: sed qs angelicas sese vi disse excubias gloriatur? Et si tu forte non vides: est tamē qui videt ipe q̄ mittit. Quis ille: Nimiꝝ q̄ loqtur p pphetaz. Sup muros tuos hierl̄m cōstitui custodes. Est qdē sursum hierl̄z q̄ est libera mater nostra: sz minime crediderim sup muros eiꝰ cō stitutos esse custodes: i cuius laudibꝰ ppheta decātat. Qui po suit fines tuos pacē. Tu vo si id parū iudicas: pge audire qđ sequiť in testimonio pcedēti. Tota die inquit et tota nocte nō tacebūt. Siquidē aduertere est vel ex hoc: nō hāc eē hierl̄m de qua legisti. Porte eiꝰ nō claudenť p diē: nox eni nō erit in ea. Il la ergo hierl̄m nec vicissitudines patitur: nec custodibus eget: nostris porꝰ custodes necesse est et diebꝰ et noctibꝰ deputari. Sup muros tuos hierl̄m constitui custodes. Benignꝰ es dñe: nec nostroꝝ hac fragili ptectione murorū potes esse cōtentus sed ipis hoim platie hoibꝰ angelicā quoq̄ custodiā supponis vt muros defensent: et eos q̄ murorū ambitu continētur. Ita pater qm̄ sic est placitum ante te sic necessarium nobis. Insuffi ciens eni est ministratio nostra: nisi et nobiscū et pro nobis ad ministratorios spiritus in ministeriū mittas: vt hereditatem ca piamus salutis. Quid enim si non videmꝰ obsequiū: cum expe riamur auxiliū? Quid si nō meremur aspectū cū sentiamus effe ctum. Discimꝰ certe vel ex hoc ipo inuisibilia visibilibꝰ preferē da. Que enim videnť temporalia sunt que autē nō videnť eter na. Deniq̄ in inuisibilibus visibilium causa consistit: vt fm apo stolū. Inuisibilia dei p ea q̄ facta sunt: a creatura visibili intel lecta conspicianť. Sic nimirū iudeos olim de inuisibili pecca torū indulgentia / sanctum dei blāsphemātes: sanitatis corpo ree signo visibili confutauit. Vt sciat is qꝛ filius hois potesta tē habet in terra dimittendi peccata: tunc ait paralitico. Tol le grabatū tuū et vade in domū tuā. Sic et phariseū illū mur murātem aduersus medicū q̄ salutē opabatur: et succensentem languide que saluabatur: manifestis reuicit indicijs: obsequia mulieris enumerans. Errabat siquidem qui tanq̄ adhuc pec catricem horrebat: que diuinis inherens vestigijs: rigabat fle tibus: tergebat crinibus osculo premebat: vngebat vnguento.

Esa. lxij.

ps̄. cxlvij.

Apo. xxi.

Mat. ix.

Luce. v.

Quis eni crimina iā deleta recenseat: qs tangenti succenseat:
quis eā peccatricem recenseat: que dū cōmissa deplorat odit ini
quitatē: dum osculatur pedes dñi diligit iusticiā: et rursum dū
tergit crinib⁹ exhibet humilitatem: dū vngit vngue to mansue
tudinē prefert. Nūquid possibile est regnare peccatū in animo
contrito et spū ingemiscenti: aut nō multa charitas operit mul
Luc. vij.
titudinē peccatoꝝ: Dimissa sunt ei peccata multa: qm̄ dilexit
multum. Merito proinde iā nō peccatrix iuxta tuā pharisee sen
tentiā: sed sancta et discipula christi vocabit: a q̄ etiā didicit i
tā breui esse mitis et humilis corde. Nimirū hoc est qd̓ in ꝓphe
ta legisti sed forsitan neglexisti. Uerte impios et nō erunt. Sic
charissimi: sic ⁊ antiquus ille accusator fratrum: si in qb⁹ et vos
erubescitis preterita peccata vestra vobis improperet apl̄m au
j. Coꝛ. vj.
dite magnifice consolantē vos et dicentē. Hec quidē fuistis: sꝫ
Rom. vj.
abluti estis: sed sctificati estis: et illud. Habetis nūc quidē fru
ctū vestrū in sanctificationē: finē vero vitā eternā. Et manife
j. Coꝛ. iij.
stius imprimens. Templum dei ait sanctū est quod estis vos.
Nimirū ipe est cuius reuerētie primā in huius sermonis princi
pio reseruauim⁹ vocē dū quererem⁹ sctōs: quoꝝ sanctimonie
cōgratulamur deuotione solēni. Licet eni parietes hos et dici
sanctos: et eē faciat cōsecratio episcopoꝝ: frequētatio scriptu
raꝝ: instātia orationū: reliquie sctōꝝ: visitatio angeloꝝ: mini
me tamē coꝝ sanctitas ꝓpter se credēda est honorari: quos nec
ꝓpter secretū est sanctificari. Quinimo sancta est propter cor
pora domus: corpora ꝓpter aias: anime ꝓpter spm̄ inhabitan
tē. Neq̄ hinc dubitet quis cū inuisibilis ei⁹ gratie visibile no
bis signū fiat in bonū. Dico aūt in eo qd̓ et ipi instar illi⁹ euan
gelici paralytici surgitis: q̄ corporeū hoc grabatū: quo iaceba
tis languidi: tā facile tollitis q̄ deniq̄ ambulatis i domū vraꝫ
Illā sane domū de qua letamini dicentes cum ꝓpheta. In do
Ps̄. cxxi.
mū dñi letātes ibimus. O admirabilis dom⁹ ⁊ dilectis taber
Ps̄. lxxxiij
naculis: et atrijs cōcupiscibilib⁹ preferenda. Q̄ dilecta taber
D
nacula tua dñe virtutū cōcupiscit et deficit anima mea i atria
Ubi. s.
dñi. Uerū multo magis beati qui habitāt in domo tua dñe: in
secula seculoꝝ laudabūt te. Siquidē gloriosa dicta sunt de te
domus dei. In tabernaculis eni gemit⁹ est penitentie: in atrijs
gustus leticie: in te satietas glorie. Hec quidem est infima do
mus orationis: media expectationis: tu gratiarum actionis et
laudis. Felix proinde qui hic declinauerit a malo qd̓ est cul
pa et fecerit bonum: vt illic a malo qd̓ est pena liberet: et in te
recipiat bonū. Hic nimirū primitie spūs: illic diuitie: in te ple
nitudo: vbi bona illa mensura cōferta et coagitata et superef
fluens detur in sinus vestros. Hic deniq̄ sunt sancti illic secu
ri in te beati. Hee siquidē primitie spiritus: que militantib⁹ inte
rim prerogantur: sanctitas in conuersatione pietas in intētio
ne virtus in colluctatione. In sanctitate conuersationis peni
tentie fructus intellige: et corporalia queq̄ diuinoꝝ exercitia
mandatoꝝ. At qm̄ hec nisi simplex fuerit oculus simplicia esse
non possunt necessario pietas intētionis et puritas cordis exi
git: ne vel honoris ambitus: vel laudis surrepat appetit⁹: sꝫ
solus ille desideret qui solus desideriū replet: et ad ꝓpriū fon
tis originem omnis quā accepim⁹ gratia reuertat. Memento
tamen solā ex oib⁹ perseuerantiā coronari: nec eā facile posse
inter tot discrimina vendicari: nisi multiplicē obtineas in tam
multiplici colluctatione virtutē. Hec in tabernaculis. Porro i
atrijs que post molestos cōflict⁹ amena iocūditate fouendos
excipiūt exeūtes: iā diuitie spūs erogātur: requies a laborib⁹
securitas a sollicitudinib⁹: pax ab hostib⁹. Ipse eni amodo iā
dicit spūs vt requiescant a laborib⁹ suis: q̄ tanto feruore ociū
hactenus interdicere labores indicere cōsueuit. Ipe seorsum
a curis faciet: et ab oi sollicitudine sequestrabit: qui mō consi
lia ponit in aia sua: et sollicitā facit ergo multa turbari. Ipe iā
parta victoria in pace in idipm̄ suauiter dormire prestabit: qui
dū adhuc leo rugiēs fremit: et ad vigilias excitat: et accingit
ad pugnā. Uerū i his vt supra tetigimus: liberatio magis a ma
lo q̄ꝫ boni muneratio est: nisi q̄ dura nos nostre necessitatis ex
perientia cogit absentiā mali boni cumulus estimare: quēad
modū cōsciētia grauioꝝ imunitatē criminū plenitudinē re
putat sctitatis. Hinc aduertere est q̄ꝫ longe agim⁹ a summo bo
no: qui carere culpa iusticiā: carere miseria beatitudinem iudi
camus. Absit autē vt talē quis putet vbertatem domus illius:
et torrentē voluptatis: et si qua sunt alia que nec oculus vidit:
nec auris audiuit: nec in coꝛ hois ascendit: que preparauit de⁹
diligentibus se. Nec ergo audire velis o homo quod auris ho
minis non audiuit: nec ab homine queras quod humanus nec
oculus videt: nec animus capit. Nec tamen hinc penit⁹ tacea
mus: nostram hanc patriam a longe salutantes triplicē quan
dam odorari videmur: potentie scilicet et magnificentie: ⁊ glo
rie repromissionem. Siquidem homo erat: et filius captiuitatis
huius qui dicebat. Introibo in potentias domini. Ceterū nos
Ps̄. lxx.
scire possumus quid sit infirmitate carere tanq̄ꝫ infirmitate cir
cundati: quid vero sit virtute indui et potentiam introire: nec
modo potentiam sed et multam potentiam: forte et oipotētiā
interim scire non possumus. Clamat etiam testis fidelis: quia
Ro. viij.
quos iustificauit: illos et magnificauit. At magnificentiam eā
presertim quam procedere deceat a magnitudine cuius nec fi
nis: nec numerus est vtinam nostre interim exiguitati liceat ex
pectare: nam estimare non licet. Jam vero ne ipsius quidē ve
reri necesse est aut habere suspectam glorie promissionem: feli
citer tunc et fiducialiter hauries gloriam: a cuius interim ap
petitu tantis comminationibus deterreris. Erit enim tunc vni
cuiq̄ laus a deo secura certe et sempiterna finis: pariter et di
Ps̄. cxiij
scriminis expers: et vt scriptum est. Jocunda decoraq̄ lauda
tio. Eya ergo fratres viriliter interim in tabernaculis milite
mus: vt suauiter deinde in atrijs requiescamus: vt nouissime in
domo sublimiter gloriemur: cum momentaneum hoc ⁊ leue tri
bulationis nostre supra modum in sublime eternum pond⁹ glo
rie operabitur in nobis cum in domino laudabimur tota die i
veritate vtiq̄ non in vanitate.

E

Item in dedicatione ecclesie: de gemina considera tione sui. Sermo quintus.

Etiam hodie fratres solemnitatē agimus et precla
ram. Atq̄ id quidem facile dixerim: sed si pergitis
querere cuius sancti: illud forte iam non ita. Quo
tiens eni apostoli seu martyres: vel cōfessores ali
cuius memoria celebratur haud difficile est dice
re cuius: vt puta sancti petri: stephani gloriosi: aut scꝫ patris
nostri benedicti: vel alicuius ceteroꝝ magnoꝝ principum ma
gne curie celi. Nunc vero nullius coꝝ solēnitas agitur: agitur
tamen nōnulla solēnitas. Nec modo nōnulla sed non parua. Et
si iam vultis audire: festiuitas est domus dñi templi dei: ciui
tatis regis eterni: sponse xp̄i. Nemo sane ambigit sanctam esse
sponsam sancti sanctoꝝ: et oi celebritatis honore dignissimā.
Ps̄. xcij.
An vero domū dei sanctam esse quis dubitet: de qua legit. Do
mū tuam decet sanctitudo: Sic et sanctum est templū eius mi
Apo. xxj.
rabile in equitate: sed et ciuitatem sanctam iohānes sese vidis
F
se testatur. Uidi inquit sanctam ciuitatē hierl̄m nouā descen
dentē de celo a deo paratā tanq̄ꝫ sponsam ornatā viro suo In
quibus sane verbis aperire iā cepit: quod adhuc fateor dissi
mulare volebā. Dico autē q̄ eadē sponsa que ciuitas est: sed et
templum quoq̄ et domus nihilominus sit. Neq̄ id mirū p̄ser
tim cum similiter vn⁹ sit: qui se ei sponsum dignatur et regem ⁊
deū et patrēfamilias exhibere. Necdū tamē vobis arbitror sa
tisfactum: donec euidentius que domus hui⁹ patrisfamilias:
quod hoc templum dei que ciuitas regis istius: quenā deniq̄
huius gloriosi sponsi sponsa dici et esse meruerit audiatis. At
ego super hoc quidem non parum vereor loqui quid sentiā: ne
quem vestrum quod absit aut minus fideliter: aut min⁹ humi
liter audire cōtingat: ne quis forsitā ab hoc auditorio: aut ela
tus pre magnitudine glorie: aut incredulus exeat: pre pusillani
mitate spiritus sui. Opto enim semper vos et fideles et humi
les inuenire: quod vtrūq̄ summope sit necessariū ad salutē. So
lis nāq̄ humilibus ipse dat gratiā: cui etiam sine fide placere
impossibile est. Opto igitur et omnib⁹ modis cupio vt et par
uulos et magnos: immo vt plus miremini et nihil et aliquid
etiam grande aliquid ei vos exhibere curetis Neq̄ ei sine ma
gno aio bona illa tā magna capere: aut vim facere poteritis re
Mat. xviij.
gno celoꝝ: non plus q̄ꝫ idē celoꝝ regnū intrare: nisi conuersi
G
fueritis et efficiamini sicut paruuli. ¶ Non sum homo ꝓfundi
sensus: nō possum vobis qd̓ non gustauerim eructuare. Dicam
tamen qd̓ interdū in me sentiā actitari: vt si quis forte sibi vti
Eccl. xx
le iudicauerit imitet. Quia enim olim persuasū est mihi vt mi
serear aie mee: placiturus exinde deo meo: frequēter de ea re
cogito: vtinā aūt magis sp̄ liceret. Erat qn̄ id actitari minime li
bebat: nēpe qd̓ min⁹ (si tñ minus et nō magis minime dilige
H
rē eā. Quō eni amat quis cui⁹ mortē amat: Q̄ sit verū est: et
Psalm.
indubitabile mors aie iniqtas est: absolutā proinde liquet eē
sententiā: et q̄ iniquitatē q̄ diligit odit aiam suā. Oderā ergo
eā et odissem adhuc: nisi hoc mihi quodcūq̄ amoris ei⁹ initium
is qui prior eā dilexerat cōtulisset. Ipsius ꝓinde beneficio nō
nunq̄ de ea cogitans: videor mihi in ea fateor velut duo que
dā contraria inuenire. Si ipsam prout in se est et ex se iuxta rei
veritatem intueor: nihil de ea verius sentire possum: q̄ꝫ ad nihi
lum esse redactam. Quid modo necesse est singulas ei⁹ mise
rias numerare: q̄ꝫ sit onerata peccatis: obfusa tenebris: irreti
ta illecebris: pruriens cōcupiscētijs: obnoxia passionib⁹: imple
ta illusionib⁹: ꝓna semp ad malū: inuitiū omne ꝓcliuis: postre
mo toti⁹ cōfusionis et ignominie impleta. Nimirum si ipe quo
q̄ iusticie nostre omnes ad lumen veritatis inspecte: velut pā
nus menstruate inueniuntur: iniusticie deinceps quales repu
tabuntur: Si lumē qd̓ i nobis est tenebre sunt: ipe tenebre q̄ꝫ
te erunt

te erunt? Facile est cuiq nostrû si sua melius vniuersa et sine dissimulatione vestiget: et iudicet sine acceptione persone attestari per oia aplice veritati: et libere proclamare: qui se putat aliqd esse cum nihil sit: ipse se seducit. Quid est homo: quia magnificas eum? ait fidelis et deuota cõfessio aut apponis erga eum cor tuum? Quid? Sine dubio vanitati similis factus est homo: ad nihilû redactus est homo: nihil est homo. Quomodo tamen penitus nihil est: quê magnificat deus? Quomodo nihil erga quez appositû est cor diuinû? Respiremus fratres: et nihil sumus in cordibus nostris: forte in corde dei potest aliud latere de nobis. O pater misericordiarum: o pater miserorum: quid apponis erga eos cor tuum. Scio scio: vbi est thesaurus tuus/ ibi eshet cor tuum. Quomodo ergo nihil sumus: si thesaurus tuus sumus? Omnes gentes quasi non sint/ sic sunt ante te et tanq̃ nihilum et inane reputabuntur. Siquidem ante te / sed non sic intra te. Sic in iudicio veritatis tue: sed non sic in affectu pietatis tue. Nimiruz vocas ea que non sunt: tanq̃ ea que sunt. Et non sunt ergo: quia que non sunt vocas/ et sunt quia vocas. Licet eni non sint q̃tum ad se/ apud te tamê sunt: vtiq̃ iuxta apostolum. Non ex operibus iusticie: sed ex vocante. Sic nimirum sic consolaris in tua pietate/ quê in veritate tua humiliasti: vt magnifice dilatetur in tuis: qui merito angustiatur in visceribus suis. Siquidem vniuerse vie tue misericordia et veritas: requirentibus testamentû tuû et testimonia tua. Testamentum vtiq̃ pietatis et testimonia veritatis. Lege homo in corde tuo lege intra teipm: de teipso testimonia veritatis/ etiã hac cõmuni luce iudicabis te indignum. Lege in corde dei testamentuz: quod firmatû est in sanguine mediatoris: et inuenies q̃ longe aliud spe possidere q̃ re tenere videris. Quid est inquit homo quia magnificas eum? Magnus vtiq̃ sed in illo: siquidê magnificatus est ab illo. Aut quomodo nô magnus apud illû: cui taz magna cura est de eo? Ipsi eni cura est de nobis: ait apostolus petrus. Et propheta. Ego aût mendicus sum et pauper: dominus sollicitus est mei. ¶ Plane artificiosa commercio vtriusq̃ considerationis: qua velut vno momento descendens pariter et ascêdens: et se pauperem et mendicum: et deum pro se sollicituz videt. Angelicum est istud ascendere et descêdere simul. Uidebitis (ait) angelos ascendentes et descendentes sup filiû hois. Neq̃ eni talis aliqua vicissitudo in eorû ascensionibus et descensionibus est: simul et mittunt in ministeriû propter eos qui hereditatem capiunt salutis: et assistunt vultui maiestatis: deo misericorditer puidente: vt et nobis sit cõsolatio: et eis tribulatio nulla. Alioquin qñ equanimiter paterent ab illo vultu glorie in quê semp pspicere desiderant: propter nos vel ad modicû separari? Deniq̃ ipam audi in euangelio veritatem. Angeli eorû (ait) haud dubium quin paruulorum in celis semp vidêt faciem patris: sic videlicet paruulorum custodie deputati: vt nô priuatiri illo modo beatitudine sua. Hinc est q̃ iohannes sanctus ciuitatem hierusalem descendentem vidit: stantem non potuit intueri. Et aduerte q̃ descendentem dixerit non cadentê. Cecidit enim quondam non minima pars ciuitatis illius: sed ea q̃dem minime sancta quippe cui grauissimus casus fuit q̃ totius inimica facta est sanctitatis. Uerum hanc quidem ruinaz tam terribilem casum iohãnes videre non potuit: quia necdum erat: sz vidit verbum quod in principio erat: vidit principium qd apostolus loquebatur. Uidebam sathanâ tanq̃ fulgur cadentê de celo. Itaq̃ pars illa que cecidit a deo reparanda est: cû implebit ruinas et reedificabit muros hierusalem: non tamen ex his qui ceciderunt. Hec autem que descendens apparuit iam parata erat: sicut secutus adiunxit: a deo paratam. Siquidem q̃ descendunt non cadunt angeli sancti / diuina preparatio facit a quo nimirum hec ipsa eis et voluntas pparata est et facultas Unde non solû administratorios/ sed et missos in ministerium quoq̃ apostolus testatur. Quidni mittat angelos: p quibus et ipse a patre voluit mitti? Quidni p eis inclinet celos: p quibus ipse quoq̃ celorû rex inclinauit se: ita vt digito in terrã scriberet. Domine inclina celos tuos. Parû est. Et descende. Quid vltra? Ut quibus condescendit/ faciat etiam coascêdere sibi. Ceterum vt iam dixi angelicus ascensus et descensus caret vicissitudine: nos autem modo huc/ modo illuc versari necesse est: q̃ nec supra diutius stare liceat: nec expediat infra longius demorari. Ascendunt ait ad celos et descendût vsq̃ ad abyssos: aia eorum in malis tabescebat. Ut quid hoc? Propterea sane anima eorû in malis interim plus tabescit q̃ delectet in bonis: q̃ hec in re: illa vero tñ in spe videant haberi. Quis poterit saluus esse dicût discipuli saluatoris? Et ille. Apud homines hoc impossibile est: sed non apud deuz. Hec tota fiducia nostra: hec vnica consolatio nostra: hec tota ratio spei nostre. Sed de possibilitate iam certi: de voluntate quid agimus? Quis scit si est dignus amore an odio? Quis nouit sensum dñi aut quis consiliarius eius fuit? Hic iam plane fidem nobis subuenire necesse est: hic oportet succurrere veritatem: vt quod de nobis latet in corde patris nobis per ipsius spiritum reueletur: et spûs eius testificans persuadeat spiritui nostro q̃ filij dei sumus. Persuadeat aût vocando et iustificando gratis per fidem: in quibus nimirum velut medius quidã transitus est ab eterna predestinatione ad futuram magnificationê. Propterea sane geminã illã cõsiderationê: alterã quidem iudicij et veritatis: alterã vero non incongrue vocari credimus fidei et pietatis. ¶ Nec mirabere in humanis qualitatibus tam dissimilia reperiri si solerter aduertas: q̃ta et ipsa eius substãtia côuenisse videtur diuerse nature. Quid enim spû vite sublimius? Quid vero humilius limo terre? Quã profecto tã discoherentiû in homine coherentiã rerû: ipsos quoq̃ sapientes seculi huius/ arbitror nõ latuisse cum hominê diffinirent: aial rationale mortale. Mirabilis siquidem copula rõnis et mortis: mira societas discretiõis et corruptionis. Sic nimirû sic in moribus: sic in affectibus: sic in studijs hominum non minor: forte et amplior contrarietas inuenit: vt si totam prauitatez seorsum intuearis: ac rursum quicquid boni videtur inesse consideres sigillatim: plenû censeas esse miraculo q̃ tam aduersa côuenerint. Inde homo nûc quidem bariona: nunc a sathana meretur audire. Nolite mirari hoc. Recolite et euangelio cui dictum sit (et vtrûq̃ in veritate: nã vtrûq̃ ab ipa veritate dictum) prius quidê beatus es symon bariona: nec multo post: vade retro sathanas. Unus ergo vtrûq̃ et si non vtrûq̃ ex vno. Illud eni ex patre: istud ex homine: ipse tamen vtrûq̃ êrat. Unde bariona: Quia nô caro nec sanguis: sed pater ei quod locutus est reuelauit. Unde sathanas? Quia sapuit que erant hoim nõ que dei. Iam si vtraq̃ conside ratione diligenter inspexerimus nos quid sumus: imo in vna q̃ nihil: in altera q̃ magnificati: quippe pro quibus etiam sollicitudinem gerat tãta maiestas/ et cor suum apposuerit erga nos: puto temperata videtur gloriatio nostra: sed fortiã magis aucta est: solidata tamen: vt non in nobis/ sed in dño gloriemur q̃bus nimiruz in hoc sole respirare est: vt dicamus. Si decreuerit saluare nos: continuo liberabimur. Et hoc iã in illa superiori specula: vel paululû imorãtes queramus domum dei: queramus templum: queramus ciuitatê: queramus et sponsam. Neq̃ enim oblitus sum: sed cum metu et reuerentia dico: nos sumus. Nos inq̃ sumus: sed in corde dei. Nos sumus/ sed ipius dignatiõe: nõ dignitate nostra. Non vsurpet quod dei est: vt nõ apponat homo magnificare seipm: alioquin qd illius erat faciens deus: exaltantê se humiliabit. Sz et si nos puerili animositate gratis saluari volumus: merito non saluamur. Excludit miserie dissimulatio miserationê: nec dignatio locû habet vbi fuerit psum ptio dignitatis: puocat ad cõpassionê humilis cõfessio passionis. Sane hec sola facit vt nos ipse tanq̃ diues paterfamilias alat in fame: et sub eo panibus abundãtes inueniamur perinde domus eius: cui nunq̃ deest alimonia vite. Et memêto q̃ dominû suã domû orationis esse diffiniat: quia et hoc prophetico satis videt testimonio conuenire: qui ab ipso nos in orationibus vtiq̃ cibandos pane lachrymarû: et in lachrymis potû asserit accepturos. Ceterû iuxta eûdê prophetã sicut supra quoq̃ meminimus: domû istã decet sanctitudo: vt videlicet penitêtie lachrymas puritas côtinêtie comitet: et que iam domus est/ fiat subinde etiam templû dei. Sancti estote inquit: quia sanctus sum dominus deus vester. Et aplus. Nescitis quia corpora vestra templum sunt spûssancti: et spûsscûs habitet in vobis? Si qs templû dei violauerit: disperdet eum deus. Nunquid tñ vel ipa iam sanctimonia sufficit? Pax quoq̃ necessaria est/ apostolo teste q̃ ait. Pacê sectamini cû oibus et sanctimoniã: sine qua nemo videbit deû. Hec est que facit vnius moris habitare fratres in vnû: hoc ã vtiq̃ regi nostro vero pacifico edificão ciuitatê: que et ipa hierlm nolet: qd est visio pacis. Ubi eni sine federe pacis: sine obseruantia legis: sine disciplina et regimine accephala multitudo congregata fuerit/ nô populus sz turba vocat: nõ est ciuitas sed cõfusio/ babyloné exhibet: de hierlm habet nihil. Sed quêadmodû fieri posse videbit: vt rex tantus in spõsum transeat ciuitas pmoueatur in sponsam? Sola hoc põt: que nihil nõ potest: charitas fortis vt mors. Quõ nõ facile istã leuet: q̃ illû tã inclinauit? Uerû hinc tibi nullaten' consulêda prior illa quam diximus cõsideratio tui: hic quã potissimû fidei magnanimitas exercet. ¶ Deniq̃ et ipse ait. Desponsaui te mihi in fide: despõsaui te in iudicio et iusticia: eius non tuã intellige: desponsaui te in misericordia et miserationibus. Si nõ fecit ille quod spõsus: si non tanq̃ sponsus amauit: si non zelatus est tanq̃ sponsus: noli acquiescere sponsaz te arbitrari. Itaq̃ fratres mei: si per abundantem refectionê magni patrisfamilias domus esse probamur: si templû dei p sanctificationê: si ciuitas summi regis: p socialis vite cõmunionê: si sponsa immortalis spõsi p dilectionê: puto iã nõ esse quod dicere verear nostrã esse solemnitatem. Nec miremini q̃ in terris agit hec celebritas: si quidê agit et i

Gal. vi.
Rom. iij.
ps. xxiij.
Job. vij.
j. pet. v.
ps. xxxix.
A
Johan. j.
mat. xviij.
Apo. xxj.
Luce. x.
Heb. xiij.
B
C
Mat. xvj.
Mat. xxj.
ps. lxxix.
ps. xcij.
j. Cor. iij.
Hebre. xij.
D
Luce. xv.

celis. Nempe si vt veritas ait: et nō pōt non esse verū: sup vno peccatore penitētiā agente gaudiū est in celis etiā angelis dei non est dubium multiplex esse sup tam multorū penitētia peccatorū. Adhuc amplius vultis audire? Etiā gaudiū dñi: fortitudo nostra. Colletemur ergo angelis dei: congaudeam⁹ deo: et in gratiarū actione presens solēnitas agatur: qꝛ quāto nobis domestica: tanto amplius debet esse deuota.

E

Unde supra. Sermo sextus.

Domestica nobis celebritas dedicatio dom⁹ nostre: magis aūt domestica nostra ipoꝝ dedicatio. Nostra siquidē illa aspsio: nostra illa benedictio: nostra cōsecratio fuit: que p manus sanctorū celebrata pontificum: etiā hodie anniuersario redita votiuis laudibus ad memoriaꝫ reuocatur. Nunquid de lapidibus cura est deo? Nō parietes dicūt sed homines: ipi eni cura est de nobis. Unus homo erat iacob: et dormiens vidit descendētes angelos et ascēdentes. Parū est hoc etiam dñm angeloꝝ adesse testatus est/dicēs. Uere dñs est i loco isto et ego nesciebā. Miratꝰ eñ gratiā et dignatiōis magnitudinē expauescit. Et terribilior est iste locus: quo euidentiꝰ certiusqꝫ dñs est in loco isto: vbi nimirū nō modo duo aut tres/sed tā multi in ipsius cōgregati noīe pseuerāt. Nemo iā nesciat: nemo vēm ignoret. Siqdē nō accepim⁹ spm̄ mūdi hui⁹: sed spm̄ q ex deo est vt sciam⁹ q a deo data sunt nobis. Terribilis plane locus et dign⁹ oi reuerētia/quē fideles viri inhabitāt: quē angeli sancti frequentāt: quē sua quoqꝫ psentia dñs ipe dignatꝰ.

Ge.xxviij.

F

Quō eni tant⁹ patriarcha nescire potuerat qꝛ nō esset locus vbi nō esset de⁹? Sed forte aliud esse miratus est vbi ait. Uere dñs est in loco isto. Ibi vere est et vere dñs est: vbi in eius noīe angeli simul et hoies cōgregantꝰ. Licet ei in oi loco sit q nullo clauditꝰ loco: signāter tñ dicimus pr̄ noster q es in celis: qꝛ alr illic et pprio quodā mō psentē se exhibeat: nō quidē ipe diuersus: sed diuersa distinguens. Est ergo in oi loco oia vniuersaliter cōtinēs oiaqꝫ disponēs: sed longe tñ alr atqꝫ alr. Apud homines malos est pstās atqꝫ dissimulās: apd electos hoies operans et seruās: apud supos pascēs et cubans: apud inferos arguens et dānās. Fecit solē suū oriri etiā sup malos: sed vbi malorū interim dissimulatio est/quodāmodo vitas non est. Itaqꝫ si dicere licet: apud ipsos est in dissimulatiōe: apud iustos in veritate: apd angelos in felicitate: apd inferos i feritate sua. Durū vobis sonat qꝛ feritate dixi: ego vo et irā vereor et furorem. Dñe ne i furore tuo arguas me ⁊c. Uere inqt dñs est i loco isto. Ubi eni pluit sup iustos et iniustos: pr̄ est: pr̄ misericordiarū: expectās hoies ad pniam. Ubi dānat obstinatos: iudex est: ⁊ horrendū incidere in manus dei viuētis. Ubi cubat sponsus est: et beata anima quā introduxerit in cubiculū suū. Ceterū in loco isto vere dñs est/si tñ seruiam⁹ ei in spū et veritate. Nō eñ vere dñs erat apud eos qb⁹ dicebat. Quid vocatis me dñe dñe: ⁊ nō facitis q dico? Testantꝰ sacre littere in paradiso olim positū p̄mū adā vt operaretꝰ et custodiret illū. Sic secūdus adā i ecclia sctōꝝ: in cōgregatione suoꝝ: in orto deliciaꝝ si qdē delitie sue esse cū filiis hominū, ita inqꝫ et ipse dñs est in loco isto/vt operetꝰ atqꝫ custodiat. Alioqn sicut nisi qꝛ dñs edificauerit domū: i vanū laborauerūt q edificāt eā: sic nihilomin⁹ nisi ipe custodierit ciuitatē frustra vigilat q custodit eā. Porro angelos ascēdētes et descēdētes esse in loco isto: patriarchalis ipa visio manifestat. Ascēdētes vt videāt faciē pris: descēdētes vt puideāt nobis. Quid ergo nos quō hic eē debem⁹: in quāta reuerētia stare i loco isto: vbi de⁹ est/operās et seruās ascēdētes et descēdētes? Nimirū penitētes et expectātes eē nos cōuenit. Hoc ē eñ obliuisci q retro sunt: ignorare: reprobare: recogitare annos illos i amaritudine aie nr̄e: ac deinceps cogitatiōe simul ⁊ auiditate extēdere nos i anteriora. Ad hoc venimus: in hoc positi sumus. Hec sunt que exiguuntur a nobis: preteritorū penitudo peccatorū: et futurorū expectatio premiorum.

Luce.vj.

ps.cxxvj.

G

Prefatio in explanationem psalmi Qui habitat.

Considero labores vr̄os fratres nō sine magno miserationis affectu. Quero cōsolatiōe quā exhibere possim: et corporalis occurrit: sꝫ ea nō pdest qcqꝫ: magis et obesse plurimū pōt. Siqdē modica sementis detractio nō modicū messis ē detrimētū: ⁊ si penitētia vr̄a minuatꝰ miseratione crudeli: paulatim gēmis corona vr̄a priuatꝰ. Quid tñ agim⁹? Ubi pphete farinula? Siqdem mors i olla est: ⁊ mortificamini tota die i ieiuniis multis. i laborib⁹ frequēter: i vigiliis supra modū: pterea q intrinsecus sunt: cōtritio cordiū/et multitudo tētationū. Mortificamini: sꝫ ppt eū q mortu⁹ est p vobis. Qō si abūdat tribulatio vestra p eo: abūdabit cōsolatio vestra p eū: vt i eo delectetꝰ aia: q in his renuit cōsolari. Apud ipꝫ nāqꝫ ipsa quoqꝫ tribulatio magna que dā cōsolatio poterit inueniri. Nonne eni certuꝫ est supra vires hūanas: vltra naturā: cōtra cōsuetudinē esse q sustinetis? Alt⁹ igitꝰ portat ista: ille sine dubio q fm apostolū portat oia vbo virtutis sue. Nōne et hoc iā suo ipi⁹ gladio inimic⁹ perimitꝰ: ⁊ magnitudo tribulationis de qua tētare solebat: ipa magis tentatiōes exuperat tāqꝫ certissimū diuine psentie argumētū. Quid eni timendū nobis si adest q portat oia? Dñs ptector vite mee: a quo trepidabo? Nā et si ambulauero i medio vmbre mortis: nō timebo mala qm̄ tu mecū es. Quid est qō totā molē terre sustinet? Et vniuersus orbis cui innititꝰ? Nam si est aliqd qō sustineat cetera: ipm a quo sustinetꝰ? Nō inuenitꝰ nisi virtutis vbum oia portans. Uerbo eñ dñi celi firmati sunt: et spū oris ei⁹ ois virtus eoꝝ. Propterea vt sit vobis in vbo dñi cōsolatio: maxime his dieb⁹ quib⁹ sicut oino dignū est aliquatenus maior est labor vester: nō erit inutile tractare vobiscū aliqd de scripturis sanctis: qō etiā aliqui vestrū rogauerūt. Uñ nobis eligendus est psalmus ipe de quo tentationis occasionē inimicus assumpsit: vt inde confringantꝰ arma maligni/vnde sibi vsurpare psumpsit. Propterea nolo vos ignorare fratres: qm̄ manifeste imitatores sunt inimici: quicūqꝫ de scripturis sanctis aliquid nō sancte vsurpant: et detinēt veritatē dei in mēdacio: sicut solent quādoqꝫ nōnulli. Cauete hoc dilectissimi qꝛ prorsus diabolicū est: et de parte ei⁹ se esse pbāt qui id faciūt in suā ipoꝝ perniciē: salutaria scripta peruertere molientes. Sed nō modo plus imoror: sufficit credo breuiter tetigisse. Iā de ipso quem elegimus psalmo aliqua pstāte domino disserere et explanare temptemus.

Heb.i.
ps.xxvj.

ps.xxij.

H

In explanationem primi versus psalmi Qui habitat. Sermo primus.

Qui habitat in adiutorio altissimi: in ptectione dei celi cōmorabitꝰ. Quis sit diuini inhabitator adiutorii: p nō inhabitātes illō meli⁹ pōt agnosci. Tria siquidē eorū reperies genera. Unū nō sperantium: aliud desperantiū: tertiū frustra sperantiū. Neqꝫ eñ inhabitat in adiutorio dei q nō posuit deū adiutorē suū/sꝫ cōfidit in vtute sua: et in multitudine diuitiarū suarū. Surd⁹ nāqꝫ ad pphete vocē dicentis. Querite dñm dū inueniri pōt: inuocate eū dū ppe est: et sola tpalia querēs: emulatꝰ in malignantibus pacē peccatorū vidēs: et elōgatꝰ ab adiutorio altissimi qō sibi ad hec necessariū esse nō reputat. Sed qd nobis de his q foris sunt iudicare? Timeo fratres ne forte etiā sit in nobis/q nō habitet in adiutorio altissimi: sed confidat in virtute sua: ⁊ in multitudine diuitiarū suarū. Forte eñ feruorē habet aliqꝫ potēs in vigiliis: in ieiuniis: in labore: et ceteris hmōi: aut etiā multorū vt sibi videtꝰ diuitias meritorū lōgo tpe acquisiuit: et in his cōfidēs remissior ē i timore dei: facile i vñ ad ociositates ⁊ curiositates pniciosa qdā securitate declinat: murmurat detrahit: diiudicatqꝫ. Qui pfecto si habitaret i adiutorio dei attēderet vtiqꝫ sibi/et timeret offendere quē sibi cognosceret adhuc tā necessariū esse. Tāto siqdē ampli⁹ timere deū et magis sollicitus eē debuerat: quāto maiora ei⁹ munera iā pcepit. Neqꝫ eñ q habem⁹ ab eo seruare aut tenere possum⁹ sine eo. Nūc vero qꝛ nō sine dolore loquimur: aut videm⁹ sunt aliqui qui in cōuersionis initio satis timorati et solliciti sunt donec initiū aliqō cōuersionis acceperint: et cū multo magis desiderare debuerant iuxta illō. Qui edūt me adhuc esuriēt: incipiūt sic agere ac si dicāt: vt qd et seruiam⁹ vlt ra: qñ iā habem⁹ qō datur⁹ est? O si scires qꝫ parꝫ est qō habes: et hoc ipꝫ qꝫ cito pdes si nō seruauerit ille qui dedit. Hec eni duo sunt q valde sollicitos et subiectos deo nos reddere pñt: vt nō sim⁹ de his qui ppterea non habitāt i adiutorio altissimi: qꝛ nō reputāt illō sibi necessariuꝫ eē: et hi sunt qui nō sperāt i dño. Sūt aūt et alii q ⁊ desperāt: hi. s. q cōsiderātes ibecillitatē ppriā deficiūt et obruuntꝰ a pusillanimitate spūs/habitātes i carne sua: et circa infirmitatem ppriā semp intēti: vt oia q patiuntꝰ/cursim enumerare parati sint/Ubi eñ intenderis ingeniū valet. In adiutorio aūt dei nō habitāt neqꝫ nouerūt illud: qꝛ nec assurgere valeāt vt aliqñ cogitēt illō. Sūt aūt alii qui sperāt quidē i dño sꝫ frustra: quia sic de mia ei⁹ sibi ipis blandiuntꝰ: vt a peccatis suis nō emēdentur: vana est oino spes ista: ⁊ hec cōfundit: eo qꝛ charitas deest. Cōtra hos ppheta. Maledict⁹ inquit qui peccat i spe. Et ali⁹. Bñplacitum est dño sup timētes eū: et in eis qui sperāt super mia eius. Dictur⁹ qui sperāt: signāter pmisit sup timētes eum. Frustra siquidē sperat q cōtēptu suo grām a se repellit: ⁊ spem suā prorsus euacuat. Null⁹ ergo hoꝝ triū habitat in adiutorio altissimi. Prim⁹ eñ habitat in meritis suis: scdō in penis: tertius in vitio. Immūda habitatio tertii: anxia scdi: stulta et periculosa primi. Quid eñ stultius qꝫ habitare i domo vix adhuc incohata? Consummasse te putas? At cū consummauerit homo: tunc incipit. Denique ruinosa est omnino hec habitatio: ⁊ que sustētari

Esa.lv.

K

Eccle.xxiiij.

L

ps.cxlvj.

q̄ sustentari magis opus habeant:et fulciri q̄ inhabitari. ¶ Nō
nevita presens fragilis est et incerta: Simile eē necesse est qc-
quid fundatur in ipsa. Quis em̄ sup fragile fundamentū/ stabi
le credat edificium: Periculosa habitatio eorum qui in meri-
tis suis sperant: periculosa/quia ruinosa. Eorum vero qui consi
deratione proprie infirmitatis desperatione denciuntur: habi
tatio est anxia: et eos in tormentis diximus habitare. Quādiu
enim et penas sustinent in quib⁹ nocte et die conteruntur: ⁊ eis
quoq̄ quas nondum sentiunt amplius cruciantur: vt nō suffi-
ciat diei malicia sua/sed opprimuntur his quoq̄ q̄ fortasse nū-
q̄ experientur: que tormenta: quis infernus intolerabilior po-
test excogitari: presertim quia et tanto labore premunt̄: ⁊ cele-
stis panis non sustentātur edulio: Hi sunt qui in adiutorio al-
tissimi non habitāt: quia desperent. Priores autem idcirco nō
querūt: quia nequaq̄ sibi illud necessarium sentiunt. Extremi
vero propterea lōge sunt: q: eo modo querunt auxiliū dei quo
[A] obtinere non possunt. ¶ Soli enim in adiutorio altissimi habi
tant qui id solum obtinere desiderāt: id solum amittere trepi-
dant: sedula circa illud et sollicita cogitatione versantes: que
est vtiq̄ pietas/cultus dei. Beatus plane qui sic habitat i ad-
iutorio altissimi: quia in protectione dei celi cōmorabit̄. Quid
ei nocere poterit eorum que sub celo sunt: quē de⁹ celi ꝓtege-
re et cōseruere voluerit: Porro sub celo sunt quecūq̄ nocere
possunt: sub celo sunt aeree potestates: sub celo presens seculū
nequā: et caro aduersus spiritū concupiscens. Optime igit̄ di-
ctum est: in protectione dei celi commorabitur: vt nihil eorum
que sub celo sunt timere possit quisquis protectionē eius habe
re meruerit. Siue ita dictum sic vt ad versum sequentez oratio
dependeat qui habitat in adiutorio altissimi in protectiōe dei
celi cōmorabitur: dicet domino susceptor meus es: et sit quod
dicitur in protectione dei celi commorabitur/expositio prece-
dentis partis qui habitat in adiutorio altissimi: aut magis ad
dere videatur: vt nō solū adiutorium ad operandum bonū/sed
protectionē quoq̄ ad liberandū a malo doceat esse querendā.
At vero diligēter attēde q̄ in ꝓtectione dicit: nō in presentia.
Angelus in presentia eius exultat: ego vtinā possim in ei⁹ ꝓte
ctione morari. Ille beatus in presentia: ego vtinā in protectio
ne sim securus. Dei celi inquit. Licet enim vbiq̄ esse non dubi-
tetur sic tamen in celo est vt ad ei⁹ comparationē nec esse videa
tur in terris. Propter quod et orantes dicim⁹: pater noster qui
es in celis. Sicut enim anima cū i toto quoq̄ sit corpore: excel-
lentius tamen et singularius est in capite in quo sunt omēs sen
sus: nam in ceteris omnibus mēbris vix vnum exercet solū scz
tactum: vnde quantum ad eum modū quo in capite est cetera
membra videtur quodāmodo non tam ihabitare q̄ regere: ita
si presentiam illius cogitemus qua beati angeli perfruunt̄: vi-
deri possumus vix aliquē dei protectionē et nomen habere. Fe
lix tamen anima que vel hanc protectionem meretur. Dicet em̄
domino: susceptor meus es tu. Uerum id quidem sermoni alte
ri reseruemus.

¶ Adhuc de primo versu. Sermo.ij. vnde supra.

Qui habitat i adiutorio altissimi (ait ꝓpheta) dicet
dn̄o susceptor meus es tu: et refugiū meū de⁹ meus
sperabo in eū. Dicet in gratiarū actione: cōfitemini
dn̄o misericordie ei⁹: sup duplici adiutorio ei⁹. Qis
enim qui adhuc in adiutorio habitat/ nō in regno:
et frequēter opus habet fugere: et interdū cadit. Fugere inq̄
dum in hoc corpore sumus a facie tētationis persequētis opor
tet. Quod si min⁹ celeriter fugimus aliqn̄ (vt assolet impelli-
mur et euertimur sed dn̄s suscipit nos. Ipse itaq̄ refugiū est vt
veniētē cū stercoribus boum pigrorū lapidatorē impigri fugia
mus: et euadere possim⁹ fedā nimis lapidationē. Ipse quoq̄ su
sceptor est: vt etiā cū ceciderim⁹ non collidamur: qm̄ supponit
[B] manū suā. ¶ Cū ergo tētationis impetū sentimus in cogitatio
ne: statim fugiamus ad ipz: et humiliter postulem⁹ auxiliū. Qd
si forte ꝓoccupauerit nos (vt aliqn̄ cū tardius q̄ oporteat ad
eū cōfugim⁹: solliciti sim⁹ vt suscipiat nos man⁹ dn̄i. Hoies em̄
aliqn̄ cadere necesse est/dū in hoc seculo detinētur: sz alij colli-
dunt̄: alij nō: quia de⁹ supponit manū suā. Sed quō eos discer-
nere poterim⁹: vt segregemus iuxta dn̄i exemplū agnos ab he
dis: iustos ab iniustis: Nam et iustus septies i die cadit. Uerū
hoc est interest inter eorū casus: q̄ iustus suscipitur a domino:
ideoq̄ resurgit fortior. Iniustus aūt cū ceciderit non adiciet
vltra vt resurgat: immo vo aut in pudorē noxiū: aut in impudē
tiā cadit. Aut enim excusat qd̄ fecit: et hic est pudor adducens
peccatū: aut fit ei frons meretricis: et iā nec deū timet: nec ho
minē reuerer̄: sed ꝓdicat peccatū suū sicut sodoma. Iust⁹ vero
sup manū domini cadit: et miro quodāmodo etiā ipm ei pecca
[Rom. viij] tū in iusticiā cooperat̄. Scim⁹ em̄ qm̄ diligētib⁹ deū oia coope-
rant̄ in bonū. Nonne cooperat̄ nobis ille casus in bonū: vnde
et humiliores efficimur: et cautiores: Nōne dn̄s cadentē illum
suscipit: q̄ ab humilitate suscipit̄: Impulsus euersus sum vt ca [ps. cxvij.]
derem (ait ꝓpheta) sed nihil profecit qui impulit me: qm̄ dn̄s
suscepit me. Sic ergo dicet fidelis aia dn̄o susceptor me⁹ es tu. [Textus.]
Possunt oia dicere/creator me⁹ es tu: possunt et aialia dicere:
pastor meus es tu: possunt oēs hoies dicere: redemptor me⁹ es
tu. At vo susceptor meus es tu: is tm̄ dicere pōt qui habitat in
adiutorio altissimi. Unde et addidit. Et de⁹ me⁹. Cur nō deus [Textus.]
nr̄: Quia in creatione: in redemptione: ceterisq̄ cōib⁹ bn̄ficijs
est deus oim: sed in tēptationib⁹ suis/tanq̄ propriū eum habēt
singuli electorꝫ. Sic eni parat⁹ est suscipe cadentē et eripere fu
gientē: vt videri possit relictis oib⁹ alijs: ei soli operā dare: pro
pterea expedit omni aie deum semp attendere tanq̄ proprium
nō modo adiutorē/sed etiā inspectorē. Quomō em̄ negligens
poterit fieri: qui intuentē se deū nūq̄ desinit intueri: Aut quō
non quasi proprium illū habere videtur qui sic eum super sevi-
det intentū: vt oia interiora eius et exteriora omni hora consi-
derare non cesset: oēsq̄ nō solū actus/sed etiā ipos subtilissi-
mos aie motus perscrutet̄ atq̄ diiudicet: Hic igit̄ nō inmerito
dicere potest: de⁹ me⁹ sperabo in eū. Et attēde q̄ nō dixerit spe
raui aut spero: sz sperabo. Hoc inqt est votū meū: hoc ꝓpositū
meū/hec intentio cordis mei. Reposita est hec spes mea in sinu
meo et in hac ꝑseuerabo. Sperabo in eū. Nec despabo: nec fru
stra sperabo: quia maledictus qui peccat in spe: et nihilomin⁹
qui peccat in desperatione: sed nec esse volo de his qui non spe
rant in domino. Sperabo inquit in eū. Sed iā dic nobis q̄ fru-
ctu: qua mercede: q̄ lucro: Qm̄ ipe liberabit me de laqueo venā [Textus.]
tium et a verbo aspero. Sane laqueū hunc: et hoc verbū: i diē
alterum et sermonem si placet alterum differamus.

¶ De tertio versu. Sermo.iij. vnde supra.

Deus me⁹ sperabo in eū. Qm̄ ipe liberabit me de
laqueo venantiū et a vbo aspero. Ego vtiq̄ fra-
tres in hoc vbo magna meipsius pietate cōpun
gor: et valde misereor anime mee. Ipse liberauit
me de laqueo venātiū. Ergo ne bestie sum⁹ nos: [C]
Bestie prorsus. Homo cum in honore esset nō in-
tellexit: cōparatus est iumentis insipientib⁹. Bestie profecto
sunt homines: oues errantes nō habētes pastorē. Quid super-
bis o homo: quid te sciolū iactas: Uide q̄ bestia factus es cui
venāde laquei ꝑparant̄. Sed qui sunt venatores isti: Uenato-
res vtiq̄ pessimi et nequissimi: callidissimi et crudelissimi. Uena
tores qui cornu non sonāt vt nō audiant̄ sed sagittāt in occultis
imaculatū. Ipsi rectores sunt tenebrarū harū astutissimi versu
tia et malicia dyabolice fraudis: ita vt sicut est ante venatorē
bestia: sic ad eorum comparationē sit quilibet astutissimus ho
minū: ꝑter eos dūtaxat qui cū apl̄o nō ignorāt cogitatiōes eo
rum quib⁹ in dei sapientia datū est fraudes deprehendere mali
gnorum. ¶ Obsecro vos nouelle plantationes dei: vos qui nō [D]
dum exercitatos habetis sensus ad discretionē boni et mali:
nolite sequi cordis vestri iudiciū: nolite abundare in sensu vr̄o:
ne vos tanq̄ rudes adhuc/versutus ille venator decipiat. Nam
siluestrib⁹ illis: et oino bestialib⁹ bestijs (secfares hoies loquor)
apertos satis expandit laqueos: vtpote quos facile capiēdos eē
non dubitat. Uobis autē qui tanq̄ prudentiores cerui: serpen-
tes necaris et desideratis ad fontem viuum: subtiliores occul
tat laqueos: et callidiora fraudis sue argumēta conquirit. Un
de obsecro vos humiliamini sub potenti manu dei pastoris ve-
stri: et acquiescite eorum consilijs qui melius norunt venatoris
illius versutias: edocti diuturno longiq̄ temporis exercitio: et
crebris experimentis: tam in se q̄ in multis. Sed ecce q: iā ve-
natores et bestias nouimus: quisnaz sit laqueus iste querendū
est. Nolo ego adinuenire et me: nec dubium aliqd̄ tradere vo-
bis. Ostendat nobis apostol⁹ laqueum istum: ipe enim venato-
rū illorū nō ignorat cogitationes. Dic nobis inq̄ btē paule qs
sit laqueus iste dyaboli: a quo se liberatā fidelis aia congratu
latur. ¶ Qui volūt inquit diuites fieri in hoc seculo: incidunt [j. Tim. vj.]
in tētationes et in laqueū dyaboli. Ergo ne laqueus dyaboli [E]
diuitie sunt hui⁹ seculi: Heu q̄ paucos inuenim⁹ qui ab hoc la-
queo liberati exultent: q̄ multos qui dolent q̄ parum sibi vi-
dentur irretiti: et adhuc q̄tum possunt ipsi se inuoluere et intri
care laborant. Uos qui reliquistis omnia et secuti estis non ha
bentem vbi caput suum reclinaret filiū hominis: exultate ⁊ di-
cite qm̄ ipse liberabit me de laqueo venantiū. Cōfitemini illi
toto corde: tota anima: tota virtute: et ex ipsis medullis cor-
dis gratias ei agite dicentes: qm̄ ipe liberauit me de laqueo
venantiū. ¶ Et vt noueritis q̄ magnū sit beneficiū hoc ⁊ scia [F]
tis que a deo donata sunt vobis: audite qd̄ sequitur. Et a ver-
bo aspero. O hō vel magis bestia: laqueū non timebas: Time
vel mali eum. A verbo inquit aspero. Quod est hoc verbū / nisi
illud insatiabilis gehenne: affer: affer: ꝑcute: dilacera: cito ins

terfice: velociter spolia: detrahe? Quid est vbũ asperi: nisi tol
latur impius ne videat gloriam dei? Quomodo exultãt vena-
tores capta bestia: et clamant tolle tolle: infige verubus: infer
prunis: et male bullientibus impone lebetis. Verbum asperũ
fuit: quod protulit domus exasperãs populus iudeorũ. Tolle
Joh.xix. tolle: crucifige eum. O horribile verbum: q̃ asperum: q̃ crude
le. Vere dentes eorum arma et sagitte: et lingua eorum gladi⁹
acutus. Hoc verbũ asperũ tu sustinuisti dñe. Cur: nisi vt nos li
berares a verbo aspero. Sit iam pietatis tue: vt non sustinea-
G mus nos quod tu dignatus es sustinere p̃ nobis. Respondent
homines seculares cum eis suademus agere penitentiã et di
cunt. Durus est hic sermo. Nempe hoc est quod in euangelio le
Johã.vj. gimus. Loquebatur de penitẽtia ipsa dñs: sed in figura tanq̃
his quib⁹ non erat datũ nosse mysterium regni dei. Cum audi-
rent dicentẽ. Nisi manducaueritis carnes filii hominis et bibe
ritis eius sanguinẽ: dixerũt. Durus est hic sermo: et abierũt re
trorsum. Quid autẽ est manducare ei⁹ carnẽ: ⁊ bibere sanguinẽ
nisi cõmunicare passionibus eius: et eam conuersationẽ imita-
ri quã gessit in carne? Unde et hoc designat illibatũ illud alta
ris sacramentum: vbi dominicum corpus accipimus: vt sicut vi
detur illa panis forma in nos itrare: sic nouerimus per eã quã
in terris habuit conuersationẽ: ipm intrare in nos: ad habitã-
dũ per fidem in cordibus nostris. Cum eñ iusticia ingreditur
ille ingreditur qui factus est nobis a deo patre iusticia. Sed ⁊
q̃ manet in charitate in deo manet et deus in eo. Sed tamen
adhuc multi nobis dicũt dur⁹ est hic sermo. Ergo ne durũ ẽ mo
mentaneũ hoc et leue tribulationis: qd̃ supra modũ in sublimi
tate eternum pondus glorie operaẽ in nobis? Durum est bre-
uissimo et leuissimo labore/ cruciatus illos et tormẽta redime-
re: que nullus terminus finiat: nullus animus sufficiat cogita
re. Durum vobis videtur cũ dicit: agite penitentiam. Erratis:
sed audituri estis aliqñ verbum asperum/ sermonẽ durũ: audi-
tionẽ malã. Ite maledicti in ignẽ eternũ. Ita dico vobis hoc
Mat.xxv timete: hoc durũ reputate: et inuenietis q: iugũ domini suaue
est et onus ei⁹ leue. Si in seipso suaue illud credere necdum po
testis: vel hoc nõ ignoratis: qm̃ huius cõparatione suauissimũ
est. Uos aũt fratres mei vos pẽnati/ ante quoꝝ oculos frustra
iacitur rhete: vos qui diuitias huius seculi penitus reliquistis
qd̃ timeatis a verbo aspero: qm̃ iam liberati estis a laqueo? Fe
lix tu idithũ: pro quo psalmi quidã inscripti sunt: qui transili-
H sti laqueũ: vt oĩno longe fieres a verbo aspero. ¶ Quib⁹ eñ di
Mat.xxv cet. Ite maledicti in ignẽ eternũ. Esuriui enim et non dedistis
mihi manducare: quibus inq̃ dicet: nisi his qui substantiã hu-
ius mundi habuere? Nunqd non valde exhilarantur ad verbũ
hoc corda vestra: et spũali iocũditate replent? Nunqd nõ p̃cio
siorem ducitis paupertatẽ vestrã thesauris seculi? Siquidẽ ipsa
est que liberat vos a verbo aspero. Quomodo nãq̃ a nobis exi
gat deus: qd̃ p̃ ipsius amore relictũ est? Et tñ etiã hoc facitis:
et de labore manuũ vestraꝝ xp̃s alitur et vestit: vt nihil desit.
I ¶ Agite ergo gr̃as: exultate ⁊ dicite qm̃ ipe liberauit me de la
queo venãtiũ: et a vbo aspo. Exultate inq̃ sꝫ adhuc interim cũ
tremore. Letos vos esse volo: sꝫ nõdũ securos. Gaudẽtes i spi-
ritu sctõ sed tñ pauentes adhuc: et cauẽtes a recidiuo. Quid
eñ vobis vltra pauendũ ẽ? Unũ vtiq̃ idq̃ grauissimũ: pecca-
tũ iude: pctm̃ apostasie. Bñ eñ factũ esset pẽnas acciperetis si
cut colũbe: et volaretis ad requiescẽdũ. Nã in terra non erat re-
quies: sꝫ labor ⁊ dolor ⁊ afflictio spũs. Quid ergo timẽdũ ẽ sic
volãti: nisi ne forte cadauer vel simile aliqd i terra videat: cui⁹
desiderio tract⁹ videaẽ a venatorib⁹ illis pessimis: ⁊ p̃paratis
laq̃is capiaẽ: ⁊ fiũt nouissima hois illi⁹ peiora p̃orib⁹. Hoc inq̃
oĩno timẽdũ ẽ ne q̃s aut corde solo: aut etiã corpe ad vomitũ re
uertaẽ. Legim⁹ ei de filiis isrl̃: q: corde redierũt i egyptũ. Naꝫ
corpe reuerti: clausuꝫ post eoꝝ talos rubrum mare prohibebat.
Hoc ẽ qd̃ vehemẽter singulis q̃busq̃ timẽdũ ẽ: ne qñ forte cate
nus deũ offendãt: vt manifeste abijciãẽ ⁊ euomanẽ ab eo: aut si
pudor neget apostasiã corpis: tepor ipe paulatim igerat aposta
siã cordis: et videlicet i hitu religiõis cor sctare gerãt: et q̃cqd
sctaris ꝯsolatiõis iuenire potuerint: amplectanẽ. Neq̃ ei sum⁹
j.Cor.ix. nos apostolo sanctiores: q̃ tñ verebaẽ ne forte cũ aliis p̃dicas-
set: ipe reprob⁹ efficereẽ. Sꝫ id tãdiu timẽdũ ẽ: donec laque⁹ cõ
trit⁹ sit: donec corp⁹ istud ala deposuerit. Nã ⁊ ipꝫ corp⁹ laque⁹
qdã ẽ: vñ ⁊ ocul⁹ legiẽ aiaꝫ depdari. Minime ğ decet eẽ securũ
hoiem: q̃ secũ portat laqueũ suũ: immo vo bonũ est magis ha-
bitare in adiutorio altissimi vt p̃ eũ possit laqueus euitari.

¶ De quarto versu. Sermo.iiij. vnde supra.

Textus. Scapulis suis obumbrabit tibi. Confitenti humili-
ter et deuote gratias referenti: nõ imerito amplio-
ra beneficia p̃mittũtur. Nã qui fidelis inuenitur in
modico: iure cõstitueẽ sup multa sicut ecõtrario ac
cipiendis indignus est: qui fuerit de acceptis igra
tus. ¶ Itaq̃ deuote illi gratiarũ actioni respondet sp̃s: non
id solum inquiens faciet: sed et scapulis suis obumbrabit tibi.
Credo in his scapulis geminã dei promissionem intelligendã:
vite scꝫ eius que nunc est pariter et future. Si enim solum pro
mitteret regnũ: et in itinere deesset viaticum: oĩno cõquererẽtur
homines et responderẽt. Magnum quidẽ est quod p̃mittiẽ: sed
perueniendi illuc nulla facultas datur. Propterea qui post hoc
Mat.xix. seculum vitã p̃misit eternã: ipse dandum etiam in hoc seculo
centuplum p̃uidentissima pietate premisit. Quid iam excusa-
tionis habes o homo? Profecto obstructũ est os loquentium
iniqua. Quid plus afferet ad tentãdũ nisi quia longa futura ẽ
via tua? Et si grandis tibi restat via/ cur hoc timeas cui fortis
iij.Re.xix cibus datur ne deficere possis in via? Helie vtiq̃ cibus allatus
est ab angelo: quo nullus in humana consuetudine vilior inue-
nitur scꝫ panis et aqua tanta tamẽ fortitudo collata est vt qua
draginta diebus ambulans non fatigaretur nec esuriret. Uis
tibi hunc cibum ab angelis ministrari? Mirum valde si nõ vis.
Quod si cibum hunc desideras: et angelica ministeria non su-
perba/ sed humili magis ambitione requiris: audi quomodo
scriptũ sit de dño: quia tentãte dyabolo et suadente: vt de lapi
L dibus faceret panem: restitit et dixit. Non in solo pane viuit ho
Mat.iiij. mo: sed in omni verbo quod procedit de ore dei: deinde tenta-
tionibus superatis: ⁊ tẽtatore fugato: accesserunt angeli ⁊ mi
nistrabant ei. Et tu ergo si vis habere ministerium angelorum:
fuge consolationes seculi: et tẽtationibus resiste diaboli. Re-
nuat consolari anima tua in aliis si vis in dei memoria delecta
ri. Cũ esuris currere suadet ad panem: at tu potius audi dicẽ-
tẽ: non in solo pane viuit homo. Cur enim tãta varietate distra
heris vt modo cibum: modo potum: modo vestem aut lectum:
nisi pro sola corporis necessaria sustentatione requiras: q̃ in vno/
idest in verbo dei potes hec omnia inuenire? Mãna eñ est oẽm
saporem habens: et odoris delectationem: et requies est vera et
sincera: suauis et salubris: iocunda et sancta. Hec promissio est
vite presentis. Nam p̃missionẽ future quis explicet? Si expe-
ctatio iustorũ leticia: et tãta leticia vt omne qd̃ desideratur in
seculo non valet ei cõparari: ipsum quod expectatur quid erit?
Oculus non vidit deus absq̃ te: que preparasti diligẽtib⁹ te.
M ¶ Sub his itaq̃ scapulis quattuor nobis beneficia cõferũtur.
Sub his eñ abscondimur: sub his in occursu accipitrũ et mil-
uorum protegimur que sunt aeree potestates: sub his vmbra-
culũ salubre refrigerat nos: et repellit nimiũ solis feruorẽ: sub
his quoq̃ alimur et fouemur. Ait enim p̃pheta in alio psalmo.
Qm̃ abscõdit me in tabernaculo suo: in die maloꝝ: idest dum
adhuc dies mali sunt: et in terra aliena sum⁹: q̃ data est i man⁹
inimici: in qua nõ est regnum pacis: nec deus pacis regnat in ea.
Nã si regnat q̃d est qd̃ orantes dicimus: adueniat regnũ tuum?
N ¶ Necesse igiẽ est abscõdere interim si q̃d habem⁹ boni: quo-
niã thesaurũ regni celorũ qui inuenit hõ abscondit. Propẽ qd̃
etiam corporaliter in claustris et in siluis abscõdimur: et si scii-
re vultis q̃ntum in hac abscõsione lucramur: credo nullum hic
esse q̃ si quartam partẽ coꝝ q̃ facit in seculo actitaret: non ado
raretur vt sanctus reputareẽ vt angelus: nũc aũt quotidie tã-
q̃ negligens arguitur et increpaẽ. Parũ ne hoc lucrũ ducitis:
q: nõ reputamini sancti anteq̃ sitis? An non timetis ne forte
hic vili mercede hac recepta: in futuro mercedẽ nõ habeatis?
Necessaria est ergo hec abscõsio non solum ante oculos aliorũ
sꝫ etiã multo magis ante seipm̃. Hoc eñ habet dñica illa sentẽ
Luce.j. tia. Cũ feceritis omia q̃ p̃cipiunẽ vobis dicite serui inutiles su
mus: quod debuimus facere fecimus: ve enim nobis si nõ feci-
semus. Et hec est vtiq̃ magna virtus et summa securitas: qñ ⁊
plecuius: et tamẽ plus attẽdis que desunt tibi q̃ que obtinuis-
se videris: oblitus que retro sunt: et extendens te in anteriora.
Hec igiẽ est abscõsio quã sub scapulis domini prestari dixera-
mus qualis forsitan absconsio fuit: vel obumbratio q̃ marie fa
cta est a spũ sancto: ad celandum videlicet tam incõprehensibi
le sacramentum. De protectione q̃q̃ idẽ ait p̃pheta iste. Obũ-
p̃.cxxxix. brasti super caput meum in die belli. Sicut enim videns venẽ-
tem accipitrem mater: expandit alas suas vt pulli subeant et
habeant tutum refugium: sic nobis parata: et quodãmodo di-
latato sinu extensa est summa illa et ineffabilis pietas domini
O nostri. Unde et supra dixit. Quoniã refugiũ meũ es tu. ¶ Iam
vo sub ipis quoq̃ scapulis: et vmbraculũ salubre et p̃tectionẽ
habemus. Sicut enim iste corporeus sol licet bonus sit et val-
de necessarius tamen et feruor eius si temperatus non fuerit
infirmo capiti: et splendor infirmis oculis nocet: nec est solis
Eccle.vij culpa/ sed infirmitatis: sic etiã sol iusticie est. Unde et dicitur.
P Noli nimium iustus esse. Non q: iusticia bona non sit: sꝫ q: dũ
adhuc infirmi sumus oportet ipa bona gratia tẽperari: ne for-
te elationis: aut indiscretionis vicium incurramus. Quid est q:
incessanter orantes et supplicantes: non possumus ad eã quaꝫ
desideramus gratie abundantiam peruenire? Putatis q: aua-
rus aut inops

rus aut inops factus est deus: īpotens aut inexorabilis. Absit hoc prorsus absit: sed ipse cognouit figmẽtum nostrũ: et scapulis suis obumbrat nobis. Non tamẽ a petitiõe ꝓpterea cessandum est: quia et si nõ dat ad satietatem: dat tamen ad sustentationẽ: et si cauet nobis a feruore nimio: tamen fouet nos tanq̃ mater calore suo. Hoc est eni quartũ qđ diximus: sub scapulis eius nobis ꝓstari: vt tanq̃ pulli in calore materni corpis foueamur/ ne foris vagãtes moriamur: refrigescẽte nimirũ charitate que nõ diffunditur in nobis: nisi per spiritũ q̃ dat nobis. Sub his igitur pennis eius securus sperabis: vt videlicet de exhibitione presentium munerum: firma sit expectatio futurorum.

¶ De prima parte quinti versus. Sermo quintus. vnde supra.

Scuto circundabit te veritas eius. Vigilate et orate vt nõ intretis in tentationẽ. Et quis hoc dixerit scitis: et temp⁹ scitis. Dñi eni est verbum istud/ instante iam passione sua. Et attendite quoniã ipse quidẽ erat passur⁹: et nõ discipuli: nec tñ ꝓ se dicebat orãdũ/ sed ꝓ illis. Unde ad petrũ. Ecce sathanas expetiuit vos vt cribraret sicut triticũ: ego aũt rogaui ꝓ te vt nõ deficiat fides tua: et tu aliqñ conuersus confirma fratres tuos. Si tñ illos oportebat timere in passione dñi: quantũ nobis timendũ est fratres in passione nostra? Vigilate ꝓinde et orate: vt nõ intretis ĩ tentationẽ: qm̃ vndiq̃ circundati estis tentationib⁹. Uñ et legistis: q̃ tẽtatio est vita hoĩs sup terrã: itaq̃ si tot tẽtationib⁹ plena est vita nostra: vt nõ imerito tota ipa tẽtatio debeat appellari: peruigili circũspectione opus est et oratione ne inducamur in eã: vñ est et illud in oratione dñica. Et ne nos inducas ĩ tentationẽ. Quia ergo vndiq̃ sic circũdatus es tentationibus scuto circũdabit te veritas eius vt quẽadmodũ vndiq̃ bella: ita vndiq̃ sint et presidia. In quo et omnino illud manifestũ est spũale scutũ esse oportere/ qđ circũdare põt. Ueritas autẽ circũdat: q: verax qui promittit: et sic exhibet vt ꝓmittit. Fidelis deus (ait apl's) qui nõ patietur vos tẽtari supra id qđ potestis.

¶ Non incõgrue sane scuto comparat gratia diuine ꝓtectiõis qđ in supiori parte amplũ et latum est: vt caput humerosq̃ custodiat: in inferiori vero strictius vt minus oneret: maxime q: graciliores sint tybie: nec tam facile vulnerẽtur: sed nec adeo periculosum sit illis in partibus vulnerari. Sic omnino sic militibus suis christus ad inferiora tuẽda .i. carnẽ magnã (vt ita dixerim) strictitatẽ atq̃ penuriã rerũ tẽporaliũ donat: nec vult eos illarũ multitudine pregrauari: sed vt victũ et vestitũ habẽtes: quemadmodũ ait apl's: his contenti sim⁹: in superioribus vero ampliorẽ latitudinẽ et abundãtiã gratie spiritualis. Sic enim habes. Primũ querite regnum dei et iusticiã ei⁹: et omia adicientur vobis. De victu vtiq̃ dixit et vestitu. Unde dixerat sollicitos esse non debere. Nã et hec ipa pater noster celestis benignissima pietate ministrat ob duplicem scilicet causaʒ. Ne vel omnino crederemus infensum si ista negaret: et sic desperaremus: vel illoꝝ nimia sollicitudo spũalis exercitij fieret detrimentum. Sine his enim neq̃ viuere neq̃ deo seruire est. Ceterũ q̃to strictius tanto melius. Itaq̃ scuto circũdabit te veritas eius: non timebis a timore nocturno. A sagitta volante ĩ die: a negocio perambulante in tenebris: ab incursu et demonio meridiano. Hec sunt quattuor tentationes quib⁹ vndiq̃ circũdati: necesse habemus circũdari etiã scuto domini: vt sit nobis a dextris et a sinistris ante et retro. Hoc enim premonitos vos esse volo neminem sup terrã absq̃ tentatiõe victurũ: vt cui forte tollit aliqua: alterã securus expectet: aut forte non securus sed pauidus magis: et sic petat ab ea liberari: vt nunq̃ sibi in corpore mortis huius libertatẽ perfectã seu requiẽ audeat polliceri. Qua in re cõsiderãda est nobis tã benigna erga nos diuine pietatis dispensatio: vt quibusdam nos tentationib⁹ patiatur diutius occupari: ne forte periculosiores occurrant: ab aliquibus vero citius liberet vt possimus in alijs quas nobis vtiliores fore preuidet exerceri. Uerum considerandum nobis est (sed nõ modo) que sint iste quattuor quas hic ponit. Credo enim q: in hoc ordine quo hic numerantur cõtra eos q̃ conuertuntur insurgunt: et velut principes sunt oĩʒ tẽtationũ.

¶ De secunda parte quinti versus: et de sexto versu. Sermo sextus. vnde supra.

Solet in diuinis scripturis aduersitas designari per noctem: et scimus quia aduersus eos qui conuertũtur primum esse certamen de molestijs corporis cõsueuit. Caro enim hactenus indomita castigari et in seruitutem redigi: nequaq̃ equanimiter patitur: sed adhuc memor recens perdite libertatis acrius concupiscit aduersus spiritum: maximeq̃ in his penis in quibus estis vos quotidie morientes: immo vero morte affecti tota die: que ꝗ supra vires sunt et vltra naturam et contra cõsuetudinem vestrã. Quid igitur mirum. Turbant ista maxime eos qui necdũ consueuerunt: necdum satis in promptu habent recurrere ad orationes: resurgere ad meditationes sanctas: vt sic releuẽt diei pondus et estus. Necessarium plane nobis/ inter ipa nostre cõuersionis initia scutum domini vt non timeamus a timore nocturno. Bene autem dicitur non timendum a timore nocturno et non dicitur a nocte: quia non ipsa afflictio tẽtatio est: sʒ magis timor ipsius. Nam et omnes laboramus cũ tamen non oẽs inde tentemur et qui tentantur/ multomagis timore future pene q̃ presentis dolore leduntur. Quia ergo timor ipse tentatio est: congrue dictum est ei qui circũdatur scuto domini: q: a tentatione hac non timebit. Forte impugnabitur/ forte tentabit/ forte timebit noctem: sed non ei timor iste nocebit. Magis aũt si non fuerit dominatus tunc immaculatus erit: et emundabit sicut scriptum est: quia territi purgabũtur. Caminus est timor iste: sed vt examinet non exurat/ veritas facit. ¶ Nocturn⁹ plane et tenebrosus timor: sed facile hunc radius veritatis exuperat. Ingerit enim oculis cordis nunc quidem peccata que fecimus: vt quẽadmodũ de se propheta ait: etiam nos in flagella parati sumus: annunciantes iniquitatem nostram: et cogitantes pro peccato nostro: nunc vero eterna supplicia que meruimus: vt in eorum comparatione que euadim⁹: vniuersa que patimur delitias reputemus: nunc quoq̃ celestia premia ad que tendimus crebro videlicet memorantes: quoniam nõ sunt condigne passiones huius temporis ad futuraʒ gloriam que reuelabitur in nobis: nunc etiam ea que pro nobis pertulit christus: vt crebro considerantes q̃ta sustinuit illa maiestas pro inutilib⁹ seruis: erubescamus non sustinere vel parua pro nobis. Sed forsan preualuit veritas: presertim tam multiplex et vsq̃quaq̃ circundans non repellere modo: sed etiam expellere penitus hunc timorem. Nox precessit vt filius lucis et diei honeste ambulans: timeat sagittam. Leuiter volat: leuiter penetrat: sʒ dico tibi non leue infligit vulnus/ cito interficit. Nimirum sagitta hec vana gloria est: non est vnde hec impugnet pusillanimes et remissos. Qui feruentiores esse videntur ipsi paueant: ipi sibi caueant in hac parte/ nihilominus adhuc solliciti non deserere scutum inexpugnabile veritatis. Quid enim aliud tã contrarium vanitati? Nec sane huic opponenda sagitte secreta illa: et quodãmodo intima veritatis exigimus: semetipsam nouerit anima: de se teneat veritatem. Difficile prorsus (nisi fallor) homo verbis laudãtium hominem in vita sua abduci poterit altum sapere: si se intus ad lucem veritatis sollicita consideratione discutiat. Nonne enim si propriam cogitat conditionem: dicturus est sibi: quid superbis terra et cinis? Nõne si propriã consideret corruptionẽ: fateatur necesse est: qm̃ non est in eo bonum? Sed et si forte aliquid habere videtur: non inueniet puto quod respondeat apostolo dicenti. Quid habes qđ non accepisti? Et alibi. Qui stat videat ne cadat. Postremo si fideliter computet: facile illi erit aduertere: q: nec cum decem milib⁹ possit occurrere ei qui cum viginti milibus venit ad se: et omes iusticias suas tanq̃ pãnum menstruate reputari. Eadeʒ quoq̃ veritas et eis nihilominus opponenda est tentationibus que sequuntur. Neq̃ enim vel sic desistit hostis antiquus: sed ad callidiora forte conuertitur argumenta. Firmam probauit vtroq̃ latere turrim: non est q: vel a sinistris pusillanimitate timoris: vel a dextris eam humanis concutere laudibus: in vtraq̃ iam molitione frustratus attẽptet. Sed si viribus (inquit) deijcere nequeo: forte decipere possum alicuius ingenio proditoris. Quis putas erit hic proditor? Plane cupiditas radix iniquitatis/ ambitio subtile malum/ secretum virus/ pestis occulta/ doli artifex/ mater hypocrisis/ liuoris parens/ vitiorum origo/ criminũ fomes/ virtutum erugo/ tinea sanctitatis/ excecatrix cordium et remedijs morbos creans/ generãs ex medicina languorem. Cõtẽpsit vanã gl'iam. ait) qm̃ vana est: forte solidi⁹ aliqđ affectaret: forte honores/ forte diuitias. Quot hoc negociũ pambulãs ĩ tenebris trudi fecit ĩ tenebras exteriores veste spoliãs nuptiali: et ꝯtutũ exercitia fructu pietatꝭ euacuans. Quot ꝗ pestis hec neq̃ter supplãtatos turpiter q̃q̃ deiecit: vt ceteri quoq̃ qs latuit occult⁹ effossor: subitã expauescerent ad ruinã. Quid vero hũc fouet vermẽ aliud q̃ mentis alienatio et obliuio veritatis? Aut quid nisi veritas hunc prodendum vestigat proditorem: et negocium arguit tenebrarum? Nimirum hec est que dicit. Quid prodest homini si vniuersum mundũ lucretꝰ: se autẽ ꝑdat: et detrimẽtũ sui faciat? Et itẽ. Potentes (ait) potenter tormenta patientur. Hec est que sedula suggestione reducit in mẽtem q̃ sit in ambitu friuola consolatio/ graue iudicium/ vsus breuis/ finis ignotus. ¶ Hucusq̃ tentationes domini: quartaʒ inimicus non presumit afferre. Illa enim de ignorantia est: nec dubitat sapientissimum: q̃ sic moderabatur responsiones suas vt in nullo vnq̃ posset deprehendere quod querebat. Primo

[Marginal notes, left column: Mat.xxvi — Luc.xxij. — A — Mat.vi. — j. Cor.x. — B — j. Thi.vi. — C — Mat.vi. — Textus. — D — E]

[Marginal notes, right column: F — G — ps.xxxvij — Rom.viij — H — I — j. Cor.iiij — j. Cor.x. — K — Mat.xvi. — Sap.vi. — L]

siquidē tētatione esurienti suadebat de lapidib^ panem facere sed ille nec posse nec non posse respondens: cibū aliū ṗcedit di-
Mat. iiij. cens. Non in solo pane viuit homo ₇c. Secunda vero tentatio ne precipitium suadebat: promittēs q non lederetur si fili^ dei esset: et sic videns omnis ciuitas laudaret eū et magnificaret: et nec esse se/ nec non esse respondit. Tertia de ambitione fuit: quādo oia regna mūdi ṗmisit si cadens adoraret eū. Vides ne q ambitiōis via/ adoratio diaboli e/ qua videlicet ad honores et gloriam mundi puenienduū suis ille adoratorib^ pollicetur. Quarta vt dixi tētatiōe apud eū abstinuit cuius nimirū tantā esset expertus prudentiā ex responsis. Quid autem aduersus alios faciat quos videt oīmodo diligere iusticiā et odisse iniquitatē: Quis nisi vt iniqtatē palliet virtutis imagine. Quos enim perfectos boni nouerit amatores: malū eis sub specie boni non mediocris sed pfecti persuadere conat: vt cito cōsentiat qui magnopere diligit bonū et facile qui currit icurrat. Hoc ē igitur demonū non modo diurnū sed meridianū. An non hoc timuit maria: quādo ad nouā angeli salutationē expauit? An
ij. Cor. ij. non hoc insinuabat apls cū diceret: nō enim ignoram^ cogitationes ei^. Ipse enī angelus sathane transfigurat se in angelū lucis. An non deniq hoc ipm metuebāt discipuli quādo videntes dn̄m sup mare ambulantem clamabant putantes fantasma esse: Et vide q̄ bene congruit q quarta vigilia noctis fuisse dicitur: qn̄ cōtra tentatiouē quartā vigilasse discipuli perhibent. Nec vero in re manifestissima nostro arbitror opus esse eloquio q videlicet sola sit veritas que palliatam detegit falsitatem.
M ¶ Quattuor has tentationes etiam in generali statu ecclesie aut difficile diligēs considerator inueniet. Nonne eni timor nocturnus exercebat nouellā adhuc ecclesie plantationē quādo omnis qui occiderat seruos dei arbitrabat se obsequiū prestare deo. Demū psecutione cessante et die reddita turbauit eam grauius et affixit sagitta volans: quādo exierūt aliqui de ecclesia inflati spiritu carnis sue inanis et volatilis glorie cupidi: et volentes sibi facere nomen linguas suas magnificando diuersa et puersa dogmata fabricauerūt. At nūc quidem pax a paganis/ pax ab hereticis: sed non est pax a falsis filijs. Multiplicasti gentē dn̄e iesu: sed nō magnificasti leticiam: qm̄ multi sunt vocati: pauci vo electi. Omnes xp̄iani: et oēs fere que sua sū t querunt: non q̄ iesu xp̄i. Ipsa quoq ecclesiastice dignitatis officia in turpē q̄stū et tenebrarū negociū trāsiere: nec in his salus animarū: sed luxus querit̄ diuitiarū. Propter hoc tondent̄ ṗpter hoc frequētāt ecclesias: missas celebrant: psalmos decātant: Pro epatib^ et archidyaconatib^/ abbatijs alijs dignitatib^ ipudēter hodie decertat: vt ecclīaꝝ redditus in superfluitatis et vanitatis vsus dissipent. Supest vt reueletur hō peccati: filius pditionis: demonū non modo diurnū sed et meridianū quod non solū transfigurat in angelū lucis: sed extollitur supra omne quod dicit̄ deus: aut qđ colitur. Nimirum insidiat crudelius calcaneo matris ecclesie: a qua dolet caput suū esse cōtritum. Hic plane grauissimus erit incursus: sed ob hoc quoq ecclesiā electorū veritas liberabit. propter eos breuians dies: et demonū meridianū destruens illustratione aduentus sui. Et
Ser. xxx. hec quidē dicta sunt de tētationib^ istis: nā in et sermone q̄daꝫ sup cantica canticoꝝ memini me super his tractasse similiter: cū meridiani huius demonij mentio incidisset et occasione. scꝫ meridiani accubitus spōsi: quem sibi sponsa petierat indicari.

N ¶ De septimo versu. Sermo. vij. vnde supra.

In speruimus fratres nec deficimus in tribulatione presenti: q in expectatione sumus indeficibilium gaudiorū. Neq enim vana vobis hec expectatio aut dubia spes videtur: innixa nimirū eterne ṗmissionibus veritatis. Deinde etiā ex perceptione presentium munerum firma est expectatio futuroꝝ/ et pn̄tis gratie virtus nimis credibiliter attestatur felicitatē ṗmisse glorie sine dubio securā. Nempe dn̄s virtutū ip̄e est rex glorie: ₇ in hymno quoq/ eūdem votis cantamus patrem perhēnis glorie
ps. lxxxiij. patrē potētis gratie: cui et in psalmo canimus: q: misericordiā
O et veritatē diligit deus: gratiam et gloriā dabit dn̄s. ¶ Viriliter ergo sustineat in hoc seculo pietas colluctationem: et psecutionem quālibet equanimiter patiat. Quidni tolleret omia: que ad omnia valet ṗmissionē habens eius vite que nūc est et future. Repugnet fortiter impugnāti: q: et repugnanti propu-
Textus. gnator aderit indefessus: et triumphanti non deerit largissim^
P remunerator. Scuto inquit) circūdabit te veritas eius. ¶ Necessaria plane insuparabilis ṗtectio veritatis: nō modo interim in carne degēti: sed postmodū exeunti: et nunc quidē ob periculosos conflictus: tunc vero ob monstruosos occursus spirituum malignorum. Nempe et sanctissimam illam gloriosi martini animam voluit pars inimica nocere: ₇ cruenta bestia sciēs q modicum iam tempus haberet tota profecto insania malicie

infatigabilis: non est verita ṗpe assistere: et quoq in quo nihil habebat. Immo vero ad ipsum etiā regē glorie accedere impudentissima temeritas illa presumpsit: sicut ipse testatur. Venit
Joh. xiiij enim princeps mundi huius: et in me non inuenit quicq̄. Felix anima que sic interim tentationū iacula scuto veritatis repulerit: vt nil prorsus venenatū in se coalescere passa: omnino nō cōfundatur cum loquetur inimicis suis in porta: nihil in me fune ste reperies. Felix quē sic circūdat clypeus veritatis: vt introitū quoq et exitū eius custodiat: exitū vtiq ab hac vita: et introitū in futuram: quo videlicet nec moliat a tergo: nec a facie mali quippiam inimicus attentet. Siquidē omnino opus erit illic custode: opus erit duce fideli: opus erit cōsolatore magno ṗpter horribiles illas visiones: nō minus q̄ hic adiutore et ṗ-
Q pugnatore: cōtra inuisibiles tentatores. ¶ Glorificate itaq dilectissimi et portate interim christū in corpore vestro onus delectabile: suaue pondus: sarcinam salutarem: etiam si premere aliquando forte videt: etiam si interdum latera tūdit et flagellat recalcitrantem: etiam si quando in chamo et freno maxillas constringit et coercet: omnino feliciter. Esto vt iumentum qui saluatorem portas: sed non penitus vt iumentum. Homo (inquit) cum in honore esset non intellexit: comparatus est iumentis in-
Ps. xlviij sipientibus et similis factus est illis. Quid enim tantopere vel plangit propheta vel arguit in homine similitudinē iumentoꝝ pserti m qui alio quodam loco de se loqui et dicere deo nō sine
Ps. lxxij. quadā congratulatione videt. Ut iumētum factus sum apd te: et ego semp tecū. Puto: imo nō puto sed scio: similitudinē aliquā iumētoꝝ homini cōmendari: sed plane non eā que in nō in-
R telligendo: et isipientie sed patiētie imitatione cōsistat. ¶ Neq enim succensentis similiter sed ne plangentis quidem videretur vox si dixisset: homo cum sub onere dei esset non recalcitrauit: vt iumētum factus est apud eum. Quis non illi iumento plurimū inuideret: cuius in humili tergo ad cōmēdationē ineffabilis sue mansuetudinis dignatus est sedere saluator: si cum illius tam ṗciosi oneris gestatione intelligentiā quoq tā singularis habuisset honoris: Ut iumentum igitur esto: minime tamen iumentum: patienter quidē sustinens onus: sed honorē intelligens sapienter: et delectabiliter cogitās tam ipsius oneris qualitatē q̄ propriam vtilitatem. Magnus ille ignati^ discipuli quē diligebat iesus auditor/ martyr: noster: cui^ ṗciosis reliquijs nostra ditata est paupertas: mariam in pluribus quas ad eā scripsit epistolis christiferam consalutat. Egregius plane titul^ s dignitatis: et cōmēdatio honoris immensi. Nempe cui seruire regnare est: gestare hunc: non onerari est sed ornari. Ceterum vnde ei de quo nunc loquebamur saluatoris asello verendum vllatenus videbatur: ne sub illa tali sarcina deficere posset invia: An vero timendus ei aut luporum incursus: aut raptorum occursus: vel precipitium seu periculum aliqđ sub tanto preside metuendum: Felix qui sic tulerit christum: vt a sancto sanctorum in sanctam ciuitatem mereatur induci. Non est oīno quod timeat: ne vel in via aliquod offendiculū: vel repulsam in ianua patiat: Illi nempe iumento viam parabant fideles populi: huic angeli sancti: qm̄ angelis suis mandauit de te: vt cu-
Textus. stodiāt te in omnib^ vijs tuis: ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Sed non sunt hec preoccupanda modo: series ma-
Textus. gis ipsa scripture expositionis ordine sequenda est. Cadēt a latere inquit tuo mille et decem milia a dextris tuis: ad te aūt nō appropinquabit. Hic enim versus hodie nobis tractandus est: non ignoratis. In precedenti sane capitulo quod nouissime tractabatur dictum est si recolitis quēadmodum a quattuor q̄busdā maximis equidē grauissimisq tentationibus huius vite protectio liberet veritatis: videlicet a timore nocturno: a sagitta volante in die: a negocio perambulante in tenebris ab incursu et demonio meridiano. Quod igitur sequit: cadent a latere tuo mille ₇c. future magis vite arbitror assignandum. Vñ et in principio sermonis huius meministis adhuc vt fallor sententie apostolice: qua videlicet valere ad oia pietatē: vite q̄
j. Timo. j. ei^ q̄ nūc est et future ṗmissionē hn̄re cōmēdat. Audite q̄ ₇ audite in leticia cordis vestri: qđ ad future vite ṗmissionē: vtramq expectationē ptinere videt. Ubi est thesaurus vester: sit et cor vrm. Et q̄dē studiose audistis pn̄tia: nō sum inmemor: sed studiosius decet futura audire. Nā ₇ pseudo ṗpheta balaā dico) recolite q̄ historias nostris ₇ ip̄e inquā iniqu^ iustorū mortē op-
S tabat: ₇ nouissima sua hor similia fieri precabat. Tantus est pietatis fruct^ tāta iusticie merces/ vt ne ab ip̄is quidē nō desiderari q̄at impijs et iniustis. Min^ tn̄ oblectat cāticū syō salices babylonis. Suspēdēda pinde organa apd eos: lamētandū magis sup flumina babylonis si forte psuaderi eis possit vt plagāt. Hic plane cantādū est vbi nō deerūt q̄ tota alacritate spiritus salte: t ad vocē psalterij ad canticum syon: et vehemētia quadam sacri desiderij ad eā gestiant puolare dicētes. Quis
Ps. liiij. dabit mihi pēnas sicut columbe: et volabo et requiescā: Quid enim aliud

enim aliud exultare: q̄ ex seipso saltare est: Minus sapit his q̄
medio adhuc periclitantur in mari/ iactantur vndis: agūtur flu
ctibus: quemlibet fauorabile sit quod de remoti ⁊ prope iam
desperati tranquillitate seu amenitate littoris nūciatur. Sed
nec ad eiusmodi pertinet animam quod hodie nobis propositū
est: neq̧ enim talis/ quēpiā adhuc meret audire cadēt a latere
tuo mille: ⁊ decem milia a dextris tuis. Memento cui hec pro-
missio facta sit. Nempe ei qui habitat in adiutorio altissimi: in
A
protectione dei celi cōmorabitur. ¶ Audiat igitur is qui salu-
tis portui cogitatiōe iam ⁊ auiditate appropinquat: qui prela-
ctata velut quadā anchora spei sue terre illi desiderabili incō
uulsibiliter inhesisse videtur cunctis diebus quibus nunc mili
tat expectans donec veniat immutatio sua. Certissima sane et
precipua ꝓpinquatio portus huius: hec ipsa cōuersatio eius in
qua positi estis/ exitus preparatio est vocationis/ videlicet ⁊ iu
stificatiōis diuine. In his nempe duobus fidelis quedā cōsti-
tuta est cōnexio velut cuiusdā eternitatis ad eternitatem .i. ma
gnificationis ad predestinationē: quarū equidem sicut predesti
natio nullo est precisa principio: sic ⁊ magnificatio nihilomin⁹
nullo vnq̄ fine claudēda. Ne ꝓo eā quā diximus quasi gemine
huius eternitatis mediā cōnexionē esse putes nostre adinuen-
Rom. viij.
tionis: apostolum audi: si non eandē tibi manifestius ipse com
mendat. Quos eñ presciuit ⁊ predestinauit cōformes fieri ima
ginis filij sui: q̄o putas aut quo ordine magnificabit: Siqui-
dem q̄ a deo sunt ordinata sunt. Num a predestinatione ad ma-
gnificationē saltu quodā ꝑuenies repētino: Prouide tibi me-
diū pontē: aut magis ingredere iam paratū. Quos predestina
uit (inquit) hos ⁊ vocauit: quos autem vocauit hos ⁊ iustifica-
uit. Et quos iustificauit: hos ⁊ magnificauit. Hec via equidem
bona videtur nonnullis hominibus: sed ⁊ bona est: nihil super
eius fine timendum. Non tibi sint vie hui⁹ suspecta nouissima:
perge securus tanto viuidius q̄to certius/ ea iam propinquare
videns: nempe tenes media: q̄uo nō nouissima propinquarent:
Matt. iij.
Agite (inq̄t) pniam: appropinquabit enim regnū celoꝝ. Sed re
gnū (inquies) celoꝝ vim patit: ⁊ violenti diripiūt illud. Nullus
mihi ad hoc nisi ꝑ medios hostiū cuneos patet excessus: in iti-
nere medio sunt gygantes: in aere volitant: obsident transitū:
obseruāt transeūtes. Attamē fiducialiter age: ne timeas. Ma-
gni sunt/ multi sunt: sed cadent a latere tuo mille: ⁊ decem mi-
B
lia a dextris tuis. Cadent vndiq̧: nunq̄ tibi deinceps imper-
petuum nocituri (parum est) non appropinquaturi. Equidē vi
debit peccator ⁊ irascetur: sed a latere veniet q̄ videlicet preue
niat te misericordia dei tui: eadem quoq̧ nihilominus etiā mi-
sericordia subsequat: ⁊ introitū videlicet tuū (vt quidem supra
meminimus) ⁊ exitū tuū custodiens. Alioquin q̄d in illo tā ter
ribili spiritualium nequitiarum occursu/ humani possent consi
stere sensus: q̄ nō intollerabili concuterētur horrore. Quid pu
tatis fratres si vel vni alicui e tam multis principibus tenebra
rum in mediū vestri irruere: ⁊ in tota feritate sua ac tenebrosi
enormitate corpis apparere liceret: q̄s illū posset vel corpis sen
sus sustinere vel cordis: Denique an hos paucos dies ipsi scitis
vni quedā ex vobis ꝑri⁹ dormiētē ⁊ postea excitatū: tā grauī-
ter fantasia nocturna ꝑturbare ꝑmissa est: vt vix illa die rōnis
cōpos: vix potuerit esse securus. Etiā oēs vos pariter expaui
stis: cum territus ille terribilem nimis exclamasset in vocem.
Erubescendum sane q̄ vsq̧ adeo fides in vobis (vel dormien-
tibus) visa fuerit obdormisse sed ad nostram sine dubio factuꝫ
est admonitionem: vt tota sollicitudine meminerimus aduer-
sum quos nobis sit colluctatio: nequando scilicet aut ignari
hostilis inuidie: aut ꝓtectioni diuine inueniamur ingrati. Ex
vehementissimo siquidē proprij cruciatu liuoris/ in tantū prorū
pit malicia inueterata furorem: his presertim diebus sanctis/
acrius sese indicās vestra deuotione torqueri. Eodem sane ta
bescentis insanie zelo/ sed licentia ampliori exeuntib⁹ sanctis
adest: non nisi a latere tamen: neq̧ enim vel occurrere iam a fa
cie quasi vt vim faciat: vel a tergo repere tanq̄ vt decipiat per
mittetur. Sed nec iuxta iter quidem scandalum decetero po-
net tibi: ad te eñ nō appropinquabit: non mō non attinget vt
feriat: sed nec accedet vt terreat. Puto enim id vereberis ne te
forsitā grauis ad illas tam monstruosas effigies: ⁊ larualiū tā
tam multitudinem facierum horror inuaderet: sed egregius ti
bi paraclytus ⁊ efficacissimus aderit cōsolator: ipse nimirū de
quo legisti. Coram illo procident ethyopes: ⁊ inimici eius ter-
Ps. lxxi.
ram lingēt. Plane ad nihilū deducetur in cōspectu eius mali-
gnus: sic timētes se glorificabit. Presente te dñe iesu quātum-
libet irruant hostes: immo non irruant sed ruant: confluant vn
diq̧ sed vt fluant/ ⁊ pereāt a conspectu domini: quēadmodum
fluit cera a facie ignis. Quid enim metuaꝫ deficiētes: quid tre
mētes paueam: quid verear cadentes: Et si ambulauero in me
dio vmbre mortis: non timebo mala dūmodo tu mecum sis do
mine deus meus. Siquidem protinus aspirabit dies: ⁊ inclina

buntur vmbre: cadent hincinde principes tenebrarum. Quos
eñ nūc q̄ꝫ dum inter malignas eoꝝ occultasq̧ suggestiōes per
fidē adhuc nō per speciē ambulamus: fides tñ victoriosa triū-
phat: quomodo nō facilius ipsa iam tunc propalate cognitio
veritatis euidens cum suis illis tenebrosis ferrugineisq̧ ima-
ginibus exufflabit: Nec causeris forte de numero vel ipsaꝫ sal
tē multitudinē verearis. Memēto sane q̄ ad vnū saluatoris impe
rium ab obsesso iā ⁊ diu possesso vni⁹ hominis corpore demo-
num legio tota discessit: ⁊ ne ipsos quidē ausa est nisi ab eo ius
sa contingere porcos: q̄to magis ipso duce quotquot fuerint
vndiq̧ cadent cum ingenti admiratione ⁊ cōfusione dicentes.
Que est ista que ascendit sicut aurora consurgens: pulchra vt
Cant. vj.
luna/ electa vt sol/ terribilis vt castrorum acies ordinata. In-
trepidus itaq̧ ⁊ omnino impauidus: magis autem gratulabū-
dus ⁊ laudās oculis tuis considerabis nec sane iam vel impu-
gnationeꝫ sustinebis vel furorē pauebis: sed magis retributio
C
nem peccatorū videbis. ¶ Et quidem videntur sufficere posse
hodie que dicta sunt: sed adhuc sane aliquos vestrum nonnul
la arbitror expectatiōe suspendi. Mouet eñ studiosiores quos
q̧ ni fallor: quidnā sibi velit q̄ a dextris quidem decem milia
a sinistris vero mille perhibet esse casuros. Nam latus sane qđ
simpliciter dicit: nō nisi sinistrū hoc loco licere accipi puto: pre
sertim q̄ dextrum quidem incōtinenti ꝓprio dignetur ex no
mine. Et quideꝫ nō sine certi ratiōe mysterij: a sinistris multos
sed multo plures a dextris casuros esse predixisse videat: Nisi
forte quis tam hebes fuerit ⁊ insulsus: vt in eo quod dicit mil-
le et decem milia: certam exprimi putet numeri taxationem.
et non magis superabundantem comparationem. Nos enim
sic non diuinas scripturas accipimus: sed neq̧ ecclesia dei.
D
Cadent ergo a sinistris quidem mille: a dextris autem decem
milia: q̄ videlicet abundantiori malignitate ⁊ velut copiosiore
manu/ dextris insistere partibus: dextrū latus appetere cōsue-
uissent. Quod quidē si magnū illud ecclesie corpus cōsiderare
libet: facile satis aduertimus: longe acrius impugnari spūa-
les viros ipsius ecclesie q̄ carnales: que nimirū duo eius late
ra dextruꝫ sinistrumq̧ puto non incōuenienter accipimus. Agit
hoc sane superba semper inuidiosa malicia: ꝑfectiores quosq̧
vehemētius pulsans iuxta illud: esca eius electa. Et iterū. Ab
Job. xl.
sorbebit fluuium ⁊ nō mirabitur: ⁊ habet fiduciam quod influat
iordanis in os eius. Agit inquam ⁊ si non sine certa diuini dis-
pensatione consilij: qui quidem nec imperfectiores supra id
quod ferre possunt temptari permittit: faciens cum tentatio-
ne prouentum: ⁊ perfectiorib⁹ non modo gloriosiores sed nu-
merosiores parat ex hoste triumphos. Tota ergo pariter ele-
ctorum ecclesia coronabitur: q̄ et vtraq̧ parte sui legitime cer
tauerit: vtroq̧ nimirū cornu tam potenter interim ventilās ini
micos: vt paulopost manifestius cadere videantur a latere ei⁹
mille: ⁊ decem milia a dextris eius. Sic nimirum olim iam qui
dem dauid perfectiore virtute probata: necdum vero ꝓpalata
i. Re. xviij
in israel: reprobatione saulis canebāt in choro dicentes. Per-
cussit saul mille et dauid decē milia. Sin autē ad singulos ma-
gis placet hoc referri: nō vobis deest ne i hac quidē parte spi
ritalis intelligentie via: dūmodo propriam super hoc experien
tiā cōsulatis. Lōge siquidē ampliori sollicitudine ⁊ calliditate
multiplici/ pars aduersa vulnerare in nobis dexterā satagit q̄
sinistrā nec tā corporis ꝓfecto q̄ cordis laborat auferre substā
E
tiā. Vtrāq̧ nimirū ꝓsperitatē humano generi inuidere noscū-
tur: vtraq̧ eos felicitate priuare cōtendūt e celesti veꝫ ⁊ terre-
na: sed lōge amplius rore celi q̄ pinguedine terre. An vero in-
congrue hec diximus duo latera: q̄bus nimirū duplicē hois
substantiā cōstat inniti vos iudicate. Nam q̄ spiritualia quidē
bona attribuim⁹ dextre: sinistre vero carnalia minime prorsus
vereor arguendum: presertim a vobis quibus semper studij est
nec dexteram aliq̄n sinistram nec sinistram dexteram reputare.
Nec vero aliter vera quidem sapientia probat: q̄ vt in sinistra
diuitie ⁊ gloria: in dextera aūt sit longitudinitas vite: naꝫ ⁊ hoc
sane nullatenus expedit ignorare: quēā vobis vehementi⁹ in
stet peruicax hostiū multitudo: illic nempe studiosius repugnā
dum vbi grauior viget necessitas: vbi totum belli imminet pō
dus: ⁊ vbi colluctatiōis ratio vniuersa cōsistit vnde vobis para
tur tota aut victis ignominiosa captiuitas: aut vincētib⁹ glo
ria triūphalis. Denique ꝓpter hoc nō q̄dē ad insipiētiam vobis:
tundēdū libere aduersario videmini lat⁹ exposuisse sinistrū: vt
dextrū perinde tota sollicitudine cōseruetis. Hec nimirū cōmē
data a xp̄o ⁊ christianis oīb⁹ imitāda serpētis prudētia est: vt
F
caput solum (toto si necesse fuerit exposito corpe) tueat. ¶ Hec
vera philosophia: hoc consiliū sapiētie: vt omni custodia serue
tur cor: quia ex ipso vita procedit. Hec denique gratia ⁊ mia dei
in seruos eius: ⁊ respectus in electos illius: vt in eorum interiꝫ
sinistram quidem velut dissimulās: dextere semꝑ studiosius ꝓte
ctor assistat. Hinc est q̄ de seipso ꝓpheta testatur. Prouidebā
Ps. xv.

dominum in cōspectu meo semper: qm a dextris est mihi ne cō mouear. Nunquid non τ illius manū dexterā: τ solā eam putas dexteram tenuisse: cuius totam in facultatem pariter τ in carnē licere passus est quicquid libere visum est inimico: verūtamen animam (inqt) eius serua: Utinā mihi semper a dextris sis iesu bone vtinā semper teneas manū dexterā meā. Scio enim et certus sum: quoniam nulla nocebit aduersitas si nulla dominetur iniquitas. Tundeatur interim τ tundatur sinistrum latus: pulsetur iniurijs: vellicetur opprobrijs: libens illud expono: dum a te custodiar: dūmodo sis ipse protectio mea super manum dexteram meam. Forte enim mille qui a sinistris casuri sunt: hoīes magis intelligendi sunt q̄ demones. Hi nimirū nobis non nisi ob temporalia quelibet aduersant τ transitoria bona: quequidem aut nos habere inuidiosa malignitate suspirēt: aut cupiditate iniusta sese potius doleāt: nō habere. Forte enim mundi hui9 conant auferre substātiā: forte fauorem hominum forte ipsam corporum vitam. Usqz huc seuire humana persecutio potest: anime vero non habēt quid faciant. Nam demones quidem superna nobis τ eterna potius inuidere noscūtur: nō tamē vt sibi cedat qd irreparabiliter amiserūt: sed ne illuc pauper de puluere suscitat9 accedat: vnde ipsi in gloria conditi irreparabiliter ceciderūt. Indignatur τ liuore tabescit obstinata malignitas: humanam fragilitatem obtinere: quod retinere ipsa non meruit. Sed τ si quando forte cuiuis temporalia dāna aut iferre conant aut gratulant inferri: hec eorū tota molitio est vt iactura exterior vel eidē ipsi vel alteri occasio sit interna. Sicut e regiōe homines quotiēs ea suadere nobis: aut quolibet modo efficere curāt (vnde dextera nostra ledatur) non hoc quidē principaliter agere sed tpale aliqd cuiuis prouentu rū vel sibi scilicet vel nobis vel alteri forte cuipiam aut detrimentū aut emolumentū exinde seu captare seu ppulsare velle videtur. Nisi forte eatenus quis in demonē trāsierit et homine: vt optare vllo modo possit quēlibet sibi inimicissimū hominem eterna damnatione mulctari. ¶ Quid nos miseri dormitamus a spirituali studio quos tā multipliciter insectant neqtia spiritualis? Et pudor est dicere τ silere prohibet vis doloris. Ustos enim inuenire est fratres et his quoqz qui in religionis habitu et pposito degunt perfectionis: quos terribilis illa pphete sententia comprehendisse videtur. Si oblitus fuero tui hierusalem obliuioni detur dextera mea. Nempe sinistri custodie lateris tota sollicitudine incubantes callent admodū: sed sapientia huius seculi cui abrenunciasse debuerant: ea quoqz nihilominus quā reuelat caro τ sanguis: quibus iuxta apostolum noluisse acquiescere videbantur. Denicqz videas eos tam auide lucra captare psentia: tā seculariter trāsitorijs vtilitatib9 adgaudere ad terrenarum dāna vel minima facultatum tā pusillanimiter turbari: tam carnaliter sup his decertare: discurrere tam impudenter: tam irreligiose secularibus sese implicare negocijs: ac si hoc esset tota eorū portio/ hec vniuersa substantia. Attētius sane agricola pauperē excolit fundum: sed cui forte nulla amplior/ preciosiorve sit possessio. Buccellam panis in sinu suo mendicus abscondit q in sacellis suis solū hoc metalli genus eruginet. Tu qd ita extreme huic paupertati: τ quidem proprij male prodigus laboris icūbis. Et est alia tibi possessio τ si forte remota. Erras nil tam prope nos q̄ quod intra nos est. At forte non quidem lōgius positam sed inutilem esse causaris: vt hic tibi querendam magis sufficientiā putes. Falleris: ibi magis inuenies: immo non inuenies nisi ibi. An vero estimas q vel operam tuam non exigat: vel minus respondeat operanti? Aut certe in tuto credis esse locatam: nec vlla deinceps sollicitudie custodis egere? Quodlibet horū sapias scito q desipias vehementer. Ibi eīm q̄ maxime que seminauerit homo hec τ metet. Sed τ qui parce seminat parce τ metet: qui vero in benedictionibus seminauerit: de benedictionibus et metet: vt faciat: vnū tricesimū vnum sexagesimum: vnum centesimum. Habes autem thesaurum istum in vasis fictilibus: si tamen adhuc habes. Puto enim iam amisisti: puto iam sublat9 est: puto iā comederūt alieni robur tuum τ ignorasti: nec potes thesauro tuo cor apponere: qppe q̄ thesaurū ipsum nō habeas. Alioquin queso te: si tam sollicitus es: si nec minima spernis: si tam prudenter seruas paleas tuas/ etiam horreum tuum seruare memento τ custodire. Immo vero non exponas thesaurum suum: q̄ sic incubas sterquilinio tuo. Forte enim illud tibi inuident mille: sed istū obsident decem milia: nec minus superabūdantes astucia et crudelitate q̄ numero. Cadēt (inquit) a latere tuo mille: et decem milia dextris tuis: verte illuc oculos fidei: forte iam enim irruperunt aditus: forte iā libere diripiunt omnia: forte iā spolia ipsa distribuunt. Quid sinistro lateri tam male studiosus obseruator inheres: nisi q nō in latere iam tibi esse sed in facie sinistra videtur: q hec prouideras in conspectu tuo semper: et qui tangit hoc/ non latus tetigisse putetur: sed

Job. j.

Psalm. cxxxvj.

Gala. j.

b

pupillā oculi tui? ¶ Ceterū iam nunc tibi prouide quisquis es dextri negligēs: sinistri lateris cultor: ne cū hedis locum accipias i sinistra quā elegisti. Asperū verbū est fratres: nō immerito expauistis. At cauere non minus necesse est q̄ pauere. Et quidem dominus me9 iesus post cetera inestimabilis sue erga me būficia pietatis: etiā dextrum sibi propter me passus est latus fodi: quod videlicet non nisi de dextera mihi ppinare vellet nō nisi in dextera locū parare refugij. Utinam ego talis merear esse columba que in foramine petre habitet: et in foramine lateris dextri. Considera tamen hoc vulnus eius penitus nō sensisse. Neqz enim illud excipere voluit nisi iam soporatus in morte: vt moneret te q̄diu viuis in hui9 semper lateris vigilare custodia: sed et mortuam censeri eam animam oportere: q̄ quidē perniciosa insensibilitate: dissimulet in dextera sibi vulnus infligi. Merito quidē in sinistro latere positū esse dicit cor hominis q affectio eius prona sit semper: et procliuis in terram. Nec sane ignorabat hoc q̄ miserabiliter ingemiscens. Adhesit (inquit) pauimento aīa mea: viuifica me sm verbū tuū. Sed ne is qdē in hoc pondere nos conditionis humane τ grauedine cordis volebat remanere: qui sic admonens loquebatur. Leuem9 corda nostra cum manibus ad deum. Plane id suadebat: vt a sinistro latere erigerentur ad dextrū. Secularis militia fratres in sinistro tantum latere clypeū portat: non imitemur si inter eos nolum9 deputari: quos huic seculo militare constat/ nō xpo. Nemo (inquit) militans deo implicat se negocijs secularibus: hoc est/ scutū applicat non tam dextre q̄ sinistre. Attū fratres vtrū q nobis latus tegendū est: si meministis. Scuto (inquit) circūdabit te veritas eius. Et apl's ipe. Per arma (inquit) iusticie a dextris τ a sinistris. Ceterum ipsam audi iusticiā. Forte enim non eadem vtricqz lateri forma prescribitur. Nempe hinc quidē mandatur: non vosmetipsos defendentes charissimi: sed date locū ire. Unde vero precipitur. Nolite locum dare diabolo. Et item. Resistite diabolo: τ fugiet a vobis. Audi adhuc quomodo tegas latus vtrūqz. Prouidentes bona (ait idem apl's) non tm corā deo: sed etiam coram omnibus hominibus. Hec est enim volūtas dei: vt benefacientes nō modo tabescere malignorū demonum inuidiā: verūetiam obmutescere faciatis imprudentū hominū ignorantiā. Nunquid tamen in eternū erit nobis hec protectio necessaria? Aut certe ab vtroqz latere hostile agmē instabit? Erit quādo nō mō non instabunt: sed nec stabunt quidem. Cadent a latere tuo mille: et decem milia a dextris tuis. Siquidē nec humana malicia iā tūc habebit qd faciat: nec demonum milia plus verebimur: q̄ totidem vermiū agmina vel muscarū. Haud aliter denicqz intuebimur eos q̄ filij israel trāsmisso iam mari rubro vndiqz sui/ egyptios mortuos: sz τ rotas curruum ire in profundum cernebant: vt τ nos scilicet (longe tamen securius et delectabilius) cantemus dño q gloriose honorificat9 sit: equū pariter τ ascēsorem ei9 deiciēs in abyssum.

ps. cxviij.

I

ij. Thi. ij.

j. Cor. vj.

Rom. xij.
Ephe. iiij
ij. cor. viij

¶ De octauo versu. Sermo. viij. vnde supra.

Breui9 quidē vobis aliquādo dilectissimi loqueremur si crebrius id liceret: qd τ vos credimus nonnūqz aduertere potuisse. Ceterū quotiens ipā diei preoccupāte malicia: plurib9 forte dieb9 molestissimū sustinuimus a vestra exhortatiōe τ cōsolatiōe silentium neminem vestrum reor oportere mirari si tempus ipsum redimere cupientibus nobis: sermo rarior interdum protractior videatur. Hoc sane nobis actum sit breui prohemio vt hesterni pariter hodiernicqz sermonis illius quidem prolixitas huius vero breuitas excusata apud vos habeatur. Uereor siquidem min9 gratam forte nonnullis vel fuisse illam/ vel istam fore aut magis vtramqz q̄ alteram. Scuto (inquit) circūdabit te veritas eius non timebis a timore nocturno: a sagitta volāte in die: a negocio perambulante in tenebris: ab incursu τ demonio meridiano. Cadent a latere tuo mille: et decē milia a dextris tuis: ad te autē nō appropinquabit. Diximus hinc precedētibus sermonibus q dignata est veritas ipā largiri: quēadmodum scilicet fidelem animam interim quidem a tentationibus postmodum vero a difficultatibus tueatur. Que tamen vtraqz breuius quidē in alio psalmo idem iste propheta commendās in te (inquit) eripiar a tentatione: et in deo meo transgrediar murum: quod ipso nimirum duce: nec hic gradiens offendiculum nec egrediens hinc obstaculum pateretur. In altero ergo crebra ereptio: in altero plena iam et secura liberatio designatur. Nam in hoc sane tertio quod adiunxit: verumtamē oculis tuis considerabis: etiam felicitatis non modice promissionem arbitror contineri. Cadent (inquit) a latere tuo mille τ decem milia a dextris tuis ad te aūt nō appropinquabit. Uerūtā oculis tuis considerabis. Ita oro domine ita fiat. Cadant illi et non cadam ego: paueant illi τ nō paueam ego: confundātur

Textus.

Ps. xvij.

A

ilii ꝛ nõ cõfundar ego. ¶ Euidenti⁹ siquidem paucis hoc loco verbis: ꝛ anime mihi immortalitas cõmendaꝛ/ ꝛ ipsius quoqꝫ fides astruiꝛ corporee resurrectionis. Nẽpe ruentib⁹ illis: futurus sum ipse qui videã: ꝛ ne isti quoqꝫ quib⁹ eorũ nouissimaꝫ intuear retributioneꝫ oculi defuturi. Neqꝫ eñ simpliciter oculis: sed oculis (ait) tuis cõsiderabis: istis vtiqꝫ q̃ nunc languẽt pre inopia ꝛ deficiunt dum speras in deum tuum. Et vere fratres deficiunt oculi: dũ speramus. Qđ eñ videt quis quid sperat? Spes (inquit) que videꝛ non est spes. Ipsis ergo iã tũc cõsiderabis oculis: quos mõ quidẽ nec leuare audes ad celum: ipsis plane qui totiẽs interim fluũt lachrimis: ac crebris compunctionibus atteruntur. Nec enim nouos tibi instaurandos putes sed tuos vtiqꝫ restaurandos. Quid tamen de oculo dixerim: ꝛ si minutissima: eminentissima tamen excellentissima qꝫ humani corporis portione? Reposita est in sinu nostro beata spes ex promissione vtiqꝫ veritatis: ne capillum quidem de capite periturum. Forte tamen idcirco signanter visio ꝓmittiꝛ oculoꝝ q̄ hoc quidẽ summũ interim anime desideriũ videatur vt videat bona. Credo indt videre bona dñi in terra viuẽtiũ. Supremas⁹ nimirũ corporis sui fenestras: supne aperiri desiderat veritati: p speciem ambulare gestiẽs: q̃ per fidem. Sane fides ex auditu: nõ ex visu. Deniqꝫ substãtia est sperandarũ rerũ argumentum non apparentium. Et in fide ergo sicut et in spe deficit oculus: auris proficit sola. Dñs deus apuit mihi aurẽ ait propheta: sed quãdoqꝫ etiã oculũ reuelabit. Erit quãdo iam non dicetur: audi filia et vide et inclina aurẽ tuã: sed leua poti⁹ oculos tuos ꝛ contẽplare. Quid? Plane iocũditatem ꝛ exultationem: quã thesaurizat sup te deus tuus. Quid? Plane nõ ea modo q̃ interim q̃dẽ ꝛ si nõ videre adhuc ꝛ audire: tamẽ ꝛ credere potes: verũetiã qđ sicut: nõ vidit ocul⁹: sic nec auris audiuit: nec in cor hominis ascẽdit: qđ preparauit de⁹ diligentib⁹ se. Nimirũ tãta capiet oculus resurrectionis q̃ta nec auditus nec animus ipse nũc capiat. Ob hanc deniqꝫ tam vehementem anime cõcupiscẽtiã videndi scilicet qđ audiẽs credit: aliũ quoqꝫ euidentissimũ future preconẽ resurrectionis ipsoꝝ propriã mẽtionẽ fecisse arbitror oculorũ. Rursum (ait) circundabor pelle mea: ꝛ in carne mea videbo deum saluatorẽ meũ: quẽ visurus sum ego ipse ꝛ nõ ali⁹: ꝛ oculi mei cõspecturi sunt. Et adiecit. Reposita est hec spes mea in sinu meo. Forte tamẽ considerandum attentius q̄ ait oculi mei: sicut ꝛ in psalmo: oculis tuis cõsiderabis. Nunq̃d enim mei esse oculi nũc videntur? Plane non mei: Nonnunq̃ sane visi sunt fuisse mei: q̄ ipi quoqꝫ ad eam ptinere noscanꝛ: quam male seruaturus accepi paterne substãtie portionẽ. Nempe velociter profligata est vniuersam citius dissipaui. Occupauit mẽbra oĩa lex peccati: libere intrabat mors per fenestras meas: cuius nimirũ factus eram seruus etiã ego ipse. Miser equidẽ seruus: nõ sane homini seruiẽs sed imundo pecori ꝛ scenoso. Neqꝫ enim mercenaria saltẽ cõditione famulabar: sed plane seruili. Nisi forte mercedẽ quis dari putet cui etiã cib⁹ negaꝛ: ꝛ cib⁹ quoqꝫ ipsa esurie perniciosior. Cupienti siquidẽ porcoꝝ siliquas nemo dabat: vt porcis viuerẽ nec cõuiuerẽ porcis. Deinde nunquid meus tũc oculus erat: quãdo depredabaꝛ aiam meam? Qua quidẽ necessitate demuꝫ coactus sum bñficiũ resignare in manu dñatoris: vt quod oĩno nõ poteram: ipse sibi illud ad hostili tyrãnide vẽdicaret.

B

¶ Cõsiderate attẽti⁹ dilectissimi ꝛ animaduertite i qua nã potestate euaseritis pharaõis itolerabile iugũ: vt iã mẽbra vestra nõ sint arma iniqtatis petõ: nec regnet vltra in mortalib⁹ corporib⁹ vestris. Non est hoc operis vestri fratres: dextera dñi facit virtutem: solus hoc potest ille: qui nihil omnino non potest. Ne dixeritis manus nostra excelsa: sed tam salubriter q̃ veraciter confitemini: q2 dñs facit hec omnia. Deniqꝫ nemo sibi dubiteꝛ omnimodis esse cauendum: ne forte donec adhuc dies mali sunt et nulla vsqꝫ securitas homini hanc suam possessionẽ de manu tam pii tamqꝫ prouidi tutoris: in periculosam pniciosamqꝫ interim libertatẽ recipere velle p̃sumat. Qđ eñ emulaꝛ pr̃/ p te emulatur nec inuidẽtie sꝫ puidẽtie est q̄ sibi totã iubet manere substantiã ne pereat tibi. Deniqꝫ vbi ad magnã illã sanctãqꝫ ciuitatẽ pueneris: cuius fines posuit pacẽ: vbi nullus iã hostiuꝫ timeaꝛ incursus: non mõ reddet te tibi: sed dabit insuper ꝛ seipsum. Interim sane a voluntatib⁹ tuis auertere: ꝛ deo dicata mẽbra nulla tibi temeritate vsurpes: sciens q̄ pietati sanctificata non absqꝫ graui sacrilegio in vsus vanitatis/curiositatis voluptatis: aut eiusmodi secularis operis assumãtur. Nescitis (ait apostolus) q̄ corpora vestra templum sunt spiritussancti quem habetis a deo: ꝛ non estis vestri? Et itẽ. Corpus (inquit) nõ fornicationi. Sed cui? Nunquid tibi? Plane sit tibi liberum sed si eripere illud aut ereptum saltem deinceps a fornicatiõis impetu: vẽdicare propriis virib⁹ potes. Qđ si forte non potes: immo q2 vere nõ potes/ sit corp⁹ nõ fornicationi sed domino: seruiatqꝫ interim sanctificationi ne corruptiõi denuo petus (?) ser

Rom. viij
Ps. xxvi.
Esaie. l.
ij. Cor. ij.
Iob. xix.
Ps. xc.
j. Cor. vj.

uire contingat. Humanum dico (ait apostolus) propter infirmitatem carnis vestre. Sicut exhibuistis membra vestra seruire iniquitati ad iniquitatem: ita nũc exhibete mẽbra vestra seruire iusticie in sanctificationẽ. Uerũ id quidẽ ꝓpter infirmitatẽ vt ipse quoqꝫ p̃misit. Ceterum vbi resurrexerit in virtute quod in infirmitate fuerit seminatuꝫ: nulla iã erit necessitas seruiẽdi vbi ꝛ securitas libera fuerit ꝛ secura libertas. Quidni multomagis reddat eũ sibi? Quidni potius libertate donet fidelem seruum: magnus ille paterfamilias: quãdoquidẽ ꝛ super omnia bona sua constituet eũ? Iam tunc ergo oculis tuis ↄsiderabis si tamen ꝛ eos fideliter agnoueris iterim esse eius nõ tuos. Nã ꝛ preter eam quã diximus voti vtiqꝫ taꝫ necessariã rationem quo nimirũ membra ipsa que tibi a peccati tyrãnide vendicare omnino nõ posses: ꝓpriis abrenũcians volũtatib⁹ diuino cultui mãcipasti: nunq̃d vel modo tua esse videntur: in quibus adhuc cõtraria lex: ꝛ si nõ regnat/ habitat tamen: in quibus pena peccati secundus equidẽ hostis, tuus: nõ modo manet: sed et preualet ꝛ libere dominaꝛ? Tu ne tuum dixeris corpus qđ mortuum est propter peccatũ: aut anime esse quod animã aggrauare nõ cessat? Plane si quis suum illud dicere cupit: non aliud conuenienter dixisse videbitur q̃ onus suum: q̃ carcerem suuꝫ. Alioquin quonã mõ tuos dixeris oculos: quos sane vis/ nõ vis: totiens somnus occupat: fum⁹ turbat: exigu⁹ puluis sauciat: noxius humor obnubilat: dolor acerbus excruciat: vel ipa demuꝫ nouissima mors excecat? At tunc plane tui erunt qñ omnia ista nõ erũt: vt vere iam tuis oculis considerare sit: quibus nimirum pro libitu deinceps vtaris ad omnia tam libere q̃ secure. Neqꝫ enim auertẽdi decetero erunt oculi ne videãt vanitatem q̄ purissimã videãt veritatem: multomin⁹ intrabit p fenestras mors: q̄ ipa quoqꝫ inimica nouissima destruaꝛ. An vero times eos e tanta plenitudine luminis: vbi singuli iusti tanq̃ singuli soles fulgeant: aliquando caligaturos fore? Timendũ id plane: si non ipsos quoqꝫ oculos sicut cetera humani corporis mẽbra/ resurrectio glorificaret. Et retributionem peccatorum videbis. Hoc plane eis graue tormentum: et magnus quidẽ malorum cumulus erit. Forte enim quodcunqꝫ solatium videreꝛ eorũ quos tam maliciose impugnauerint in tormentis suis vel conscientiam latere vel ipsos saltem declinare posse cõspect⁹. Uerũtamẽ etsi illis ex hac nostra cõsideratione imensum quoddã miserie põdus accedat: nobis que necessitas erit: que vtilitas: q̃ voluptas?

C

¶ Quid eñ modo tã irreligiosum immo q̃d tam inhumanum ꝛ execrabile, videreꝛ: q̃ cruore quãtũlibet inimicorũ: quãtũlibet iniquoꝝ pascere velle oculos: ꝛ oblectare aspect⁹ suppliciis miserorũ? Attamen sicut videbit peccator ꝛ irascetur: dentibus suis fremet ꝛ tabescet (prius enim bñdicti vocabuntur in regnũ q̃ maledicti in caminũ, deiciantur ignis eterni quo videlicet acrius doleant videntes quid amiserint) sic iusti quoqꝫ videbũt et letabũtur considerantes quid euaserint. In illa ergo tanta separatione: quẽadmodum hedis agnorum diuisio grauissimi liuoris occasio fiet: sic electis e regione consideratio reproborum: immensa quedam materia gratiarũactionis et laudis. Unde enim iusti tam magnifice gratias agerent: nisi cum illa inexcogitabili felicitate qua perfruũtur ipsam quoqꝫ retributionem cernerent iniustorum: a quib⁹ equidem sola misericordia redemptoris segregatos sese esse fidelissime et deuotissime recordãtur? Unde vero impii tanto animi furore tabescerent: nisi in regnũ summe beatitudinis coram sese vidissent alios introduci: et tunc demum in illos sese fetores: in illos horrores in illos eterni incendii cruciatus in illas deniqꝫ immortalis mortis miserias gemerent esse damnatos?

D

¶ Ibi enim (inquit) erit fletus et stridor dentium. Fletus quidem ob ignem qui non extinguitur. Stridor vero ob vermen qui non moritur. Plane fletus ex dolore: stridor dentium ex furore. Fletũ nempe tormentorũ immanitas: stridorem dentium vehementia ipsa tabescentis inuidie: et obstinata malignitas extorquebit. Ita ergo retributionem peccatorum videbis: ne videlicet ignarus tanti periculi: ingratus aliquando liberatori posse fieri videaris. Non solum autem sed et securitas perfecta iustorum erit visa retributio peccatorum: quo videlicet nec humanam aliquando nec diabolicam vltra vereri maliciam possint: qui nimirum cadentibus a latere suo mille et decem milibus a dextris suis: non modo eos cadere viderint: sed et cadere in gehennam. Putas enim timere adhuc non poterant: et callidiorem cunctis animantibus serpentem habere suspectum: presertim seducte quondam in paradiso non immemores mulieris: nisi cum toto iam corpore suo vltricibus traditum flammis et inter se et eum magnum plane iam chaos firmatum esse conspicerẽt? Tertium quoqꝫ hoc nihilominus peccatorum tibi consideratio ipsa prestabit: vt ex comparatione deformitatis eorum eminentius gloriosiusqꝫ resplẽdeas. Sic nimirum sibiinuicem collata contraria: sue quidem

Rom. vj.
Mat. xiij

vtrūqꝫ videtur suscepisse augmentum aliquod qualitatis: vt al
bum nigro si conferas: et hoc candidius et illud tetrius appa-
(Ps. lvij.) rebit. Sed audi certius super hoc testimonium ꝓpheticum ser
monem. Letabitur (ait) iustus cum viderit vindictam. At quid
ita? Manus suas lauabit in sanguine peccatoris. Plane nō in
quinabit in sanguine sed lauabit: vt vnde ille cruentus magis
inde ille nitidior videatur: vnde ille plus sordet: inde iste pul
chrius elucescat. Nullaꝫ forte ex his trib⁹ causis humanus re
fugere vel modo inueniatur affectus sed non propter aliquid
horꝫ sapientia in eorum ridebit interitu: qđ tamen sine vlla du
bitatione factura est. Nempe ipsa predicit q̄ mētiri omnino nō
(Prouer. j.) potest. Quia vocaui ⁊ renuistis: extendi manū meā et non fuit
qui aspiceret. Et post pauca. Ego quoqꝫ in interitu vestro ride
bo: ⁊ subsannabo cum vobis quod timebatis aduenerit: cum
irruerit repentina calamitas ⁊ interitus quasi tempestas in-
gruerit. Quid ergo in insipientium interitu sapientie credi-
mus placiturum nisi iustissimam suam dispositionem et irre-
prehensibilem ordinē rerum? Sane quod sapientie tunc place
bit: sapiētibus quoqꝫ placeat necesse est vniuersis. Non igitur
tibi durum videatur fore quod dicitur: oculis tuis considera-
bis quando ⁊ ridebis in eorum interitu: non q velut quadam
immanitate crudelitatis in ipsa tibi visione cōplaceat: sed q
modus ipse pulcherrimus diuine ordinationis vltra q̄ credi
possit: iusticie zelatorem ⁊ amatorē equitatis oblectet. Ubi op
time omnia cōstituta et suum cuiqꝫ cessisse locum, immo in su-
um quemqꝫ cessisse: plenius et perfectius illustrāte veritate co
gnosces: quomodo non omnia ↄsiderare: ⁊ in omnibus omni-
(Act. j.) um moderatorem magnificare libebit? Pulchre omnino pe-
trus apostolus filium perditionis in locum suum abiisse te-
status est q in aere crepuerit medius aeriarum collega pote-
statum: vtpote quem veri pariter hominis: qui de celo venisset
operaturus salutem in medio terre: huius inquaꝫ proditorem
nec celum reciperet: nec terra sustineret. Itaqꝫ oculis tuis cō
siderabis: ⁊ retributionē peccatorum videbis. Primo quidem
ob tuā euasionem: scđo ob omnimodā securitatē: tertio quoqꝫ ob
comparationem: quarto ob ipsius iusticie perfectam emulatio
nem. Erit enim iam tunc nō misericordie sed iudicij tēpus: nec
vlla omnino credēda est erga impios futura illic miseratio vbi
nec vlla sperāda est correctio. Procul erit hūane infirmitatis
ista mollicies qua tamen interim pro tempore charitas vtitur
ad salutē: amplissimo quodam videlicet expāse sagene sinu: et
bonos ⁊ malos colligēs pisces: idest affectus iocundos pari-
ter et molestos. Uerum hoc quidem in mari. Nam in littore so-
los eligēt bonos: sic videlicet gaudens cum gaudentibus: vt
ex hoc iam cum flentibus flere non possit. Alioquin quomo-
do in nobis iudicabitur hic mundus: nisi huius tenere affectio
nis obliti: introductiqꝫ fuerimus in cellā vinariam: ꝯm eum q
(Ps. lxx.) dixit. Introibo in potentias domini: domine memorabor iusti
cie tue solius: Nec modo quidē considerare permittitur per-
sonam pauperis: aut misereri eius in iudicio: sed cū molestia li
cet coercendus eiusmodi pietatis affectus: et equitati est di-
ctanda sententia. Quanto magis vbi nulla animi colluctatio:
vbi nulla poterit subintrare molestia: oportet impleri quod di
(Ps. cxl.) ctum est. Absorpti sunt iūcti petre iudices eorum. Absorpti
plane in affectum iusticie: et petre soliditatem cui iuncti sunt
imitātes. Iūcti (inqt) petre: quā ꝓfecto solā vt sequerenł cete
ra omnia reliquerūt: Nempe hoc est quod interrogāti petro q̄
(Matt. xix.) nam accepturi essent: petra ipsa respōdit. Cum sederit fili⁹ ho-
minis in sede maiestatis sue: sedebitis et vos sup sedes duode
cim iudicantes duodecim trib⁹ israel. Hec quoqꝫ propheta p
(Esa. iij.) nunciās ait. Dñs ad iudiciū veniet cū seniorib⁹ populi sui. Tu
ne putes flexibile quippiā inuentēdū in iudicibus iūctis petre
(j. Cor. vj.) Qui adheret deo (apls ait) vnus spiritus est: qui et petre iun-
gitur lapis vn⁹. Ad quod sane propheta nō immerito suspirās
Mihi (inquit) adherere deo bonum est. Ita ergo absorpti sunt
(Ps. lxxij.) iuncti petre iudices eorꝫ. O familiaritatis gratiam: o honoris
culmen: o fiducie priuilegium: o prerogatiuam securitatis per-
(E) fecte. Quid enim tam pauendum: quid tam plenum anxieta
tis ⁊ vehementissime sollicitudinis excogitari pōt: q̄ iudican-
dum astare illi tā terrifico tribunali: ⁊ incertā adhuc expecta-
(Hebre. x.) re sub taꝫ districto iudice sententiā: Horrendum est (ait apls)
incidere in manus dei viuētis. Iudicemur interiꝫ fratres: ⁊ ter
ribilem illam expectationem presenti studeamus declinare iu-
dicio. Non iudicabit de⁹ bis in idipm. Sane vt quorūdam pec
cata: sic ⁊ quorūdam studia bona manifesta sunt precedētia ad
iudiciū: vt illi quidē nō expectātes sententiam: proprio statim
pōdere criminū in tartara deijciāł: isti vo e regiōe paratas sibi
sedes tota libertate spūs sine vlla cūctatiōe ↄscēdāt. Felix pau
ꝑtas volūtaria oīa relinquētium: ⁊ sequentium te domine iesu.
(F) Felix plane q̄ tā securos immo tā gloriosos faciat in illo sin
gulari fragore elementorum: ⁊ in illo tremendo examine meri-
torum in illo tanto discrimine iudiciorꝫ. Iam vero audiamus
quid ad tātas promissiones deuota ⁊ fidelis anima respondeat
ne forte aut diffidere aut secus q̄ oporteat fidere videał. Qm̄
(Textus.) tu es (inquit) domine spes mea. Quid taꝫ sobrie: quid tam pie
poterat dici? Sed nec aliud huic verbo videł posse conuenien
tius respōderi: q̄ qđ sequił. Altissimū posuisti refugiū tuū. Ce
terū ignoscite nobis fratres hodie q̄ꝫ promisse etiā terminos
breuitatis paulominus excessisse videmur.

De nono versu. Sermo. ix. vnde supra.

Etiam fratres hodie aliqđ audiamus de promissio
ne patrie: de expectatione filiorꝫ: de fine huius no
stre peregrinationis: de mercede laboris: de fructu
captiuitatis. (G) Et qđem dura omnino captiuitas:
nō modo illa cōmunis quā ex ipsa iam cōditiōe ge-
neris toleramus humani: sed quoqꝫ qua volūtates mortificare
proprias: etiam perdere proprias in hoc mūdo animas festinā
tes: in hoc tam rigide cōpedes discipline: in hunc tā grauis pe
nitentie carcerē dedimus nosmetipsos. Miserāda seruitus pla
ne sed si coacta: sed si nō spontanea videreł. Nūc vero cum vo-
luntarie sacrificetis deo: nec ingerał vlla nisi per ipsam volun
tatem violētia volūtati: profecto aliquid in causa est. Illud pu
to aliqđ quo maius aliqđ esse nō pōt. An vero plāgendū videł
(H) quālibet magnū: quālibet laboriosum qđ propter eum fiat? Et
si magnitudo ipsa laboris interdū forte extorqueat cōpassionē
sꝫ multomagis cause cōsideratio exigit cōgratulationē. Quid
q bona omnia non modo propter eū constat fieri: sed per eum?
Deus enim est qui operatur in vobis ⁊ velle ⁊ perficere pro bo-
na voluntate. Ipse ergo actor: ipse remunerator operis: ipse re-
muneratio tota, vt summū illud bonū cuius nimirū tam perfe-
cta est simplicitas in seipso: duplex quodāmodo videatur in no
bis causa bonorꝫ: effectiua scilicet ⁊ finalis. Bene ergo dilectis
simi q in his omnib⁹ tam multis laborib⁹ vestris: nō modo sub
sistitis sed etiā superatis: propter eum qui dilexit vos. An ve-
ro nō per eum? Et manifeste. Sicut eñ abūdant pro christo tri
(ij. Cor. j.) bulationes nostre (ait apostolus) ita abūdant etiā consolatio-
(I) nes nostre per ipsum. Usitatus sermo communis sermo pro-
pter deum: sed plane vbi nō vacue dicitur, profundissimus ser-
mo. Crebro sonat in ore hominū: etiā a quorꝫ corde longe esse
probatur. Omnes sibi propter deum prestari postulant: ꝓpter
deum flagitant sibi subueniri. Facile quoqꝫ ipsa petuntur pro-
pter deum: que tamen non sunt ꝯm deum: ⁊ id sibi fieri quis ob
secrat propter deum quod nō desiderat propter deum: magis
autem forte cōtra deum. Ceterum viuus plane ⁊ efficax sermo:
vbi nō perfunctorie: non vsurpatorie: nō velut quodā vsu loquē
di: vel arte persuadēdi: sed ex pinguedine vt dignū est deuotio
nis: ⁊ pura animi intētione ꝓcedit. Nēpe ⁊ mūdus transit ⁊ cō
cupiscētia eius: nec satis vtiliter posita aut stabilita firmiter:
vel cadente eo, q̄ pro eo facta sunt videbunł. Ubi eñ causa ipsa
deficiet, quō non oīa quoqꝫ que ei videbanł innixa pariter eua
cuabunł? Propterea deniqꝫ ⁊ qui in carne semināt de carne ha
bent metere corruptionē: qđ videlicet omnis caro fenū et glo-
ria eius tanq̄ flos feni: ⁊ vbi fenū aruerit florē quoqꝫ nihilomi
nus cadere sit necesse. Solus qui est causa, indeficiens est: nec
(Matthei xxiiij.) flos feni: sed verbū dñi manet in eternū. Deniqꝫ celū (inquit) et
terra transibunt: verba aūt mea non transibūt. Prudēter itaqꝫ
dilectissimi ⁊ vtiliter elegistis ꝓpter verba labiorꝫ eius custo-
dire vias duras: illic seminātes vbi ne minima quidem portio
vestri seminis valeat deperire. Sane qui parce seminat: nō qui
(Mat. x.) dem non metet: sed parce metet. Nempe qui metit, mercedem
accipit: ⁊ scimus quis promisit ne eum quidem qui pro nomine
suo calicem aque frigide dederit sitienti: mercede propria cari
(ij. Cor. j.) turum. Numquid tamen in qua mensura mēsus fuerit sibi quo-
qꝫ remetieł: aut in retributione equabił ei qui non aquā porri-
gēs sed sanguinē fundēs, ꝓpinatū sibi biberit calicē saluato-
(K) ris: Non est hic calix aque frigide: sed calix inebriās q̄ ꝑclar⁹
calix vini meri: ⁊ quidē plen⁹ mixto. Solus enim merū habuit
vinum dñs meus iesus qui solus perfecte mundus et semper
etiam potest facere mundum de immundo conceptum semine.
Solus plane merū habuit vinū: qui nimirū ⁊ ꝯm diuinitatē sa
piētie est: vbiqꝫ attingēs ꝓpter mundiciā suā: ⁊ nihil inqnatū
cadit in euꝫ: ⁊ ꝯm humanitatē peccatū non fecit: nec inuēt⁹ est
dolus in ore ei⁹: solus nō debito cōditionis gustauit mortem:
sed sue beneplacito volūtatis: sane non ob propriam vtilitatē
bonorꝫ enim nostrorum nō eget: sed nec tanq̄ retribuēs nobis
gratiā ꝓ gratia: qui nō aliter ꝓ amicis mortuus est nisi ꝓ acq̄
rēdis, videlꝫ vt amicos faceret ex inimicis. Cum eñ adhuc ini
(L) mici essem⁹: recōciliati sum⁹ deo per sanguinē filij sui. Aut po-
tius pro iam amicis: ⁊ si nondum quidem amātibus: sed tamen
iam amatis. In hoc est eñ gratia non quasi nos dilexerimus
deum

ij.Cor.j. deū ĩpe sed prior dilexit nos. Uisnosse q̄ longe prior: Benedictus de⁹ ꝛ pater dn̄i nostri iesu christi (ait apostolus) qui benedixit nos in omni benedictiōe spirituali in celestibus in christo iesu: sicut elegit nos in ipso ante mūdi cōstitutionē. Et post pauca. Gratificauit inquit nos in dilecto filio suo. Quomodo ergo non dilecti iaz tunc in illo: quando electi in illo? Quomō non ei grati: in quo gratificati sumus? Sic ergo christus ſm tēpus quidem ꝓ impijs mortuus est: ſm predestinatiōem autem

A pro fratribus ꝛ amicis. ¶ In his ergo omnibus meruz est vinū ipsius equidem ꝛ solius: vt ne quispiam ceterorum presumere Esaie.j. audeat non esse qḋ sibi propheticum illud aptet. Uinum tuum mixtum est aqua. Primum q̄ nemo interim mundus a sorde: nemo gloriari possit oino se castū habere cor. Deide q̄ mortis debitum persoluant qñq̄ necesse est. Tertio q̄ ponentes pro xp̄o aīas hoc sibi cōpēdio vitā mercant̄ eternā: sed ꝛ ve eis si ipsi⁹ erubescerent testimoniū. Quarto q̄ prerogate sibi ꝛ gratis exhibite tante dilectioni: imparem nimis exiguamq̄ rependant. Attamen ne hoc mixtuz qui sine mixtura est dedignat̄: adeo vt fiducialiter apostolus dicat: implere se/que desunt passionum Gala.vi. christi in corpore suo. Sit ergo licet electis pariter oībus vnus idemq̄ denarius vite reddendus eterne: ꝛ in ipsa tamen sicut stella a stella differt in claritate: ꝛ alia claritas solis: alia claritas lune: alia stellarum: sic erit ꝛ resurrectio mortuoꝝ: ꝛ q̄uis domus vna: diuerse tn̄ in ea sunt mansiones vt videlicet q̄tum quidem ad eternitatem ꝛ sufficientiam: ꝛ qui parū non minoret̄ ꝛ qui multum non abundet: q̄tum vero ad eminentiam ꝛ discretionem meritorum vnusquisq̄ accipiat ſm suū laborem: ne qd oino pereat qḋ in xp̄o sit seminatū. Hec aūt dicta sunt fratres: vt illius tam spiritualis responsi qḋ hodie nobis cōsiderādum

B est gratia cōmendetur. ¶ Quoniam tu es dn̄e spes mea. Quicqd igit̄ agendum sit: quicquid declinandum: quicquid tolerandum quicquid optanduz: tu es dn̄e spes mea. Seccens mihi omnium ꝓmissionū causa: hec tota ratio mee expectatiōis. Pretēdat alter meritū: sustinere se iactet pondus diei ꝛ estus: ieiunare bis in sabbato dicat: postremo non esse sicut ceteros hominū glorīet̄: mihi aūt adherere deo bonū est: ponere in dn̄o deo

C spem meā. ¶ Sperent in alijs alij: forte hic in scientia litterarū hic in astutia seculi: ille in nobilitate: ille i dignitate: ille i alia qualibet vanitate cōfidat: propter te omnia detrimēta feci: et vt stercora arbitror: quoniam tu es dn̄e spes mea. Speret qui vult in incerto diuitiarum: ego vero ne ipsa quidē nisi abs te victui necessaria spero: nimirum verbo tuo confidens: in quo ab Matt.vi. ieci omnia. Querite primum regnum dei ꝛ iusticiam eius ꝛ oīa adijcientur vobis. Nempe tibi derelictus est pauper: orphano tu eris adiutor. Si mihi premia promittuntur: per te obtinēda sperabo. Si insurgant aduersum me prelia: si seuiat mundus: si fremat malignus: si ipsa caro aduersum spiritum cōcupiscat: in te ego sperabo. Fratres hoc sapere: ex fide viuere est: nec alius ex sentētia dicere potest. Quoniam tu es domine spes mea: nisi cui intus sit persuasum a spiritu: vt quemadmodum monet pro j.Pet.v. pheta iactet cogitatum suum in domino sciens q̄ enutriēdus sit ab eo: iuxta illud quoq̄ petri apostoli. Omnē sollicitudinez vestram proicientes in eum: ipsi enim cura est de vobis. At qd enim si hec sapimus: vt quid cūctamur abicere oino spes miseras: vanas: inutiles: seductorias: ꝛ huic vni tam solide: tam perfecte: tam beate spei tota deuotiōe animi: toto feruore spirit⁹

D inherere: ¶ Si qd ille impossibile: si quid vel difficile est: quere aliud in quo speres. Sed verbo omnia potest: Quid facilius dictu? Attamen huiusmodi dictum intelligas volo. Si decreuerit saluare nos: cōtinuo liberabimur: si viuificare placuerit/ vita in voluntate eius est. Si premia eterna largiri: licet ei quod vult facere. An vero de facilitate iam nō dubitas: sed ipsa tibi est suspecta voluntas: Plane ꝛ voluntatis testimonia credibilia facta sunt nimis. Maiorem hac dilectionem nemo habet: q̄ vt aiam suam ponat quis pro amicis suis. Deniq̄ quando in se sperāti desit illa maiestas: que tā studiose monet in se sperari? ps.xxxvi. Plane nō derelinq̄t sperātes in se. Adiuuabit eos ait ꝛ eruet eos a peccatorib⁹ ꝛ saluabit eos. Quare? Quib⁹ meritis? Audi qḋ sequit̄. Quia sperauerunt in eo. Dulcis causa: attamen efficax: attamen irrefragabilis. Nimirū hec est iusticia: sed que ex fide est non ex lege. De quacūq̄ tribulatione (inquit) clamauerint ad me exaudiā eos. Ecce numera tribulationes ſm multitudinem earū: cōsolatiōes eius letificabunt animā tuā: dūmō ad aliam nō cōuertaris: dummodo clames ad eū: dummodo speres in eum: nec humile aliquid vel terrenū: sed altissimum ponas refugium tuum. Quis sperauit in eo: ꝛ cōfusus Textus est? Facilius est celum et terrā transire: q̄ verbū ei⁹ euacuari. Altissimū (inquit) posuisti refugiū tuum: Non accedet illuc tēptator non calūniator ascēdet: non pessimus ille fratrum accusator attinget. Nempe ei dicitur hoc (recolite psalmi primordia) ei dicitur/qui in protectione altissimi cōmoratur: illuc res

fugiens a pusillanimitate spiritus ꝛ tempestate. Que quidē duplex est necessitas fugiendi: q̄ videlicet ꝛ foris pugne: ꝛ intus timores. Minus em̄ fugere oporteret: si vel interior magnanimitas exteriores tumultus viriliter sustineret: vel exterior trāquillitate pusillanimitas ꝓpria foueret. Altissimū (ait) posuisti refugium tuū. Sepe illuc fugiamus fratres/munitus est locus: nullus ibi timetur hostis. Utinā magis semꝑ ibi manere liceret. Sed nō est hoc tp̄is huius. Qḋ modo refugium est: quandoq̄ habitaculū erit: ꝛ habitaculū sempiternū. Interim sane ꝛ si persistere nō conceditur: frequēter tn̄ est recurrendum. Nempe ad oēm tribulationē: ad oēm deniq̄ cuiuscūq̄ modi necessitatem: aperta est nobis vrbs confugij. Sinus matris expāsus est. Parata sunt foramina petre. Patēt viscera misericordie dei nostri. Hoc refugiū qui declinat: nihil mirū si effugere nō meret̄. Iam quidē fratres que dicta sunt ad expositionē versus hui⁹ videntur posse sufficere/si dixisset propheta: q̄m in te speraui: sicut in alijs psalmis quibusdam inuenitur. Ceteruz quod dicit

E tu es domine spes mea: forte amplius aliquid sonat ꝛ sublimi⁹ qḋ videlicet nō modo in eo speret: sed eum. Conueniētius siquidem spes nostra dicit̄ qḋ speramus: q̄ in quo speramus. Sunt aūt forte nōnulli qui a dn̄o obtinere tēporalia seu sp̄ualia quelibet cōcupiscūt: sed pfecta charitas solum sitit qḋ summuz est tota desiderij vehemētia clamās. Quid enim mihi est in celo: ꝛ a te qd volui sup terrā? Deus cordis mei: ꝛ pars mea deus in eternū. Pulchre nobis vtrūq̄ paucis verbis hodie hieremie ꝓphete lectio cōmendauit. Bonus es dn̄e sperantib⁹ in te anime q̄renti te. Ubi sane ꝛ ipsam numeri discretionē prudenter aduerte: q̄ sperantes qdē in eo plr̄ dixerit: q̄ hoc videatur cōe multorum: querētē vero eū singulariter q̄ singularis sit puritatis: singularis gratie: singularis pfectionis: non modo nil sperare nisi ab eo: sed nil querere nisi eū. Qḋ si bonus illis: q̄tomagis isti? Merito proinde querēti illum anime respōdet̄. Altissi Mat.xvij. mum posuisti refugiū tuū. Neq̄ enim sic deū sitiēs anima: aut Iohā.xx. cū petro ei in terreno monte facere tabernaculū: aut cuz maria Cāti.viij. deinceps eū tangere vult in terra. Sed plane clamat. Fuge dilecte mi: assimilare capree hynnuloq̄ ceruoꝝ super montes be Ioh.xiiij. thel. Audiuit enim dicētē. Si diligeretis me gauderetis vtiq̄ Iohā.xx. q̄ vado ad patrē: q̄ pater maior me est. Audiuit dicentē. Noli me tāgere. Nondum enim ascēdi ad patrem. Et celestis iam nō ignara cōsilij clamat cū apostolo. Et si cognouim⁹ xp̄m ſm car ij.Cor.v. nē: sed nūc iam non nouimus. Super mōtes inquit bethel: sup omnem videlicet potestatem ꝛ principatum: super angelos ꝛ archangelos cherubin quoq̄ ꝛ seraphin. Neq̄ enim alij sunt montes domus dei quod sonat bethel: plane in dextera patris vbi iaz nō sit pater maior eo: in dextera altissimi coaltissimū apprehendere concupiscens. Hec enim est vita eterna fratres vt patrem cognoscamus verum deum: sed ꝛ quem misit iesum christum verum nihilominus ꝛ vnum cum eo deum super omnia benedictum in secula. Amen.

¶ De decimo versu. Sermo.x. vnde supra.

Hec nostra est nec noua vobis sed nota oino sententia: in precipuis quibusq̄ partibus nostre fidei: qd non sit/q̄ quid sit: ꝛ scire posse facilius/ꝛ periculosius ignorari: Idem sane ꝛ spei non inconueniēter tribui posse videt̄. Longe enim facilius mēs humana tantorum experta malorū: q̄bus sit caritura q̄ quibus perfruitura comprehendit. ¶ Nempe germana fidei speiq̄ cogna

F tio est: vt quod illa futurū credit: hec sibi incipiat sperare futurum. Merito proinde apostolus fidem/sperandarum rerum sub Hebre.xj stantiam esse diffinit: q̄ videlicet ꝛ non credita nemo sperare: non plus q̄ super inane pingere possit. Dicit ergo fides: parata sunt magna: ꝛ inexcogitabilia bona a deo fidelib⁹ suis: dicit spes mihi illa seruātur: nā tertia quidē charitas curro mihi ait ad illa. Ceterum vt iam memini difficile omnino aut etiam impossibile est illoꝝ qualitatem inuestigare bonoꝝ: nisi cui forte j.Cor.ij. (iuxta illud apostoli: que oculus non vidit: nec auris audiuit: nec in cor hominib⁹ ascēdit: que preparauit deus diligētibus se) reuelauit ipse per spiritum suum. Sane q̄tūlibet perfectus in carne adhuc mortali degens: nisi enim esset hic quedā vt ita dixerim imperfecta perfectio: non diceret apostolus quotquot perfecti sumus idipsum sentiamus: idipsum ꝓfecto qḋ premiserat nō quasi iam acceperim: aut iam perfectus sim: etiam paulus ipse necesse est fateat̄: q̄ nūc cognosco ex parte. Et itē. Ui j.Cor.xiij. dem⁹ nūc ꝑ speculū ꝛ in enigmate: tūc aūt facie ad faciē. Qḋ q̄

G homini interi nosciī capabilius: sane pia ꝛ prouida iculcatiōe amplius cōmēdat̄. Propriū em̄ est afflictoꝝ: vt molestijs eximi summā reputēt felicitatē: ꝛ carere miseria/summā beatitudinē arbitrent̄. Uñ ꝓpheta in psalmo. Cōuertere (inquit) aīa mea in ps.cxiiij requiē tuam: q̄ dominus benefecit tibi: nec vlla tamen collate munera felicitatis enumerat; sed adiungit. Quia eripuit aiam

meã de morte: oculos meos a lachrymis: pedes meos a lapsu. In quibus sane verbis patenter indicat quantā sibi requiem: quātaqꝫ domini bñficia: indicet a tribulationibus ꝛ periculis liberari. Cui pfecto sententie illud quoqꝫ quod de psalmo nonagesimo hodie nobis tractandum est simile inuenit. ¶ Nō accedet ad te malū: et flagellū non appropinquabit tabernaculo tuo. Est autem sensus ipsius quantū nos capimus facilis intelligentia: ad quā forte ex vobis iam aliqui preuolarint. Neqꝫ em̄ tam rudes estis aut spiritualis studij tam expertes: vt non facillime iter vos ꝛ tabernacula vestra: ꝛ rursum inter id quod malum ꝛ flagelum dicit discernatis. Nam ꝛ apostolū sane audistis dicentē: cū iam bonū certamen certasset velocē fore depositionē tabernaculi sui. Sꝫ quid ego iapostoli verba memoro? Quasi vero ignorare possit miles tabernaculum suum: aut docēdus sit exemplo alieno. Uidemus sane nonnullos tabernacula sua in turpissime captiuitatis domicilia commutasse: nec militare in his: sed miserani gerere seruitutē. Immo vero (qđ omnino ridiculū est) sic errāt aliqui: ꝛ in tantā obliuionē ꝛ spiritualem frenesim deuenerunt: vt nihil sese aliud putare ꝙ suum hoc exteri⁹ tabernaculū videant. Quid enim aliđ ꝙ nō modo dei: sed ꝛ sui ignorantiam habent: qui tāꝙ mortui a corde omnē insumunt operam circa carnem / sic intēdētes tabernaculo suo acsi nunꝙ putent esse casurum. Ueruntamē cadat necesse est: atqꝫ id quidem in breui. ¶ An non seipsos nescire videntur qui sic dediti sunt carni ꝛ sanguini acsi omnino nihil aliud ꝙ carnem solum se esse reputent: sic in vano accipientes animas suas: tāꝙ prorsus ignorāt aīas se habere? Si separaueris preciosum a vili (ait dñs) tanꝙ os meū eris: hoc est si sollerter discreueris inter exteriorem interioremqꝫ substantiā: vt nō plus tabernaculo tuo timeas a flagello: ꝙ tibi ipsi a malo. Hoc em̄ malū est vnde dicit. Declina a malo ꝛ fac bonum. Hoc malum quod sua quidem anima / animam priuat: quod separat inter te ꝛ deū vt eo regnāte tanꝙ corpus sine anima: sic sit anima sine deo: plane mortua in semetipsa: instar vnius eorum quos tanꝙ sine deo in hoc seculo fuisse apostolus memorabat. Nec sane dixerim vt vł ipsam odio habeas carnem tuam. Dilige eam tanꝙ tibi datam in adiutorium: ꝛ ad eterne beatitudinis cōsortiū preparatam. Ceterum sic amet anima carnē: vt non ipsa in carnē transisse putet: dicaturqꝫ ei a dño non permanebit spiritus me⁹ in homine: q: caro est. Diligat anima carnem suam: sed multomagis suam ipsius animam seruet. Amet adam euam suam: sꝫ non sic amet vt voci ei⁹ pl⁹ obediat ꝙ diuine. Deniqꝫ ne ipsi quidem expedit sic amari: vt videlicet cui interim caues a flagello paterne correptionis thesaurizes irā eterne damnationis. Genimina viperarum (ait iohanes) quis demōstrauit vos fugere a vētura ira? Facite dignos fructus penitētie. Ac si euidentius loqueretur. Apprehendite disciplinam nequando irascatur dominus: sustinete virgam corripiētē: ne sentiatis malleum cōterentem. Quomodo dicūt nobis carnales homines / crudelis est vita vestra: non parcitis carni vestre? Esto / non parcimus semini. In quo ei magis parcere poteramus? An nō melius est illi renouari ꝛ multiplicari in agro: ꝙ i horreo putrescere? Heu Cōputruerunt iumenta in stercore suo. Sic vos parcitis carni vestre? Simus nos crudeles interim non parcendo: at vos plane parcendo crudeliores. Siquidem etiam nunc caro nostra requiescit in spe: videritis vosipsi quid ignominie interim vestra sustineat: quid miserie eam maneat in futurum. ¶ Nō accedet ad te malum: ꝛ flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo. Ubi duplex est stola et gemina quedam immortalitas commendatur. Unde enim nisi ex separatione anime ꝛ corporis mors procedit? Inde est ꝙ mortuum corpus exanime nominatur. Unde autem separatio hec / nisi ex flagellis presentibus: ex qualibet doloris vehementia: ex ipsius corporis corruptione: ex pena peccati? ¶ Merito timet proinde ꝛ odit flagellum caro nostra: quo nimirū ab ipsius anime tā delectabili honorabiliqꝫ consortio amarū nimis diuortiū patiat. Ceterū interim quidē donec reuocet: velit nolit sustineat illud necesse est. Expedit aūt sic tolerare vt prorsus euadas: ꝛ flagellū deinceps nō appropinquet tabernaculo tuo. ¶ Iam vero vt supra meminim⁹ ꝛ incessanter conuenit meminisse vera aīe vita deus est: ꝛ inter hec ꝙ separat malum: sed malū aīe: qđ nō est aliud ꝙ peccatū. Eya fratres nugari libeat ociositatibus indulgere delectet. Nimirū gemino hoc serpēte vicino: qui duplicē nobis auferāt vitam: alter corporis: alter cordis: ꝛ quidni secure dormiamus: nisi ꝙ de negligentia in grauiori periculo non tam securitatis est ꝙ desperatiōis indicium? Et qdē optandū nobis ab vtroqꝫ liberari: sed cauēdū sane interim pctm̄ ꝙ pcti pena ꝛ eo studio si⁹ a malo ꝙ a flagello declinādū: quo pniciosi⁹ ꝛ oino infelici⁹ sit a deo aīam ꝙ a corpe separari. Sane vbi prorsus de medio factū fuerit oē pctm̄: causa qdem oino sublata: ne ipse ꝙ deinceps manebis effect⁹: vt quō accedere iam ad te malū oino nō poterit: sic nec flagellū quidē valeat appropinquare tabernaculo tuo: ꝙ videlicet tam longe sit ab exteriori hoie quelibet pena / ꝙ longe fuerit culpe ab interiori. Neqꝫ em̄ dicit non erit in te malū: aut flagellū in tabernaculo tuo: sꝫ nō accedet nō appropinquabit. Siquidē est cōsiderare hoies in quib⁹ peccatū non mō habitat sed ꝛ regnat: nec iam proximū magis aut magis intimū posse esse videtur: nisi forte cū sic dominabitur eis: vt nullo modo deinceps valeat nō dominari. Est aūt ꝛ alios inuenire in quibus quidem adhuc manet peccatum sed iam non dominatur aut preualet in eis: euulsum quodammodo: necdū tamen expulsum: deiectum: sed non prorsus eiectum. Constat sane ab initio non fuisse sic sed in parentibus primis ante primam illā mādati preuaricationem non modo non regnasse peccatum sed nec fuisse quidem. Attamen quodammodo iam tunc prope / illis fuisse videtur: quod tam facile persuasum est: quod tam festinanter intrauit. Quid vero aliud admonebat ꝙ ꝛ ipsam ꝙ peccati penam: etsi necdum inesse corporibus iam tamen velut pre foribus esse qui dixit. In quacunqꝫ die comederitis de ligno scientie boni ꝛ mali morte moriemini. ¶ Felix proinde expectatio ꝛ beata spes nostra: quorū tam longe gloriosior futura est resurrectio ꝙ fuerit prima conditio: vt nec culpa omnino nec pena: nec malū scilicet nec flagellū aut regnet aut habitet: aut regnare aut habitare iam possit aliquando in animab⁹ seu in corporibus nostris. Non accedet (inquit) ad te malum: ꝛ flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo. Nēpe nil tam remotum: ꝙ quod adesse vltra non potest. Sed quid agim⁹ fratres? Ureor deprehendi. Nempe horā hāc magnus ille ꝛ cōis abbas noster ꝛ vester nō vacatiōi sermonum sed operi manuū noscitur assignasse. Puto tamen ignoscet facile: presertim non immemor religiose fraudis illius / qua romanus olim trib⁹ annis ei in specu posito pie ministrauit. Hic siquidem vt legimus patris sui oculis furabatur horas: ꝛ quem sibi subripere ad mā ducandū poterat certis diebus benedicto panem ferebat. Et ego qdem nō dubito fratres pluribus qui inter vos sunt: abundantiorē spūaliū delitiarum suppetere copiā: sed quod vobis cōmunico non surripio mihi. ¶ Quinimmo ꝛ securius ꝛ suaui⁹ quicquid illud sit, qđ dñs donat sumo vobiscum: nec em̄ alimonia hec distribuendo minuit: sed poti⁹ augetur ministrando. Uerūtamen ꝙ aliquādo vobis loquimur preter cōsuetudinē ordinis nostri: nō nostra id agim⁹ presumptione: sed de voluntate venerabiliū fratrū ꝛ coabbatū nostrorū qui id⁹ nobis etiā iniungunt quod tñ sibi quidē passim nolunt omnino licere. Nempe aliam mihi rationē ꝛ singularē necessitatē esse nouerūt. Neqꝫ enim modo loquerer vobis: si possem laborare vobiscū. Illud forte vobis efficacius verbū foret sed et conscientie mee magis acceptū. Ceterū quādo id mihi peccatis meis exigentib⁹: ꝛ onerosi huius vt ipsi scitis: tā multiplici infirmitate corporis ꝛ ipsa quoqꝫ tēporis necessitate negat. Utinā dicēs ꝛ nō faciēs in regno dei vel minim⁹ merear inueniri. Amen.

¶ De.xi. versu. Sermo.xj. vnde supra.

Criptū est ꝛ veraciter scriptū: qꝛ misericordie dñi ꝙ consumpti non sumus: ꝙ non tradidit nos in manus inimicorū nostrorū. ¶ Uigilat super nos indefessus ꝛ peruigil ille singularis clemētie oculus: nō dormit neqꝫ dormitat qui custodit israel. Id qdē necesse. Nō em̄ dormit neqꝫ dormitat qui impugnat israel. Et sicut ipse sollicitus nostri et ipsi cura est de nobis: sic ille sollicitus est vt nos mactet ꝛ perdat: ꝛ vna ei cura / ne forte qui auersus est reuertatur. ¶ Nos autem aut non attendimus aut minus attendimus reuerentiā presidētis: protegentis custodiam: beneficia largientis: ingrati gratie: immo tam multiplicibus gratijs quibus preuenit nos et subuenit nobis. Et nunc quidem per seipsum implet splendoribus animas nostras: nunc per angelos visitat: nūc per homines instruit: nūc etiā consolat ꝛ erudit p scripturas. ¶ Quecunqꝫ em̄ scripta: sunt ad nostrā doctrinam scripta sunt: vt per patientiam et consolationē scripturarum spem habeamus. Bene ad doctrinam: vt per patientiam speremus. Siquidem (vt alibi dictum est) doctrina viri per patiētiam noscitur: sed et patientia probationem operatur: probatio vero spem. Quid nos soli nobis non adsumus: quid soli negligimus nosipsos? An ideo dissimulandum nobis / quia vndiqꝫ subuenitur nobis? Immo vero propterea studiosus vigilandum. Neqꝫ enim tam magna pro nobis in celo pariter ꝛ in terra solicitudo geretur: si non magna nobis incumbere necessitas videretur: non tam multiplex nobis custodia: nisi ob multiplices insidias poneretur. Felices proinde fratres nostri qui iam liberati sunt de laqueo venantium: qui de tabernaculis militantium / ad atria quiescentium transierunt: malorum timore sublato: in spe singulariter constituti. Uni istorū immo vniuersitati dicit. Non accedet ad te malū: ꝛ flagellū nō

appropinquabit

Marginalia: H; j. Thi. iiij.; I; Hiere. xv; ps. xxxvi.; Mat. iij.; Iohel. j.; K; Textus.; L; M; Gen. ij.; N; O.; P; Q; R; Rom. xv.; Rom. v.

appropinquabit tabernaculo tuo. Sane ↄsidera nō ad hoīes q̄ ſm carnē viuit ſed ad eū qui in carne degens ſm ſpiritū ambulat: hanc fieri promiſſionem. Siquidem nō ē diſtinguere inter illum ꝛ tabernaculum illius. Confuſa in eo ſunt oīa tanq̄ in ſilo babylonis. Deniq̄ huiuſmodi hō etiā caro eſt: nec in eo ſpiritus manet. Ubi autē non fuerit ſpiritus bonus: quādo deerit malū? Porro vbi malū flagelluz quoq̄ appropinquet neceſſe eſt.

M

Semper eīm malū pena comitatur. ¶ Nō accedet ad te malū ꝛ flagellū nō appropiquabit tabernaculo tuo. Magna ꝑmiſſio: ſed vnde id ſperare licet? Quomodo malum ꝛ flagelluz euadā quomodo effugiam: quomodo elongabo vt nō appropinquent mihi? Quo merito/qua ſapiētia qua virtute?

Textus.

Quoniā angelis ſuis mandauit de te: vt cuſtodiant te in omnibus vijs tuis. In quibus omnibus vijs. Quibus declinas a malo: quibus fugis a ventura ira. Multe ſunt vie/ꝛ genera multarum viarum: magnum profecto periculū viatori. Et facile in multarum occurſu errabit in via ſua: qui viarū diſcretiōe caruerit.

N

¶ Nam neq̄ angelis mandatū: vt in omnibus vijs cuſtodiāt nos: ſed in omnibus vījs noſtris. Sunt aūt a quibus ꝛ in quibꝰ oportea cuſtodiri. Scrutemur proinde vias noſtras fratres: etiā vias demonū: vias quoq̄ beatoꝝ ſpirituū: ꝛ vias domini iueſtigemus: Et quidem ſupra me eſt qđ incipio: ſed adiuuabitis orationibꝰ veſtris vt aperiat mihi theſaurū intelligentie ſue: ꝛ volūtaria oris mei beneplacita faciat ſibi deus. Uie igiť filioꝝ adam in neceſſitate ꝛ cupiditate verſantur. Ab vtraq̄ ſiquidē ducimur ꝛ ab vtraq̄ trahimur niſi ꝙ videmur magis vigeri neceſſitate: trahi cupiditate. Et neceſſitas quidem ſpecialiter corpori tribuenda videtur. Nec ſimplex illa eſt ſed anfractus habēs plurimos: plurimaq̄ diſpēdia: nā cōpendia pauca admodū: ſi qua tamen. Quis hominū neſciat ꝙ neceſſitas hominum reuera q̄ multiplex ſit? Quis ſufficiat q̄ ſit mltiplex explicare? Ipſa nos erudit experiētia: ipſa vexatio dat intellectū. In his quiſq̄ docetꝰ q̄ neceſſe habeat clamare ad dominū: nō de neceſſitate: ſz de neceſſitatibus meis erue me. Nec modo ab hac via neceſſitatis: ſed ab ea quoq̄ que cupiditatis eſt optabit educi: quiſq̄s non ſurda aure monita ſapientis exceperit. Quid enim ille ait? A voluntatibus tuis auertere. Et item. Poſt concupiſcentias tuas non eas.

Eccli xviij.

Siquidem e duobus malis longe melius eſt in neceſſitate gradi: q̄ in cupiditate. Multiplex illa: ſz iſta amplius per omnem modum: immo vltra oēm moduz multiplicior inuenitur. Res cordis eſt iſta cupiditas: propterea tanto maior q̄to anima plus eſt q̄ corpus. Deniq̄ he ſunt vie que videntur hominibus bone: ſed finem non habent: niſi cum demergunt in ꝓfundū inferni. Si inueniſti vias hominū: illud quoq̄ cōſidera

C

ne forte de his dictum ſit. Contritio ꝛ infelicitas in vijs eorū: vt ſit contritio in neceſſitate: infelicitas in cupiditate. Quomō in cupiditate infelicitas: id eſt non felicitas vt putatur. Quid eīm ſi cui forte videť in terrenarū affluētis rerū felicitas arridere cupitur? Eo ipſo infelicior eſt: quo vehementius ipſam pro felicitate amplectiť infelicitatez: aut magis immergiť ei ꝛ abſorbeť ab ea. Ue filijs hominū ab hac felicitate falſa atq̄ fallaci. Ue qui dicit qꝛ diues ſuz ꝛ nullius egeo: cū ſit pauper ꝛ nudus ꝛ miſer ꝛ miſerabilis. Et neceſſitas quidē ex infirmitate carnis cupiditas ex cordis inedia ꝛ obliuione procedit. Idcirco alienū mēdicat anima: ꝙ oblita ſit comedere panē ſuū: ꝓpterea terrenis inhiat: ꝙ minime celeſtia meditetur.

D

¶ Uideamus et demonū vias. Uideamꝰ ꝛ caueamus: videamus ꝛ fugiamus eas. Siquidē vie illoꝝ preſumptio ꝛ obſtinatio. Scire vultis vnde id ſciā? Cōſiderate eorum principē: qualis ille eſt/ tales ꝛ domeſtici eiꝰ. Conſiderate viarum ipſius principia: ſi non manifeſte in immaniſſimā ſtatim preſumptionez proſilierit dicens. Sedebo in monte teſtamenti in lateribus aquilonis: ſimilis ero altiſſimo.

Eſa. xiiij.

O temeraria: quāq̄ horrēda p̄ſumptio. Nūquid nō ſic ceciderunt omnes qui operantur iniquitatez: expulſi ſunt nec potuerunt ſtare? Propter preſumptionem ſtare non potuerunt: propter obſtinationē qui cecidit nō adijciet vt reſurgat. Ex hac namq̄ ſpiritus vadens: ex illa non rediens eſt. Et mira quidem preſumptio demonum: ſed non minus mira obſtinatio eſt: ꝙ ſuperbia eoꝝ ſemper aſcendit propterea nō eſt illis cōmutatio. Quia enim conuerti noluerunt a via preſumptiōis inciderunt in viam obſtinationis. Quā peruerſo/ euerſo ſunt corde filij hominum quicunq̄ ſectantur veſtigia demonū/ ingrediūtur demonū vias. Hec eīm tota aduerſum nos ſpiritualium colluctatio nequitiarū eſt: vt nos ſeducāt/ vt nos inducāt in vias ſuas/ vt deducant in eis perducant ad deſtinatum finem q̄ paratus eſt eis. Fuge homo preſumptionem: ne gaudeat de te inimicus tuus. Nempe in his maxime vitijs gaudet: in ſeipſo expertus q̄ difficile poſſis ab hac tāta voragine reſpirare.

E

¶ Nolo autem ignorare vos fratres quomam mō deſcēdať/ immo cadatur in illas. Primus enim vt interim occurrit gradus deſcenſionis huius/ diſſimulatio eſt propꝛie īfirmitatis/ iniquitatis/ inutilitatis. Dum ſibi parcens ſibi blandiens/ ſibi perſuadens homo aliquid ſe eſſe cū nihil ſit/ iam ipſe ſe ſeducit. Secundus gradus: ignorātia ſui. Ubi eīm in primo gradu inutilia ſibi conſueuerit perizomata folioꝝ: quid ſupereſt niſi vt vulnera tecta non videat/ preſertim cū ad hoc ſolum texerit ne videret? Et hoc tandem fit vt etiā alio reuelante/ vulnera non eſſe contendat: conuerſus in verba malicie ad excuſandas excuſatiōes in peccatis. Atq̄ is quidem tertius gradus eſt admodū vicinus immo cōtiguus preſumptioni. Quid enim mali iam actitare vereatur qui preſumit ꝛ defenſare? Ceterū difficile hic herebit in tenebris ꝛ lubrico: preſertim cū nō deſit etiā angelus dñi malus perſequēs ꝛ impellēs. Itaq̄ quartus gradus vel quartum

F

potius precipitiū cōtēptus eſt: vt queadmodū ſcriptura dicit. Impius cū venerit in profundum maloꝝ contemnat.

Pro. xviij.

Et hoc ꝛ deinceps magis ac magis ſuper eū viget puteus os ſuū: duz vez eiuſmodi aīam contemptus tradit impenitētie: impenitentia obſtinatione firmať. Hoc iam peccatū: quod neq̄ in hoc ſeculo neq̄ in futuro remittitur: quia cor durum ꝛ induratū nec timet deum: nec hominem reueretur. Qui ſic in omnibus vijs ſuis adheret diabolo: manifeſte factus eſt vnus ſpiritus cum eo. Et vie quidem hominum quas ſuperius demonſtrauimus ipſe ſunt: de quibus dicitur. Temptatio vos nō apprehēdat niſi humana: ꝛ qꝛ humanū eſt peccare.

j. Coꝛ. x.

Porro vias dyabolicas a natura hoīs alienas eſſe q̄s neſciat: niſi ꝙ in nonnullis ipſa ſibi conſuetudo induiſſe naturam videatur? Ceterum etſi quorundā hoīm ſit: nō humanuz tamen ſed diabolicum eſt in malo perſeuerare.

G

¶ Que vero ſunt ſanctorum angelorum vie? Profecto ille quas vnigenitus enarrauit dicens. Uidebitis angelos aſcendentes ꝛ deſcendentes ſuper filium hominis.

Joh. j.

Aſcenſio igitur ꝛ deſcenſio vie illoꝝ. Aſcenſio ꝓpter ſe/ deſcenſio vel potius condeſcenſio ꝓpter nos. Sic beati illi ſpiritus aſcēdunt per contemplationem dei: deſcēdunt per compaſſionē tui vt cuſtodiāt te in omnibus vijs tuis. Aſcendunt ad vultum eius deſcendunt ad nutum eius: qm̄ angelis ſuis mandauit de te. Nec tñ vel deſcendendo viſione glorie fraudenť: qꝛ ſemper vident faciem patris.

H

¶ Puto ꝛ vias dñi vultis audire. Multum preſumere videor ſi me illas promiſero oſtēſurum. Legi aūt de ipſo: qm̄ docebit nos vias ſuas. Cui enim alteri crederet? Docuit itaq̄ vias ſuas: cuz aperuit labia prophete vt diceret. Uniuerſe vie dñi miſericordia ꝛ veritas.

Pſ. xxiiij. Ubi. s.

Ita ad ſingulos: ita ad omnes communiter venit: in miſericordia ſcilicet ꝛ veritate. Ubi enim multa iam fuerit de miſeratione preſumptio: ſed obliuio veritatis: nō cōtinuo vbi deus. Sed neq̄ vbi terror multus et recordatiōe veritatis: nulla aūt de memoria miē cōſolatio. Nā neq̄ veritatem tenet qui miſericordiā vbi vere eſt non agnoſcit: nec vera eſſe ſine veritate mia poteſt. Itaq̄ vbi miſericordia ꝛ veritas obuiauerit ſibi: ſeſe etiā iuſticia ꝛ pax oſculanť: nec is abeſſe poteſt cuius in pace factus eſt locus. Quāta audiuimus ꝛ cognouimus ſiquidē patres noſtri annunciauerunt ſuper hac copulata felici miſericordie ꝛ veritatis. Miſericordia tua ꝛ veritas tua ſuſceperūt me: ait propheta. Et alio loco

Pſ. lxviij. pſ. xxv.

Mia tua (inq̄t) añ oculos meos eſt: ꝛ complacui ī veritate tua: ſed ꝛ dñs ipſe de eo. Ueritas mea ꝛ mia mea cū ipſo.

I

¶ Sz cōſidera etiā manifeſtos aduētus dñi queadmodū ſcz ī eo quidē q̄ iam preſumptus eſt miſericordem teneas ſaluatorem. Porro in eo qui in fine promiſſus eſt: veracem ſuſtineas retributorē. Nā ꝛ hinc forte videbitur dictuz: qꝛ miſericordiā ꝛ veritatē diligit deus: gratiā ꝛ gloriā dabit dñs. Quāuis ꝛ in priore q̄z aduentu recordatus ſit miſericordie ſue ꝛ veritatis ſue domui iſrael ꝛ in poſteriori licet iudicaturus ſit orbem terre in equitate/ et populos in veritate ſua: nō tamen futurū iudicium ſit ſine mia niſi forte ei qui non fecerit miam. Hec ſunt etenim eternitatis itinera: de quibus apud ꝓphetā ſic habes. Incuruati ſunt colles mūdi: ab itineribus eternitatis eius.

Abac. iij.

Ad manū eſt vnde id facillime probare poſſim. Siquidez mia dñi ab eterno ꝛ vſq̄ in eternū. Et veritas dñi manet ineternū. Ab his itineribꝰ incuruati ſunt colles mundi: ſuperbi demones: principes mūdi huiꝰ tenebrarū harū: qui viā veritatis ꝛ miſericordie neſcierūt: neq̄ meminerūt ſemitarū eius. Quid illi ꝛ veritati: qui mēdax eſt ꝛ pater eius? Deniq̄ habes manifeſte de eo ſcriptū: qm̄ in veritate nō ſtetit.

Joh. viij.

Quā vo lōge fuerit a mia: etiā īflicta nobis ab illo miſeria noſtra teſtať. Qñ ille vnq̄ miſericors fuit q̄ homicida ab initio erat?

K

¶ Poſtremo q̄ ſibi nequā cui bonꝰ? Quā nequiſſimus ille ſibi qui nūq̄ ſup propria iniquitate dolet/ nunq̄ ſup ꝓpria dānatiōe cōpungiť? Nimirū falſa p̄ſumptio a via veritatis extruſit: crudelis obſtinatio viā mie intercluſit. Inde eīm nec in ſe vnq̄ aſſeq̄ nec a dño miam cōſeq̄ pōt. In hūc ergo modū tumidi illi colles icuruati ſunt ab itineribꝰ eternitatis: dū a vijs dñi q̄ q̄dē recte ſūt ꝑ anfractꝰ ſuos: ꝛ diſtorta nō tā itinera q̄ precipitia corruerūt. Quā vero prudētius atq̄ vtilius alij quidē colles ab his itineribꝰ incuruati ꝛ humiliati ſunt ad ſaluteʒ.

Non enim incuruati ab his tanq̄ ab eorū rectitudine dissidentes sed q̄ ipsa eos incuruauerunt itinera eternitatis. An non incuruatos iā cernere est colles mundi: dum sublimes quiq̄ ac potentes deuota subiectione inclinātur ad dominū: ⁊ eius vestigia adorant: Nunquid nō incuruant cum ab ipsa sua perniciosa celsitudine vanitatis ⁊ crudelitatis/ad humiles semitas cōuertuntur misericordie ⁊ veritatis? ¶ Ad istas nimirum domini vias nō modo bonorum spirituum: sed etiā electorum vie hominū dirigūtur. Et primus quidem gradus misero homini emergenti de profundo vitiorū illa est misericordia: qua miseretur filio matris sue miseretur aie sue perinde placens deo. Imitatur enim q̄ huiusmodi est magnū illud diuine miseratiōis opus: cōpassus cū eo qui prior ꝓ eo punctus est moriens: ⁊ ipse quodammodo ꝓ salute sua: nec parcens sibimetipsi. Hec miseratio prima recipit redeuntem ad cor: ⁊ hec intra ipsa viscerū actitatur archana. Superest vt via regia ꝑgrediatur ⁊ ꝓcedat vsq̄ ad veritatem: ⁊ quod sepissime commendamus vobis: cordis contritionem oris cōfessio comitet. Corde enim creditur ad iusticiā: ore aūt confessio fit ad salutem. Cōuersus ad cor paruulus fiat in oculis suis necesse est: sicut veritas ait. Nisi conuersi fueritis ⁊ efficiamini sicut paruulus iste: non intrabitis in regnum celorum. Non ergo velit dissimulare quod non valet nescire/ q̄ ad nihilū redact⁹ sit. Nō ꝯfundat in lucem ꝓdere veritatis: q̄d non sine miseratiōis affectu viderit in occulto. ¶ Sic ingredit homo misericordie vias ⁊ veritatis: vias vtiq̄ dn̄i: vias vite: et fructus viarū: salus est viatoris. Vias quoq̄ angelorum ad easdem nihilominus tendere manifestū est. Cum enim ascendunt ad contemplationem inquirunt veritatem de qua ⁊ desiderando satiantur: ⁊ satiando desiderant. Cū vero descendunt: faciūt nobiscum misericordiam: vt custodiant nos in omnib⁹ vijs nostris. Administratorij enī spiritus sunt missi in ministerium propter nos. Plane ministri nostri: non domini nostri. Et in hoc vnigeniti formam imitantur: qui non venit ministrari sed ministrare: qui stetit inter discipulos tanq̄ qui ministrat. Fructus angelicarum viarū quod ad ipsos spectat: sua ipsorum beatitudo ⁊ obedientia charitatis: quod autem ad nos pertinet/inde quidē obtent⁹ diuine gratie: hic vero custodia vie nostre. ¶ Siquidem angelis suis mādauit de te vt custodiant te in omnib⁹ indigētijs tuis/in omnibus desiderijs tuis. Alioquin facile est tibi incurrere vias mortis: vt videlicet aut de necessitate in obstinationem: aut in presumptionem de cupiditate prorumpas: que quidem iam nō hominum sed demonū vie sunt. In quo enī iam facile inueniri solent homines obstinati: q̄ in eo q̄ aut ad necessitatē pertinere simulant/aut arbitrantur. Quicquid moneas (ait ille) ego quod possū/possum: ⁊ non vltra possum. Tu si hic sis: aliter sentias. Unde vero in presumptionem: nisi ex quodam impetu vehementioris desiderij prosilimus? Interim ergo mādauit angelis suis deus: nō quidē vt amoueāt te a vijs tuis: sed vt in eis ipsis te custodiant: ⁊ quasi per vias suas: vias tuas dirigāt in vias ipsius. Quonam mō inq̄s? Nēpe vt quod angelus ex sola charitate purius agit: tu propria saltē necessitate compulsus ⁊ admonitus: descendas ⁊ condescendas exhibere proximo misericordiam: ⁊ rursum cum eodem angelo leuās desideria tua tota animi cupiditate ascendere studeas ad summā ⁊ perpetuam veritatem. Hinc enī monemur leuare corda nostra cum manibus: hinc audimus quotidie sursum corda. Hinc quoq̄ negligentes arguimur: ⁊ dicitur nobis. Filij hominum vsq̄quo graui corde: vt quid diligitis vanitatem ⁊ queritis mendacium? Exoneratum enim cor ⁊ leue/leuatur magis: vt querat ⁊ diligat veritatem. Nec mireris q̄ in vias domini secum nos admittere immo ⁊ immittere non dedignentur: qui custodire dignantur in nostris. Et felicius tamen in eis ipsi ambulant: quāq̄ securius. Ceterum ⁊ ipsi quoq̄ longe inferius ab eo qui veritas ipsa ⁊ ipsa misericordia est: in misericordia ⁊ veritate versantur: Et vero congruis suis queq̄ gradibus: sibiq̄ competentibus: disposuit deus. ¶ Summā rerū tenet ipse qui summus est: ipse supra quem nihil est: vltra quem nihil. Porro angelos sanctos non in summo quidem posuit sed in tuto: quippe ei qui in summo stat vicinius adherentes: ac perinde confirmatos virtute ex alto. Nam homines quidem nec in summo: nec in tuto sunt: sꝫ in cauto. Deniq̄ ⁊ in solido sunt id est in terra habentes locum imum: sed non infimum: vnde ⁊ possibile ⁊ necesse sit vt sibi caueant. Demones autem in pēdulo huius aeris vagi ventosiq̄ vagantur. Indigni siquidem celos conscendere: ad terram tamen descendere dedignantur. Et hodie quidem ista sufficiāt: atq̄ vtinam eiusdem ipsius munere sufficientes ei gratias referre valeamus ex quo ⁊ sufficientia nostra est. Non enim sufficiētes sumus vel cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis: nisi ipse dederit nobis qui dat oībus affluenter: ⁊ est super omnia benedictus in secula seculorum Amen.

Rom.x. Matth. xviij. Hebre.j. Mat.xx. Ps.iiij.

¶ De.xj. versu. Sermo.xiij. vnde supra

SI meministis hesterno sermone vias demonum presumptionem diximus ⁊ obstinationem: nec tacuimus quare id diceremus. Possumus tamen si necessarium iudicatis vias eorum/via adhuc alia inuestigare. Nam ⁊ si omnimodis eas occultare laborent multipliciter eos prodit spiritussanctus: multipliciter in scripturis sanctis declarat semitas iniquorꝫ. Legimus siquidem de eis omnibus quoniam in circuitu impij ambulāt. Legimus de eorum principe: quoniā circuit querens quem deuoret. Qd̄ ⁊ ipse fateri cogitur in presentia maiestatis: vt inter filios dei astans ⁊ vnde veniat requisitus. Circuiui (ait) terram ⁊ perambulaui eam. Dicamus itaq̄ vias eius circuitionem ⁊ circumuentionem. Ista enim ad nos illa vtitur in seipso. Semper ille extollit: sed deijcitur semper: superbia eius ascendit semper: semper humiliatur. ¶ Nunquid non circuitus iste? Qui enim in circuitu ambulat proficiscitur quidem: sed proficit nihil. Ue homini qui sequitur hunc circuitum: qui nunquam a propria voluntate recedit: si conaris auellere: paululum sequi videbitur: sed in dolo. Circuitus est: aliunde reditum parat non ab ea penitus abducetur. Satagit vndiq̄: vndiq̄ fugitat: heret tamen semꝑ ꝓprie voluntati. Uerūtn̄ si mala est circuitio propria: longe equidem peior circūuentio aliena. Ea siquidem vel maxime diabolum facit. Sed quo fratres vt miserū hominem circūueniat: superbissimus ille descendit: Uide circuitum impij etiā in hoc ipso. Oculi eius omne sublime vident: attamē ima quoq̄ ipsa curiose vestigat: sed vt magis ascendat vt vehemētius intumescat: ⁊ dū conculcauerit humilē sibi videat ipse sublimior: sicut scriptū est. Dū superbit impius: incēdit pauper. Et peruerse ascēdētes ⁊ descēdētes angelos bonos/angelus malus emulatur. Ascēdit studio vanitatis: descendit liuore malignitatis. Cuius mendax ascensio: eius crudelis descensio est expers ille (vt heri diximus) misericordie ⁊ veritatis. Ceterum si descendūt maligni vt circūueniāt: gratias ei cuius mādato descēdunt: ⁊ benigni angeli vt subueniāt nobis/vt custodiant nos in omnibus vijs nostris. Nec hoc solum: sed in manib⁹ inquit portabunt te: ne vnq̄ offendas ad lapidem pedē tuū. Et ta nobis fratres in huius scripture verbis: ⁊ eruditio ⁊ admonitio ⁊ consolatio exhibet? Quis in omnibus psalmis tam magnifice pusillanimes consolatur/negligentes admonet: erudit ignorantes? Unde id quoq̄ fidelib⁹ suis ꝓuidentia voluit diuina prestare/vt in ore ipsorū/versiculi psalmi huius hec maxime quadragesimali tēpore versarētur. Nec aliūde q̄ ex ipsius vsurpatione diaboli sumpta videt occasio: vt in hoc quoq̄ nequissim⁹ ille seruus filijs seruiat vel inuitus. Quid enī tam molestū ei: q̄d nobis esse potest tam iocūdū q̄ vt etiā malū ei⁹ nobis cooperet in bonū? Angelis suis mandauit de te: vt custodiāt te in omnib⁹ vijs tuis. ¶ Confiteant dn̄o misericordie ei⁹ et mirabilia eius filijs hominū. Confiteant et dicant inter gētes qm̄ magnificauit dn̄s facere cū eis. Dn̄e quid est homo q̄ innotuisti ei: aut quid apponis erga eum cor tuū? Apponis cor erga eū: geris pro eo sollicitudinē: curā illius habes. Deniq̄ et mittis vnigenitū tuū/immittis spiritū tuū/ ꝓmittis etiā vultum tuū. Et ne qd̄ in celestib⁹ vacet ab opera sollicitudinis nostre beatos illos spūs propter nos mittis in ministerium: custodie nr̄e deputas nostros iubes fieri pedagogos. Parū est enī q̄ facis angelos tuos spūs: facis ⁊ angelos paruulorꝫ. Deniq̄ angeli eorū semꝑ vidēt faciem patris. Illos vtiq̄ tā felices ⁊ tuos ad nos: ⁊ nostros ad te āgelos facis. ¶ Angelis suis mādauit de te. Mira dignatio: ⁊ vere magna dilectio charitatis. Quis enim/quibus/de quo/quid mandauit? Studiose consideremus fratres: diligenter commendemus memorie hoc tam grande mandatum. Quis enī mandauit/cuius sunt angeli cuius mandatis obtemperāt: cuius obediunt voluntati? Nempe angelis suis mādauit de te: vt custodiāt te i oib⁹ vijs tuis nec cūctant etiā in manibus tollant te. Sūma ergo maiestas mādauit angelis: ⁊ āgelis suis mādauit. Illis vtiq̄ sublimibus: tā beatis tam ꝓximis sibi coherētib⁹: tā familiariter adherentibus: ⁊ vere domesticis dei. Mandauit de te. Tu quis es: Dn̄e quid est homo q̄ memor es eius aut fili⁹ hoīs qm̄ reputas eū: quasi vero nō sit homo putredo: ⁊ filius hominis vermis. Sꝫ qd̄ putas mandauit de te? Nunqd̄ scripsit contra te amaritudines? Nunquid vt contra foliū q̄d vento rapit ostendāt potentiā suā et stipulā siccā persequant? Nunqd̄ vt tollāt impium ne videat gloriā dei? Mandādū istud est: non mādatum: non recedas ab adiutorio altissimi in protectione dei celi commorare: ne de te illud quandoq̄ mandetur. Quē enim protexerit deus celi: non de eo illud mandabitur: sed pro eo. Et q̄ interim non mandat pro eo differt: vt sint omnia propter electos. Deniq̄ parētibus ire seruis ⁊ continuo superseminata colligere zizania cupientibus: prouidus pater familias: sinite (inquit) vsq̄ ad messem/ne forte

Ps.xj. j.Pe.v. Job.j. Psalm. cxxxvij. Ps.viij. Matthei xviij. Mat.xiij.

forte eradicetis simul ꝛ triticū. Quō igit̄ tādiu conseruabitur interea. Hoc plane/hoc opus presens/hoc mādatū temporis

A

huius. ¶ Itaqꝫ angelis suis mādauit de te:vt custodiāt te. O triticum iter zizania: o granū inter paleas: o liliū inter spinas. Gratias ei frēs gratias ei ꝛ ꝑ nobis pariter ꝛ ꝑ vobis. Preciosum depositū nobis commiserat: fructum crucis sue precium sanguinis sui. Non est contētus custodia hac tam parum tuta/tam parum vtili/tā fragili/tam insufficiēti. Super muros tuos hierusalem constituit custodes. Nempe etiaꝫ ipsi qui videntur muri aut in muro ipso colūne: his custodibus egent ꝛ maxime. Angelis suis mandauit de te:vt custodiant te in omnibus vijs tuis. Quantam tibi debet hoc verbū inferre reuerentiā/afferre deuotionem/conferre fiduciā. Reuerētiā pro presentia/deuotionem pro beniuolentia/fiduciā pro custodia. Caute ambula: vt videlicet cui assunt angeli: sicut eis mandatū est: in omnib⁹ vijs tuis. In quouis diuersorio/in quouis angulo/angelo tuo reuerentiā habe. Tu ne audeas illo presente: quod vidente me non auderes. An presentē esse dubitas quē non vides? Quid si audires/quid si tangeres/quid si olfaceres? Uide qr non solo visu rerū presentia cōprobet. Nō omnia visui subiacent: nec corporalia quideꝫ. Quātomagis spiritualia ꝓcul sunt ab oī sensu corporeo: ꝛ spiritaliter potius vestiganda? Si fidem cōsulas

Hebre.i.

ea tibi angelicam ꝓbat presentiā nō deesse. Nec dixisse piget: quoniam fides ꝓbat: quā nimirū apostol⁹ argumentū non apparentiū esse diffinit: Adsunt igit̄ ꝛ assunt tibi/non modo tecū sed etiā pro te. Adsunt vt protegant: adsunt vt prosint? Quid retribues dn̄o pro omnibus que retribuit tibi? Siquidem soli

Jacobi.i

ei honor ꝛ gloria. Quare ei soli? qr ipe mandauit: ꝛ omne datū optimū non nisi ab illo est. Ueruntamen et si ille mandauit: ipsis quoqꝫ qui et ei ex tanta charitate obediunt ꝛ nobis subueniunt in tāta necessitate: ingratos esse nō licet. Simus ergo deuoti: sim⁹ grati tātis custodib⁹/redamem⁹ eos/honorem⁹ eos q̄ntū possum⁹/q̄ntū debemus. Totus tamen ei reddatur ꝛ amor ꝛ honor noster: a quo tam ipsis q̄ꝫ nobis est totum vn̄ honorare possumus vel amare: vnde amari honorari ve meremur. Neqꝫ

i.Thi.i.

enim apostol⁹ vbi ait: soli deo honor ꝛ gloria: ꝓphetico credendus est obuiare s̄moni qui sibi etiā amicos dei nimis honorificatos esse testatur. Puto aūt simile esse illud verbū apostoli ei

Ps.lx.
Ro.xiij

quod item ait. Nemini quicq̄ꝫ debeatis nisi vt inuicē diligatis Siquidē nō hoc voluit: vt alia quelibet debita negarētur: presertim cū idem ipse dicat: cui honorē: honorē ꝛc̄. in hunc modū

Abi.s.

Ut ergo plenius intelligas quid in vtrisqꝫ senserit/quidve monuerit: vide quemadmodum inter radios solis minora q̄libet luminaria non videntur. Aliquid amota mō sidera arbitramur nunq̄d extincta? Minime quidē: sed ampliori claritate quodā̄

B

modo tecta: interim apparere nō posse. ¶ Sic ergo dilectio illa queuis debita superans quasi sola regnare debet in nobis: vt quicquid debetur ceteris sibi vendicet/ꝛ ex dilectione omnia faciamus. Sic diuinus ꝑ reualere dꝫ honor ꝛ quodammodo ꝑiudicare vniuersis: vt solus ipse nō mō pre oib⁹ sꝫ in omnibus honoretur. Idipsum sane putes dictum etiam de amore. Quid enim extra ipsum reliquit ceteris: qui totum cor/totam animā/totam virtutem/dn̄o deo suo in dilectione donauit? In ipso itaqꝫ fratres affectuose diligam⁹ angelos eius tanq̄ꝫ futuros aliquando coheredes nostros: interim vero actores et tutores a patre positos: ꝛ ꝑpositos nobis. Nunc eñ filij dei sumus: et si nondū appareat q̄d erimus: eo q̄ adhuc paruuli sub tutoribus et actoribus simus tanq̄ꝫ nihil: interim differentes a seruis. Ceterū et si tam paruuli sumus et tam magna nobis: nec mō tam magna: sed ꝛ tā periculosa via restat: quid tamen sub tantis custodibus timeamus? Nec superari nec seduci: minus autē seducere possunt qui custodiūt nos in omnib⁹ vijs nostris. Fideles sunt/prudētes sunt/potentes sunt/q̄d trepidamus? Tm̄ sequamur eos/adhereamus eis/ꝛ in protectiōe dei celi commoremur. Uide enim q̄ꝫ necessaria sit ista ꝓtectio: ista custodia in vijs tuis. In manibus (inq̄t) portabūt te: ne vnq̄ꝫ offendas ad lapidē pedē tuū. Parū tibi videt̄ q̄ nō sit lapis offen

Textus.

siōis in via. Cōsidera q̄ sequunt̄ Sup aspidē ꝛ basiliscū ambulabis: ꝛ cōculcabis leoneꝫ ꝛ draconem. Quā necessari⁹ pedagogus immo etiā baiulus: presertim paruulo inter hec gradienti. In manibus (inquit) portabūt te. In tuis quidē vijs custodient te ꝛ deducent paruulum qua potest paruul⁹ ambulare. Ceterum nō te patientur tentari supra q̄ꝫ sustinere potes: sed in manibus tollent vt pertrāseas offendiculum. Quā facile transit qui illis portatur manibus: q̄ꝫ suauiter (iuxta vulgare prouerbium) natat: cuius alter sustinet mentum. Quotiens ergo grauissima cernitur vrgere tentatio: ꝛ tribulatio vehemens imminere: inuoca custodem tuum/ductorem tuum/adiutorem tuum/in oportunitatibus/in tribulatione. Inclama eum et dic. Domine salua nos/perimus. Non dormit neqꝫ dormitat: et si ad tempus quandoqꝫ dissimulet: ne forte periculosi⁹ ab illius te manibus ipse precipites: si te eis ignoraueris sustentatum. Spirituales enim sunt manus iste: et auxilia vtiqꝫ spiritualia: que singulis electorum pro cuiusqꝫ discriminis modo et obiecte difficultatis tāq̄ꝫ lapidee molis q̄ntitate: ab his qui sibi deputati sūt angelis spiritualiter ꝛ multipliciter exhibent̄. Dico ergo tamē aliqua ex his que communia magis arbitror/ꝛ paucis qui iter vos sunt inexperta. Turbatur aliquis vehementer seu corporali quouis incommodo: seu tribulatione aliqua seculari seu accidia spiritus: et quadam animi defectione languescens. Iam tentari incipit supra q̄ꝫ valeat sustinere: iā impinguet ꝛ offendet i lapidē: si nō fuerit q̄ subueniat. Quis vero est lapis iste? Ego illum intelligo lapidē offensiōis ꝛ petrā scādali in quam si offenderit quis collidetur: super quam vero ceciderit conteret eum. Lapidē vtiqꝫ angularem/electum preciosuꝫ q̄ est dominus christus. In hūc lapidem offendere est murmurare aduersus eum/scandalizari a pusillanimitate spirit⁹ ꝛ tēpestate. Itaqꝫ opus illi est angelica ope: angelica cōsolatione: angelicis manibus: qui iam defecit: iam propemodum offendit

C

in lapidem. ¶ Et vero offendit in lapidem qui murmurat ꝛ blasphemat: seipsū collidens: nō eum in quem furibundus impingit. Arbitror sane velut duabus quibusdam manibus eiusmodi hoies interdū ab angelis supportari: vt quodammodo nō sentientes transeant qd̄ tantopere formidabant: nec parū mirētur postmodum tam super posteriori facilitate: q̄ꝫ super difficultate priori. ¶ Uultis scire quas intelligā duas man⁹? Dupli

D

cem vtiqꝫ demonstrationem: dum videlicet hinc quidem tribulationis breuitas: inde eternitas retributionis ostenditur aut magis pingitur vel imprimitur cordi vt intimo affectu sentiat: quoniam momentaneum hoc ꝛ leue tribulationis nostre supra modum in sublimitate: eternū pondus glorie/operat̄ in nobis. Quis vero istas tā bonas per bonos non credat fieri: cum certū sit q̄ ecōtrario male vtiqꝫ fiant immissiones per angelos malos? Habetote familiares angelos fratres mei: frequētate eos sedula cogitatione ꝛ deuota oratione q̄ semper vobis adsunt ad custodiā ꝛ cōsolationem.

¶ De.xij.versu. Sermo.xiij. vnde supra.

Possumus hunc versum qui in manibus est videlicet. In manibus portabunt te ꝛc̄. non modo de presenti consolatiōe dictum accipe sed etiam de futura. Nēpe custodiunt nos in vijs nostris angeli sancti: sed via finita (quod est vtiqꝫ vita finita) in manibus tollūt. Nec eñ desunt nobis testes fideles. Proxime lectū est nobis de beatissimo patre nostro vere per omnia benedicto q̄ dum intentā oculorum aciem in splendore choruscē lucis habere videret̄: vidit germani animam capuani episcopi in sphera ignea ab angelis in celū deferri. Sed quid huiusmodi testimonia requirimus? Ipsa in euangelio veritas de mendico ꝛ vlceroso ait: q̄m portatus est ab angelis in sinuꝫ abrahe. Neqꝫ eñ in illa tam noua nobis tamqꝫ incognita regione ambulare ipsi possemus: presertim cum tantus sit lapis in via. Quis lapis? Qui in lapidibus olim consueuerat adorari: qui lapides obtulit domino dicēs. Dic vt lapides isti panes fiant. ¶ Porro pes

Mat.iiij.
E

tuus: affectio tua/pes anime quam in manibus angeli portant ne offendat ad lapidem tuum. Quomodo enim non vehementissime turbaret̄ anima si sola hinc egrederetur: si illas sine cōsolatione ingrederetur vias: si inter illos lapides suis pedib⁹ graderetur? Etenim vero manifestius audi q̄ꝫ necesse habeas

Textus

portari in manibus alienis: nec alijs q̄ꝫ angelicis tamen. Super aspidem ꝛ basiliscum ambulabis: ꝛ conculcabis leonem et draconem. Quid inter hec faceret pes humanus? Quid humane affectiōis inter tā terribilia monstra constaret? Nempe neqꝫ tie spiritales sunt: ꝛ quidem non incongruis appellationibus designate. Siquidē ꝛ de his dictū qd̄ nequaq̄ꝫ vobis excidisse reor. Cadent a latere tuo mille ꝛ decem milia a dextris tuis Quis vero scire potest an diuise sint inter eos operatiōes malicie/ministeria iniquitatis: vt ex diuersis officijs quin potius maleficijs: vocabula quoqꝫ diuersa sortiri nominētur. Alius si quidem aspis: alius vero basiliscus: alius autem leo: ꝛ alius q̄dem draco: q̄ videlicet suo quidem inuisibili modo varie quoqꝫ noceant: q̄si alius morsu/alius quoqꝫ visu/alius autez rugitu vel ictu: ali⁹ quidem flatu? Legi etiam de quodam gene-

Mat.xvij

re demoniorum: quod non ejciatur nisi in orationibus et ieiunijs. Nihil potuerat namqꝫ verbum apostolice increpationis ad illud. Quomodo non illud aspis erat: illa vtiqꝫ de psal-

Ps.lvij

mo aspis surda ꝛ obturans aures ne vocē audiat incantantis? Uis non terreri a tam terrifico mōstro: vis secur⁹ post mortem ambulare super aspidem istam? Caue ne interim post eam ambules: caue ne imiteris: ꝛ non erit quod paueas in futuro. Eiꝰ vero vitium est/cui reor eiusmodi spiritum dominari: ꝛ si vultis scire: ipsa ē circuitio a qua vobis hesterno sermone monui

mus esse cauendum. Ipsa obstinatio est: aduersus quã pridie loquebantur. Nec enim piget quotiens daẽ occasio ab hac tã graui peste premunire vos vt eam omnimodis fugiatis: q hec quidem sit summa quedã religionis subuersio: ⁊ vere iuxta testimonium legislatoris venenũ aspidũ insanabile. ¶ Dicitẽ aspis hinc alteram aurem q̃ pressius potest terre infigere: inde vero alterã caude immissione nihilominus obturare ne audiat Quid ad hec incantantis vox: quid sermo faciet predicantis? Orabo pro eo: humiliabo in ieiunio animam meam: baptizabor pro mortuo: vberrimo quodam profluuio lachrymarum: apud quem viderim nihil humane incantationis quãlibet sapiẽtiaz nihil q̃tumcunq; admonitiõis industriã preualere. Nouerit tñ vir pertinax non celo sese sed solo infigere caput: q sapientia q̃ desursuz est: non modo pudica: sed ⁊ pacifica sit: hec autem magis vt ita dicam aspidica nisi terrena esse non potest. Sed nec adeo obsurdesceret nisi cauda quoq; obturaret auditum Que est hec cauda? Finis intentionis humane. Hec surditas desperata: dum hinc quidem velut terre infixus proprie quisq; inheret voluntati: inde velut reflectens caudã/ finem aliquem meditaẽ ⁊ ifigit animo quod desiderat adipisci. Nolite obsecro fratres nolite obturare aures: nolite aliqñ obdurare corda vestra. Inde eniz tam mordax ⁊ amarus sermo inuenitur in ore hominis obstinati: q nulla ad eum penetrare queat beniuolentia monitoris. Inde aspidi virus in lingue aculeo perseuerat q aduersus linguam incantatoris tanto se studio obturarit. ¶ At basiliscus (vt aiunt) venenum in oculo gerit: pessimũ animal: ⁊ pre omnibus execrabile. Nosse cupis oculum venenatum/ oculum nequam/ oculum fascinantem: Inuidiam cogitato. Quid vero inuidere: nisi malũ videre est? Si non esset ille basiliscus nunq̃ per eius inuidiã mors intrasset in orbẽ terrarũ. Ve homini misero: q inuidũ non preuidit. Superemus ⁊ vitium hoc dum adhuc viuimus si post mortem volumus ministruz tante nequitie nõ timere. Nemo alterius bonũ inuido aspiciat oculo. Nempe hoc ipsum iam quod in se est: tabe sua illud inficere ⁊ quodammodo interficere est. Qui hominem odit: homicidam illũ veritas ipsa testatur. Quid ⁊ ille qui bonuz odit in homine: nunq̃d non homicida poterit appellari. Adhuc viuit homo ⁊ ille iam reus est mortis eius: adhuc ardet ignis quem dominus Iesus misit in terram: ⁊ inuidus tãq̃ qui spirituz extinxerit iam damnatur. ¶ Ve vobis a dracone. Immanis est bestia: flatu igneo: quicquid attigerit necat: nõ modo bestias terre: sed ⁊ volucres celi. Haud alium ego draconem hunc q̃ spiritũ iracundie reor Quãtos etiam sublimis vt videbatur vite: flatu hui9 draconis misere satis adustos turpiter in huius os ingeminus cecidisse. Quaz melius sibi ipsis irasci potuerant ne peccarent. Nimirum affectio naturalis ira hominum est: sed abutentibus bona nature grauis perditio est ⁊ miseranda pernicies. Occupemus illã fratres in quibus expedit/ ne forte ad inutilia illicitaq; prorũpat. Sic nimirum solet amorem amor expungere: solet timor timore depelli. Nolite timere eos qui corpus occidunt ait dominus anime autem non habent quid faciant. Et confestim/ ostendam autem ait vobis quem timeatis? Timete autem eũ q potestatem habet corpus ⁊ animam mittere in gehẽnam. Ita dico vobis: hunc timete. Ac si manifestius dicat. Hunc timete ne illos timeatis. Repleat vos spiritus timoris domini: ⁊ timor alienus locũ non habebit in vobis. Et ego vobis dico. Non autez ego sed veritas: non ego sed dominus. Nolite irasci eis qui transitoria vobis auferunt: qui conuitia inferunt: qui ingerunt forte supplicia/ ⁊ post hoc faciunt nihil. Ostendam autez vobis cui debeatis irasci. Irascimini ei que sola vobis nocere põt: sola facere vt omnia illa nõ prosint. Vultis scire quenã illa sit? Iniquitas propria. Ita dico vobis: huic irascimini. Nulla enim nocebit aduersitas: si nulla dominetur iniquitas. Qui perfecte huic irascitur: ceteris non mouetur magis ⁊ amplectiẽ ea. Ego (inquit) in flagella paratus sum. Sit damnum/ sit cõuitiũ sit lesio corporalis. Paratus sum ⁊ non sum turbatus: quoniaz dolor meus in conspectu meo semper. Quidni exteriora omnia paruipendam in huius estimatione doloris? Filius (inquit) vteri mei persequitur me: ⁊ conuitianti seruulo indignabor? Cor meum dereliquit me virtus mea ⁊ lumen oculorum meorum: et damna temporalia plangam aut incommoda corporalia reputabo: Hinc nimirũ nõ mõ mãsuetudo oriẽ cui draconis flatus nõ noceat sed etiam magnanimitas quam rugitus leonis non terreat. Aduersarius vester tanq̃ leo rugiẽs ait petrus. ¶ Gratias magno illi leoni de tribu iuda: rugire iste potest: ferire non potest. Rugiat q̃tum vult: tñ non fugiat ouis christi. Quanta minatur: quanta exaggerat: q̃ta intentat: non similis bestie vt nos prosternat vacuus ille rugitus. Sic enim perhibent qui talia curiosius vestigauerũt ad rugitum leonis nullam bestiaz stare posse: ne eã quidẽ q aduersus ictũ eius tota animositate repugnat: ⁊ plerumq; superat ferientẽ: que non sustinet rugientẽ

Deutero xxxiij. F — G — H — i. Ioh. iij. — I — Luce. xij. — ps. xxxv. — ij. reg. xvj. — ps. xxxix. — i. Pe. v. — K

Vere bestia: vere rationis expers: qui tam pusillanimis est vt solo timore cedat: qui sola futuri exaggeratiõe laboris victus ante conflictum non telo/ sed tuba posternitẽ. Nondũ restitistis vsq; ad sanguinem ait strenuus ille dux qui leonis huius nouerat vanum esse rugitum. Et alius quidam. Resistite (inquit) diabolo: ⁊ fugiet a vobis.

Heb. xij. — Iaco. iiij — L

¶ De. xij. versu ⁊. xiij. Sermo. xiiij. vnde supra.

Agamus fratres gratias factori nostro: benefactori nostro/ redemptori nostro/ remuneratori nostro/ aut potius spei nostre. Ipse enim retributor: ipse retributio nostra: nec aliud iam q̃ ipm expectamus ab ipso Primũ qd nobis prestitit: nos ipsi sumus. Siquidẽ ipse fecit nos ⁊ nõ ipsi nos. Parũ ne tibi videẽ istud: qr te fecit? Cogita qualẽ te fecit. Nempe etiã sm corpus egregiã creaturã: sed sm animam magis/ vtpote imagine creatoris insignem/ rationis participem capacez beatitudinis sempiterne. Porro sm ambo simul pre ceteris creaturis maxime admirãdam: coherentem sibi incõprehensibili artificio: inuestigabili sapientia cõditoris. Itaq; tam magnũ hoc donũ: q̃ magna res homo Sed q̃ gratuitum putas? Planum est: quia nihil ante promeruit qui penit9 nihil fuit. An postea sperabatur gratiam retributurus auctori? Dixi domino deus meus es tu: quoniam bonorum meorum non eges. Non igitur necessariam retributurus gratiam ei qui sic pro oia sibi sufficit: sed deuotas relaturus gratias ei qui sic meruit sperabaẽ. Quidni gratias agat? Si quis oculoruz lumen: si quis vsum aurium: si quis narium: si quis manuum: si quis pedem tibi prepeditum aliquo modo reparasse videretur: si quis sopitã quauis occasione excitasse in te rationem: quis non alius/ tibi vehementissime succenseret si quando forte beneficij huius immemorẽ aut benefactori deprehendisset ingratum? Enimuero dominus deus tuus/ ipsa etiã tibi instrumẽta largitus: ex nihilo fecit hec omnia. Nec modo fecit sed ⁊ compegit etiam ⁊ formauit: ac suo q̃z illustrauit officio. Quo nõ is oĩ iure sibi grãs exigit ampliores: Nam ne hoc quidem (licet maximo) contentus munere qui dedit vt esses: qui ante nõ fueras: adiecit etiã vnde subsisteres q iaz eras. Nec minus liberaliter hoc: q̃ illud mirabiliter est operatus. Faciamus (inquit) hominẽ ad imaginem ⁊ similitudinem nostraz. Quid vero postea? Et presit piscibus maris ⁊ bestijs terre ⁊c. Nã ⁊ celestia sese elementa in vsus creasse tuos ante docuerat. Nempe facta memorãtur vt essent in signa ⁊ tẽpora ⁊ dies ⁊ annos. Cui putas? Nulli vtiq; nisi tibi. Cetere siqdẽ oẽs creature aut in nullo egent his oibus: aut nõ itelligũt ea. Q̃ copiosus i scdo hoc bñficio q̃ liberatissim9 fuit. Quãta igiẽ largit9 est ad sustẽtationẽ: q̃ta ad eruditionẽ: q̃ta ad ꝯsolationẽ: q̃ta ex hoc iã ad correptionẽ: q̃ta ẽt ad delectationẽ. Verũ hec duo gratis: ⁊ duplr grat; fecit. Quid dico duplr gratis? Sine merito tuo: sine labore suo. Nẽpe dixit ⁊ facta sũt. An idcirco min9 deuot9/ min9 obnoxi9: min9 grat9 es: q hec qdẽ sicut pro nihilo: ita de nihilo fecit? Peruersi cordis ẽ occasiões ingratitudinis vestigare. Nemo id facit: nisi q etiam gratis esset ingratus. Puto enim neutrũ tibi propterea min9 vile: q̃ qd prestãti minime difficile fuit. Alioquin si forte qd ei laboriosum tibi magis cõmodũ ducis: ex teipso tibi iudiciũ hoc nec te alibi illud putẽ q̃ apud te didicisse. Sic prestares libentius ipse fratri tuo absq; incõmodo tuo. Verũ etsi gratis prestare velles: nolles tñ vt hãc tibi ille pretẽderet igratitudinis causam. Ceterũ ex hoc iam tertiũ opus tue redẽptiõis attẽde. Nõ est velamẽ excusatiõis: laboratũ prorsus in ea. Gratis hoc q̃z pstitũ est: sz grat; qd ad te ptinet. Nã qd ad illũ plane nõ gratis. ¶ Salu9 factus es pro nihilo/ nõ de nihilo tñ. Quid ad hec dormitat affectio? Immo vero mortua est illa: nõ dormit q huic bñficio nõ respõdet: q se totã nõ effundit in grarũ actionẽ ⁊ vocẽ laudis. Nã ⁊ cetera duo/ euidẽtissime tertiũ hoc cõmendãt: vt in eis q̃z vere fuisse dilectio cõprobeẽ: non propterea de facili prestãs qd nollet aliter: sed qd nõ aliter oporteret. Itaq; fecit te deus tu9: fecit tã multa propter te: facit propter tez semetipsuz Verbũ caro factũ est ⁊ habitauit in nobis. Quid adhuc restat? Factus est ipse tecũ caro vna: te q̃z secũ faciet spũ vnũ. Nõ recedãt hec quattuor a corde tuo: nõ ab ore: nõ a memoria: nõ ab affectiõe. Hec cogita semp: in his iugiter delectare. His velut qbusdã stimulis vrgẽs sollicita aiam tuã: his facib9 eã inflammare curato/ ad redamandũ eũ q tam multipliciter suũ tibi erga te cõmẽdat amorẽ. ¶ Memẽto sane qd idẽ ait. Si diligitis me: mãdata mea seruate. Serua igiẽ mãdata creatoris tui: serua mãdata benefactoris tui: redẽptoris tui/ remuneratoris tui. Sed si hec quattuor: quot sunt mãdata? Oẽs nouimus decem esse. Itaq; per quaternariũ hũc decalogum legis multiplicãs/ veram habes quadragesimam: tenes quadragesimaz spiritualem. Tantum sta in timore: ⁊ prepara animam tuã ad tentationem. Caue serpentis astutiam: obserua insidias inimicis: Nem

pequadriplici

Ps. xv. — Gen. i. — M — N — Ioh. i. — O — Ioh. xiiij.

pe quadruplici temptamento quadriphariam impedire conatˀ actionem quam exigeris gratiarū. Temptatus est in his omnibus christus: vt veraciter ab apostolo scriberetˀ. Tēptatꝰ p omnia pro similitudine absq̄ peccato.

Heb. iiij.

A

¶ Erit forte q̄ miretur ꝛ dicat: quartā sese domini tentationem non legisse. Uerum vt ego arbitror nō hoc diceret: si legisse se meminisset quoniā temptatio est vita hominis super terrā. Hoc enim qui meminit: nō ea tantum triplici tētatiōe temptatū fuisse dn̄m arbitratur: que facta est in ieiunio deserti: in pinnaculo templi: in vertice montis. Sane in his omnibus erat manifesta tēptatio. Uerum illa que extunc ꝛ deinceps vsq̄ ad mortem crucis ei non defuit: et si occultior vehementior tamen fuit. Nec hoc quoq̄ a proposita similitudine videtur abhorrere. Nam ꝛ tria illa beneficia q̄ iā transiere: euidentissima ꝛ in lucem posita esse noscuntˀ. Sane quod ad spem vite eterne pertinet: nondum exhibitū: necdum propalatum est nobis. Nihil proinde mirum si sit minus aperta tentatio: vbi etiam causa temptationis occulta. Ceterū ꝛ diuturnior ꝛ validior ipsa est: q̄ aduersus spem nostram quicquid habet malignitatis exerat inimicus: Itaq̄ primo quidem: vt auctori nature ingratos faciat: ampliorem ingerit pro natura sollicitudinem: quemadmodū etiam ipsi xp̄o esurienti ausus est dicere. Dic vt lapides isti panes fiant.

Mat. iiij.

Quasi vero figmentum nostrum ignoret ipse qui finxit: aut nō curet homines qui celi volucres pascit. Et vero ingratus est ei qui propter hominē vniuersum hunc condidit mūdum: quisq̄s vt substantiā eius q̄ cōcupiscit obtineat ꝑcidens nō veretur adorare malignū.

B

¶ Hec oīa (inqt) tibi dabo si procidēs adoraueris me. Tu ne illa fecisti miser? Quō dabis q̄ ille creauit: aut quō abs te sperāda: quō tua adoratione petēda q̄ ab illo cōdita in illiꝰ posita sunt ditiōe? Iā in hoc q̄ ait: mitte te deorsum: caue tibi quicūq̄ es q̄ templi pinnaculū conscendisti. Caue tibi speculator domus domini. Caue tibi qui in ecclesia christi locum cerneris tenere sublimen. Quā ingratus enim: immo q̄ iniurius es illi magno sacramento pietatis si in illo questū estimes pietatem. Quā infidelis ei qui ministerium hoc sanguine proprio cōsecrauit: si eo queras gloriam tuam q̄ nihil est: queras que tua sunt non que iesu christi. Quā indigne respondes eius dignationi: qui in dispēsatiōe humilitatis sue sublimē esse te fecit / celestia tibi sacramenta commisit celestem forte ꝛ ampliorem q̄ ipsis spiritibus celestibus tradidit potestatem. Si deorsum ipse te mittas: sapiesnon q̄ sursū sunt / sed que sup terram. Sed et omnis q̄ de virtutū eminētia / ad inanis glorie sese demittit ꝛ deijcit appetitum: haud dubiū quin dn̄o ꝓtutū q̄ tāta inter nos tolerauit (vt nobis formam huius imprimeret sanctitatis) pro gratia contumeliā reddat. Cōsideremus diligentius fratres: ne forte prima illa temptatio que corporalis necessitatis occasione animū turbat aspidi debeat comparari. Hoc eīm animal quodāmodo violentū morsu nocet: obturat aurem ne audiat vocē incantātis. Quid vero agere nitiˀ in hac parte tēptator: nisi vt aduersus consolationem fidei aurem cordis obstruat ꝛ obturet? Sed nō profecit inimicus in eo: nō illius preclusit auditum qui ait: non in solo pane viuit homo: sed in omni verbo quod procedit de ore dei. Nā in eo q̄ ait: hec oīa tibi dabo si procidēs adoraueris me: in malū insidiantis suadibilē sibilū animaduertite draconis. Ferunt illū in arena latitantem: etiam aues volantes flatu attrahere venenato. Quā venenatꝰ hic flatus fuit: hec oīa tibi dabo si procidens adoraueris me: verū non erat ista quelibet auis: nihil potuit draconis flatus ad illā.

C

¶ De basilisco quid dicimus? Mōstruosius ceteris solo visu hominem inficere et interficere perhibetˀ. Ni fallor vana gloria est. Uidete ne (inqt) iusticiam vestram faciatis corā hominibus vt videamini ab eis: Ac si dicat. Cauete oculos basilisci. Sed cui nocere dicitur basiliscus? Ei qui nō viderit basiliscū: Alioquin si prior eum videas iā nō tibi nocet (vt aiunt) magis moritur ipse. Ita est fratres. Non videntes necat inanis gloria cecos et negligentes qui se ei ostentāt: q̄ se exponunt: ꝛ non potiꝰ ipsi inspiciunt: non attendunt / nō discutiūt illā / nō vidēt deniq̄ q̄ sit friuola / q̄ sit caduca / q̄ vana / q̄ inutilis. Si quis eū intueatur hoc modo moritˀ basiliscus: nec iam occidit eū gloria: sꝫ occiditur magis ꝛ occidit ei quodam modo versa in puluerem: immo redacta in nihilū puto aūt nō est querere quid ad inanem gloriam ea temptatio visa sit pertinere: vbi dictum est. Si filius dei es mitte te deorsum. Ut qd enim hoc nisi vt videretur: vt laudaretur a basilisco? Et vide quomodo seipsum occultauerit basiliscus: quasi vt non possit ante videri. Scriptum est (inquit) quoniā angelis suis mādauit de te: ꝛ in manibꝰ tollēt te: Quid scriptū est maligne: quid scriptum est? Angelis suis mandauit de te. Quid mandauit? Animaduertite ꝛ videte: qm̄ subticuit malignus ꝛ fraudulentus. q̄ malignitatis sue commenta dissolueret. Quid enim mādauit? Nempe quod in psalmo sequitur: vt custodiant te in omnibus vijs tuis.

Ps̄.xc.

Nunqd in p̄cipitijs? Qualis via hec de pinnaculo templi mittere se deorsum? Non est via hec sed ruina: ꝛ si via tua est: non illius. Frustra in tentationem capitis intorsisti: qd̄ scriptū est ad corpis cōsolationem. Huic enim necesse custodiri cui timendū ne offendat ad lapidē pedē suū. Nō est q̄ custodiatˀ cui nō est qd̄ timeatˀ. Quid vero taces ꝛ illud qd̄ sequitˀ. Super aspidē ꝛ basiliscū ambulabis: ꝛ cōculcabis leonē ꝛ draconem? Te enim hec parabola tangit. Monstruosa malignitas: monstruosis appellationibus conculcanda signatur. Nec modo ab ipso capite: sꝫ etiā a corpe vniuerso. Siqdē aduersus dn̄m post ternā cōfusionē hanc nō iam serpētina calliditate sꝫ crudelitate vsus est leonina: vsq̄ ad cōtumelias: ad flagella / ad alapas / ad mortē / ꝛ mortē crucis. Sed manifeste etiam leonē te conculcauit leo de tribu iuda. Sic ꝛ aduersum nos fratres vt in ceteris omnibus viderit se frustratū: toto iam furore persecutionē suscitat qualis non fuerit ab initio: ꝛ vehementia tribulatiōis regnū celeste sperantibus intercludat.

D

¶ Felix anima q̄ ꝛ ipm leonem potenti virtute conculcans: violenter illud rapere preualebit. Ex hoc itaq̄ dilectissimi tāq̄ super aspidē ꝛ basiliscū cautius ꝛ sollicitus ambulemꝰ. Caueamus omnē radicē amaritudinis: vt nemo nostrū mordax inueniatur: nemo audax vel ardens: nemo inexorabilis aut rebellis. Nec vero deorsum mittamus nos sed transcendamus ꝛ transeamus letale glorie temporalis obtutū: vt quō scriptū est. Frustra iacitˀ rhete ante oculos pennatorū. Cōculcemꝰ quoq̄ leonē pariter ꝛ draconem: vt neq̄ illius rugitus terreat: nec istius flatus inficiat. Uidentur hec quattuor monstra affectionibꝰ eque quattuor singula singulis icubare. Cui ergo potissimū draco isidiatˀ? Estimo q̄ cupiditati: q̄ hanc nouerit esse radicē malorꝫ omniū: ꝛ que maxime cor subuertat. Inde eīm etiā quasi cōsulēs dixit: hec omnia tibi dabo. Nā de leone quidē manifestū est: q̄ nisi ad ianuā timoris terrificos dat rugitus. Porro tristicie fores aspis obseruat: q̄ eas maxime morsibus suis per vias arbitretur. Unde et ad christū dn̄m donec iā esurientē cerneret non accessit. Econtra sane caueat necesse ē leticia basiliscū: q̄ eo potissimū aditu venenatos ingerere soleat radios oculorū: nec vana gloria nisi ob leticie noceat vanitatem.

E

¶ Illud quoq̄ cōsidera: an forte virtutes quattuor / quattuor his tentationibꝰ apponere valeamus. Leo rugiet quis nō timebit? Si qs ille fuerit / fortis erit. Sed frustrato leone / draco abscōditur in arena: vt virulentis flatibꝰ attrahat animā insufflans ei quodāmodo concupiscentiā terrenorꝫ. Quis putas illius preteruitabit insidias? Nemo vtiq̄ nisi prudens. At forte dū ad ista descendere caueo: viget quis molestia: ꝛ ecce ꝓtinus aspis adest: nā oportunū tēpus sibi inuenisse videtˀ. Quis non exasperabitur ab aspide ista? Nēpe vir temperās et modestus: qui sciat abundare et penuriam pati. Puto ex hac occasiōe fascinare te volet male blandiens oculus nequam. Quis auertet faciem suam? Profecto iustus qui non mō non ipse sibi accipere gloriaꝫ que dei est: sed ne ab alio quidē recipere velit oblatam. Si tamen ille sit iustus qui iuste qd̄ iustum est exequatur: qui iusticiā suā non faciat coram hominibꝰ: q̄ deniq̄ etsi iustus fuerit caput non leuet. Hec eīm virtus specialiter in humilitate cōsistit. Hec intētionē purgat hec quoq̄ meritū omne eo veracius ꝛ efficacius obtinet / quo minus arrogat sibi.

¶ De.xiiij. versu. Sermo.xv. vnde supra.

Enite ad me oēs q̄ laboratis ꝛ onerati estis ꝛ ego reficiā vos dicit dn̄s. Tollite iugū meū super vos ꝛ inuenietis requiē animabꝰ vestris. Iugum enim meū suaue est: ꝛ onus meū leue.

F

Mat.xj.

Laborantes ad refectionē inuitat; ad requiē prouocat oneratos. Nō tamen interim onus subtrahit aut laborem: magis autē onere alio: alio labore cōmutat sed onere leui suaui iugo: in quibus requies ac refectio: ꝛ si minꝰ appareat / tamē inuenitˀ.

G

¶ Graue onus iniquitas: sedēs sup talentū plūbi. Sub hac gemebat sarcina q̄ dicebat. Iniquitates mee supgresse sunt caput meū et sicut onus graue grauate sunt super me.

Psalm. xxxvij.

Quod ergo onꝰ xp̄i quod onꝰ leue? Ut quidem ego sentio onꝰ beneficiorum: dulce onus sed ei qui sentit / ei qui experitur. Alioquin si nō inuenias si nō aduertas graue oīno et periculosum. Oneriferum animal homo: tēpore sue mortalitatis. Si adhuc portat peccata sua onus est graue: si iam forte exoneratꝰ est a peccatis minus quidē graue: sed si sanū sapiat: non minus grande onus inueniet hanc ipsam quam diximus exonerationem. Onerat nos cum exonerat deꝰ: onerat beneficio cū exonerat peccato. Uox onerati. Quid retribuā domino: pro omnibus que retribuit mihi? Uox onerati. Exi a me: q̄ hō peccator suꝫ domine. Uox onerati. Semper enim quasi tumentes super me fluctus timui deum Semper (inquit) timui sicut ante: sic post acceptam indulgētiam peccatorum. Beatus homo qui ita semper est pauidus: nec

Ps̄.cxv.

Luce.v.

Iob.xxxi

minori angitur sollicitudine: ne forte obruat beneficijs q̄ pec
catis. Ad hoc siquidē diuina nobis tā sedula erga nos ⁊ tam
profusa beneficientia cōmēdat: vt sollicitemur ad gratiam: in=
uitemur ad dilectionem. Angelis suis mādauit de te: vt custo
diant te in omnibus vijs tuis. Quid vltra potuit tibi facere et
non fecit? Noui quid cogites ingenua creatura. Habes gratiā
angelis dn̄i/ sed ad ipsum ambis dn̄m angelorꝫ. Oras ⁊ optas
vt nuncijs non contentus/ ipse quoqꝫ qui loquebaꝫ assit: nec te
quasi per mediū: sed sui oris osculo osculeꝫ. Audisti super aspi=
dem ⁊ basiliscum leonē pariter ⁊ draconem tibi ambulandū fo
re: nec super dracone ipso victoriā michaelis ⁊ angelorum eius
ignoras. Veruntamen non michaeli: sed dn̄o clamant deside=
ria tua. Libera me ⁊ pone me iuxta te: ⁊ cuiusuis man⁹ pugnet
contra me. Hoc nēpe non est modo alijs sed ipsis quoqꝫ altiori
bus altius captare refugium: vt ex sn̄ia profitenti qm̄ tu es do
mine spes mea: merito respondeatur: altissimum posuisti refu=
gium tuum. ¶ Non em̄ dedignatur esse spes miserorum misera
tor ⁊ misericors dominus: non seipsum liberatorem simul ⁊ pro
tectorem in se sperantibus exhibere recusat. Qm̄ in me spera=
uit (inquit) liberabo eum: protegaꝫ eum quoniam cognouit no
men meum. Nempe nisi dominus custodierit ciuitatem: frustra
vigilat qui custodit eam: siue ille homo siue etiā angelus esset
Montes in circuitu hierusalem: sed parum hoc immo nihil hoc
foret: si non etiam dominus in circuitu esset populi sui. Meri=
to proinde in cantico sponsa describitur/ inuentis licet vigili=
bus immo ab eis magis inuenta: nec enim eos ipsa querebat:
nō substitisse nec ꝯtenta fuisse vigilibus: sed percontata breui=
ter de dilecto/ ad ipsum ocius peruolasse. Erat enim cor ei⁹ nō
in vigilibus: sed in domino fiduciā habens. Et aliter forte sua
dentibus aiebat. In dn̄o confido: quomodo dicitis anime mee
transmigra in montē sicut passer? Minus vigilāter id obserua
rent corinthij: cū offensis quasi vigilibus secederent apud eos
⁊ minime pertransirent. Ego quidem cephe: ego aūt pauli aiūt
ego vero apollo. Sed quid fecerūt vigiles sobrij vigiles circū=
specti? Non enim poterant sibi suscipere sponsam: qui bene eaꝫ
emulabantur: qui emulabanꝫ dei emulatione: qui desponderāt
vni viro virginem castā exhibere christo. Percusserūt me ⁊ vul
nerauerunt me ait. Ut quid ita. Ni fallor vrgebāt vt pertrāsiret
perinde inuentura dilectum. Deniqꝫ etiam tulerunt palliū meū
(inquit) haud dubium quin vt curreret expedita. Animaduerte
re est q̄ valide percutiat: quib⁹ sagittis apostol⁹ vulneret eos
qui diuertisse apud vigiles videbantur. Nunquid paulus ꝓ vo
bis crucifixus est: aut in nomine pauli baptisati estis? Et item
Cuꝫ enim dicit quis. Ego sum pauli alius autē ego sum apollo:
nōne hoīes estis? Quid ergo est apollo: q̄d vero paulus? Mini
stri eius cui credidistis. ¶ Qm̄ in me sperauit liberabo eū. Nō
in vigilibus/ nō in hoīe/ nō in angelo: sed in me (inquit) spera=
uit/ nihil boni nisi ex me/ ne per ipsos expectans. Omne em̄ da
tum optimū: ⁊ omne donū perfectū: desursum est descendens a
patre luminū. Ex me vigilie hominum vtiles: circa opera vtiqꝫ
manifesta: eis nimirū custodes homines deputaui. Ex me excu
bie angelorꝫ obseruantiū secretiores motus spiritualiter solli=
citantiū: propulsantiū suggestores iniquos. Ceterū intima sa=
ne custodia secretissime intentiōis: nō modo ex me: verūetiam
per me fiat necesse est: qđ illo quidem humanus nequeat sꝫ ne
angelicus quoqꝫ oculus penetrare. Agnoscamus triplicēꝫ hāc
custodiā fratres: ⁊ exhibeamus nos eis quales cuiqꝫ conuenit
exhiberi. Prouideamus bona coram hominibus/ corā angelis:
coram deo. Contendamus placere omnibus ꝑ oīa: sed maxime
ei qui maximus est super oīa. In cōspectu angelorū psallamus
ei: vt in eis impleaꝫ quod scriptū est. Qui timēt te videbūt me
⁊ letabunꝫ: q: in verbo tuo supersperaui. ¶ Obediamus prepo
sitis nostris: qui peruigilāt tanq̄ reddituri rationē pro anima
bus nostris: vt nō cū tristicia hoc faciāt. Et quidē gratias deo
ex cuius solo munere venit: non est qđ multū vos moneam: nō
est q multū vobis timeā in hac parte. Quod em̄ est gaudiū meū
⁊ gloria mea: nisi prompta obeditio ⁊ irreprehensibilis conuer
satio vestra? Quid si certo cognoscerem: ne angelos quidē am
plius aliquid in vobis cognoscere qđ dedeceat: apud nemineꝫ
vestrū ex anathemate hiericho quippiā occultari non murmu=
rare aliquē nō detrahere i occulto/ nō simulatorie agere vel re
misse: nō ignominiosas voluere aīo cogitatiōes: qb⁹ solet heu
interdū ipsa q̄ꝫ ps corpis pturbari magnū hoc mihi gaudij in
cremētū: sꝫ nōdū vtiqꝫ plenitudo. ¶ Nō em̄ tam magni sum⁹ vt
possit nobis adeo esse ꝓ minimo ab hoīe iudicari nō posse: mi=
nus aūt nihil cōscios esse nobis. Ceterū si occultissimū iudicē
timēt et magni: q̄ꝫtū nos ad illi⁹ examinis memoriā ꝯuenit tre
pidare? O si mihi ꝯtingeret certū ee/ nil esse in oib⁹ nobis: illū
offendēs oculū/ q̄ solus perfecte nouit q̄d sit in homine: vidēs
in eo ⁊ quod in se ille non videt. Hoc vel maxime iudicium ve=
stigemus fratres: ⁊ eo amplius frequētem⁹ in timore ⁊ tremore

Job.xvij.
H
Canti.iij.
Ps̄.x.
j.Cor.j.
Canti.iij.
I
Jacob.j.
ps̄.cxviij.
K
L
M

ipsius considerationē: quo minus comprehendere possum⁹ in
uestigabilem abyssum iudiciorum dei: ⁊ irrefragabilem dispo=
sitionem. Cum hoc timore spes habet meritū: cum hoc metu
fructuose speraꝫ. Est autem is ipse timor firmissima q̄dā ⁊ effi=
cax materia spei: si q̄s prudenter aduertat. Siquidē maximū
quoddā dei donū timor iste: ⁊ ex perceptione p̄sentium firma
est expectatio futurorū. Postremo bene placitū est domino su=
per timentes eū: ⁊ vtiqꝫ vita in voluntate eius ⁊ in beneplaci=
to ei⁹ sal⁹ eterna. ¶ Qm̄ in me spauit liberabo eū. Dulcissima
liberalitas: in se sperātib⁹ nō deesse. Hoc em̄ totū hoīs meritū
si totā speꝫ suā ponat in eo q̄ totū hoiem saluū facit. In te spe=
rauerūt p̄res n̄ri: sperauerūt ⁊ liberasti eos: ad te clamauerūt
⁊ salui facti sunt: in te sperauerunt et non sunt ꝯfusi. Quis em̄
sperauit in eo ⁊ confusus est? Sperate in eo omnis ꝯgregatio
populi. ¶ Quemcūqꝫ enim locum calcauerit pes vester: vester
erit. Pes vester vtiqꝫ spes vestra est: ⁊ q̄ꝫtūcūqꝫ illa processerit
obtinebit: si tamē in deum tota figaꝫ vt firma sit ⁊ non titubet.
Quid timeat aspideꝫ aut basiliscū: q̄d leonis rugitus: aut dra
conis sibiles expauescat? Quoniā in me sperauit liberabo eū.
Porro liberatū quidem ne iterum egeat liberari: protegam eū
⁊ conseruabo. Si tamē cognouerit nomen meuꝫ ne sibi tribuat
q liberatus est: sed nomini meo det gloriam. Protegā euꝫ quo
niam cognouit nomē meū. In presentia em̄ vultus glorificatio
in noticia nominis protectio exhibetur. Spes in nomine: res
in facie est. Quod enim videt q̄s quid sperat? Fides vtiqꝫ ex au
ditu: ⁊ ea quidem iuxta eūdem apostolū est reruꝫ substātia spe
randarū. Protegam euꝫ qm̄ cognouit nomē meum. Non nouit
nomē eius qui illud assumit in vanuꝫ: qui dicit ei dn̄e dn̄e: ⁊ nō
facit que dicit ipse. Non nouit nomen eius: qui cū nec honorat
vt patrē: nec vt dominū timet. Non nouit nomē eius qui ad va
nitates ⁊ insanias falsas cōuertiꝫ. ¶ Beatus vir cuius nomen
est dn̄i spes eius: ⁊ non respexit in vanitates ⁊ insanias falsas
Hoc nomen cognouerat q̄ dicebat. Non enim est aliud nomen
datū hominibus in quo oporteat saluos fieri. Nos quoqꝫ si no
uimus nomen sanctū quod inuocatū est sup nos: desideranduꝫ
vtiqꝫ nobis vt semꝑ sanctificetur in nobis: atqꝫ ita orandū iu=
xta doctrinaꝫ vtiqꝫ saluatoris. Pater noster qui es in celis san
ctificetur nomen tuum. Deniqꝫ audi quid sequatur in psalmo.
Clamauit ad me ⁊ ego exaudiam eum. Hic fructus noticie no
minis: clamor orationis: porro fructus clamoris/ exauditio sal
uatoris. Quomodo em̄ aut nō inuocans exaudiri poterat: aut
nomē dn̄i nesciens inuocare? Gratias ei qui manifestauit homi
nibus nomen patris: fructū salutis in eius inuocatione consti
tuēs/ sicut scriptū est. Quicūqꝫ inuocauerit nomē dn̄i salu⁹ erit.

Ps̄.cxlv.
N
Ps̄.xxj.
O
Rom.viij.
P
ps̄.xxxix.
actuū.iiij.
Mat.vj.
Textus.
Joel.ij.

¶ De.xv.versu. Sermo.xvj.vnde supra.

Clamauit ad me ⁊ exaudiam eum. Hoc plane est te
stamentum pacis: hoc pietatis fedus: hoc pactum
misericordie ⁊ miserationis. Sperauit in me libe=
rabo eum. Nomen meum cognouit: protegaꝫ eum.
Inuocauit me ⁊ ego exaudiam eum. nisi enim hec
aut similia diceret: quis non diffideret? Quis glorificabiꝫ ca=
stum se habere cor? Nunc autem apud te propiciatio est: ⁊ pro=
pter hanc legē tuam sustinui te dn̄e. Dulcis lex: q̄ meritū exau
ditionis in clamore cōstituit postulationis. Clamauit (inquit)
ad me ⁊ exaudiam euꝫ. ¶ Merito nō exaudiꝫ qui clamare dissi
mulat: aut omnino nō postulās: aut tepide postulans ⁊ remisse:
Siquidem in dei auribus desideriuꝫ vehemēs clamor magn⁹:
e regione autē remissa intentio: vox submissa. Qn̄ illa ipenetra
bit nubes? qn̄ audieꝫ in celis? Nempe vt clamandū sibi nouerit
homo inter primordia sue orationis ipsum quē oraturus est pa
trē in celis esse protinus admoneꝫ: q videlꝫ impetu quodā spi=
ritus: illo sibi iaculandā esse meminerit orationē. Spiritus est
deus: ⁊ in spiritu clamet necesse est: quisquis clamorē suū ad eū
desiderat ꝑuenire. Sicut em̄ nō faciē hoīs respicit tanq̄ homo
sed magis intueꝫ cor: sic ad cordis potius vocē q̄ꝫ corporis au=
res eius: cui merito d̄r. Deus cordis mei. Hinc est q moyses fo
ris tacens intus audiꝫ dicēte dn̄o. Quid clamas ad me? Cla=
mauit ad me ⁊ exaudiaꝫ eū. Non immerito. ¶ Clamorē magnū
sane magnitudo necessitatis extorsit. Quid em̄ clamās petijt/
nisi cōsolationē/ liberationē/ glorificationē? Alioquin quō su=
per his exaudiꝫ: si ꝓ alijs clamat. Exaudiā eū ait. In quo exau
dies dn̄e vel in quibus? Cū ipso sum in tribulatione: eripiā eū
tē: imo ipossibilitatē iposuerit: dādo sup me illā sentētiā. In su dore vultus tui comedes panē tuū? Quod si nō (fecerit) legiē: sed fecerim: arguit se q̄ quasi culpā in auctorem retorserit: cuʒ de natura causatꝰ est: ⁊ totū sibi imputat ⁊ suis peccatis dicēs quid dicā: aut quid respōdebit mihi cū ipse fecerim: hoc est: id quod patior peccando meruerim: Ob id obiēvnū est quod facere possum. Recogitabo tibi oēs annos meos in amaritudine ani= me mee. Nempe nō sum dignꝰ vt valeā te recogitare cū dulce= dine: faciā quod possum cogitabo meipsuʒ in amaritudine ani me mee. Lucem habitas inaccessibileʒ: nec queo diu infirmam mentis aciem radio tui fulgoris infigere: ⁊ ob hoc confusus re deo ad consuetas ⁊ familiares mihi tenebras: vite mee pristine non quidem in eis iterū iacendo cū mortifera delectatiōe/ sed puniendo eas: ⁊ recogitando in amaritudine anime mee. Opor tebat quideʒ si fieri posset reuiuere me (vt ita loquar) denuo q̄ male vixi: sed q: hoc non possum: saltēʒ recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine anime mee: faciā recogitando qđ reopando non possum. Recogitabo aūt tibi: quia tibi soli pec= caui: vt in quo ego me cōdemno tu iustificeris: ⁊ vincas mise= ricordia cū de me iudicabis. Iam quidem ⁊ ante cogitaueraʒ ea: sed quia non satis punita sunt que me adhuc impedire pos= sunt: rursum redeo ad ea recogitanda in amaritudine aīe mee quousq; ita penitus extirpata sint vt iam impedire non possint. Nec infructuosum (vt arbitror) erit hoc studiū. Nempe si sic vi= uitur: immo quia sic viuitur non quidem carne sed spiritu: et in talibus vita spiritus mei: hoc est tam in mei ɔsideratione q̃ in tui contemplatiōe: magis ac magis corripies me ⁊ viuifica=

bis me. Siquidem corripior/cum me cogitando compungor:te viuifico/cū te subleuatus vtcūq; intueor. Itaq; ostendēdo me mihi/corripies:ostendendo te viuificabis. Porro viuifices necesse est:quia ecce in pace amaritudo mea amarissima. Amaram passus sum amaritudinē pro peccatis in principio conuersiōis: vnde exclamaui:vadam ad portas inferi:amariorē pro terroribus in profectu conuersationis:qñ dixi non videbo dñm deum in terra viuentiū. Sed ecce iam peccatis penitentia punitis:et sopitis terroribus que impugnare solebant: in hac tamē pace amarissimā sustineo amaritudinē pro defectu contēplationis. Uerum qui ꝛ mihi peccata miserando:donasti: ꝛ temptationes iuuando superasti:etiā nūc o dñe reddes mihi leticiā salutaris tui. Hoc quippe est quod ait. Tu aūt eruisti animā meā vt non periret:in conflictu videlicet vitioꝝ siue in impetu tēptationū: proiecisti post tergū tuū oīa pctā mea:ſm multitudinē miserationū tuarū. Nec immerito. Neq; eñ infernus cōfitebitur tibi: quo vtiq; ego pene descenderā cū irruētibus pulsaret tēptationibus:quippe qr nisi deus adiuuit me: paulominus habitasset in inferno aīa mea. Sed neq; mors laudabit te:qua nimirū aliquando detinebar:dū adhuc iacerē mortuus in pctis. Nec expectabunt qui descendunt in lacū veritatē tuā:qui scꝫ post gustatā dulcedinē contēplationis in lacū descendunt desperatiōis.

Textus.

ps. xcii.

F

¶ Mors siquidē est iacenti in peccatis ante conuersionē:infernus succūbenti tēptationibus post acceptā remissionē: lacus vero desperanti post expertā contēplationē. Nā quanto quis ad altiora profecerit:tanto grauius si corruerit colliditur qñ ruit. Non itaq; infernus confitebitur tibi:hoc est qui tam quidā sunt conuersi/sed temptatiōibus superanē. Neq; mors laudabit te. Hi vtiq; qui necdum conuersi sunt aut confessi:letanē poti⁹ cū malefecerint:ꝛ exultāt in rebus pessimis. A mortuo quippe quasi q̄ non sit perit ꝯfessio. Nec expectabunt qui descendunt in lacum veritatē tuā:quos de fastigio diuine contēplationis in lacum propriε diffidentie forte deuolui cōtigerit. Quod procul dubio fit cū nimia quis tristicia post acceptā tantā leticiā absorbetur. At vero viuens/viuens ipse ꝯfitebiē tibi. Est q̄ viuēs carne/mortuus est spū:ꝛ est qui mortu⁹ carne/nihilomin⁹ mortuus est spiritu/sed horū neuter laudabit te: aut cōfitebiē tibi. Ceterum viuens viuens ipse confitebitur tibi. Qui videlꝫ non tantū carne/sed ꝛ spiritu viuit:ipse confitebiē tibi:sicut et ego hodie hac me duplici vita tuo munere viuere confido. Sequiē.

Textus. G

¶ Pater filijs notam faciet veritatē tuā:nō reuelatur seruo veritas:qr seruus nescit quid faciat dñs eius. Sed nec mercenarius rapitur ad contēplandā veritatē:qui propriā querit vtilitatē. Filio aūt pater notā faciet veritatē suā:quē audit dicētē. Uerūtamen non qđ ego volo:sed qđ tu pater. Reuelaē itaq; seruo dei potestas:mercenario felicitas filio veritas: non qr i deo ista discreta sint:cui idē posse quod felicē ꝛ veracē esse: sed qr a creatura creator ꝓ diuersis eiusdem creature affectib⁹: diuersis sentiaē respectibus:cū sancto eñ sanctus:ꝛ cū ꝑuerso erit ꝑuersus. Audi deniq; vocē filij. Dñe saluū me fac. Quare? forte ne ardeat in inferno:forte ne fraudetur premio? Non inquit: sed psalmos cantabim⁹ cunctis dieb⁹ vite nostre in domo dñi.

Mat. xxvi.

H

¶ Non inquit quero salutē:vt penas vitē:aut in celo regnem/ sed vt te in eternū cū illis laudem:de quibus scriptum est. Beati qui habitant in domo tua domine: in secula seculorū laudabunt te. Seruus dicit:vadam ad portas inferi: mercenari⁹ nō videbo dñm deū in terra viuentiū. Filius/psalmos nostros cātabimus cūctis diebus vite nostre in domo dñi. Cui simile est illud. Aperite mihi portas iusticie ingressus in eas confitebor dño. Et qui timet ire ad portas inferi:ꝛ qui deum cupit videre propter quietem sui:vterq; profecto querit que sua sunt. Porro qui psalmos cātare desiderat in domo dñi:non sua vel pericula fugit vel lucra appetit:sed illū procul dubio diligit quē laudare gestit cūctis diebus vite sue. Laudatur non immerito in eternum:qui viuit ꝛ regnat per omnia secula seculorum. Amē.

ps. viij.

ps. cxvij.

I

¶ De triplici coherentia vinculorum clauorum et glutinorum. Sermo.

Non hic stamus tota die ociosi. Scim⁹ eñ ꝛ q̄d querimus:ꝛ q̄s est qui nos ꝯduxit. Deū querim⁹ deum expectam⁹. Nō est parua res:nec pusi animi: cū illa q̄ singulari pietatis noīe gloriaē:sepi⁹ sese q̄raē eē frustratā dicēs. Quesiui illū et nō inueni. Est enim sicut amabilior:ita etiā admirabilis:qr cū nō queriē inueniē: et nō inueniē cū queriē. Si nati essem⁹ ex quo fact⁹ est hō sup terram:ꝛ vsq; ad centū milia annoꝝ vita nostra extēdereē:nō esset tñ ꝯdigna q̄stio huius tp̄is ad futurā gloriā q̄ reuelabiē in nobis:ecce nūc tēpus q̄rendi:ecce nūc dies inueniēdi ꝑ manibus sunt. Querite inq̄t dñm dū inueniri pōt inuocate eū dū ꝓpe est. Erit tēpus qñ nō erit locus:cū ille fons miserationis interminabilū siccabiē siccitate. Quericis me/inquit/ꝛ non inuenietis.

Canti. v.

Esa. lv.

Ioh. vii.

¶ Bonus es dñe anime q̄renti te. Si querenti:quanto magis inuenienti? Si tā dulcis est memoria qualis erit presentia? Si mel ꝛ lac dulce est sub lingua:quid erit supra linguam? Hinc ꝓbate vos fratres si in via estis: si nō exorbitatis. Letetur inq̄t cor querentiū dñm. Si gaudetis ad labores:si inoffenso:si indefesso pede curritis viā mādatoꝝ dei:si quotidie vtriusq; hominis status recentior est ad proficiendū:ꝛ perficiēdū q̄ñ ad incipiendū:profecto queritis faciē eius semper. Quo ergo abijt dilectus et dilecto ꝛ q̄remus eū? Ubi est? Quid dixi miser. Si vbi non est? Altior est celo:inferno profundior latior terra: mari diffusior. Nusq̄ est ꝛ vbiq; est:qr nec abest vlli: nec vllo capiē loco. Ipse hic est:sed ego hic non sum. Nō verisimilius videreē vt tu hic nō esses:ꝛ ego hic essem dñe. Sed ego nec hic nec alibi sum quia ad nihilum redactus sum ꝛ nesciui. Uere ad nihilū id est ad peccatū:ꝛ nesciui qr non fui ibi cū primus parēs me⁹ deuorauit me morsu amarissimo. Hinc est qr corde confract⁹ et corpore diffluo in voluptates:in amaritudines:habens innatā culpam:penā cognatam:totus fluidus ꝛ eneruis. Ille aūt qui idem ipe est qui dicit:ego sum qui sum: veraciter est cui est esse qđ est. Que ergo participatio:q̄ conuētio illi⁹ q̄ nō est ad illū q̄ est? Quomodo possunt tam diuersa coniungi? Mihi (ait scrūs) adherere deo bonum est: immediate ei coniugi non possumus: sed per medium aliquod poterit fieri fortassis ista coniunctio.

ps. lxxi. K.

Et ne diutius vos protrahā:tria sunt vincula quibus ei astringimur:ꝛ sic tria:vt sola cum solis istis:vel istorum similibus omne qđ ligatur legetur. Et primū accipite funes. Scđm clauos ligneos vel ferreos. Tertiū gluten. Primū astringit fortiter ꝛ dure secundum fortius et durius:tertium suauiter et secure. Fune quodāmodo alligatus est redemptori:si q̄s forte dum vehementiori tēptatione turbatur:proponit sibi honestatis intuitum: memoriam promissionis:ꝛ hoc interim se fune retinet ne propositum penitus abrumpatur. Durum profecto vinculum ꝛ molestū:sed ꝛ periculosum nimis:ꝛ qđ diu tenere nō possit. Siquidē putrescunt funes:ꝛ pudoris vinculū aut obliuiscimur aut abrūpimus cito. Est autē qui clauis configitur dño maiestatis quem timor dei ligat:qui nō expauescit ad vultus hoim/ sed ad memoriam gehennaliū tormentorū. Et hic quidē peccare non metuit/sed ardere. Durius tñ ꝛ fortius primo impuniē: quia cum ille vacillet in proposito:iste propositū non amittit. Tertius vero glute ei cōglutinatur idest charitate:qui tā suauiter q̄ñ secure ligatus adherens deo vnus spiritus est cum eo. Iste est qui quecūq; vndecūq;/siue que facit/siue que et fiunt ad suū commodū reuocat ꝛ retorquet. Beatus huiusmodi homo ꝛ abūdanti spiritus influēs maiestate:qui suauis ꝛ vnctus portat omnes ꝛ neminem onerat ipse:qui terribilius ꝛ horribilius ipa gehenna iudicat in re leuissima) vultū oipotentis scienter offendere. Hic est fratrū amator ꝛ populi israel. Hic est qui multū orat pro populo:ꝛ ꝓ ciuitate sancta hierusalē. Glutino bonū est ait esaias. Bonū est reuera ꝛ iocūdum:quia alia duo (ne mala dixerim) cōparatiōe istius grauia et iportabilia sunt. Sed ille misericors oculus qui nouit figmentum nrm neminem saluandorum dimittit in primo/sed prouehit ad scđm:et ne ibi deserens de secundo perducit ad tertiū. Primo siquidem quia pudet deserere estuantes vix sustinemus ad horā:scđo iā timētes ꝛ sperantes proficimus:tertio ꝑficimur amantes. Sic igiē duobus precedentibus timore pariter ꝛ pudore exclusis:in solius amoris reclinatorio commoramur. Ita et christus prius quidem ligatur:secūdo crucifigitur:tertio glutinosa aromatū inunctione linitur. Nō qr opus haberet corpus istud hmōi aromatibus solidari:qđ dissolui oino nō poterat:aut videre corruptionē/sed qui ꝓpter nos iudeoꝝ sputa sustinuit: ꝓpter nos quoq; fideliū non est dedignatus vnguenta. Et attende qr vix vnius diei spacio in funibus ꝛ clauis moratus cū vnctiōe victor/qui victurus perēniter resurrexit. Sic ꝛ dilectos in duobus predictis non diutius patiē immorari sed vngit eos vnctiōe misericordie sue:vt crucifixi mūdo ꝛ mūdus illis iam resurgāt i nouitate spirit⁹ ꝛ dicāt. Quis nos separabit a charitate dei? Hoc glutine agglutinauit nos sibi ille diuinus intuit⁹ a cōstitutione mūdi vt essemus sci ꝛ imaculati in ꝯspectu ei⁹ in charitate. Scimus eñ quia qui natus est ex deo non peccat:qr generatio celestis seruat eū.

Esa. xli.

Rom. viij

¶ Generatio celestis est eterna ꝑdestinatio:qua deus preuidit nos cōformes fieri imaginis filij sui. Ex his nullus peccat:idest in peccato ꝑseuerat: quia nouit q̄ sunt eius:ꝛ ꝓpositum dei manet immobile. Et si horrendorū criminum nota dauid inuritur:ꝛ si maria magdalene septē demonijs cumulatur ꝛ si princeps aploꝝ in ꝓfundū negatiōis submergiē: nō est tñ q̄ de manu dei possit eruere. Quos ei ꝑdestinauit:hos et vocauit:ꝛ quos vocauit:hos ꝛ iustificauit. Nōne huic adherere deo bonū est? Querite fres:q̄rite dñm ꝛ cōfirmamini/ q̄rite faciē eius semp. Querite dñm ꝛ viuet aīa vestra. Et aīa mea inquit illi viuet:q̄ mūdo mortua est. Que eñ mundo viuit: non illi viuit

L

Rom. viij

Pš.xxiij. illi viuit. Sic ergo queramus eũ vt ꝛ semper queramus: ꝛ cum venerit querere nos/dicatur de nobis. Hec est generatio querentium deũ: querentiũ faciem dei iacob. Sicq aperiant porte eternales ꝛ introeat rex glorie ꝛ nos cum illo: qui est deus benedictus in secula. Amen.

A

¶ De verbis abacuch prophete super custodiam meaz stabo quod aliter reprobis aliter electis sapiat verbum dei. Sermo.

Joh.vj. Legimus in euangelio q predicãte dño: ꝛ sub mysterio edendi corporis sui discipulos ad cõmunicãduz passionibus suis admonente dixerint quidã: durus est hic sermo: ꝛ ex hoc iam non fuerint cũ eo. Interrogati vero discipuli an ꝛ ipsi vellẽt abire. Dñe inquiunt ad quẽ ibimus? Uerba vite eterne habes. Ubi.s. Ita dico vobis fratres: vsq hodie quibusdã manifestum est: qm verba que loquitur iesus spũs ꝛ vita sunt: ꝛ propterea sequũtur illũ/ aliis dura videntur: et miserã alibi querũt consolationẽ. Sapientia siquidẽ in plateis clamitat in lata videlicet ꝛ spaciosa via que pš.xciij. ducit ad mortẽ vt reuocet ambulantes per eã. Deniq quadraginta annis, inquit proximus fui generationi huic: ꝛ dixi sem- Pš.lxi. per hi errant corde. Habes ꝛ in alio psalmo. Semel locutus est deus Semel vtiq: quia semper: vna eñ ꝛ nõ interpolata/ sꝫ cõ- B tinua ꝛ perpetua locutio est. Reuocat aũt peccatores ad cor: et de cordis errore redarguit: p eo q ibi habitet ipse: ibiq loquatur: faciens nimirũ quod docuit per prophetã dicẽtem. Loqui- Esa.xl. mini ad cor hierusalẽ. Nã babilon qm terra est: nec potest sustinere vniuersos sermones eius elongaᵗ a corde: ꝛ in carne magis ambulat tanq mortua a corde immo tanq columba seducta non habẽs cor. Uult ei letari cũ malefecerit: ꝛ exultare ĩ rebus pessimis: audiẽsq vocẽ dñi hmõi gaudia nullaten⁹ approbantem/ sed detestantẽ/ sed arguẽtem/ sed condẽnantẽ: fugit ꝛ abscõdit se in similitudine preuaricatoris ade. Sed heu me q vile operimentũ queris misera aia: q inutile queris operimentuz. Folia ei sunt que intexis: folia inq que nil tibi caloris prebeant: nil habeant soliditatis. Orto deniq sole arescent: ꝛ ventus vẽs disperget illa: tu vero nuda ꝛ misera remanebis. Tũc ergo nihil opertũ quod nõ reueleᵗ: qm veniet dñs qui ꝛ illuminabit abscondita tenebrarũ: ꝛ manifestabit consilia cordium. Non erit iam quo lateas misera. Frustra dices montibus: cadite super nos: ꝛ collibus operite nos: qm nudam ꝛ apertã oportebit te stare ante tribunal xpi vt audias vocẽ iudicij/ que vocẽ Mat.iij. consilij cõtempsisti. Ecce eñ quid loquitur deus. Agite inquit penitentiã ꝛ dissimulãt multi: ꝛ continẽt aures suas ꝛ dicũt: durus est hic sermo. Nõ sic impij nõ sic dissimulare poteritis cũ so- Mat.xxv nabit asperũ illud verbũ: ꝛ auditio mala. Ite maledicti in ignẽ eternum. Uidetis fratres: q salubriter admoneat nos propheta: vt si vocẽ eius audierimus hodie non obduremus corda nostra. Eadẽ eñ pene verba ꝛ in euangelio legitis ꝛ in propheta. Johã.x. Ait eñ dñs in euangelio. Oues mee vocem meaz audiunt. Et pš.xciiij. sanctus dauid in psalmo. Populus inquit eius (haud dubium quin dñi) ꝛ oues pascue eius: hodie si vocẽ eius audieritis no- C lite obdurare corda vestra. Utilius nãq et multo salubrius est hodie audire eũ consulentem/ consolantẽ/ admonentẽ/ docentem/ ꝛ vt multũ arguẽtẽ/ increpantẽ/ corripientẽ: q in die illa tam amara: tã lugubri/ tam tenebrosa: audire illũ iudicantẽ indignantẽ: vlciscentẽ: seuientẽ: condemnantẽ. Bonuz inq mihi vt humiliter: vt corripiat me iustus in mia ꝛ increpet me: q vt oleũ peccatoris impinguet caput meũ: ne forte terra inueniar: quam percutiat virga oris sui: quando vasa figuli virga ferrea Pš.xvj. conterentur. Bonũ mihi propter verba labioꝝ eius cum ppheta custodire vias duras: q pariter cũ impio interfici spũ labiorum eius. Nunc aũt si quid amaritudinis sentio in voce ei⁹ nõ sine dulcedine est: qm cũ iratus fuerit/ misericordie recordabitur: immo vero ꝛ ipsa indignatio nõ aliunde q de misericordia est. Quos eñ amat arguit: ꝛ castigat: ꝛ flagellat oẽm filiũ quez recipit: visitãs in virga iniqtates ei⁹ ꝛ in verberib⁹ pctã ipsi⁹: miam aũt suã nõ dispgit ab eo. Propterea q prudẽtes sunt non operiũt vulnera sua sꝫ detegũt: ꝛ ɔfitenᵗ dño qm bonus qm ĩ seculũ mia ei⁹: ꝛ sic vinũ reprehẽsionis infundit vt nõ desit oleuz consolatiõis. Propterea inq sapiens apprehẽdit disciplinã ne qñ irascaᵗ dñs: ꝛ iam bm multitudinẽ ire sue nõ querat: sꝫ recedat zelus ei⁹ ab ipo. Inde est eñ: q sapientis cor vbi tristicia: cor vero stultoꝝ vbi leticia: sed tristicia illius conuerteᵗ in gaudiũ: ꝛ extrema gaudij illoꝝ luct⁹ occupabit. Audi deniq abacuch pphetã quõ dñicam nõ dissimulet increpationẽ: sed sedu- Aba.ij. la ac sollicita circa eã cogitatiõe verseᵗ. Ait eñ. Sup custodiã meã stabo ꝛ figã gradũ in munitionẽ vt videã qd dicat mihi: et D quid respondeã ad arguentez me. Et vos ergo fratres obsecro super custodiã nostrã stemus: quoniam tempus militie est. Nec in sterquilinio huius miseri corporis: sed in corde vbi xps habitat in iudicio: ꝛ consilio rationis sit conuersatio nostra: ita sane vt nõ in ipsa habeamus fiduciam: nec fragili innitamur custodie: sed figamus gradum in munitionẽ firmissime petre christo totis viribus innitentes: sicut scriptũ est. Qui statuit supra pš.xxxix. petrã pedes meos: ꝛ direxit gressus meos. Sic ergo cõstituti: ꝛ stabiliti iam cõtemplemur vt videamus quid dicat nobis: ꝛ quid respondeamus ad arguẽtem nos. ¶ Primus eñ cõtem- E plationis gradus iste est dilectissimi: vt incessanter consideremus quid velit dñs: quid placeat ei: qd acceptum sit corã ipo. Et qm in multis offendimus oẽs: et fortitudo nostra in illius rectitudinẽ voluntatis offendit: nec coniũgi ei aut coaptari potest: humiliemur sub potẽti manu dei altissimi: ꝛ oĩno solliciti simus miserabiles nos exhibere: in oculis misericordie eius dicentes. Sana me dñe ꝛ sanabor: saluuz me fac ꝛ saluus ero. Et Hie.xvij. illud. Dñe miserere mei: sana aiam meã qꝛ peccaui tibi. Postq Pš.xl. eñ in hmõi cogitationibus mundatus est oculus cordis iã non in spiritu nostro cũ amaritudine: sed in diuino magis spiritu cũ multa delectatione versamur: nec iam cõsideramus que sit voluntas dei in nobis sed q sit in seipsa. Uita eñ in volũtate eius: vt hoc nobis in omnibus vtilius atq oĩno cõmodius esse non dubitemus quod eius congruit volũtati. Et ppterea q sollicite cõseruare volumus vitã anime nostre: tam solliciti simus qõ quoad possumus ab ea nõ deuiare. Deinde cum iã in spirituali exercitio aliquatenus pfecerimus ducẽ sequẽtes spirituz qui scrutatur etiã alta dei: cogitemus q suauis sit dñs: q bonus in semetipso/ orantes cum propheta vt videamus voluntatem dñi: ꝛ visitemus iã nõ cor nostrũ/ sed templũ eius: ꝛ cũ eodẽ pro- Pš.xxvj. pheta nihilominus dicẽtes. Ad meipm aia mea cõturbata est: Pš.xxvj. propterea memor ero tui. In his eñ duobus tota spũalis conuersationis summa verseᵗ: vt in nostra cõsideratiõe turbemur: ꝛ cõtristemur ad salutẽ: in diuina respiremus: vt de gaudio spiritussancti habeamus cõsolationem: ꝛ hinc timorẽ ꝛ humilitatem: inde vero spem concipiamus ꝛ charitatem.

F

¶ De cute: carne: ꝛ ossibus anime. Sermo.

Beatus dauid in psalmo. xxxiij. de iustis loquitur dicens. Multe tribulationes iustoꝝ: sed de omnib⁹ his liberabit eos dñs. Custodit dñs omnia ossa eorum: vnum ex his nõ contereᵗ. Quod nemo dictum esse de corporeis ossibus arbitretur: presertim cum tot beatoꝝ martyrum ossa confracta sint manib⁹ hoim impiorum: ꝛ contrita dentib⁹ bestiarũ. Sed miranda prorsus: ꝛ miseranda humanarũ conditio animarũ: que licet tam multa foris ingenij viuacitate percipiant: nulla tñ pspicacitate semetipsas sicut sunt/ nosse aut cogitare sufficiant: sed egeãt oĩno figuris ꝛ enigmatibus quibusdam corporearũ similitudinũ: vt ex visibilibus ꝛ exteriorib⁹ possint vel aliquaten⁹ inuisibilia atq in- G terna cõijcere. ¶ Ponamus itaq velut quandã anime cutẽ: cogitationem carnẽ affectionem: vt consequenter os eius intentionem possimus accipere. Sic eñ erit in ossis integritate anime vita: in carnis incorruptione sanitas: in cutis specie pulchritudo. Que sunt ergo tribulatiões iustorum/ nisi q interdũ decoloraᵗ cutis cũ videlicet inutilis cogitatio in corde versatur nõnũq vero etiã caro vulneraᵗ: qñ.s. ad hoc vsq cogitatio vniciosa pcedit: vt delectatiõe corrũpaᵗ affectio. Nã ossa qdẽ iustorũ oĩno integra atq illesa custodiũtur a dño: vt nũq frangatur ppositũ cordis eoꝝ nũq salubris intẽtio contereᵗ: vt vez cõcupiscentie titillanti etiã detur assensus. Sicut eñ pcti cogitatio decolorat: affectio vulnerat: sic cõsensus omnino aiam necat. Caueamus ergo dilectissimi cogitatiões inutiles: vt animarum nostrarũ facies decora pmaneat: vt obliti que retro sunt: H idest populũ nostrũ: ꝛ domũ patris nostri concupiscat rex speciem nostram. ¶ Exeamus de terra nostra: vt non comprehendat nos cogitatio spectãs ad voluptatem carnis. Exeamus et de cognatiõe nostra: idest a cogitatiõibus curiositatis: que nimirum cũ in sensibus corporeis habitet: carnali vtiq cognata est voluptati. Exeamus etiam de domo patris nostri: vt fugiamus cogitatiões superbie ꝛ vanitatis. Eramus nos aliquãdo sicut ꝛ ceteri filij ire: eramus et nos ex patre diabolo: qui nimirum rex est super omnes filios superbie: et in montibus elationis sedem sibi atq habitaculum infelicissimum preparauit. Et si forte aliquando talis aliqua cogitatio mentem subierit: to- Psalm.l. ta sollicitudine laboremus citi⁹ abluere et eradere sordez qua nos maculari ɔspicim⁹ clamãtes cũ ppheta dicẽtes. Asperges me ysopo et mundabor lauabis me: et super niuem dealbabor. Iam vero si quando forte per incuriam ꝛ negligentiam nostrã transierit cogitatio inutilis etiam in affectum cordis: scientes qm non macula est iam sed plaga: tota festinatione ad auxiliuz spũs q adiuuat ĩfirmitatẽ nostrã recurram⁹: clamãtes istud de Psal.xl. psalmo ꝛ dicẽtes. Dñe miserere mei: sana aiam meã qꝛ peccaui tibi. Suaue ei sũt tẽtatiões iste: nec ex toto caueri pñt qdiu I

hoc corpore mortis pergrinamur a domino. Nemo tamen paruipendat aut dissimulet ista: quoniã: et si nõ mortifera sunt: certe periculosa. Intentionẽ vero et propositũ mẽtis ea sollicitudine custodiamus fratres: qua vitã animarũ nostrarũ volumus custodire: qm̃ istud oĩno est peccatũ ad mortem: cũ ex consensu et deliberatione delinquimus proprio iudicio condẽnari. Nec ideo sane dixerim: vt desperet si quis forte delicti huius sibi cõscius est: sed vt expauescat precipitiũ: et qui cecidit adiiciat citius vt resurgat. Nouerit eñ excidisse se a iusticia quicũqȝ eiusmodi est. Cuius os confractũ est et cõminutũ: nouerit precisum se a corpore xp̃i de quo nimirũ legitur. Os nõ comminuetis ex eo. Unde et in passione sua licet plagis virgarũ: in liuorem decolorata sit cutis: vt liuore eius nos sanaremur: licet clauis vulnerata sit caro: et lancea latus eius apertum vt sanguine eius redimeremur: os tamẽ nõ est cõminutũ ex eo. Propterea et scetus dauid. Nõ est (inquit) occultatũ os meũ a te qd̃ fecisti in occulto. Et in alio psalmo. Ossa iquit mea vt cremiũ aruerũt. Quod tunc fit cũ oẽm delectationẽ boni / prorsus amisisse videtur aĩa solamqȝ sibi aride intentiõis fortitudinem reseruasse. Et vide ne forte tale aliquid etiã beatus iob pateret cũ diceret. Pelli mee consumptis carnibus adhesit os meũ: vt videlicet corrupta affectiõe vix solã sibi intẽtionẽ spiritalis cogitatio vẽdicaret.

Exo. xij. — Psalm. cxxxviij. — Ps. ci. — Job. xix.

De verbis apostoli. Qui gloriatur in domino glorietur. De triplici gloria. Sermo.

Qui gloriatur in dño glorietur. Nouerat apostolus gloriã propriã esse creatoris: nõ creature: ſm illud Gloriam meã alteri non dabo: et gloria in excelsis deo et in terra pax hominib⁹ bone voluntatis. Itemqȝ Non nobis dñe non nobis: sed nomini tuo da gloriam. Sed considerauit rationalem creaturam a deo affectare gloriam: vt aut vix aut nunqȝ ab hoc compesci desiderio possit: quippe que ad imaginem facta est creatoris. Propterea ſm datam sibi a deo sapientiã: saluberrimũ adinuenit consiliũ dicẽs Quando quidem persuaderi nobis non potest non gloriari: saltem qui gloriatur / in domino glorietur. Et considera quãtum superexcedit pauli philosophia: philosophiam sapientium mundi huius: que nimirum stulticia est apud deum. Cum eñ nõnullos viderent philosophi alienis delectari laudibus et gloriam abinuicem querere: qui inter eos fuere precipui: prudenter aduerterũt vanam huiuscemodi gloriam et penitus contemnẽdã. Sed considerantes deinde: ac studiosius inquirẽtes quenam appetenda esset gloria sapienti: hic iam plane euanuerũt in cogitationibus suis: propriam cuiqȝ sufficere gloriam abitrãtes: quasi vero anima que a semetipsa esse nõ potest: a se possit esse beata. Sicut ergo cupidi laudis aliene tota sollicitudine operã dabãt ea operari que mirarent̃ hoies et laudarẽt: sic isti sola ea iudicabãt sectãda esse: que interior arbiter anim⁹ approbaret. Et hec quidẽ summa philosophia sapientiũ huius mundi est: ipsa quoqȝ minus habẽs: licet ꝓpinquior veritati. Unde et verã qȝ gloriã sublimi veritatis contẽplatione transcendens apostolus: qui gloriatur inquit: non in altero: non in se / sed in dño glorietur. Et eã que veritati videbat̃ esse vicinior: maiori proinde redarguẽs sollicitudine et condẽnans certo iudicio veritatis. Non eñ inquit qui seipsum cõmendat ille probatus est / sȝ quẽ deus cõmendat. Ut quid eñ aut de alterius hoie: aut de meo ipsius iudicio sollicitus sum: cuius nec vituperio reprob⁹: nec laude probatus inueniar? Fratres si me ante vestrũ oporteret tribunal astare: merito super vestris laudibus gloriarer. Et si vel meo ipsius essem iudicandus examine: iure meo ipsius testimonio contentus ꝓprio laudibus delectarer: nunc aũt cũ nec vestro: nec meo / sed dei sim iudicio presentandus / quante insipientie: immo et insanie est: aut in vestro me: aut in meo ipsi⁹ testimonio gloriari: presertim cuȝ ipse sit / cuius oculis oĩa nuda sunt et aperta: et cui nequaqȝ opus sit vt quis ei testimoniũ perhibeat de homine: Merito proinde apostolus ipse / vane et fallacis glorie reprobator. Mihi inquit pro minimo est: vt a vobis iudicer aut ab humano die / sed neqȝ meipsum iudico. Nihil eñ mihi conscı⁹ sum: sed non in hoc iustificat⁹ sum: qui aũt iudicat me dñs est. In quibus verbis istud quoqȝ diligẽter cõsiderãdũ est: qȝ alienũ quidẽ iudiciũ pro minimo habens: suũ quoqȝ nequaqȝ sequeret̃ qȝuis nõ illud a deo ꝓ minimo iudicaret habẽdum. Nemo eñ scit hoim que sunt in hoie nisi spũs hominis qui in ipso est: vt cõparatiõe interioris testimonij: exterius omnino ꝓ nihilo sit habendũ. Quid eñ mihi cũ eoꝝ laudibus quibus ignotus sum? Et si vel ipse qui in homine est spiritus: oĩa que hois sunt nosse posset: profecto sufficeret testimoniũ eius. Nũc autem prauũ est cor hois: et imperscrutabile etiã sibiipsi: adeo vt presentia quoqȝ magna ex parte ignoret: futura vero sua omnino nosse nõ possit: qȝ aliquatenus nouit presentia: si nõ reprehẽdat nos conscientia nostra: nõ quidẽ gloriã / sed fiduciã habemus ad eũ: sicut beatus iohãnes ait. Coȝ aũt veritatis ipsius quam nihil latet: sententiã de nobis tenere meruim⁹: in ea plane securius poterimus gloriari. Interim vero nolite ãte tẽpus iudicare ait apostolus donec veniat dñs: qui et illuminabit abscondita tenebraꝝ. Illa eñ perfecta oĩno erit et secura gloriatio: cũ erit vnicuiqȝ laus a deo. Nunc quoqȝ licet nõ plenarie liceat: nõ sine timore et sollicitudine multa: aliquatenus tñ in dño gloriamur testimoniũ perhibẽte spũ scõ spiritui nostro qȝ filij dei sum⁹. Hinc eñ vere possumus gloriari qȝ tm̃ habem⁹ patrẽ qȝ maiestati ineffabili cura est de nobis. Unde et propheta. Dñe (inquit) quid est hõ: qȝ magnificas eũ: aut qd̃ apponis erga eũ cor tuũ? Itaqȝ q̃ gloriat̃: iã nõ in meritis suis gloriet̃. Quid eñ habet qd̃ non acceperit? Si aũt accepit: quid gloriat̃ quasi nõ acceperit? In eo ergo a quo accepit gloriet̃: nõ quasi ipse magn⁹ sit: sed qȝ magnificet eũ de⁹: hoc est vt in illis q̃ accepit nõ quasi ea nõ acceperit / sed quasi qui ea acceperit glorietur. Neqȝ eñ ait apls: si autẽ accepisti quid gloriaris: sed quid gloriaris inquit quasi non acceperis: vt non ꝓhibeat / sed doceat gloriari. Sed quid sibi vult qd̃ ait: nõ eñ qui seipsum cõmendat ille probatus est: sed quẽ deus cõmendat? Quis est eñ quẽ in hoc seculo cõmendat deus? Quomõ cõmendabit veritas eum: qui adhuc reprehensibilis inuenitur? Deniqȝ ego inquit quos amo arguo et castigo. Heccine cõmendatio est tota? Prorsus quantũ mihi videtur: ipsa est. Que est eñ melior et efficacior cõmendatio: qȝ diuine erga nos testatio charitatis? Testimonium vero amoris eius nullum credibilius: nullum certius in hac vita: qȝ quod desiderat propheta vbi ait. Corripiet me iustus in misericordia et increpabit me. Hec nãqȝ increpatio qua iugiter nobis suggerit in occulto spũs veritatis quid desit nobis superbiam / negligentiã / ingratitudinẽqȝ repellit. Quo triplici vitio omne paulomin⁹ religiosoꝝ hominũ genus periculose laborat: pro eo qȝ minus attẽta cordis aure percipiãt quid intus loquatur is qui neminẽ palpat spiritus veritatis. Qd̃ nõnullis exinde prouenit nisi fallor qȝ proprie glorie cupidi: nulla ratiõe quiescere possunt: cum in seipsis penitus nihil inueniunt: vnde possint aliquatenus gloriari. Perfecta autẽ et secura gloriatio est: cum veremur omnia opera nostra: sicut testat̃ beatus iob de seipso: et cũ esaia ꝓpheta. Oẽs iusticias nostras nõ aliud qȝ pannum menstruate reputandas esse cognoscimus. Nihilomin⁹ tñ confidim⁹ etiã et gloriamur in dño cuius mĩa tanta est sup nos: vt a grauioribus quidẽ: et que ad mortẽ peccata sunt custodiat nos: et tam benigne: ipsa imperfectionis nostre delicta et cõuersationis impuritatẽ nobis manifestare: et agnitã cõdonare dignetur: quatenus in humilitate et sollicitudine et gratiarũ actione firmiter radicati iam non in nobis / sed in domino gloriemur.

j. Cor. j. — Esa. xlij. — Mat. ij. — Ps. cxiij. — j. Cor. x. — j. Cor. iiij. — j. Joh. iij. — j. Cor. iiij. — Job. vij. — j. Cor. x. — Ps. cxl. — Esa. lxiiij.

De diuersis affectionibus anime et diuersis nominibus ſm eas. Sermo.

Quod diuersis noibus deũ nũc quidẽ patrẽ nũc magistrũ vocemus aut dñm: non illius simplicissime et omnino inuariabilis nature diuersitas vlla in causa est: sed affectionũ nostraꝝ multiplex variatio ſm diuersos ꝓfectus anime vel defect⁹. Uidẽtur enim quedam anime sub patrefamilias agere: quedã sub dño: quedã sub magistro: quedã quoqȝ sub patre: et nõnulle cũ sponso: vt cũ proficientibus ꝓficere: cũ immutatis mutari videatur et ipse: qui iuxta prophetã mutat quidẽ creaturas et mutabũtur: licet idem ipse sit et anni eius non deficiãt. Deniqȝ quid in alio psalmo idẽ propheta ad ipsum loquatur attende. Cum sancto inquit sanctus eris: et cum viro innocente innocens eris: et cum electo electus eris: atqȝ vt magis miremur: et cum peruerso peruerteris. Et quẽadmodũ sic mutetur: immo sic mutet immutabilis ipse / secutus adiungit. Qm̃ tu populũ humilem saluũ facies: et oculos superboꝝ humiliabis. At vero qm̃ non prius quod spiritale: sed prius quod animale / deinde quod spirituale: vident̃ mihi quattuor interdum conuersionem nostram precedere: status vnus sub nobis ipsis: tres sub principe mundi huius. Est enim anima sub seipsa: cũ propriam sequitur voluntatem / libertate perniciosa gaudens. Hic est filius ille prodigus qui portionem paterne substantie que se contingebat accepit ingenium scilicet memoriam / vires corporis: ceteraqȝ similia bona nature quibus non ad diuinam / sed ad suam vteretur voluntatem et esset qȝ tanqȝ sine deo in hoc seculo. Est aũt interim hõ sub se: cũ ꝓprie satisfaciens voluntati necdũ tñ possidetur a vitijs et peccatis: qm̃ qui facit peccatũ iã non simpliciter seru⁹ est: sed peccati. Iam tunc ergo proficiscitur in regionẽ longinquã qui prius quidem separatus erat: sed necdum elongatus a patre. Accepta si quidem portione substãtie factus est sui iuris: et qȝuis recessit ab autore: proximus tamen fuit qȝdiu ab opere non recessit. Hoc autem tandiu fit dum licita quidem / sed non expedientia ꝓ sua sequit̃ voluntate. At postqȝ recesserit: et a seipso decli-

Ps. ci. — Ps. xvij.

nans scilicet in peccatū: tunc iam in longinquā vere proficiscit regionē: qm̄ ab eo qui summe et singulariter est: nihil longi⁹ eo q̄ nullo modo est: nihilq̄ remotū magis ab eo a quo et per quē et in quo sunt omnia: q̄ peccatū quod nihil est inter oia. Porro iustum diuine vltionis iudiciū est vt fugitiuū patris filium: alter sibi vsurpet in seruū. Unde et profectus in regionem longinquam vni ciuiū legitur adhesisse: quem ego nō aliū q̄ vnuz ex malignis spiritibus intelligendum puto: qui pro eo q̄ obstinatione irreparabili peccant: et transierunt in affectū malicie et nequitie: iam non sunt hospites et aduene: sed quasi ciues et inhabitatores peccati. Quid est autez q̄ ciui dicitur adhesisse paup adolescens et peregrinus: nisi q̄ factus est subditus illi: Deniq̄ quemadmoduz adhesit sequentia manifestant. Sic em̄ habes. Adhesit vni ciuiū regiōis illius et misit eū in villā suā pascere porcos. Et nota q̄ famis necessitate / ciui maligno dicitur adhesisse: sicut israel tēpore famis descendisse legitur in egyptū. Periculosa plane et perniciosa esuries que liberos addicat misere seruituti subijciat operib⁹ luti et lateris: porcis associet: immo et seruos faciat esse porcoꝝ. Unde aūt egestas tanta ei q̄ diues aduenerat: collectis nimirum omnibus q̄ de paterna substantia in suam acceperat portionē: Ex eo sine dubio quod premissum est dissipasse bona sua viuendo luxuriose cū meretricibus: propterea inquit cepit egere.

B ¶ Porro meretrices istas concupiscētias carnis intellige: cum quibus luxuriose viuēdo / dissipat bona nature: dum eis abutitur ad voluptatē. Hinc vt iam diximus egestas succedit perniciosa (teste scriptura) q̄ non satiet ocul⁹ visu: nec auris impleatur auditu. [Eccle. j.] Mittit ergo pascere porcos corporeos. i. sensus: qui volutabro luti et spurcitijs oblectātur. Et vide ne forte hi sint porci: quos electi ab hoie maligni spiritus intrant. Electū em̄ a rationali nostro. i. mente / peccatum sensibus corporis heret: apostolo teste / q̄ mente cōsentiat legi dei: carne vero legi peccati que est in membris nostris. Un̄ et in alio loco. Scio inquit q̄ nō est in me bonū: hoc est in carne mea [Rom. vij. Ubi. s.] Quid tamen agendū est cū sic electi ab homine / porcos inhabitant spurci spūs / nisi querenda remedia lachrymarū: et currēdum ad aquas quarum abundantia male viuida radix peccati suffocetur in eis. Quamuis hec oimoda peccati extinctio / fini potius reseruata videt. Hec ex cursu quodā sunt dicta: vt pinde manifestius assignarē quonā modo eū quē sub semetipso reperit sibi malignus subijciat: tanq̄ fortis armatus intrans et possidens atrium: in quo pauper debilis inuent⁹ est habitator.

B ¶ Uerūtamen tripliciter mihi videntur homines esse sub principe tenebrarū. Primū quidem nec volentes nec nolētes: quod couenit his qui necdum habent voluntatis vsum / sunt tn̄ vasa ire propter originale peccatū: donec alligato forti / vasa ei⁹ diripiat fortior: per sacramētū adueniēs: verus vtiq̄ moyses qui in aqua venit / nec in aqua solū: sed in aqua et sanguine. Secundo modo volētes cū iam volūtarie peccāt. Tertio quoq̄ modo nolētes / cū iā resipiscere vellēt: nisi q̄ peccati ꝯsuetudine miserabiliter obligati: iusto dei iudicio / q̄ in sordib⁹ sunt sordescūt adhuc. In quo tertio statu laborasse videt prodigus ille fili⁹: et vere pdigus nimis: qui nō mō dissiparat sua: sed et semetipm subiecerat misere seruituti infelix venūdatus sub peccato: cum ad se reuersus ait. Quāti mercenarij in domo patris mei abundant panib⁹: ego aūt hic fame pereo: Si quis expert⁹ est in semetipso / facile credo in his verbis animū miserabilē recognoscet. [C] Quis em̄ peccati cōsuetudine obligatus nō se felicē reputaret: si datū ei esset / esse tanq̄ vnū ex his quos in seculo tepidos videt viuentes sine crimine: minime tn̄ querentes que sursum sunt: sed que super terrā: Quāti iquit mercenarij in domo patris mei abundant panibus. i. consolantur in innocentia sua: et fruuntur pprie conscientie bono: ego aūt hic fame pereo. i. insatiabilib⁹ crucior peccatorum desiderijs et affectib⁹ vitioꝝ: Potest tn̄ intelligi q̄ non fame panis: nec siti aque / sed fame et siti diuini verbi: quā et iudee propheta minatur sese perhibeat laborare. [Hiere. xj.] Et hec dixerim nō q̄ ita sit / sed q̄ ita sentiat miser humiliatus sub peccato. Neq̄ enim gloriantur cōscientie testimonio: quorū secularis et mercenaria intentio est: sed peccator cōpunctus reputat sanctissimū quacunq̄ ex causa alterum videat innocentem. Fac me inquit sicut vnum ex mercenarijs tuis. Ecce hic iam primus est stat⁹ quo sub deo ceperunt esse homines: qui tanq̄ mercenarij sub patrefamilias viuunt. Hi sunt quos i seculo videmus: aut nullo: aut exiguo desiderio eternorū velut sub mercede seruire deo: et ab eo terrena petere que desiderāt.

D ¶ Iam vero secūdo statu incipit esse sub domino: qui tanq̄ seruus carcerez timet et metuit ne subiugatur penis. In quo sane statu conuersio est / exitusq̄ a seculo et introitus vite: vnde et legis. Principium sapientie timor domini. [Prouer. j.] Et alius quidam propheta. A timore inquit tuo concepimus et parturiuimus spiritum salutis. [Esa. xxvj.] Huic gradui tertius admodum proximus et quasi permixtus est: eoꝝ scilicet qui paruuli adhuc in christo lac concupiscunt tanq̄ sub magistro et pedagogo viuentes. Id namq̄ conuenit maxime nouicijs: qui nimirum si forte in consolationibus meditationis sancte / lachrymarum psalmodie et ceterorum huiusmodi ceperint delectari: quasi pueriliter timent / ne magistrū offendant: ne vapulent: defraudētur munusculis quibus solet eos eruditor ille benignissimus allicere. Hi sunt q̄ puident dn̄m in conspectu suo semper: et cōmouentur si vel ad horam abesse contigerit: nec iam seruiliter timent supplicia / sed tanq̄ paruuli metuunt plagas virgarum / apprehendentes disciplinam magistri: ne quando irascatur / et pereant de via iusta: ne deuotionis gratia subtrahatur: et molesta eis omnia fiant: laborent tedio quodam: et quasi vapulent intus in anima in amaritudine scilicet cogitationum. Hec enim verbera quibus castigat suos paruulos deus: que melius experimento dignoscimus q̄ sermone.

¶ Unde et ipse dominus loquitur per prophetam. Si dereliquerint filij eius legem meam &c. visitabo in virga iniquitates eorum: et in verberibus peccata eorum. [Psalm. lxxxviij.] In his itaq̄ primordijs: et quasi infantili etate sic vicissim sibi succedunt, timor domini et disciplina magistri: vt nunc in isto: nunc in statu illo. sese inueniat quisquis sollicitus fuerit diligenter hoc obseruare. Inde est q̄ nouelle adhuc ecclesie loquēs simul vtriusq̄ noīs memini dicēs. Uos vocatis me magister et domine: et bene dicitis sum etenim. [Joh. xiij.] Agnoscant hic locum suum nouicij nostri: vt solliciti sint decetero sedule magis circa ista versari: ante omnia siquidem timor eis necessarius est / quo nimiruz peccata possint preterita delere: cauere futura. Timor enim domini vt ait scriptura expellit peccatum: siue quod iā admissum est: siue quod temptat intrare. [Eccle. j.] Expellit sane illud quidem penitēdo: hoc resistendo. Sed quoniam arta et ardua est via: que ducit ad vitam: tanq̄ paruulis in christo pedagogus vobis o filij: ac nutricius necessarius est: qui doceat / deducat / foueat vos: et tanq̄ alludat paruulis ac blandicijs quibusdam consoletur ne pereat etas infirma. Propterea nō ego / sed magis ecclesie princeps et pastor vos admonet. Quasi modo geniti infantes / rationabiles sine dolo lac concupiscite: ita sane vt in eo nequaq̄ permaneatis: sed in eo crescatis in salutem. [j. Pet. ij.] Quod alia quedam scriptura manifestius exprimens loquit sic. Gaudete gaudio oēs q̄ lugebatis sup eam (haud dubiū quin hierusalē: de ea siquidē loquebatur) vt potemini ait la lacte: et satiemini ab vberibus consolationis eius. et cū auulsi fueritis a lacte epulemini ab introitu glorie eius. [Esa. lxvj.] Ipse est enim status filij iam robuste etatis / q̄ sub patre viuit nec lacte iā potatur / sed vescit solido cibo: oblitus sane que retro sunt: in quibus seruulis oculus in amaritudine morabatur: sed ne ipa quidem presentia cōsiderans / nec paruas paruuloꝝ ꝯsolatiōes captans magis extēdens se in anteriora ad palmā superne vocationis et introitū future beatitudinis: expectās beatā spē et aduentū glorie magni dei. Euacuauit em̄ que erant paruuli: nec circa eiusmodi suaues quidē: sz nō perēnes cōsolatiōes hactenus occupatur. Sed quia iā profecit in virum perfectū in his que patris sunt oportet eū esse: suspirare ad hereditatem: seduläq̄ circa eā meditatiōe versari. Nūquid em̄ mercenariū cū q̄s estimet qui paterne inhiat hereditati: eamq̄ toto affectu expetit et expectat: quam nimirum filij mercedem esse non mercenarij ppheta testatur: Cum dederit inq̄t dilectis suis somnū ecce hereditas domini: filij merces fruct⁹ ventris. [Ps. cxxvj.] [E] ¶ Inuenitur tamē alter gradus sublimior: et affect⁹ dignior isto: cū penitus castificato corde nihil aliud desiderat anima: nihil aliud a deo querit q̄ ipsum deum. Crebro siquidē didicit experimēto: qm̄ bonus dominus sperātibus in se: aie querenti ipsum: ita vt iam ex affectu cordis atq̄ sentētia clamet illud de psalmo. Quid em̄ mihi est in celo: et a te quid volui sup terram: Deficit caro mea et cor meum: deus cordis mei: et pars mea deus in eternū. [Ps. lxxij.] Neq̄ enim suum aliquid non felicitatem: nō gloriā: non aliud quicq̄ tanq̄ priuato suipsius amore desiderat anima que eiusmodi est: sed tota pgit in deū vnicūq̄ ei ac pfectū desideriū est: vt introducat eam rex in cubiculū suum vt ipsi adhereat: ipso fruatur. Unde et iugiter reuelata facie quoad potest celestis sponsi gloriā speculando in eandē imaginē transformat de claritate in claritatem: tanq̄ a domini spiritu. Et hoc plane audire meretur. Tota pulchra es amica mea. Audet et ipsa loqui: dilectus meus mihi et ego illi. [Canti. iij.] Atq̄ i huiusmodi felicissima et iocūdissima confabulatione delectatur gloriosa cū sponso.

¶ De verbis psalmi Audiam quid loquatur in me dominus deus. Sermo.

[F] Inuisibilia dei (apostolo teste) a creatura mūdi p ea q̄ fcā st itellecta ꝯspiciūt. Et ēvelut cōsa qdā liber et cathena alligat⁹ vt assolet sēsibil mūdus iste: vt i eo sapiētiā delegat qcūq̄ voluerit. Erit tn̄ cū celū plicabit sicut liber: i q̄ vtiq̄ deinceps legere ha

beat necesse: quoniam erunt omnes docibiles dei: ⁊ quemad-
modum creatura celi sic ⁊ creatura mundi: iaz non p speculũ et
in enigmate: sed facie ad faciem deum videbit: ⁊ sapientiã eius
ad liquidum contemplabitur in seipsa. Interim vero opus ha-
bet hũana anima velut quodã vehiculo creature / vt ad cogni-
tionem creatoris assurgat cũ econtra longe beatius perfectius
ꝙ angelica natura in creatore noticiã habeat creature: ad quã
nimirum excellentiã licet ad modicum rapta fuisse videtur ani
ma illa beata: que collectũ sub vno solis radio mũdum vniuer-
sum cõspexit de quo miraculo beatus papa gregorius in libro
dialogoꝝ scribens. Uidẽti inquit creatorem angusta est omnis
creatura. Felices proinde q̃ satianꝰ ex adipe frumẽti: nec opus
habent sugere mel de petra: oleũqꝫ de saxo durissimo qui vide
licet inuisibilia dei non inuisibilibus rimando perquirunt: sed
in seipsis ad liquidũ intellecta conspiciunt. Uerum vt iam dixi

G mus angelice felicitatis illud est: nõ fragilitatis hũane. ¶ Que
ramus igitur per ea saltem que facta sunt intellectum inuisibi
lium dei: que si in ceteris creaturis intellecta conspicit anima:
necesse est vt longe amplius conspiciat ⁊ intelligat multo sub-
lius in ea creatura que facta est ad imaginez creatoris: hoc est
in seipsa. Nullus deo vicinior gradus: inter omnes que sub so-
le habitant creaturas ꝙ anima humana: vt merito ꝓpheta di-

Ps. lxxxiij. Ubi.s.

cat ad ipsum. Beatus vir cuius est auxiliũ abs te: ascensiones
in corde suo disposuit. Et post pauca. Ibunt inquit de virtute
in virtutem: videbitur deus deoꝝ in syon. Propterea incessanter
hortamur vos fres / vt ãbuletis vias cordis: ⁊ sit aĩa vestra ĩ mã
nib⁹ vris semp: vt audiatis q̃d loquaꝝ in vobis de⁹: qm̃ loq̃tur
pacẽ. Quib⁹ loquiꝝ pacẽ: Utiqꝫ in plebẽ suã ⁊ in sanctos suos.
Que est plebs: aut qui sunt sancti? Ipsi nimirum qui conuer-
tuntur ad cor. Unde et sequitur: et in eos qui cõuertunꝝ ad cor.

H ¶ Nos tamẽ in his verbis tria solem⁹ intelligere hominũ ge-
nera / q̃bus solis deus loquiꝝ pacem sicut ⁊ ꝓpheta alius / tres

Eze. xiiij.

tantũ preuidit / saluãdos. Noe / danielẽ / ⁊ iob: cõtrario quidem
ordine / sed eosdẽ ordines exprimens continentiũ scilicet prela
torumqꝫ ⁊ coniugatorũ: si tamen continẽtes a carnalibus ille-
cebris ad ea que cordis sunt: idest ad spiritualia desideria con
uertantur. Unde ⁊ daniel vir desideriorũ ab angelo nominaꝝ.
Et prelati ꝓdesse magis studeãt ꝙ preesse: qm̃ ipos maxie de-
cet sanctitudo: vñ ⁊ in psalmo sancti specialiter appellãtur. Et
coniugati mãdata nõ trãsgrediãtur: vt merito plebs domini ⁊
oues pascue eius debeãt nominari. Immo vero ⁊ in nobisipsis
(quoniã inde est nobis ãplior sollicitudo) tres istos ordines as
signare solemus: plebẽ quidẽ intelligentes officiales fratres:
qui exterioribus ⁊ quasi popularibus negocijs occupãtur. At
vero qui cõuertũtur ad cor: ipsi sunt claustrales / quos nulla ipe
dit occupatio / sed libere vacãt: vt videãt quoniã suauis est do
minus. Super vtrunqꝫ parietem deus loquiꝝ pacem: quoniam
idem est ad quod tendunt: licet nõ eadẽ via. Est psalterium io-
cundum cum cythara: nec minus iocundus est sonus cythare
ꝙ psalterij: licet hec ab inferioribus reddat sonum: illud a su-

I perioribus. ¶ Uerumtamen optimã partem elegit maria: licet
non minoris fortasse meriti sit apud deum humilis conuersa-
tio marthe / sed de electione maria laudatur: quoniam illa qui-
dem omnino (quod ad nos spectat) eligenda: hec vero si iniun-
gitur patienter est toleranda. Iam quod interponitur super
sanctos suos: ad prelatos pertinet: quibus nimirum vtraqꝫ vita
necessaria est. Et ipsoꝝ est vtrisqꝫ prouidere: ⁊ copulare sibi pa
rietes e diuerso venientes. qm̃ angularis lapidis (qui est chri-
stus iesus) vicarij constituti sunt. Nec dubiũ quin longe pericu
losior ceteris eorum sit administratio. Tamen si bene admini-
strauerint gradum bonum sibi acquirent: ⁊ maiorem abundan
tiã ⁊ supereffluentẽ mensuram accipient pacis: vt de eis meri-

Esa. lxi.

to dicaꝝ. Qm̃ super sanctos pacẽ loquitur de⁹. An vero dubitet
quis: quos dixerit sanctos? Audiat esaiã. Uos iquit sancti do-
mini vocabimini ministri dei nostri. Proposueram exemplũ ali
quod dare quemadmodum ex sua ipsius cõsideratione ad spi-
ritualẽ intelligentiam assurgere humanus debeat animus: sed
necesse est in diem alterũ ⁊ sermonem alterum differre.

¶ De vita ⁊ quinqꝫ sensibus anime. Sermo.

K Agna est dico vobis charissimi: ⁊ nimiꝝ inexcusabi
lis negligentia nostra qui cogitatiõib⁹ ociosis va-
cantes tempus amittimus: quib⁹ nimirũ nec pene-
trãde nubes: nec maria transfretãda: vt salubres in
ueniamus cogitatiões / sꝫ prope est (vt ait moyses)
verbum in ore nostro ⁊ in corde nostro ⁊ infinitas in nobismet
ipsis vtilium cogitationum occasiones: ⁊ seminaria possumus
inuenire. Deniqꝫ si tam in erudita ⁊ negligens fuerit anima: vt
nec interiora sua sufficiat perscrutari: attẽdat ea q̃ foris agit palã
et manifeste: et in ipsis quoqꝫ si diligenter q̃sierit inueniet sa-
pientiam. Ecce enim scriptum est. Da occasionem sapienti / et
sapientior erit: considera o anima quid impendas corpo-
ri tuo: et inuenies sine dubio ꝙ vitam ei sensumqꝫ ministras
et vitam quidem in toto corpore inuenies vniformẽ. Uerbi gra
tia. Neqꝫ enim aliter viuit oculus ꝙ articulus. Sensum vero
non ita. Quere ergo vt ibi quoqꝫ anima tua (que est sine dubio
deus tu⁹) similia largiaꝝ. Neqꝫ ei viuere dicẽda est aĩa q̃ verita
tis nõ hꝫ cognitionẽ: sꝫ adhuc mortua est in semetipsa: quẽad-
modũ ⁊ ea sine sensu: q̃ necdũ hꝫ dilectionẽ. ¶ Est ergo anime

L vita veritas: sensus charitas. Nec mireris ꝙ interdũ anime im
pioꝝ noticiã hñt veritatis: q̃ tñ expertes sunt charitatis: qñ ⁊ in
corporibus nõnullis vitã reperis sine sensu: vt sunt arbores ce-
teraqꝫ silia. Uiata quidẽ / sꝫ animatiõe / nõ anima: quẽadmodũ
et anime iniquoꝝ / veritatis hñt noticiaz naturali ratione: q̃ tñ
interdũ adiuuaꝝ a gratia cũ nullatenus sane animeꝝ ab ea. In
his aũt q̃bus ⁊ cognitionẽ veritatis: ⁊ dilectionẽ anima spiri-
tualis infundit: nõ exteriori quolibet mõ / sed tanq̃ anima ipso
rum cui adherentes vnus spũs fiunt cũ ea: in his inq̃ indiuisa
est cognitio veritatis: fm ꝙ dictũ est de vita corporis. Eadem

M eñ cognitione ⁊ minima ⁊ maxima cõprehendis. ¶ Porro dile
ctionem q̃dẽ si diligenter aduertas: variã ⁊ fortassis fm quiqꝫ
sensus corporis q̃nquipertitã poteris inuenire. Est enim amor
pi⁹ quo parẽtes diligim⁹. Est amor iocũdus quo socios diligi
mus. Est ⁊ erga oẽs hoies amor iust⁹: erga inimicos amor vio
lentus: erga deũ sanct⁹ siue deuot⁹. In his oĩbus si diligenter
attendis ꝓpriũ erga singulos: ⁊ oĩno diuersum ab alijs modũ
inuenies. Deniqꝫ si cõsiderare curiosius delectat: nõ imerito for
tasse videbiꝝ primus. i. parentũ amor tactui cõuenire: ꝙ hic sen-
sus sola ꝓxima ⁊ corpori iuncta pcipiat: quẽadmodũ amor ille
nullis exhibeꝝ nisi ꝓximis carnis nostre. Sꝫ nec illud q̃dẽ dis-
crepat a ratiõe similitudinis: ꝙ hic solus e sensibus p corp⁹ diffũ
diꝝ vniuersum: qm̃ ⁊ amor ille naturalis est omni carni: adeo vt

N ipsa aĩalia bruta ⁊ diligãt fet⁹ suos ⁊ diliganꝝ ab eis. ¶ Amor
quoqꝫ socialis videre licet ꝙ ꝓprie dicaꝝ gustui conuenire: ob
maiorẽ ꝓfecto dulcedinẽ: ⁊ qm̃ hic sensus solus est quo magis
eget humana vita. Nec video qua ratiõe viuere dicend⁹ est sal
tem hac cõi vita qui nõ eos diligit inter quos viuit. Amor autẽ
generalis quo vez oẽs hoies diligunꝝ: odoratus hꝫ similitudinez
in eo vtiqꝫ ꝙ hic sẽsus iã remotiora pcipiat: ⁊ ꝙ nõ ex toto car
nalis delectatiõis expers: eo tñ tenuiorẽ eã habeat quo diffusio-
rem. Auditus aũt multomagis remotiora capit: nec iter hoies
ab amãte quisqꝫ remotior est ꝙ nõ amãs. Deniqꝫ cũ in ceteris
sensibus nõnulla carnis ipsi⁹ oblectatio sit: ⁊ magis ad carnez
pertinere videanꝝ: auditus pene tot⁹ extra carnẽ: ⁊ ei dilectio
ni nõ immerito cõuenire videꝝ: cui⁹ tota cã obedientia est quaz
pertinere ad auditũ satis euidens est: cũ ceterarũ vñ diximus
dilectionũ: nõnulla a carne sumaꝝ occasio. Porro visus quidẽ i
eo sibi vẽdicat amoris diuini similitudinẽ: ꝙ ceteris oĩb⁹ excellẽ
tior ⁊ singularis cuiusdã nature: perspicatior quoqꝫ ceteris inue
nitur ⁊ discernit multo remotiora. Deniqꝫ odorat⁹ quidẽ ⁊ au-
ditus videnꝝ vtiqꝫ remota sentire / sꝫ ad se magis quẽ sentiant
aerem credunꝝ attrahere. Uisus aũt nõ ita / sꝫ magis ipse exire
videꝝ / ⁊ ad remota ꝓcedere. Sic ⁊ in dilectiõib⁹ est. Quodam
modo eñ attrahim⁹ ꝓximos quos tanq̃ nosipsos diligim⁹. At
trahim⁹ ⁊ inimicos quos ad hoc diligim⁹ vt sint ⁊ ipi sicut nos:
id est vt sint amici. Deum vero si vt dignũ est: tota virtute: tota
anima: toto corde diligim⁹: ipsi magis in eũ pergim⁹: ⁊ tota fe

O stinatiõe in eũ qui ineffabiliter sup nos ꝓperam⁹. ¶ Iã vero et
id manifestũ est: qm̃ in corporis sensibus visus quidem ceteris
omnibus: auditus reliquis tribus dignior: odoratusqꝫ ⁊ gustũ
et tactum: ⁊ si non vtilitate: dignitate tamen superare videtur:
et gustus tactui superexcellere: quod manifestat etiam disposi
tio ipsa membroꝝ. Oculis siquidem in summitate locatis: au-
res inferiores esse quis nesciat? Sic ⁊ auribus nares: ⁊ fauces
naribus: ipsis quoqꝫ faucibus manus pariter ⁊ reliquas corpo
ris partes ad quas pertinet tactus / subesse manifestum est. Se
cundum ergo hunc modũ ⁊ in sensibus anime considerare licet
alterum altero digniorem: quod quia facile iã potestis aduer-
tere / breuitatis causa pretereo. Illud quoqꝫ vestre nihilomin⁹
diligentie cõsiderandum relinquo: ꝙ quemadmodum art⁹ cor-
poris cadere necesse est q̃cito desierit eos anima vegetare:
sic et eas quas diximus affectiones: que sunt velut quedã ani

P me membra: sine anima ipsius anime (que deus est) cadere om-
nino necesse est: quatenus videlicet aut ex toto non diligatur
quod diligendum est: aut non diligaꝝ ad quod debet: aut quo
modo debet. Sunt enim qui parentes carnaliter tantum dili-
gunt: ⁊ ipsi quoqꝫ confitentur domino cum benefecerit eis. Sꝫ
huiusmodi dilectio: aut omnino vocanda dilectio nõ est: aut ca
duca est: aut decidens in terrena.

¶ De duplici baptismo: et de relinquenda propria vo- luntate. Sermo.

A

Scitis fratres (firmissime enim tenetis catholicam veritatem) q̄ in baptismate abrenunciātes diabolo pater celestis adoptet: ꝛ in regnū filij claritatis sue de potestate trāsferat tenebrarum. Nimirū ipsa est stola prima quā vere cito proferre ministros paternus iubet affectus: non oris petitionē: non desiderium cordis expectans/ sed et ipsum intellectum preueniens in benedictionibus dulcedinis. Quotquot em̄ baptizati sumus in christo iesu: christū induimus. De quo et alius clamat testis et ipse fidelis: q꞉ quotquot receperunt eū dedit eis potestatem filios dei fieri. Nec vero inanis est: aut infirma potestas: quia nimirū certi sumus continuo et nos: quoniam neq̄ mors neq̄ vita: neq̄ virtutes: neq̄ angeli: neq̄ altitudo: neq̄ profundū: poterit nos separare a charitate dei: que est in christo iesu. Sed attende q̄sta enumerauit apostolus (eius enī verba sunt) minime tamen adiciens: nec nosipsi. Nimirū hec est libertas qua xp̄s nos liberauit: vt nulla penitus creatura auellere nos/ aut vim facere possit. Soli id deserere possum⁹ ppria voluntate abstracti ꝛ illecti a propria concupiscentia. Preter hanc enim nihil est q̄d timeamus. Denic̄ donec voluntatis vsum ꝛ facultatem deliberandi renatus quisq̄ recipiat/ a charitate dei separari omnino non potest. Securus interim degit sub protectione et aduocatione dn̄i dei sui: non est quod vereatur ex omnibus. At vbi fere discretionis annos ingrediens redditur sibi: ceterorū vtiq̄ violentiam: nec tunc quidem formidare necesse est/ sed ab ea q̄ dormit in sinu caueat propria scilicet voluntate. Erit forte peccatum in foribus: sed appetitus eius sub eo est: tantū ipse aperire renuat: consentire recuset. Denic̄ primos parentes nō visus aut leo/ sed potius serpens callidior vtiq̄: non fortior ceteris animantibus supplantauit. Nec mulierem vir sed mulier virum. Serpens o eua decepit te: decepit profecto: non impulit aut coegit. Mulier tibi o adam de ligno dedit/ sed offerendo: vtiq̄ non violentiam inferēdo. Neq̄ enim potestate illius/ sed tua factum est volūtate: vt eius voci plus obedieris q̄ diuine. Ceterum si ille sibi non precauit ignarus: nos saltē nobis tot exemplis premoniti caueamus. Immo vero q̄m periclitati sumus: ꝛ nos miserabiliter in hac parte: de cetero iam remedium aliq̄d tantis prouidere malis sollicite studeamus. Quando em̄ fortis ille armatus: quē fortior superueniens alligauit: atrium illud olim suū valuit violētia aliq̄ obtinere. Sed vacuū sibi quoq̄ insipienter expositū domicilium reperit: ꝛ cum alijs septē nequioribus/ non fortioribus ingrediens/ non irruens: libere habitauit. Quis vero illum admisit/ nisi propria volūtas? Ipsa est que in potestatem tenebrarum denuo redijt: que nos iterū subdidit mortis imperio. ¶ Ueni dn̄e iesu etiā nūc iesu bone eijce iterum fortiter quē nos insipiēter admisimus. Tunc enim vere liberi erimus/ etiā nūc/ si nos liberaueris. Irritū fecim⁹ fedus primū: tibi peccauim⁹ dn̄e: sathane ꝛ opib⁹ ei⁹ obligātes denuo nosmetipsos: iugo iniq̄tatis colla vitronea submittētes: ꝛ subijciētes nos misere seruituti. Itaq̄ fratres mei rebaptizari nos cōuenit: secundū fedus inire necesse est: opus est pfessiōe secūda: nec iā sufficit abrenūciare diabolo ꝛ opib⁹ ei⁹: mūdo pariter abrenūciādū est ꝛ pprie volūtati. Ille em̄ seduxit: ille tradidit nos. In priori nimirū baptismate: q̄n nihil nobis adhuc voluntas nostra nocuerat/ satis fuerat abrenūciare diabolo: cui⁹ pfecto inuidia/ pctm̄ pariter ꝛ mors primū ingrediēs: in oēs hoies ptrāsiuit. Ceterū postq̄ mūdi fallētis illecebras et īfidelitatē proprie voluntatis manifeste sumus experti: decetero iā in scd̄o (vt ita dixerim) cōuersiōis nostre baptismate merito prorsus ꝛ nō ad insipientiā nobis: nō resarcire tantūmō fedus primū/ sed etiā roborare solliciti: ipsis quoq̄ affectibus pariter abrenunciam⁹. Studeamus pinde dilectissimi: imaculatos nos ab hoc seclo custodire: sciētes q̄m religio mūda ꝛ imaculata corā deo hec est. Caueam⁹ aūt a ppria volūtate tanq̄ a vipa pessima et nequissima: ꝛ que sola decipere dānare possit animas nostras.

Johan. I. B

C

¶ De primordijs medijs ꝛ nouissimis nostris. Sermo.

D

Fili mēorare nouissima tua: ꝛ in eternū nō peccabis. Recole primordia: attēde media: mēorare nouissima tua. Hec pudorē adducūt: ista dolorē ingerunt: illa metū icutiūt. Cogita vn̄ veneris ꝛ erubesce: vbi sis et ingemisce: quo vadas ꝛ cōtremisce. Uide ne adijcias adhuc ignorare: ne forte sup te veniat terribilis illa cōminatio: qua sponsus intonat dicēs. Si ignoras te o pulchra inter mulieres. Egredere ꝛ abi post greges sodaliū tuoꝝ. Prio siquidē cū in honore esses o hō nō intellexisti: vn̄ cōparat⁹ es iumētis insipiētib⁹: ꝛ silis fact⁹ es illis. Iā si nec vexatio intellectū dederit auditui: etiā post greges abibis: illis nihil mali sentiētib⁹/ malis exposit⁹ vniuersis. Agnosce ergo primordia tua: ꝛ erubesce cōparatū te esse iumētis. Memorare nouissima tua: ꝛ time ne abeas etiā post iumēta. Erubesce inq̄ q̄ p cōsortio āgeloꝝ cōsortisi fortitus es pecoꝝ: nō mō in necessitatib⁹ corporis/ sed etiā in affectib⁹ cordis. Cū iumētis partiris cibū terre: q꞉ panē angelicū/ panē fastidisti celestē. Nō solū autē/ sed etiā q̄d peius est in recto corpore curua est aia. Et in corpe manet humane aie similitudo: in aie vo bestiali silitudine mutata est silitudo dei. ¶ An nō ɔfunderis sursum caput habere q̄ sursum cor non habes: corpe rect⁹ stare: q̄ corde repis i terra? An nō repe est i terra carnē sape: carnalia desiderare: carnalia q̄rere? Uerūtn̄ quia ad imaginē ꝛ silitudinē dei creat⁹ es: si pdidisti silitudinē silis fact⁹ iumētis: sed in imagine ptrāsisti. Ergo si in sublimi posit⁹ nō intellexisti q̄m limus esses: noli infixus in limo pfundi ignorare q꞉ imago dei es: ꝛ erubesce q̄ pegrinā ei supduxeris similitudinē. Memor nobilitatis tue: pudeat te tante deiectiōis. Ne ignores pulchritudinē tuā: vt de feditate ampli⁹ confundaris. Hec est iuxta salomonē confusio adducens gloriam: quando a tanta gloria cecidisse confunderis. Eras enim aliquando gloria et honore coronatus: cōstitutus sup opa manuū domini: incola paradisi: angelorum ciuis: et domesticus domini sabaoth. Hinc deiecisti teipm̄ in has interiores tenebras: vnde ad exteriores quoq̄ ꝛ palpabiles tenebras eijciendus eris aliquando si nō caues. Ab ista inq̄ glia filioꝝ dei deposuisti temetipsū: a felici illa: et dulcissima patria: ab orto voluptatis exulem te fecisti. Ecce vnde venisti: vis nosse quo deuenisti? In locū vtiq̄ afflictiōis. ¶ Siquidē vita tua inferno appropinquauit. Quid em̄ hic nisi labor ꝛ dolor ꝛ afflictio spiritus? Sed nūc ita ɔtigit tibi: ac si puer in carcere natus sit: ꝛ in carcere sit nutritus: ꝛ q꞉ nunq̄ viderit lucē: miretur sup tristicia ꝛ anxietate matris sue. Illa em̄ scit vnde doleat: et quia nouit bona/ grauiora sunt ei mala: ꝛ recordatione pacis amaritudo eius amarissima est. Tibi magna bona/ videnł minora mala: ꝛ pre maioribus cōpedib⁹ quibus assuetus es: minores anulos requiē putas. Comedere appetis: quia fames te cruciat. Utrūq̄ labor est: sed quia fames grauior magis: comedere nescis esse laborem. Denic̄ postq̄ fames depulsa fuerit: vide si nō graui⁹ ducis comedere q̄ esurire. Sic se habēt vniuersa sub sole: vt nihil sit in eis vere iocūdum: sed ab vno semp trāsire velit homo ad aliud solaq̄ vicissitudine releuetur vtcūq̄ ac si prosiliat ab aq̄ in ignē: ꝛ inde rursus in aquam resiliat: vtpote qui neutrū ferre possit. Omnis siquidē laboris remediū: alteri⁹ laboris initiū est. Nemo in hoc seculo nequā q̄d vult hēre pōt: q̄ ñdo quidē nec iust⁹ iusticia saciał: nec voluptuos⁹ voluptate: nec curiositate curios⁹: nec ambitiosus inani gloria. Ecce vn̄ doleas si nondū insensibilis factus es. Ecce vn̄ doleas q̄ in exilio posit⁹ es: i dexto moraris: ꝛ in tenebris āmbulas ꝛ in lubrico: ꝛ i sudore vultus tui vesceris pane tuo. An nō in amaritudie morał ocul⁹ tuus quotiēs ista cōsiderat ꝛ deplorat pariter cū pphetā. Heu mihi: q꞉ incolatus me⁹ plongat⁹ est? ¶ Habes iā primordia: habes ēt media/ sed nouissima que sunt? Nā de eis dr̄: q̄ coꝝ memor nō peccabis. Ipsa sunt mors/ iudiciū/ gehēna. Quid horribilius morte: q̄d iudicio terribili⁹? Nā gehēna nihil pōt itolerabili⁹ cogitari. Quid metuet si qs ad ista nō trepidat: nō expauescit: nō timore cōcutił? O hō si pudorē pdideras ad nobilē creaturā ptinentē: si dolorē nō sētiebas afflictiōis q̄d est ēt carnaliū: vel timorē nō omittas: q̄m ille est etiā iumētoꝝ. Oneram⁹ asinū ꝛ fatigam⁹ i laborib⁹ plurimis ꝛ nō curat: q꞉ asin⁹ est. At si in ignē impellere/ si in foueā pcipitare velis cauet quantū pōt: quia vitā diligit ꝛ mortē timet. An nō tibi ergo iustū videł/ vt q̄ modo iumētis insensibilior fueris/ post iumēta ipsa cōpellał abire: ꝛ in tormētis positus locū teneat posteriorē? ¶ Time ḡ o hō q̄ in morte separādus es a bōis oībus hui⁹ corpis: ꝛ tā dulce carnis ꝛ aie vinculū amarissimo secandū diuortio erit. Time q̄ in terribili iudicio ei pñtādus es: in cui⁹ man⁹ horrēdū est incidere: ꝛ eo examināte quē nihil latet siquidē inuenta fuerit in te iniq̄tas: alienādus ab vniuersitate q̄etis ꝛ glie: ꝛ segregād⁹ a numero bonoꝝ. Time q̄ in gehēna cruciatib⁹ eternis: ꝛ imēsis exponēd⁹ es: in sorte diaboli ꝛ angeloꝝ ei⁹ in igne eterno: q̄ pparatus est eis. Hic ḡ timor initiū sapiētie dr̄: nō pudor: nō dolor: q꞉ neuter eoꝝ sic initiat ad sapientiā: neuter tātā hz efficatiā. Iīn est q̄d nō dicił memorare primordia aut media sed nouissima/ ꝛ nō peccabis. ¶ Ualidior em̄ est ꝛ vehemētior spūs timoris ad resistēdū peccato: q̄ pudor ꝛ dolor: q꞉ pudor de multitudie: ꝛ dolor de q̄licūq̄ hui⁹ mūdi cōsolatiōe capit solatiū: timor vo nō inuenit vn̄ cōsoleł. Nā in morte nō magnū: nō paruū aliquid: de bonis hui⁹ mūdi tecū delatur⁹ es in iudicio/ nec fallere nec resistere possibile erit: in gehēna penit⁹ nulla cōsolatio/ sed perpetuū ve: vlulatus ꝛ fletus ꝛ stridor dentium.

Canti. I.

E F G H I K

¶ De triplici misericordia et quattuor miserationibus. Sermo.

L

Miserere mei deus sm magnā miam tuam. ¶ Sicut sunt peccata minima: sūt ⁊ mediocria: sunt magna: sic est mia parua mediocris/ ⁊ magna. Magn⁹ ergo peccator magna mia opus habet: vt vbi abūdauit delictū/ supabundet ⁊ gratia. Paruā miam dico expectationē: qua non statim punit peccantē: sed expectat ad penitentiā. Paruā aūt nō in se/ sed ad cōparationem aliarū. Alioquin magna plane: magna oino misericordia: expectatio dñi ē. Nā peccantē angelū oino nō expectauit/ sed pcipitauit: hoiem quoq peccantē nō distulit: sed protin⁹ expulit de padiso. Nunc iam expectat/ dissimulat sustinet decē annis/ viginti/ vsq ad senectutē ⁊ seniū. Et si cōsideremus quāta et ꝙ plurima peccata quotidie fiūt/ nōne leuia reputamus illa que tā cōtinuo dānationis excepere sententiā: Nihil proinde mirū si ipsi⁹ quoq pphete pene moti sunt pedes: pene gressus effusi: qm̄ zelabat super iniquos pacē peccatoꝝ vidēs: si pctōres ipsi dicūt quō scit deus: ⁊ si est sciētia in excelso: Sed hec est gr̄a crucis xpi ⁊ virtus. Uiuo ego dicit dñs: nolo mortē pctōris sed vt magis ouertat ⁊ viuat. Quātū vero mihi videt: vox xpi resurgētis est ista. Ac si dicat/ velit nolit iudeus: viuo ego. Nolo mortē pctōris q̄ mori volui p pctōrib⁹. Uolo vt fructuosa sit mors mea ⁊ copiosa per eā redēptio.

Ezechiel xviii.

M

¶ Hāc ergo misericordiā dñi qua tardat ferire: parat⁹ ignoscere: paruā nō quidē in seipsa: sed aliaꝝ comparatione nominaui: q: hec si quidē sola fuerit: nullatenus sufficit ad salutē: imo vero iudiciū dānationis accumulat vt dicatur: hec fecisti ⁊ tacui. Apostolū proinde audiam⁹ more suo terribiliter intonātē. An diuitias bonitatis ei⁹ inqt haud dubiū quin dei ⁊ lōganimitat' cōtēnis: Ignoras qm̄ patiētia dei ad penitentiā te adducit: Tu aūt sm duriciā tuā ⁊ cor impenitēs thesaurizas tibi irā in die ire. Thesaurizas inquit tibi thesauros ire p prerogatis thesauris misericordie quos cōtemnis: ⁊ euacuas in te misericordiā dei. Sed sm qd: Scdm duriciā tuā ait ⁊ cor impenitēs. Quis aūt scindet duriciā istā: nisi qui passiōe sua petras scit: Quis dabit cor penitēs: nisi a quo est oīe datū optimū: Hec est scda misericordia oino maior priore: que facit ne prima sit infructuosa: ⁊ cōuertat in dānationē mortis: dando. s. penitētiā: sine qua expectatio nō modo nō pdest: sed obest plurimū. Et hec quidē in leuibus pctis pōt sufficere: qm̄ in his a quibus abstinere nō possum⁹ dū gestamus corpus peccati: ad salutē sufficere pōt penitētia quotidiana. At in grauioribus quidē: ⁊ q̄ peccata ad mortē sunt opus est non mō penitētia: verūetiā continētia. Difficilis prorsus res: ⁊ soli diuine virtuti possibilis: susceptū semel peccati iugū a ceruicib⁹ excutere: qm̄ qui facit peccatū seru⁹ est peccati: nec est iam liberari nisi in manu forti. Hec est magna misericordia magnis necessaria peccatorib⁹: de qua dicit. Miserere mei deus: sm magnā misericordiā tuam: ⁊ sm multitudinē miserationū tuarum ⁊c.

Roma. ii.

N

¶ De quattuor filiab⁹ magne misericordie dictū est: que sunt immissio amaritudinis: subtractio oportunitatis: virtus resistendi: ⁊ sanitas affectionis. Qnq em̄ ei qui peccato quouis obligatus tenetur. pie immittit dñs amaritudines quasdā: q̄ mentē occupant hominis et expellunt perniciosam delectationez peccati. Quandoq subtrahit oportunitatē: nec temptari patitur infirmitatē. Quandoq virtutē donat resistendi qđ maius est: vt scz temptationē sentiens viriliter agat ⁊ non consentiat. Qnq affectionē sanat qđ pfectissimuz est: ⁊ in quo prorsus tētatio tollitur: vt non solum non cōsentiat ei: sed nec sentiatur quidem.

¶ De septē donis spūssancti cōtra septē vitia. Sermo.

O

Sapientia vincit maliciam: dum sathanam conterit dei virtus ⁊ dei sapientia christus. Attingit ergo a fine vsq ad finem fortiter: in celo quidem deiciendo superbum: in mundo superabundo malignum: in inferno spoliando auarū. Et disponit omnia suauiter: in celo stantes angelos ɔfirmando: in mundo venundatos redimendo: in inferno captiuos liberando. Aut si meli⁹ placet accipiamus hoc modo. Ordinata procedit acie: aduersus septem peccati gradus spiritus septiformis.

P

Et primus cōtra negligentiam timor exurgit: nimiruz ipse est quo concutitur aīa: discutitur conscientia excutitur sopor letalis: incutit sollicitudo. Denіq qui timet deum nihil negligit: sed veretur oīa opera sua. Ceterum vt grauior sit conflictus squama squame iungitur: ⁊ comitantia sunt in humano corde negligentia sui ⁊ curiositas ceteroꝛum. Triplex enim: vt ait sapiens incommoduz eicit de domo inhabitātem/ fumus/ stillicidiū/ mala vxor. Quādo vero hec deerunt negligenti: Propria quidez qui negligit/ fumum non abigit: vxorem non corrigit: tectum non reficit. Fumant peccata nullo misericordie studio: nullis lachrymarum vndis extincta: et fumus ille teterrimus ⁊ intolerabilis. Malignatur voluntas ipso neglectu quotidie deterior semetipsa. Stillat superni iudicis indignatio ex defectu vtriq charitatis: que sola operit multitudinem peccatoꝛum. Egrediatur vtriq foras necesse est: ⁊ curiositas exterior consideret qui sic interna despicit: preterita non respicit: presentia non inspicit: futura non prospicit. Euidenter proinde curiositati pietas aduersatur: ⁊ quem illa a corde euocat: ista reuocat. Nimirum pietas illa est cult⁹ dei: ⁊ in corde colitur qui in corde cognoscitur habitare.

Q

¶ Parit autem curiositas experientiam mali vt facile qui per multa vagatur offendat: facile cadat in laqueum: facile inueniat quod perniciose delectet. Confligit sane aduersus hanc scientie spiritus. docens eligere bonum: reprobare malū: docens quid perniciosum sit: quid ve expediat experiri. Uerum tamen in multis iam in concupiscētiam experientia transire videtur. Habeo ergo hos gradus in dina filia iacob: quam nimirum ad videndum alienigenas mulieres egressam/ emor filius sichem rapuisse/ corrupuisse. ac deinde tristem blanditas delinisse legitur/ ita vt illi⁹ anime/ anima eius adheserit. Dico autem in concupiscentiā: vt propheta meminit in affectum cordis transisse hominem qui legem spreuit: honestatem abiecit verecundiā pudori: timorem autem domini penitus transiluit: soloq vehitur appetitu: sequitur cōcupiscētiam solem: sola trahitur volūptate: ⁊ est apud eū p ratiōe volūtas. Cōtra hāc igit cōcupiscentiā mali/ dimicat fortitudo: neq em̄ vlla iā nisi in manu forti liberatio est. Indicat sibi bō ieiunia: corp⁹ castiget ⁊ subiciat seruituti: ne forte iam de radice colubri egrediat regulus de cōcupiscentia/ cōsuetudo. Quēadmodū em̄ misera nimium ⁊ miserabilis humana fragilitas: sine prurītu cōcupiscentie aut impetu desiderii sola cōsuetudie ipsa ad illicita trahatur: vtinā oibus liceat ignorare.

R

Nimiꝝ peccatū faciēs seruus est peccati: seruus plane diaboli/ ad praua queq prout ducit sequens: a quo nimiꝝ captiuus tenet ad ipsius volūtatē. ¶ Est aūt cōsuetudo hec grauis quedā ⁊ pniciosa cathena: soluēda vtiq facilius ꝙ rumpēda: vt hic maxime vulgare illud puerbiū videatur vsurpari: industriā violētiā potiorē: vt quēadmodum vis vi repellitur: et feruore spūs feruor extinguat desideriorꝝ: vt maligni artem arte deludas: ⁊ cōsuetudini consiliū opponas. Alioquin si forte violentiā queras: ⁊ castigationem corporis speras cōsuetudini preualere: timendū oino est ne sit perniciosus labor: ⁊ pri⁹ ipsa substātia deficiat ꝙ inolita concupiscentia pſertim q altera quedā natura sit ipa cōsuetudo. Necessariū itaq est cōsiliū vel ab ipo magni cōsilii āgelo ministratū: vel ab homine aliquo spirituali q̄ cogitationes sathane spiritualiaq remedia non ignoret. Subtrahēda nobis occasio est ⁊ oportunitas peccati. Legimus fratres in heremo/ fornicatiōis spū quēpiā ipugnatū: laudabili prorsus idustria a patre curatū. Ad uocans em̄ senior fratrē alterū secreto: iussit vt eundē lacesseret iniurijs: ⁊ prior ipse quasi accepta ab eo iniuria quereret. Anxiabatur ille/ ⁊ cōfusus vehemēter: sic in breui oblitus est pristine tētationis: vt querēti de ea non sine admiratione plurima/ respōderet. Pape viuere nō licet ⁊ fornicari libet: Sz forte nedū venit cui victoria reposita est: quē triūphus manet: cui corona debet: ⁊ cōtemptus ex cōsuetudine prodit: vt tanto liberius: quanto desperatius peccās: totas iam cōcupiscētie laxet habenas: toto īpetu ferat ī pceps: sicut scriptū est. Pctōr cū venerit in pfundū maloꝝ cōtemnit. Huc ergo ɔtemptū necesse est vt spūs intellectus impugnet: illuminās tenebras cordis: ⁊ lucē diuine misericordie: et copiose miseratiōis infundēs. Intelligētia nēpe diuinis ⁊ altissimis rebus attribuēda est. quas quidē ratio humana nullatenus: difficile autē vel fides ipsa comprehendere possit: vt est illud. Ubi abūdauit delictū: supabūdauit ⁊ gratia. Jam si contemptus persiterit: accedere necesse est ⁊ maliciā: vt quā pōt cōsolationē desperatus miser admittat: ⁊ cui nō est pars in bonis letetur vel in malis: letetur cū malefecerit: ⁊ exultet in rebus pessimis. Ex his ergo solū hoc remediū est: vt ipsa aduersus maliciā sapientia cōgrediat: ppriaq dextera pliettur: que succumbere oino nō nouit. Quādo em̄ liberet q̄ in habitationē descendit: nisi preueniatur in benedictiōibus supne dulcedinis: vt clauū clauos expellat: ⁊ pestiferā dulcedinē vitiorū iocūditas spiritualis vnctionis excludat: Attingit ergo a fine vsq ad finē fortiter sapientia victrix eradicādo singula vitia: singulasq inferendo ꝟtutes. Excutit siquidē negligētiam vt timoris spūs repleat mentem/ abiicit curiositas/ vt succedat pietas: experientia mali fugatur/ aponiturq sciētia. Sic ⁊ cōcupiscētie pualet fortitudo: ⁊ consiliū cōsuetudinē amputat: ⁊ intellectus vigēs contemptū amouet: ⁊ disparente oino malicia/ sapientia regnat. Qua quidē triumphante de cetero miseram illam animam quā pniciose negligētia soporauerat/ peius excitauerat curiositas: attraxerat experientia: tenuerat concupiscētia: ligauerat consuetudo: contemptus in carcerem truserat: malicia iugulauerat: timor suscitat: pietas blāde demulcet: scientia quid actum sit indicans/ dolorem apponit quod suum est: fortitudo erigit: cōsilium soluit: intellectus

Prouer. xviii.

Roma. v.

ctus eduxit de carcere: sapientia mensam ponit: refocillat esurientem: ⁊ salutaribus reparat alimentis.

¶ De eo qđ scriptũ est. Beatus homo qui inuenit sapientiam et affluit prudentia. Sermo.

A

Quid in hoc mundo agimus fratres: aut quid facimus de hoc mundo? Si saluari cõtendimus a presenti seculo nequã: quid adhuc de hoc mundo decernimus? Si exire volumus: qđ cõpedes nostros nobiscũ trahere laboramus? Ponamꝰ aureos esse sed multo melius est sine his liberari: q̄ eorꝫ occasione teneri. Non estimemus preciũ/ sed impedimentũ ↄsideremus: ne preter ipsam que dura satis reputanda est conditionis necessitatem: etiã cupiditatis visco inherere hic incipiamus: ⁊ inanis sollicitudinis nexibus irretiri. Quid enim in cõpedibꝰ faciat quis percunctari forte minus cõgruũ iudicet: ꝙ videlicet ad patiendũ magis q̄ ad aliquid faciendũ soleãt hoies cõpediri ⁊ actionis impedimenta cõpedes sunt adminicula passionis. Agendũ tñ nobis aliquid in hoc mundo: agenda vtiqꝫ penitẽtia: sed ad passionẽ hec potius q̄ ad actionẽ videbitur pertinere. Nihilominus tñ agendũ hic nobis aliqđ non quidẽ de hoc mundo/ sed in hoc mũdo. Cũ enĩ legatur adã in loco voluptatis ab initio positus vt operaretur: qs sanũ sapiẽs/ filios eiꝰ in loco afflictionis ad feriandũ positos arbitret? Operemur ergo/ sed cibũ q̄ nõ perit: operemur opus salutis nostre. Operemur in vinea dñi: vt denariũ diurnũ accipere mereamur. Operemur in sapientia que dicit. Qui operantur in me non peccabunt. Ager enim est mũdus ait veritas. Fodiamus in eo thesaurus absconditus latet: effodiamus eũ. Ipsa est enĩ sapientia q̄ trahitur de occultis. Oẽs eã querimus: oẽs cõcupiscimꝰ eam. Sed frustra q̄rit q̄ in lectulo suo querit: neqꝫ enĩ in terra suauiter viuentiũ inuenit. Lectulus est: ⁊ ibi gigantẽ queris? Tuus est: ⁊ ibi speras inuenire eũ: q̄ diuersoria semp ignorat? Si q̄ritis inquit querite: ↄuertimini ⁊ venite. Queris vnde? A lectulo tuo. Queris vnde conuertaris? A voluntatibꝰ inquit tuis auertere. Et si in voluntatibus meis non inuenio: vbi inquis inuenio sapientiã? Vehemẽter enim eã cõsiderat anima mea: nec inuenisse sufficiat si ↄtigerit inuenire: nisi mẽsurã bonã ⁊ cõfertã ⁊ cogitatã ⁊ supeffluẽtẽ ponã in sinũ meũ. Merito quidẽ. Beatus enim homo q̄ inuenit sapientiã: ⁊ qui affluit prudentia. Quere ergo dũ inueniri potest: ⁊ dum prope est inuoca illũ. Vis audire q̄ prope sit? Prope est verbũ in corde tuo ⁊ in ore tuo tñ illud recto si quesieris corde. Erige cor surge de lectulo tuo: vt nõ frustra audias admonẽtem sursum habere cor. Sic enim inuenies corde sapientiã: ore afflues prudentia/ sed affluere non effluere/ vel emouere cura. ¶ Nimirũ mel inuenisti si inuenisti sapientiã: tantũ ne multũ comedas ne satiatus euomas illud. Sic comede vt semper esurias. Nã ipsa dicit. Qui me edunt adhuc esurient. Noli multũ reputare qđ habeo: noli satiari ne euomas: ⁊ hoc ipsuꝫ qđ videris habere auferatur a te: q̄ppe qui ante tempus querere destitisti. Neqꝫ enĩ dũ potest inueniri dũ prope est: ab inquisitione vel inuocatione cessandũ est. Aliter quoqꝫ sicut q̄ mel comedit multũ (vt ait idẽ salomõ) nõ est ei bonũ: ita q̄ scrutator est maiestatis opprimet a gloria. Quid tu pilate seorsum interrogas dominũ: vt tibi susurret in aure quid sit veritas? Multũ est ad te non dabit sanctũ cani: nec margarita porco. Quere potiꝰ fidei gustũ: satietatẽ intelligentie interim ne requiras. Merito fratres reuerberata acie/ ↄtinuo resiluit: ⁊ respõsuꝫ non sustinẽs egressus est ad iudeos: q̄ ambulare ceperat in magnis ⁊ mirabilibus sup se: quid esset veritas percõtatus. ¶ Quocirca queramus sapientiã in corde: ⁊ sapientiã q̄ est ex fide: quẽadmodũ apostolus ait. Nõ plus sapere q̄ oportet sapere: sed sapere ad sobrietatẽ. Sobria siquidẽ sapientia est in plenitudine peccatorꝫ preteritorꝫ: in contẽptũ presentiũ cõmodorꝫ: in desiderio futurorꝫ premiorꝫ. Inuenisti plane sapientiã si prioris vite peccata defleas: si huius seculi desiderabilia paruipendas: si eternã beatitudinẽ toto desiderio ↄcupiscas. Inuenisti sapientiã si tibi horꝫ singula sapiũt prout sunt: vt hec quidẽ amara ⁊ omĩno fugiẽda: ista quoqꝫ velut caduca ⁊ transitoria contemnẽda: illa vero vt perfecta bona totis appetenda desiderijs: intimo quodã animi sapore dijudices ⁊ discernas. Vtqꝫ hec q̄dẽ sobria est sapiẽtia ⁊ vomitũ nescit: vbi ⁊ timoris frigus ex recordatione peccatorꝫ: ⁊ charitatis feruor ex appetitu diuinarꝫ promissionũ/ tepiditatem amouet eorꝫ q̄ nũc sunt pessimarũ occupationũ: vt nec euomas sapientiã: nec euomaris ab ea. Sicut enĩ beatus hõ q̄ inuenit sapiẽtiã: sic etiã beatus vir vel beatior ẽt qui morabit in sapiẽtia: forte enĩ hoc ad affluentiam spectat. ¶ Sane in his tribus/ ore affluit sapientia vel prudentia: si sit in ore confessio ꝓprie iniquitatis: si gratiarꝫ actio ⁊ vox laudis: si etiã sermo edificationis. Nimirꝫ corde credit ad iusticiã ore aũt cõfessio fit ad salutẽ: atqꝫ in principio quidẽ sermonis iustus accusator est sui. Nã in medio magnificare dñm: in tertio quoqꝫ si eatenus affluit sapientia edificare proximum dꝫ. An vero ⁊ in opere affluendũ est sapientia? Et maxime. Queramus ergo ⁊ in opere triplicẽ affluentiã: nã ⁊ olim dictũ est a sapiente quodã/ ꝙ sapiẽtia tripliciter describeret. Itaqꝫ si vos melius nõ habetis: puto ego ꝙ ad opus pertinet copiose satis affluere sapientia: quicunqꝫ inter vos cõtinenter/ patienter et obedienter cõuersatur: tantũ vt fidelis obedientia/ propriam mortificet voluntatẽ: humilis cõtinentia carnalẽ pariter ⁊ secularẽ amputet voluntatẽ: hilaris patientia vtrãqꝫ simul ⁊ corporalẽ scꝫ ⁊ mũdialẽ viriliter sustineat aduersitatem.

Eccl. xxiiij. Mat. xiij. Esa. xxi. Eccli. xxiiij. Prouer. xxv. Roma. xij. Prouer. iiij.

¶ De triplici genere bonorum et vigilãtia super cogitationibus. Sermo.

Et propensius studiũ et cura vigilantior nostris ẽt cogitationibus adhibẽda fratres mei: nostris inqꝫ quibus tã sanctarꝫ meditationum assidue materia ministratur: nocte enĩ ⁊ die nobis ꝓphetice ⁊ euangelice: sed ⁊ apostolice voces canũtur ⁊ legũtur: q̄ et penã minant inferni: ⁊ gloriam regni pollicent. Vñ ergo nobis tã vane: tam noxie: tã obscene cogitationes q̄ nunc immũdicia ⁊ eleuatione: nunc superbia ⁊ ambitione ceterisqꝫ passionibus extorquent nos: vt vix aliquãdo in serenitatẽ sanctarũ cogitationũ respiremꝰ? ¶ Ve nobis a torpore/ ⁊ tepore cordis nr̃i qui permittimus nos his vanitatibus occupari: ⁊ nõ magis ex instanti transilimus in bona dñi: siue in naturalia siue in spiritualia/ seu etiã in eterna. Et quidẽ naturalia bona magna: spiritualia maiora sed maxima sunt eterna. In primis reparamur: in secũdis exercitamur: extendimur ⁊ beatificamur in tertijs. Si nõ potes oculũ meditationis in illã sublimitatẽ eternaliũ bonorꝫ infigere: q̄ stantia sunt ⁊ oẽm sensum exuperant: in bonis gratie q̄ sunt in exercitio virtutũ visum reflecte vt videas q̄ pure cõscientie: q̄ libere frõtis sit versari ⁊ conuersari in castitate ⁊ charitate: in patiẽtia ⁊ humilitate: ceterisqꝫ virtutibus: que amabilẽ deo: placabilẽ ⁊ imitabilẽ hominibus reddũt. Q si ⁊ hec nimis sublimia sunt ⁊ transgredientia infirmitatẽ tuã: dimitte oculos tuos in bona nature: que tibi tam familiaria esse debent: quãtũ tu familiaris es tibi. Nec sic dicimus bona nature quasi gratie nõ sint/ sed ideo ꝙ ipi nature quodãmodo ingenita ⁊ ↄplãtata fuerũt anteqꝫ fieret peccatũ illud: qđ nõ solũ ꝑsonã infecit/ sed etiã naturã. Et tũc nõ ita nobis ad manũ ꝓuenisse mõstrant ꝓpter vulnus inflictũ: cũ tamẽ nos illa in nobis ⁊ circa nos esse tam rationibus q̄ affectionibus plerũqꝫ sentiamus. Et quia nos ex aĩa ⁊ corpore cõsistimus iuxta vocẽ apostoli. Ab aiali parte: idest a bonis corporis incipiamus: vt nõ sit prius qđ spiritale est/ sꝫ qđ animale. ¶ Sunt aũt oia bona corporis ⁊ q̄ ei solũmodo debeamus sanitas. Nil aũt ei vltra dandũ est vel querendũ: sed hoc termino ligandũ ⁊ frenãdũ est: cũ fructus eius nullus sit ⁊ mors sit finis illius. Sꝫ hic fouea est que nolo vos lateat. Insidiatur enim voluptas sanitati: ⁊ tã subtili malignitate ꝓsequitur: vt vix eã quis vel possit cauere vel nouerit. Q si voluptati seruitur: nõ sanitati: hoc iã de natura nõ est sed sub natura: q̄ morti manus dat: cũ magistrã cõstituit voluptatem. Inde etiã est ꝙ multi ad tam bestiales ⁊ rebelles impetus descẽderũt: vel vt dicã verius ceciderũt vt voluptatẽ preferant sanitati: ⁊ illis ipsis sepissime volutent que sciunt difficiles ⁊ acutissimas subsequi passiões. ¶ Sicut aũt corporis natura est sanitas: ita cordis natura est puritas: q̄ turbato oculo non videbit deꝰ ⁊ cor humanũ ad hoc factũ est: vt suũ videat creatorẽ. Si vero sanitati corporis sollicita est prouidẽtia custodia: puritati cordis tanto sollicitior est impendenda: q̄to pars ista dignior illa ẽẽ cõuincitur. Hic tñ simpliciter accipimus puritatẽ vt videlicet oia que agimus pure ⁊ humiliter cõfiteamur dño in oratione: homini in cõfessione ⁊ dicamus. Dixi confitebor aduersuꝫ me iusticiã meam dño: ⁊ tu remisisti impietatẽ peccati mei. Et q̄ sociale animal sumꝰ: ex his que in nobis sunt ad ea que circa nos sunt transeamus/ vt si fieri potest qđ ex nobis est pacẽ habeamus cũ oibus hoibus. Hec enĩ est lex naturalis societatis vt oia quecunqꝫ nobis fieri nolumus/ alijs nõ faciamus: Et q̄ nobis fieri volumus: alijs impendere studeamus. Sicut ergo debemus sanitatẽ corpori: puritatẽ cordi: sic ⁊ fratri pacẽ. Iã hinc transeundũ est ad sanctorũ animas q̄ de huius mortalitatis carcere ad celorũ gaudia volauerunt. His profecto debemus imitationẽ: q̄ similes fuere nobis passibiles: ⁊ notas nobis fecerunt vias vite: quas tã infatigabiliter: q̄ interminabiliter tenuerũt. Sed ⁊ illis q̄ nõ in tanta sanctitate/ seu peracta penitẽtia exierũt cõpassionẽ debemus ⁊ orationẽ ꝓpter similis nature consortiũ: vt pius pater auferat scoriã eorꝫ: ⁊ in beneficia flagella cõmutet: ⁊ sic tandẽ recõsignet ad beate gau-

i. Cor. xv. Ps. xxxi.

dis ciuitat'. ¶ Si enī tauri cū tanq̄ mortuū inuenerit/plorāt/ mugiūt ꝛ quasi qbuidā debitis humanitatis obsequijs fraternas funera prosequūtur: quid vȝ hō homini/quē ꝛ ratio docet ꝛ trahit affectio? Sicut ergo sanctis aiabus imitationē: sic minus sanctis cōpassionē debemus: illinc exemplū: hinc gemitū haurientes. A sanctis vero angelis auxiliū querendū est: ꝛ occultis suspirijs: ꝛ frequētia lachrimaꝝ vt illi supereminēti maiestati preces nostras offerant/referant gratiā: qr administratorij spiritus sunt missi ꝑpter nos/vt hereditatē capiamus salutis. Ab illo aūt rerū oim dn̄o/pietas querenda est: vt ille cuius natura bonitas: cui propriū est misereri semp ꝛ parcere nō respiciat multitudinē iniquitatū nostraꝝ: sed ſm multitudinē miserationū suarū misereatur nostri. Ipsi enim nos ꝛ amorem debemus ꝛ subiectionē cū omni reuerētia ꝛ humilitate. Amorem qr fecit nos ꝛ benefecit nobis/subiectionē: qr sup nos est: ꝛ hoc precipit nobis: terribilis in consilijs super filios hoim. Ita ergo ꝛ sanitatē corpori: puritatē cordi: pacē fratri: imitationē sanctis: cōpassionē mortuis debemus auxiliū ab angelo: pietatē a deo postulemus. Ex archa naturaliū bonoꝝ habere debemus ꝛ querere: vt sciamus qr cū hec oia que mandata sunt ꝛ data nature/fecerimus: serui inutiles sum⁹: q̄ debuimus facere fecimus. Aut vix enim aut nunq̄ inuenitur aliqͩ preceptū datū hoibus: qͩ trāseat terminos: possibilitatemq̄ nature. In his aūt bonis sicut ꝑdidimus reparamur: ꝛ quasi quodāmodo restituimur in antiquū: dū ad ingenitam nature suauitatē reuertimur: dū etiam nobis ꝛ hijs qui circa nos sunt ꝛ eis q̄ supra nos sunt: debitū rerū ordinē exhibemus. Et hec quidē pro bonis naturalibus. ¶ Spiritualia aūt bona in quibus exercemur: vt ad eternā tēdamus ipsa eadem sunt: ſȝ alia qr alio intuitu cōsiderata/cū plurimis tamē alijs que longum est enumerare. Illa enim iuxta naturā: hec supra naturam esse noscūtur. Nam ꝛ in spirituali exercitio nō sanitatē debem⁹ corpori: sed seruitutē: sed afflictionē: sed laborē: iuxta vocē illius spiritualis/ꝛ summe spūalis hoīs qui dicebat. Castigo corpus meū ꝛ in seruitutē redigo. Nec istā tantū cordi puritatē debemus: vt pure ꝛ humiliter cōfiteamur peccata nostra: sed vt intentione/cogitatione ꝛ opere: hanc circūspectionē exhibeamus/ vt ꝛ vita nostra sit fructuosa ꝛ fama gloriosa: non q̄ fructificet sibi sed deo: nō que glorificet se/sed patrē suū q̄ in celis est. Pacē quoq̄ nō solū fratribus exhibendā dicim⁹ in via ista: sed cū his qui oderunt pacē esse pacificū: portare omnes ꝛ a nemine velle portari. Cōfitemur etiā nō modo cōpassionē mortuis ꝛ orationē: sed in spe etiā cōgratulationē adhibēdā: qr ꝛ si cōtristādū est ꝙ in locis purgatorijs patiunt multo amplius colletandū ꝙ prope est vt abstergat de⁹ omnem lachrymam ab oculis eoꝝ: ꝛ iam nō sit neq̄ luctus neq̄ clamor/ sed nec vllus dolor: que prima abierūt. Sāctis ꝟo aiabus nō iam imitationē: nec a sanctis angelis tantūmodo q̄rere debemus auxiliū: sed ardēter desiderare cōspectū eoꝝ: ꝛ esse cū illis ꝛ videre q̄ sint ille colūne celi que sustinēt orbē terraꝝ: in quib⁹ rutilat ꝛ relucet tantū ꝛ tā excellēs diuinitatis insigne. In dn̄o aūt nō solū pietas q̄renda est: sed ꝛ in eū tota affectio dirigenda: vt diligamus nos ꝑpter ipsum: ꝛ suspiciamus q̄ sit illa maiestas q̄ cuncta faciat: cūcta cōtineat: ꝛ in quā desiderant rationabiles creature ꝓspicere. Hec sunt semite spiritualis exercitij: in quib⁹ religiosa mens ꝛ dilatat ꝛ delectat: eoꝝ q̄ sunt retro oblita/ꝛ ad anteriora/idest eterna bona se extendens: sequitur ad palmā supne vocatiōis. Nunq̄d nō supra naturā beatus iste andreas apl's/cuius solēnitas pre manibus est transilierat q̄ dicebat: o bona crux diu desiderata: ꝛ iā concupiscēti aīo ꝑparata: securus ꝛ gaudens venio ad te? Alterati hoīs est ista vox: ꝛ q̄ de bonis nature ad gr̄e bona surrexerat: vt nō solū gloriaret in spe/ſȝ ꝛ in tribulationibus: ꝛ gaudens iret a conspectu cōsilij: ꝙ dignus esset ꝓ noīe iesu contumeliam pati. ¶ Non modo enim patienter/sed ꝛ libenter verū ꝛ ardēter ad tormēta sicut ad ornamenta: ad penas sicut ad delitias ꝓperabat. Porro quidē eterna bona illa bona sunt: q̄ nec oculus vidit nec auris audiuit: ꝛ q̄ nunq̄ exesit ab illa patria: q̄ nescit nisi gaudiū ꝛ iubilationē. Ibi nihil deest: ecce abūdātia qua impleat hūana cupiditas. Que est ista copia vbi nihil qͩ nolis sit: totū sit qͩ velis? Fiat pax, ait prophe ad hierusalē in virtute tua ꝛ abūdantia in turribus tuis. In illis inq̄ turribus q̄ iuxta ꝓphetā aliū gēmis edificabūtur: vbi adipe frumenti nō cortice sacramēti satiabit nos deus. Os si nihil deerit nobis: aliqͩ aūt nos latuerit: nunq̄d erit gl'ia cōsummata? Ideo nihil latebit nos: ꝛ ecce sapiētia qua curiositas hoīs satiet. O sapientia qua tunc oia q̄ in celo ꝛ que in terra sunt: ꝑfectissime cognoscemus in ipso fonte sapientie: rerū oim cognitionē habentes. Nō metuā suspitiōes: nō timebo cōsilia: qr ciuitas illa (iuxta ioannē) purissimo vitro similis erit: vt sicut per vitrū lucidissime cernimus: sic alioꝝ cōsciētias clarissime videamus.

Quid si ꝛ nihil defuerit ꝛ nihil latuerit: maneat autez timor ꝛ anxietas amittendi? Ideo nihil terret: ꝛ ecce potentia qua humana infirmitas roboret. Qui posuit inq̄t fines tuos pacē ꝛ confortauit seras portaꝝ tuaꝝ: (vt nullus inimicus intret: nullus exire possit amicus. Ubi ergo summa abundantia: summa sapientia: summa potentia est: puto ꝙ nihil desit plenitudini beatitudinis: quātū spectat ad summā felicitatis humane. Hec sunt bona nature/gratie/gl'ie/bona hūanitatis/bona virtutis/bona eternitatis. Hec cogitem⁹: hec ruminemus fratres: ꝛ iuxta ꝑceptū legis reuocemus ruminationē: qr sic viuit: ꝛ in talib⁹ vita spūs nostri. Sic enī cogitatio sancta seruabit nos vt dicamus cū sancto. Meditatio cordis mei in cōspectu tuo semper: dn̄e adiutor meus ꝛ redemptor meus.

¶ De triplici custodia manus: lingue et cordis. Sermo.

Omnes nobis causamur deesse gratiā: sed iusti⁹ forsitan ipsa sibi queritur gr̄a deesse nōnullos. Nempe reus cordis est gratia deuotionis ista quā querimus: ꝛ hoc munere ipse sofraudat: q̄ internū ei dissimulat receptaculū exhibere. Ceterū vnde illi cura cordis: cui ne ipsa quidē adhuc oris circūspectio: seu man⁹ custodia subest? Nō sibi deesse miret cōsummationem: qui nec initiū apprehendit: sed ne is quoq̄ q̄ initiū iā tenere videt: et ad mediū non peruenit. Magnū est hoi seculari mūdas habere manus: monacho nō est magnū/sed plane magnū ei malum esse ꝓbatur: ne ipsarū quidē contagia declinare. Immo vero ꝛ in ipsis quoq̄ manibus longe amplior mūdicia ꝛ iusticia abūdantior a nobis exigit ꝙ ab illis. Nimirum illis dicit. Fugite fornicationē: ꝛ q̄ furabat iā nō furet: ceteraq̄ similia: que q̄ fecerint/regnū nō consequent. Nunq̄d ꝛ nobis ab huiusmodi cōtagijs operū: ꝛ tam graui manuū cōtaminatione timendū est? Sed quo nitidiores man⁹ eo grauī⁹ quoq̄ minor in eis neuus offendit: ꝛ sicut preciosam vestē exigua queuis macula turpi⁹ decolorat. Nobis ad immūdiciā minima quelibet inobedientia sufficit: nec iā neuus est sed grauis macula: si in actionib⁹ nostris vel minoꝝ residet negligentia mādatoꝝ. Hec igit operum diligētia seruādoꝝ initia nr̄e cōuersationis exercet: dum adhuc quidē modicū/sed tamē iā lumen in nobis est: nisi forte magnū se putāt habere lumē quibus veritas ait. Cū feceritis oia que ꝑcepta sunt vobis: dicite qr serui inutiles sumus: q̄ debuimus facere fecimus. Sȝ hoc inde ꝑpter hūilitatem monuit esse dicendū. Plane ꝑpter humilitatē: sed nunq̄d contra veritatē. Ceteꝝ si circa factorū quoq̄ custodiam inuenimur adhuc negligētiores: nemo sapiēs eū liquare culicē moneat: qui vrinā nō glutiat vel camelū. At si iā manus mundate fuerint: nec sic quidē ꝯtinuo ad cor trāsit: labijs sane mūdādis ſm studium ꝛ media sollicitudo debetur: ꝙ si dixeris rarus est q̄ sermones suos in iudicio disponere videat: vel ex hoc disces ꝙ sit rara perfectio: cū nec perfectū inueneris oibus esse cōmune. ¶ Quis sane numeret quantas modicū lingue membrum contrahat sordes: ꝙ multiplex in labijs incircūcisis immundicia coagulet: ꝙ sit grauis ꝑnicies oris incircūspecti? Est enī lingua dissoluta in sermonibus, ociosis: est lingua impudica: est ꝛ magniloqua: quaꝝ prima lasciuie: sequens arrogantie famulatur. Est etiā lingua dolosa: ꝛ itē lingua maledica: quarū altera in falsiloquā et adulatoriā subdiuidit: altera vero nunc in facie cōtumelias irrogat: nūc detrahit in occulto: ꝙ si de oī vel ocioso verbo quodcūq̄ locuti fuerint hoīes deo sunt reddituri rationē in die iudicij: q̄to districtius de verbo mendaci/mordaci ꝛ iniurioso: de elato vel lasciuo: de adulatorio/ aut detractorio iudicabunt? Est vera sententia fratres: in multiloquio non effugiendū peccatū. Ut enī ꝑtereā cetera si ꝑpterea est ociosum verbū qͩ nullā rationabilē cām habeat/quam rationem de eo reddere poterimus qͩ est ꝑter rationē? Nemo vestrū fratres parui estimet tēpus qͩ in verbis cōsumit ociosis. Siquidē tēpus acceptabile est: ꝛ dies salutis. Uolat verbū irreuocabile: volat tēpus irremeabile: nec aduertit insipiēs qͩ admittat. Libet cōfabulari aiunt donec hora ꝑtereat. O donec ꝑtereat hora: o donec pertranseat tēpus. Donec hora pretereat quā tibi ad agendā penitētiā: ad obtinendā veniam: ad acquirendā gratiā: ad gloriā ꝓmerendā: miseratio conditoris indulget. Donec transeat tēpus quo diuinā tibi repropiciare debueras pietatē: ꝓperare ad angelicā societatē: suspirare ad amissam hereditatē: aspirare ad ꝓmissaꝝ felicitatem: excitare remissam volūtatē: flere cōmissam iniquitatē. Sic nimirum sic agricole cū diu desiderata affuerit oportunitas seminandi: sic vinitores cū expectatū tempus putationis aduenerit/inuenit se occupationes: ꝛ quasi irreꝑhensibiliter sine opere diē trāsegisse letantur. Sic instātib⁹ nūdinis: institores nectere moras: occasiones querere solētne quā forte sibi ex eis questum

prouentre

Luc.xvij.

pro uenire cōtingat? Sic deniq̃ pauperes mēdicantes cū multis clamoribus: euocatus tandē affuerit elemosynarū distributor diuerticula captant: ⁊ cōcurrētibꝰ socijs vacuos ambiūt [A] occupare recessus ⁊ fouere latebras in angulis platearū: Utinā tamen vel solū tēpus vite amitteretur in verbis: s₃ multi in his etiā vitā amittere cōprobātur: nec modo ipsi amittere sed adimere quoq̃ ⁊ hoc fratribus suis. An nō amittūt vitam detractores deo odibiles: odibiles vite? Fugit vita quos odit: ⁊ quos vita fugit mori necesse est. An non ⁊ ipse moritur: q̃ venenum bibit: qđ ei malesuada detractoris lingua ꝓpinat? Siquidem furtim ei dilectionis vita subtrahitur: ⁊ dū nescit paulatim in eo fraterna charitas refrigescit. Auditurus est forsitan ipse quoq̃ cui detrahit̃: vndiq̃ enim verba volant ⁊ multorum prius ora sermo pertrāsiens/difficile fieri pōt: quin singulorum creuerit linguis: ⁊ quasi iam prouectus referatur ad eū ad cuius spectat offensam. Itaq̃ scādalizabitur audiens ⁊ tabescet: eoq̃ facilius extinguetur in eo charitas: quo amplius ante viuere videbatur. [ps. liiii.] Si inimicus (ait) meꝰ maledixisset mihi: sustinuissem vtiq̃: ⁊ quidē cauet sibi prudēs auditor: cauet ⁊ ipse si nō desipit: qui sibi nouerit esse detractū: ille ne veneno inficiatur: iste ne scandalo perturbetur. Sed qđ in se est tamen lingua maledica: ⁊ illius pcutiens cōscientiā: ⁊ istiꝰ vulnerans charitatem secū pariter vtrūq̃ peremit. [B] ¶ Nūquid nō vipera est lingua ista? Ferocissima plane: nimirū que tā letaliter tres inficiat flatu vno. Nunquid non lancea est ista lingua? Profecto: ⁊ acutissima: q̃ tres penetrat ictu vno. Lingua (inquit) eorū gladius acutus. [ps. xxxvi.] Gladius equidē anceps: immo triceps est lingua detractoris. Nec ꝟo eiusmodi linguā ipo etiā mucrone quo dn̄icū latus cōfossum est crudeliorē dicere vererer. Fodit em̄ hec quoq̃ christi corpus ⁊ membrū de membro: nec iā exanime fodit: sed facit exanime fodiendo. Ipsis quoq̃ nocētior est spinis quas illi tā sublimi capiti, furor militaris imposuit: seu etiā clauis ferreis quos sanctissimis manibus illis ⁊ pedibus cōsummatio iudaice iniquitatis infixit. Nisi em̄ huius qđ nunc pungit̃ ⁊ transfodit̃ corporis sui vitam illius vite corporis pretulisset: nunq̃ illud pro isto mortis iniurie crucis ignominie tradidisset. Et dicimꝰ. Leuis res s̄mo: tenera mollis ⁊ exigua caro ligua hoīs: quis sapiēs magnipēdat. Leuis quidē res sermo: q₂ leuiter volat s₃ grauiter vulnerat: leuiter transit: sed grauiter vrit: leuiter penetrat animū/ s₃ nō leuiter exit: profertur leuiter/sed nō leuiter reuocat̃: facile volat: atq̃ ideo facile violat charitatē. Uilis res est musca moriens: sed exterminat oleū suauitatis. Tenerū membrū lingua: attamen vix teneri potest: substantia quidē infirmū atq̃ exiguū: sed vsu magnū ⁊ validū inuenitur. [C] ¶ Modicū membrū est: sed nisi caueas/magnū malū. Tenuis est ⁊ lata: aptissimū vacuandis cordibus instrumentū: sicut multoꝝ mihi inter vos cōsciētias arbitror attestari: nisi forte oēs tā perfecti simus vt nunq̃ nobis post lōgas cōfabulationes inuenta sit mens quodāmodo vacua: meditatio minꝰ deuota: sicca magꝭ affectio: ⁊ holocaustū orationis nō adeo pingue: ꝓpter verba siue que diximus siue etiā que audiuimus: verba tamen. Facile em̄ lingua labit̃: nec minus facile illabitur cordi: ita vt multis interloquendū minus profuerit/ꝙ propriā cohibuerint: dū nō cauerint alienaꝫ. Utilis est frater qui tibi loquit̃: sapiēs est/religiosus ac timēs [D] deū: plus dico: angelus est ⁊ angelus lucis: etiam sic caue tibi ne audias vnde ledaris. Nec personā tibi velim suspectam esse sed linguā: presertim in sermocinatione cōmuni. Bona quidem columbe simplicitas: sed in hac parte quoq̃ serpētis astuciam non obmittas. Maria ne angelicū quidē verbum sine discussione preteriens/cogitabat qualis ista salutatio. Tu quoq̃ qui crebris experimētis saltē sollerter aduertisti quantum noceāt verba: nō desipies si sollicitus fueris: q̄nquidē intereē necesse est collocutioni: nō modo ori circūspectionē: sed et auri nihilominus adhibere cautelam. Nō miremini ꝙ huic gradui proficiētiūꝰ diutius immoremur: plures siquidē inter vos proficientes esse credimus q̄ perfectos. [E] ¶ Forte tamen nimij videamur in suggillatione verboꝝ. S₃ mementote q̄m lingua est que ꝯtra vitia lingue loquit̃ vt in eo vel maxime haberi debeat excusata: ꝙ nec sibi parcat: ⁊ aduersus propria quoq̃ sui ipsius ꝑicula muniat audientes. Uētus est sermo: sed nō semꝑ est ventus vrens. Surge (inquit) aquilo ⁊ veni auster: perfla ortum meū: ⁊ fluant aromata illius. [Cant. iiii.] Est quoq̃ magna nihilominus sermonis vtilitas: vt frequenter in lingua fructus preciosissimus reperitur. Nempe iusti vita ex fide est: ⁊ fides ex auditu: auditus per verbū dei. Quomodo enim viuet q̄s nisi crediderit: quomodo credet nisi audierit: quomodo audiet nisi annunciet̃ ei? Sane ꝓpterea maiorē ei diligentiā ⁊ diligentiorē custodiā cōuenit exhiberi: ꝙ sit iuxta scripturā mors ⁊ vita in manibus lingue. Aliodn̄ si sola inesset vita: nec circūcisio quidem ei/sed sola mors: etiā abscisio deberetur. Nunc vero ponē da nobis ori nostro custodia: ⁊ ostiū circūstātie labijs: vt nec vitalē edificationē clausura damnet eterna: nec letalis pernicies liberū sortiatur egressum. [F] Uigilemus itaq̃ sup opera nostra fratres: ne vel omittamus qđ preceptū: vel qđ prohibituꝫ est cōmittamus. Hortatur nos ad bipertitā hāc custodiā propheta cū dicit. Declina a malo ⁊ fac bonū. [ps. xxxiii.] Uigilemus nihilominus super verba nostra: ne in eis vel offendere deū/vel ꝓximū nocere contingat. Felix siquidē quē in omi confabulatiōe duplex timor ille sollicitat: ⁊ duoꝝ consideratio stimulat auditorū: primum quidē diuine maiestatis: in cuius manus incidere prorsus horrendū: dehinc fraterne infirmitatis cui nihilominus perfacile est offendiculū dare. Puto tamen ne eum quidem qui in verbo cauet offensionē: perfectū adhuc dici oportere: nisi forsitā cōparatione prioris q̃ tm̄ super opera vigilabat. [G] ¶ Nā ⁊ veritas in euāgelio de vigilātibus seruis ⁊ aduētum domini prestolantibus loquēs. Si (inquit) in tertia vigilia venerit ⁊ ita inuenerit: beati sunt serui illi ꝙ nequaq̄ de prima sed nec de secunda dictū quidē reperies. [Luce. xii.] Est autē vigilia hec super cor: cui sane oēm iā custodiā exhibere sapiens monet: [Prouer. iiii.] nimirū: q₂ ex ipso vita procedit. Ego tamē etiā hāc cōstare arbitror specialiter in duobus: vt videlicet super affectionū pariter ⁊ cogitationū suarū greges: mens sollicita vigilāter intēdat. Et bene huic datur ois custodia a quo ceterasq̃ duas procedere cōstat: nisi forte qđ absit simulationis gerantur studio ⁊ pietatis habeant speciē non virtutē. Sicut em̄ fontis vena scaturiens: nisi fossas ante repleuerit adiacentes: nec refluere nec se dare: nec in altū sese tollere preualebit: ꝙ videlicet als occupetur: sic humanus animus donec eas quas prediximus manus ⁊ lingue custodias sollerter impleat: nec ad perfectas hanc supplus poterit reflecti curā: nec iocūda deuotionis trāquillitate frui: nec in sublimē diuine cōtemplationis ꝓficere gradum. Eya fratres si superne visitationis gratiā querimus sic queramus: si spiritales cōsolationes desideramus percipere/sic petamus: si celū nobis aperiri cupimꝰ/sic pulsemꝰ. Hoc deniq̃ triplici modo vigilemus: si ad nuptias volumus intrare cum nostro sponso iesu christo domino: qui est benedictus in secula. Amen.

¶ De verbis apostoli. Non est regnum dei esca et potus. Sermo. i. [H]

(K · j. Thi. ij.) Quattuor mihi videntur orãdi modos exprimere apostoli verba dicentis. Uolo primum fieri obsecrationes: deinde orationes / postulationes / gratiarũ actiones. Sunt enim quos adhuc peccati conscientia terret ⁊ cruciat: nondũ accepta resistendi vtute: tunc scz cũ primũ ipsos in peccatorũ ceno iacentes: spiritus veritatis irradiat: et excitans erubescere facit ⁊ timere deũ: dũ vident immanitatẽ criminũ: meritorũ exiguitatẽ: ⁊ velut ardẽtẽ corã se gehennã expauescẽtes: quoniã in seipsis boni nil inueniũt: aliũde apprehendũt vnde tegant. Sciũt eñ q̃ nõ sit tutũ in cõspectu dñi dei sui vacuos apparere contra legis preceptũ: ⁊ multominus id p̃sumere plenis stercore manibus audent. Qui ergo timent: ⁊ merito timent per seipsos accedere: student quasi per alios supplicare. Tale est illud orationis genus: quo solemus vti dicentes. Sãcte petre ora pro nobis ⁊ similia. Maxime vero illud (obsecratio est manifesta) per passionẽ tuã libera nos dñe: ⁊ cetera in hũc modum. Tale eñ videt ac si latro deprehẽsus ⁊ iã vicinus suspendio: q̃si penitus desperat: nec inuenit in se vnde veniã deprecetur: extẽdens brachia dicat: qr sic passus est xp̃s: vt eorũ a quibus tenet animos moueat ad pietatẽ. Credo ego de talibus dici posse: qr ⁊ regnũ celorũ vim patitur: ⁊ violenti rapiũt illud. (Mat. xj.) Uim faciebat regno celorũ publicanus ille: q̃ dũ non auderet (Luc. xviij) oculos ad celos leuare: ipsum celũ ad se potuit inclinare. Simile aliq̃d mulier illa egisse videt: q̃ p̃fluuiũ sanguinis habẽs (Mat. ix.) dũ timeret ad christũ accedere: fecit ab eo virtutẽ exire. Furtim enim tetigit fimbriã: ⁊ curata est ab infirmitate: vnde ⁊ indignãtis quodã modo verbũ videtur qd de ea dñs ait. Quis me tetigit. Et addidit. Sensi a me exire virtutẽ. Nõ credo q̃ sit inter nos quispiã: sed forte nõnulli in seculari habitu vel cõuersatione potuerũt aliq̃ experiri q̃d loquor: vt inuiti fluxum sanguinis paterentur: eius inq̃ sanguinis q̃ regnũ dei nõ possidebit. Etenĩ q̃ facit peccatũ seruus est peccati: nec sua se poterit cõtinere virtute etiã cũ volet. (Joã. viij.) Huic ergo minime expedit per seipsum ad xp̃m accedere sed tãgere si quã inuenerit eius fimbriam: hoc est eũ cõsiderare hoiem quẽ hũiliorẽ viderit extremũ in eccl̃ia q̃ est vestis xp̃i: cũ in quã q̃ elegit abiectus esse in domo dei oportet cõsiderare: qm̃ is vere est fimbria posita in ora vestimenti: ad quã vtiq̃ spiritualis vnguenti descẽdens a capite copia tota decurrit. Hunc si beneficiis aliquibus se forte humili aut cõfessione pura tetigerit: vt affectũ eius erga se moueat ad cõpatiẽdũ sibi habeat fidẽ ⁊ sine dubitatiõe sanabit. Illud tñ nouerit fimbria nõ a se sed a xp̃o exisse virtutem: qui tangi se p̃testat in fimbria. Expressi nũc vobis quãtum potui: quale sit ⁊ cui maxime necessariũ genus obsecrationis. At vero iã cõtinẽdi virtute accepta securius accedit: q̃ sibi cõscius fuerit p delictis p̃teritis veniã querẽs ⁊ oratiõe vtens: q̃ nihil oris est ratio: qd iã ore suo loquit cũ deo suo. Hinc illud est q̃ maria magdalene q̃q̃ nõ minus humilis emorroissa illa nõ sic tamen verei accedere / sz rigat lachrymis pedes / capillis tergit vngit vnguẽto / osculat ore deuoto. Uñ satis liquet q̃ oĩno iam proposuerat in corde suo a peccato deinceps abstinere: ⁊ quasi profluuiũ stabat: q̃ si iã cõsecutus est ⁊ tu: primũ est vt ipsi dño in orõne loquẽs recogites annos tuos in amaritudine anime tue. (L) ¶ Dehinc postq̃ in lamentis penitentie aliquãdiu perseuerans hilaritatẽ quãdã ⁊ fiduciã cõceperis indulgentie: accede iam ad postulationes: vt secure tanq̃ receptus in gratiam dñi: tibi ⁊ cõseruis tuis audeas petere qd oportet. At fortassis requiras vnde aut quomõ nosse poteris vtrũ hãc cõsecutus sis indulgentiã. Sic nimirũ conseruãde hũilitatis gratia: diuina solet pietas ordinare: vt quãto q̃s plus p̃ficit: eo minus se reputet p̃fecisse. Nã ⁊ vsq̃ ad supremũ exercitii spiritualis gradũ: si quis eousq̃ p̃uenerit: aliq̃d ei de primi gradus imp̃fectione relinquit: vt vix sibi primũ videat adeptus. Attamẽ scio q̃ hodie lectũ sit in euangelio: dixerat iesus paralytico. (Mat. ix.) Cõfide fili remittũtur tibi peccata tua: ⁊ reputatum est ei ad blasphemiam. At ille cui nimirũ cogitatio hois cõfitetur q̃d (inq̃t) cogitatis mala in cordibus vestris: Blasphemare me blasphematis: ⁊ quasi ad excusandũ vim visibilis curationis virtutem mihi inuisibilẽ vsurpare. Sz ego vos potius blasphemos esse conuinco: signo probãs visibili: inuisibilẽ potestatẽ. Ut sciatis (inquit) qr potestatẽ hz filius hois in terra dimittendi peccata: tunc ait paralytico. Surge tolle lectũ tuũ ⁊ ambula. Et tu ergo si iã surgis desiderio supnorũ: si grabatũ tollis corpus scz a terrenis eleuans voluptatibus: vt iã nõ ferat aiam cõcupiscẽtiis eius: sz magis ipa vt dignũ est regat illud ⁊ ferat quo non vult: si deinũ ambulas q̃ retro sunt obliuiscẽs: ⁊ ad ea q̃ añ sũt te extendẽs: desiderio ⁊ p̃posito p̃ficiẽdi curatũ te esse nõ dubites. Neq̃ eñ surgere poteras si nõ aliquatenus onus esset alleuiatũ: ⁊ nec grabatũ tollere nisi exoneratus magis: qr nec ambulare feruore cõuersationis cũ peccatorũ graui molle possibile est. Propter qd fiducialiter iã postulare põt q̃ eiusmodi est: tantũ caueat ne forte aut postulet nõ postulãda: aut minus postulet q̃ a deo sunt postulanda: aut ea tepide q̃rat que toto affectu et omni tp̃e sunt querenda. (Jaco. iiij) Petitis ⁊ non accipitis (ait) iacobus eo q̃ male petatis: vtpote in concupiscentiis vestris. Sic agit oĩs q̃ terrena querit vltra necessitatẽ: qui mũdialẽ gloriã sectatur aut voluptatẽ. Tale est etiã qd solet seculares homines mortẽ inimicorũ in orationibus postulare: ceteraq̃ similia que non oportet. (M) ¶ At vero temporalia si defuerint petenda quidem sunt: quantũ necessitas humana requirit: sed iuxta beati gregorii sententiã nõ sunt hec nimiũ req̃rẽda. In quo genere etiam illa spiritualia sunt sine quibus nihilominus salus constare potest: vt sermo scientie gratia curationum: omniaq̃ de

niaq̄ de quibus certū non habemus quid expediat nobis: vt pote si te fatiget tētatio: supplicandū quidē pro ea vt auferat a te: sed nō nimis obnixe: q̄m in talib⁹ meminisse semper oportet apostolice illius sententie: nos enim q̄d oremus sicut oportet nescimus: ⁊ deo magis cōmittere q̄ꝫ temere aliquid apud nos definire. Hec aūt sunt toto affectu ⁊ omī tēpore postulanda: hec sunt ꝓ quibus incessanter ⁊ q̄ꝫ obnixe poterūt ad deū clament desideria tua: vt habeas gratiā eius bonā: ⁊ placere possis in oculis pietatis ipsius: ⁊ in eo viuas ⁊ moriaris in ipō vt gloriā eius videre ⁊ ipō frui imperpetuū merearis. De his enim dictū est: sine intermissione orate. Unde ⁊ ꝓpheta. Exquisiuit (inquit) te facies mea: faciē tuā dn̄e requirā. Et alibi. Unam petii a dn̄o: vt inhabitē in domo dn̄i om̄ibus diebus vite mee. ❡ Porro ad quartū genus orationis qđ est gratiarū actio per paucos attingere credo: ⁊ quo rari⁹, eo preciosius est. Multā enim prorsus gratiā inueniet apud deū: quē iuxta promissionē suā exaudit anteq̄ꝫ inuocet: ⁊ testimoniū reddet spiritui ei⁹ spiritus quē habet ex deo: quoniā exauditū est desideriū ei⁹: ita vt certus iā non orare sed gratias agere possit. ❡ Sic enim habes in lazari resuscitatione: vbi dn̄s licet prius nihil orasset. Pater (inq̄t) gr̄as ago tibi q̄ audisti me. Prima igit̄: idest obsecratio verecūdo fiat affectu. Secūda quā ꝓprie diximus orationē affectu puro: vt videlicet nō dissimulemus peccata: non nos palpemus: scientes q̄ sic quisq̄ꝫ inuenit gratiā apud deū si inuentus fuerit durus iudex in semetipsum. Tertia: idest postulatio amplū querit affectū ⁊ fiducie latitudinē: sicut scriptū est. Postulet aūt in fide nihil hesitās. Credo em̄ propterea dictū. Quēcunq̄ꝫ locū calcauerit pes vester: vester erit: qđ tantū impetrabimus quātū porrexerimus pedem fidei. Quarta que est gratiarū actio: ipsa debet esse deuotione plenissima et deliciis affluens. Jam vero de reuerētia orationis in eo qđ lectū est in capitulo ipsius regule: vos modo sollicitauit autoritas ex cuius occasione aliqua de oratione dicēda putaui. Illud tm̄ breuiter dico: nōnullos vt arbitror experiri interdū in oratione ariditatē et hebetudinē quādā mentis: vt solis orantes labiis nō satis attēdāt: neq̄ꝫ q̄d dicāt: neq̄ꝫ cui loquātur: ꝓ eo q̄ velut ex cōsuetudine quadā cum minus digna reuerētia et sollicitudine accesserūt. Quid enim aliud cogitare debet frater intrās ad orationē q̄ꝫ ꝓphericū illud Ingrediar in locū tabernaculi admirabilis vsq̄ꝫ ad domū dei? Omnino siquidē oportet nos orationis tēpore curiā intrare celestē: illā vtiq̄ꝫ curiam in qua rex regū stellato sedet solio, circūdante innumerabili ⁊ ineffabili beatorū spirituū exercitu. Unde ⁊ ipse q̄ viderat q̄ maiorē numerū nō inuenit: milia (ait) miliū ministrabāt ei: ⁊ decies cētena milia assistebāt ei. Q̄ta ergo cū reuerētia: q̄to timore q̄ta illuc humilitate accedere debet a palude sua procedēs ⁊ repēs ranunculus vilis? Q̄ tremebūdus, q̄ supplex, q̄ deniq̄ꝫ humilis ⁊ sollicitus ⁊ toto intētus animo maiestati glorie in p̄sentia angeloꝝ: in cōsilio iustoꝝ ⁊ cōgregatiōe assistere poterit miser homuntio? In cūctis igit̄ actionib⁹ nostris multa opus est animi vigilātia: sed p̄cipue in oratione. Etenim sicut in regula nostra legim⁹: licet hora omni ⁊ omni loco oculi dn̄i super nos speculent̄: maxime tamē in oratione. Licet enim semp videamur, sed nunc etiā p̄sentam⁹ et ostēdimus nos quasi facie ad faciē cū deo loquētes. Porro q̄uis vbiq̄ꝫ sit de⁹: in celo tm̄ orādus est: vbiq̄ꝫ orationis tempore cogitādus: vt mēs nostra nō oratoꝝ recto: nō aeris spacio: nō ipsa retardetur nubiū dēsitate: iuxta eā formā q̄ nobis a xp̄o tradita ē, vbi ait. Sic orabit̄. Pater noster q̄ es in celis. Celū em̄ quadā prerogatiua, etiam sedes siue thronus dei vocat̄: q̄ ad eam cōparationē qua deū in celis āgeli sancti ⁊ electorū anime vidēt: nos miseri ⁊ pegri sup terrā: vix solū nomē habere videmur. Sic igit̄ oret q̄ orat tāq̄ꝫ assumptus et p̄sentatus ei q̄ sedet sup excelsū in āgelis q̄ minime ceciderūt: et eleuatū in hominib⁹ quos suscitauit de puluere inopes: ⁊ erexit de stercore pauperes: sic inq̄ꝫ semetipsum cōsideret: ⁊ sic attēdat tāq̄ꝫ p̄sentatum dn̄o maiestatis vt dicat cū abraham. Loquar ad dn̄m meū cū sim puluis ⁊ cinis. Et quia tuo precepto cōmmonitus: tua institutione formatus id presumo domine fons pietatis.

Ro. viii. — Lu. xviii. — Ps. xxvi. — Jo. xi. — A — Josue. i. — B — Ps. lxxxv. — Apoca. v — Mat. vi. — Gen. xviii.

❡ Quomodo voluntas nostra diuine voluntati tripliciter subiici debeat. Sermo.

C

Audistis nunc ex regula nostra fratres de humilitate sententiā: cui ego quotiēs legitur toto animo intentos vos esse volo. Insipiens est em̄ ⁊ insanus quicunq̄ꝫ in aliis vite meritis: quicunq̄ꝫ in alia regione seu sapientia: nisi in sola humilitate confidit. Apud dn̄m fratres ius habere non possumus: q̄m in multis offendimus omnes: sed nec fallere eū: ipse em̄ nouit abscōdita cordis: q̄nto mag' opa manifesta: vtiq̄ꝫ nec resistere virib⁹: q̄m oipotēs est. Quid ergo restat nisi ad humilitatis remedia tota mēte cōfugere: ⁊ quicquid in aliis minus habem⁹: de ea supplere? Sꝫ o mira vanitas: o mira fatuitas cordis nostri cuius elationem perfecte reprimere: cuius ceruicosos motus oino domare, humilitatis materia tanta nō sufficit q̄n superbiat adhuc terra ⁊ cinis. ❡ Porro totius hūilitatis summa in eo videt̄ consistere: si voluntas nostra diuine (vt dignū est) subiecta sit voluntati: sicut ait ꝓpheta Nōne deo subiecta erit anima mea? Scio quidem creaturā oēm velit nolit subiectā esse creatori. Sꝫ a creatura rationali voluntaria subiectio queritur: vt voluntarie sacrificet dn̄o ⁊ confiteatur nomini eius: nō q̄ terribile ⁊ sanctū non q̄ om̄ipotens: sed quia bonū est. ❡ At vero subiectionem istam triplicē esse necesse est: vt qđ certum est deū velle: id nos velimus om̄ino: ⁊ qđ certū est eum nolle similiter execremur ⁊ nos. Quod aūt incertū est vtrū velit aut nolit: neq̄ꝫ velim⁹ ex toto neq̄ꝫ penit⁹ non velimus. Hic certe fratres in hoc medio totum periculū est religiosoꝝ: dū infeliciter blādimur nobis ⁊ palpantes seducimus nosmetipsos. Huic accedit vt dissimulemus domini querere voluntatē: dū et nostram facere: ⁊ aliquā de ignorantia habere volumus excusationē. Quis em̄ est ille tam infelix monachus qui id nolle audeat qđ certus est deum velle: aut qđ certus est eū nolle id velle presumat? Sed in medio periculū est is qui iam egressi de seculo in loco conuersionis habitāt tanq̄ꝫ in paradiso voluptatis: sicut in medio paradisi lignū trāsgressionis positum erat: in quo preuaricati sunt parentes primi: lignū scientie boni ⁊ mali: nō tantum boni vel mali solius: sed boni ⁊ mali. ❡ Propterea rogo vos fratres diligenter attēdite quia nihil mihi occurrit qđ vtili⁹ possitis audire. Ubi certa est dei voluntas om̄ino nostra sequatur: in his videlicet de quibus certum aliquid in scripturis inuenim⁹ aut ipse spiritus manifeste clamat in cordibus nostris quid sentiēdum sit: vt est charitas, hūilitas, castitas, obedientia: hec approbemus indubitanter ⁊ appetamus: que placere deo scim⁹ indubitanter. Sed ⁊ ea om̄imodis odisse debemus: de quibus certū est q̄ oderit ea deus: vt est apostasia, fornicatio, iniquitas, impatientia. In his vero rebus de quibus nihil certi possumus inuenire: nihil certum voluntas nostra definiat: pēdeat inter vtrūq̄ꝫ: aut saltē neutri parti nimis inhereat: cogitās semper ne forte altera pars deo magis placeat: ⁊ parati simus voluntatem eius sequi in quācunq̄ꝫ partem eam cognouerim⁹ inclinari. Nemo super his que certa sunt hesitet: nemo dubia pro certis admittat: nemo sibi in dubiis iudiciū vendicet, precipitetve sententiam ⁊ experiemur qđ scriptum est. Pax multa diligentibus legem tuam domine ⁊ non est illis scandalū. Unde enim sunt scandala: vnde turbatio nisi q̄ propriā sequimur voluntatem, ⁊ temere qđ volumus in corde nostro definientes: si quomodo id prohiberi contingat aut impediri: cōtinuo etiam in impatientiā, in murmurationem, in scandalum proni sum⁹ non attendentes quoniam omnia cooperātur in bonū his qui s̄m propositū vocati sunt sancti: et qui nobis casus videt̄: sermo quidem dei est: suā nobis iudicās voluntatē? At quicunq̄ꝫ nisi certū de huiusmodi in corde posuerit in quācunq̄ꝫ partem postea cōuertatur: scandalisari nō poterit. Aut si quis facere cogitat vnde mandatum certū non habet: si voluntatem suam suspēsam tenuerit donec prelatū interroget: ⁊ ab eo querat domini volūtatem cui vice ipsius obedit: nō turbabitur quicq̄d ei precipiatur quoniā pax multa diligētibus legem tuā domine: ⁊ non est illis scandalum. Porro qđ dixi voluntatē suspēsam teneat: aut voluntatē suam diuine subiciat voluntati: non de concupiscentiis desideriorum: non de affectionibus dico. Illud enim impossibile est: dum adhuc in hoc peccati corpore in hoc corpore mortis anima detinetur. Quid enim esset aliud q̄ꝫ vita eterna: tota affectione diuinam in omnibus sequi voluntatem? Sed cōsensum nostrū necesse est diuine subiicere voluntati: si pacē eternā ⁊ pacem desideramus habere presentem: sicut scriptum est. Pacem meam do vobis: pacem relinquo vobis. Domine (ait propheta) in lumine vultus tui ambulabūt: et in nomine tuo exultabunt tota die. Alius enim ambulat in lumine vultus sui sollicitus facere suam voluntatem: ⁊ beneplacitum cordis sui considerans. Alius ambulat in lumine vultus humani, in eo semper intentus quid hominibus placeat: quid mundus iudicet: de quo dicit propheta loquitur. Diem hominis non concupiui: domine tu scis. Contritio et infelicitas in viis eorum: et viam pacis non cognouerunt non est timor dei ante oculos eorum. Nam qui timorem dei semper habet pre oculis: vie eius vie pulchre: et omnes semite eius pacifice. Uenite ad me (inquit) omnes qui laboratis et onerati estis: et ego reficiam vos: quos vestre seu aliene voluntatis dura premit seruitus et inuenietis requiem animabus vestris. Jugum enim meum suaue est, et onus meum leue. Quanto enim benignior dulcior est diuina clemētia quolibet homine: tāto suauius esse manifestū est iugū eius ceteris

D — Ps. lxi. — E — F — Ps. cxviii. — Jo. xiiii — Ps. xvi. — Abac. ii

B omnibus.¶ Propterea hoīes sibĭpsis aut aliis hoībus place
re studentes confusi sunt: sed qui in lumine vultus tui ambu-
lant dñe: id solũ cogitantes quomodo tuã faciant voluntatẽ:
ꝛ toto corde contendẽtes placere tibi: nunc quidẽ in nomine
tuo exultabunt: et non erit illis scandalũ. Demũ in iusticia tua
exultabunt: quãdo exuentes infirmitates suas: ꝛ intrãtes po
tentias dñi memorabuntur iusticie tue solius vt eam tunc te-
neant sine labore quam modo sequi laborant.

C ¶ Contra pessimũ vitiũ ingratitudinis. Sermo.

Magna est super nos dilectissimi magna valde mi se
ricordia dei nostri quos tam ineffabili spiritus sui
virtute: tã inestimabili dono gratie sue eripuit a va
na nostra conuersatione huius seculi in quo eram⁹
aliquando tanq̃ sine deo: aut certe qđ execrabili⁹
est: etiã contra deũ/non ignorantiã habentes sed contẽptum:
cuius vite aut potius mortis anima enim que peccauerat ipa
moriebatur vtinã frequẽter in oculis cordis nostri terra verse
tur imago: quãta videlicet cecitas: quãta peruersitas illa fue
rit vt sedula meditatione pensantes miserie pondus: ꝛ si nõ tã
perfecte sicut est: aliquatenus tamẽ estimare possimus libera-
tricis misericordie quantitatẽ. Jã vero si q̃s ex vobis diligen
ter considerare nõ negligat: non modo vnde erutus sed vbi sit
constitutus: nõ solũ quid euaserit: sed ꝛ quid acceperit: nõ tã
tum vnde reuocatus sit: sed etiã quo vocatus: inuenit sine du
bio cumulum huius misericordie omnino mensure prioris exce
dere quantitatẽ. ¶ Neq̧ eñ fecit taliter omni nationi vt nõ so
lum iudicia sed ꝛ cõsilia sua manifestaret eis: sed omnino ma-
gnificauit facere nobiscũ: non solũ in seruos assumens sed eli-
gens in amicos. Neq̧ eñ nos elegim⁹ eũ: sed ipse elegit nos ꝛ
posuit nos vt eamus ꝛ fructũ afferamus: fructũ inq̧ nõ solum
non peremptoriũ qđ ad iudiciũ pertinens: notũ sit etiã seruis
sed nec perituriũ quidem qđ de consilio est ꝛ reuelatur amicis.
In hoc siquidẽ positi sumus: vt nõ peccato seruiamus: ipe eñ
est peremptorius labor: nec seculo quoq̧ quẽadmodũ hi quos
videmus subditos curis terrenis: ꝛ si nõ culpis: corporalibus
officiis: ꝛ si nõ flagitiis implicatos: ꝛ in ea que preterit huius
mundi figura ꝓ sua suorũq̧ presenti sustentatione laborantes
quorũ vtiq̧ labor: ꝛ si nõ ad dãnationẽ/ minime tamẽ pertinet
ad salutẽ: ita vt ꝛ si cõseruauerint fundamentũ: detrimentũ ta
men patiantur: pereũtibus que superedificauerãt: ipsi ꝓo sal-
ui sint: sic tamẽ quasi per ignẽ. Nobis autẽ quid dicitur. Qđ
consiliũ datur amicis: Operamini nõ cibũ q̃ perit: sed qui per
manet in vitã eternã. Nec cessamus ab operãdo hoc cibo etiã
cũ terrenis forte occupamur operibus: aut obedientia dictan
te: aut fraterne charitatis intuitu: qm̃ dissimilis nobis inten-
tio est ab his quoꝝ laborẽ perituriũ esse prediximus. Dissimili
proinde radice inherẽs labor similis nõ similiter habet perire:
quoniam radicatus est in ea que nunq̃ perit eternitate. Deni-
q̧ si forte nõ quidem illicita: nec tamẽ expedientia sectantes
priori forsitã fornicatione relicta flectissemus in coniugii casti
tate: nõ capientes qđ de celibi vita datũ nouimus esse cõsiliũ:
sed a rapinis ꝛ fraudibus abstinentes/ licite proprijs reb⁹ vte
remur: necdũ tamen ad perfectionẽ euangelicã attingentes si *Mat.xix.*
cut scriptũ est. Si vis esse perfectus vade ꝛ vende oia que ha-
bes: veni sequere me ꝛc. hocipsum quante pietatis esset: si a tã
tis criminibus in quibus multi ex vobis inuoluti solũ in se re
sponsum mortis: ꝛ iudiciũ certe dãnationis haberent: datum
esset vel in inferiori aliquo respirare gradu: Prodigus certe fi
lius ad filioꝝ numerũ aspirare timebat: beatũ se reputãs si for
te vel in mercennarioꝝ numero recipi mereref: minime tamen
sufficere potuit paterne pietati: nisi tã copiosam et misericor-
diam exhiberet: cui posset ꝛ ipe q̃ nunq̃ a patre discesserat se-
nior filius inuidere. Sic ꝛ nos dilectissimi abundãter effusa su
per nos misericordia dei nostri: de filijs ire ꝛ diffidentie nõ so
lum electoꝝ recepit numerũ: sed vocauit ad collegium perfe
ctorũ. Nã ꝛ si forte aliquoꝝ negligentia ad ꝑfectionẽ nõ assur-
git/ipsi viderint quid excusationis possint afferre: quoniã apo
stolicã oẽs nos vitã professi sumus: apostolice ꝓfessioni nomi
na dedimus vniuersi. Qđ sane nõ de ea gloria sanctitatis dixe
rim: quam non sibi tantũ sed vniuerso orbi suscipere meruerũt
sicut scriptũ est. Suscipiãt montes pacẽ populo: ꝛ colles iusti *Ps.lxxi.*
ciã: sed de eoꝝ potius professione qua pro omnibus petrus lo
quitur dicens. Ecce nos reliquimus omnia ꝛ secuti sumus te.
¶ Sed iam oĩno mouet fratres mei quid sibi velit: q̄ minus *Mat.xix. I*
erga nos liberalis nunc diuina clementia videatur: vt quibus
tanta contulit nos rogantibus non desiderantibus: immo et
fortasse recusantibus: nunc orantibus/obsecrantibus/postulã
tibus sepissime: immo continue videatur multa minora nega-
re. Quid eñ putamus charissimi: Abbreuiata est manus dñi:
an forte thesauri gratie defecerũt. Quid inq̧ putamus: vtrum
volũtas mutata sit/an immutata facultas: Neutrum sane de
eo estimare licet: neutrũ fas est credere de oĩpotẽti ꝛ immuta
bili maiestate. Quid sibi vult ergo q̄ incessanter orantes/obse
crantes/postulantes/non exaudit: quibus tantã ꝛ tam gratui
tam misericordiã prerogauit: Nã si respõdeat q̃s qđ apostolo
paulo responsuꝫ est: sufficere nobis gratiã dei/plane omino fal *ij.Cor.xij*
litur: cũ pro ea tã maxime vniuerse orationes/obsecrationes et
postulationes nostre fiant: ne ambulemus in magnis: aut in mi
rabilibus super nos: orantes nobis dare humilitatẽ quantam
decet: non dico sanctos sed monachos peccatores: obsecran-
tes patientiã nobis tribui: quãta non dico in martyribus in-
uenta est: sed ꝓfessioni nostre necessaria est: postulantes chari
tatem quantã non dico angelis sed patribus q̃ fuere hoĩes si-
miles nobis passibiles: etiam ꝛ peccatores diuino munere col
latã agnouimus ex testimonio scripturarũ. ¶ Ue generationi *K*
huic misere ab imperfectione sua: cui sufficere videtur insuffi-
cientia: immo inopia tanta. Quis eñ ad ꝑfectionẽ illã quam
scripture tradũt vel aspirare videt: Nõ sine causa sane cũ sint
nobis eadẽ cũ patribus conuersionis initia: dispar valde con-
uersationis profectus inuenif: adeo vt cũ eos ꝓfecisse de die
in diem ꝛ cursum cõsummasse legamus: apud nos magnus esti
maretur: si q̃s vel ipa cõuersionis sue primordia cõseruaret vt
nõ minus humilis aut timoratus: nõ minus sollicitus ꝛ circum
spectus: nõ minus feruens spũ: nõ minus patiẽs: ac mãsuetus
in medio q̃ in initio videref. Letos eñ videmus quasi obli-
tos sui ꝛ peccatorũ suoꝝ dei quoq̧ ꝛ beneficioꝝ eius immemo
res sic non redimere sed amittere tẽpus vt de moribus et affe
ctionibus suis vix vltima apud ipsos mentio fiat. Quid istos
aliud agere dixerim: qui scurrilitates/detractiones/iactantie
ꝛ impatientie verba non reputant: facile contristãt proximos:
immo spiritũ dei qui in eis est: pusilloꝝ scandala paruipẽdũt
ad increpationẽ aliorũ: aut negligentia quadã dormitare vi-
dentur: aut iracundie facibus inflãmantur: ꝛ cũ his quasi gẽs
que fecerit iusticiã accedunt libere ad ecclesiã: psallũt cũ aliis
sed nõ spũ neq̧ mẽte: orationis tempore nescio quas ineptias
meditanf ꝛ ne ipso quidẽ tremẽdo angelis participare verenf
dominici corporis sacramẽto: quid inq̧ istos aliud agere dixe
rim q̃ securos iã de gratia dñi sui fiducialiter de ea quã lõgo
tempore ꝓmeruerint familiaritate presumere: Hoc nempe est
qđ vulgari prouerbio dicitur. Familiaris dñs/fatuũ nutrit ser
uum. Sed vbi est dilectissimi qđ totiens canitis. Quoniã ad- *Psalm. xxxviij.*
uena ego suꝫ apud te ꝛ peregrinus sicut oẽs patres mei. Heu
heu nõ inuenif q̃ redeat ꝛ agat gratias deo nisi hic alienige- *Luc.xvij.*
na. Nõne decem mũdati sunt: ꝛ nouẽ vbi sunt: Meministis cre
do verba saluatoris hec esse: nouẽ illoꝝ ingratitudinẽ arguen
tis. Bene siqdẽ orasse/obsecrasse/postulasse legũtur: q̃ leuaue
runt vocẽ dicentes. Jesu fili dauid miserere nobis. Sꝫ defuit
eis quarta quã adiecit apostolus gratiaꝝ actio: qm̃ nec redie-
runt neq̧ egerunt gratias deo. ¶ Multos quoq̧ videmus vi *L*
q̧ hodie satis importune petẽtes qđ sibi deesse cognouerint:
sed paucos admodũ nouimus q̃ dignas super acceptis benefi
cijs gratias agere videãtur. Nec reprehensibile q̄ instãter peti-
mus: sed plane petitioni negat affectũ/ q̄ inuenimur ingrati.
Et forte hoc etiã clemẽtia esse videtur ingratis negare qđ po
stulant: ne contingat nobis vt tãto grauius de ingratitudine
iudicemur: q̃to magis accumulatis beneficiis ingrati proba-
mur extitisse. Ergo misericordie res est in hac parte subtrahe
re misericordiã quẽadmodũ ire ꝛ indignationis misericordiã
exhibere: eã sane de qua per ꝓphetã ipse pater misericordiaꝝ
loquitur dicẽs. Misereamur impio ꝛ nõ discet facere iusticiã. *Esa.xxvj*
M multos enim videmus ꝛ plangimus fratres: q̃ dũmodo ma
neat habitus ꝛ tonsura: salua sibi oĩa arbitranf: non conside-
rãtes miseri quẽadmodũ ingratitudinis vermis interiora cor
rodens: ob hoc tantũ corticẽ quẽ vident transformare dissimu
let: ne forte recogitẽt ꝛ erubescant ipsaq̧ verecũdia emenden-
tur. Qui sic interdũ in nõnullis cõsumpta esse interiora vniuer
sa ꝓsumit vt nõ vereaf ad ea quoq̧ q̃ foris apparent venenatũ
ducere caput: nisi forte quos videmus manifeste apostatare a
deo repẽte fieri pessimos arbitramur/ꝛ nõ mag' paulatim de-
fecisse cũ comederint alieni robur eoꝝ ꝛ nescierũt. Uides q̃ nõ
oib⁹ ꝓdesse q̄ a lepra seculari ꝯuersatiõis cui⁹ ꝑctã manifesta
sunt emũdanf: sꝫ nõnullis peius i occulto igratitudinis vlcus
oriri q̄ tãto ꝑiculosi⁹ sit q̃to interi⁹. Et bñ saluator hic in euã
gelio nouẽ illos vbi sunt qrit: qm̃ lõge ẽ a pctõrib⁹ sal⁹. Sic et *Luc.xvij.*
ꝛ primũ hoĩem post pctm̃ vbi sit interrogat: ꝛ in iudicio nescire
se ꝓfitebif operarios iniq̃tatis: cũ legam⁹ in psalmo. Qm̃ nouit *Ps.j.*
dñs viã iustoꝝ: ꝛ iter impioꝝ peribit. Nec sine cã i nouenario in
uenti sunt: q̃ nõ redeũt ad saluatorẽ: in quo nimiꝝ nũero qua-
ternario q̃nari⁹ iũgif: ꝛ est nõ bona mixtio corporee sensualitatꝭ
ꝛ euãgelice traditiõis. Qđ tũc fieri solet: cũ sic volum⁹ q̃tuor
euãgelijs obedire: vt q̃nq̧ corporis sẽsus ꝑiter oblectare velim⁹.

Felix

A ¶ Felix aūt samaritan⁹ ille q̄ cognouit se nihil habere qđ non accepisset: ideirco seruabit depositū: ⁊ cū grāꝝ actione ad dn̄z est reuersus. Felix q̄ ad singula dona gr̄e redit ad eū in q̄ est plenitudo oīm gratiarū: cui dū nos ꝓ accept̄ nō ingratos exhibemus locū in nobis facim⁹ gratie/ vt maiora adhuc accipere mereamur. Omnino em̄ sola nos a profectu conuersationis impedit ingratitudo nostra: dū quodāmodo amissuꝫ reputans datoꝝ q̄ ingrat⁹ accepit: cauet sibi decetero ne tāto plura amitteret quanto plura cōferret ingrato. Felix proinde q̄ se alienigenā reputans etiā pro quibusq̄ minimis beneficiis: nō minimas refert grates: gratuitū esse nō dubitās neq̄ dissimulans qđ alieno impendit̄ ⁊ ignoto. Nos autē miseri ⁊ miserabiles cū in initio adhuc alienos nos estimamus: timorati satis: satis deuoti ⁊ humiles inuenimur: tā facile postmodū obliuiscimur q̄ gratuitū sit quicquid accepimus: ⁊ presumētes non bene quasi de familiaritate dei nequaq̄ aduertim⁹ q̄ mereamur audire: qm̄ inimici domini domestici ei⁹. Tāto em̄ facili⁹ nūc offendim⁹ eū: q̄to ea grauī⁹ que a nobis cōmittunt̄ iudicāda nouerimus esse cū in psalmo legamus: qm̄ si inimicus me⁹ maledixisset mihi sustinuissē vtiq̄. (ps. liiij.) Obsecro itaq̄ fratres mei humiliemur magis ac mag' sub potēti manu dei: ⁊ ab hoc tā maximo tā nequissimo vitio igratitudinis lōge fieri studeam⁹: vt tota deuotione in grāꝝ actione versantes: ɔsiliemus nobis gratiā dei nostri que sola potest saluare animas nostras. Nec vbo tm̄ vel lingua: sꝫ opere et veritate exhibeam⁹ nos gratos: qꝛ graciaꝝ actionē magisq̄ dictionē a nobis exigit dator gratiarū dn̄s de⁹ noster q̄ est benedict⁹ in secula. Amē.

¶ De eo quod legitur in Job in sex tribulationibus liberabit te: ⁊ in septima non tanget te malū. Sermo.

B Dignū valde est et oīno exigit ratio equitatis vt qb⁹ a cōstitutione mūdi regnū parat̄ ipsi etiam sese regno parare non negligant: ne parato regno inueniantur forsitan qui regnaturi fuerāt imparati. Sic em̄ legimus de cena quadam: dicente dn̄o: quoniā quidē cena parata est: sꝫ q̄ vocati erant non fuerūt digni. (Mat. xxij.) Querimus ergo quēadmodū regno parato: parari debeant reges futuri. Et si pie querim⁹ cū propheta vtiq̄ dicere non audemus. Dn̄e q̄s habitabit in tabernaculo tuo: aut quis requiescet in monte sancto tuo? (ps. xiiij.) Qui ingreditur (inquit) sine macula. Sed hec inquies/ preparatio soli xp̄o conuenire videt̄. Nemo em̄ ceteroꝝ oīm mūdus a sorde nec infans cuius est vita vni⁹ diei super terrā. Itaq̄ solus intrabit: qui solus agnus est sine macula: solus argui non potuit de peccato: qđ nō ab eo factū est: nec in eo inuētū. Solus plane summus pontifex meus: nec in patre nec in matre contaminatus est vt lex dicit: patrē quippe sed deū: matrē quoq̄ sꝫ virginē habēs: vnde ⁊ solus ingredit̄ sancta sanctoꝝ: ⁊ nemo ascendit in celū nisi q̄ descendit de celo filius hoīs q̄ est in celo. C ¶ Quid ergo nos? Ita ne continuo desperabimus? Immo vero sperabimus: ⁊ hinc maxime. Licet em̄ solus sed profecto totus intrabit: ⁊ os nō ɔminuetur ex eo: nō sine mēbris caput inuenitur in regno si tamen mēbra fuerint cōformia sibi: a coherentia capiti suo. Cōformia sane moribus/ coherentia fide. Habet enim cōformationē quantū potest: habet ⁊ coherentiā ipsa etiā minor etas: dum ⁊ similitudini mortis eius mersione illa triplici complantatur: ⁊ fidē in inuolucro quodam recipit qđ necdū capax sit euolute. Benignus est nimirū spiritus sapientie: ⁊ quē traducta culpa ligauerat indulta iusticia soluit Sed nō ita deinceps liberabit maledictū a labiis suis. Voluntarie em̄ peccāti post agnitā gratiā non relinquitur hostia pro peccato. D ¶ Sed neq̄ sic liberabit a suis: quomodo ab alienis labiis maledictū. Maledictio fratres grauis est macula: ⁊ scimus qm̄ non qđ intrat in os coinquinat hominē: sed qđ de ore egreditur. Inde ergo macula / inde maledictio a labiis suis sed non semper a propriis. Neq̄ enim de corpore vel corde proprio originalis in paruulū culpa procedit: cui nō modo cōsensus sed ne vllus quidē interim pōt sensus esse peccati. Quomodo tamen maledictū a labiis suis nō liberat spirit⁹: aut voluntarie peccātibus non relinquitur hostia: nisi qꝛ non illi denuo crucifigitur christus: nec complantatur iterū similitudini E mortis ei⁹ ꝑ baptismū? Propria iam eos lachrimarū vnda eximitur: propriā baiulare crucē: propria mortificare mēbra: ⁊ propriā immolare hostiam necesse est. Sine cā alter diceret: credo propriis labiis expietur oportet: propriorꝫ maledictio labiorū per multas enim tribulationes in regnū dei intrare necesse est ⁊ nemo nisi per tribulationes ingredit̄: aut proprias aut alienas. (Act. xiiij.) ¶ Sola nimirꝫ secūdi ade tribulatio purgat: quos contaminauit offensio sola prioris: non q̄ ꝓpria cuiꝫq̄ sufficere possit satisfactio. Quid em̄ est vniuersa penitētia nostra: nisi q̄ si non cōpatimur: oīno nō possumus cōregnare? Qđ em̄ in nobis minus est ipse supplet: tamen illud qđcunq̄ nostrū est non patit̄ reseruari. F ¶ Or si fidei coherētia sine morum cōformitate neq̄ q̄ saluat adultos: lōge minus saluare poterūt opera sine fide Facilius em̄ mēbrū inherēs capiti si deforme ē reformatur q̄ diuulsum q̄libet simile copuletur. Et ipsum tn̄ quod deforme est/ aut cōforme fieri imaginis filii sui capitis sui aut certe tādē auelli ab eo necesse est anathema esse a christo ne in illa plenitudine corporis eius inueniatur quippiā indecorꝫ. G ¶ Ubi ergo macula propria: propria quoq̄ purgatio iure requiritur: ⁊ si cōtaminatio multiplex: opus est etiā tribulatione multiplici Unde enim tribulatio: nisi dū resistitur cōtaminationi: cōcupiscētie repugnatur? Quid vero in hoīe purꝫ ab hac macula: immune ab hoc contagio poterit inueniri? Ab intus manat: de corde exit pestiferū virus: ac deinceps corpus occupat vniuersuꝫ mentē desideriis afficit: mēbra illecebris inficit. Inde prurit⁹ aurium: oculorū petulātia: inde olfaciendi voluptas: inde in faucibus tā inordinata delectatio: inde in vniuerso corpore mollicies sensus ⁊ libido perniciosa tangendi: inde intus in anima ebrietas illa desideriorꝫ ⁊ fornax quedā ambitionis/ auaritie/ inuidie/ cōtumacie/ nequitie: ⁊ oīm deniq̄ vitioꝝ affectibus vehemēter accēsa. Quot em̄ corpus illecebras: quot oblectamēta mundus habere videtur: tot patitur tribulationes/ tot sustinet tētationes vir iustus. Et quēadmodū ambulās quis in carne: sensuū voluptate delectat̄: ⁊ delitias cōputat esse sub sentibus: sic ⁊ ois q̄ in spiritu seminare desiderat spinas ⁊ tribulos quos propria terra ex maledicto vtiq̄ germinat potius eradicare q̄ propagare cōtendit: quippe q̄ cōuertit̄ in erumna sua quotiens cōfigitur spina. H ¶ Huic ergo tā multipharie pesti/ ꝑ singula queq̄ resistere q̄ multiplex tribulatio? A plāta pedis vsq̄ ad verticē non est sanitas/ in me totū infecit concupiscentia: lex peccati in mēbris oībus inuenit̄: vndiq̄ per fenestras mors intrare contendit: ⁊ intus fomes totius nequitie periculosius seuit: crudelius malignatur. Minime tamen in hac tam multiplici lucta deficiendū: aut desperatione cedendū est. Licet enim abūdent/ tribulationes pro xp̄o sed abūdant ⁊ cōsolationes per ipsum. Deniq̄ audi consolationē. Peccatū in foribus est: nisi ipse aperias non intrabit. Appetitus in corde prurit sed sub te est: nisi sponte cesseris nil nocebit. Audi consolationē. Consensuꝫ cohibe ne preualeant hec: ⁊ immaculat⁹ eris vt sine macula ingrediaris ⁊ ipse: ad habitandū in tabernaculo ⁊ requiescendū in mōte sancto dn̄i dei tui. Si tui nō fuerint dominati tunc immaculat⁹ eris: ⁊ emūdaberis a delicto maximo. I ¶ Maximū plane delictū qđ interiorē ⁊ exteriorē hominē occupat vniuersum. Audi adhuc consolationē. In sex (inquit) tribulationibus liberaberis: ⁊ in septima non tanget te malū. Si puer hebreus es: sex annis seruiens/ liber egredieris in septimo. Sex tibi tribulationes sunt contra desideria cordis: ⁊ quinq̄ pertitā sensualitatis corpore voluptatē: sed in his sex liberaberis a septima/ nō q̄dē ne veniat: sꝫ ne ledat/ ne noceat/ ne tāgat te malū. Ueniet quidē mors: ipa em̄ est septima tribulatio: sꝫ son⁹ erit dilectis dn̄i: ⁊ ecce hereditas ei⁹. Erit ianua vite/ erit initiū refrigerii/ erit sancti illius mōtis scala: ⁊ ingressus in locū tabernaculi admirabilis: qđ fecit deus ⁊ nō homo. In septima itaq̄ nō tāget te malū. K ¶ Malū vtiq̄ triplex quod eos manet in septima die q̄ in sex tribulationibus dissimulant perfecte interim liberari: nec in sex hidriis purificant̄ ad liquidum: vt exhibeant̄ in nuptiis spōsi nō habētes maculam neq̄ rugam. ¶ Monet enim eos horror in exitu: dolor in trāsitu: pudor in cōspectu glorie magni dei. L ¶ Unde nobis illa dissimulatio est fratres mei? Unde hec tam perniciosa tepiditas: vnde hec securitas maledicta? Quid seducim⁹ miseri nosmetipsos? Forsitā iam diuites facti sumus: forsitā iā regnam⁹. Nonne ostiū domus nostre: horribiles spūs illi obsidēt? Nōne exitū nostrū laruales ille facies prestolant̄? Quis ille pauor erit o anima mea cū dimissis oībus quoꝝ tibi est tā iocūda presentia: tā gratus aspectus: cohabitatio ipsa tam familiaris sola ingrediēs incognitā penit⁹ regionē: occursantia tibi cateruatim ruere teterrima illa monstra videbis? Quis tibi in die tante necessitatis occurret. Quis tuebit̄ a rugientib⁹ ꝑparatis ad escā: quis cōsolabitur: quis deducet? Filioli mei/ memoremur hec nouissima nostra ne peccemus. Nā ⁊ per ignē nobis trāseundū est et vniuscuiusq̄ opus quale sit ignis ꝓbabit. Ibi em̄ aurū nostrū vertetur in scoriā: ibi reuelabitur vniuersa impuritas: ibi veritas ipsa accepto tēpore qđ nobis interim datū ɔtemnimus iusticias iudicabit. Quid vero illic oēs iusticie nostre: nisi pannus menstruate reputabuntur? Quicquid nunc paruipendendo transim⁹: palpādo tegimus: dissimulādo negligimus: quāto illic cruciatu vindex flāma consumet. Utinam magis nunc daret quis capiti meo aquas: ⁊ oculis meis fontē lachrimarū forte enim non reperiret ignis exurens/ quod interim fluens achryma diluisset. Jam vero post ignem illum putas resi-

duum aliquid inuenietur in nobis? Aut tantũ erit vt audeam⁹
illud vultui maiestatis offerre: aut eius sic astare conspectui?
Quis ille pudor erit: queve confusio: post tanta beneficia: tam
tepidos: tam imperfectos: tã vacuos apparere ante faciez dei
M
nostri? ¶ Fugiebat adã vt absconderetur ab eo: post vni⁹ vtiq̃
pomi vetiti gustũ: quid nos post tanta flagitia: post tanta faci
nora presumemus? Quãdo ab hac confusione purgabit ocul⁹
cordis: cui nunc operã dare negligimus: vt irreuerberata acie
veri illius solis radios valeat intueri? Sicut fluit cera a facie
ignis: sic peribunt peccatores a facie dei. Ingrediat vtiq̃ pu
tredo in ossibus meis: ꝛ subter me scateat: vt requiescã in die
tribulatiõis hui⁹ septime: ꝛ in ea nõ tãgat me malũ. Malũ hoc
N
triplex: horroris/ doloris/ ꝛ pudoris. ¶ Felix siquidẽ aĩa: que
fiducialiter inimicis suis loquet in porta. Quid hic astas cruẽ
ta bestia? Nihil in me funeste reperies. Felicior cuius opus nõ
arserit quẽ superedificasse aurũ/ argẽtũ/ lapides p̃ciosos exa
men illud inueniet. Felicissimus qui sine vlla nube confusiõis
reuelata penitus facie gloriã domini speculãdo in eandẽ ima
ginem transformabitur: et similis erit illi/ videns eũ sicuti est
vtiq̃ super omnia deus benedictus ꝛ laudabilis ꝛ gloriosus
in secula seculorum. Amen.

O

¶ De diligendo deo. Sermo.

Olite diligere mundũ: neq̃ ea q̃ in mundo sunt
Oĩa em̃ q̃ in mundo sunt/ cõcupiscẽtia carnis: ꝛ
cõcupiscẽtia oculoꝝ: ꝛ ambitio spirit⁹: q̃ nõ sunt
ex patre. Quid ergo. Sũt aliqua ex patre: q̃bus
nobis ista recõpẽsent. Sũt vtiq̃/ oĩno dulciora
his ꝛ amabiliora: sʒ hec nõ credunt suis/ multo
minus inimicis. Quisq̃s ẽo amicus voluerit esse hui⁹ mũdi: ini
micus dei cõstituetur. Amicis creditur consiliũ quibus dicit.
Quia oĩa quecunq̃ audiui a patre meo: nota feci vobis. Expo
P
nit beatus gregorius: quia amor ipse/ noticia est. ¶ Est ergo
triplex amor qui tria illa excludat q̃ nõ sunt ex patre. Et pro
Joã. xxi.
pterea credo ter interrogat petrus: amas me: amas me: amas
Deut. vi.
me. Sed ꝛ forte hec sunt de quib⁹ in lege precipit. Diliges do
minũ deũ tuũ ex toto corde tuo: ꝛ ex tota anima tua: ꝛ ex tota
virtute tua: idest diliges dulciter siue affectuose/ diliges pru
denter: diliges fortiter. Siquidẽ amor cordis/ simile quoddã
habet carnalis amoris: nã affectiones proprie cordis esse dicũ
tur. Anima vero aliquanto iam superius sonat: vnde ꝛ merito
dicitur sedes sapiẽtie vt merito videatur illi attribuendũ pru
denter diligere deũ. Sane ad affectuosum illũ quẽ dicim⁹ cor
dis amorẽ plurimũ valet incarnationis christi cogitatio: sed ꝛ
totius dispensationis quã gessit in carne ꝛ maxime passionis.
Q
Uidẽs em̃ deus hoies omnino carnales affectos: tantam eis
dulcedinẽ exhibuit in carne vt durissimi cordis sit quisquis eũ
toto affectu non diligat. Volens siquidẽ nobilẽ creaturã homi
nem recuperare: si (inquit) inuitũ coegero/ asinũ habeo nõ ho
minem: quoniã quidẽ non libens veniet nec spõtaneus vt pos
Ps. liij.
sit dicere: voluntarie sacrificabo tibi. Nũquid asinis dabo re
gnum meum? Nunquid de bobus cura est deo? Ut ergo ha
beã voluntariũ terrebo eũ: si forte cõuertatur et viuat. Et cõ
minatus est acerbiora que excogitari possunt: tenebras eter
nas: vermes immortales: ignẽ inextinguibilẽ. Cum aũt nec sic
homo reuocaretur ait. Nõ solũ timidus sed etiã cupidus est:
promittã ei qd̾ potissimũ desiderabile videatur. Desiderãt ho
mines aurũ ꝛ argentũ ꝛ similia: ꝛ super hoc oĩa vitã desiderãt
Manifestũ est hoc: ꝛ valde manifestũ. Si (inq̃t) tãtopere desi
derant miserã hanc laboriosam vitã ꝛ momentaneã: quantum
diligent vitã quietam/ eternã beatã. Promisit itaq̃ vitã eter
nam: p̃misit qd̾ nec oculus vidit: nec auris audiuit: nec in cor
hois ascendit. Videns aũt ꝙ nihil p̃ficeret: vnum (inq̃t) restat
adhuc. Inest hoi nõ solũ timor ꝛ cupiditas sʒ ꝛ amor: nec q̃cq̃
in eo vehementius ad trahẽdũ. Venit igitur in carne ꝛ tã ama
bilẽ se exhibuit/ vt illã nobis impenderet charitatẽ: qua ma
iorem nemo habet vt animã suã daret pro nobis. Quisq̃s sane
nec ob hoc quidem ꝯuerti voluerit nõne merito audiet. Quid
R
debui facere tibi ꝛ non feci? ¶ Et vere in nullo sic commẽdat
deus charitatẽ suã quomodo in mysterio incarnationis eius ꝛ
passionis: in nullo sic reuelatur eius pietas: in nullo sic appa
Titũ. iij.
ret benignitas: quomodo in hũanitate apostolo teste q̃ ait. Ap
paruit benignitas ꝛ humanitas saluatoris nostri dei. Nã potẽ
tia quidem occultata est: qm̃ i infirmitate venit. Vñ Abacuch
Abac. iij.
Abscõditũ est (inq̃t) fortitudo ei⁹: haud dubiũ q̃n in cruce: cu
ius cornua in manibus ei⁹. Sapiẽtia quoq̃ abscõdita est ꝛ in
carnata. Placuit em̃ ei p stulticiã verbi: saluos facere creden
tes. Nõne quodãmõ stultũ se fecerat: q̃ tradidit in mortẽ ani
mam suam: ꝛ tulit peccata multoꝝ: ꝛ q̃ nõ rapuit tũc exolue
bat? Nõne ebrius erat vino charitatis ꝛ immemor sui contra
petri cõsiliũ dicẽtis: ꝓpitius esto tibi? Itaq̃ abscõdita est for
titudo maximeq̃ velata ꝛ incarnata sapiẽtia: sʒ benignitas nõ
potuit declarari nec abũdantius exprimi: nõ euidenti⁹ cõmen
dari. Porro id quidẽ ad affectuosum cordis amorẽ dicim⁹ per
tinere. Nã videre est hoies sic affectos erga hmõi vt vix sine la
chrymis audiãt vel recordent. Hic ergo amor cõtra concupi
scentiã carnis est. Quid em̃ dulce sit ei in carne: cui tãta dulce
do est in xp̃i passione? Verũ hec dulcedo falli põt si desit pru
dentia: ꝛ iam difficile caueri poterit in melle venenũ. Necesse
est igitur adesse prudentiã: qua diligẽter interiora mysteria in
uestigare possimus vt parati sim⁹ oĩpotenti reddere rationẽ.
Hic amor prudens excludit curiositatẽ. Siquidẽ anim⁹ his in
tentus tẽporaliũ non poterit esse curiosus: dicens cũ ꝓpheta.
Ps. cxviij.
Quomõ dilexi legẽ tuã dñe: tota die meditatio mea est. Ter
tiũ est vt fortiter quisq̃ diligat quatinus sicut falli nõ potest:
ita nec cogi possit: paratus oĩa pati propter iusticiã. Quis aũt
nesciat eũ q̃ rex celi sit: terrena regna: ꝛ honores nõ ambire: sʒ
Mat. v.
magis abĳcere. Porro beati q̃ persecutionẽ patiũtur ꝓpter iu
sticiã: quoniã ipoꝝ est regnũ celorũ. Itaq̃ de his tribus nunc
petrus interrogat: q: prius inuentus fuerat minus habẽs. Au
diens enim primo de passione dñi ferre nõ potuit: tanq̃ dulci
ter diligens: sed absit (inquit) a te: vtpote insipienter amans.
Mat. xvi.
Unde ꝛ audire meruit. Vade retro sathana: qm̃ non sapis ea q̃
Joã. xiiij.
dei sunt. Simile aliqd in apostolis erat/ quibus dicebat. Si di
ligeretis me gauderetis vtiq̃: q: vado ad patrẽ: immo ẽo q:
diligunt/ dolent. Et diligunt ꝛ nõ diligunt: diligunt dulciter
Luc. xxij.
sed non sapienter. Nocte vero ipa q̃ tradendus erat dñs ꝛ dul
citer ꝛ prudenter diligebat petrus: cũ diceret tecũ parat⁹ sum
ꝛ in carcerẽ ꝛ in mortẽ ire: sed non diligebat fortiter: quoniã q̃
cecidit stabili non ille gradu. Nondũ venerat virtus ex alto: q̃
accepta nõ negauit: sʒ libera voce huius: vos (inq̃t) iudicate
vtrũ deo magis obedire oporteat an hominibus. An non con
grue de dilectione requiritur: q̃ pascẽdo preponitur gregi? Il
lud enim p̃esse debet aĩo qui vino charitatis debriat⁹ estuat
Joã. xxi.
immemor sui: vt non querat q̃ sua sunt: sʒ magis q̃ iesu christi.
Et nota q: requisitus petrus an diligat plus his: tantũ respõ
dit se diligere nõ audens affirmare qd̾ prius se dixisse temere
confundebatur: ꝛ fortasse propterea contristatus est. Dixerat
Mat. xxvi.
enim prius. Et si oẽs scandalizati fuerint in te: sed non ego.

S

¶ De ligno/ feno/ ꝛ stipula. Sermo.

Usq̃ est securitas fratres: neq̃ i celo neq̃ in pa
radiso: multominus in mũdo. In celo enim ceci
dit angelus sub presentia diuinitatis. Adam in
paradiso de loco voluptatis. Judas in mundo
de schola saluatoris. Hec idcirco dixerim ne q̃s
sibi de loco isto blandiat: q: dr̃ locus iste sanct⁹
est: q: nõ loc⁹ hoies: sed hoies locũ sanctificãt. Sũt em̃ etiã
inter nos tria genera hoim: ipaq̃ satis incõgrua ꝛ ordini ꝛ ho
mini qui hanc viã ingressus est. Sunt enim q̃ bene inceperunt
sed statim defecerũt. Et sunt q̃ nunq̃ inceperũt: sed in sua mol
licie permãserunt ꝛ permanẽt. Et sunt q̃ rapiant spiritu leuita
tis tardi ad audiendũ: veloces ad loquendũ: paratissimi cur
sim enumerare qd̾ faciũt: si qd faciũt tamen. Nũquid vel istos
repellet deus? Nõ: si in fundamẽto ꝑmanserint: sed salui erunt
sic tñ quasi p ignẽ. Per quẽ ignẽ? Dicit apostolus. Fundamẽtũ
aliud nemo põt ponere p̃ter id qd̾ positũ est: qd̾ est christus ie
i. Cor. iij.
sus. ¶ Si q̃s edificauerit super fundamentũ hoc lignũ/ fenũ/
T
stipulã detrimentũ patietur. Ipse autem saluus erit: sic tamẽ
quasi per ignẽ. Fundamẽtũ christus est: lignũ fragile est: fenũ
molle/ stipula leuis. Lignũ sunt qui fortiter inceperũt: sed fra
cti non renodãtur. Fenũ sunt q̃ fugiẽda mollitie tepefacti: nec
summitate digiti (vt dicit) labores arduos attingere volunt.
Stipula sunt q̃ leuitatis motibus exufflati: nunq̃ in eodẽ sta
tu permanent. Et timendũ quidẽ est de istis sed non desperan
V
dum: q: si in fundamẽto xp̃m habuerint: hoc est in hac via vitã
finierint salui erũt: sic tñ quasi p ignẽ. ¶ Ignis tria habet: fu
mum/ lucẽ/ ardorẽ. Fumus excitat lachrymas: lux vicina illu
minat: ardor adurit. Ita ꝛ q̃ eiusmodi est fumũ hoc est amari
tudinẽ in mẽte habere debet: q: tepidus est: q: remissus est: q:
leuis: q: ordinẽ quantũ in se est subruit ꝛ perturbat. Sed ꝛ lu
cem in ore: vt qualis est in mẽte/ talẽ se in cõfessione ꝛ dicat et
plangat: vt ꝛ linguã acuat cõsciẽtia: ꝛ cõsciẽtiã arguat lingua.
Necesse est quoq̃ vt ardorẽ sentiat in corpore: idest penitẽtie
tribulationẽ ꝛ si nõ multimodã: aliquã tamen. Putas q: sic cõ
punctos corde: ore confessos: corpore fatigatos abĳciet: qui
omnes homines vult saluos fieri: et neminẽ vult perire? Sũt
ꝛ alĳ qui edificant super fundamentũ hoc: aurũ/ argentũ/ ꝛ la
pides preciosos: qui vehementer incipiunt: vehementius ꝑfi
ciunt: vehementissime perficiunt: non attendentes quid caro
possit/ sed quid spiritus velit.

De triplici

A

De triplici gñe cogitationũ nostrarũ. Sermo.

Prover. iiij.

Admonet nos beatus bñdictus (fratres) sollicitos esse circa cogitationes nostras: sapientis vtiq; cõsilium sequens: qui omni custodia cor custodire suadet: quoniam ex ipso vita procedit. Tria igitur occurrunt genera cogitationum: a quibus multa sollicitudine cauere necesse sit eos qui conuertuntur ad cor: & dignum deo in semetipsis templum exhibere festinãt. Sunt enim nõnulle interdum cogitationes penitus ociose: & ad rem nõ ptinentes: quas tam facile abijcere ꝙ recipe facile possit aĩa dũmõ sit secum habitans in corde suo & adsistens domina tori vniuerse terre. Sunt & alie cogitationes violente magis et fortius adherentes: que videlicet ad necessitates nature ptinent: & quasi ex eodem adsumpte limo de quo nos facti sumus: si paululum insederint auelli nequeunt sine lesione & difficultate.

B

Sepe enim sic afficit nos cogitatio carnalis de cibo de potu siue vestimento: vt vix eradicari queat de cordib⁹ nostris: qđ non aliunde est: nisi q & ipsa limosa & viscosa quodam modo/ limosam nihilominus & glutinosam inuenerit terrã. Nõ sine causa enim dictũ est/ hominẽ plasmatũ/ non de terra quali|bet: sed de limo. Vide enim ꝙ limosum sit corpus: qđ ipsi quoq; spiritui tam fortiter & pene indissolubiliter inheret: vt vix cũ multa afflictione possit aliquãdo separari. Quid ergo agẽdum: cũ limosa illa cogitatio mentẽ subierit: Plane exclamandum nobis est cũ sancto iacob atq; dicẽdũ. Ruben primogenitus meus non crescas: ascendisti enim cubile patris tui.

Gen. xlix.

Rubens enim & carnalis atq; sanguinea huiusmodi cõcupiscentia est: que tunc cubile nostrũ ascendit: cũ nõ solũ memoriã tangit cogitatione: sed & ipsum voluntatis stratũ ingreditur & polluit praua delectatione.

C

Bene autẽ primogenitus noster dicitur appetit⁹ ille carnalis: q ab ipso nimirũ initio vite nostre in nobis pullulat: cũ cetera vitia processu tẽporis ex malicia mũdi huius variisq; occasionibus contrahant. Oportet ergo reprimere quem extinguere nõ possumus: appetitũ vt quotiens cubile nostrũ ingreditur: crescere eum nullatenus patiamur: sed sub nobis sit queadmodũ dicit scriptura. Subter te erit appetitus tuus & tu dominaberis illius. Iam vero tertiũ cogitationum genus immũdũ nimis ac fetidũ est: qđ nec admittere quidem vlla ratione debemus: sed a longe presentire fetorem: et tota virtute repellere: toto animo ppulsare: & conuersi statim ad gemitus: lachrymis atq; suspiriis/ inuocantes spiritũ q adiuuet infirmitatem nostrã. Sic nimirũ cõsulus abscedens: nõ tam facile deinceps simile aliquid viriliter resistentib⁹ nobis malignus hostis offerre vel afferre presumet.

D

Dico autẽ cogitationes illas immundas penitus ac fetidas: que ad luxuriam/ ad inuidiã/ et vanam gloriã pertinent: ceteraq; vitia detestãda. Oportet eñ si mũdas cõseruare volumus animas nostras adhuc longe agẽtibus cogitationibus huiuscemodi multa cũ indignatione occurrere: & exufflare a nobis: vt nullus eis detur accessus. Et primum quidem genus cogitationum ociosarum: scilicet ad rem non pertinentium lutum est: sed lutum simplex id est non inherens nec fetens: nisi forte diutius immoretur in nobis: & per incuriam ac negligentiam nostram in alterum genus cogitationum vertatur quod quotidie experimur. Dum enim ociosa tanq; minima spernimus: ad turpia atq; inhonesta dilabimur. Secundum vero cogitationum genus non lutum simplex sed vt iam diximus viscosum ac limosum est. Nã tertiũ quidem sic cauendum est nõ tanq; lutum aut limus: sed tanq; immundissimum ac fetidissimum scenum.

E

De triplici iudicio pprio/ hũano & diuino. Sermo.

Sic nos existimet hõ vt ministros christi & dispensatores mysterioꝝ dei. Minister christi sic debet conuersari: vt ex moribus exterioris hois q videt existimet cõpositio interioris animi q nõ videtur: ne vel ab alio vel a seipso possit iudicari: sed dicat cũ eodẽ apostolo. Mihi pro minimo est vt a vobis iudicer aut ab hũano die: sed neq; meipsum iudico: q aũt iudicat me dñs est.

j. Cor. iiij.

In quibus verbis notãda sunt tria iudicia hũanuz/ suũ cuiusq; proprium/ & diuinum: & humanus quidem potest iudicare de rebus exterioribus que sensib⁹ corporis percipiuntur: de interioribus vero non potest. Hinc enim scriptum est: quis enim scit hominum que sunt hominis: nisi spiritus hominis qui est in eo: Quapropter de his que sunt in homine potest iudicare spiritus hois qui in ipso est: longe vero prestantius de his ipsis iudicat deus cuius necdũ fatetur apostolus euasisse iudicium: qui tamẽ iã humanũ transcẽdisset & pprũ. Porro humanũ cõtẽnebat q dicebat. Mihi autẽ p minimo est vt a vobis iudicer: aut ab humano die. Sed neq; pprũ timebat q dicebat. Sed neq; meipsuz iudico: nihil eñ mihi ɔscius sum. Solũ ergo restabat diuinuz de quo ait. Qui autẽ iudicat me: domin⁹ est. Dz tñ quisq; quãtũ potest se irrepħẽsibilẽ exhibere: primũ quidẽ coram deo: sed deinde etiã corã hominib⁹. Hoc nẽpe est q alibi loquit idẽ apostolus dicẽs. Prouidẽtes bona/ non tãtũ corã deo: sed etiã corã hominib⁹.

Rom. xij.

F

Tribus siquidẽ modis prouidemus bona corã hominibus: id est habitu/ actione/ sermone. Habitu: ne sit notabilis: actione ne sit reprehẽsibilis: sermone ne sit cõtẽptibilis. Trib⁹ etiã modis corã deo: cogitatione: affectione: & intẽtiõe. Nã & cogitatio dz esse sancta. Vñ scriptũ est. Cogitatio sancta seruabit te: & affectio pura: & intẽtio recta. Sunt autẽ tria ista: id est cogitatio/ affectio/ intẽtio in aĩa. Sz in ea quoq; propriis singula locis distincta videntur. Nã cogitatio in memoria est: affectio in voluntate: intẽtio in rõne consistit. Atq; vt eorũ vsuz ac differẽtiã clarius videamus/ sumam⁹ nobis exemplũ de rebus exteriorib⁹.

G

In corporib⁹ si quilibet deformis color cutẽ tãtũ inficiat corpus quidẽ turpius reddit: sed nil ei de sua sanitate ex hoc adimit. Si ergo carni putredo aliqua vel liuidus tumor insederit: iã nõ solũ decus corporis sz salus q3 perturbat. Qz si languor forsitã inualescens cũ ipa carne ossa quoq; medullis occuparit: tũc demũ de vita nõ immerito potest desperari. Eodẽ mõ in aĩa: si peccatũ suggerit memorie p cogitationẽ: nullũ tñ prebuerit aut volũtas affectũ: aut deliberatio ipsa consensũ: fateor quidẽ deformitas est: nec audire interim anima illa meret: tota pulchra es amica mea: & si neuus est: sz nõ morbus. Qz si volũtas q3 preoccupata sensu delectationis afficit: resistit tñ adhuc deliberatio rõnis: infirmat quidem: sz nec dũ morit aĩa: clamet tñ necesse est: sana me dñe & sanabor. Tunc vero mori dicit: qñ & ipa rõ ad peccatũ p intentionem curuat: tũc eñ consentit. Et de tali dicit. Aĩa q peccauerit ipa morietur.

Eze. xviij.

Hũc triplicẽ gradũ deplorauit dauid ex persona adã: dicẽs dño expellenti de paradiso in latã huius seculi euagationẽ. Cõfirmasti sup me manũ tuã. Et qm carnalia desideria sunt pena peccati nõ est sanitas in carne mea a facie ire tue. Iã vero nec robur est rõnis. Non est pax ossib⁹ meis a facie peccatoꝝ meoꝝ.

Psalm. xxxvij.

Qui rursum eosdẽ gradus ex psona iusti decãtat dicens. Memor fui dei & delectatus sum & exercitat⁹ sum. Delectatus eñ p volũtatẽ: exercitat⁹ p rationẽ.

ps. lxxvj.

H

Ne ergo a memoria repellat deũ irruẽs turba plurimarũ cogitationũ q solẽt effluere tanq; vilis plebs in atriũ: ponat ad eius portã ianitor cui⁹ nomẽ est recordatio ppie pfessionis: vt cũ turpib⁹ sese cogitationibus senserit animus pgrauari: increpet se & dicat sibi. Tu ne hec debes cogitare: q sacerdos es: q clericus es: q monachus es: Cultor iusticie dz in se quicq; iniquũ admittere: Decet seruũ christi: amatorem dei tale aliqđ ad modicum meditari: Hec dicẽdo: excludet fluxũ illicite cogitatiõis per recordationẽ ppie pfessionis. Similiter ad portã volũtatis in qua solẽt manere carnalia desideria: tanq; in domo domestica familia/ statuat ostiari⁹ q vocat recordatio celestis patrie. Hic eñ põt prauũ desideriũ quasi cuneus cuneũ expellere: & ipsum q ait. Ecce sto ad ostiũ pulso/ sine cunctatione recipere.

Apoc. iij.

Iã vero ad talamũ rationis talis & tã ferox adhibẽdus est custos qui nemini parcat: sed quicunq; hostis siue clam siue palam ingredi psumpserit: pcul eũ arceat: & hic sit recordatio gehenne. In ceteris siquidẽ. i. memoria & volũtate: non ita est intolerabile: si vel memoria recipiat quãq; vagã cogitationẽ: vel voluntas impurã affectionem. Hoc vero grauissimũ & omnino damnosum: si tanq; ratio perdiderit rectitudinem intentionis.

De verbis psalmi Quis ascendet. Sermo.

I

Quis ascendet in montem domini: aut quis stabit in loco sancto ei⁹: Verbuz exhortationis est fratres mei vt quandoquidem omnes ascendere nitimur: omnes tendimus in sublime: sursum aspiramus omnes: omnes conamur in altum: illuc studeamus ascendere vbi bonum sit nos esse: vbi securum sit nos esse: vnde cadere non oporteat: vbi stare possimus. Nec modo vt desiderium prouocet ascensorem montis huius propheta requirit: verumetiam vt ascendere cupientem modum doceat ascendendi. Felix qui huius montis ascensiones in corde suo disposuit: concupiscens & deficiens in atria domini.

Psalmi. lxxxiij.

Siquidem mons iste mons vber/ bonorum omnium cumulus: mons voluptatis eterne domus dei est. Et beati qui habitant in domo tua domine: in secula seculorum laudabunt te.

Ibidem.

Audi testem fidelem: quia mons est domus ista. O israel ꝙ magna domus domini e: ingens locus possessionis eius: magnus et non habens consummationem excelsus & immensus.

Baruch.

Immo vero non solum mons est: sed & mons montium: et multe in eo mansiones/ multi montes. Denique etiam fundamenta eius in montibus sanctis. Et de hoc quidẽ sanctus tacuit esaias. Erit (inqt) mons domus

ps. lxxxvj

Esa. ij.

domini preparatus in vertice montiū: et eleuabitur super colles. Quidni montiū mons fundatus exultatione vniuerse terre: vbi tā multiplex oīm delectabiliū copia: vbi copiarū omniū plenitudo. Erit eñ mons pacis/mons gaudij/mons vite/mōs glorie. Et hi oēs mōtes vnus mons cōsummate felicitatis. An non mons pacis/ pax super pacē/ pax q̄ exuperat oēm sensum. [K] ¶ Plane mons magnus pax in corde: pax in carne: pax ab iniquis hominibus: pax cū oībus proximis: pax ab ipsis demonibus: pax cū deo et pacis nō erit finis. Erit gaudiū/sed quale dñs ait. [Joan. xv.] Gaudiū plenū: securū gaudiū qđ nemo tollet a nobis: sed et vitam habituri sumus/ et abundātius habituri q̄ nō possit inefficax esse tanti pastoris aduentus qui ad hoc ipsum venit ad oues sicut ipse testatur vt vitā habeāt et abundantius habeāt. [Joan. x.] Nunquid nō etiā mons tibi videtur eternū glorie pōdus supra modū in sublimitate? Porro ex his oībus/ et si qua possunt similiter desiderabiliā cogitari: vna est beatitudinis mensura bona: cōferta/coagitata/supereffluēs: [Luce. vi.] ac si plurimos montes aliū q̄dē aureū/aliū argenteū/aliū ex iacinctis et smaragdis atq̄ oīm gemmarū gloria: aliū quoq̄ ex vermiculo purpura et bysso ceterisq̄ eiusmodi opibus pariter coaceruans in vnum redigas montē. Oia enim nobis multiplicata reddent. Et qui aurum/ et argentum/lapides preciosos superedificauerit fundamento/edificiū humile in immēsos montes excreuisse mirabitur: et ex modico semine magnos metet nō tam manipulos q̄ aceruos manipulorū. Quis ergo ascēdet in montem dñi: aut quis stabit in loco sancto eius? Innocens manibus et mundo corde. Beatus ille si q̄s tñ ille est. Sed q̄s gloriabitur innocentes manus aut castū se habere cor? [Ephe. ii.] Nemo mundus a sorde: nec infans cuius est vnius diei vita super terrā. Vnus tamen est inter nostros innocēs: mūdus inter impuros: inter mortuos liber: vnus est nō estimabit alius absq̄ eo. Ipse est de q̄ legisti. [Joan. iii.] Nemo ascendit in celū: nisi q̄ descēdit de celo: filius hominis qui est in celo. Erat enim innocens manibus qui peccatum non fecit: sed multa bona operatus iudeis libere aiebat. Quis ex vobis arguet me de peccato? An hō mundissimū cor fuisse q̄s dubitat vnitū personaliter sapientie: in qua nihil inquinatū occurrit: attingit aūtvbiq̄ propter suā mundiciam? Sed nō in vano accepit aiam suā/ q̄ solus potestatē habuit ponēdi [Joan. x.] animā suā et iterū resumendi. Non in vano accepit nascens: nō in vano posuit moriens: nō in vano recepit resurgens: aut quomodo nō in dolo iurauit proximo suo: quomodo nō in vano accepit aiam suā: quomodo nō in vano oīa illa perfecit: si hic solus accipiat bñdictionē: [Luce. vl.] Ita ne oportebat xpm pati/resurgere et sic introire in gloriā suā. Sua erat. Que vtilitas in sanguine eius dū oēs descēdimus in corruptionē? Que vtilitas in promissione si (vt supra meminimus) [Joan. iii.] nemo ascendit in celū nisi q̄ de celo descendit. Esto: hic accipiet bñdictionem: misericordiam quare? At non solus hic accipiet: aut certe magis nō soli sibi accipiet si aduertas. Perge eñ per sacra verba prophetica: et vide quonā modo velut occulte multitudinē subinducit. Loquebatur de vno et dicebat: hic accipiet. Sed cōtinuo hūc transfudit in hanc generationē/ et ait: hec est generatio querentium: vt in vno nō persone singularitatem intelligas: sed spiritus vnitatem. Nimirū hic sponsus et hec spōsa est: et scimus q̄s dixerit: iam nō sunt duo sed vna caro. Ita ergo hic ascendet: hic accipiet benedictionē: sed ascēdēt etiā cū eo vel magis in eo qui ab eo accipiēt benedictionem. [ps. lxxxiii] Audi hoc a propheta. Etenim benedictionem dabit legislator: ibunt de virtute in virtutē. [Luce. vl.] Atq̄ hec est: propter qđ oportebat xpm pati et resurgere a mortuis/vt predicetur in noie eius penitētia et remissio peccatorū: et penitentia ad innocentiā: remissio ad mūdiciā deputet. [L] Beatus eñ nō in quo nō inuenerit: sed cui non imputabit dominus peccatū. [ps. xxxi.] Inueni ait hoiem fm cor meū. [Act. xiii.] Nunqđ vt gloriari possit castū se habere cor? Non: q2 stelle nō sunt mūde in conspectu eius: [Job. xxv] sed cor cōtritū et humiliatū deus non despiciet. [ps. l.] Cor contritū proximū cordi mūdo: et hoc est esse iuxta cor dei. [ps. xxxiii.] Siquidē prope est his qui tribulato sunt corde. Samaritanus est: proximus ei q̄ incidit in latrones. Nō iurabit in dolo huic proximo suo: sz faciet qđ promisit. [Mat. xix.] Amen dico vobis: sedebitis et vos iudicātes. Simus ergo et nos dilectissimi pro nostro quidem modulo et manuū innocētie/ et cordis mūdicie sectatores. Ante oia quidē solliciti: et si penitus cauere p̄ hūana fragilitate non preualemus: quātū tamen declinare a malo possumus non modo actionis/sed et cogitationis. De cetero quoq̄ ne in vano acceperimus animas nostras rationales: exerceamus nos in operibus bonis et consilio rationis vtamur. Quomodo eñ non frustra humanā accipit homo aiam q̄ tanq̄ vnū ex irrationabilibus animantibus incubās corporeis voluptatibus solū sequitur carnis appetitū: Addit quoq̄ propheta: nec iurauit [M] in dolo proximo suo. ¶ Sicut enim mundiciā intra nos/ erga proximū innocentiā conuenit obseruari: sic et in nobis et erga proximum exercenda virtutis opera: opera pietatis. Nō ergo simus nobis inutiles: ne in vano receperimus animas nostras non simus inutiles proximo nostro ne in vano ei iurasse probemur. Nouit figmentū nostrū spiritus q̄ loquebat per prophetam: [ps. cii.] nec de vtilitate proximi simpliciter voluit cōmouere. De iuramento nos cōuenit vt agnoscamus debitū: vt promissaz fidem irritā facere vereamur. Oēs eñ proximis iurati sumus cū quibus in ecclesie venimus vnitatē. Et hec professio fidei christiane: vt qui viuit iā nō sibi viuat: sz ei q̄ pro oībus mortuus est. [ii. Cor. v.] Nec mihi dicat quis. Et viuā: sed tibi nō/ quādoquidē ille nō solū p̄ omnibus vixit: sed et pro oībus mortuus est. Quomodo eñ ei viuit q̄ negligit sic ab eo dilectos: quomodo ei viuit qui legē eius nō implet: q̄ mādatū eius non seruat? Queris legem: queris mandatū. Hoc est inquit mandatū meū vt diligatis inuicē sicut dilexi vos. [Joh. xiii.] Et apostolus. [Gal. vi.] Alter alterius onera portate: et sic adimplebitis legē christi. Noli ergo putare gratuitū bonū qđ exhibes proximo: vt liceat etiā dissimulare sive illis debitor es sacramēti: cautione et propria pfessione teneris. Hic ergo accipiet benedictionē a domino: et misericordiam a deo salutari suo. Hic q2 vnus accipit brauiū. [i. Cor. ix.] Sz ne vnū hominem putes: hec est generatio querentiū dominū. Hic accipiet benedictionē: q2 caput et corpus vnus est christus. [Ephe. iiii] Sed hec est generatio: q2 in mensura etatis plenitudinis christi oēs pariter occurremus. Et forte idē ipse dñs mons dñi est: de quo dicitur. Quis ascendet in montē dñi: aut quis stabit in loco sancto eius? Nimirū ipse est abscissus sine manibus lapis qui in montē creuit immensum: [Dan. ii.] ipse qui exaltatus a terra oīa trahit ad se mons coagulatus mons pinguis. [Joan. xii.] Ut quid vos iudei vt quid suspicamini montes coagulatos: montē in quo beneplacitum est deo habitare in eo? In beelzebub inquiūt principe demoniorum eijcit demonia. [Mat. xii. et Luc. xi.] Execrāda suspicio et blasphemia reprehensibilis. Princeps est xps et magnus princeps: cuius ne ipsi quidē demones possunt effugere principatū. Ut illorum regnum in seipsis diuisum desolabitur. Huius regnū integrū atq̄ perfectū et regni eius nō erit finis. [Ibidem Luce. i.] Distat ergo inter principem et principes: nec vlla cōparatio inter montē coagulatum et pinguem/ et montes tantum coagulatos. Uester iste beelzebub mons coagulatus: sed nō pinguis: magis autē sterilitate perpetua maledictus. Mōs q2 elatus est/ coagulatus q2 squama squame cōiungitur et coagulatum est sicut lac cor eorū. ¶ Xps dominus mons est: mons coagulatus et mons pinguis. [ps. cxviii.] [N] Mons est sublimitate/coagulatus multorū congerie/ pinguis charitate. Et nunc vide quomodo trahat ad se oīa: quomodo et oīa vniantur vnitate substātiali/personali/spirituali/sacramentali. Habet in se patrē cuz quo est vna substantia: habet assumptū hoiem cum quo est vna persona: habet adherentem sibi fidelē animā cū qua est spūs vnus: habet spōsam ecclesiā vnā omniū electorū cū qua est caro vna. Et forte carnalis hec vnio dicenda fuisse videbitur: sed sacramentalē dicere malui dignius hoc vocabulū arbitratus presertim occasionē dante apostolo vbi ait. [Ephe. v.] Sacramentū hoc magnū est: ego autē dico in xpo et in ecclesia. [ps. lxvii.] Pinguissimus plane et vberrimus mons in quo beneplacitum est deo habitare in eo: [ps. xliiii.] siquidē propterea vnxit cū oleo leticie pre participibus suis. Mons celestiū aromatū: mōs charismatū spiritualiū: nō ad mensurā accipiens spiritū: sed omnimodā obtinēs plenitudinē gratiarū. Magnus mōs in quo oēs thesauri sapiētie et sciētie abscōditi sunt: [Col. ii.] in q̄ tota hūanitatis veritas: tota diuinitatis inhitat plenitudo excelsus et immēsus in quo oīa instaurant q̄ in celis et q̄ sup terrā: vt sit deus oīa in oībus. Uenite ascēdamus in hūc mōtē fratres: et si via nobis videt ardua exoneremus nos: si arta ē exinanire nos nō parcamus: [i. Cor. xv.] si longa tātomagis festinemus: si laboriosa clamemus ei. Trahe nos post te: in odore vnguētorū tuorū curremus. [Cant. i.] Felix q̄ sic cucurrerit vt cōprehēdat imo vt ipse cōprehēdat: et in illā amplitudinē mōtis et plenitudinē corporis xpi mereat admitti. [i. Cor. ix.] Felix q̄ in illū benignū mōtē tā desiderāter et pseuerāter ascēderit: vt in loco scō locū accipiēs stationis: deo pri in scō eius appeat: simul et videat virtutē eius et gloriā. Haud aliū sane quē eūdē ipsum mōtē mōtiū: mōtes coagulatus pinguē fecium [illegible] Ipse nimirū p̄ predestinationē ab eterno appuit ei q̄ dilexit nos et gratificauit in dilecto filio suo: in q̄ elegit an mūdi cōstitutionē. [Ps. lxii.] Sz tā tūc cognoscemus sicut et cogniti sumus cū plenius et perfectius exaltatus altissimus et vberrimus ille mons omnia trahet ad se: qui est super omnia benedictus in secula. Amen. [Ephe. i.] [i. Cor. xiii]

¶ De verbis origenis. Sermo.

Mouere possunt vt vereor forte nōnullis vba que heri lecta sunt vobis ex omelia: scz origenis sup caplm illud leg. vbi aarō et filij eius vinū bibere p̄hibent cū accessuri sunt ad altare si recipiāt ea simpliciter sicut sonare videnī. [O] [Leuiti. x.] Saluator meus inquit, luget etiā nūc peccata mea: et tādiu est in

merore q̃diu nos persistimus in errore. Plurima quoq; alia in
huc modũ abũdãtius forsitan q̃ circũspectius dicta: nec tam
sobrie q̃ discrete. Quidnã ibi vult insolitus iste gemit⁹: aut
quis inter vos nescio quid submurmurat? Scio quidẽ doctos
in lege diuina hmõi verba ridere: sed nihilominus ⁊ min⁹ sapiẽ
tibus me cõfiteor debitorẽ. Nec modo de intellectu origenis
questio est: potuerit forsitan hyperbolice loqui ipse viderit ni
hil interest nostra. Cuius de hoc quidẽ silendũ arbitror q eui
dentissime illũ cõtra fidẽ nõnulla scripsisse sanctorũ patrũ tra
dat autoritas: atq; idõ nõ sine circũspectione monet esse legen
dum. Verũ nos in presenti nõ qđ ipse senserit querimus: sʒ id
agere cupimus: vt vos oẽs qđ ad sanã doctrinã pertinet: sen
tientes nihil moueamini verbis illis. Absit enĩ vt in celo cre
datur locus esse tristicie sicut nec culpe. Nemo ibi delinquere
nemo lugere potest: sicut nec in terra quidem pena vlla fuisset:
nisi iniquitas precessisset. In celo vtiq; sola iusticia: sola nihi
lominus leticia est: in inferno solum peccatũ ⁊ pena peccati:
porro in medio vtraq; inuentũtur: atq; ideo neutra cõsumma
Iaco. iij. ta. In multis offendimur: q: in multis offendimus omnes. Qm̃
enim nullus in celo passionis locus esse poterat vel doloris:
ppterea sane vnigenitus dei patris passione sua hoiem redẽ
Baruch. iij. pturus sicut carnẽ in qua pateret q̃ pati nõ poterat in diuini
tate suscepit sic etiã in terris visus est ⁊ cũ hoibus cõuersat⁹
Ps. xliij. est: vt humiliaret etiã semetipsum in loco afflictionis. Hic er
go turbare se/pauere quoq; dignatus est: ⁊ tedere temptatus
per oĩa p similitudine absq; peccato. In terrã inq̃ vere la
chrymatus est iesus/vere cõtristat⁹/vere passus/vere mortu⁹/
vere sepultus: sed vbi surrexit vetera transierũt. Noli vltra di
Canti. iij. lectũ tuũ in tuo querere lectulo: surrexit nõ est hic. Vox spon
se est: in lectulo meo quesiui quẽ diligit anima mea: quesiui et
nõ inueni. Maria fuit q̃ dñm quesiuit in lectulo: quesiuit in tu
mulo nec inuenit. Magis aũt inuenerũt eãvgilos ⁊ dixerunt.
Luce. ij. Quid queris viuentẽ cũ mortuis: Fuit quidẽ cũ mortuis: sed
iam non est: fuit inter mortuos: sed ⁊ tunc liber fuit. Siquidẽ
j. Cor. j. ipse sese turbauit: ipse aiam suã posuit: q: ipse voluit oblat⁹ est
⁊ oĩs ei infirmitas de voluntate fuit non de necessitate. Unde
⁊ qđ infirmũ erat dei: fortius erat hoibus qđ esset tunc quoq;
etiã inter paruulos magn⁹: inter infirmos validus: inter mor
tuos liber. Uidetur quidẽ ⁊ in nostris aliquãdo tribulationi
bus esse nõnulla libertas: cũ videlicet pro peccatis proximorũ
libera ⁊ liberali charitate laborem penitentie sustinemus: lu
gentes p eis: ieiunãtes p eis: vapulantes p eis: ⁊ q̃ nõ rapui
j. Cor. ix. mus exoluentes. Unde ⁊ paulus. Cũ liber essem, inq̃t ex omi
bus: omnium me seruum feci. Ceterũ nihil hoc ad libertatem
illius qui nihil propter delicti habuit: qui nihil morti debuit:
nihil meruit tribulationis. Nã ⁊ nobis quidẽ etiã volũtarias
illas tribulationes ⁊ si proximus exigere forsitã ex iure nõ po
test exigit tamen deus. Et si proximo forte videtur q̃s redde
re plusq; debeat: deo tamen nemo vnq̃ totũ reddit qđ debeat
j. Cor. iij. Mihi aũt: inq̃t apostolus p minimo esset a vobis iudicer aut
j. Cor. xj. ab humano die: sʒ neq; meipsum iudico. Nota sane q alibi ait:
j. Cor. ij. si nosmetipsos iudicaremus nõ vtiq; iudicaremur. Et itẽ. Spi
Ro. xiiij. ritualis homo oĩa diiudicat. Nõ enĩ iudicare hic posuit: sʒ diiu
dicare qđ vtiq; discernere ⁊ pbare est: sicut itẽ ait. Beatus q̃
se non iudicat in eo qđ nõ probat: itaq; pro minimo illi erat vt
ab eis iudicaretur: quibus nihil sese debiti officij subtraxisse
sciebat: nihil peccasse in aliquẽ: sed magis oib⁹ pstitisse: adeo
vt secura cõscientia ingenue loqueretur. Quis infirmatur ⁊ ego
ij. Cor. xj. non infirmor: Quis scandalizatur: ⁊ ego non vror: Nam et iu
j. Cor. ix. deis iudeus factus est vt iudeos lucrifaceret: ⁊ his qui sine le
ge erant tanq̃ sine lege postremo oibus oĩa factus esset omnes
faceret saluos. Merito pinde pro minimo illi erat vt ab eis iu
dicaretur: quibus vsq; adeo sese sine offensione prebuerat: in
ter quos sic honorificauerat ministeriũ suũ. Sz neq; ipse se di
iudicabat in eo qđ probabat: perfecte etiã sibi qđ debeat im
pendẽs: corpori castigationẽ anime miserationẽ/ atq; oẽm cu
j. Cor. iiij. stodie sollicitudinẽ cordi suo/ vt nec in se quoq; peccati con
scius haberetur. Sed non in hoc inquit: iustificatus sum: q̃ au
tem iudicat me dñs est. Illi⁹ enĩ prorsus nequeo declinare iu
Esa. lxiiij. dicium: si iustus fuero non leuabo caput: qm oẽs iusticie mee
Ps. cxlij. tanq̃ pãnus menstruate corã illo. Nõ est q̃ in conspectu ei⁹ iu
stificetur: nõ est vsq; ad vnũ. Ceterorũ siquidẽ nemo est quẽ nõ
Ps. l. oporteat dicere deo: tibi peccaui: sʒ magnus q̃ in veritate põt
dicere tibi soli. Solus ille etiam inter mortuos penitus liber
fuit q̃ peccatũ nõ fecit/cuius iusticia sicut mõtes dei. Ceterũ
iam nec inter mortuos est: sed assumptus ab eis mutatus cor
pore/mutatus corde: ingressus in potentias domini: ⁊ omi in
firmitate priuatus/exutus nimirũ sordidas illas vestes: qui
bus sane apud zachariã pphetã primo vestitus apparuit: ⁊ in
Ps. xxix. dutus splendidis: sicut loquit in psalmo. Cõcidisti saccũ meũ
⁊ circũdedisti me leticia. Qui enĩ verã humane carnis ⁊ anime
substãtiã suscepit: verã vtriusq; naturã: nec corporis illi defue
runt nec anime passiones: sed ex hoc iã glorificatus est in vtro
q;. Puto aũt q vtriusq; glorificationẽ breui vno versiculo pro
Ps. xcij. pheta cõprehendit dicẽs. Dñs regnauit decorẽ induit: induit
dñs fortitudinẽ. Decorẽ sane in corpore claritatis: fortitudinẽ
Math. xxvj. vero imperturbabili statu mentis. Deniq; tristis est inq̃t ani
ma mea: sed vsq; ad mortẽ. Unde ⁊ inclinans caput dixit: con
Joã. xix. summatũ est: ne quid deinceps infirmitatis in eo liceat suspica
ri. Sed ait iste. Si apostolus ipsius luget quosdã q̃ ante pec
cauerũt nec penitentiã egerunt in his q̃ gesserunt: quid dicam
de ipso q̃ filius dicitur charitatis. Et deinde. Cũ ergo que no
stra sunt quesierit: nũc iã nos nõ querit: nec q̃ nostra sunt cogi
tat/nec de erroris⁹ nostris meret/nec perditiones nostras de
Ps. cx. flet et contritiones q̃ fleuit super hierusalẽ. Itẽ. Nũc inq̃t: q:
misericors ⁊ miserator est dñs maiori affectu q̃ apls suus flet
cũ flentibus ⁊ luget eos q̃ ante peccauerũt. Nec enĩ putandũ
est q paulus lugeat p peccatoribus ⁊ fleat: dñs aũt meus ab
stineat a fletu. Hec quidẽ sic accipere quidni adhuc dilectum
in lectulo querere dicã. Nescit mortuus extra tumulũ: nescit
infirmus extra lectũ: nescit paruulus extra lectulũ q̃rere quẽ
diligit anima sua. Verũ ille (vt supra meminimus) nõ min⁹ cor
de q̃ corpore glorificatus (immo tanto amplius q̃to amplior
anima ⁊ glie capacior est q̃ caro) sicut non põt negligere suos
sic nec lugere p eis. Sz quãdo hũana fragilitas eiusmodi ca
pere possit affectum q̃ sine miseria misereatur: ⁊ sic diligat eũ
qui dolet aut q̃ periclitatur: vt tamen ipse oĩno nec doleat nec
turbetur: Uerũtamẽ ⁊ si id longe supra nostrã experientiã est:
deo tamen nihil impossibile est. Potest igitur nõ modo sibi: sʒ
⁊ suis oĩbus quos infirmitate carnis exutos/ virtute induit
⁊ in potentias introduxit/eã conferre dilectionẽ que gaudeat
cũ gaudentibus: nõ aũt fleat cũ flẽtibus: ⁊ sic eos quos amat
efficacissime ⁊ affectuosissime vexat: vt ipsa tamẽ imperturba
bilis perseueret. Nec dubium sane quin longe prestantior sit ea
dilectio: quẽadmodũ medicina: si que tamen eiusmodi est/ pre
ciosior vtiq; iudicatur que sic curet vulnera vt intercurandũ
nec virtus ei⁹ in aliquo/nec substãtia minuatur: q̃ ea q̃ sic cu
Roma. vj. rat/vt curãdo deficiat aut corrũpatur. Licet ergo fleuerit do
minus super hierusalẽ: ex hoc iam omnino nõ flebit sicut mor
tuus est: sed resurgens ex mortuis iam nõ moritur: sicut fuit in
lectulo: sʒ exurgẽs iã in lectulo nõ inuenitur. Habet tamẽ etiã
nunc ineffabiliter ampliorẽ affectũ ⁊ efficaciorẽ q̃ habeãt qui
lugent pro delinquentibus: aut pro fratribus ponũt animas
q̃uis ipse quidẽ consummato nimirũ opere suo: neutrũ dein
Mat. xiij. ceps sit facturus. Nostre infirmitatis istud est/quorũ adhuc in
mari sagena trahit: ⁊ ex omni genere pisciũ cõgregat nihil om
nino discernens. Ille enim nec modo ille: sed ⁊ apostoli ⁊ cete
ri q̃ cũ eo sunt sancti: ad littus vtiq; peruenerũt: nec mixto pi
sces in vasis posuere: sed electos ⁊ bonos tãtũ: nã malos vtiq;
foras miserunt. Quãtos ego interim cogor trahere malos pi
sces: q̃tos anxios ⁊ molestos intra sagenã meã cõgregaui: q̃s
vobis adhesit anima mea. Congratulor proficientibus: iocun
da affectio bonus est piscis. Cõdoleo deficientibus fleo cũ flẽ
tibus: angor p periclitãtibus: infirmor cũ infirmitãtib⁹: vror
pro scandalizatis. Grauis sunt hec ⁊ acerbe vtiq; mali pisces.
Malos autem dixerim nõ propter culpã sed propter penã. Fa
Ps. liiij. ciat deus ne a multitudine malorũ pisciũ obruamur pusillani
mitate spiritus ⁊ tempestate: donec perueniamus ad optati lit
toris stationem: vbi malos separemus ⁊ secludam⁹ a bonis vt
vel decetero nec luctus nec clamor: sed nec vllus dolor: aut
etiã timor sit in finib⁹ nrĩs: sʒ gratiarum actio et vox exultationis.

Parabola que beato bernardo ascribitur de filio regis. Sermo.

A

Rex diues ⁊ potẽs de⁹ oĩpotẽs filiũ sibi fecit ho
minẽ quẽ creauerat: cui sicut puero delicato pedago
gos delegauit legẽ pphas ceterosq; tutores ⁊ au
ctores vsq; ad pfinitũ tps ei⁹ cõsumationis. Instru
xit eũ ⁊ monuit: dũm cũ paradiso cõstituẽs: oẽsq; the
sauros glie sue ei ondẽs ⁊ repromittẽs si se nõ desereret. Et ne
q̃d deesset bonis ei⁹ et liberũ arbitriũ ei indulsit: vt bonũ eius
esset volũtariũ nõ coactũ. Accepta licẽtia boni ⁊ mali cepit eũ
tedere bonorũ suorũ: a cõcupiscẽtia sciẽdi bonũ ⁊ malũ. Egres
sus igit de paradiso bone cõsciẽtie noua q̃rẽs q̃ nesciebat: qui
nulla adhuc nisi bona nouerat: paternis legib⁹ ⁊ pedagogis
relictis/mãducauit de ligno sciẽtie boni ⁊ mali cõtra vetitum
patris: ⁊ abscõdens se miser ⁊ fugiẽs a facie dñi/ cepit vagari
puer insipiẽs p mõtes altitudinis/p valles curiositatis: p cam
pos licentie: per nemora luxurie: p paludes voluptatũ carna
liũ: p fluctus curarũ seculariũ. Uidẽs antiquus predo lasciuiũ
puerũ sine custode/sine rectore/ pcul a domo patria vagãtẽ ac
cessit: ⁊ pomula illa inobediẽtie manu male psuasionis ei por

rigēs: postꝙ̄ cōsensum ab eo elicuit/ aggressus est miserū et in terrā: idest in terrena cum desideria precipitans: pedesqꝫ: idest mentis affectiones ne resurgat/ fortissimis ei secularis concupiscētie vinculis alligans: manusqꝫ operationis/ ⁊ oculos mētis: misit eū in nauim male securitatis: ⁊ flāte vehementer vēto adulationis trāsuexit eū in longinquā regionē dissimilitudinis. Veniens ille in regionē nō suā: venalis factus est omnibus ꝙ̄ pretergrediūtur viā. Discit porcos pascere: siliquas porcorū manducare: dedidicit oīa que didicerat: ⁊ discit ꝙ̄ nesciebat: seruilia scꝫ opera. Vinctusqꝫ in desperationis carcere: vbi in circuitu impij ambulant: in mola illa impie circuitiōis/ cogitur molere emolumēto male conscientie. Prohdolor. Et vbi nunc est pater ille potētissimus ⁊ dulcissimus: atqꝫ liberalissimus: Nunquid potest obliuisci filiumvteri sui. Absit absit. Nō obliuiscitur: sed miseretur: dolet ⁊ cōqueritur de absentia et perditione filij sui. Mandat amicis: sollicitat seruos: oēsqꝫ suscitat ad requirendū eū. Unus seruorū timor ad imperiū dn̄i/ filij fugitiui vestigia prosequēs/ in profundo carceris inuenit filiū regis/ carnalibus peccatoꝝ/ sordibus obsitū: vinculis et cathenis male consuetudinis ligatū: miserū ⁊ amentē/ in miserijs securū ⁊ ridentē. Quē verbis ⁊ verberibus vrgens vt exiret ⁊ rediret tanta miserū confusione deiecit: vt sicut morti iā vicinus iaceret: ⁊ adhereret in terra vēter eius. Egressus e vestigio alius cui nomē spes: vidensqꝫ filiū regis a timore nō erutum sed obrutū: nō adiutū sed eiectū: accessit leniter et suscitans de terra inopē: ⁊ de stercore erigēs pauperē: leuansqꝫ caput eius: ⁊ coacta in vnū cōsolationis veste: oculos eius detergens ⁊ faciē: heu (inquit) quāti mercēnarij in domo patris tui abundāt panibus: tu aūt hic fame peris? Surge obsecro ⁊ vade ad patrē tuū ⁊ dic ei. Pater fac me sicut vnum ex mercēnarijs tuis. Tūc ille tandēvix ad se modicū reuersus tu ne es (inquit) spes? Et quomodo spei introitus potuit patere intantū ⁊ tā horribile ꝓfundū desperationis mee? Ego ego (inqt) sum spes a patre tibi transmissa te adiutura: te nō desertura/ donec te introducā in domū patris tui: ⁊ in cubiculū genitricis tue. Et o (inquit ille) dulce leuamen laborū: dulcis consolatio miseroꝝ: o vna ⁊ nō infima de tribus cubiculi regis assistricibus/ vides carceris mei profundū immane: videsvincula que tamē ad ingressum tuū iā maxima ex parte dirupta sunt ⁊ dissoluta: vides cōcaptiuoꝝ meorū immanē multitudinē/ fortitudinem/ velocitatē/ astutiā: ⁊ qs tibi locus hic? At spes/ ne timeas (inquit) qui nos adiuuat misericors est: qui pro nobis pugnat omnipotēs est: pluresqꝫ sunt nobiscū ꝙ̄ cū illis. Super hec oīa adduxi tibi a patre missuꝫ equū desiderij: cui cū insederis me duce ab his oībus securus ꝓficisceris. Dixit ⁊ mollib⁹ stramētis pie deuotiōis submissis: ⁊ bonoꝝ exēploꝝ calcarib⁹ additis equo desiderij imposuit filiū regis: sꝫ frenū defuit: tāta erit festinatio fugiendi. Ilico equus currit infrenis/ trahit spes ante: timor aūt retro verberibus vrget ⁊ minis. Tunc videntes hoc turbati sunt principes edom: robustos moab obtinuit tremor: obriguerunt oēs inhabitatores chanaan. Irruat sup eos formido ⁊ pauor in magnitudine brachij tui: fiant immobiles quasi lapis donec pertrāseat filius tuus dn̄e: fili⁹ tuus iste quē possedisti. Sed cū sic ferūtur precipites: effugiunt quidē: sed non sine periculo: q: sine modo sine ꝯsilio. Propter qḋ a patre transmissa accurrit prudētia vna de summis principibus palacij in comitatu amicā habens temperantiā: ⁊ tenens currētes parti⁹ inquit obsecro partius: dicit eīn Salomon. Qui festin⁹ est: pedib⁹ offendit. Si sic curritis: offenditis: si offenditis: caditis: si caditis: filiū regis quē suscepistis liberandū: inimicis redditis. Nam si ceciderit: ilico manus eoꝝ erit super eū. Hec dicens frenū discretionis imposuit feruido illi equo desiderij eiusqꝫ habenas temperātie regēdas cōmisit. Cūqꝫ timor retro de vicinia ⁊ virtute inimicorū ⁊ tarditate fuge causaretur: vade inquit prudentia retro sathanas: scandalū es nobis. Fortitudo ⁊ laus nostra dominus: et factus est nobis in salutē. Et ecce fortitudo miles domini egregius: accurrēs p̄ ꝯ cāpum fiducie: extracto gladio leticie: nolite inqt turbari plures nobiscū sunt ꝙ̄ cū illis. Tunc prudentia curie celestis assueta cōsilijs: cauete inqt obsecro: q: hereditas illa ad quā in initio festinatur sicut dicit salomō in fine benedictiōe carebit. Proficiscimini igitur: nō tā festināter ꝙ̄ prudenter. Inimici enim nō sunt in itinere: sed iuxta iter scandalū solent ponere: in biuijs ⁊ triuijs: ⁊ viaꝝ anfractibus. Precedā itaqꝫ: vos autē tenete viā iusticie ⁊ velociter introducemus vos in castra sapiētie: que iam non procul sunt a nobis. Sapientia enim est de ꝙ̄ dicitur. Concupiscens sapientiā: disce iusticiā. Sic itaqꝫ dum viam carpunt/ vrget timor: spes trahit: munit fortitudo: tēperantia moderatur: prouidet ⁊ instruit prudentia: ducit et ꝑducit iusticia: appropinquat filius regis castris sapientie. Que noui hospitis audito aduentu/ preoccupat eū qui se concupiscit: occurrit ⁊ ostēdit se in vijs hilariter. Fossa vero profunde humilitatis castra cingebat: sup quā fortissimus ⁊ pulcherrimus murus obedientie edificatus celos penetrabat: quē bonorū exemploꝝ historie vndiqꝫ depicte mirabiliter decorabāt. Edificatus autē erat cū ꝓpugnaculis: mille clypei ex eo dependebant: omnis armatura fortiū. Porta professionis omnibus patens: ianitor in limine dignos inducēs: ⁊ indignos abijciens. Preco super portā clamans. Si quis diligit sapientiam ad me declinet: ⁊ eā inueniet: ⁊ eā dū inuenerit beatus est si tenuerit eā. Huc filius regis occurrētis sibi sapiētie ducatu introductus: immo vinis deportatus: familie regie vallatus obsequijs ad medie ciuitatis arcē perducitur: vbi ipa edificauit sibi domū: scidit colūnas septē: subdit sibi gentes: superboꝝ ⁊ sublimiū colla propria virtute calcauit. Ubi collocatur in lecto sapiētie: quē ambiunt sexaginta fortissimi ex fortib⁹ israel vniuscuiusqꝫ ensis super femur suū. Adest dauid in tympano ⁊ choro: in chordis ⁊ organo: ceterisqꝫ celestis curie paranymphi gaudentes ⁊ exultantes magis super vno peccatore penitentiam agente: ꝙ̄ supra nonagintanouē iustos qui nō indigēt penitētia. Et ecce veniens ab aquilone ventus turbinis ⁊ ignis inuoluens totā cōcussit domū sapiētie castra turbauit. Egressus est eīn pharao cū curribus ⁊ equitibus: persequēs fugientem israel. Cogitauerunt etiā vnanimiter simul aduersus euꝫ testamentū disposuerūt: tabernacula idumeoꝝ ⁊ hysmaelite: moab ⁊ agareni: iebal ⁊ amon ⁊ amalech: alienigene cum habitantibus tyrū. Etenim assur ille magnus exterminator diabolus venit cum illis. Quid multa? Obsessa est ciuitas: iam surgunt temtationum machine: vrget vndiqꝫ inimicus ille in insidijs draco: in apto leo: cogit socios: igneis iniicit: perfodit muros: bella suscitat: insidias submittit: totius vrbis minitās excidium. Intus ꝓo timor ⁊ angustie: et a vehementi ⁊ improuiso hostium impetu oēs turbati sunt: ⁊ moti sunt sicut ebrius ⁊ omnis sapientia eoꝝ deuorata est: ⁊ clamauerunt ad dominū cum tribularentur. Curritur ad arcē sapientie: mala nunciantur: consilium queritur. Reuersa enim ad se prudentia cōsuluit sapientiā quid facto opus sit. Illa accelerandū testatur: et regis summi querendum consilium. Et quis inqt ibit nobis? At sapientia: oratio inquit. Et ne moram faciat in eundo: ascēdat super equū fidei. Quesita diu oratio: ⁊ in tanto tumultu vix tādem inuenta est: ascendit super equū fidei: proficiscitur ꝑ viā celi: nec cessat donec intret portas dn̄i in cōfessione atria eius in hymnis. Et sicut familiare mancipiū cum fiducia accedens ad thronū glorie eius: exponit necessitatis sue negociū. Audito rex filij periculo: cōuersus ad consortem regni sui charitatem: o inquit quē mittā ⁊ quis ibit nobis? At illa: ecce ego inquit mitte me. Tunc rex: preualens inquit preualebis: ⁊ liberabis eum. Egredere ⁊ fac ita. Ilico egressam a facie domini reginā celi charitatē tota comitatur militia celestis: veniēsqꝫ ⁊ descedens in castra a virtute ⁊ leticia presentie sue ilico omnia exhilarauit: cōmota ꝯposuit: turbata pacauit. Reddita est miseris lux: timidis fiducia. Redit corā spes que pene aufugerat: fortitudo que pene corruerat. Resumit constantiā tota sapientie militia. At inimici ciuitatem obsidentes: quenā est inquiūt exultatio in castris: Non fuit tanta exultatio heri ⁊ nudiustertius. Ue nobis: venit deus in castra: ve nobis. Fugiamus israelē: deus enim pugnat pro eis. Sic fugientibus inimicis gratie dei impet⁹ letificat ciuitatē dei: sanctificauit tabernaculū suū altissimus. Deus in medio eius non cōmouebitur adiuuabit eā deus mane diluculo. Conturbate sunt gentes et inclinata sunt regna dedit vocē suā mota est terra. Dn̄s virtutum nobiscū susceptor noster deus iacob. Suscipiēs ergo puerum dei: pueꝝ suū regina charitas euexit ad celū: patriqꝫ deo representauit. Cui pater placitus ac serenus occurrens: cito inquit proferte stolā primā et induite illum: ⁊ date annulum in manu eius: et calciamenta in pedibus eius. Et ꝑducite vitulū saginatū: ⁊ occidite illū. Epulari eīn ⁊ gaudere oportet: q: iste filius meus mortuus fuerat ⁊ reuixit: perierat ⁊ inuēt⁹ est. Nota hic q̄tuor in pueri nr̄i liberatione. Primo penitētiā sed fatuā: scḋo fugā: sꝫ temerariā ⁊ irrationabilē: tertio pugnā: sed trepidā ⁊ meticulosam: quarto victoriā validā ⁊ sapiētē. Que omnia in vno quolibet fugiente de seculo inuenies. Primo eīn est egens ⁊ insipiēs: postea preceps ⁊ temerarius in prosperis: deinde trepidus ⁊ pusillanimis in aduersis: postremo prouidus ⁊ eruditus ⁊ perfectus in regno charitatis.

Prouer.xix.

Prouer.xx.

Eccle.j.

De tribus ordinibus ecclesie ad patres in capitulo factis. Sermo.

Hoc mare magnum ⁊ spaciosum in quo vtiqꝫ certū est nihil aliud ꝙ̄ presens seculū amarum fluctuans designari: tribus hominum generibus suo cuiqꝫ modo periuū est vt transeant liberati. Tres enim sunt

B

sunt: noe/ daniel/ ⁊ iob: quoꝝ primus naui: secūdus ponte: terti⁹ vado transit. Porro tres hoīes tres ordines ecclesie signāt. Noe quidē archā rexit ne periret diluuio/ vbi protin⁹ rectoꝝ ecclesie formā agnosco. Daniel vir desideriorū abstinentie ⁊ castimonie deditus: ipse est soli deo vacās penitentiū ⁊ cōtinentium ordo. Iob quoqꝫ substantiā huius mūdi bene dispensans: in cōiugio fidelē designat populū terrena licite possidentē. De primo igit̄ ⁊ scdo nobis habendus est sermo: qm̄ assunt venerabiles fratres: ⁊ coabbates nostri de nūero prelatoꝝ: assunt ⁊ monachi de penitentiū ordine. Nā q̄ tn̄ nec nos abbates alienos reputare debem⁹: nisi forte (qd̄ absit) officiꝫ nostri gr̄a nostre fuerimus ꝓfessiōis immemores. Tertiū igitur coniugatoꝝ videlicet ordinē magis succincte trāscurro: tanqꝫ minus ad nos ꝑtinentē. Ipse est q̄ maxime mare magnū vado ptransit laboriosum prorsus ⁊ periculosum: etiam ⁊ longū habēs iter: quippe q̄ nulla vie compendia captet. Nā q̄ periculosum sit iter in eo patet q̄ tam multos in eo perire dolemus: tam paucos videm⁹ sicut necesse est pertransire.

A

¶ Valde em̄ difficile est: ꝑsertim diebus istis quibus malicia nimis inualuit inter vndas hui⁹ mundi/ voraginem vicioꝝ ⁊ criminalium peccatorum foueas declinare. At continentiū quidem ordo ⁊ ponte pertrāsit: quod iter breuius ⁊ facilius ⁊ securius esse nemo qui nesciat. Sed obmitto laudes: pericula magis ostendo: hoc em̄ multo melius atqꝫ vtilius est. Recta quidē semita vestra charissimi: ⁊ securior coniugatoꝝ via: non tn̄ omnino secura. Timendum em̄ periculum triplex: id ē ne forte aut equare se alteri: aut respicere retro: aut certe in medio ponte stare: aut residere quis velit. Neqꝫ em̄ vllum ex his tribus/ pōtis patitur angustia: ⁊ arta via que ducit ad vitam. Contra ergo primū periculum oremus singuli cū ꝓpheta. Ne veniat pes supbie: qm̄ ibi ceciderunt qui operant̄ iniquitatē.

Ps. xxxv.

Nam de eo qui mittens manū suā ad aratrū postea retro conuertitur: certum est qm̄ labitur statim/ ⁊ pelagus operit caput eius. Sed ⁊ qui stare voluerit non quidē relinquens ordinem/ sed proficere in eo dissimulans: cadat necesse est ab his qui sequunt̄ impulsus ⁊ euersus. Arta em̄ est via ⁊ impedimēto est proficere ⁊ proficisci volentibus. Hinc est q̄ iugiter arguūt et reprehendunt: q̄ ferre nequeunt tepiditatis eius segniciēꝫ: q̄ velut quibusdā stimulis vrgent ⁊ impingunt manib⁹: vt vnū necesse sit e duab⁹: aut proficere scꝫ/ aut prorsus deficere. Minime igit̄ oportet sistere gressum: retrospicere quoqꝫ aut equare nos aliis multo expedit minus: sed tota humilitate currēdū nobis ⁊ properandū: ne qm̄ forte is qui egressus est vt gigas ad currendā viā: longe a nobis fiat: quē si bene sapimus prouidētes in conspectu nostro semp: ⁊ in eius odore tracti facilius citiusqꝫ currem⁹.

B

¶ Nec vero angusta nimis inuenietur pontis semita currere in ea volentibus: trib⁹ enim cōpact⁹ est lignis: vt qui perfecte eis inniti voluerint: nō labat̄ in itinere pes eorū. Hec aūt sunt pena corporis: paupertas substātie mūdialis: ⁊ humilitas obedientie. Naꝫ ⁊ per multas tribulationes oprtet nos intrare in regnū celoꝝ: ⁊ qui volunt diuites fieri incidūt in tēptationē ⁊ laqueum dyaboli: ⁊ quē a deo suo exturbauit inobediēntia: sine dubio ꝑ obedientiam recto tramite ad eum redit.

Act. xiiij.

Hec itaqꝫ sibimutuē cōpacta esse necesse est. Nam nec pena corporis inter diuitias stabilis: nec obediētia sine pena facile pōt esse discreta: ⁊ paupertas in voluptate ⁊ volūtate propria nullius pōt esse momenti: ⁊ obedientia in diuitijs ⁊ voluptate/ nec stabilis nec gloriosa. At vero his rite cōpositis vide si non tria maris huius ꝑicula euasisti concupiscentiā carnis: concupiscētiam oculoꝝ: ⁊ superbiā vite. Rite tn̄ꝫ cōpositis: vt in pena quidem nodū impatientie in paupertate vero cupiditatis scrupulū: in obedientia neuū caueas proprie voluntatis. Nam ⁊ qui murmurauerunt a serpentibus perierunt: ⁊ qui volunt diuites fieri non ait qui sunt: sed qui volunt fieri incidunt in laqueū diaboli.

C

¶ Sed ⁊ illud quid refert si forte (quod absit) non quidē diuitias: sed ea ipsa q̄ paupertatis sunt toto affectu desideres: aut etiā ardētius q̄ꝫ diuitias cupiāt hoīes seculares? Quid distat quecunqꝫ substantia desideret̄ dum equaliter sit corruptus affectus: nisi q̄ tolerabilius illud videri potest q̄ pluris esse videntur plurimū desiderare? Porro quisquis vel aperte vel occulte satagit: vt qd̄ habet in volūtate hoc ei spiritualis pr̄ iniūgat: ipse se seducit: si forte sibi quasi de obediētia blādiat̄. Neqꝫ em̄ in ea re ipse ꝑlato: sed magis ei ꝑlatus obedit. Veruntn̄ quia iuxta sententiā saluatoris: in qua mēsura mensi fuerimus/ remetiet̄ nobis. bonū est homini hoc ad cumulū dare: vt de eorū sit numero quib⁹ mensurā bonā ⁊ confertā ⁊ coagitatā ⁊ supereffluentē dabūt in sin⁹ suos.

Mar. iiij.

D

¶ Sufficit em̄ ad salutē corporis molestias patiēter ferre: sed cumulus est etiā libēter in feruore spūs eas amplecti. Sufficere pōt supflua nō requirere / sꝫ nec propter ipsa si forte desint necessaria murmurare: sed cumulus est etiā exultare: et libenter q̄rere quō alius magis habeat necessaria: ⁊ ipse penuriā patiat̄. Sufficit quoqꝫ ad salutē si nec impatientia nec simulatiōe ad id qd̄ desideras inuitū velis prelati animū inclinare: sed cumulus est etiā fugere ea quibus voluntatē propriā senseris oblectari: q̄tū sane bona cū conscientia potes. Porro prelati quidē ipsi sunt qui descendūt mare in nauib⁹ facientes opationē in aquis multis. Neqꝫ em̄ certa pontis aliqua/ seu vadi semita coartant̄: vt libere possint vsqꝫquaqꝫ discurrere ⁊ occurrere singulis vt oportet ac dirigere pōtis semitā seu vadi/ ordinare gradientes: pericula inuestigare ac declinare: excitare tepidos: pusillanimes sustentare. Deniqꝫ ascēdunt vsqꝫ ad celos: ⁊ descendunt vsqꝫ ad inferos: nunc quidem spiritalia tractantes atqꝫ sublimia nunc infernalia ⁊ horribilia facta vindicantes.

E

¶ Sed que poterit nauis inueniri: q̄ tā immanes sustineat fluctus: ⁊ in tāto secura possit esse discrimine? Vtiqꝫ fortis vt mors dilectio/ dura sicut infernus emulatio: qꝫ iuxta qd̄ alibi habes. Aque multe nō poterūt extinguere charitatem.

Canti. viij.

Necessaria est ⁊ oīno necessaria nauis ista ꝑlatis: tribus cōpacta laterib⁹: que est vtiqꝫ forma nauiuꝫ: vt sit nimirū iuxta pauli doctrinā: charitas de corde puro: ⁊ ꝯscientia bona: ⁊ fide non ficta. Puritatē quidē cordis in eo prelat⁹ habeat: vt ꝓdesse desideret non ꝑesse: vt. s. propriū cōmodū vel honoreꝫ seculi/ seu aliud quippiā suū: in prelatione nō querat: ꝑter solū bn̄placitū dei ⁊ aīarū salutē. Sed cū intentione pura irreprehensibilis quoqꝫ necessaria est cōuersatio: vt forma fact⁹ gregis incipiat facere ⁊ docere: ⁊ sm̄ magistri nostri regulā. Quecunqꝫ docuerit discipulis esse cōtraria: hec in suis actibus iudicet nō agenda: ne forte submurmurare possit frater quē arguit ⁊ dicere: medice cura teipsuꝫ.

Luce. iiij

Talis em̄ occasio plurima dānatio ꝑlati: plurima subditoꝝ perditio est. Nō q̄ ego bene id caueā: idcirco sic loquor sed ⁊ mihi ⁊ oībus pariter veritas clamat. Qm̄ oprtet irreprehensibilē esse eū qui preest: ita vt secura ꝯscientia cū dn̄o respondeat exprobrātib⁹ sibi verbū. Quis ex vobis arguet me de pctō.

i. Thi. iij.

Ioh. viij.

F

Non q̄ sine pctō penitus esse possit in hac misera vita: sed q̄ ea q̄ arguit in discipulis/ oportet summopere vitare magistrū. Ob hoc qualis est in ꝯuersatiōe talis sit necesse est etiā in occulta cogitatiōe: ne vēꝫ foris humilis: intus elat⁹ sit in corde suo presumēs de sap̄ia/ seu virtute: aut sctitate sua: q̄ est sine dubio fides ficta: qm̄ nō sicut ostēdit humilitas ꝯuersatiōis / in sola dei pietate ꝯfidit. Et vide q̄ꝫ proprie his trib⁹: cordis scꝫ puritati: ꝯscientie bone: ⁊ fidei nō ficte cōuenire videātur: alia quoqꝫ ipsius apl̄i verba dicentis. Mihi aūt pro minimo est vt a vobis iudicer: aut ab hūano die ⁊c. Nō me iudico (inquit) qꝛ nihil mihi cōscius sum: q̄ meū aliquid querā/ sed que iesu christi.

i. Cor. iiij.

Sed ⁊ pro minimo mihi est: vt a vobis iudicer: propter conscientiam bonā: ⁊ irreprehensibilē conuersationeꝫ. Qui aūt iudicat me (inquit) dn̄s est: vt in eo solo spem suā positā esse doceret: humiliatus sub potenti manu dei. Sed ⁊ illud tu iudica: vtrū possit his cōuenienter aptari trina petri interrogatio: vt hoc sit dicere: amas me: amas me: amas me: habes charitatem de corde puro: ⁊ cōscientia bona ⁊ fide nō ficta? Merito siquidē interrogatur an charitateꝫ habeat piscator hominum constituendus.

¶ Exhortatorꝫ ad fratres de altitudine ⁊ bassitudine cordis. Sermo primus.

De eo qd̄ nuperrime dictum est: sursum alios: alios deorsuꝫ aspicere: habeo adhuc aliquid quod vestre non sileā charitati. Nam earū quidē cogitationum quas expressimus: tūc si bene meministis: licet perfectior altera: vtraqꝫ tamen vtilis est. Sunt autem qui alio modo: aut sursum cor habeāt: sicut fecit deus hoīem rectum: ⁊ secure respondeant ad exhortantis vocem presbyteri. Habemus ad dn̄m. Sunt ⁊ alij q̄ similes brutis aīalibus inclinati deorsum/ derisui sese faciant esse immundis spiritibus: qui profecto clamitant illudentes. Incuruare vt transeamus.

G

¶ Scitis em̄ q̄ in cōgregatiōe plurimoꝝ impossibile est vnius oēs fortitudinis esse: seu corporum seu moꝝ: nā vtrancꝫ infirmitatē patienter ferre regule nostre monet auctoritas: ⁊ vtriqꝫ aliquatenus ꝯdescendere iubet charitas. Videt hoc alter quispiam: ⁊ fortassis incipit inuidere: cui cōdolere debuerat. Hinc accidit vt sepe beatificet eū in corde suo/ ea de re vn̄ miserū se ille reputat: moleste ferens necessitatē suā. Oīno igit̄ incuruatum se esse ⁊ basso corde carnē sape probat: apud quē ne ipsa q̄dem miseria caret inuidia: sed eis quas certa charitatis ꝯsideratione aliene necessitati dispensatiōes prelat⁹ impedit/ talib⁹ apponit cor suū: silia querens: murmurat aduersus eū q̄ denegat irrōnabilr̄ postulāti. Hinc suspitiōes/ detractiōes ⁊ scādala suscitant̄. Nō idcirco id loquor charissimi quasi magnopꝫ de vobis habeā ꝯqueri sup hac re: sed ꝑmonere vos ⁊ ꝑmunire necessariū duxi ꝓpter multos q̄ inter vos sunt teneri ⁊ delicati: q̄bus aut etas aut infirmitas rigorē cōis regule exigit aliquatenus tēperari.

¶ Grās ei de cui⁹ munere venit: qꝛ multos hic video quoꝝ mēs intēta deo tā lōge lētā est ab illo infimo cogita

tu vt iuxta se positos debiliores/prorsus ignorent: se minus ce bus facere conquerant. Nimirū qz supiores semp attendūt: cū aplo obliti q̄ retro sunt: z extēti in āteriora. Quātū putas illos ego admiror: q̄tūveneror in corde meo: q̄tū amplector charitatis affectu q̄ velut nesciētes eos quos secū quotidie vident vnū forte aut duos/seu ēt plures quos in maiore feruore spūs viderint: sibi ex oibus eligūt: z cū ipsi forte meliores sint semp tñ illoꝝ sibi pponunt z pponūt in dño sancta studia z exercitia

K

corpalia/seu etiā spūalia ¶ Memini me altera quoq3 iam vice dixisse/sed iterū repetere nō grauabor: q̄ sublimi aliqñ meditationi monachus qdā laicus toto intendit spacio vigiliarum.

Aliosfra ter quidā laycus.

Et tenl summo mane apphensum me in adiutoriū trahit: z pstra tus pedib9: ve mihi inqt qz monachū in vigilijs vnū cōsideraui in quo triginta virtutes numerari: quarū ne vnā qdā in me inuenio. Et fortasse nullā ille tantā habebat: quāta hec ipa erat religiose emulatiōis humilitas. Hic itaq3 fructus sit nři huius sermonis: vt alioꝝ altiora semp attēdat: qz in eo plenitudo constat humilitatis. Nā si forte in re aliqua maior tibi fratre aliquo gřa collata videt: sz in multis si bon9 emulator fueris iudicare

L

te poteris inferiorē. Quid eñ si forte laborare aut ieiunare pl9 illo potes z ille te patiētia supat pcedit humilitate supeminet charitate? Quid eñ tota die sup id qđ videris hře insipiēti cogitatiōe versaris? Esto magis sollicit9 vt scias qđ desit tibi. Hoc ei meli9. Utinā fratres nos sic essem9 cupidi gře spiritalis: quēadmodū seculares hoies pecunie tpalis. Debuim9 certe z multum debuim9 vicere in bono malū z tāto ampli9 desiderare quāto pciosi9 est qđ desideram9: sit vtinā vel equales esse possimus. Magna eñ cōfusio magna valde: q ardenti9 illi pniciosa desiderant: q̄ nos vtilia: citi9 illi ad mortē pperāt q̄ nos ad vitā. Quāto eñ desiderio pecunie cruciet auar9: q̄to glorie appetitu ambitiosus exestuet: q̄ violēter deniq3 sua trahat quēq3 voluptas: qs explicet: Videas certe eos qcqd adepti sunt paruipendere: nō attēdere q̄to labore z desiderio eaīt tandē cōsequi potuere: qm vilescūt eis oia pre desiderio maioris forte rei

M

quā alteri ceperint inuidere. ¶ Et tu ergo non magnope cogites q̄ tibi videris habere: nisi forte interdū vt grās agere possis: z te noueris debitorē ei q̄ dedit seu gřa ꝯsolatōis cū id necesse fuerit ne qualibet ex cā tristior fias. Decetero ea semper magis attende q̄ alius hz tu nō habes: q hec cogitatio in humilitate te custodiat: z a descensu tepiditatis elōget: magis autē accendat desiderio pficiēdi. Vide aūt q̄tū e regiōe mala cogitatio illa parturiat: qua sedule versas in aio qđ tibi habere videris: z alterū quēpiā estimas nō habere. Hinc eñ eleuaris in supbiā: dū te pponis alteri. Hic pficere negligis: dū te magnū quēpiā arbitraris. Hic demū incipis z deficere: dū tibi alteri9 cōparatiōe etiā nimis egisse videris: sicq3 i trepiditatē icidis z scipis remissi9 agere. Scim9 aūt qz de9 supbis resistit: humilib9 aūt dat gratiā: z qz maledictus q̄ opus dei negligēter fecerit. Bti vero q̄ esuriūt z sitiūt iusticiā: qz si spū facta carnis mortificauerim9/viuem9: si vero sm carnē vixerim9/moriemur.

¶ Unde supra. Sermo secundus.

Ps. xxiij. N

deũ aũt laudãs bonũ qđ ĩ se videt/nõ sibi sȝ illi applicat:⁊ hoc totũ agit in psalmodia. Per psalmodiã accipe quicqđ deo agi tur cũ mẽtis melodia:siue sint psalmi siue hymni:siue etiã que cũq; cantica. Tertiã hydriaȝ posui supius vigilias:has semp debet comitari orationũ instãtia. Unđ ⁊ dñs in euangelio legit in oratiõe pnoctasse:⁊ discipulos suos exhortãs vtrũq; simul cõiunxit dicẽs. Uigilate ⁊ orate:vt nõ intretis in tentationem. (Mar.xv.) Tales vigilie abluũt nos a sordib⁹ quas ɔtraximus p somno lentiã resoluti:dum in obliuione quadã a via salutis intepui mus ac torpuim⁹. Quarta hydria est ieiuniũ:de quo quis du bitet an ⁊ ipsũ purificet: Uera est illa sentẽtia:cõtraria cõtrarijs curan tur cõtraria. Si ergo p gulã peccauimus ⁊ ingluuiẽ:qđ restat nisi vt p abstinẽtiaȝ reparemur? Nec solũ huius vitij fit p ieiu nium purificatio:insup ⁊ virtus ad expellẽdos demones cõpa ratur dicẽte dñõ. Hoc gen⁹ in nullo potest exire:nisi in oratio ne ⁊ ieiunio. (Mar.ix.) Sequit quinta hydria q̃ dicitur opus manuũ. In quo si querat an sit aliqua purificatio:facile potest iueniri per multa. Nã vt plurima pterea:hoc solũ q̃ri sit pcõnij:q̃te gra tie:qs digne estimet suo se quẽq; labore transi gere:⁊ nullius aliquid desiderare? Ac ne me quisq̃ putet hec magis declama torie q̃ ex veritate pferre:audiat ipm doctorẽ nostruȝ in fide ⁊ veritate apostolũ paulũ scribẽtẽ ad thessalonicẽses:hec ipa docentẽ ⁊ pcipientẽ. Rogam⁹ vos (inqt) fratres vt abundetis (j.thes.iiij.) magis ⁊ operã detis vt q̃eti sitis:⁊ vt vestrũ negociũ agatis:⁊ operemini manibus vestris pcipimus vobis:⁊ vt honeste ãbu letis ad eos qui foris sunt:⁊ nullius aliqđ desideretis. Audiat eũdem ipm facientẽ que docebat. Ipsi eñ scitis (inqt) quẽad (ij.thes.iij.) modũ oportea t vos imitari nos:qm nõ inquieti fuimus inter vos:neq; panẽ gratis manducauimus ab aliquo:sed in labore ⁊ fatigatiõe:nocte ⁊ die operãtes:ne quẽ vestrũ grauaremus. (Ibidem.) Item audiat docenteȝ que faciebat. Cum essemus apud vos hec denũciabamus vobis:qm si quis nõ vult opari nec mandu cet. Uides q̃ sollicite obseruandũ pcepit doctor gentiũ opus manuũ? Cur tantopere curauit:nisi q: sicut bonus ⁊ diligens pastor hoc ouiũ saluti plurimũ expedire puidit? Restat vltima carnis mũdicia. In hac fit purificatio ab illa q̃nquiptita cor poris illecebra:visus/auditus/odoratus/tactus. Et cetera q̃ dem pdicta:idest silẽtiũ/psalmodia/vigilie/ieiuniũ/opus ma nuũ:exerceri sine ista possunt:sed si lumbi pcincti nõ sint.i.si desit carnis mũdicia lucerne ardentes quid pderũt? Hinc er go colligendũ est q sit necessaria huius hydrie purificatio:q̃ sola oibus supradictis equipollentẽ obtinet vim salutis. Et notãduȝ q in his oibus obseruãtijs quattuor pmas debemus nobis:quintã proximo:sextã deo. Nã silẽtium/psalmodiã/ vi gilias/ieiuniũ debet alisq; exercere ppter seipsum:hoc est pro pter suã disciplinã:op⁹ manuũ ppter proximũ ne quẽ grauet: sed magis habeat vnde tribuat necessitatẽ patiẽti: carnis mũ diciam propter deũ:vt illi placeat:⁊ eius volũtatẽ faciat. Un de scriptũ est. Hec est eñ voluntas dei sctificatio vestra:vt ab (j.thes.iiij.) stineatis vos a fornicatiõe:vt sciat vnusq̃sq; vestrum suuȝ vas possidere ĩ sanctificatiõe ⁊ honore. Se aũt ille hydrie lapidee dicũtur:significat q sine aliqua difficultate obseruari nõ pñt: ⁊ q dura ⁊ aspera est via q̃ ducit ad vitã. Uel certe lapidee di cũtur propter fortitudinẽ ne facile fragãt aut dissoluant:⁊ ef fundatur liquor gratie q̃ in eis continet:qđ vtiq; cito cõtinge re posset:si vel fictiles essent vel lignee seu cuiuslibet alterius fragilis materie. Uel etiam lapidee:idest christiane a lapide christo:vt scilicet in fide christi fiant.

Sermo dicimustertius.

SApientes singule metretas binas vel ternas. Hic (Iohã.ij.) primum sciendũ est q huiusmodi hydrie aliquan do sunt vacue:aliq̃ñ sunt plene. Plene autẽ aliquã do veneno:aliquando aqua:interdum etiam vino. Uacue quippe ⁊ inanes sunt:cum pro inani gloria vel aliquo temporali emolumento fiunt. Plene veneno sunt:si cum murmure ⁊ animi rancore gerant. Aqua plene dicuntur: cum ex timore dei obseruantur. Siquidem per aquã timor in telligit. Uñ ⁊ apud salomonẽ legit. Timor dñi fons vite. Uino (Prouer. xiiij.) aũt plene sunt:cũ timor vertit ĩ amorẽ:cũ charitas excludit ti morem:cũ ea que prius obseruabãtur timore pene:iã exercen tur delectatiõe ⁊ amore iustitie. Ut vacue vel veneno infecte sint non vult dominus/vt ĩpleãtur aqua iubet dñs:vt autem aqua in vinũ vertatur/hoc facit dñs:sed q̃b⁹ implere hydrias aqua imperat dñs? Ministris vtiq; quos et constituit super fa miliam suã:vt det illis in tempore tritici mensuram:quibus tamẽ maria primũ suggesserit dicẽs. Quodcũq; dixerit vobis (Ioh.ij.) facite. Quo exemplo innuitur q officium predicationis nõ de bẽt vsurpare sibi nisi quos maria idest mater gratia prius in struxerit. Alioquin dicetur eis. Regnauerũt et non ex me:prin (Osee.viij.) cipes extiterunt et ego ignoraui. Implent ergo ministri hy drias aqua:predicant mira de dulcedine regni:intẽtãt horren da de terrore supplicij:fit summis auditorib⁹ de vtroq; timor ne:vel illo fraudẽtur vel isto plectãtur: ⁊ ita capiũt hydrie me tretas binas. Quid est aũt vel ternas? Addatur illis duobus tertius timor:⁊ capiunt hydrie metretas ternas. Et illi quidẽ duo predicti timores de futuro:sunt valde vtiles. Sed est ali⁹ timor de presenti multo probabilior:quo timet homo/et semp est pauidus ne interna gratia deseratur. Quisquis igitur hoc timore repletus fuerit pfecto binis/metretas ternas addidit. Notãdum aũt q cum hydrie plene facte sunt vsq; ad summum tũc aqua versa est in vinũ bonũ:q: nimirũ ordo rationis est vt si timor ẽ initiũ charitatis: pfectũ sequat etiã plenitudo dile ctionis. Uñ etiam architriclinus dicit ad sponsum. Omnis ho (Iohan.ij.) mo primũ vinum bonum ponit:⁊ cũ inebriati fuerint:tũc id qđ deterius est. Tu aũt seruasti vinum bonũ vsq; adhuc? Cõsue tudinis est seculariũ hominũ:vt cum aliquẽ in honorem adipi sci desiderãt/ceteros sibi prius per amorẽ acquirãt. Cum vero adepti fuerint:elati potestate/eos ipos p timorẽ sibi postmo dũ subiciũt:quib⁹ prius priuati non terrorem sed amorẽ exhi buerãt. Isti ponũt primum bonum vinũ.i.amorẽ:⁊ cum inebria ti fuerint tunc id qđ deterius est idest timorẽ. Ecõtrario facit sponsus noster. Semper enim seruat ad vltimum bonũ vinum qđ vero in eius cõparatiõe deterius est ante ppinat dicens. Fili accedẽs ad seruitutem dei:sta in timore. Si ex timore te (Eccli.ij.) feceris ipsius seruum:faciet te ex charitate amicũ suũ. Et sic aqua timoris cõmutabitur in vinum dilectiõis. Ad hoc enim purificaris in illis sex hydras aquis timoris:ad hoc in timore accedis ad ipsum tanq̃ seruus ad dominum:vt de seruo prome haris in filium.

Sermo decimusquartus.

(Apoca.v.) ECce vicit leo de tribu iuda:radix dauid aperire li brũ ⁊ soluere septẽ signacula ei⁹. Septẽ signacula sunt:temporalis natiuitas:legalis circũcisio/ma tris purgatio/fuga in egyptum/carnis/necessitu do/baptismus/passio. Hec siquidem sunt vere q̃dã humanitatis insignia:q̃bus se teneri ac ligari voluit incarna ta dei sapiẽtia. Ipsa q̃ppe est secũda in trinitate psona:⁊ licet eandẽ incarnationẽ simul fecerint pater ⁊ filius ⁊ spiritussan ctus:nõ tamẽ pater aut spiritussanctus est incarnatus:sed so lus filius. Impleuit quidẽ ⁊ pater ⁊ spiritussanctus carnẽ filij: a quo neuter eoꝝ poterat separari:sed impleuit maiestate non susceptione. Ideoq; fili⁹ ostẽdit in carne potentiã pris cope ra:exhibuit bonitatẽ spiritussancti/remittẽdo peccata:⁊ quod ipse erat.i.sapientia occultauit p illa pdicta signacula. Facta est igitur res mira ⁊ obstupenda/infirmata est virtus summa: ⁊ vt ita dicã si dici liceat:qđ tamẽ reuerenter dico:quasi infa tuata est sapientia. Nec erubesco dicere:qđ nõ erubuit doctor gentiũ docere. Sic nẽpe credidit:sic docuit:sic scriptũ reliq̃t. (j.Cor.j.) Nos (inqt) pdicamus christum crucifixũ:iudeis quidẽ scanda lũ:gẽtibus aũt stulticiã:ipsis aũt vocatis iudeis atq; grecis: xp̃m dei virtutẽ ⁊ dei sapientiã:quia qđ stultũ est dei sapiẽtius est hoibus:⁊ qđ infirmũ est dei/fortius est hoibus. Uerũtamẽ hec virtus abscondẽda erat:⁊ in humilitate pficienda:vt oim implerẽtur oracula pphetaꝝ. Passus est ergo in cruce ĩpassibi lis de⁹:⁊ in carne nostra mortali mortuus ac sepultus ĩmorta lis dei fili⁹. Sed ecce tertia die resurrexit a mortuis:⁊ q̃ agn⁹ extiterat in passione:leo factus est in resurrectione. Surrexit ⁊ vicit leo de tribu iuda:q: mortẽ quã ex ĩfirmitate nostra per tulit:ex pñte sua resurgẽdo calcauit. Resurgẽs eñ a mortuis (Rom.vj.) iã nõ morit:mors illi vltra non dñabitur. Resurgendo aũt ⁊ in celum ascendẽdo/librũ aperuit:q: nimirũ ex auctoritate sacre scripture q de⁹ esset ĩnotuit. Unde scriptũ est. Exaltare super (Ps.cxij.) celos deus:⁊ sup omnẽ terrã gloria tua. Septẽ quoq; eiusdẽ li bri signacula soluit:qñ eloq̃a sacra fideliũ mentib⁹ reserauit: ⁊ quicqđ de mysterijs suis lex ⁊ prophete sub allegorijs pdixe rant:de his scȝ que per hoĩem tẽporaliter gessit:de se predicta ⁊ in se ac per se cõpleta:luce clarius iudicauit.

Sermo decimusquintus.

(Mar.xvj.) QUid est aũt q post mortẽ eius tres ille sctẽ mulie res emerũt aromata:vt in monumento positũ vn gerẽt eum? Quid in sua actione nobis reliquerũt imitandũ? Res enim gesta (vt ait beatus Grego.) aliquid in sancta ecclesia signat gerẽdũ. Et nos er go si christũ mortuũ.i.fidẽ xp̃i mortuam in corde cuiuspiã fra tris senserimus:danda nobis opera est vt ad vngendũ corpus mortuum emptis aromatibus accedamus. Significãt autem tres mulieres tres in nobis efficientias:que sibi cõgrua com parant aromata. Que sunt ille? Mens/manus/lingua. Ois eñ q̃ emit dat et accipit aliqđ:⁊ qđ dat perdit/vt possideat qđ ac cipit. Dat igitur mens nũmũ ppric voluntatis ⁊ cõparat affe

ctum

ctum compassiõis: zelũ iusticie: discretionẽ cõsilij. Dat manus obediẽtiam: et emit in tribulatiõe patientiã: in ope pe perseuerantiã: in carne continentiã. Dat lingua numũ cõfessionis: et accipit modũ i correctiõe: copiã in exhortatiõe: efficaciã in persuasione. Talibus vnguentis cõpositis dum ad monumentum simul venerint: colloquũtur inuicem et dicũt: Quis reuoluet nobis lapidẽ ab ostio monumenti? Lapis iste est vel nimia tristicia: vel pigricia: vel duricia: q̃ dum cordis aditũ obstruit: frustra ad vngendũ mortuũ mẽs vel man⁹ vel lingua cũ q̃buslibz aromatib⁹ venit. Sed q̃m scriptũ est. Preparationẽ cordis ei⁹ audiuit auris tua: vidẽt lapidẽ reuolutũ: introeũt in monumẽtũ: et quẽ vngere volebãt mortuũ: audiũt suscitatũ. Quis hoc indicat? Quis hoc p̃dicat? Angel⁹ vtiq̃ testis resurrectionis. Videt scilicz huius in q̃ xp̃s resurrexit vultus letior: aspectus venustior: sermo purior: incessus modestior: et ad oẽ opus bonũ spiritus promptior. Que oĩa q̃d sunt aliud q̃ q̃dã interne resurrectiõis hylaris nũcius? Cetera quoq̃ que in xp̃i resurrectiõe gesta vel dicta sunt: vtpote de inuẽto sudario: ac de ipo dño in galilea vidẽdo: et alia que euãgelica cõtinet hystoria possunt nimirũ iuxta ceptã tropologiã interp̃tari: vt q̃d hystorice p̃cessit in capite: cõsequẽter etiã credat fieri moraliter in ei⁹ corpore.

Ibidem. — Prou. — Gala. vj.

Sermo decimussextus.

Tres sunt qui testimoniũ dãt in celo: pater et fili⁹ et spiritussanctus. Tres in terra: spiritus aqua et sanguis. Simili in inferno: vt in esaia legimus. Vermis eoꝝ nõ morietur: et ignis eoꝝ nõ extinguet. Duo mala sunt vermis et ignis: altero rodit cõsciẽ altero cõcremant corpa. Tertiũ addit desperatio q̃ in eo vtiq̃ intelligit q̃d dicit nõ morietur et nõ extinguetur. His qui in celo sunt datur testimoniũ beatitudinis. his qui in terra iustificatiõis: his q̃ in inferno sunt dãnationis. Primũ testimoniũ est glorie: secundũ gratie: tertiũ ire.

I. Joh. v. — Esa. lxvi.

Sermo decimusseptimus.

Veniens ad nos de via noster amicus. i. quilibet cõuersus proximus tribus panibus reficiendus est. Prim⁹ panis est cõtinentia qua restringit corpus ne deicceps per mortiferas voluptates defluat. Secundus est humilitas: qua instruitur anima ne de ipsa sua cõtinẽtia superbiat. Terti⁹ est feruor charitatis: quo accẽdit spũs: vt vtrũq̃ idest corp⁹ et aiaz in castitate et humilitate perseuerãter custodiat. His trib⁹ virtutib⁹ idest castitatis humilitatis charitatis tãq̃ trib⁹ panibus reficit homo dei et roboratur: vt s̃m apostolum in die aduẽtus dñi sit integer spiritus aĩa et corp⁹ eius. Spiritũ aũt voco gratiã que iuxta apostolũ eundẽ adiuuat infirmitatẽ nostrã ne deficiamus donec suo tẽpore metam⁹ bonũ q̃d seminauimus. Vocat primus panis carnalis vel corporalis: secũdus rationalis: tertius spiritalis. Hi panes quotiẽs desunt: a deo requirendi sunt. Merito aũt tres querunt q̃ tres reficiendi veniunt aĩa quasi vir: caro quasi cõiunx: spiritus velut vtriusq̃ vernaculus. Et notandũ q̃ non ait da: sz comoda mihi tres panes: quasi redditurus: q̃ sacerdos peccatori cõuertẽti debet q̃dẽ gratiã diuinã impetrare: fructum: vo eiusdẽ gratie non sibi debet sed deo referre.

Luce. xi.

Sermo decimusoctauus.

Nemo ascẽdit in celũ nisi q̃ de celo descẽdit: filius hois quĩ ẽ in celo. Dñs et saluator noster iesus xp̃s volẽs nos docere quõ in celũ ascẽderemus ipse fecit q̃d docuit ascendit in celũ. Et q̃m ascẽdere non poterat nisi prius descenderet: descẽdere aũt eum vel ascẽdere nõ patiebat diuinitatis sue simplicitas: quippe q̃ nec minui põt nec augeri: aut aliquo mõ variari: assumpsit in vnitatẽ sue persone naturã nostrã. i. humanã in qua descẽderet et ascenderet: et viãq̃ nobis qua et nos ascenderemus ostenderet. Quod totũ iudicãt sancti euãgelij verba proposita. In eo em̃ quod dictũ est nemo ascendit in celũ nisi qui descendit: assumptio humane nature exprimit: in eo aũt q̃d infert: qui est in celo diuinitatis sue incõmutabilitas oñdit. In q̃b⁹ verbis illud etiã innuit q̃ ipe sit via p̃ quã ascẽdam⁹: ipe patria vbi manemus: via. s. trãseũtib⁹: patria p̃uenientib⁹. Manẽs itaq̃ q̃d erat in natura sua: descẽdit et ascẽdit p̃pter nos in n̄ra: attingẽs nimirũ a fine vsq̃ ad finẽ fortiter: et disponẽs oĩa suauiter. Descẽdit siquidẽ quo iferi⁹ nõ decuit: ascẽdit quo celsius nõ potuit. Ipsumq̃ descensum egit fortiter: q̃ virtus erat: ascensum disposuit suauiter: q̃ sapientia erat. Descendit aũt dictũ est non cecidit: q̃ qui cadit sine gradu ruit: qui autem descẽdit gradatim pedem ponit. Sunt ergo gradus in descẽdẽdo: sunt in ascẽdendo. In descendẽdo primus quidem gradus est a summo celo vsq̃ ad carnem: scd̃s vsq̃ ad crucem: tertius ad mortem. Ecce quousq̃ descendit. Nunquid amplius potuit? Poterat iam certe rex n̄r dicere: et quasi quodã opis effectu clamare. Quid vltra debui facere: et non feci. Maiorem hac dilectionem nemo habet vt animã suam ponat quis pro amicis suis. Vidimus descensum: videamus et ascensum. Sed et ille quoq̃ triplex est: et eius primus gradus gloria resurrectionis: secundus potestas iudicij: tertius cõsessus ad dexteram patris. Et de morte quidẽ meruit resurrectionẽ: de cruce iudicij potestatem: vt q̃m in illa iniuste iudicatus est: de illa iustã obtineret iudicis censurã: ipo post resurrectionem dicente. Data est mihi omnis potestas in celo et in terra. Ipsam vero serui formam. i. carnẽ in qua passus et mortuus est: resuscitatam euexit sup oẽs celos: et super omnes angelorũ choros: vsq̃ ad dexteram patris. Quid hac dispositione suaui⁹ vbi mors absorbet in victoria: vbi ignominia crucis vertitur in gloriam: vt de illa dicant sci: absit mihi gloriari nisi i cruce dñi nostri iesu xp̃i: vbi et ipsa carnis humilitas ex hoc mũdo transit ad patrẽ. Hac ascensiõe nihil sublimius: hoc honore nihil gloriosius dici potest aut cogitari. Sic per incarnatiõis sue mysterium descẽdit et ascẽdit dñs: relinquẽs nobis exemplũ vt sequamur vestigia ei⁹. Sumamus et nos de mysterio eius moribus nostris exemplum. Qui em̃ dicit se in christo manere: debet sicut ipe ambulauit et ipe ambulare. Descendamus per viam humilitatis: ponaturq̃ nobis primus eius grad⁹. i. prim⁹ p̃fect⁹ nolle dominari: secũdus velle subijci: tertius in ipsa subiectiõe quaslibet cõtumelias et iniurias illatas equanimiter pati. Primo gradu caruit in celo lucifer ille: qui dixit in corde suo. In celũ ascẽdã: super astra exaltabo soliũ meũ: sedebo in mõte testamẽti in laterib⁹ aquilonis ascendã sup altitudinẽ nubiũ: similis ero altissimo. Hec dicẽs irreparabiliter cecidit de celo: et hoc ideo forte q̃ omnino intolerabilis superbia est velle dominari. Secũdo gradu caruerũt primi hoies in paradiso: q̃ licet sua maluerint voluntate abuti q̃ creatori subiaci: non tamen presumpserũt ceteris sue sortis dñari. Ideoq̃ culpa eoꝝ et pena longe extitit dissimilis superbie atq̃ ruine diaboli: vnde et diuina clemẽtia quãq̃ meruerũt reparari. Tertiũ gradũ nõ habẽt qui ad tp̃s credunt sed in tpe temptationis recedunt. Hec dicimus vt sciamus a quoꝝ imitatione declinare debeamus. Nã et diabolus et homo vterq̃ ascendere prepostere voluit: hic ad scientiã: ille ad potẽtiã: ambo ad superbiã. Non sic ascendere velimus: quin potius audiamus p̃phetã querẽtem quomodo ascendẽdũ sit. Quis (inquit) ascẽdet in montem dñi: aut quis stabit in loco sancto eius? Innocens manibus et mundo corde: qui nõ accepit in vano animã suam: nec iurauit in dolo proximo suo. Vbi notandum q̃ triplicẽ gradum ascendẽdi constituit. Primus gradus est innocẽtia operis. secundus mundicia cordis: tertius fructus edificatiõis. Quos gradus miro modo inuenimus in superiorib⁹ gradib⁹ descensionis. Ibi quippe fuerat tertius gradus: tolerantia iniuriarũ. Ipsa est enim que probat huius ascensiõis primũ gradum: idest innocẽtiam opis. Ibi secũdus fuerat patientia subiectionis: et ipsam operatur mundicia cordis: que est secundus ascensionis gradus. Ad hoc enim doctores prelatos habemus: vt cor mũdemus dicẽte dño. Iam vos mũdi estis p̃pter sermonem quem locutus sum vobis. Ibi etiã primus gradus fuerat cõtemptus dñationis: hic tertius est fructus edificationis. Quisquis autem dominari n. n appetit: is p̃fecto fructuose preest ceteris instituendis.

Sap. viij. — Esa. v. — Joh. xv. — Matthei xxviij. — Gala. vj. — Esa. xiiij. — Ps. xxiij. — Joh. xv.

Sermo decimusnonus.

Quis ascẽdet in montẽ domini? Ascendit quidem semel christus corporaliter super altitudinem celorum: sed et nũc ascẽdit quotidie spũalr in cordib⁹ electoꝝ. Si ergo volum⁹ et nos cũ eo ascẽdere: ascendẽdũ nobis est in montes virtutuz de vallibus vitioꝝ. Est aũt gemina species ipoꝝ vitioꝝ. Alia em̃ sunt q̃ nocẽt nobis: alia que proximis. Illa flagitia: ista vocant facinora: et hec oĩa dicunt vallis lachrymarũ: q̃ omni fletus fluuio plangẽda est vita peccatoꝝ. De valle flagitioꝝ ascendit ad mõtẽ castitatis triplici cõtinẽtia: mẽbroꝝ: sensuũ: cogitationũ. In prima cõtinẽtia cohibet actus: in secũda vitat aspect⁹: in tertia resecat affect⁹. Itez de valle facinoꝝ ascendit in montẽ innocẽtie. Hic erigit scala: q̃d tibi non vis fieri alij ne facias: et ponit in ea triplex gradus timoris: vel ei⁹ scz qui patit ne reddat talionẽ: vel superioris potestatis ne inferat vltionẽ: vel iterum iudicis q̃ reddit vnicuiq̃ s̃m opera sua. Cum autem ad hũc mõtem ascẽderint iam iusti sunt: et ex fide viuũt: sed necesse est eos s̃m apostolum persecutionem pati. Itaq̃ confugiendũ est de monte innocẽtie ad mõtem patientie: et hic quoq̃ erigit scala triplicis gradus. Prim⁹ est dñi passio: secũdus martyꝝ fortitudo: tertius p̃mij magnitudo. Possunt sane gradus isti dici gradus pudoris: sicut i innocẽtia fuerũt gradus timoris. Et nota q̃ mõs iste patiẽtie s̃m hos gradus est ardu⁹ et spinosus: ardu⁹. Arduus propter difficultatẽ imitãdi passiões dñi: spinosus p̃pter aculeos tẽptationũ q̃ multiplices sunt: damno scilicet rerum: cõtumelijs verborũ: cruciatibus

Ps. xxiij.

ribus corporum: in quibus sancti martyres examinantur: aridus propter retributionem premiorum: quod non in hoc seculo sperant sed in futuro. ¶ Post hunc montem restat ei alius mons ascendendus: mons scilicet montium: ad quem cum peruenerit/ iam in eo deus requiescit. Unde scriptum est. Factus est in pace locus eius. Sed et in hoc monte pacis erigitur scala charitatis vnde dominus dicit. Quecunque vultis vt faciant vobis homines: et vos facite illis. Uolumus siquidem retribui nobis: volumus ignosci: volumus gratis dari.

¶ Sermo vigesimus.

De spiritu sancto testatur scriptura: quod procedit/ spirat/ inhabitat/ replet/ glorificat. Procedere dicitur duobus modis: vnde/ et quo. Unde: a patre et filio. Quo: Ad creaturam. Procedendo predestinat: spirando vocat quos predestinauit: inhabitando iustificat quos vocauit: replendo accumulat meritis quos iustificauit: glorificando ditat premiis quos accumulauit meritis.

¶ Sermo vigesimusprimus.

Spiritussanctus arguit mundum de peccato quod dissimulat: de iusticia quam non ordinat: dum sibi non deo eam dat: de iudicio quod vsurpat dum tam de se quam de aliis temere iudicat.

¶ Sermo vigesimussecundus.

Qui mihi ministrat: me sequatur: Quidam sunt qui non sequuntur christum sed fugiunt. Alii non sequuntur sed precurrunt. Nonnulli sequuntur sed non assequuntur. Alii vero sequuntur: et consequuntur. Non sequuntur sed fugiunt qui necdum peccare desistunt: De quibus scriptum est. Omnis qui male agit: odit lucem. Et propheta: Ecce qui elongant se a te peribunt. Non sequuntur sed precurrunt: qui magistrorum sententiis/ suas preferunt. Quorum imaginem tenebat petrus: cum pro salute nostra volentem pati dominum increparet dicens. Absit a te domine: non erit tibi hoc. Sequuntur sed non assequuntur qui segniter ac remisse agunt: vel vsque ad finem non perseuerantes/ de medio itinere reuertuntur. Talibus dicit apostolus. Remissas manus et dissoluta genua erigite: et gressus rectos facite pedibus vestris: vt non claudicans quis erret: magis autem sanetur. Sequuntur et consequuntur: qui viam humilitatis eius/ deuoto mentis affectu perseueranter imitantur. Huiusmodi vere sequuntur dominum. Qui mihi ministrat me sequatur id est me imitetur. Quo fructu: Ut vbi sum ego inquit ibi sit et minister meus. Fructus itaque huius imitationis: mansio est eterne beatitudinis.

¶ Sermo vigesimustertius.

Qui vult venire post me/ per me/ ad me. Post me/ quia veritas sum: per me/ quia via sum: ad me/ quia vita sum. Qui vult venire post me/ abneget semetipsum: et tollat crucem suam et sequatur me. Tria proposuit christus dei virtus et dei sapientia: angelus magni consilii: anime rationali ad imaginem trinitatis facte: scilicet seruitutem/ vilitatem/ asperitatem. In abnegatione sui/ seruitus: in toleratione crucis vilitas: in imitatione christi/ designatur asperitas: vt que per inobedientiam de statu trine felicitatis ceciderat: humiliata afflictione trine miserie per obedientiam resurgat. Ceciderat enim a seipsa a societate angelorum: a visione dei: id est a libertate/ a dignitate/ a beatitudine. Audiat ergo consilium: vt abnegando semetipsam: id est propriam voluntatem sui/ libertatem recuperet: tollendo crucem suam: idest carnem suam cum vitiis et concupiscentiis crucifigendo/ per continentie bonum recuperet societatem angelorum: sequendo christum .i. eius passionem imitando/ recuperet claritatis eius visionem: quia si compatimur ei: et conregnabimus.

¶ Sermo vigesimusquartus.

Preciosam in conspectu domini mortem sanctorum eius facit aliquando vita: aliquando causa: aliquando vita simul cum causa. In confessoribus qui in domino moriuntur facit preciosam/ vita. In martyribus qui pro domino moriuntur/ facit eam preciosam aliquando sola causa: aliquando causa pariter et vita. Et illa quidem mors preciosa est quam commendat vita: preciosior vero quam facit causa: preciosissima vero quam puenit vita simul cum causa.

¶ Sermo vigesimusquintus.

Preciosa in conspectu domini mors sanctorum eius. Tria sunt que sanctum faciunt hominem: victus sobrius: actus iustus: sensus pius. Uictus sobrius erit: si continenter/ si socialiter/ si obedienter .i. caste/ charitatiue/ humiliter vixerimus. ¶ Per continentiam enim castitas: per socialitatem/ charitas: per obedientiam humilitas acquiritur. Et hec est virtus que animam perfecte deo subditam sub vmbra alarum ipsius secure facit viuere. Actus iustus erit: si fuerit rectus/ discretus/ fructuosus. Rectus per bonam intentionem: discretus per mensuram possibilitatis: fructuosus per vtilitatem proximorum. Sensus pius erit: si fidee nostra deum sentit summe potentem/ summe sapientem/ summe bonum/ et per eius potentiam/ nostram credamus adiuuari infirmitatem: per eius sapientiam nostram credamus corrigi ignorantiam: per eius bonitatem nostram credamus dilui iniquitatem. Tria sunt que mortem sanctorum faciunt preciosam: quies a labore: gaudium de nouitate: securitas de eternitate.

¶ Sermo vigesimussextus.

Triplicem nobis commendat gradum parabola triplex lectionis huius. Ager est corpus. Huic dum adhuc dominantur passiones desideriorum: iacet incultus et obnoxius maledicto. Spinas et tribulos germinat: quod intus lateat ignoratur. Quis enim eo tempore idoneum reputet ferre dignos penitentie fructus? Quid eam insipienter exponis anima corpus tuum? Nescis quid absconditum sit in eo. Quid nisi regnum celorum? Inuenire est in eo salutis opera: quibus regnum celorum poteris adipisci. Eme ergo agrum: et a concupiscentiis/ tibi vendica corpus tuum: dato nimirum precio fomentis et occasionibus ipsarum concupiscentiarum. Ubi vero thesaurum effoderis: esto iam negociator et preciosas margaritas quere. Si preciosissimam vnam inueneris: etiam tunc vende quicquid habes et eme eam. Que est tamen/ vna tam preciosa? Neque enim mirum si pro thesauro vendidit quecunque habebat .i. pro diuitiis salutis: et peccata et peccati fomenta deseruit. Hec quippe sola prius habebat. Nunc autem vbi thesaurum hunc reperit/ quomodo querit bonas margaritas: et pro vna omnia vendidit? Ego vnam hanc nihil aliud quam vnitatem arbitror esse. Querit autem bonas margaritas: qui in opere salutis sue non est contentus inferioribus bonis: sed summa queque et excellentiora perquirit. Nihil ergo preciosius inueniens vnitate/ non parcat omnibus ceteris propter eam ieiuniis/ vigiliis orationibus/ audacter preferat vnitatem. Uolo autem vt in ea quoque sic maneat/ non quasi vnus ex omnibus/ sed quasi cum omnibus vnus. Latum expandat sinum et omni genere affectionum claudat intra viscera sua: omnibus omnia fiat: et congaudere paratus et compati: gaudere cum gaudentibus flere cum flentibus. Erit enim cum ad littus veniens/ malos pisces a sagena charitatis excludet: et quicquid molestum est foris mittetur.

¶ Sermo vigesimusseptimus.

Eodem ordine quo processit culpa: subsecuta est et culpe medicina. Primum peccatum est factum in celo per superbiam preuaricatoris angeli: qui dixit in corde suo. In celum conscendam: super astra dei exaltabo solium meum: sedebo in monte testamenti in lateribus aquilonis: ascendam super altitudinem nubium: ero similis altissimo. In seipso tumuit: et de sorte beatorum spirituum electus celorum regnum amisit. Contra hoc peccatum dictum est. Beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum celorum. Secundum peccatum commissum est per inobedientiam mulieris in paradiso. Ex hoc peccato facta est caro rebellis spiritui: vt quoniam spiritus eius non fuit subiectus creatori: nec caro sit subiecta spiritui. Contra est dictum. Beati mites: quoniam ipsi possidebunt terram. Horum duorum peccatorum compescendis dominus medicinam dicens. Discite a me quia mitis sum et humilis corde. Tertium peccatum fuit quod ipsa mulier virum quoque secum traxit in culpam. Debuit quidem illa peccatum suum deflere: nec addere peccatum peccato: sed in hoc se putauit habere consolationem/ si virum faceret peccati sui participem. Quodammodo enim naturale est: vnumquemque velle siue in vitiis siue in virtutibus associare sibi consortem. Contra hoc peccatum est istud remedium. Beati qui lugent: quoniam ipsi consolabuntur. Quartum peccatum commisit adam: qui consensit. Adam enim sicut ait apostolus non est seductus: mulier autem seducta in preuaricatione fuit. Illa per ignorantiam: iste peccauit per infirmitatem: Peccauit autem nimis diligendo vxorem: non quia eius voluntatem fecit: sed quia eam/ voluntati pretulit diuine. Unde et a domino ei dictum est. Pro eo quod obedisti voci vxoris tue plusquam mee: maledicta terra in opere tuo. Iustum quippe erat vt illius magis voluntatem faceret/ cui plus debebat. Quis vero ambigat plus eum debere conditori quam vxori? Siquidem vxori erat astrictus tantum per amorem: deo autem per timorem simul et amorem. Plus ergo debuerunt valere duo vincula ad tenendum eum erga dei preceptum: quam vnum tantum erga coniugis affectum. Contra hoc quartum peccatum: adhibitum est remedium. Beati qui esuriunt et sitiunt iusticiam: quoniam ipsi saturabuntur. Habuit quidem adam iusticiam a iusto deo creatus iustus sed quia non eam ex libero arbitrio direxit: facile ab ea per idem liberum arbitrium defluxit. Quo contra dicitur per psalmistam de christo. Dilexisti iusticiam et odisti iniquitatem. Quintum eque peccatum commisit: qui propriam culpam retorsit in vxorem

vxorem/cum ait. Mulier quam dedisti mihi sociam/ dedit mihi de ligno: ⁊ comedi. Primo quidē crudelis in se qui pctm̄ suum excusauit: secundo i vxorem quā accusauit. Et vtiq satis sum pta est digna de peccato vindicta: quādo eā accusauit: cuius amore peccauit. Contra hoc peccatū dictū est. Beati misericordes: qm̄ ipsi misericordiā consequentur. Sextum peccatū fecit eua: que cum increparetur a domino/ cur hoc fecisset: respondit ei. Serpens decepit me ⁊ comedi. Sic declinauit ⁊ ipsa in verba malicie ad excusandas excusatiōes i peccatis: refundēs culpam in serpentem/ quasi immunis a crimine: cū nisi obfuisset suggestio serpentis: si illa negasset assensum proprie volūtatis et forte precessit in ea aliquis motus supbie/ vnde seduci meruit a serpente. Contra quod dictum est. Beati mundo corde: qm̄ ipsi deum videbunt. Septimum peccatum est extra paradisum: quando cayn consurrexit aduersus abel fratrē suum: ⁊ interfecit eum. Ex eo iam tempore inueteratum est: vt mali insurgant in bonos ⁊ opprimant eos. Huius peccati remedium est istud. Beati pacifici: qm̄ filij dei vocabuntur. Qō si ab infestatione cessare noluerint iniqui: patienter tolerēt eos iusti: audientes consolationem que sequitur ⁊ dicit. Beati qui psecutionē patiuntur ppter iusticiā: qm̄ ipsorum est regnum celorum. Ecce q̄ necessarius fuit aduētus xp̄i: q carnē subijceret spiritui: hominē pacificaret sibi: deū recōciliaret homini.

¶ Sermo vigesimusoctauus.

Lex per moysen data est: gratia et veritas p iesum xp̄m facta est. Duplex in lege veteri preceptorum genus inuenio. Sunt enim moralia quedam vt est non concupisces: non adulterabis: honora patrem tuum: et his similia. Sunt etiam figuratiua et vmbratilia quedam: vt est taurorum immolatio ⁊ sanguis hyrcorum. Uerūtamen carnalis ille popul⁹ nec illa implere poterat/ nec in his obtinere salutē. Unde et saluator in euāgelio/ legis precepta improperat phariseis q̄ propter traditiones suas/ irrita facerent dei mādata: ipsa sine dubio in quibus esset edificatio morum. Nam de ceteris ipse loquitur per prophetam. ¶ Dedi eis precepta non bona ipa plane in quibus esset vmbra futurorum. Que enī consequentia rationis: vt homine peccante aries multaretur/ et diceret cum propheta: que non rapui tunc exsoluebam. Merito sane nō bona precepta ppl's nō bon⁹ accepit dicēte propheta: cum sancto sanctus eris: ⁊ cum peruerso peruerteris. Nouerat enī iudeorum corda carnalia vnde ⁊ carnalia eis tradidit sacramenta que non possent iuxta conscientiam pfectū facere seruientē in iusticijs carnis. Uenit proinde plenus gratia ⁊ veritate xp̄s dominus noster: vt ex hoc iā moralia quidem impleātur p gratiam/ que vero vmbratilia et mystica fuerāt: reuelata veritate deinceps non ad litteram obseruentur: sed sm̄ spiritū spiritaliter intelligantur. Propterea iā non aries vel taurus homine peccante mactatur: sed viua corporis hostia/ ratiōale ⁊ acceptabile sacrificiū i ieiunijs ⁊ laboribus veniam meret pariter ⁊ gratiam.

¶ Sermo vigesimusnonus.

Sic nos existimet homo vt ministros christi ⁊ dispēsatores mysteriorum dei. Minister christi sic debet cōuersari: vt ex morib⁹ exterioris hois q̄ videt/ existimetur cōpositio interioris animi qui non videtur: ne vel ab alio vel a seipso possit iudicari: sed dicat cū eodē apostolo. Mihi p minimo est vt a vobis iudicer aut ab humano die: sed neq meipsum iudico. Qui autē iudicat me dn̄s est. In quibus verbis notāda sunt tria iudicia. Humanū: suū cuiusq proprium: diuinū. Et humanū quidē potest iudicare de reb⁹ exterioribus/ que sensib⁹ corporis percipiunt: de interioribus ho non pōt. Hinc enī scriptum est. Quis enī scit hoim q̄ sunt hois: nisi spūs hois qui in eo est. Quapropter de his q̄ sunt in hoie pōt iudicare spiritus hois qui in ipso est. Lōge vo p̄stanti⁹ de his ipsis iudicat de⁹ cui⁹ necdū se fatet apostolus euasisse iudiciū qui tn̄ iā ⁊ humanū transcendisset ⁊ propriū. Porro humanum cōtēnebat qui dicebat. Mihi aūt pro minimo est vt a vobis iudicer: aut ab humano die. Sed neq pprīū timebat q̄ dicebat Sed neq meipm iudico. Nihil enī mihi cōscius sum. Solū ergo restabat diuinum: de quo ait. Qui aūt iudicat me: dn̄s est. Debet tn̄ quisq q̄tū pōt irreprehēsibilē se exhibere: primū quidē corā deo: sz deinde corā hoib⁹. Hoc nēpe est qd̄ alibi loquit idē aplūs dicēs. Prouidētes bona nō tm̄ corā deo: sz corā hominib⁹. ¶ Et notandū q̄ trib⁹ modis puidenf bona corā hoib⁹: idest habitu/ actione/ sermone. Habitu ne sit notabilis: actione ne sit reprehensibilis: sermone ne sit contemptibilis. Tribus etiā modis corā deo cogitatiōe/ affectiōe/ intētione. Nā ⁊ cogitatio debet esse scā vt̄ scriptū est. Cogitatio scā seruabit te: et affectio pura ⁊ intētio recta. Sunt aūt tria ista .s. cogitatio/ affectio: itētio in aia: sz in ea quoq ppria singula locis distincta videnf. Nā cogitatio in memoria: affectio in volūtate: intētio in rōne xsistit. Atq vt eorū vsum ac differētiā clarius videamus: sumam⁹ nobis exēplū de reb⁹ exterioribus. ¶ In corporibus si quibet deformis color cutē tm̄ inficiat: corpus quidē turpius reddit: sed nil ei de sanitate sua et hoc adimitit. Si ergo carni putredo aliqua vel liuidus tumor insederit: iā nō solū decor corporis/ sed salus quoq turbat. Quod si lāguor forsitā inualescēs cū ipsa carne/ ossa quoq medullit⁹ occuparit: tūc demū de vita nō imerito poterit desperari. Eodē mō i aia si pctm̄ suggerit memorie p cogitationē: nullū tn̄ prebuerit aut voluntas affectū/ aut deliberatio ipsa cōsensum: fateor quidē deformitas est: nec audire interi aia illa meret: tota pulchra es amica mea. Ceterū ⁊ si neuus est: sed nō morbus. Quod si volūtas quoq ipsa iam sensu delectatiōis afficit: resistit tamen adhuc deliberatio rōnis: infirmat quidez sed necdū moritur anima: clamet tamē necesse est. Sana me dn̄e ⁊ sanabor. Tunc enī mori dicit qn̄ et ipsa ratio ad peccatū per intentionē curuat. Hoc nēpe est peccatum de quo dicit. Anima que peccauerit/ ipsa morietur. Hunc triplicem gradū deplorat dauid ex persona peccatoris dicens dn̄o: expellendo de paradiso in latam huius seculi euagationem. Confirmasti super me manum tuam. Et qm̄ carnalia desideria sunt peccati pena. Non est sanitas in carne mea a facie ire tue. Iam vero vbi robur deest ratiōis: non est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum. ¶ Qui rursum eosdem gradus ex persona iusti decantat dicens. Memor fui dei et delectatus sum: ⁊ exercitat⁹ sum. Delectatus enī dicit p volūtatē exercitat⁹ per rationē. Ne ergo a memoria expellat deū irruens turba plurimarum cogitationū q̄ solent effluere tāq̄ vilis plebs in atrium: ponatur ad eius portam ianitor/ cuius nomē est recordatio proprie professionis: vt cum turpibus sese cogitationibus senserit anim⁹ pregrauari: increpet se et dicat sibi. Tu ne hec debes cogitare q̄ sacerdos es: q̄ clericus es: qui monach⁹ es? Cultor iusticie debet in se huiusmodi quicq̄ admittere: decet seruum christi amatorem dei/ tale aliquid vel ad modicum meditari. Hec dicendo excludet furū illicite cogitationis per recordationē proprie pfessionis. ¶ Similiter ad portā voluntatis in qua solent manere carnalia desideria tanq̄ in domo domestica familia: statuat hostiarius qui vocatur recordatio celestis patrie. Hic enī potest prauum desideriū quasi cuneus cūneū expellere: ⁊ ipsum qui ait: ecce sto ad ostiū ⁊ pulso sine cunctatiōe recipere. Iamvero ad thalamū ratiōis/ talis ⁊ tam ferox adhibēdus est custos q̄ nemini parcat: sed quicūq hostis siue clam siue palam ingredi p̄sumpserit/ pcul eū arceat ⁊ hic sit recordatio gehēne. In ceteris siquidē .i. memoria ⁊ voluntate nō ita est intolerabile. si vel memoria recipiat quādoq vagam cogitationem: vel voluntas impuram affectionem. Hoc vero grauissimum est ⁊ omnino damnosum: si vnq̄ ratio perdiderit intentionis rectitudinem.

¶ Sermo tricesimus.

Sicut portauimus imaginē terreni hominis portemus ⁊ imaginem celestis. Duo homines sunt: vetus ⁊ nou⁹ Adam vetus: christus nouus: ille terrenus: iste celestis: illius imago vetustas: istius imago nouitas. Est autez triplex vetustas: ⁊ ecōtrario triplex nouitas. Est etenim vetustas in corde: in ore: in corpore: i quibus tribus modis peccauimus cogitatiōe/ locutiōe/ ⁊ opere. In corde sunt desideria carnalia: ⁊ secularia: id est amor carnis/ ⁊ amor seculi. Similiter in ore est gemina vetustas: arrogātia ⁊ derogatio. Itē gemina in corpore: flagitia ⁊ facinora. Hec oia sunt imago veteris hominis: ⁊ hec oia renouāda sunt in nobis. Si non esset vetustas in corde: non diceret apostolus. Renouamini spiritu mētis vestre ⁊ induite nouū hominē qui sm̄ deū creatus est in iusticia ⁊ sanctitate veritatis. Item si non esset vetustas in ore: non diceret scriptura. Recedāt vetera de ore vestro. Et apostol⁹ dicit. Ois sermo malus non procedat de ore vestro: sed qui bonus est ad edificationē fidei: vt det gratiā audientibus: Sed ⁊ de vetustate corporis mentionem facit: cum dicit. Sicut exhibuistis mēbra vestra seruire immundicie ⁊ iniquitati ad iniquitatem. De cuius renouatione etiam subiungit. Ita nūc exhibete membra vestra seruire iusticie in sanctificationem. Renouetur ergo cor nostrum a carnalibus ⁊ secularibus desiderijs: vt exclusis illis introducatur amor dei: ⁊ amor patrie celestis. Recedāt ab ore nostro arrogantia ⁊ derogatio: ⁊ succedant pro his vera peccatorum nostrorum confessio ⁊ bona de proximis estimatio. Pro flagitijs ⁊ facinoribus que vetustas est corporis: assumatur cōtinentia ⁊ innocentia: vt scilicet contrarijs virtutibus contraria vitia depellantur. Hanc supradictam renouationē facit christus habitans in nobis per fidem: sicut ipse ait. Ecce noua facio oia. Unde ⁊ ad sponsam loquit in cāticis. Pone me vt signaculum super cor tuum: vt signaculum super brachiū tuū. Habitans igitur in corde est sapientia: habitās in ore veritas: habit

tans in corpore iusticia.

Sermo tricesimusprimus.

Spectaculū facti sumus mundo ⁊ angelis ⁊ hominib⁹ Ita plane: ⁊ malis ⁊ bonis pariter. Illos enim sollicitat inuidie passio: istos cōpassio misericordie: vt in nos incessanter intendāt: illi quidem defectū nostrū isti profectum desiderātes. Nimirū in ꝓbatiōe sumus inter paradisum ⁊ infernū interim mediꝫ: velut inter claustrū ⁊ seculum cōstituti. Diligenter considerat vtrinq quid agimus: vtrinq dicitur/ o si ad nos trāseat: intētione quidē dissimili: sed nō dispari forsitan volūtate. Quod si ita oīm oculi in nos: nostri quo abierūt aut quare soli ipsi recesserūt a nobis? A dextris siquidem ⁊ a sinistris tāto studio circūspecti/ soli dissimulam⁹ inspicere vitā nostrā/ soli nosmetipsos negligimus intueri: nec verētes deceptorios/ nec administratorios saltē spūs reuerentes. Me expectāt iusti donec retribuas mihi. Et item. Me expectauerūt peccatores vt perderent me. Hinc mihi gehēna/ inde corona parat: ⁊ inter hanc atq illam mediū/ nugari libet: oscitare delectat: Usq adeo nec trahor desiderio: nec piculo terreor nec cupidus plane nec pauidus: in quib⁹ magis fuerat necessarium: perniciosissime insensibilis ad vtrūq. Exurgamus aliqn fratres: nec in vano accipiamus aīas nostras: pro quibus aliꝫ tāto zelo vel in bonū vigilāt vel in malū. Nō est res parua quā sic insectātur hostes: ciues sic prestolantur.

Sermo tricesimussecundus.

Sqꝫ hodie in ciuibus babilonis/ aquarū effusio id est cōfusio cogitationū/ terrā facit inanē ⁊ vacuam. Dū enim fluctuat circa carnē cogitatio vniuersa: nullū ex ea sperare est fructū salutis. Diuidant ergo aque ab aquis: quatinus aīa q̄ꝫ vt dignū est partē sibi vendicet sollicitudinis ⁊ meditationis. Sane inferiores certis liminibus coerceantur/ certis contineant aluceis: necessitatis terminos non excedant: perinde superiores copiosius dilatent. Ex hoc sane dat dūs benedictionem: ⁊ terra nostra dabit fructum suum.

Sermo tricesimustertius.

Cum in populo dei carnales aliꝫ sint/ ⁊ aliꝫ spirituales: nec illi tn̄ eternoꝝ nec isti carēt oimō tpaliū desiderio. In eo sane distāt q plus alia appetūt aliꝫ: ⁊ fm ea q̄ pferūt aut spirituales aut carnales iudicātur. Hinc est q in benedictionibus iacob ⁊ esau: et ros celi ⁊ terre pinguedo nominat: sed nō eodē ordine in vtroq. Det tibi deus de rore celi: ⁊ de pinguedine terre abundantiā ait ysaac ad iacob. Ad esau vero. In pinguedine terre (inquit) ⁊ in rore celi desuper: erit benedictio tua. Quid aūt singuli preferant: a studijs eorū ⁊ sollicitudinibus innotescat.

Sermo. xxxiiij.

Integra ⁊ perfecta moralitas in duob⁹ pcipue cōsistit: in custādis vitijs ⁊ appetēdis virtutib⁹: qm̄ nō sufficit a malo abstinere: si nō ⁊ bonū faciam⁹. Inde psalmista. Declina a malo ⁊ fac bonū. Fugiam⁹ ergo vitia: amplectamur virtutes. Hystorias igit summatim delibātes: moralitatis fructus decerpam⁹. Fames cogit israel intrare in egyptū: statim reperit ibi nouū dn̄m: et de libero seruus efficit. Ex illius regiōis inhabitatiōe redigit sub potestate pharaonis: q̄ masculos pcepit interfici feminas reseruari. Israel operib⁹ luti ⁊ lateris duriter affligit: pharao paleas ministrat laborātibus. Fames cogit non fames panis neq sitis aque: sed audiendi verbum dei compellit multos intrare egyptum: hoc verbū dei est lux vera que illuminat omnē hominē venientem in hunc mundū. Unde psalmista. Preceptū domini lucidum illuminans oculos. Qui hāc lucē sequitur nō ambulat in tenebris: sed habet lumen vite. De luce preceptorū trāsitur ad lumen premiorum. Qui huius diuini verbi patitur egestatem: cogitur intrare egyptum. i. tenebras. Inuoluit enim tenebris ignorantie: ⁊ subiacet dominio pharaonis. i. diaboli qui princeps est egypti hoc est tenebrarum: iuxta illud apostoli. Nō est nobis colluctatio aduersus carnē ⁊ sanguinē: sed aduersus pricipes ⁊ potestates: aduersus mūdi rectores tenebrarum harū: cōtra spiritalia nequitie in celestib⁹. Sub iugo pharaonis fiunt lutea opera. i. dissoluta ⁊ sordida. Ab ipso dant palee. i. leues cogitatiōes. Palearū est leuiter accendi: ⁊ in momēto consumi. Sic ⁊ male cogitationes a diabolo immisse/ cito in mētibus nostris accēduntur: carnis mollicie consentiēte. Sed si viriliter studeam⁹ resistere deo iuuāte ꝓtin⁹ extingunt. Paleis accēsis coqbat lutū ⁊ solidabat in lateres ⁊ praue cogitationes q̄ sunt lutū: paleis delectationis accendunt. Que cum transeunt in actū ⁊ sic decoquunt: cū vero ducuntur in consuetudinem/ tunc solidantur.

Sermo tricesimusquintus

Beatus vir qui nō abijt in cōsilio impiorū. Pij sunt qui in deū credūt: ⁊ ipsum colunt. Est enim pietas cultus dei. Hic aūt cultus in tribus consistit: fide/ spe/ ⁊ charitate: q̄ sunt inuisibilia. His tribus carēt impij qui deū non colūt: ⁊ quorum consiliū est visibilia inuisibilib⁹: terrena celestib⁹ pponere. Horū caput ⁊ princeps est diabolus: q̄ primus a pietate recessit: ⁊ impius factus etiam homines in paradiso positos ab eadem pietate fraude sua deiecit: volens eos habere socios sui erroris ⁊ participes iniquitatis. Ille enim euā seduxit: ⁊ illa virū sibi subdidit. Similiter adhuc demon suggerit carni/ caro spiritui: ⁊ fit impiorum cōsilium Dicūt enim sibi inuicē. Sit nostrum sitenū marsupiū. Ponunt ergo in memoria quasi in marsupio q̄lq obolū suū: demon scꝫ suggestionē: caro delectationem: spūs ɔsensū. Inde tanq de symbolo cōparāt sibi victū cōpetētē. Caro qdē cōbustionem/ ignē scꝫ q̄ non extinguit: spūs malā cōscientiam idest vermē qui non moritur. Demon aūt emit vtriusq sanguinem. Ad hoc consilium impioꝝ itur quattuor modis. Quidam enim trahunt inuiti: aliꝫ attrahuntur illecti: aliꝫ seducūtur ignari: aliꝫ sequūtur spōtanei. Istis necessarie sunt quattuor virtutes: p quas armati resistāt ne in cōsilio eāt. Inuitus necessaria est fortitudo qua resistat vsq ad mortē minis/ cruciatibus et dānis. Illi q̄ attrahunt illecti indigent tēperātia q̄ reprimit illicita desideria nec cedit promissiōib⁹: nec emollit blandicijs. Illis q̄ seducunt ignari est opus prudētia q̄ ab vtilib⁹ inutilia discernit: ⁊ docet qd tenēdū qdue reijciēdū sit. Iusticia idigēt illi qui sequunt spōtane. Iusticia est rectitudo volūtatis: q̄ nec amat peccare nec peccato cōsentire. Iusticia ⁊ fortitudo sedē habēt voluntatē: qr voluntas iusta debet esse ⁊ fortis. Est autē iusticia ordinata hoc mō scꝫ mala respuēs bonis meliora preponēs. Hāc non videtur habuisse adā: q̄ malo ɔsentiēs/ qđ vtile erat deseruit. Prudētia ⁊ tēperātia sedē habēt i ratiōe: qr rō prudēs debet esse ⁊ tēperata. Est quippe prudētia: ratio docta scꝫ a gratia/ vitare cōtagia iniusticie propter iusticiā. Uitat quidem non solum iniusticiam apertam/ sed etiā illa q̄ sunt aliquo modo contra iusticiā: attendēs nō qđ licet sed magis qđ expedit: vitās diuitias ⁊ quedā alia non qr illicita sed qr iusticie solent esse impedimēta. Sed ꝓpter quosdā qui ex hypocrisi hoc faciūt: addit ꝓpter iusticiā. Iusticia est pfectio anime rationalis. Alie virtutes sunt ad ei⁹ acqsitionē vel cōseruationē: fortitudo: tēperātia: prudētia: q̄ iusticiā cōseruāt ne amittatur aut minuat. Postq vero pfecta est iusticia ⁊ transit in affectum cordis/ idem est qđ illa tria: qr fortis est/ prudens tēperata. Qui non abijt. Abire pertinet ad illos qui sunt incōstātes: ⁊ leuiter possunt impelli. Qđ quidam volentes euitare: fiunt euidenter obstinati: nullius cōsilio acquiescentes: propositū suū immobiliter tenētes: ⁊ ideo adiunctū est et non stetit: scꝫ vt nec leuis sit nec obstinatus. Uia peccatorū est mūdus vel propria voluntas que est supbia: ex q̄ oīa mala: sicut et cōmuni sunt bona. Et in cathedra pestilentie nō sedit. Sedet: qui docet exemplo suo faciens peccare alios. Cathedra est hec: ⁊ quattuor pedib⁹ subsistit. Primus pes est malicia: secūdus cōtempt⁹ dei: terti⁹ irreuerētia: quartus astucia. Malicia est amare malū et saporē mali habere: ⁊ malū qr malū est diligere: sicut facit diabol⁹ et nōnulli iniqui: Sed quia fit aliqn̄ vt tales timeant deū non timore bono: sed ne incurrant vl damnū rerū/ vel corporis cruciatum: vt amplius fiāt mali ɔtēnūt et ipsum deum: fit secūd⁹ pes cōtēpt⁹ dei. Itē posset fieri vt malū amarent/ deū contemnerēt: sed inhiberet eos pudor hoim cum quib⁹ habitāt: ideo ad augmētum mali sequitur tertius pes/ irreuerentia: vt nec deum timeant nec hoies reuereantur. Ad cōsummationē vero malicie: adest quartus pes astutia: vt sciāt vti trib⁹ predictis: miscētes oleo/ venenū/ ⁊ melli/ acetū. Eminēs pars cathedre cui sedens inheret est potētia. Si enim potens est q̄ predicta habet: tūc plurimū nocet: vel si potētē sibi allicere pōt: quē cōsilio suo seducat: ⁊ ad malū impellat. Deinde apponit puluinar vt suauiter sedeat. Puluinar fit de leuib⁹ pēnis auiū: significās vanā gloriā ⁊ fauorem popularem: quibus homines delectati extollūt. Scabelū pedibus supponitur: ne terrā tangāt. Tales enim nōnulli terrenas actiones non faciūt: sed spirituales simulāt vt magis decipiāt. Horꝫ doctrina est q̄si pestilētia multa loca occupans ⁊ vastās. Sed in lege dn̄i voluntas eius. Superiori versu dictū est quid sit respuēdum: in hoc autem dicitur quid sit appetēdū. In illo dictū est tanq declina a malo: in hoc autem et factum: qđ vtiq est ambulare in lege. Sꝫ qm̄ hec via agitur non gressu corporis/ sed affectu mētis: ideo dictū est in lege dn̄i voluntas ei⁹. Uelle enim (teste beato Gre.) mente ire est. Per hanc viā incedunt ⁊ quasi quendā cursum ducunt tria genera hoim: seruus/ mercennarius/ filius. Trahunt autem

hunt autem eundē currum iumēta: quorum nola sunt cōminatio et pmissio. Super cōminationem seruus sedet: super pmissionem mercenarius. Horū vterqȝ trahit currum: alter timore: alter cupiditate: ꝛ vterqȝ ꝓpꝛijs stimulis impellitur. Solus filius qui nec timore quatitur: nec illicit cupiditate / sed spiritu dilectionis agitur: sine labore aut lesione vehit in curru. Quicūqȝ em̄ spiritu dei agūtur: hi filij sunt dei. Habet etiā currus ille quattuor rotas: illas scȝ quattuor animi affectiones notissimas: amorē ꝛ leticiā timorē ꝛ tristiciā. Amant em̄ reprobi tēporalia / ꝛ letantur cū malefecerint: sed hunc amorē et hanc leticiā sequit timor ꝛ tristicia sempiterna. Electi vero quibus dicit: mūdꝰ gaudebit / vos aūt cōtristabimini: sȝ tristicia vestra vertet in gaudiū: ponūt primas rotas timorem ꝛ tristiciā posteriores amorē et leticiā. Ipsis etenim cōmutat timor in charitatē tristicia in leticiā sempiternā. ¶ Notādum autē q̄ hec via legis dn̄i consummatur sex diebꝰ: Et prima quidē dieta est gemitus cordis: secūda confessio oris: tertia largitio proprie possessionis: q̄rta labor corporis: quinta abnegatio ꝓprie voluntatis: sexta cōtemptus mortis. In septima fit quies ab omnibꝰ predictis: sperās octauā resurrectionis. Et in lege eius meditabit die ac nocte. In quocūqȝ statu sit homo positus nūq̄ recedendū est illi a lege dn̄i: sed semꝑ in die bonoꝝ nō immemor sit malorū: ꝛ in die malorū memor sit semꝑ bonorū. Potest etiā per diē ꝛ noctē contēplatiua ꝛ actiua vita intelligi: que ambe continentur in lege domini.

¶ Sermo tricesimussextus.

Dixit insipiens in corde suo: nō est deus. Deꝰ licet vnus sit ꝛ vnū sit: tñ nō sui varietate sed animi nostri mutatione gustātibꝰ nobis: diuersos videtur habere sapores. Sapit em̄ timēti iusticiā ꝛ potentiā: sapit amanti bonitatem ꝛ miam. Vñ ꝛ alibi ait idē iste ꝓpheta. Semel locutꝰ est deus: duo hec audiui: qr potestas dei est / ꝛ tibi dn̄e mia. Idē q̄ppe est audire hoc qd̄ gustare: qr vtrumqȝ fit mar simplicissima mēte. Itaqȝ semel locutus est deus: qr vnū genuit verbū. Ceterū nos per vnū verbū / duo hec audimus siue sapimus qr potestas dei est / ꝛ tibi dn̄e misericordia. At is quidē penitus insipiēs est: cui nec timorē deus sapit. nec amorē. Discat q̄tum vult: ego sapientem non dixerim / hū nec timebit nec diliget deū. Quō enim dixerimus in sapientia consummatū: quem video nec initiatū: Nā initium sapiētie timor dn̄i: cōsummatio amor: media sibi vendicat spes. Cui ergo nec iusticiā sapit deus per timorē: nec misericordiā per amorem: is plane dicit in corde suo non est deus. Deum enim non putat: quē nec iustum nec pium reputat.

¶ Sermo tricesimusseptimus.

Corrupti sunt ꝛ abhominabiles facti sunt in studijs suis non est qui faciat bonum: non est vsqȝ ad vnū. Habet anima corruptionem suam habet et corpus suam. Corruptio anime tripertita est: quadripertita est corporis. Corpus siqdem constat ex quattuor elementis. Anima vero in triplici vi subsistit. Est enim rationalis: concupiscibilis: irascibilis. Rationale cuius sanitas est cognitio veritatis: corrūpit superbia. Corrupta autem fallitur duobus modis. In cognitione sui: et cognitione dei. Concupiscentiā corrumpit vana gloria: irā inuidia. Corruptio corporis dicitur abhominatio: ꝛ fit quattuor modis: ſm quattuor elementa ex quibus constat. Quattuor enim sunt que corpus corrumpunt: curiositas / loquacitas / crudelitas / voluptas. Sunt autē quattuor partes corporis: in q̄bꝰ singulis maxime vigent singula elementa. Nā in oculis est ignis: in lingua q̄ vocē format aer: in manibꝰ quarū ꝓprie tactꝰ est / terra: in mēbris genitalibꝰ / aqua. Has quattuor partes corrūpit illa quadripertita pestis. Oculos scȝ curiositas: linguā loquacitas: manus crudelitas: genitalia voluptas. Sic hūt hoīes corrupti ꝛ abhominabiles: corrupti in aīa: abhominabiles in corpore: corrupti corā deo: abhominabiles corā hoībꝰ. Nō est q̄ faciat bonū nō ē vsqȝ ad vnū. Quattuor gn̄a sunt hoīm: quoꝝ oīm nullū est qd̄ faciat bonū nisi vnū. Quidā em̄ sūt q̄ deū nec itelligūt nec reqrūt: ꝛ hi mortui sunt. Alij itelligūt qdē: sȝ nō reqrūt ꝛ hi ipi sunt. Alij reqrūt / nō aūt itelligūt: ꝛ hi fatui sunt. Alij vo ꝛ intelligūt ꝛ requirunt: ꝛ hi sancti sunt. De quibꝰ solis dici potest qr ipsi sunt qui faciūt bonum.

¶ Sermo tricesimusoctauus.

Multiplicate sunt infirmitates eoꝝ: postea acceleraverūt. Quid dissimulāt hoīes in vita sua agere penitētiam: ꝛ extrema de cōfessione p̄sumūt: Quō sub vnius hore articulo reuocari posse estimant oīa aliena: cuiꝰ cōcupiscētie ꝛ desideria per totū mundū sparsa sunt: ꝛ vbiqȝ terrarū velut quodā visco tenent: Non dico (au dn̄e / q̄n talium saluē aliquos: potēs sis em̄ in momēto oīa reuocare: sȝ nō cōgregabo cōuēticula eoꝝ de sanguinibꝰ. i. qui in sanguine ꝑseuerāt donec multiplicatis infirmitatibꝰ deserātur a peccatis anq̄ deserāt ea: nō magna taliū cōuenticula cōgregabo. Si bene memini in toto canone scripturarū vnū latronē inuenies sic saluatū. Noli ergo huic tā ꝑiculose expectationi credere temetipsum. Et qdē spūs nō mō vbi vult sed q̄n vult spirat: nec ei difficile est de subito ꝑfectā dare cōtritionē cordis: quā vix multo tꝑe alij cōsequunt. sed vn̄ scis q̄ tūc tibi ita subuenire velit quē tu interim sic repellis: Benignus qdē est spūs sapientie: sed non liberabit maledictū a labijs suis. Audi quis ille sit. Maledictus qui peccat in spe.

¶ Sermo tricesimusnonus.

Preuenisti eū in benedictiōibꝰ dulcedinis. Triplex nobis necessaria est benedictio: preueniens / adiuuās ꝛ ꝯsummās. Prima mie: scd̄a gratie: tertia glorie. Preuenit mia cōuersionē: adiuuat gratia ꝯuersationē: perficit gloria cōsummationē. Nisi trinam hanc benedictionem dederit deus: nō potest dare terra nostra fructū salutis. Neqȝ em̄ aut inchoare bonū donec a mia preueniamur: aut agere bonū donec adiuuemur a gratia: aut cōsummari in bono possumus donec gloria repleamur. Uerum in his tribus nō immerito dulcius sapit ea q̄ non mō immeritos sed et male meritos preuenit: vt dū adhuc filij sumus ire / ꝛ operamur opera mortis: ipse cogitet super nos cogitationes pacis: ꝛ nō petētibꝰ quidē immo ꝛ impetētibus: nō inuocantibus sed prouocātibus: non interpellantibus sed etiam repellentibus: spm̄ bonū: spm̄ vite adoptionis spiritū largit. Quid illi anime dulce sapiat: cui mia tanta non sapit: Merito proinde benedictio dulcedinis nominatur ea que preuenit: quia que adiuuat fortitudinis: que consummat plenitudinis est.

¶ Sermo quadragesimus.

Populus quem nō cognoui seruiuit mihi. Nō esset magne admiratiōis si populus a deo cognitus seruiret illi. Cum vero incognitus illi seruiat ꝛ in auditu auris obediat: magne laudi ascribendum est. Et hoc genere cognitorū ꝛ non cognitorum / ꝛ cognoscētiū ꝛ nō cognoscētiū sunt quattuor dr̄ie. Quidā em̄ sunt q̄ a deo cognoscunt ꝛ deū cognoscūt: alij nō cognoscunt nec cognoscūt: alij cognoscunt qdē: sȝ ipsi nō cognoscūt: alij nō cognoscūtur / ꝛ tñ cognoscūt. Cognoscere dei est felicē facere: cognoscere hoīs / est gratias agere. Qui ergo cognoscūt a deo ꝛ deū cognoscūt sci angeli sunt: q̄ ab eo felices facti / eiꝰ laudibꝰ semꝑ vacant ꝛ obsequijs deseruiūt. Qui nec cognoscunt nec cognoscūt / pauperes sunt necessarij quos nec rerū temporaliū copia ditat: nec beatificat seruitus diuina. Qui aūt cognoscunt sed non cognoscunt diuites sunt huius seculi: q̄ acceptis qdē opibus affluunt: sed carnalibꝰ desiderijs huiꝰ seculi pressi: nunq̄ ad celestia cor suspendunt. Qui vero nō cognoscuntur ꝛ cognoscunt pauperes sunt volūtarij: quos nec tribulatio nec angustia nec alia quecūqȝ pericula possunt separare a charitate dei. Et hi nimirum multis modis ꝓbant aduersis durisqȝ fatigāt tribulationibꝰ sicut scriptū est. Uasa figuli ꝓbat fornax: ꝛ homines iustos temptatio tribulationis. Ex quorum itē persona loquitur. Deꝰ deꝰ meꝰ respice in me: quare me dereliquisti. Nū qd non incogniti vident qui orant vt respiciantur: Uerumtamē licet derelicti videant: ipsi tamē deū cognoscūt: ꝛ ex ꝑsona cognoscētiū statim in eodē psalmo subinfert. Deꝰ meꝰ clamabo per diē ꝛ nō exaudies: ꝛ nocte / ꝛ nō ad insipiētiā mihi. De his ergo vox diuina dicit. Populꝰ quē nō cognoui seruiuit mihi. Ac si aperte diceret angelis suis. Quid si vos mihi seruitis q̄s felices facio: quādo quidē illi mihi seruiunt quos in sua paupertate derelinquo: Et qd si vos mihi obeditis q̄ faciē meā videtis cū ꝛ illi obediāt: qui me tm̄ audiunt et non vident: Uident quippe angeli: audiunt homines. Audiunt scilicet ꝛ obediunt vt quādoqȝ similes angelis facti / mereantur ipsi quoqȝ videre. Itaqȝ auditus est meritum videndi: visio premium audiendi. Et prius est audire / videre posterius: sicut scriptum est. Audi filia ꝛ vide. Quisquis ergo in futuro deū videre desiderat: profecto necesse est vt in presenti prius deum audiat et in auditu auris obediat.

¶ Sermo quadragesimusprimus.

Mors peccatoꝝ pessima. Mala in amissiōe mundi: qr non possunt sine dolore separari ab eo quē diligūt. Peior in dissolutiōe carnis: a qua euellunt eoꝝ aīe a spiritibꝰ malignis. Pessima in tormētis inferni: q̄n corpꝰ ꝛ anima perpetuis simul addicunt ignibꝰ. E contrario bonorū mors optima: q̄m quidē fit ibi quies a labore: fit iocunditas de nouitate: fit securitas de eternitate.

¶ Sermo quadragesimussecūdus.

Tria sunt tabernacula/atria/domus. In tabernaculis sunt omnes iusti in carne viuētes ₇ laborātes: q₂ tabernacula laborantiū sunt ₇ militantiū. Tabernaculum vero habet tectum sed fundamēto caret: et portabile est: q₂ iusti presentibus non sunt fundati sed inquirunt ciuitatem: desursum fundamenta habentem. Fides etiam eorum que est fundamentum: non est in terrenis sed in dn̄o. Tectum habēt: idest munimentum gratie ₇ protectionē. Atria sunt domui vicina: amplitudinez habentia. In illis sunt anime sancte corporibus exute que in latitudine sunt/deposita carnis angustia. Atria habent fundamētum sed nō tectum: q₂ anime que in amore dei sunt nō ruunt: vnde stantes erant pedes nostri: sed non habent tectum adhuc expectantes augmentum: quod non erit nisi resurrectiōe corporum suorum. Post ipsam sane resurrectionē cum angelis erunt in domo: que habet fundamentū ₇ tectum. Fundamentum est stabilitas eterne beatitudinis: tectum consummatiō ₇ perfectio ipsius.

Sermo quadragesimustertius.

Paratum cor meum deus: paratum cor meum. Via regia fratres: nec ad dexterā declinat nec ad sinistrā. Porro inuenire est hoiez semel q̄dē paratū nō q̄dē sc̄dō. Si dixerit ei deus: ejce ancillā ₇ filiū ei⁹ dico autem opera carnis: non cunctatur. Si dixerit: immola mihi filium tuū quem diligis ysaac: hoc plane iam patienter audire non potest: vt fraterne vtilitatis aut vnitatis gratia: spiritalis sustinere videatur studij detrimenta. Quidni abijciat facile seruus christi: quicquid ad corpoream pertinet voluptatem. At vero spiritali iocunditate equanimiter fraudari quando aut obedientia cogit: aut fraterne charitatis ratio postulat: hoc plane magnū ₇ deo gratū offerre est holocaustum. Memento tñ nō ysaac in hoc sacrificio: sed arietem cōtumacie iugulari.

Sermo quadragesimusquartus.

Ecce q̄̄ bonū ₇ q̄̄ iocundū habitare fratres in vnū. Est vnitas naturalis: vnitas carnalis: vnitas virtualis: vnitas moralis: vnitas spiritalis: vnitas socialis: vnitas psonalis: vnitas principalis. Unitas naturalis est inter corpus ₇ animā. Unitas carnalis inter virū ₇ mulierē: de qua dictum est. Erūt duo in carne vna. Unitas virtualis est q̄ hominem sibijpsi coniungit: vt nō per diuersa effluat: sed cū propheta vnam petat a dn̄o. Unitas moralis est q̄ nos ꝯiungit p̄ximo. Un̄ psalmista. Qui habitare facit vniusmoris in domo. Unitas spiritalis est q̄ nos cōiungit deo Unde apostolus. Qui adheret deo vnus spūs est. Unitas socialis inter angelos: quibus omnimodis idē velle est: idē nolle. Unitas personalis in xp̄o. Unitas principalis q̄ ₇ substātialis est in trinitate. Ecce q̄̄ bonū ₇ q̄̄ iocundū. Sūt quedā bona ₇ iocunda: sunt quedā nec bona nec iocūda. Sūt quedā bona: ₇ nō iocunda: sunt quedā iocunda ₇ nō bona. De bonis ₇ nō iocundis peruenit̄ ad bona ₇ iocunda. De iocundis ₇ non bonis peruenit̄ ad nō bona ₇ nō iocūda. Bona ₇ nō iocūda sunt continentia/patiētia/disciplina. Jocūda ₇ non bona: voluptas/curiositas/vanitas. Nec bona nec iocūda: inuidia/tristicia/accidia. Bona ₇ iocunda: honestas/charitas/puritas. Ad hoc bonū ₇ iocūdū obtinendū: necessaria est vnitas virtualis ₇ vnitas moralis. Palmā disturbāt pusillanimitas ₇ leuitas. Pusillanimitas facit ꝓpositū relinq̄re: leuitas mutare. Alterā obstinatio/suspitio/₇ simulatio disturbant. Obstinatio nō recipit p̄ximū: suspitio nō credit p̄ximo: simulatio nō seiungit p̄ximo. Spes eternorum expellit pusillanimitatem: humilis obedientia leuitatem. Obstinatio humilitate: suspitio ₇ simulatio charitate pelluntur.

Sermo quadragesimusquintus.

Non est speciosa laus in ore pctōris. Etiā q̄ est ī ore pctōꝝ penitētis nō videt̄ speciosa: q₂ adhuc de pctī recordatiōe ₇ memoria cōfusionē patit̄: ₇ frequēter inde cōpungit̄. Sz tñ in eo est vtilis ₇ fructuosa cōfessio: ₇ si nō speciosa decoraq₃ laudatio. Post q̄̄ vo de bn̄ficijs dei ꝓficiens adheret diuine laudi: ₇ ī ea assidue delectat̄ ₇ ꝓficit: ita vt nihil aliud placeat: et tūc in ore ei⁹ est speciosa laus dei ad silitudinē agricole: q̄ dū stercorat agrū suū totus ī luto est ₇ stercorib⁹/nō ē pulcher labor ei⁹/₇ si sit fructuosus: sz qn̄ colligit māipulos segetū: tūc labor ē specios⁹ ₇ dlctis.

Sermo quadragesimussextus.

Omni custodia serua cor tuū: q₂ ex ipso vita ꝓcedit. Duob⁹ autem modis vita a corde procedit. Aut quia corde creditur ad iusticiam: et iustus ex fide viuit: ₇ fide mundatur cor: ₇ mundo corde deus videt̄. i. agnoscit̄: ₇ hec est vita eterna vt cognoscant te vnum deum: et quez misisti iesuz xp̄m aut q₂ xp̄s vita nostrā qui nūc per fidem habitat in cordibus nostris: erit cū apparebit: ₇ nos cū ipso apparebimus in gloria: ₇ q̄ nūc latet in corde tunc quasi de corde ad corpus procedet: q̄n reformabit corpus humilitatis nostre configuratū corpori claritatis sue. Unde et alius apostolus. Nunc filij dei sumus: ₇ nondū apparuit quid erimus. Sed considerandū est quomodo dicat: omni custodia serua cor tuum. Solēt dicere hoies huius seculi: bonū castellū custodit qui corpus suū custodit. Nos autē nō sic: sed sterquilinū vile custodit qui custodit corpus suum apostolo teste: q̄m qui seminat ī carne de carne metet corruptionem. Qui vero inquit in spiritu: de spiritu metet vitam eternam. Ac si dicat colendū/custodiendū magis anime castrum: q̄m eterna ex ipso vita procedit. Sed castrū istud in terra inimicorū situ vndiq₃ impugnatur: ₇ idcirco omni custodia. i. ex omni parte vigilanti sollicitudine est muniendum: inferius/superi⁹/ante ₇ retro: a dextris ₇ a sinistris. Inferius impugnat concupiscentia carnis q̄ militat aduersus animā: q₂ caro cōcupiscit aduersus spm̄. Superius imminet iudiciū dei. Horrēdū est em̄ incidere in manus dei viuentis. Sollicite satis hac parte cor suū custodierat/ q̄ dicebat. Sēper em̄ quasi tumētes sup me fluctus: timui deū. Retro mortifera delectatio est q̄ orit̄ ex recordatione preteritorū pctōꝝ. Ante instantia tētationum. A sinistris vero arrogantiū fratrū ₇ murmurantiū inquietudo. A dextris obedientiū fratrū deuotio. Possunt em̄ hi quoq₃ nisi caueat̄ duobus nocere modis: aut bonis eorū actib⁹ inuidendo: aut singularē grāz emulādo. Vigilet ergo aduersus carnē rigor disciplinę. Cōtra iudiciū dei: iudiciū ꝓprię cōfessiōis: ₇ hoc sit duplex Manifestū de manifestis: occultū de occultis. Un̄ ait apl̄s. Si nosmetipsos dijudicaremus/ nō vtiq₃ iudicaremur. Cōtra delectationē q̄ ꝓcedit de recordatione p̄teritorū pctōꝝ frequentia lectiōis: cōtra instātiā tētatiōis: instantia supplicis orationis. Cōtra fratrū inquietudinē patientia ₇ cōpassio. Aduersus obedientiū fratrū feruorē cōgratulatio ₇ discretio. Cōgratulatio em̄ expellit inuidiā: discretio nimiā emulationē.

Sermo quadragesimusseptimus.

Mel inuenisti noli multū comedere: ne forte saciatus euomas illud. Potest nō incōgrue hoc loco mellis nomine fauor hūane laudis intelligi. Meritoq₃ nō ab omni sed ab immoderato mellis huius edulio ꝓhibemur. Est em̄ cū vtiliter hūanas laudes recipim⁹: fraterne dūtaxat intuitu charitatis: ₇ ad salutē coꝝ q̄ nobis ꝓpterea facili⁹ acquiescūt. Hac ergo parcitate seruata: mellis huius moderata comestio non nocebit. Si quid vo ampli⁹ est: a malo est/₇ in perniciē cōuertet̄. Inuento em̄ melle imoderatius vescit̄: quisquis apponēs omnino cor suū fauore humane laudis inflat̄/incrassat̄/impinguat̄: a quo se propheta sanctus custodiri deprecat̄ a dn̄o: non quidē mellis sed olei satis vicina appellatione ipsum quē prediximus fauorē exprimēs vbi ait. Oleū aūt pctōris nō impinguet caput meū. Uis nosse qn̄ euomat immoderatus epulator mellis eduliū: q̄̄ vsq₃ ad satietatē sumēs/modū pcitatis excessit. Tūc sine dubio laudes q̄b⁹ lactabat̄ nō aliū fructū querēs sed fauore ipo cōtentus humano/tūc inq̄̄ multa cū anxietate euomit: q̄ cū preciosa delectatione comedit: cum alium quēlibet laudari audiēs inuidia contabescit. Meus enim dedita vanitati/ et arrogantia tumens: laudem alterius: suam reputat vituperationem.

Sermo quadragesimusoctauus.

Duo loca sunt aīe rōnalis: inferior quē regit: et superior in quo requiescit. Inferior quē regit corpus/superior in quo quiescit deus. De vtroq₃ pōt recte itelligi q̄ scriptū est. Si ascēderit sup te spūs potestatem habētis: locum tuum ne dimiseris vel inferiorem scz regēdo vel superiorē quiescēdo. Sed hoc q̄ prius dixi: cōuenit rudibus adhuc ₇ imperfectis: quibus loquitur apostolus. Humanum dico propter infirmitatem carnis vestre. Sicut em̄ exhibuistis membra vestra seruire immundicie et iniquitati ad iniquitatem: ita nunc exhibete mēbra vestra seruire iusticie in sanctificationē. Habet quippe anima tria facere in corpore: viuificare/sensificare/regere. Sed siue auferat̄ vita siue sensi⁹ ꝑturbetur: de neutro cōdēnat̄. Si uero temptatori victa succubuit: hoc illi ad peccatum reputat̄. Dicit̄ er g ne ascēdēte super eā spiritu locū suū deserat: hoc est ne, ingruente tēptatione mēbra sua arma iniquitatis pctō exhibeat. Notandū aūt q̄ dicit̄ Si ascēderit sup te spūs ptātē hauētis. Nihil q̄ppe aduersus nos malign⁹ spūs pōt: nisi missus aut ꝑmissus. Un̄ cū ei⁹ sit voluntas semp mala: nūq₃ potestas est nisi iusta. Nā volūtas q̄dē mala ex seipso sibi inest: potestatē vero non aliunde q̄̄ a deo hz Quam tamen potestatem semper moderatur dn̄s: ne scilicet ex

nequitia

Job.xvij. Phil.iij. I.Joh.iij. Gal.vj. Heb.x. Job.xxxj. I.Cor.xj. Prouer.xxv. ps.cxl. Eccle.x. R

ps.cxvj. ps.lvj. Gen.xxj. Gen.xxij. ps.cxxxij. Gen.ij. ps.xxvj. ps.lxvij. I.Cor.vj. eccle.xv. prouer.iiij. Rom.x. Mat.v.

nequitia voluntatis plus puniat quecorum exigit merita quam penis sui. Et hec de inferiori loco dicta sunt. Ceterum de superiori hoc intelligitur: ne quietem mentis quam in deo habet temptante diabolo deserat: sed vndecunque ille temptauerit/ipsa in deo fixa constanter in tranquillitate permaneat. Hec posterior sententia conuenit perfectis qui cum helya dicere possunt: viuit dominus deus israel/in cuius conspectu sto. Et illud de iohanne apostolo: quia sicut ille est et nos sumus in hoc mundo. Hec inquam sententia conuenit perfectis: qui iam in sua conuersatione quodammodo imitantur statum eternitatis.

Sermo quadragesimusnonus.

Eccl.xi.

Siue ad austrum siue ad aquilonem arbor ceciderit ibi erit. Austri calor et leditas in sacra scriptura bonam solet habere significationem. Ab aquilone vero panditur omne malum. Porro homines sicut arbores vidit aliquis. Excidit autem arbor in morte et quocunque ceciderit ibi erit: quia ibi te iudicabit deus vbi inuenerit. Ibi inquam erit immutabiliter et irretractabiliter. Videat quo casura sit antequam cadat: quia postquam ceciderit non adiciet vt resurgat: sed nec vt se vertat. Quo vero casura sit arbor si scire volueris: ramos eius attende. Vnde maior est copia ramorum et ponderosior: inde casuram ne dubites si tamen fuerit tunc excisa. Rami nostri: desideria nostra sunt. Quibus ad austrum extendimur si spiritualia fuerint: si carnalia ad aquilonem. Que vero preponderent medium corpus indicat. Ea namque preponderant: que secum traxerint corpus. Sic enim est corpus nostrum inter spiritum cui seruire debet/et carnalia desideria que militant aduersus animam siue potestates tenebrarum: ac si vacca sit inter raptorem et rusticum constituta. Quicquid ille minetur quicquid intendat: si vaccam non duxerit rusticus vicit. Sic quantumcunque seuiat malignus/quantumcunque praua desideria crucient/si vas suum sibi vendicat anima: procul dubio vicisse credenda est: vt quemadmodum ait apostolus. Non regnet peccatum in nostro mortali corpore sed sicut exhibuimus membra nostra seruire iniquitati ad iniquitatem sic exhibeamus seruire iusticie in sanctificationem.

Ro. vi.

Sermo quinquagesimus.

Otiosi sunt qui in opere dei strenue exercentur: qui seminant in lachrymis sed in gaudio metent. Isti sane quecunque sunt mundi huius arbitrantur vt stercora. Piger vero cuius sabbata videntes hostes deriserunt: dehonestatur ab hostibus in ocio suo sicut deuotus strenuus in laboribus suis honestantur a deo. Quem enim maligni spiritus pigrum vident ad spiritualia exercitia: in cogitationibus eius ingerunt importune terrena: velut de stercoribus boum massas coagulantes et pigrum sicut dignus est lapidantes.

Sermo quinquagesimusprimus.

Sap. xi.

Omnia fecisti in pondere et mensura et numero. Ad differentiam ipsius diuine essentie dictum est. Creature enim in pondere et mensura et numero facte sunt solus creator his omnibus caret. Pondus in dignitate rei consideratur. In pondere igitur facta est/que rei sui generis est comparanda: aut secundum maius aut secundum minus: aut secundum equale. Pondus habet quod quanti valeat estimari potest. Mensura vero: in loco et tempore consideratur. Quod si locum solum accipimus corporalem: incorporeorum mensura in tempore erit et non in loco. Neque enim anima in loco potest esse corporeo: nec corpus de quo magis videtur locus anime est. Quod enim corpore clauditur: quod sic vegetat exteriora sicut interiora: sic est in superficie cutis sicut in visceribus intimis. Sed ex affectione carnali et consuetudine corporum sic errat anima: vt seipsam nesciat nisi corpoream cogitare. Vbi est enim thesaurus eius: ibi est et cor. Hoc sapit quod diligit. Affectionibus siquidem obligata et illita terrenis: suam ipsius faciem considerare non potest. Infixa est in limo profundi: et seipsam non videt: sed putat formam suam esse luteam quam portat imaginem. Sed omnino aliter est: et aliter consideratur mensura anime secundum locum. Locus siquidem vniuscuiusque rei: finis est sue substantie. Substantia vero anime in ratione in memoria: in consilio: in iudicio: ceterisque similibus est: que omnia suo quoque fine clauduntur. In mensura est ergo factus omnis spiritus preter diuinum: quia et ratio eius et memoria et cetera omnia suam habent mensuram. In numero facta sunt omnia: vel secundum partium compositionem vt sunt corpora: vel secundum varietatem et mutabilitatem: vt sunt etiam incorporea. Solus deus est: in quem nec pondus nec mensura cadit omnino nec numerus. Vnus deus est: non habet sui generis cui valeat comparari. Vnus est et solus ipse penitus inestimabilis: eternus quoque et immensus: indiuisus et omnino inuariabilis.

Mat. vi.

Sermo quinquagesimussecundus.

Cant. i.

Osculetur me osculo oris sui. Tria sunt oscula: primum pedum: secundum manuum: tertium oris. Cum primo conuertimur: pedes domini osculamur. Duo autem sunt pedes domini: misericordia et veritas. Hunc vtriusque pedem deus conuertentium cordibus imprimit: et vtrumque pedem peccator quisque si vere conuertitur amplectitur. Si enim solam misericordiam sine veritate reciperet: per presumptionem caderet. Rursus si veritatem sine misericordia reciperet: nihilominus per desperationem periret. Sed vt fiat saluus: ad vtrunque pedem humiliter prouoluitur vt per veritatem peccata damnet: et per misericordiam veniam speret: et hoc primum osculum. Secundum osculum fit: cum primum ad bona opera consurgimus. Tunc manus domini osculamur: cum ei nostra bona opera offerimus: vel cum ab eo virtutum dona recipimus. At vero tertium osculum tunc fit: cum iam consumpto luctu penitentie: iam acceptis virtutum donis mens celesti desiderio inspirata: ad secreta interioris cubiculi gaudia impatiens amoris introduci desiderat: cum dulcibus suspiriis vocem suam interrumpentibus pio cordis affectu decantat. Vultum tuum domine requiram. Et ita ex vehementi desiderio fit ei presens sponsus: quem sic amat quem sic affectat: cui sic suspirat. Primum itaque osculum fit in remissione peccatorum. et dicitur propiciatorium. Secundum fit in donis virtutum: et vocatur numeratorium. Tertium fit in contemplatione celestium: et vocatur contemplatorium. Sciendum est autem esse duo genera contemplationis. Quidam enim sunt qui ascendunt et cadunt: alii vero qui rapiuntur et descendunt. Ascendunt sicut illi de quibus scriptum est. Cum cognouissent deum: non sicut deum glorificauerunt: aut gratias egerunt. Gratias non egerunt: quia viribus suis et ingenio tribuerunt: quod deus reuelauit illis. Ideo sequitur casus eorum: et euanuerunt in cogitationibus suis dicentes enim se esse sapientes stulti facti sunt. Electi vero capiuntur: sicut paulus et sui similes. Sed et descendunt: vt ea que per excessum mentis viderint loquantur paruulis: eo sane modo quo capiantur ab ipsis. Rapitur paulus cum dicit. Siue mente excedimus deo. Descendit/cum dicit. Siue sobrii sumus vobis. Hoc posteriori genere contemplationis rapi desiderat anima perfecta in castissimos amplexus sponsi sui dicens. Osculetur me osculo oris sui. Ac si diceret. Ego non viribus meis/non industria/non meritis/ad contemplanda gaudia domini mei assurgere valeo: sed ipse osculetur me osculo oris sui. id est eius gratia fiat: non per doctrinam: non per naturam: sed per gratiam suam osculetur me osculo oris sui. Miro autem modo gratiam operantis/et opus et modum operis eleganter expressit. Cum enim dicit osculetur: operantis gratia monstratur. Cum autem supponit osculo: ipsum opus id est contemplatio designatur. Cum vero adiungit oris sui: modum operis scilicet quo fiat contemplatio euidenter expressit. Per os quippe verbum intelligitur. Fit autem contemplatio ex condescensione verbi dei ad humanam naturam: per gratiam et exaltationem humane nature ad ipsum verbum per diuinum amorem. Nec absurdum cuiquam videri debet si in contemplatione verbi dei hec ita distinguamus: cum eiusdem quoque verbi dei incarnationem/eodem ordine factam euangelium testetur. Ibi etenim gratia premittitur: cum ab angelo virgo salutatur. Aue inquit gratia plena. Etenim cuius sit et quanta sit ipsa gratia: subiungit dicens. Dominus tecum. Opus etiam eiusdem gratie subinfertur: cum dicitur. Benedictus fructus ventris tui. Fructus namque ventris tui: incarnatio est verbi. Modus vero tanti operis edocetur: vbi dicitur. Spiritussanctus superueniet in te: et virtus altissimi obumbrabit tibi. In quibus operibus verbi siue his que de euangelio protulimus: siue his que de canticis canticorum exposuimus manifeste constat: et istam scilicet incarnationem ex sola vbertate diuine gratie esse factam: nec illam id est contemplationem vnquam humana voluntate sed diuino tantum munere prouenire posse. Et notandum quod hec ipsa contemplatio tribus modis pro diuerso statu temporum distinguitur. Et primo quidem vocatur cibus: secundo potus: tertio ebrietas. Vnde et in consequentibus/electi quoque voce sponsi inuitantur dicentis. Comedite amici: bibite/et inebriamini charissimi. Prius comedunt dum in carne adhuc corruptibili degunt. Postmodum vero corpore exuti et in celum translati iam bibere dicuntur eadem que prius comederant: quia iam per speciem contemplantur sine labore que prius per fidem crediderant dum in corpore positi peregrinarentur a domino: et in sudore vultus sui vescerentur pane suo: sicut et nos facilius sumimus ea que bibimus quam illa que mandimus: quia in illis nonnullus labor: in his leuis est transitus. In hoc ergo statu positi sancti bibere quidem possunt sed inebriari non possunt: quia in perfectissima contemplatione diuinitatis quodammodo retardantur: dum adhuc resurrectionem sui corporis in fine seculi prestolantur. Qua facta ita corpus menti et deo mens inherebit: vt iam deinceps nihil sit quo ab interna ebrietate contemplationis reuocari possit. Prima itaque inuitatione qui comedunt vocantur amici: id est cari. In secunda quia bibunt cariores: in tertia quia inebriantur carissimi. Quia meliora sunt vbera tua vino. Duo sunt vbera sponse: vnum congratulationis: alterum compassionis. Vnde apostolus his duobus paruulos fouens gaudere ait cum gaudentibus: flere cum flentibus. Vinum accipitur desiderium seculare: de quo scriptum est. Fel draconum vinum eorum: et venenum aspidum insanabile. Fragrantia vnguentis optimis innuit quod ali-

Ps. xxvi. Ro. i. Ibidem. ii. Cor. v. Ibidem. Cant. i. Luce. i. Cant. v. Cant. i. Ro. xii. Deutero. xxxii.

qua sunt vnguēta bona: aliqua meliora: q̄bus omnibus supfe-rātur hec optima. ¶ Dicamus ergo tria genera esse vnguentorum. Primū fit de recordatiōe peccatoꝝ: cū pro ipsis cōpungimur ⁊ veniā petimus: ⁊ hoc vnguentū bonū est: q2 cor contritū ⁊ humiliatū deus nō spernit. Effundit aūt ad pedes dñi: ibiq3 remunerationē accipit: sc3 remissionē peccatoꝝ: cu3 dñs dicit. Remittunt ei peccata multa: qm̄ dilexit multū. Secundū vnguentu3 fit de recordatiōe beneficioꝝ dei. Et hoc recte ad caput effundit: q2 ꝟtutes nō nisi ad deū a quo sunt referunt. Hoc aūt vnguētū iā chari9 est: q2 de hoc scriptū est. Ut q̄d perditio ista vnguēti facta est. Poterat em̄ venūdari plusq3 trecētis denarijs ⁊ dari pauperib9. Sed hāc ꝑditionē approbat dñs cū dicit. Sinite eā. Quid illi molesti estis? Pauperes em̄ semp habetis vobiscū: me aūt nō semp habebitis. Nō solū approbat s3 etiā remunerat cū dicit. Amē dico vobis vbicūq3 ꝑdicatū fuerit hoc euāgeliū ī toto mūdo dicet ⁊ q9 hec fecit in memoriā ei9. Tertiū ergo vnguētu3 cōponit de ꝑciosis aromatib9: sicut de quibusdā sanctis mulieribus scriptū est: q9 emerūt aromata vt venientes vngerēt iesu3. Sed hui9 tertij vnguēti non fit aliqua effusio vel ꝑditio: q2 noluit dñs illud sup corpus suū mortuū effundi: sed seruari viuo corpori suo. i. ecclesie sancte cui nimirū mulieres q̄ cū vnguētis venerāt/ mittūt resurrectionē euāgelizare. Primū itaq3 vnguētū vocat vnguentu3 cōpunctiōis et absumit igne cōtritiōis. Scd3 deuotiōis: ⁊ absumit igne charitatis. Tertiū vocat vnguentu3 pietatis: quod nō absumitur sed integrum conseruatur.

¶ Sermo quinquagesimustertius.

Sicut de christo duo sunt/ vnū nobis incognitū: sc3 generatio diuina de q̄ scriptū est: gñationē ei9 quis enarrabit: alterū cognitū vt gñatio vel opa humana: ita etiā de spiritu sancto. Aliud eius mostris est mentibus occultū: sc3 quō ꝓcedat a pr̄e ⁊ filio cum sit equalis ⁊ coetern9 eidē patri ⁊ filio: aliud vero ipo docēte manifestū: vc3 q̄bus modis operet gratiā suā in nobis. Duplex quippe est opatio sancti spūs. Opat em̄ in nobis aliud ꝑpter nos: aliud propter ꝓximos. Propter nos. i. ꝑpter vtilitatē nostram operat in nobis: primo cōpunctionē: cōsumēdo pctā. Secundo deuotionē/ vngendo ⁊ sanādo vulnera. Tertio creando intellectū: tanq3 pane cōfirmat nos ⁊ roborat. Quarto hec ipa multiplicius augēdo ⁊ amorē infundendo: quasi vino inebriat. Cetera charismata. i. sapiētia cōsilia ⁊ hmōi: dantur nobis ad vtilitatē alioꝝ. Vn̄ apl̄s cū de distributiōe donorū loqueret nō ait simpliciter: alij dat sapiētia: alij sciētia: s3 addidit dicēs sermo sciētie: sermo sapiētie: vt oñderet q9 hmōi dona ꝑpter alios dant. s. vt alij edificent. In quib9 opibus cauēdū est duplex piculū: ne vel illa q̄ dant ꝑpter nos diuidamus ꝓximis: vel illa que ꝑpter ꝓximos reseruem9 nobis. Si em̄ q̄ ꝓ vtilitate alioꝝ accepim9 retinem9 ī nobis: charitatē nō habem9 ⁊ dr̄ nobis Sapiētia abscōdita ⁊ thesaurus inuisus: que vtilitas in vtrisq3? Rursus si de donis dei velim9 innotescere hoib9: nō deo in occultis cordis placere: hūilitatē perdim9 ⁊ merito illa voce increpamur. Quid habes qd̄ nō accepisti? Sic vtroq3 mō piclitamur: hinc hūilitatē: illinc amittēdo charitatē. Et qs sine hūilitate ⁊ charitate pōt saluus fieri? Rectus ergo ꝑfect9 nostri ordo est: vt illis donis. s. cōpunctione ⁊ ceteris studeam9 impleri primū: deinde si p gratiā spūssancti cetera supereuerint. i. sapiētia ⁊ sciētia: curem9 illa ꝓximis partiri. Ita sane obtinebimus illud spūsscti donū: qd̄ vocat discretio spirituū: si ⁊ ea q̄ nobis tantum congruunt/ nobis reseruemus: ⁊ ea que ad aliorum vtilitatem conferuntur: nobis largiamur ⁊ proximis.

¶ Sermo quinquagesimusquartus.

Osculetur me osculo oris sui. Os patris intelligit filius. Nemo aūt nouit filiū nisi pater: ⁊ nemo nouit patrē nisi fili9: et cui voluerit fili9 reuelare. At vero cuicūq3 fit ista reuelatio siue patris siue filij: nō fit nisi p spm̄ sctm̄. Hinc est q9 cu3 petr9 dixisset dño: tu es xp̄s fili9 dei viui: ille respondit. Btūs es symon bariona: qd̄ interpretat fili9 colūbe: q2 caro et sanguis nō reuelauit tibi: s3 pater me9 qui est in celis. Et apl̄us cū premisisset q9 ocul9 nō vidit ⁊ auris nō audiuit ⁊c. statim subiūxit. nobis aūt reuelauit de9 per spm̄ suū. Videt ergo spōsa gratiā habere spiritussancti per quē cognoscat filiū equalē patri. Nec dicit osculetur me ore suo (qd̄ soli9 filij est dicere) nō cuiusq3 creature/ q̄ ꝓpe que nullo mō pōt esse equalis patri: s3 osculo oris sui. ¶ Porro osculum cōmune est osculantis ⁊ osculati. Si igitur se inuicē osculantur pater ⁊ filius: quid est eoꝝ osculum nisi spiritussanctus? Hoc itaq3 flagrat sponsa osculari: osculetur me (inquiens) osculo oris sui. Hoc osculū testatur etiā paulus eam accepisse: cum dicit. Qm̄ estis filij: misit deus spiritū filij sui in corda nostra: clamātē/ abba pater. Hoc osculum pollicebatur ⁊ ipse saluator: cum ad instantiā orationis exhortaretur discipulos. Si vos (inquit) cum sitis mali nostis bona data dare filijs vris: q̄to magis pater vester qui in celis est dabit bona. i. spiritū bonū petentib9 se. Et huius osculi impressione suscipit anima rationalis ab ipso sponso suo verbo dei cognitionem ⁊ amorē veritatis: que duo quasi labia imprimit ei ipsa dei virtus ⁊ dei sapientia. Siquidē sapientia cognitionē: virtus cōfert amorem. Habet ⁊ ipsa anima similiter duo labia quibus osculatur sponsum suū. i. rationē ⁊ volūtatē. Rationis est ꝑcipere sapientiā/ voluntatis virtutē. Si sola rō ꝑcipiat sapiētie cognitionē: ⁊ volūtas nō h3 virtutis amorē: nō est plenū osculū. Aut si sola voluntas obtineat amorē: ⁊ ratio minime percipiat cognitionem: nihilominus est semiplenum. Tūc vero plenum ⁊ perfectū est qñ et sapientia illustrat rationē: et virtus afficit voluntatem.

Osculetur me osculo oris sui. Tria sunt oscula reconciliatoriū: muneratoriū: contēplatoriū. Primū ad pedes: scdm ad manū: tertiū ad os sumit. In p̄io accipitur remissio peccatoꝝ: in secūdo mun9 virtutu3: in tertio cognitio secretorum. Uel ita osculū doctrine/ nature/ gratie.

¶ Sermo quinquagesimusquintus.

Duo sunt vbera sponse: ꝯgratulatio ⁊ compassio. Gemina lactis species/ exhortatio ⁊ consolatio. Tria vnguenta/ cōpunctio/ deuotio/ pietas. Compūctio de recordatiōe pctōꝝ: deuotio de recordatione beneficiorum: pietas ex consideratione miserorum.

¶ Sermo quinquagesimussextus.

Duo sunt pedes dei: mīa ⁊ iudiciū. His circuit ⁊ perambulat iugiter speciales mētes exultans vt gigas ad currendā viā: si tñ tales sunt de quib9 merito dicat. Habitabo in illis: et deambulabo in eis. Hos ergo pedes primo vngit illa peccatrix illo primo vnguento: quod dr̄ cōpunctionis. Deniq3 maria q̄ peccatrix erat: vnxit pedes iesu. Nec mediocre sane vnguentū hoc videatur de quo scriptū est: ⁊ domus impleta est ex odore vnguenti. Nec miru3/ cum etiā in celestibus sentiatur huiuscemodi vnguenti fragrātia: veritate attestāte que ait: gaudiū est angelis dei super vno peccatore penitentiā agēte. Verū q̄tumlibet vnguentū hoc ꝑciosum videat: tñ cōparatū alteri qd̄ appellatur deuotionis: et conficit ex memoria bñficioꝝ diuinoꝝ: quo et vngit caput dñi: vile ⁊ nullius precij intelligit. Deniq3 de illo dr̄: cor ꝯtritū ⁊ humiliatū deus non despicies: de isto vero sacrificiū laudis honorificauit me. Caput ex eo vngis: cū de suis donis deo gratias agis. Siquidē caput xp̄i: de9. Deitas ergo in xp̄o tangit quotiens ad laudē ipsius ei9 bñficia memoram9: sicut nō tā deitas q̄ humanitas necesse est vt cogitet: cum nō ei9 dona sed nostra peccata recordamur. Nam in carnis assumptiōe duos illos pedes ad hoc accepisse cognoscit. i. mīam ⁊ iudiciū: vt peccatorq̄ ad caput. i. ad deitatē accessum nō habebat: ad pedes. i. ad humanitatē accederet. Nisi em̄ pes ille quē dixim9 mīam/ ad hominem assumptū pertineret: paulus de illo nō diceret. Tēptatum autē oīa pro silitudine absq3 pctō: vt misericors fieret. Et nisi iudiciū eque ad hominē pertineret: ipse hō de9 de seipso nō dixisset. Et potestatē dedit ei iudiciū facere: q2 filius hois est. Itaq3 ad hos pedes viri doloris ⁊ sciētis infirmitatem/ peccator accedere non dubitans: fidenter loquitur. Nunc autem cu3 fiducia accedimus ad thronum gratie. Non enim habem9 pontificem: qui non sciat compati infirmitatibus nostris. Peccatrix ergo ad pedes iuxta ad vngendum caput accedit. Tanto autem vnguentū capitis illo alio quod pedibus apponitur ꝑciosius est estimandum: q̄to species quibus conficitur/ illis cōstat esse preciosiores. Has quippe facile et absq3 labore in nostra regione reperimus. Peccatores siquidem omnes sumus. Porro illas difficile de longinquo valde: vt pote de paradiso dei asportatas suscipimus. Omne enim datum optimum: ⁊ omne donum perfectum desursum est descendens a patre luminū. Quid deniq3 huiuscemodi vnguento excellentius: de cuius effusione etiam apostoli murmurasse dicuntur dicentes: vt quid perditio hec: potuit enim venundari et dari pauperibus. Sed et nunc quoq3 cum forte videtur quispiam vacare deo: tanteq3 deuotionis et gratie vt merito credatur vngere caput christi persistens iugiter in sancta quiete et gratiarum actione et diuine delectatione deuotionis: non desunt qui hoc perditione3 dicant et iusto vt sibi videtur murmure conqueruntur q9 is qui pluribus prodesse poterat/ quiescat sibi: non q9 sanctitatis inuideant sed quod prouideant charitati. Ceteru3 ipsa charitas deus huiuscemodi animis plerūq3 parcit: quā videt spiritalib9 studijs delectari: maximeq3 si talem eā nouerit: que adhuc pusillanimitate et imbecillitate vt mulier sit: et needum in virum perfectum

perfectū pfecerit: qđ vtiqȝ melius ipe discernit q̄ intuet̄ cor: q̄ȝ boies qui in facie tm̄ vidēt ⁊ ſm faciē iudicant: cū vez minime attendūt non eſſe eiuſmodi facilitatis deuote quieſcere: ⁊ fructuoſe occupari: hūiliter ſubeſſe ⁊ vtiliter preeſſe: regi ſine querela ⁊ regere ſine culpa: obedire ſpōte ⁊ imperare diſcrete: bonum deniqȝ eſſe inter bonos ⁊ bonū inter malos: imo etiaȝ eſſe pacificū inter filios pacis: ⁊ his q̄ oderūt pacē exhibere pacificū. Sciēs ergo ieſus q̄ ſint / q̄ ve non ſint idonei implicari curis ꝑ tali delicata aīa / quā ꝑ ſui adhuc teneritudine tractādis negocijs min⁹ ſufficere ſentit: aduerſus aliud ſentiētes: ⁊ ob hoc ei⁹ quietē tanq̄ȝ infructuoſam bono quidē zelo ſed nō ſm ſcientiā

Ibidem.

inſimulantes: ipſo rn̄det effectu. Quid moleſti eſtis huic mulieri: Nā ⁊ ſi, qđ fatendū eſt) meli⁹ eſt ad qđ illā trahere tēptatis: bonū tn̄ opus eſt qđ opata eſt in me. Sinite eā interim operari bonū qđ pōt. Noui eī ego: ꝙ adhuc mulier ſit. Cum aūt mutatione dextere excelſi de muliere fact⁹ fuerit vir / qđ ⁊ me qn̄ tn̄ erit latere non poterit: quia me ꝓuocāte ꝓmouebit̄: me quoqȝ

Eccl. xi.

ſeruante tenebit̄: tunc melior erit iniquitas viri q̄ȝ nūc benefaciens mulier. Unde ⁊ illud melius ſpero. Nec reputo perditionē vnguēti huius effuſionē: in quo ⁊ mulieris deuotio deſignat̄ ⁊ mea prefigurat̄ ſepultura. Huc accedit ꝙ tam late ſuā fragrātiā circūquaqȝ diffundit: quare vbicūqȝ p̄dicatū fuerit hoc euā

Matth. xxvi.

geliū dici etiaȝ habeat ꝙ ⁊ hec fecit in eius cōmemorationem.

¶ Sermo quinquageſimuſſeptimus.

A

Iam ad tertium vnguētū accedamus. Sane in duorū premiſſoȝ alterutra collatiōe / priore ſequēs abſqȝ omni ābiguitate cognoſcit̄ eſſe meli⁹ longeqȝ excellentius. Illud autē mirū videt̄ ſi tertiuȝ aliquod inueniri queat: quod ambobus iure debeat antepo ni: iuxta quod optimū vnguētum ſpōſa ſua redolere vbera glorietur. Alioquin optima non ſunt ſi non vincūt ⁊ meliora: ſicut ⁊ meliora veraciter non dicuntur niſi que ſuperāt bona. Porro tante excellentie vnguētum illud ſcđm quo caput vngit̄ inuentū eſt: vt vix quelibet ei diuitie non dico preferri: ſed nec ſaltez conferri poſſe videant̄. Ego tamē non crediderim ſponſam eſſe mentitā: quippe q̄ habeat ſponſum ipſam veritatē: cuius ⁊ hic verba loquitur: q̄ vtiqȝ ſicut fallere nō vult: ita nec falli poteſt. Alioquin fruſtra deſiderat ⁊ ſuſpirat veritatis amplexib⁹ iungi: mētiens veritati. Que enim mēdacio ſocietas cum veritate

Ps. v.

Qui poti⁹ veritas perdit oēs qui loquūtur mēdaciū. Fortaſſis in euangelio ſi querim⁹: inuenim⁹ preceſſiſſe et huius figuram.

Mar. xvi.

Maria (inquit) magdalene ⁊ maria iacobi ⁊ ſalome emerūt aromata: vt venientes vngerent ieſum. Uides ne in prima fronte ꝓpoſiti capituli q̄ȝti eſtimandū ſit etiā hoc materiale vnguētum cuius aromatibus cōparandis non vna vel due ſufficere potuerunt: Una primū: vna ⁊ ſecundū attulit vnguentū. Ad hoc aūt cōparādum ⁊ preparādum tres pariter cōuenerūt: vt ſimul videlicet emerēt qđ per ſe ſingule non poterāt: ⁊ ſic veniētes vngerent ieſum. Non ſolū pedes aut ſolū caput: ſȝ vt veniētes (inq̄t) vngerent ieſum. i. totū corpus. Sed attēde ꝙ tā precioſi huius vnguēti xp̄s pati noluerit ꝑditionē fieri: ⁊ iō non inuēto corpore reportarūt illud: ⁊ iuſſe ſunt exhibere viuo qđ preparauerāt mortuo. Qđ ⁊ fecerūt: cū protin⁹ nūciato gaudio reſurrectiōis diſcipuloȝ qui proculdubio mēbra xp̄i ⁊ mēbra viua erant triſtia corda delinire curarūt. Que vtiqȝ mēbra niſi plus illo crucifixo corpore xp̄s diligeret: pro his illud crucifigendū nō tradidiſſet. Liquet itaqȝ q̄ duo illa tanto hoc vltimū precelliteȝ vnguenta: q̄ȝto chriſtus hoc ſuum corpus id eſt eccleſiam cui exhibetur illo quod ex eo vngi voluit quod ⁊ propter huius redēptionem tradi voluit / conſtat eſſe amabilius.

¶ Sermo quinquageſimuſoctauus.

B

Canti. vi

Reuertere reuertere ſunamitis: reuertere reuertere vt intueamur te. Reuertere primo ab inepta leticia: reuertere ſecundo ab inutili triſticia: reuertere tertio ab inani gloria: quarto reuertere a latēti ſuperbia. Inanis gloria eſt q̄ ab ore hoīm venit extrinſecus. Superbia latens oritur intrinſecus. Cū hec oīa vitia reliquerit aīa: intuebit̄ eā ſponſus ei⁹. Ob hoc aūt dȝ ab alijs abſtinere: vt digna fiat eius complexib⁹. Unde ⁊ ad eam dicitur: reuertere reuertere: vt intueamur te.

¶ Sermo quinquageſimuſnonus.

C

Can. iiij.

Emiſſiōes tue paradiſus. Uox illi⁹ celeſtis hieruſalē: cōgaudētis huic q̄ peregrinat̄ in terris. Sūt aūt tres emiſſiōes. Prima ꝯiugatoȝ penitētiū in mūdo. Secunda cōuerſoȝ ꝯtinētiū in clauſtro. Tertia prelatoȝ p̄dicantiū ⁊ orantiū pro dei pplo. De pria emiſſiōe. i. penitētia dicunt angeli: quib⁹ gaudiū eſt ſup vno pctōre

Luce. xv.

Canti. iij.

penitentiam agente. Que eſt iſta que aſcēdit per deſertuȝ ſicut aurora conſurgēs: Aſcēdere autē dicitur hec anima penitens per deſertū: terrā ſcȝ inuiā ⁊ inaquoſam: peccatoȝ ſuoȝ recordādo. Aſcēdit ſicut virgula: eadē pctā hūiliter cōfitēdo. Que confeſſio recte fieri ſicut virgula fumi dr̄: q: per plures pctōrū ſpecies tanq̄ȝ fum⁹ de thuribulo ꝑ plura foramina diriuat̄. Et notandū ꝙ cū fum⁹ nunq̄ȝ habeat ſplēdorē: nōnunq̄ȝ tn̄ habere poſſit odorē. Qđ hic fumus ꝯfeſſiōis odorē quēdaȝ pietatis

Ibidem.

habeat: innuit̄ ex his q̄ ſubiungunt̄. Ex aromatib⁹ myrrhe et thuris ⁊ vniuerſi pulueris pigmētarij. Cōfeſſionē dȝ ſemꝑ comitari myrra ⁊ thus. i. mortificatio carnis ⁊ oratio cordis. Alterū eīn ſine altero: aut parū aut nihil ꝓdeſt. Nā ſi q̄s carnē mortificet ⁊ orare diſſimulet: ſupbus eſt ⁊ dr̄ ei. Nunq̄d manducabo

Ps. xlix.

carnes tauroȝ: aut ſanguinē hircoȝ potabo: Itē ſi orauerit ⁊ carnē ſuā mortificare neglexerit: audiet. Quid vocatis me domine dn̄e / ⁊ nō facitis q̄ dico: Et illđ. Qui auertit aurē ſuā ne

Mat. vij.

Prouer. xxviij.

audiat legē: oratio ei⁹ erit execrabilis. Utrūqȝ ergo alteri ſuffragat̄: dū cōſtat ꝙ alterū ſine altero reprobat̄. Sequit̄. Et vni

Can. ij.

uerſi pulueris pigmētarij. Poſt recordationē ⁊ ꝯfeſſionē peccatorū: poſt mortificationē ⁊ orationē: exhibēdus eſt fruct⁹ elemoſinarū. Que bn̄ puluis dicūt̄: q: de terrena ſubſtātia ſunt. Pigmētari⁹ vero q: ſuauiſſimū odorē emittūt. Hinc eſt ꝙ cornelio bene agēti dictū eſt. Oratōes tue ⁊ elemoſine tue aſcēderunt. Uel vniuerſi pulueris pigmētarij iō dicit̄: q: nō ſolū magna ſȝ etiā minima queqȝ peccata ꝯterēda ſunt ꝑ cōfeſſionē / ⁊ diluēda ꝑ cōpunctionē. Hec de p̄ma emiſſiōe dicta ſufficiant.

Actu. x.

¶ Sermo ſexageſimus.

D

Can. vi.

Secūda eſt vita cōtinētiū in clauſtro vl̄ heremo. In hac emiſſiōe nulla fit deſerti mētio aut fumi ſeu penitētie: ſȝ lucis ſplēdoris atqȝ virtutis. Deniqȝ in hui⁹ laude angelica voce cantat̄. Que eſt iſta que aſcēdit ſicut aurora ꝯſurgēs / pulchra vt luna / electa vt ſol / terribilis vt caſtroȝ acies ordinata: In q̄bus v̄bis triplex virt⁹ eius oſtendit̄: humilitas / caſtitas / charitas. Aurora q̄ppe / finis eſt noctis ⁊ initiū lucis. Nox aūt vitā peccatoris: lux ſignificat vitā iuſti. Aurora ḡ q̄ fugat tenebras lucē nūciat / merito hūilitatē deſignat: q: ſicut illa diem ⁊ noctē / ita iſta diuidit iuſtū ⁊ peccatorē. Nā hinc. i. ab hūilitate iuſt⁹ q̄ſqȝ incipit / ⁊ inde ꝓficit. Un̄ etiā ipſa aurora cōſurgens dr̄: vt vez virtutū ſtructura ſurgens ab hūilitate tanq̄ȝ ꝓprio fundamento erigatur. Igit̄ ad oñdendā ei⁹ hūilitatē dictū eſt. Sicut aurora cōſurgens. Illđ v̄o qđ ſequit̄ pulchra vt luna: caſtitatē demōſtrat. Porro luna dr̄ ſplendorem ſuum non a ſe habere ſȝ a ſole trahere: q̄ȝtoqȝ magis ſolis ꝯſpectui cernēda: opponitur tāto maiore ſui parte ab eiuſdē ſolis lumine illuſtrat̄. Silr̄ ꝯgregatio ſeu queqȝ fidelis aīa / ſi veri ſolis obtutibus offerat̄ intuēda: ſine dubio ex viſiōe illi⁹ admittit ꝓtin⁹ in ſe decus quoddā pulchritudinis ⁊ vetuſtatē caſtitatis. Un̄ fit vt ex ei⁹ lumine creſcēs ⁊ ꝓficiēs etiā ad ꝑfectionē ꝓuehat̄: vt recte dicat̄ de illa qđ ſequit̄ electa vt ſol. Quare vt ſol: Un iō q: refulgebūt iuſti ſicut ſol in regno patris eoȝ: Sed ibi vnde ſicut ſol fulgebūt: niſi de ſplēdore veſtis nuptialis: Ipa eſt ei / qua vtiqȝ in terris poſiti veſtiēdi erāt illi quibus dictū eſt. Uos aūt ſedete i ciuitate: donec induamini virtute ex alto. Hac virtute charitatis quā veſtis illa nuptialis ſignificat: q̄ſq̄s indutus fuerit eāqȝ in ſe recte ordinauerit: erit ꝓculdubio terribilis hoſtib⁹ ſuis vt caſtroȝ acies ordinata. Nā de ceteris q̄dē virtutib⁹ q̄ȝtaſcūqȝ ſine charitate habuerit nō curāt demōes. Cū v̄o charitateȝ ⁊ ipſam ordinatam in acie viderint: illico precipites aguntur in fugā. Poteſt in eo quod dicit̄ electa vt ſol: perſeuerantia intelligi: que tn̄ electoȝ eſt. In eo aūt qđ ſequitur terribilis vt caſtroȝ acies ordinata / diſcretio matervirtutum: per quā terrentur ⁊ fugant̄ demones: acquiruntur et conſeruantur virtutes. Poſſunt et alia multa in hac ſecūda emiſſione ꝯgrue et intelligi ⁊ dici: ſed hec pauca de multis dixiſſe ſufficiat.

Tertia emiſſio ꝯuenit ſctis p̄dicatorib⁹: de quoȝ vita ⁊ doctrina etiā vox illa ſub admiratiōe ꝓfertur. Que eſt iſta q̄ aſcēdit de deſerto delicijs affluēs: innixa ſup dilectū ſuū: In pria emiſſiōe dictū fuerat q̄ eſt iſta q̄ aſcēdit ꝑ deſertū: in hac aūt q̄ aſcēdit de deſerto: q: nimirū ibi penitētes cōpungūt ſpine ꝑ quas icedūt: hic v̄o doctores q̄cq̄d de ſeculo ſubripe potuerīt ſublimi mēte calcauerūt. Iō dictū eſt de deſerto delicijs affluēs. Sȝ q̄rendū eſt q̄ ſint ille delicie q̄bus affluere dr̄ / ⁊ quis ille dilectus: aut cur ſup eū inniti dicat̄. Neqȝ eīn parue eſtimande ſunt q̄ a ſupnis ciuib⁹ delicie nolant̄. Siq̄dē huiuſcemodi delicie mentis ſunt / nō vētris: animi nō corporis: ſpūs non carnis: ratiōis non ſenſualitatis: interioris nō exterioris hoīs. Quas vt breuiter aliquo mō deſcribā: ipſe ſunt abundans infuſio gratie ſpiritalis. Beata illa anima cui talis gratia īfunditur: q̄ in bn̄dictionibus ſuperne dulcedinis preuenitur: vt tēplum dei ⁊ oraculuȝ ſpiritusſancti efficiatur. Tali quippe anime deeſſe non poſſunt diuitie ſalutis ſapiētia ⁊ ſciētia: et eiuſdem ſalutis optim⁹ the

saurus timor domini. Quibus delitijs cum abundauerit et re-
pleta fuerit: exaltet iam in ecclesijs dñm: ꝛ in cathedra seniorũ
laudet eum. Quod in aure audiuit in cubiculis/predicet iam su
per tecta: ꝛ sic affluet delicijs. Affluere enim dictũ est verbo do
ctrine insistere: exẽplo vite lucere: opus spiritale instanter exer
cere. Sed necesse est vt in his omnibus nõ suã sed auctoris sui
querant gloriã. Ipse est enim dilectus eius: de quo scriptũ est.

Canti. ij. Ego dilecto meo ꝛ dilect⁹ me⁹ mihi: ꝛ de quo pater. Hic est fi-
Luce. ix. lius me⁹ dilectus ipsum audite: super quẽ innitẽdũ est: vt vide
licet illius gratie auxilio ascribatur opus eius a quo omnia/per
quem omnia/ꝛ ad quem omnia referũtur. Cur aũt super eũ in-
niti debeat: ipse dilect⁹ qui docet hominẽ sciẽtiã plenius nos
doceat. Ait ille discipulis suis: quos huiusmodi delicijs imple

Joh. xv. bat. Ego sum vitis: vos palmites. Sicut palmes non potest fa-
cere fructũ nisi manserit in vite: sic ꝛ vos nisi in me manseritis.

Ibidem. Et iterũ. Sine me inquit nihil potestis facere. Ac si apte dice
ret. Si delitijs vultis affluere: innitimini super me. Sed iam vi
deamus quõ illi affluãt ꝛ innitant. Veniat in mediũ vn⁹ ꝓ om-
nib⁹: ille ꝑdicator egregius. Eya btissime paule affluе delitijs
tuis. Certe cũ euangeliũ ab hierusalẽ per circuitũ ad illiricum
predicasses: cũ sine sumptu ipsum euangeliũ posuisses: cũ cele
stes thesauros fideiq sacramentũ grecis ac barbaris sapienti
bus ꝛ insipientibus vt prudens ac fidelis dispẽsator erogasses:
cũ mortificationẽ iesu i tuo mortali corpore circũtulisses: ꝛ in-
ter multas admirandas virtutes tuas quas tu potuisti facere:
nos vix possumus enarrare: etiã illud cũ omni auctoritate sine
omni arrogantia cũ esses apostolorũ tuo iudicio minim⁹ tamẽ

j. Cor. xv. ausus es dicere. Gratia in me dei vacua nõ fuit: sed abundan-

Ibidem. tius oĩbus illius laboraui. Magne ꝛ vt ita dicã delitiose deli-

Ibidem. tie. Sz ne illas amittas innitere super dilectum tuũ. Non aũt
ego inquit: sed gratia dei mecum. Rursum afflue: qm̃ vt verum

Phil. iiij. fatear delectant valde tales delicie. Oĩa possum ait: Item in-

ij. Cor. x. nitere. In eo inquit qui me ꝯfortat. Itẽ dicit apostolus. Qui
gloriat in dño glorietur. hoc est qui delitijs affluit sup dilectũ
suũ innitat. Hec de tribus emissionib⁹ in significatiõe triũ ge-
nerum hoim quos in hac vita ꝯtinet sancta ecclesia: quos etiã
apud ezechielẽ designant noe daniel ꝛ iob adiuuãte dño dixi-
mus: quis i singulis quibusq ꝑfectis possint nõ incõuenienter
assignari. Et in his quoq prima emissio est penitentia: secunda
iusticia: tertia doctrina. Primo eñ penitendo conuertũtur: se
cundo bene viuendo iusticiã exercẽt: tertio si bene profecerint
ipsam iusticiã quã vita tenent verbo docent. Sed qm̃ virtutib⁹
insidiãtur vitia: ꝛ ita iuxta sunt posita vt q ab illis deuiauerit
istorũ laqueos incurrat: oportet vt sit penitẽtia sine pudore ne
scilicet erubescat cõfiteri cõmissa pctã: caueat iusticia simula-
tionem: eliminet prelatio elationem. Ubi enim magnitudo gra
tiarum est: ibi etiam magnitudo discriminis est.

Sermo sexagesimusprimus.

Cañ. v. Cañ. j. Cañ. iij.

Veni i hortũ meũ soror mea sponsa. Alibi dr. Intro
duxit me rex in cellariũ suũ. Alibi dicit in cubicu-
lum suũ. Hec triplex introductio fit anime rõnali a
spõso suo verbo scz dei: fm triplicẽ sensũ scripturarũ:
hystoricũ/moralẽ/mysticũ. In horto est hystoric⁹
in cellario moralis: in cubiculo mysticus. In horto .i. i hystoria
continet triplex trinitatis opatio: creatio celi ꝛ terre: renoua-
tio celi ꝛ terre: confirmatio celi ꝛ terre. Pater creauit: filius re
conciliauit: spiritussanct⁹ confirmauit. Et aliud tẽpus est crea
tionis/aliud confirmationis/aliud reconciliationis: sicut ꝛ in
horto aliud est tẽpus plãtationis/aliud fruct⁹ colligendi/aliud
vescendi. Creatio ꝛ recõciliatio sunt presentis: ꝯfirmatio futu
ri seculi. In principio tẽporis creauit pater: in plenitudine tẽ-
poris recõciliauit fili⁹: post omne presens tẽpus ꝯfirmabit spi-

Johã. v. ritussanct⁹. De patre dixit fili⁹: pr̃ me⁹ vsq mõ opat. Et de se sub

Ibidem. iũxit: ꝛ ego operor. Sic ꝛ spũssanct⁹ in ꝯsummatiõe seculi vere
poterit dicere. Pater ꝛ fili⁹ vsq modo operant: ꝛ ex hoc iã ope
ror ego cũ scz iã fecerit corpora nostra spiritalia: corpusq adhe
serit spũi ꝛ spũs deo: hoc tpm corp⁹ eodẽ spiritu scõ sic ꝯfirmã
te: vt iã deinceps absq illo tẽporis interueniẽtis momẽto fiat

j. Cor. vj. qđ scriptũ est. Qui adheret deo: vn⁹ spũs est. De creatione in-
struit nos vet⁹ testamẽtũ: ꝛ ꝓmittit recõciliationẽ. Recõcilia-
tionẽ exhibet nouum testamentum: ꝛ spondet confirmationem.

Sermo sexagesimussecundus.

Secunda introductio est in cellariũ. Hoc cellariũ
continet moralẽ ꝯscientiã: ꝛ habet tres distinctas
mãsiões. Prima dicit aromatica. Secũda fructua
ria. Tertia cella vinaria. In prima sunt q bñ se hñt
cũ prelatis: in scda q cũ equalib⁹: i tertia q cũ sub-
ditis. Est ergo pma cella discipline: secũda nature: tertia gra-
tie. Qui eñ perfecte ꝯuersatiõis nitit cumulũ attingere: fit pri
mum discipul⁹ ꝛ ingredit cellã discipline: in qua mores eius a
magistro varijs virtutib⁹ velut a pigmẽtarijs aromata diuersis
specieb⁹ cõponunt. Uñ ꝛ ista cella dr aromatica: qr tales quiq
dum vltro amplectunt discipline laborẽ: optimũ alijs exemplo
suo effundunt imitatiõis odorẽ. Unde ꝯsequẽter ingrediunt in
secundã cellã nature: qm̃ illi quidẽ ceteris cõdiscipulis cõcor-
dare facile possunt: qui sub magistro ꝓpriã voluntatẽ frangere
didicerũt. Et hec cella vbi cũ ceteris cõmuniter viuit cõgrue
cella nature dicit: qr oẽs hoies equales quidẽ natura genuit:
sed alios alijs meritorũ causa vel preposuit vel supposuit. Dici-
tur etiam fructuaria: quia magne vtilitatis est si quisq gratiã

Prouer. xviij. quam accipit in alterutrũ administrat. Unde scriptũ est. Frater
fratrẽ adiuuans: exaltabit sicut ciuitas munita. Et item dicit

Ps. cxxxij. propheta. Ecce q̃ bonum et q̃ iocundum: habitare fratres in
vnũ. At vero cũ cõsũmati plene fuerint in hac secunda cella na
ture: tunc tandem ingredi possunt tertiã que est gratie vt etiam
ceteris instituendis presint: qui cum ceteris iuste et sine que-
rela vixerint. Et hec quoq cella dicitur vinaria: vt scilz ferue-
ant charitate qui ceteris presunt in regimine. Dicitur etiã cel-
la gratie: quod nomen scilz alijs quoq duabus possit esse com
mune. Nam et disciplina et socialis vita donum gratie est: ista
tamen sibi illud vendicat specialiter: quoniamquidem multis

Nota. facile est subijci vel sociari. Rarum vero et difficile ad aliorum
regimen vtiliter quemuis posse transferri. His tribus cellis cõ
tinẽtur et formantur omnium hominum mores. Omnes eñi ho
mines vel sunt prelati/vel equales/vel subditi. Quemadmodũ
autem eligũtur de hortis queq potiora: et in cellarijs reponun-
tur: vbi etiam distincta habent loca in quibus seruentur: ita de
historia sumitur/et quasi reconditur in cellario moralis sensus
vnde omnis humana vita instruatur. Legunt etenim ibi prelati

j. Pe. v. quales se exhibere subditis debeant cum eis dicitur. Non do-

ij. Cor. j. minantes in clero: sed forma facti gregis. Et illud. Nõ quia do
minamur fidei vestre: sed adiutores sumus gaudij vestri. Et do

Joh. x. minus in euangelio. Bonus pastor animam suam dat pro oui-
bus suis. Inueniunt etiam in eadem scriptura equales qualiter

Gal. vj. se habere debeant inuicẽ: cum legunt. Alter alterius onera por

Rom. xij. tate: et sic adimplebitis legem christi. Et illud. Honore inuicem
preuenientes: et multa in hunc modum. Habent ibi et subditi
qualiter eorum mores componant: quomodo scilicet subditi eos ma-

Heb. xiij. ioribus oporteat: quibus dicitur. Obedite prepositis vestris: ꝛ
subiacete eis. Ipsi enim peruigilant: quasi rationem reddituri
pro animabus vestris.

Sermo. lxiij.

Cãti. iiij.

Dentes tui sicut grex tonsarum que ascenderunt de
lauacro. Omnes gemellis fetibus: ꝛ sterilis non est
in eis. Spiritussanctus de cuius secretiori fonte cã
ticorum flumen emanat: in his vt sentio dentib⁹ my
steria nobis non parua commendat. Non sunt hi dẽ

Ps. lvij. Job. xli. tes de quibus dicitur. Deus conteret dentes eorum in ore ipso
rũ. Uel de quibus ad virum sanctum vox diuia proclamat. Per
gyrum dentium eius formido. Dentes isti/lacte candidiores.
Quippe sponse sunt cuius speciem concupiuit altissimus: que
non habet maculã neq rugam. Cum enim tota candida sit: can
didior probatur in dentibus. Noua tamen et inaudita compa-
ratione in illius laudes perorat dicens. Dentes tui sicut grex
tonsarũ. Quid in hac rogo similitudine dignũ est: vt eã de celesti-
bus archanis descẽdisse credam⁹? Magnũ ꝑsus ꝛ magno aio
magnifice sentiẽdũ. Spũs eñ est q loquit: q cũ loquit: nec vnũ
põt iota vacuũ preterire. Aliqđ ꝑfecto est i his dẽtib⁹ inuolutũ
qđ euolutũ sacratioris itelligẽtie ꝓsignet archanũ. Dẽtes eñi
cãdidi sunt ꝛ fortes: carnẽ nõ hñt: carẽt corio: nihil itra se pa-
ti possunt: non est dolor sicut dolor eorũ: clausi sunt labijs ne vi-
deant: indecẽs est cũ vident nisi ridẽdo: toti corpi masticãt ci-
bũ: nullũ inde saporẽ hñt: nõ facile ꝯsumunt. Per ordinẽ positi
sunt: supiores alij ꝛ alij iferiores: ꝛ cũ inferiores moueant: supe
riores nũq. Huiusmõi dẽtes ego arbitror hoies monastice ꝓfessio
nis: q viã cõpẽdiosiorẽ ꝛ securiorẽ vitã eligẽtes: de toto ecclie
corpe qđ cãdidũ est: cãdidiores esse videt. Quid eñ illis cãdidi⁹:
q toti⁹ imũdicias spurcitie euitãtes: cogitationũ sicut actionũ
pctã deplorãt. Quid forti⁹ illis: qb⁹ tribulatio ꝓ solatio/ꝯtu-
melia ꝓ glia/iopia ꝓ abũdãtia ducit: Isti carnẽ nõ hñt: qr i car
ne/carnẽ obliti audiũt ab aplo. Uos aũt i carne nõ estis: sz i spũ.

Rom. viij. Corio carẽt: qr nitorẽ ꝛ distẽsionẽ mũdanarũ sollicitudinũ non
hñtes i pace i idipm dormiũt ꝛ requiescũt. Nihil morari itra se
patiunt: qr nec modicũ qđq offendiculũ tolerabile reputãt: aut
inter se: aut i ꝯsciẽtijs singulorũ. Hinc est illa vera oportuna ipor
tunitas qua tã sepe fatigatis nos: vt multotiẽs etiã cũ necesse
nõ sit/multũ i his diei expẽdatis. Nõ est dolor sicut dolor eorũ:
qr nihil tã horrẽdũ ꝛ horribile est sicut murmur ꝛ dissẽsio i ꝯgre
gatiõe clausi sunt labijs ne videant: sicut ꝛ nos materialib⁹ val
lis circũcingimur ne secularium oculis ꝛ accessui pateam⁹. In
decens est si appareãt/nisi interdũ forte ad risum: qr nihil tur
pius

plus ꝙ monachus per vrbes ⁊ castella discurrens: nisi cū illa cogit que operit multitudinē peccatoꝝ. Charitas eñi risus est quia hilaris est. Leta quidē: non tñ dissoluta. Toti corpi masti cant cibū dentes: qꝛ ipsi pro toto ecclesie corpore: vez tā viuis ꝙ̄ mortuis orare sunt constituti. Nullum inde saporem habere debent: nullam sibi gloriā assignare: sed dicere cum propheta. Non nobis dñe non nobis: sed nomini tuo da gloriā. Non faci le consumunt: quia quanto annosiores: tanto feruentiores ⁊ eo rapidius currūt, quo vicini⁹ appropinquant ad palmā. Per or= dinem positi sunt. Ubi eñi aliquid ordinatū est, si hic nō est: vbi cibus ⁊ potus, vigilare ⁊ dormire, laborare ⁊ quiescere, ambu= lare ⁊ sedere, ⁊ cetera omnia, in numero ⁊ mensura ⁊ pōdere cō stituunt. Supiores ⁊ inferiores sunt: qꝛ inter nos prelati ⁊ sub diti sunt: ⁊ sic superiores inferiorib⁹ iūgunt: vt inferiores a su= perioribus non discordent. Cū aūt inferiores moueant: supio= res nunꝙ̄ moueri debent qꝛ ⁊ si subditi quandoqꝫ turbent: pre latoꝝ est in mēte cōposita perdurare. Sicut grex tonsarū inqt. Et bene monachi tonsis ouib⁹ comparant: qꝛ reuera tōsi sunt quib⁹, nec corda, nec corpora, nec aliquid mūdanuz in proprie= tate relictū est. Que ascēderūt de lauacro. Lauacrū baptism⁹ est: de quo ascendit qui ad celsitudinē vite perfectionis inten= dit. Descendit aūt: qui se vite mancipat inhonestē. Omnes ge mellis fetibus: quia ⁊ verbo pariunt et exemplo. Et sterilis nō est in eis: quia nullus est infecundus.

Sermo.lxiiij.

B | iij. Re. xix

Timuit helyas ihesabel: ⁊ surgens abijt quocūqꝫ tu= lit euz voluntas. Uenitqꝫ in bersabee iuda: ⁊ dimisit ibi puerū suū: ⁊ perrexit i desertū. Cūqꝫ venisset sub ter vmbraz iuniperi ⁊ sederet: proiecit se ⁊ dormiuit. Et angelus domini tetigit euz ⁊ dixit illi. Surge et comede. Et respexit. Et ecce ad caput suū subcinerici⁹ panis: et vas aque. Comedit ergo ⁊ bibit: ⁊ ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus ⁊ quadragīta noctibus vsqꝫ ad montem dei oreb. Per helyam quippe qui interpretat dñs, vel dñs fortis, intelligitur quilibet iustus: qui persecutionē patit propter iusticiā. Unde illud. Beati qui persecutionē patiuntur propter iusticiā. Qui metuens ihezabel: id est maliciā seculi vel tyrannidē dyaboli surgit de tēptatione peccaminū ⁊ abijt quo cunqꝫ eū tulerit volūtas a dño sibi collata. Uenitqꝫ in bersabee iuda: in sanctā ecclesiā que dicit barsabee: id est pute⁹ septim⁹ propter abundantem septiformis spūs gratiā: que inibi fideli= bus diuidit: vel pute⁹ satietatis: propter mysterioꝝ dei pfun= ditatē ⁊ sanctarū scripturarū refectionē. De hac profunditate habemus in psalmo. Tenebrosa aqua in nubib⁹ aeris. Et rur= sus. Judicia tua abyssus multa. Ad eiusdē ꝯsiderationē apls expauescens: ⁊ pauescendo deficiens, clamare cōpellit. O alti tudo diuitiaꝝ sapientie ⁊ sciētie dei ⁊c. De hac satietate legis in psalmo. Sup aquā refectiōis educauit me. Et item. Inebria bunt ab vbertate dom⁹ tue. Huiusmodi ebrietas nō inducit fa stidium: sed indeficientem quibusdam desiderijs prouocat ap= petitum. In hoc sacre lectionis pelago agnus ambulat: et ele= phas natat. in catholice doctrine mensa iuxta modulum intel= ligētie sufficientes singulis epule apponuntur. Hec est paradi sus deliciarū: hic est ortus omniū pomorū. Ueniēs ergo in ber= sabee in sanctā ecclesiam vt dictū est: currit ad confessionem ꝙ̄ per iudam notatur: et dimittit tibi puerū suum id est puerilem sensum: vel pristinorū actuū debilitatē: et pergit in desertuz, id est in istius mundi ꝯtēptū. Quo postꝙ̄ venit sedet, id est a secu lari tumultu quiescit: cantans cū propheta. Hec requies mea i seculū seculi. Proijcit se, id est vilem se reputat: suis abrenunci ans desiderijs: iuxta illud euāgelicū. Qui vult venire ad me: ab neget semetipsum. Obdormiuit in vmbra iuniperi: quia i atrijs domus dei ſm sensus corporis vacat olno ab omnibus prauī= tatibus dicēs cum psalmista. In pace in idipsuz dormiā ⁊ requie scam. Tunc angelica visio tangit eū: excitans ad bonū operan dum: ⁊ ad altiora consurgendū. Respicit ad caput suum, id est ad christum qui caput est ecclesie. Et ecce subcinericius panis, id est pastus diuini dogmatis forinsecus quidem rudis: sed me dullitus ineffabiliter confortatiuus ⁊ dulcis. Et vas aque hoc est fons lachrymarum cum cordis compunctione. Comedit et bibit, id est adimplet que audit: et pergit in fortitudine ad mō tem dei: ad celsitudinem videlicet beatitudinis.

Mat. v. | ps. xvij. | ps. xxxv. | Rom. xj. | ps. xxij. | ps. xxxv. | ps. cxxxj. | Luce. ix. | ps. iiij.

Sermo.lxv.

B | iiij. Re. iiij.

Erat fames in terra: ⁊ filij prophetarū habitabāt co ram helyseo: quibus fecit apponi pulmentū. Cūqꝫ gustassent de coctione: exclamauerūt. Mors i olla vir dei. Et non potuerūt comedere. At ille. Afferte inquit farinā. Et misit in ollā: ⁊ ait. Infunde turbe. Et comedit: et nō fuit quicꝙ̄ ampli⁹ amaritudinis i olla. Fames in terra penuria verbi dei in mente humana: filij prophetarum: filij predicatorum. Propheta interpretatur vidēs. Et sancti pre dicatores non ab re prophete appellātur: qui ⁊ archana myste riorum dei contemplātur: et prouruident mores hoim adhibēt modos curationū. Helyseus salus domini iterpretatur: quo no mine quiuis prelatus ⁊ doctor ecclesie decenter censetur: cui⁹ salubri persuasione domini salus populis annūciat: et annūciā do impertitur. Hic talis ex debito sui officij apponit subiectis ollam grandem herbas agrestes continentez, id est admonitio nem de grauibus disserentem: acerbitate refertam, sed tamen igne sancti spiritus succensam. Subditi ergo perhorrescentes sermonum austeritatem clamant: mors in olla et nō possunt gu stare. Sapiens igitur dispensator non affert: immo afferri iubet farinam: quoniam non prebet, sed hortatur habere charitatem cuius condimento redduntur dulcia que prius videbātur ama ra. Potest nāqꝫ predicator monita salutis auribus circūstantiū insonare, sed nemo nisi solus deus valet saporē charitatis pa= lato cordis infundere. Unde gregorius. Nisi sit intus spūs qui doceat, doctoris lingua exterius in vacuū laborat. Alius est sa por celi: alius est sapor terre. Haud quaqꝫ nobis placere potest sapor celi dum saporem querimus coci nostri. In deserto dan= tur coturnices ⁊ manna: id est in loco discipline maiora ⁊ mino ra mandata. Cum vidissent filij israel manna: dixerunt adinui= cem manhu. Quid est hoc? Ignorabant ei quid esset. Quibus ait moyses. Iste est panis quē dedit dñs vobis ad vescendum. Huius sacri mysterū in euāgelio iohannis conuenienter ape= ritur vbi dñs ait. Amen amen dico vobis: nisi manducaueritis carnē filij hois. Multi ergo ex discipulis audientes dixerunt. Dur⁹ est hic sermo. Quis potest eū audire? Ex hoc multi abie runt retro. Ad hūc itaqꝫ modū cū aliq simplices ad conuersio= nez veniūt: seueritatem regule expauescunt si fiat eis sermo de mundi contēptu: de virtutū vitiorūqꝫ conflictu: si anxietas vigi landi: assiduitas orandi: parsimonia ieiunandi ab ipsis requiri tur: dicūt conquerendo inter se. Quid est hoc? Quis tot et tan ta implere sufficiat? Nesciunt enim quanta sit virtus assumpti ordinis. Sed pastor eis consolatorie habet respondere: ⁊ de af ferenda eos sollicitare farina.

Exo. xvj. | Ibidem. | Johā. vj.

Sermo.lxvj.

C | Esa. xij.

Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris. Pro paradiso quē perdidimus: restitut⁹ est nobis xp̄s saluator. Sicut ergo de vno fonte paradisi di= riuant quattuor flumina ad irrigandum paradisum ita de pectoris ei⁹ archano procedūt quattuor fon tes: ex quibus hauriunt quattuor aquarū genera: vnde tota p vniuersum mundū rigatur ecclesia. Sunt aūt quattuor fontes: veritas, sapientia, virtus, ⁊ charitas. Ex his ergo fontib⁹ hau riuntur aque: ex singulis scꝫ singule. Nam de fonte veritatis su munt aque iudicioꝝ: de fonte sapientie aque ꝯsilioꝝ: de fonte virtutis aque presidioꝝ: de fonte charitatis aque desideriorū. In aqs iudicioꝝ cognoscim⁹ qd liceat: vl qd nō liceat. In aqs ꝯsilioꝝ discernim⁹ qd expediat vl qd nō expediat. Sꝫ qꝛ electꝭ viris recte per hec gradiētibus non desunt temptationes. Tē= ptantur autem de duobus: aut terroribus vt concutiantur aut blandimentis vt seducantur. Idcirco armandi sunt contra ter rores presidijs diuine virtutis: contra blandimenta desiderijs superne charitatis. Desiderijs eñi melioꝝ supantur (vt ait qui= dam sanctus) desideria deterioꝝ. Uel sic possumus procedere. Quid prodest nosse: quid liceat ⁊ expediat quod vtrūqꝫ docent iudicia atqꝫ consilia: si posse perfici minime ꝯtingat? Ideo post aqs iudicioꝝ ⁊ ꝯsilioꝝ: ꝗrēde sunt aque p̄sidioꝝ. Rursum ⁊ pos se quid valeat: si hoꝝ omniū non sit finis charitas? Recte itaqꝫ post iudicia, post consilia, post presidia: hauriūtur de fonte cha ritatis desideria: vt vez quicquid sapim⁹: aut loquimur: quic quid operamur aut patimur: eterne vite finis concludat. Sꝫ vt hec que dicta sunt de fontib⁹ ⁊ aqs clari⁹ eluceāt: scripturarū testimonijs reor eē cōprobāda: aureqꝫ similitudines quas protuli mus vermiculādas argēto. Ac primū qd dictū est quattuor illos fontes de pectore iesu manare: nullū arbitror ābigere. Quō au tem ex eisdē fontib⁹ hauriant p̄dicte aq: id elaborandū est. Ue niat ergo dauid ⁊ dicat: qꝛ ex fonte veritatis pcedant iudicia. Hoc certe videt sensisse: cū diceret. De vultu tuo iudiciū meuz pdeat. Neqꝫ ei vir scūs iudiciū suū diceret: qd de vultu dei. i. de veritate nō pdiret. Nouerat ei electos de veritatis iudicijs tāꝙ̄ virga ferrea regi: ⁊ qꝛ sub eoꝝ regimīe se esse sentiebat ex= ultās psallebat. Judicia dei vera: iustificata i semetipa. Desidera bilia sup auꝝ ⁊ lapidē p̄ciosū multū: ⁊ dulciora sup mel ⁊ fauū. A quib⁹ ne forte p incuriā deuiēt audiāt vocē patris p eundez pphetā cōminātis. Si i iudicijs īquit meis nō ambulauerint: ⁊ mandata mea non custodierint. Uisitabo, in virga iniquitates eorum: et in verberibus peccata eorū. Hec mysteria diuini iudi cij reserabat celestis regni clauicularius: cū diceret. Tēpus est vt icipiat iudiciū de domo dei. Si autē primū a nobis: qs finis

ps. xvj. | ps. xviij. | ps. lxxx viij. | j. Pe. iiij.

eorum qui nõ crediderũt del euãgelio: Et hoc de electis dictũ
est. Ceterũ est aliud de reprobis iudiciũ: qđ nihilominus ab ipsa
Rom. ij. veritate ꝓcedit. Vñ ꝛ ꝑ paulũ ḋr. Scim⁹ eñ qm̃ iudiciuz est fm
veritatẽ in eos qui talia agunt. Et vtrũq₃ quidẽ iudiciũ cõple:
Johã. ix. ctit ipsa veritas: dicẽs. In iudiciũ ego veni in hunc mundũ: vt
qui nõ vidẽt videãt: ꝛ qui vidẽt ceci fiant. Vtrũq₃ aũt discernit:
Mat. xxv cum itẽ dicit. Et ibũt hi in suppliciũ eternũ: iusti aũt in vitam
eternã. Si vidim⁹ quõ de fonte veritatis hauriũtur iudicia: vi
deamus quõ de fonte sapientie propinent cõsilia. Quis dubi:
tet apostolũ paulũ esse sapientẽ cũ ꝛ petrus eius coapostol⁹ sa
piẽtiã ei datã esse astruat: et eiusdẽ apostoli tota verboꝝ series
nil aliud q̃ sapientiã redoleat: Proferas igitur ꝯsilia: ꝛ ꝑ ipsa
nos doceat quid ꝑegrinãtib⁹: et ad celestẽ patriã festinantib⁹
expediat. De virginibus inquit preceptũ dñi nõ habeo: cõsiliũ
j. Cor. vij. aũt do: tãq₃ miam cõsecut⁹ a dño vt sim fidelis. Existimo ergo
hoc bonũ esse propter instantẽ necessitatẽ: qm̃ bonũ est homini
sic esse: hoc est in virginitate manere. Si de virginib⁹ preceptũ
haberet: nil aliud q̃ quod preciperet liceret. Nũc vero cũ vtrũ
q₃ liceat: vel nubere: vel nõ nubere: quid compẽdiosi⁹ dici po:
tuit: q̃ bonũ est homini sic esse: ꝑsertim cũ ꝛ necessitatis instan
tia frequẽter obrepere soleat: ꝛ cito mori ipa tẽporis breuitas
Ibidem. vrgeat/ totiusq₃ mundi figura ꝑtereat: Itẽ cũ de vidua loque:
ref: beatior inquit erit si sic: id est innupta ꝑmanserit fm ꝯsiliũ
meum. Ac ne de proprio corde: ꝛ non poti⁹ de fonte sapiẽtie vi:
deretur hoc ipm consiliũ deprõpsisse subiecit dicẽs. Puto ego:
q₃ et ego spiritũ dei habeã. Sed cur ego paucis immoror exẽplis:
Ibidem. cũ in ei⁹ verbis ois ser⁹ omnis etas: ois conditio cõsiliũ inue:
niat si diligẽter querat salutis: Et si qs curiosius velit ꝑspice
re vtrũ verũ sit qđ dictũ est de sapientia consilia manare: legat
libros qui inscribunt sapientie: vbi totus orationis contextus/
consilia parare videt. Si vero cõsulti⁹ ꝛ vtili⁹ studet vitã inde
Mat. xix. eligere: audiat ipsam salubriter inuitantẽ sapientiã. Si vis in:
Eccle. xij quit ad vitã venire serua mandata. Queris cui⁹: Deũ inquit ti
me: ꝛ mandata eius obserua. Audiat eã ipsam materno affectu
Prouer. inclamãtem. Da mihi cor tuũ. O q̃ vellẽ ꝛ ego cor meũ in ei⁹
xxiij. verbũ suspẽdere: de cui⁹ ore mirifico tã dulcia vite ꝯsilia audio
personare. Vtinã aũt ꝛ lingue mee calamũ in eius fonte possem
intingere: quo idoneus essem/ ea quoq₃ que restant de duobus
fontib⁹/ id est virtutis ꝛ charitatis vtiliter exarare. Et qm̃ quat
tuor isti fontes: ita sibimutuo saporẽ trãsfundũt: vt q̃ de vno bi
berit quadã ineffabili dilectiõis dulcedine inuitet ad aliũ: libet
iam de sapientia ad virtutẽ trãsire: ꝛ qualiter illinc hauriũtur
aque presidioꝝ: quantũ ab ipa virtute adiuuor ostẽdere. Sicut
autẽ superi⁹ dixi gemina esse veritatis iudicia: q₃ scz determi:
nant quid liceat: vel qđ nõ liceat. Itidẽ sapiẽtie duo/ hoc est qđ
expediat vel quid nõ expediat: ita ꝛ hic agnoscam⁹ de fõte vir
tutis hauriẽdas duplices ꝑsidioꝝ aquas: q̃ vel abluãt electos
a culpis: vel refrigerẽt in tormẽtis. De vtrisq₃ sumam⁹ exẽplũ.
Refert lucas euãgelista q₃ quedã mulier q̃ fluxũ sanguinis pa:
tiebat erogata in medicos tota substãtia: cũ minime curari po
tuisset accesserit retro ꝛ tetigerit fimbriã vestimẽti dñi: ꝛ cõfe:
stim steterit fluxus sanguinis: iesum vero dixisse q̃s me tetigit:
Cumq₃ discipuli respõderẽt: turbe te cõprimũt ꝛ affligũt/ ꝛ di:
cis quis me tetigit: rursum repetisse tetigit me aliq̃s: nã ꝛ ego
noui virtutẽ de me exisse. Ecce quas aquas ꝑsidij hauserit mu
lier de fonte virtutis: quib⁹ abluta est a profluuio sanguinis: q̃
nulla medicoꝝ arte poterat sanari. Et si qs obiciat prolatũ te
stimoniuz nihil ad rem ꝑsentis opis pertinere: eo q₃ illa mulier
nequaq̃ abluta esse videat a culpis: sed tm̃ ab egritudine car:
nis/ nouerit moris esse diuine virtut⁹ prius cordi mederi q̃ cor
Matt. ix. pori. Unde ꝛ alibi cũ quidã ei paralytic⁹ offerret curãdus: tan
q̃ bonus ꝛ pius medicus: volens sanare prius qđ erat potius:
id est mẽtẽ q̃ carnẽ: ait eidẽ paralytico. Cõfide fili: remittunt
Ibidem. tibi peccata tua. Itaq₃ sanata consciẽtia: cõsequenter sanatur
corpus cũ dicit. Surge tolle lectũ tuũ: ꝛ vade i domũ tuã. Sic
ergo ꝛ huius cor mulieris prius abluit intus per donũ fidei: si
Actu. xv. cut scriptũ est. Fide mundans corda illoꝝ: per quã meruit exte
rius impetrare salutẽ corpis. Hoc eñ innuit ipse dñs: cũ dicit.
Luce. viij Filia fides tua te saluã fecit: vade in pace. Et aũt de hoc ipso
fonte virtutis hauriant aque presidij in tormẽtis: oñdunt ꝛ illi
tres pueri in fornacis incẽdio estuãtis positi: quib⁹ ipsa flãma
refriguit: ꝛ precipue incly⁹ ille martyr Vincenti⁹: qui cũ gra:
uiter torqueret nõ solũ tolerasse: sed etiã tortorẽ suũ cõstanter
prouocasse fert his verbis. Insurge inquit ꝛ toto malignitatis
spiritu debacchare: videbis me dei virtute plus posse dum tor
queor q̃ possis ipse q̃ torques. Possent plura de hoc fonte vir:
tutis copiosi⁹ dici: sed cũ succincte pretereo: quia de fonte vir
tutis bibere potius q̃ scribere desidero. Ad hunc fontẽ inuita
Joh. vij. mur redẽptoris nostri voce dicentis. Si qs sitit veniat ꝛ bibat
ꝛ de ventre eius fluent aque viue. Et sequutus euangelista ex:
Ibidem. posuit ad quem fontem nos inuitaret dicẽs. Hoc autem dixit

de spiritu quem accepturi erant credentes in eũ. Quẽ nisi spiri
tum charitatis quẽ mundus non potest accipere: sed soli acci:
piunt qui vere credunt in eũ: Et hoc ergo fonte hauriam⁹ no:
bis aquas desideriorum: ipsasq₃ partiamur in geminos riuulos
vt sicut eiusdem charitatis duo sunt precepta: ita sint ꝛ deside
ria gemina quibus impleantur ipsa precepta. Aliud est eñ de:
siderium quo deus propter seipsum: aliud quo proximus diligi
tur in deo vel propter deum. In illo nullus modus/ sed ex to:
to corde/ tota anima/ tota virtute diligitur deus: in hoc autem
Ma. xxij. prescribitur quidam modus cum dicitur. Diliges proximum tu
Põ. xlj. um sicut teipsum. Illo flagrabat propheta: cum diceret. Sicut
ceruus desiderat ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea
põ. lxxxiij ad te deus. Et item. Concupiscit ꝛ deficit anima mea i atria do
mini. Hoc exhibebat apostolus romanis: quib⁹ scribebat. De:
Rom. j. sidero enim videre vos vt aliquid gratie spiritalis impartiar vo
Luc. xxij. bis. Et dominus in euãgelio discipulis suis. Desiderio deside
raui hoc pascha manducare vobiscum anteq̃ patiar. Et notan
dum q₃ ad illud excitatur mens humana specialiter tribus affe
ctionibus ac prouehitur: vnde et deum diligere toto corde/ to:
ta anima tota virtute iubetur. Prima quidem dulcis: secunda
Mat. xvj. prudens: tertia fortis est. Primam habuit petrus: cum domino
mori dissuaderet. Ex corde enim dulciter diligebat: cuius pas:
Ibidem. sionem expauescebat. Sed cum audiret: vade retro sathanas/
non sapis que dei sunt: sed que hominis. His verbis eruditus
ꝛ intelligens quid boni haberet mors christi: cepit tota anima
prudenter diligere quem prius tantum diligebat dulciter toto
corde: necdum vero diligebat tota virtute. Quod si faceret:
nec propter mortis discrimen eum negaret. At vero post resur:
rectionem et ascensionem dato desuper spiritu: tunc demum to
ta virtute dilexit pro quo etiam horrendum crucis supplicium
postmodum subire non expauit. Erga charitatem quoq₃ proxi:
mi exercemur tripliciter: vel vt edificetur ipsa charitas vbi nõ
est: vel certe ne pereat vel minuat vbi est. Quisquis autẽ hanc
puro affectu erga proximum operatur illã proculdubio que de
us est vlterius promeretur.

De donis spiritussancti. Sermo continens septem capitula.

Capitulum primum.

PRima gratia est timor domini. Qui hanc habet
po. cxviij. gratiam omnem odit iniquitatẽ: iuxta illud psal
In eodẽ. miste. Iniquitatem odio habui: ꝛ abbominatus
Prouer. viij sum. Et alio loco. Omnem viaz iniquitatis odio
Prouer. iij. habui. Scriptũ nãq₃ est. Timor dñi odit maluz.
Job. j. Et item. Time deum: ꝛ recede a malo. Et de iob
dicitur. Vir timens deum: et recedens a malo. Sine hac gratia
prima gratiarum: que totius religionis exordium est nullũ bo
Eccl. xxvij. num pullulare vel manare potest. Sicut eñ securitas vel desi:
dia causa est ꝛ mater omnium delictoꝝ: sic timor dñi radix est ꝛ
custos omnium bonoꝝ. Unde scriptum est. Si non in timore do
mini tenueris te instanter: cito subuertetur domus tua. Omne
namq₃ virtutum edificium illico vergit in precipitium: si huius
Prouer. gratie amiserit presidium. Unde salomon ait. In timore domi:
xxiij. ni esto quotidie: quia habebis spem in nouissimo/ ꝛ prestolatio
Phil. ij. tua non auferetur. Hinc ꝛ apostolus. Cum metu ꝛ tremore ve:
Actuũ. x. stram salutem operamini. Et quid plura: Cõnexa sunt timor et
Luce. ij. religio: nec manere potest alterũ absq₃ altero. Unde cornelius
vir religiosus ac timens deum: et symeon iustus et timoratus.
Eccle. xij Unde salomon. Deũ inquit time: ꝛ mandata eius obserua. Hũc
vero sic habere debemus: quomodo asserit se habuisse iob bea
Job. xxxj tissimus. Semper quasi tumentes super se fluctus deuz timuit.
Per hunc timorem deluniuersa deserimus: mundo abrenuncia
Luce. ix. mus: nosq₃ ipos sicut dominus ait abnegamus nobis. Si quis
vult post me venire: abneget semetipsum. Iste ergo diuinus ti
mor: qui eum quem perfecte imbuit paupertati subijcit: ꝛ a ma:
lo diuidit: ita est primus in ordine gratiarum: sicut paupertas
in serie beatitudinum. De qua dominus in ceterarum fundamẽ
Mat. v. to eam ponens: ait. Beati pauperes spiritu quoniam ipsorum
est regnum celorum.

Capitulum secundum.

SEcundum carisma est spiritus pietatis: illi secũde q̃
in euangelio ponitur beatitudini simile. De qua dñs
Mat. v. sic ait. Beati mites: qm̃ ipsi possidebunt terram. De
Esa. lxj. talibus dominus in esaya ait. Spiritus domini sup
Nume. xij me ad annunciandum mansuetis misit me. Moyses
quoq₃ mitissimus erat super omnes homines qui morabãtur in
Job. v. terra. De talibus iob dicit. Domin⁹ ponit humiles in sublime.
et merẽtes erigit sospitate. Unde illud de domino dicitur. Hu
põ. xxxiij. miles spiritu saluabit. Econtra de superbis dicitur. Dominus
Jacob. iiij superbis resistit. Ante ruinam exaltatur cor. Superbia de sup:
Prouer. xvj. nis ad ima precipitat: humilitas de imis ad supna eleuat. An:
gelus eñ in celo superbiẽs ad tartara corruit: homo in terra se
humilians

humilians ad celos ascēdit. Tanto vero quisq3 debet esse humilior: quāto est sublimior. Unde scriptū est. Quāto magn⁹ es: humilia te in omnibus: ⁊ corā deo inuenies gratiā. Hinc ipse dn̄s ad discipulos ait. Qui voluerit inter vos primus esse: erit vester seruus. Itē. Cū feceritis omnia que p̄cepta sunt vobis: dicite serui inutiles sum⁹. Itē ipse dicit. Discite a me: quia mitis sum ⁊ humilis corde. Sine hac humilitatis virtute: relique virtutes nequeunt prodesse. Unde beatus gregorius ait. Qui virtutes sine humilitate cōgregat: est quasi qui in ventū puluerem portat. Sicut em̄ puluis venti validi flatu dispergit: sic oē bonū sine humilitate inanis vēto glorie rapit. Multo etiā melius est peccatorē esse humilē: q̄3 iustum arrogantem. Qd̄ a dn̄o euidenter ostenditur: vbi publicanus ⁊ phariseus in exemplū adducuntur: sicut quidā sapiēs ait. Melior est in malis factis humilis confessio: q̄3 in bonis factis superba gloriatio.

Capitulum tertium.

Tertium donum est spirit⁹ sciētie: de quo salomon ait. Qui addit scientiā addit ⁊ dolorem. Uera nāq3 sciētia est scire nos mortales ⁊ caducos ⁊ fragiles esse: ⁊ in hoc exilio ⁊ in hoc ergastulo: in hac peregrinatiōe/ in hac valle lachrymaꝝ dolendū ⁊ lugēdum esse. Unde dicitur in tertia beatitudine: huic tertio dono congruenti. Beati qui lugent: qm̄ ipsi ꝯsolabuntur. Itē. Ue vobis qui nūc ridetis: q2 plorabitis. Hinc salomon ait. Risus dolori miscebitur: ⁊ extrema gaudij luctus occuppat.

Capitulum quartum.

Quarta gr̄a est spūs fortitudinis: quarte in euāgelio beatitudini similis: de qua dicit. Beati q̄ esuriūt et sitiunt iusticiā: qm̄ ipsi saturabunt. Qui em̄ iusticiā esurit ⁊ sitit: cōtra quelibet aduersa/ fortis insuperabilis ⁊ imperterrit⁹ existit. Un̄ salomon ait. Iustus vt leo confidit: ⁊ absq3 terrore erit. Itē. Nō cōtristabit iust⁹/ quicquid ei acciderit. Hoc spū erant prediti omnes: de q̄bus loquitur aplus. Sancti ludibria ⁊ vbera experti/ insuper ⁊ vincula et carceres lapidati sunt/ secti sunt/ tēptati sunt: in occisiōe gladij mortui sunt. Circuierūt in melotis in pellib⁹ caprinis: egētes/ angustiati/ afflicti: quib⁹ dignus nō erat mundus. In solitudinibus errātes: in mōtibus ⁊ in speluncis ⁊ in cauernis terre. Hec ⁊ apls ipe: q̄ ait. Quis nos separabit a charitate xp̄i? Tribulatio ⁊c. Iste spūs oēm alienam maliciam sustinet: ⁊ aduersus hostiles insidias instruit ⁊ munit. Unde spōsus in sponse preconio ait. Pulchra es amica mea: suauis ⁊ decora sicut hierusalem: terribilis vt castrorum acies ordinata.

Capitulum quintum.

Quintum donū est ꝯsilij spūs: qui aliēs facit compati ⁊ misereri: illi cōpetēs de qua dicit quinte beatitudini. Beati misericordes: qm̄ ipsi miām consequent. Hinc et salomon ait. Qui pnus est ad miam: benedicetur. Hanc principaliter triphariā exercemus: vel quādo sex eius que in euangelio leguntur opera implem⁹: vel qn̄ delinquentes corrigere ⁊ ad bonum reducere studemus: vel qn̄ iniurias nobis illatas facile indulgemus. Iste secundus clemētie modus/ siue consilij spirit⁹ deū fecit semetipsum exinanire: formam serui accipere: sc3 vt sic posset ouem errātem corrigere/ et ad propriū ouile reducere. Un̄ apls ait. Semetipsuz dedit pro peccatis nostris: vt nos eriperet de p̄senti seculo nequaz. Huic consulendi mō sic oportet insistere: vt iniungit ab apostolo monēte. Insta oportune/ importune. Est ⁊ alius cōsulendi mod⁹. s. discretionis virtus: qua veras a palliatis atq3 simulatis virtutibus discernimus: qua etiā ipsum sathanā ypocrisis auctorez dignoscimus. Ipe em̄ sathanas (vt ait apostolus) transfigurat se in angelū lucis: ⁊ iuxta beati cypriani dictū. Ministros iniusticie suborn at/ noctē afferentes p die: interitū pro salute. Ista quidem ceterarū virtutū magistra ac domina oēs alias prudenter temperat: ac sufne gubernat: ⁊ ne vltra vel citra euagentur/ licenter/ impialiter ac discrete ꝯseruat. Un̄ boeti⁹. Uirtutes mediū tenēt. Si vl' vltra vl' infra q̄3 oportuerit fiat a virtute discedit.

Capitulum sextum.

Sexta gratia est spūs intelligentie: illi sexte beatitudini ꝯgruus. Beati mūdo corde: qm̄ ipsi deū videbūt. Nisi em̄ mētis intuit⁹ diligēter purificat⁹ fuerit: mystica ac diuina liq̄de intelligere nequit. Nā scriptū est. Spūssctūs discipline effugiet fictū: et auferet se a cogitatiōibus q̄ sunt sine intellectu. Un̄ salomō. Abominatio dn̄i: cogitationes male. Peruerse cogitatiōes separāt a deo. Qui ergo vult sincerū ac lucidū intellectū habere: prauaꝝ cogitationū fātasias ac nebulas studeat effugare: ⁊ oī diligētia ⁊ cautela cor seruare. Unde salomon. Omni custodia serua cor tuum: quoniam ex ipso vita procedit.

Capitulum septimum.

Septimum donū est spūs sapiētie: quidā intern⁹ sapor ac suauissim⁹ gustus. Un̄ psalmista. Gustate ⁊ videte qm̄ suauis est dn̄s. Et itē. Uacate ⁊ videte. Et iteruz. Accedite ad eū: ⁊ illuminamini. Hoc diuine sapientie in eterno gustu supna prelibamus: vez contēplantes q̄3 amenū sit angelicis cetib⁹ interesse: vbi nīl poterit qd̄ displiceat eē: nīl qd̄ placeat abesse. Ista septima gratia illi vere beatitudini cōgruit: de qua ait dn̄s. Beati pacifici qm̄ filij dei vocabunt. Qui em̄ mentē pacificā ⁊ serenā hn̄t: de supnis dulcius sapiūt ⁊ subtilius vident. Nā quisquis patientior: eo pbatur esse sapiētior. Unde salomon. Doctrina viri: p patiētiā dignoscit. De talibus alibi dicit. Pax multa diligentib⁹ legē tuā: ⁊ non est illis scandalum. He septē gratie sunt septē mulieres virū vnū apprehendentes/ septem spiritus super florē requiescētes: septē in cādelabro lucerne fulgentes: septem in lapide oculi: septez spiritus ante thronum dei.

Finiūt beati Bernardi parui sermones cum adiecto sermone de donis spiritussancti.

Sequitur liber eiusdem: cōtinens diuersas morales ac vtiles sententias.

Factus est in pace locus

eius. Est pax ficta vt in iuda: est inordinata: vt in adam eua. Paꝝ neutra est loc⁹ dei. Sola pax xp̄iana quā dn̄s reliqt ⁊ dat discipulis suis: ipsa est in qua dn̄s reqescit. Hec offert p sctōs p̄dicatores vniuerso generi hūano/ s3 eā quidā repellunt alij recipiūt. Nos vo excutientes puluerē pedū nroꝝ sup odientes pacē ad dilectorez eiusdē pacis nos cōferam⁹. Eoꝝ alij dnr recipientes pacē: alij retinētes pacē: alij faciētes. Possunt ⁊ alijs noīb⁹ vacari: sc3 pacati/ patiētes/ pacifici. Et hec noīa sortiunt ſm diuersos stat⁹ pacis in quib⁹ proficiūt. Nam pacati p hanc pacē possidēt terram corpis sui: q2 mites sunt. Patiētes possident aīam suā: quibus dr. In patiētia vestra possidebitis aīas vr̄as. Pacifici possident: nō solū suā sed etiā alioꝝ in q̄bus faciūt pacē. Unde merito filij dei vocant. Pacati ergo dicūtur qui pacē recipiūt: de quibus scriptū est. Si ibi fuerit fili⁹ pacis: requiescet sup illuz pax vestra. S3 q2 pusilli sunt: scādalis exagitati/ cito pacē quaz receperāt perdūt. Patiētes aūt sunt: qui receptam retinēt: nec quauis iniuria exasperati eā amittūt. Istis tanq̄3 robustiorib⁹ precipitur. Pacē diligite ⁊ sctimoniā sine qua nemo videt deū. Pacifici vero qui nō solū in se ⁊ in alijs eā faciūt/ sed etiā volētes auferre diligunt: sicut scriptū est. Cū his q̄ oderūt pacē erā pacificus. Ecce isti sunt in quib⁹ requiescit: ⁊ mansionē de⁹ facit. Ecce isti; quos, sicut filios de⁹ diligit: ⁊ de quibus tanq̄3 viuis lapidibus/ tēplū sibi sapiētia ꝯstruit. De quo edificio ne vllo impulsu possint labefactari ipo deo ihabitāte pariter et operante ad similitudinem lapidis quadrantur quattuor modis: superius/ inferius/ a dextris/ et a sinistris. Superius/ cū diuine volūtati suā humiliter ⁊ prudenter subijciūt. Inferius cum carnem subiectam temperanter regūt. A dextris/ iuste bonos amplectēdo. A sinistris/ malos fortiter tolerando.

Ante oīa vt sine murmuratione sint fratres forte aliq̄ leue pctm̄ estimāt murmurare: s3 nō hic qui ante oīa monet esset cauendū. Puto aūt ne illū quidē leue reputasset: q̄ murmurantib⁹ aiebat. Nō contra nos est murmur vestrū: s3 cōtra dn̄m. Nos em̄ quid sum⁹? S3 ne illū quoq3 q̄ dixit. Nō murmurauerītis sicut quidā murmurauerūt: ⁊ perierūt ab exterminatore. Illo nimirū exterminatore qui posit⁹ est in hoc ipm̄: vt a terminis beate illius ciuitatis arceat murmurantes: ⁊ longe faciat a finibus eius cui dr. Lauda hierl'm dn̄m: lauda deū tuū syō: qui posuit fines tuos pacē. Nihil enim cōmune habent murmur et pax: gratiarum actio et detractio: zelus amaritudinis/ ⁊ vox laudis. Itaq3 in ore trium et talium testium stet hoc verbum: vt pestem istam murmurationis summopere nobis nouerimus esse cauendam.

Tres sunt quib⁹ recōciliari debem⁹: hoīb⁹/ āgelis/ deo. Hoīb⁹ p aperta opa: angelis p occulta signa: deo p puritatē cordis. Nā de opib⁹ que corā hoīb⁹ faciēda sunt scriptū est. Luceat lux vr̄a corā hoīb⁹ vt videāt vr̄a opa bona ⁊ glorificent patrē vestrū q̄ in celis est. De angelis dicit dauid. In ꝯspectu angeloꝝ psallā tibi. Occulta aūt signa sunt: gemit⁹/ suspiria/ vsus cilicij: ⁊ cetera penitētie insignia que angelis placent. Unde est illud. Gaudiuz est angelis dei sup vno peccatore penitētiā agēte. Ut aūt deo recōciliemur: nec opib⁹ nec signis s3 puritate ⁊ simplicitate cordis indigemus. Scriptū est em̄. Beati mundo corde: qm̄ ipsi deum videbunt. Et illud. Si oculus tu⁹ fuerit simplex ⁊c.

Quattuor sunt genera hoīz regnū celoꝝ possidentiū. Aliȷ violenter rapiūt: aliȷ mercanť: aliȷ furantur: aliȷ ad illud compelluntur. Rapiunt q̄ dereliquerūt oia ꝛ sequūtur xp̄m. De q̄b⁹ dicit. Beati pauperes spiritu: qm̄ ipsoꝝ est regnū celoꝝ. (Mat. v.) Sunt aliȷ inferioris gradus a q̄bus metunť carnalia dū eis spiritalia seminanť: et his loquiť in euāgelio dn̄s Facite vobis amicos de māmona iniq̄tatis: vt cū defeceritis recipiāt vos in eterna tabernacula. (Luc. xvi.) Tales dicunť mercatores: quia dāt in presenti pauperibus tp̄alia que possident vt in futuro recipiāt ab eis eterna: quē nō nisi per eos habere merenť. Necesse est em̄ oēs qui in futuro iudicio examinādi sunt vel esse iudicis amicos: vel apud iudicez intercessores habere amicos. Habēt ergo primū beatitudinis locū q̄ intercedūt: habēt hi pro quibus intercedūt scd̄m. Sūt aliȷ qui nōnulla bona occulte faciūt: p q̄bus merenť regnū celoꝝ/sed tn̄ furari illud dicunť: q: laudē hūanā vitātes/solo diuino testimonio cōtenti sunt. Hoꝝ figurā tenuit mulier illa in euāgelio: que fluxū sanguinis patiēs cogitauit intra se dicēs. Si tetigero fimbriā vestimenti ei⁹: salua ero. (Luce. viij.) Quo dicto accessit occulte ꝛ tetigit ꝛ salua facta est. Aliȷ sunt q̄ cōpellūť: verbi gratia vt pauperes necessariȷ: quos scz hic ignis deo dispēsante purgat: ne in futuro ignis iudiciȷ puniat. De q̄bus scriptum est. Compelle intrare: vt impleať domus mea. (Luc. xiiij.) Cōpellunť multi variȷs necessitatibus ꝛ oppressiōibus afflicti: q̄ mira dei prouidentia dū tp̄alem penā si nō libēter/tamē patiēter sustinēt: vitam consequuntur eternam.

Quantū distat inter pastorē ꝛ gregē: tantū debet distare inter ep̄m et plebem. Stat ille sublimi et rectus: curuat iste caput solo depressus. Unde poeta. (Meta. j.) Pronaq; cū spectēt animalia cetera terrā. Os homini sublime dedit. Ille regit/iste regiť: ille pascit: iste pasciť: vt ex ipsa forma ꝛ habitu vterq; discernať. Habet ille in manu virgā qua feriat: vel potius ducat ꝛ reducat ouem. Quid est aūt habere in manu virgā: nisi in opere disciplinā/vt subiectos suos exēplo magis instruat q̄ verbo? Erubescūt em̄ superbi esse discipuli: si eos in humilitate p̄cesserint magistri. Unde ꝛ de dn̄o sc̄ptū est. Que cepit iesus facere ꝛ docere. (Actuuz. j.) Habet etiā baculū: quo feriat lupū. Virga ouē: baculo lupū. Hoc est mites ꝛ obediētes debet lenius corripere: duros vero corde/ꝛ iprobos acrius arguere: cūq; necesse fuerit/etiā anathematis sententia ferire. Tenet canē in fune: zelum scz in discretione: ne sit de illis de quibus scriptū est. Habent zelum alias emulationē dei: sed nō s̄m sciētiam. (Rom. x.) Habet etiaz pastor bonus panem in pera: hoc est verbum dei in memoria.

Duo sunt amores/carnalis ꝛ spiritalis: ex q̄bus colligūtur quattuor modi diligēdi: scz diligere carnē carnaliť/sp̄m carnaliť/carnē spiritaliter/sp̄m spiritaliť. In his fit quidā p̄fect⁹ ꝛ ascensus ab inferioribus ad superiora. Nā vt homines qui tantū nouerant diligere carnē carnaliter ad hoc p̄ficerēt: vt deū q̄q; diligerent spiritaliter/deus caro fact⁹ est: ꝛ loquēdo ꝛ ↄuersando cū hoībus p̄mū ab eis carnaliter dilectus est. Cū aūt pro amicis suis animā ponere vellet: iam spiritū diligebāt/sed adhuc carnaliter. Unde ꝛ petrus loquēti de passiōe sua respōdit. (Mat. xvi.) Absit a te dn̄e: nō erit tibi hoc. Sed cū per eandē passionem fieri mysteriū redemptiōis agnoscerent: in ipsa passione iam carnē spiritaliter diligebāt. Resurgente aūt eoꝛ ascendente spiritū spiritaliter amāt: letiq; decātant. (ij. Cor. v.) Et si cognouimus s̄m carnē christū: sed nunc iam nō nouimus. Nos quoq; carnē nostrā carnaliter diligimus: cū ei⁹ desideria diligim⁹ et p̄ficimus. Sp̄m carnaliter: qn̄ cū flendo/suspirando/gemendo in oratione cōterimus. Carnē spiritaliter: cū eā spiritui subiectam in bonis spiritaliter exercentes/cū discretione seruam⁹. Spiritū spiritaliter: cum etiam ipsa spiritalia studia nostra fraterne vtilitati ex charitate postponimus.

Est ad deū quidā redeūdi mod⁹: primi hois casui oppositꝰ. Adam q̄ppe in paradiso posit⁹: primo p̄didit circūspectionē dei. Testať em̄ beat⁹ augustin⁹ q̄ nequaq; tēptator hoīem de paradiso eiecisset/nisi aliq̄ elatio in animā hois precessisset: cū verissime scriptū sit. Ante ruinā exaltať cor. (Prouer. xvi.) Scd̄o p̄didit iusticiā qn̄ vxoris voci plus q̄ diuine obediuit. Iusticia em̄ est virt⁹ que sua cuiq; reddit. Tertio amisit iudiciū: cū post pct̄m correct⁹ oblique p mulierē retorsit p̄priā culpā in auctorē dicēs. (Gen. iij.) Mulier quā dedisti mihi sociā dedit mihi de ligno: ꝛ comedi. Eisdē ergo virtutum gradib⁹ redeunduz est hoī in exilio posito: quib⁹ prim⁹ expelli meruit de paradiso. Primū itaq; faciendū est iudiciū: deide exercenda iusticia; tandē circūspectio adhibēda. Et iudiciū quidem nobis vt nosipsos iudicem⁹ ꝛ accusem⁹: iusticiā primo/circūspectionē debem⁹ deo. Hāc redeūdi viā ostendit nobis micheas p̄pheta dicēs. (Mich. vi.) Indicabo tibi o hō quid sit bonū/ꝛ quid deus requirat a te: vtiq; facere iudiciū: ꝛ diligere misericordiā et ambulare sollicite cū deo tuo. Hanc salutis viā testať ap̄lus christum docuisse: dicēs. (Tit. ij.) Apparuit gratia dei saluatoris nostri omnibus hoībus erudiens nos vt abnegantes impietatē ꝛ secularia desideria: sobrie ꝛ iuste ꝛ pie viuamus in hoc seculo ꝛc. Sobrie scz quātū ad nos: iuste ad p̄ximū: pie ad deū. Qui etiā manifesti⁹ intulit circūspectionē dei dicēs. (Ibidem.) Expectātes beatā spem ꝛ aduētū glorie magni dei ꝛ saluatoris nostri iesu christi. Et in multis aliȷs scripture sacre locis: si hic ordo vie ꝛ institutio vite queratur/potest inueniri: vt illud. (Eccl. xiiij.) Beatus vir qui in sapientia morabitur: ꝛ qui in iusticia meditabitur: ꝛ in sensu cogitabit circūspectionē dei. Moratur siquidē in sapiētia: ꝛ sapiens est qui semetipsum hic diiudicat: vt eternū dei iudiciū euadat. Si enim (ait apostol⁹) nosmetipsos diiudicaremus: nō vtiq; iudicaremus. (j. Cor. xj.) Sapiens est non s̄m sapientiā huius seculi: sed s̄m illam que trahitur de occultis: per quā vtiq; merito dei opere agitur: vt electi quiq; tūsionibus ꝛ pressuris hic attriti in edificio veri salomonis sine sonitu mallei postmodum collocentur.

Quattuor gradibus distinguiť oīm electoꝝ profect⁹. Primo enim fit quisq; amicus sue anime: secūdo fit amicus iusticie: tertio sapientie: quarto fit sapiens. In primo profectu vitat omnia que animā possunt offendere: ꝛ diligit ea que eā possunt mulcere. Horret ergo infernū: ꝛ celum cōcupiscit: ita potest implere illud diuinū preceptū: quod in prima ↄuersione sua accepit. Diliges p̄ximum tuū sicut teipsum. (Mat. xxij.) Nā dum s̄m carnē ambulat: nullo mō potest. Cū autē spiritu dei agiť: facile potest. Quid em̄ habeat emolumēti homo si proximus eius ardeat in inferno: aut quid perdiderit si secū fuerit in paradiso? Neq; em̄ talis est illa paradisi hereditas: vt possidentiū nūero minuatur. Diligit ergo p̄ximum quem non vult malum pati: sicut nec seipsum: et quē sicut seipsum vult possidere celum. Hoc autē suo: id est hominis spiritu qn̄ posset: vt scz expauesceret gehēnā ac celestia desideraret? Sed potest hoc illi⁹ spiritu: cui dictū est. Si ascēdero in celum tu illic es ꝛc. (Ps. cxxxviij.) Sp̄us quippe sapiētie vbiq; presens: nouit quid in celo/ꝛ quid agatur in inferno. Cūq; mentē humanā repleuerit: ꝛ de penis inferni ieciit timorē/ꝛ celestiū amorē infūdit. Sicq; facit hoiem amare seipsuz: ꝛ dicit ei. Miserere anime tue: placens deo. (Eccl. xxx.) Primū igitur est diligere se: deinde proximū. Nō em̄ dictū est diliges te sicut proximū: sed diliges p̄ximum sicut te. Hoc modo fit amator anime sue: per sp̄m sanctū quē ex fide accepit. Accepto aūt hoc dono: nō debet eo solo content⁹ esse/sed ad maiora prouehi ꝛ in meli⁹ proficere. Viuit aūt iam per spiritū. Sed si per spiritū viuimus (ait apostolus) spiritu ꝛ ambulem⁹. (Gal. v.) Et alibi dicit. Nos vero oēs reuelata facie gloriaz dei speculantes in eādē imaginē transformamur a claritate in claritatē: tanq; a dn̄i spiritu. (ij. Cor. iij.) Hoc ipsum ꝛ psalmista de sanctis videtur sensisse. Benedictionē inquit dabit legislator. Ibūt de virtute in virtutē: videbiť de⁹ deoꝝ in syon. (Ps. lxxxiij.) Ambulet ꝛ iste quē in manib⁹ habem⁹: eat ꝛ p̄ficiat donec ad quartū gradū perueniat. Ibi sine dubio factus sapiens: videbit deum deoꝝ in syō. Porro eoipso quod dixi: qui bene diligit animā suaz: dz etiam diligere iusticiam. Alioquin si diligit iniquitatem/odit plane nō diligit animam suam. Diligēdo aūt iusticiam transit ad secūdum gradū: ꝛ audit illud sapiētie preceptū. Diligite iusticiā qui iudicatis terrā. (Sap. j.) Quā si perfecte dilexerit: dz p ea ferre patienter oēm penā ꝛ quācūq; illatā contumeliā. Duo quippe p̄stabit ei iusticia: vnū vt faciat quod dz: alteꝛ vt patiatur quod debet: scz vt si bonū nō fecerit q̄d debuit/malum q̄d meruit patiatur. Sic miro mō ne deserendo quidē iusticiā ab ipsa deserimur: dū per ipsam quilibet preuaricatiōis reatus puniť. Neq; em̄ est qui se abscōdat a calore ei⁹. Hanc aūt penā: non solū vir iustus nō horret/verūetiā libenter excipit: dū p eā preterite vite pctā purgari fideliter credit. Hinc em̄ scriptū est. Nō contristabit iustū: quicq̄d ei acciderit. (Prouer. xij.) Opponit igiť variȷs voluptatibus quibus corruit ↄtraria medicamēta: per que resurgat: verbi gratia. Cecidit p inobedientiā/per obedientie laborē redit ad vitā: lubricus extitit ac dissolut⁹/per continentie studiū rigoreq; discipline reparať. Patitur ab ipsis elementis mūdi penam quoq;: visum dudū inflexerat ad voluptatē. Quib⁹ cruciatibus cū diu tanq; aurū in fornace probat⁹ fuerit: quantū scz dignum iudicabit is qui in pane lachrymaꝝ nos cibat ꝛ potū dat nobis in lachrymis in mensura: incipit iam consolari: ꝛ audit illam esaye vocē dicentis. (Esa. xl.) Consolamini ↄsolamini popule meus dicit deus vester. Loquimini ad cor hierusalē: ꝛ aduocate eaz: quoniam cōpleta est malicia eius: id est afflictio: dimissa est iniquitas illi⁹. Suscepit de manu dn̄i duplicia: pro oīb⁹ peccatis suis. Postq; vero ↄsolationē receperit: sollicitus est ꝛ q̄rit quo mō placeat ei cui se p̄bauit. Facit quicq̄d boni facit: vt soli placeat suo conditori. Transit ad tertiū gradum sui profectus: vt sit scilicet amicus sapientie: que materno affectu loquitur sibi cum dicit.

[Prouer. xxv] cum dicit. Prebe fili cor tuum mihi. Cum ergo ad hunc gradũ peruenerit nihil aliud ei restat nisi vt ad quartũ accedat vbi dicitur esse sapiens. Hoc aũt fit qñ iã operatur nõ vt ipe deo placeat/ qđ vtiq; in tertio gradu fecerat/ sʒ q: placet ei deus: vel q: placeat deo qđ operatur. Quisqs talis est põt cũ tota fiducia: ac securitate cõscientie illud sapientis canticũ decãtare. [Eccli. xxiiij.] In oibus requiẽ quesiui ⁊c. Hic eñ reqescit in oñibus cũ per oia placeat deo: q nõ dei volũtatẽ ad suã curuare: sʒ suã didicit ad dei voluntatẽ erigere. Morabit in hereditate dñi: sicut [Geñ. xiij.] ei eiusdẽ dñi voce pmittit cũ dr. Terrã in qua dormis tibi dabo: hoc est quietẽ istã ad quã peruenisti labore tuo: ⁊ munere [Ibidem.] tuo stabilem tibi faciã atq; perpetuã. Qđ aũt subiũgit ⁊ semini tuo: sic possumus intelligere: vt nõ solum spiritui detur trãquillitas ista: ⁊ hic ⁊ in futuro: sed etiã semini tuo: idest operibus tuis dabitur corporis tui glorificatio.

A Tria sunt loca: celũ/ terra infernus: ⁊ habent singula habitatores suos. Celum solos bonos/ terra mixtos: infernus solos malos.

B Quattuor sunt que impediũt cõfessionẽ: pudor/ timor/ spes/ desperatio. Quosdã enim impedit pudor: q scʒ ꝓ sola cõfusione dicere erubescũt peccata que cõmiserũt. De quo per salomonẽ dicit. [Eccli. iiij] Est cõfusio adducens peccatũ. Quo contra de his qui cõfitentur iterũ dicitur. Est cõfusio adducens gloriã. Quo etiã cõmendat ꝓpheta dicens. [Ps. ciij.] Cõfessionem ⁊ decorẽ induisti. Et alibi. Cõfessio ⁊ magnificentia opus eius. Alios impedit timor. Timẽt enim si confiteant: ne grauis eis penitẽtia iniungatur: ⁊ hos arguit Iob dicens. [Iob. vj.] Qui timet pruinã irruet super eũ nix. Sunt aũt nõnulli q in hoc mũdo adhuc aliqđ cõcupiscũt/ nec putant se adepturos qđ desiderant: si hoibus quales sint innotescant. Hor cõfessionẽ impedit spes: idest cupiditas potiendi desiderij: talibus cõminatur dñs in euangelio. [mat. xxiiij] Ve pregnantibus ⁊ nutrientibus in illis diebus. Sunt itẽ alij q nil horũ verentur/ sed solũ hoc timent: q: post peccatorũ ꝯfessionẽ ab ipsis abstinere minime possent. Et his obest desperatio: quibus nõ incongrue illud põt adaptari. [Prouer. xviij.] Peccator cũ venerit in profundũ malorũ cõtemnit. Fit vero nõnũq; vt hec oia simul cõfessionẽ impediãt. Sed q quattuor his malis pmitur recte iã in monumento iacet. Et velut [Ioan. xi.] ille euangelicus quatriduanus fetet. Scriptũ est eñ. A mortuo velut q non sit perit cõfessio. [Eccl. xvij] Qz si is mortuus est q nõ cõfitetur vtiq; reuiuiscet q cõfitebit. Veniat ergo iesus ⁊ dicat. [Ioan. xj.] Veni foras. Et ad vocem eius ilico suscitabit mortuus. Excipiat hic noster mortuus exhortationẽ: ⁊ nõ differat cõfessionẽ. Dicatur ergo illi quẽ pudor afficit. Cur te pudet peccatuʒ tuũ dicere: qđ non puduit facere? Aut cur erubescis deo cõfiteri: cuius oculis non põt abscondi? Qz si forte pudor est tibi vni homini: ⁊ peccatori peccatũ tuũ exponere: qđ facturus es in die iudicij vbi omibus exposita tua conscientia patebit: Hec itaq; tria proponenda sunt cõtra pudorẽ: scʒ consideratio rationis: reuerentia intuentis dei: comparatio maioris cõfusionis. Similiter cõtra timorẽ opponẽda sunt tria. Cõsiderandũ eñ est q̃ sit longa pena inferni: q̃ grauis: q̃ infructuosa. Ecõtrario vero ꝑsentis tẽporis penitẽtia breuis est ⁊ leuis et fructuosa. Cõtra spem quoq; itidẽ tria opponũtur: bona scʒ futuri seculi/ presentis vite bonis maiora/ certiora/ durabiliora: ad [C] quorũ cõparationẽ qcquid in hoc mũdo desiderari põt modicum est ⁊ incertum: ⁊ vt ita dicam momẽtaneum. Ita contra desperationem vincendi peccatũ tria sunt remedia. Primũ est vigor ipe propositi boni: quẽ assumit ex cõfessione. Secũdum est gratia dei quã meretur ex humilitate. Tertiũ est auxilium quod ex eius habet cui cõfitetur compassione.

D Duo sunt in quibus consistit nostra salus: iustificatio ⁊ glorificatio. Altera initiũ: altera perfectio est: in illa labor: in hac autẽ fructus laboris est. Et nunc quidẽ iustificatio fit per fidẽ: nã glorificatio erit per spẽm. Quãta aũt sit in futura vita glorificatio sanctorum: hũanus interim nõ põt attingere intellectus. De illa eñ scriptũ est: q oculus nõ [Esa. lxiiij] vidit/ nec auris audiuit ⁊c. Hac ergo interim omissa qm vires nostras excedit de iustificatione q nũc agit aliqđ ad edificationẽ fratrũ nostrorũ qđ necessariũ visum est loquamur. Ipsa est enim via per quã fit transitus ad glorificationẽ: dicẽte apostolo. [Rom. viij] Quos pdestinauit hos ⁊ vocauit: ⁊ quos vocauit/ hos ⁊ iustificauit. Quos aũt iustificauit hos ⁊ magnificauit. Neq; ei poterit obtineri magnificatio nisi iustificatio precesserit: cum ista meritũ/ illa pmiũ sit. Hoc in euangelio docuit dñs: q cũ discipulis euãgelizaret regnũ dei/ primũ eis ꝓposuit iusticiam [Mat. v.] dicens. Nã nisi abũdauerit iusticia vestra plusq; scribarum ⁊ phariseorum: nõ intrabitis in regnũ celorũ. Notãdũ aũt q sicut in illo btitudinis regno ꝑsentem se electis suis exhibebit dñs ad glorificationẽ: ita etiã se eisdẽ ipis exhibet in via peregrinationis ad iustificationẽ: vt a quo scʒ glorificãdi sunt ꝑ spẽm ab ipso prius iustificent ꝑ fidẽ. Et qdẽ tria sunt a qbus abstinere debent: qcunq; iustificari desiderãt. Primo vtiq; ab operibus prauis: scđo a carnalibus desiderijs: tertio a curis seculi. Itẽ tria sunt qbus debent insistere: q etiã cõtinet sermo dñi in mõte: elemosyna/ ieiuniũ/ oratio. Sic eñ adimplet iustificatio dũ ab interdictis vitijs abstinent/ ⁊ bona q pcepta sunt fideliter exercẽt. Opponant ergo prauis operibus opera misericordie contra carnalia desideria adhibeatur ieiunia: ⁊ pro curis seculi succedat amor dei: ⁊ frequentia orationis.

E Pastorũ est vigilare sup gregẽ ꝓpter tria necessaria: videlicet ad disciplinã/ ad custodiã/ ad pces. Ad disciplinã ꝓpter morum correctionẽ: ne grex cõmissus ꝓpria molestia deficiat. Ad custodiã propter diabolicã suggestionẽ: ne hostili seducatur calliditate. Ad pces ꝓpter tentationũ instantiã ne vincat a pusillanimitate. In disciplina rigor iusticie: in custodia spũs consilij: in prece affectus cõpassionis.

F Duas ad intelligendũ se cõdidit vniuersitatis auctor creaturas: hoiem ⁊ angelum. Hoiem iustificant/ fides: ⁊ memoria/ angelũ beatificant: intellectus ⁊ presentia. Et q: hoies qñq; perducendi sunt ad equalitatẽ angelorum: necesse ẽ vt interim iustificentur ꝑ fidẽ/ ⁊ pficiãt ad intellectũ. Scriptũ est eñ. [Esa. vij.] Nisi credideritis nõ intelligetis. Itaq; fides via est ad intelligendũ: nã mundat cor fide: vt intellectus videat deuʒ. Similiter ⁊ memoria dei: via est ad ꝑsentiã dei. Qui eñ ꝗ hʒ mandatorum eius vt ea faciat mẽoriã: merebit qñq; vt eius quoq; videat ꝑsentiã. Habeãt igit intellectũ: ⁊ ꝑsentiã angeli dei in celo: habeamus ⁊ nos eius fidẽ ⁊ memoriam in mundo.

G Tres sunt status anime. In corpore/ posito corpore/ recepto corpore. Primus datus est ei ad agendam pniam: reliqua duo ad habendã requiẽ vel penã: scʒ put gessit i corpe: siue bonũ siue malũ. Ad agendã vo pniam tria sunt necessaria: tps/ corpus ⁊ locus. Qz tps sit necessariũ: dicit apostolus. [ij. Cor. vj.] Ecce nunc tps acceptabile/ ecce nũc dies salutis. Similiter ⁊ de corpe idẽ scribit. [ij. Cor. v.] Oẽs nos oportet manifestare añ tribunal xpi: vt referat qsq; ꝓpria corpis put gessit. Sʒ et de [Eccle. x.] hoc loco loquit scriptura dicẽs. Si ascẽderit sup te spũs potestatem habẽtis: locũ tuũ ne deseras. Porro tps in tria diuidit in pteritũ/ in ꝑsens/ in futurũ. Horum nullũ perdit: quisq; recte pniam agit. Nã pteritũ qdẽ qđ perdiderat restaurat: dũ i amaritudine aie sue oẽs ãnos suos recogitat. Presens autẽ tenet iam ꝑ exercitiũ opis. Futurũ vo per cõstantiã boni propositi. De pterito loquit apls: cũ dicit. [Ephe. v.] Redimẽtes tempus: qm dies mali sunt. Ad ꝑsentis vo operationẽ hortat nos cũ dicit. [Gal. vj.] Duʒ tempus habemus operemur bonũ ad oẽs: maxime aũt domesticos fidei. [Mat. x.] Futuri nos admonet dñs: cũ ait. Qui perseuerauerit vsq; in finẽ saluus erit. Corpus quoq; necessariũ est ad agẽdam penitentiã. In corpore qppe possumus mala pati et bona operari. Pati scʒ ꝑ cõmissis delictis: operari pro adipiscẽdis eternis premijs. Qui ergo corpore caret dignos penitẽtie fructus facere quomodo valet? Et notãdũ q penitẽtia q ꝑ corpus geritur breuis est ⁊ leuis. Breuis q: corpis morte terminatur. Leuis q: per societatẽ corporis fert facilius. Grauis siquideʒ esset: si eã solus animus portaret. Cũ vo ⁊ ipsi corpi eius partitur põdus: q̃tomagis inde corpus onerat: tanto amplius animus exonerat. Locus etiã videt necessarius esse ⁊ vtilis: ecclesia. s. vite ꝑsentis in qua qsqs dũ in corpe vivit pniam recte agere negligit: nullũ in futuro salutis remediũ obtinere poterit.

H Triplici morbo laborat genus hũanum: principio/ medio/ ⁊ fine: idest natiuitate/ vita ⁊ morte. Natiuitas imũda: vita puersa: mors piculosa. Venit xps: ⁊ ꝯtra triplicẽ hũc morbũ attulit triplex remediũ. Natus est eñ/ vixit/ mortuus est: atq; eius natiuitas purgauit nostram: mors illius destruxit nostram: et vita eius instruxit nostram.

I Sicut eger ad medicum: sic esse debet peccator ad creatorẽ suũ. Qui ergo pctõr est debet orare deuʒ sicut eger medicũ. Duobus aũt modis impeditur oratio peccatoris: vel nulla vel nimia luce. Nulla luce illustrat: q pctã sua nec videt/ nec ꝯfitet. Econtrario nimia luce obruitur q ea tãta videt vt de indulgẽtia desperet. Horum neuter orat. Quid ergo? Tẽperanda est lux: vt peccata sua videat peccator ⁊ cõfiteat: ac ꝓ ipsis oret vt remittãtur. Primo ḡ eius oro dʒ fieri verecũdo affectu: hoc aũt fit/ cum necdũ peccator audet ꝑ seipm accedere ad deũ; sed querit aliquẽ sanctũ virũ: aliquẽ sanctũ pauperẽ spũ: q sit in ora vestimẽti dñi tanq; fimbria: ꝑ quẽ habeat accessum. Huius oronis re-

nuit typū illa euangelica mulier q̄ fluxū sanguinis patiebatur cupiensq̄ sanari accessit/ ⁊ intra se cogitauit dicēs. Si tetigero fimbriā vestimenti ei⁹: salua ero. Scd̄a oratio fit puro affectu: ⁊ hoc fit qn̄ scʒ pctōr iā p scipm̄ accedit in ore ꝓprio ꝯfitetur. Talis orōnis reliqt nobis exēplū illa peccatrix q̄ lachrymis rigauit pedes dn̄i: ⁊ capillis capitis sui tersit: de qua dictuʒ est a dn̄o. Remittunt̄ ei pctā multa: qm̄ dilexit mltū. Tertia orō effundit̄ amplo affectu: ⁊ hoc fit qn̄ is q̄ p se orauerat: orat iā p alijs. Sic orauerūt apl̄i p muliere chananea: p filia sua rogante. Dimitte inquiūt illā: q: clamat post nos. Quarta orō emittit̄ deuoto affectu: q̄ de cordis puritate sine vlla hesitatiōe/ cū grarū actione depromit̄. Talē orōnē fecit ip̄e dn̄s qn̄ quatriduanū de monumēto lazaꝝ resuscitauit: ⁊ ait. Pater gratias ago tibi q: audisti me. Tales orōnes docuit nos apostolus facere frequentes: dicens. Sine intermissione orate: in oibus gratias agite. Has p̄dicte sunt quattuor orōnū species idest verecūdā/ purā/ amplā/ deuotā nuncupat apostolus alijs noibus: ⁊ ad eas nos hortat̄ dicens. Obsecro primo oim̄ fieri obsecrationes/ orationes/ postulationes/ gratiarū actiones. Nam obsecrationes verecūdo/ orationes puro/ postulationes amplo/ gratiarū actiones fiunt affectu deuoto.

Primus de generibus affectionū ⁊ orōnū: dicamus etiā qua puritate sit orandū. Et quidē tria videtur mihi hic esse necessaria: quibus orōnis intentio firmiter est astringenda. Cōsiderare nā q̄ debet is q̄ orat: ⁊ q̄d petit/ ⁊ ip̄m quē petit/ et scip̄m q̄ petit. In eo aūt q̄d petit duo debet attēdere: vt fm̄ deū sit q̄d postulat: ⁊ vt hoc ipsū in summo affect⁹ desiderio habeat. Uerbi gratia. Si mortē inimici/ si lesionem seu deiectionē ꝓximi orādo petierit: nō est fm̄ deū talis orō: cū ip̄e p̄cipiat ⁊ dicat. Diligite inimicos vestros: bn̄facite his q̄ oderūt vos: ⁊ orate ꝓ persequētibus ⁊ calūniantib⁹ vos. Si vero pctōꝝ remissionē/ si spūalem grām/ si virtutē atq̄ sapiētiā/ si fidē/ veritatē/ iusticiā/ hūilitatē/ patientiā/ mansuetudinem: ⁊ cetera spiritalia carismata quesierit: ⁊ ea cogitādo vehementer affectauerit: hec fm̄ deū est orō: ⁊ hec vere meret̄ audiri. De hmōi eīm orōnib⁹ loqtur ꝑ esaiā deus. Anteq̄ clamēt ego exaudiā: adhuc illis loquētibus ego audiā. Sūt ⁊ alia q̄ cū desunt a deo dant̄ ⁊ possunt esse vel nō esse fm̄ deū: quātuʒ dūtaxat interest finis ad quē referunt̄: vt est corporis sanitas/ pecunia: ceterarūq̄ rerū affluentia: q̄ ⁊ si a deo sint: nō tn̄ sunt magnipendēda/ nec ex desiderio possidenda. Similiter et in ipso quem petit debet duo considerare: bonitatē ⁊ maiestatē. Bonitatē q̄ gratis velit: ⁊ maiestatē q̄ plane possit dare q̄c q̄d petitur. Sed ⁊ in scipo q̄ petit debet nihilominus duo attēdere: idest vt pro suis meritis nihil acceptuꝝ putet: sed de dei misericordia tn̄ q̄cquid rogauerit impetraturū speret. Tunc ergo dicit̄ cor purū q̄n tria hec que dicta sunt/ ⁊ eo modo quo dicta sunt cogitat. Et quisquis hac puritate ⁊ intentione cordis orauerit/ exaudiri se sciat: q: sicut testat̄ petrus apl̄s. Non est personarū acceptor deus: sed in omni gente qui timet deuʒ ⁊ operatur iusticiam acceptus est illi.

¶ Mors anime obliuio: de qua morte suscitat̄ hoc modo. Per memoriā sentit: per obedientiā audit: per intelligentiā videt: per circūspectionem olfacit: ⁊ gustat per dilectionem.

Quattuor sunt genera voluntatis humane. Sicca in reprobis ⁊ terrenis: quorū corda nullo rore gratie ꝑfundunt̄. Recta in inchoātibus: q̄ vite pristine tortitudinē relinquentes/ ad boni operis rectitudinē mutatione volūtatis assurgūt. Deuota in ꝓficientibus ⁊ vsu rōnis assidue in amorē bn̄ agēdi celitus erigitur. Btā in cōsummatis: q̄ pene nihil aliud: nisi deū cogitātes in ip̄o tot⁹ desiderij sui finē reponūt. Inter siccā ⁊ rectā volūtatē chaos q̄dā firmatū est: vt q̄ voluerit trāsire nō possit: per uersa. s. intētio. Inter rectā ⁊ deuotā: insolita cōsuetudo. Inter deuotā ⁊ btā: copalis affectio: q̄ tria q̄si q̄dā lapides dū in via nr̄i opis se opponūt ne de ꝟtute in ꝟtutē ascēdam⁹ impediūt.

Rationalis creatura ad h̄ se dʒ diligere vt btā sit/ ⁊ deū ꝑ quē solū btificari possit: cui⁹ scecutor ⁊ emulus ad hoc elaborat: vt eā in vtraq̄ sui q̄litate corrūpat. Corporeā igit̄ q̄litatē appetitu gule ⁊ luxurie depriuat penitus ⁊ corrūpit: innūerūq̄ carnis his duob⁹ aculeis agitatū: i p̄cipitia mortis īpellit. Inuisibilē q̄ hūane substātie portionē spiritalib⁹ aggredit̄ armis: eā q̄ gemina peste inficiēs/ tumore superbie ⁊ auaricie labe commaculat: sicq̄ totā massam fermenti huius colluuione corrūpens: homini ꝑcripit beatitudinē quā amisit.

Quattuor sunt quoꝝ in hac vita obsequijs deseruimus: caro/ mundus/ diabolus/ deus. Carni militamus gule illecebris seruiēdo: luxurie stimulis obsequēdo. Mundo militam⁹: auaricie estibus anhelando: honoris altitudinē affectando. Diabolo militamus bonorū ꝓfectibus inuidēdo ⁊ cōtra deū superbie spū intumescendo. Deo militam⁹ pietatis opibus hūiliter insistendo: potestates aereas ꝟtute spūs oppugnādo. Habēt ⁊ singuli principes isti donatiua sua propria. Caro suis tironib⁹ elargit̄ momētaneam voluptatem. Mundus transitoriā sublimitatē: diabolus perpetuā captiuitatem: ⁊ deus interminabilem felicitatē. Hec sola preponderat.

Euangelica sanctione preceptū est: vt in via mortalitatis huius terrenis affectibus inherentē nemīnem salutemus. Quos aūt ab hac vita suspensos viderimus: illis secure salutatiōis gaudiū offeramus. Unde ⁊ in euāgelio tria salutationis genera inuenimus. Uirgo siquidē maria salutauit elizabeth: angelus vero mariam: dn̄s aūt iesus discipulos salutauit post resurrectionē. Cū ergo videmus eos q̄ in sterilitate vite huius senuerant mōtana cōfessionis ascendendo feruorē penitentie quasi filiū quēdam cōcipere: illis vicē salutationis: illis in ꝟbo dn̄i remissionis ⁊ gratie: ⁊ venie largitatē debem⁹ offerre. Quos vero in sanctitate ⁊ castimonia dn̄o seruire cōspicimus: inuitādo ad meliora/ benedictionē ⁊ gratie fecunditatē eis necessario promittamus. Quos sane in conclaui remotioris vite positos: ad imitationis apostolice fastigiū tendere videbimus: illis quietis ⁊ pacis geminā soliditatē: cui⁹ etiā in suo corpore quedā p̄ludia sentiunt/ viue vocis ministerio spondeamus.

Dominū iesum christū subire crucis ⁊ mortis ignominiā: tria q̄dā p̄cipua coactiōe volūtaria copulerunt. Filialis ⁊ pura obediētia qua prioris inobediētie piaculū soluerēt. Cōpassibilis ⁊ cōis miseria: q̄ illi⁹ iusticiā inflexibilē/ virgā ferream ad mlām hortabatur. Erat miseria illa ⁊ ponderosa ⁊ grauis: q̄ ceruices hoim̄ cōis peccati ⁊ mortis conditio ne premebat. Publica ⁊ generalis: q̄ iustos ⁊ iniustos simili dānationis s̄nia pariter obligabat. Cōtinua ⁊ perēnis: que nisi ꝑ x̄pm̄ redemptionis gratia fieret/ irremediabilis captiuitatis nexu oē genus adā dānationis voragine absorbebat. Porro tertiū q̄d spontanee cogit in mortem: celeberrima ⁊ solēnis victoria. Cuius successu ineuitabilis diaboli ⁊ mortis potentia in monumēto gloriose ⁊ efficaciter erat imminuenda.

Tribus modis exaltat dn̄s caput nr̄m: mentē scʒ a terrenis affectib⁹ suspendēdo vt ip̄e celestiū trāsitoria cōtēnamus: diuinā sciētiā cōferēdo: vt eorū que tēporaliter nō vident̄ sciētiā teneam⁹: ad amorem celestiū subleuando vt in carne positi/ ip̄am q̄ʒ carnem diuine dilectionis altitudine transcendamus.

¶ Hoies habēt triformē statū viuēdi. Nō delinquere: q̄d agit vtiq̄ timor seruilis. Nolle delinq̄re q̄d exhibet filialis. Non posse delinquere: q̄d sola cōfert beatitudo perennis.

¶ Quattuor esse dicunt̄ q̄ nr̄e grām deuotiōis adaugēt. Memoria pctōꝝ: q̄ hoiem reddit hūilē apud se. Recordatio penaꝝ: q̄ illū sollicitat ad bn̄ agēdū. Cōsideratio peregrinationis: q̄ illum hortatur visibilia debere cōtemni. Desideriū vite perennis que hominem incitans ad perfectū/ cogit eū a terrenis affectibus voluntatis mutatione suspendi.

Nostre inscientie tarditatē erudit dn̄s tribus modis. Indulti bn̄ficij largitate: q̄ nostre duriciā mētis emollit ⁊ excitat ad amorē. Frequēti verberuʒ seueritate: q̄ ꝑstans intellectū auditui/ incutit nobis timorē. Cōtēptus publica vilitate quo iplens facies nostras ignominia parit nobis verecundiam ⁊ ruborē.

¶ Motus ⁊ titillatio carnis nostre: tribus ex causis contingit. Ex precedenti cogitatione: cū formas ⁊ imagines illicitas intus trahētes in carnꝫ retractione turpiter cōmouemur. Ex ventris plenitudne: quia cum venter ciborum cumulositate distenditur: caro lasciuiens ad motum luxurie concitatur. Ex maligni spiritus impugnatione: quia quo iustos superare se minime posse considerat: eo per carnis titillationem grauius eos impugnat.

Auctoritate scripturarū male cogitare et male dicere/ et malefacere prohibemur: quia in male cogitare vel immūdicia est cum res sordide et impure memoria reuoluūtur: vel superbia cū animus quasi superior super proximos suos erigitur et inflatur vel auaricia cum diabolo instigante contra preceptū dei res proximi cōcupiscit. Necesse est eīm male cogitationi hoꝝ triū aliq̄d semp inesse. In maledicere ꝟo fmo est: vel supuacuus ratione ⁊ vtilitate carens: vel detractor⁹ frater na bona liuida corrosiōe ⁊ odij instictu diminuēs: vel adulator⁹/ caput alicuius falsa olei delinitiōe demulcēs. In malefacere q̄ʒ op⁹ ēt̄ simulatoriū cū aliud intēdim⁹ q̄ ope demōstram⁹: vel ipū cū ꝓximos nr̄os ledim⁹: vel impudicū cū nos aliquo mō sordidam⁹.

De conualle

Luc. viij. — Luce. vij. — Mat. xv. — Joan. xj. — j. Thes. v. — j. Thi. ij. — Luce. vj. — Esa. lxv. — Actuū. x. — Luce. x. — Luce. j. — Ibidem. — Joan. xx.

A

De convalle plorationis ascensuri: semper ad altiora tendere et anhelare debemus. Et eñ quasi quoddã desertũ via ista mortalis: de qua dicitur. Terra deserta inuia et inaquosa. Sed triformis est species desertoꝝ. Est quippe desertũ momẽtanea scȝ vanitas: quã despicere vite moderatione debemus. De quo deserto ascẽdere nos oportet: sicut dicit. Que est ista que ascẽdit de deserto delitijs affluens: innixa super dilectũ suũ: Delitijs affluimus: cũ virtutibus abũdamus. Sup dilectũ innitimur: cũ deo ascribim⁹ ꝗcquid boni operamur. Est aliud desertũ r̃plane simplicitatis hũilitas vocata desertũ: q꞉ fere nullus est imitator xp̃i ꝗ studeat istud bonũ operari. Per hoc desertũ necesse est ascendamus. Vñ dicitur. Que est ista ꝗ ascẽdit per desertũ sicut virgula fumi ex aromatibus: Sicut virgula fumi ex aromatibus ascendim⁹: cũ virtutũ studio et disciplina exercitati primos nostros ad bene agendi similitudinẽ incitamus. Est aliud quoq̃ desertũ innocentie purioris simplicitas vel integritas. Ad hoc debemus ascẽdere: q꞉ ad verã mundiciã vt simus sancti corpore et spiritu debemus anhelare. Ascendamus ergo de deserto momentanee vanitatis per desertum humillime simplicitatis ad desertum integerrime puritatis.

Canti.iij.

Can.viij.

B

Dominus noster habet proprie sagittas quib⁹ hostes suos vulnerat: et in brachio virtutis expugnat. Sunt aũt tres sagitte quibus hostes sauciãtur. Stimulus amisse pecunie: q꞉ valde cõterit ꝗ instrumenta viuendi: et satellites voluptatũ diuitias amisisse reminiscitur. Sequit̃ pestis corporalis molestie ꝗ vt ei⁹ vias ex oĩ parte sepiat: cũ quẽ ad peccatum festinare cõsiderat/ etiã corp̃is cõtritione flagellat. Sequitur malleus infernalis memorie q꞉ cũ se hõ vndiq̃ circũseptũ pondere penarũ corporaliũ pensat: etiã ad illã ꝗ fine caret angustiã oculos porrigens: horribilẽ gehenne fornacem timida secum consideratione tractat.

C

Sunt et alie tres sagitte: quibus dñs etiã eos sauciat/ quos ad degustandã dulcedinẽ sue dilectionis inuitat. Quarũ prima est timor castus: ꝗ ideo sic vocat̃: q꞉ et timeri dñm a seruo iubet: et seruũ ab illicitis continere respectu dñi admonitione continua persuadet. Sequitur amor deuot⁹: qui mentẽ occupauerit: totam igne suauissime dilectionis accendit. Sequitur desiderij virtus: ꝗ dũ latitudinẽ cõsciẽtie veluti aura lenis afflauerit: ea ꝗ retro sunt mens oblita ad solã faciẽ cõditoris anhelans: quia sui voti finẽ minime consequitur contabescit.

D

¶ Oblatio nostre laudis quã deo immolamus triformis esse debet. Affectuosa vt mens cõcordet voci. Fructuosa: vt edificationẽ pariat intuẽti. Gratiosa: vt placeat conditori qui gratis dedit.

E

¶ Decretis et exhortationibus sanctorũ patrũ bene cogitare et bene dicere/ et bñ facere iugiter admonemur: q꞉ in bene cogitare cogitatio est: vel honesta nihil impuritatis cõtrahẽs: vel humilis: nihil superbũ sapiens: vel pia nihil crudele moliens. In benedicere vero sermo est: vel auditori cõmodũ afferens: vel humilis nihil inanis eloquentie lepore turgescens: vel verisimilis nihil fuco simulationis obtectũ in sua ꝑtextione pretendens. In benefacere quoq̃ factũ vel purũ: qđ mundiciam exhibet: vel piũ qđ misericordiã redolet: vel pudicum qđ oculos intuentium non offendat aut violet.

F

Vsitatũ ẽ sat, et tritũ: seculũ istud merito cecitat⁹ et ignorantie sue egypti vocabulo nuncupari. Qđ nimirũ quotiens mutatione voluntatis egredimur: tria nobis occurrunt. Stimulus cupiditatũ: ꝗ veluti mare rubrũ sensum rationis nostre/ tumidis et procellosis vndis cogitationum inuoluit: et nisi virga discretionis iudicij aque superiores ab inferioribus secernãtur: subruit funditus et demergit. Sequitur cumulus tentationũ quasi alter iordanis aluei sui metas excedens et terrã corporis nostri solito plenius occupans: nisi archa testamenti: id est sententia veritatis intercedẽs impet⁹ illi⁹ refrenet: et ipm penit⁹ arefaciat et exsiccet. Sequitur aculeus molestiarũ: qui cũ ingruerit quasi iterũ iordanis helyseo occurrens sumendũ helye pallium: et medijs fluctibus opponendũ: et quicquid nos tẽporaliter cruciat respectu dominice passionis, sapore mutato/ noua nobis suauitate dulcescat.

G

Vie que ducunt ad mortẽ: ratione trifaria diuiduntur. Alia erumnosa: alia laboriosa: alia delitiosa. Erũnosa est in pauperibus: qui in paupertate sua regio spiritu et diuite animo intumescẽtes ab inopia temporali ad eternã miseriã trãsferuntur. Laboriosa est in auaris et cupidis: ꝗ dũ diuersaꝝ anxietate curaꝝ miserabiliter distenduntur: obliuiscunt̃ ea ꝗrere ꝗ vel finem auaricie essibus anhelantes: vsq̃ ad vite terminũ ab inquietudine tẽporali/ ad eterni laboris angustias transferuntur. Delitiosa in diuitib⁹ delicatis: qui in delicijs et voluptatibus enutrientes corpora et corda sua: post dulcedines momentaneas: et horarias suauitates/ ad sempiternas amaritudines deferuntur.

H

Via quoq̃ que ducit ad vitã: simili ratione distinguitur. Est eñ alia sanguinea: alia purpurea: alia lactea. Sãguinea in martyrib⁹ ꝗ in sanguine agni suoꝝ corporũ indumenta lauerũt: et per iter martyrij triũphalis altitudinis soliũ attigerũt. Purpurea est in confessoribus: ꝗ in sua carne vestigia dñice passionis per abstinentiã expresserunt: et in suis corporibus vulnerũ xp̃i stigmata portauerũt. Lactea in virginibus ꝗ in seipsis puritatis angelice candidatũ/ et virtutes sanctimonie consecrauerũt et per viam mundicie ad amplexus et thalamos veri sponsi virtutum pennis feliciter euolarunt.

I

Ligna sunt oẽs iusti: ꝗ plantati in medio ecclesie tẽporalis facere debẽt fructus vite qui maneãt. Videat aũt q̃sq̃ vt eligat sibi locũ irriguũ in quo fructificans proferat in tp̃e suo vite fructũ. Sunt aũt tres decursus aquaꝝ. Incitamenta scripturarum ꝗ per minas et ꝓmissa honestam in hoĩe suscitãt voluntatẽ. Carismata gratiaꝝ ꝗ hoĩem spiritalẽ ex aĩali efficiũt ad sui pulsionem et curã informãdo et docendo omnẽ veritatẽ: ministrãt operũ fecunditatẽ. Stillicidia lachrymarũ: ꝗ dũ venas intentionis atq̃ propositi suo rore irrigant et infundũt ne lignũ moriatur perseuerantiã largiũtur. Qui iuxta hec fluenta radicatus fuerit: per mẽses singulos faciet fructũ: et folia ligni illi⁹ ad suauitatem gentium.

K

Non vino eodẽq̃ modo oẽs ꝗ ebrij fuerint debriãtur. Aliud est vinũ malicie: qđ effluit de vua fellis: et a diabolo initiũ habuit ꝗ amaritudinẽ peccati et mortis hũano generi ꝓpinauit: ꝗ debriantur iniꝗ cõformes facti ei. Aliud est vinũ molestie qđ emanat de labrusca ꝯditionis hũane: que dña suo acetũ iniꝗtatis apposuit. Hoc vino ꝗlꝗs inebriat̃: nõ iniuste/ sȝ merito peccati sui a deo hoc perpeti ꝓbat̃. Aliud est vinũ gratie: qđ ex botro cypri: idest conditoris largitate discurrit: et hoc est mustũ quo sponsi filij debriantur, et quod mittitur etiam et in vtres nouos.

L

Reges sunt et sacerdotes oẽs electi: et eos oportet oleo vnctionis inũgi. Est aũt oleũ triforme. Aliud siquidẽ est oleũ effusionis: videlicet vbũ dei quo initiantur veterẽ hoĩem exuentes: vt quasi adolescentule in amorẽ spõsi surgãt. Aliud est oleũ puritatis quo lagene operũ nostroꝝ impleri debẽt: qđ in lãpade diuini feruoris ignem debet incessanter nutrire. Aliud vero oleũ exultationis: charitas videlicet principalis ꝗ mentẽ quã repleuerit dilatat: vt gustans ꝙ suauis est dñs in ꝟtice iusticie sedẽs in solo deo glorietur et gaudeat.

M

Christiani a xp̃o nomen acceperũt: et operepreciũ est vt sicut sunt heredes noĩs: ita sint imitatores sanctitatis. Tria ẽgo sunt ꝗ in xp̃o nobis expssa/ plenis viribus exercere debem⁹: videlicet improbare viuaciter seculi vanitatẽ: q꞉ et iesus ne rex cõstitueretur a turbis aufugit. Exercere viriliter penitẽtiã q꞉ et iesus sicut agnus occisus est: et habere veraciter geminã charitatem: quia iesus pro inimicis orauit.

N

Septẽ gradus descẽsionis hȝ hũilitas. Abdicationem rerũ: exẽplo apostoloꝝ. Abdicationẽ vestium sicut helyas et ioãnes. Corpis exercitiũ: vt paulus. Directionẽ in ꝓsperis: instar dauid pauperis et regis. Patientiam in aduersis: sicut iob et thobias. Propriũ abhorrere consiliũ: et proprie voluntatis effectum.

O

Arma virtutis quibus arma nequitie expugnantur sunt hec. Plena peccati cognitio: ꝗ expellit tenebras voluptatis. Penitẽtialis afflictio: ꝯtra dulcedinẽ carnalitatis. Hũilis et vera cõfessio: cõtra venenũ iniꝗtatis. Sufficiẽs et digna correctio in mutatione pristine voluntatis. Perseuerantie plena successio: vt perfecta subrogetur custodia sanitatis.

¶ Necessaria sunt penitẽtie tria hec. Abstinẽtia per quam carnis superbia edomat̃. Lectio: cui⁹ fructu reformãdus in vigorẽ animus saginatur. Oratio: cuius munimine et tutella virtutũ examina proteguntur.

¶ Hũilitatis virtus hȝ hec tria. Superiori subdi: vt ad ei⁹ equalitatẽ nulla ambitione vel inuidia rapiat̃. Equali nõ ꝑferri: ne illicito appetitu superior velle fieri videat̃. Minori subdi potius ꝙ preponi: vt ex hoc hũilitatis veritas comprobetur.

¶ Nõ oẽs vniformiter gradiunt̃ ad deũ. Quidã passu sicut illi ꝗ terrenoꝝ curis implici vix aliqñ respirãt vt dñi recordẽ

tur. Quidā modesto incessu: sicut hi q̄ dn̄i seruitio mancipati: ꝛ deo quidē seruiūt: ꝛ tn̄ erga seipos indulgētiores existunt. Alij veloci .i. rapido cursu: sicut hi q̄ super carne sua se intuentes: ꝛ se ꝛ trāsitoria cōtēnentes/ celeriter ꝓficiscūtur ad deū: hoc solūmodo cupientes: in pace quiescere in idipsum.

Ps. lxvij. ¶ Electos tria in futuro manēt. Interna satietas: eterna iocunditas: iocūda voluptas. De his dr̄. Exaltēt iusti ꝛc.

Ps. xxvi. Rom. vij. Phil. i. ¶ Triforme est desideriū electoꝝ. Unanimiter habitare in domo. Un̄ est. Unā petij a dn̄o. Uictoriā obtinere de mūdo. Unde est: Quis me liberabit de corpore mortis huius: Presentialiter frui deo. Un̄ est ꝛ illud. Cupio dissolui ꝛ esse cū christo.

¶ Trifarius est prelatorū timor. Ne audientiū aios exquisitior apparatus cōmoueat: ne interni iudicis oculos immoderatior visus offendat: ne iusticie retributio in presenti eis fiat.

¶ Triformis est sanctoꝝ dolor: q2 ceciderūt de paradiso q2 tenenꝭ in exilio: q2 differunꝭ a regno.

¶ In mōte mōtiū xp̄o: fuerūt hec duo. Coagulū passionis: ꝛ pinguedo sanctitatis.

¶ Vituli quos dn̄o immolare debemus: tres sunt. Noue conuersionis effectus: quasi vitulus nouellus cornua producens ꝛ vngulas. Sacre religionis ꝑfect⁹: q̄ est vitulus tenerrim⁹ de armento. Cōsummate ꝟtutis affect⁹: q̄ est vitulus saginatus.

¶ Quadriformis est pressura nostra. Corruptibilis carnis angustie: q̄ sunt dolores mortis. Tēporaliū pressuraꝝ molestie: q̄ sunt torrentes iniquitatis. Occulti hostis latentes insidie: q̄ sunt dolores inferni. Deceptorie facies mundane glorie: que sunt laquei mortis.

¶ Fumus est ab ira dei: quia in consideratione ire dei electi cōpungūtur. Ignis a facie ei⁹: q2 p cognitionē ꝛ ꝑsentiā eius ad amorē accendūtur. Caligo sub pedibus ei⁹: q2 p districtū illius examē/ reprobus desperationis nebulis obscuratur.

Cāti. viij ¶ Ambulat dn̄s super pēnas ventoꝝ: cū electi ei⁹ dulcedinē vel tenuiter attigūt. Uolat cū de incircūscripta ei⁹ substātia nihil ꝑcipiūt. Un̄ est. Fuge dilecte mi. Ponit dn̄s tenebras ꝓfunditatis ꝛ altitudinis: latibulū diuinitatis sue: in sole manifestationis ꝛ laboris: tabernaculū carnis sue: in luce puritatis ꝛ sanctimonie habitaculo mansionis sue.

Q Ps. cvi. Mat. xvi. Actu. xij. Eze. xliij. ¶ Portas suas mūdus habet q̄bus ingredimur ad eū q̄ sunt corrupta sensualitas/ ꝛ incesta cupiditas. Un̄ est. Appropinquerūt vsq3 ad portas mortis. Porte inferi: ceca desperatio/ et dura obstinatio. Unde est. Porte inferi non preualebunt. Porte celi: hūilis patientia q̄ est porta ferrea ducens ad ciuitatē: ꝛ amoris concordia: que est porta orientalis.

R Mat. v. ¶ Genera retributionis sunt q̄ttuor: duo in hoc seculo ꝛ duo in futuro. Retributio ꝓsperitatis/ ꝛ abundantie impiorū. Unde est. Receperūt mercedē suam dānationis ꝛ ignominie eorū familiaritatis ꝛ gr̄e iustoꝝ dulcedinis amoris ꝛ glorie. Duo autē sunt q̄ remunerant: iusticia operis: ꝛ puritas cordis.

¶ Tres sunt lucerne: regula discipline xp̄s q̄ accendit vt dragma perdita inueniatur. Forma veritatis in euāgelio: que ponitur super candelabrū. Scientie puritas in corde bono: que illuminatur a domino.

¶ Pedes nostri esse debent: sicut ceruorū ꝛ sicut vituli.

¶ Alij sunt filij alieni q̄ mētiuntur: alij filij belial q̄ nō cognoscunt deum: alij filij israel qui cognoscunt.

¶ Triforme est semē: veritatis ꝛ iusticie: qđ in terra iactū facit fructū centuplū: iniquitatis ꝛ malicie: qđ est geniminē viperarum: erroris ꝛ malicie: qđ est chanaā ꝛ non iuda.

¶ Sapientia dei quasi perdix fouet filios quos non peperit: quasi gallina congregat pullos sub alis: quasi aquila prouocat ad volandum.

¶ Trifaria est vestis nostra: penitētialis anxietas: que est vestis viduitatis: religiosa maturitas: que est vestis iocunditatis: ꝛ sincera integritas: que est vestis virginum.

S Ge. xxvij. Vestes esau honestas vite/ ꝛ maturitas discipline: pellicule hedoꝝ: abiectio noxie vetustatis ꝛ mortificatio proprie voluntatis. Cibi: hilaris obediētia ꝛ humilis abstinentia. Pater tangit filiū apposita probationis manu. Osculatur: secrete inspirationis instinctu. Benedicit religionis profectu.

¶ Tria sunt necessaria puritati: integritas actionis: simplicitas intentionis: tranquillitas deuotionis.

¶ Puritas tria confert: spiritū libertatis: gaudiū securitatis firmitudinem charitatis.

T ¶ Reprobi aliqñ sunt sicut fumus: quia in sua altitudine euanescit. Aliqñ sicut puluis: quia nullū charitatis humorē ꝑsentiunt. Aliquando sicut cera: quia ad calorem: idest impulsū temptationis facile liquefiunt.

V ¶ Porte syon/ ecclesie sunt sacramenta: si ne quibus ecclesiā non intramus. Porte iusticie sunt virtute e medie: quas tēporaliter exercemus. Porte eternales sunt ꝑcipue virtutes: q̄s etiam in futuro habituri sumus.

X ¶ Tria sunt quibus obnoxij sumus deo/ signaculū nature: qđ ad similitudinē dei facti sumus. Talentū fidei: qđ per bonum opus deo integrū resignare debemus. Titulus professionis: q̄ ad seruiendū deo sponsionis vinculis alligamur.

¶ Tribus modis nos interrogat deus: promulgatione precepti: vt nostra nobis obedientia nota fiat. Inuectione flagelli: vt patientia nostra proximis innotescat. Reuelatione secreti: vt se nobis virtus humilitatis aperiat.

¶ Tribulatio tria confert. Exercitiū: ne virtus amoris ocij tepore frigescat. Probationem: vt nostre cōstantie fortitudo ad exemplum hominibus innotescat. Premiū: vt iuxta tribulationis modum immensum glorie pondus accipiat.

¶ Aduersitati tria sunt opponenda. Electorum agones et angustie: quas patiuntur qui pie viuunt. Redemptoris afflictiones ꝛ molestie: quas eis seuissimi principes intulerunt. Dispositio moderatricis iusticie: cuius altitudinem quasi virge ioseph summitatē nō discutere/ s3 adorare debem⁹. Hec sūt tria illa ostia/ vectes ꝛ termini: q̄bus dn̄s circūdat mare seculi.

Y ¶ Triforme est exercitiū electoꝝ. Austeritas ieiunioꝝ qua excolitur terra carnis vt fructū ferat. Assiduitas lectionū: qua reficitur animus vt homo interior pinguescat. Instantia orationum: qua mens ad celestium appetitum assurgat.

¶ Auctor mirabilium deus tria quedā mirabilia operatus est in maria. Integritatem mūditie mirabiliter suscitauit: vt arca testamenti auro purissimo tegeretur. Puritatē virgineam potentialiter fecundauit: vt rubus ardens nō cōbureretur. Ima supernis ineffabiliter copulauit: vt scala iacob mediante/ terrena celestibus vnirentur.

¶ Tria nobis contulit marie fecunditas. Auertit iugum captiuitatis antique: remisit iram indignationis diuine: deleuit notam iniquitatis humane.

¶ Electi tria prestolantur in futuro. Quod in eis mortale est a vita penitus absorberi: perēnis glorie compensatione ditari: deum sicuti est insatiabiliter contemplari.

¶ Reprobi tria sperare dicuntur. Uoluptatē corporeā sibi ad sufficientiā cumulari: momentaneā gloriā ad btitudinē suffragari: mores suos et opera nullo posse iudicio reprobari.

¶ Imitator christi tria debet agere. Simplicis innocētie sensum tenere: vt cū xp̄o puer efficiaꝭ. Abiectū et hūilē habitum amare: vt infantie xp̄i pānis vilib⁹ inuoluaꝭ. In disciplina simpliciter ambulare: vt cū xp̄o in ꝑsepio positus inueniatur.

Z ¶ Spiritus sunt administratorij q̄ curā habent salutis nostre: sunt operarij qui auctores existunt sospitatis humane: sunt cōtemplatorij qui assistunt vultui maiestatis diuine.

¶ Beati spiritus visione satiantur: dulcedine debriantur: charitate sociantur.

AA ¶ Homines deū expectantes debent esse suspensi quando veniat: dubij quid eis deferat: hilares ꝛ deuoti: diligētius adornati: tria sperantes in eo: nuptialem presentiam: familiarē gratiam: liberalem munificentiam.

BB ¶ Tres sunt species nuptiarū. Prima recōciliationis per fidē in qua sunt tria fercula. Peccatorū ablutio/ gratie consecutio nature reformatio. Secūda adoptionis per spem: in qua etiā sunt eloquij diuini consolatio: alimonie celestis cōmunio dulcedinis interne prelibatio. Tertia est glorificationis perfecte per charitatē. Cuius fercula sunt eterna incorruptio: vera glorificatio: perennis dei visio.

¶ Tres sunt equorum species. Mūdialis superbia: cuius ascensor cadit retro. Spiritalis sciētia: cuius collo circundatur hinnitus. Integralis mūdicia: quam omnis celorum exercitus sequitur in vestimentis albis.

¶ Uerba consolationis dei sunt: ablutio culpe/ restitutio gratie/ euasio exilij/ consecutio regni/ consortium diuinitatis/ adeptio eternitatis.

¶ Arma fidelium tria sunt. Sapientie plenitudo: que est funda dauid: de qua sententiaꝝ lapides emittūtur. Patientie firmitudo: que est baculus quo lupoꝝ rabies propulsatur. Charitatis amplitudo: q̄ est pera dauid: de qua oratiōes ꝓferunꝭ.

¶ Tria prelatis necessaria sunt. Unitas fidei ꝛ doctrine sinceritas: vt inhabitent in eadē regione. Studiosa bene operādi sedulitas: vt vigilias cum pastoribus celebrent. De salute subditorum diligens curiositas: vt custodiant gregem suum.

¶ Bubulcus habere debet duo: vocis suauitatem: que laborem mulceat operantium. Aculei punctionem: que torporē excutiat pigritantium.

¶ Tres sunt species penitētie. Simulatoria/ ꝛ infructuosa: cuius exēplū est in esau ꝛ in saul. Crudelis ꝛ desperata: sicut in cain ꝛ iuda. Utilis ꝛ cōsummata: sicut in maria ꝛ zacheo: cui⁹ partes sunt quinq3. Contritio in corde/ confessio in ore/ maceratio in carne/ correctio in opere/ perseuerantia in virtute.

Tria inueniuntur

¶ Tria inveniuntur in petro: fidei virtus/ penitentie veritas/ amoris soliditas.

¶ Tria sunt genera mutationũ. Sublimitas in humilitatem: quãdo verbũ carnem assumpsit. Cõtẽptibilitas in maiestatẽ quãdo se homo deus corã discipulis transformauit. Mutabilitas in eternitatem: qñ resurgens celũ regnaturus ascendit.

¶ Ea que agimus vel in lumine vultus hominũ facim⁹ vt hominib⁹ placeamus: vel in lumine vultus nostri: vt benefacere quod malũ est nos credamus: vel in lumine vultus dei vt ipsi soli quicquid boni in nobis est humiliter ascribamus.

¶ Tria sunt que patientiam subruunt. Anxietas nimis doloris: causa iusta innocentie: indignitas inferentis.

¶ Qui a societate recedit/ amittit conuentorum solatia prosequendo socios subit fastidia: aberrans facile sequitur deuia: incurrit sepius vite naufragia.

¶ Magistri operum pharaonis tres sunt. Fetidus ardor estuãtis luxurie: anxius furor seuientis auaritie: noxius appetitus inanis glorie.

¶ Tres sunt in nobis principes: quos necesse est mori vt christus viuat. Prudentia seculariũ: que est ioseph. Eloquẽtia spiritualiũ: que est moyses. Copia temporaliũ: que est iosue.

¶ Triforme est impiorũ refugium. Deceptricis documentum fallacie: que est phiton. Secularis munimentum potentie: que est ramesse. Simulatricis figura iusticie: que est ciuitas solis. Has iubet pharao edificari.

¶ Tres sunt calices quos dñs nobis propinat. Penitentie et doloris: qui est plenus mixto. Patientie et laboris: quẽ bibit iesus. Beniuolentie ꝛ amoris: qui est inebrians ꝛ preclarus.

¶ Quinq; sunt torrẽtes. Crudelitat⁹ ꝛ malicie q̃ ẽ cyson: apud quẽ iabin occiditur. Philosophialis eloquentie: hic est cedrõ vltra quẽ iesus egreditur. Passionis ꝛ angustie: hic est in via/ de quo iesus dicitur bibisse. Celestis sapientie: apud quẽ hebreas pascitur. Iocunditatis ꝛ leticie: quo potantur electi.

¶ Tribus modis renouamur. Carne per baptismi mysteriuȝ ab originali peccato: opere per penitentie remediũ ab actuali delicto: carne et spiritu per resurrectionis donum.

¶ Species terre quadriformis est. Flos ꝛ viriditas temporalium bonorum que irrigatur sicut paradisus. Vtilis vita ꝛ cõuersatio electoꝝ: de qua oritur panis. Amenitas celestiũ mansionum: que fluit lacte et melle. Situs gehennalium locorum que est terra miserie ꝛ tenebrarum.

¶ Quadrifarium est genus deserti. Inuia mundani exiliĩ solitudo: de quo Dauid. In terra deserta inuia et inaquosa ꝛc. Discipline christiane difficilis altitudo: in qua peregrinantur filii israel. Celestis hierusalem delectabilis amplitudo: in qua relinquuntur oues nonagintanouem. Gehennalis miserie terribilis habitudo: que est desertum solitudinis.

¶ Quattuor sunt species curruum. Elationis et dominii: in quo mergitur pharao. Humilitatis ꝛ studii: in quo sedet eunuchus. Deuotionis et obsequii: in quo sedens ioseph/ occurrit patri. Amoris ꝛ desiderii: in quo rapitur helyas.

¶ Triformis est ascensus domini. Victoriosus quo ascẽdit super occasum. Speciosus quo ascendit super celos celorũ. Gloriosus quo ascendit super pennas ventorum.

¶ Regnum celorum alii violenter rapiunt vt pauperes spiritu: alii mercantur vt illi qui faciunt amicos de mammona iniquitatis alii furantur vt mulier que tangit fimbriam: alii compelluntur intrare: vt pauperes seculi.

¶ Quattuor sunt que veram conferunt humilitatem. Vilitas operis: assiduitas subiectionis: comparatio melioris: iudiciũ conditoris.

¶ Tria sunt iudicia: alienum/ proprium/ diuinum.

¶ Preciosam mortem aliquando facit vita: vt in confessorib⁹ aliqñ cã vt in martyribus: aliqñ vita ꝛ cã: vt in plerisq;.

¶ Tria sunt preputia q̃ preciduntur. Carnis preputium in iudeo: cordis ꝑputiũ in christiano: lingue preputiũ in perfecto.

¶ Quattuor sunt tempora: prefigurationis/ prenunciationis/ visitationis/ redemptionis.

¶ Modis quattuor visitat nos deus. Exhibitione precepti. Preceptum enim aliud carnale: aliud spiritale. Asperitate flagelli: cuiusmodi sunt quinq; cause. Vt ab iniquitate corrigatur: ne de collata virtute superbiat: vt virtus hoibus innotescat: vt alios ei⁹ exẽplo cõpescat: vt corona cumulet ꝛ crescat. Nouitate miraculi: quod visibile est ꝛ inuisibile. Inspiratione subtili.

¶ Quater luctatus est iacob. In vtero cũ esau: in adolescentia cũ eodẽ: in mesopotamia cũ laban: in bethel cum angelo.

¶ Iesus dicitur ter fleuisse. In ipso ortu genus hũanũ: processu tẽporis lazarũ: ad vltimum in hierusalem futurũ casum.

¶ In fronte aliquando leprã: aliquãdo thau: aliquando laminam auream gerimus.

¶ Dominus sedet aliquando in valle iosaphat: aliquando in monte: aliquando in solio excelso.

¶ Tonitruũ aliud igneum aliud pluuiale.

¶ Duo sunt calcaria quib⁹ vrget propheta asinam suam. Pudor ne temporaliter polluatur: timor ne eternaliter puniatur.

¶ Tria sunt que nos restringunt ꝛ cohibẽt: ꝛ quasi cinctoria dici possunt. Corporee mortis memoria: q̃ est zona pellicea q̃ cingebat helyas et ioannes. Probabilitas ꝛ decor pudicitie: qua cingitur aaron accedens ad deũ. Amor religionis et iusticie q̃ est zona aurea: ꝛ ea ꝑcingitur iesus ad mammillas.

¶ Quattuor virgines sunt/ quas in cõiugiũ sociare debemus. Eloquentia philosophialis: q̃ est zelpha ancilla iacob. Sentẽtia iurisditialis: q̃ per balam designatur. Innocẽtia actualis que lya põt dici. Cõtemplatio spiritalis: q̃ rachel intelligitur.

¶ Duo sunt oculi sponse. Rerum labentium consideratio que est velut flamma ignis: et celestis patrie digna estimatio: in qua vulneratur cor sponsi.

¶ Vestimenta cõmunia ministris dei tria sunt. Celestis sapiẽtia: q̃ est ephot ꝛ caput operit: perseuerãs iusticia q̃ poderis est: ꝛ totũ corpus induit: carnalis continentia/ q̃ lũbos cingit.

¶ Candelabra in scripturis reperiuntur tria. Legalis obscuritas: q̃ sperulas habet ꝛ lilia: prophetalis subtilitas: que habet duas oliuas in cacumine suo: ꝛ euangelica veritas: q̃ habet in medio sui similem filio hominis.

¶ Munitiones q̃bus aĩa vallatur tres sunt. Sedula circũspectio que est sepis: sanctorũ intercessio: que est vallum firmissimum: diuina ꝓtectio: q̃ est murus ꝓtegens ab incursu hostiũ.

Spem nostram triplex ratio discutit et roborat. Humilitas collate sapientie quod est ouum in aqua coquere: firmitas cõstantis patiẽtie: quod est ouum igni assare: veritas inspirationis occulte: quod est ouum in sagimine frigere.

¶ Tria sunt quibus deus vindictam exercet in hostes. Lauacri salutaris remedium/ quod velut mare rubrum occidit egyptios: penitentie indigne exercitium: quod velut sulphur peccatores interimit. Districtionis extreme iudicium: quod velut ignis ad vocem helye inuoluit.

¶ Lectus anime quo pausat: tripartit⁹ est. Grauitas debilitatis corporee: quã sibi languidis sanatus substernit. Tranquillitas quiete conscientie: in qua fugiente dauid statua ponitur. Hec est cui due culcitre supponũtur. De preterito securitatis ꝛ fiducie amplitudo: de futuro remunerationis et premii certitudo. Ceruical quod supponitur capiti: diuine familiaritatis et gratie largitudo. Lectus tertius humilitas superioris glorie: que est lectus floridus: quem sexaginta fortes ambiunt.

¶ Vitree per quas solis radius infunditur tres sunt: charitatis integritas: per quã peccati remissio se infundit: humilitatis puritas: per quam marie gratia celestis illapsa est: intellectus subtilitas: per quam radius sapientie cor illustrat.

¶ Septem lampades thronũ electe mentis illuminant charismata scȝ spiritus: que plenius propheta prosequitur. Que dũ oleum glorie iunctuq; timoris ꝛ infirmitatis celesti igne cõsumunt: lumen veritatis incessabiliter administrant.

¶ Quod nobis apponitur ad edẽdũ trifarium est carnis edulium: hedus de capris in fructu penitentie: quẽ iacob obtulit ysaac vt benediceret: vitulus de armẽto in actu iusticie quem abraham expendit in cibos angelorum: vitulus saginatus in cumulo glorie: quem pater recepto filio legitur victimasse.

¶ Triplex est hortus in quo electe anime spaciãtur. Molestia corruptibilis vite: que est ortus nucum in quo susanna lauatur. Amenitas iocunditatis superne: que est ortus deliciarum in quo ponitur adam: vt operetur et custodiat: dulcedo ꝛ suauitas visionis diuine: que est ortus cõclusus: in quo ioseph statuit sibi monumentum in petra excisum. Munda quoq; cõsciẽtia: pro sui diuersitate hos in se suscipit hortos.

¶ Esuriei nostre mense tres apponuntur: legis ꝛ euangelii sacramentũ: in quo sumuntur sapientie dapes: catholice institutionis mysterium vbi accipitur caro piscis assi ꝛ fauus mellis eterne satietatis archanum: quod intra velum est: ꝛ panes cõtinet propositionis et vite.

¶ Thesauri quos thesaurizare debemus tres sunt. Desiderium pietatis in corde qui absconditur in agro vt ematur. Doctrina veritatis in ore q̃ est thesaurus niuis ꝛ grandinis. Assiduitas perseuerans in homine que habet frumentum ꝛ ordeũ et oleum et mel. Hi sunt thesauri magorum qui aurũ/ thus et myrrhã nato domino obtulerunt.

¶ Quattuor differentie panũ in scripturis reperiuntur: quib⁹ diuerse generis humani deplorantur miserie: panis coctus in stercore humano/ bouino/ cinere ꝛ clibano: quibus diuersi affectus mentis humane exprimuntur.

¶ Altaria quibus vota supponere debemus tria sunt: diuinarum sanctionũ expletio: quod fit de lignis sethim in deserto;

beatorū multiplex aduocatio: quod fit de lapidib⁹ quos ferrum non tetigit: redemptoris humilis incarnatio: quod fit de terra.

¶ Puelle que euertunt sensum nostrum: tres sunt. Teneritudo carnis nostre: q̄ est dalida que sansoni eruit oculos. Amenitas mūdialis glorie: que est iezabel/ et naboth occidit. Dilidētis future vite q̄ est filia herodiadis et aufert caput pphete. Due sunt tribus leui et iude ex qbus sacerdotes sumūtur: aarō et xp̄s et eorū successio. Quod qualiter conueniat: ex nominum interpretatione poterit coniectari.

¶ Aquile dn̄ico corpori assidentes tres sunt. Magnitudo potentie laicalis grādis et magnarū alarū. Abusio ppositi clericalis que ponit in celo nidū suum. Humilium subtilitas spiritalis/ que prouocat ad volandum pullos suos.

¶ Quadripertitū est officiū sacerdotale: viuā carnis hostiam immolare qd leuiticū est: virtutū carismata deo offerre qd est incendere aromata: et filiorum aaron est: cum feruore martyrij celum intrare: quod est introire cum sanguine sancta sanctorū: gratie et precum vota celo transfundere: qd est panem et vinum deo offerre.

¶ Fontes quibus anime lauantur tres sunt. Anxietas contritionis que irrigat superficiem terre: humilitas confessionis q̄ posita est extra vrbem: deuotio compunctionis super quā iesus moratur et sedet.

¶ Panes quibus alimur in hac vita tres sunt. Purgatori⁹ cum amaritudine: quē mulier sareptana ministrat in fame: cōsolatorius cū dulcedine: quem angelus apponit quiescenti in vmbra: solidus cū fortitudine q perducit ad montē dei oreb. Hi in tribus portionib⁹ corporis dn̄ici continentur.

¶ Lucerne q̄ noctē vite huius illustrant: tres sunt. Intelligētie vigor in animo: que accenditur vt dragma reperiatur. Sapientie splendor in verbo: qui in alto ponitur vt lumen ei⁹ videatur. Iusticie forma in proximo: que venienti ad nuptias anteferetur: vt candelabris portari possit.

¶ Tres riui salutis fluxerunt a corpore iesu. Verbum doloris in quo cōfessio: sanguis aspersionis in quo afflictio: aqua emūdationis/ in qua compunctio.

¶ Piscine tres in scriptura reperiuntur. Vetustas erroris que est post duos muros. Sensualitas carnis in qua decūbebāt lāguidi. Perspicacitas rationis que est in via agri fullonis. In his adaquantur oues et holocausta lauātur.

¶ Fomenta ignis tria in nobis. Stipula cogitationis immūde. Fenū locutionis praue. Lignū operationis illicite. Hec ad ignē nos nutriūt: nisi superioribus fontibus extinguantur.

¶ Contemplatiuorū fenestre tres sunt. Originaria que est versus orientem. Gubernatricia que vergit ad austrum. Consummatiua que respicit ad occidentem.

Quattuor fontes irrigant hortum dei: reatus proprij deploratio: q̄ circuit terrā ethiopie: excessiōis fraterne: cōpassio que vadit contra assyrios: indulte gratie consideratio: que mediū intersecat babilonis: desideriosa charitatis affectio q̄ circuit omnē terram euilath. Hi fontes habent irriguum superius et irriguū inferius: habentes aquas maris fluminis fontis et niuis.

¶ In scutella dei tria fercula continentur: claritas perspicuitatis que fulgebit vt sol: integritas puritatis que erit vt angeli: firmitas eternitatis que erit vt deus.

¶ Ostia per que transitur ad vitam tria sunt: fidei veritas retro quā sara ridet: spei firmitas q̄ est in latere arche: charitatis soliditas: quā obseruant cherubin cum flāmeo gladio.

¶ Triforme vinū est in cipho dei: rubicundū in longanimitate sanctorū qd letificat ysaac in egritudine: albū in remuneratione iustorū qd debriatur noe: nigrū et acidum in damnatione prauorū quod iesus gustat/ sed nō vult bibere.

¶ Vestis qua sacerdos vti debet triplex est: exterioris operis grossitudo: quo induitur aaron corā populo: spiritalis sanctimonie habitudo: quā apud se rebecca abscōdit/ et ea vtitur aaron in tabernaculo: cōtemplatiue dulcedinis pulchritudo que inconsutilis est: et ea vtitur iesus.

Tunice quibus vestimur tres sunt: castigatiua corporis edomatio: que pellicea est: et induit adam: constantis perseuerantie longitudo: qua dilectus amicitur ioseph. Remuneratricis gratie largitudo: qua vestitur iesus.

¶ Seraphin sex ale sunt: due pedales: pudor de preteritis: et metus de futuris. Laterales quibus volatur: timor deprimēs et spes sustollens. Capitanee: humilitas prouehens/ et charitas perficiens.

¶ Solia duo deus habet: angelicā substantiā que est excelsum soliū: et humanā naturā: que est solium eleuatum.

¶ Quattuor animalibus quattuor penne sunt: timor et penitētia q̄ corpus velāt: amor et spes iā sibi iunguntur et volant.

¶ Animalibus noue legis sex ale insunt: naturalis suggestio: legalis institutio: pphetalis assertio: euangelica sanctio: apostolica/ iussio: ecclesiastica consuetudo.

¶ Cubile iesu triplex est: vnitas testamētorū que est quasi vterus virginalis: ecclesia electorū que est quasi presepiū: conscientia purgatorū que est quasi sepulchrū in petra.

¶ Tria sunt que nobis in sanctis apponūtur ad edendum: exterior corporis habitudo: quā tria sata cōstituūt: in vultu grauitas: in habitu vilitas: in incessu maturitas. Hic est panis q̄ quinq3 milia satiant: et est ordeaceus. Sequitur interior spiritus aptitudo: quā tria quoq3 sata constituūt: in psperis humilitas: in aduersis soliditas: i cūctis mediocritas. Hic est panis siligineus: quo quattuor milia saturant. Sequitur superior: et deo similis pulchritudo. Huius sata constituit in deo et homine charitatis triformitas: que amicū et inimicū cōplectitur et diligit propter deū. Hic est panis frumenticius qui spiritussancti vapore decoquitur: et panis angelorum vocatur. Due sunt domus dei. Exterior rerū ministra curiositas que tabernaculū est super qd apparet gloria dn̄i et recedit: deo vacans et seruiens deuota simplicitas: q̄ templū est/ et de loco non mouet.

¶ Due sunt arche in veteri lege. Textus hystorie litteralis/ q̄ habet in se hoīes et iumenta: et sensus continentie spiritalis que habet manna et virga aaron.

¶ In scriptura inueniunt tres currus. Elatio potentie tēporalis: cuius auriga est tumor psumptionis et audacie: habens equum robur proprie confidentie. Rote eius preceps mobilitas vanitatis et felix successio psperitatis. Hic est currus pharaonis: in quo moritur rechab. Sequit altitudo conuersatiōis et vite. Auriga eius sermo cōmonitionis diuine: habens equū votorum perseuerantie. Rote eius horrēda terribilitas tormentorum: et mira delectabilitas premiorū. Hic est currus: in quo legit cū philippo eunuchus. Sequitur celsitudo contemplationis et gratie. Auriga eius amor celestis patrie habēs equū desiderū beatitudinis et vite. Rote improbatio glorie mundialis et diuine reuerentia maiestatis. Hic est currus igneus: in quo helyas rapitur in celum.

Exo.xv. Actu.viij iiij. Reg.ij.

¶ Tria sunt operimenta altaris. De peccatis penitentialis afflictio/ que est ciliciū: de venia laudis et leticie magnitudo/ q̄ est velut es sonans: de gratia preconialis iubilatio/ que rutilat velut aurum.

¶ Claues que nobis occulta reserant tres sunt. Antiq̄ temporis austeritas/ que aperit puteum abyssi: presumptiue spei subtilitas/ que reserat regnum celorū: vere dilectionis conspicuitas/ que est clauis dauid.

¶ Fluuij quibus peccatores se lauant duo sunt. Fluxus corruptionis et lasciuie: pestis adulationis et fallacie: qui sunt abana et pharphar fluuij damasci.

¶ Quibus iusti se balneāt duo sunt. Iniectio corruptionis et contumelie: suauitas consolationis et gratie: qui sunt ior et dan fluuij iudee.

¶ Cantica fideliū quattuor sunt. Victorie/ qd submerso canit pharaone. Adhortationis/ qd terrā promissiōis cōcinūt intraturi. Leticie/ qd de susceptione filij cantat anna. Fortitudinis quod dauid cantat de manu saulis ereptus.

Exo.xv. Nume.xxj. ij. Reg.ij. Ps.lxix.

¶ Quattuor species herbarū sunt in horto dei. Puritas corporalis mundicie/ q̄ est quasi liliū: gratia spiritalis innocētie que est quasi ysopus: vitas liberalis eloquētie q̄ est quasi viola: iusticia operationis continue: que est quasi rosa.

¶ Martyrium sine sanguine triplex est. Parcitas in vbertate quā habuit dauid et iob: largitas in paupertate quam exercuit thobias et vidua: castitas in iuuentute: qua vsus est ioseph in egypto.

¶ Duo sunt pedes quib⁹ vti debemus: natura et consuetudo.

¶ Equi quibus ad celū euehimur tres sunt. Dolor ex penitudine: cuius vngulas coluber mordet. Huius sella est de venie perceptione presumptio: frenū et chamus/ solatia scripturarū et exemplaria veterū. Calcaria quib⁹ vrgetur de reatus enormitate confusio: de pene cōsideratione formido: fouea desperatio. Sequit feruor ex religione: cui supersedet mardocheus in veste regia. Hui⁹ sella/ temperās discretionis grauitas: frenū et chamus: suscepta cōditio carnis sue: et vtilis emersio pseuerantie. Calcaria exercende honestatis cupiditas: et fraterne cōmoditatis auiditas. Fouea intemperātia. Sequit desideriū ex amore cui dat fortitudo: et circūdatur hynnitus. Calcaria: fluxa labilitas presentiū: stabilis eternitas futurorū. Ductor: affectuositas videndi dei. Fouea indiscretio.

¶ Speluce in libris inueniūtur tres. Peruersa impietas voluntatis que est latronū: in qua saul purgat ventrem. Solida firmitas equanimitatis que fit in altari et est vnius cubiti. Exercitium gemine pietatis. Hec est spelunca duplex: in qua patriarche sepeliuntur.

j. Reg.xxiiij. Gen.xxiij.

Quattuor

¶ Quattuor sunt arma quibus principaliter cōmunimur. Prudens ꝛ humilis intelligentia que est quasi galea ꝛ caput operit: mediocris ꝛ parca tēperantia: q̄ est lorica et pectus tegit: perseuerans ꝛ patiens constantia que est quasi scutū: ꝛ dexteram munit: retributrix eq̄tatis iusticia q̄ est gladius vtrobiq̧ incidens: ad diuisionem anime ꝛ spiritus.

¶ Tria sunt sacrificia. Pia cōtritio habens butyrū humilitatis ꝛ absinthiū indignationis: digna operatio habēs oleū discretionis ꝛ acetum confusionis: gratiarū actio habens balsamum deuotionis ꝛ venenum ingratitudinis.

¶ Quattuor sunt in quibus anima captiuatur. Mundialis nequitia: inutilis tristicia: inanis gloria: latens superbia.

A ¶ Celi ad quos rapiūt tres. Dignitates ecclesiastice puritatis ad quā rapitur helyas in corpore: veritas angelice subtilitatis ad quam rapitur ezechiel in spiritu: summe incircūscriptio deitatis ad quā rapiuntur anime electorum.

¶ Sex sunt refugij ciuitates. Interdicte preuaricationis cautio: sequēde pceptionis obeditio: propiciādo/ diuinitatis ambitio. Hec sunt in terra chanaan. Mundane fabrice consideratio: orbis tyrānice iugis inspectio: ꝛ supereminēs verbi dei cognitio. He sunt trans iordanem: ꝛ sunt de sorte leuitica.

¶ Paradisorum tria genera sunt. Voluptuosa dulcedo visibilium que irrigatur sicut hortus delitiarū: sincera puritas spiritalis que in se conseruat hoiem: delitiosa veritas supercelestium: vbi paulus audit archana verba.

ij. Reg. i. Amos. iij. Gen. viij. Ezechiel xxxvj. ¶ Montiū genera quattuor sunt. Mōtes gelboe vbi abijcitur clipeus saul. Montes samarie qui nimis erigūtur. Mōtes armenie super quos archa requieuit. Montes israel qui expandunt ramos suos.

¶ Que nos deuocant a proposito nostro duo sunt. Rubor incepti operis: et desperatio exequende virtutis. Hi recab baana: qui occidunt hisboseth in stratu suo.

Gene. iij. Ge. xxiiij iiij. Re. ij. ¶ Pallia quibus nostra nuditas operitur quattuor sunt. Uestitus erroris ꝛ nequitie: que est quasi perizoma verēdorum. Nouitas puersationis: et vite qua rebecca descendens camelo operuit vultum suū: integritas celestis sanctimonie quā helyas reliquit helyseo: et diuisit iordanem. Claritas immortalitatis eterne quod est palliū saphirinum: quo in die festo vtitur mardocheus.

B ¶ Bonus est deus temporale beneficiū largiter impendēdo. Patiens est vltionē peccatorum misericorditer differēdo. Longanimis est reos ad penitentiam inuitando.

¶ Hostes quibus tradimur tres sunt. Immundorū desideriorum impuritas: q̄ sunt quasi mures rodentes posteriora. Corporaliū passionū obscenitas: que sunt quasi locuste morte scorpij percutiētes. Rationis et sensus obstinata peruersitas: que sunt serpentes igniti.

Latrones nri 4or. Ps. xc. Ibidem. Ibidem. ¶ Latrones qui nobis optima queq̧ furantur quattuor sunt. Hebetati intellectus secordia tollens nobis scientiā veritatis. Hic latro apud psalmistā dicitur negociū in tenebris. Indomite carnis lasciuia rapiens meritum integritatis: ꝛ demonium dr meridianū. Fauorabilis aure iactantia tollens plenitudinem sanctitatis: ꝛ dicitur sagitta volans in die. Uite huius amor et appetentia/ rapiens premiū eternitatis: et dicitur timor nocturnus. Hi sunt latrones spūe.

Osculatria ¶ Oscula tria sunt. Recōciliatoriū qui duo pedes dñi misericordia ꝛ iusticia contingūtur. Remuneratoriū quo due manus opus creatricis iusticie: ꝛ modus gubernationis cōtinue complectuntur. Cōtemplatoriū qd̄ sumit ad os: ꝛ verbū dei atq̧ hominem/ in vnitate miranda connectit. Possunt quoq̧ dici. Naturale quando spontanea voluntate ducimur ad bonuz. Doctrinale quando ammonitione alterius inuitamur ad deuz. Gratiosum qn̄ iocunda inspiratione trahimur ad bene agēdū.

C ¶ Uocationes tres sunt. Diuina sicut in paulo. Hūana in duqz millibus couersis ad vocem apostolorum. Necessaria in pmo heremita paulo.

¶ Contemplatio dicitur cibus in hac vita: vbi in sudore vescimur pane nostro. Potius in futura vbi libere ꝛ sine dolore sumitur. Ebrietas in vltimo cum anima recepto corpore cōgaudebit vnde dicitur. Comedite amici ꝛc.

Actu. x. ¶ Contemplatiui alij ascendūt et corruūt: sicut bestia que tāgit montem: alij rapiuntur ꝛ descendūt: sicut petrus post excessum descendit de cenaculo.

¶ Duo sunt vbera. Cōpassio de qua fluit lac cōsolationis quo nutriuntur infirmi: cōgratulatio vn̄ fluit lac exhortationis: vnde sustentantur validi.

Exo. xiiij ¶ Unguenta tria sunt. Cōpunctio de memoria peccatorū: que infundit pedes iesu. Deuotio ex recordatione beneficiorū: qua perungitur caput iesu. Pietas ex consideratione miserorū: que ad vngendum corpus iesu a mulieribus preparatur.

¶ Uirge tres sunt. Uirga moysi que diuidit mare rubrū. Uirga aaron que confert sacerdotiū. Uirga dauid pastoralis propulsans aduersarium.

Nu. xvij. j. Re. xvij. ¶ Triplex fuit forma iesu. Cōis ꝛ despecta: sole clarior et tota splendida: spiritalis ꝛ diuina/ sꝫ humanis visib⁹ tēperata.

¶ Cibi israel tres sunt. Azima sciētie secularis in exitu de egypto. Manna intelligentie in deserto. Palma victorie triūphalis in promissionis regno.

¶ Diuinorū conscij secretorum tres sunt. Agnite fidei firmissimus executor: ingruentiū vitiorū strenuus supplantator: perfecte grē humilis confessor: hi sunt petrus/ iacobus ꝛ ioānes.

¶ Tres ex omni populo liberantur: noe/ daniel/ ꝛ iob.

¶ Tres in sacerdotiū assumuntur: moyses/ aaron/ ꝛ samuel.

¶ Latrones innocentie vestem diripiunt: tentationum sagittis confodiūt: celesti consolatione destituunt.

D ¶ A dña nostra rei habēt veniā: iusti gratiā: angeli leticiam.

¶ Bona pulchre corā hoib⁹ debem⁹: habitu ne sit notabilis: actione ne sit reprehensibilis: sermone ne sit cōtēptibilis. Corā deo: cogitatione sancta: affectione pura: intentione recta.

¶ Duo sunt in christo: generatio diuina ꝛ generatio humana ꝛ in spiritusancto processio ꝛ gratia. Operatur aliud in nobis propter nos vt cōpunctionē dimittendo peccata: deuotionem sanando opera: amorem reuelando celestia. Propter proximos aliud vt doctrinam sermonum: gratiam curationū ꝛc.

¶ Duplex est periculū: ne vel ea que propter nos diuidamus proximis: vel ea que propter pximos reseruemus nobis. Hec est discretio spirituum.

¶ Janitor memorie/ recordatio pfessionis: voluntatis ianitor memoria patrie celestis. Portitor intentionis/ cōsideratio gehennalis.

¶ Mūdi diligendi sunt quattuor. Carnē amare carnaliter: spiritum carnaliter: carnem spiritaliter: spiritum spiritaliter.

Luce. xi. ¶ Tres sunt panes quos de vita veniens querit amicus continentia/ humilitas/ charitas.

¶ Pax triformis. Ficta vt in iuda. Inordinata: vt in adam ꝛ in eua. Uera quā christus reliquit discipulis suis.

¶ Sequentiū pacē tria sunt genera. Pacati qui in pace possident terrā suā: patientes qui in patiētia sua possident animas suas: pacifici qui pacē faciunt inter discordes.

¶ Contemplatores alij ascendūt ꝛ cadunt vt illi qui euanuerunt in cogitationibus suis: alij rapiūtur ꝛ descendunt vbi siue mente excedimus deo.

¶ Quadrus lapis est superius amando celestia: inferius contemnendo terrena: a dextris vilipendēdo prospera: a sinistris equanimiter sustinendo contraria.

Sanguinis minuendi duplex causa ¶ Minuendi sanguinis duplex est causa. Interdū qualitas: interdū quātitas obest. Nec minus perniciosa immoderata abundantia q̧ corruptio. Sanguis anime mee voluntas mea. Nature siquidē cognatus pre ceteris humoribus sanguis dicitur ꝛ anime vita in voluntate est. Minuatur ergo praua voluntas que morbi causa est spiritalis. Minuatur inq̄ dū penit⁹ exhauriri exsiccariq̧ nō potest. Scindatur ꝛ aperiatur vena ferro cōpunctionis: vt peccati ꝛ si nō omis sensus: certe consensus effluat et abijciatur. An dubitas inueniri: ꝛ in anima sanguinis nō inutilis inutile abundantiā: Audi sapientem medicū: quia ipsum docet iusticie sanguinē minuendū. Noli inquit nimium esse iustus. Simile est ꝛ illud apostoli. Nō plus sapere q̧ oportet/ sed sapere ad sobrietatem. Cui putas vene parcendū est: si ꝛ iusticia ꝛ sapientia egent minutione? Quis eīm sanguis vtilior: Illud tamen memento: nec nimio iustū/ iustū: nec ebriam (vt ita loquar) sapientiā oportet sapietiā nominari. Sic nimirum ꝛ in sanguine corporis inuenire est: vbi excreuerit nimis non iam nutrimentū afferre corpori/ sed detrimentū. Quaobrē si peccare delectat adhuc sanguis viciosus est: ꝛ minuere festinato. Si vis agere penitentiā castigare vt oportet mēbra corpus affligere: iudicare temetipm: vt non incidas in manus dei viuentis: iustū id quidē sꝫ ne qd̄ nimis. Alioqn reprimēdus est feruor immoderatus ne noceat vnitati: seruiat indiscretioni.

Eccs. vij. Rom. xij.

Ge. xlviij Hebr. iiij. F j. Pet. ij. G ¶ Pars tua sumus domine: quam tulisti de manu amorrei in gladio et arcu tuo. Gladius tuus sermo viuus ꝛ efficax: arcus tuus incarnatio tua. Ibi em velut curuata sapientie ligno: et pia quodāmodo flexa diuinitate: neruus carnis vehemēter extensus: et humanitas ineffabiliter aucta cognoscit. Pars ergo tua sum⁹ et populus acquisitionis tue: quē acquisisti verbo predicationis: et mysterio incarnationis. ¶ In circūcisiōe domini nec neruus rūpit: nec os cōminuit vt robustiora queq̧ ꝛ firmiora seruentur illesa. Aperit autē cutis: amputat caro: sanguis effunditur: vt illecebrosa mollicies castigetur. In carne quidē peccatū quod in ea manet intellige: porro in cute operimentum eius: in sanguine vero incentiuū. Hec igit vera circūcisio spiritu non littera: si velamē excusationis ꝛ dissimulationis per compunctionem cordis/ ꝛ cōfessionē oris amo

neas: si peccati consuetudinem correptione cõuersionis abscidas: si deniqꝫ vt necessarium est occasiones quoqꝫ peccati et fomitem fugias concupiscentiarum.

¶ Obtulerunt magi dño: aurũ/ thus/ ꝛ myrrhã. Hec fortassis pro loco ꝛ tẽpore necessaria videbantur. Auri preciũ ob paupertatem myrrhe vnguentum ob infantilis (vt assolet) corporis teneritudinem: thuris odoramentũ ob sordidã stabuli mãsionem. Nos vero qm̃ illa iam oĩa transierunt/ offeramus ei acceptabiliora munera: myrrhe vnctionẽ in cõmunionẽ socialis vite: thuris speciem in suaue olentia bone fame: auri splendorem in conscientie puritate: quo videlicet nec de officiosa conuersatione familiarem gratiã: nec de laudabili opinione inanem gloriam: sed honorem dei et fratrum vtilitatem querere studeamus.

Mat. ij.

¶ Caueamus fratres ne vasorum interim vacuo splendore decepti: sero conqueri habeamus/ ꝙ lampades nostre extinguũtur. Ego enim reor minime fuisse accensas: q̃ tunc videntur extingui. Sic nempe habes. Simile est regnũ celorũ decẽ virginibus que accipientes lampades suas. Accipientes dixit: nõ accendentes. Quomodo enim ascenderunt: que non sumpserunt oleum secum: Aut vbi ignis materia defuit quomõ ignis fuit: Aut lucet castitas etiam ex seipsa. Sed quando lucidior lampas ardens quã sine igne: tãto pulchrior casta generatio cum charitate. Sic et a ceteris voluptatibus temperantia et patientia in aduersitatibus honestas: in conuersatione: et circũspectio in sermone: elemosyna quoqꝫ ꝛ eiusmodi opera pietatis naturali quadam placere gratia: ꝛ velut ingenito decore: etiã apud fatuas virgines retinere videntur. At quoniã vitrea magis q̃ ignea claritate fulgebant: eoipso lãpades suas arbitrabantur extingui quo nimirum inanẽ nunc splendorem ab eterna conspexerint luce reprobari.

Mat. xxv

¶ Quanta est miseria nostra: ꝛ indigentia nostra q̃ multiplex etiã verbis opus habemus. Et cũ vtrũqꝫ sit miserum non iam mirũ ꝙ inter nos: mirũ magis ꝙ etiam ad nosipsos. Nemo scit q̃ sint in hoĩe: nisi spiritus hoĩs qui est in ipso. Chaos magnũ inter nos firmatũ est: nisi interueniente quasi instrumento verborum/ fiat adinuicẽ transitus quidã cordiũ in cõicatione cogitationum. Hac necessitate inuẽta sunt verba. Quis nesciat: Uerũtamen ꝛ nosipsos verbis iã alloqui necesse est. Nõne deo subiecta eris aĩa mea ꝓpheta ait: Ab ipso enim salutare meũ. Et cui nõ frequenter necesse est aĩam reuocare suã: aduocare rationẽ suã: suos conuocare affectus: Cui nõ opus est crebro seipsum conuenire verbis/ increpare minis sollicitare monitis vrgere accusationibus: Quinetiam ratiocinijs suadere expedit quale est. Ab ipso enim salutare meũ: ꝛ consolari aliquando iuxta illud. Quare tristis es anima mea: ꝛ quare cõturbas me: Et interdũ velut excitare ꝛ dicere. Lauda anima mea dominum. Et nõnunq̃ diligentius cõmonere de quibus oportet vt est. Benedic anima mea domino: ꝛ noli obliuisci oẽs retributiones eius. Nempe cor meũ dereliquit me: ꝛ necesse habeo ad meipsum: imo ad me alterũ loq̃. Atqꝫ id interim tãto ãpli⁹ quãto minus sum adhuc reuersus ad cor: reuersus in me: vnitus deniqꝫ mihipsi. Nã ne inuicẽ q̃dẽ erit iã ꝓloqui: vbi in vnũ vtiqꝫ virũ ꝑfectũ occurremus oẽs. Oportune igit̃ lingue cessabũt nec medi⁹ requiret̃ interpres: vbi vsqꝫ adeo mediũ oẽ charitate cõstrauerit ille vnicus mediator: vt ꝛ nos in vnum facti simus in ipsis: qui vere sempiternecꝫ vnum sunt: deo patre ꝛ ipso domino iesu christo.

j. Cor. ij.
Luce. xvj
Ps̃ lxj.
Ps̃. xlj.
Ps̃. cxlv.
Ps̃. cxxxix.

Mel ꝛ lac sub lingua eius. Id quidem necesse. Nã qd̃ in lingua est durũ sonat. Uerba sapiẽtis quasi stimuli: ꝛ sicut claui in altũ defixi. Alius est cuius molliti sunt sermones super oleũ: sed oleum peccatoris non impinguet caput meũ. Corripiat me magis iustus ꝛ increpet: nã hoc in misericordia est: q̃ illud impinguet oleũ caput meum/ in quo est dolus. Pulchre eñ nõ molles/ sed molliti dicũtur sermones: vel suasoris adulatoris: vel suasoris iniqui: ꝙ sit in eis non tã vera et solida q̃ superducta ꝛ simulata suauitas. Siquidẽ ipsi sunt iacula. Deniqꝫ sub lingua eius q̃d: Audi prophetã. Labor ꝛ dolor. Porro sub lingua eius mel ꝛ lac: q̃ iuxta eundẽ prophetaꝫ Laborẽ fingit in precepto. Miraris fingere veritatẽ: nam mirari licet: dubitare nõ licet. Si ꝛ alterũ testem queris: lege in euangelio qr̃ finxit se longius ire. Quidni figmentũ figmento exhibeat: Siqdẽ ipse nouit figmentũ nostrũ: vtiqꝫ laboris impatiens dilationẽ nõ sustinẽs: fragile ad vtrũqꝫ. Pie ergo pudit vt haberet pietas ꝓmissionẽ vite eius q̃ nunc est ꝛ future: nec laborẽ verũ imponeret/ sed magis fingeret in ꝓcepto. Audi quomodo laborẽ fingere ipse se prodat. Tollite iugũ meum super vos et inuenietis requiẽ animabus vestris. Iugũ enim meũ suaue est: ꝛ onus meũ leue. Quomodo nõ fictus labor: vbi non labor/ sed requies inuenitur: ita ergo labor in lingua: mel et lac sub lingua. Quid supra linguã: Ineffabilia que nõ licet homini loqui. Miseri q̃ solum qd̃ in lingua sonuit: attendentes: nec qd̃ sub lingua reconditũ/ nec qd̃ supra repositũ fuit capere potuerũt. Durus est hic sermo inquiũt. Durus equidẽ/ sed tamẽ idem est verbum vite. Qui nõ baiulat crucẽ suã ꝛ sequitur me non est me dignus. Si quis venit ad me ꝛ nõ odit patrẽ et matrem adhuc aũt ꝛ aĩam suã: non est me dignus. Quid duri⁹ poterat dici: Noli errare. Lapis videtur: panis est. Durus in cortice/ sed suauissimus in medulla. Temptat te domine de⁹ tuus fidei exercitatio ꝛ ꝓbatio dilectionis/ est fictio ista laboris. Esto tamen lapis sit. Nũ tu credis qd̃ ꝛ demones credũt: Si filius dei es: dic vt lapides isti panes fiant. Oẽs nouimus qs hoc dixit. Nõ dubitat ille posse solo dictu quoquidem facili⁹ nihil est ex lapide panẽ facere: quẽ filiũ dei eẽ credit. Fas est ꝛ ab hoste doceri. Dicamus ꝛ nos filio dei: dic vt lapides isti panes fiant. Nam ꝛ ille q̃ hoim vtiqꝫ nõ demonũ venerat in salutem: sic cõfutauit aduersarios vt paruulos erudiret. Nõ eñ dicens ꝙ ille voluit/ sꝫ qd̃ oportuit nos audire: vt videlicet noster hic lapis panis fieret non illius. Nõ in solo inquit pane viuit/ sꝫ in oĩ verbo qd̃ procedit de ore dei. Quid tu ad hec veritatis inimice submurmuras: Qd̃ quidẽ ipe fateris ꝛ negare oĩno nõ potes: potens est filius dei dicere vt lapides panes fiant. Ubi ergo ille de verbis dei ait: ꝛ generaliter ait: qr̃ sic viuit̃ ꝛ in talibus vita spiritus mei: quid tu mihi subsibilas ad quoduis eorũ dicens. Durus est hic sermo: Que dei filius dixit: ꝛ facta sunt alimenta vite: tu ne saxa dixeris qui fili⁹ dei nõ es. Non sum ego qui te arbiter ꝙ temeraria prorsus rapina arbitratus eo ipse esse te equalẽ deo: vt dicente te panis in lapidem reuertatur: qui filius dei non es: sine causa dicas vt lapides isti panes fiant. Nec min⁹ frustra tuũ nobis apponas pro pane lapidẽ: scorpionẽ ꝓ ouo: pro pisce serpẽtẽ. Ue eñ his qui panẽ lapidẽ: lapidẽ panem dicũt/ ponẽtes lucẽ tenebras/ ꝛ tenebras lucẽ: iugũ xp̃i asperũ: ꝛ esse sub sentribus delitias reputãtes. Has delitias ego nolim. Opto magis gustare ꝛ videre qm̃ suauis est dñs. Hoc eñ nõ frustra is ipse q̃ monet studuerat experiri. Deniqꝫ ait. Q̃ dulciora faucib⁹ meis eloquia tua. Et rursum. Q̃ magna inq̃t multitudo dulcedinis tue dñe quã abscõdisti timentibus te. Ubi putas asconditur: Nempe sub lingua sua: sub capite eius que dicit. Leua eius sub capite meo: ꝛ dextera illius amplexabitur me. Licet eñ in ꝓmissione vite eius q̃ nunc est: dulcedo ꝛ multitudo dulcedinis: ꝛ magna quoqꝫ ꝛ q̃ magna sit multitudo: perfectio tamen non nisi in promissione future. Perfecisti inquit his qui sperãt in te: in cõspectu filioꝝ hoim. Quid ꝑfecit: Nõ est hic sermo in lingua sed supra linguã. Ideo enim auris nõ audit: qr̃ nec lingua ꝓtulit: qd̃ preparauit deus his q̃ diligunt eũ. Nec sane in abscondito cõsummatio illa/ sed in conspectu filioꝝ hoim erit. Congruevero nõ adhuc ꝑfecturũ/ sed iã perfecisse cũ sperãtib⁹ ait. Spe enim salui facti sumus.

Canti. iiij
Eccle. xij
Ps̃. liiij.
Ps̃. cxl.
Ps̃. lx.
Ps̃. xcii.
Lu. xxiiij
Mat. xj.
Ibidem.
ij. Cor. xij
Joan. vj.
Mat. x.
Mat. iiij.
Ibidem.
Phil. ij.
Esa. v.
Ps̃. xxxiij.
Ps̃. cxviij.
Ps̃. xxx.
Canti. ij.
Ps̃. xxx.
Rom. viij

Inter babilonẽ ꝛ hierusalẽ nulla pax est/ sꝫ guerra continua. Habet vnaqueqꝫ ciuitas regẽ suũ. Rex hierusalẽ xp̃s dñs est: rex babylonis diabolus. Et cuꝫ alterũ in iusticia: alterũ in malitia regnare delectet: rex babylonis quos põt de ciuibus hierusalem per ministros suos scꝫ spũs immũdos seducere vt seruire eos faciat iniquitati ad iniquitatẽ/ in babylonẽ trahit. Unde dũ vnũ de ciuib⁹ suis cõstitutus speculator sup muros hierusalem trahi cerneret: nunciauit regi captã predã in babylonem duci. Rex vero hierusalẽ aduocãs spiritũ timoris militeꝫ in talibus strenuũ: vade inquit eripe ꝑdã nostram. Ille vt semper ad oĩa imparata paratus/ cũ velocitate hostes persequit̃: ꝛ in auribus eoꝝ factus est repẽte sonus tanq̃ aduentẽtis spiritus vehemẽtis. Timor enim sup eos intonuit: ꝛ ad vocẽ virtutis eius hostiũ robur oẽ cõtremuit: quos in fugã conuersos timor non longius ꝑsecutus est: sꝫ ereptũ ciuẽ reducebat ad ꝓpria. Uerũ vnus ex aduersarijs tristicie spũs non erat cũ eis quãdo timor aduenit. Hic cũ cerneret socios subito fugientes: ab insidijs in quib⁹ latebat ocius aduolauit. A timore inquit solo factũ est istud: ꝛ est opprobrium oibus nobis. At ille Nec timeatis a timore isto. Scio eñ q̃d facto opus sit. Ibo et ero spũs mendax in angulis semitarũ: ꝛ amicũ me simulabo timoris. Noui enim hoiem: nec est agendũ cũ eo vi/ sed fraude. Uos aũt expectate finẽ. Fecit vt dixerat: ꝛ viaꝝ cõpendia captans precessit timorẽ. Referẽsqꝫ iter per viam qua gradiebatur timor/ obuius ei factus est: amica/ sed iniqua cum eo colloquia commiscens: ita vt seducere eum ceperit: ꝛ timor nescius bono animo sequebatur. Prope iam erat: vt eos in foueã desperationis impelleret. Sꝫ spectator regi indicat q̃d agat̃. Rex aũt vnũ de militibus suis spem scꝫ ꝓcepit accersiri: queꝫ cũ equo desiderij ꝛ ense leticie in auxiliũ iubet accelerare timoris. Fidelis miles ad imperiũ egrediẽs cũ ꝑuenisset ad locum

Rom. vj.
Actu. ij.

vibrans ensem leticie/tristiciã effugauit. Sicq; liberatũ conciuez ⁊ impositũ equo desiderij precedẽs trahebat funiculo promissionũ: ⁊ timor sequens vrgebat facto flagello de funiculis peccatoꝝ. Ibat igitur voluntarius equus: hinc attractus/inde cõpulsus: sed in tã rapido cursu timendũ ei fuerat ab incursu. Vñ ⁊ collegerũt milites babylonici cõsiliũ dicentes. Quid facimus q: sic euadit: quẽ iã quasi cũ securitate possidebam⁹? Quomodo plausus inferni versus est in planctum: ⁊ per solos duos milites gaudiũ est in celis super sui liberatione conciuis? Quomõ perijt versutia diabolice fraudis? Vnus aũt ex eis ceteris nequior: cũ sceleris huius opifex esset/ prophanus protulit cõsiliũ dicens. Uos nescitis quicq̃/nec cogitatis: qmodo ad capiendum facilior sit: ⁊ si captus difficilius eripi possit. Uos igitur a longe ꝓsequimini/ego me in angelũ lucis transfiguro: vt ignaros vie tanq̃ aduenas ⁊ peregrinos docendi simulatione decipiam. Hunc igitur in modũ fraude disposita regi nostro speculator annũciat venire q̃dẽ hoĩez equo impositũ desiderij: sȝ plus q̃ oporteat ꝓperare: eo q: frenum ⁊ sella deesset. Hostes inquit a longe ꝓsequitur: eiij tanq̃ inueterati malaꝝ viaꝝ compendia captãt. Sed ⁊ nũc vnum video in quo armorũ nostroꝝ relucet effigies: a nobis tamen ille exiuit. Necesse est eat qui interrogare nouerit eũ: noster es an aduersariorũ? Porro rex cuius animũ cura semꝑ sollicitat aiarũ: duos ꝯsiliarios suos emittit prudentiã et temperantiã. Quarum temperantia quidẽ equo frenum discretionis imposuit: et spem moderatius incedere persuasit. Prudentia vero timorez increpans ⁊ arguens improbitatis de futuro ꝯmonuit: ⁊ equo sellã circũspectionis apposuit: vt non caderet ascẽsor eius retro/sed retro preteriti cõfessione peccati: ante meditationi iudicij: a sinistris patientie inniteret̃: a dextris humilitati. Porro spes ⁊ timor dedere calcaria: spes in dextro pede expectationẽ premij: timor in sinistro supplicij metum. Et facta mora cum aduesperasceret ⁊ inclinata esset iã dies: rursus congregati sunt hostes in multitudine vt dimicent contra eos. Pauet timor: spes accelerat: sed vix tãdem ad consiliũ eos prudentia temperantiaq; reuocauit. Et illa. Uidetis inquit q: dies precessit: et nox appropinquauit: et qui ambulat in tenebris nescit quo vadat? Porro vobis grandis restat via: nec parua est hostium multitudo. Est autem miles quidã regi nostro fidelissimus quẽ ego noui: castrũ habens ꝓpe nos positũ: ⁊ firmissimũ est habitaculũ: q: in petra posuit nidũ suũ. Diuertam⁹ ad illũ si placet: q: bonũ est illic esse. Qđ cũ placuisset oĩbus ⁊ ducem itineris quesissent: ait prudentia. Armiger meus rõ precedet nos: est eñ gnarus viaꝝ ⁊ notus iusticie: vtpote consanguineus eius. Precedente itaq; ratione: ceteris subsequentibus antevenit ratio ⁊ salutata iusticia: nunciauit hospites aduentare. Querit illa qui sint: vnde ad quid veniãt sciscitat̃. Et cũ rem cognouisset: hilari vultu surgens fugientibus occurrit cũ panibus: ⁊ obuiauit illis quasi mater honorificata: susceptãq; animã ab equo deposuit: ⁊ in penetralibus domus auidã collocauit. Insequit̃ hostilis exercitus: ⁊ castrũ obsidens vndiq; inquirit: si q̃s forte pateret ingressus: ac tanq̃ leo circuit querens quẽ deuoret. Sȝ cũ vndiq; illud munitũ inueniũt tentoria figunt/ ⁊ excubias ordinant: ne q̃s ingredi aut egredi valeat: vt mane facto instructis machinis diruant ⁊ irruant sup eos. Interim pauor pauiditate ⁊ sollicitudine non piger/ nec vnq̃ securus cõmilitones excitat: iusticiã cõuenit: de munitione loci/de preparatione armoꝝ querit: adijciens ⁊ illud ne forte sustentationi deficiãt alimenta. Ad hec iusticia respõdit. Situs loci: vt animaduertere potestis saxosus ⁊ inaccessibilis est nec in armis nec in machinis inimicoꝝ timet insultũ. Sȝ q: aridus est paucos habet indigenas q̃s arido ordeacei panis cibo vtcũq; sustentat. Et nunc supersunt nobis quinq; panes ordeacei ⁊ duo pisces. Et timor. Quid hec inquit sunt inter tantos? Cepit igit̃ magis pauere ⁊ tedere: ⁊ arguens aiam q: ab equo desiderij descendisset. Illud sepius memorabat esse nouissima hoĩs illius peiora priorib⁹. Equus eñ ille prepeti cursu festinus aduolabat ad vrbẽ: nunc solius rationis cõmissus ducatui. Ipse inquit videris si nõ melius erat tibi tunc magis q̃ nunc. Prope iã erat: ⁊ aduersus spẽ cõtraria sentientẽ timor insurgeret: sed temperãtia prudẽtiã aduocauit. Accersita prudentia iprobitatẽ timoris obiurgãs: in aduersarios inq̃t tuus o timor mucro desęuiat. Nescis q: rex noster rex vĩrtutũ est/ dñs fortis ⁊ potẽs/ dñs potẽs in ꝓlio? Eat igit̃ nũciãs q̃ suoꝝ necessitates exponat: adiutoriũ flagitet: auxiliatorẽ adducat. Et quis ire poterit ait timor? Tenebre operiũt terrã: ⁊ muros obsidet hostiũ puigil multitudo: ⁊ nos ignari vie tanq̃ in regiõe longinqua. Aduocauerũt igit̃ hospitẽ suũ iusticiã: si q̃d inquunt potes. Adiuua nos. Quib⁹ illa. Bono aĩo estote. Est eñ mihi nuncius fidelissim⁹ regi bñ not⁹ ⁊ curie: oro scȝ q̃ in secreto noctis silẽtio ꝑ ignotas semitas archana celi penetrare/⁊ cubiculum regis adire: ⁊ oportuna īportunitãte piũ regis animũ flectere nõ indoctus: supplicatione miserabili laborãtib⁹ auxiliũ solitus impetrare. Eat ille si placet: ecce eñ p̃sto est. Cũq; respõdissent oẽs placet: prudẽtia q̃d regi insinuet dictante iusticia vt fideliter agat: ⁊ ne vacuus reuertat̃ ꝑcipiẽte: ceteris et maxime tiore vt iter accelerarent depcãtib⁹ ꝑ occultos quosdã muri exit⁹ dimissus est. At ille ostiũ cuneos penetrãs. securus oĩ aue velocior in momẽto i ictu oculi vsq; ad portas noue hierusalẽ ꝑuenit. Quas cũ clausas repperisset ⁊ pulsasset: ianitoribus egre ferentibus q: intẽpestę noctis silentio ciuitatẽ impleret clamorib⁹: ⁊ regi ipsi importun⁹ esse nõ verereť/ ille ꝑseuerabat pulsans ⁊ ampli⁹ loq̃bat̃. Apite mihi inq̃t portas iusticie: ⁊ ingressus i eas ꝯfitebor dño regi nr̃o i ore meo fm multitudinẽ doloꝝ meoꝝ q̃ sunt in corde meo. Hec inq̃t porta dñi mei iusticia me misit ad vos vt introducar ad regẽ: q: ad ipsuz habeo secreta q̃ ꝓferam. Uox turbinis audita est in terra nr̃a. Et cũ cognouisset nũciũ esse iusticie: introduci eũ ꝑcepit. Ingressa oro ad regem: adorauit ⁊ ait. Rex ineternũ viue. Et ille. Recte ne sunt oĩa circa dñm tuũ ⁊ q̃ illius sunt? Et oro. Recte dñe vĩl grã. Porro vnũ est necessariũ. Seruus ille vester a cornib⁹ vnicorniũ ad imperiũ regis ereptus diuertit ad militem vestrũ dñm meũ: ⁊ dñe mi terra illa australis ⁊ arẽs est ⁊ cibuz nõ habet. Det dñs bñdictionẽ ⁊ terra nr̃a det fructũ suũ: ⁊ congregati hostes in multitudine vt dimicẽt cõtra nos. Da nobis dñe auxiliũ de tribulatione: q: nõ est ali⁹ q̃ pugnet ꝓ nobis nisi tu deus nr̃. Porro rex nr̃ cui⁹ natura bonitas motus his lachrymis: ait. Quẽ mittemus? Ad quẽ charitas. Ecce ego dñe mitte me. Rex aũt q̃rebat de socijs: sȝ charitas domesticã sibi familiã ridit sufficere. Exit ğ vna cũ nobili illo comitatu suo gaudio/pace/patientia/lõganimitate/benignitate/bonitate/mãsuetudine. His stipat⁹ dux insignis ꝓgredit̃: certusq; victoria erecto signo triũphali primã ꝑtrãsijt inimicoꝝ secũdãq; custodiã. Cũq; venisset ad portã: vltro apta est ei. Ad cui⁹ ingressum facta est leticia magna in oppido. Cunq; suadẽte gaudio vociferarent̃ oẽs ⁊ acclamarẽt: exortus clamor exterorũ castra ꝑterruit. Et illi. Que est ista inquiũt vox exultationis in aurib⁹ nostris de castris israel? Nõ ita erat heri ⁊ nudiustertius. Forte venit eis auxiliũ: ⁊ ipetũ faciẽt in nos. Fugiam⁹ ğ israel dñs eñ pugnat ꝓ eis ꝯtra nos. Interim charitas more impatiens ordinari exercitũ/ apiri portas ⁊ ꝓseq̃ ꝑcepit inimicos: aperte denũciãs: vadã ad portas inferi. Sicq; vno impetu vniuersus charitatis exercitus ꝓcedit: quos babylonij non ferentes fugiunt: sȝ nõ effugiunt. Cadunt a latere timoris mille ⁊ a dextris charitatis decem milia.

Lu. xxiiij
Rom. xiij
Joan. xi.
iij. Re. xix
Job. xxxix
j. Pet. v.
Joan. vj.
Luce. xj.
Ps. xxiij.
Ps. cxvij.
Ps. xcij.
iiij. Re. v.
Luce. x.
Ps. xc.

¶ Incipit expositio venerabilis Bernardi abbatis Clareuallis: in Cantica canticorum.

Sermo primus.

Uobis fratres alia q̃ alijs de seculo aut certe aliter dicẽda sunt. Illis siquidẽ lac potũ dat ⁊ nõ escam q̃ apli formã tenet in docẽdo. Nam spiritalibus solidiora apponẽda eẽ tridẽ ipse suo docet exẽplo. Loq̃mur inquiens nõ in doctis hũane sapiẽtie ꝟbis: sed in doctrina spũs spũalib⁹ spũalia cõparãtes. Itẽ sapiẽtiã loq̃mur inter ꝑfectos: quales vos nimiꝝ esse ꝯfido: nisi frustra forte iã ex lõgo/studijs estis celestib⁹ occupati: exercitati sensib⁹: ⁊ in lege dei meditantes die ac nocte. Itaq; pate fauces nõ lacti sȝ pani. Est panis apđ Salomonẽ: isq; admodũ splẽdidus sapidusq;: librũ dico q̃ Cãtica cãticoꝝ inscribit̃. Proferat̃ si placet ⁊ frãgat̃. Nã de ꝟbis Ecclesiastes satis (ni fallor) ꝑ dei grãm istructi estis/mũdi hui⁹ cognoscere ⁊ ꝯtẽnere vanitatẽ. Quid ⁊ parabolas? An nõ vita ⁊ mores vr̃i iuxta eã q̃ in ipsis inuenit̃ doctrinã sufficiẽter emẽdati sunt ⁊ informati? Proinde illis ãbob⁹ ꝓlibatis q̃s nihilominus de amici arca ꝑstitos accepistis: accedite ⁊ ad tertium hũc panẽ vt ꝓbetis forsitã potiora. ¶ Cũ eñ duo sint mala q̃ vel sola vel maxie militãt aduersus aiaz: van⁹. s. amor mũdi et suꝑfluus sui: pesti vtriq; duo illi libri obuiare noscũt̃: alter sarculo disciplĩne/prauaq; i morib⁹ ⁊ carnis suꝑflua resecãs: alter luce rõnis i oĩ gl'ia mũdi fucũ vanitatis sagaciter dephẽdens veraciterq; distiguẽs a solido ꝟitat̃. Deniq; vniuersis hũanis studijs ac mũdanis desiderijs ꝓtulit deũ tiere: eiusq; obsuare mãdata. Merito q̃dẽ. Uere etẽi sapiẽtie ꝑmũ illud initiũ scõm ꝯsũmatio ẽ. Si tñ ꝯstat vobis nõ aliud verã ⁊ ꝯsũmatã eẽ sapiẽtiã: q̃ declinare a malo ⁊ facere bonũ: itẽq; recedẽ a malo nemi nẽ posse ꝑfecte absq; tiore dei: nec bonũ op⁹ oĩno eẽ ꝑter obsuã

U
j. Cor. iij.
j. Cor. ij.
Ibidem.
Ps. cxviij.
B
C

tiam mandatoꝝ. Depulsis ergo duobus malis duoꝝ lectione
librorū: cōpetenter iā acceditur ad hūc sacrū theoricumq; ser
monē: qui cū sit amborū fructus: non nisi sobrijs mentibus et
auribus omnino credendus est. Alioquin ante carnem discipli
ne studijs edomitā ⁊ emancipatā spiritui: ante spretā ⁊ abiectā
seculi pōpā ⁊ sarcinā: indigne ab impuris lectio sancta ꝑsumit.
j. Cor.ij. Quomodo nempe lux incassum circumfundit oculos cecos vel
Sap.j. clausos: ita animalis homo non percipit ea que sunt spūs dei.
Quippe spūssanctus discipline effugiet fictū: qđ est vita incō
tinēs. Sed nec erit ei vnq̄ pars cū mūdi vanitate cum verita
Joā.xiiij tis sit spūs. Que enim societas ei que desursum est sapientie:
j. Cor.iij ⁊ sapientie mundi q̄ stulticia est apud deū: aut sapiētie carnis
Rom.viij que ⁊ ipsa inimica est deo? Puto autē q̄ iam non habebit vn
Luce.xj. de aduersum nos murmuret is q̄ nobis de via venit amicus:
cū ⁊ tertiū istū insumpserit panē. Sed quis franget? Adest pa
Luc.xxiiij terfamilias: cognoscite dnm in fractione panis. Quis enī al
ter idoneus? Nō equidē ego mihi istud temere arrogauerim.
Si spectetis ad me vt ex me non expectetis. Nā ⁊ ego vn⁹ sū
de expectantibus mendicans ⁊ ipse vobiscum cibū anime mee
Apoc.iij. alimoniam spūs. Reuera pauper ⁊ inops pulso ad eū qui ape
rit ⁊ nemo claudit: super sermonis huius ꝓfundissimo sacra
D mento. ¶ Oculi oīm in te sperant dne. Paruuli petierunt pa
ps.cxliiij nem: non est qui frangat eis. Speratur id a benignitate tua.
Tren.iiij O piissime frange esurientibus panē tuū: meis quidē (si digna
ris) manibus: sȝ tuis viribus. Dic queso nobis a quo/de quo/
Canti.j. ad quē ve dicitur. Osculetur me osculo oris sui? Aut quale est
istud ita subitaneū ⁊ factū repente de medio sermonis exor
dium? Sic quippe in verba prorūpit quasi quēpiā loquentē pre
miserit: cui cōsequenter respondentē: ⁊ hanc introducat ꝑso
nam quecūq; est ipsa q̄ osculū flagitat. Deinde si se osculari a
nescio quo: vel petit vel ꝑcipit: cur signanter ⁊ nolatim ore: ⁊
ore suo quasi aliud q̄ os aut alienū ⁊ non potius suū exhibere
sibi soleant osculantes? Quāq̄ nec hoc quidē dicit: osculetur
me ore suo: sed aliud profecto inusitatius/ osculo inq̄t oris sui
Ei quidē iocundū eloquiū: qđ ab osculo principiū sumit: ⁊ blā
da ipsa q̄dā scripture facies facile afficit ⁊ allicit ad legendū:
ita vt qđ in ea latet delectet etiā cū labore inuestigare: nec fa
tiget inquirēdi forte difficultas: vbi eloquij suauitas mulcet.
Mat.v. Verū quē non valde attentū faciat: istiusmodi principiū sine
Joan.vj. principio ⁊ nouitas locutionis in veteri libro? Unde constat
E hoc opus nō humano ingenio: sed spūs arte ita cōpositum: vt
q̄uis sit difficile intellectu: sit tamē inquisitu delectabile. Sȝ
quid? Titulū preterimus? Nō oportet ne vnū quidē iota quan
do ⁊ minutias iubemur colligere fragmentorum ne pereant.
¶ Titulus talis est. Incipiūt cantica canticorum salomonis.
Obserua in primis pacifici nomē qđ est Salomon/ conuenire
principio libri qui incipit a signo pacis: idest ab osculo: simul
q̄ aduerte huiuscemodi principijs solas ad hāc intelligendā
scripturā mentes inuitari pacificas: que sese iā a vitioꝝ vēdi
care perturbationibus ⁊ curaꝝ tumultibus preualēt. Dehinc
ne hoc quoq; ociosum putes: qđ nō simpliciter cantica sed cā
F tica canticoꝝ habet inscriptio. ¶ Multa quippe legi cantica
in scripturis: ⁊ nullū illoꝝ memini taliter appellari. Cecinit is
rael carmen dño: qđ gladiū pariter ⁊ iugū euaserit pharaonis
gemino maris mirabiliter liberatus simul ⁊ vendicatus obse
quio. Nō tn̄ qđ cecinit dictū est canticū canticorū (sed si bn̄ re
Exod.xv colo: cecinit ait scriptura) israel carmē hoc dño. Cecinit etiā
Judic.v. delbora: cecinit ⁊ iudith: cecinit ⁊ mater samuelis: ꝓphete q̄ȝ
Judith xvj. aliqui cecinerunt: ⁊ nemo eoꝝ legit appellasse canticū suū can
tica canticoꝝ. Sane oēs (ni fallor) cecinisse reperies pro quo
j. Reg.ij. cunq; suo suorūve percepto cōmodo. Verbi gratia ꝓ obtentu
victorie: ꝓ euasione periculi: aut ꝓ cupite rei qualiscunq; ade
ptio beneficio. Ita ergo plerīq; cecinerunt singuli pro singu
lis causis ne ingrati diuinis beneficijs inuenirentur. Iuxta il
ps.xlviij. lud. Confitebitur tibi cū benefeceris ei. At vero rex iste Salo
mon sapientia singularis: sublimis gloria: rebus affluens: pa
ce securus: nullius taliū eguisse cognoscit: ꝓ quo accepto ista
decantare libuerit. Sed nec scriptura ipsa sui vspiā tale aliqđ
significare videt. Itaq; diuinitus inspiratus christi ⁊ ecclesie
laudes ⁊ sacri amoris gratiā: ⁊ eterni cōnubij cecinit sacramē
ta: simulq; expressit sancte desideriū anime: ⁊ epithalamij car
men exultans in spiritu iocundo cōposuit eulogio: figurato ta
Exod.iij. men. Nimirū velabat ⁊ ipse instar moysi faciē suā nō min⁹ for
sitan in hac parte fulgentem: eo q̄ illo adhuc in tēpore nemo
aut rarus erat q̄ reuelata facie gloriā istā speculari sufficeret.
G ¶ Igitur pro sui excellentia reor nuptiale hoc carmen hmōi
titulo presignitū: vt merito cantica canticorū singulariter ap
j. Thi.vj. pellet: sicut is quoq; cui canit singulariter est dictus rex regū
j. Joan.v. ⁊ dñs dominantiū. Ceterū vos si vestrā experientiā aduerta
ps.xxxix. tis: nōne in victoria qua vicit mundū fides vestra: ⁊ in exitu ve
ps.xxvij. stro de lacu miserie ⁊ de luto fecis cantastis: ⁊ ipsi dño canticū
nouū quia mirabilia fecit? Rursus cū adiecit primū supra pe
trā statuere pedes vestros ⁊ dirigere gressus vestros: puto q̄
⁊ tunc nihilominus ꝓ indulta nouitate vite immissum sit in os
vestrū canticū nouū carmen deo nostro. Quid cū penitentib⁹ ps.xxxix.
vobis nō solū peccata dimisit: sȝ insuper ꝓmisit ⁊ ꝓmia: nō mul
tomagis spe gaudentes futuroꝝ bonorū cantastis in vijs dñi
q̄m magna est gloria dñi? At si cui forte vestrū clausum vel ob ps.cxxxvij
scurū aliqđ de scripturis interdū eluxerit: tunc prorsus neces
se est ꝓ percepta celestis panis alimonia diuinas mulceat au
res in voce exultationis ⁊ cōfessionis sonus epulantis. Sed ⁊ ps.xlj.
in quotidianis exercitijs ⁊ bellis que nulla hora pie in xp̄o vi
uentibus desunt: a carne/ a mundo/ a diabolo (sicut militiā eē
vitā hoīs super terrā incessanter experimini in vobismetipsis) Job.vij.
quotidiana necesse est cantica ꝓ assecutis victorijs innouari.
¶ Quotiens tētatio superatur: aut vitiū subiugat: aut immi H
nens periculū declinatur: aut laqueus insidiantis dep̄hendit
aut annosa ⁊ inueterata quecunq; anime passio semel ꝑfecteq;
sanatur: aut multū diuq; cupita ⁊ sepius petita virtus tandem
aliquando dei munere obtinet: quid nisi totiēs iuxta prophetā
personat gratiarum actio ⁊ vox laudis: ⁊ ad singula quoq; be
neficia benedicitur deus in donis suis? Alioquin ingratus re
putabitur cū discussio venerit qui non poterit dicere deo. Cā ps.cxviij
tabiles mihi erant iustificationes tue in loco peregrinationis
mee. Arbitror vos in vobisipsis illa iam recognoscere que in
psalterio non cantica canticoꝝ: sȝ cantica graduum appellan
tur: eo q̄ ad singulos profectus vestros iuxta ascēsiones quas
quisq; in corde suo disposuit singula sint cantica depromēda
ad laudē ⁊ gloriā promouentis. Quonāmodo impleat aliter ps.cxvij.
ille versiculus non video: vox exultationis ⁊ salutis in taber
naculis iustorum: aut certe apostoli illa pulcherrima saluber
rimaq; exhortatio: in psalmis/ hymnis. ⁊ cāticis spiritalib⁹ cā Ephe.v.
tantes ⁊ psallentes in cordibus vestris dño. ¶ Sed est cāticū I
quod ex sui singulari dignitate ⁊ suauitate cūctis merito quo
memorauimus/ ⁊ si qua sunt alia antecellit: ⁊ iure hoc appella
uerim canticū canticoꝝ: q̄r ceteroꝝ oīm ip̄m est fruct⁹. Istius
modi canticū sola vnctio docet: sola addiscit experientia. Ex
perti recognoscāt: inexperti inardescāt: desiderio nō tā cogno
scendi q̄ experiēdi. Nō est enī strepitus oris: sȝ iubilus cordis
non sonus labioꝝ sȝ motus gaudiorū: voluntatū nō vocū con
sonantia. Nō audit foris: nec enim in publico ꝑsonat: sola que
cantat audit: et cui cantatur: idest sponsus ⁊ sponsa. Est quip
pe nuptiale carmen exprimens castos iocūdosq; cōplexus ani
morū: morū ꝯcordiā: affectuū q̄ consentaneā ad alterutrū cha
ritatem. ¶ Ceterū non est illud cantare seu audire anime pue K
rilis ⁊ neophite adhuc ⁊ recēter conuerse de seculo: sed prouec
te iam ⁊ erudite mentis que suis nimirū profectib⁹ deo pro
mouente intantū iam creuerit: quatenus ad perfectā etatem ⁊
ad nubiles quodāmodo peruenerit annos: annos dico merito
rum nō temporū: facta nuptijs celestis spōsi idonea: qualis de
niq; suo loco plenius describetur. Sed preterit hora qua nos
exire viget ad opera manuū: ⁊ paupertas ⁊ institutio regula
ris. Cras in nomine domini quod cepera mus prosequemur de
osculo: q̄r de titulo hodiernus sermo nos expediuit.

¶ De incarnatione christi per patriarchas et prophetas prenunciata et ardentissime ab eis expectata.

Sermo.ij.

Ardorem desiderij patrū suspirantiū christi in car L
ne presentiā frequentissime cogitans compungor
⁊ confundor in memetipso: ⁊ nunc vix contineo la
chrymas: ita pudet teporis torporisq; miserabiliū
temporū horū. Cui nāq; nostrū tantū ingerat gau
diū gratie hui⁹ exhibitio quantū veteribus sanctis ascende
rat desideriū promissio. Ecce enī q̄ multi in hac eius que pri
me celebranda est natiuitate gaudebūt: sȝ vtinā de natiuitate
non de vanitate. Illoꝝ ergo desideriū flagrās: ⁊ pie expecta
tionis affectū spirat mihi vox ista. Osculet me osculo oris sui. Canti.j.
Senserat nimirū in spū quisq; tunc spūalis esse poterat quan
ta foret gratia diffusa in labijs illis: propterea loquens in de ps.xliiij
siderio anime aiebat. Osculetur me osculo oris sui: nimirū om
nimodis cupiēs tante suauitatis participio non fraudari. Di
cebat enim perfectus quisq;. Quo mihi ora hec seminiverbia
prophetarū? Ipse potius speciosus forma pre filijs hominum: Ibidem.
ipse me osculetur osculo oris sui. Non audio iam moysen: impe Exo.iiij.
ditioris siquidem lingue factus est mihi. Esaie labia immun Esa.vj.
da sunt. Hieremias nescit loqui: q̄r puer est: ⁊ prophete omnes Hiere.j.
elingues sunt. Ipse ipse quē loquūtur ipse loquat: ipse me oscu
letur osculo oris sui. Nō in eis iā aut per eos loquat mihi: quo ps.xvij.
niam tenebrosa aqua in nubibus aeris: sed ipse me osculetur
osculo oris sui: cuius gratiosa presentia ⁊ admirande fluenta
doctrine fiant in me fons aque salientis in vitam eternam. Joan.iiij.

Quem

¶ Quē vnxit pater oleo leticie pre cōsortib⁹ suis: nūqd nō ex
ipso mihi vberior infunditur gratia si tamē dignet me oscula
ri osculo oris sui? Cuius vtiq; sermo viuus ⁊ efficax osculum
mihi est: nō quidē coniūctio labior̄ q̄ interdū pacē mentit ani
mor̄: s; plane infusio gaudior̄: reuelatio secretor̄: mira q̄dā
⁊ quodāmodo indiscreta cōmixtio superni luminis ⁊ illumi
nate mētis. Adherens q̄ppe deo vnus spūs est. Merito proin
de visiōes ⁊ somnia nō recipio: figuras ⁊ enigmata nolo: ipas
quoq; angelicas fastidio species. Quippe ⁊ ipsos longe supe
rat iesus meus specie sua ⁊ pulchritudine sua. Nō ergo aliū si
ue angelū siue hoiem sed ipsum peto osculari me osculo oris
sui. Nec tanc presumo me osculatū iri ab ore ipsius: est em̄ hoc
assumpti hoīs vnice felicitatis ⁊ prerogatiue singularis: s; hu
milius ab osculo oris sui peto me osculari: qđ cōmune vtiq; est
multor̄ q̄ dicere possunt: ⁊ nos oēs de plenitudine eius acce
cepimus. ¶ Intendite. Sit os osculans verbū assumēs: oscula
tum caro q̄ assumit: osculū vo qđ pariter ab osculāte ⁊ oscula
to cōficitur persona ipsa ex vtroq; cōpacta mediator dei ⁊ ho
minū hō xp̄s iesus. Hac ergo ratione sanctor̄ nemo dicere pre
sumebat. Osculet me ore suo: s; tm̄ osculo oris sui: ipsi sane ser
uantes prerogatiuā istā cui singulariter semelq; os verbi impres
sum tunc est cū ei se corporaliter plenitudo oīs diuinitatis in
dulsit. Felix osculū ac stupēda dignatione mirabile: in quo nō
os ori imprimit: sed deus homini vnitur. Et ibi quidē conta
ctus labior̄ cō ... tū significat animor̄: hic aūt ꝯsideratio na
turar̄ diuinis h ... cōponit q̄ in terra sunt ⁊ que in celis pa
cificās. Ipse est em̄ pax nostra q̄ fecit vtraq; vnū. Ad hoc igit
osculū sanctus quisq; antiqui tēporis suspirabat: eo q̄ iocun
ditatē ⁊ exultationē thesaurizari super eū: ⁊ thesauros omnes
sapientie ⁊ scientie in ipso abscōditos presentirent: cuperētq;
⁊ ipsi de plenitudine eius accipere. ¶ Sentio: placet vobis qđ
dicitur. Sed accipite ⁊ aliū sensum. Nō latuit sanctos ⁊ añ ad
uentū saluatoris deū super mortaliū genus cogitare cogita
tiones pacis. Nec em̄ faceret verbū super terrā qđ nō reuela
ret seruis suis p̄phetis. Erat tm̄ verbū hoc absconditū a mul
tis. Fuit nanq; in tēpore illo rara fides in terris: ⁊ tenuis ad
modū spes: in pluribus quoq; illor̄ q̄ expectabant redemptio
nem israel. Qui vero presciebant ipsi ⁊ predicebant christū in
carne venturū ⁊ cū ipo pacē. Unde quidā eor̄: pax erit (inqt)
in terra nostra cū venerit. Immo per ipsum dei gratiā hoies re
cuperaturos cū oi fiducia sicut diuinitus acceperant predica
bant. Qđ ⁊ p̄cursor dn̄i Ioānes suo tēpore impletū agnouit ⁊
perhibuit: gratia, inquiens ⁊ veritas per iesum xp̄m facta est:
⁊ ita verū esse oīs nunc christianus populus experit. Ceterū
illis prenūciantibus pacē: morā aūt faciēte auctore pacis mu
tabat populi fides dū non erat q̄ redimeret neq; q̄ saluū face
ret. Itaq; causabant hoies moras q̄ ille totiens nūciat⁹ nec
dum veniret princeps pacis: sicut locutus fuerat per os sctor̄
qui a seculo sunt prophetarū eius: ⁊ suspectas habentes pro
missiones signū promisse reconciliatiōis qđ est osculū flagita
bant: ac si nunciis pacis vnus quilibet responderet de populo.
¶ Quousq; tollitis animas nostras? Iam olim predicitis pa
cem ⁊ nō venit: p̄mittit bona ⁊ adhuc turbatio. Ecce hoc ip̄s
multipharie multisq; modis: ⁊ angeli patribus: ⁊ patres nostri
annūciauerunt nobis dicentes pax pax: ⁊ nō est pax. Si mihi
vult esse persuasum deus/ qđ de sue beneplacito voluntatis tā
crebra iam legatione spondet/ nec exhibet: osculet me osculo
oris sui: sicq; in signo pacis faciat de pace securū. Nā verbis
iam quomodo credā? Opus magis est opere v̄ba firmari. Pro
bet veridicos nūcios suos deus: si tamē nūcij ei⁹ sunt: ⁊ seque
tur eos ipse vt sepius p̄miserūt: q̄r sine ipso possunt facere ni
hil. Misit puer̄: tulit baculū: ⁊ necdū est vox neq; vita. Nō sur
go: non suscitor: nō excutior de puluere: non respiro in spē si nō
propheta ip̄e descēdat: ⁊ osculet me osculo oris sui. ¶ Huc ac
cedit q̄ is q̄ nostrū p̄fitetur se mediatorē ad deū: dei filius est
⁊ deus est. Et qđ est homo vt innotescat ei: aut filius hoīs vt
reputet eū? Que mihi fiducia vt tante me audeā credere ma
iestati? Unde inq̄ terra ⁊ sinis presumo deū curā habere mei?
Ad hec diligit patrē suū: me vero opus nō habet: bonor̄ meo
rum non eget. Un̄ ergo cōstabit mihi q̄ mediator meus in par
te nequaq̄ sit? Tamē si vere vt dicitis decreuit miserere deus
cogitatq; vt cōplacitior sit adhuc statuat testamentū pacis: ⁊
fedus perpetuū feriat mihi in osculo oris sui. Ut que procedūt
de labijs suis nō faciat irrita: exinaniat se: humiliet se: inclinet
se: ⁊ osculetur me osculo oris sui. Ut et equo partib⁹ cōgruēs
mediator neutri suspectus sit: deus filius dei fiat homo: fiat fi
lius hominis: ⁊ certū me reddat in hoc osculo oris sui. Secu
rus suscipio mediatorē dei filiū: quē agnosco ⁊ meū. Minime
plane iā mihi suspectus erit. Frater enim ⁊ caro mea est. Pu
to enim spernere me iā nō poterit os de ossib⁹ meis: ⁊ caro de
carne mea. ¶ Ita ergo vetus querela sacrosanctū osculū: idest
incarnandi verbi mysteriū exigebat dū longa ⁊ molesta expe
ctatione fatigata fides deficeret: ⁊ infidelis popul⁹ aduersus
promissa dei victus tedio murmuraret. Adinuentio mea est: si
non hoc idē ⁊ vos recognoscitis de scripturis. Unde profecto
erāt querule ille ⁊ plene murmure voces. Manda remāda. Ex
pecta reexpecta. Modicū ibi: modicū ibi. Unde anxie ille ⁊ ple
ne pietate preces. Da mercedē dn̄e sustinentibus te: vt p̄phe
te tui fideles inueniant. Itē. Suscita dn̄e precatiōes quas lo
cuti sunt in noīe tuo prophete priores. Unde blande ille et ple
ne cōsolatiōe promissiones. Ecce apparebit dn̄s ⁊ nō mētiet:
si morā fecerit expecta eū: q̄r veniēs veniet et nō tardabit. Itē
Prope est vt veniat tēpus eius: et dies eius nō elōgabunt. Et
ex p̄sona p̄missi. Ecce ego, inquit declino in vos vt flumen pa
cis: ⁊ vt torrens inundans glorie gentiū. In quibus verbis sa
tis apparet: ⁊ p̄dicator̄ instantia ⁊ diffidentia populor̄. Sic
itaq; ⁊ plebs murmurabat: ⁊ fides nutabat: ⁊ (iuxta esaie vati
ciniū) angeli pacis amare flebant. ¶ Nec ergo vniuersum gen⁹
humanū morā faciente xp̄o desperatione periret: dū se contē
ni suspicaret infirma mortalitas: ne eq; recōciliationis cū deo
de gr̄a totiens repromissa diffideret: sancti q̄ de spiritu certi
erant: certitudinem de carnis presentia exoptabant: ac signū
reformande pacis p̄pter pusillanimes ⁊ incredulos omi instā
tia requirebant. O radix iesse q̄ stas in signū populor̄: q̄ mul
ti reges ⁊ p̄phete voluerūt te videre ⁊ non viderūt? Felix ta
men ex oibus symeon: cui⁹ senectus in misericordia vberi. Is
nempe exultauit vt videret desiderij signum ⁊ vidit ⁊ gauisus
est. Acceptoq; osculo pacis in pace dimittit: ante tm̄ apte p̄nū
cians iesum esse natū in signū cui ꝯtradicēdū erat. O n̄mo ita
fuit. Contradictū est exorto signo pacis: sed ab his q̄ oderūt
pacem. Nā pax hoibus bone volūtatis. Maliuolis autē petra
scandali ⁊ lapis offensionis. Herodes denique turbat⁹ est: ⁊ om
nis hierosolyma cū illo. Siquidē in propria venit: ⁊ sui eū non
receperūt. Felices illi in sua pernoctatione pastores qui signi
huius visione digni habiti sunt. Iam tūc se abscondebat a sa
pientibus ⁊ prudentibus: ⁊ reuelabat paruulis. Et herodes vi
dere voluit: s; q̄r non bona voluntate non meruit. Pacis siqui
dem signū erat datū tm̄ hominibus bone voluntatis. Herodi
vero ⁊ similib⁹ eius nō dabit nisi signū Ione p̄phete. ¶ Por
ro ad pastores: ⁊ hoc (ait angelus) vobis signū: vobis humili
bus: vobis obediētibus: vobis non alta sapientibus: vobis vi
gilātibus ⁊ in lege dei meditātibus die ac nocte. Hoc (inqt)
vobis signū. Quod? Quod angeli p̄mittebant: qđ populi req̄
rebant: qđ p̄phete predixerāt: hoc fecit dn̄s nunc ⁊ ostēdit vo
bis: in quo recipiant increduli fidem: pusillanimes spem: perfe
cti securitatem. Hoc ergo vobis signū. Cui⁹ rei signū? Indul
gentie/ gratie/ pacis: ⁊ pacis cui⁹ nō erit finis. Hoc est ergo si
gnum: Inuenietis infantē pānis quidem inuolutū ⁊ positū in
presepio. Deus est tamē in ipso mundū recōcilians sibi. Morie
tur p̄pter peccata vestra: ⁊ resurget p̄pter iustificationē vestrā
vt iustificati per fidē pacē habeam⁹ ad deū. ¶ Hoc signum pa
cis propheta quōdā regi Achaz p̄ponebat petēdū a dn̄o deo
suo: siue in excelso supra/ siue in inferno deorsum. Sed impius
rex recusauit nō credens miser/ q̄ in signo hoc ima summis in
pace socianda essent: quatinus ⁊ inferi dn̄o descendente salu
tati in osculo sancto signū pacis ⁊ ipsi reciperent/ ⁊ superni spi
ritus idip̄m nihilominus cū ad celos redierit eterna suauita
te participent. Sermo finiendus est: sed vt qđ in eo disputatū
est breui recolligā summa: patet hoc sanctū osculū duabus ex
causis necessarie indultū mundo: vt ⁊ infirmis faceret fidem: ⁊
et desiderio satisfaceret perfectorum. Porro ipsū osculū esse
non aliud q̄ mediatorem dei ⁊ hominū: hominē iesum christū
Qui cum patre et spiritusancto viuit ⁊ regnat deus per oīa
secula seculorum. Amen.

¶ De osculo pedis/ manus et oris domini ⁊c. Sermo. iiij.

Hodie legimus in libro experientie. Conuertimini ad vosipsos et attendat vnusquisq; conscientiam suam, super his que dicenda sunt. Explorare velim si cui vnq̄ vestrum ex sententia dicere datum sit. Osculetur me osculo oris sui. Non est
enim cuiusuis hominum ex affectu hoc dicere: sed quis ex ore
christi spirituale osculū vel semel accepit: hunc propriū expe
rimentū profecto sollicitat ⁊ repetit libēs. Ego arbitror nemi
nem vel scire posse quid sit: nisi qui accipit. Est quippe manna
absconditum: et solus qui edit adhuc esuriet. Est fons signa
tus cui non cōmunicat alienus: s; solus qui bibit adhuc sitiet.
Audi expertum quomodo requirit. Redde mihi (inquit) leti
ciā salutaris tui. Minime ergo id sibi arroget mei similis ani
ma onerata peccatis: sueq; adhuc carnis obnoxia passionib⁹

que suauitatē spiritus necdū senserit: internorū ignarā atq3 inexperta penitus gaudiorū. ¶ Ostendo tamen ei que huiusmodi est: locū in salutari sibi cōgruentē. Non temere assurgat ad os serenissimi sponsi: s3 ad pedes seuerissimi dñi mecū pauida iaceat: ⁊ cū publicano terrā tremēs non celum aspiciat: ne confusa in luminaribus celi facies assueta tenebris opprimatur a gloria: atq3 insolitis reuerberata splendoribus maiestatis: densioris rursum cecitate caliginis obuoluatur. Non tibi o quecunq3 es talis anima nō tibi ille locus vilis aut despicabilis videatur: vbi sancta peccatrix peccata deposuit: induit sanctitatē. Ibi ethyopissa mutauit pellē: ⁊ in nouū restituta cādorem iā tunc fiducialiter veraciterq3 respōdebat exprobrantibus sibi verbū. ¶ Nigra sum sed formosa filie hierusalē. Miraris qua nam id arte potuerit vel quibus obtinuerit meritis? Paucis accipe. Fleuit amare ⁊ de intimis visceribus lōga suspiria trahens salutaribus intra se succussa singultibus felleos humores euomuit. Celestis medicus celeberrime subuenit: quia velociter currit sermo eius. ¶ Nunqd nō potio est sermo dei? Est vtiq3 fortis ⁊ vehemēs ⁊ scrutans corda ⁊ renes. Deniq3 sermo dei viuus ⁊ efficax ⁊ penetrabilior omi gladio ancipiti: pertingens vsq3 ad diuisionē anime ac spiritus: cōpagū quoq3 ⁊ medullarū: ⁊ discretor cogitationū. Huius ergo beate penitentis exemplo psternere ⁊ tu o misera vt desinas esse misera: psternere ⁊ tu in terrā: amplectere pedes: placa osculis: riga lachrymis: quibus tamen non illum laues sed te: ⁊ fias vna de grege tonsarū que ascendunt de lauachro. Vta sane vt suffusum pudore ac merore vultum non ante sustollere audeas: q̄ audias ⁊ ipsa: dimittuntur tibi peccata tua: q̄ audias. Cōsurge consurge capita filia syon: consurge excutere de puluere. ¶ Sumpto itaq3 ad pedes primo osculo: nec sic quidē presumes statim ad osculum oris assurgere: sed erit tibi gradus ad ipsum mediū quoddā aliud osculū qd̄ secundo loco ad manum accipies. De quo talē accipe rationem. Si dixerit mihi iesus dimittuntur tibi peccata tua: nisi ego peccare desiero qd̄ proderit? Exui tunicā meā: si reinduero eam quantū profeci? Si rursus pedes meos quos laueram inquinauero: nunquid aliquid lauisse valebit? Sordēs omi genere vitiorum iacui diu in luto fecis: sed erit sine dubio recidendi q̄ iacendi deterius. Deniq3 qui me sanum fecit ipsum mihi dixisse recordor. Ecce sanus factus es: vade iam amplius noli peccare: ne deterius aliquid tibi contingat. Qui autē dedit voluntatē penitēdi opus est vt addat ⁊ continendi virtutē: ne iterē penitēda: faciamq3 nouissima mea peiora prioribus. Ve enim mihi etiā penitēti si statim substraxerit manū: sine quo nihil possum facere. Nihil inquā: quia nec penitere nec continere. Audio proinde qd̄ consuluit sapiens. Verbum (inquit) in oratione ne itetes. Paueo et qd̄ iudex intentat arbori nō facienti bonū fructū. Fateor p huiusmodi nō sum omnino cōtentus priori gratia qua iā malorum suorum penitēo nisi scd̄am accepero: vt videlicet dignos faciā penitentie fructus: ⁊ deinceps nō reuertar ad vomitū. ¶ Hoc ergo restat mihi prius petendū ⁊ accipiendū q̄ presumā altiora et sacratiora contingere. Nolo repente fieri summus paulatim proficere volo. Verum displicet deo impudentia peccatoris: tantū penitētis verecundia placet. Citius placas eū si mensurā tuā seruaueris: ⁊ altiora te non quesieris. Lōgus saltus ⁊ arduus est de pede ad os: sed nec accessus cōueniens. Quid enim? Recenti adhuc respersus puluere: ora sacra continges? Heri de luto tractus: hodie vultui glorie presentaris? Per manū tibi transitus sit. Illa prius te tergat: illa te erigat. Quomodo erigat? Dando vnde presumas. Quid illud? Decor cōtinentie ⁊ digni penitētie fructus: q̄ sunt opera pietatis. Hec te de stercore erigent in spē audendi potiora. Sane accipiendo donū osculare manū: hoc est nō tibi sed nomini eius da gloriā. Da semel ⁊ da iterum: tum pro donatis criminibus: tū pro collatis virtutibus. Aut certe videto vnde munias frontē cōtra ictus istos. Quid habes qd̄ nō accepisti? Si aūt accepisti qd̄ gloriaris quasi nō acceperis? Iam tandē in osculis duobus geminū habens diuine dignationis experimentū forsan nō cōfunderis presumere sanctiora. Verū quippe crescis in gratia: tanto in fiducia dilataris Inde fit vt ⁊ ames ardentius ⁊ pulses fidentius p eo quod tibi deesse sentis. Porro pulsanti aperietur. Iā summū illud qd̄ cunq3 est summe dignationis ⁊ mire suauitatis osculum credo non negabitur sic affecto. Hec via: hic ordo. Primo ad pedes procidimus: ⁊ ploramus corā dño q fecit nos: ea que fecimus nos. Secūdo manū qrimus subleuātis ⁊ roborātis genua dissoluta. Postremo cū ista multis precibus ⁊ lachrymis obtinemus tum demū audemus forsitā ad ipm os glorie caput attollere: pauens ⁊ tremens dico nō solū speculandū: sed etiā osculandum: quia spūs ante faciē nostrā xps dñs: cui adherētes in osculo sancto vnus spūs ipsius dignatione efficimur. Tibi dñe iesu tibi merito dixit cor meū exquisiuit te facies mea: faciā tuā domine requirā. ¶ Nempe auditā fecisti mihi mane misericordiam tuam: cū iacenti primū in puluere: tuaq3 deosculādi reuerēda vestigia: qd̄ male vixerā remisisti. Porro in progressu diei letificasti animā serui tui: cū deinde in osculo manus etiā bene viuendi gratiā indulsisti. Et nunc qd̄ restat o bone dñe nisi vt iā in plenitudine lucis in feruore spūs ad oris quoq3 osculum dignanter admittēs: adimpleas me leticia cū vultu tuo. Indica mihi o suauissime o serenissime indica mihi vbi pascis: vbi cubas in meridie. Fratres bonū est nos hic esse: s3 ecce aduocat nos diei malicia. Hi siquidē qui modo superuenisse nunciantur gratum cogunt rumpere magis q̄ finire sermonem. Ego exibo ad hospites: ne qd̄ desit officijs eius de qua loquimur charitatis: ne forte ⁊ de nobis audire contingat: dicūt enim ⁊ nō faciūt. Vos orate interim vt voluntaria oris mei beneplacita faciat deus: ad vestrā ipsorum edificationē ⁊ laudē ⁊ gloriā nominis sui.

¶ De triplici profectu anime qui fit per osculum pedis/manus/ ⁊ oris domini. Sermo. iiij.

Triplicē quēdā anime profectū: sub noie triū osculorum sermo hesternus cōplexus est. Nunqd excidit vobis? Jā mihi hodierna disputatiōe prosequēdus erit prout parare dignabitur in dulcedine sua pauperi deus. Diximus si recolitis illa oscula sumi ad pedes: ad manū: ad os: singula singulis referentes. In primo sane primordia dicātur nostre conuersionis. Secūdū autē proficientibus indulgetur. Porro tertiū sola experitur ⁊ rara pfectio. Ab hoc solo qd̄ vltimū positū est sumpsit exordium scriptura ista quā tractare suscepimus: ⁊ ipsius cū reliqua duo a nobis adiuncta sunt. An vero necessarie/vos iudicabitis. Puto enim facies ipsa eloquij facile admonet: ⁊ ista requirere. Mirū vero si non ⁊ vos aduertitis oportere reuera esse aliud siue alia oscula a quibus illud oris distinguere voluit: q dixit. Osculetur me osculo oris sui. Cur enim cū sufficere poterat dixisse simpliciter: osculetur me preter morē tamē vsumq3 loquēdi distincte ⁊ signanter adiecit osculo oris sui: nisi vt ostēderet ipm qd̄ petebat osculū summū esse/nō solū? Nōne deniq3 ita inuicē loquimur: osculare me vel da mihi osculū: ⁊ nemo sequitur vt dicat ore tuo siue osculo oris tui? Quid alterutrū osculaturi parentes/nū versus inuicē ora tendimus: q tn̄ abinuicē nō requirimus nominatim? Deniq3 q narrat (verbi gratia) a dño susceptū in osculo proditorē: ⁊ osculatus est ait eū: nec addidit ore suo vel osculo oris sui. Sic nimirū omnis et qui scribit ⁊ qui loquitur consueuit. Sūt ergo hi tres animarum affectus siue profectus expertis dūtaxat satis noti et manifesti: cū aut de actis malis indulgētiā aut de bonis agendis gratiā: aut ipsius etiā indultoris ⁊ benefactoris sui presentiā: eo qdē modo quo in corpe fragili possibile est obtinet intueri. Ceterū primū ⁊ secūdū qua ratione oscula nominauerim: manifestius accipite. Osculū pacis indicium esse oēs nouimus. Porro aūt si vt scriptura loquitur peccatā nostra separāt inter nos ⁊ deū: tollatur de medio qd̄ interest et pax est. Cū ergo satisfacimus vt ablato qd̄ separat peccato recōciliemur: indulgētiā quā recipimus quid nisi quoddā osculū dixerim pacis? Idq3 interim nō alibi q̄ ad pedes sumendū. ¶ Humilis quippe ⁊ verecūda debet esse satisfactio qua emendatur superba transgressio. At cū etiā ad viuēdū emendacius: deoq3 dignius cōuersandū: placita quadā amplioris gratie familiaritate donamur cū ampliori fiducia caput iā leuamus de puluere largitoris vt assolet manū osculaturi: si tn̄ de accepto munere nō nostrā sed auctoris gloriā qrimus: eiq3 sua dona ⁊ nō nobis ascribimus. Alioqn si in te ⁊ nō magis in dño gloriaris: ppriā profecto ⁊ nō dñi manū osculari cōuinceris: qd̄ iuxta beati Job sententiā est iniqtas maxima ⁊ negatio in deum. Si ergo ad scripture testimoniū ppriā gloriā qrere: ppriā est osculari manum profecto q dat gloriā deo: dei dr̄ nō incōgrue manū osculari. Et in hominibus quidem ita esse videmus: seruos videlicet offensorum dominorum osculari solere pedes cum ab ipsis veniam petunt: ⁊ pauperes diuitū manus cum ab eis munus accipiūt. ¶ Verum quia spiritus est deus ⁊ nullis simplex illa substantia membris distincta corporeis: erit forsan qui nullatenus de illo recipiat tale aliquid: sed a me sibi dei manus et pedes flagitet demonstrari: sicq3 probari quod de osculo pedū manusve diffinio. Sed quid si et ego vicissim ab ipso meo sciscitatore de ore quoq3 dei requisiero quatinus quod de oris osculo scriptura loquitur ad deum pertinere demonstret? Nempe aut cum isto simul et illa habet: aut cum illis pariter et isto caret. Sed enim et os habet deus quo docet hominem scientiam: et manum habet qua dat escam omni carni: et pedes habet quorum terra scabellum est: ad quos nimirum peccatores terre conuersi atq3 humiliati satisfaciunt. Hec inquā habet deus omnia per effectum non per naturam. ¶ Inuenit profecto apud deum/ et verecunda confessio quo se

humiliando

humiliãdo deñciat: ⁊ prõpta deuotio vbi se innouãdo reficiat ⁊ iocunda contemplatio vbi excedẽdo quiescat. Omnia omi
f. Tbi.vi. bus est qui oia administrat: nec quicq̃ est oim ꝑorie. Nã qd in
Phil.iiii. se est lucẽ habitat inaccessibilẽ: ⁊ pax eius exuperat oẽm sen
Põ cxlvi sum: ⁊ sapientie eius nõ est numerus: ⁊ magnitudinis eius non
i. Joã.iiii est finis: nec põt eũ videre hõ ⁊ viuat. Nõ ꝙ lõge ab vno quo
q̃ sit: qui esse oim est: sine quo oia nihil: sed vt tu plus mireris
A ⁊ nil eo presentius: ⁊ nil incõprehensibilius. ❡ Quid nẽpe cuiq̃
rei presentius q̃ esse suũ? Quid cuiq̃ tamẽ incõprehẽsibilius
q̃ esse oim? Sane esse omniũ dixerim deũ: non q2 illa sunt qd
Roꝫ. xi. est ille: sꝫ q2 ex ipo ⁊ ꝑ ipsum ⁊ in ipo sunt oia. Esse est ergo om
niũ que facta sunt/ ipse factor eoꝝ: sed causale non materiale.
Tali ꝓinde modo dignat̃ illa maiestas suis esse creaturis om
nibus qdẽ ꝙ sunt: animantibus aũt ꝙ ⁊ viuũt. Porro ratione
vtentibus lux: recte vero vtentibus virtus: vincentibus glo
ria. Et in his oĩbus creandis/ gubernandis/ administrãdis/
mouendis/ promouendis/ innouandis/ firmandis: nullis cor
poreis indiget instrumentis: qui oia solo verbo2 corpora crea
uit ⁊ spũs. Anime corporibus ⁊ corporeis egent. sensib9 ꝑ que
sibi inuicẽ innotescant ⁊ valeant. At non ita omnipotens de9
cui de sola volũtate celeris suppetit efficientia: tam creandis
rebus q̃ ordinandis prout voluerit. Valet cui vult: q̃tũ vult:
⁊ absq̃ corporaliũ officio obsequiove mẽbroꝝ. Quid? Ad in
tuenda que condidit ipse putas sibi reqrat corporei sensus ad
iutoriũ? Nihil oim oĩno latet aut effugit lucẽ vbiq̃ presentem
nec tamen vt agnoscat aliqd necessariũ habet renũciãtis sen
sus ministeriũ. Nec solũ vniuersa noscit sine corpore: sed et in
notescit mundis corda sine corpore. Dico aũt idẽ latius vt pla
nius fiat. Sed forte q2 finiendi iam sermonis angustia non ad
mittit: consiliũ magis est vt in crastinum differemus.

❡ De quattuor generibus spirituum: videlicet dei/ an geli/ hominis ⁊ pecoris. Sermo.v.

B Quattuor spirituũ genera nota sunt vobis: pecoris/ noster/ angelicus: ⁊ q̃ cõdidit istos. Non est ex om nibus cui siue ꝑpter se: siue ꝑpter aliũ: siue ꝑpter vtrũq̃ necessariũ corpus nõ sit corporisve similitudo excepto dũtaxat illo cui oĩs tã corpalis q̃ spũa lis creatura merito cõfitet̃ ⁊ dicit: deus meus es tu: qm̃ bono rum meoꝝ non eges. Et pimũ quidẽ ita corpe egere cõstat: vt nec subsistere absq̃ illo vtcũq̃ possit. Simul quippe ⁊ viuifi care desinit ⁊ viuere ille spũs qñ morit̃ pecus. Verũ nos viui mus quidẽ post corpus: sꝫ ad ea quibus beate viuit̃ nullus no bis accessus patet nisi per corpus. Senserat hoc qui dicebat.
Roma.i. Inuisibilia dei per ea q̃ facta sunt intellecta conspiciunt̃. Ipa siquidẽ q̃ facta sunt .i. corporalia ⁊ visibilia ista/ nõ nisi per cor poris instrumẽtũ sensa in nrãm noticiã veniũt. Habet ergo ne cessariũ corpus spũalis creatura q̃ nos sumus: sine quo nimi rum nequaq̃ illã scientiã assequit̃: quã solã accepit graduꝫ ad
C ea de quoꝝ fit cognitione btã. ❡ Hic si mihi obiicit̃ de paruu lis regeneratis: ꝙ absq̃ sciẽtia reꝝ corporaliũ exeũtes de cor pore ad beatã vitã: nihilomin9 trãsire credant̃: breuiter respõ deo: hoc illi cõferre gratiã nõ naturã. Et qd ad me de miracu lo dei: qui de naturalibus dissero. Iam ꝙ ⁊ supercelestes spi
Hebre. i. ritus opus corporibus habeãt: illa maxime certos nos faciat vera ⁊ vere diuina sentẽtia. Nõne oẽs (ait) administratorij spi ritus sunt: missi in ministeriũ propter eos q̃ hereditatẽ capiũt salutis? Quonã ergo modo impleuit ministeriũ suũ absq̃ cor pore: ꝑsertim apud viuentes in corpore? Deniq̃ nõ est discurre re nec de loco ad locũ transire nisi corpoꝝ: qd frequẽter ange los facere tã indubitata q̃ nota ꝓbat autoritas. Hinc est ꝙ ⁊ visi sunt patribus: ⁊ ad eos intrauerunt ⁊ manducauerunt: et pedes lauerunt. Ita inferior superiorq̃ spũs ꝓprijs corporib9 egent: sꝫ tñ quib9 iuuẽt nõ etiã iuuent̃. At pecus quidẽ ex de bito seruitutis ⁊ ad vsus tm̃ temporaliũ corporaliũq̃ necessita tum iuuando seruit: ideoq̃ ille spũs ⁊ cũ tẽpore transit ⁊ cum
Joã. viii. corpore deficit. Seruus q̃ppe nõ manet in domo in eternũ: sꝫ q̃ bene eo vtunt̃ oẽm vsum hui9 tẽporalis seruitutis ad q̃stuꝫ referant eternorũ. Angelus vero curat satagitq̃ in libertate spũs administrare officiũ pietatis: futuroꝝ bonorũ promptuꝫ mortalibus alacrẽq̃ ministrũ sese exhibẽs: vtpote suis ineter num futuris ⁊ coheredibus superne iocũditatis. Ille ergo vt iure seruiat: iste vt pie subueniat ambo proculdubio suis cor poribus egẽt vt iuuẽt. Nã in quo ipsi eis iuuent̃ nõ video: ad
D profectũ dũtaxat eternitatis. ❡ Irrationalis nẽpe spũs: et si corporalia ꝑ corpus ⁊ ipe hauriat: nunq̃ tñ eo vsq̃ iuuat̃ cor pore suo vt per corporalia ⁊ sensibilia q̃ ꝑ illud sentit: etiam ad spiritalia ⁊ intelligibilia ꝓficiẽdo pertigat. Ad q̃ tñ capessen da ꝑ suo corpali tẽporaliq̃ obseqo noscit̃ iuuare illos q̃ oẽm vsum rerũ tẽporaliũ ad fructũ transferũt eternaꝝ: vtentes hoc mũdo tanq̃ nõ vtẽtes. Porro aũt supcelestis spũs absq̃ adiu torio corporis ⁊ absq̃ intuitu hoꝝ q̃ per corpus sentiũtur solo

profecto sue vicinitate ac viuacitate nature sufficit apprehen dere summa ⁊ intima penetrare. An nõ hoc apl's intellexit/ qui
Roma. i. cum diceret. Inuisibilia dei per ea q̃ facta sunt intellecta con spiciuntur: adiecit a creatura mũdi? Nimirũ a creatu ra celi nõ ita. Quo eñ his inuolutus carne ⁊ terre incola spi ritus ex cõsideratione sensibiliũ ꝓficiẽs gradatim quodãmo do paulatimq̃ nitit̃ peruenire: eo ille celestiũ habitator inge nita subtilitate ac sublimitate sua in oĩ velocitate facilitate q̃ pertingit: nullo vtiq̃ sensus corporei ãminiculo fultus: nul lo corporei membri adiutus officio: nullo corporee cuiuscunq̃ rei informatus intuitu. Cur enim inter corpora spiritales scru tetur sensus quos in libro vite ⁊ absq̃ contradictione legit ⁊ absq̃ difficultate intelligit? Cur in sudore vultus sui laboret excutere grana de paleis: de vuis vina: ⁊ de amurca oleũ: qui ex omnibus satis abundeq̃ ad manũ habet? Quis mendicet victũ suũ per domos alienas: in sua abundãs panibus? Quis puteũ fodere curet: ⁊ in terre visceribus venas aquarũ cum la bore rimari cui vltro affatim aquas limpidas fons viuus ema nat? Nec brutus ergo nec angelicus spũs ad ea capessenda q̃ beatã spũalẽ faciũt creaturã: suis vllo modo corporibus adiu uantur: ille quidẽ ꝓ innata stoliditãte non capiens iste vero ꝓ excellentioris glorie prerogatiua nõ indigẽs. Porro hois spi ritũ qui mediũ quẽdã inter supremũ ⁊ infimũ tenet locũ vsq̃ adeo ad vtrũq̃ necessariũ habere corpus manifestũ est vt absq̃ eo nec ipse ꝓficere: nec alteri ꝓdesse possit. Nã vt taceã mem bra cetera corporis officiave mẽbrorũ: quonã modo queso aut sine lingua instruis audiẽtẽ: aut sine auribus percipis instruẽ tem? Itaq̃ cũ absq̃ corporis amminiculo nec bestialis spirit9 seruilis cõditiõis soluere debitũ: nec spiritualis celestisq̃ crea tura implere ministeriũ pietatis: nec rationalis anima tã pri mo q̃ etiã sibi sufficiat cõsulere ad salutẽ: liquet omnẽ creatũ spiritũ siue vt iuuet siue vt iuuet̃ simul: et iuuet corporeo pror sus indigere solatio. Quid eñ si qua animantia quãtũ ad vsuꝫ sui reperiant̃ incõmoda nullisq̃ apta vsibus humanarũ neces sitatũ? Prosunt profecto visu ⁊ si nõ vsu: vtiliora cordibus in tuentiũ q̃ vtentiũ corporibus esse possent. Et si nociua ⁊ si ẽt perniciosa tẽporali hoim constet esse saluti: nõ tamen deest eo rum corporibus: vnde cooperent̃ in bonũ his q̃ fm̃ propositũ vocati sunt sancti: ⁊ si nõ cedendo in cibũ aut exhibendo mini sterium: certe ingeniũ exercendo iuxta eũ q̃ vtiq̃ omni vtenti ratione presto est cõis discipline profectũ: quo inuisibilia dei per ea q̃ facta sunt intellecta cõspiciunt̃. Nã ⁊ diabolus eiusq̃ satellites cũ sit semper eorũ maligna intentio: nocere quidem semꝑ cupiũt: sed bonis emulatoribus quib9 dicit̃: quis vobis nocere poterit si boni emulatores fueritis (absit vt possint) ma
E gis aũt prosunt: ⁊ nolentes cooperantur in bonũ bonis. ❡ Ce teꝝ angelica corpora vtrũnã ipsis spiritibus naturalia sint si cut hoibus sua: ⁊ sint animalia sicut hoies: immortalia tamen ꝙ nondũ sunt hoies porro ipsa corpora mutent ⁊ versent in for ma ⁊ specie qua volunt quãdo apparere volũt: densantes ⁊ so lidantes ea quantũ volũt: cũ tamen in sui veritate pre subtili tate nature atq̃ substantie sue impalpabilia sint: ⁊ nostris om nino inattigibilia visibus: an vero simplici spiritali substantia subsistentes/ corpora cũ opus est sumãt: rursumq̃ expleto ope re ponãt in eandẽ de qua sumpta sunt materiã dissoluenda: no lo vt a me requiratis. Videatur patres de huiusmodi diuersa sensisse: nec mihi perspicuũ est: vnde alterutrũ doceã ⁊ nescire me fateor. Sed ⁊ vestris ꝓfectibus nõ multum conferre arbi tror harũ rerũ noticiã. Illud autem scitote nullũ creatorũ spi rituũ per se nostris mentibus applicari: vt videlicet nullo me diante nostri suive corporis instrumẽto: ita nobis immisceat̃ ⁊ infundatur quo ei9 participatione docti siue doctiores: vel bo ni siue meliores efficiamur. Nullus ãgeloꝝ: nulla animaꝝ hoc modo mihi capabilis est: nulli9 ego capax. Nec ipsi angeli ita se alterutrũ capiũt. Seq̃stret̃ ꝓinde ꝓrogatiua hec summo ac incircũscripto spiritui: q̃ solus cũ docet angelum siue hominẽ scientiã instrumentum non querit nostre corporee auris sicut nec sibi oris. Per se infundit̃: per se innotescit: purus capitur a puris. Solus nullius indiget: solus et sibi ⁊ oĩbus de sola om nipotenti voluntate sufficiẽs. Operat̃ tamen immensa ⁊ innu mera per subiectam creaturã corporalẽ siue spiritualẽ: sꝫ quasi imperãs nõ quasi mẽdicans. En (verbi gratia) ꝙ linguã meã corporalẽ assumpsit nunc in opus suũ: docere videlicet vos: cũ per se absq̃ dubio facilius suauiusq̃ id posset: profecto indul gentia est: nõ indigentia. In profectu siquidẽ vestro meritum querit mihi: non sibi solaciũ. Idipsum sapere opus est oĩ ho
F mini operanti bonũ: ne forte in se de bonis dñi ⁊ nõ in domino glorietur. ❡ Est tamẽ qui bonũ operatur nõ volẽs siue homo malus siue angelus malus: ⁊ cõstat nõ fieri propter eũ qd fit ꝑ eum: cũ prodesse nullũ bonũ possit inuito. Igitur ei quidem di pẽsatio tantũ credita est: sꝫ nescio quomõ gratius iocũdiusq̃ sentim9 bonũ qd ꝑ malũ dispensatorẽ ministrat̃. Ipsa est ergo

causa cur: per malos deus faciat bona bonis: nõ autẽ qꝺ opera eorũ indigeat in benefaciendo. Porro his que ratione vel sensu carentia sunt multominus deũ egere quis dubitet? Sed quando in opus bonũ et ipsa concurrũt: apparet qm̃ om̃ia seruiunt ei cui merito est dicere. Deus est orbis terre. Aut certe quia nouit ꝙ per que conueniẽtius fiant: de seruiture corporee creature non efficaciã q̃rit sed cõgruẽtiã. Esto deinde ꝙ corporũ ministeria oportune plerũqꝫ diuinis operibus applicent̃: vt (verbi gratia) pluuie viuificandis seminibus ⁊ multiplicãdis segetibus: ⁊ fructibus maturandis: quid proprio queso de corpore facere habet: cui ad nutũ indifferenter vniuersa corpora celestia atqꝫ terrestria obsequi constat? Plane superfluo haberet suũ: qui nullũ sibi reppetit alienũ. Verũ si cuncta q̃ hoc loco dicenda occurrũt: presenti velimus sermone cõcludere: sermo modũ excedet: vt vires forsitan aliquorum: propterea q̃ restant sub alio seruemus absoluenda principio.

[margin: Ps. xlix.]

¶ De summo et incircunscripto spiritu qui est deus. Et quomodo misericordia et iudicium dicantur pedes domini. Sermo. vj.

[margin: G]

VT precedenti sequens sermo cohereat: tenetis ne datũ superius solũ summũ ⁊ incircũscriptũ spiritũ ad oẽ qꝺ facere vel fieri vult copis instrumẽto siue obsequio nõ egere. Demus ergo securi veram soli deo sicut immortalitatẽ: ita ⁊ incorporeitatẽ: ꝙ solus spirituũ vniuersam corporeã naturã eousqꝫ transcẽdat vt quocunqꝫ corpore in quocũqꝫ opere nõ indigeat: solo spirituali nutu cũ vult: ad quecunqꝫ vult agenda contentus. Sola igitur est (que nec ꝓpter se nec ꝓpter aliũ solatio corporei instrumenti opus habet) illa maiestas: cuius oipotenti arbitrio incũctanter p̃sto est om̃e opus: om̃e altũ inclinat: oẽ aduersum cedit: om̃e creatũ fauet: etiã nullo interueniente vel subueniente solatio corporali siue spũali. Docet vel monet sine lingua: prebet vel tenet sine manibus: sine pedibus: currit ⁊ succurrit percũtibus. Actitabat ista ⁊ cũ patribus prioribus seculis: experiebantur hoies sedula beneficia: sꝫ latebat eos beneficus. Ille quidẽ attingebat a fine vsqꝫ ad finẽ fortiter: sed disponẽs oia suauiter non sentiebat̃ ab hoibus. Et gaudebãt de bonis dñi: ⁊ dñm sabaoth (eo ꝙ cũ trãquillitate iudicaret oia) oino nesciebant. Ab ipso erant: sed nõ cũ ipso. Per ipsum viuebãt: sed non ipsi. Ex ipso sapiebant: sed non ipsum: alienati / ingrati / insensati. ¶ Hinc demũ factũ est vt qꝺ erant: qꝺ viuebãt: qꝺ sapiebant: nõ auctori tribuerẽt: sed nature ascriberẽt: aut certe (qꝺ insipientius erat) fortune: proprie quoqꝫ industrie atqꝫ virtuti multi multa arrogabant. Q̃ta sibi vsurparũt seductorũ spũs: q̃ta soli et lune data sunt: q̃ta terris ⁊ aquis attributa: q̃ta etiã manufactis fabrilibusqꝫ mortaliũ deputata operibus. Herbis / arbustis / minutissimis / vilissimisqꝫ seminibus pro numinibus deferebat̃. Heu sic homines ꝑdiderũt ⁊ cõmutauerũt gloriã suã in similitudinẽ vituli comedẽtis fenũ. Quorũ deus miseratus errores de mõte vmbroso ⁊ ꝯdẽso dignãter egrediẽs In sole posuit tabernaculũ suũ. Obtulit carnẽ sapientibus / carnem: per quẽ discerent sapere ⁊ spiritũ. Nã dũ in carne ⁊ p carnem facit opera non carnis sed dei: nature vtiqꝫ imperãs: superansqꝫ fortunã: stultã faciens sapiẽtiã hoim demonũqꝫ debellans tyrannidẽ: manifeste ipsum se indicat esse per quẽ eadẽ ⁊ ante fiebant qñ fiebant. In carne inq̃ ⁊ per carnẽ potenter ac patenter operatus mira: locutus salubria: passus indigna: euidenter ostendit qꝛ ipe sit q̃ potẽter sed inuisibiliter secula condidisset: sapiẽter regeret: benigne protegeret. Deniqꝫ dũ euãgelizat ingratis: signa prebet infidelibus. Pro suis crucifixoribus orat: nonne liq̃do ipsum se esse declarat qui cum patre suo quotidie oriri facit solem suum super bonos et malos: ⁊ pluit super iustos ⁊ iniustos? Hoc eñ est qꝺ ipe aiebat. Si nõ facio opera patris mei: nolite credere. ¶ En aperit os carnis sue docens in monte discipulos q̃ in silẽtio angelos in celestibus docet. En ad tactũ corporee manus curat̃ lepra: fugat̃ cecitas: auditus reparat̃: lingua muta resoluit̃: discipulus prope mersus erigit̃: ⁊ is indubitãter agnoscitur cui dixerat longe ante Dauid. Aperis tu manũ tuã: et imples om̃e animal benedictione. Et itẽ. Apiẽte te manũ tuã: oia replebũtur bonitate. En secus corporales pedes iacẽs ac penitẽs audit peccatrix: remittuntur tibi peccata tua: ⁊ recognoscit eũ de quo ex multis retro tẽporibus scriptũ lege erat. Egredit̃ diabolus añ pedes eius. Vbi nẽpe pctm̃ remittit̃ / ibi proculdubio diabolus de corde peccatoris expellit̃. Hinc vniuersaliter de cũctis penitentibus dicit. Nunc iudicium est mundi: nunc princeps huius mũdi eiiciebatur foras: qꝛ scꝫ humiliter cõfitenti remittat deus peccatũ: ⁊ diabolus eũ quẽ in hois corde inuaserat amittat principatũ. Deniqꝫ ambulat super vndas carnalibus pedibus: cui nec dũ carne vestito iã psalmista ꝑcinerat. In mari via tua: ⁊ semite tue in aq̃s multis: qꝺ est cõculcas corda tumentia supborũ: ⁊ fluxa desideria carnaliũ cõprimis: iustificãs impios: ⁊ supbos hũiliãs. Qꝺ tñ qꝛ inuisibiliter fit: carnalis non sentit a q̃ fit. Vñ ⁊ subdit: ⁊ vestigia tua non cognoscent̃. Hinc rursus pater ad filiũ. Sede (inquit) a dextris meis: donec ponã inimicos tuos scabellũ pedũ tuorũ: hoc est donec om̃es q̃ te cõtẽnunt tue voluntati subiiciã: siue inuitos ⁊ miseros: siue voluntarios ⁊ beatos. Itaqꝫ hoc opus spũs qꝛ caro nõ ꝑcipiebat: aialis q̃ppe hõ nõ ꝑcipit ea q̃ sunt spũs dei: opus fuit vt corporalibus pedibus corporaliter incubãs ⁊ corporalibus labiis pedes eosdẽ deosculãs veniã peccatorũ peccatrix ꝑciperet. Sic qꝫ illa mutatio dextere excelsi qua mirabiliter sꝫ inuisibiliter iustificat impiũ: etiã carnalibus innotesceret. ¶ Verũ illos spũales pedes dei quos primo loco spũaliter osculari penitẽtẽ opꝫ preterire me nõ opꝫ. Noui ego curiositatẽ vestrã: q̃ nil sua voluntate inscrutatũ oino ꝑtereat. Nec vero ducẽdũ cõtẽptui nosse: q̃bus scriptura pedibus tã frequẽter deũ cõmemorat nunc quidẽ stare: vt ibi. Adorabimus in loco vbi steterũt pedes eius. nunc vero ambulare vt ibi: ⁊ hitabo in illis: ⁊ deambulabo i eis nunc etiã currere. Iuxta illud. Exultauit vt gygas ad currendã viã. ¶ Si recte apostolo visum est: caput xpi referre ad deitatẽ: puto ⁊ nobis nõ incõgrue videri pedes ad hoiem ꝑtinere quorũ alterũ miam: alterũ iudiciũ nominemus. Nota sunt vobis duo ista vocabula: ⁊ de plerisqꝫ scripture locis ambo pariter si cogitatis occurrũt. Qꝛ vero misericordie pedẽ deus in carne cui se vniuit assumpserit: docet ep̃la ad hebreos: tẽptatum perhibens p oia xp̃m ꝑ similitudine absqꝫ pctõ vt misericors fieret. Quid illũ alterũ q̃ iudiciũ nũcupatus est? Nõne ad hoiem eq̃ assumptũ ⁊ ipm ꝑtinere ipe deus hõ apte significat / vbi datã sibi ꝑhibet a pr̃e potestatẽ iudiciũ facere: qꝛ filius hois est? His duobus ꝗ pedibus apte sub vno diuinitatis capite concurrẽtibus natus ex muliere: factus sub lege: inuisibilis emanuel in terris visus est: ⁊ cũ hoibus cõuersatus est. His certe ꝑtrãsit ⁊ nũc benefaciẽdo ⁊ sanãdo oẽs oppressos a diabolo: sꝫ spiritualiter / sꝫ inuisibiliter. His inq̃ pedibus deuotas perambulat mentes: incessanter lustrans scrutansqꝫ corda ⁊ renes fideliũ. ¶ Vide aũt ne forte hec illa sint sponsi crura: q̃ sponsa tam manifeste cõmendat in cõsequentibus: cõparans ea (ni fallor) columnis marmoreis fundatis super bases aureas. Pulchre oino: qm̃ quidẽ incarnata dei sapiẽtia (q̃ auro designat̃) misericordia ⁊ veritas obuiauerunt sibi: deniqꝫ vniuerse vie dñi misericordia ⁊ veritas. Felix mens cui semel dñs iesus vtrũqꝫ infixerit pedẽ. A duobus signis cognoscite eã q̃ hmõi est: q̃ secũ necesse est referat diuinis impressa vestigiis. Ipsa sunt timor ⁊ spes: ille iudicii: ista misericordie repñsentãs imaginẽ. Merito bñplacitũ est deo sup timẽtes eũ: ⁊ in eis q̃ sperãt sup misericordia eius: cũ sapiẽtie timor initiũ sit: spes ꝑfectus. Nã cõsummationẽ sibi charitas vẽdicat. Que cũ ita sint: nõ paruus fructus est in primo hoc osculo qꝺ ad pedes accipit̃: tñ curato vt neutro frauderis illorũ. Porro eñ si iã dolore peccati ⁊ iudicii timore cõpungeris: veritatis iudiciiqꝫ vestigio labia impressisti. Qꝺ si timorẽ doloreq̃ꝫ diuine intuitu bonitatis ⁊ spe consequende indulgentie tẽperas / etiã misericordie pedẽ amplecti te noueris. Alioq̃n alterũ sine altero osculari nõ expedit: qꝛ et recordatio solius iudicii in baratrũ desperationis ꝑcipitat: ⁊ misericordie fallax assentatio pessimã generat securitatẽ. Datũ est ⁊ mihi misero nõnunq̃ sedere secus pedes dñi iesu: ⁊ modo hũc: mõ illũ tota deuotiõe ãplecti iq̃tũ me sua benignitas dignabat̃ admittere. At si qñ miserationis oblitus stimulãte ꝯsciẽtia iudicio paulo diutius ĩhererẽ: mox metu icredibili ac miserabili cõfusiõe deiectus: ⁊ tenebroso circũfusus horrore: ꝺ solũ palpitans de ꝓfundis clamabã. Quis nouit potestatẽ ire tue ⁊ p̃ timore tuo irã tuã dinũerare? Qꝺ si eo relicto pedẽ mie plus tenere ꝯtigeret: tãta e ꝯuerso icuria ⁊ negligẽtia dissoluebar: vt ꝯfestim ⁊ oro tepidior: ⁊ actio pigrior: ⁊ risus promptior: ⁊ sermo incautior: ⁊ ois deniqꝫ vtriusqꝫ hois status incõstãtior appereret. Proinde magistra instructus experiẽtia: nõ iudiciũ iã solũ aut solã misericordiã: sed misericordiã pariter ⁊ iudiciũ cãtabo tibi dñe. In eternũ nõ obliuiscar iustificatiões istas. Cãtabiles mihi erunt ambe pariter in loco peregrinationis mee: quousqꝫ misericordia super exaltata iudicio miseria cõticescat: ac sola cãtet tibi / decetero gloria mea ⁊ non compungar.

[margin: Sap. viij. — H — Ps. cv. — Ps. xviij. — Mat. v. — Joan. x. — I — Ps. cxliiij — Ps. ciij. — Mat. ix. — Abac. iij. — Joan. xij. — Ps. lxxvj — Ps. cix. — j. Cor. ij. — Ps. lxx — K — ps. cxxxj. — Ps. xviij. — L — Baruc. iij — M — Psalmus lxxxiiij. — Ps. xlvj. Prouer. j — ps. lxxxix — Ps. c. — Ps. lxx.]

¶ De amore ardenti quo anima diligit deũ. Et de attentione habenda quãdo homo orat vel psallit coram deo et angelis eius. Sermo. vij.

[margin: N]

IPse mihi laborẽ suscito: qui vos spõte prouoco ad querendũ. Quia enim ego primi osculi occasione spirituales dei pedes ꝓpriis diffinitionibus ac nominibus equidem ex abundanti demonstrare curaui: vos pergitis inquirere: et de manu que secundo loco osculanda proponitur. Annuo gero vobis morem: insuper non manum sed manus ostendo: propriisqꝫ distinguo vocabulis

guo vocabulis. Latitudo vna/altera fortitudo dicatur: q et
tribuat affluenter: z defendat potēter qḋ dederit. Utraqȝ pfe
cto osculabitur q̄ ingratus non fuerit: deū vtiqȝ bonoꝝ oīm si
cut largitorē ita z cōseruatorem recognoscēs z confitens. Sa
tis de duobus osculis dictum esse reor: videamus z de tertio.
Osculet(inquit)me osculo oris sui. Quis dicit? Spōsa. Que
nam ipsa? Anima sitiens deū. Sed pono diuersas affectiones
vt ea que pprie sponse cōgruit distinctius elucescat. Si seruus
est: timet a facie dñi. Si mercenarius/ sperat de manu dñi. Si
discipulus aurē parat magistro. Si filius honorat patrē. Que
vero osculū postulat amat. Excellit in nature donis affectio
hec amoris presertim cū ad suū recurrit principiū qḋ est de⁹.
Nec sunt inuenta eque dulcia noia quibus verbi animeqȝ dul
ces admuicē exprimerent affectus quēadmodū spōsus z spon
sa. Quippe quibus oia cōia sunt: nil pprīū: nil a se diuisū ha
bentibus. Una vtriusqȝ hereditas: vna domus: vna mensa: vn⁹
thorus: vna etiam caro. Deniqȝ ppter hāc relinquet ille patrē
z matrē z adherebit vxori sue: z erunt duo in carne vna. Hec
quoqȝ iubet nihilominus obliuisci populū suū z domū patris
sui: vt cōcupiscat ille decorē ei⁹. ❡ Si ergo amare] specialiter
sponsis principaliterqȝ cōuenit: nō immerito spōse nomine cē
setur anima q̄ amat. Amat autē q̄ osculū petit. Nō petit liberta
tem: non mercedem: nō hereditatē: nō deniqȝ vel doctrinā: sed
osculum. More plane castissime spōse ac sacrū spirantis amo
rem: nec omo valentis flāmā dissimulare quā patit. Uide enim
quale precipiat sermonis exordiū. Magnū qd a magno petitu
ra: nullo tamen (vt assolet) vtit blādiciaꝝ fuco: nullis circūuo
lutionibus ad id qḋ desiderat ambit. Non facit phemiū: non
captat beniuolentiā: sed ex abūdantia cordis repente prorum
pens: nude frōtoseqȝ satis: osculet me(ait)osculo oris sui. An
non tibi quasi dicere manifeste videt: quid mihi est in celo: et
a te quid volui super terrā? Amat profecto caste: que ipsū quē
amat querit: nō aliud q̄cq̄ ipsius. Amat sancte: q2 nō in cōcu
piscentia carnis/sed in puritate spiritus. Amat ardenter q̄ ita
proprio debriat amore vt maiestatē non cogitet. Quid enī. Re
spicit terrā z facit eā tremere: z ista se ab eo postulat osculari?
Ebria ne est? Ebria prorsus. Et forte tunc cū ad ista prorupit/
exierat de cella vinaria quo se nimirū introductā postmodum
gloriatur. Nā z dauid de quibusdā dicebat deo. Inebriabunt
ab vbertate domus tue: z torrente voluptatis tue potabis eos.
O q̄ta amoris vis: q̄ta in spū libertatis fiducia. Quid mani
festius q perfecta charitas foras mittit timorē? ❡ Verecūde
tamen non ad ipsum sponsum sermonē dirigit: sed ad alios tā
q̄ de absente: osculetur me inquiēs osculo oris sui. Grādis q̄p
pe res petitur: z opus est verecūdia comitari precem: cōmen
dare petentem. Itaqȝ p domesticos z intimos accessus ad inti
ma querit: ambitur ad desideratū. Quinā illi? Credimus an
gelos sanctos astare orātibus/offerre deo preces z vota hoim
vbi tn̄ sine ira z disceptatione leuari puras manus perspexe
rint. Probat hoc angelus ita loquens ad thobiā. Quādo ora
bas cū lachrymis: et sepeliebas mortuos: z derelinq̄bas pran
diū: z mortuos abscōdebas per diē in domo tua: z nocte sepe
liebas: ego obtuli orationē tuā dño. Puto id vobis satis z aliis
scripture testimoniis persuasum. Nā q psallentibus quoqȝ di
gnanter admisceri sancti angeli soleant: quid eo manifesti⁹ qḋ
psalmista ait. Preuenerunt principes cōiuncti psallentibus: in
medio iuuenculaꝝ tympanistriarū? Unde z dicebat. In cōspe
ctu angeloꝝ psallā tibi. Doleo proinde aliquos vestrū graui in
sacris vigiliis deprimi somno: nec celi ciues revereri: s3 in pre
sentia principū tanq̄ mortuos apparere: cū vestra ipi alacri
tate permoti/vestris interesse solēnijs delectent. Vereor ne ve
stram desidiā q̄nqȝ abhominātes cū indignatione recedāt: et
incipiat vnusq̄sqȝ vestrū sero cū gemitu dicere deo. Longe feci
sti notos meos a me: posuerūt me abhominationem sibi. Et il
lud. Elongasti a me amicū z proximū: z notos meos a miseria
Itē. Qui iuxta me erāt de longe steterūt: z vim faciebant qui
querebāt animā meā. Pro certo enim si se a nobis boni spirit⁹
elongauerunt/impet⁹ malignoꝝ q̄s sustinebit? Dico ergo his
qui eiusmodi sunt. Maledictus q̄ opus dei facit negligenter.
Dicit quoqȝ non ego sed dñs. Utinā te calidū aut frigidū inue
nissem: s3 q2 te tepidū inueni: incipiam te euomere ex ore meo.
Eapropter attēdite principes vestros cū statis ad orandū vel
psallendū: z state cū reuerētia z disciplina: z gloriamini q2 āge
li vestri quotidie vident faciē patris. Nimirū missi in ministe
riū ppter nos: q̄ hereditatē capimus salutis: deuotionē nostrā
in superna ferūt: referūt gratiā. Usurpemus officiū quoꝝ3 sor
timur cōsortiū: vt in ore infantiū z lactentiū pficiat laus. Di
camus eis. Psallite deo nostro: psallite. Atqȝ audiamus eos vi
cissim respondentes. Psallite regi nostro psallite. ❡ Laudem
ergo cum celi cātoribus in cōmune ducētes: vtpote ciues san
ctoꝝ et domestici dei psallite sapiēter. Cibus in ore: psalmus

[Marginalia: Canti. j. — Gene. ij. — Ephe. v. — Ps. xliiij — A — Cāt. j. z. ij — Ps. xxxv — j. Joā. iiij — B — Tho. xij. — Ps. lxvij. — Ps. cxxxvij. — C — Ps. lxxxvij — Ibidem. — Ps. xxxvij — Apoc. iij. — Mat. xviij — Hebre. — Ps. viij. — Ps. xlvj. — D]

in corde sapit. Tātū illū teſrere nō negligat fidelis z prudēs
anima quibusdā dētibus intelligentie sue: ne si forte integrū
glutiat z nō mansum: frustret palatū sapore desiderabili z dul
ciori super mel z fauū. Offeramus cū apostolis in celesti cōui
uio z in dñica mēsa fauū mellis. Mel in cera/ deuotio in litte
ra est. Alioquin littera occidit: si absqȝ spūs cōdimento glutie
ris. Si aūt cū apostolo psallas spiritu: psallas z mente: cogno
sces: z tu de illius veritate sermonis quē dixit iesus. Uerba q̄
locutus sum vobis spiritus et vita sunt. Et itē quem legimus
dicente sapientia. Spūs meus sup mel dulcis. Sic delectabit
in crassitudine aīa tua: sic holocaustū tuū pingue fiet. Sic pla
cabis regē: sic placebis principibus: sic deniqȝ totā tibi curiā
beniuolā reddes: z odorati odorē suauitatis in celestib⁹ de te
quoqȝ dicent. Que est ista q̄ ascēdit per desertū sicut virgula fu
mi ex aromatibus myrrhe z thuris: z vniuersi pulueris pigmē
tarii. ❡ Principes inquit iuda duces eoꝝ: principes zabulon
z principes neptalim: hoc est confitentiū/continentiū/ cōtem
plantiū. Norunt siquidē principes nostri regi suo acceptā esse
psallentiū cōfessionē/continentiū fortitudinē/contemplātiū
puritatem: z solliciti sunt exigere a nobis huiusmodi pmitias
spiritus: q̄ pfecto nō aliud sunt q̄ primi z purissimi fructus sa
pientie. Qḋ enim nō ignoratis iudas laudās vel confitens: et
zabulon habitaculū certitudinis: neptalim seruus emissus in
terpretatur. Qui nimirū agilitatis sue saltibus exprimit spe
culātis excessus: sed z opaca penetrare nemoꝝ (vt ille sensuū)
consueuit. ❡ Scimus aūt q̄ dixerit. Sacrificiū laudis honori
ficabit me. Uerū si nō est speciosa laus in ore peccatoris: non
ne pernecessaria habetis continentie virtutē per quā fiat vt
non regnet peccatū in vestro mortali corpore? Porro continen
tia non habet meritū apud deum que gloriā requirit humanā
Ideoqȝ maxime opus est etiā puritate intētionis qua soli mēs
vestra deo z placere appetat z valeat inherere. Neqȝ enī aliud
est inherere deo q̄ videre deū: qḋ solus mundi cordibus singu
lari felicitate donatur. Cor mundū habebat. Dauid qui dice
bat deo. Adhesit anima mea post te. Itē. Mihi autē adherere
deo bonū est. Uidendo adherebat: z adherendo videbat. Ani
me ergo i his exercitate celestes sese nūcq̄ familiares exhibēt
z frequētes: presertim si frequenter orantem pspexerint. Quis
dabit mihi per vos o benigni principes petitiones meas inno
tescere apud deū? Nō enim deo cui etiā cogitatio hominis cō
fitetur: sed apud deū: hoc est ipsis q̄ cū deo sunt: tā3 beatis vir
tutib⁹ q̄ carne solutis spiritib⁹. Quis suscitabit me de terra ino
pem. z de stercore eriget pauperē: vt sedeā cū principibus: z so
liū glorie teneā? Non ambigo quin gratanter in palatio collī
gant quē dignanter in sterquilinio visitant. Deniqȝ letati sunt
de conuersione: et in assumptione non agnoscēt? Hoc itaqȝ pu
to inter orandū alloqui sponsam: z ipsis tanq̄ sponsi domesti
cis ac sodalibus desideriū cordis sui aperire cū ait. Osculetur
me osculo oris sui. Et vide familiare amicūqȝ colloquium ani
me in carne suspirantis cum celestibus potestatibus. Gestit in
oscula: petit quod cupit: nō tamē nominat quem amat: q2 illos
nosse non dubitat: vtpote de quo sibi frequens cū illis soleat
esse confabulatio. Propterea non dicit. Osculetur me ille vel
ille: sed osculetur me tantū. Sicut et maria magdalena nō ex
primebat ex nomine quē quereret: sed tantū aiebat ei quem pu
tabat ortolanū. Domine si tu sustulisti eū? Quem eū? Non ape
rit: quia palā omnibus esse credit qḋ a suo corde nec ad momē
tum recedere potest. Ita ergo z ista loquens sodalibus sponsi
sui tanq̄ conscijs et quibus se nouerat manifestum: tacito no
mine repēte in hec de dilecto verba prorumpit. Osculetur me
osculo oris sui. De quo iam osculo nolo vos diutius protrahe
re: sed sermone crastino audietis q̄cquid orantibus vobis sug
gere mihi inde dignabitur docens de omnibus vnctio. Neqȝ
enim hoc secretū reuelat caro z sanguis: sed is qui scrutatur
profunda dei spiritussanctus: qui a patre filioqȝ procedens cū
ipsis pariter viuit z regnat in secula seculoꝝ. Amen.

❡ Quomodo per osculum oris dei significatur spiritussanctus: quem ecclesia sibi petit dari ad noticiā sancte trinitatis. Sermo. viij.

Hodie vobis sicut hesterna promissione tenetis de
summo: idest de oris osculo disputare propositum
est. Audite attentius/qḋ sapit suauius: z gustatur
rarius: et intelligitur difficilius. Mihi videtur (vt
paulo altius inchoem) ineffabile quoddā atqȝ in
expertū omni creature osculū designasse qui ait. Nemo nouit
filium nisi pater: et nemo nouit patrem nisi filius: aut cui vo
luerit filius reuelare. Pater enim diligit filium z singulari di
lectione amplectitur: summus equalē: eternus coeternū: vnus
vnicū. S3 enī non minori ipse a filio affectione astringit: q̄ppe
p cui⁹ amore z moritur ipo attestante cū ait. Ut sciant omnes

[Marginalia: ij. Cor. iij — j. Co. xiiij — Joan. vj. — Eccl. xxiiij — Esa. lv. — Ps. xix. — Canti. iij — E — Ps. lxvij — F — Ps. xlix. — Eccli. xv. — Ps. lxij. — Ps. lxxij. — Ps. cxij. — Joan. xx. — Mat. xvj — G — Luce. x — Mat. xv]

quia diligo patrē: surgite eamus. Haud dubiū quin ad passio nem. Illa itaq3 mutua gignētis genitiq3 cognitio pariter τ di lectio: quid nisi osculū est suauissimū sed secretissimū? Ego p certo ad tantū τ tā sanctū diuini amoris arcanū ne ipsam quidem angelicā admitti arbitror creaturā. Etenim paulo hoc ipsum sapiente pax illa exuperat omnē etiā angelicū sensum. (Phil. iiij.) ¶ Unde nec ista (quāq3 multū presumens) audet tamen dicere: osculetur me ore suo: soli illud scʒ reseruās patri: sed aliqd minus postulans: osculeř me (inquit) osculo oris sui. Uidete nouam sponsam nouū osculū accipientem: nō tamen ab ore sʒ ab osculo oris. Insufflauit (inquit) eis: aut dubium qn iesus apostolis. i. primitiue ecclesie: τ dixit. Accipite spiritū sanctū. Osculum profecto fuit. Quid? Corporeus ille flatus? Non: sed inuisibilis spiritus: q̄ propterea in illo dñico flatu datus est: vt per hoc intelligeretur τ ab ipso pariter tanq̄ a p̄re procedere tanq̄ vere osculum qđ osculāti osculatoq3 cōmune est. Itaq3 sufficit sponse si osculetur ab osculo sponsi: etiam si nō osculeř ab ore. (Joan. xx.) Nec em̄ exiguū qđ/aut vile putat osculari ab osculo: qđ nō est aliud nisi infundi spirituſancto. ¶ Nēpe si recte pater osculās filiꝰ osculatꝰ accipiř: nō erit ab re osculū spm̄sanctū intelligi: vtpote q̄ p̄ris filiq3 imperturbabilis pax sit: glutē firmū/ indiuiduus amor/ indiuisibilis vnitas. De ipso igiř audet sponsa: ipsumq3 infundi sibi fidēter sub osculi nomine petit. Tenet quippe aliqd vnde nō desit occasio presumendi. Dicens em̄ filiꝰ. Nemo nouit filium nisi pater: τ nemo nouit patrē nisi filius: adiecit: aut cui filius voluerit reuelare. Non aūt diffidit spōsa quin sibi velit: si cui voluerit. Petit ḡ audēter dari sibi: osculuʒ ꝺ est spm̄ illū in q̄ sibi τ filiꝰ reueleř τ pr̄. Alter ei sine altero nequaq3 innotescit. Uñ est illud. Qui videt me videt τ patrē meū. Et illud Johānis. Ois q̄ negat filiū nec patrē hʒ. Qui aūt ɔfiteř filiū τ p̄rem hʒ. Ex q̄bus liquido cōstat: q2 nec pater sine filio nec filius sine patre agnosciř. Merito proinde nō in alterꝰ tm̄ sed in vtriusq3 cognitione cōstituit summā beatitudinem q̄ dicit. Hec est vita eterna vt cognoscant te verū deū: τ quem misisti iesum xp̄m. Deniq3 τ qui sequunř agnum referunř habere nomen eius τ nomen patris eius scriptū in frontibus suis: qđ est de vtriusq3 noticia gloriari. ¶ Sed dicit aliqs. Ergo τ spūſancti agnitio nō est necessaria: vt cū dixerit esse vitā eternā nosse τ patrē τ filiū de spirituſancto tacuerit? Est vtiq3: sed vbi pater τ filius pfecte agnosciř: vtriusq3 bonitas que spūſanctꝰ est quō ignoratur? Neq3 em̄ integre hō homini innotescit q̄diu latet: vtrū nā bone an male sit voluntatis: q̄q̄ τ cū dictū est: hec est vita eterna vt cognoscant te verum deū: τ quē misisti iesum xp̄s: profecto si missio illa beneplacitū/ tam patris benigne mittētis q̄ filij voluntarie obedientis demonstrat: nō omnino tacitum: est de spiritu sancto: vbi tante vtriusq3 gratie mentio facta est. Utriusq3 siqdē amor τ benignitas spūſanctꝰ est. ¶ Trine ergo huius agnitionis infundi sibi gratiā quantū quidem capi in carne mortali potest sponsa petit/ cū osculū petit. Petit autē a filio: q2 filii est cui voluerit reuelare. Reuelat ergo filius seipsum cui vult: reuelat τ patrē. Reuelat aūt sine dubio per osculū: hoc est per spiritūſanctū: apostolo teste q̄ ait. Nobis autē reuelauit deus per spiritū suū. At vero dando spiritum p quē reuelat: etiā ipsum reuelat. Dādo reuelat: τ reuelādo dat. ¶ Porro reuelatio q̄ per spiritūſanctū fit/ nō solū illustrat ad agnitionē sed etiā ascendit ad amorem: dicēte paulo. Charitas dei diffusa est in cordibus nostris p spm̄ſanctū q̄ datus est nobis. Et iō forsan de his q̄ cognoscētes deū nō tanq̄ deū glorificauerunt: non legitur q̄ spirituſancto reuelāte cognoscerēt q2 cū cognoscerēt nō amauerunt. Sic q̄ppe habes. Deus enim illis reuelauit. Nec em̄ adiunctū est p spiritū suū ne sibi sponse osculū mentes impie vsurparent: que contēte ea que inflat: eā que edificat nescierūt. Deniq3 ipse apostolus dicat per quid cognouerunt. Per ea (inquit) que facta sunt intellecta conspiciūtur. Unde τ constat q2 nec perfecte cognouerūt quē minime dilexerunt. Si enim integre cognouissent bonitatem: qua pro eorū redēptione in carne nasci τ mori voluit: non ignorassent. Audi deniq3 quid eis de deo reuelatū fuerit. Sēpiterna (ait) virtus eius τ diuinitas. Uides q2 qđ sublimitatis qđ maiestatis est: in presumptione spiritus non dei sed sui rimati sint: q̄ autem mitis sit τ humilis corde nō intellexerunt. Nec mirū: q2 τ caput eorū behemoth nihil humile: sed sicut de eo legitur: oē sublime videt. Quo cōtra Dauid nō ambulabat in magnis: neq3 in mirabilibus super se: ne scrutator maiestatis opprimeret a gloria. Uos quoq3 vt caute in arcanis sensibꝰ pedem figatis/ memētote semper qđ sapiens ammonet. Altiora (inquit) te ne quesieris: τ fortiora ne te scrutatus fueris. In spiritu ambulate in illis: τ nō in sensu proprio. ¶ Doctrina spiritus nō curiositatē acuit: sed charitatē accendit. Merito pin de spōsa quē diligit anima sua inquirens: nō se sue carnis sensibus credit: nō curiositatis humane inanibus ratiocinijs ac-

tuo dñs iesus: ꝯtra male vtiq; dulces vite carnalis illecebras et vincat dulcedo dulcedinem: queadmodum clauum clauus expellit. Sed sit nihilominus intellectui preuia lux et dux rōni: nō solū ob cauēdas heretice fraudis decipulas: et fidei puritatē ab eoꝝ versutijs custodiēdā: verū vt caut⁹ q̄s sis nimiā indiscre tam vehemētiam in tua cōuersatiōe vitare. Sit etiam fortis et cōstans amor tu⁹ nec cedens terroribus nec succūbēs laboribus. Ergo amemus affectuose/circūspecte et valide: scientes amorē cordis quē affectuosū dicim⁹ absq; eo q̄ df aīe dulcē q̄dē: sz seductibilē istū vo absq; illo q̄ ꝟtutis ē rōnabile ee: sz fragilē. ¶ Et vide i manifestis exēplis hoc ita esse vt dicimus. Cū egre ferrēt discipuli qđ de ascēsuri mgr̄i discessu ad eodē ipso audierant: audierūt. Si diligeretis me gauderetis vtiq; q: vado ad patrē. Quid ḡ: Nō diligebāt de cui⁹ discessiōe dolebāt? Sed diligebant quodammodo et non diligebāt. Diligebant dulciter: sz min⁹ pudēter. Diligebāt carnaliter sed nō rōnabiliter. Deniq; digebāt toto corde: nō aūt tota aīa. Dilectio eoꝝ contra salutē eorum: Unde et aiebat. Expedit vobis vt ego vadā: culpās cōsiliū non affectū. Loquēti irē de morte sua futura: obuiare sibi conātē petrū q̄ eū tenere diligebat eū ita vt me minis increpādo repellit: qđ i eo aliud q̄ ip̄udētiaz rep̄hēdit. Postremo qđ est: nō sapis q̄ dei sunt: nisi non sapiēter diligi/ hūanū seq̄ns affectū ꝯ diuinū ꝯsiliū: Et vocauit sathanā: eo q̄ saluti ei nesciēs aduersaret q̄ saluatorē mori p̄hiberet. Ūn̄ correctus repetēti postmodū triste verbū: minime iā mori vetuit: sed se cōmoriturū esse p̄misit. Non aūt impleuit: q: necdū ad tertiū puenerat gradū: in quo virtute tota diligitur. Erat tota aīa doct⁹ diligere: sz adhuc infirmus. Bene instruct⁹ sz parū adiutus: nō ignarus mysterij sed martyrij pauidus. Non plane illa fortis vt mors dilectio tunc fuit q̄ morti succubuit. Fuit aūt postea: cū ex p̄missiōe iesu xp̄i indutus ꝟtute ex alto tāta tandē cepit ꝟtute diligere: vt in cōsilio p̄hibitus p̄dicare nomen sctm: cōstāter p̄hibētib⁹ respōderet. Obedire oportet magis deo q̄ hoib⁹. Tūc demū tota ꝟtute dilexit: cum nec vite sue pepcit p̄ dilectiōe. Maiorem siquidē charitatem nemo hz: q̄ ut aīam suā ponat q̄s p̄ amicis suis. Quā et si minime tūc posuit: iā tū exposuit. Ergo nō abduci blādicijs: nec seduci fallacijs: nec iniurijs frangi: toto corde/tota aīa tota virtute diligere est. ¶ Et nota amorem cordis quodāmō esse carnalem: q̄ magis erga carnem xp̄i/et que in carne xp̄s gessit vel iussit: cor humanū afficiat. Hoc repletus amore facile ad omnē de hm̄oi sermonem cōpungit. Nihil audit libētius: nihil legit studiosius: nihil frequentius recolit: nil suauius meditat. Inde holocausta ofonū tāq̄ ex adipe vituli saginati impinguat. Astat orāti hoīs dei sacra imago: aut nascētis aut lactentis: aut docētis aut morientis: aut resurgentis: aut ascēdentis: et quicquid tale occurrerit: vel stringat necesse est animū in amore virtutū: vel carnis exturbet vitia/fuget illecebras/desideria sedet. ¶ Ego hanc arbitror p̄cipuā inuisibili deo fuisse causā q̄ voluit in carne videri: et cum hominibus hō conuersari: vt carnalium videlz qui nisi carnaliter amare non poterāt: cūctas primo ad sue carnis salutarem amorem affectiōes retraheret: atq; ita gradatim ad amorē p̄duceret spūalem. Nōne deniq; in hoc gradu adhuc stabāt qui aiebāt. Ecce nos reliquimus oīa et secuti sumus te: Solo p̄fecto corporalis p̄sentie amore reliquerāt oīa: adeo vt salutaris future passionis et mortis ne audire quidē verbum equanimiter sustinerēt: sed nec gloriā ascendentis postmodum nisi cū graui merore suspicere. Hoc em̄ ē qđ eis dicebat. Quia hec locutus sum vobis: tristicia impleuit cor vestrum. Itaq; interim sola interim gratia p̄sentie sue carnis: eos ab amore oīs carnis suspēderat. Mōstrabat aūt postea eis altiorē amoris gradū cū diceret. Spiritus est qui viuificat: caro nō p̄dest quicq̄. Puto hunc ascēderat iā q̄ dicebat. Et si cognouim⁹ xp̄m fm̄ carnem sed nunc iam non nouimus. Fortassis et nihilominus propheta in hoc ipso stabat: cum diceret. Spiritus ante faciem nostram christus dominus. Nam qđ subiūgit/sub vmbra eius viuemus inter gentes: mihi videtur ex persona incipientium addidisse: vt quiescant saltem in vmbra qui solis feruoredorem minus validos se sentiunt et carnis dulcedine nutriantur: dum necdum valent ea percipere que sunt spiritus dei. Umbraz siquidē christi: carnem reor esse ipsius: de qua obumbratum est et marie: vt eius obiectu feruor splendorq; spūs illi tēperaretur. In carnis ergo deuotione interim cōsoletur qui viuificantem spiritum necdum habet: eo dūtaxat modo quo habent illi qui aiūt. Spūs ante faciē nostrā xp̄s dñs. Et itē. Et si cognouimus xp̄m fm̄ carnem: sed nunc iam nō nouim⁹. Nam al's quidem nequaq̄ sine spūsancto vel in carne diligit xp̄s: et si nō in illa plenitudine. ¶ Cuius tamen mēsura deuotionis hec est vt totus cor illa suauitas occupet: totū sibi ab amore vniuerse carnis ac carnalis illecebre vēdicet. Hoc quippe toto corde diligere est. Alioquin si carnis mee qualibet ꝯsanguinitatē vel voluptatē forte p̄fero carni dñi mei: p qđ me videlicz min⁹ ea iplere cōtingat: que in carne manēs verbo et exemplo me docuit: nōne liquido cōstat q̄ toto nequaq̄ diligo corde: cū id diuisum habēs partem impendere videar carni eius partē intorquere ad p̄priam? Deniq; ait. Qui amat patrē aut matrē pluſq̄ me: non est me dignus. Et q̄ amat filiū aut filiā plus q̄ me: non est me dignus. Ergo vt breuiter dicaz. Toto corde diligere: est oē qđ blandit de carne p̄pria vel aliena sacrosancte carnis eius amori postponere. In quo et mūdi eque gloriā cōprehendo: q: gloria mundi gloria est carnis: et q̄n ea delectant carnales esse nō dubiū est. Licet vero donū et magnū donū spūs sit istiusmodi erga carnem xp̄i deuotio: carnalē tū dixerim hunc amorem illius vtiq; amoris respectu: quo nō tam verbū caro iam sapit q̄ verbū sapiētia: verbū iusticie: verbū veritas: verbū sanctitas: pietas: virtus: et si qđ aliud qđ sit huiusmodi dici pōt. Et hec nēpe oīa xp̄s qui factus est nobis sapiētia a deo et iusticia et sanctificatio et redēptio. ¶ An tibi eque et vno mō affecti videnk: is quidē qui xp̄o passo pie compatit: cōpungit: et mouetur facile ad memoriā doloꝝ que p̄tulit: atq; istius deuotionis suauitate pascit et confortatur ad queq; salubria/honesta/pia: itemq; ille q̄ iusticie zelo semp est accensus: qui veritatē vbiq; zelat: qui sapientie feruet studio: cui amica sanctitas vite et moꝝ disciplina/cuius mores erubescūt iactantiā: abhorrent detractionē: inuidiā nesciūt: superbiā detestant: oēm humanā gloriā nō solū fugiūt sed et fastidiūt et cōtemnunt oēm in se carnis et cordis impuritatem vehemētissime abominant et persequunt. Oē deniq; tanq̄ naturaliter et malū respuūt/et qđ bonū est amplectunt? Nōne si compares vtriusq; affectiones cōstat quod āmō illum superiorē respectu quidē huius amare quasi carnaliter? Bonus tū amor iste carnalis per quē vita carnalis excludit contemnit et vincit mūdus. Proficit aūt in eo cū fit et rōnalis: p̄ficit cū efficit etiā spūalis. Porro rōnalis tūc est cū in oibus q̄ oportet de christo sentiri fidei ratio ita firma tenet vt ab ecclesiastici sensus puritate: nulla verisimilitudine: nulla heretica seu diabolica circūuentiōe aliquaten⁹ deuiet. Itemq; cū in p̄pria cōuersatiōe illa cautela seruat: vt discretionis meta nulla supstitione vel leuitate: vel spūs quasi feruētioris vehementia excedat. Et hoc esse tota aīa deū diligere: iam supra diximus. Q si etiā adiuuātis spūs vigor tantus accedat: vt nulla vi labor vel tormentoꝝ: sed nec mortis metu iusticia vnq̄ deserat: in hoc: etiā tota virtute diligitur: et est amor spiritualis. Qđ nimirū nomē huic specialiter amori cōgruere puto: ob p̄rogatiuā vtiq; plenitudinis spūs qua precellit. Et hec sufficiāt pro eo qđ spōsa dicit Propterea adolescētule dilexerūt te nimis. In his que sequūtur: dignetur nobis aperire thesauros misericordie sue: ipse custos eorum iesus christus dominus noster. Qui viuit et regnat cum patre inunitate spūssancti de⁹ p oia secula seculoꝝ. Amē.

¶ Qualiter spōsa id est ecclesia trahi se optat post spōsum id est christum. Sermo. xxi.

Trahe me post te. In odore vnguentorum tuorū curremus. Quid: Sponsa ne ergo necesse habet trahi: et hoc post sponsum: Quasi vero inuita eum et nō libēs sequat? Sed nō oīs qui trahit: iuitus trahitur. Nec em̄ infirmū aut debilē: eū videlicet qui per se ire nō valet: trahi ad balneū seu ad prandiū piget: et si reū pigeat trahi ad iudiciū vel ad penam. Deniq; trahi vult quez hoc rogat. Non sūt rogaret: si sequi per seipsam dilectū prout vellet valeret. At qđ vero non valet? An infirmam fateamur et spōsam? Si vna queuis ex adolescentulis infirmam se diceret et peteret trahi: nequaq̄ miraremur. At vero de spōsa que trahere et alios vtpote fortis et p̄fecta posse sufficere videbat: cui nō durū sonet q: et ipsa trahi tanq̄ infirma vel debilis necesse habeat: De quanā anima iam cōfidimus q: valida sit et sana: si illam infirmā dici cōsenserim⁹ que pro sui singulari perfectione et excellentiori virtute sponsa dñi nominat? An ecclesia forte id dixerit: cum intueretur dilectum ascendentem gestiens eum sequi atq; assumi cum ipso in gloria: Quanq̄ et quanteuis perfectionis anima: quādiu quidem gemit sub corpore mortis huius: et huius seculi nequam retinetur inclusa carcere: vincta necessitatibus: torta sceleribus lentius segniusq; assurgat necesse est ad cōtemplāda sublimia: nec omnino liberum habet sequi sponsuz quocunq; ierit. Hinc lachrimosa vox illa gemētis. Infelix ego homo: quis me liberabit de corpore mortis hui⁹? Hinc supplex illa p̄catio. Educ de carcere aīam meam. Dicat proinde: dicat cū gemitu etiā spōsa. Trahe me post te: q: corpus quod corrūpitur aggrauat animā: et deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. ¶ An hoc dicat cupiēs dissolui et esse cum christo: presertim dū videat vas propter quae manere ipsam in carne necessarium videbat hn̄ p̄ficiētes amare iā sponsuz et stare in tuto charitatis. Siqdē hoc p̄miserat p̄ptera iudens, adolescētule dilexerūt te.

Marginalia (left column): A — Joh. xiiij — Ibidem. — Mat. viij. — Act. v. — Joh. xv. — B — C — Lu. xviij. — Joh. xvi. — Joh. vi. — ij. Cor. v. — Tren. iiij. — Ibidem. — Luce. j. — ij. Cor. v. — D

Marginalia (right column): Mat. x. — E — F — Can. j. — Rom. vij. — G — Sap. ix. — Phil. j.

Nūc ergo quasi dicat ecce adolescētule amant te:⁊ amando fir
miter inherēt tibi:neqꝫ minime iā opus habēt/nulla mihi cau-
sa in hac vita vlterius cōmorandi. Idcirco ait. Trahe me post
te. Hoc sentirem:si dixisset:trahe me ad te. Nunc vero:qꝛ dicit
post te: magis illud mihi postulare videtur: vt conuersationis
eius valeat vestigia sequi: vt possit emulari virtutem ⁊ normā
tenere:vite ⁊ morū queat apprehēdere disciplinā. In his quip
pe maxime opus est adiutorio:quo valeat abnegare semetipaꝫ
⁊ tollere crucē suā:⁊ sic sequi christū. Hic prorsus trahi necesse
habet sponsa nec sane trahi ab alio ꝙ̄ ab eo ipso qui ait. Sine
me nihil potestis facere. Scio (inquit) me nequaꝙ̄ posse perue
nire ad te nisi gradiēdo post te:sed neqꝫ hoc quidē/ nisi adiutā
abs te:ideoqꝫ precor vt trahas me post te. Beatꝰ siquidē cuiꝰ
est auxiliū abs te:ascēsiones in corde suo disposuit in valle la-
chrymarū:peruēturus quādoqꝫ ad te in montibus gaudiorum

Ps.lxxxiij

¶ H

Et pauci post te o dne iesu ire volunt:cū tamen ad te perue
nire nemo sit qui nolit:hoc scientibꝰ cunctis:qꝛ delectationes
in dextera tua vsqꝫ in finem. Et propterea volūt oēs te frui:at
non ita ⁊ imitari: cōregnare cupiunt:sed non compati. Ex his
erat ille qui dicebat. Moriat anima mea morte iustorū:⁊ fiant
nouissima mea horum similia. Optabat sibi extrema iustorum
sed nō ita ⁊ principia.

Nu.xxiij.

¶ I

Mortē spiritualium optāt sibi etiā car
nales:quorū tamen vitā abhorrent:scientes preciosam mortē
esse sanctorum:quoniā cum dederit dilectis suis somnuꝫ/ecce
hereditas domini:⁊ quia beati mortui qui in domino moriunt
cum ecōtrario iuxta prophete sententiā:mors peccatorum pes
sima sit. Non curant querere:quē tamen desiderāt inuenire:cu
pientes cōsequi sed non ⁊ sequi. Non sic illi quibꝰ aiebat. Vos
estis q̄ permāsistis mecum in tentationibꝰ meis. Beati qui di-
gni habiti sunt testimonio tuo benigne iesu. Ipsi reuera ibant
post te ⁊ pedibꝰ ⁊ affectibꝰ. Notas eis fecistis vias vite vocās
eos post te:qui via ⁊ vita es:⁊ dicēs. Venite post me:faciā vos
fieri piscatores hominū. Item. Qui mihi ministrat:me sequa-
tur:⁊ vbi sum ego illic ⁊ minister meus erit. Dicebāt ergo glo-
riātes. Ecce nos reliquimus omnia ⁊ secuti sumꝰ te. Sic itaqꝫ
⁊ dilecta tua relictis oibꝰ propter te:ꝯcupiscit semper ire post
te:semper tuis inherere vestigiis:ac sequi te quocūqꝫ ieris:sci
ens qm̄ vie tue vie pulchre ⁊ omnes semite tue pacifice. Et qꝛ
qui sequitur te:non ambulat in tenebris.

Luc.xxij.

Ps.xv.

Mat.iiij.

Ioh.xij.

Mat.xix.

¶ K

Precatur autem se
trahi quoniā iusticia tua sicut montes dei:nec sufficit ad illam
suis viribꝰ. Precatur se trahi (vt assolet) qꝛ nemo venit ad te:
nisi pater tuus traxerit euꝫ. Porro quos pater trahit:trahis ⁊
tu. Opera quippe q̄ pater facit/hec ⁊ filiꝰ similiter facit. Sed
familiarius a filio postulat trahi tanꝙ̄ a sponso proprio: quem
pater misit obuiā ei ducē ac preceptorem:qui sibi preiret in via
morum:⁊ prepararet iter virtutū:⁊ erudiret eaꝫ sicut semetipm
⁊ viam prudentie doceret:⁊ traderet ei legem vite ⁊ discipline
⁊ sic merito ipse cōcupisceret decorem eius.

Ioh.vi.

¶ L

Trahe me post
te/in odore vnguentorum tuorum curremus. Propterea opus
habeo trahi:quoniam refriguit paulisper in nobis ignis amo-
ris tui:nec valeamus a facie frigoris huiꝰ currere modo/ sicut
heri ⁊ nudiustertius. Curremus autem postea:cum reddideris
leticiā salutaris tui:cum redierit melior tēperies gratie: cum
sol iusticie iterum incaluerit:⁊ pertransierit temptationis nu-
bes:que hunc operire ad horam cernit:atqꝫ ad lenem flatū au
re blandioris: solito ceperint vnguenta liquescere: ⁊ aromata
fluere:⁊ dare odorem suū. Tunc curremus:in odore illo curre-
mus. Spirantibus (inꝙ̄) vnguētis curremus:quoniā abscedet
torpor qui nunc est/⁊ reuertet deuotio:⁊ iam non erit opus no-
bis vt trahamur:quippe odore excitatis: vt sponte curramus.
Nunc vero interim trahe me post te. Vides ne illum qui in spi-
ritu ambulat:nequaꝙ̄ permanere in vno statu:nec eadem sem-
per facilitate ꝓficere:⁊ qꝛ nō sit in homine via eius: sed quēad
modū ei spiritus moderator prout vult dispensat:nūc segnius
nunc alacrius que retro sunt obliuisci ⁊ ad anteriora sese extē
dere? Puto qꝛ hocipsum si attenditis vestra vobis experientia
intus respondet quod ego foris loquor.

¶ M

Ergo cū te torpore
accidia vel tedio affici sentis:noli ꝓpterea diffidere aut desi-
stere a studio spirituali:sed iuuantis require manum: trahi te
obsecrās sponse exemplo/donec denuo suscitante gr̄a/ factus
promptior:alacriorqꝫ:curras ⁊ dicas. Viam mādatorū tuorum
cucurri:cū dilatasti cor meū. Sic aūt ꝙ̄diu adest gratia:dele-
ctare in ea:vt nō te existimes donū dei iure hereditario possi-
dere:ita videlicet securus de eo quasi nūꝙ̄ perdere possis ne
subito cū forte retraxerit manū et subtraxerit donū:tu animo
cōcidas:⁊ tristior ꝙ̄ oportet fias. Deniqꝫ ne dixeris:in abūdā
tia tua non mouebor in eternū:ne etiam illud qꝺ sequit dicere
cum gemitu quidē cogaris. Auertisti faciem tuā a me: ⁊ factꝰ
sum cōturbatus. Curabis potius si sapis pro ꝯsilio sapiētis in
die malorum non immemor esse bonoꝝ atqꝫ in die bonoꝝ non
immemor esse malorū. Ergo in die virtutis tue noli esse securꝰ.

Ps.cxviij.

Ps.xxix.

Ibidem.

sꝫ clama ad deū cum propheta ⁊ dic. Cum defecerit virtꝰ mea
ne derelinquas me. Porro in tempore tētationis consolare ⁊
dic cum sponsa. Trahe me post te:in odore vnguentorū tuoruꝫ
curremus. Sic te non deseret spes in tēpore malo:nec in bono
prouidentia deerit:eritqꝫ inter aduersa ⁊ prospera mutabilium
temporū tenens quādā eternitatis imaginē:vtiqꝫ hanc inuio-
labilem ⁊ incōcussam constantis animi equalitatē benedicens
dn̄m in omni tēpore: pinde qꝫ vēdicās sibi etiā in huius nuta-
bundi seculi dubiis euentibꝰ:certisqꝫ defectibꝰ perennis quo-
dāmodo incōmutabilitatis statū:duꝫ te ceperis renouare ⁊ re
formare in insigne illud antiquū similitudinis eterni dei: apud
quem nō est trāsmutatio:nec vicissitudinis obumbratio. Quip
pe sicut ipe est:ita ⁊ tu eris in hoc mundo:nec in aduersis timi
dus:nec in prosperis dissolutus. In hoc (inꝙ̄) nobilis creatu-
ra facta ad imaginē ⁊ similitudinē eius qui se fecit:antiqui ho
noris dignitatē receptare:iā iāqꝫ ⁊ recuperare se indicat:cum
sibi indignū ducit huic labēti seculo cōformari: reformari ma
gis imagens iuxta pauli doctrinā in nouitate sui sensus in eā
similitudinē in qua se conditā nouit: ac per hoc etiam cogens
(vt dignum est) seculū istud quod propter se factū fuit versa vi
ce mirū in modū cōformari sibi:dū oia ei cooperari in bonum
incipiunt:tanꝙ̄ in propria ⁊ naturali forma abiecta de generi
specie recognoscentia dominum suum:cui ad seruiēdū creata
fuere.

Ps.lxx.

Iaco.i.

¶ N

Unde arbitror illum sermonem quem dixit de seunige
nitus:videlicet si exaltaret a terra: omnia traheret ad seipm:
cunctis quoqꝫ eius fratribꝰ posse esse cōmunē. Hiis vtiqꝫ quos
pater presciuit ⁊ predestinauit cōformes fieri imaginis filii sui
vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Et ego igitur si
exaltatus fuero a terra (audacter dico) omnia traham ad me-
ipsum. Nec enim temerarie vsurpo mihi fratres mei vocē cuius
me induo similitudinem. Quod si ita est:nō putent diuites hu
ius seculi fratres christi sola possidere celestia: quia audiunt
dicentē. Beati pauperes spiritu:qm̄ ipsorū est regnū celorum
Non eos (inꝙ̄) estimēt sola celestia possidere:qꝛ ea sola audiūt
in promissione. Possident ⁊ terrena. Et quidem tanꝙ̄ nihil ha
bentes:sed omnia possidentes:non mendicantes vt miseri sed
vt domini possidentes:eo pro certo magis dn̄i quo minus cu-
pidi. Deniqꝫ fideli homini totus mundus diuitiarū est. Totus
plane:quia tam aduersa ꝙ̄ prospera ipsius. Eque oia seruiunt
ei ⁊ cooperantur in bonū. Ergo auarus terrena esurit vt men-
dicus:fidelis contēnit vt dn̄s. Ille possidendo mendicat: iste
contēnendo seruat.

Ioh.xij.

Ibidem.

Mat.v.

¶ O

Quere a quouis eorum qui insatiabili
corde lucris temporalibus inhiant:quidnā de his sentiat qui
sua vendentes ⁊ dātes pauperibꝰ: regna celorum pro terrena
mercantur substantia:sapienter agant necne? proculdubio re-
spondebit sapienter. Quere itē cur qꝺ approbat ipse non facit?
Nō possum inquiet. Quare? profecto quia domina auaricia nō
permittit:qꝛ liber non est:qꝛ non sunt sua que possidere videtur
Sed nec ipse sui iuris. Si vere tua sunt/expēde ad lucra:⁊ pro
terrenis celestia cōmutato. Si nō vales:fatere te pecunie tue
non dn̄m esse sed seruum:custodem/non possessorem. Deniqꝫ et
cōformaris crumene tue tanꝙ̄ seruus domine sue:dum quomō
ille illi necessario ⁊ cōgaudet gaudenti:⁊ dolenti condolet:tu
quoqꝫ cum crescente tuo marsupio/crescis pariter animo:⁊ cū
decrescente decrescis. Nā ⁊ contraheris tristicia cum illud exi
nanitur:⁊ leticia solueris:aut certe inflaris superbia cum im-
pletur. Hoc ille. Nos vero sponse curemus emulari libertatem
atqꝫ cōstantiam:que sicut bene instructa in omnibus: ⁊ erudi-
ta corde in sapientia:scit abundare:scit ⁊ penuriam pati. Cum
se rogat trahi:ostēdit quid desit sibi:non pecunie sed virtutis.

¶ P

Rursum cū se nihilominus de spe redditure gratie cōsolat
⁊ si deficere/non tā diffidere se probat. Dicit ergo. Trahe me
post te:in odore vnguentoruꝫ tuorū curremus. Et quid mirum
si indiget trahi que post gigantem currit:que comprehendes
re nititur euꝫ qui salit in montibus:transilit colles? Velociter
(ait) currit sermo eius. Non valet ex equo currere:nō potest pa
ri cū illo celeritate contendere:qui exultat vt gygas ad currē
dā viam:non potest suis viribꝰ:⁊ ꝓpterea rogat se trahi. Fessa
suꝫ (inquit) deficio:noli me deserere:sed trahe me post te: ne in
cipiam vagari post amatores alios:nec curraꝫ quasi in incertū
Trahe me post te:qꝛ satiꝰ mihi est vt me trahas:vt scilicet vim
qualēcumqꝫ mihi:aut terrendo minis: aut exercendo flagellis
inferas:ꝙ̄ parcēs in meo me torpore male securā derelinquas
Trahe quodāmō inuitā:vt facias voluntariā. Trahe torpentē
vt reddas currentem. Erit qn̄ nō indigebo tractore: quoniam
voluntarie ⁊ cum omni alacritate curremus. Non curram ego
sola ⁊ si solam me trahi petierim: current ⁊ adolescentule me-
cum. Curremus pariter:curremus simul:ego odore vnguentoꝝ
tuorum:ille meo excitate exēplo atqꝫ hortatu: ac per hoc oēs
in odore vnguentoꝝ tuoꝝ curremus. Habet sponsa imitatores
sui:sicut ⁊ ipsa est christi. Et ideo non ait singulariter curram:
sed curremus.

Ps.cxlvij.

Ps.xviij.

A sed currem⁹. ¶ Sed oritur questio cur similiter cũ se petat tra
hi: etiã adolescentulas non adiũxit: vt nõ trahe me: sed trahe
nos diceret. Quid eñ forte ne sponsa indiget trahi: ⁊ adolescẽ
tule nõ indigẽt? O pulchra: o felix: o beata: edissere nobis hu-
ius distinctiõis rationẽ. Trahe me ais. Quare me: ⁊ non nos?
An hoc bonũ inuides nobis? Absit. Neq; eñ protin⁹ dixisses
adolescentulas tecũ esse cursuras si sola post sponsum ire vo-
luisses. Cur ergo pluraliter mox subiunctura curremus trahi
te singulariter postulasti? Charitas inquit ita postulabat. Di-
sce per hoc verbũ a me in spirituali exercitio duplex auxilium
desuper sperare: correptionẽ ⁊ consolationẽ. Altera foris exer
cet: altera visitat intus. Illa reprimit insolentiã ista in fiduciã
erigit. Illa operatur humilitatem: ista pusillanimitatẽ ɔsolat
Illa cautos: ista deuotos facit. Timorẽ dñi docet illa: ista ip̃z
ps. lxxxv. timorẽ infuso tẽperat gaudio salutari: sicut scriptuz est. Letet
ps. ij. cor meũ vt timeat nomen tuum. Item seruite dño in timore: et
B exultate ei cũ tremore. ¶ Trahimur cũ tentationib⁹ ⁊ tribula
tionib⁹ exercemur. Currimus cum internis cõsolationib⁹ ⁊ in
spirationib⁹ visitati tanq̃ in suaue olentib⁹ vnguentis respi-
ramus. Ergo qđ austerũ ⁊ durũ videtur retineo mihi tãq̃ forti
tanq̃ sane: tanq̃ perfecte: ⁊ dico singulariter trahe me. Quod
suaue ⁊ dulce/ tibi tanq̃ infirmo cõmunico ⁊ dico/ curremus.
Noui ego adolescentulas delicatas ⁊ teneras esse: ⁊ min⁹ ido
neas sufferre tentationes: ⁊ propterea mecuz volo vt currant:
sed nõ vt mecũ trahãtur. Uolo habere socias cõsolationis: nõ
aũt ⁊ laboris. Quare? Qm̃ infirme sunt ⁊ vereor ne deficiant:
ne succũbant. Me inquit o spõse corripe: me exerce: me tenta
me trahe post te: qm̃ ego in flagella parata sum: ⁊ potens ad su
stinendum. Certatim simul curremus. i. sola trahar: sed simul
curremus. Curremus curremus/ sed in odore vnguẽtorũ tuoꝝ
non in nostrorum fiducia meritoꝝ. Nec in magnitudine viriuz
nostrarũ currere nos confidimus sed in multitudine miseratio
Rom. ix. num tuarũ. Nã ⁊ si qñ cucurrimus ac voluntarie fuimus: non
fuit volentis neq; currentis/ sed miserentis dei. Reuertat mise
ratio ⁊ currem⁹. Tu quidẽ in virtute tua tãq̃ gygas et potẽs
curris: nos nisi vnguenta tua spirauerint nõ curremus. Tu quẽ
ps. xliiij. pater vnxit oleo leticie pre cõsortib⁹ tuis curris in ipsa vnctio
ne nos in illius odore currem⁹. Tu in plenitudine: nos in odo
re. Tẽpus esset vt persoluerẽ qđ de vnguentis sponsi longe su-
pra pmisisse me memini: si non huius sermonis lõgitudo veta
ret. Differo ergo. Nam ⁊ materie dignitas artari molesta breui
tate non patitur. Rogate dñm vnctionis vt volũtaria oris mei
beneplacita facere dignetur: ad insinuãdam vestris desiderijs
memoriam abundantie suauitatis sue: que est in sponso eccle-
sie Iesu christo domino nostro ⁊c.

¶ De quattuor vnguentis spõsi: atq; de quattuor vir tutibus cardinalibus. Sermo. xxij.

C [S]I ita preciosa ita magnifica spõse vnguẽta inuẽta
sunt: quẽadmodum cũ tractarẽtur audistis: sponsi
qualia sunt? Et si digne ea nos put sunt nõ suffici
mus explicare: haud dubiũ tamen quin excellẽtior
horum virtutis ⁊ gratia efficacior sit: quorum sol⁹
non solum adolescẽtulas sed ipsam quoq; spõsam odor excitat
ad currẽdũ. Si enim aduertis: nil tale de pprijs vnguẽtis au
sa est polliceri. Et quidem illa optima esse gloriat: sed non di-
cit tamen: qr in eis cucurrisset aut curreret: quod in istoꝝ solo
odore pmittit. Quid si ipsam [illegible] sentiret
cuius ita tenui exhilarata fragrãtia pmouet vt currat: Mirũ
si non ⁊ volaret. Sed dicit aliqs. Desine iam cõmendare: satis
cum ea ceperis assignare: apparebit qđ sint. Non. Minime ego
illud polliceor. Sane an vel ipsa sint que alo suggerũtur dicen
da: crede mihi/ adhuc nescire me fateor. Existimo eñ spõsum
varias aromatum atq; vnguẽtorum habere species et nõ pau-
cas: ⁊ alias quidẽ esse in quib⁹ singulariter oblectatur sponsa
tãq̃ propinquior ac familiarior: alias vo que vsq; ad adolescen-
tulas perueniũt: alas q̃ pertingunt etiã ad longe positos ⁊ ex-
traneos: vt non sit q̃ se abscõdat a calore eius. Sed licet sua-
uis dñs vniuersis: maxime tñ domesticis. Et q̃to qs ei fami-
liarius pro vite meritis ac mentis puritate appropiat: tãto eũ
arbitror recẽtiorũ aromatũ ⁊ vnctionis suauioris sentire fra-
D grãtiã. ¶ Porro in huiusmodi nõ capit intelligentia nisi q̃tum
experientia attingit. Ego vero haud temere mihi arrogarim
sponse prerogatiuã. Nouit sponsus qb⁹ delitijs spũs foueat di
lectã: qb⁹ singulariter refocillet sensus eius inspirationib⁹ et
mulceat odoramentis Sit sibi fons pprius in quo ei nõ cõmu
nicet alienus: nec indignus bibat ex eo. Est quippe ortus con
Cant. iiij. clusus fons signat⁹. Ceterũ deriuant aque inde i plateas: eas
me habere ad manum fateor: dũ tñ nemo mihi molestus sit aut
ingrat⁹: si de publico haurio ⁊ ppino. Nã vt paulisper ministe
riũ meũ in hac parte cõmẽdẽ: non nullius pfecto fatigationis

est atq; laboris: quotidie sez exire ⁊ haurire etiã de manifestis
riuulis scripturarũ: ⁊ et eis singuloꝝ necessitatib⁹ inseruire:
vt absq; suo labore quisq; vestrũ presto habeat aquas spũales
ad omne opus: vbi gratia ad lauandũ: ad potãdũ: ad cibos co
quendos. Et nimirũ aqua sapientie salutaris sermo diuin⁹: nõ
Ioh. xiij. mõ potãs: sed ⁊ lauãs/ dicente dño. Et vos mũdi estis propter
sermonẽ quẽ locutus sum vobis. Sed ⁊ crudos carnis cogita-
tus igne spiritussancti accedente coquit diuinũ eloquiũ: ac ver
ps. xxxviij. tit in sensus spũales ⁊ cibos mẽtis: ita vt dicas. Cõcaluit cor
meũ intra me: ⁊ in meditatione mea exardescet ignis. Qui mẽ
te sane puriori per seipsos apprehendere sublimiora sufficiunt
q̃ per nos proferant: nõ solũ nõ phibeo/ sed ⁊ multũ cõgratu-
lor: dũ ⁊ ipsi nos patiant simpliciora simplicioribus ministrare.
E ¶ Quis dabit mihi vt oẽs pphetent? Utinã mihi necesse non
esset in his occupari. Utinaz aut alteri cura incũberet ista aut
certe (qđ mallem) nemo in vobis esset qui ea indigeret: essentq;
oẽs docibiles dei: ⁊ ego possem vacare ⁊ videre qm̃ sponsus est
deus. Nũc vo quẽ minime interim nõ dico intueri sed ne inqui
rere quidẽ licet (qđ sine lachrymis nõ loquor) regem in decore
suo sedentẽ sup cherubin sup soliũ excelsuz ⁊ eleuatũ: in ea for
ma qua equalis patri in splẽdorib⁹ sanctoꝝ ante luciferũ geni
tus est: in qua ⁊ semp desiderant angeli eũ pspicere: deũ apud
deũ: ipsum saltẽ hominẽ (hõ hoib⁹ loquor) s̃m eã formã in qua
vt se manifestũ nimia sua dignatiõe ⁊ dilectione pberet: mino-
rat⁹ ab angelis in sole posuit tabernaculũ suũ tãq̃ spõsus pce
dẽs de thalamo suo. Suauẽ magis q̃ sublimẽ: ⁊ vnctũ nõ altũ
loquor: qualẽ deniq; spũs dñi vnxit: ⁊ misit euãgelizare paupe
ribus: mederi contritis corde: predicare captiuis indulgen-
tiam: et clausis apertionem: predicare annum placabilem dño
F ¶ Saluo igitur cuiq; quod forte sublimius subtiliusq; de spõ
si vnguentis speciali munere sentire sibi ⁊ experiri donatũ est:
ego qđ de cõmuni accepi pfero in cõmune. Ipse siquidẽ fons
vite: ipse fons signatus: de intra ortum conclusum erũpẽs per
os pauli fistulã suam: tanq̃ vere illa sapientia que iuxta beati
Iob sententiã trahitur de occultis: in quattuor sese riuos dif
fudit: ⁊ deriuauit in plateas: vbi videlz et assignat nobis eum
factũ a deo sapientiam ⁊ iusticiam et sanctificationem ⁊ redẽ-
ptionem. Ex his vtiq; quattuor riuis tanq̃ preciosissimis vn-
guentis: nil enim obstat vtrũq; intelligi: ⁊ aquam ⁊ vnctionẽ:
aquã qr mũdãt: vnctionẽ quia fragrant. Ex his inq̃ quattuor
premissis tanq̃ vnguẽtis preciosissimis super mõtes aromatũ
de celestibus speciebus cõfectis: tanta ecclesie nares odoris
suauitas repleuit: vt mox a quattuor mũdi partibus excitata
illa dulcedine: supernum pperaret ad spõsum: tanq̃ vere illa
iij. Re. x. regina austri: festinãs a finibus terre audire sapientiam Sa-
G lomonis: opinionis siquidem odore puocata ¶ Sane et eccle-
sia non ante currere valuit in odore sui Salomonis: quousq;
is qui ab eterno ex patre sapiẽtia erat: fact⁹ est ei i tpe a patre
sapia: q̃ ipsi⁹ odorẽ pcipe posset. Sic iusticia: sic sctificatio: sic
et redemptio: nihilomin⁹ ei factus est: vt hoiũ quoq; in odore
Ioh. i. currere posset: cum hec eque oĩa in se ante oĩa esset. Nam ⁊ in
pricipio qdẽ erat verbum: sed tũc demũ ad videndum ip̃z pasto
res venerũt festinãtes: cũ nunciatũ ẽ factũ. Deniq; ⁊ loquũtur
Luce. ij. ad inuicẽ. Transeamus vsq; bethleem ⁊ videamus hoc verbũ
qđ factũ est: quod fecit dñs: et ostẽdit nobis Et sequitur: quia
venerũt festinãtes. Prius non se mouebãt: dum verbũ erat tan
tum apud deum. At vbi verbum qđ erat: factum est: vbi hoc do
minus fecit ⁊ ostendit: tũc venerũt festinãtes: tunc cucurrerũt
Iohan. i. [illegible] ergo in principio erat verbũ sed vbũ erat apud deuz: fa-
ctũ est aũt quatinus esse inciperet ⁊ apud hoies: sic nihilomin⁹
in pncipio sapia erat: erat iusticia: erat sctificatio ⁊ redẽptio: sz
angelis/ vt (eẽt ⁊ hoib⁹): fecit eã hec oĩa pater: ⁊ fecit qđ pater
Deniq; qui factus est (inquit) nobis sapientia a deo: et non ait
simpliciter: qui factus est sapientia: sed qui factus est nobis sa
pientia: qm̃ quod erat angelis factus est ⁊ nobis. ¶ At ange-
H lis (inquit) quomodo redemptio fuerit: non video. Nec enim
auctoritas scripturaꝝ vspiam assentire videtur eos aliqñ aut
pctõ extitisse captiuos/ aut morti obnoxios vt necessariã habe
rent redemptionem: exceptis dũtaxat illis qui superbie lapsu
irremediabili corruẽtes redimi deinceps nõ merent. Si itaq;
angeli nunq̃ redempti sunt: alij vtiq; non egẽtes: alij non pme
rentes: illi quidẽ quia nec lapsi sunt: hi autẽ qr irreuocabiles
sunt: quo pacto tu dicis dominum Iesum christũ eis fuisse redẽ
ptionẽ? Audi breuiter. Qui erexit hoiem lapsum dedit stanti
angelo ne laberet: sic illũ de captiuitate eruẽs sicut hũc a ca-
ptiuitate defendẽs. Et hac rõne fuit eque vtriq; redemptio sol
uẽs illũ/ ⁊ seruans istũ. Liquet ergo sanctis angelis dñm xp̃m
fuisse redemptionem: sicut iusticiam: sicut sapientiam: sicut san
ctificationem. Et nihilomin⁹ tamẽ hec ipsa quattuor eẽ factũ
ppter hoies: qui inuisibilia dei nõ nisi p ea q̃ facta sunt intel-
lecta cõspicere possent. Sic ergo omne quod erat angelis: fa-

I
Rom.i.

ctus est nobis. ¶ Quid: Sapientia: iusticia: sanctificatio: redē
ptio. Sapientia in ꝑdicatione: iusticia in absolutione peccato
rū: scrificatio in cōuersatione quā habuit cū peccatorib⁹: redē
ptio in passione / quā sustinuit pro peccatorib⁹. Ubi ergo hec / a
deo factus est: tunc ecclesia odorem sensit: tunc cucurrit. Uide
iam quadrifariā vnctionē: vide affluentissimā atq̄ inestimabi-
lem suauitatē ei⁹: quem vnxit pater oleo leticie pre cōsortibus
suis. Sedebas o hō in tenebrosis et vmbra mortis: ꝑ ignoran-
tiā veritatis: sedebas vinctus cathenis delictorū. Descēdit ad
te in carcerē non vt torqueret: sed vt erueret de potestate tene
brarū. Et primo quidē veritatis doctor depulit vmbrā ignorā
tie tue: luce sapiētie sue. Per iusticiā deinde que ex fide est sol
uit funes peccatoꝝ: gratis iustificās peccatorē. Quo gemino
beneficio impleuit sermonē illū sancti dauid. Dn̄s soluit cōpe

ps. cxlv.

ditos: dn̄s illuminat cecos. Addidit quoq̄ sancte inter pctō-
res viuere: ⁊ sic tradere formā vite / tāq̄ vie qua redires ad pa
triā. Ad cumulū postremo pietatis tradidit in mortē aīam suā
et de proprio latere ꝓtulit preciuꝫ satisfactionis quo placaret
patrē: per qd̄ illū plane ad se versiculū traxit. Apud dn̄m mia:

ps. cxxix.

et copiosa apud eū redemptio. Prorsus copiosa: q̄r non gutta
sed vnda sanguinis largiter ꝑ quinq̄ partes corporis emanas
sit. ¶ Quid tibi debuit facere ⁊ nō fecit: Illuminauit cecum:

K

soluit vinctū: reduxit erroneū: recōsiliauit reū. Quis nō post
illū libenter atq̄ alacriter currat: qui ⁊ ab errore liberat: ⁊ er-
rata dissimulat: qui deinde merita viuendo tradit: ꝑmia mori
endo conquirit? Quā excusationē habet qui in odore horum
vnguentorū non currit: nisi ad quē forte odor minime ꝑuenit?
Sed enim in oēm terraꝫ exiuit odor vite: qm̄ mia dn̄i plena est
terra: ⁊ miserationes eius sup oīa opera eius. ¶ Ergo qui vi-

L

talē hanc sparsam vbiq̄ fragrantiā non sentit: ⁊ ob hoc nō cur
rit aut mortuus est: aut putidus. Fragrantia fama est: ꝑueue-
nit opinionis odor / excitat ad currendū: perducit ad vnctiōis
experimentū ad brauiū visionis. Uox vna letantiū: oīm perue-

ps. xlvij.

nientium. Sicut audiuim⁹ sic vidimus in ciuitate dn̄i virtutū.
Omnino propter mansuetudinē que in te p̄dicatur currim⁹ post
te dn̄e iesu: audientes q̄ nō spernas pauperē peccatorē nō hor
reas. Non horruisti cōfitētem latronē: non lachrymantē pecca
tricē: nō chananeā supplicantē: non deprehensam in adulterio
non sedentē in theloneo: nō supplicātē publicanū non negantē
discipulū: non persecutorē discipulorū: non ipsos crucifixores
tuos. In odore hoꝝ currimus. Porro sapientie tue odorem ex
eo ꝑcipimus quod audimus: q̄r si quis indiget sapientia postu
let eam a te ⁊ dabis ei. Aiunt siquidē q̄ des oībus affluenter /

Jaco.i.

⁊ non improperes. At ꝓ iusticie tue tāta vbiq̄ fragrātia spar
gitur: vt nō solū iustus: sed etiā ipsa dicaris iusticia / et iusticia
iustificās. Tā validus deniq̄ es ad iustificandū / q̄ multus ad
ignoscendū. ¶ Quāobrē quisquis ꝓ pctīs cōpunctus esurit et

M

sitit iusticiā: credat in te qui iustificas impiū: ⁊ solā iustificat⁹
per fideꝫ: pacē habebit ad deū. Sanctitatē quoq̄ suauissime ⁊
copiosissime tua redolet: nō solū ꝯuersatio sed ⁊ cōceptio. Pec
catū siquidē nō cōmisisti: nec cōtraxisti. Qui ergo iustificati a
peccatis sectari desiderāt / deliberantq̄ sanctimoniā: sine qua
nemo videbit deū / audiāt te clamantē. Sancti estote: qm̄ ego
sanctus suꝫ. Cōsiderēt vias tuas: ⁊ discant a te q̄r iustus sis in

Leui. ix.
ps. cxliiij.
Joh. xij.

oībus vijs tuis: ⁊ sanctis in omnib⁹ operib⁹ tuis. Jam redem
ptionis odor quātos currere facit: Cū exaltatis a terra: tunc
prorsus omnia trahis ad teipsum. ¶ Passio tua vltimū refu-

N

gium: singulare remediū: deficiente sapientia: iusticia non suf-
ficiente: scitatis succūbētib⁹ meritis: illa succurrit. Quis eñ
de sua vel sapiētia vl' iusticia vel scitate ꝑsumat sufficiētiā ad
salutem? Non q̄ sufficientes (inquit) simus cogitare aliquid a

i. cor. iij.

nobis tanq̄ ex nobis: sed sufficiētia nostra ex deo est. Itaq̄ cū
defecerit virtus mea: nō conturbor: nō diffido: scio quid faciā.
Calicē salutaris accipiam: et nomen dn̄i inuocabo. Illumina

ps. xxv.
ps. xij.
ps. xxiiij.
Psalm. cxxxviij.
Rom. viij
O

oculos meos dn̄e: vt sciam q̄d acceptū sit corā te oīm tpe et
sapiens sum. Delicta iuuētutis mee: ⁊ ignorātias meas ne me
mineris / ⁊ iustus sum. Deduc me dn̄e in via tua ⁊ sanctus sum.
Uerūtamen nisi interpellet sanguis tuus ꝓ me: saluus nō suꝫ.
¶ Pro his omnibus currim⁹ post te: dimitte nos q̄r clamam⁹
post te. Nec currimus equaliter oēs in odore omniū vnguen
torum: sed videas alios vehemētius studijs flagrare sapientie
alios magis ad penitentiam spe indulgentie animari: alios
amplius ad virtutū exercitiū: vite ⁊ cōuersatiōis eius ꝓuoca
ri exemplo: alios ad pietatem passiōis memoria plus accendi.
Putam⁹ nos de singulis posse reperire exempla? Currebāt in
odore sapientie qui missi fuerāt a phariseis: cū reuersi dicerēt

Joh. vij.
Joh. iij.

Nunq̄ homo sic locutus est: vtiq̄ ammirātes doctrinā ⁊ cōfi-
tentes sapientiam. Currebat in hoc ipso odore sanctus Nico-
demus qui veniens ad iesum nocte: in splendore multo sapien

Luce. vij.

tie: de multis quippe instructus edoctusq̄ recessit. Uerum in
odore iusticie cucurrit Maria magdalena cui dimissa sunt pec
cata multa: qm̄ dilexit multū. Justa profecto ⁊ sancta: ⁊ nō tā
peccatrix quēadmodū phariseus exprobrabat: nesciēs iusticiā
seu sanctitatem dei esse munus: non opus hominis: ⁊ quia non
modo iustus sed et beatus cui non imputabit dominus pecca
tum. An oblitus erat quomodo vel suam ipsi⁹ vel alterius cor
poralem tangendo lepram fugarat non cōtraxerat? Sic tact⁹

Lu. xvij.

a peccatrice iust⁹ iusticiā impertit / nō perdit: nec sorde peccati
qua illā mūdat se iquinat. Cucurrit et publican⁹ q̄ cū ꝓpicia-

Lu. xviij.
ij. Re. xij.

tionē pctīs suis humiliter imploraret: descendit iustificatus:
teste ipsa iusticia. Cucurrit petrus: q̄ lapsus fleuit amare: qua-
tinus culpā dilueret: recuperaret iusticiam. Cucurrit dauid q̄
reatū agnoscēs ⁊ confitens audire meruit. Et dn̄s transtulit
a te peccatū tuū. Porro in sanctificationis odore. Paulus cur
rere sese testatur: cum christi se imitatorē esse gloriatur dicens

Phil. iij.
Mat. xix.

ad discipulos. Estote imitatores mei sicut ⁊ ego xp̄i. Cucurre
runt ⁊ omnes qui aiebant. Ecce nos reliquimus omnia ⁊ secu-
ti sumus te. Desiderio quippe sequendi christū reliquerāt oīa.

P

¶ Hortatur generaliter vniuersos ad eundē odorem ista sen-
tentia. Qui se dicit in christo manere: debet sicuti ille ambula
uit et ipse ambulare. Jam qui in odore cucurrerint passionis: si
audire vis: vniuersos martyres accipe. En quattuor vnguen-
ta assignata habetis: primū sapientie: scd̄m iusticie: tertiuꝫ san
ctificatiōis: quartum redemptionis. Tenete noīa: ꝑcipite fru-
ctum et cōpositionis modum vel numerum specierum quibus
cōfecta sunt: nolite reqrere. Nō eñ facile i spōsi vnguētis hec
presto esse possunt nobis: quemadmodum in superioribus illis
spōse fuerunt. In christo nempe rerū plenitudo est: sine nume-

ps. cxlvj.
ps. xxxv.
Q

ro et sine modo. Nam et sapientie eius non est numerus: et iu-
sticia ipsius sicut montes dei: sicut montes eterni: ⁊ sanctitas
singularis ⁊ redemptio inexplicabilis. ¶ Dicendum et hoc: q̄r
frustra huius seculi sapiētes de quattuor virtutibus tam mul
ta disputauerunt: quas tamē apprehendere omnino nequiue-
runt: cū illū nescierint qui factus est nobis a deo sapientia: do
cens prudentiam et iusticia delicta donans / ⁊ sanctificatio: in
exemplum temperantie cōtinēter viuens ⁊ redemptio: in exem
plum patientie fortiter moriens. ¶ Forsitan dicit aliq̄s. Cete-
ra bene conueniunt: sed sanctificatio ad temperantiam minus
proprie referri videtur. Ad quod respondetur primum: id esse
continentiā qd̄ tēperātiā. Deinde vsitatū in scripturis sancti
ficationem pro cōtinentia seu mundicia poni. Deniq̄ quid ille
apud Moysen tam crebre sanctificationes aliud erant / q̄ que
dam purificatiōes hominum temperantium se a cibo: a potu: a
concubitu: hisq̄ similib⁹? Sed audi ipsum precipue apostoluꝫ
q̄ familiare habeat: vel vti vel vsurpare sanctificationē in hoc

i. thes. iiij.

sensu. Hec est inquit volūtas dei sanctificatio vestra: vt sciat
vnusquisq̄ vestrū suū vas possidere in sanctificatiōe: et non in

Ibidem.

passiōe desiderij. Itē nō eñ vocauit nos de⁹ in imūdiciaꝫ: sed
in sanctificationē. Liquet q̄ sanctificationē ꝓ tēperētia ponit

R

Educto itaq̄ in lucē qd̄ subobscurū videbat: redeo ad id vn̄ di-
gressus erā. ¶ Quid vobis cū virtutib⁹: q̄ dei virtutē christū
ignoratis? Ubinā q̄so vera prudētia nisi in xp̄i doctrina? Un̄ vera
iusticia nisi de christi misericordia? Ubi vera tēperātia nisi in
christi vita? Ubi vera fortitudo nisi in christi passiōe? Soli ergo
qui eius doctrina imbuti sunt: prudētes dicendi sunt / soli iusti
qui de eius misericordia veniam peccatorum cōsecuti sunt: soli
temperātes qui eius vitam imitari student: soli fortes qui eius
patientie documēta fortiter in aduersis tenēt. Incassum pro-
inde q̄s laborat in acquisitione virtutū si aliūde eas sperādas
putat q̄ a dn̄o virtutū / cuius doctrina seminariū prudētie: cu-
ius misericordia opus iusticie: cuius vita speculum temperan
tie: cuius mors insigne est fortitudinis. Ipsi honor et gloria in
secula seculorum. Amen.

¶ De tribus modis contemplationis circa deū sub fi-gura trium cellarum. Sermo. xxiij.

S
Canti. i.

Introduxit me rex in cellaria sua. Ecce vnde odor
ecce quo curritur. Dixerat quia currendū ⁊ in quo
currendum: sed quo currendū esset nō dixerat. Er-
go ad cellaria curritur: ⁊ currit in odore qui ex ipsis
procedit: spōsa illū solita sua sagacitate presentiē-
te ⁊ cupiēte in ipsius plenitudineꝫ introduci. Uerū de cellarijs
his quid sentiendū putamus? Cogitem⁹ ea interim loca q̄dā
redolētia penes spōsuꝫ: plena odoramētis: referta delicijs. In
istiusmodi nempe officina potiora queq̄ ex horto siue ex agro
seruāda reponuntur. Illuc ergo pariter currūt. Qui? Spiritu
feruentes anime. Currit sponsa: currunt adolescētule: sed que
amat ardentius / currit velocius / ⁊ citius peruenit. Perueniēs
non dico repulsionem: sed nec cunctationē patitur. Sine mo-
ra apit ei: tāq̄ domestice / tāq̄ charissime / tāq̄ specialiter dile
cte ⁊ singulariter grate. Adolescentule autem quid? Sequun
tur a longe. Neq̄ enim cum adhuc infirme sint pari possunt de-
uotione

uotione cum sponsa currere: nec ipsius ovno imitari desideriū et fervorē: ideoqȝ tardius pervenientes / foris remanēt. At charitas spōse non quiescit neqȝ insolescit ut assolet successibus suis ut eas obliuiscat: cōsolās magis ⁊ hortās ad patientiam: quatinus equanimiter ⁊ sui ferant repulsam: ⁊ illi⁹ absentiam. Deniqȝ ⁊ nunciat eis gaudiū qđ percepit: nō ob aliud sane: nisi ut sibi cōgaudeant: dū cōfidāt minime alienū fore a se quicqđ gratie matri accesserit. Nā nec illa ita proficere curat quo ipsa rū negligat curā nec iuuādos suos profect⁹ putat illarū dāno. Quocūqȝ proinde meritorū prerogatiua tollat ab illis charitate absqȝ dubio ⁊ pia sollicitudine necesse est eam semper esse cum illis. Oportet deniqȝ eā sponsum suū imitari: ⁊ petentē ni mirū celos: ⁊ nihilomin⁹ in terris cū suis se fore usqȝ ad cōsummationē seculi pollicētē. Sic ⁊ ista quātūuis pficiat: quātūlibet promoueatur: cura / prouidētia / atqȝ effectu ab his quas in euangelio genuit nūqȝ amouet: nūqȝ sua uiscera obliuiscitur.

A — Ibidem.

Dicat itaqȝ eis. Gaudete: cōfidite. ¶ Introduxit me rex in cellaria sua: putate ⁊ vos pariter introductas. Sola introducta videor: sed soli non proderit. Uestrum omniū est meus ois profectus vobis proficio: vobiscū partibor quicqđ plus forte vobis meruero. Uis indubitāter scire qr in hoc sensu ⁊ affectu locuta sit. Audi quid ille respondeāt. Exultabimus ⁊ letabimur in te. In te inquiunt exultabimus et letabimur: nam in nobis necdum meremur. Et addūt. Memores uberum tuorū: hoc est equanimiter sustinem⁹ dum venias: scientes te plenis ad nos reuersuram uberibus. Tunc nos cōfidimus exultare ⁊ letari: memores interim uberū tuorum. Quod adiūgunt super vinuȝ significāt se adhuc quidem pro sui imperfectione carnaliū desideriorū que vino designantur recordatione pulsari: vinci tamen eadem desideria memoria abūdantie suauitatis quā iam ex uberibus fluentē experte sunt. Dicerem de uberibus / si non me satis dixisse superi⁹ meminissem. Nunc vero vides quomō de matre presumunt / quomodo eius lucra ⁊ gaudia sua reputant: proprie repulse iniuriam illius introductione cōsolantes.

Ibidem. / Ibidem. / Ibidem.

B

Minime ita cōfiderent nisi matrē agnoscerent. ¶ Audiāt hoc prelati qui sibi cōmissis semper volunt esse formidini: utilitati raro. Erudimini qui iudicatis terram. Discite subditorū matres vos esse non debere: nō dominos. Studete magis amari ꝙ metui. Et si interdū seueritate opus est: paterna sit non tyrānica. Matres fouēdo: patres vos corripiendo exhibeatis. Māsuescite: ponite feritatē. Suspēdite verbera / pducite ubera / pectora lacte pinguescāt: nō typo turgeant. Quid, iugū vestrū super eos aggrauatis: quorū potius onera portare debetis? Cur morsus a serpēte paruulus / fugit cōscientiā sacerdotis: ad quē euȝ magis oportuerat tāqȝ ad sinū recurrere matris? Si spirituales estis instruite huiusmodi i spiritu lenitatis: cōsiderās unusquisqȝ seipsum ne et ipse tentet. Alioquin ille in pctō suo morieť: sanguinē autē eius (ait) de manu tua requirā. Sed hec alio.

Ps. ij.

¶ Nunc qm̄ littere cōsequentia ex his que ptaxauim⁹ manifesta est videamus iā de cellariis quid spiritualiter sentire debeamus. In consequētib⁹ mentio fit etiam de orto ⁊ de cubiculo: que ambo nunc adiungo istis cellariis ⁊ in presentē disputationem assumo. Nam simul tractata: melius ex inuicē innotescēt. Et queramus si placet tria ista in scripturis sanctis: ortuȝ cellariū / cubiculum. In ipsis nempe libenter deum sitiēs anima versať ⁊ moratur: sciens se ibi absqȝ dubio inuenturā quē sitit. Sit itaqȝ ortus simplex ac plana hystoria: sit cellariū moralis sensus: sit cubiculum archanuȝ theorice cōtemplatiōis. Et primum quidem hystoriam ad ortum puto non immerito deputaui: qr in ea inueniantur viri virtutū tanqȝ ligna fructifera in orto sponsi et in paradiso dei: de quorum bonis actibus ac moribus quot sumis exempla tot carpis poma. An forte quis ambigat dei esse plantationem bonum hominē: Audi sanctū dauid de viro bono quid canat. Erit (ait) tanqȝ lignum quod plantatum est secus decursus aquarum: quod fructum suum dabit in tempore suo: et folium eius non defluet. Audi hieremiam eodem spiritu concinentem: et eisdem pene verbis. Erit tanqȝ lignum (inquit) quod plātatū est secus decursus aquaruȝ: quod ad humorē mittit radices suas: et nō timebit cuȝ venerit estus. Item propheta. Iustus ut palma florebit: ⁊ sicut cedrus libani multiplicabitur. Et de seipso. Ego autem sicut oliua fructifera in domo dei. Est ergo historia ort⁹: ⁊ ipsa tripertita. Continetur namqȝ in ea celi et terre creatio / reconciliatio et reparatio. Creatio quidē tanqȝ orti satio siue plantatio. Recōciliatio autem quasi germinatio satorum vel plantatorū. Tempore nempe suo rorātibus celis desuper ⁊ nubibus pluētibus iustū aperta est terra ⁊ germinauit saluatorem: p quem facta est celi terreqȝ recōciliatio. Ipse est enim pax nostra qui fecit utraqȝ unū: pacificās in sanguine suo que in terris sunt ⁊ que in celis. Porro reparatio futura est in fine seculi. Erit enim celū nouuȝ et terra noua: ⁊ colligentur boni de medio malorū: tāqȝ fruct⁹ de horto in dei promptuaria reponēdi. In die illa (ut scriptum est) erit germen dñi in magnificentia ⁊ gloria et fructus terre sublimis. Habes igitur tria tempora i horto hystorici sensus.

Eze. iij. — C — Ps. i. — Iere. xvij. — Ps. xci. — Ps. li. — D — Esa. xlv. — Ephe. ij.

In morali quoqȝ disciplina tria eque auertere est: cellas quasi tres in cellario uno. Et idcirco forsitan pluraliter cellaria dixit / ⁊ nō cellariū: cellaruȝ videlicet hūc numerū cogitās. Infra deniqȝ introductā se gloriať in cellā vinariam. ¶ Nos ergo qui legimus: da occasionē sapienti ⁊ sapientior erit: habentes occasionem ex vocabulo: quod spiritussanctus celle huic sensuit imponēdum: reliquis quoqȝ duabus noia imponamus. Aromaticam uni: ⁊ unguentariā alteri. Causas horū vocabulorū videbimus postea. Nunc aduerte cūcta apud sponsum salubria: cuncta suauia reperiri vinum unguēta aromata. Uinū scriptura teste letificat cor hominis. Exhilarari nihilomin⁹ faciē in oleo legis: quo utiqȝ puluis pigmentorū infunditur ut unguēta fiāt. Aromata nō modo grata suauitate odoris: sed vi quoqȝ medēdi utilia sunt. Merito se introductam illuc exultat sponsa: ubi tanta redundat ubertas gratie. Sed habeo ⁊ alia nomina: puto ⁊ euidentiorē sui gerentia rationē. Et ut suo ordine nominētur: primā nūcupauerim discipline: secūdam nature: postremā gratie.

E — Proue. ix — Ps. ciij. — F

¶ In priori discis iuxta ethyce partis rationē inferior eē: i sequēti pari: i posteriore superior: hoc est sub alio / cū alio super aliū. Uel sic Subesse / coesse / pesse. Primo ergo discis eē discipulus scdo socius: tertio et magister. Equidem omnes homines natura equales genuit. At quoniā bono nature i moribus supbia depravato: facti sunt hoies equalitatis impatientes: cōtēdētes inuicē superiores cōstitui: atqȝ alterutrū supergredi cupientes: ⁊ inanis glorie cupidi inuicē inuidētes: inuicem prouocātes. Primo omniū in cella priori iugo discipline insolentia morū domāda est / quousqȝ duris ac diuti⁹ seniorū attrita legib⁹ humilieť ⁊ saneť ceruiciosa volūtas: bonūqȝ in se nature quod superbiendo amiserat: obediendo recipiat: duȝ solo iam naturali affectu: nō metu disciplie cū uniuersis nature sue sociis: idest cū oib⁹ hominib⁹ socialiter ꝙtū in se est: quiereqȝ sese habere didicerit in cellā tandē nature trāsiēs experiensqȝ quod scriptū est. Ecce ꝙ bonū ⁊ ꝙ iocūdum habitare fratres in unū: sicut unguētū i capite. ¶ Accedit nimirū disciplinatis morib⁹ tanqȝ tritis specieb⁹ oleū leticie: bonū nature: ⁊ fit unguentū bonū atqȝ iocundū. Quo quasi unctus redditur homo suauis ⁊ mitis: hō sine qrela: neminē circūueniēs: neminē concutiēs: neminē ledens: nemini se supertollēs: aut preferens: insuper et libēter cōmunicās in rōne dati ⁊ accepti. Puto si bñ intellexisti utriusqȝ celle pprietates non incōgrue me hanc unguentariā: illā aromaticā appellasse testaberis. In illa deniqȝ sicut pigmentorū vires atqȝ fragrantiā pistilli extorquet ⁊ exigit violenta contusio: sic rectorum morum elicit quodāmodo ⁊ exprimit naturalē vim vis magisterii ⁊ districtio discipline. In hac autem voluntarie et tanqȝ innate affectionis grata mansuetudo: sponte officiosa currit instar plane unguenti quod est in capite: ad leuem caloris tactum descēdentis ac diffluentis per totum. Itaqȝ in cella discipline: tanqȝ sicce ac simplices aromatum species continentur: et inde aromaticam eam denominandam putaui.

Ps. cxxxij — G

¶ In ea vero que nature dicta est: quoniam iam quasi confecta reponuntur et seruantur unguenta: nihilominus ex re nomen et ipsa accepit ut unguentaria nuncupetur. Nam vinariam quoqȝ cellam non aliam sane sui nominis arbitror ferre rationem: nisi qr in ea vinum zeli in charitate feruentis reconditur. Nec debet omnino preesse aliis qui in eam necdū meruit introduci. Oportet prorsus hoc vino estuet qui aliis presidet: quemadmodū doctor gentiū estuabat quādo dicebat. Quis infirmať ⁊ ego non infirmor? Quis scandalizať et ego nō uror? Alioquin improbe satis preesse affectas / quibus prodesse non curas: ⁊ quorū non zelas salutem: subiectionem nimis ambitiose vēdicas tibi. Hanc ego cellam quoqȝ gratie noiaui: non qr absqȝ gratia vel reliquas duas obtinere omnino quis possit: sed ob plenitudinē que singulariter in ista pcipitur. Deniqȝ plenitudo legis ē charitas: ⁊ qui diligit fratrē legem impleuit.

H — ij. Cor. xi. — Rom. xiij

¶ Uidisti rationem vocabulorū: vide ⁊ differētiā cellarū. Nec enim paris facilitatis seu facultatis eiusdē est petulātes uagosqȝ sensus atqȝ intēperātē carnis appetitū magistri cōprimere metu: ac rigida discipline cohibere cēsura: ⁊ spōtaneo affectu bñ cū sociis cōuenire: castigatis sub ferula viuere moribus: et sola magistra voluntate gratum paribus gerere morē. Nam neqȝ unius rursum quis dicat esse meriti vel eiusve virtutis / socialiter viuere ⁊ utiliter pesse. Quāmulti deniqȝ sub preceptore quieti viuunt quos si iugo absoluas videas nō posse quiescere: nec se ullo modo equalibus seruare innoxios. Itemqȝ innumeros cernes simpliciter ac sine querela inter fratres cōuersari super fratres non solum inutiliter: sed ⁊ insipienter et nequiter. Quadā siquidem bona mediocritate contenti sunt qui huiusmodi sunt: sicut eis mensuram gratie partitus

I

est deus: minime quidem egentes magistro: nec tamen idonei
K
magisterio. ❡ Priorībꝰ ergo sequentes quidē in morībꝰ ante-
cellunt: sed vtrisqꝫ superiores exīstūt qui superiores esse sciūt
Deniqꝫ et accipiunt in promissione qui bene presunt: constitui
super omnia bona dn̄i sui. At pauci profecto qui vtiliter: pau-
ciores qui ⁊ humiliter presint. Facile tamen vtrumqꝫ adimplet
qui matrem virtutū discretionē perfecte adeptus: vino nihilo
minus charitatis vsqꝫ ad cōtēptū proprie glorie/ vsqꝫ ad sui ip
sius obliuionē: ⁊ non ad querenda que sua sunt debriat: quod
solo ac miro spūsancti magisterio intra cellam vinariam obti-
netur. Virtus siquidem discretionis absqꝫ charitatis feruore
iacet: ⁊ feruor vehemens absqꝫ discretionis temperamēto pre-
cipitat. Ideoqꝫ laudabilis cui neutrū deest quatinus ⁊ feruor
L
discretionē erigat: ⁊ discretio feruorem regat. ❡ Ergo taliter
oportet esse: morarū eū q̄ preest. Optimum autem in moribus
dixerim ⁊ summā discipline huius perfecte apprehendisse: cui
totas has cellas absqꝫ offendiculo percurrere ⁊ circuire dona
tum est: qui in nullo prorsus aut resistat prioribꝰ: aut inuideat
paribus: aut subiectis vel desit in cura vel in superbia presit: ꝓ
latis obediens: socijs congruens: subditis vtiliter condescen
Canti. j.
dens. Quodquidem perfectionis insigne: haud dubius sponse
annuerim. Innuit hoc etiam sermo quem dixit: quia introdu-
M
xit me rex in cellaria sua: dū non in vnam aliquam cellam sed
in cellaria pluraliter se introductam ostendit. ❡ Iam ad cubi-
culum veniamus. Quid ⁊ istud? Et id me p̄sumo scire quid sit?
Minime mihi tante rei arrogo experientiam: nec glorior in pre
rogatiua: que soli seruatꝰ beate spōse: cautus iuxta illud greco
rū scire meipsum vt sciā etiam cum propheta quid desit mihi.
Tamen si nihil omnino scirem: nihil dicerem. Quod scio nō inui
ps. xciij.
deo vobis nec subtraho. Quod nescio: doceat vos q̄ docet ho
minem scientiā. Dixi ⁊ meministis: in theorice contemplatio-
nis archano regis esse querendum cubiculum. Sed quomodo
de vnguentis dixisse me scio: multa videlicet et diuersa pe-
nes sponsam esse: nec oīa presto oībus: sed sua quibusqꝫ pro
diuersitate indulta meritorū: sic quoqꝫ non vnum puto cubicu
lum regi esse/ sed plura. Nam nec vna est regina profecto sꝫ plu
res: ⁊ cōcubine multe sunt: et adolescentularū nō est numerus.
Et vnaqueqꝫ inuenit secretū sibi cum sponso: ⁊ dicit. Secretū
esa. xxiiij.
meū mihi: secretum meū mihi. Nō omnibus vno in loco frui da
tur grata ⁊ secreta sponsi presentia: sꝫ vt cuiqꝫ paratū est a pa-
tre ipsius. Nō enī nos eū elegimꝰ: sed ip̄e elegit nos/ ⁊ posuit
nos: ⁊ vbi ab eo quisqꝫ positus est: ibi est. Denique mulier vna cō
puncta secus pedes domini iesu sortita est locū: cū altera sue
deuotionis fructum ad caput inuenerit: si tamē altera. ❡ Por-
ro thomas in latere. Iohānes in pectore. Petrus in sinu pris.
Paulus in tertio celo: secreti huius gratiā sunt assecuti. Quis
nostrum digne distinguere sufficiat has varietates meritorū
vel potius premiorum? Ne omnino tamen preterisse quod ipsi
nouimus videamur: prior mulier strauit sibi in tuto humilita-
tis: posterior in solio spei. Thomas in solido fidei. Iohannes
in lato charitatis. Paulus in intimo sapientie. Petrus in luce
veritatis. Sic ergo apud sponsum mansiones multe sunt: et si-
ue regina siue cōcubina: siue etiam de numero sit adolescen-
tularū: cōgruū quisqꝫ ꝓmeritis accipit ibi locū: terminūqꝫ quoūsqꝫ
liceat sibi cōtēplando procedere ⁊ introire in gaudiū domini
sui: ⁊ rimari dulcia secreta spōsi: quod suo loco distinctius q̄n-
N
tū dignabitur ipse suggerere demonstrare conabor. ❡ Nūc vo
id nosse sufficiat: nulli adolescentularū: nulli cōcubinarū: nulli
vel reginarū patere omnino accessum ad secretū illud cubicu-
li: quod sue illi columbe formose: perfecte vni vnicū sponsus ser-
uat. Vn̄ nec ego sane indignor: si nō ad illud admittor: p̄sertim
cū constet mihi ne ipsa quidē sponsam interim adhuc ad omne
quod vult peruenire secretū. Deniqꝫ flagitat indicari sibi vbi
Canti. j.
pascat: vbi cubet in meridie. Sed audite quousqꝫ peruenerim
aut me peruenisse putauerim. Nec enim iactantie deputandū
est: qꝺ in vestros pōdo ꝓfectꝰ. Est locus apud spōsum de quo
sua iura decernit ⁊ disponit consilia: ip̄e vniuersitatis guberna
tor leges cōstituēs oī creature: pōdus ⁊ mēsurā ⁊ nūerū. Et lo-
cus iste altꝰ ⁊ secretꝰ: sꝫ minime quietꝰ. Nā ⁊ si ip̄e q̄ntū i se est di
sponit oīa suauiter: disponit tn̄ ⁊ cōtemplantē: qui forte eo lo-
ci peruenerit: quiescere non ꝑmittit: sed mirabiliter q̄uis dele-
ctabiliter rimantem et admirantē fatigat redditqꝫ inquietum.
O
❡ Pulchre vtrumqꝫ in cōsequentibus sponsa exprimit: et dele
ctationē videlicet istiusmodi cōtēplationis et inquietudinē: vbi
et se dormire ⁊ cor suum vigilare fatetur. Nā in somno quidem
suauissimi stuporis placideqꝫ admirationis sentire quietem: in
vigilijs vero inquiete nihilominꝰ curiositatis ac laboriose ex-
ercitationis pati se fatigationem significat. Hinc beatus Iob
Iob. vij.
Si dormiero ait dico quando cōsurgam: ⁊ rursus expectabo
vesperā. Sentis ne in his verbis sanctā animā velle interdum
molestā quodāmō declinare suauitatem: eandēqꝫ rursum sua-
uem molestiam affectare? Non enim dixisset quando consurgā
si ex toto ei quies illa sue contēplationis placuisset: sed ⁊ si ex to
to displicuisset: non denuo expectasset horam quietis: idest ve-
speram. Non igit locus est iste cubiculi: vbi nequaq̄ per omnē
P
modū quiescit. ❡ Est itē locus de quo super rationalē reprobā
quidem creaturā: immobilis vigilat secretissima ⁊ seuerissima
animaduersio, iusti iudicis dei: terribilis in cōsilijs super filios
hominū. Cernitur (inq̄) a timorato cōtēplatore hoc loco deus
iusto sed occulto iudicio suo: reproborū: nec diluens mala/ nec
acceptans bona: insuper ⁊ corda indurās: ne forte doleant ⁊ re
sipiscant ⁊ cōuertant: ⁊ sanet eos. Et hoc nō absqꝫ certa ⁊ eter-
na ratione qꝺ tanto formidolosius cōstat esse quāto immobiliꝰ
fixum extat in eternitate. Pauēdū valde qꝺ in propheta de hu
Esa. xxvi
iusmodi legimus: vbi loquēs ad angelos suos deꝰ: sic ait. Mi-
Ibidem.
sereamur impio. Quibꝰ pauentibꝰ atqꝫ querentibꝰ nō ergo di
scet facere iusticiā? Non (inquit) subdēsqꝫ causam in terra ait)
sanctorū iniqua gessit: ⁊ nō videbit gloriam dn̄i. Timeant cle-
rici: timeant ministri ecclesie qui in terris sanctorū quas possi
dēt tam iniqua gerūt: vt stipendijs que sufficere debeant mini
me contēti: superflua quibus egeni sustentandi forēt: impie sa
crilegeqꝫ sibi retineant: ⁊ in vsus sue supbie atqꝫ luxurie victū
pauperum cōsumere non vereantur: duplici ꝑfecto iniquitate
peccātes: q̄ ⁊ aliena diripiūt: ⁊ sacris in suis vanitatibꝰ ⁊ tur-
Q
pitudinibꝰ abutunt. ❡ Talibus ergo cum impresentiarū par-
cere ac misereri ne in eternū parcat: cuius iudicia abyssus mul
ta aduertit: quis hoc loco requiē querat? Habet hec visio tre
morem iudicij: nō securitatē cubiculi. Terribilis est locus iste
Eccle. ix
et totꝰ expers quietis. Totꝰ inhorrui si quādo in eū raptꝰ sum
Iob. xiij.
illā apud me replicās cū tremore sententiam. Quis scit si est di-
gnꝰ amore an odio? Nec nimirū si titubo ego ibi foliūvtiqꝫ qꝺ
a vēto rapit et stipula sicca vbi et maximꝰ ille cōtēplator suos
quoqꝫ fatetur pene motos fuisse pedes: pene effusos gressus.
R
❡ Et dicebat. Zelaui super iniquos: pacē peccatorū videns qua
Psalm. lxxij.
re: In labore inquit hoim nō sunt ⁊ cū hominibꝰ non flagella
buntꝰ. Ideoqꝫ tenuit eos supbia/ ne humilient ad penitētiā sed
Ibidem.
dānent ꝓpter superbiā cū superbo diabolo ⁊ angelis eius. Nā
qui in labore hominū nō sunt: in labore demonū profecto erūt
Mat. xxv
dicēte iudice. Ite maledicti in ignē eternū: q̄ paratus est dia
gen. xxvij.
bolo ⁊ angelis eiꝰ. Est tamē dei locus ⁊ iste plane non aliud q̄
ps. cx.
domus dei ⁊ porta celi. Hic nempe timeri dicit deꝰ. Hic sanctū
Eccli. j.
et terribile nomē eius: ⁊ tanq̄ ingressus glorie. Initium plane
sapientie timor domini. Nec te moueat q̄ initiū sapientie huic
demus loco dederim et nō priori. Ibi quippe in quoddam qua-
si auditorio suo docentem de omnibus magistram audimus sa-
S
pientiā: hic ⁊ suscipimus. Ibi instruimur quidem: sed hic affi-
cimur. Instructio doctos reddit: affectio sapientes. ❡ Sol nō
omnes quibus lucet etiā calefacit. Sic sapientia multos quos
docet quid sit faciēdū: non cōtinuo etiam accendit ad faciēdū
Aliud est multas diuitias scire/ aliud et possidere: nec notitia
diuitem facit/ sed possessio. Sic prorsus: sic aliud est nosse deū
⁊ aliud timere: nec cognitio sapientē: sed timor facit/ qui ⁊ affi
cit. Tu ne sapientem dixeris quem sua scientia inflat? Quis il
los sapientes nisi insipientissimus dicat: q̄ cum cognouissent
Roma. j.
deum: non tanq̄ deū glorificauerūt/ aut gratias egerūt? Ego
T
magis cū apostolo sentio: qui insipiens cor eorum pronunciat.
❡ Et bene initium sapientie timor domini: quia tunc primum
deus aie sapit: cū eā afficit ad timendum/ non cum instruit ad
sciendum. Times dei iusticiam/ times potentiā: ⁊ sapit tibi iu-
stus ⁊ potēs deus: quia timor sapor est. Porro sapor sapientem
facit: sicut scientia scientem/ sicut diuitie diuitem. Quid ergo
prior locus? Tantū preparat ad sapientiam. Illic prepararis: vt
hic initieris. Preparatio rerū cognitio est. Verū hāc facillime
sequitur elationis tumor: si non reprimat timor: vt merito dica
tur initiū sapiētie timor dn̄i: qui se pesti insipientie primꝰ oppo
nit. Ibi itaqꝫ quidam accessus est ad sapientiā: hic ⁊ ingressus.
Porro nec hic nec ibi speculanti perfecta est quies: quia illic
deus apparet tanq̄ sollicitus: hic tanq̄ turbatus. Nō ergo cu
V
biculum quesieris i his locis: quorū alter auditoriū quasi do-
centis/ alter pretoriū iudicis magis apparet. ❡ Sed est locus
vbi vere quiescens ⁊ quietus cernitur deus: locus omnino nō
iudicis/ non magistri/ sed spōsi: ⁊ qui mihi quidem nā de alijs
nescio plane cubiculū sit: si quādo in illū contigerit introdu-
ci. Sed heu rara hora: ⁊ parua mora. Clare ibi agnoscitꝰ miseri
ps. cxvij.
cordia dn̄i ab eterno ⁊ vsqꝫ in eternum super timentes eum. Et
felix qui dicere potest. Particeps ego sum omnium timentiū
te et custodientiū mandata tua. Stat propositum dei: stat sentē
ps. xxxj.
tia pacis super timentes eum: ipsorū ⁊ dissimulās mala/ ⁊ remu
Rom. iij.
nerans bona: vt miro modo eis non modo bona: sed ⁊ mala co
Rom. viij
operētur in bonū. O solus vere beatus cui non imputauit do
minus peccatū: nam qui non habuerit peccatū: nemo. Omnes
enim peccauerunt: et omnes egent gloria dei. Quis accusabit

tamen

tamē aduersus electos dei?Sufficit mihi ad oēm iusticiā solū
habere ꝓpicium cui soli peccaui. Omne quod mihi ipse nō im
putare decreuerit:sic est quasi nō fuerit. Non peccare dei iusti
cia est:hominis iusticia/indulgētia dei. Uidi hec ⁊ intellexi il=
lius sententie veritatē:omnis qui natus est ex deo/nō peccat
qꝛ generatio celestis seruat eum. Generatio celestis eterna ꝑ=
destinatio est:qua electos suos deus dilexit et gratificauit in
dilecto filio suo ante mundi cōstitutionē:sic in sancto apparen

ps.lxij.

tes sibi vt viderent ꝟtutē suam:⁊ gloriā suam:quo eiꝰ forent

A

consortes hereditatis:cuius ⁊ apparerēt cōformes imaginis.
¶ Hos ergo aduerti quasi nunꝗ̄ peccasse:qm̄ et si qua delicta
se vident in tempe:nō apparēt in eternitate:quia charitas pa=
tris ipsorum cooperit multitudinem peccatorum:⁊ dixi beatos

ps.xxxi.

quorum remisse sunt iniquitates/⁊ quorum tecta sunt peccata.
cum subito tanta mihi quoqꝫ de me suborta fiducia ⁊ infusa le
ticia est:quātus certe in loco horroris idest in loco secunde vi
sionis nō precesserat timor:ita vt mihi visus sim tanꝗ̄ vnus ex

ps.cv.

illis beatis esse. O si durasset. Iterum iterūqꝫ visita me domi=
ne in salutari tuo:ad videndum in bonitate electorum tuorum
ad letandū in leticia gentis tue. O vere quietis locus/et quē
non imerito cubiculi appellatiōe censuerim:in quo deꝰ nō qua
si turbatus ira/nec velut distentus cura prospicitur:sed ꝓbat
voluntas eius in eo bona ⁊ beneplacens ⁊ perfecta. Uisio ista nō
terret sed mulcet: inquietā curiositatē non excitat/sed sedat:
nec fatigat sensus sꝫ trāquillat. Hic vere quiescitur. Trāquil
lus deus trāquillat omīa:⁊ quietū aspicere quiescere est. Cer=
nere est regē post diurnas forentiū quasi lites causarū/ dimis=
sis a se turbis curarū molestias declinantē:petentē/ de nocte
diuersorium:cubiculum introeuntem cum paucis/quos hoc se=
creto et hac familiaritate dignat(eo certe securius quo secre

B

tius)quiescentē eo serenius se habētem quo placidius solos
intuentē quos diligit. ¶ In hoc archanū et in hoc sanctuariū
dei:si quem forte vestrū aliqua hora sic rapi ⁊ sic abscondi cōti
gerit:vt minime auocet aut ꝑturbet/vel sensus egens/vel cu=
ra pungens/vel culpa mordens:vel ea certe que difficiliꝰ amo

Canti.i.

uētur irruētia imaginū corporearū fantasmata: poterit quidē
hic cū ad nos redierit gloriari ⁊ dicere. Introduxit me rex in
cubiculum suum:qꝺ tamen an ipsum sit de quo exultat sponsa
non temere affirmauerim. Est tamē cubiculū ⁊ cubiculū regis
Quia nimirum de tribus quos triplici assignauimꝰ visioni:so=
lus factus est in pace locus iste. Ut enim aperte monstratū est
⁊ in priori exigua:et in secūdo nulla percipit quies:cum et il=
lic apparens admirabilis:ad indagādi studiū exerceat curiosi
tatem: et his innotescēs terribilis:infirmitatem cōcutiat. At
vero tertio isto in loco nō plane terribilis:nec tam admirabi=
lis ꝗ̄ amabilis apparere dignat:serenus et placidus/suauis
et mitis:et multe misericordie omnibus intuētibꝰ se. Iam vt
horum que de cellario/horto/cubiculo/lōgiori sunt disputata
sermone memoria vestra cōpēdiū teneat:mementote triū tem=
porū/triū meritorum/triū quasi premiorū. In horto aduerte tē=
pora:merita in cellario:premia in triplici illa cōtemplatione cu
biculū ingrentis. Et de cellario ꝗdē ista sufficiāt. Porro de or
to vel cubiculo si qua addēda aut alia forte ꝗ̄ dicta sint modo
aduertenda occurrerint:loco suo non preteteamꝰ. Sin autem
sufficiant que dicta sunt/et minime iterentur:ne vnꝗ̄ in fastidi
um(qꝺ absit) veniant ea que ꝓferuntur ad laudem ⁊ gloriā spō
si ecclesie dn̄i nostri iesu christi. Qui est super omnia deus be=
nedictus in secula. Amen.

S

**¶ Hic ostenditur qualiter beatus bernardus diu distu
lerit prosequi presens opus ꝓpter scisma quod in eccle
sia suscitauerat petrus leonis cōtra verū papā innocen
tium secundū:tandem diuina clemētia suffragāte:btūs
bernardꝰ ipm̄ scisma sedauit:⁊ omnes ecclesie aduersa
rios(mortuo petro leone)cum papa innocentio pacifi=
cauit:et postmodum ad opus hoc quod intermiserat re
pedauit.**

Sermo.xxiiij.

C

HOc demū tertio fratres reditū ab vrbe nostrū cle=
mentior oculus e celo respexit:⁊ vultus tandē se=
renior desup arrisit nobis:quieuit leonina rabies:⁊
finem accepit malicia:ecclesia pacē recepit. Ad ni
hilum deductus est in cōspectu eius malignus qui
eam per hoc ferme octenniū diro scismate conturbarat. Nunc
vero ego gratis de tātis ꝑiculis ero redditus vobis. Uestris
desideriis donatus sum:vestris me profectibus paro:quorum
viuo meritis:volo viuere studijs et saluti. Ecce dudum cepta
in canticis me exequi vultis:libenter quidem accipio/⁊ dignū
arbitror interruptū potius resarcire sermonem ꝗ̄ noui ordiri
quippiā. Uereor aūt ne dissuetū per id tēporis animū ⁊ disten=
tū diu habitū:non solū ad tā diuersa:sed etiā ad tā indigna di

gnitas materie ꝓut/oportet nō admittat. Sꝫ si qꝺ habeo: hoc
vobis do:poterit ⁊ fideli obsequio meo deꝰ etiā qꝺ nō habeo
dare vt dē. Si nō culpet sane ingeniū nō voluntas. Locus au

Canti.i.

tem vnde incipere debemus(nisi fallor)iste est. Recti diligunt
te. Quod anteꝗ̄ explanare incipiamus quid sit/videamus cu=
ius sit:quisnam hoc videlicet dicat. A nobis nāqꝫ exigit quod
auctor nō loquit. Et fortasse melius adolescentulis id damus

D

vt suis verbis ⁊ hoc addant. ¶ Recti diligūt te. Et cui hoc po
tissimū persone cōgruere iudicamus? Si adolescentulis: ma=

Ibidem.

tri sine dubio id loquuntur. Si quidem cum dixissent ei. Exul
tabimus et letabimur in te:memores vberum tuorum super vi
nū:nec dubiū quin matri loquerentur/cōtinuato sermone hoc
quoqꝫ inferunt: recti diligunt te:puto propter aliquas de nu
mero ipsarū que nō idē saperēt:licet pariter currere viderent/
que sua sunt querentes:⁊ non ambulātes simpliciter neqꝫ since
re sed speciali glorie matris inuidentes:⁊ captātes occasionem
murmurandi aduersus eā:et eo nimirū ꝙ sola in cellaria intro

ij.cor.xi.

isset. Quod non est aliud nisi qꝺ aplꝯ ait:periculū in falsis fra
tribus. Ipse sunt deniqꝫ quibus exprobrātibus subinde pro se

Canti.i.

satisfacere cogit:vbi eis ita respondet. Nigra sum sed formo=
sa filie hierusalē. Itaqꝫ ꝓpter murmurantes ⁊ blasphemātes
dicitur ab his que bone/que simplices/que humiles/⁊ māsue
te sunt. Ab his(inꝗ̄)dicit sponse/cōsolandi gratia: recti dili=

E

gunt te. ¶ Non sit tibi(inquiūt)cura de iniqua reprehensione
balsphemiarum harū:cū cōstet qꝛ recti diligunt te. Bona profe
cto consolatio cū blasphemamur a malis benefaciētes:si recti
diligant nos. Omnino sufficit aduersus os loquentiū iniqua/

ps.xxxiij.

opinio bonorū cum testimonio cōsciētie. In dn̄o laudabit aīa
mea:audiant mansueti ⁊ letentur. Mansueti(inquit)letentur:
māsuetis placeam:⁊ equanimiter audio quicquid in me iacta=

F

re voluerit liuor perditarū. ¶ Ergo in hoc sensu puto appositū
recti diligunt te. Nec absurde/vt estimo:cū vbiqꝫ pene in cho=
ro adolescentularū tales inueniā que acta sponse curiose obser
uent:derogandi nō imitandi causa. Torquent in bonis senio=
rū suorū malis pascunt. Uideas ambulare seorsum:cōuenire si
bi ⁊ sedere pariter:moxqꝫ laxare procaces linguas in detestan
dū susurriū. Una vni coniungitur:nec spiraculū incedit in eis:
tanta est libido detrahendi:audiendive detrahentem. Ineunt
familiaritatem ad maledicēdum:cōcordes ad discordiam. Cō
ciliāt inter se inimicissimas amicitias ⁊ pari consentanee ma=
lignitatis. Affectu celebrat odiosa collatio. Haud secus ege=
re quondā herodes ⁊ pylatus:de quibus narrat euangeliū:qꝛ

i.Cor.xi.

facti sunt amici in illa die:hoc est die dominice passionis. Cō=
uenientibꝰ sic in vnū:non est dominicā cenam manducare:sed
magis propinare ⁊ bibere calicem demoniorum:dū importātibꝰ
linguis aliorū perditionis virus:aliorū aures intrantē mortē

Hiere.ix.

libēter excipiūt. Sic quippe iuxta ꝓphetā:intrat mors ꝑ fene
stras nostras:cum prurientes auribꝰ ⁊ oribꝰ:letale poculū de=

G

tractionis inuicem nobis ministrare cōtendimꝰ. ¶ Nō veniat
anima mea in consilio detrahentiū:quoniā deus odit eos dicē

Rom.i.

te aplꝯ. Detractores deo odibiles. Quā sententiā deꝰ ipse lo=

Psalm.c.

quēs in psalmo:audi quō affirmat. Detrahentē(inquit)proximo
suo:hunc persequebar. Nec mirū cum id precipue vitiū chari=
tatem que deus est:et quidē ceteris acrius impugnare et per=
sequi cognoscatur:quemadmodum vos quoqꝫ potestis aduer=
tere. Omnis qui detrahit:primū ꝗdem seipsum prodit vacuū
charitate. Deinde ꝗd aliud detrahendo intendit:nisi vt is cui
detrahit veniat in odium vel cōtemptū ipsis apud quos detra
hit. Ferit ergo charitatē in oībꝰ qui se audiunt lingua maledi=
ca:et quantum in se est necat funditus et extinguit. Non solū
autem sed et in absentibus vniuersis ad quos volans verbum
forte per eos qui ꝑsentes sunt ꝑuenire contigerit. Uides ꝗ̄ fa=
cile ⁊ in breui ingētem multitudinē animarum velociter currens
sermo/tabe malicie huius inficere possit? Propterea dicit de

ps.xiij.

talibus propheticus spiritus. Quorum os maledictiōe ⁊ ama
ritudine plenum est:veloces pedes eorum ad effundendū san=

Ibidem.

guinē. Utiqꝫ tam velociter currit sermo. Unus est qui loquitur
et vnum tantum verbum profert:et tamen illud vnum verbum
vno in momento multitudinis audientium dum aures inficit
aīas interficit. Cor siquidē felle liuoris amarū ꝑ ligue istrumē

Luce.vi.

tū spargere nisi amare nō pōt:dicente dn̄o. Ex abūdantia cor
dis os loquitur. ¶ Et sunt species pestis huius:dum alij qui=

H

dem nude atqꝫ irreuerenter vti in buccam venerit:virus euo=
mant detractionis. Alij autem quodam simulate verecundie
fuco cōceptam maliciam quam retinere non possunt adumbra
re conantur. Uideas premitti alta suspiria:sicqꝫ quadam cum
grauitate et tarditate:vultu mesto/demissis supercilijs/et vo
ce plāgēti egredi maledictionē:⁊ quidē tanto persuasibiliorē
ꝗ̄to creditur ab his qui audiunt corde inuito et magis condo
lentia affectu ꝗ̄ maliciose proferri. Doleo(inquit)vehementer
pro eo ꝙ diligo eum satis:et nunꝗ̄ potui de hac re corrigere

eum. Et alius. Mihi quidem (ait) bene compertū fuerat de il lo istud: sed per me nunq̄ innotuisset. At quoniam per alterum patefacta est res: veritatem negare non possum dolens dico: reuera ita est. Et addit. Grande damnum: Nam alias quidem in pluribus valet: ceterum in hac parte (vt verum fateamur) excusari minime potest. ¶ His paucis aduersus malignissimū vitium commemoratis reuertamur ad explanandi ordinem: et demonstremus qui sint hoc loco intelligendi recti. Non enim arbitror sentire quēpiā recte intelligentie: fm corpus rectos di ci eos qui sponsam diligunt. Propterea demonstrāda a nobis est spūalis: idest anime cordisve rectitudo. Spiritus est qui lo quit: spūalibus spūalia cōparās. Ergo fm animū nō fz terrenā et feculentā materiam deus hominē rectum fecit. Ad imaginē quippe ꝛ similitudinē suā creauit illū. Ipse vero quemadmodū psallis: rectus dñs deus noster: ꝛ non est iniqtas ī eo. Rectus itaq̄ deus: rectum fecit hominē similē sibi: idest sine iniquita te: sicut non est iniquitas in eo. Porro iniquitas cordis est, non carnis vitium: vt per hoc nouerit in spirituali portione tui ꝛ nō in crassa luteaq̄ substantia dei similitudinem conseruandā fo re siue reparandam. Spiritus enim est deus: ꝛ eos qui volunt similes ei vel perseuerare vel fieri oportet intrare ad cor: atq̄ in spiritu id negociū actitare: vbi reuelata facie speculātes glo riā dei in eandem imaginem transformētur, de claritate in cla ritatem: tanq̄ a dñi spiritu. Quāq̄ ꝛ corporis staturam dedit homini deus rectam forsitan vt ista corporea exterioris viliorisq̄ rectitudo figmenti: hominem interiorem illuz qui ad ima ginem dei factus est: spiritualis sue seruande rectitudinis ad moneret: ꝛ decor limi deformitatem argueret animi. Quid em̄ indecentius q̄ curuum recto corpore gerere animum. Peruer sa res est ꝛ feda: luteū vas quod est corpus de terra, oculos ha bere sursum: celos libere suspicere: celorūq̄ luminaribus oble ctare aspectus: spiritualem vero celestemq̄ creaturam suos econtrario oculos: idest internos sensus atq̄ affectus trahere in terram deorsum: ꝛ que debuit nutriri in croceis, herere luto tanq̄ vnam de suibus amplexariq̄ stercora. ¶ Erubesce aia mea diuinam in pecorinaz cōmutasse similitudinem. Erubesce voluntari in ceno que de celo es. Erubesce anima (ait corpus) in mei consideratione. Creata similis creanti recta: me quoq̄ accepisti adiutorium simile tibi vtiq̄ fm linimenta corporee rectitudinis. Quocunq̄ te ṽtas: siue ad deū sursuz siue ad me deorsum (nemo siquidem carnem suā vnq̄ odio habuit) vbiq̄ occurrit tibi species decoris tui: vbiq̄ ꝓ statu tue dignitatis habes de magisterio sapientie familiarem admonitionez. Me ergo meam quā tui gratia accepi retinente ꝛ seruante peroga tiuam: tu quomodo non confunderis amisisse tuam. Cur suam in te conditor intuetur abolitam similitudinem: cū tuam in me tibi conseruet assidueq̄ representet? Iam omne adiutoriuz qd tibi ex me debebatur vertisti tibi in cōfusionem: abuteris ob sequio meo, indigne humanum corpus inhabitas brutus ꝛ be stialis spūs. ¶ Huiusmodi ergo curue anime nō possunt dilige re sponsam: quoniam non sunt amice sponsi: cū sint mūdi. Qui vult (inquit) amicus esse huius mundi: inimicus dei constituit. Ergo querere ꝛ sapere que sunt super terrā: curuitas anime est ꝛ e regiōe meditari ac desiderare q̄ sursum sunt, rectitudo. Et hanc rectitudinem vt sit perfecta in omnibus, inueniri necesse est sensu atq̄ consensu. Illum vero rectum corde dixerim: qui ꝛ recte in omnibus sentiat, ꝛ a recto quod senserit: in nullo dis sentiat. Ecce de quibus dicit ad spōsaz: recti diligunt te. Qui videlicet in omnib⁹ ꝛ recte ꝛ recto acquiescunt. ¶ Rectum re uera te dixerim si recte in omnibus sentias ꝛ factis non dissen tias. Inuisibilis animi statum nūciet fides ꝛ actio. Rectum iu dicaris si fide catholicū ꝛ iustū opere probaueris. Si quominus curuum censere non dubites. Sic nempe habes. Si recte of fers ꝛ recte non diuidis, peccasti. Recte quidem quodcūq̄ ho rum offero: recte autem ab alterutro ea non diuidis. Noli esse rectus oblator ꝛ prauus diuisor. Quid diuidis actum a fide? Inique diuidis, fidem perimens tuam. Nam fides sine operi bus mortua est. Munus mortuuz offers deo? Si em̄ queda aia fidei ipsa deuotio est: quid fides que non operatur ex dilectio ne nisi cadauer exanime? Bene honoras deum munere fetido, bene placas tue fidei interfector? Quomodo hostia pacifica: vbi tam seua discordia est? Non miruz si cayn insurrexit in fra trem: quisquam prius occiderat fidem: quid miraris o Cayn si ad tua non respicit munera qui te despicit? Nec hoc mirum si non respicit ad te: qui ita diuisus es in te. Si manum deuo tioni: quid animum das liuori? Non concilias deum tibi: dis scors tecum. Non placas sed peccas: et si nondum quidem imple feriendo: sed tamen diuidendo non recte. Et si necdum fratricida: iam tamen fidecida teneris. ¶ Nunquid rectus vel quando manum porrigis deo: cuius cor in terram trahit liuor et fraternuz odium? Quomodo rectus cuius fides mortua: cu ius opus mors: cuius nulla deuotio, amaritudo multa. Erat quidem in offerēte fides: sed non in fide dilectio. Recta obla tio: sz crudelis diuisio. Mors fidei est separatio charitatis. Cre dis in christū: fac christi opera vt viuat fides tua. Fidem tuam dilectio animet: probet actio. Non incuruet terrenum opus: quem fides celestium erigit. Qui te dicis in christo manere: debes sicut ipse ambulauit et tu ambulare. Qz si propriam gloriam queris, florenti inuides: absenti detrahis: reponis ledenti te. Hoc christus non fecit. Confiteris te nosse deū: fa ctis autem negas. Non recte plane, sed imple linguam christo animā dedisti diabolo. Audi ergo qd dicat. Homo iste labijs me honorat: cor autem ei⁹ longe est a me. Non es profecto re ctus: qui tam non recte diuidis. Nō potes attollere caput pres sum diaboli iugo. Non te surrigere preualeas cui dñanf iniqtas. Iniqtates tue sup gresse sūt caput tuūz sic on⁹ graue grauate sunt super te. Iniqtas deniq̄ sedet super talentū plūbi. Uides q̄ non faciat hominē rectum: fides etiam recta que nō operatr ex dilectione? At qui sine dilectione est: non habet vnde dili gat sponsam. ¶ Sed nec opera q̄uis recta: rectum cor efficere sufficiunt sine fide. Quis enim rectum dicat hominem: non placentē deo? Sine fide autē impossibile est placere deo. Qui non placet deo: nō potest illi placere deus. Nam cui placet de us deo displicere non potest. Porro cui nō placet de⁹ nec spon sa eius. Quomodo ergo rectus qui nec deum diligit nec eccle siā dei cui dicitur: recti diligunt te? Si ergo nec fides sine ope ribus: nec opera sine fide sufficiunt ad animi rectitudinē nos qui in christum credim⁹ fratres rectas studeamus facere vias nostras ꝛ studia nostra. Leuemus corda nostra cum manibus ad deuz: et toti recti inueniamur fidei nostre rectitudinem: re ctis actibus comprobātes: dilectores sponse: dilecti a spōso ie su christo domino nostro: q̄ est de⁹ benedictus ī secula. Amen.

Ps. xc. — Ephe. v. — Iaco. iiij. — Iaco. ij. — Gen. iiij. — Titu. i. — Mar. vij. — p. xxxvij. — Heb. xi. — Canti. i.

¶ De nigredine et formositate sponse. i. ecclesie quid sint. Sermo. xxv.

Ecce quod dixeram in sermone: quia emulis lacessen tibus sponsa respondere cogatr que corpore quidem de numero adolescētularū esse videntur animo autem longe sunt. Ait nempe. Nigra sum sed formosa filie hierusalem. Patet q̄ detraherent ei nigredinem impropēran tes. Sed aduerte sponse patientiam ac benignitatē. Non mo do enim non reddidit maledictum pro maledicto: sed insuper bñdixit: filias hierlm vocās q̄ magis ꝓ sua nequitia filie babi lōis vl filie baal aut si qd alid nomē iproperij occurrisset, appel lari meruerāt. Sane didicerat a ꝓpheta: immo ab ipsa vnctio ne que docet suauitatē: calamū cassatum non conterendū: ꝛ li num fumigans non extinguendū. ¶ Propterea non putauit amplius irritādas satis cōmotas per se nec quicq̄ addendum stimulis inuidie qua torquebanf. Magis autem cum his q̄ ode runt pacem studuit esse pacifica: sciēs se etiam insipientib⁹ de bitricem. Maluit ergo ipsas fauorabili demulcere vocabulo: quia cure fuit ei infirmarum potius operā dare saluti q̄ ꝓprie vltioni. Omnibus quidem optanda est ista pfectio: proprie au tem optimorum forma est platorum. Sciunt quippe boni fide lesq̄ prepositi lāguentiuz sibi creditam aiaruz curā nō pompā. Cunq̄ internū murmur cuiuspiā illarum querule vocis indicio deprehendunt: et si in ipsos vsq̄ ad conuitia et cōtumelias ꝓ rūpentis: medicos se et non dños agnoscētes parant cōfestim aduersus frenesim anime non vindictam, sed medicinā. Hec igitur ratio cur spōsa filias hierusalem dicat eas ipsas quas maliuolas sustinet atq̄ maledicas: videlicet vt ī blando sermo ne deliniat murmurātes: ꝓmotionē sedet: sanet liuorē. Scriptū est enim Lingua pacifica compescit lites. Alioquin filie reuera hierusalē quodāmodo sunt q̄ hmōi sunt: nec falso ita eas nomi nat spōsa. Siue em̄ ꝓpter sacramēta eccl'ie q̄ indifferēter qdē cū bonis suscipiūt: siue propter fidei eque cōmunē cōfessionez siue ob fideliū corporalē saltem societatem: seu etiam propter spem future salutis: a qua omino nō sunt q̄diu hic viuūt: vel ta les desperāde q̄tumlibet viuant desperate: non incongrue fi lie hierusalē nominanf. ¶ Uideamus iam quid illud fuerit di cere: nigra sum sed formosa. Nulla in his verbis repugnantia est. Absit. Propter simplices dico qui inter colorē ꝛ formā dis cernere nō nouerūt: cū forma ad cōpositionē pertineat: nigre do color sit. ¶ Non omne deniq̄ qd nigrū est: cōtinuo deforme est. Nigredo (verbi causa) in pupilla nō dedecet. Et nigri qui dam lapilli in ornamētis placent. Et nigri capilli cādidis vul tibus etiam decorem augent ꝛ gratiam. Sic tibi quoq̄ facile aduertere est in reb⁹ innumeris. Q̄q̄ sine numero sunt q̄ in sup ficie quidem reperies decoloria: in compositione vero decora. Tali fortassis mō potest sponsa cum pulchritudine vtiq̄ com positionis: neuo nō carere nigridinis, sed sane in loco peregri nationis sue. Alioquin erit cū eā sibi in patria exhibebit spon sus gloriē

Canti. i. — Esa. xlij. — ps. cxix. — puer. xv.

sue glorie gloriosam:non habētem maculā aut rugam aut ali=
quid huiusmodi. At vero nūc si diceret:q nigredinē nō habe=
ret:seipsam seduceret/ꝛ veritas in ea nō esset. Quāobrē ne mi
reris q dixit:nigra sum:ꝛ rursum nihilominus q formosa sit
gloriatur. Quomodo enim nō formosa cui dicitur. Ueni formo
sa mea? Cui aūt dicitur veni/nondum peruenerat:ne forte qs
putet hoc dictū/non quidē huic nigre que adhuc laborat veniē
do in via:sed beate illi q iam prorsus absq nigredine regnat
in patria. ¶ Sed audiamus vnde nigram et vnde formosam se
dixerit. An nigram quidē ob tetrā conuersationem/quā prius
habuit sub principe huius mūdi:imaginem terrestris hominis
adhuc portās formosam āo de celestis similitudīe quā postea
cōmutauit ābulans iā in nouitate vite? Sz si hoc est:cur nō ma
gis de preterito nigra fui:ꝫ nō nigra sū dicit. Si cui tū placet hic
sensus:id qd sequitur:sicut tabernacula cedar:sicut pelles sa=
lomonis:sic oporteret itelligi,vt de veteri quidez conuersatiōe
cedar:de noua vero salomonis se dixerit tabernaculū. Hoc em
esse pelles qd tabernaculū pphēta ostēdit dicens. Repēte va=
stata sunt tabernacula mea:subito pelles mee. Prius igitur ni
gra sicut vilissima tabernacula cedar:postea formosa sicut pel
les gloriosi regis. ¶ Sed videamus quomō ad statū pori⁹ vi=
te potioris vtrūq respiciat. Si consideremus habitū exterio=
rem sanctorū eoz qui in facie est:q sit humilis vtiq ꝛ abiect⁹/
ꝛ quadam neglectus incuria:cū tamen idētidem intus reuela=
ta facie gloriam dei speculātes/in eādem imaginem transfor=
mentur de claritate in claritatē/tanq a dn̄i spiritu:nonne vna
quelibet talis anima merito nobis videbit posse respōdere ex
probrantib⁹ sibi nigredinē:nigra sum sed formosa? Uis tibi de
niq demonstrē animā ꝛ nigram pariter ꝛ formosam? Epistole
(inquiunt) graues sunt:sed presentia corporis infirma:ꝛ sermo
cōtemptibilis. Paulus hic erat. Ita ne paulū o filie hierusalē
de presentia corporis estimatis:et tāq decolorē deformēq cō
temnitis:quia cernitis homūculū affligari in fame ꝛ siti:in fri
gore ꝛ nuditate:in laborib⁹ plurimis:in plagis supra modum
in mortibus frequenter? Hec sunt que denigrant paulum. Pro
huiusmodi doctor gentium reputatur inglorius/ignobilis/ni
ger/obscurus:tāq deniq peripsima huius mūdi. Enuero nō
ne ipse est qui rapitur in paradisum:q vnū alterūq perābulans
vsq ad tertiū sui puritate penetrat celū? O vere pulcherrima
aīa quā ꝛ si infirmū inhabitantē corpusculū pulchritudo cele=
stis admittere nō despexit:angelica sublimitas nō reiecit:cha
ritas diuina non repulit:hanc vos dicitis nigrā? Nigra est sed
formosa filie hierusalē. Nigra vestro formosa diuino angelico=
q iudicio. Et si nigra est forinsecus est. Sibi autē pro minimo
est vt a vobis iudicet:aut ab his qui sm faciem iudicāt. Homo
siquidē videt in facie:deus autem intuetur cor. Propterea ꝛ si
nigra foris sed intus formosa:vt ei placeat cui se probabit. Nō
em vobis/quib⁹ si adhuc placeret:christi seruus non esset. Fe=
lix nigredo que mentis candorem parit/lumen scientie/consci
entie puritatē. ¶ Audi deniq quid per prophetā deus promit
tat istiusmodi nigris:quos aut humilitas penitētie aut chari=
tatis zelus:tāq solis est⁹ decolorasse videt. Si fuerit (ait) pctā
vestra vt coccinū quasi nix dealbabunt:ꝛ si fuerint rubra quasi
vermiculus/velut lana alba erunt. Non plane contēnenda in
sanctis ista nigredo extera/que cādorem operatur internū:ꝛ se
dem perinde preparat sapiētie. Candor est enim vite eterne sa
pientia:vt sapiens diffinit:ꝛ candidam oportet esse animam in
qua ipsa sedē elegerit. Qz si anima iusti sedes ē sapiētie:haud
dubie dixerim animā iusti esse candidā:ꝛ fortassis iusticia ipsa
candor est. Iustus autē erat paulus cui reposita fuerat corona
na iusticie. Cādida proinde pauli anima erat:ꝛ sapientia sede=
bat in ea:ita vt sapientiā loqueretur inter perfectos:sapientiā
in mysterio absconditam:quā nemo principum mundi huius
agnouit. Porro hunc in eo sapientie iusticieq candorem nigre
do illa exterior de presentia corporis infirma: de laboribus
plurimis:de ieiunijs ac vigilijs multis:aut operabatur aut p=
merebatur. Ideoq et qd nigrum est pauli:speciosius est omni
ornati extrinseco:omni etiam regio cultu. Non comparabitur
ei quelibet pulchritudo carnis:non cutis vtiq nitida ꝛ arsu=
ra:nō facies colorata vicina putredini:non vestis preciosa ob
noxia vetustati:non auri species/splendorve gemmarum seu
queq talia:que omnia sunt ad corruptionem. ¶ Merito pro=
inde ois cura sanctoꝝ:spreto ornatu cultuq superfluo exterio
ris sui hois qui certe corrūpit:omni se diligētia prebet ꝛ occu
pat excolendo ac decorando interiori illi qui ad imaginem dei
est:ꝛ renouat de die in diē. Certi sunt em deo nō posse eē qcq
acceptius imagine sua:si proprio fuerit restituta decori. Pro=
pterea ꝛ omnis gloria eorum intus non foris est:hoc est non in
flore feni:aut in ore vulgi:sed in domino. Un̄ et dicunt. Gloria
nostra hec est/testimoniū conscientie nostre:q cōscientie sol⁹
sit arbiter deus:cui soli placere desiderant:ꝛ cui placere sola
vera ꝛ summa gloria est. Non mediocris plane gloria illa que
intus est:in qua gloriari dignatur et dn̄s glorie:dicente dauid
Omnis gloria eius filie regis ab intus. Et tutior sua cuiq
gloria:dum habet eā in semetipso:et non in altero. At non in
solo fortassis candore interno sed in exteriori quoq nigredi=
ne gloriādū:ne qd omnino sanctis deperat:sed omnia coope
rent in bonum. Non solum igit in spe:sed et gloriari in tribu=
lationibus libenter (ait) gloriabor infirmitatibus meis:vt in=
habitet in me virtus christi. Optanda infirmitas:que christi
virtute cōpensatur. Quis dabit mihi non solum infirmari:sed
et destitui ac deficere penitus a memetipso:vt dn̄i virtuti vir=
tute stabiliar? Nā virtus in infirmitate perficitur. ¶ Deniq ait
Quādo infirmor:tūc fortis sum ꝛ potēs. Quod cum ita sit:pul
chra sponsa conuertit sibi ad gloriam:quod ei pro opprobrio
ab emulis intorquet:non modo formosam sed et nigrā esse se
gloriās. Nō em erubescit nigredinem:quā nouit precessisse et
in spōso. Cui similari qnte etiā glorie est? Nil sibi gloriosi⁹ pin
de putat q xpi portare opprobriū. Unde vox illa prorsus exul
tationis ꝛ salutis. Absit mihi gl'iari nisi in cruce dn̄i mei iesu
christi. Grata ignominia crucis ei qui crucifixo ingratus non
est. Nigredo est:sed forma ꝛ similitudo dn̄i. Uade ad sanctum
Esaiam:ꝛ describet tibi qualem in spiritu illum viderit. Quē
nāq alium dicit virum doloris et scientem infirmitatem:ꝛ q
non erat ei species neq decor? Et addidit. Nos putauim⁹ eū
tanq leprosum:et percussum a deo ꝛ humiliatum. Ipse autem
vulneratus est propter iniquitates nostras:et attritus est pro=
pter scelera nostra:ꝛ liuore eius sanati sum⁹. ¶ Ecce vn̄ niger.
Iunge ꝛ illud sancti dauid. Speciosus forma pre filijs homi=
num:et habes totū in sponso quod sponsa de se hoc in loco te=
stata est. Num tibi recte ꝛ ipse videtur sm ea q dicta sunt emu=
lis posse respondere iudeis:niger sum sed formosus filij hieru
salē? Niger plane:cui nō erat species neq decor. Niger:q ver
mis ꝛ non homo:opprobrium hominum ꝛ abiectio plebis. De=
niq seipsum fecit peccatum:et nigrū dicere verear? Intuere
sane pānis sordidum:plagis liuidum:illitum sputis:pallidum
morte:ꝛ nigrum vel tunc profecto fatebere. Percūctare etiam
apostolos eūdē ipsum qualem in monte perspexerint:aut cer=
te angelos in qualē pspicere cōcupiscāt/ꝛ nihilominus formo
sum mirabere. ¶ Ergo formosus in te:niger propter te. Qz for
mosum ꝛ in mea forma te agnosco dn̄e iesu:nō ob diuina tan
tum qb⁹ effulges miracula:sed ꝛ pter veritatem ꝛ mansuetu
dinē et iusticiā. Beatus qui te in his hominem inter homines
conuersantem diligenter obseruās seipsum prebet p viribus
imitatorem tui. Hoc iam beatitudinis munus formosa tua pri
mitias sue dotis accepit nec quod formosum est tui imitari pi
gra:nec quod nigrum sustinere cōfusa. Unde ꝛ dicebat. Nigra
sum sed formosa filie hierusalē. Et addidit similitudinē:sicut
tabernacula cedar:sicut pelles salomōis. At istud obscurū est
nec attingendū omnino fatigatis. Habetis tempus ad pulsan
dum. Si non dissimulatis:aderit qui reuelat mysteria. Nec cū=
ctabitur aperire:qui ꝛ ad pulsandum inuitat. Ipse est enim qui
aperit:ꝛ nemo claudit:sponsus ecclesie iesus christus dn̄s no=
ster:qui est benedictus in secula seculorū. Amen.

¶ Sermo.xxvj.in quo beatus bernardus interserit planctum et merorem suum pro morte venerabilis gerardi monachi fratris sui.

Sicut tabernacula cedar sicut pelles salomonis.
Hinc incipiendum quia hic desijt sermo superior.
Hoc expectatis audire quid sit ꝛ qualiter ei quod
proxime tractatum est capitulo coaptetur:quia si=
militudo est. Potest enim hoc ita subiunctum fuis
se vt vtraq pars similitudinis ad id solū respondeat quod ibi
precesserat nigra sum. Potest ꝛ ita vt duob⁹ filis duo illa ide
singula singulis referant. Ille sensus simplicior:iste obscurior
est. Sed tentemus vtrūq:ꝛ prius quidem hūc qui difficilior
apparet. Non aūt in duob⁹ primis sed in duob⁹ dūtaxat extre
mis difficultas est. Nā cedar quidē (qd interpretatur tenebre)
aperte satis cū nigredine cōuenire videt:sed pelles Salomo=
nis cū formositate nō ita. Porro tabernacula in eādem nihilo
minus concurrere conuenientiā quis non videat? Quid enim
tabernacula nisi nostra sunt corpora in quibus peregrinamur?
Nec em habem⁹ hic manētē ciuitatē:sz futurā inquirim⁹. Sz ꝛ
militam⁹ in eis tāq in tabernaculis:prorsus violēti ad regnū.
Deniq militia est vita hominis sup terrā. Et qdiu militamus
in hoc corpore: peregrinamur a domino.i.a luce. Nam dn̄s lux
est:ꝛ inqtū quisq cū eo non est:intm in tenebris est/hoc est in
cedar. Flebilē proinde vocē illā agnoscat suā. Heu mihi q in=
colatus meus plongatus est:habitaui cū habitantibus cedar
multū incola fuit aīa mea. Est ergo hoc habitaculum nisi corpo
ris non ciuis mansio/aut domus indigene:sed aut tabernacu=

Canti.i.
Hiere.iiij
i.Cor.x.
Esaie.i.
Sap.vij.
i.Thi.iiij
i.Cor.i.
Ps.xliiij.
ij.Cor.xij
Ibidem.
Gala.vi.
Esa.liij.
Ibidem.
Ps.xliiij
Ps.xxi.
Apoc.iij.
Canti.i.
Job.vij.
Ps.cxix.

lum militātis: aut stabulum viatoris. Est (inq̄) hoc corpus ta-
bernaculum: ⁊ tabernaculū cedar: q̄d nimirū aīam quasi obie-
i.Cor.xiij
ctu sui: incircūscripti luminis interim nūc fraudat aspectu: nec
sinit omnino videre illud nisi p speculū q̄dē ⁊ enigmate: nō au-
tē facie ad faciē. ¶ Uides iā vnde ecclesie nigredo: vñ pulcher
rimis quoq̄ animabus nōnulla rubigo inheserit. De taberna
culo profecto cedar: de exercitio laboriose militie: de diutur-
nitate miseri incolatus: de angustijs erūnosi exilij: de corpore
Sap. ix.
deniq̄ fragili et graui: q2 corpus quod corrumpitur aggrauat
animam: ⁊ deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitā-
tem. Propterea et cupiunt dissolui: vt corpore leuate christi
auolent in amplexus. Unde ⁊ gemens vna de miseris aiebat.
Rom.vij.
Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis hui⁹.
Scit nimirū q̄ huiusmodi est q̄ nō possit in tabernaculo cedar
carere ad purum macula aut ruga: nō q̄tulacūq̄ nigredine: et
cupit exire vt se possit exuere. Et hec rō cur sponsa nigram se
dixerit: sicut tabernacula cedar. Sed enim quomodo formosa
sicut pelles salomonis: At nescio q̄d sublime ac sacrum sentio
in his pellibus inuolutū: quod minime ausim omnino cōtinge
re: nisi ad nutum sane ipsius qui reposuit ⁊ signauit. Legi nimi
Prouer.xxv.
rū: Qui scrutator est maiestatis: opprimetur a gloria. Superse
deo igitur et differo. Uobis interim cure erit solito impetrare
fauorem vestris precibus: vt eo alacriores quo fidentiores re
deamus ad id quod attentioribus eget animis. Et fortassis
inueniet pius pulsator quod temerarius scrutator non posset.
Quamq̄ et meror finem imperat et calamitas quam patior.
¶ Quousq̄ enim dissimulo et ignis quem intra meipsum ab-
scondo triste pectus adurit: interiora depascitur? Clausus la-
tius serpit: seuit acrius. Quid mihi et cantico huic qui in ama
ritudine sum: Uis doloris abducit intentionem: ⁊ indignatio
domini ebibit spm̄ meum. Subtracto siquidem illo per quem
mea in domino studia vtcumq̄ libera esse solebant: simul ⁊ cor
meum dereliquit me. Sed feci vim animo ac dissimulaui vsq̄
huc: ne affectus fidem vincere videretur. Deniq̄ plorantibus
alijs ego vt aduertere potuistis: siccis oculis secutus sum inui
sum funus: siccis oculis steti ad tumulum: quousq̄ cūcta pera
cta sunt exequiarum solēnia. Indutus sacerdotalibus: solitas
in eum orationes proprio ore cōpleui: terram meis manibus ex
more ieci super dilecti corpus: terram mox futurum. Qui me
intuebant̄ flebant: ⁊ mirabantur q̄ non flerem ipse: cum nō il-
lum quidem: sed me potius qui illum amisissem oēs miserarent
tur. Cuius eñ vel ferreum pectus sup me ibi nō moueret̄ q̄ue
videret. Gerardo supstitem? Commune dāmū: sed pro meo nō
reputabat̄ infortunio. At ego quibus poteram virib⁹ fidei re-
luctabar affectui: nitens vel inuitus non moueri frustra addi-
ctione nature: vniuersitatis debito / conditionis vsu / potentis
iussu / iudicio iusti / flagello terribilis / dñi voluntate. Pro huius
modi semper extunc ⁊ deinceps exegi a temetipso nō indulge
re multo fletui: multum tamen turbatus et mestus. Nec potui
Ps.lxxvi.
imperare tristicie / qui potui lachryme: sz vt scriptū est turbat⁹
sum et non sum locutus. ¶ At suppressus dolor altius intror-
sum radicauit: eo vt sentio acerbior factus quo non est exire p
missus. Fateor victus sum. Exeat necesse est foras quod intus
patior. Exeat sane ad oculos filiorū qui scientes incommodum
planctum humanius estimēt / dulcius consolentur. Scitis o fi-
lij q̄ iustus sit dolor meus: q̄ dolenda plaga mea. Cernitis nē
pe q̄ fidus comes deseruit me in via hac qua ambulabam: q̄
vigil ad curā / q̄ nō segnis ad opus: q̄ suauis ad mores. Quis
ita mihi pernecessarius: cui eque dilectus ego? Frater erat ge
nere: sed religione germanior. Dolete queso vicem meam vos
quibus hec nota sunt. Infirmus corpore eram: ⁊ ille portabat
me. Pusillus corde eram et confortabat me. Piger ⁊ negligēs
et excitabat me. Improuidus ⁊ obliuiosus: et cōmonebat me.
Quo mihi auulsus es? quo mihi raptus e manib⁹ homo vnani
mis homo ſm cor meū? ¶ Amauim⁹ nos in vita: quomodo in
morte sumus separati? Amarissima separatio: ⁊ quam non pos
set omnino efficere nisi mors. Quando enim me viuus viuū de
sereres? Omnino opus mortis: horrendum diuortium. Quis
eñ tam suaui vinculo mutui nostri non pepercisset amoris nisi
totius suauitatis inimica mors? Bene mors que vnum rapien
do: duos suriosa peremit. An nō mors etiā mihi? Immo plus
mihi cui vtiq̄ omni morte infelicior vita seruata est. Uiuo vt vi
uēs moriar: ⁊ hoc dixerim vitā? Q̄ mitti⁹ me priuares o auste
ra mors vitę vsu q̄ fructu. ¶ Nā vita sine fructu: grauior mors.
Mat.iij.
Deniq̄ duplex malū ligno paratur infructuoso: securis ⁊ ignis.
Ergo meis laboribus inuidens: elongasti a me amicum ⁊ pro-
ximū: per cuius maxime studiū erant si quādo erant, fructuosi
Ps.lxxxvij.
Satius proinde mihi fuisset periclitari vita q̄ tua gerarde p̄-
sentia: qui meorū in dño studiorū eras sollicit⁹ incitator: fidelis
adiutor: cautus examinator. Cur queso aut amauimus aut ami
simus nos? Dura conditio: sed mea miseranda fortuna / non t

filius. Nam tu chare frater si charos amisisti: chariores vtiq̄
recepisti. Me vero quenam iam miserum cōsolatio manet post
te vnicū solatiū meum? Placita fuit pariter vtriq̄ societas cor
porum pro morum concordia: sed solum me diuisio vulnerauit.
Cōmune q̄d libuit / q̄d triste ⁊ lugubre meū in me trāsierūt ira:
Ibidem.
in me cōfirmat⁹ furor est. Erat ambob⁹ alterutrū grata presen
tia: dulce cōsortiū: suaue colloquiū: sed tātas vtriusq̄ delicias
ego pdidi / tu mutasti. Et q̄dem imutatis illis retributio mul-
ta. Quāto honore gaudiorū ac bñdictionū cumulo cares hodie
nobis frater charissime tāto habes certe p me tātillo reposi-
tā tibi xp̄i p̄ntiā. Nec dispēdiū sentis absentie a nobis tue: an-
gelorū admixt⁹ choris. Nō ē igit̄ q̄d causeris tu de nr̄a q̄si sub
tracta tibi p̄ntia: cui affatim sui suorūq̄ copiā dñs maiestatis
indulsit. ¶ At ego p te q̄d? q̄ vellē scire q̄dnā sentias nunc de
me illo vnico tuo: medijs nutāte curis ⁊ penis: destituto te ba-
culo imbecillitatis mee. Si tñ licz adhuc cogitare de miseris: in
gresso abyssū luminis atq̄ illo pelago eterne: felicitat' absorpto
forte cōnt̄ si nosti nos ſm carnē: sz nūc iā nō nosti: ⁊ q̄m introisti
Ps.lxx.
in potētias dñi memoraris iusticie ei⁹ solt⁹: imemor nostri. Ce
i.Cor.vi.
terū q̄ adheret deo / vnus spirit⁹ / est: ⁊ i diuinū quēdā tot⁹ im-
mutat̄ affectū: nec pōt iā sentire aut sapere nisi deū: ⁊ q̄d sentit
Joh.iiij.
et sapit deus: plenus deo. Deus autem charitas est: ⁊ q̄to q̄s
coniunctior deo tāto plenior charitate. Porro impassibilis est
deus: sed non incompassibilis: cui proprium est misereri sem-
per ⁊ parcere. Ergo ⁊ te necesse est misericordem esse qui inhe
res misericordi: quis iam minime miser sis et qui non pateris
compateris tamen: affectus proinde tuus nō ē imminut⁹ sz imu-
i.Petri.v
tat⁹ nec q̄m deū iduisti: nr̄i cura te exuisti: ⁊ ipi eñ cura ē de no
i.cor.xiij
bis. Q̄d ifirmū est abiecisti: sz q̄d nō piū. Charitas deniq̄ nūq̄
Ps.xij.
excidit. Nō obliuisceris me i finē. Uideor mihi q̄si audire frēz
Esa.xlix.
meū dicentem. Nūquid mater obliuisci poterit filij vteri sui?
Et si illa oblita fuerit: ego tamē nō obliuiscar tui. Nō expedit
prorsus. Scis vbi verser: vbi iaceā: vbi reliqueris me. Nō est q̄
porrigat manū. Ad omne quod emerserit respicio ad gerardū
vt consueuerā: ⁊ nō est. Heu tunc ingemisco miser: sicut homo
sine adiutorio. Quē cōsulā in ambiguis: cui in aduersis fidem
quis portabit onera: quis pericula propulsabit? Nonne vbiq̄
gressus meos gerardi oculi anteibant? Nōne tuū gerarde pe-
ctus cure mee notius q̄ meum ipsius habebāt familiarius in-
Esaie.l.
cursabant / acrius vigebāt? Nonne in lingua tua illa placabili
et potenti: meā a sermonibus seculi frequentissime vēdicabas
⁊ amico reddebas silentio? Dñs dederat illi linguam eruditā:
vt sciret quando deberet proferre sermonem. ¶ Ita deniq̄ in
prudentia responsorū suorūz: et in gratia data sibi desuper: et
domesticis satisfaciebat et exteris: vt pene me nemo requiret
cui prior forte gerardus occurrisset. Occurrebat autem aduen
tantib⁹: opponēs se ne subito meū ociū incursarent. Si quib⁹
sane per se satisfacere non quibat: hos perducebat ad me cete
ros emittebat. O virum industrium: o amicum fidelē: ⁊ amico
gerebat morē: ⁊ officijs charitatis non deerat. Quis vacua ab
eo recessit manu? Si diues / consiliū: si pauper subsidiūz repor
tabat. Nec querebat que sua sunt / qui se medijs ingerebat cu-
ris vt ego vacarem. Sperabat eñ (sicut erat humillim⁹) malo
rē de nostra quiete fructū q̄ si vacaret ipse interdū tamē posti
labat absolui ⁊ alteri cedere quasi qui meli⁹ prouideret. Sed
vbi ille inueniret̄? Nec petulāti aliquo (vt assolet) in eo officij
detinebatur affectu / sed solo intuitu charitatis. Siquidem
plus omnibus laborabat: et minus omnibus accipiebat: ita
vt sepe cum alijs necessaria ministraret: egeret ipse in pluribus
(verbi causa) cibo aut veste. ¶ Deniq̄ cuz se sentiret decessui
propinquare. Deus / inquit tu scis q̄ q̄tum in me fuit semper
optaui quietem mihi intēdere: tibi vacare. Sed implicitum te
nuit timor tuus voluntas fratrum: ⁊ studium obediendi: super
omnia abbatis pariter ⁊ fratris germana dilectio. Ita est. Gra
tias tibi frater de omni fructu / meorum si quis est in domino
studiorum. Tibi debeo si profeci: si profui. Tu intricabaris: et
ego tuo beneficio feriatus sedebam mihi: aut certe diuinis ob
sequijs sanctius occupabar: aut doctrine filiorūz vtilius inten
debam. Cur enim securus intus non essem: cum te scirem agē-
tem foris manum dexteram meam: lumen oculorum meorum /
pectus meum et linguam meam. Et quidem indefessa manus /
oculus simplex / pectus consilij: lingua loquens iudiciuz / sicut
Ps.xxxvi.
scriptum est. Os iusti meditabitur sapiētiam: ⁊ lingua eius lo
quetur iudicium. Sed quid dixi foris agentem illum: quasi in-
terna Gerardus nesciret ac spiritualium expers esset donorū?
Norunt qui illum norunt spirituales q̄ verba eius spiritum re
dolerent. Norunt contubernales q̄ mores eius et studia non
carnem saperēt: sed ferueret spiritu. Quis illo rigidior in cu-
stodia discipline: quis in castigando corpus suum districtior:
suspensior vel sublimior in contēplādo: subtilior in disserendo?
Quotiens cum eo disserens ea didici que nesciebā: et qui do
cturus aduer

cturus adveneram/doctus magis abscessi? Nec mirum de me cū magni ac sapientes viri idipsum nihilominus ex illo sibi accidisse testentur. Non cognovit litteraturam sed habuit litterarū inventorem sensum/habuit ⁊ illuminantem spiritū. Nec in maximis tantum: sed ⁊ in minimis maximus erat. Quid (verbi causa) in edificiis/in agris/ortis/aquis/ cunctis deniꝗ artibꝰ seu operibus rusticoꝝ: quid inꝗ vel in hoc rerū genere Gerardi subterfugit peritiam? Cementariis/fabris/agricolis/ortolanis/sutoribus atꝗ textoribus facile magister erat. Cūꝗ omniū iudicio omnibus esse sapientior: solis in suis oculis nō erat sapiens. Utinā multos ⁊ si minus sapientes: non plus tangeret illa maledictio. Ve qui sapientes estis in oculis vestris. Scientibus ista loquor: et adhuc plura his de illo ⁊ maiora cōpertis. Parco tamen qr caro mea ⁊ frater est: hoc tamen securꝰ addo: mihi utilis in omnibꝰ ⁊ pre omnibꝰ fuit. Utilis in parvis ⁊ magnis: in privatis ⁊ publicis/foris ⁊ intus. ¶ Merito ex eo pendebā totus qui mihi totū erat. Solū pene reliquerat mihi provisoris honorē ⁊ nomē. Nā opꝰ ipe faciebat. Ego vocitabar abbas: sȝ ille perat i sollicitudie. Merito requievit i illo spūs meꝰ: per quem licebat delectari in domino in omnibus: predicare liberius/orare securius. Per te inꝗ mihi frater mi/ mens sobria et grata quies: sermo efficacior: pinguior oratio: frequentior lectio: ⁊ ferventior affectus. Heu sublatus es: ⁊ hec omnia simul. Tecū omnes pariter abiere delicie ⁊ leticie mee. Iam cure irruunt: iam molestie hincinde pulsant/⁊ angustie undiꝗ solū me repererunt: sole mihi te abeunte remanserūt solus sub sarcina gemo. Aut ponere aut opprimi necesse est: quia tu tuos humeros subduxisti. Quis mihi tribuat cito mori post te? Nā p te nolim: nec te tua fraudare gloria. Porro supervivere tibi labor et dolor. Vivam quoad vivam in amaritudine: vivam in merore: et hec sit mihi consolatio ut merendo affligar. Non parcam: et iuvabo manum domini. Etenim manus domini tetigit me. Me inꝗ tetigit ⁊ percussit: non illū quem vocavit ad requiem. Me occidit cuȝ succidit illum. Nunquid enim occisum quis dixerit quem plantavit in vita. At quod illi vite ianua fuit: mihi plane est mors: meꝗ illa morte mortuū dixerim: non hunc qui obdormivit in domino. ¶ Exite/exite lachryme: iampridem cupientes. Exite: quia is qui vobis meatū obstruxerat ꝯmeavit. Aperiantur chataracte miseri capitis: ⁊ erūpent fontes aquarū: si forte sufficiant sordes diluere culparū quibus iram merui. Cū consolatus fuerit super me dominꝰ: tūc fortassis et ego merear consolari: si tamen non pepercero a merore. Nam qui lugent ipsi consolabuntur. Propterea condescendat mihi omnis sanctꝰ: et in spiritu lenitatis qui spiritualis est sustineat lamentātem. Luctus meus humano ꝗlo pensetur affectu: non usu. Videmus nempe mortuos quotidie plangere mortuos suos: fletū multū/ et fructū nullū. Non culpamus affectū nisi cū excedit modum: sed causam. Ille nimirū nature est: ⁊ eius turbatio pena peccati hec vanitas ⁊ peccatū. Etenim ibi sola (nisi fallor) plorantur damna glorie carnis: vite presentis incōmoda. Et plorandi qui ita plorant. Nunquid ego sic? Similis mihi affectus: sed altera causa dissimilisꝗ intentio. Nulla mihi sane querela de omnibꝰ que sunt mūdi. In his profecto que sunt dei ademptū doleo: fidele auxiliū: salutare consiliū: Gerardū lugeo gerardus est in causa: frater carne: proximus spiritu: sociꝰ proposito. Adhesit anima mea anime illius: ⁊ unam fecit de duabus: non consanguinitas sed unanimitas. Carnis quidem necessitudo non defuit: sed plus iunxit societas spūs: consensus animoꝝ: moꝝ cōsormitas. Cū ergo essemus cor unū ⁊ anima una hanc meā pariter atꝗ ipsius animam pertransivit gladius: ⁊ scindens mediam partem locavit in celo: partē in ceno deseruit. Ego/ego illa portio misera in luto iacens: truncata parte sui ⁊ parte potiori: ⁊ dicit mihi: ne fleveri? Avulsa sunt viscera mea a me: ⁊ dicitur mihi ne senseris? Sentio/sentio vel invitus: quia nec fortitudo lapidū fortitudo mea: nec caro mea enea est: sentio prorsus ⁊ doleo: ⁊ dolor meꝰ in conspectu meo semper. Nō sane nos poterit duricie ⁊ insensibilitatis arguere ille qui verberat: quomodo illos de quibus ait. Percussi eos ⁊ nō doluerūt. Affectū meū confessus sum: et non negavi. Carnalem quis dixerit. ego humanū non nego: sicut nec me hominē. Si ne hoc sufficit: nec carnalē negaverim. Nā ⁊ ego carnalis sum: venūdatus sub peccato: addictus morti: penis ⁊ erūnis obnoxius. ¶ Non sum fateor insensibilis ad penas mortem horreo meam ⁊ meoꝝ. Meꝰ gerardus erat: meꝰ plane. An non meꝰ qui frater sanguine fuit professione filius sollicitudine pater: consors spiritu: intimꝰ affectu? Is recessit a me: sentio lesus sum ⁊ graviter. Ignoscite filii: imo si filii vicē dolete paternā. Miseremini mei: miseremini mei saltē vos amici mei: q certe consideratis ꝙ gravia pro peccatis recepi de manu dñi. In virga indignationis sue percussit me digne p meritis: dure: p viribꝰ. An leve quis dixerit vivere me absꝗ gerardo: nisi q ignorat qd mihi cū gerardo? Nec tamē cō tradico sermonibus sancti. Nec reprehendo iudicium quo recepit quisꝗ quo dignus est. Ille coronam quam meruit: ego quā debui penam. Nunquid qr sentio penā: reprehendo sententiā? Humanum est illud: hoc impium. Humanum inꝗ ⁊ necesse affici erga charos: sive delectabiliter cuȝ psto sunt: sive cū absunt moleste. Non erit ociosa socialis ꝯversatio: presertim inter amicos: ⁊ quid effecerit mutuus amor in sibi presentibus: horror indicat separationis: ⁊ dolor de invicē in separatis. Doleo super te gerarde charissime: non qr dolēdus/sed qr ablatus. Et ideo fortassis dolendum mihi potius super me: qui bibo calicē amaritudinis. Et solus dolendus: qr solus bibo. Non enim ⁊ tu. Solus ego patior quod solent pariter pati qui se diligunt cum se amittunt. Utinam non te amiserim sed premiserim: utinam vel tarde aliquando sequar te quocūꝗ ieris. ¶ Non enim dubium quin ad illos ieris quos circa medium extreme noctis tue invitabas ad laudem: cum in vultu ⁊ voce exultationis subito erupisti in illud davidicum: stupentibus qui assistebant. Laudate dñm de celis laudate eum in excelsis. Iam tibi frater mi nocte adhuc media diescebat: ⁊ nox sicut dies illuminabatur. Prorsus illa nox illuminatio tua i deliciis tuis. Accitus sum ego ad id miraculi: videre exultantem in morte hominē ⁊ insultantem morti. Ubi est mors victoria tua? Ubi est mors stimulus tuus. Iam non stimulus sed iubilus. Iam cantando moritur homo: ⁊ moriendo cantat. Usurparis ad leticiam mater meroris: usurparis ad gloriam glorie inimica: usurparis ad introitum regni porta inferi: ⁊ fovea perditionis ad inventionē salutis: idꝗ ab homine peccatore. Iuste nimirum: qr tu inique in hominem innocentem ⁊ iustum potestatē temerariā usurpasti. Mortua es o mors: ⁊ perforata hamo quē incauta glutiisti: cuius illa vox est in propheta. O mors ero mors tua: morsus tuus ero inferne. Illo inꝗ hamo perforata transeuntibus per mediū tui fidelibꝰ: latum letumꝗ exitum pandis ad vitā. Gerardus te non formidat larvalis effigies Gerardus per medias fauces tuas trāsit ad patriam: non modo securus/sed ⁊ letabūdus ⁊ laudās. Cū ergo supervenissem ⁊ extrema iam psalmi me audiente claravoce complesset: suspiciens in celum ait. Pater in manus tuas cōmendo spiritum meum. Et repetens eundem sermonem: ac frequenter ingeminans pater/pater/conversus ad me: exhilarata quidem facie: quanta (inquit) dignatio dei/patrē hominū esse: quanta hominum gloria/dei filios: esse ⁊ heredes? Nam si filii ⁊ heredes. Sic cantabat quem nos lugemus: in quo ⁊ meum fateor luctum pene in cantum convertit duȝ intētus glorie eius: proprie fere miserie obliviscor. Sȝ revocat me ad me pūgēs dolor: facileꝗ a sereno illo i intuitu tāꝗ a levi excitat somno ꝯstringens anxietas. ¶ Plangā igit/sȝ sup me: qr sup illū iā vetat ratio. Puto enī si oportunitas daret: mō diceret nobis. Nolite flere sup me: sȝ sup vosipos flete. Plāxit merito david sup parricida filio cui ppetuo sciret obstructū exitū de vētre mortis mole criminis. Merito sup saul ⁊ sup ionathā: quibꝰ eꝗ absorptis semel/emersio iā non sperabat. Et quidē resurgēt: sȝ non ad vitā. Immo ad vitā: ut vivi in morte infelicꝰ moriant. Quāꝗ de ionatha possit nō imerito herere sentētia. At mihi ⁊ si nō ista supperit plangēdi ratio: nō tñ nulla. Plāgo primū sup mea ipsius plaga: atꝗ huiꝰ iactura domꝰ. Plāgo deinde sup pauperꝝ necessitatibꝰ: quoꝝ Gerardꝰ pater erat. Plāgo certe ⁊ sup universo statu nostri ordinis/nostre pfessionis qui de tuo gerarde zelo/consilio/⁊ exēplo robur nō mediocre capiebat. Plango postremo ⁊ si non sup te: pp̄ter te tñ. Hinc prorsus: hinc afficior graviter: qr vehementer amo. Et nemo mihi molestus sit: dicēs non debere sic affici: cū benignꝰ samuel sup reprobo rege: ⁊ piꝰ david super parricida filio satisfecerint affectioni: ⁊ nō ad iniuriā fidei: nō in superni suggillatiōe iudicii. Absalon fili mi (ait sanctus david) fili mi absalō: ⁊ ecce plus ꝙ absalon hic. Salvator quoꝗ videns civitatē hierusalē: ⁊ previdens ruiturā: flevit sup eam. Et ego propriā ⁊ que in presenti est desolationē nō sentiā? Plangā meā recentē ⁊ gravē nō doleā? Ille flevit cōpatiēdo ⁊ ego patiēdo nō audeā? Et certe ad tumulū lazari nec flētes arguit/neꝗ fletu phibuit: insup ⁊ flevit cū flētibꝰ. Et lachrymatꝰ est (inquit) iesus. Fuerunt lachryme ille testes profecto nature non indices diffidentie. Deniꝗ et prodiit mox ad vocem eius q erat mortuus: ne continuo putes fidei preiudicium dolentis affectum. ¶ Sic nec fletus utiꝗ noster infidelitatis est signum: sed conditionis iudicium. Nec quia percussus ploro: arguo ferientem: sed provoco pietatem: severitatem flectere satago. Unde ⁊ verba mea dolore sunt plena: non tamen et murmure. Nunquid non plenum iusticie protulit qr unius sententie cōplemento: et punitus est qui debuit: et coronatus qui meruit? Et adhuc dico. Bñ utrūꝗ fecit dulcis et rectꝰ dñs. Misericordiā et iudiciū cantabo tibi dñe. Cantet tibi misericordia quam fecisti cum servo tuo Gerardo: cantet ⁊ iudiciū qd nos portamꝰ. In altero bonꝰ: in altero iustus laudaberis. An solꝰ laus bo

Marginalia: Fo.lxx. — Esaie.v. — A — Iob.xix. — B — Math.v — C — D — Iob.xvi. — E — Ps.cxlviij — Ps.cxxxviij — Osee.xiij — Ps.xxx. — F — Lu.xxiij. — j.re.xviij. — Luce.xix — Iohā.xi. — Ibidem. — G — Iob.vi.

ps. cxviij. nitatis? Est ⁊ iusticie. Justus es domine: ⁊ rectū iudiciū tuum? Gerardū tu dedisti: gerardū tu abstulisti: ⁊ si dolemus ablatū: non tamen obliuiscimur ꝙ datus fuit: ⁊ gratias agimus ꝙ habere illū meruimus: quo carere intantū nō volumus inq̄tū nō expedit. Recordor domine pacti mei ⁊ miserationis tue: vt magis iustificeris in sermonibus tuis ⁊ vincas cū iudicaris. ps. l. Cum pro causa ecclesie anno preterito viterbij essem⁹ egrotauit ille: et inualescente languore cū iam proxima videretur vocatio: ego egerrime ferens comitē peregrinationis/ ⁊ illū comitē in terra relinquere aliena: nec resignare his qui mihi eū commiserant: quoniam amabatur ab omnibus sicut erat amabilis valde conuersus ad orationē cū fletu ⁊ gemitu. Expecta inq̄ domine vsq̧ ad reditū. Restitutū amicie: tolle iā cū si vis/ ⁊ non causabor. Exaudisti me deus: conualuit: opus ꝑfecimus quod iniunxeras: rediuimus cū exultatione reportantes manipulos pacis. Porro ego oblitus pene sum mee cōuērsionis: sꝫ non tu. Pudet singultuū horū qui preuaricationis me arguunt. Quid plura? Repetisti cōmendatū: recepisti tuū. Finē verborum indicunt lachryme: tu illis domine finē modūq̧ indixeris.

¶ De ornatu sponse: et qualiter quelibet anima sancta celum dicatur. Sermo. xxvij.

b Uia debitis humanitatis officijs amicū reuertentē in patriā prosecuti sumus: redeo fratres ad propositum edificandi quod intermiserā. Incongruū namq̧ est diu flere letantē: ⁊ sedenti ad epulas lachrymas multas ingerere importunū. Sed ⁊ si nostras defleamus erūnas: ne id quidē oportet nimis: ⁊ non tam amasse illū q̄ nostra quesisse de illo commoda videamur. Temperet sane dilecti gaudiū mesticiā desolatorū: ⁊ tolerabilius fiat nobis ꝙ nobiscum non est: quia cū deo est. Fretus ergo orationibus vestris volo in lucē si possum prodere quicquid illud est quod opertum illis pellibus sentio: que in exemplū decoris sponse producte sunt hoc si recolitis tactū fuit/ sꝫ indiscussum remāsit. Porro discussum ⁊ declaratū quomō nigra sit sicut tabernacula cedar. Quomodo ergo sicut pelles salomonis formosa: quasi salomon in omni gloria sua quicq̄ habuerit condignū decore sponse/ ⁊ gloria ornatus eius. Et quidē si non ad decorē sponse: sed ad nigredinē potius/ nescio quas pelles istas sicut ⁊ tabernacula cedar respicere diceremus: fortassis competeret nec deesset vnde id congruere monstraremus sicut ⁊ demonstrabimus. At vero si sponse claritati quarūcunq̧ decorē pelliū comparandum putamus: hic prorsus opus nobis est eius ad quem pulsamus auxilio quatinus mysterium hoc digne aperire possimus. Quid nāq̧ eorū que in facie lucent: si interne cuiuspiam sancte anime pulchritudini comparetur: non vile ac fedū recto appareat estimatori? Quid (inq̄) tale in se ostēdit ea que preterit figura huius mundi: quod equare speciē anime possit illius que exuta terreni hominis vetustatē: eius qui de celo est decorē induit: ornata optimis moribus pro monilibus: ipso purior sicut excelsior ethere/ sole splēdidior? Noli ergo respicere ad istū salomonē: cū indagare cupis cuiusmodi se pellibus similē in decore sponsa glorietur. Cant. i. Quid est ergo quod dicit: formosa sum sicut pelles salomonis? Magnū ⁊ mirabile quiddam vt ego estimo/ si tamen non hunc sed illū hic attendamus de quo dicitur. Ecce plus q̄ salomon hic. Nā vsq̧ adeo is meus salomon salomon est: vt non modo pacificus (quod quidē salomon interpretatur) sed ⁊ pax ipsa vocetur: paulo perhibēte: quia ipse est pax nostra. Ephe. ij. Apud istū salomonē non dubito posse inueniri quod decori sponse omnino cōparare non dubitē: ⁊ presertim de pellib⁹ eius aduerte in psal. ps. ciij. Extendens (ait) celū sicut pellē. Non ille profecto salomon (⁊ si multū sapiens: multūq̧ potens) extendit celum sicut pellē: sed is potius qui non tā sapiens q̄ ipsa sapiētia est: ipse prorsus extendit ⁊ condidit. Istius siquidē ⁊ non illius illa vox est. Prouer. viij. Quando preparabat celos (haud dubiū quin deus pater) ego aderā. Aderat sine dubio preparanti celos sua virtus suaq̧ sapientia. Nec putes astitisse ociosam: et quasi ad spectandū solūmodo: quia dixit aderā: non etiā preparabā. Respice paulisper inferius: ⁊ inuenies aperte subiungentem: quia erat cū eo cōponens omnia. Prouer. viij. ps. ciij. Denique ait. Quecunq̧ eñ pater fecit: hec ⁊ filius similiter facit. Et ipse itaq̧ extendit celū sicut pellē. Pulcherrima pellis que in modū magni cuiusdā tentorij vniuersam operiens faciē terre/ solis/ lune/ atq̧ stellarū varietate tam spectabili humanos oblectat aspectus. Quid hac pelle formosius? Quid ornatius celo? Minime tamen vel ipsum vllatenus conferendū glorie ⁊ decori sponse: eo ipso succūbens ꝙ preterit ⁊ hec figura ipsius: vt pote corporea ⁊ corporeis subiacens sensibus. Que eñ videntur tēporalia sunt: que autē non videntur/ eterna. i. Cor. xiij. R ¶ Sꝫ est rationalis quedā sponse species: spiritualisq̧ effigies: ipsaq̧ eterna: quia imago eternitatis. Decor eius (verbi gratia) charitas est: et charitas sicut legitis nunq̄ excidit. Est certe ⁊ iusticia: ⁊ iusticia eius (inquit) manet in seculū seculi. ps. cx. Est etiā patiētia: ⁊ legitis nihilominus: quia patiētia pauperū nō peribit in finē. Quid voluntaria paupertas. quid humilitas? Nonne altera regnū eternū: altera eque exaltationem promeretur eternā? Eo quoq̧ specta et timor domini sanctus permanens in seculū seculi. ps. xviij. Sic prudentia/ sic tēperantia sic fortitudo: ⁊ si que sunt virtutes alie quid nisi margarite sūt quedam in sponse ornatu: splendor ꝑpetuo chorūscantes? Perpetuo (inq̄) quia sedes ⁊ fundamentū perpetuitatis. Nec enim perpetue beateq̧ vite alius locus in anima est: nisi medijs quidē interiectisq̧ virtutibus. ps. lxxxviij. Unde propheta deo (qui vtiq̧ vita beata est) iusticia (inquit) ⁊ iudiciū ꝑparatio sedis tue. Ephe. iij. Et apostolus dicit christū habitare non omnimodo quidē sed signanter per fidē in cordib⁹ nostris. Joha. xij. Domino quoq̧ sessuro super asellum: vestes suas discipuli substrauerūt: significantes saluatorē seu salutē nequaq̄ insidere nude anime quā non videlicet vestitam inuenerit doctrina et moribus apostolorū. Et ideo ecclesia promissionē habens future felicitatis: curat interim preparare et preornare se in vestitu deaurato: circūdata varietate gratiarū ps. xliiij. L atq̧ virtutū (qualē quidē ex parte descripsimus) quo digna et capax plenitudinis gratie inueniatur. ¶ Ceterū spirituali huic tam pulchre varietati: quā de prima interim stola in quadā veste sue sanctificationis accepit: nullo pacto ego comparauerim in decore celū hoc visibile atq̧ corporeū: q̄uis in suo genere quidem siderea varietate pulcherrimū. Sed est celū celi: de quo ꝑpheta. ps. lxvij. Psallite (inquit) domino: qui ascendit super celū celi ad orientē. Et hoc celū intellectuale ac spirituale: ⁊ qui fecit celos in intellectu creauit illud ⁊ statuit in sempiternū/ ipsumq̧ inhabitat. ps. cxxxv. Ne vero putes sponse deuotionē citra illud remanere celū: in quo scit habitare dilectū. Mat. vj. Ubi enim thesaurus eius: ibi et cor ei⁹. Emulatur sane assistentes vultui ad quem suspirat: ⁊ quib⁹ se interim non valet videndo associare: studet conformare viuendo: moribus magis q̄ vocibus clamans. ps. xxv. Domine dilexi decorem domus tue: et locū habitationis glorie tue. M ¶ Morsus de hoc celo minime sibi indignum ducit ducere similitudinem: hoc extentum sicut pellis: non spacijs tamen locorum: sed affectibus animorum. Hoc miris varijsq̧ artificijs distinctum operibus. Diuisionem autem sunt non celorū: sed beatitudinum. Nam alios quidem posuit angelos: alios autem archangelos: alios vero virtutes: alios dominationes: alios principatus: alios potestates: alios thronos: alios cherubin: atq̧ alios seraphin. Sic stellatum celum hoc. Sic depicta hec pellis. Hec vna de pellibus mei salomonis: et hec precipua in omni ornatu multiformis glorie eius. Habet autem grandis ista pellis q̄ plurimas in se eque salomonis pelles: quoniam vnusquisq̧ beatus et sanctus qui ibi est: pellis est vtiq̧ salomonis. Benigni siquidem sunt atq̧ extenti in charitate: pertingentes vsq̧ ad nos: quibus gloriam quam habent non inuident/ sed optant: ita vt et ipsis huius rei gratia demorari apud nos nō grauentur: seduli circa nos: et curā gerentes nostri: oēs administratorij spiritus missi in ministeriū propter eos qui hereditatem capiunt salutis. Hebre. i. Quobrem sicut celū celi singulariter dicitur vniuersa illa multitudo collecta beatorū: sic ⁊ celi celorū ꝑpter singulos: q̄ vtiq̧ celi sunt/ nominantur: ⁊ ad singulos spectat qd̄ dr̄: extēdēs celū sicut pellē. ps. ciij. Uidetis credo quenā ille pelles: ⁊ cui⁹ sint salomonis. N De quarū spōsa similitudine gloriatur. ¶ Nunc iā intuemini eius gloriā que ⁊ celo se cōparat: ⁊ illi celo qd̄ tāto est gloriosius: q̄to diuinius. Nec immerito vsurpat inde similitudinē: vnde originē ducit. Nam si ꝑpter corpus quod de terra habet/ tabernaculis cedar se assimilat: cur nō et ꝑpter animā q̄ de celo est/ celo eq̄ similē se esse gloriet: ꝑsertim cū vita testetur originē testetur nature dignitatē et prīe. Unū deū adorat et colit quomō angeli: christum super oia amat quomō angeli: casta est quomodo angeli: idq̧ in carne peccati ⁊ fragili corpore qd̄ nō angeli: querit postremo ⁊ sapit que apud illos sunt non que sup terram. Quod euidentius celestis insigne originis q̄ ingenitam ⁊ in regione dissimilitudinis retinere similitudinē: gloriā vite celibis in terra ⁊ ab exule vsurpari: in corpore denique pene bestiali viuere angelū. Celestis sunt ista potētie nō terrene: ⁊ ꝙ vere de celo sit anima: que hec potest aperte indicantia. Apo. xxi. Audi tamē apertius. Uidi inquit ciuitatē sanctā hierusalem nouā: descendentē de celo: a deo paratā tanq̄ sponsā ornatam viro suo: ⁊ addidit. Et audiui vocē magnā de throno dicentem. Ibidem. Ecce tabernaculum dei cū hominibus: ⁊ habitabit cum eis. Ad quid? Credo vt sibi acquirat sponsam de hominibus. Mira res. Ad sponsā veniebat: ⁊ absq̧ spōsa nō veniebat. Querebat sponsam ⁊ sponsa cū ipso erat. An due erāt? Absit. Cant. vi. O Una est eñ (ait) columba mea. ¶ Sed sicut de diuersis ouiū gregibus vnū facere voluit: vt sit vnū ouile ⁊ vn⁹ pastor: ita cū haberet sponsam inherentē sibi a principio multitudinem angelorum: Joh. x. placuit ei ⁊ de hoīb⁹ cōuocare ecclesiā: atq̧ vnire illi que

de celo

de celo est: visit vna spōsa ⁊ spōsus vnus. Ergo ex adiecta ista
Cant.vi.
perfecta est illa non duplicata: ⁊ agnoscit de se dictum. Una est
perfecta mea. Porro vnam conformitas facit: nunc quidem in
simili deuotione: postea vero ⁊ in pari gloria. Habes itaqꝫ vtrūqꝫ
de celo: ⁊ sponsum scilicet iesum: ⁊ sponsam hierusalem. Et ille
quidem vt videretur: semetipsum exinaniuit formam serui acci
piens: in similitudinē hominū factus: ⁊ habitu inuentus vt ho
Phil.ij.
mo. At illam in qua nam putamus forma seu specie: aut in quo
A
habitu videlicꝫ descendentē vidit ille qui vidit? ¶ An forte in
frequentia angeloꝝ: quos vidit descendentes ⁊ ascēdentes su
per filium hominis? Sed melius dicimus ꝙ sponsam tunc vide
rit: cū verbum in carne vidit agnoscens duos in carne vna. Dū
enim sanctus ille emanuel terris intulit magisterium discipli
ne celestis: dum superne illius hierusalem que est mater nostra
visibilis quedā imago ⁊ species decoris eius per ipsum nobis ⁊
in ipso expressa innotuit: quid nisi in sponso sponsam perspexi
mus: vnum eundemqꝫ dñm glorie admirantes ⁊ sponsum deco
ratum corona: ⁊ sponsam ornatā monilibus suis? Ipse igitur ꝗ
descendit ipse est ⁊ qui ascendit: vt nemo ascendat in celuꝫ nisi
qui de celo descendit: vnus idemqꝫ dñs: ⁊ sponsus in capite et
sponsa in corpore. Nec frustra in terris visus est homo celestis
cum de terrenis celestes ꝗ plurimos fecerit sibi similes: vt sit
quod legitur: qualis celestis / tales ⁊ celestes. Extunc igitur in
terra viuitur more celestium: dum instar superne illius beateqꝫ
creature: hec quoqꝫ que a finibus terre venit audire sapientiaꝫ
salomonis: celesti viro nihilominus casto inheret amore ⁊ si nec
dumquō illa iuncta per speciē: tñ sponsata per fidem: iuxta pro
Osee.ij.
missum dei dicentis per prophetam. Sponsabo te mihi in mise
ricordia ⁊ miserationibus ⁊ sponsabo te mihi in fide. Unde ma
gis magisqꝫ conformari satagit forme que de celo venit: discēs
ab ea verecunda esse ⁊ sobria: discens pudica ⁊ sancta: discens
patiens atqꝫ compatiens: postremo discēs mitis ⁊ humilis cor
de. Et ideo moribus huiuscemodi contendit ⁊ absens placere
Ephe.ij.
ei in quē angeli prospicere concupiscunt: vt dum desiderio fer
uet angelico: probet se perinde ciuē sanctoꝝ ⁊ domesticaꝫ dei:
B
probet dilectā: probet sponsam. ¶ Ego puto omnem animā ta
lem non modo celestem esse propter originē: sed ⁊ celum ipsum
posse non immerito appellari propter imitationē. Et tunc liqui
do ostendit, q̄ vere origo ipsius de celis est: cū cōuersatio eius
in celis est. Est ergo celum sancta aliqua anima: habens solem
intellectum / lunam / fidem / astra virtutes. Uel certe sol iustitie
zelus aut feruens charitas: ⁊ luna continentia. Quomodo enī
claritas (vt aiunt) lune non nisi a sole est: sic absqꝫ charitate seu
Sap.iiij.
iusticia continentie meritū nullū est. Hinc deniqꝫ sapiens. O ꝗ
pulchra est (inquit) casta generatio cū charitate. Porro stellas
dixisse virtutes / non me penitet: considerantē congruentiam si
militudinis. Quomodo nēpe stelle in nocte lucent: in die latēt:
sic vera virtus ꝗ sepe in prosperis non apparet: eminet in aduer
sis. Illud sane cautele est: hoc necessitatis. Ergo virtus est si
dus: ⁊ homo virtutū celū. Nisi quis forte cū deū per prophetā
dixisse legit: celuꝫ mihi sedes est: celuꝫ hoc volubile visibileqꝫ
intelligendū existimet: ⁊ nō potius illud de quo alibi apertius
Esa.lxvi.
scriptura cōmemorat: anima (inquiens) iusti sedes est sapiētie.
Qui autē ex doctrina sapit saluatoris spiritū esse deum atqꝫ in
spiritu adorandū: etiā sedē ei non ambigit assignare spiritua
lem. Ego vero fidenter id fecerim: non minus in hominis iusti
ꝗ in angelico spiritu. Confirmat me in hoc sensu maxime illa
Joh.xiiij
fidelis promissio. Ego (ait filius) ⁊ pater ad eū: id est ad sanctū
C
hominē veniemus ⁊ mansionē apud eū faciemus. ¶ Prophetā
Ps.xxi.
quoqꝫ non de alio dixisse celo arbitror. Tu autē in sancto habi
Ephe.iij.
tas laus israel. Manifeste autē apostolus dicit: habitare chri
stum per fidē in cordibus nostris. Nec mirum si libenter inhabi
tat celū hoc dominus iesus: quod vtiqꝫ non quomodo ceteros
dixit tantum vt fieret: sed pugnauit vt acquireret: occubuit vt
redimeret. Ideo ⁊ post laborem voto potitus ait. Hec requies
Ps.cxxxi.
mea in seculū seculi: hic habitabo quoniam elegi eaꝫ. Et beata
cui dicitur. Ueni electa mea: ⁊ ponā in te thronū meū. Quid tu
Ps.l.
tristis es nunc o anima mea: ⁊ quare conturbas me? Putas ne
et tu penes te inuenias locuꝫ domino? Et quis nobis locus in
nobis huic idoneus glorie sufficiens maiestati? Utinam vel me
rear adorare in loco vbi steterūt pedes eius. Quis dabit mihi
saltem vestigiis adherere: sancte cuiuspiaꝫ anime quam elegit
inhabitationē sibi? Tamen ⁊ si dignetur infundere ⁊ meā ani
mam vnctione misericordie sue: atqꝫ ita extendere sicut pellem
que vtiqꝫ cum vngitur dilatatur: quatinus ⁊ ego dicere valeā.
Ps.cxviij.
Uiam mandatorum tuorum cucurri: cum dilatasti cor meū: po
tero etiam ipse fortassis ostendere in meipso: ⁊ si non cenaculū
grande stratum vbi possit recumbere cum discipulis suis: atta
men vbi saltem reclinet caput. A longe suspicio illos certe bea
ij.Cor.vi.
tos: de quibus dicitur. Et inhabitabo in eis: ⁊ deambulabo in
D
illis. ¶ O quanta illi anime latitudo: quanta et meritorum pre
rogatiua que diuinam in se presentiā ⁊ digna inuenitur suscipe
re ⁊ sufficiens capere. Quid illa cui ⁊ spacia suppetunt / ⁊ deam
bulatoria ad opus quidem maiestatis? Non est profecto intri
cata forensibus causis: curisve secularibus: nec certe ventri et
luxurie dedita: sꝫ nec curiosa spectandi: seu cupida omnino do
minandi: vel etiam tumida dominatu. Oportet nāqꝫ primo qui
dem his omnibus vacuam esse animam vt celum fiat: atqꝫ habi
tatio dei. Alioquin quomodo poterit vacare ⁊ videre quoniam
ipse est deus? Sed ⁊ odio siue inuidie aut rancori minime pror
Ps.xlv.
sus indulgendum: quoniam in maliuolam animam non introi
Sap.j.
bit sapientia. Deinde necesse est eam crescere ac dilatari vt sit
capax dei. Porro latitudo eius dilectio eius (sicut dicit aposto
lus). Dilatamini in charitate. Naꝫ ⁊ si anima minime / cū sit spi
ritus: ꝗtitatem corpoream recipit: tamē confert illi gratia qđ
negatum est a natura. ¶ Crescit quidem ⁊ extenditur: sed spiri
E
tualiter. Crescit non in substantia: sed in virtute. Crescit et in
gloria. Crescit etiam in templum sanctum in domino. Crescit
deniqꝫ ⁊ proficit in virum perfectum: in mensuram etatis pleni
tudinis christi. Ergo ꝗtitas cuiusqꝫ anime estimetur de men
sura charitatis quam habet: vt verbi gratia: que multuꝫ habet
charitatis / magna sit: que parum parua: que vero nihil / nihil:
dicente paulo. Si charitatem non habuero nihil sum. Quod si ꝗ
i.Cor.xiij
tulacunqꝫ habere ceperit: vt saltē diligentes se diligere curet /
ac salutare vel fratres suos: ⁊ eos qui se salutant iam non nihil
quidem illam animam dixerim: que in ratione dati ⁊ accepti: so
cialem saltem retinet charitatem. Uerumtamen iuxta sermonē
domini quid amplius facit? Nec amplam proinde nec magnam
sed plane angustam: modicamqꝫ censuerim animam: quaꝫ adeo
modice charitatis esse cognouerim. At si grandescat ⁊ proficiat:
ita vt transiens limitem angusti obnoxijqꝫ amoris huius: latos
fines bonitatis gratuite: tota libertate spiritus apprehendat:
quatinus largo quodam gremio bone voluntatis ad omnē se
ipsam curet extendere proximum: diligendo vnumquemqꝫ tan
ꝗ seipsum. Nunquid iam illi recte dicetur: quid amplius facis
quippe que seipsam tam amplam facit? Amplū (inquā) gerit cha
ritatis sinum que complectitur vniuersos etiam quibus nulla
se nouit carnis necessitudine iunctam: nulla spe percipiendi
commodi cuiusqꝫ illectam: nulla percepti redhibitione obno
xiam: nullo deniqꝫ omnino astrictam debito: nisi illo sane de
quo dicitur. Nemini quicꝗ debeatis: nisi vt inuicem diligatis.
Rom.xiij
¶ Uerum si adijcias etiam visqꝫquaqꝫ vim facere regno charita
F
tis: vt vsqꝫ ad vltimos eius terminos occupare illud pius inua
sor preualeas: dum ne inimicis quidem claudenda viscera pie
tatis existimes / benefacias his quoqꝫ qui te oderunt / ores ⁊ pro
persequentibus ac calumniantibus te: necnon ⁊ cum his qui ode
runt pacem esse pacificus studeas: tunc prorsus latitudo celi /
latitudo tue anime / ⁊ altitudo nō dispar: sed nec dissimilis pul
Ps.ciij.
chritudo: impleturqꝫ tunc demuꝫ in ea quod dicitur. Extendēs
celum sicut pellem. In quo iam mire latitudinis / altitudinis /
ac pulchritudinis celo summus ⁊ immensus atqꝫ gloriosus nō
modo dignanter habitat: sed ⁊ spaciose deambulat. Uides ne
quales in se habeat ecclesia celos cum sit nihilominus ipsa in
sua quidem vniuersitate ingens quoddam celum extentū a ma
ri vsqꝫ ad mare: ⁊ a flumine vsqꝫ ad terminos orbis terrarū? Ui
de etiam consequenter cui ⁊ in hoc ipso assimiles eam: si tamen
non tibi excidit illud quod pauloante memoratuꝫ est huius rei
exemplar: de celo videlicet celi ⁊ celis celorum. Ergo exemplo
illius que sursuꝫ est mater nostra: hec quoqꝫ que adhuc peregri
natur habet celos suos: homines spirituales vita et opinione
conspicuos / fide puros / spe firmos / latos charitate / contēpla
tione suspensos. Et hi pluentes pluuiam verbi salutarem: to
nant increpationibus: coruscant miraculis: hi enarrant gloriā
dei: hi extenti sicut pelles super omnem terram: legem vite ⁊ di
sciplinae: digito quidem dei scriptam in semetipsis ostēdunt: ad
dandam scientiam salutis plebi eius: ostendunt ⁊ euangelium
pacis: quoniam salomonis sunt pelles. ¶ Agnosce iam in his
G
pellibus supernarum illarum imaginem: que in spōsi ornatu nō
longe superius describebātur. Agnosce similiter ⁊ reginā astā
tem a dextris eius: circūamictam similibus ornamētis: non ta
Ps.xliiij.
men paribus. Nam ⁊ si huic etiam in loco peregrinationis sue /
⁊ in die virtutis sue: in splendoribus sanctorū: non minima cla
Ps.cix.
ritatis atqꝫ decoris est portio: differenter tamen illum coronat
integritas ⁊ consummatio glorie beatorum. Quācꝗ ⁊ sponsam
dixerim perfectam atqꝫ beatam: sed ex parte. Nam ex parte ta
bernaculum cedar: formosa tamen: siue in illa portione sui que
iam beata regnat: siue etiam in illustribus viris: quorum etiaꝫ
in hac nocte sua sapientia atqꝫ virtutibus tanꝗ celuꝫ suis side
ribus adornatur. Unde propheta. Qui docti (inquit) fuerint ful
Dan.xij.
gebunt quasi splendor firmamenti: ⁊ qui ad iustitiam erudiunt
multos: quasi stelle in perpetuas eternitates. O humilitas / o
sublimitas. Et tabernaculum cedar: et sanctuariū dei: ⁊ terre

num habitaculum: ⁊ celeste palaciū: ⁊ domus lutea: ⁊ aula regis: ⁊ corp⁹ mortis: ⁊ tēplum lucis: ⁊ despectio deniqꝫ supbis: ⁊ sponsa christi. Nigra est sꝫ formosa filie hierusalē: quā ⁊ si labor ⁊ dolor longi exilij decolorat: species tamen celestis exornat: exornant pelles salomonis. Si horretis nigram miramini et formosam. Si despicitis humilem: sublimem suspicite. Hoc ipsum ꝙ cautum: ꝙ plenum consilij: plenum discretionis ⁊ congruentie est: ꝙ in sponsa deiectio ista: et ista celsitudo ſm tempus quidē eo moderamine sibi pariter contēperantur: vt inter mūdi hui⁹ varietates ⁊ sublimitas erigat humilē ne deficiat in aduersis: ⁊ sublimē humilitas reprimat ne euanescat in prosperis. Pulchre omnino ambe res cum adinuicē cōtrarie sint: spōse tamen pariter cooperantur in bonum: subseruiunt in salutē. Et hec pro eo ꝙ sponsa videtur de pellibus salomonis inducere similitudinē. Restat tamen aperiendus ille super eodē capitulo sensus quē in principio commemoraui ⁊ promisi: qualiter videlicet tota ad solam nigredinē similitudo referatur: qua ꝙdem non estis promissione fraudandi. Ceterum id differendum in aliud sermonis principium. Tum quia hoc iam huius flagitat longitudo: tum etiam vt preueniat ex more oratio ea que in laudē ⁊ gloriam sunt referenda sponsi ecclesie Jesu christi dñi nostri. Qui est deus bñdictus in secula seculorum. Amen.

(Margin: Canti. j.)

¶ De nigredine ⁊ formositate sponsi: et quomodo non per visum sed potius per auditum corporis peruenitur ad noticiam veritatis. Sermo.xxviij.

Tenetis credo cuius et quibus salomonis pellibus decorem sponse sentiam comparatum: si tamen ad ostensionē commēdationēqꝫ referatur decoris: data ex his similitudo. At si ad nigredinē magis referenda putet: sicut ⁊ illa de tabernaculis cedar: nō equidē aliunde occurrit mihi quicꝙ de pellibus huiusmodi salomonis: nisi quas forte rex in visum tabernaculi soleret assumere: si quādo in tētorijs habitare liberet: quas vtiqꝫ (si que tamē fuerūt) obscuras sine dubio ⁊ tetras esse necesse fuit: tanqꝫ que quotidiano forēt expositē soli/ ⁊ frequētium iniurijs pluuiarū. Neqꝫ id frustra: sed vt is qui intus repositus erat ornatus nitidior seruaretur. ¶ Hoc exēplo sponsa non negat nigredinē sed excusat: nec probo ducit qualēcunqꝫ habitū quē charitas formet: iudiciū veritatis non improbet. Deniqꝫ quis infirmat cuꝫ quo non infirmetur: quis scandalizatur ⁊ nō vritur? Induit se compassionis neuum: vt morbum in altero passiōis leuet vel sanet. Nigrescit candoris zelo/ lucro pulchritudinis. Multos cādidos facit vnius denigratio: non cum tingitur culpa: sed cum afficitur cura. Expedit (inquit) vt vnus moriatur homo pro populo: ⁊ non tota gens pereat. Expedit vt vnus pro omnib⁹ denigretur similitudine carnis peccati: ⁊ non tota gens nigredine condēnetur peccati. Splendor ⁊ figura substantie dei obnubiletur in forma serui pro vita serui. Candor vite eterne nigrescat in carne/ ꝓ carne purganda. Speciosus forma pre filijs hominum: pro filijs hominū illuminandis obscuretur in passiōe/ turpetur in cruce/ palleat in morte. Ex toto non sit ei species neqꝫ decor: vt sibi speciosam atqꝫ decoram acquirat sponsaꝫ ecclesiam sine macula ⁊ sine ruga. ¶ Agnosco pellem salomonis: immo ipsum in pelle foris nigra salomonē amplector. Habet et salomon nigredinē/ sed in pelle. Foris niger/ in cute niger non intus. Alioquin oīs glīa eius filie regis ab int⁹. Intus diuinitatis candor decor virtutū/ splendor glorie/ innocētie puritas. Sed tegit hec despiciabilior infirmitatis color: et quasi abscōditus vultus eius ⁊ despectus: dum tēptatur per omnia pro silitudie absqꝫ peccato. Agnosco denigrate formā nature. Agnosco tunicas illas pelliceas prothoplastorū peccantium habitū. Deniqꝫ semetipsum denigrauit formā serui accipiēs: in similitudinē hominū factus: ⁊ habitu inuentus vt homo. Agnosco sub pelle hedi (qui peccatū significat) ⁊ manū que peccatū non fecit: ⁊ collū per quod mali cogitatio non transiuit. Ideoqꝫ non inuentus est dolus in ore eius. Noui ꝙ sis lenis natura: mitis ⁊ hūilis corde: blādus aspectu: suauis spiritu. Et quideꝫ vnctus oleo leticie pre consortib⁹ tuis. Unde ergo nunc instar esau pilosus ⁊ hispid⁹? Cuiusnā rugosa ⁊ tetra imago hec ⁊ vn̄ hi pili? Mei sunt: nā pilose manus similitudinē primi exprimūt peccatoris. Meos agnosco hos pilos ⁊ in pelle mea videbo deū saluatorē meū. ¶ Non tamē rebecca sic illū induit/ sed maria: tāto digniorē qui bñdictionē acciperet: ꝙto sanctior que pepit. Et bene in meo habitu: quia mihi benedictio vendicatur: mihi postulatur hereditas. Siquidem audierat. Postula a me ⁊ dabo tibi gentes hereditatē tuam: ⁊ possessionē tuam terminos terre. Tuam (inquit) hereditatē: tuāqꝫ possessionē dabo tibi. Quomodo dabis ei si sua est? Et quō suam mones vt postulet? Aut quomodo sua si necesse habet vt postulet? Mihi proinde postulat: qui meā ad hoc induit formā vt suscipiat causam. Quippe disciplina pacis nostre super eū dicente propheta: et dñs in eo posuit iniquitatē omniū nostrū: vnde debuit fratribus per oīa similari sicut ait apostol⁹: vt misericors fieret. Propterea vox ꝙdē vox iacob manus aūt man⁹ sunt esau. Suū est qđ auditur ex eo quod in eo videtur nostrū. Quod loquitur spiritus ⁊ vita est: quod apparet mortale ⁊ mors. Aliud cernitur ⁊ aliud creditur. Nigrū sensus renunciat fides candidū ⁊ formosum ꝓbat. Niger est sed oculis insipientiū: naꝫ fideliū mētibus formosus valde. Niger est: sed formosus. Niger reputatione herodis: formosus confessione latronis: centurionis fide. Et formosuꝫ aduerterat qui exclamauit. Uere hō hic filius dei erat. Sꝫ in quo aduertit: aduertendū. Si em̄ attenderet quod apparebat: quomodo formosus: quomodo filius dei? Quid nisi deforme ⁊ nigrū oculis spectantiū occurrebat: cū expensis in cruce manib⁹ medius duorū nequaꝫ risum malignantibus daret: fletū fidelibus. Et solus erat risui: qui solus poterat esse terrori: solus honori debuerat. Unde igitur aduertit pulchritudinē crucifixi/ et ꝙ is sit filius dei: qui cū iniquis reputatus est? Respondere aliquid ad id: nostrū nec fas nec opus est. Nec em̄ euāgeliste hoc diligentia ṗterijt. Sic em̄ habes. Uidens autē centurio qui ex aduerso stabat: quia sic clamans expirasset/ ait. Uere hic homo filius dei erat. Ergo ad vocē credidit: et voce agnouit filium dei: ⁊ non ex facie. Erat em̄ fortasse ex ouibus eius/ de quibus ait. Oues mee vocē meā audiūt: ⁊ cognosco meas ⁊ cognoscūt me mee. ¶ Auditus inuenit quod non visus. Oculū species fefellit: auri veritas se infudit. Oculus pronunciabat infirmum: oculus fedū/ oculus miserū/ oculus morte turpissima condēnatū. Auri dei filius: auri formosus innotuit: sed non iudeorū: quia erant incircūcisi auribus. Merito petr⁹ abscidit auriculā serui: vt viā faceret veritati: ⁊ veritas liberaret eū: id est liberū faceret. Erat ille cēturio incircūcisus: sꝫ non aure: ꝙ ad vnā expirātis vocē sub tot īfirmitat[is] iudicijs dñm maiestat[is] agnouit. Ideoqꝫ non despexit quod vidit: qꝛ credidit qđ non vidit. Nō autē credidit ex eo quod vidit: sed ex eo proculdubio quod audiuit: quia fides ex auditu. Dignum quippe fuerat per superiores oculorū fenestras veritatē intrare ad animā: sed hoc nobis o anima seruatur in posterū: cū videbimus facie ad faciē. Nūc autē vnde irrepsit morbus: inde remediū intret: ⁊ per eadem sequatur vestigia/ vita/ mortē/ tenebras lux/ venenū serpētis/ antidotum veritatis: ⁊ sanet oculū qui turbatus est vt serenus videat quē turbat⁹ non potest. ¶ Auris prima mortis ianua: prima aperiatur ⁊ vite. Auditus qui tulit reparet visum: quoniam nisi crediderimus non intelligemus. Ergo auditus ad meritū: visus ad premiuꝫ. Unde propheta. Auditui meo (inquit) dabis gaudiū ⁊ leticiā. Et fidelis retributio auditionis beata visio sit ⁊ beate meritum visionis fidelis auditio. Beati (ait) mundo corde: quoniaꝫ ipsi deū videbunt. Porro fide oportet mundari oculū qui videat deū: quēadmodum habes fide mundans corda eorum. Interim ergo dum necdū paratus est visus: auditus excitetur: auditus exerciteꝝ: auditus excipiat veritatem. Felix cui veritas attestatur: dicens. In auditu auris obediuit mihi. ¶ Dignus ꝙ videā: si priusꝙ videā/ obedisse inueniar. Securus videbo: ad quē mee obediētie mun⁹ ṗcesserit. Et beat⁹ ꝙ ait. Dñs deus aperuit mihi aurē: ⁊ ego non contradico: retrorsum non abij. Ubi ⁊ voluntarie habes obediētie formā: ⁊ longanimitatis exēplū. Qui em̄ non contradicit spontane⁹ est: ⁊ qui retro non abijt/ perseuerat. Utrūqꝫ necessariū quoniā hilarē datorem diligit deus. Et qui perseuerauerit vsqꝫ in finē: hic saluus erit. Utinā ⁊ mihi aperiat aurē dñs: intret ad cor meū sermo veritatis: mundet oculū ⁊ leto preparet visioni: vt dicaꝫ deo etiā ipse. Preparationē cordis mei audiuit auris tua. ¶ Ut audiā a deo etiam ipse cum ceteris obedientibus. Et vos mundi estis propter sermonem quem locutus sum vobis. Nec omnes mundantur qui audiunt: sed qui obediunt. Beati qui audiunt: et custodiunt illud. Talem requirit auditum qui mandat dicens. Audi israel. Talem offert qui ait. Loquere domine: quia audit seruus tuus. Talem spondet qui dicit. Audiam quid loquatur in me dominus deus. Et vt scias etiam spiritum sanctum hunc in anime spirituali ꝓfectu ordinē obseruare: vt videlicet prius formet auditum ꝙ letificet visum. ¶ Audi (inquit) filia ⁊ vide. Quid intendis oculum? Aurem para. Uidere desideras christum: oportet te prius audire eum: audire de eo vt dicas cum videris. Sicut audiuimus: sic vidimus. Immensa claritas: visus angustus: et non potes ad eam. Potes auditu sed non aspectu. Clamantem deniqꝫ deum. Adam vbi es: non videbam iam peccator audiebam tamen. Sed auditus aspectum restituet: si pius/ si vigil si fidelis precesserit. Fides purgabit: quem turbauit impietas. Et quem inobedientia clausit: aperiet obedientia. Deniqꝫ a mādatis tuis intellexi (inquit) ꝙ intellectum reddat obseruatio mandatorum: quem tulit trāgressio. ¶ Aduerte adhuc in sancto ysaac quomodo pre ceteris

sensibus

(Margins, left column: Canti. j. — h — J — ij. Cor. xj. — Johā. xj. — Ps. xliiij. — N — Canti. j. — Phil. ij. — Esa. liij. — Ps. xliiij. — Job. xix. — L — Ps. ij. — Esa. liij.)

(Margins, right column: Hebre. ij. — Gen. xxvij — Mat. xv. — Luc. xxij. — Mar. xv. — Johā. x. — M — N — Ps. l. — Mat. v. — O — Esa. l. — ij. Cor. ix. — Mat. x. — Ps. ix. — P — Joh. xv. — Luce. xj. — Deut. vj. — j. Reg. iij. — Ps. lxxxiiij. — Q — Ps. xliiij. — Ps. xlvij. — Gene. iij. — Ps. cxviij. — R)

sensibus auditus in iam sene viguerit. Caligant oculi patriarche palatum seducitur/ fallitur manus/ non fallitur auris. Quid

gen. xxvij.

mirū si auris percipit veritatē: cū fides ex auditu: auditus per verbū dei: verbū dei veritas sit? Vox inquit vox iacob est: nihil verius. Manus aūt manus sunt esau nihil falsius. Falleris/ manus similitudo decepit te. Nec in gustu veritas: et si suauitas est. Nam quō habet veritatem: qui se putat edere venationem: cum domesticis vescatur hedoꝝ carnibus? Multo minus oculus qui nihil videt. Non est veritas in oculo: non sapientia. Ue qui sapientes estis ait in oculis vestris. Nūquid bona sapientia cui maledicitur? Mundi est: ac per hoc stulticia apud deū. Bona et vera sapiētia trahitur de occultis: vt sapit beatus iob. Quid foris eam queris in corporis sensu? Sapor in palato/ in corde sapientia est. Ne queras sapientiam in oculis carnis: quia caro et sanguis non reuelat eam: sed spūs. Non in gustu oris: nec enim inuenitur in terra suauiter viuentium. Non in tactu manus: cū sanctus dicat. Si osculatus sum manum meam ore meo: quod est iniquitas maxima et negatio in deū. Quod tunc fieri arbitror cum donū dei quod est sapientia nō deo sed meritis ascribitur actionum.

iob. xxviij.

iob. xxxi.

A

¶ Sapiens fuit ysaac sed tñ errauit in sensibus. Solus habet auditus verum: qui percipit verbum. Merito carnem rediuiuam verbi tangere prohibetur mulier carnaliter sapiēs: plus quippe tribuens oculo quā oraculo. i. carnis sensui quā verbo dei. Quem enim mortuum vidit: resurrecturum nō credidit: cū tñ hoc promiserit ipse. Denique non quieuit oculus vsque dum satiatus est visus: quoniam non erat consolatio fidei: nec dei rata promissio. Nonne celum et terra: et quicquid omnino carnis oculus attingere potest: ante habent trāsire et perire: quā iota vnum aut vnus apex ex omnibus que locutus est deus? Et tñ cessauit a fletu in visu oculi: que noluit consolari in verbo dñi: pluris habens experimentum quā fidem. At experimentum fallat. Mittit ergo ad certiorem fidei cognitionem: que vtique apprehendit quod sensus nescit/ experimentum nō inuenit. Noli me tangere inquit hoc est dissuesce huic seducibili sensui: innitere verbo/ fidei assuesce/ fides nescia falli/ fides inuisibilia comprehendens/ sensus penuriam non sentit. Denique transgreditur fines etiam rationis humane: nature vsum: experientie terminos. Quid interrogas oculum ad quod non sufficit? Et manus quid explorare conatur quod supra ipsam est? Minus est quicquid ille vel illa renunciet. Sane fides pronunciet de me: que maiestati nihil minuat. Disce id habere certius: id tutius sequi quod illa suaserit: noli me tangere: nondum enim ascendi ad patrem meū. Quasi vero cum iam ascenderit: tunc tangi ab ea velit aut possit. Et vtique poterit: sed affectu non manu: voto non oculo: fide nō sensibus. Quid tu me ait modo tangere queris: que sensu corporis gloriā estimas resurrectionis? Non recordaris quō tempore adhuc mee mortalitatis transfigurati ad horā: morituri corporis gloriam oculi discipuloꝝ sustinere nequiuerunt? Adhuc quidem tuis sensibus gero morem: formā ingerendo seruilem: quam de consuetudine recognoscas. Ceterum mirabilis facta est gloria mea ex te: confortata est et non poteris ad eā. Differ ergo iudiciū: suspēde sententiā: et tāte rei diffinitionē ne credas sensui fidei reseruato. Illa dignius: illa diffiniet certius que plenius comprehendet.

Job. xx.

Ibidem.

psalm. cxxxviij.

B

¶ Denique comprehēdit illo suo mystico ac profundo sinu: que sit lōgitudo/ latitudo/ sublimitas/ et profundum. Quod oculus non vidit: nec auris audiuit: nec in cor hominis ascendit: illa in se quasi quodā inuolucro clausum portat seruatque signatū. Illa igitur digne me tanget que patri consedentē suscipiet: non iā in humili habitu sed in celesti carne ipsa sed altera specie. Quid deformē vis tāgere. Expecta vt formosum tangas. Nā qui deformis modo: tunc formosus. Deformis tactui: deformis aspectui. Deformis denique deformi tibi: que sensibus plus inheres fidei minus. Esto formosa et tāge me. Esto fidelis et formosa es. Formosa/ formosum et dignius tanges et felicius. Tanges manu fidei: desiderij digito/ deuotionis amplexu. Tanges oculo mētis. At nunquid adhuc nigrū? Absit. Dilectus tuus candidus et rubicundus. Formosus plane quē circundant flores rosarum et lilia conuallium: hoc est martyrū virginumque chori. Et qui medius resideo: vtrique non dissideo choro/ virgo et martyr. Quomodo denique candidis non cōgruo virginum choris: virgo virginis filius: virginis sponsus? Quō nō roseis martyrū: causa virtus fructus et forma martyrum? Talem talis taliterque tange/ et dic. Dilectus meus candidus et rubicūdus: electus ex milibus. Milia miliū cum dilecto: et decies centena milia circa dilectū: et nemo ad dilectum. Num tibi verendum erit ne forte in quēpiā de multitudine errore incidas querendo quē diligis? Nō prorsus ambiges quēnam eligas: facile occurret electus e milibus: cunctis insignior et dices. Iste formosus in stola sua/ gradiēs in multitudine fortitudinis sue. Non ergo in pelle nigra quā hactenus sane ingerenda fuit oculis persequentium: vt contēnerent occidendum: aut etiā amicoꝝ: vt recognoscerent rediuiuū. Non inquam iam in pelle occurret nigra: sed in veste alba: speciosus forma/ non modo pre filijs hominū: sed etiā pre vultibus angeloꝝ. Quid me vis tangere in humili habitu/ seruili forma/ specie contēptibili? Tange celesti decoꝝ specie: gloria et honore coronatū: diuina quidē maiestate tremendū: sed ingenita serenitate gratū ac placidū.

j. Cor. ij.

Canti. v.

Ibidem.

Esa. lxiij.

¶ Inter hec aduertenda prudentia sponse et profunditas sermonum eius: que sub figura pellium salomonis: scilicet in carne rimata est deū: in morte vitam: summā glorie et honoris inter opprobria: et sub nigro denique habitu crucifixi candorē innocentie: splendoremque virtutū: sicut ille vtique pelles cum essent nigre atque despecte: preciosa et precādida prediuitis regis in se ornamenta seruabāt. Merito nigredinem non contēnit in pellibus/ decorē qui sub pellibus est aduertens. Et ideo quidā illā contēpserunt: quia hunc minime cognouerūt. Si enim cognouissent: nūquam dñm glorie crucifixissēt. Nō cognouit herodes et idcirco despexit. Non cognouit synagoga que nigredinē illi passionis et infirmitatis improperans: alios ait saluos fecit: seipsum non potest saluū facere: xps rex israel descendat de cruce et credimus ei. Sed cognouit latro de cruce licet in cruce qui et innocentie puritatē confessus est. Hic autem inquiens quid mali fecit? Et gloriā regie maiestatis simul est protestatus. Memento mei dicēs: dum veneris in regnū tuum. Cognouit centurio: qui filiū dei clamat. Cognoscit ecclesia: que et emulatur nigredinem vt decorē participet.

A

j. Cor. ij.

mat. xxvij.

Lu. xxiij.

Ibidem.

mat. xxvij.

C

¶ Non confunditur nigra videri/ nigra dici: vt dicat dilecto. Opprobria exprobrantium tibi: ceciderunt super me. At sane nigra instar pellium salomonis: foris scilicet et nō intus. Neque enim intus nigredinē meus salomon habet. Denique nō ait: nigra sum sicut salomon: sed sicut pelles salomonis: quia in superficie tñ sit veri nigredo pacifici. Peccati nigredo intus est et prius interiora culpa cōmaculat: quā ad oculos prodeat. Denique de corde exeunt cogitatiōes male/ furta/ homicidia/ adulteria/ blasphemie: et hec sunt que coinquinant hominē: sed absit vt salomonem. Minime prorsus apud verū pacificum istiusmodi inquinamenta reperies. Oportet nāque esse sine peccato eū qui tollit peccata mūdi: quo ad reconciliādos peccatores inuētus idoneus/ iure sibi nomē vēdicet salomonis.

ps. lxviij.

Mat. xv.

D

¶ Sed est nigredo affligentis penitentie: cū assumitur lamentatio pro delictis. Hanc fortassis nō abhorreat in me salomon si spōte tñ induā mihi pro peccatis meis: quia cor contritū et humiliatum deus nō despiciet. Est et afficientis cōpassionis: si afflicto condoleas et fraternū te decoloret incōmodum. Ne hanc profecto reijciendā putat noster pacificus: quippe quā et sibi ipse pro nobis dignanter induit qui peccata nostra tulit in corpore suo super lignū. Est et persecutionis: que etiā pro summo ornamēto habetur: siquidē suscipiatur pro iusticia et veritate. Unde est illud. Ibant gaudentes discipuli a conspectu concilij: quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliā pati. Denique beati qui persecutionē patiuntur propter iusticiā. Hac potissimū gloriari ecclesiā arbitror hanc libentius imitari de pellibus sponsi. Denique et habet in promissione. Si me persecuti sunt et vos persequētur.

ps. l.

j. Petri.

Act. v.

Mat. v.

Job. xv.

E

¶ Unde et addit sponsa. Nolite me considerare quod fusca sim: quia decolorauit me sol. hoc est: nolite me notare quasi deformem: quia cernitis pro ingruēte persecutiōe minus florentē: minus secundum gloriā seculi coloratā. Quid exprobratis nigredinē quā feruor persecutiōis non conuersationis pudor innexit? Uel solē dicit zelū iusticie quo accendit et accingit aduersus malignantes/ dicēs deo. Zelus domus tue comedit me. Et illud. Tabescere me fecit zelus meus: quia obliti sunt verba tua inimici mei. Illud quoque. Defectio tenuit me: pre peccatoribus derelinquētibus legē tuā. Itē. Nonne qui oderunt te dñe oderā: et super inimicos tuos tabescebā? Etiā illud sapiētis caute obseruat. Filie ait tibi sunt: noli ondere letū vultum ad ipsas vt scilicet remissis et mollibus et fugitantibus disciplinā: non cādorē serenitatis sed obscurū seueritatis exhibeat. Uel decolorari a sole: est ignescere charitate fraterna: flere cū flentibus cū infirmantibus infirmari: vri ad scādala singuloꝝ. Uel sic. Sol iusticie decolorauit me christus: cuius amore langueo. Languor iste coloris quedā exterminatio est et defectus in desiderio anime. Unde et dicit. Memor fui dei et delectatus sum et exercitatus sum: et defecit spūs meus. Ergo instar vrentis solis desiderij ardor peregrinantē in corpore decolorat: dum vultui glorie inhiantē impatientē facit repulsa: et excruciat amantē dilatio. Quis nostrū ita sancto amore ardet: vt desiderio vidēdi christū omnē colorem presentis glorie leticieque fastidiat et deponat illa ei prophetica voce cōtestans: et diem hominis nō desideraui tu scis? Itē cum sancto dauid. Renuit cōsolari anima mea: idest presentium bonorum inani leticia despicit colorari. Uel certe. Decolorauit me sol: sui nimirū cōparatione splendoris: cui appropiās illi ex eo me obscuram deprehendo/ nigram inuenio/ fedam despicio. Ceterū alias quidem formosa sum: quid fuscam dicitis solius solis pulchritudini succumbentem? At sensui prior videntur magis assentire ea que sequuntur. Adijciens siquidem. Filij

Canti. j.

ps. lxviij.

ps. cxviij.

Ibidem.

ps. cxxxviij.

Eccli. vij.

ps. lxxvi.

Hie. xvij.

ps. lxxvi.

[Can.i.] matris mee pugnauerũt contra me: persecutionẽ passam se esse aperte significat. Sed hinc aliud sermonis principium ordiemur: quoniam sufficere hac vice possunt q̃ accepimus de gloria spõsi ecclesie domini nostri iesu christi, dono ipsius qui est deus benedictus in secula. Amen.

¶ De querimonia ecclesie contra suos impugnatores vel contra illos qui impugnant vnitatem fraternam.

Sermo.xxix.

[F] Filij matris mee pugnauerũt contra me. Annas et cayphas ⁊ iudas scharioth filij synagoge fuerũt: et hi contra ecclesiam eque synagoge filiam in ipo ex ortu ipsius acerbissime pugnauerunt: suspẽdentes in ligno collectorem ipsius iesum. Iam tũc siquidẽ deus impleuit per eos quod olim presignauerat per prophetã dicens. Percutiam pastorem ⁊ dispergentur oues. [Mat.xxvi] Et fortassis illius vox illa est in cantico ezechie. [Esaie. xxxviij.] Precisa est velut a texente vita mea dũ adhuc ordirer succidit me. De his ergo atq̃ alijs qui de illa gente christiano nomini contradixisse sciũtur: puta dictum a sponsa. Filij matris mee pugnauerunt contra me. Et pulchre filios matris sue: non autẽ ⁊ patris sui illos vocat: qui non habebant patrẽ deũ: sed ex patre diabolo erant homicide vtiq̃ sicut ⁊ ille homicida erat ab initio. [Ioh.viij.] Propterea nõ dicit fratres mei: aut filij patris mei: sz filij (inquit) matris mee pugnauerunt contra me. Alioquin si non ita distingueret: videretur etiam apostolus paulus comprehensus in his de quib⁹ cõqueritur: q̄ ⁊ ipse aliquando persecutus sit ecclesiam dei. [j.Cor.xv. j.Thi.j.] Sed misericordiam consecutus est: quia ignorans hoc fecit manens in incredulitate ⁊ approbauit deũ se habere patrẽ: fratrẽ ecclesie tam ex patre q̃ ex matre esse. [G] ¶ Sed attende quomodo nominati filios matris sue / ⁊ solos incusat: quasi soli in culpa sint. Certa ⁊ ab exteris passa est: iuxta illud apud prophetã. [Psalm. cxxviij.] Sepe expugnauerũt me a iuuentute mea: ⁊ supra dorsum meũ fabricauerũt peccatores. Quid ergo singulariter filios matris tue causaris: que te minime ignoras ⁊ ex alijs atq̃ alijs nationib⁹ sepissime impugnatã? Ad mensam diuitis vocatus / diligenter (inquit) considera que tibi apponunt. [Prouer. xxiij.] Fratres ad mensam salomonis sedem⁹. Quis ditior salomone? Non de terrenis dico diuitijs: q̃q̃ ⁊ ipsis salomon abundaret. Sed intuemini presentem mẽsam: quomodo supernis est referta delitijs. Spiritualia sunt ⁊ diuina que nobis in ea apponunt. Diligẽter ergo (inq̃t) considera que tibi apponuntur: sciens quia talia te oportet preparare. Ego vtiq̃ quod in me est diligẽter attendo: id mihi apponi in his verbis sponse: ⁊ ad meã prorsus doctrinam cautelamq̃ respicere: q̄ ita ex nomine a sola exprimitur persecutio a domesticis ⁊ tacentur tot ⁊ tam grauia que vbiq̃ terrarum nihilominus ex omni natione que sub celo est ab infidelibus ab hereticis et scismaticis pertulisse cognoscitur. [H] ¶ Noui sponse prudentiam: nec putauerim casu hec illam / aut quasi immemorem preterisse. Sed profecto id expressius plangit quod et sentit differentius quodq̃ vigilantius nobis cauendum existimat. Quidnam hoc? Malum vtiq̃ intestinum atq̃ domesticum. Hoc tibi manifeste in euangelio ore ipsi⁹ saluatoris exprimit cũ dicit. Et inimici hominis domestici ei⁹. [Mich.vij] Hoc ⁊ in propheta. Homo (inquit) pacis mee qui edebat panes meos: magnificauit super me supplantationẽ. [ps.xl.] Itẽ: qm̃ si inimicus meus maledixisset mihi: sustinuissem vtiq̃. [ps.liiij.] Et si is q̃ oderat me super me magna locutus fuisset: abscõdissem me forsitan ab eo. Tu vero hõ vnanimis dux meus ⁊ not⁹ meus: qui simul mecũ dulces capiebas cibos: hoc est qđ a te patior conuiua ⁊ contubernali meo / id molestius sentio: fero egrius. Scitis hec querimonia cuius et de quo sit? [I] ¶ Agnoscite ergo ⁊ spõsam eodẽ de filijs matris sue conquerentẽ affectu: qm̃ in eodẽ spiritu: cũ ait. Filij matris mee pugnauerũt contra me. Unde ⁊ alibi loquitur. [ps.xxxvij] Amici mei et proximi mei aduersum me appropinquauerũt ⁊ steterũt. Longe queso a vobis facite semp̱ hoc tam abhominabile ⁊ detestabile malũ vos q̃ experti estis ⁊ quotidie experimini q̃ bonũ sit ⁊ q̃ iocundũ habitare fratres in vnũ: si tñ in vnũ ⁊ non in scandalũ. [ps.cxxxij.] Alioquin nec iocũdũ plane nec bonũ: sed pessimũ ac molestissimum. Ue aũt homini illi p̱ quẽ vnitatis vinculũ iocundũ turbatur. Iudiciũ profecto portabit quicũq̃ est ille. Ante mihi contingat mori: q̃ audire in vobis quẽpiam iuste clamitãtẽ. Filij matris mee pugnauerũt cõtra me. Nõne presentis cõgregationis tanq̃ vni⁹ matris filij oẽs vos estis: singuli alterutrũ fratres? Quid ergo a foris vos conturbare aut contristari possit: si intus bene estis ⁊ fraterna pace gaudetis? Denique quis vobis nocere poterit (inquit) si boni emulatores fueritis? [j.Pe.iij. j.Cor.xij.] Quobrem emulamini charismata meliora: vt bonos vos probet emulatores. Charisma peroptimũ charitas est. Plane incomparabile quod noue sponse celestis sponsus totiens inculcare curabat nũc quidem dicens. In hoc cognoscent oẽs quia mei estis discipuli si [Ioh.xiij.] dilectionem habueritis adinuicẽ: nunc vero. Mandatũ nouum do vobis vt diligatis inuicẽ: ⁊ hoc est preceptũ meũ vt diligatis inuicem: [Ibidem. Ioh.xvij. K] itẽq̃ orans vnum eos fore sicut ipse ⁊ pater vnum sunt. ¶ Et vide si non ipe paulus qui te ad charismata meliora inuitat inter cetera charitatẽ summo ponit: siue cũ fide ⁊ spe dicit eam esse maiorẽ ⁊ supereminentẽ sciẽtie: siue cum enumeratis pluribus aut mirabilibus superne gratie donis: tandẽ ad superexcellentiorẽ viam nos mittit. [j.Cor.xiij j.Cor.xij. j.Cor.xij] Haud aliam profecto illã q̃ charitatẽ diffiniens. Denique quidnam huic comparandũ putemus que ipsi prefertur martyrio ad fidei transferenti mõtes? Hoc igitur est quod dico. Pax vobis a vobis sit: ⁊ omne qđ extrinsecus minari videtur / nõ terret: quia non nocet: Nam econtrario quicquid foris blandiri apparet: nulla est profecto consolatio: si intus quod absit seminariũ discordie germinauerit. Proinde dilectissimi pacẽ habete ad vos ⁊ nolite ledere inuicem. Non facto / non verbo / non signo qualicunq̃: ⁊ ne quis forte exacerbatus ⁊ preoccupatus a pusillanimitate spiritus ⁊ tempestate deũ interpellare cogatur aduersus eos qui se leserint aut contristauerint: ⁊ prorũpere in verbũ graue contingat: filij matris mee pugnauerunt contra me. Sic enim peccãtes in fratrem: in christum peccatis / qui ait. Quod vni ex minimis meis fecistis mihi fecistis. [Mat.xxv L] ¶ Nec cauendum a grauioribus tantũ offensis verbi gratia / ab aperto conuitio seu maledicto: a clandestino quoq̃ ⁊ venenato susurrio. Non tñ sufficit os custodire ab his ⁊ his similibus / cauenda sunt ⁊ leuia. Si tamen leue debeat dici quodcũq̃ in fratrẽ presumpseris volũtate ledendi: cũ hoc solo si irasceris illi: diuini reus iudicij tenearis. Merito quidem. Nam quod tu leue putas ⁊ ob hoc leuius precipitas: plerumq̃ alius aliter accipit: tanq̃ homo videns in facie ⁊ sm̃ faciem iudicans / paratus festucã trabẽ suspicari / ⁊ scintillã putare fornacẽ. Non enim est omniũ charitas illa que omnia credit. [j.Cor.xiij Gen.viij.] Proni sunt aũt sensus hominis et cogitatiões ad malum poti⁹ suspicandum q̃ ad bonũ credendũ: presertim vbi disciplina silentij nec te qui in causa es excusare permittit: nec illũ vulnus suspitionis aperire quod patitur vt curetur. Ita vadit ille: ⁊ moritur clauso ⁊ letali vulnere: intra semetipsum gemens: dum totus in ira ⁊ disceptatione posit⁹: nil aliud silens versare in mẽte possit: nisi iniuriã quã accepit. Non potest orare / non põt legere / non sanctũ aut spiritale aliquid meditari. Et ita intercepto vitali spiritu dũ suis destituta alimẽtis vadit ad mortẽ aia pro qua xp̃s mortu⁹ est: qđ tu interim q̃so animi habes? Quid oratio tua aut opus quodcũq̃ interim feceris sapit tibi contra quẽ nimirũ xp̃s anxie clamat de pectore fratris tui quẽ contristasti: fili⁹ inquiẽs matris mee pugnat cõtra me: ⁊ qui simul mecũ dulces capiebat cibos: repleuit me amaritudine? [M] ¶ Et si dixeris illũ non tã grauiter p̱ tã leui causa debuisse turbari. Respondeo. Certo leuior est tãto a te leui⁹ potuit nõ cõmitti: q̃ q̃ nescio quõ leue dicas (vt iã dixi) quicq̃d ampli⁹ est q̃ irasci: cũ vel hoc ipm obnoxiũ esse iudicio ex ore ipsi⁹ acceperis iudicis. Quid enĩ? Tu ne leue dixeris in quo offendit xp̃s: vñ ad dei iudiciũ ptrahi habes: cũ horrendũ sit incidere in man⁹ dei viuẽtis? [Hebr.x.] Tu ergo accepta forte iniuria (qđ quidẽ interdum nõ accidere in his cõuẽtibus difficile est) nõ cõtinuo more secularis / obliqua referire fratrẽ respõsiõe festines: sz neq̃ sub specie q̃si corripiẽdi verbo acuto ⁊ vrẽti trãsfigere audeas vlaten⁹ aiam p̱ qua xp̃s affigi cruci dignat⁹ est: non grũnire / quasi increpando: nõ labijs musitare / q̃si murmurãdo: nõ narẽ cõtrahere aut cachinnare / quasi subsannãdo: nõ frontẽ rugare / quasi inuehẽdo aut cõminãdo. Sane cõmotio tua ibi moriat vbi orit: nec p̱mittat exire q̃ mortẽ portat / ne p̱imat: vt dicere possis ⁊ tu cũ ꝓpheta: turbat⁹ sum ⁊ nõ sum locut⁹. [ps.lxxvj. N] ¶ Quosdã altius intellexit sentire istud: quasi de diabolo ⁊ angelis ei⁹ dictũ: qui cũ fuerint: ⁊ ipsi filij hierlm illi⁹ q̃ sursũ est mater nostra: ex quo lapsi sunt: nõ cessant sororẽ suã ecclesiã impugnare. Sz neq̃ cõtẽdo si quis vsurpet hoc etiã in bonã significationẽ sm̃ q̄ spũales qui sunt i ecclesia aduersus carnales frẽs suos dimicãt in gladio spũs: qđ est verbũ dei vulnerãtes eos ad salutẽ: atq̃ ad spũalia istiusmodi impugnatiõib⁹ ꝓuehẽtes. [Ephe.vj.] Utinã corripiat me iust⁹ in mia ⁊ increpet me: p̱cutiẽs ⁊ sanãs / occidẽs ⁊ viuificãs: quo audeã ⁊ ego dicere: viuo aũt iam non ego viuit vero in me xp̃s. [ps.cxl. Deu.xxxij Gal.ij.] Esto (inq̃t) cõsentiens aduersario tuo dũ es cũ eo i via: ne tradat te iudici: ⁊ iudex tortori. [Math.v.] Bonus aduersari⁹: cui si cõsentiẽs ero: non erit vñ aut iudex me calũniet: aut tortor. Ego p̱fecto si quos vestrũ aliq̃ñ pro huiusmodi cõtristaui: non me penitet. Cõtristati ei sunt ad salutẽ. Et quidẽ nescio id me fecisse vnq̃ absq̃ mea quoq̃ magna tristicia sm̃ illud. Mulier cũ parit tristiciã hz. Sz absit vt iam meminerim pressure: tenẽs fructũ doloris mei: dũ perinde videã christũ formatũ in sobole. [Ioh.xvj] Nescio aũt quõ etiam tenerius mihi adstricti sunt: qui post increpatoria ⁊ per increpatoria tandẽ conualuerũt de infirmitate: q̃ qui fortes ab initio permanserũt: non indigẽtes istiusmodi medicamento.

A

cantēto. ¶ Ergo in hunc sensum poterit ecclesia seu anima diligens deum dicere/ ꝙ decolorauit eam sol: mittendo scilicet ⁊ armando de filijs matris eius: qui eam salubriter expugnarent: ⁊ captiuā ducerent ad fidē amoremq̄ ipsius multis vtiq̄ confixā sagittis illis: de quibus scriptū est. Sagitte potentis acute. Et itē. Sagitte tue infixe sunt mihi. Ideoq̄ sequit̄ ⁊ ait: quoniam non est sanitas in carne mea: vt ſm animā sanior perinde fortiorq̄ factus dicat. Spiritus quidem promptus est: caro aūt infirma. Et cum apostolo. Cū enim infirmor: tūc potēs sum ⁊ fortis. Vides q̄ carnis infirmitas robur spiritui augeat ⁊ subministret vires: Ita econtrario noueris carnis fortitudinem debilitatem spūs operari. Et quid mirum si hoste debilitato/ tu fortior efficeris: Nisi forte illam tibi insanissime ducas amicam: que nō cessat cōcupiscere aduersus spiritū. Vide ergo si non prudenter sagittari ⁊ impugnari salubriter postulat sanctus cum dicit in oratione. Confige timore tuo carnes meas. ¶ Optima timor iste sagitta: qui cōfigit ⁊ interficit carnis desideria vt spūs saluus sit. Sed ⁊ qui castigat corpus suum ⁊ in seruitutem redigit nonne is tibi videtur etiam manū contra se pugnantis ipse iuuare: Est ⁊ sagitta sermo dei viuus ⁊ efficax ⁊ penetrabilior omni gladio ancipiti. De quo saluator. Non veni (inquit) pacem mittere sed gladiū. Est etiā sagitta electa amor christi: que marie animam non modo confixit: sed etiam pertrāsiuit: vt nullam in pectore virginali particulā vacuam amore relinqueret: sed toto corde/ tota anima: tota virtute diligeret: et esset gratia plena. Aut certe pertrāsiuit eam: vt veniret vsq̄ ad nos: ⁊ de plenitudine illa oēs acciperemus: ⁊ fieret mater charitatis cuius pater est charitas deus: parturiens ⁊ in sole ponens tabernaculū eius: vt scriptura impleret̄ que dicit. ¶ Dedi te in lucem gentium: vt sis salus mea vsq̄ ad extremum terre. Hoc enim impletum est per mariam: que in carne visibilem edidit: quem inuisibilem nec de carne nec cum carne suscepit. Et illa quidem in tota se grāde ⁊ suaue amoris vulnus accepit: ego vero me felicem putauerim si summa saltem quasi cuspide huius gladij pungi interdū me sensero: vt vel modico accepto amoris vulnere/ dicat etiam anima mea. Vulnerata charitate ego sum. Quis mihi tribuet in hunc modum non modo vulnerari: sed ⁊ expugnari omnino vsq̄ ad exterminationē coloris ⁊ caloris illius qui militat aduersus animam: ¶ Si exprobrauerint filie huius seculi ille anime que huiusmodi est/ dicētes pallidam ⁊ sine colore esse: nonne tibi congrue posse responderi videbitur. Nolite me considerare ꝙ fusca sim: q̄ decolorauit me sol: Et si se ad hoc meminerit peruenisse ab hortationibus seu increpationibus aliquoꝝ seruoꝝ dei emulantium eam dei emulatione: nonne consequenter veraciterq̄ inferre poterit: q̄ filij matris mee pugnauerunt cōtra me: Erit ergo sensus iuxta qđ dictum est vt ecclesia seu studiosa queuis anima id loquatur/ non quasi gemens aut conquerens: sed quasi gaudēs ⁊ gratias agens: insuper ⁊ glorians/ ꝙ pro nomine ⁊ amore christi digna sit fusca seu decolor esse ⁊ dici: atq̄ hocipsum ascribat non sue industrie sed gratie ⁊ misericordie preuenientis se ⁊ mittentis ad se. Nam quomodo crederet sine predicante: Quomodo autem predicarent nisi mitterent̄: Filios matris sue contra se pugnasse memorat non irata: sed vt non ingrata. Unde ⁊ sequitur Posuerunt me custodem in vineis. Quod verbum vtiq̄ si spiritualiter examinetur: puto nil in se querimonie aut rancoris habere videbitur: sed magis fauorabile aliquid redolere. Uerum ad id contingendum prius sane q̄ manum apponere audeamus (locus enim sanctus est) conciliandus est nobis solitis precibus et sic consultandus ille spiritus qui scrutatur alta dei: aut certe vnigenitus qui est in sinu patris sponsus ecclesie iesus christus dominus noster: qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen.

[Margin: Ps. cxix. / Ps. xxxvij / Matth. xxvj. / ij. Co. xij. / Gal. v. / Ps. cxviij. / B. / Heb. iiij. / Mat. x. / C / Esa. xlix. / D / Rom. x.]

¶ Qualiter populi fidelium seu anime electorum per vineas significantur: quarum ecclesia custos dicitur et de prudentia carnis que est mors. Sermo. xxx.

E

Posuerūt me custodem in vineis. Qui: Cui ne illi oppugnatores quos prime memorasti: Audite ⁊ intelligite si nō se ab illisipsis fatet̄ ista ꝓmotā/ a quibus ⁊ passam. Nec mirū tn̄ siquidē fuerit causa pugnandi intentio corrigendi. Nāq̄ quis nesciat multos amicabiliter vtiliterq̄ multotiens oppugnatos: q̄ multos quotidie experimur pijs impugnationibus prelatorū ad meliora ꝓficere: ꝓuehi ad altiora. Ergo illud potius demonstremus si possumus quēadmodum aduersus ecclesiā pugnatum sit a filijs matris sue ⁊ hostili animo/ ⁊ damno vtili. Id enim iocundius: cum qui nocere intendunt/ prosunt ⁊ nolētes. Utrumq̄ vero sensum tenet superior interpretatio: quinquidem non defuerūt ⁊ qui bene ⁊ qui male emularent̄ eā diuersa intentione pugnantes: sed vtriq̄ profuerunt. Intm̄ deniq̄ se ꝓ fecisse et his que ab emulis passa est gloriatur: vt ꝓ vna vinea quā sibi abstulisse visi sunt: super multas se gaudeat constitutā. Hoc mihi (inquit) prestitere pugnando contra me ⁊ contra vineam meā: qui dicūt exinanite/ exinanite vsq̄ ad fundamentū in ea: vt vnā pluribus cōmutarim. Hoc quippe est quod infert: vineam meā non custodiui tanq̄ causam subiungens vnde hoc illi contigerit: vt non in vna iam sꝫ in pluribus custos posita sit. ¶ Et littera quidē sic est. Sed si eam simpliciter sequimur: cōtenti eo solo quod sonare in superficie illa videtur putabimus nos legere in scriptura sancta de his vineis corporeis ⁊ terrenis quas quotidie cernimus de rore celi ⁊ de pinguedine terre accipere vnde fundunt vinum in quo est luxuria: ⁊ sic nihil non dico dn̄i sponse dignū: sed nec cuiuis ceteraꝝ congruū quid de tam sancta ⁊ diuina scriptura attulisse videbimur. Que eñ cōuenientia spōsis ⁊ custodie vinearū: Sed ⁊ si conuenire putet̄: vnde docebimus fuisse aliquando ecclesiam istiusmodi deputatam officio: Nunquid de vineis cura est deo: ¶ Si aūt spirituali sensu vineas ecclesias id est fideles interpretamur populos: iuxta prophete sensum dicentis. Uinea domini sabaoth domus israel est incipiet fortassis elucere nobis quomodo sponse minime indignū sit fieri custodē in vineis. Puto quidē ꝙ ⁊ nō parua insuper ⁊ in hocipso apparebit prerogatiua: si quis diligentius curet aduertere quantum vbiq̄ per orbē in huiusmodi vineas dilatauerit terminos suos a die illa qua hierosolymis a filijs matris sue expugnata est ⁊ exturbata: vna cum prima illa sua nouella plantatione: multitudinē dico credentiū quoꝝ legitur fuisse cor vnū ⁊ anima vna. Et ipsa est quam modo fatetur se minime custodisse: sed non ad insipientiam sibi. ¶ Nec ei ita inde euulsa in persecutione fuit: vt non alibi plantaretur: atq̄ alijs locaretur agricolis: qui reddant fructum eius tēporibus suis. Non prorsus non perijt: sꝫ migrauit etiam: creuit ⁊ dilatata est: tanq̄ cui benedixit dn̄s. Deniq̄ leua oculos tuos et vide: si nō operuit montes vmbra eius/ ⁊ arbusta eius cedros dei. Si non extendit palmites suos vsq̄ ad mare: ⁊ vsq̄ ad flumen propagines eius. Nec mirū: dei enim edificatio est: dei agricultura est. Ipse fecundat/ ipse propagat/ ipse putat ⁊ purgat eam vt fructum plus afferat. Quando nēpe sua destituerat cura vel opera quam plantauit dextera eius: Non plane habenda neglectui: in qua apostoli palmites: dn̄s vitis: ⁊ pater eius agricola est. In fide plantata: in charitate mittit radices: defossa sarculo discipline: stercorata penitentium lachrymis: rigata predicantium verbis: ⁊ sic sane exuberans vino in quo est leticia/ sed non luxuria: vino totius suauitatis nullius libidinis. Hoc certe vinū letificat cor hominis: hoc constat ⁊ angelos bibere cū leticia. ¶ Deniq̄ gaudent in conuersione ⁊ penitentia peccatorū: salutem hominū sitientes: lachryme penitentiū vinum eorum: ꝙ in illis vite odor: sapor gratie sit: indulgentie gustus: reconciliationis iocunditas: sanitas redeūtis innocentie: serenate suauitas conscientie. Ergo et illa vna vinea q̄ seuc ꝑsecutionis visa est deleuisse tempestas: q̄te in vniuersa terra propagate resurrexerunt: Et in his omnibus custos posita sponsa est: vt non cōtristetur ꝙ primam vineā non custodiuit. Consolare filia syon: si cecitas ex parte cōtigit in israel: quid tu perdis: Mirare mysterium et noli plangere detrimentum. Dilata sinum: et collige plenitudinē gentiū. Dic ciuitatibus iude. Uobis oportebat primum loqui verbū dei: sed quoniam repulistis illud: ⁊ indignos vos iudicastis eterne vite: ecce conuertimur ad gētes. Moysi sane oblatū est a deo: si preuaricatorē populū vellet dimittere et diuine exponere vltioni: ipsum quidē fieri posse in gentē magnam: sed ille renuit. Quare: Ob nimiā profecto dilectionem qua illi fortiter deuinctus populo tenebatur: ⁊ q̄m non requirebat que sua sunt: sed dei honorē: ⁊ non qđ sibi vtile foret sed qđ multis. Et ille quidē sic. ¶ Ego aūt cōsilio secretiori puto hoc munus diuinitus ꝓ sui magnitudine seruatū sponse vt ipsa potius et non moyses mitteretur in gentē magnā. Non eñ oportebat amicum sponsi preripere sponse benedictionē: ⁊ propterea non quidem moyses sed noua sponsa/ cui dicitur. Ite in mundū vniuersum: predicate euangeliū omni creature. Ipsa tn̄q̄ prorsus missa est in gentē magnā. Num in maiorē potuit q̄ in vniuersitatē: Et facile vniuersitas cessit portanti pacē/ gratiā offerēti. Sed nō sicut gratia: ita ⁊ lex q̄ dissimili vultu ad omnē ꝯscientiam se offerūt suauitas huius/ ⁊ illius austeritas. Quis sane ex equo respiciat condēnantē ⁊ cōsolantē/ reposcentē ⁊ ignoscentē/ plectētē ⁊ āplectētē: Nō pari ꝓfecto acceptabilis voto vmbra et lux/ ira et pax/ iudiciū ⁊ mia/ figura ⁊ veritas/ virga ⁊ hereditas/ frenum ⁊ osculū. ¶ Grauis deniq̄ moysi manus testibus aarō ⁊ vr. Graue legis iugū testibus ipsis apostolis: q̄ hoc ⁊ sibi ⁊ patribus importabile clamitāt. Graue iugū ⁊ vile premiū: nā terra est in promissione. Pro huiusmodi nō est moyses missus in gentem magnam. Uerū tu mater ecclesia: promissionē habens vite que nunc est et future: facile in duplici gratia obtines ab

[Margin: Psalm. cxxxvj. / F / Esaie. v. / Act. iiij. / G / Ps. lxxix. / i. Cori. iij. / H / Act. xiij. / Exodi. xxxij. / I / Mar. vlt. / Exo. xvij. / K / Act. xv.]

vniuersis te recipi: ꝛ propter iugū suaue ꝛ propter regnū subli-
me. Pulsa de ciuitate: ab vniuersitate exciperis: dum sic prouo
cat quod promittis: vt quod imponis nō terreat. Quid adhuc
vnius vinee plangis damnū: quod tanto tibi fenore compēsatū
est? Pro eo ꝙ fuisti derelicta et odio habita et non fuit qui per
te transiret: ponā te (inquit) in superbiā seculoꝝ/ gaudiū in gña
tione ꝛ generationem: ꝛ suges lac gentiū: ꝛ mammilla regū la-
ctaberis: ꝛ scies quia ego dñs saluans te: ꝛ redemptor tu⁹ for-
tis iacob. Tali itaqꝫ modo dicit se sponsa positam custodem in
vineis: ꝛ quia vineam suā non custodiuit. ¶ Ego loci huius oc
casione meipsum reprehendere soleo ꝙ animarū susceperim cu
ram qui meā non sufficerem custodire: vineas animas interpre-
tans. Et si probas ꝛ tu hanc nostrā interpretationē: vide etiā
consequenter an recte quoqꝫ dicamus fidē vitem: virtutes pal-
mites: botrum opus: deuotionem vinum? Siquidē nec palmes
absqꝫ vite/ nec virtus sine fide aliquid est. Sine fide enim impos
sibile est placere deo: fortasse et displicere necesse erit. Deniqꝫ
omne quod non est ex fide: peccatum est. Hoc ergo considerare
oportuit illos qui me posuerūt custodem in vineis: si videlicet
propriā custodissem. At ꝗto tempore inculta iacuit ꝛ deserta:
redacta in solitudinē? Prorsus defecerat vinū ex ea: arefactis
pre sterilitate fidei: virtutum palmitibus. Erat fides/ sed mor-
tua. Quomodo enī non mortua sine operib⁹? Et id quidē in se-
culari vita. Ceterum conuersus ad dñm: meliuscule cepi fateor
custodire: non tamen prout oportuit. Et quis nēpe ad hoc ido-
neus? Nec sanctus propheta qui ait. Nisi dñs custodierit ciui-
tatem: frustra vigilat qui custodit eā. Certis etiam tunc mini-
nime patere insidijs illius qui sagittat in occultis immacula-
tum? Certum nobis o vinea mea furtiuis surreptū est machina
mentis: eo ipso tēpore quo vigilantius intendere cepimus cure
et custodie nostri. Quod et quales piorū botros operū aut ex-
siccauit ira: aut tulit iactantia: aut fedauit inanis gloria? Certa
ab illecebra gule: quanta ab accidie spiritu: quanta a pusillani
mitate spiritus ꝛ tēpestate sustinuimus? Sic eram: ꝛ nihilomi-
nus tamen posuerunt me custodē in vineis: non considerantes
quid de mea ego facerē vel fecissem: nec audientes arguentem
magistrū ac dicentē. Si quis domui sue preesse nescit: quomo-
do ecclesie dei diligentiam habebit? ¶ Miror audaciam pluri
morū quos videm⁹ de suis vineis nō colligere nisi spinas ꝛ tri
bulos: vineis tamen dominicis etiam se ingerere nō vereri. Fu
res sūt ꝛ latrones: nō custodes neqꝫ cultores. Hoc illis. Ue aūt
mihi etiam nūc a periculo vinee mee: immo magis nūc quando
pluribus intentus: minus circa vnā diligēs/ minusqꝫ sollicitus
fieri cogor. Nec sepem circūdare: nec torcular fodere i ea licet.
Heu destructa est maceria ei⁹ ꝛ vindemiāt eam oēs qui preter
grediunt viam. Patet exposita tristicie iracūdie atqꝫ impatien
tie peruia. Demoliūtur eam sedule quedā vulpecule instantiū
necessitatū. Irrūpūt vndiqꝫ anxietates: suspitiōes/ sollicitudi-
nes. Turbe discordantiū: causarum molestie: rara hora desunt.
Non est prohibendi facultas: nō copia declinandi: sed nec orā
di spaciū. Quo imbre lachrymarū perfundere sufficiā sterilita-
tem anime mee: vinee mee volui dicere: sed de psalmo sic icidit
propter vsum: ꝛ sensus idem est. Nec piget erroris qui admonet
similitudinis: qꝛ non de vinea sermo est: sed de anima. Ergo ani
ma cogitetur: cū vinea legiꝫ. Siquidē sub huius specie ꝛ nomi
ne illius sterilitas deploratur quib⁹ ergo lachrymis rigabo ste
rilitatem vinee mee? Omnes palmites ei⁹ aruerunt pre inopia.
Iacent sine fructu: eo ꝙ nō habeant humorē. Iesu bone quos
fasciculos sarmentorū ex eis in tuo quotidie sacrificio visio cō
triti cordis mei te teste absumit? Sit obsecro sacrificium tibi
spiritus contribulatus: cor contritū ꝛ humiliatum deus ne de-
spicias. ¶ Et ego quidem sic pro imperfecto meo traho ad me
capitulū presens. Perfect⁹ aūt omnis erit qui alias dicere po-
terit vineā meā non custodiui: illo videlicet sensu quo saluator
loquitur in euāgelio. Qui perdiderit animam suam ꝑpter me:
inueniet eam. Idoneus plane ꝛ dign⁹ qui ponatur custos in vi-
neis: quē proprie cura vinee a commissarū diligentia ꝛ sollici-
tudine non impedit aut retardat. Dū non querit que sua sunt:
neqꝫ quod sibi vtile est/ sed quod multis. Propterea sane petro
cura ista credita est in tā multis vineis que erāt de circūcisiōe:
quia homo paratus erat ꝛ in carcerē ꝛ in mortem ire: vsqꝫ adeo
sue vinee id est sue anime non detinebatur amore: quo min⁹ cu
re intendere creditarū. Merito ꝛ paulo inter gentes tā ingens
silua credita est vinearū ꝙ ꝛ ipe in sue custodia vinee minime cu
riosus inuentus sit: ita vt non solū alligari: sed ꝛ mori in hieru-
salem paratus fuerit propter nomen domini Iesu christi. Deni
qꝫ nihil horū vereor (inquit) nec facio animā meā preciosiorem
ꝙ me. Optimus estimator rerū: qui nil suorū sibi preferendum
existimet. Et multi saluti proprie modicam vilissimamqꝫ pe-
cuniam pretulerūt. Paulus nec animā. Non inquit facio eam
preciosiorē ꝙ me ergo differentiā facis inter te ꝛ animā tuam.
Prudenter quidē tu tibi pluris es ꝙ quiduis tuū. ¶ Sed quo
modo non tua anima tu? Arbitror ꝙ quia paulus iam tūc in spi
ritu ambularet: ꝛ mente consentiret legi dei quoniā bona est:
idcirco hanc ipsā mentē suā tanꝙ principale ac supremū qui-
dam sui: dignū duxerit suimet potius ꝙ sue cuiuspiā rei nomi-
ne designare: reliquū vero quod constat nature esse inferioris
ꝛ inferiori pinde vilioriqꝫ essentie (quod est corp⁹) inherere: nō
modo officio viuificandi ac sensificandi: sed ꝛ fouendi nutriēdiqꝫ
desiderio: hoc (inꝙ) sensuale atqꝫ carnale appellatōe sui homo
spiritualis indignū iudicans inter sua magis censuit deputan
dū ꝙ se personaliter exprimēdū per illud. Cū me dico (inquit)
excellentius quod in me est in quo ꝛ sto per gratiā dei id est mē
tem rationēqꝫ intellige. Cū loquor animā meā: hoc inferius ac
cipe quod carni animāde vides accommodatū: etiā ꝛ iunctum
in concupiscentia. Id me fuisse quidē sed iam non esse agnosco
quia nō ſm carnē adhuc ambulo: sed ſm spiritū. Uiuo ego iam
non ego: viuit vero in me christus. Secundū mentē ego ſm car
nem non ego. Quid enī si carnaliter etiam nunc anima concupi
scit? Iam non ego operor illud: sed quod habitat in me pecca-
tum. Et ideo non me quidē sed tamen meū dixerim quod in me
carnaliter sapit: idqꝫ non aliud ꝙ ipsam animā. Reuera enī ani-
me portio est carnalis affectio eius: ꝛ vita quā administrat cor
pori. Hanc ergo animā suā paulus spernebat pre se: paratus ꝑ
domino non solū alligari: sed mori in hierusalem: ꝛ sic perdere
animā suā iuxta consiliū domini. Tu quoqꝫ si propriā deseras
voluntatē: si corporis voluptatib⁹ perfecte renuncies: si carnē
tuam crucifigas cū vitijs ꝛ concupiscentijs: sꝫ ꝛ mortifices mē
bra tua que sunt super terrā: probabis te pauli imitatorē: ꝗ nō
facies animā tuā preciosiorē teipso: probabis ꝛ christi discipu
lum etiā illā perdēdo salubriter. Et quidē prudentius eam per
dis vt custodias quā custodis vt perdas. Nā qui voluerit ani-
mam suā saluā facere: perdet eā. ¶ Quid hic vos dicitis obser
uatores ciborū: morū neglectores? Hypocras ꝛ sequaces eius
docent animas saluas facere in hoc mūdo: christus ꝛ ei⁹ disci-
puli perdere. Quēnam vos e duobus sequi magistrū eligitis?
At manifestū se facit qui sic disputat: hoc oculis/ hoc capiti/ et
illud pectori vel stomacho nocet. Profecto vnusquisqꝫ qđ a suo
magistro didicit: hoc in medium profert. Num in euangelio le-
gisti has differentias: aut in prophetis: aut in litteris aposto-
lorū? Caro ꝛ sanguis pro certo reuelauit tibi hanc sapientiā:
non spiritus patris. Est enī carnis hec sapiētia. Sed audi qđ
de ipsa nostri medici sentiant. Sapiētia (inquiunt) carnis mors
est. Itē sapiētia carnis inimica est deo. Nū hypocratis seu ga-
leni sententiā: aut certe de schola epicuri debui proponere vo
bis? Christi sū discipul⁹: christi discipulis loquor. Ego si pere
grinū dogma induxero: ipse peccaui. Epicur⁹ atqꝫ hypocras
corporis alter voluptatē: alter bonā habitudinē prefert: meus
magister vtriusqꝫ rei contēptū predicat. Anime in corpore vitā
quā summo studio iste vnde sustētet: ille vnde ꝛ delectet inqui-
rit atqꝫ inquirere docet saluator monet ꝛ perdere. ¶ Quid enī
tibi aliud de christi auditorio sonuit cū paulo ante clamatū est:
qui amat animā suā perdet eā? Perdet eā dixit: siue ponēdo vt
martyr: siue affligendo vt penitēs. Etsi gen⁹ martyrij est: spiri
tu facta carnis mortificare: illo nimirū quo mēbra cedūtur fer-
ro: horrore quidē miti⁹: sꝫ diuturnitate molesti⁹. Uides ne hac
sententia magistri mei carnis sapientiā condēnari: per quā vti-
qꝫ aut in luxū voluptatis diffluitur: aut ipsa quoqꝫ bona vali-
tudo corporis vltra ꝙ oporteat appetiꝫ? Deniqꝫ ꝙ vera sapiē-
tia in voluptates nō effluat: audisti profecto a sapiēte: ne inue-
niri quidē hāc in terra suauiter viuētiū. Qui aūt inuenit dicit.
Super salutē ꝛ omnē pulchritudinē: dilexi sapientiā. Si super
salutē ꝛ pulchritudinē: ꝗto magis super voluptatē ꝛ turpitudi
nem? Quid vero prodest tēperare a voluptatibus ꝛ inuestigan
dis diuersitatib⁹ cōplexionū: ciboꝝqꝫ varietatibus exquiren
dis: quotidianam expendere curā? Legumina (inquit) ventosa
sunt: caseus stomachū grauat/ lac capiti nocet/ potū aque non
sustinet pectus/ caules nutriunt melancoliā/ colerā porri accē-
dunt/ pisces de stagno aut de lutosa aqua mee penitus comple
xioni non ꝯgruūt. Quale est hoc vt in totis fluuijs agris/ ortis/
cellarijsve reperiri vix possit qđ comedas? ¶ Puta te queso mo
nachū esse non medicū: nec de cōplexione iudicandū: sed de ꝓ-
fessione. Parce obsecro primū quidē quieti tue: parce deinde
labori ministrantiū: parce grauamini dom⁹: parce conscientie.
Conscientie dico nō tue sꝫ alteri⁹: illi⁹ vꝫ ꝗ prope sedēs: ꝛ edēs
quod sibi apponiꝫ: de tuo singulari ieiunio murmurat. Scāda-
lo quippe est ei: aut tua odiosa superstitio/ aut duricia: quā for
te putat illius qui tibi habet prouidere. Scandalizatur inꝙ in
tua singularitate frater iudicans te supstitiosum tanꝙ supflua
queritantē: aut certe me durū causans qui non perquiram vi-
ctui tuo necessaria. ¶ Frustra sibi quidam blandiūtur de exē-
plo pauli hortantis discipulum non bibere aquam: sꝫ modico
vti vino

Margin notes (left column): Esaie.lx. — L — Heb.xi. — Ro.xiiij. — ps.cxxvi. — M — Psalm.lxxix. — ps.l. — N — Mat.x. — Luc.xxij. — Act.xxi.

Margin notes (right column): O — Rom.vij. — Rom.viij — Gal.ij. — Rom.vij. — Mat.xvi. — P — Rom.viij — Ibidem. — Q — Sap.vij. — R — S — i.Thi.v.

vti vino propter stomachum ⁊ frequentes suas infirmitates. Qui attendere debēt primum quidē apostolum minime sibi ipsi rem istiusmodi suadere: sed nec discipulū eque exposcere sibi. Deinde non monacho hoc intimari/ sed episcopo: cuius vita tenere adhuc et nascenti ecclesie pernecessaria esset. Timotheus hic erat. Da mihi alterū timotheum: ⁊ ego cibo eum si vis etiam auro ⁊ poto balsamo. Ceterū tu tibimetipsi dispensas misertus tui. Suspecta est mihi fateor tua ipsius in te dispensatio: et vereor tibi illud sub tegmine ⁊ nomine discretionis et carnis prudentia. Ad te saltem volo admonitum esse vt si tibi ita auctoritas apostoli placet de bibēdo vino: modico qđ ille adiūxit non pretermittas. Et de hoc satis. Sed revertamur ad sponsam: ⁊ discamus ab ea vineas proprias vtiliter non custodire: presertim nos qui videmur deputati custodes in vineis sponsi ecclesie iesu christi domini nostri: qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen.

¶ De excellentia diuine visionis: ⁊ qualiter in presenti sanctis viris gustus diuine presentie variatur pro variis anime desiderijs. Sermo.xxxj.

A

Indica mihi quem diligit anima mea: vbi pascas: vbi cubes in meridie. Studiosis mentibus verbū sponsus frequenter apparet: ⁊ non sub vna specie. Quid ita? Profecto quoniam nondum videtur sicuti est. Nempe illa visio stat qr forma stat q̄ tunc videtur. Est enim nec vllam capit ex eo qđ est fuit vel erit mutationem. Tolle nempe fuit ⁊ erit: vn̄ iā transmutatio aut vicissitudinis obūbratio? At quicquid veniens ex eo qđ fuit non cessat tendere in id qđ erit: transitum sane habet per est: sed omnino non est. Nam quomodo est qđ nunq̄ in eodem statu permanet? Solum proinde vere est q̄ nec afuit preciditur: nec aberit expungitur: sed solum atq̄ inexpugnabile remanet ei est/ ⁊ manet qđ est. Nec fuit sane tollit illi/ esse ab eterno: nec erit eē in eternum: ac per hoc sibi vendicat verū esse: idest increabile interminabile/ invariabile. Cū igit ipse qui sic est: immo qui non sic aut sic est/ videtur sicuti est: stat vt dixi illa visio: qr nulla eā interpollat vicissitudo.

B — Mat. xx.

¶ Et tunc ille de euangelio vnus omnibus q̄ sic vident denarius redditur in vna specie que offertur. Nam ⁊ qđ apparet vt invariabile in se est: ita invariabiliter intuentibus presto est: et quibus apparet/ nil videre desiderabilius volunt: nil possunt delectabilius. Quando ergo illa vel fastidiet auiditas: vel se subtrahet suavitas: vel fraudabit veritas: vel deficiet eternitas? Qr si ineternū extendit videndi copia pariter et voluntas quomodo nō plena felicitas? Nil quippe aut deest iam semper videntibus: aut superest semper volentibus. At talis visio non est vite presentis: sed in novissimis reservatur: his dūtaxat qui dicere possunt. Scim⁹ qr cum apparuerit similes ei erimus: quia videbimus eum sicuti est.

j. Joā. iij.

Et nunc quidem apparet quibus vult: sed sicuti vult nō sicuti est.

C

¶ Non sapiens: non sanctus non propheta videre illum sicuti est potest aut potuit in corpore hoc mortali: poterit autem in immortali: qui dignus habebitur. Itaq̄ videtur ⁊ hic sed sicut videtur ipsi: et non sicuti est. Nam neq̄ hoc luminare magnum (solem loquor istum quem quotidie vides) vidisti tñ aliqñ sicuti est: sed tantū sicut illuminat: verbi cā aerē/ montem/ parietē/ Qđ nec ipm quidē aliquatenus posses si nō aliq̄ ex parte ipm lumē corporis tui p̄ sui ingenita serenitate ⁊ perspicuitate celesti lumini sile eēt. Nō deniq̄ alteꝝ mēbrū corporis capax est luminis ob multā vtiq̄ dissimilitudinē. Sz nec ipse oculus cū turbatus fuerit lumini ppinquabit nimirū ob amissam similitudinem. Qui ergo turbatus/ nullatenus serenū solem videt ppter dissimilitudinem: serenus aliquatenus videt ppter nonnullam similitudinem. Profecto si pari prorsus puritate vigeret: videret omnino inoffensa facie eū sicuti est propter omnimodam similitudinem. Ita ⁊ solem iusticie illum qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundū: videre in hoc mundo sicut illuminat illuminatus potest tanq̄ iam in aliquo similis sicuti est: omnino non pōt: tanq̄ nondum perfecte similis. Propterea dicit. Accedite ad eum ⁊ illuminamini: ⁊ facies vestre non confundentur.

ps. xxxiij — D — ij. Cor. iij

¶ Ita sane: sed si quantum satis est illuminamur; vt revelata facie speculantes gloriam dei: in eādem imaginem transformemur de claritate in claritatem tanq̄ a domini spiritu. Ergo accedendum ad eum: non irruendū: ne irreuerens scrutator maiestatis opprimatur a gloria. Nec locis sane accedēdum: sed claritatibus/ ipsisq̄ non corporeis: sz spiritalibus tanq̄ a domini spiritu. A domini plane ⁊ nō a nostro q̄uis in nostro.

pver. xxv

Qui itaq̄ clarior/ ille propinquior: esse autem clarissimum peruenisse est. Porro iam presentib⁹ nō aliud est videre sicuti est: q̄ esse sicuti est: et aliqua dissimilitudine non confundi. Sed id tūc vt dixi. Interim vero tanta hec formarum varietas atq̄ numerositas specierum in rebus conditis: quid nisi quidam sunt radij deitatis monstrantes quidem quia vere sit a quo sunt: non tamen quid sit prorsus diffinientes? Itaq̄ de ipso vides: sed non ipsum. Cū autem de eo quē non vides/ cetera vides: scis indubitanter existere quē oportet inquirere: vt inquirentem non fraudet gratia: negligentē ignorantia non excuset. Verū hoc genus videndi cōmune. In promptu enim est iuxta apostolum omī vtenti ratione: invisibilia dei per ea que facta sunt intellecta conspicere.

Rom. j. — E

¶ Ali⁹ procul dubio ille modus quo quondā patrib⁹ crebra illa atq̄ ambitiosa diuine presentie familiaritas dignāter indulta est: q̄uis nec ipsis sicuti est: sed sicut dignata est. Nec vno omib⁹ modo sed vt ait apostolus. Multifarie multisq̄ modis: cū ipse in se sit vnus dicente ipso ad israel: dñs deus tuus deus vnus est.

Hebre. j. — Deut. vj.

Et hec demonstratio non quidem cōmunis: sed tamē foris facta est: nimirū exhibita per imagines extrinsecus apparentes seu voces sonantes.

F

¶ Sz est diuina inspectio eo differētior ab his quo interior: cum per seipsum dignatur invisere deus animam querentem se: que tamen ad querendū toto se desiderio ⁊ amore devovit. Et hoc signū istiusmodi aduentus ei⁹ sicut ab eo qui expertus est edocemur.

Ps̄. xcvj.

¶ Ignis ante ipm precedet: ⁊ inflāmabit in circuitu ei⁹ inimicos eius. Oportet nāq̄ vt sancti desiderij ardor preueniat faciem eius ad oēm animā: ad quam est ipse venturus qui omnem consumat rubiginē vitiorum: et sic preparet locū dño. Et tunc scit anima quoniam iuxta est dominus. cum se senserit illo igne succensam: et dixerit cū propheta. De excelso misit ignem in ossibus meis ⁊ erudiuit me. Et illud. Concaluit cor meū intra me ⁊ in meditatione mea exardescit ignis.

Treno. j. — ps. xxxviij. — G

¶ Tali anime suspiranti frequenter: immo sine intermissione oranti et affligenti se pre desiderio: cum interdum desideratus ille qui ita queritur; miseratus occurrit: puto illi de propria experientia convenire: vt dicat cū sancto hieremia. Bonus es domine sperantibus in te: anime querenti te.

Treno. iij

Sed ⁊ angelus ei⁹ q̄ vnus est de sodalibus spōsi in hoc ipsum deputatus minister profecto ⁊ arbiter secrete mutueq̄ salutatiōis: is inq̄ angelus quomodo tripudiat: quomodo colletatur et condelectatur: ⁊ cōuersus ad dñm dicit. Gratias ago tibi dñe maiestatis: quia desideriū cordis ei⁹ tribuisti ei: ⁊ volūtate labioꝝ eius non fraudasti eā: ipse est q̄ in omni loco sedulus quidem pedissequus anime non cessat sollicitare eam: ⁊ assiduis suggestionib⁹ monere dicēs. Delectare in domino: ⁊ dabit tibi petitiones cordis tui. Et rursum. Expecta dominū ⁊ custodi viā eius. Item si morē fecerit expecta eum. qr veniens veniet ⁊ non tardabit. Ad dominum autem Sicut servus (inquit) desiderat ad fontes aquarū: ita desiderat anima ista ad te deus. Desiderauit te in nocte: sed ⁊ spiritus tuus in precordijs de mane vigilauit ad te. Et iterū. Tota die expādit ad te manus suas: dimitte illā quia clamat post te. Conuertere aliquantulū ⁊ deprecabilis esto super eam. Respice de celo ⁊ vide ⁊ visita desolatam.

Ps̄. xx. — ps. xxxvj. — Ibidem. — Abac. j. — Ps̄. xlj. — ps. lxxxvij — Mat. xv. — ps. lxxxix

Fidelis paranymphus: qui mutui amoris conscius: sed non invidus: non suam querit: sed domini gratiam discurrit medius inter dilectum et dilectam vota offerens/ referens dona. Excitat istā: placat illum. Interdum quoq̄ (licet raro) representat eos pariter sibi: siue hāc rapiēs/ siue illū adducens. Siquidem domesticus est et notus in palatio: nec veret repulsam: ⁊ quotidie videt faciē patris.

H

¶ Vide aūt tu ne quid nos in hac verbi animeq̄ commixtione corporeū seu imaginatoriū sentire existimes. Id loq̄mur qđ apostolus dicit: qm qui adheret deo vnus spiritus est. Excessum pure mētis in deum siue dei piū descensum in animā: nostris quibus possumus exprimimus verbis: spiritualib⁹ spiritualia cōparantes. Itaq̄ in spiritu fit ista coniunctio: quia spiritus est deus: ⁊ concupiscit decorem anime illius quā forte aduerterit in spiritu ambulantē: et curā carnis non perficientem in desiderio: presertim si sui amore flagrantem cōspexerit.

j. Cor. vj. — Joan. iiij

Non ergo sic affecta ⁊ sic dilecta contenta erit omino vel illa q̄ multis p̄ ea que facta sunt: vel illa q̄ paucis per visa ⁊ somnia: facta est manifestatio sponsi: nisi ⁊ speciali prerogatiua intimis illum affectibus atq̄ ipsis medullis cordis celitus illapsum suscipiat habeatq̄ presto quem desiderat non figuratum/ sed infusum: non apparentem/ sed afficientē: nec dubiū quin eo iucundiorem: quo intus non foris. Verbū nempe est non sonans/ sed penetrans: non loquax sed efficax: non obstrepens auribus/ sz affectibus blandiēs. Facies est non formata sed formans: non perstringens oculos corporis/ sed faciem cordis letificans: grata quippe amoris munere/ non colore.

I

¶ Non tamē adhuc illū dixerim apparere sicuti est: q̄uis nō omino aliud hoc modo exhibeat q̄ qđ est. Nec eñ vel sic cōtinue presto erit q̄uis devotissimis mētibus: sed nec vniformiter omnibus. Oportet nanq̄ pro varijs anime desiderijs diuine gustum presentie variari: et infusum saporem superne dulcedinis diversa appetentis animi aliter atq̄ aliter oblectare palatum. Deniq̄ aduerti...

ſi in hoc amatorio carmine quotiens mutauerit vultum: et in quanta multitudine dulcedinis ſue coram dilecta dignat⁹ ſit transformari: ⁊ quomodo nūc quidē inſtar verecundi ſpōſi ſancte anime ſecretos petat amplexus: ⁊ oſculis delectetur: nunc vero in oleo ⁊ vnguentis medicū exhibere appareat: nimirum propter teneras ⁊ infirmas animas: iſtiuſmodi adhuc indigentes fomentis ⁊ medicamentis: vnde ⁊ delicato adoleſcentularum noīe deſignant. Si muſſitet q̄s audiet q: non eſt opus ſanis medicus: ſꝫ male habētibus. (Mat.ix.) Nunc rurſum quaſi viator quēpiam itinerantibus ſponſe ſimul atq̄ꝫ adoleſcentulis ſeſe aſſocians iocundiſſimis cōfabulationibus ſuis a labore vie omnē releuat comitatū: ita vt eo diſcedente loquantur. Nōne cor noſtrū ardens erat in nobis de ieſu dū loqueretur nobis in via? (Lu.xxiiij) ¶ Facundus comes qui in ſermonū ⁊ morū ſuauitate ſuorum (L) tanq̄ꝫ in quadā ſuaueolentia ſpirantiū vnguentorū poſt ſe currere faciat vniuerſos. Unde ⁊ dicunt. In odorē vnguentorum tuorū curremus. (Canti.i.) Item aliquando occurrens quaſi prediues aliquis paterfamilias q̄ in domo ſua abundet panibus: immo tanq̄ꝫ rex magnificus ⁊ potēs qui ſponſe pauperis videat puſillanimitatē erigere: pͥuocare cupiditatē / demonſtrās illi omia deſiderabilia glorie ſue: diuitias torcularis ac promptuarioꝝ hortoꝝ ⁊ agrorum copias: demū etiā introducēs eā in ipſa ſecreta cubiculi. Nimirū ꝯfidit in ea cor viri ſui: ⁊ non eſt ex omnibus q̄ð ab illa exiſtimet abſcondendum: quā redemit in opē probauit fidelē: amplexatur amabilem. (Puer.vlt.) Atq̄ꝫ ita nō ceſſat ſiue hoc ſiue illo modo interno iugiter apparere conſpectui querentium ſe: vt ſermo impleatur quē dixit. Ecce ego vobiſcum ſum vſq̄ꝫ ad cōſummationē ſeculi. (Mat.vlt.) Et in his omnibus ſuauis ⁊ mitis et multe miſericordie. Nam in oſculis quidē affectuoſum ⁊ blandum: in oleo autem ⁊ in pigmētis atq̄ꝫ vnguentis clemētem ⁊ affluentem viſceribus pietatis ⁊ cōpaſſionis. ¶ Porro in (M) via hilarē / affabilē / plenū gratie ⁊ ſolatij: in oſtenſione vero diuitiarum ac poſſeſſionū munificū ſe ac largū pro regia liberalitate remuneratorem demonſtrat. Ita per omnem huius carminis textū reperies verbū iſtiuſmodi ſimilitudinibus adumbrari. Unde ego puto id ſignificatū apud pͥphetā vbi ait. Spiritus ante faciem noſtram chriſtus dominus: in vmbra eius viuemus inter gentes: q̄ ſcilicet videamus nunc per ſpeculū et in enigmate: ⁊ necdū facie ad faciem. (Treñ.iiij.) Ad iſtud ſane donec viuimus inter gentes. Nam inter angelos aliter quando iam in differenti omnino felicitate cum ipſis videbimus eum et nos ſicuti eſt: hoc eſt in forma dei ⁊ non in vmbra. Quomodo nāq̄ꝫ apud veteres quidem vmbrā figuramq̄ꝫ dicimus extitiſſe: nobis autem per gratiā chriſti in carne preſentis ipſam per ſe illuceſcere v͛itatem: ita nos quoq̄ꝫ reſpectu futuri ſeculi in quadam interim veritatis vmbra viuere non negabit: niſi qui non acquieſcit apoſtolo dicenti. Ex parte cognoſcimus: ⁊ ex parte prophetamus. (i.Cor.xiij) Et illud. Non arbitror me cōprehendiſſe. (Phil.iij.) Quomodo enim non eſt diſtinctio eius qui per fidem ambulat ⁊ illius qui per ſpeciē: Ergo iuſtus ex fide viuit: beatus exultat in ſpecie. (Gal.iij.) Et ideo ſanctus homo viuit interim in vmbra chriſti ſanctus angelus in ſplēdore vultus glorie gloriatur. ¶ Et bo (N) na fidei vmbra: que lucē temperat oculo caliganti / ⁊ oculū p̄parat luci. Scriptū eſt enim. Fide mūdans corda eorum. (Act.xv.) Fides itaq̄ꝫ lucem nō extinguit ſed cuſtodit. Quicquid ſane eſt illud q̄ð videt angelus: hoc mihi vmbra fidei ſeruat: fidei ſinu repoſitum in tempore reuelandū. An non expedit tenere vel inuolutū q̄ð nudū nō capis: Deniq̄ꝫ ⁊ mater domini viuebat in vmbra fidei cui dictū eſt: ⁊ beata que crediđiſti. (Luce.i.) Habuit ⁊ de chriſti corpore vmbram que audiuit: et virtus altiſſimi obumbrabit tibi. (Ibidem.) Nec enim vilis vmbra que de virtute altiſſimi formatur. Et vere virtus in carne chriſti que virgini obumbrauit: vt q̄ð impoſſibile erat mortali ſemine obiectu tamē inuolucri viuifici corporis ferret preſentiā maieſtatis: ⁊ lucē ſuſtineret inacceſſibilem. Uirtus plane in qua omis cōtraria fortitudo debellata eſt. Et virtus ⁊ vmbra fugans demones: tutans homines. Aut certe virtus vegetans: vmbra refrigerans. Uiuimus proinde in vmbra chriſti qui per fidē ambulam⁹: et carne ipſi⁹ paſcimur vt viuamus. Caro eī̄ chriſti vere eſt cibus. (Joan.vi.) Et vide ne propterea etiā nunc deſcribatur hoc loco apparens tanq̄ꝫ in ſcemate paſtorali: vbi illū ſponſa quaſi vnū quēpiam de paſtoribus videtur alloqui dicens. ¶ Indica mihi vbi paſcas / (O) vbi cubes in meridie. Bonus paſtor qui animam ſuā dat pro ouibus ſuis. (Joan.x.) Animam pro illis / carnem illis. Illam in preciū iſtam in cibum. Res mira / ipſe paſtor / ipſe paſcua eſt / ipſe redemptio. Uerum ſermo in longum pergit: quoniam locus amplus eſt ⁊ grandia continens: et non explicabitur paucis: atq̄ꝫ hac neceſſitate videtur mihi iam rumpendus potius q̄ꝫ finiendus. Oportet autem vt quoniā materia pendet / memoria vigilet: quatinus vbi pauſatum erit: inde mox reſumatur ⁊ pertractetur prout dominus dabit ieſus chriſtus ſpōſus eccleſie qui eſt ſuper omnia deus benedictus in ſecula. Amen.

¶ Qualiter chriſtus ſuſcipiatur ab anima ſancta: tanq̄ꝫ ſponſus: ⁊ ab anima infirma tanq̄ꝫ medicus: ⁊ de differentia cogitationū vnde oriantur. Sermo.xxxiij.

Indica mihi vbi paſcas / vbi cubes in meridie. Hic (P) ſumus / hinc progredimur. Sed anteq̄ꝫ tractari incipiat viſio iſta ⁊ allocutio: recapitulandū breuiter arbitror de aliis viſionibus: que preceſſerunt: quomodo nobis aptari ſpiritaliter poſſint pro votis ⁊ meritis ſinguloꝝ: vt apprehenſis (illis ſi tamen hoc dari fuerit) facilior ⁊ in huius diſcuſſione eluceat intellectus. Uerū id difficillimū. Nā ⁊ ſi illa verba quibus ipſe viſiones ſeu ſimilitudines deſcribūtur ſonare corpora atq̄ꝫ corporea videātur: ſpiritualia tamen ſunt que nobis miniſtrantur in his: ac p̄ hoc in ſpiritu quoq̄ꝫ cauſas ⁊ rationes earū oportet inquiri. Et q̄s idoneus inueſtigare ⁊ comprehendere tam multos anime affectus profectuſq̄ꝫ: quibus hec de preſentia ſponſi tam multiformis gratia diſpenſatur: Tamen ſi intremus ad nos ⁊ ſpiritus ſanctus in lumine ſuo dignetur oſtendere nobis q̄ð opere ſuo non dedignatur aſſidue actitare in nobis: puto nō omino nos in his ſine intellectu remanſuros. Confido enim non accepiſſe nos ſpiritū huius mundi / ſed ſpiritum qui ex deo eſt: vt ſciamus que a deo donata ſunt nobis. (i.Cor.ij.) ¶ Ergo ſi cui noſtrum cum (Q) ſancto propheta adherere deo bonum eſt: ⁊ (vt loquar manifeſtius) ſi quis in nobis eſt ita deſiderij vir / vt cupiat diſſolui / et cum chriſto eſſe: cupiat autem vehementer / ardenter ſitiat / aſſidue meditetur: is profecto non ſecus q̄ꝫ in forma ſponſi ſuſcipiet verbū in tēpore viſitationis: hora videlicet qua ſe aſtringi intus quibuſdā brachijs ſapientie: atq̄ꝫ inde ſibi infundi ſenſerit ſancti ſuauitatem amoris. (Pš.lxxij) Siquidē deſideriū cordis ei⁹ tribuetur ei: ⁊ ſi adhuc peregrinanti in corpore. (Pš.xx.) Ex parte tamen idq̄ꝫ ad tempus: et tempus modicū. Nam cum vigilijs et obſecrationibus ⁊ multo labore ⁊ imbre lachrymarum queſitus affuerit: ſubito dū teneri putatur elabitur: ⁊ rurſuꝫ lachrymanti et inſectanti occurrens comprehendi patitur / ſed minime retineri: dū ſubito iterū quaſi e manibus euolat. Et ſi inſtiterit precibus et fletibus deuota anima / denuo reuertetur / et voluntate labiorū eius non fraudabit eā: ſed rurſum mox diſparebit: ⁊ non videbitur / niſi iterum toto deſiderio requirat. (Ibidem.) Ita ergo et in hoc corpore poteſt eſſe de preſentia ſponſi frequens leticia: ſed non copia: q: ⁊ ſi viſitatio letificat / ſed moleſtat viciſſitudo. Et hoc tandiu neceſſe eſt pati dilectam donec ſemel poſita corporee ſarcina molis: auolet ⁊ ipſa leuata pennis deſideriorum ſuoꝝ libere iter carpens per campos cōtemplationis: ⁊ mente ſequens expedita dilectum quocunq̄ꝫ ierit. ¶ Nec tamen vel in tranſitu preſto erit ſic omni anime: (R) niſi illi dūtaxat quā ingens deuotio: et deſiderium vehemēs et predulcis affectus ſponſam probat: et dignam ad quam gratia viſitandi acceſſurū verbū decorem induat formam ſponſi accipiens. Qui enim nondū inuenitur ita affectus: ſed cōpunctus magis actuū recordatione ſuorū / loquens in amaritudine anime ſue dicat deo. Noli me condemnare: aut forte etiam (Job.x.) adhuc periculoſe tentatur a propria concupiſcentia abſtract⁹ ⁊ illectus: hic talis non ſponſum requirit ſed medicum: ac per hoc non oſcula quidem vel amplexus: ſed tantum remedia vulneribus accipiet ſuis: in oleo vtiq̄ꝫ ⁊ vnguentis. An non ſepenumero ſic ſentimus / ⁊ ſic experimur orantes: nos qui noſtris quotidie adhuc exceſſibus tentamur preſentibus mordemur preteritis: A q̄ꝫta me amaritudine frequēter liberaſti aduenīēs ieſu bone: Quotiens poſt anxios fletus: poſt inenarrabiles gemitus ⁊ ſingultus: ſauciam conſcientiam meam vnxiſti vnctione miſericordie tue: et oleo leticie perfudiſti: Quotiēs me oratio quem pene deſperantem ſuſcepit reddidit exultantem et preſumentem de venia: Qui ſimiliter afficiūtur ecce hi ſciunt q̄ vere medicus ſit dominus ieſus: qui ſanat contritos corde et alligat contritiones eorum. (pš.cxlvi.) Qui experti nō ſunt: credant inde eidē ipſi dicenti. Spiritus domini vnxit me: ad euāgelizandum manſuetis miſit me: vt mederer contritis corde. (Luce.iiij.) Si adhuc dubitant accedant certe et probent: et ſic in ſemetipſis diſcant quid ſit: miſericordiam volo et non ſacrificium. (Mat.ix.) ¶ Sed videamus ⁊ reliqua. Sunt qui in ſtudijs ſpiritalib⁹ fa (S) tigati et verſi in teporem atq̄ꝫ in defectu quodam ſpirit⁹ poſiti ambulant triſtes vias domini: corde arente et tedente accedunt ad queq̄ꝫ iniuncta: frequenter murmurant: longos dies. longas conqueruntur et noctes: loquentes cum ſancto Job. Si dormiero dicam: quando cōſurgam: et rurſum expectabo veſperam. (Job.vij.) Ergo vbi contingit tale aliquid pati: ſi miſert⁹ dominus appropiet nobis in via qua ambulamus: et incipiat loqui de celo qui de celo eſt: necnon fauorabile quippiam cantare nobis de canticis ſyon: narrare etiam de ciuitate dei: de

pace ciuitatis

pace ciuitatis: de eternitate pacis: de statu eternitatis: dico
vobis erit pro vehiculo anime dormitanti: et pigritanti leta nar
ratio: ita vt pellat omne fastidiũ ab animo audientis: et a cor=
pore fatigationem. An tibi aliud vt pati vel petere ille vide=
ps. cxviij
tur: qui ait. Dormitauit anima mea pre tedio: confirma me in
Ibidem.
verbis tuis. Et nõne cũ obtinuerit clamabit quomõ dilexi le
A
gem tuã domine: tota die meditatio mea est. ¶ Sunt eñ que=
dam verba verbi sponsi ad nos: nostre meditationes de ipsor
eius gloria/ elegantia/ potentia/ maiestate. Nõ solũ aũt sed et
cum auida mente versamus testimonia eius: et iudicia oris ei⁹
et in lege eius meditabitur die ac nocte: sciamus pro certo ad=
esse sponsum atq alloqui nos: vt non fatigemur laboribus: ser
monibus delectati. Tu ergo cũ tibi aliqua talia volui animo
sentis: non tuam putas cogitationem: sed illũ agnosce loquẽ
Esa. lxiij.
tem: qui apud prophetã dicit. Ego qui loquor iusticiã. Simil=
lima enim sunt nostre cogitata mẽtis sermonibus veritatis in
nobis loquentis: nec facile quis discernit quid intus pariat
cor suũ quidve audiat nisi qui prudenter aduertit dñm in euã
Mat. xv.
gelio loquentẽ: q̃r de corde exeũt cogitationes male. Et illud
Eiusd. ix.
Quid cogitatis mala in cordibus vestris. Et qui loquit̃ men
Joan. viij
dacium: de suo loquitur. Apostolus autem. Non q̃ sufficiẽtes
ij. Cor. iij.
(inquit) simus cogitare aliq̃d a nobis tanq̃ ex nobis: subau=
dis bonũ: sed sufficientia nostra ex deo est. Cum ergo mala in
corde versamus/ nostra cogitatio est: si bona dei sermo est. Il=
Psalmo
la cor nostrũ dicit: hec audit. Audiam (ait) quid loquatur in
lxxxiiij.
me dominus deus: quoniam loquetur pacem in plebem suaz.
Itaq pacem/ pietatem/ iusticiam/ deus in nobis loquitur: nec
Mat. xv.
talia nos cogitamus ex nobis: sed in nobis audimus. Ceterũ
homicidia/ adulteria/ furta/ blasphemie: et his similia de corde
Ps. xiij.
exeunt: nec audimus ea sed dicimus. Denique dixit insipiens in
Eiusd. ix.
corde suo non est deus. Et propter hoc irritauit impius deum
quia dixit in corde suo non requiret. Sed est preterea qd cor=
de quidem sentitur: non tamen cordis est verbum: nec eñ de
corde exit sicut nostra cogitatio: sz neq illud est qd ad cor fie
ri diximus verbum: videlicet verbi: cum sit malũ: immittit̃ au
ps. lxxvij.
tem a contrarijs potestatibus: sicut fiũt immissiones per ange
Joan. xiij
los malos: quale. verbi causa fuit qd legitur misisse in cor dia
B
bolus/ vt traderet dominũ iudas simonis scariotis. ¶ Uerum
quis ita vigil et diligens obseruator motionũ internarũ suaꝝ
siue in se siue et ex se factarum vt liquido ad queq illicita sen
su cordis sui discernat inter morbum mentis et morsuz serpen
tis. Ego nulli hoc mortaliũ possibile puto: nisi qui illuminat⁹
j. Cor. xij.
a spiritu sancto speciale accepit donum qd apostolus inter ce
tera charismata que enumerat: nominat discretionẽ spirituũ.
Puer. iiij.
Ut cũlibet enim quis (sm Salomonem) omni custodia seruet
cor suum: et omnia que intra se mouentur vigilantissima inten
tione obseruet: etiam si diuturnum forte in his habuerit exer
citium: et frequens experimentũ. non poterit tamen ad puruz
in se dinoscere discernereve ab inuicem malũ innatũ et maluz
Ps. xviij.
seminatum. Nam dilecta quis intelligit. Nec multũ refert no
stra scire: vnde inest nobis malũ dũmodo inesse sciam⁹ vigilã
dum potius et orandum vndecũq sit ne consentiamus. Denique
Ibidem.
orat propheta contra vtrũq malum dicens. Ab occultis meis
mũda me domine: et ab alienis parce seruo tuo. Et ego nõ pos
sum tradere vobis qd non accepi. Non autem accepi fateor vn
de assignem certã notionem inter partũ cordis et seminarium
hostis. Quippe vtrũq malum/ vtrũq a malo/ vtrũq in corde/
sed non vtrũq de corde. ¶ Hoc totũ certũ mihi in me: et si in=
certum quid cordi/ quid hosti tribuam. Et id quidem (vt dixi)
C
absq periculo. ¶ Sed sane est vbi periculose immo damnabi=
liter erratur: atq ibi merito nobis certa prefigitur regula: ne
qd dei est in nobis/ demus nobis: putantes verbi visitationez
nostrã esse cogitationẽ. Ergo quantũ distat bonũ a malo: tan=
tum ista duo a se: quoniam nec de verbo malum: nec de corde
exiet bonum: nisi q̃ prius forte de verbo conceperit: quia non
Mat. vij.
potest bona arbor malos fructus facere: nec arbor mala fruct⁹
bonos. At satis dictũ esse credo quid dei/ quid nostrum in no=
stro sit corde: nec superflue (vt arbitror) sed vt sciãt inimici gra
ij. Cor. iij.
tie: absq gratia: nec ad cogitandũ bonũ sufficere cor humanũ
sed sufficientiã ipsius ex deo esse: dei vocem bonũ qd cogitat̃
non cordis prolem existere. Tu ergo si vocem eius audis non
iam nescias vnde veniat aut quovadat: sciens quia a deo exit
et ad cor vadit. Uide autem quomodo verbũ qd egreditur de
ore dei non reuertatur ad eum vacuum: sed prosperetur et fa=
ciat omnia ad que misit illud: vt dicere possis et tu quia gra=
j. Cor. xv.
cia dei in me vacua non fuit. Felix mens cui verbũ indiuiduus
comes: vbiq se effabilem prebet cuius indesinenter oblectata
Ephe. v.
suauitate facũdie: a carnis molestijs et vitijs sese vendicet om
ni hora redimendo tempus a diebus malis. Non lassabitur/ nõ
Puerb. xij
molestabitur: quoniã sicut dicit scriptura. Non contristabit iu
D
stum quicquid ei acciderit. ¶ Jam vero magni patrisfamilias
seu regie maiestatis scema apparere existimo his qui acceden
tes ad cor altũ de maiori spiritus libertate et puritate ↄscien
tie magnanimiores facti consueuerũt audere maiora: inquie=
ti prsus et curiosi secretiora penetrare et apprehendere subli
miora: et tentare perfectiora/ non modo sensuum sed et virtutũ
Ibi enim pro fidei magnitudine digni inueniuntur qui inducã
tur in omnẽ plenitudinem: nec est omnino in omnibus apothe=
cis sapientie a quo deus scientiarum dominus arcendos cen
seat cupidos veritatis/ vanitatis non ↄscios. Talis erat moy
ses qui audebat dicere deo. Si inueni gratiam in oculis tuis
Exodi
ostende mihi teipsum. Talis philippus qui sibi et suis condisci
xxxiij.
pulis patrem flagitabat ostendi. Talis et thomas/ qui nisi sua
Joã. xiiij
manu tangeret vulnus et fossum latus: credere recusabat. Pu
Joan. xx.
silla fides: sed de magnitudine animi miro modo descendens.
Talis quoq dauid qui et ipse dicebat deo. Tibi dixi cor meũ
Ps. xxvi.
exquisiuit te facies mea: faciã tuã dñe requiram. Tales itaq
magna audent quoniã magni sunt et que audent obtinent iu=
xta verbum promissionis ad ipsos: qd est istiusmodi. Quẽcũq
Deut. xi.
locum calcauerit pes vester: vester erit. Magna siquidẽ fides
magna meretur: et quatinus in boni domini fiducie pedẽ por=
rexeris: eatenus possidebis. ¶ Denique moysi ore ad os loquit̃
E
deus: et palam non per enigmata et figuras dominum videre
Num. xij.
meretur: cum prophetis alijs tantum invisione apparere se di
cat: et per somnium loqui. Philippo quoq sm petitionem cor
Joã. xiiij.
dis sui ostensus est pater in filio: in eo porculdubio qd inconti
nẽti audiuit. Philippe q̃ videt me/ videt et patrẽ/ et quia ego in
patre/ et pater in me est. Sed et thome iuxta desideriuz cordis
Joan. xij.
eius palpandũ se prebuit: et voluntate labiorũ ei⁹ non frauda=
uit eum. Quid dauid: Nõne et ipse voto se non omĩno frauda=
ri significat vbi ait: non daturũ se somnũ oculis suis: ne: pal=
ps. cxxxi.
pebris suis dormitationem: donec inueniret locum dño: Igi=
tur istiusmodi magnis spiritibus/ magnus occurrit sponsus: et
ps. cxxv.
magnificabit facere cuz eis: emittens lucem suã et veritatẽ
Ps. xliij.
suam: eosq deducens et adducens in montem sanctum suuz
et in tabernacula sua: ita vt dicat qui eiusmodi est: quia fecit mi
Luce. j.
hi magna qui potens est. Regem in decore suo videbunt oculi
eis xxxiij
eius preeuntem se ad speciosa deserti: ad flores rosaꝝ et lilia cõ
uallium: ad amena hortoꝝ et irrigua fõtiũ: ad delitias cellario
rum et odoramenta aromatum: postremo ad ipsa secreta cubi
culi. ¶ Isti sunt thesauri sapientie et scientie penes sponsum
F
absconditi: hec vite pascua preparata in refectionem animarũ
sanctarũ. Beatus vir qui impleuit desideriũ suũ ex ipsis. Hoc
ps. cxxvi.
solum admonitus sit ne solus habere velit que possunt suffice
re pluribus. Propterea enim fortassis post ista omnia sponsus
tanq̃ pastor apparere describitur: vt perinde admoneatur as=
secutor tantoꝝ munerũ pascendi gregis simplicioꝝ: qui scz tã
non valent per semetipsos apprehendere ista q̃z non audent si
ne pastore oues exire in pascua. Denique hocipsum sponsa pru=
Canti. j.
denter aduertens postulat sibi iudicari vbi ipse pascat et cu=
bet sub meridiano feruore: parata (vt quidem ex hoc intelligi
datur) pasci et pascere cum illo et sub illo. Nec enim tutum ar=
bitratur longe agere gregem a summo pastore: nimirũ ob in=
cursiones luporum: eorum maxime qui veniunt ad nos in vesti
mentis ouium: et propterea satagit eisdem cũ ipso pariter pa=
scere pascuis et cubare vmbris. Et causam ponit. Ne incipiã
(inquiens) vagari post greges sodalium tuorum: ipsi sunt qui
se volunt videri amicos sponsi et non sunt: et cum suos non il
lius greges pascere cura sit eis: hincinde tamen insidiantes/
dicunt. Ecce hic est christus: ecce illic est: videlicet vt multos
seducant et abducant a christi gregibus et socient suis. Hec
pro littere textu. Jam vero spiritalem sensum q̃ in ea latet sub
alio sermonis principio expectate: quicquid illuc erit qd mihi
inde vobis orantibus sua misericordia partiri dignabit̃ spon=
sus ecclesie iesus christus dominus noster: qui est super omnia
deus benedictus in secula. Amen.

¶ De his que semper sectanda sunt a mente deuota: et quid sit meridies: et de quattuor generibus tentationũ semper euitandis. Sermo. xxxiij.

Indica mihi quem diligit anima mea/ vbi pascas/
G
vbi cubes in meridie. Et alius quidã. Indica (in=
quit) mihi cur me ita iudices. Ubi non sane senten
Job. x.
tiam causatur sed scrutatur causam: erudiri flagel
lis petens non erui. Item alius precatur dicens.
H
¶ Uias tuas domine demonstra mihi: et semitas tuas edoce
ps. xxiiij.
me. Quas dixerit vias vel semitas manifestat alibi Deduxit
Ps. xxij.
me (inquit) super semitas iusticie. Ergo tria ista anima curiosa
dei non cessat inquirere iusticiam/ et iudicium et locum habi=
tationis glorie sponsi: tanq̃ viam in qua ambulet: cautelã qua
ambulet: et ad quã ambulet mansionem. De qua mansione sic
Ps. xxvi.
habes in propheta. Unam petij (inquit) a domino hanc requi=

quiram:vt inhabitem in domo dñi omnibus diebus vite mee.
Ps.xxv. Et iterum. Dñe dilexi decorẽ domus tue:z loci habitationis
p.lxxxviij gloríe tue. Porro de reliquis duob⁹:iusticia z iudiciũ(ait)pre
paratio sedis tue. Merito tria ista mens deuota requirit vt po
te sedem dei/z sedis preparationem. Et pulchre in sponse pre=
rogatiuam concurrunt pariter omnia ad cõsummationẽ virtu
tum:vt de forma iusticie sit formosa:de iudiciorũ noticia cau=
ta:de desiderio presentie seu glorie sponsi casta. Talem pror
sus decet esse spõsam dñi pulchrã eruditã et castaz. Ergo peti
tio quã vltimã posui istius est loci. Petit siquidem ab eo quã
diligit anima sua indicari sibi vbi pascat/ z vbi cubet in meri
die. Et prio aduerte q̃ elegãter amorem spũs a carnis discer=
nat affectu: dũ dilectũ exprimere magis ipsa affectiõe q̃ noíe
volens: nõ simpliciter quem diligo:sed o/inquit quem diligit
aĩa mea: spiritualem designans dilectionẽ. Deinde quidnam
eam in loco pascue a deo delectet diligẽter attende. Sed nec
illud pretereat te de hora meridiana:et q̃ is potissimũ explo=
ratur locus:in quo qui pascit cubat simul quod est magne secu
ritatis indiciũ. Arbitror eñ ob hoc additum cubat/q̃ eo loci
minime necesse sit stare z vigilare super custodiã gregis:quan
do grex etiã cubante pastore z pausante sub vmbris libere ni=
I hilominus discurrat in pascuis. ¶ Felix regio in qua pro libi=
tu oues ingrediũtur z egrediũtur:z nõ est qui exterreat. Quis
mihi tribuat videre vos:neq̃ pariter in montibus pasci vna
mat.xviij cũ illis nonaginta nouem que illic relicte legunt:cũ pastor eaz
dignanter ad vnam descẽdit que errauerat? Secure proculdu
bio cubat prope:qui z lõge recedere minime dubitauit: sciẽs
quia in tuto eas reliquerat. Merito spõsa illo suspirat.merito
inhiat loco pascue simul z pacis:sed quietis/sed securitatis/
sed exultationis / sed admirationis sed stuporis. Nam et me
miserum heu lõge agentem z de longe salutantem. En ipsa ei⁹
recordatio ad lachrymas prouocat : plane iuxta affectionem
Ps.cxxxvi et vocem dicentium. Super flumina babylonis illic sedimus
K z fleuimus:dum recordaremur tui syon. ¶ Libet exclamare et
Ps.cxlvij. me/ cum spõsa pariterz cum propheta. Lauda deum tuũ syon:
quoniam confortauit seras portarum tuarum: benedixit filiis
tuis in te. Qui posuit fines tuos pacem: et adipe frumenti sa
tiat te. Quis non illic vehementer cupiat paci z propter pacẽ
et propter adipẽ/z propter satietatem? Nihil ibi formidat/ni=
hil fastidit/nihil deficit. Tuta habitatio paradisus/dulce pa=
bulum verbum/opulẽtia multa nimis/eternitas. Habeo z ego
verbum sed in carne:z mihi apponit veritas:sed in sacramen=
to. Angelus ex adipe frumẽti saginatur/z nudo saturat grano:
me oportet interim quodã sacramenti cortice esse cõtentũ/car
nis furfure/littere palea/ velamie fidei. Et hec talia sunt que
gustata afferunt mortem:si nõ de primitiis spiritus q̃tulũcũq̃
iiij.re.iiij. accipiant condimẽtum. Prorsus mors mihi in olla:nisi ex pro
phete farinula dulcoretur. Deniq̃ absq̃ spiritu z sacramentuz
ad iudiciũ sumitur:z caro nõ prodest quicq̃:z littera occidit:
et fides mortua est. Sed spiritus est qui viuificat:vt viuam in
L eis. ¶ At q̃talibet sane abundantia spiritus pinguescãt ista:
non pari omino iocũditate sumit cortex sacramẽti z adeps fru
mẽti fides z spes:a memoria z presentia:eternitas z tẽpus vul
tus:z speculũ:imago dei z forma serui. Nẽpe in omnibus his fi
des locuples mihi:intellectus pauper. Aliquid vero par sapor
intellectui fideiq̃/ cuz sit in meritũ ista:ille in p̃miũ? Vides
ergo distare inter pabula:q̃tũ z inter loca:z sicut exaltantur
celi a terra:ita habitãtes in eis bonis potioribus abundare?
Festinemus proinde filij festinemus ad locum tutiorem/ad pa
stum suauiorẽ ad vberiorẽ z fertiliorem agrum. Festinemus vt
habitemus sine metu/abundemus sine defectu/epulemur sine
fastidio. Tu eñ domine sabaoth qui cũ tranquillitate iudicas
omnia:etiã cum securitate eque omnia ibi pascis. Idem ipse z
dominus exercituũ z pastor ouium. Ergo z pascis z cubas pa
riter:sed nõ hic. Deniq̃ stabas cuz e celo prospiceres vnam ex
Act.vij. tuis ouiculis(stephanum loquor)a lupis circundari super ter
ram. Et propterea queso indica mihi vbi pascas/vbi cubes in
meridie/hoc est tota die. Etenim illa meridies tota est dies:
et ipsa nesciẽs vesperã. Et ideo melior dies illa in atrijs tuis
Ps.lxxxiij super milia:quia nescit occasum. ¶ Ad matutinum forsitan ha
buit cum primum videlicet dies sanctificatus illuxit nobis
M per viscera vtiq̃ misericordie dei nostri in quibus visita=
uit nos oriens ex alto. Vere tunc suscepimus deus miseri=
Ps.xlvij. cordiam tuã in medio templi tui:cum in medio vmbre mortis:
exortus matutini lux orta est nobis:z mane vidimus gloriam
domini. Multi reges z prophete voluerũt videre z nõ viderunt
N Quare:nisi quia nox erat z necdũ venerat illud ex peccatũ ma
Ps.cxlij. ne cui fuerat repromissa misericordia? Vñ z orabat q̃s dicens.
Auditã fac mihi mane misericordiã tuã q: in te speraui. ¶ Fuit
nanq̃ quedã hui⁹ aurora diei: ex quo sol iusticie p archãgelũ
gabrielẽ nũciatus est terris: z hõ deũ in vtero de spiritusan

cto cõcepit z peperit virgo:ac deinceps quoad in terris visus
est:z cũ hoib⁹ cõuersat⁹ est. Nã vsq̃ adeo p totũ id tẽporis lux
pusilla z tanq̃ lux reuera aurore apparuit:vt diez esse interim
apud hoies penevniuersitas ignoraret. Deniq̃ si cognouissent i.Cor.i.
nunq̃ dñm glorie crucifixissent. Et vtiq̃ ipsis paucis discipu=
lis dicebatur adhuc modicum lumẽ in vobis est: eo q̃ aurora Joan.xi
esset z initiũ vel potius indiciũ diei: dũ sol adhuc abscondere
ret radios suos z minime eos spargeret super terrã. Paulus Rom.xij
quoq̃ dicebat:qm̃ nox p̃cessit:dies aũt appropinquauit:signi=
ficans esse tunc adhuc adeo modicũ lumen vt ppinquasse q̃ ve
nisse diẽ dicere maluerit. Qñ aũt hoc dicebat: Profecto quã=
do sol reuersus ab inferis: iam se ad alta celi sustulerat. Q̃to
magis cũ adhuc similitudo carnis peccati instar dense nubis
operiret aurorã:iuxta oẽs nimirũ nostri corporis passiões : ita
vt neq̃ amara mors : nec crux probrosa defuerit. Q̃to magis
(inq̃) tunc exigua tenuisq̃ admodũ lux fuit:z q̃ de aurore ma=
gis q̃ de solis prodire presentia videretur? ¶ Erat ergo auro O
ra:z ipsa subobscura satis: tota illa christi conuersatio super
terrã:vsq̃ dũ occũbens et rursum exoriens:solaris sue p̃sentie
lumine clariori fugauit aurorã: z mane facto absorpta est nox
in victoria. Deniq̃ habes. Et valde mane vna sabbatorum ve Mar.xvi.
niunt ad monumentum orto iã sole. An non mane fuit quando
ortus est sol? Retulit autẽ nouũ de resurrectione decorẽ:z fer ij.Cor.v.
ventiorẽ solito lucẽ:qm̃ et si nouerimus eũ s̃m carnẽ:sed nũc iã
nõ nouim⁹. Est scriptũ in ppheta decorẽ induit: induit fortitu Ps.xcij.
dinem z precinxit se:q̃ carnis infirma tanq̃ nubila quedã ex=
cusserit:stolã glorie induens. Sane extunc eleuatus est sol: et
sensim demum diffundens suos radios super terrã:cepit pau=
latim vbiq̃ clarior apparere feruidiorq̃ sentiri. Verũ quantũ=
libet incalescat z inualescat: multiplicetz dilatet radios suos
super oẽ huius nostre mortalitatis curriculũ (erit eñ nobiscũ
vsq̃ ad cõsummationem seculi) nõ tamẽ ad meridianũ perue=
niet lumen:nec in illa sui plenitudine videbit modo: in qua vi
dendus est postea:ab his dũtaxat quos hac visione ipẽ digna
bit. O vere meridies:plenitudo feruoris z lucis:solis statio:
vmbrarũ exterminatio:desiccatio paludũ/ fetorũ depulsio. O
perhenne solsticiũ quãdo iam nõ inclinabit dies : o lumen me
ridianum:o vernalis temperies : o estiua venustas: o autũna=
lis vbertas:et (ne quid videatur pretermisse) O quies z feriatio
hyemalis. Aut certe si hoc magis pbas:sola tũc hyems abijt
z recessit. Hunc locũ(inquit)tante claritatis z pacis z plenitu
dinis indica mihi:vt queadmodũ Jacob adhuc in corpore ma gen.xxxij.
nens vidit dñm facie ad faciẽ:z salua facta est anima eius vel
certe sicut Moyses vidit eum non per figuras z enimata seu Nume.xij
per somnia vti prophete alij: sed modo plane precellẽti atq̃ in
expto ceteris:sibi noto et deo: vel sicut Esaias reuelatis ocu Esa.vi.
lis cordis vidit eũ super soliũ excelsum z releuatum vel etiam
quomodo paulus raptus in paradisum audiuit verba ineffa= ij.Cor.xij.
bilia:z dñm suũ iesuz christũ:vidit oculis suis: ita ergo quoq̃
te in lumine tuo z in decore tuo p mentis excessum merear cõ
templari pascentẽ vberi⁹:quiescentẽ securi⁹. Nã z hic pascis:
sed nõ in saturitate. Nec cubare lz:sed stare z vigilare oportet
propter timores nocturnos. ¶ Heu nec clara lux:nec plena re P
fectio:nec mãsio tuta:z iõ indica mihi vbi pascas:vbi cubes
in meridie. Beatã me dicis cũ esurio z sitio iusticiã. Quid hoc Mat.v.
ad illorũ felicitatẽ:qui repleti sunt in bonis domus tue:q̃ epu Ps.lxiiij.
lantur z exultant in cõspectu dei z delectant in leticia? Sed z Ps.lxvij.
si q̃d patior propter iusticiã:nihilominꝰ beatã pnũcias. Et cer Mat.v.
te pasci vbi timeas pati/ iocũditatẽ hz sz nõ securitatẽ. Porro
autem pasci z pati simul nonne molesta iocũditas est? Omnia
mihi hic cedunt citra perfectũ:plura preter votum:z tutũ ni=
hil. Quando adimplebis me leticia cũ vultu tuo? Vultum tuũ
domine requirem. Vultus tuus meridies est. Indica mihi vbi Ps.xv.
pascas:vbi cubes in meridie. Scio satis vbi pascas nõ cubãs: Ps.xxvi
indica mihi vbi pascas z cubes. Non ignoro vbi alijs tempori
bus pascere soleas:sed scire velim vbi in meridie pascas. Nam
in tempore quidẽ mortalitatis mee z in loco peregrinationis
mee cõsueui sane sub tua custodia pasci z pascere in lege z pro
phetis z psalmis de te:necnon in euangelicis pascuis z apud
apostolos similiter requieui:frequẽter etiam de gestis sancto=
rum z verbis z scriptis eorum victum mihi atq̃ attinẽtib⁹ mi
hi mendicaui vt potui:frequentius autem (quoniam is magis
ad manum fuit) manducaui panem doloris:z vinum compun= Ps.xli.
ctionis bibi:z facte sunt mihi lachryme mee:panes die ac no=
cte:dũ dicitur mihi quotidie vbi est deus tuus. Nisi q̃ de mẽ=
sa tua siquidẽ parasti in conspectu meo mensam aduersus eos Ps.xxij.
qui tribulant me. De ipsa(inq̃) tue quidẽ beneficio miseratio
nis accipio:in quo vtcunq̃ respiro quotiens tristis est anima
mea:z quotiens conturbat me. Hec pascua noui et frequenta
ui te secuta pastorem : sed indica queso etiam que non noui.
¶ Sunt quidẽ et alij pastores qui dicunt se esse sodales tuos/ Q
et non

⁊ non sunt: habentes greges suos ⁊ fines suos pabulo mortis refertos: in quibus pascunt: nec tecum nec per te quorū vtiq̄ terminos non intraui nec appropiaui eis. Ipsi sunt qui dicūt.

Mar. xiij.

Ecce hic est christus: ecce illic est: promittentes sapientie et scientie pascua vberiora/ ⁊ creditur: ⁊ confluunt ad eos multi ⁊ faciunt eos filios gehenne duplo q̄ se. Cur hoc nisi quia nō est ibi meridies et perspicua lux vt liquido veritas cognoscatur facileq̄ pro ea recipitur falsitas ꝓpter verisimilitudinē: q̄ nō facile in obscuro a vero discernitur: presertim q̄ aque furtiue dulciores sunt: ⁊ panis absconditus suauior? Et propterea queso vt indices mihi vbi pascas vbi cubes in meridie. i. in manifesto: ne seducta incipiā vagari post greges sodaliū tuorū: quēadmodū: ⁊ ipsi vagi sunt: nulla stabiles certitudine veritatis: semper discentes ⁊ nunq̄ ad scientiā veritatis peruenientes. Hec sponsa ꝓpter philosophorū ⁊ hereticorū varia ⁊ vana dogmata. Mihi vero videtur nō solū ꝓpterea: sed ⁊ ꝓpter dolos inuisibiliū potestatū: sicut sunt seductorū spiritus sedentes in insidijs: ⁊ parātes sagittas suas in pharetra: vt sagittēt in obscuro rectos corde. Propter hos (inq̄) et maxime videtur mihi illa meridies optāda etiā nobis: vt clara luce deprehendamus astutias diaboli: atq̄ angelū sathane illū qui se transfigurat in angelū lucis ab angelo nostro facillime discernamus. Non enim aliter nos custodire sufficimus ab incursu ⁊ demonio meridiano: nisi in meridiano eque lumine. ¶ Quodquidē demonium idcirco meridianū dictū existimo: q̄ sunt aliqui de numero malignorū: qui cum merito tenebrose obstinateq̄ voluntatis sue nox/ et nox perpetua sint: diem tamen se ad fallendū simulare nouerūt: nec modo diem/ sed ⁊ meridiem: sicut eorum princeps non contentus esse equalis deo: etiā aduersatur ⁊ extollitur supra id qđ dicitur aut qđ colitur deus. Itaq̄ nisi cordi illius quē forte aliqđ istiusmodi demoniū meridianū temptādum acceperit: oriens ex alto illuxerit verus meridies: q̄ falsum conuincat ⁊ prodat: nō poterit omnino caueri: sed tētabit ⁊ supplantabit sine dubio sub specie boni: pro bono scʒ malū incauto ⁊ improuido persuadēs. Et tunc meridies/ id est maior claritas apparet tentās: cuʒ quasi boni maioris imaginem prefert. Quotiens (verbi causa) suggessit anticipare vigilias quo ad solennia fratrū illuderet dormitanti? Quotiens produci ieiunia vt diuinis obsequijs eo inutilē redderet: quo imbecillem? Quotiens bene ꝓficientibus in cenobijs inuidēs obtentu quasi maioris puritatis heremū petere ꝑsuasit: ⁊ cognouerunt miseri tandē q̄ verus sit sermo quē frustra legerant: ve soli: quoniā si ceciderit nō habet subleuantem? Quotiens ad opus manuū plusq̄ opus fuerat incitauit et fractū viribus ceteris regularibus exercitijs inualidū reddidit? Ex multis exercitatione corporis q̄ iuxta apostolū ad modicū valet nō modicam persuasit ⁊ pietate fraudauit? ¶ Deniq̄ ipsi experti estis quomodo quidā (ad verecūdiam illorū dico) qui ante inhiberi non poterant: ita in spiritu vehementi ad omnia ferebantur: post ad tantam ignauiam deuenerunt: vt ꝫm illud apostoli cum spiritu ceperint: nunc carne consumminentur: q̄ turpe inicere fedus cū suis corporibus quibus crudele ante indixerāt bellū? Videas proh pudor importune superflua queritare: qui prius necessaria obstinantissime recusabant. Quāq̄ si q̄ in sua forte inuicti obstinatione perdurāt indiscretius abstinentes: ⁊ singularitate notabili cōturbantes eos cū quibus habitare debēt vnius moris in domo: haud scio sane an se existiment pietatē retinere: cū huiusmodi mihi videātur ⁊ longius abiecisse. Nam qui sapientes in oculis suis decreuerūt apud se nec cōsilio acquiescere: nec precepto videāt quid respōdeāt: non mihi sʒ dicenti: qm̄ quasi peccatū ariolandi est repugnare: et quasi scelus idolatrie nolle acquiescere. Premiserat autē q̄ melior est obedientia q̄ victime: ⁊ auscultare magis q̄ auferre adipem arietum: id est abstinentiam contumacium. Unde dn̄s per prophetam. Nunqđ manducabo (ait) carnes taurorū: aut sanguinē hircorū potabo: significans minime sibi accepta fore ieiunia superborū vel immundorum. ¶ Sed sane vereor ne damnantes superstitiosos videamur frena laxare gulosis: ⁊ audiant illi ad periculū sui qđ ad remediū his dicitur. Quobrem audite vtraq̄ pars quattuor esse tētationū genera: ⁊ ipsa nobis ita prophetico sermone describi. Scuto (inquit) circūdabit te veritas eius: nō timebis a timore nocturno: a sagitta volante in die: a negocio perambulante in tenebris: ab incursu et demonio meridiano. Attēdite nihilominus ⁊ vos alij: qđ omnibus spero profuturū. Illud oēs in nobis sentimus ⁊ sensimus q̄ conuersi sumus ad dn̄m qđ sancta scriptura dicit. Fili accedēs ad seruitutē dei: sta in timore: ⁊ prepara animā tuā ad tentationē. Itaq̄ primordia nostre cōuersationis. iuxta cōmunis quidem experientie rationē primus exagitat timor: quē intrantibus statim horror vite ingerit artioris: ⁊ insueta austeritas discipline. At his timor nocturnus dicitur: vel q̄ nox in scripturis de

Prouer. ix. / Canti. j. — Ps. x. — ij. Cor. xj. — Ps. xc. — B — Eccle. iiij. — B — Gala. iij. — j. Reg. xv. — Ibidem. — Ps. xlix. — C — Ps. xc.

signare solet aduersa: vel quoniā ꝓpter qđ aduersa pati aggredimur/ id nondū reuelatū est. Si enim dies ille luceret in cuius lumine pariter ⁊ labores ⁊ premia videremus: timor omnino quorūuis laborū nullus esset pre desiderio premiorū dum clara luce appareret: quoniam nō sunt cōdigne passiones huius tēporis ad futurā gloriā q̄ reuelabitur in nobis. ¶ Nunc vero qm̄ abscondita sunt ab oculis nostris: ⁊ nox est interim in hac pre tentamur nimirū a timore nocturno: ⁊ ꝓ nobis q̄ nō videmus formidamus q̄ in presentiarū sunt aduersa tolerare. Uigilandum proinde ⁊ orandū primo intrantibus contra hanc primaʒ tentationē: ne subito preoccupati a pusillanimitate spūs ⁊ tēpestate: a bono cepto (qđ absit) resiliant. ¶ Superata aūt hac tentatione: armemus nos nihilominus: ⁊ aduersus hoim laudes q̄ de laudabili potissimū vita sumūt materiā. Alioqn patebimus vulneri a sagitta volante in die: q̄ est inanis gloria. Fama siquidē volat: ⁊ ideo in die: q̄ ex operibus lucis. Si hec exsufflatur tanq̄ inanis aura: restat vt solidius aliqđ afferatur de diuitijs ⁊ honoribus seculi: si forte q̄ non curat laudes: appetat dignitates. Et vide si nō hic ordo tentandi seruatus est in domino nostro: cui post suggestū ad solā vanitatē precipitiū: ostēsa sunt oīa regna mūdi atq̄ oblata. Tu ergo exēplo dn̄i et ista renue. Aliter necesse est circūueniri te a negocio perambulante in tenebris: qđ est hypocrisis. Etenī ista de ambitiōe descēdit: ⁊ in tenebris habitatio eius: quippe abscondit qđ est: ⁊ qđ non est mētitur. Negociatur aūt oī tpe: formā retinēs pietatis ad sese occultandū: virtutē aūt eius vendicans ⁊ emens honores. ¶ Postrema tentatio est demoniū meridianū q̄ soleat maxime insidiari perfectis: q̄ videlicet tanq̄ viri virtutū omīa superauerint: voluptates/ fauores/ honores. Quid enī iā superest ei qui tētat in quo possit pugnare palā aduersus huiusmodi? Uenit proinde occultus q̄ manifestus nō audet: ⁊ quē satis expertus est apertū omē horrere malū: falso bono supplantare molitur. Qui aūt dicere possunt cū aplo. Nō enī ignoramus astucias eius: quo plus proficiūt: eo magis solliciti sunt cauere a laqueo isto. Hinc est q̄ maria angelica salutatione turbatur: dolum (ni fallor) suspicans. Et iosue: nō prius amicū angelū suscipit q̄ esse amicū nouerit. Deniq̄ sciscitatur suus ne sit an aduersariorū: tāq̄ q̄ expertus sit demonij meridiani astutias. Apli quoq̄ aliquando cū laborarēt in remigando vento aduersante ⁊ iactante nauiculā: videntes dn̄m ambulantē supra mare/ ⁊ putantes esse fantasma: ita vt clamarēt pre timore: nōne aptā meridiani suspitionē demonij ꝑtenderunt? Et recordamini scripture dicentis: q̄ quarta vigilia noctis venit ad eos ambulans supra mare. ¶ Quarto igitur. i. supremo demū loco hec tentatio formidetur: ⁊ quo se in summo stare quis viderit: eo sibi vigilātius ab incursu ⁊ demonio meridiano cauendum intelligat. Porro discipulis verus se manifestauit meridies in in eo qđ audierūt: ego sum nolite timere: ⁊ falsi suspicio ab eis depulsa est. Utinā ⁊ nobis quotiens palliata falsitas molitur irrepere: emittat lucē suā ⁊ veritatē suā ad prodēdā illā oriēs ex alto verus meridies: ⁊ diuidat lucem a tenebris: vt non notemur a propheta tanq̄ ponētes lucem tenebras ⁊ tenebras lucem. ¶ Adhuc nisi tedio fuerit longitudo sermonis: has q̄tuor tētationes tentabo suo ordine assignare ipsi corpori christi: qđ est ecclesia. Et ecce q̄ breuius possum percurro. Uidete primitiuā ecclesiā: si nō primo peruasa est acriter nimis a timore nocturno. Erat enī nox qñ omis q̄ interficeret sanctos arbitrabatur obsequiū se prestare deo. Hac aūt tentatione deuicta ⁊ sedata tempestate: inclita facta est: ⁊ iuxta promissionē ad se factā in breui posita in superbiā seculorū. Et dolēs inimicus q̄ frustratus esset a timore nocturno: cōuertit se callide ad sagittā volantem in die: ⁊ vulnerauit in ea quosdā de ecclesia. Et surrexerūt hoies vani/ cupidi glorie: ⁊ voluerūt sibi facere nomē: ⁊ exeūtes de ecclesia diu eandē matrē suā afflixerūt in diuersis ⁊ peruersis dogmatibus. Sed hec quoq̄ pestis depulsa est in sapientia sanctorū: sicut ⁊ prima in patientia martyrū. En tempora ista libera quidē deo miserante ab vtraq̄ illa malicia: sʒ plane feda a negocio perambulante in tenebris. Ue generationi huic a fermento phariseorū qđ est hypocrisis: si tamen hypocrisis dici debet: q̄ iā latere pre abundantia non valet: ⁊ pre impudētia non querit. ¶ Serpit hodie putida tabes per ome corpus ecclesie: ⁊ quo latius/ eo desperatius: eoq̄ periculosius quo interius. Nā si insurgeret apertus inimicus hereticus: mitteretur foras ⁊ aresceret: si violētus inimicus abscōderet se forsitan ab eo: Nunc vero quē eijciet: aut a quo abscōdet se? Oēs amici ⁊ oēs inimici: oēs necessarij ⁊ oēs aduersarij: oēs domestici: ⁊ nulli pacifici: oēs ꝓximi: ⁊ oēs q̄ sua sunt querunt. Ministri xpi sunt: et seruiunt antichristo. Honorati incedunt de bonis dn̄i: q̄ dn̄o honorē nō deferūt. Inde is quem quotidie vides meretricius nitor: histrionicus habitus: regius apperatus: inde aurum in frenis: in sellis ⁊ calcaribus: ⁊ plus

Roma. viij. — D — E — Mat. iiij. — Ps. xc. — F — Mar. vj. — G — Matthei xxviij. — H — I

calcaria ꝙ̃ altaria fulgent. Inde splendide mense ⁊ cibis ⁊ ciphis: inde comessationes ⁊ ebrietates: inde cythara ⁊ lyra et tybia: inde redundantia torcularia ⁊ promptuaria plena eructātia ex hoc in illud. Inde dolia pigmētaria: inde referta marsupia. ꝑ huiusmodi volūt esse ⁊ sunt ecclesiarū prepositi/decani/archidiaconi/epi/archiepiscopi. Nec eīm hec merito cedūt: sȝ negocio illi qđ perambulat in tenebris. Olim predictum est ⁊ nunc tempus impletionis aduenit. Ecce in pace amaritudo mea amarissima. Amara prius in nece martyrū: amarior post in conflictu hereticorū: amarissima nunc in moribus domesticorum. Non fugare/non fugere eos pōt ita inualuerunt: ⁊ multiplicati sunt sup numerū. Intestina ⁊ insanabilis est plaga ecclesie: ⁊ iō in pace amaritudo eius amarissima. Sed in qua pace? Et pax est ⁊ non est pax. Pax a paganis: ⁊ pax ab hereticis sed nō ꝑfecto a filiis. Vox plāgentis in tēpore isto. Filios enutriui ⁊ exaltaui/ipsi aūt spreuerūt. Spreuerūt ⁊ maculauerūt me a turpi vita: a turpi questu: a turpi cōmercio: a negocio deniqȝ perambulante in tenebris. Superest vt iam de medio fiat demoniū meridianū ad seducendos si qui in xp̄o residui sunt adhuc permanētes in simplicitate sua. Siquidē absorbuit fluuios sapiētiū ⁊ torrentes potentiū: ⁊ habet fiduciam vt iordanis influat in os eius: idest simplices et humiles qui sunt in ecclesia. Ipse enim est antichristus qui se nō solum diē/sed ⁊ meridiem mentietur/ ⁊ extolletur supra id qđ dicitur aut qđ colitur deus: quē dn̄s iesus interficiet spiritu oris sui: ⁊ destruet illustratione aduentus sui: vtpote verus et eternus meridies sponsus ⁊ aduocatus ecclesie: qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen.

[Margin: Ps̄.cxliij. · Esaie xxxviij. · ps̄.xxxix. · Esaie.j. · Ps̄.xc. · Job.xl.]

¶ Sermo.xxxiiij. in quo tractatur de humilitate ⁊ patientia.

Si ignoras te o pulchra inter mulieres: egredere ⁊ abi post greges sodaliū tuorum: ⁊ pasce hedos tuos iuxta tabernacula pastorum. Olim sanctus moyses quoniā multū presumebat de gratia ⁊ familiaritate quā inuenerat apud deum: aspirabat ad quādā visionem magnā: itavt diceret deo. Si inueni gratiā in oculis tuis: ostende mihi teipsuȝ. Accepit autem pro ea visionem longe inferiorē: ex qua tamē ad ipsam quā volebat posset aliqñ peruenire. Filii quoqȝ zebedei in simplicitate cordis sui ambulantes: magnū aliquid ⁊ ipsi ausi sunt: sȝ ad gradū nihilominꝰ sunt reducti per quē fuerat ascendendum. Ita ⁊ modo sponsa quoniā rem gradē postulare videtur reprimitur sane austeriori responsione: sed plane vtili ⁊ fideli. Oportet nāqȝ humiliter sentire de se nitentē ad altiora: ne dū supra se attollitur: cadat a se: nisi in se firmiter per verā humilitatem fuerit solidatus. Et quia nisi hūilitatis merito maxia minime obtinenꝛ: ꝓpterea qui ꝓuehendus est correptione humiliatur: humilitate meretur. ¶ Tu ergo cū te humiliari videris habeto id signū in bonū: oino argumentū gratie propinquantis. Nam sicut ante ruinā exaltaꝛ cor: ita añ exultationē humiliatur. Sane vtrūqȝ legis: deū scȝ ⁊ superbis resistere: ⁊ humilibus dare gratiā. Nōne deniqȝ seruū suū Iob: cū post insignē triūphum: tantā ⁊ tam probatā ipsius patientiā larga remunerandā benedictione cēseret: prius in multis et districtis ꝑmi... ctationibus humiliare curauit: ⁊ sic parare viā bn̄dictioi? At parū est cū per seipsum humiliat nos deus si tunc libenter accipimus nisi quando ⁊ per aliuȝ hoc facit sapiamus similiter. Quā obrem accipite huiꝰ rei mirabile documentū de sctō dauid. Aliqñ maledictū est illi ⁊ a seruo. At ille nec cumulatā iniuriā sensit: quia ꝑsensit gratiā. Quid mihi (ait) ⁊ vobis filii saruie. O vere hoiem ſm cor dei q̄ se vlciscenti potius ꝙ̃ exprobranti succensendū putauit. Vñ ⁊ secura conscientia loquebatur. Si reddidi retribuentibꝰ mihi mala: decidā merito ab inimicis meis inanis. Vetuit ergo prohiberi maledicū conuiciātem q̄stū estimans maledicta. Et addit. Dn̄s misit illū ad maledicendū dauid. Prorsus ſm cor dei: qui de corde dei ferebat sententiā. Seuiebat lingua maledica: ⁊ ille intendebat qđ in occulto ageret deus. Vox maledicētis in auribus: ⁊ animꝰ inclinabat se ad bn̄dictionē. Nunqđ in ore blasphemi deꝰ? Absit. Sed eo vsus est ad humiliandū dauid. Nec latuit prophetā quippe cui incerta ⁊ occulta sapientie sue manifestauerat deꝰ ⁊ ideo dicit. Bonū mihi q̄ humiliasti me: vt discā iustificationes tuas. ¶ Vides quia humilitas iustificat nos? Humilitas dixi: ⁊ nō hūiliatio. Quanti hūiliantur ⁊ hūiles nō sunt? Alii cū rancore hūiliantꝛ. Alii patiēter ⁊ alii libenter. Primi rei sunt: sequētes innoxii: vltimi iusti. Quāqȝ ⁊ innocentia portio iusticie est: sed cōsummatio eius apud hūilē. Qui aūt dicere pōt: bonum mihi quia hūiliasti me: ieuere hūilis est. Non pōt hoc dicere qui inuitus tolerat: minꝰ q̄ murmurat. Neutri hoꝝ ꝓmittimꝰ gratiā q̄ hūiliaꝛ: ⁊ si sane lōge hi duo a se differāt: ⁊ alter qđem in patientia sua possidebat animā suā: alter in suo murmure periret. Sȝ eīm ⁊ si vnꝰ irā neuter tn̄ grām ꝓmereꝛ: qm̄ nō hūiliatis sed hūilibꝰ deꝰ dat grām. Est aūt hūilis q̄ hūiliationē conuertit in hūilitatē: ⁊ ipse est q̄ dicit deo. Bonū mihi q̄ hūiliasti me. Nemini prorsus qđ patiēter fert bonū est: sed plane molestum. Scimꝰ aūt q̄ hilarē datorē diligit deꝰ. Vñ ⁊ cū ieiunamꝰ iubemur caput nostrū vngere oleo: ⁊ faciē lauare: vt nr̄ȝ scȝ opus bonū spirituali quodā gaudio cōdiaꝛ: ⁊ holocaustū nostrū pingue fiat. Etē eīm sola grām qui ꝑfert mereꝛ leta ⁊ absoluta hūilitas. Que eīm coacta fuerit vel extorta: qualis vtiqȝ est in viro patiente illo q̄ possidet aīam suā: hec (inqȝ) hūilitas ⁊ si vitam obtinet ꝓpter patientiā: ꝓpter tristiciā tn̄ grām non habebit. Nō eīm cōgruit ei q̄ eiusmodi est illud scripture. Glorieꝛ humilis in exaltatione sua: qm̄ nō spōte hūiliaꝛ neqȝ libēter. Vis autem videre hūilē recte gloriantē: ⁊ vere dignū glia? Libenter (inquit) gloriabor in infirmitatibus meis: vt inhabitet in me virtus xp̄i. Nō dicit patiēter se ferre infirmitates suas: sȝ ⁊ gloriari ⁊ libēter gloriari in illis: ꝓbans etiā sibi bonū esse q̄ humilatur: nec sufficere oino vt possideat aiam suā tanqȝ patienter hūiliatus nisi ⁊ gratiā accipiat tanqȝ sponte hūiliatꝰ. Generalē vero hinc audi regulā. ¶ Ois q̄ se hūiliat (ait) exaltabiꝛ. Significat ꝑfecto nō oēm exaltādā esse hūilitatē: sȝ eā tantū que de voluntate venit: nō ex tristicia: nec ex necessitate. Nec eīm per cōtrariū ois q̄ exaltaꝛ hūiliandus erit: sȝ tm̄ qui se exaltat hūiliabiꝛ: nimirum ob volūtariā vanitatē. Ita ergo nō q̄ hūiliaꝛ/sȝ q̄ spōte se hūiliat exaltabiꝛ: vtiqȝ ob meritū voluntatis. Esto eīm q̄ hūilitatis materia ꝑ aliū ministraꝛ: verbi gratia: probra/dāna/supplicia/nō tn̄ idcirco recte ab alio ꝙ̃ a semetipso hūiliatus ille diceꝛ: q̄ illa oia tacita ⁊ leta consciētia/cā dei subeunda decreuerit. Sȝ quo ꝓgredimur? Patienter vt sentio sustinetis excessum in ꝟbo de hūilitate ⁊ patientia: sȝ reuertamur ad locū de quo digressi sumꝰ. Id nanqȝ incidit nobis ex occasione respōsi: quo grandia presumentē sponsam reprimendā censuit sponsus ⁊ nō ad insipientiā illi: sed vt sane ex eo ꝓbabilioris ⁊ maioris hūilitatis dareꝛ occasio per quā dignior potentioꝝ atqȝ eoꝝ ipsoꝝ q̄ petebat capacior effi ceretur. Verūtn̄ quia adhuc in ianuis sumꝰ presentis capituli: discussionis eiꝰ initiū principio si placet sermonis alteriꝰ ordiamur: presertim ne verba sponsi vel recenseanꝛ cū tedio vel audiantur. Qđ ipse auertaꝛ a seruis suis iesus christus dominus noster qui est super oia deus benedictus in secula. Amen.

[Margin: Jaco.iiij · ps̄.cxviij · ij.Cor.ix. · Mat.vj. · Jaco.j · ij.Cor.xij. · O · mat.xxiij · Ps̄.cxviij · N]

¶ De increpatione dura quam facit sponsus ad sponsam: et de duplici ignorantia nimium pauenda et fugienda. Sermo.xxxv.

Si te (inquit) ignoras egredere. Dura ⁊ aspera increpatio q̄ dicit egredere. Hoc quippe verbū serui audire solēt a valde irascentibus ⁊ indignantibus dn̄is: vel ancille a dn̄abus suis: cū grauiter illas offenderint. Exi hinc: exi a me: egredere a conspectu meo ⁊ a domo ista. Hoc ergo verbo aspero ⁊ amaro satis nimiūqȝ increpatorio vtiꝛ modo spōsus contra dilectā: sub conditione tn̄ si seipsam ignorauerit. Nil quippe validius: efficaciusve ad terrendū potuit in eā intēdere ꝙ̃ vt egredi minaretur. Qđ ⁊ tu aduertere potes/ si bn̄ attendas: vñ quo egredi iubeaꝛ. Vñ enim quo putas nisi de spū ad carnem: de bonis animi ad secularia desideria: de interna requie mētis ad mundi strepitū/ ⁊ inquietudinē curarū exterioꝝ? In quibꝰ oibꝰ nō est nisi labor ⁊ dolor: atqȝ afflictio spūs. ¶ Que eīm aīa semel a dn̄o didicit ⁊ accepit intrare ad seipam ⁊ in intimis suis dei presentiā suspirare ⁊ q̄rere faciē eius semꝑ (spūs est eīm deus: ⁊ q̄ q̄rūt eū oportet eos in spū ābulare ⁊ nō in carne vt ſm carnem viuant) talis inqȝ aīa nescio an vel ipam gehennā ad tempus experiri horribilius penaliusve ducat: ꝙ̃ post spūalis studii huius gustatā semel suauitatē exire denuo ad illecebras vel potius ad molestias carnis sensuūqȝ inexplebilē repetere curiositatē: dicente Ecclesiaste. Oculus nō impleꝛ visu: nec auris auditu. Audi eīm hoiem expertū q̄ loqmur. Bonꝰ es (inquit) dn̄e sperantibꝰ in te: anime q̄rēti te. Ab hoc bono si q̄s auertere sanctam illā aīam conareꝛ: puto haud secus accepisset ꝙ̃ si se de paradiso ⁊ ab isto introitu glorie conspiceret deturbari. Audi adhuc ⁊ aliū similē huic. Tibi dixit cor meū (ait) exquisiuit te facies mea: faciē tuā dn̄e req̄rā. Vñ ⁊ dicebat. Mihi autē adherere deo bonū est. Et itē loquēs ad aīam suā dicit. Cōuertere aīa mea in requiē tuā; quia dn̄s bn̄fecit tibi. ¶ Dico ergo vobis: nihil est q̄ intm̄ formidet q̄sq̄s hoc bn̄ficiū semel accepit: ꝙ̃ ne grā derelictus necesse habeat denuo egredi ad carnis cōsolationes: immo desolationes: rursumqȝ carnaliuȝ sensuū sustinere tumultus. Terribilis proinde ⁊ nimis formidolosa cōminatio: egredere ⁊ pasce hedos tuos. Qđ est: indignā te noueris illa tua familiari ⁊ suaui rerū cōtemplatione celestiū intelligibilium

[Margin: P · Canti.j. · Q · Eccle.j. · ps̄.cxviij. · ps̄.xxvij · Ps̄ lxxij. · Ps̄.xiij. · R]

ij. Paral.

intelligibiliū: diuinaꝝ. Quāobrē egredere de sanctuario meo corde tuo: vbi secretos sacrosq; veritatis ac sapientie sensus dulciter haurire solebas: ꝛ magis tanq̄ vna de secularib⁹ pascendis ꝛ oblectādis tue carnis sensibus intricare. Hedos quippe (qui peccatū significant: ꝛ in iudicio collocandi sunt a sinistris) dicit vagos ꝛ petulantes corporis sensus: per quos peccatū tanq̄ mors per fenestras intrauit ad aīam. Cui ꝛ bñ congruit qđ sequit̄ in scriptura: iuxta tabernaculū pastoꝝ. Non

Canti. j.

eñ supra sicut agni: sed iuxta tabernacula pastoꝝ hedi pascūtur. Pastores siquidē qui veri pastores sunt: licet tabernacula habeāt de terra ꝛ in terra: corpora videlicet sua: his dieb⁹ qb⁹ nūc militāt: nō tamen de terra sed de celestibus pascuis greges dominicos pascere cōsueuerūt: neq; eñ suā eis: sꝫ dñi pdicant voluntatē. At hedi (q̄ sunt corpis sensus) celestia nō requirunt: sed iuxta tabernacula pastoꝝ in oībus videlicet bonis sensibilibus hui⁹ mundi (que est regio corpoꝝ) sumunt vñ sua

B

desideria nō tā satient q̄ irritent. ¶ Turpis mutatio studioꝝ: vt cui ante studiū fuerat peregrinantē ꝛ exulē animā suā sacris meditationibus tanq̄ celestibus pascere bonis: dei beneplacitū ꝛ mysteria voluntatis ei⁹ inquirere: penetrare deuotiōe celos: ꝛ mente supernas circuire māsiones: salutare patres atq; apostolos ꝛ choros prophetaꝝ: martyrūq; admirari triūphos ac stupere pulcherrimos ordines angeloꝝ: nunc omībus his omissis: turpi se mancipet corporis seruituti ad obediēdū carni: ad satisfaciendū ventri ꝛ gule: ad mendicandū in vniuersa terra: vñ ex ea q̄ pterit mundi huius figura: suā semper famelicam curiositatē aliquatenus cōsolet. Exitus aquarū deducāt

ps. cxviij.

oculi mei super huiusmodi aīa: que cū nutriretur in croceis, demū amplexatur stercora. Pascit eñ iuxta beati viri sententiā: sterilem que nō habebat filios: ꝛ vidue non benefacit. Et

Canti. j.

vide q2 non simpliciter egredere: sed egredere inq̄t ꝛ abi post greges sodaliū tuoꝝ: ꝛ pasce hedos tuos. In quo (vt mihi videt) mane cuiusdā rei nos admonet. Quid istud? Heu q2 egregia creatura iā olim facta de grege ꝛ nunc in peius miserabiliter prorūpens: nō saltē inter greges remanere permittit̄ sꝫ post

B

abire iubetur. ¶ Quomodo inquis? Quomodo legis: Homo

ps. xlviij.

cū in honore esset nō intellexit cōparatus est iumētis insipientibus: ꝛ similis factus est illis. Ecce quomō de grege facta est egregia creatura. Puto dicerēt iumenta si loqui fas esset. Ecce adam factus est quasi vnus ex nobis. Cū in honore esset inquit. In quo honore queris? Habitabat in paradiso ꝛ in loco voluptatis cōuersatio eius: nihil molestie: nihil indigentie sentiebat: ꝛ odoriferis stipatus malis: fulcitus floribus: gloria et honore coronatus: ꝛ constitutus super opera manuum plasmatoris. Magis aūt ob insigne diuine similitudinis precellebat: ꝛ erat illi sors ꝛ societas cū plebe angeloꝝ ꝛ cū omī milicia ce

C

lestis exercitus. ¶ Sed mutauit istā gloriā dei in similitudinē vituli comedentis fenū. Inde est q2 panis angeloꝝ fact⁹ est fenum positū in presepio appositū nobis tanq̄ iumentis: verbuꝫ

Esa. xl.

quippe caro factū est: ꝛ iuxta pphetā oīs caro fenū. At fenum istud minime desiccatū est: nec ex eo cecidit flos: q2 requieuit super ipm spiritus dñi. Propter hoc nanq; aliqñ finis venit vniuerse carnis: q2 spūs recesserat vite. Deniq; ait. Non pmanebit spūs meus in hoīe in eternū: q2 caro est. Carnis noīe hoc loco vitiū designari intellige: nō naturā. Nec eñ spiritū natura expungit sed vitiū. Propter vitiū ergo oīs caro fenū: ꝛ oīs glo

Esa. xl.

ria eius tanq̄ flos feni. Exsiccatū est (inq̄t) fenū ꝛ cecidit flos: sed non ille flos q̄ de virga ꝛ radice iesse ascendit: eo q2 requieuit super eū spiritus dñi. Nec illud fenū qđ verbū factū est: p eo qđ sequit̄ in propheta. Verbū aūt dñi manet ineternum. Si

Ibidem.

enim fenū verbū: ꝛ verbū ineternū manet, fenū quoq; necesse est maneat ineternū. Alioqñ quomodo vitā prebet eternam si

Joā. vj.

ipsum minime manet ineternū? Ait enim. Si q̄s mādueauerit ex hoc pane: viuet in eternum. Et quē panē dicat: aperit cum

Ibidem.

subiūgit. Et panis quē ego dabo: caro mea est p mundi vita. Quomodo ergo eternū nō est quo eternaliter viuitur? Sꝫ re

ps. xv.

cole nunc mecū vocē filij ad patrē loquentis in psalmo. Nō dabis (inquit) sanctū tuū videre corruptionē. Haud dubiū quin de corpore dicat q2 in sepulchro iacebat exanime. Hoc eñ sanctū ꝛ angelus q̄ nūciauit virgini locutus est dicēs: ꝛ qđ nascetur ex te sanctū vocabitur fili⁹ dei. Quo ergo pacto sanctuꝫ fenū poterat videre corruptionē: qđ de incorrupti vteri perpetuo virore vernātibus pascuis ortū: etiā auidos angeloruꝫ in

D

se figere possit obtutus: insatiabiliter oblectandos? ¶ Perdat iane fenum viriditatē si maria virginitatē amiserit. Ergo cibus hominis mutauit se in pabulū pecoris: homine mutato in pecus. Heu tristis ꝛ lachrymosa mutatio: vt homo paradisi accola: terre dñs, celi ciuis, domestic⁹ dñi sabaoth, frater beatorū spirituū: ꝛ celestiū coheres virtutū: repentina se cōuersione inuenerit: ꝛ ppter infirmitatē iacēē in stabulo: ꝛ ppter pecorinā similitudinē indigentē feno. ꝛ ppter indomitā feritatē alligatū presepio sicut scriptū est. In chamo ꝛ freno maxillas

ps. xxxj.

eorū constringe qui non approximant ad te. Agnosce tamen o bos possessorē tuū: ꝛ o tu asine presepe dñi tui: vt pphete dei fi

Esa. j.

deles inueniantur q̄ ista sunt dei mirabilia prelocuti. Cognosce pecus quē non cognouisti homo. Adora in stabulo quē fugiebas in paradiso. Honora presepiū cuius cōtēpsisti imperiū. Comede fenū, quē panē: ꝛ panē angelicū fastidisti ¶ Sed q̄nā

E

causa (inquis) tante deiectionis? Profecto q2 homo cum in honore esset nō intellexit. Quid nō intellexit? Nō dicit. Nos dicamus. Positus in honore nō intellexit q2 lim⁹ esset: honoris fastigio delectatus: ꝛ cōtinuo in se expertus est q2 tanto post tēpore homo de filijs captiuitatis ꝛ prudenter aduertit: ꝛ veraciter protulit dicens: qui se putat aliq̄d esse cū nihil sit ipse se seducit. Ve misero q2 non fuit qui iam tunc diceret ei. Quid superbis terra ꝛ cinis? Hinc egregia creatura gregi admixta est: hinc bestiali similitudine dei similitudo mutata est: hinc societas cū iumentis pro cōsortio angeloꝝ inita est. Vides q̄ sit fugienda nobis hec ignorantia: de qua tot milia maloꝝ vniuer

ps. xlviij.

so nostro generi puenerūt? Ait eñ ppterea hoīem iumētis insipientibus cōparatū: q2 nō intellexit. Cauenda pinde omnimodis ignorantia: ne forte si adhuc sine intellectu ꝛ post vexationem inuenti fuerimus: multo plura ꝛ grauiora prioribus mala inueniant nos: dicaturq; de nobis. Curauimus babylonem

Hiere. lj

et non est sanata. Merito quidē q2 nec vexatio dederit intellectum auditui. ¶ Et vide ne forte etiā hic spōsus cū dilectam

F

ab ignorantia tanto increpationis tonitruo deterreret: propterea minime dixerit: egredere cū gregibus aut egredere ad greges: sꝫ egredere (ait) post greges sodaliū tuoꝝ. Ut q̄d hoc? Sane vt secūdā perinde ignorātiā priore magis pauendā pudendāq; ostenderet: q2 illa hoīem bestijs parē fecisset ista ꝛ posteriorem. Nam hoīes quidē merito ignorantie ignorati, idest reprobati: ꝛ ad tremendū illud iudiciū stare: ꝛ igni perpetuo tradi habēt: nō autē pecudes. Nec dubiū fore deterius his q̄

Mar. xiiij

sic erūt: q̄ his q̄ omīno nō erūt. Melius ei fuerat (inquit) si natus nō fuisset homo ille. Nō vtiq; si nat⁹ nō fuisset omino: sꝫ si natus nō fuisset hō: sed verbi gratia: aut pecus aut alia q̄piam creatura: q̄ quoniā iudiciū nō haberet, ad iudiciū nō veniret, ac per hoc nec ad suppliciū. Sciat ergo aīa rationalis que se ob priorē ignorantiā erubescit pecudes habere sodales in perfruendis vtiq; bonis terre: nō etiam similiter socias habituraꝫ in perferēdis tormētis gehēne: ꝛ tū demū etiā ab ipsis gregibus suoꝝ sodaliū iumentoꝝ cū dedecore exturbandā: nec iā vel cū ipsis iturā sed plane post, quādo illis nihil mali sentiētibus: ipsa malis omnibus exponet̄. A quibus non liberabit̄ ineternū: siquidē secūdo ignorare adiecerit. Egredit̄ itaq; homo: ꝛ solitarius abit post greges sodaliū suoꝝ: cū solus in inferno inferiori retrudit̄. An nō tibi posteriorē videt̄ tenere lo

Luce. xj.

cum: qui ligatis manibus et pedibus proijcitur in tenebras exteriores? Et erūt profecto nouissima hoīs illius peiora prioribus: quādo qui prius bestijs equabatur: nunc ꝛ postponit̄. Puto q2 et in presenti vita si bene aduertas posteriorem ire pecoribus hoīem iudicabis. An non siquidem tibi videtur ipsis bestijs quodāmodo bestialior esse homo ratione vigens: ꝛ ratione non viuens? Nam pecus quidē si se ratione non regat excusationē habet a natura: a qua hoc ei penitus munus negatum est: non habet homo: cui ab ipsa speciali prerogatiua donatū est.

G

¶ Merito proinde eo ipso censetur homo egredi: ꝛ postire gregalibus animātibus: q2 solū hoc animal cōuersatione degeneri iura nature trāsgrediēs: rationis cōpos: rationis expertia moribus et effectibus imitet̄. Conuincitur ergo ire post greges homo: ꝛ nūc quidē depravatione nature: postmodū autē ꝛ extremitate pene. Ecce si maledicet̄ homo qui ignorantiam dei habere inuentus fuerit. Dei dicam an sui? Utrūq; sine dubio: vtraq; ignorantia dānabilis est: vtralibet sufficit ad perditionem. Uis scire quia ita est? Sed de dei minime dubitas: si tamen constat tibi non aliam vitam esse eternā q̄ vt patrē cognoscas deū verū ꝛ quem misit iesum christū. Audi ergo sponsum liquido et aperte in anima etiā anime ignorantiam cōdēnantem. Quid enim dicit? Non vtiq; si deū: sed si ignoras te inquit ꝛc. ¶ Patet ergo quia ignorans ignorabitur: siue se, si

j. Co. xiiij

ue deum ignorare contingat. De qua vtraq; ignorantia erit nobis (si tamen deus manū apponat) vtilis admodū disputatio.

H

Non modo tñ, ne fatigati: ꝛ non pmissa ex more oratione: aut ego minus diligenter rē necessariā psequar: aut vos minus attende: q̄ non nisi magno suscipienda sunt desiderio audiatis. Etenim si corporis cibus cū absq; appetitu ꝛ satiatus illū sumis: non modo non prodest: sed et nocet plurimū: multo magis panis anime cū fastidio sumptus: nō scientie nutrimentuꝫ sed magis tormentū cōscientie importabit. Qđ a nobis auertat spōsus ecclesie iesus christus dominus noster qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen.

¶ Qꝫ scientia litterarum sit bona ad instruendum: sed sciētia ꝓprie infirmitatis sit vtilior ad salutē. Ser.xxxvj.

I

En ego mee ꝓmissiōi: en ego desiderijs vestris: ex ego etiā deo ꝓ debito famulatu triplici vt videris rōne vrgeor ad loquēdū: pacti veritate: charitate fraterna: timore dñi. Si tacuero: os meū ↄdēnabit me. Quid si loquar? Profecto vereor idē iudicium: ne loquentē videlicet ⁊ nō facientē idētidē os meū ↄdēnet me. Iuuate me orationib⁹ vestris vt semꝑ possim ⁊ loq̄ que oportet: ⁊ opere implere: que loquor. Non ignoratis hodiernū esse sermonē de igorātia: vel poti⁹ de ignorātijs: quoniā due si meministis ꝓposite sunt: nostri vna/ ⁊ altera dei. Quas et monuim⁹ ambas esse cauēdas: qꝛ ambe damnabiles sunt. Superest vt clari⁹ hocipsum faciam: edisserā plenius. Sed prius querendum existimo: sit ne ignorantia omis damnabilis: ⁊ mihi quidem videtur nō esse. Neqꝫ enim omnis ignorātia dānat: sed multa et innumera esse que nescire liceat absqꝫ diminutione salutis: verbi gr̄a. Si ignoras fabrilē artem/ seu carpētariā: aut cemētariā: et quecūqꝫ istiusmodi sunt artes que ad vsus vite huius ꝑsentis ab hominibus exercenꝭ: nunquid impedit ad salutem? Etiam ab sqꝫ oībus illis artibus que liberales dicūtur q̄uis honestiorib⁹ vtilioribusqꝫ studijs ⁊ discanꝭ ⁊ exerceanꝭ: ⁊ q̄plurimi hominum salui facti sunt: placētes morib⁹ atqꝫ operib⁹. Quātos enūerat apostol⁹ in epistola ad hebreos factos dilectos nō in sciētia literarū: sed in cōscientia pura ⁊ fide non ficta? Omnes placuerunt deo in vita sua: vite meritis/ nō sciētie. Petrus ⁊ Andreas ⁊ filij Zebedei ceteriqꝫ cōdiscipuli omnes nō de schola rhetorū aut philosophorꝫ assumpti sunt: ⁊ nihilomin⁹ tñ saluator ꝑ ipsos opat⁹ est salutem in medio terre. Non in sapiētia que in ipsis esset plus q̄ in cunctis viuētib⁹: quēadmodū sanctus aliquis de semetipso cōfessus est: sed in fide ⁊ lenitate ipsorꝫ saluos fecit illos: etiā ⁊ sanctos/ etiam ⁊ magistros. Deniqꝫ notas mūdo fecerit vias vite ⁊ nō in sublimitate ſmonis: aut i doctis hūane sapiētie ꝟbis: sꝫ sicut placuit deo ꝑ stulticiā predicationis eorum saluos facere credētes: qꝛ mūdus eū in sua sapientia non cognouit. ¶ Videar forsan nimius in suggillatione sciētie: ⁊ quasi repḣēdere doctos ac ꝓhibere studia litterarꝫ. Absit. Non ignoro quātum ecclesie ꝓfuerint et ꝓsint litterati sui: siue ad refellendos eos q̄ ex aduerso sunt: siue ad simplices instruēdos. Deniqꝫ legi. Quia tu repulisti sciētiam: repellam ⁊ ego te: vt non fungaris mihi sacerdotio Legi. Qui docti fuerint: fulgebūt quasi splendor firmamenti: ⁊ qui ad iusticiā erudiunt multos: quasi stelle in perpetuas eternitates. Sed ⁊ scio vbi legerim scientia inflat: ⁊ rursum qui apponit scientiā apponit ⁊ dolorē. Vides qꝛ differētia est sciētiarum: qm̄ alia inflans/ alia contristans est? Tibi vero velim scire quenā harū videaꝭ vtilior seu magis necessaria ad salutem. Illa ne q̄ tumet: an que dolet? Sed non dubito quin dolentem tumenti preferas: quia sanitatē quā tumor simulat: dolor postulat. Qui autē postulat: propinquat saluti: qm̄ qui petit accipit. Deniqꝫ q̄ sanat cōtritos corde/ execraꝭ inflatos: dicente sapiēte: qꝛ de⁹ superbis resistit: hūilib⁹ aūt dat gratiā. Et apostolus aiebat. Dico autē per gratiā q̄ data est mihi omnibus q̄ sunt inter vos non plus sapere q̄ oportet: sed sapere ad sobrietatem. Nō ꝓhibet sapere: sed plus sapere q̄ oportet. Quid est autē sapere ad sobrietatē? ¶ Vigilantissime obseruare q̄d scire magis priusve oporteat. Tēpus enim breue est. Est aūt qđ in se est ols scientia bona: que tñ veritate subnixa sit: sed tu q̄ cū timore ⁊ tremore tuā ipsius operari salutē ꝑ tēporis breuitate festinas: ea scire prius ampliusqꝫ curato: que senseris viciniora saluti. Nōne medici corporū medicine portionē diffiniūt eligere in sumendis cibis quid prius quid posterius: ⁊ quēadmodū quidqꝫ sumi oporteat? Nā ⁊ si bonos constat esse cibos quos deus creauit: tu tamen ipsos tibi si in sumendo modū et ordinē nō obserues/ reddis plane nō bonos. Ergo qđ dico de cibis: hoc sentire ⁊ de scientijs. Sed melius mitto vos ad magistrū. Non est enim nostra ista sentētia/ sed illius: immo et nostra: quoniā veritatis. ¶ Qui se inquit putat aliquid scire: nōdum scit quomodo oporteat eū scire. Vides quoniā non probat multa scientē si sciendi modū nescierit? Vides inq̄ quomodo fructum ⁊ vtilitatē scientie in modo sciendi constituit? Quid ergo dicit modum sciendi? Quid nisi vt scias quo ordine: quo studio: quo fine queqꝫ nosse oporteat? Quo ordine? vt id prius qđ maturius ad salutē. Quo studio? vt id ardentius qđ vehementius ad amorē. Quo fine: vt nō ad inanē gloriā aut curiositatē: aut aliquid simile: sed tantū ad edificationē tuam vel proximi. ¶ Sunt namqꝫ qui scire volunt eo fine tantum vt sciāt: ⁊ turpis curiositas est. Et sciunt qui scire volunt vt sciātur ipsi ⁊ turpis vanitas est. Qui profecto nō euadent subsannantem satyricū ⁊ ei q̄ eiusmodi est decantantē. Scire tuū nihil est: nisi te scire hoc sciat alter. Et sunt itē qui scire volunt vt scientiā suā vendant: verbi causa: pro pecunia: pro honoribus ⁊ turpis questus est. Sed sunt quoqꝫ q̄ scire volunt vt edificent: ⁊ charitas est. Et itē qui scire volūt vt edificētur: ⁊ prudentia est. Horū omniū soli vltimi duo nō inueniūtur in abusione scientie: quippe qui ad hoc volunt intelligere vt bene faciant. Deniqꝫ intellectus bonus oibus facientibus eū. ¶ Reliqui omnes audiāt. Scienti bonū ⁊ nō faciēti: peccatū est ei. Ac si per similitudinē dicat. Sumenti cibū ⁊ nō digerenti: periculosum est ei. Cibus siquidē indigestus: et qui bonā non habet decoctionē malos generat humores: et corrūpit corpus ⁊ non nutrit. Ita ⁊ multa scientia ingesta stomacho anime: que est memoria: si decocta igne charitatis nō fuerit: ⁊ sic per quosdam artus anime mores scꝫ atqꝫ actus transfusa atqꝫ digesta quatinus ipsa de bonis que nouerit vita attestante ⁊ moribus bona efficiatur: nōne illa scientia reputabiꝭ in peccatū: tanq̄ cibus cōuersus in prauos noxiosqꝫ humores? An nō malus humor peccatū: an non mali humores praui mores? An non inflationes ⁊ tortiones in conscientia sustinebit qui huiusmodi est sciens videlicet bonū ⁊ nō faciens? An nō responsum mortis et damnationis totiens in semetipso habebit quotiens in mentē venerit sermo quē dixit deus: qꝛ seruus sciēs voluntatē domini sui ⁊ nō faciens digna/ plagis vapulabit multis? ¶ Et vide ne forte in persona talis anime propheta plāgeret dicens. Vētrem meū doleo: vētrē meū doleo. Nisi qꝛ ipsa ingeminatio geminū videꝭ innuere sensum: vt preter hunc quē diximus etiam aliū requiramus. Puto eñ qꝛ in sua persona potuit hoc dixisse propheta: qꝛ videlicet scientia plenus: et estuans charitate ⁊ omino effundere cupiens: nō inueniret qui curaret audire: ⁊ sic quasi oneri sua sibi scientia erat quā cōmunicare non poterat. Plangit itaqꝫ pius ecclesie doctor: tam illos q̄ scire contēnunt quomodo sit viuendū/ q̄ illos q̄ scientes male nihilominus viuunt. Et hoc pro eo qꝛ eundem sermonem propheta repetit. Aduertis ne iam q̄ verū sensit apostolus: qꝛ scientia inflat? ¶ Volo proinde animā primo oim̄ scire seipsam: qꝛ id postulet ratio ⁊ vtilitatis ⁊ ordinis. Et ordinis quidem: quoniam qꝛ nos sumus primū est nobis. Vtilitatis vero: qꝛ talis sciētia non inflat sed humiliat: ⁊ est quedā preparatio ad edificandū. Nisi enim super hūilitatis stabile fundamentū: spūale edificiū stare minime potest. Porro ad se humiliandū nihil anima inuenire viuacius seu accōmodacius potest: q̄ si se in veritate inuenerit: tantū nō dissimulet: nō sit in spiritu ei⁹ dolus: statuat se ante faciē suam: nec se a se auertere abducaꝭ. Nōne se ita intuens clara luce veritatis inueniet se in regione dissimilitudinis: ⁊ suspirans misera quā iā latere non poterit qꝛ vere misera sit: nōne cū propheta clamabit ad dominū. In veritate tua humiliasti me? Nā quomodo nō vere humiliabitur in hac vera cognitiōe sui: cū se ꝑceperit oneratā peccatis: mole hui⁹ mortalis corporis aggrauatā: terrenis intricatā curis: canalium desideriorꝫ fece infectā/ cecā/ curuā/ infirmā/ implicitā multis erroribus: expositā mille periculis: mille timoribus trepidā: mille difficultatibus anxiā: mille suspitionibus obnoxiā: mille necessitatibus erūnosam: procliuē ad vitia: inualidā ad virtutes? Vnde huic iā extollētis oculorꝫ: vnde leuare caput? Nōne magis cōuertetur in erūna sua dū cōfigiꝭ spina? Cōuerteꝭ inq̄ ad lachrymas: cōuerteꝭ ad planctus ⁊ gemitus: conuerteꝭ ad dñm ⁊ in hūilitate clamabit: sana aiam meam qꝛ peccaui tibi. Porro conuersa ad dñm recipiet cōsolationē qꝛ pater est misericordiarꝫ: et deus totius consolationis. ¶ Ego q̄diu in me respicio: in amaritudine moraꝭ oculus meus. Si autē suspexero ⁊ leuauero oculos ad diuine miserationis auxilium: tēperabit mox amarā visionē mei/ visio leta dei: cui ⁊ dico. Ad meipsum anima mea conturbata est: propterea memor ero tui. Nec mediocris dei visio piū ⁊ deprecabilem experiri: sicut reuera benignus et misericors est: ⁊ prestabilis sup malicia: quippe cuius natura bonitas: ⁊ cui propriū est misereri semper et parcere. Tali itaqꝫ experimento ⁊ tali ordine salubriter innotescit deus: cum prius se homo nouerit in necessitate positū: ⁊ clamabit ad dominū: ⁊ exaudiet eū ⁊ dicet. Eruā te ⁊ honorificabis me. Atqꝫ hoc modo erit gradus ad noticiam dei/ cognitio tui: ⁊ ex imagine tua que in te renouatur/ ipse videbitur: dum tu quidem reuelata facie gloriā domini cum fiducia speculando: in eandē imaginem transformaris de claritate in claritatē tanq̄ a domini spiritu. ¶ Sed iā demū aduerte: quomō vtraqꝫ cognitio sit tibi necessaria ad salutē ita vt neutra carere valeas cum salute. Nam si ignoras te: non habebis timorē dei in te: non humiliantem. An vero sine timore dei ⁊ sine humilitate de salute ꝑsumas: tu videris. Bñ fecistis grumiēdo significare qꝛ minime ita sapiatis: imo qꝛ non ita desipiatis: ne in eo qđ planū est imoremur. Sꝫ attēdite cetera. An potius pausandū est nobis ꝑ pter somnolētos? Putabā me vno ſmone implere qđ ꝓmisi de duplici ignorātia/ ⁊ fecissem: nisi fastidiosis longior videretur

gior videret: quosdã siquidẽ oscitãtes quosdã ꝛ dormitãtes intueor. Nec mirũ. Precedẽtis noctis vigilie (lõgissime quippe fuerunt) excusant eos. Uerũ illis qd dicam: qui ꝛ tunc dormierũt: ꝛ modo nihilominꝰ dormiũt? Sed nõ pergo nunc vlterius exagitare: verecũdiam eorũ sufficit tetigisse. Puto ꝙ melius deinceps vigilabunt: nostre obseruationis cauteriũ veriturĩ. In hac spe gerimꝰ eis hac vice morẽ: ꝛ qđ ꝯtinuãdum ratio exigebat: eorũ charitate (pendẽte licet disputatiõe) partimur: faciẽtes finẽ vbi nõ erat finis. Ipsi vero sup sibi facta indulgentia nobiscũ glorificent sponsum ecclesie iesum christum dñm nostrum: qui est super oĩa deus benedictus in secula. Amen.

¶ De duabus noticijs: ꝛ de duabus ignorãtijs et de his que ex se parturiũt. Sermo. xxxvij.

A

Uero nõ habemꝰ nũc opus hortari ad vigilãdũ cũ absq dubio sermo ille suggillatoriꝰ vigilet: vtpote adhuc recẽs q̄ geri a nobis charitatiue platꝰ bene aliquos expergefecit. Ergo tenetis memoria ꝙ teneam assensum vestrum: neminem absq sui cognitione saluari: de qua nimirum mater salutis humilitas oritur: ꝛ timor dñi / qui et ipse sicut initiũ sapiẽtie ita est et salutis. Nemo dico absq illa cognitiõe saluaẽ: q̄ tñ etatẽ habeat ac facultatẽ cõgnoscẽdi. Qđ propter paruulos loquor: propter fatuos quoq; alia rõ est. Quid si ignores deũ: Poterit ne spes esse salutis cũ dei ignorantia? Ne hoc quidẽ. Nec enĩ potes aut amare quẽ nescias: aut amare quẽ nõ amaueris. Noueris proinde te / vt deũ timeas: noueris ipsum / vt eq̃ ipsum diligas. In altero initiaris ad sapientiã: in altero ꝛ consummaris: quia initiũ sapientie timor dñi est: ꝛ plenitudo legis est charitas. Tã ergo vtraq; ignorãtia cauẽda est tibi: ꝙ sine timore ꝛ amore dei salus esse nõ potest. Cetera indifferẽtia sunt: nec salutẽ si sciaẽ / nec dãnationẽ si nesciaẽ habẽtia. Non tamẽ dico cõtẽnendã aut negligẽdam sciẽtiã litterarũ: q̄ ornat animã ꝛ erudit eã: ꝛ facit vt possit eã alios erudire. Sed duo illa oportet ꝛ expedit vt precedãt / in qbꝰ summã salutis cõsistui superior ratio declarauit.

B

Esa. xxxvij

¶ Et vide si nõ intuebaẽ / ꝛ si nõ docebat hũc ordinẽ q̄ dicebat. Seminate vobis ad iusticiã metite spẽ vite: ꝛ tũc demũ illuminate vobis / ait / lumẽ sciẽtie. Ultimã posuit sciẽtiã tãq̃ picturã: q̄ statũ habere negat supinane ꝛ tõ illa duo premisit ꝛ subiecit illi tãq̃ si solidũ aliqd picture substerneret. Securus iã intẽdã sciẽtie: si vite priꝰ p beneficiũ spei securitatẽ accepero. Tu ergo seminasti tibi ad iusticiam: si ex vera noticia tui euigilasti timere deum temetipsumꝰ humiliasti: fudisti lachrymas: elemosinas profudisti: ceterisq; te pietatis actionibꝰ mãcipasti: ieiunijs et vigilijs afflixisti corpꝰ: si pectꝰ tunsionibus: celos clamoribꝰ fatigasti: hoc siquidez seminare est ad iusticiã. Semina sunt bona opera: bona studia: semina lachryme sunt. Ibant (inquit) ꝛ flebãt mittentes semina sua. Sed quid? Semper flebũt? Absit. Sz veniẽt cũ exultatiõe portantes manipulos suos. Merito cum exultatione: cum reportant manipulos glorie. At istud (inquis) in resurrectione in nouissimo die: ꝛ est nimis longa expectatio. Noli animo frãgi: noli deficere a pusillanimitate spiritus: habes interim de primicijs spiritus: quod ad presens in exultatione metas. Seminate (ait) vobis iusticiam: metite spem vite. Non te modo mittit ad diem nouissimuz quando res iam erit in re ꝛ non in spe: sed de presenti loquitur. Proinde magna leticia et exultatio multa nimis cum vita venerit.

Ps. cxxv.
Ibidem.

C

Rom. xij.
Ps. cxxj.

¶ Sed nunquid tante leticie spes erit sine leticia? Sed gaudentes ait apostolus. Et dauid non letaturum: sed letatum se dixit ꝙ in domũ dñi se speraret iturum. Nondum vitam tenebat: sed spem profecto vite messuerat atq; in semetipso experibatur veritatem scripture phibẽtis quia non modo remuneratio: sed ipsa quoq; expectatio iustorũ leticia. Hanc parit in animo illius qui sibi ad iusticiã seminauit: presumpta indulgẽtia delictorum: si tamen ipsam indulgẽtiã efficacia attestatur accepte gratie ad viuendũ sanctiꝰ deinceps. Omĩs in vobis qui hec sentit intra se actitari: scit quid loquitur spiritꝰ / cuius vox atq; operatio minime inter se vnq̃ dissentiunt.

D

j. Co. xij.

¶ Propterea ergo intelligit que dicuntur quoniã que foris audit intus sentit. Nam qui in nobis loquitur: operatur in vobis: vnus atq; idem spiritus diuidens singulis prout vult: aliis quidem loqui: aliis autem operari quod bonum est. Quisquis itaq; vestrum post illa amara ꝛ lachrymosa conuersationis sue primordia respirasse in spem atq; in quoddam serenũ supne cõsolationis pẽnis grẽ subleuatũ se euolasse letaẽ: is profecto iam metit suarũ recipiẽs fructũ tẽporaneũ lachrymarũ: et ipse vidit deũ ꝛ audiuit vocez dicẽtis. Date ei de fructibus manuũ suarum. Nam quomõ nõ vidit deũ qui gustauit ꝛ vidit: qm̃ suauis ẽ dñs? Qñ dulcẽ ꝛ suauẽ te sensit dñe iesu: cum a te nõ modo pctã donata sunt: sed ꝛ munꝰ sanctitatis indultũ est: neq; id solũ / sed addita insuper ad cumulũ bonorũ vite eterne

Prouer. xxxj.

pmissio. Felix qui iam iaz messuit habẽs interim quidẽ fructũ suũ in sanctificationẽ: finẽ vero vitam eternam. Merito qui se inuento fleuit: gauisus est viso dño: ad cuiꝰ vtiq; miserationis intuitũ tantos iam leuauit manipulos: remissionẽ / sanctificationẽ / spem vite. ¶ Quã verus est sermo qui in ppheta legitur. Qui seminãt in lachrymis: in exultatiõe metẽt. Ubi breuiter cõprehensa vtraq; cognitio est: et nostri quidem in lachrymis serens: que aũt dei metẽs in gaudio. Hac ergo in nobis gemina preeunte noticia: iam ea que forte supercreuerit scientia minime inflat: vtpote que nihil afferre valeat terreni commodi vel honoris: qđ non sit sane inferiꝰ spe ꝯcepta leticiaq; spei iam altius radicata in aĩo: spes autem non confundit: q: charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spm̃ sanctũ qui datus est nobis. Ideo illa non confundit: quia ista infundit certitudinem. Per hanc enim ipse spũs testimonium perhibet spiritui nostro ꝙ filij dei sumus.

Ps. cxxv.

¶ Quidnam igitur nobis de nostra quantacunq; scientia prouenire possit: quod non sit minus hac gloria qua inter dei filios numeramur? Parũ dixi nec respici in eius comparatione potest orbis ipse et plenitudo eius: etiam si totus cedat vnicuiuis nostrum in possessionem. Ceterum si nos ignorantia dei tenet quomodo speramus in eum quem ignoramus? si nostri quomodo humiles erimus ꝛ putantes nos aliquid esse cum nihil simus? Scimus autem nec superbis nec desperatis partẽ esse vel societatem in sorte sanctorũ. Intuere ergo nunc mecũ quanta curã ꝛ sollicitudine ambas istas repellere a nobis ignorantias debeamus: quarũ omnis peccati altera initium parit: altera consummationem: sicut duarũ e regione noticiarũ initium sapientie vna: perfectionez altera gignit: illa timorem dñi / ista charitatẽ. At istud de noticijs suis ostẽsum est. Nunc de ignorantijs vide. Etenim sicut initium sapientie timor domini: sic initium omnis peccati superbia: ꝛ quomodo perfectionez sibi sapientie vendicat amor dei: ita desperatio sibi oẽm malicie ꝯsummationẽ. Et quẽadmodũ ex noticia tui venit in te timor dei atq; ex dei noticia dei itidẽ amor: sic ecõtrario de ignorãtia tui supbia: ac de dei ignorantia venit desperatio.

B

¶ Sic autem superbiam parit tibi ignorantia tui: cum meliorem ꝙ sis decepta ꝛ deceptrix tua cogitatio te esse mentitur. Hoc quippe est superbia: hoc initium omnis peccati: cum maior es in tuis oculis ꝙ apud deum: ꝙ in veritate. Et ideo qui primus peccauit hoc grande peccatum / diabolum loquor de ipso dictum est quia in veritate non stetit: sed mendax est ab initio: quoniam quod in sua fuit cogitatione non fuit in veritate. Quid si in eo discordaret a veritate: vt minorem se inferioremq; putaret ꝙ veritas haberet? Excusaret eum sua procul dubio ignorantia: et minime reputaretur superbus: nec tam inueniretur iniquitas eius ad odium ꝙ humilitas fortassis ad gratiã. Si enim in quonam statu vnũquẽq; nostrum habeat deus: liquido cognosceremus nec supra sane nec infra secedere deberemus: veritati in omnibus acquiescentes.

ij Re. xxj
Ecclo. ix

Nunc autẽ quia consilium hoc posuit tenebras latibulum suũ: ꝛ sermo abscõditus est a nobis: ita vt nemo sciat si dignus sit amore vel odio: iustius tutiusq; profecto iuxta ipsius veritatis consiliũ nouissimũ nobis locũ eligimus: de quo postmoduz cũ honore superius educamur: ꝙ presumimus altiorẽ. vnde cedere mox oporteat cũ rubore.

Lu. xiiij.

D

¶ Nõ est ergo periculũ quantũcunq; te humilies: quantũcunq; reputes minorẽ ꝙ sis: hoc est ꝙ te veritas habeat: est autẽ grande malũ: horrendũq; periculũ: si vel modice / plus vero extollas: si vel vni videlicet in tua cogitatione te preferas: quẽ forte parẽ tibi veritas iudicat / aut etiã superiorez. Quemadmodũ enim si per ostiũ trãseas cuius superliminare (vt ad intelligentiam loquar) nimium bassum sit: non nocet quantumcunq; te inclinaueris: nocet autem si vel transuersi digiti spacio plus ꝙ ostij patitur mensura erexeris: ita vt impinguas / ꝛ capite quassato collidaris. sic in anima non est plane timenda quãtalibet humiliatio: horrẽda autem nimiumq; pauenda vel minima temere presumpta erectio. Quamobrem noli te homo comparare maioribus: noli minoribus: noli aliquibus: noli vni. Quid scis enĩ o homo si vnus ille quem forte omnium vilissimum atq; miserrimum reputas: cuius vitam sceleratissimam ac singulariter fedissimam horres: et propterea illum putas spernendum: nõ modo pre te qui forte iam sobrie et iuste et pie viuere te confidis: sed etiam pre ceteris omnibus sceleratis tanq̃ omnium sceleratissimum: quid scis (inq̃) si melior et te ꝛ illis mutatione dextere excelsi in se quidem futurus sit: in deo vero iam sit?

Ps. lxxvj.

I

¶ Et propterea nõ mediocrem non vel penultimum: non ipsum saltem inter nouissimos eligere locum nos voluit: sed recumbe (inquit) in nouissimo loco vt solꝰ videlicet oim nouissimꝰ sedeas: teq; nemini: nõ dico pponas: sz nec cõparare presumas. En quãtũ malũ veniẽt de ignorãtia nr̃i? Utiq; pctm̃ diabolicũ: ꝛ initiũ oĩs peccati supbia. Quid ẽt dei pturiat ignorãtia: aliꝰ videbimꝰ. Nã nũc hore breuitas nõ pmittit: qm̃ hodie tarde ꝯuenimꝰ. Itaq; sufficiat vnũ

Lu. xiiij.
Eccli. x.

queꝙ modo ne seipsum ignoret ammonitum esse non solū sermone nostro: sed ipsius quoꝙ dignatione sponsi ecclesie iesu christi domini nostri: qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen.

❡ Qualiter ex ignorātia dei nascitur desperatio. ⁊ qualiter sponsa dicat pulchra inter mulieres. Ser.xxxviij.

K

Quid igitur dei ignorātia parturit? Nā hinc incipiendū est: sicut recordamini hic heri fuisse terminatum. Quid ita parturit? Diximus desperationē: sed quonā modo dicamus. Forte aliqs reuersus in se: ⁊ displicens sibi in omibus malis q̄ fecit: cogitansꝙ resipiscere ⁊ redire ab omi via mala: ⁊ carnali conuersatione sua: si ignorat q̄ sit bonus deus q̄ suauis ⁊ mitis: ⁊ q̄ multus ad ignoscendū: nōne sua carnalis cogitatio arguet eū ⁊ dicet? Quid facis? Et vitā istā vis perdere ⁊ futurā? Peccata tua maxima sunt ⁊ nimiū multa: nequaq̄ pro tot ⁊ tantis: nec si te excories sufficies satisfacere: complexio tenera est: vita extitit delicata: cōsuetudinem difficile vinces. Pro his ⁊ similibꝰ desperatꝰ resilit miser ignorans q̄ facile oīpotens q̄ neminē vult perire cuncta ista dissolueret: sequiturꝙ impenitentia: q̄ est delictū maximū/⁊ blasphemia irremissibilis: ipse vero aut cōturbatus nimia tristicia absorbet ⁊ fert in profundū: minime iā vt cōsolationem recipiat emersurus sicut scriptū est. Impius cū venerit in ꝓfundū malorū contēnit/aut certe dissimulās ⁊ sibi qualicunꝙ verisimili blandiens ratione reuocat se irreuocabiliter in seculū: ad perfruendū ⁊ deliciandū in oībus bonis eius quoad licuerit. Cum aūt dixerit pax ⁊ securitas: tunc repentinus ei superueniet interitus: sicut dolor in vtero habentis: ⁊ non effugiet. Ita ergo ⁊ de ignorātia dei vniuerse malicie cōsummatio venit: que est desperatio. ❡ Apostolus dicit q̄ ignorantiā dei quidā habent. Ego autē dico oēs ignorare deū qui nolunt conuerti ad deū. Neꝙ enim ob aliud proculdubio renuūt: nisi q̄ grauem et seuerū imaginantur qui pius est: durū ⁊ implacabilē qui misericors est: ferū ⁊ terribilē qui amabilis est: ⁊ mentit iniquitas sibi: formans sibi idolū pro eo qđ nō est ipse. Quid timetis modice fidei vt peccata nolit remittere. Sed affixit ea cruci cum suis manibus. Quod teneri ⁊ delicati estis? Sz ipe nouit figmētum nostrū. Qđ male assueti ⁊ ligati peccādi cōsuetudine? Sz dn̄s soluit cōpeditos. Forte ne irritatus in immanitate ⁊ multitudine criminū cunctet porrigere manum adiutorii? Sz vbi abundauit delictū: superabundare ⁊ gratia consueuit. An de vestimento solliciti estis vel cibo ceterisꝙ corpori vestro necessarys: ⁊ ꝓpterea cunctamini relinquere vestra? Sed scit quia his oībus indigetis. Quid vultis amplius? Quid iam impedit a salute? Sed hoc est qđ dico: deū ignoratis: sed nec creditis auditui nostro vellē vos vel expertis credere: quia nisi credideritis non intelligetis. Sed non est omniū fides. Absit autem vt de tali hoc est de dei ignorātia spōsam cōmonitā sentiamus que tanta sponsi pariter ⁊ dei sui: non dico agnitione sed amicitia ⁊ familiaritate donata est: vt eius crebra colloquia ⁊ oscula mereret: ⁊ nūc familiari ausu loquit. Indica mihi vbi pascas: vbi cubes in meridie. ❡ Ubi sane non ipsum sed locum habitationis glorie eius sibi indicari requirit: q̄q̄ non aliud ipse: ⁊ aliud locus eius vel gloria Sed reprimenda cēsetur ꝓpter presumptionē: ⁊ de sua ipsius cōmonenda cognitione: in qua nimirū visa est aliquatenus caligare: q̄ tante se estimarit idoneā visioni: siue minus attendēs pre excessu suo qđ esset in corpore: siue frustra sperās etiā manentē in corpe ad illam se posse inaccessibilē accedere claritatē. Ergo ad seipsam protinus reuocat ⁊ ignorantia cōuincitur/⁊ insolētia castigatur. Si ignoras te (inquit) egredere. Terribiliter sponsus intonat in dilectā: non taq̄ sponsus sed tanq̄ magister: et non quasi iratus: sed vt territa purgaretur: purgata idonea redderetur huicipsi cui inhiat visioni. Mundicordibus nempe illa visio sequestratur. ❡ Pulchre autē pulchrā: nō oimode quidē: sz pulchrā inter mulieres eā dicit videlicet cū distinctione quatinus ⁊ ex hoc amplius reprimat/⁊ sciat qđ desit sibi. Ego eñ puto mulierū hoc nomine loco appellatas animas carnales ac seculares: nihil in se virile habentes: nihil forte aut cōstās in suis actibus demonstrantes: sed totum remissum/ totū femineum ⁊ molle qđ viuūt ⁊ qđ agūt Spūalis aūt anima ⁊ si inde iā pulchra q̄ nō ſm carnē ambulabat sz ſm spiritū: ex eo tñ q̄ adhuc in corpore viuit citra ꝑfectū adhuc pulchritudinis ꝑficit: ac ꝑinde non pulchra oimodo: sz pulchra inter mulieres. i. inter aīas terrenas: q̄ nō sunt sicut ipa spūales: nō autē inter angelicas btitudines/nō inter ꝟtutes/potestates/dn̄ationes. ❡ Sicut patrū aliqs olim inuētus ⁊ dictus est iustus in generatione sua i. pre oibus sui tpis suisꝙ generatiōis: ⁊ thamar iustificata ꝓhibet ex iuda: hoc est pre iuda: ⁊ in euāgelio publicanꝰ descēdisse refert de tēplo iustificatꝰ sz iustificatꝰ a pharisęo ⁊ q̄mō magnus ille ioānes magnifice quodā cōmendatꝰ est q̄ videlicet superiorē nō haberet: sz hoc inter natos mulierū: nō aūt inter choros btōrū: celestiūꝙ spirituū: ita ⁊ spōsa mō dicitur pulchra: sz interim adhuc inter mulieres: ⁊ non inter celestes btitudines. Desinat proinde q̄diu in terris est: q̄ in celis sunt curiosiꝰ inuestigare: ne forte scrutatrix maiestatis opprimatur a glīa. Desinat (inq̄) donec inter mulieres versat inq̄rere q̄ apud sublimes illas sunt potestates: solis ipsis perspicua solis licita tanq̄ celestibus celestia ad videndū. Mirabilis facta est (inq̄t) visio ista ex te o spōsa quā tibi postulas demōstrari: nec modo ꝑuales intueri meridianā ⁊ mirā quā īhabito claritatē. Dixisti eñ. Indica mihi vbi pascas: vbi cubes in meridie? Sed eñ induci in nubes: penetrare in plenitudinē luminis: irrūpere claritatis abyssos/⁊ lucē hitare inaccessibilē: nec tēporis est huiꝰ nec corporis. Id tibi in nouissimis reseruatur cū te mihi exhibuero gloriosam: nō habentē maculā/ aut rugā/aut aliqđ hmōi. An nescis q̄ q̄diu viuis in hoc corpe: peregrinaris a lumine? Quō q̄ necdū tota pulchra es: idoneā te existimas vniuersitatē pulchritudinis intueri? Quomō deniꝙ queris me in mea claritate videre q̄ adhuc ignoras te? Nam si te plenius nosses: scires vtiꝙ corpe qđ corrūpit aggrauatā nullatenus posse attollere oculos: ⁊ figere in illū fulgorē in quē prospicere angeli cōcupiscūt. Erit cū apparuero q̄ tota pulchra eris sicut ego pulcher sum totus: ⁊ simillima mihi/ videbis me sicuti sum. Tūc audies. Tota pulchra es amica mea: et macula nō est in te. Nūc ꝟo ⁊ si ex parte iā similis/ex ꝑte tamē dissimilis: cōtenta est ex parte cognoscere. Teipsam attēde ⁊ altiora te ne q̄sieris: ⁊ fortiora te ne scrutata fueris. Alioq̄n si ignoras te o pulcherrima inter mulieres: nā ⁊ ego te dico pulchrā: sz inter mulieres: hoc est ex parte. Cū aūt venerit qđ ꝑfectū est: tūc euacuabit qđ ex parte est. Si ergo ignoras te: sed que sequūtur dicta sunt: ⁊ nō oportet iterū dici. Promiserā me de duplici ignorātia vtiliter disputaturū: si quominus implesse videor: date veniā volenti. Nā velle adiacet mihi: ꝑficere autem non inuenio: nisi q̄tū sua benignitate ad vestrā edificationem largiri dignabitur spōsus ecclesie iesus christus dn̄s noster: qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen.

Sap.xij. Esa.lv. Prouer.xviij. i.Thes.v. L i.Cor.xv. Ps.cxlv. Rom.v. Cant.i. M Cant.i. N O Ge.xxxviij. Lu.xviij. Luce.vij. Cant.i. Cāt.iiij.

❡ De curribus pharaonis id est diaboli: et de principibus exercitus: qui sunt malicia: luxuria: et auaricia. Sermo.xxxix.

Equitatui meo in curribꝰ pharaonis assimilaui te amica mea. Ante oia in his verbis libēter accipimus ecclesie typū in patribꝰ ꝑcessisse: ⁊ nostre sacramenta salutis pre ostēsa esse. In exitu israel de egypto: geminoꝙ illo admirabili maris obsequio ⁊ transitū scz populo dātis: ⁊ vltionē de hostibꝰ: baptismi grā euidēter exprimit: saluātis hoies ⁊ crimina submergētis. Omnes (inq̄t) sub nube fuerūt: ⁊ oēs in moyse baptizati sunt in nube ⁊ in mari. Sz oportet cōsequētiā sicut solemꝰ signare ꝟborum ⁊ sequētia prioribꝰ copulare. Et ita demū elicere suaue q̄ppiā si possumꝰ qđ ꝓsit moribus instruendis. Ubi itaꝙ sponse presumptio dura ⁊ austera increpatione repressa est: ne tristior remaneret: bona illi aliqua q̄ iā acceperat ad memoriā reducūtur: ⁊ aliqua q̄ nōdū acceperat ꝓmittunt: sed ⁊ pulchra denuo ꝓhibet ⁊ appellat amica. Ne tibi (inq̄t) dure locutus sum amica mea: nulla in me tibi suspitio sit odij vel rancoris: nā signa amoris mei in te euidētia sunt ipsa mea munera quibꝰ te honoraui ⁊ ornaui. Nec mihi animi est illa retrahere: sed magis addere āpliora. Uel sic Nō egre feras amica mea: minime te accipere modo qđ postulas: q̄ tanta a me iā accepisti: ⁊ maiora hoꝝ accipies: si in ꝑceptis meis ambulaueris: et in amore meo perseueraueris. Hec pro littere cōsequentia. ❡ Nunc iam videamꝰ qualia sint q̄ se donasse cōmemorat. Et primū quidē est q̄ eam assimilauit equitatui suo in curribꝰ pharaonis/liberādo vtiꝙ a iugo peccati: mortificatis vniuersis operibꝰ carnis: quemadmodū ille populus liberatꝰ est a seruitute egypti: subuersis ⁊ submersis cunctis curribꝰ pharaonis. Id q̄dē miseratio maxima: in qua ego quoꝙ si gloriari voluero nō ero insipiēs: veritatē ei dicā. Fateor ⁊ fatebor nisi q̄ dn̄s adiuuit me: paulominus hitasset in inferno aīa mea. Nō sum ingratꝰ: nō sum oblitꝰ misericordias dn̄i ineternū cātabo. Uerū hactenꝰ mihi cū spōsa. De reliquo illa singulari dignatiōe postq̄ liberata est ascisci in amicā: decorē induit tanq̄ dn̄i spōsa: interim tñ in genis dūtaxat ⁊ in collo. Ad hec illi ꝓmittunt murenule ꝓ ornatu: ipseꝙ auree ꝓ ꝑcio: ⁊ distincte argēto ꝓ decore. Cui nō admodū placeat ordo ipe donationū? Primū misericorditer liberat secūdo dignāter adamat: tertio benigne abluit ⁊ purgat: postremo optimi ornamēti accipit ꝓmissionē. Nā ābigo q̄sdā lāꝯm in semetipsis recognoscere q̄ dicunt: ꝓpriosꝙ expimēto cōmonitos ad

P Cant.i. Ps.cxiiij. i.Cor.x. Q Exo.xiiij. Ps.cxiij. Psalmo lxxxviij.

pō.cxviij.

tos ad intelligentiā preuolare. Sed sane memor versiculi il-
lius: declaratio sermonū tuorū illuminat: et intellectū dat par
uulis: pro huiusmodi dignū duco, eadē modice latius expla-
nanda. Benignus est enim spiritus sapientie ꝛ placet illi do-
ctor benignus ꝛ diligens: qui ita cupiat satisfacere studiosis

Ec.xxiiij.

vt morem gerere tardioribus non recuset. Deniqꝫ q̄ elucidant
me vitam eternam habebit: ait ipsa sapientia. Quoquidē pre
mio ego fraudari noluerim. Quāqꝫ in his etiā que plana vidē
tur q̄nqꝫ talia latent: que ipsis quoqꝫ q̄ capaciores videntur et
preuolantes ingenio: nō erit inutile si diligentius declarent.

A

¶ Sed vide iā similitudinē de pharaone ꝛ exercitu ei⁹: ꝛ do-
mini equitatu. Nō inter ipsos exercitus similitudo data est: sꝫ
de ipsis. Que enim societas luci ad tenebras: aut que pars fi-
deli cū infideli? Sed inter sanctā spiritalēqꝫ animā ꝛ equitatū
dn̄i plane cōparatio est: ꝛ inter pharaonem ꝛ diaboluꝫ ambo-
rumqꝫ exercitus. Nec miraberis vnā animā equitatus multi-
tudini similatā: si aduertas quante in ipsa vna que tam sancta
anima sit virtutū acies habeātur: quāta in affectionibus ordi
natio: q̄ta in moribus disciplina: quanta in orationib⁹ arma-
tura: quantū in actionibus robur: q̄tus in zelo terror: quanta
deniqꝫ ipsi cū hoste cōflictuū assiduitas: numerositas triūpho

Canti.vi. Canti.vij

rum. Deniqꝫ in consequentibus legitur. Terribilis vt castrorum
acies ordinata. Et itē. Quid videbitis (inquit) in sunamite ni
si cohors castrorū: Aut si id tibi nō placet: noueris huiusmo-

ij.Cor.xi.

di animā nunq̄ꝫ esse sine angelorꝫ custodia: q̄ eā emulantur dei
emulatione: solliciti suo viro seruare: ꝛ virginē castā exhibere
christo. Et ne dixeris in corde tuo. Ubi sunt? Quis eos vidit?
Uidit eos propheta heliseus: insuper ꝛ fecit orando vt videret
etiā Giezi. Tu non vides/ q̄r nō es propheta nec puer ꝓphete.

Ge.xxxij. Hebre.j.

Uidit patriarcha Jacob ꝛ ait. Castra dei sunt hec. Uidit ꝛ do
ctor gentiū q̄ dicebat. Nōne oēs administratorij spiritus sunt
missi in ministeriuꝫ propter eos q̄ hereditatē capiunt salutis?
Ergo angelicis fulta ministerijs ꝛ superno stipata agmine spō
sa incedēs: similis est equitatui dn̄i: illi vtiqꝫ q̄ quondā in cur-

Exod.xv

ribus pharaonis tam stupendo diuini adiutorij miraculo triū
phauit. Si em̄ diligēter aduertas cuncta q̄ ibi mirari magni
fice perpetrata inuenies hic nihilominus admiranda. Nisi q̄
in eo nunc magnificētius triūphatur: q̄ q̄ illi corporaliter pre
cesserunt: hic spiritualiter adimplentur. An non tibi nēpe mul
to fortius longeqꝫ gloriosius esse videtur diabolū prosterne-
re q̄ꝫ pharaonē: atqꝫ aerias debellare potestates q̄ꝫ curr⁹ pha
raonis subuertere? Ibi deniqꝫ pugnatū est aduersus carneꝫ ꝛ
sanguinē: hic aduersus principes ꝛ potestates/ aduersus mun
di rectores tenebrarꝫ harum: contra spiritualia nequitie in ce

B

lestibus. ¶ Et prosequere modo mecū singula ꝓportionis mē
bra. Ibi populus educt⁹ de egypto/ hic homo de seculo. Ibi
prosternitur pharao: hic diabolus. Ibi subuertūtur currus pha

j.Pet.ij.

raonis: hic carnalia ꝛ secularia desideria q̄ militāt aduersus
aīam subruuntur. Illi in fluctibus: isti in fletibus. Marini illi:
amari isti. Puto ꝛ nunc clamitare demonia si forte contingat

Exo.xiiij

incidere in talē animā. Fugiamus israelē: q̄r dn̄s pugnat pro
eo. Uis ne etiā aliquos de principibus pharaonis ꝓprijs tibi
designē noib⁹: ꝛ de currib⁹ describā instar quorꝫ tu q̄ꝫ alios si
qui sunt per teipsum valeas inuenire? Magnus quidē priceps
spiritalis atqꝫ inuisibilis regis egypti ꝑfecto malicia est: ma-
gnus luxuria: magnus auaricia. Et hi quidē possident termi-
nos suos sub rege suo sicut sui cuiqꝫ assignati sunt. Nam mali-
cia in oī regione maleficiorꝫ atqꝫ facinorꝫ dn̄atur. Luxuria oī im
mundicie et turpitudinis carnis preest. Auaricia in partes ra
pine ꝛ fraudis sortita est principatū. ¶ Accipe nunc quoqꝫ qua
les his suis principibus pharao p̄parauerit currus ad perse-
quendū populū dei. Hꝫ nāqꝫ malicia currū suū rotis quattuor
ꝯsistētē: seuitia/ impatiētia/ audacia/ impudētia. Ualde etem̄
velox est currus iste ad effundēdū sanguinē: q̄ nec innocentia
sistit: nec patiētia retardat: nec timore frenat: nec inhibet pu-
dore. Trahit aūt duob⁹ admodū pnicib⁹ eq̄s: ꝛ ad oēm pnicie
paratissimis: terrena potētia/ ꝛ seculari pōpa. Sic nāqꝫ quadri
ga ista malicie/ currit valde velociter: cū hinc q̄dē potētie effe
ctus subest ei⁹ adiplēdis maliciosis conatib⁹: inde plausus pō
pe arridet ꝑpetratis scelerib⁹: vt sermo ipleat q̄ script⁹ est: q̄m

Ps.ix. Luc.xxi.

laudatur peccator in desiderijs anime sue: ꝛ iniquis benedici-
tur. Et iterum alia scriptura. Hec est (inq̄t) hora vestra: ꝛ pote-
stas tenebrarꝫ. Porro p̄sidēt duob⁹ his eq̄s: aurige duo: tumor

D

ꝛ liuor: ꝛ tumor q̄dē pōpā: liuor v̄o potētiā agit. ¶ Is em̄ rapi
do fert diabolicarū amore pōparꝫ: cui⁹ apud se cor prius intu
muit. Nā q̄d in se firmiter stat timore cōpressum: grauitate mode
stū: hūilitate solidū: puritate sanū: aura hui⁹ vanitatis nequa
q̄ꝫ leuiter rapiet. Itē terrene iumentū potentie nōne inuidia
agit: ꝛ quasi quibusdā liuoris vrget hincinde calcarib⁹: suspi-
tione vtiqꝫ decedēdi ꝛ metu succūbēdi. Aliud est em̄ q̄ suspe-
ctus est successor: ꝛ aliud q̄ timetur inuasor. His itaqꝫ stimulis
terrena potētia ꝯtinue agitat. Et currus q̄dē malicie sic se hꝫ.
Luxurie v̄o currus quadriga nihilominus voluit vitiorꝫ: inglu-
uie videlicet vētris: libidine coit⁹: mollicie vestiū: ocij soporis
q̄ꝫ resolutione. Trahit eq̄s eque duob⁹ ꝓsperitate vite: ꝛ rerꝫ
abūdantia: ꝛ q̄ his p̄sidēt duo: ignauie torpor/ ꝛ infida securi-

puerb.j.

tas: q̄r ꝛ copia in ignauiā soluit: ꝛ s̄m scripturā: ꝓsperitas stul
torꝫ ꝑdet illos: nō sane ob aliud nisi q̄m male securos reddat.

j.Thes.v.

Cū aūt dixerit pax ꝛ securitas: tūc subitane⁹ superueniet eis in
terit⁹. Hi calcaria minime habēt neqꝫ flagella vel aliq̄d hmōi:
sꝫ ꝑ his vtunt paruulo papilione conopeo ad faciēdā vmbrā
ꝛ flabello ad citandū ventū. Porro conopeuꝫ dissimulatio est:
vmbrā faciēs ꝛ ꝓtegēs ab estu curarꝫ. Propriū nāqꝫ est mollis
ꝛ delicate aīe etiā necessarias dissimulare curas: ꝛ ne estuātes
sollicitudines sentiat: sub latibulo dissimulationis abscondi.
Flabellū v̄o effusio est vētū adulationis apportāꝫ. Largi sunt
em̄ luxuriosi emētes auro vētū de ore adulatorꝫ. Et de hoc sa

E

tis. ¶ Jam v̄o auaricia rotis ꝛ ipā vehit quattuor vitiorꝫ: que
sunt pusillanimitas/ inhūanitas/ cōtemptus/ dei mortis obli-
uio. Porro iumēta trahentia/ tenacitas ꝛ rapacitas: ꝛ his vn⁹
auriga ambob⁹ p̄sidet habendi ardor. Sola siquidē auaricia
q̄m cōducere plures nō patit/ vno contenta est seruitore. Ipse
vero iniuncti opis ꝓmptus admodū atqꝫ infatigabilis execu
tor: vrgēdis sane iumentis trahētib⁹/ flagris vtit acerrimis: li

F

bidine inquirendi ꝛ metu amittendi. ¶ Sūt ꝛ alij principes re
gis egypti/ habētes ꝛ ipī currus suos in expeditione dn̄i sui: si
cut supbia q̄ vnus est de maioribus principibus: sicut inimica
fidei impietas: magnū ꝛ ipā tenens locū in domo ꝛ regno pha
raonis: ꝛ multi adhuc sunt alij inferioris ordinis satrape ꝛ eq̄-
tes: quorꝫ nō est numerus in pharaonis exercitu: quorꝫ ꝛ noīa ꝛ
officia necnon ꝛ arma ꝛ apparat⁹ eorꝫ vestris studijs (vt in his
exerceamini) inquirēda relinquo. In istorꝫ itaqꝫ principū forti-
tudine: curribusqꝫ suorꝫ: inuisibilis pharao vbiqꝫ discurrens in
oēm familiā dn̄i quib⁹ pōt viribus more tyrānico debachatur
in his etiā his diebus exeuntē israel de egypto insectur. At il
le nec subuectus currib⁹: nec ꝓtectus armis: nihilominus ta
men sola dn̄i manu cōfortat⁹ secure decātat. Cātem⁹ dn̄o glo-

Exod.xv

riose em̄ honorificat⁹ est: equū ꝛ ascensorē ꝓiecit in mare. Itē
tatẽ custodias. Nã primã vestẽ ego male seruaui. Seruus tuus
sum ego. Nec enĩ audeo profiteri amicũ: q̃ testimoniũ decoris
mei cũ repetitione nõ audio. Sufficit mihi si semel audiã. Sed
quid si ⁊ hoc in questione sit? Scio qđ faciã: venerabor ami
cam seruus: cumulatũ in ea decorẽ deformis homũculus ad
mirabor: gaudebo ad vocem sponsi / tãtam nihilominus pul
chritudinem admirantis. Quis scit si saltem ex hoc inuentu
rus sim gratiã in oculis amice: vt gratia ipsius ⁊ ipse inueniar
inter amicos? Deniq; amicus sponsi stat: ⁊ gaudio gaudet pro
pter vocem sponsi. En vox eius in auribus dilecte: audiamus
⁊ gaudeamus. Assunt sibi: loquũtur pariter: fruemur simul: nul
la nos huic subducat colloquio seculi cura: nulla illecebra cor
Canti.j.
R
poris. Ecce (inquit) tu pulchra es amica mea ecce tu pulchra.
Ecce admirantis vox est: reliquũ laudis. ¶ Merito admiran
da: cui sanctitas amissa humilitatẽ nõ attulit: sed seruata ad
misit. Merito pulchra reperitur cui neutra defuit pulchritu
Iune.vi.
do. Rara auis in terris: aut sanctitatem non perdere: aut hũi
litatem sanctimonia non excludi; ⁊ ideo btã q̃ vtrãq; retinuit
Deniq; probatũ est: nihil sibi conscia est: ⁊ correptionẽ nõ ab
nuit. Nos et cũ magna delinquimus: vix ferimus reprehendi:
hec aũt equo animo audit contra se amaritudines: nihil pec
cans. Nam si desiderat videre claritatem sponsi quid mali est?
Magis ⁊ laudis est: ⁊ tamen increpata penitentiam egit: ⁊ di
Canti.j.
xit. Fasciculus myrrhe dilectus meus mihi: inter vbera mea
cõmorabitur. Hoc est. Sufficit mihi: nolo iam scire nisi iesum ⁊
hunc crucifixũ. Magna humilitas. Actu innocẽs suscipit peni
tentis affectum: ⁊ que non habet vnde peniteat / habet tamen
Gen.xxij.
vt peniteat. Cur ergo inquis increpata est: si nihil mali fecit?
Sed enim audi nunc dispensationẽ ⁊ prudentiã sponsi. Sicut
abrahe olim obedientia sane tentata est: ita ⁊ nunc hũilitas
sponse. Et quomodo ille impleta obedientia tunc audiuit: nũc
cognoui q᷑ timeas deum: sic ⁊ huic modo quasi sub aliis vbis
Canti.j.
dicitur: nunc cognoui q᷑ humilis sis. Hoc enim est qđ ait. Ec
ce tu pulchra es. Et ideo preconium iterat vt glorie sanctita
tis additum signet humilitatis decorẽ: ecce tu pulchra es ami
ca mea: ecce tu pulchra. Nunc cognoui q᷑ pulchra sis: non solũ
ex meo amore: sed etiam ex tua hũilitate. Non dico nunc pul
Ibidem.
S
chram inter mulieres: nec pulchrã in genis / nec in collo / sicut
ante dicebam: sꝫ pulchram simpliciter fateor: nõ vtiq; pulchrã
ex cõparatione: non cũ distinctione non ex parte. ¶ Et addit.

Oculi tui columbarũ. Aperte adhuc cõmendat humilitas. Ad hoc siquidẽ respicit q̄ illa reprehensa de alta inquisitione sua: continuo nõ cunctata est ad simpliciora descẽdere ita vt diceret. Fasciculus myrrhe dilect⁹ meus mihi. Multũ profecto distat inter vultũ glorie ⁊ fasciculũ myrrhe: ⁊ ideo magnũ humilitatis insigne: inde huc acq̄escere reuocari. Ergo oculi tui columbarũ. Iam, inquit, non ambulas in magnis: neq̧ in mirabilibus super te: sz instar simplicissime volucris contẽta es simplicioribus: nidificãs in foraminibus petre: meis vulnerib⁹ immorans: ⁊ libenter ea que sunt de me dũtaxat incarnato ⁊ passo oculo intuens colũbino: aut certe quia in specie auis huius spiritussanctus apparuit: spiritualis magis q̄ simplex in ea intuitus colũbe noie cõmendatur. Et si hoc placeat: oportet referas capitulũ presens ad id quod pauloãte sodales murenulas ei facere aureas promiserũt/ non intendentes (vt tunc docui) ornare aures corporis: sz informare auditũ cordis. Potuit ita q̄ fieri vt fide que est ex auditu: corde amplius mũdato ad vidẽdum q̄d ante non poterat: instructior redderet. ¶ Et qm̄ de acceptis murenulis in visu acutiori ad intelligentiã spiritualẽ visa est profecisse: placuit spõso: cui semp̄ quod in se est placet magis videri in spũ: ⁊ annumerans id quoq̧ ei⁹ laudib⁹/ ait. Oculi tui colũbarũ. Iam me (inquit) intuere in spiritu: q: spũs ante faciẽ tuã xp̄s dñs. Et habes vnde id possis: q: oculi tui columbarũ. Ante non habebas: ⁊ ideo reprimẽda fuisti: sed nunc copiã habeto vidẽdi: q: ocl̄i tui colũbarũ. i. spũales. Non sane copiam quã petebas: nec em̄ vel modo adhuc ad illam potes: sed que tamen interim sufficere possit. Sane ducẽda es de claritate in claritatẽ: ⁊ propterea vide vt potes modo: ⁊ cũ plus poteris plus videbis. Non puto fratres: nõ puto mediocrẽ hãc neq̧ cõmunẽ esse oibus visionẽ: ⁊ si sit inferior illa qua videndus est in futuro. ¶ Deniq̧ ex his que sequuntur aduertite. Sequitur em̄. Ecce tu pulcher es dilecte mi: ecce tu pulcher. Vides q̄ in excelso stat ⁊ in sublime mentis verticẽ extulit: que vniuersitatis dñm quadã sibi proprietate vendicet i dilectũ? Attẽde em̄ quomodo non simpliciter dilecte sed dilecte mi (inquit) vt propriũ designaret. Magna visio prorsus de qua ista in id fiducie ⁊ auctoritatis excreuit vt oim: dñm nesciat sed dilectũ. Existimo em̄ nequaq̄ hac vice eius sensibus importatas imagines carnis aut crucis: aut alias quascũq̧ corporeaꝝ similitudines infirmitatũ. In his nãq̧ iuxta prophetam nõ erat ei species neq̧ decor. Hec aũt eũ intuita nunc pulchrũ decorũq̧ pronũciat: in visione meliori illũ sibi apparuisse significãs. Ore em̄ ad os (sicut quondã cũ sancto moyse) loquitur cũ sponsa: ⁊ palaz non p̄ enigmata ⁊ figuras deũ videt. Talẽ deniq̧ ore p̄nũciat: qualẽ et mente conspicatur: visiõe plane sublimi ⁊ suaui. Regẽ in decore suo viderũt oculi eius: nõ tamen vt regẽ/ sed vt dilectum. Viderit eũ sane quis super soliũ excelsuz ⁊ eleuatũ: ⁊ ali⁹ facie quoq̧ ad faciẽ sibi apparuisse testat⁹ sit: mihi tamen videt̄ eminentia in hac parte esse apud sponsam q̄ ibi visus legitur dñs: hic dilectus. Sic em̄ habes. Vidi dñm sedentez super soliũ excelsum ⁊ eleuatũ. Et item. Vidi dñm facie ad faciẽ: et salua facta est aia mea. Sed si ego dñs (inquit) vbi est timor me⁹? Et si illis facta est reuelatio cũ timore: quia vbi dñs ibi timor: ego p̄fecto si optio daretur: tãto libentius tantoq̧ carius sponse amplecterer visionẽ: quãto in meliori affectiõe que est amor factaz aduerto. Nã timor penã hz: perfecta aũt charitas foras mittit timorẽ. Multũ sane interest apparere terribilẽ in cõsilijs super filios hominũ: ⁊ apparere speciosum forma pre filijs hominum. Ecce tu pulcher es dilecte mi ⁊ decor⁹. Verba ista plane amorem resonant: non timorẽ. Sed forte ascendunt cogitatiões in corde tuo: ⁊ queris dubius apud te dicẽs. Qua rõne verba verbi facta ad animã referunt̄: ⁊ rursuz anime ad verbũ: vt illa audierit vocẽ loquẽtis sibi ⁊ perhibentis q̄ pulchra sit: vicissimq̧ idem preconiũ suo mox reddiderit laudatori? Quõ possunt hec fieri: Nam verbo loquimur: non verbũ loquit̄. Itẽq̧ aia nõ habet vñ loquat̄: nisi os corpis sibi verba formauerit ad loquẽdũ. Bene queris: sed attende spiritũ loqui: ⁊ spiritualiter oportere intelligi que dicuntur. Quotiẽs proinde audis vel legis verbum atq̧ animã pariter colloq̄ ⁊ se inuicẽ intueri: noli tibi imaginari q̄si corporeas intercurrere voces: sicut nec corporeas colloquẽtiũ appere imagines. Audi poti⁹ q̄d tibi sit i hmõi cogitandũ. Spiritus est verbũ spiritusq̧ anima: ⁊ habent linguas suas q̄bus se alterutrũ alloquantur: presentesq̧ indicẽt. Et verbi quidem lingua fauor dignationis eius: anime vero deuotiõis feruor. Elinguis est anima atq̧ infans que hanc non habet: ⁊ non potest ipsi vllatenus sermocinatio esse cũ verbo. Ergo huiuscemodi linguã suã cũ verbũ mouet volens ad animam loqui: non potest anima non sentire. Viuus est em̄ sermo dei ⁊ efficax et penetrabilior omni gladio ancipiti: pertingens vsq̧ ad diuisionẽ anime ⁊ spiritus. Et rursum: cũ suã animã amouet: verbũ latere multo minus poterit: non solũ quia vbiq̧ est presens: sed propter hoc magis q̄ nisi ipso stimulante: deuotionis lingua minime ad loquendũ mouetur. Verbo igitur dicere anime/ pulchra es: ⁊ appellare amicam infundere est vnde ⁊ amet ⁊ se presumat amari. Ipsi vero verbũ vicissim nominare dilectum ⁊ fateri pulchrũ q̄ amat ⁊ q̄ amatur: sine fictione ⁊ fraude ascribere illi ⁊ mirari dignationẽ ⁊ stupere ad gratiã. Siquidem pulchritudo illius/ dilectio eius: ⁊ ideo maior quia preueniẽs. Medullis p̄inde cordis ⁊ intimarũ vocibus affectionũ tanto amplius atq̧ ardentius clamitat sibi diligendum: quanto id prius sensit diligens q̄ dilectum. Itaq̧ locutio verbi infusio doni: responsio anime cũ gratiarũ actiõe admiratio. Et idcirco plus diligit q̄ se sentit in diligẽdo victã: ⁊ plus miratur q̄ preuẽtam agnoscit. Unde non contenta est semel dicere pulchrũ nisi repetat ⁊ decorum: eminentiã decoris illa repetitiõe designans. Aut certe in vtraq̧ christi substantia dignũ expressit omni admiratione decorem: in altera nature: in altera gratie. ¶ O pulcher es angelis tuis domine iesu in forma dei: in die eternitatis tue: in splẽdoribus sanctoꝝ ante luciferũ genitus: splendor et figura substantie patris: ⁊ quidẽ perpetuus minimeq̧ fucatus cãdor vite eterne. O mihi decorus es domine mi/ in ipsa tui huius positione decoris. Etenĩ vbi te exinanisti: vbi naturalib⁹ radijs lumen indeficiens exuisti: ibi pietas magis emicuit: ibi charitas plus effulsit: ibi amplius gratia radiauit. O clara mihi oriris stella ex iacob: q̄ lucidus flos de radice iesse egrederis: q̄ iocundũ lumen in tenebris visitasti me oriens ex alto. O spectabilis ⁊ stupendus etiã virtutibus supernis in conceptu de spiritu: in ortu de virgine: in vite innocentia: in doctrine fluentis: in choruscationibus miraculoꝝ: in reuelationibus sacramentoꝝ. O deniq̧ rutilans post occasum sol iusticie de corde terre resurgis: q̄ formosus in stola tua: demũ rex glie in alta celorũ te recipis. ¶ Quomodo nõ p̄ his oibus omnia ossa mea dicent: Domine quis similis tui? Hec ergo similiaq̧ puta in dilecto intuentẽ sponsaz aduertisse/ cũ diceret. Ecce tu pulcher es dilecte mi ⁊ decorus. Neq̧ hec sola: sed insuper aliquid proculdubio de nature decore superioris quod nostrũ omnino preteruolat intuitũ ⁊ effugit experimentũ. Ergo iteratio vtriusq̧ decorez substantie designauit. Audi deinde quomõ tripudiat ad aspectum affatũq̧ dilecti: ⁊ coram ipso nuptiali carmine q̄ amoris sunt gratulabũda decantat. Sequitur enim: lectulus noster floridus: tigna domoꝝ nostraꝝ cedrina: laquearia cypressina. Sz seruem⁹ recentiori principio sponse cantilenã: vt ⁊ nos de quiete facti alacriores: liberius exultemus ⁊ letemur in ea ad laudem ⁊ gloriã sponsi ipsius Iesu christi domini nostri qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen.

¶ De statu et compositione totius ecclesie: et quomodo per actiuam vitam que sub obedientia agitur peruenitur ad contemplantiuam. Sermo.xlvj.

Lectulus noster floridus: tigna domoꝝ nostraꝝ cedrina: laquearia nostra cypressina. Epytalamiũ canit: cubile ⁊ thalamos pulchro sermone describit. Sponsum inuitat ad requiẽ. Hoc em̄ melius: quiescere ⁊ cũ christo esse. Necessariũ aũt exire ad lucra p̄pter saluandos. Verũ nunc oportunitate/ vt putat/ inuenta: ornatum nunciat thalamũ: lectulũq̧ velut digito monstrans/ dilectum (vt dixi) inuitat ad requiem: ⁊ cũ euntib⁹ in emaus cordis ardorẽ non sustinens/ ad mentis pertrahit hospitiũ: secum pernoctare compellit: ⁊ cũ petro loquitur: domine bonũ est nos hic esse. Iam quid spiritualiter ista contineant requiramus. Et in ecclesia quidem lectum in quo q̄escitur: claustra existimo esse et monasteria in quibus quiete a curis viuitur seculi ⁊ sollicitudinibus vite. ¶ Atq̧ is lectus floridus demonstratur cũ exẽplis ⁊ institutis patrũ tanq̄ quibusdã bene olentibus respersa floribus fratruz conuersatio ⁊ vita refulget. Porro domos populares: conuentus intellige christianoꝝ: quos hi qui in sublimitate positi sunt christiani vtiq̧ vtriusq̧ ordinis p̄ncipes quasi tigna parietes: iustis impositis legibus fortiter stringunt: ne sua quisq̧ lege vel voluntate viuentes/ tanq̄ parietes inclinati et macerie depulse dissideant a semetipsis: ⁊ sic omnis structura edificij corruẽs dissipetur. Laquearia vero que a tignis firmiter pendẽt ⁊ domos insigniter ornant: puto bene instituti cleri mansuetos et disciplinatos mores/ riteq̧ administrata officia designare. Quomodo nãq̧ stabunt ordines clericoꝝ et administratiões coꝝ: si non principũ tanq̄ tignoꝝ beneficio ⁊ munificentia sustentent̄ ⁊ protegantur potentia? Q autem tigna cedrina ⁊ cypressina laquearia describunt̄: natura absq̧ dubio habet in his speciebus lignoꝝ quod congruat prefatis ordinibus. Et cedrus quidẽ quoniam imputribile est: necnon ⁊ odoriferum: alterq̧ proceritatis lignũ: satis idicat quales oporteat assumi viros in vices tignoꝝ. Ergo validos ⁊ constantes necesse est esse eos qui super alios ordinant̄: necnõ ⁊ longanimes in

spe atq ad superna mentis vertice attollentes: qui etiã bonũ fidei sue ⁊ cõuersationis vbiq odorẽ spargẽtes: dicere cũ apostolo possint [ij. Cor. ij.] Christi enĩ bonus odor sumus deo in omni loco. ¶ Cypsus itẽ boni eque odoris ⁊ imputribile similiter lignũ: incorrupte vite et fidei etiã quẽuis de clero debere esse demonstrat: et merito decori domus ad laqueariũ ornatui deputetur. [Ps. xcij.] Scriptũ est enĩ Domum tuam decet sanctitudo domine in longitudinẽ dierũ. Ubi sane ⁊ sanctimonie decus: et indeficientis gratie expressa perseuerantia est. Oportet ergo virum qui ad ornamẽtũ ⁊ decorẽ assumit domus: bonis ornatũ moribus esse et quãuis semper ipe sit intus: bonũ tamen testimoniũ habere et ab his qui foris sunt. Sunt ⁊ alia in natura lignoꝝ hoꝝ: cõpetentia his que spiritualiter disseruntur: sed breuitatis causa ꝑtereo. ¶ Notandũ vero pulchre omnes ecclesie statũ breui vno versiculo cõprehensum: auctoritatẽ scilicet prelatorũ: cleri decus: populi disciplinã: monachoꝝ quietẽ. In hoꝝ prorsus cũ recte sunt omnia sancta mater ecclesia cõsideratione letat: et tũc ea quoq offert intuẽda dilecto: cũ ad eius tanq̃ omniũ auctoris refert omnia bonitatẽ/ nihil sibi ex oĩbus tribuens. Nã q aĩt noster ⁊ nostraꝝ: non vsurpationis est signũ sed dilectiõis: q nimie videlicet fiducia charitatis/ nihil eius quẽ valde diligit a se estimet alienũ. Nec enĩ se sponsi contubernio aut quietis eius putat arcendã consortio: que semꝑ nõ que sua sed que illius sunt querere consueuit: ⁊ hec causa cur sibi ⁊ spõso simul [Canti. j.] siue lectulũ siue domos ausa sit pronũciare cõmunes. Dixit enĩ lectulus noster: ⁊ tigna domoꝝ nostrarũ: ⁊ laquearia nostra: audacter se in possessionẽ associãs cui iunctã non dubitat in amo[Luce. xv.]re. Non ita illa que proprie voluntati nondũ abrenũciauit/ sed ꝑ se iacet/ per se habitat magis aũt non per se/ sꝫ cũ meretricibus luxuriose viuẽdo conuersatur: concupiscẽtias loquor carnis/ cũ quibus dissipat bona sua: ⁊ portionẽ substãtie quã sibi diuidi postulauit. ¶ Ceterũ tu qui has spiritussancti voces audis vel legis: putasne aliqua hoꝝ que dicunt valeas applicare tibi: ac de felicitate sponse: que hoc amoris carmine ab ipo spiritu canitur: aliquid recognoscere in temetipso ne dicat ⁊ tibi: quia vocẽ eius audis/ ⁊ nõ scis vnde veniat aut quo vadat. En forte appetis ⁊ ipe contẽplationis quietẽ/ ⁊ bene facis: tantũ ne obliuiscaris flores quibus lectulum sponse legis aspersum. Ergo cura ⁊ tu tuũ similiter circũdare bonorũ floribus operũ: virtutũ exercitio tanq̃ flore fructũ sctĩ ociĩ ꝑuenire. ¶ Alioquin delicato satis ocio dormitare voles: si nõ exercitat⁹ quiescere appetas: ⁊ Lie fecunditate neglecta: solis cupias rachelis amplexibus oblectari. Sed ⁊ ꝑposterus ordo est ante meritum exigere premiũ: ⁊ ante laborẽ sumere cibũ/ cũ dicat apo[ij. Thes. iij.]stolus: qui non laborat non manducet. A mandatis tuis intel[Ps. cxviij.]lexi inquit/ vt scias nisi obedientie mandatoꝝ contẽplationis gustũ penitus non deberi. Non igitur putes de proprie amore quietis/ sancte obedientie actibus: senioꝝ vt traditionib⁹ preiudiciũ vllatenus faciendũ. Alioquin non dormiet tecũ spõsus in lecto vno: illo presertim quẽ tibi pro obedientie floribus: cicutis atq vrticis inobedientie aspersisti. Propter quod nõ exaudiet orationes tuas: vocatusq non veniet. Nec enĩ dabit inobedientie copiã sui tantus obedientie amator: vt mori q̃ non obedire maluerit. Sꝫ neq approbat tue cõtẽplatiõis lane ociũ: [Abac. iij.] qui dicit per prophetã. Laboraui sustinens: significans tẽpus quo exul celo ⁊ patria summe quietis/ operat⁹ est salutẽ in medio terre. Magis aũt vereor ne te quoq inuoluat formidolosa illa sentẽtia: ita intonans in perfidiã iudeoꝝ. Neomenias vestras ⁊ sabbatũ ⁊ festiuitates alias non ferã. Itẽ. Kalendas vestras ⁊ solennitates vestras odit aĩa mea: facta sunt mihi mole[Tren. j.]sta. Et lugebit super te propheta ⁊ dicet. Uiderũt eam hostes et deriserunt sabbata eius. Cur enim q dilectus repudiat: non irrideat inimicus? ¶ Miror valde impudentia aliquorum qui inter nos sunt: qui cũ omnes nos sua singularitate turbauerit sua impatientia irritauerint: sua contumacia ⁊ rebellione contempserint: sua inobedientia coinquinauerint: audẽt nihilominus ad tam fedũ concupiscẽtie sue lectulũ omni orationũ instãtia totius puritatis dñm inuitare. At cũ extenderitis ait manus vras auertã oculos meos: ⁊ cũ multiplicaueritis orationẽ: non exaudiã. Quid enĩ? Lectulus non est floridus/ magis autẽ et putid⁹ est: ⁊ tu illuc regẽ glorie trahis? Ad pausandũ hoc fa[Mat. viij.]cis: an ad causandũ? Centurio vetat illũ intrare sub tectũ suũ propter suã indignitatẽ: cuius tamen fides in vniuerso redolet israele: ⁊ tu ad te cõpellis intrare tantoꝝ sordẽs spurcitia viciorũ. Clamat apostoloꝝ princeps: exi a me dñe q2 homo pctõr sũ: [j. Pe. ij.] et tu dicis. Intra ad me dñe: qm̃ sanctus sum? Odo inquit vna[j. Thi. ij.]nimes in oratione estote: fraternitatẽ diligite. Et vas electionis/ leuantes puras manus ait sine ira ⁊ disceptatione. Uides ne quõ concordent sibi/ ⁊ eodẽ spiritu de pace ⁊ trãquillitate animi quã habere debet ille qui orat loquant princeps apostolorum ⁊ doctor gentiũ: Perge ergo tu tota die expãdere ad deũ manus tuas qui fratres tota die molestas/ vnanimitatẽ impu[Apo. iiij.]gnas/ ab vnitate te separas. ¶ Et quid me vis facere inquis? Profecto vt primo quidẽ emũdes conscientiã ab omni inquinamento ire ⁊ disceptationis/ ⁊ murmuris/ ⁊ liuoris: ⁊ quicq̃d omnino aduersari cognoscitur aut paci fratrũ/ aut obedientie senioꝝ: de cordis habitaculo eliminare festines. Deinde etiã circundare tibi flores bonoꝝ quorũq actus ⁊ laudabiliũ studioꝝ atq odoramẽta virtutũ. i. quecũq sunt vera/ quecunq pudica/ quecunq iusta/ quecũq sancta/ quecũq amabilia/ quecũq bone fame: si qua virt⁹/ si qua laus discipline. Hec cogitare: in his exerceri curato. Ad istiusmodi secure vocabis sponsum: qm̃ cũ introduxeris eũ/ veraciter dicere poteris ⁊ tu quia lectul⁹ noster floridus/ redolente nimirũ conscientia pietatẽ/ sed pacẽ/ sꝫ mansuetudinẽ/ sꝫ iusticiã/ sꝫ obedientiã/ sꝫ hilaritatẽ/ sꝫ humilitatem. Et de lectulo quidẽ sic. ¶ Domũ vero dei spiritualẽ se ipsum quisq agnoscat: qui tamen iã nõ in carne ãbulet: sed in spũ. Templũ enĩ dei ait sanctũ est: qḋ estis vos. Curate ergo fratres spũali huic edificio qḋ vos estis/ ne forte cũ in superiora proficere ceperit: vacillet ⁊ corruat si lignis fortib⁹ fuerit subnixum ⁊ colligatũ. Curate inq̃ illi tigna dare imputribilia et immobilia: timorẽ videlicet dñi/ illũ castũ qui ꝑmanet in seculum seculi/ patientiã de qua scriptũ est: q2 patiẽtia pauperũ nõ [Ps. ix.] peribit in finẽ: longanimitatẽ quoq que sub quouis structure pondere inflexibilis ꝑseuerans in infinita secula vite beate ꝑtẽdit/ saluatore loquẽte i euãgelio. Qui ꝑseuerauerit vsq i finẽ [Mat. x.] salu⁹ erit. Magis aũt sup oĩa charitatẽ q̃ nũq̃ excidit: q2 fortis est inq̃t vt mors dilectio/ dura sicut infer⁹ emulatio. Studete deinde his tignis substernere ⁊ alligare ligna alta eque preciosa ⁊ pulchra: cui tñ illa ad manũ fuerint in opus laqueariũ ad decorẽ domus sermonẽ scꝫ sapientie siue scientie prophetiam/ gratiã curationũ/ interpretationẽ sermonũ/ ⁊ cetera talia q̃ magis noscunt sane apta ornatui q̃ necessaria fore saluti. De his preceptũ non habeo: consiliũ autẽ do. Quãquidẽ istiusmodi ligna constat ⁊ laboriose queri/ ⁊ difficile inueniri/ ⁊ ꝑiculose elaborari: nã ⁊ rara ea presertim his tẽporibus terra nostra producere reperit: cõsulo sane ⁊ moneo nõ multoꝑe ista requiri. Magis autẽ ex lignis aliis laquearia preparari: q̃ ⁊ si minus appareant splendida/ non minus tñ valida esse probant: insuper ⁊ facilius possidentur ⁊ tuti⁹. Utinã ⁊ mihi illoꝝ suppetat copia lignorũ: [Rom. xij.] quibus ortus sponsi ecclesia copiose dilatatur: pax/ bonitas/ benignitas/ gaudiũ in spiritusctõ: misereri in hilaritate: tribuere in simplicitate: gaudere cũ gaudentibus: flere cũ flẽtibus. An nõ tu illã domũ qḋ ad laquearia spectat/ satis abundeq ornatam censeas: quã talibus lignis inspexeris sufficiẽter compositeq tabulatã: Dñe dilexi decorẽ dom⁹ tue: semper da mihi ligna hec queso: quibus tibi semper ornatũ exhibeã thalamũ cõscientie dico ⁊ mee ⁊ alteri⁹. His cõtentus ero: erunt ⁊ qui meo in hac re cõsilio acq̃escere volẽt: q2 ⁊ te puto fore cõtentũ: cetera sctis aplis ⁊ viris aplicis derelinquo. Sꝫ ⁊ vos dilectissimi tã ⁊ si illa ligna nõ habeatis: nihilominus tñ si hec habetis cõfidite nihilominus cũ omni fiducia accedite ad lapidẽ summũ/ angularem/ electũ/ preciosum: nihilominus sup fundamentũ apostolorum ⁊ ꝓphetaꝝ: ⁊ ipsi tanq̃ lapides viui supedificamini domos spirituales/ sacerdotiũ sctm̃/ offerre spũales hostias acceptabiles deo ꝑ Iesum xp̃m sponsum ecclesie dñm nostrum: qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen.

¶ De triplici flore scilicet virginitatis: martyrũ: ⁊ bone operationis: et de deuotione habenda circa diuinum officium. Sermo. xlviij.

Ego flos cãpi ⁊ liliũ cõualliũ. Ad hoc respicere puto q sponsa de respersis lectulũ florib⁹ cõmẽdarat. [Canti. j.] Ne enĩ sibi flores ascriberet illos quib⁹ lectul⁹ decoratus ⁊ venustat⁹ thalam⁹ videbat: infert sponsus se esse florẽ cãpi: nec de thalamo sane prodire flores/ sed de cãpo: ⁊ suo munere ⁊ sui participatiõe fieri qḋ renitet ⁊ quod redolet. Nequis ergo exprobrare illi posset ⁊ dicere: quid habes qḋ non accepisti? Si autẽ accepisti: quid gloriaris quasi nõ acceperis? Ipse dilecte sue sicut ambitiosus amator: ita informator benignus: pie illi dignãterq demõstrat: cui nitorẽ de quo gloriabat/ ac suaueolẽtiã lectuli debeat deputare. Ego flos cãpi/ inquit/ de me est qḋ gloriaris. Saluberrime [Ibidem] admonemur ⁊ ex hoc loco: q2 nequaq̃ gloriari oportet: et si quis gloriatur/ in dño glorietur. Et sm̃ litterã istud. ¶ Nũc iã scrutemur ipo de quo loquimur adiuuante: spiritalẽ qui in ea tegitur intellectũ. Et primo aduerte nunc mihi trifariũ quẽdã floris statũ in campo: in orto: in thalamo: vt post hoc etiã illud facilius compertũ fiat/ cur se potissimũ cãpi florẽ elegerit appellare. Et in cãpo quidẽ ⁊ in orto orit flos: i thalamo aũt minime redolet ⁊ lucet in eo: nõ tñ erectus et stans vt in orto vel cãpo: sed plane iacens tanq̃ q̃ illatus sit nõ innatus. Propterea ⁊ necesse est

cesse est sane reparare frequēter ꝛ semper recētiores apponere flores: q̄ diu oderē suū minime retineant nec decorē. Qz si (vt in alio sermone prefatus sum) lectulus respsus floꝛib⁹ cōsciētia est bonis referta operib⁹: vides certe vt similitudo seruet̄ ꝛ nequaꝙ̄ sufficere semel vel secūdo opari qd̄ bonū est: nisi inces santer addas noua prioꝛib⁹: quatin⁹ seminans in bn̄dictiōib⁹/ de bn̄dictionib⁹ ꝛ metas. Alioqn iacet ꝛ marcet flos boni ope ris: atqꝫ in breui ois ex eo ꝛ nitoꝛ exterminat̄ ꝛ vigoꝛ: si nō alijs atqꝫ alijs suplectis pietatis actibus cōtinue reparetur. Hoc in thalamo. In orto aūt nō ita: sed neqꝫ in cāpo similiter. ¶ Ex se eni semel productis floꝛib⁹ assidue subministrāt: vnde diu in ip sis decus ingenitū perseueret. Differūt tamen ꝛ ipsi inter se: q̄ ortus quidē vt floreat hominū manu ꝛ arte excolit̄: cāpus vero ex semetipso naturaliter producit flores/ ꝛ absqꝫ omni humane diligentie adiutoꝛio. Putas ne iā tibi videris aduertere quis nam ille sit cāpus: nec sulcat⁹ vomere: nec defossus sarculo: nec fimo impinguatus: nec manu hominis seminatus: venustat⁹ tū nihilominus nobili illo floꝛe: sup quē constat requieuisse spiritū dn̄i: Ecce (inquit) odoꝛ filij mei sicut odoꝛ agri pleni cui bn̄ dixit dn̄s. Necdū speciē suā ille flos agri induerat ꝛ iam dabat odoꝛē suū: quando euz vt hoc pre gaudio exclamaret presensit spiritu/ coꝛpe marcens senex ꝛ senex patriarcha caligās visu sz odoꝛatu sagax. Non pinde debuit floꝛē thalami protestari/ qui flos est ppetuo vigēs: sed neqꝫ itē orti/ ne humano videret̄ ope gn̄atus. Pulchre aūt ꝛ cōuenientissime flos cāpi sum ait qui et absqꝫ hūana industria pdūtꝫ semel pdeūti nulla est deinceps dn̄ata corruptio: vt sermo impleat̄ quē dixit. Nō dabis sanctuꝫ tuū videre corruptionē. ¶ Sed si placet accipe ꝛ aliā huius rei rationē (vt arbitroꝛ) nō spnendaꝫ. Non ei sine cā sane multiplex spūs a sapiente describitur/ nisi q̄ subvno littere cortice diuersos pleruqꝫ sapientie intellect⁹ tegere ꝯsueuit. Itaqꝫ iuxta p̄sentā de floris statu partitionē/ flos est virginitas/ flos martyriū/ flos actio bona. In hoꝛto virginitas: in campo martyrium ꝛ bonū opus in thalamo. Et bene i hoꝛto virginitas: cui familiaris verecundia est fugitans publici: latibuli gaudens: patiens discipline. Deniqꝫ i hoꝛto flos clauditur qui in cāpo exponitur: spergiturqꝫ in thalamo. Et habes. Hoꝛtus ꝯclusus: fons signatus. Qd̄ vtiqꝫ claustrū pudoꝛis signat in virgine ꝛ inuiolata custodiā sanctitatis: si tñ talis fuerit que sit sancta coꝛpoꝛe ꝛ spiritu. Bene itē in cāpo martyriū: dū martyres ludibrio oim exponant̄: spectaculū ꝛ angelis ꝛ hoib⁹. Nōne illoꝝ miseranda vox est in psalmo: facti sum⁹ opprobriū vicinis nostris: subsannatio ꝛ illusio his q̄ in circuitu nostro sunt: Bene quoqꝫ in thalamo actio bona: que ꝯscientiā et quietā facit ꝛ tutā. Post bonum deniqꝫ opus securi⁹ in ꝯtēplatiōe doꝛmit̄: ꝛ tāto quis fiducialius sublimia intueri ꝛ inuestigare aggredit̄ q̄to sibi cōsci⁹ est minime se ꝓprie amoꝛe quietis/ charitatis opibus defuisse. Et hec oia fm̄ aliquid dn̄s iesus. ¶ Ipse flos hoꝛti/ virgo virga virgine generat⁹. Idē flos campi/ martyꝛ martyꝛū coꝛona/ martyꝛij foꝛma. Deniqꝫ foꝛas ciuitatē educt⁹ est/ extra castra passus est/ in ligno eleuat⁹ est/ spectādus hoibus: subsannādus ab oibus. Ipse itē thalami flos: speculūꝫ exēplū totius bn̄ficientie: quēadmodū ipe iudeis protestat⁹ est dicens. Multa bona opa ostendi vobis ex patre meo. Et itē scriptura de eo. Qui ptransijt (ait) bn̄faciēdo ꝛ sanādo oēs. Si igit̄ hec tria dn̄s: q̄ fuit cā vt e tribus se cāpi floꝛē maluerit appellare: Profecto vt eā ad tolerantiā animaret cui nouerat imminere (siquideꝫ vellet pie viuere in xp̄o) ꝑsecutionē pati. Id se ergo libenti⁹ ꝯfitetur ad qd̄ potissimū vult habere sequacē: atqꝫ hoc ē qd̄ alias dixi: q̄m sempꝫ illa appetit quietē: ꝛ ille incitat ad laboꝛē: denūcians ei q̄ ꝑ multas tribulatiōes opꝫ intrare in regnū celoꝝ. Unde cum noua in terris ecclesia nouiter desponsata sibi redire ad patrē disponeret/ dicebat ei. Uenit hoꝛa vt ois q̄ interficit vos: arbitretur obsequiū se prestare deo. Item. Si me ait ꝑsecuti sunt ꝛ vos ꝑsequent̄. Potes ꝛ tu in euāgelio multa colligere huic denūciationi maloꝝ ꝑferendoꝝ similia. ¶ Ego flos cāpi ꝛ liliū cōualliū. Illa ergo monstrante lectulū ille vocat ad cāpū: ad exercitiū prouocat. Nec putat quicq̄ ꝑsuasibili⁹ foꝛe illi ad ineūdum certamē: q̄ si seipm̄ certātis aut exemplū ꝓponat aut premiū. Ego flos cāpi. Sane vtrūuis in hoc sermone intelligi dat̄ vel q̄ sit veꝫ pugnātis foꝛma/ vel q̄ gloꝛia triūphantis. Utrūqꝫ es mihi dn̄e iesu: ꝛ speculū patiēdi: ꝛ premiū patientis. Utrūqꝫ foꝛtiter prouocat ac vehemēter accēdit. Tu doces man⁹ meas ad preliū exēplo virtutis tue: tu caput meū post victoꝛiā tue coronas presentia maiestatis: siue q2 pugnantē te specto/ siue q2 te expecto non solū coꝛonātē sed ꝛ coꝛonam: in vtroqꝫ mirabiliter tibi me allicis vterqꝫ funis violētissimus ad trahendū. Trahe me post te/ libēter te sequoꝛ: libētius fruoꝛ. Si sic bon⁹ es dn̄e sequētibus te: qualis futurus es ꝯsequētibus: Ego flos cāpi. Qui diligit me/ veniat in cāpū: nō refugiat mecūꝫ pro me inire certameꝫ: vt possit dicere. Bonum certamen certaui. ¶ Et q̄m non supbi vel arrogantes: sed humiles potius qui de se presumere nesciunt/ martyrio idonei sunt: addit se etiā liliū esse conuallium: id est humiliū coꝛonā: specialē gloꝛiā future exaltationis ipsoꝝ huius eminentia floꝛis designans. Erit nāqꝫ cum omnis vallis implebitur: ꝛ ois mons ꝛ collis humiliabitur: ꝛ tūc candoꝛ ille vite eterne liliū plane non collium sꝫ conualliū apparebit. Iustus germinabit sicut lilium inquit. Quis iustus nisi humilis: Deniqꝫ cū se manib⁹ baptiste serui dn̄s inclinaret: et ille expauesceret maiestatē: sine inquit: sic enim decet nos implere omnē iustitiā: consummationē profecto iusticie in humilitatis perfectione constituēs. Iustus ergo humilis: iustus conuallis est. Et si humiles inuēti fuerim⁹ germinabimus ꝛ nos sicut lilium: ꝛ floꝛebim⁹ in eternū ante dn̄m. An nō vere vel tunc maxime se lilium ꝯuallium cōprobabit: cū refoꝛmabit coꝛpus humilitatis nostre/ cōfiguratū coꝛpoꝛi claritatis sue: Non ait coꝛpus nostrum: sed coꝛpus humilitatis nostre: vt hui⁹ lilij miro ꝛ sempiterno candoꝛe solos significet humiles illustrandos. Et hec dicta sint ꝓ eo q̄ sponsus se floꝛē campi ꝛ liliū esse conuallium protestatus est. ¶ Iametiā quid de sua consequēter charissima protestetur bonū esset audire/ sꝫ hoꝛa nō patitur. Ex regula namqꝫ nostra nihil operi dei preponere licet. Quoquidem nole laudū solennia que deo in oꝛatoꝛio quotidie persoluunt̄: pater ideo benedictus voluit appellari: vt ex hoc clarius aperiret q̄ nos operi illi vellet esse intentos. Unde vos moneo dilectissimi pure semper ac strenue diuinis interesse laudib⁹. Strenue quidē vt sicut reuerēter/ ita ꝛ alacriter dn̄o assistatis. Non pigri/ nō somnolenti/ nō oscitātes/ nō o parcentes vocib⁹: nō precidentes verba dimidia: non integra transilientes: nō fractis ꝛ remissis vocibus muliebre quiddā balbe de nare sonantes sed virili (vt dignū est) ꝛ sonitu ꝛ affectu voces sancti spirit⁹ depromentes. Pure vero vt nil aliud dum psallitis q̄ quod psallitis cogitetis. Nec solas dico vitandas cogitationes vanas ꝛ ociosas: vitāde sunt ꝛ ille illa dūtaxat hoꝛa ꝛ illo loco quas officiales fratres pro communi necessitate quasi necessario frequēter admittere cōpellunt̄. Sed ne illa quidē profecto recipere tunc consuluerim que foꝛte pauloante in claustro sedentes in codicibus legeratis: qualia ꝛ nunc me viua voce differēte: ex hoc auditoꝛio spiritussancti: recentia repoꝛtatis. Salubria sunt: sꝫ minime illa salubriter inter psallendū reuoluitis. Spūs eni sctūs illa hoꝛa gratū non recipit quicqd̄ aliud q̄ debes: neglecto eo quod debes obtuleris. Cuius semper facere voluntateꝫ ad ei⁹ voluntatē ipo inspirante possimus: gratia ꝛ misericoꝛdia spōsi ecc̄le Iesu xp̄i dn̄i nr̄i: q̄ est sup oia de⁹ bn̄dict⁹ in secula. Amē.

¶ De laude reciproca que fit inter sponsum ꝛ sponsaꝫ. Et qualiter per vmbram christi intelligatur coꝛpus ꝛ fides eius. Sermo.xlviij.

Sicut lilium inter spinas: sic amica mea inter filias. Non bone filie que pungunt. Attende pessimū germen eius cui maledictū est terre nostre. Cū (inquit) colueris eā: spinas ꝛ tribulos germinabit tibi. Donec ergo in carne est aia / inter spinas ꝑfecto versat̄: ꝛ necesse ē vt patiat̄ inqetudies tēptationū tribulationūqꝫ aculeos. Qz si liliū est ipsa iuxta sponsi verbum: videat q̄ vigilem sollicitamqꝫ esse opoꝛteat super custodia sui: septa vndiqꝫ spinis hincinde aculeos intendentibus. Nec eni vel leuissimam spine sustinet vllatenus punctionē floꝛis teneritudo: sed mox vt modice premitur perfoꝛatur. Uentis q̄ merito necessarieqꝫ hoꝛtetur nos ꝓpheta seruire dn̄o in timoꝛe: ꝛ itē apostolus: cū timoꝛe nihilominus ꝛ tremoꝛe nostrā ipoꝝ operari salutē: Tenebāt nimirū propꝛio experimēto huius sentētie veritatē: vtpote amici sponsi q̄ minime proꝛsus ambigerēt ꝛ ad suas animas ptinere quod dr̄: sicut lilium inter spinas: sic amica mea inter filias. ¶ Deniqꝫ vnus eoꝝ: cōuersus sum (ait) in erūna mea dum configitur spina. Bene cōfixus qui conuersus exinde est. Bene pūgeris si cōpungeris (multi cum sentiunt penā: corrigūt culpaꝫ) et talis dicere potest: conuersus sum in erūna mea: dum ꝯfigit̄ spina. ¶ Spina culpa est/ spina pena est/ spina falsus frater/ spina vicin⁹ est mal⁹. Sicut liliū inter spinas: sic amica mea inter filias. O candens liliū/ o tener ꝛ delicate flos/ increduli ꝛ subuersoꝛes sunt tecū: vide quō caute ambules inter spinas. Plenus est mundus spinis. In terra sunt/ in aere sunt/ in carne tua sunt. Uersari in his ꝛ minime ledi: diuine potētie est non virtutis tue. Sed ꝯfidite (inquit) quia ego vici mundū. Et si igit̄ vndiqꝫ tibi intendi prospicias tribulationum tanq̄ tribuloꝝ aculeos: non turbetur coꝛ tuum neqꝫ foꝛmidet: sciens quia tribulatio operatur patientiā patiētia probationē/ probatio spē / spes autem non ꝯfundit. ¶ Considera lilia agri quomodo inter spinas vigent ꝛ nitent. Si fenum quod hodie est ꝛ cras in clibanū mittitur/ deus sic custodit: quanto magis amicā ꝛ sponsam suā charissimam: Deniqꝫ custodit dn̄s oēs diligentes se. Sicut li-

Marginalia: j. Reg. ix · A · Gen. xxvij · Ps. xv. · B · Cāti. iiij. · Ps. lxxviij. · C · Joh. x. · Actu. x. · Act. xiiij. · Joh. xvi. · D · Canti. ij. · Ps. xviij. · Canti. j. · j. Thi. vi. · E · Esaie. xl. · Mat. iij. · F · G · Canti. ij. · Gene. iij. · Ps. ij. · Phil. ij. · Canti. ij. · H · Ps. xxxj. · J · Joh. xvj. · Rom. v. · K · Ps. cxv.

lium inter spinas: sic amica mea inter filias. Nō mediocris titulus profecto virtutis inter prauos viuere bonū: ⁊ inter malignantes innocētie retinere candorem ⁊ moꝝ lenitatem: magis aūt si his qui oderūt pacē pacificū ⁊ amicum ipsis te exhibeas inimicis. Id plane tibi similitudinē datā de lilio iure quodam ꝓprietatis specialiter vendicabit: q ipsas vtiq pungentes se spinas candore ꝓprio illustrare ⁊ venustare non cessat. An non perinde lilium tibi videt implere quodāmodo euāgeliū pfectionem qua orare iubemur pro calūniātibus ⁊ persequētibus nos benefacere his qui oderunt nos? Ergo ⁊ tu fac similiter: ⁊ eris alia tua amica dñi: ⁊ laudabit te de te dicens: q sicut lilium inter spinas: sic amica mea inter filias.

Luce. vi.
Can. ii.
L
Ibidem.

¶ Sequit. Sicut malus inter ligna siluarū: sic dilectus meus inter filios. Reddit spōsa preconij vicē cōmēdanti se sponso a quo laudari est laudabilē fieri: ⁊ quem laudare intelligere ⁊ admirari laudabilē. Et sicut ex eminēti flore figurata a sponsa laus eius est: ita e regione et ex excellēti ligno ipsa illius singularē gloriā eminentiāq demonstrat. Mouet tn̄ me de ligno hoc q nō tāte esse excellentie videatur quante aliqua ceteroꝝ: ⁊ ideo minus digne assumi in opus similitudinis: vtpote q nō sufficiat laudis vicē implere. Sicut malus inter ligna siluarū: sic dilectus meus inter filios. Deniq nec sponsa magni estimasse videt: que hoc in lignis siluarum tn̄ efferre curauit: nimirū sterilibus nec fructus humano victui aptos ferentibus. Cur ergo omissis melioribus ⁊ nobilioribus lignis: huius mediocritas arboris adducta in medium est ad formandū sponsi preconium? Ita ne ad mēsurā laudem recipere debuit: qui ad mēsuram spm̄ non accepit? ¶ Hec nempe data de illa arbore similitudo facit vt videat habere superiorem qui parem nō habet. Quid dicemus ad hec? Fateor parua laus: q̄m paruꝰ laus. Non eī hoc loco predicatur magnꝰ dñs ⁊ laudabilis nimis: sed paruus dñs ⁊ amabilis nimis: paruulus vtiq qui natus est nobis. Ergo nō maiestas attollit hic sed cōmēdatur vtilitas: digneq ac rationabiliter qd infirmum ⁊ stultū est dei: hoim fortitudini ⁊ sapientie anteferꝫ. Ipsi sunt nāq ligna siluestria ⁊ infructuosa: q̄m ſm̄ prophetā: oēs declinauerunt: simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonū non est vsq ad vnū.

M
Esa. ix.
Ps. xiij.
Can. ii.
N

¶ Sicut malus inter ligna siluarū: sic dilectus meus inter filios. Una inter ligna siluarum dñs iesus arbor faciens fructū: ſm hoiem sane ⁊ si prelatus hoibus sed ab angelis minoratus. Miro etenim modo ⁊ angelis sese factus caro subiecit: ⁊ angelos sibi manēs deus subiectos retinuit. Deniq videbitis inquit angelos ascēdentes ⁊ descendentes sup filiū hoīs: q in vno eodemq hoīe xp̄o iesu ⁊ infirmitatē foueant: et stupeant maiestatē. Quia ergo spōse id dulcius q se imminuit sapit: libētius attollit gratiam prefert misericordiā stupet dignationem. Libuit proinde hoiem inter hoīes admirari nō inter angelos deū: tanq malus inter ligna excellit siluaruꝫ ⁊ nō plane inter hortoꝝ plantaria. Nec putat minui laudes: vbi de ꝯsideratione infirmitatis pietatis bonitas exaltaꝫ. Quo enim iuxta aliquid a laudibus temperat eo itē iuxta aliquid magis laudat minus prosequens gloriā dignitatis vt gratia dignationis emineat. Sicut ergo apls qd stultum ⁊ infirmū est dei: sapiētius fortiusq dicit esse hoibus sed nō angelis: ⁊ sicut propheta speciosum predicat forma pre filijs hoim ⁊ nō pre angelis: sic ista certe in eodē spū loquens sub typo fructifere arboris siluestriumq lignoꝝ hoc loco efferre voluit hoiem deum super oēm gratiam hoim non aūt super excellētiam angeloꝝ.

Ps. viij.
i. Cor. i.
Ps. xliiij.

Sicut malus inter ligna siluarum: sic dilectus meus inter filios. Et bene inter filios: q: cū esset vnicus patris sui: multos illi ⁊ absq inuidia filios acquirere studuit: quos non ꝯfundiꝫ vocare fratres: vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Iure aūt preponitur vniuersis adoptatis per gratiam is qui per naturam filius est. Sicut malus inter ligna siluarū: sic dilectus meus inter filios. Merito sicut malus qui instar fructifere arboris ⁊ vmbraꝫ refrigerij habet ⁊ fert fructum optimū. An non vere fructiferū lignū: cuius flores fructus honoris ⁊ honestatis? Deniq lignū vite est apprehendentibus eum. Nō cōparabunꝫ huic oīa ligna siluarum: q: ⁊ si sint arbores pulchre ⁊ magne que opem ferre videantur orādo ministrādo docēdo exemplis iuuādo: solus tn̄ dei sapientia christus lignū est vite: solus panis viuus qui de celo descendit ⁊ dat vitam mūdo.

Can. ii.
Io. vi.
O
Can. ii.

¶ Ideo ait. Sub vmbra eiꝰ quē desiderauerā sedi: ⁊ fructus eius dulcis gutturi meo. Merito eius desiderauerat vmbram de quo ⁊ refrigeriū esset ⁊ refectionem pariter acceptura. Nā cetera quidē siluarum ligna ⁊ si vmbram solatij habēt sed nō vite refectionē: non fructus ꝑpetuos salutis. Unus est enim vite actor vnus mediator dei ⁊ hominū homo christus iesus: qui dicit spose sue: salus tua ego sum. Nō moyses inquit dedit vobis panē hūc de celo: sed pater meus dat vobis panem de celo verum. Propterea ergo christi potissimum desiderauerat vmbram: q solus sit qui non solum ab estu refrigerat vitiorum: sed ⁊ replet delectatione virtutū. Sub vmbra eius quem desiderauerā sedi. Umbra eius caro eius: vmbra eius fides. Marie obūbrauit propriī filij caro: mihi dñi fides: quamq̄ ⁊ mihi quoq quō non obūbrat caro: qui in mysterio māduco eā? Et sancta nihilominus virgo: fidei ⁊ ipsa experta est vmbrā: cui dictū est: ⁊ beata q credidisti.

i. Thi. ii.
Ioh. vi.
Can. ii.
Luce. i.

Sub vmbra eius quem desiderauerā sedi. Et propheta. Spiritꝰ (inquit) ante faciem nostrā xp̄s dñs: in vmbra eius viuimꝰ inter gētes. In vmbra in gentibꝰ: in luce cū angelis. In vmbra sumus q̄diu p fidem ambulamus ⁊ nō per speciem. Et ideo iustus in vmbra q ex fide viuit. At qui viuit ex intellectu beatus est: q: non in vmbra iam: sed in lumine. Iustus erat dauid: ⁊ ex fide viuebat cū dicebat deo. Da mihi intellectū vt discā mandata tua et viuā: sciēs successurū fidei intellectū: intellectui reuelandum lumen vite et luminis vitā. Prius est venire ad vmbrā ⁊ ita ad id cuiꝰ vmbra est pertransire: q̄m nisi credideritis ait non intelligetis.

Trenī. iiij
Ps. cxviij.
P

¶ Uide quō fidē ⁊ vitā esse ⁊ vite vmbram? Nam e regione vita in delitijs agens q̄m non est ex fide: ⁊ mors est et vmbra mortis. Que enim inquit vidua in delitijs est: viuens mortua est. Deniq sapientia carnis mors est. Sed ⁊ mortis est vmbra illius scilicet q cruciat in eternū. Sedimus ⁊ nos aliquādo in tenebrosis ⁊ vmbra mortis carnaliter conuersantes ⁊ nō ex fide viuentes: mortui iam quidē iusticie: a morte vero secunda paulominus absorbēdi. Utrum etenim vmbra prope est corpori cuius est vmbra: tantū pro certo vita illa nostra inferno appropinquauit. Deniq nisi quia dñs adiuuit me (inquit) paulominus habitasset in inferno anima mea. Nunc autē de vmbra mortis ad vite transluimus vmbrā: magis aūt translati sumus de morte in vitā: in christi vmbra viuentes: si tamen viuentes: ⁊ non mortui.

i. Thi. v.
Ps. xciij.
i. Ioh. iij.
Q

¶ Nec enim reor continuo vt quis in vmbra eius fuerit q viuat in ea: q: non plane omnis qui fidē habet ex fide viuit. Nam fides sine operibus mortua est: nec potest dare vitam quā minime ipsa habuerit. Ideo propheta cū dixisset. Spūs an faciem nostrā christus dñs non ꝯtentus fuit sequi ⁊ dicere: in vmbra eius sumus: sꝫ in vmbra inquit eius viuimꝰ inter gentes. Et tu ergo videre viuas exēplo ꝓphete in vmbra eius: vt quādoq ⁊ regnes in lumine eius. Nec eī tn̄ vmbrā habet habet ⁊ lucē. Ipse per carneꝫ vmbra est fidei: ipse intelligentie lumen per spiritū. Et caro est enim ⁊ spiritus. Caro in carne manentibus: spūs ante faciē nostram id est in futuro: si tn̄ que retro sunt obliuiscentes: ad ea q ante sunt nosmetipsos extendimus: quo peruenientes experiamur de verbo quod dixit. Caro non prodest quicq̄: spiritus est qui viuificat. Nec ignoro q in carne adhuc manens quis dixerit. Et si cognouimus christum secundum carnem sed nunc iam non nouimus. Ad hoc ille. Nos vero qui nondum in paradisum nondū ad tertiū celū rapi meruimus: christi interim carne pascamur mysteria veneremur exēpla sectemur fidē seruemus: ⁊ viuimꝰ profecto in vmbra.

Trenī. iiij
ii. Cor. v.

¶ In vmbra eius quē desiderauerā sedi. Fortassis felicius aliquid ista expertā se gloriaꝫ in eo q se in vmbra dicit non vt propheta viuere sꝫ sedisse. Sedere eī quiescere est. Plus est aūt quiescere in vmbra q̄ viuere: sicut viuere plus est q̄ tantūmodo esse in ea. Igitur qd est cōmune multoꝝ propheta assumens sibi: in vmbra eius viuimus (inquit) sponsa vero habens prerogatiuā etiā q sub ea singulariter sederit gloriatur. Non eī vt ille pluraliter viuimus dixit: ita ⁊ hic sedimus: sꝫ singulariter sedi vt agnoscas prerogatiuā. Ubi itaq nos cum labore viuimus qui conscij peccatoruꝫ sub timore seruimus: ibi hec deuota et amans suauiter requiescit.

R
Cant. i.
Treni. iiij.

¶ Deniq timor penā habet amor suauitatem. Unde ait: et fructus eius dulcis gutturi meo: gustum contēplationis significans queꝫ obtinuerat per amorē suauiter subleuata. At istud in vmbra quia per speculum ⁊ in enigmate. Erit cum declinauerint vmbre crescente lumine immo penitus disparuerint: ⁊ subintrabit sicut perspicua ita ⁊ perpetua visio: eritq non mō suauitas gutturi: sed ⁊ satietas ventri: sine fastidio tamē. Sub vmbra eius quem desiderauerā sedi: ⁊ fructus eius dulcis gutturi meo. Nos quoq vbi spōsa pausat: pausemꝰ pariter de sumpto gustu patremfamilias glorificantes: qui nos ad tales epulas inuitauit sponsum ecclesie Iesum christum dñm nostrū qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen.

S
Cant. i.
Ibidem.

¶ Qualiter per discretionem ordinatur charitatis: vt omnia membra ecclesie id est electi inuicem colligentur.

Sermo. xlix.

T
Canti. i.

Introduxit me rex in cellam vinariam: ordinauit in me charitatem. Ut quidem propositi capituli videtur sonare littera: habito pro votis dulci admodum familiariq colloquio cū dilecto: illo abeunte sponsa regreditur ad adolescentulas aspectu ita ipsius afflatuq refecta atq accensa quatinus ebrie similis appareret. Et quasi illis stupentibus nouitatem et querentibus causam: respondit mirum minime esse si vino estuaret que in cellam vinariam

nariam introisset. Et fm litteram ita. Secundum spiritu quoq non negat ebriam: sed amore non vino/ nisi q amor vinu est. Introduxit me rex in cellam vinariam. Quando presens est sponsus: z sponsa ad ipsum sermonem dirigit: tunc sponsus dicitur aut dilectus: aut quē diligit anima mea inqrit: loquens vero de ipso adolescentulis regē nominat. Ut quid hoc? Propterea credo: quia et sponse amanti atq dilecte conueniat vti familiari⁹ (quod a se est) amoris nominibus z adolescentulis tanq disciplina indigentibus opus sit reuerendo premi vocabulo maiestatis.

A

C Introduxit me rex in cellā vinariā. Que nā ista sit cella vinaria pretereo dicere: quia dixisse me recolo. Tamen si ad ecclesiā referatur sermo: cū repleti spiritu sancto discipuli musto ebrij a populo putarentur: tunc tanq amicus sponsi pro sponsa stans petrus in medio eorum: nō (inquit) sicut vos estimatis hi ebrij sunt. Attende interim q non omnino ebrios sed ebrios sicut ab illis estimati sunt denegauit. Erant em ebrij: sed spiritusancto non musto. Et quasi testificarentur ad plebem reuera in cellam se fuisse vinariam introductos rursum petrus p omnibus. Sed hoc est (ait) quod dictū est per prophetam Johel. Et erit in nouissimis diebus dicit dñs: effundā de spiritu meo super omnem carnem: z prophetabunt filij vestri et filie. Iuuenes vestri visiones videbunt: z senes vestri somnia somniabunt. An nō tibi cella videtur fuisse vinaria illa domus in qua erant discipuli pariter congregati: cum factus est repente de celo sonus tanq aduenientis spiritus vehementis: et repleuit totam domum vbi erant sedentes: adimpleuitq prophetiam Johelis? Et nonne vnusquisq illorum exiens inebriatus ab vbertate domus illius: z torrente voluptatis tante potatus/ dicere merito qbat: qm introduxit me rex in cellam vinariā.

Actuū. ij.
Johel. ij.
Act. ij.
Canti. ij.

B

C Sed et tu quoq si collecto tuo spū mente sobria z vacua curis: orationis domū solus introeas: z stans coram deo ad vnū aliquod de altaribus celi ianuam tangas sancti desiderij manu: et presentatus choris sanctoz tua penetrante deuotiōe (siquidē oratio iusti penetrat celos) in ipsoz presentia miserādus deplores miserias: z calamitates quas pateris: crebris suspirijs z gemitibus inenarrabilibus prodas necessitatē: flagites pietatem: si (inq) hoc egeris: confido in eo qui dixit: petite z accipietis: qr si perseuerauerís pulsans: non exibis vacuus. Verū cum te nobis reddideris plenū gratia z charitate: nec poteris spiritu feruens dissimulare munus acceptū: quod sine inuidia cōmunicabis: erisq omnibus in gratia que data est tibi non modo grat⁹ sed fortassis etiam admirandus: poteris z ipse veraciter protestari: quia introduxit me rex in cellam vinariam: tantū cautus esto non in te: sed in dño gloriari. Nec omne donum quis spirituale prodire dixerim de cella vinaria: cū sint z alie penes spōsum celle vel apothece: diuersa in se recondita habentes dona atq charismata: fm diuitias glorie eius: de quibus cellis memini me alibi latius disputasse.

Mat. vij.

C
Deu. xxxij.

C Nonne hec condita sunt (inquit) apud me z signata in thesauris meis? Ergo pro diuersitate cellarū: diuisiones gratiarum sunt: z vnicuiq manifestat spiritus ad vtilitatem. Et quāq alij quidem detur sermo sapientie/ alij autē sermo scientie/ alij vero prophetia/ alij gratia curationū/ alij genera linguarū/ alij interpretatio sermonū/ aliaq alijs his similia: non tamen quis horū pro huiusmodi dicere poterit q introductus fuerit in cellam vinariā. Ex alijs quippe cellis siue thesauris ista sumuntur. Sed si quis orando obtineat mēte excedere in id diuini archani vnde mox redeat: diuino amore vehementissime flagrans z estuans iusticie zelo: necnon z in cunctis spiritualibus studijs atq officijs permimū feruens: ita vt possit dicere. Concaluit cor meū intra me: z in meditationibus meis exardescit ignis. Is plane cū ex charitatis abundantia beatam z salutarem vini leticie ructare crapulā ceperit: in cellam non immerito perhibebitur vinariam introisse.

Ps. xxxviij.

D

C Cum enim duo sint beate contēplationis excessus: in intellectu vn⁹ et alter in affectu: vnus in lumine/ alter in feruore: vn⁹ in agnitione/ alter in deuotione: pius sane affectus z pectus amore calens z sancte deuotionis infusio etiam et vehemens spiritus repletus zelo: non plane aliunde q e cella vinaria reportantur: z cuicunq cum horū copia surgere ab oratione donatur: potest in veritate loqui: quia introduxit me rex in cellam vinariā. Sequitur. Ordinauit in me charitatem. Omnino necessarie. Importabilis siquidē absq sciētia est zelus.

Canti. ij.

E

C Ubi ergo vehemēs emulatio: ibi maxime discretio est necessaria: que est ordinatio charitatis. Semper quidem zelus absq scientia minus efficax minusq vtilis inuenitur: plerumq autem et perniciosus valde sentitur. Quo igitur zelus feruidior ac vehementior spiritus: z profusior charitas: eo vigilantiori opus scientia est que zelum supprimat: spiritum temperet: ordinet charitatem. Proinde sane ne tanq nimia z importabilis pro impetu spiritus quē e cella videtur vinaria reportasse/ presertim ab adolescentulis sponsa timeatur: iungit quod discretionis est etiam se pariter accepisse id est ordinem charitatis.

F

C Discretio quippe omni virtuti ordinem ponit: ordo modū tribuit z decorem/ etiam et perpetuitatem. Denique ait Ordinatione tua perseuerat dies dies virtutem appellans. Est ergo discretio non tam virtus q quedam moderatrix z auriga virtutū: ordinatrixq affectuū et moz doctrix. Tolle hanc z virtus viriū erit: ipsaq affectio naturalis in perturbationem magis cōuertetur exterminiūq nature.

Ps. cxviij.

G

C Ordinauit me charitatem. Factū est autē hoc cū in ecclesia quosdam quidem dedit apostolos: quosdam autem prophetas alios vero euangelistas/ alios pastores z doctores ad consummationem sanctoz. Oportet autem vt hos vna omnes charitas liget et contemperet in vnitatem corporis christi: quod minime omnino facere poterit si ipsa non fuerit ordinata. Nam si suo quisq feratur impetu fm spiritū quem accepit: z ad quem volet indifferenter prout afficitur et non rationis iudicio conuolarit: dū sibi assignato officio nemo contētus erit: sed oēs omnia indiscreta administratione pariter attentabunt: nō plane vnitas erit sed magis confusio. Ordinauit in me charitatem. Utinam et in me dñs Jesus tantillū ordinet charitatis quod dedit: vt sic mihi cure sint vniuersa que sunt ipsi⁹: vt tamē quod mei potissimum propositi seu officij esse constiterit ante omnia curem: sed sane ita id prius: vt tamen ad multa q mihi specialiter non attinent afficiar amplius.

Canti. ij.
Ephe. iiij.
Ibidem. ij.

H

C Non enim semper quod prius curandum/ id etiam diligendum amplius erit: cū sepe quod prius est ad sollicitudinem minus sit ad vtilitatem: ac per hoc minus esse oporteat z in affectu. Frequenter proinde quod pro iniuncto preponitur de iudicio posthabetur: z quod veritas iudicat preponendū/ id charius amplectēdū ordo postulat charitatis. Nonne (verbi gratia) ex iniuncto incūbit mihi cura omniū vestrū? Jam quicquid huic forte pretulero operi: q minus ipsi invigilem digne z vtiliter pro viribus exequendo: z si ex charitate fortassis id facere videar: ordinis tamen ratio non cōsentit. Ut si ante omnia quidē vt debeo huic intendo cure: non autem magis ad maiora gaudeo dei lucra/ que per alterū fieri forte cōperero: patet me ordinē charitatis ex parte tenere/ ex parte nequaq. Si vero me z ad id amplius quod specialius incūbit sollicitū: z nihilominus ad illud quod maius est magis affectū ex hibeam: vtrobiq profecto inuenior charitatis ordinē assecut⁹: z nō est cur dicere non possim etiā ipse: quia ordinauit in me charitatem.

I

C Si autē dicas difficile quemq plus alieno gaudere magno bono q proprio paruo: aduertes certe vel ex hoc excellentiam gratie apud sponsam: z quoniā non cuilibet anime dicere sit: quia ordinauit in me charitatem. Quare facies deciderunt quorūdam vestrū modo ad hunc sermonem? Nā alta suspiria testantur tristiciā animoz conscientiarūq deiectionem. Nimirū metientes nosmetipsos nobis/ sentimus aliqui nostrum pro nostre imperfectionis experientia/ q rara virtus sit aliene non inuidere virtuti/ nedū gaudere ad illā: nedū etiā tanto pl⁹ q ad propriā quemq gratulari: quanto se perpenderit in virtute superatum. Adhuc modicū lumē in nobis est fratres quotquot de nobis ita sentimus. Ambulemus dū lucem habemus ne tenebre nos cōprehendant. Ambulare proficere est. Ambulabat apostolus qui dicebat. Non arbitror me cōprehendisse. Et addit. Unum autē que retro sunt obliuiscens: ad ea que ante sunt me extendo. Quid est vnū autē? Unū autem (inquit) quasi rem q sit mihi ad remediū/ ad spem/ ad cōsolationē. Quid illud? Que retro sunt videlicet obliuiscens ad ea que ante sunt me extēdo. Magna fiducia q magnū electionis vas perfectū abnuens perfectum fatetur. Ergo non ambulantē sz sedentē a mortis tenebris comprehendi periculū est. Et quis sedens nisi qui non curat proficere? Id caueto: z si morte preoccupatus fueris: in refrigerio eris. Dices deo. Imperfectū meum viderūt oculi tui: z in libro tuo nihilominus (inquit) omnes scribent. Qui omnes? Profecto qui in desiderio proficiendi inueniuntur. Sequit em. Dies formabuntur z nemo in eis: subaudis/ peribit. Dies proficientes intellige: qui si morte pṕoccupati fuerint in eo quod eis deest perficiendi sunt. Formabuntur et nemo in eis informis relinquitur.

Ioh. xij.
Phil. iij.
Ibidem.
Sap. iiij.
Psalm. cxxxviij.
Ibidem.

K

C Et quomodo (ais) ego proficere possum qui fratri proficienti inuideo? Si doles q inuides: sentis/ sz non cōsentis. Passio est quandoq sananda: non actio condēnanda. Tantum non illic resideas iniquitatem meditans in cubili tuo: qualiter videlicet foueas morbū: satisfacias pesti: persequaris insontē: bene ab illo geste columniando/ deprimendo/ peruertendo atq impediendo gerenda. Alioquin non nocet ambulanti z extendenti se ad meliora quod iam non ipse operatur: sed quod habitat in eo peccatū. Non est ergo dāmatio illi qui non dat membra sua arma iniquitati: non linguam ad detrahendū: non quicq reliqui corporis ad ledendum: nocendumve aliquo modo: magis autem confunditur sic se esse male affectū: z inolitum ex longo vitium confitendo/ flendo/ orando conatur expellere: et cū non preualet: mitior inde ad oēs atq apud se humilior inue-

Rom. vij.

nitur. Quis sane sapiens hominē damnet qui a domino didicit
[Mat. xi.] mitis esse ⁊ humilis corde? Absit vt inueniatur expers salutis
imitator saluatoris sponsi ecclesie domini nostri: qui est super
omnia deus benedictus in secula. Amen.

¶ De duplici charitate scilicet actuali et affectuali: et eius ordinatione. Sermo.l.

[L.] Vos forsitan expectatis tractari sequētia explicitū
putātes versiculū qui nouissime tractabatur. Verū
ergo aliud molior. Habeo enī quod ad hec vobis ap
ponā de fragmentis hesterni conuiuij: que mihi col
legeram ne perirent. Peribunt autem si nulli appo
suero. Nā si voluero ea habere solus: ipse peribo. Nolo proinde
vestram illis quā bene noui fraudare ingluuiē: presertim cum
sint de ferculo charitat/eo dulcia quo subtilia eo/ sapida quo
minuta. Alioquin contra charitatē est valde nimis de ipsa cha
ritate fraudare. Itaqꝫ hic sum. Ordinauit in me charitatē. Est
[Canti. ij.] charitas in actu: est ⁊ in affectu. Et de illa quidē que operis est
puto datā eē legē hominibus/mandatūqꝫ formatū. Nā in affe
ctu quis ita habeat vt mandatur? Ergo illa mandatur ad meri
tum: ista in premiū datur. Cuius initiū quidē profectūqꝫ vitaꝫ
quoqꝫ presentez experiri diuina posse gratia non negamus: sed
plane cōsummationē defendimus future felicitati. ¶ Quomo
[M] do ergo iubenda fuit q̄ implenda nullo modo erat? Aut si pla
cet tibi magis de affectuali datum fuisse mandatū/non inde cō
tendo: dūmodo acquiescas et tu mihi ꝙ minime in vita ista ab
[Phil. iij.] aliquo hominū possit vel potuerit adimpleri. Quis enī sibi ar
rogare id audeat quod se paulus ipse fatet non cōprehēdisse?
Nec latuit preceptorē/precepti pondus hominum excedere vi
res: sed iudicauit vtile ex hoc ipso sue illos insufficientie admo
neri: ⁊ vt scirent sane ad quē iusticie finē niti pro viribus opor
teret. Ergo mandando impossibilia: non preuaricatores hoīes
[Rom. iij.] fecit: sꝫ humiles: vt omne os obstruat: ⁊ subditus fiat oīs mun
[Ibidem.] dus deo: quia ex operibus legis non iustificabitur omnis caro
corā illo. Accipientes quippe mandatū ⁊ sentientes defectum
clamabimus in celū ⁊ miserebitur nostri deus: ⁊ sciemus in illa
[ij. Thi. i.] die qꝛ non ex operibus iusticie que fecim⁹ nos sꝫ s̄m suā miseri
[N] cordiā saluos nos fecit. ¶ Atqꝫ hoc dixerim: siquidē consense
rimus affectualē lege fuisse mandatam. Sed actuali id potius
[Luce. vi.] cōuenire inde vel maxime apparere videtur ꝙ cū dixisset dn̄s:
[Ibidem.] diligite inimicos vestros: mox de opibus īfert benefacite his
[Rom. xij.] qui oderunt vos. Itē scriptura. Si esurierit inimicus tuus ciba
illū: si sitit potū da illi: ⁊ hic de actu habes non de affectu. Sꝫ
[Joh. xiiij] audi itē dn̄m etiā de sui dilectione mandantē. Si diligitis me
(inquit) sermones meos seruate. Atqꝫ hic quoqꝫ ad opera mit
timur per iniunctā obseruantiā mandatoꝝ. Superuacue autez
de ope monuisset: si in affectione iā fuisset dilectio. Sic te ergo
[Mat. xxij] necesse est ⁊ illud accipere ꝙ iuberis diligere p̄ximū tuū sicut
teipsum: ⁊ si non ita aperte exp̄ssum sit. An nō deniqꝫ satis tibi
esse iudices adimplendū istud de p̄ximi dilectione mandatum:
si id perfecte obserues in quo omni homini recte de lege natu
[Mat. vij.] re prescribitur: qd̄ tibi non vis fieri: alij ne feceris. Et itē illud:
quecunqꝫ vultis vt faciant vobis homines: et vos facite illis.
Neqꝫ hoc dico vt sine affectione simus: ⁊ corde arido solas mo
[ij. Thi iij.] ueamus manus ad opera. Legi inter alia que scribit apostol⁹
magna ⁊ grauia hominū mala hoc quoqꝫ adnumeratū. s. sine af
[O] fectione. ¶ Sed est affectio quā caro gignit: ⁊ est quā ratio re
git: et est quā condit sapientia. Prima est quā apostol⁹ legi dei
dicit nō esse subiectā: nec esse posse. Secūda quā perhibet e re
gione ꝯsentientē legi dei: qm̄ bona est. Nec dubiū distare inter
se contentiosam ⁊ consentaneā. Lōge vero tertia ab vtraqꝫ di
[ps. xxxiij.] stat: que et gustat ⁊ sapit qm̄ suauis est dn̄s: primaꝫ eliminans/
secundā remunerans. Nā prima quidē dulcis/sed turpis: secū
da sicca: sed fortis: vltima pinguis ⁊ suauis est. Igitur per se
cundam opera fiunt: ⁊ in ipsa charitas sedet: non illa affectua
lis que sale sapientie condita pinguescens: magnam menti im
portat multitudinē dulcedinis dn̄i: sed quedā potius actualis
que ⁊ si nondū dulci illo amore suauiter reficit: amore tñ amo
[i. Joh. iij.] ris ipsius vehementer accendit. Non diligamus (ait) verbo ne
qꝫ lingua: sed opere ⁊ veritate. Vides quō caute medius inces
dit inter vitiosum atqꝫ affectuosum amorem: ab vtroqꝫ pariter
hanc distinguens actualē ⁊ salutiferam charitatē? Nec lingue
mentientis in hac dilectione recipit fictū: nec rursum afficien
[Ibidem.] tis exigit sapientie gustū. Opere (inquit) diligamus ⁊ veritate
q̄ videlicet moneamur ad bene operandū: magis quodā viui
de veritatis impulsu q̄ sapide illius charitatis affectu. ¶ Or
[P] dinauit in me charitatē. Quam putas harū? Vtramqꝫ; sed ordi
[Canti. ij.] ne opposito. Nā actualis inferiora prefert: affectualis superio
ra. Etenim in bene affecta mente non dubiū (verbi causa) quin
dilectioni hominis dei dilectio preponatur: ⁊ in hominibus ip
sis perfectiores infirmioribus: celū terre: eternitas tēpori: ani
ma carni. Attamen in bene ordinata actione sepe aut etiā sem
per ordo oppositus inuenitur. Nā et circa p̄ximi curā ⁊ plus
vrgemur ⁊ pluries occupamur: ⁊ infirmioribus fratribus dili
gentiori sedulitate assistimus: ⁊ pacis terre magis q̄ celi glo
rie iure humanitatis ⁊ ipsa necessitate intendimus: ⁊ tempora
lium inquietudine curaꝝ vix aliquid sentire de eternis permit
timur: ⁊ languoribus nostri corporis postposita anime cura pe
ne continue inseruimus: ⁊ ipsis deniqꝫ infirmiorib⁹ mēbris no
[i. Cor. xij] stris abundantiorē honorē iuxta sententiā apostoli circunda
[Mat. xx.] mus per hoc quodāmodo facientes verbuꝫ dn̄i: de quo habes.
[Q] Erunt nouissimi primi: ⁊ primi nouissimi. ¶ Orantē deniqꝫ ho
minem cū deo loqui quis dubitet? Quotiens tamen inde cha
ritate iubente abducimur ⁊ auellimur p̄pter eos qui nostra in
digent opera vel loquela? Quotiens pie cedit negocioꝝ tumul
tibus pia quies? Quotiens bona consciētia ponitur codex: vt
operi manuum insudetur? Quotiens pro administrandis terre
nis: iustissime ipsis supersedemus celebrādis missarū solēniis?
[Ibidem.] Ordo preposterus: sed necessitas non habet legez. Agit ergo
suum actualis charitas ordinē iuxta patrisfamilias iussionem:
incipiens a nouissimis. Pia certe et iusta que non sit acceptrix
personarum: nec precia consideret rerū/ sed hominū necessita
[R] tes. An non ita affectualis: nā a primis ipa ducit ordinē. ¶ Est
enim sapientia per quam vtiqꝫ queqꝫ res sapiunt prout sunt vt
(verbi gratia) que pluris natura habet: pluris quoqꝫ ipsa affe
ctio sentiat: minora minus: minima minime. Et illū quidē ordi
nem charitatis veritas facit: hunc aūt veritatis ordinē chari
tas vendicat sibi. Nā ⁊ vera in hoc est charitas: vt qui indigēt
amplius accipiant prius: ⁊ rursum in eo cara apparet veritas:
[Mat. xxij.] si ordinē tenemus affectu/quē illa ratione. Tu ergo si diligas
dn̄m deū tuū toto corde/tota anima/tota virtute tua/ ⁊ amorē
amoris illū quo contenta est charitas actualis affectu feruen
tiori transiliens: ipo cominus diuino amore ad quē is est gra
dus accepto in plenitudine spiritu totus ignescas: sapit tibi p̄
fecto deus: ⁊ si non digne omnino prout est quod vtiqꝫ impossi
bile est omni creature: certe prout tuū sapere est. Deīde sapies
etiā ipe tu tibi prout es: cū te senseris nil habere prorsus vnde
te ames nisi inq̄ztū dei es: quippe qui totū vnde amas in illum
effuderis. Sapies (inq̄) tibi prout es: cū ipso experimēto amo
ris tui ⁊ affectionis quā ad teipsum habebis nihil dignū te eē
inuenies: quod vel a teipo ametu · nisi propter ipsum/ sine quo
[S] ipse es nihil. ¶ Jam vero p̄ximus quē vere te oportet dilige
[Ibidem.] re tanq̄ꝫ teipsum: vt tibi ⁊ ipse sapiat prout est: haud aliud pro
fecto sapiet tibi q̄ tu tibi qui hoc est quod tu. Est enim homo.
Qui itaqꝫ te non diligis nisi quia diligis deū: cōsequenter oēs
qui similiter diligunt eū: diligis tanq̄ꝫ teipsum. Porro inimicū
hominē quoniā nihili est: pro eo ꝙ non diligit deum: non potes
quidem diligere tanq̄ꝫ teipsum: qui deū diligis: diliges tamen
vt diligat. Non est autē idipsum diligere vt diligat: et diligere
quia diligit. Proinde vt ibi ⁊ ipe sapiat prout est/sapiet tibi: nō
quidē quod est qui vtiqꝫ nihili est sꝫ quod futurus forsitan est:
quod est prope nihil: quippe qd̄ adhuc pendet sub dubio. Ete
nim de quo constat ꝙ ad amorē dei non sit deinceps redditur⁹
sapiat tibi necesse est non prope iam nihil: sed nihil ex toto: vt
pote quod ineternū nihili est. Illo igitur excepto qui non mō
[Psalm. cxxxviij.] iam non diligendus/insuper ⁊ odio habēdus est: s̄m illud Nō
ne qui oderunt te dn̄e oderam: et super inimicos tuos tabesce
bam: decetero nulli vel inimicissimo homini negari cōtulit: cum
qꝫ affectuꝫ charitas sane in hac parte ambitiosa p̄mittit. Quis
[T] sapiens et intelliget hec? ¶ Da mihi hominem qui ante omnia
quidem ex toto se diligat deū: se vero ⁊ p̄ximum inq̄ztum dili
gunt ipsum: inimicū autem tanq̄ꝫ aliquando forsitan dilecturū
porro parentes carnis sue germanius propter naturā: spiritua
les vero eruditores suos profusius propter gratiā: atqꝫ in hūc
modū ad cetera queqꝫ dei ordinato intendat amore: despiciēs
terram/suspiciens celum/ vtens hoc mundo tanq̄ꝫ non vtēs: et
inter vtēda ⁊ fruēda intimo quodā mētis sapore discernēs: vt
trāsitoria trāsitorie: ⁊ ad id dūtaxat quod opus ⁊ prout op⁹ est
curet: eterna desiderio āplectat eterno. Talē (inq̄) da mihi ho
minē ⁊ ego audacter illū sapiētem pronuncio: cui nimirū queqꝫ
res reuera sapiūt p̄ut sunt: ⁊ cui in veritate atqꝫ securitate cōpe
[Canti. ij.] tit gloriari ⁊ dicere: qꝛ ordinauit in me charitatē. ¶ Sꝫ vbi ille
[V] aut qn̄ ista? Qd̄ flēs dico: quousqꝫ odoram⁹ ⁊ nō gustam⁹: p̄spi
cientes patriā ⁊ nō apprehēdentes: suspirantes ⁊ de longe sa
lutantes? O veritas exulū patria/ exilij finis: video te/sꝫ intra
re non sinor carne retentus: sed nec dignus admitti/ peccatis
sordens. O sapientia que attingis a fine vsqꝫ ad finē fortiter: in
instituendis ⁊ continendis rebus: ⁊ disponis omnia suauiter in
beandis et ordinandis affectibus: dirige actus nostros prout
nostra temporalis necessitas poscit: et dispone affectus no
stros prout tua veritas eterna requirit: vt possit vnusquisqꝫ no
strum secure in te gloriari et dicere: quia ordinauit in me cha
ritatem. Tu es enim dei virtus ⁊ dei sapientia christus sponsus
ecclesie

ecclesie dñs noster super omnia deus bñdict⁹ in secula. Amen.

¶ Qualiter sponsa petit sibi accumulari fructus bonorum operum cum floribus et odoramētis fidei: et de spe et timore.

Sermo.lj.

Fulcite me floribus/stipate me malis: q2 amore langueo. Creuit amor: q2 icētiua amoris plura solito processerūt. Uides siquidē q̄ ista hac vice nō videndi tātum: sed et colloquendi copia fuit. Ipsa quoq3 visio apparet vultu indulta serenior: et sermo iocundior: et sermocinatio longior atq3 protractior. Nec solum oblectata colloquio: sed et glorjata preconio est. Ad hec eius quē desiderauerat refrigerata ē vmbra: cibata fructu: potata calice. Nec enim sitibunda putanda est exisse de cela vinaria: in quā se introductā modo nouissime gloriatur. Immo vero sitibūda: q̄m qui bibit me (inquit) adhuc sitiet. Post ista omnia sponso more suo secedente illa languere amore se perhibet: id est p̄ amore. Quo eñ gratiorē fuerat experta presentiā: eo postmodū absentiam molestiorē sensit. Subtractio nēpe rei quā amas: augmētatio desiderii est: et quod ardentius desideras carens egri⁹. Rogat proinde ista interim odoramentis florum ac fructuū confoueri: quousq3 denuo reuertatur quē molestissime sustinet demorantē. Atq3 is ordo sermonū. ¶ Nunc iam spiritalē fructum qui in ipsis est spiritu duce veritatis tēptemus eruere. Et si cōmunis ecclesia sanctorū hic recipitur loquens: nos in floribus fructibusq3 designati sumus: s3 et quicq3 cōuersi de seculo in toto seculo. In floribus quidem nouella et tenera adhuc incipientiū conuersatio demonstratur: in fructibus vero proficientiū fortitudo: et maturitas perfectorū. Quis stipata mater peregrinans et fructificās: cui viuere christus est: et mori lucrū: profecto equanimi⁹ fert molestiā sue dilatiōis: quoniā iuxta scripturā datur ei de fructu manuū suarū tanq3 ex primitiis spiritus: et laudant eam in portis opera eius. Si autē s̄m moralē sensum in vna aīa vis tibi vtraq3 hec assignari: et flores videlicet et fructus fidem florem: fructū actū intellige. Nec incongrue (vt opinor) id tibi videbitur: si aduertas quō instar floris necessario precedentis fructū/bonū quoq3 opus fide oporteat preueniri. Alioqui sine fide impossibile est placere deo. Paulo attestante: magis autē eque ipō docēte: omne quod non est ex fide: etiā peccatum est. Itaq3 nec sine flore fructus: nec sine fide opus bonū. Sed et fides sine operibus mortua est: sicut inutiliter quoq3 flos apparet: vbi non sequitur fructus. ¶ Fulcite me floribus: stipate me malis: q2 amore langueo. Ergo ex bonis opibus in fide non ficta radicatis recipit consolationē mens assueta quietis: quotiens sibi (vt assolet) lux cōtēplationis subtrahit. Quis eñ nō dico continue sed vel aliq̄mdiu dū in hoc corpore manet lumine cōtēplationis fruatur? At quotiens (vt dixi) corruit a contēplatiua: totiens in actiuā se recipit inde nimirū tanq̄ e vicino familiarius reditura in idipsum: q̄m sunt inuicē contubernales he due: et cohabitāt pariter. Est quippe soror marie martha. Neq3 enim et si a cōtēplationis lumine cadit: patitur tamen vllatenus se incidere tenebras peccati seu ignauiā ocii: sane in luce bone operationis se retinens. Et vt scias etiā opera lucē esse: luceat lux vestra (inquit) corā hominibus: quod non est dubiū de operibus fuisse dictū que homines poterant intueri. Fulcite me floribus: stipate me malis/q2 amore langueo. Cū presto est quod amatur viget amor: languet cum abest. Quod non est aliud q̄ tediū quoddā impatientis desiderii: quo necesse est affici mentē vehementer amantis: absente quē amat: dū totus in expectatione: q̄ntālibet festinationē reputat tarditatem. Et idcirco ista postulat sibi accumulari bonorū operū fructus cū fidei odoramētis: in quibus morā faciēte sponso interim redeficiat. ¶ Loquor vobis experimentū meū quod expertus sum. Si quando sane cōperi profecisse aliquos vestrū ex meis monitis: tūc non me piguit fateor curā ptulisse sermonis proprio ocio et quieti. Cū eñ (verbi gratia) post sermonē iracūdus quispiā reperitur mutatus in mitē: superbus in humilē: pusillanimis in fortē: porro mitis/humilis/fortis/in sua quisq3 gratia excreuisset: et seipso melior factus esse agnoscitur: sed et q̄ forte tepuerāt et lāguebant circa spirituale studiū torpentes et dormitātes: ad ignitū eloquiū dñi referbuisse et euigilasse videnf: et qui deserto fonte sapientie foderant sibi proprie voluntatis cisternas non valentes aquas continere: ppterea q3 ad omne iniunctū grauati cor de arido murmurabant: nullū in se habētes deuotiōis humorē. Hi (inq̄) cū de rore verbi et pluuia volūtaria quam segregauit deus hereditati sue refloruisse probanf in opera obedientie: facti in oib⁹ volūtarii et deuoti: nō est (dico vobis) vñ subeat mentem quasi pro intermisso studio iocunde cōtēplationis tristicia: cū talibus fuero circūdatus florib⁹ atq3 fructib⁹ pietatis. Patienter auellor ab infecunde Rachelis amplexibus: vt de Lya mihi exuberent fructus profectuū vestrorū. Minime proinde piget me intermisse quietis: p cura sermonis: cū videro i vobis germinare semen meū: atq3 ex eo augeri incremēta frugū iusticie vestre. Charitas eñ que non querit q̄ sua sunt id mihi iā dudum facile persuasit: nil s3 desiderabiliū meorū vestris preferre vtilitatibus. Orare/legere/scribere/meditari: et si qua sunt alia spiritalis studii lucra: hec arbitratus sum ppter vos detrimenta. ¶ Fulcite me floribus: stipate me malis/quia amore langueo. Hoc itaq3 locuta est sponsa adolescentulis in spōsi absentia: monens eas in fide proficere et operib⁹ bonis: donec veniat sentiens in oīe fore et beneplacitū sponsi et filiarū salutē/et suam ipsius consolationē. Scio me hūc locū in libro de dilectiōe dei plenius explicuisse: et sub alio intellectu potiori ne an deteriori lector iudicet: si cui vtrūq3 videre placuerit. Non sane a prudente diuersitate sensuū iudicabor: dūmodo veritas vtrobiq3 nobis patrocinef: et charitas cui scripturas seruire oportet eo edificet plures quo plures ex eis in opus suū veros erudierit intellectus. Cur eñ hoc displiceat in sensibus scripturarū: quod in vsibus rerū assidue experimur? In q̄tos (verbi causa) sola aqua nostrorū assumitur corporū vsus? Ita vnus quilibet diuinus sermo non erit ab re si diuersos pariat intellect⁹/diuersis animarum necessitatibus et vsibus accōmodādos. ¶ Sequitur. Leua eius sub capite meo: et dextera eius amplexabitur me. Et super hoc quoq3 in prefato opusculo memini vberius disputatū: sed signemus sermonis ordinē. Liquet denuo adesse sponsum: credo vt sua presentia languentē erigat. Quomodo eñ nō presentia eius conualesceret quā absentia consternarat? Ergo nō sustinet dilecte molestiā: adest: neq3 eñ morā facere potest tantis desideriis euocatus. Et q2 illā cōpererat donec absens fuit fidelem ad opera et sollicitā ad lucra: in eo nimirū q2 flores sibi et fructus preceperat adunari: etiā cū propensiori hac vice remuneratione gratie est reuersus. Deniq3 vno brachiorū suorū sustētat caput iacētis: alterū ad amplexandū parās vt sinu foueat. Felix anima q̄ in christi reclibit pectore: et inter verbi brachia requiescit. Leua eius sub capite meo: et dextera eius amplexabitur me. ¶ Non ait amplexatur: sed amplexabitur me: vt noueris priori gratie adeo nō ingratā: vt secundā gratiarū actione preuenerit. Disce in referēdo gratiā non esse tard⁹ aut segnis: disce ad singula dona gratias agere. Diligēter (inquit) considera q̄ tibi opponunf: vt nulla videlicet dei dona debita gratiarum actione frustrentur: non grandia nō mediocria: non pusilla. Deniq3 iubemur colligere fragmēta ne pereant id est nec minima beneficia obliuisci. Nunquid non perit q̄d donatur ingrato? ¶ Ingratitudo inimica est anime: exinanitio meritorū: virtutū dispersio: beneficiorū perditio. Ingratitudo ventus vrēs siccās sibi fontē pietatis: rorē mie: fluēta gratie. Propter hoc deniq3 sponsa mox vt gratiā de leua sensit: gratias egit non expectans plenitudinē que in dextera est. Neq3 eñ vbi memorata est leuam iam esse sub capite suo: etiā secuta est a dextera se similiter amplexatā: sed amplexabitur me inquit. Ceterum quid putamus verbo sponso leuā esse siue dexterā? Num id quod dicitur hominis verbū istiusmodi corporeas partes habet in se diuisas et lineamenta distincta: ac distinguentia inter sinistrā et dextrā? Quāto magis is q̄ dei et de⁹ est sermo varietatē prorsus aliquā non admittit: sed est qui est: in sua nimirū natura tā simplex vt nō habeat partes: tam vnus vt nō habeat numerū. Est enim dei sapientia de qua scriptū est. Et sapientie eius nō est numerus. At si quod inuariabile est: id incōprehensibile/ ac per hoc etiā ineffabile esse necesse est: vbi queso inuenias verba quibus illā maiestatē vel digne assignes vel proprie proloquaris: vel cōpetenter diffinias? Tamen vtcunq3 loquamur q̄d vtcunq3 de ea spiritu sancto reuelante sentimus: docemur auctoritate patrū et cōsuetudine scripturarū congruentes de reb⁹ notis licere similitudines vsurpare: s3 et verba non noua inuenire: sed nota mutuari vel transferre: quib⁹ digne et cōpetenter eedē similitudines vestiantur. Alioquin ridicule ignota per ignota docere conaberis. ¶ Ergo quia per dextrū et sinistrū aduersa solent atq3 prospera designari: videtur mihi hoc loco intelligi posse leuā quidē verbi/cōminationē supplicii: dextrā vero regni promissionē. Est autē cū mens nostra formidine pene seruiliter premitur: et tunc nequaq̄ sub capite sed super caput leua esse dicenda est: nec potest sic affecta anima omnino dicere: quia leua eius sub capite meo. At vero si proficiens ex hoc spiritu seruitutis transierit in quēdā spontanei obsequii digniorē affectū: quatinus videlicet premiis potius prouocetur q̄ arceat suppliciis: magis autem si amore boni ipsius agatur: tunc indubitanter dicere poterit: quia leua eius sub capite meo: quippe qui illum seruilē metū qui in sinistra est meliori atq3 excellentiori habitudine superarit animi: et dignis desideriis etiā ipsi appropiauerit dextere: in qua sunt omnes promissiones: dicente propheta ad dñm. Delectationes in dextera tua vsq3 in finem. ¶ Unde et certa spe cōcepta cū fiducia loquitur: et dextera eius ample-

rabitur me. Tu iā mecū videris an ita affecte ⁊ assecute hunc tante suauitatis locū illud quoq̄ ꝯueniat de psalmo vsurpare: vt dicat etiam ipsa. In pace in idipsum dormiā ⁊ requiescā: pre sertim cū suppetat causa que sequitur: qm̄ tu dn̄e singulariter in spe constituisti me. Qđ equidē tale est. Donec quis premitur a spiritu seruitutis parūq̄ habet de spe / de timore plurimum: non est ei pax neq̄ requies fluctuante nimirum ꝯscientia inter spem ⁊ timorē: maximeq̄ ꝙ a superexcellēte timore abundātiꝰ cruciet. Nā timor penā habet. Et ideo nō est illi dicere. In pace in idipsum dormiam ⁊ requiescam: qm̄ necdū se singulariter in spe constitutū dicere pōt. Ceterū si paulatim per incrementum gratie ceperit deficere timor ⁊ ꝓficere spes: cuz demū ad hoc ventū fuerit vt totis viribus exurgens charitas in adiutorium spei foras mittat timorez: nōne eiusmodi aīa singulariter in spe constituta videbitur: ac perinde etiam in pace in idipsuz dormire iam ⁊ requiescere? Si dormiatis (inquit) inter medios cleros: penne colūbe deargentate. Qđ propterea dictum puto qm̄ est locus inter timorem ⁊ securitatem: tanq̄ inter leuam ⁊ dexteram: media videlz spes: in qua mens ⁊ conscientia molli nimirum supposito charitatis stratu suauissime requiescit. ¶ Et forte in ꝯsequētibus huiusipsius cāticiꝰ hic loci fuerit designatus: vbi in descriptione ferculi salomonis inter cetera habes. Media charitate ꝯstrauit: ꝑpter filias hierusalē. Nā q̄ se singulariter in spe ꝯstitutū sentit: nō iam in timore seruit / sed requiescit in charitate. Deniq̄ requiescit ⁊ dormit sponsa pro qua dicitur. Adiuro vos filie hierusalē ꝑ capreas ceruosq̄ cāpoꝝ ne suscitetis neq̄ euigilare faciatis dilectā quoadusq̄ ipsa velit. Magna ⁊ stupēda dignatio ꝙ quiescere facit aīam contēplantem in sinu suo: insuper ⁊ custodit ab infestātibus curis: protegitq̄ ab inquietudinibus actionū ⁊ molestiis negocioꝝ: nec patitur oīno suscitari nisi ad ipsius vtiq̄ voluntatē. At illud non in angustiis finiendi iā sermonis ad ostendū est: magis aūt hic alius inchoeť: quatinus locus delectabilis debita in tractādo diligētia nō fraudeť. Nō ꝙ vel tūc sufficientes simus cogitare aliqđ a nobis quasi ex nobis / ꝓsertim in tam digna tanq̄ excellēte ⁊ oīno supereminēte materia / sed sufficiētia nr̄a ex deo est: sponso ecclesie iesu xp̄o dn̄o nr̄o: qui est super oīa deus benedictus in secula. Amen.

ps̄.iiij. — *Ibidem.* — *ps̄.lxvij.* — *L* — *Canti.iij.* — *Canti.ij.*

¶ De excessu qui contemplatio dicitur: in qua sponsus facit quiescere animam sanctam: pro eius quiete zelans.

Sermo.lij.

M — *Can.ij.*

Adiuro vos filie hierl̄m ꝑ capreas ceruosq̄ campoꝝ vt nō excitetis neq̄ euigilare faciatis dilectā quoadusq̄ ipsa velit. Prohibenť adolescētule. Has eñ filias hierl̄m dicit ꝙ ⁊ si delicate ⁊ molles quasi feminelis adhuc affectibus ⁊ actibus infirme: sponse tñ inherent spe proficiēdi ⁊ proficiscēdi hierusalē. Prohibenť ergo ab infestatione spōse dormiētis: ne s. preter volūtatē ipsiꝰ vllatenus eā excitare presumāt. Propterea eñ dulcissimꝰ sponsus leuam suam capiti eius supposuit s̄m ea q̄ ꝓmissa sunt: quatinus in sinu suo eā quiescere faceret ⁊ dormire. Et nunc sicut subinde scriptura prosequiť ipse custos illius dignātissime ⁊ beniuolētissime vigilat super eā: ne adolescētularū crebris minutiisq̄ necessitatibus inquietata euigilare cogať. Ista est litteratis coherentia textus. ¶ Sed enim ꝯtestatio illa facta per capreas ceruosq̄ campoꝝ: nihil oīno s̄m litteram ꝯsequentie rōnabilis habere videť: adeo totā sibi eā vendicat intelligētia spūalis. At quoquo modo illa se habeat: interim bonum est nos hic esse: ⁊ intueri paulisper nature diuine bonitatē / suauitatem / dignationē. Quid nāq̄ tu vō in humanis vnq̄ affectibus expertus es dulcius q̄ modo tibi exprimiť de corde altissimi: Et exprimitur ab illo q̄ scrutať alta dei: ⁊ nō pōt nescire q̄ in eo sunt / q̄ spūs ipsius est: nec aliud plane loq̄ q̄ qđ apud ipsum vidit: qm̄ veritatis spūs est. Deniq̄ nec deest in nostro genere q̄ hoc munere felix letificari meruerit: ⁊ sic in semetipso suauissimi arcani huius habuerit experimentum: nisi tñ scripture loco qui pre manibus est omnino decredimus: vbi manifeste inducitur celestis sponsus vehementissime zelans pro quiete cuiusdam dilecte sue sollicitus seruare inter brachia ꝓpria dormiētē: ne qua forte molestia vel inquietudine a somno suauissimo deturbeť. ¶ Nō me capio pre leticia ꝙ illa maiestas tā familiari dulciq̄ ꝯsortio nr̄e se inclinare infirmitati minime dedignať: ⁊ suprema deitas anime exultantis inire ꝯnubia: eiq̄ sponsi ardentissimo amore capti exhibere affectuz non despicit. Sic / sic in celo esse non ambigo vt lego in terra: sentietq̄ pro certo anima qđ continet pagina: nisi ꝙ nō sufficit ista oīno exprimere quantū capere illa tunc poterit: sed ne quātū iā pōt. Quid putas illic accipiet que hic tāta familiaritate donať: vt dei brachiis amplecti se sētiat: dei sinu foueri: dei cura ⁊ studio custodiri: ne dormiēs forte a quouis donec vltro euigilet excitet? Age iā itaq̄ dicamus si possumus: quisnā ille sit somnus quo dilectam suā sponsus obdormire velit: nec patiať oīno nisi ad ipsius arbitriū excitari: ne forte cū legerit quis apud apostolū: hora est iam nos de somno surgere: siue apud prophetā exorari ab ipso deū illuminare oculos suos ne vnq̄ obdormiat in morte nominū equiuocatiōe turbetur: nec inueniat omnino quid digne de dormitione sponse que hoc loco memorať sentire possit. Nā ne illud quidē simile est huic quod de lazaro ait in euāgelio dn̄s. Lazarus amicus noster dormit: eamus ⁊ a somno excitemꝰ eū. Hoc enim dicebat de morte corporis eius cū discipuli de dormitiōe somni dictum putarent. ¶ Non est autem is sponse somnus dormitio corporis: vel placida que sensus carnis suauiter sopit ad tempus: vel horrida que funditus vitam tollere consueuit. Multo magis vero ⁊ ab illa alienꝰ existit qua obdormitur morte: cū videlicet in peccato qđ est ad mortez irreuocabiliter perseueratur. Magis aūt istiusmodi vitalis vigilq̄ sopor sensū interiorē illuminat: ⁊ morte ꝓpulsata vitā tribuit sempiternā. Reuera eñ dormitio est que tñ sensum nō sopiat sed abducat. Est ⁊ mors (qđ non dubius dixerim) qm̄ apostolus quosdam in carne adhuc viuētes cōmendādo sic loquiť. Mortui estis: ⁊ vita vestra abscōdita est cū xp̄o in deo. Proinde ⁊ ego non absurde sponse extasim vocauerim mortē: que tñ non vita s; vite eripiat laqueis: vt possit dicere. Anima nostra sicut passer erepta est: de laqueo venātiū. Inter medios nāq̄ laqueos in hac vita inceditur: qui vtiq̄ totiēs non timenť: quotiēs sancta aliqua ⁊ vehementi cogitatiōe anima a semetipsa abripitur: si tñ eousq̄ mente secedat ⁊ auolet: vt ⁊ hunc cōmunē transcēdat vsum ⁊ cōsuetudinē cogitādi. Etenī frustra iaciť rethe ante oculos pennatoꝝ. Quid eñ formidetur luxuria: vbi nec vita sentitur? Excedente quippe aīa ⁊ si nō vita certe vite sensu: necesse est etiaz vt nec vite tēptatio sentiatur. Quis dabit mihi pēnas sicut columbe ⁊ volabo ⁊ requiescā? ¶ Utinā hac morte ego frequēter cadā: vt euadaz laqueos mortis: vt non sentiā vite luxuriantis mortifera blandimēta: vt nō obstupescā ad sensuz libidinis ad estum auaricie: ad iracūdiet impatientie stimulos: ad angores sollicitudinū ⁊ molestias curarū. Moriať anima mea morte iustoꝝ: vt nulla illā illaqueet fraus: nulla oblectet iniq̄tas. Bona mors que vitā non aufert: sed transfert in meliꝰ. Bona qua non corpus cadit: sed anima subleuať. Uerū hec hominum est. Sed moriatur anima mea morte etiā (si dici potest) angelorū: vt presentiū memoria excedens: rerū se inferiorū corporearūq̄ non modo cupiditatibus sed ⁊ similitudinibꝰ exuat: sitq̄ ei pura cū illis conuersatio: cū quibus est puritatis similitudo. Talis (vt opinor) excessus aut tñ aut maxime contēplatio diciť. Rerum etenim cupiditatibus viuendo nō teneri / humane virtutis est: corpoꝝ vero similitudinibꝰ speculando nō inuolui angelice puritatis est: vtrūq̄ tamen diuini muneris est: vtrūq̄ excedere: vtrumq̄ teipsum transcendere est: sed longe vnum: alterum non longe. ¶ Beatus qui dicere potest. Ecce elongaui fugiens: et mansi in solitudine. Non fuit contentus exire nisi ⁊ lōge se faceret vt posset quiescere. Transilisti carnis oblectamēta: vt minime iam obedias concupiscentiis eius: nec tenearis illecebris profecisti. Separasti te sed nondum elongasti: nisi et irruentia vndiq̄ fantasmata corporearum similitudinum transuolare mentis puritate preualeas. Huc vsq̄ noli tibi promittere requiem. Erras si citra inuenire te existimas locum quietis: secretum solitudinis: luminis serenum: habitaculum pacis. Sed da mihi qui illuc peruenerit: et incunctanter fateor quiescentem: qui merito dicat. Conuertere anima mea in requiem tuam: quia dominus benefecit tibi. Atq̄ hic vere in solitudine locus et in lumine habitatio: prorsus iuxta prophetam tabernaculum in vmbraculum diei ab estu: in securitatem et absconsionē a turbine et a pluuia. De quo et sanctus dauid. Abscondit me (inquit) in tabernaculo suo in die malorum: protexit me in abscondito tabernaculi sui. Puto ergo in solitudinem hanc secessisse sponsam: ibiq̄ pre amenitate loci inter amplexus sponsi suauiter obdormisse: id est in spū excessisse: quando prohibite sunt adolescentule expergefacere illam quoadusq̄ ipsa voluerit. ¶ At illud qualiter? Non enim simpliciter neq̄ leui (vt assolet) commonitione prohibite sunt: sed omnino noua et insueta contestatione per capreas scilicet ceruosq̄ camporum. Quo quidem genere ferarum videntur mihi satis congruenter expresse sancte anime exute corporibus: simul et qui cum deo sunt angeli: nimirum propter acumen visus et saltus celeritatem. Utrumq̄ hoc siquidem vtrisq̄ spiritibus conuenire cognoscimus: nam facile et petunt summa et intima penetrant. Quorum quoq̄ in campis designata conuersatio euidenter liberos atq̄ expeditos signat in contemplatione discursus. Quid sibi vult ergo adiuratio facta per istos? Profecto

Ibidem. — *N* — *O* — *Roō.xiij* — *Iohā.xj.* — *P* — *Col.iij.* — *ps̄.cxxiij.* — *ps̄.liiij.* — *Q* — *R* — *ps̄.liiij.* — *ps̄.cxiiij* — *S*

Profecto ne inquietē adolescētule audeant levi ex causa evocare dilectā a tam reverēdo collegi o cui absq̃ dubio totiens admiscetur quotiens contemplando excedit. ¶ Pulchre itaq̃ horum auctoritate terrentur a quorū societate constat avelli illam ipsarum importunitate. Attēdant adolescētule quos offendāt pariter cum matrē inquietāt: et minime ita materna de charitate confidāt ut nō in illum celestē conventū sine magna necessitate irruere vereātur. Id quippe se agere cogitēt quotiens in contemplatione quiescenti plus iusto moleste sunt. Ponitur sane in voluntate ipsius: et vacare sibi et cure illorum intendere prout oportere iudicaverit cuz vetatur excitari ab illis quousq̃ ipsa velit. Novit spōsus q̃ta flagret dilectiōe: etiā erga proximos sponsa et satis propria charitate sollicitari matrem de profectibus filiaruz: nec se ullo pacto illis subtracturā seu denegaturam quantū et quotiens opus fuerit: propterea q̃ secure discretioni eius credendaz censuit hanc dispensationē. Non enim est talis quales multos videmus prophetica inusione notatos: qui quod crassum est et forte assumentes: quod debile est proiciunt: Nunquid medicus valentes requirit: et nō potius egrotantes: Si contingat: facit forsitan ut amic⁹/sed non ut medicus. Quos docebis magister bone si omnes indoctos repuleris: Quib⁹ queso habebis diligentiā discipline: si indisciplinatos vel effugaveris omnes vel fugeris: In quib⁹ obsecro tuā probabis patientiā si solos admiseris mansuetos inquietos excluseris: ¶ Sunt tamen de hic sedentibus: qui utinam presens capitulum attētius observarent. Cogitarēt certe quanta prepositis reverētia debeatur: quos temere inquietādo celi quoq̃ civibus se reddūt infestos: et nobis forte plusculum solito parcere demū inciperēt: nec tā irreverēter leviterq̃ se ingererent cum vacamus. Rara satis mihi ad feriendū a supvenientibus (ut bene norunt) cōceditur hora: etiā cū ipsi me in omni patientia sustinebūt. Verū ego scrupulosi⁹ moveo istiusmodi querelā: ne quis forte pusillanimis supra vires proprie patientie dissimulet a necessitatibus suis/dū me inquietare vereretur. Supersedeo igitur: et ne magis impatientie exemplū videar dare infirmis. Pusilli dn̄i sunt credentes in eū: nō patior ut ex me scandalū patiant. Non utar hac potestate: magis autem ipsi me utantur ut libet: tm̄ ut salui fiāt. Parcēt mihi si nō pepercerint: et in eo potius requiescā si non me inquietare timuerint pro necessitatibus suis. Gerā eis morē quoad potuero: et in ipsis serviam deo meo quādiu fuero in charitate non ficta. Non querā que mea sunt: nec qḋ mihi est utile sed qḋ multis id mihi utile iudicabo. Hoc solum deprecor ut fiat acceptū eis fructuosumq̃ ministerium meum: si forte vel ex hoc inveniā in die mala misericordiam in oculis patris eorum simul et spōsi ecclesie iesu christi domini nostri: qui cum eo est super oīa deus b̄ndictus in secula. Amen.

¶ Qualiter per montes et colles significantur beatitudines celestium spirituum: in quibus transiliit id est notum fecit mysterium sue incarnationis: veniens ad incarnandum. Sermo. liij.

Vox dilecti mei. Vidēs sponsa novā adolescētularū verecūdiam et verecūdū timorē: q̄ scilicet de novo cepissent non audere se ingerere sancto ocio ipsius: nec sicut heri et nudiustertius moleste fieri quiescēti in contemplatione presumerāt: agnoscit hoc sibi provenisse cura et opera sponsi: et exultās in spiritu sive pro illarū profectu que a nimia et superflua inquietudine cōpescuntur sive pro sua deinceps futura liberiori quiete: sive etiam pro dignatione et favore sponsi adeo pro hac ipsa eius quiete zelantis: et tanto studio defensantis suavissima ocia sua: immo studia ferventissima ait hoc facere vocem dilecti sui hui⁹ rei gratia factā ad illas. Etenim is qui aliis preest in sollicitudine vix unq̃ vel raro secure vacat sibi: dū semp timet sui penuriā facere subditis: et nō placere deo q̄ cōmuni utilitati propriā prefert quietem et contēplationis dulcedinem. Nō ašt parū gaudij et securitatis accedit interdū suaviter ferienti: cū ex metu quodā et reverētia erga se/immissa divinit⁹ cordib⁹ subditorū: intelligit suam deo placere quietem: qui facit ut illi equo magis animo suas necessitates sustineant q̄ patris spiritalis gratia audeāt ocia temere perturbare. Nā iusta trepidatio parvulorū manifeste signat audisse eos int⁹ quasi minacē atq̃ increpatoriā illi⁹ proculdubio vocē qui in propheta loquit. Ego qui loquor iusticiā. Vox eius inspiratio eius est: ac iusti timoris incussio. Cōperta ergo hac voce sponsa gaudens et exultans: vox (inquit) dilecti mei. Amica est/et gaudio gaudet ppter vocē spōsi. ¶ Et addit. Ecce iste venit saliēs in mōtib⁹: transiliēs colles. Cōperta ex auditu vocis dilecti presentia: incunctāter intēdit bene curiosos oculos vidēdū: quē audierat. Audit⁹ ducit ad visum q: fides ex auditu/q̄ corda mūdāt: ut possit videri de⁹. Sic em̄ habes. Fide mūdans corda. Videt itaq̃ veniētē quē loquētē audierat: observāte etiā hic ordinē illū spūsctō q̄ apud pphetā descriptus est ita. Audi filia et vide. Et ut certius advertas nō casu neq̃ fortitu: sed de studio magis et industria: ob illā scilicet rationē quā premisimus auditum hoc loco premissum visui. Vide si non hic ordo verborū: a sancto quoq̃ Iob observat⁹ invenitur: ubi sic loquit deo. Auditu auris audivi te: et nunc ocul⁹ meus videt te. Sed et ubi spiritussanct⁹ sup apostolos in die pētecostes descendisse memoratur: nōne audit⁹ visum prevenisse describitur. Ait enim. Fact⁹ est repēte de celo sonus tanq̃ advenientis spirit⁹ vehemētis. Et infra. Et apparuerūt illis dispertite lingue tanq̃ ignis. Et hic ergo spiritussancti aduētum primo audit⁹: dehinc visus percepisse refertur. Sed de hoc satis: q̄m tu quoq̃ si curas operā dare huiuscemodi inquisitioni poteris et ipse forsitan in aliis scripture locis nōnulla similia reperire. ¶ Nūc iā illud consideremus qḋ diligētioris eget inquisitionis et difficiliores habet accessus. Ad qḋ nimirū omnino me egere fateor adiutorio spūsancti: ut ponere in lucez possim qui sint illi montes/seu colles sup quos saliētē et trāsilientē: eos/ ecclesia spōsum letis spectavit obtutibus: credo cum operaretur ad ipsius redemptionem cuius concupierat decorē. Nam id q̄dem propterea ita: et nō dubie senserim q̄m simile qḋ de ppheta occurrit mihi evidēter in spū pvidēter exprimēte salvatoris adventū. In sole posuit tabernaculū suū: et ipse tanq̃ sposus pcedens de thalamo suo. Exultavit ut gigas ad currēdā viā: a sūmo celo egressio ei⁹: et occursus ei⁹ usq̃ ad sūmū ei⁹. Cursus et recursus is notissim⁹ est: a q̄ et ad q̄d int⁹ cōsummatusq̃ notissimum. Quid igit: Pingem⁹ nobis sive i psalmis ista legētes sive in presenti cantico virū gigantez procere stature: absentie cuiuspiā muliercule amore captū dū properat ad cupito pleru: transilientē mōtes collesq̃ hos quos videm⁹ mole corporea sup plana terre tāta altitudine eminentes: ut et supra nubes aliqui illoz verticē extulisse cernātur: Verz nō decet istiusmodi corporeas fantasias imaginari: presertim tractātes hoc canticū spiritale: sed nec licet omnino nobis qui meminimus legisse in evangelio: q: spirit⁹ est de⁹: et eos qui adorant eū/in spiritu opz adorare. Qui sunt ergo hi spiritales mōtes et colles ut posmodū consequenter agnoscamus: spōsus qui de⁹ ac per hoc et spiritus est/quales et cuiusmodi dabat salt⁹ in illis vel super illos: Si illos putamus in quib⁹ euāgeliū refert oli fuisse relictas nonaginta novē oves: cū pius pastor earū venit unā in terris querere: que perierat: nihilominus et adhuc in obscuro res est et itellect⁹ heret: dū difficile sit invenire spiritales illas et supercelestes beatitudines (nā ipse sunt sine dubio que ibi memorate sunt oves) quos vel quales alios habeāt spiritales similiter montes vel colles ad habitandū pascendū ve in illis. ¶ Verūtamē si nō in veritate aliq̄ essent: veritas hoc non dixisset. Sed neq̃ ppheta lōge ante de civitate supna hierusalez ptulisset: q: fundamēta ei⁹ sint in mōtib⁹ sanctis: si nō vere inibi essent mōtes sancti. Deniq̃ q̄ celestis habitatio sctā illa vere habeat nō modo spiritales sed et vivos ac rationales mōtes collesq̃: audi esa iā. Montes et colles cātabūt corā deo laudes. Quinā igit isti nisi idē ipsi celi inhabitatores spirit⁹: quos dn̄ica voce oves dixim⁹ appellatos: ut ipsi sint mōtes q̄ oves: Nisi forte absurdum tibi videatur aut in montibus mōtes: aut in montibus oves pasci: et iuxta litteram quidem durum sonat: sm̄ spiritualem autem intelligentiā dulce sapit si subtiliter advertamus quomodo utrarūq̃ ovium pastor dei. s. sapientia christ⁹ unum idemq̃ pabulum veritatis: aliter in terris: aliter in celestibus gregibus suis administret. ¶ Nam nos quidem mortales homines interim in loco peregrinationis nostre: in sudore vultus nostri comedere panem nostruz necesse habemus: foris illum in labore et erumna mendicantes. i. vel a doctis viris: vel a sacris libris: vel certe per ea que facta sunt invisibilia dei intellecta conspicientes. Angeli autem in omni plenitudine et si non a semetipsis: tamen in semetipsis tanta facilitate quantaz felicitate accipiunt unde et beate vivunt. Sunt enim omnes docibiles dei: quod sane electos hominum quādoq̃ assecuturos certa veritate promittitur: et nondum experiri tribuitur felicitate secura. Pascuntur proinde in montibus montes: vel oves in ovibus: cum sane supne ille substantie spiritales intra semet ipsas de verbo vite unde suam beatam perpetuēt vitam affluēter inveniunt: idem ipsi et montes et oves: montes propter plenitudinem vel celsitudinem: oves propter mansuetudinē. Pleni quippe deo/celsi meritis cumulati virtutibus: nihilominus tamen erectos vertices tota et humili obedientia submittunt et inclinant illius longe supereminētio imperio maiestatis tanq̃ oves mansuetissime ad nutum sui pastoris per omnia ambulantes: et sequentes eum quocūq̃ ierit. Et in his sm̄ prophetaz david vere montibus sanctis tanq̃ prima omnium creata sapientia: fundamēta civitatis dn̄i ab initio firmiter stabilita cōsistūt

Marginalia: A; B; i. Cor. vi.; ij. Cor. xi; C; Esa. lxij.; D; Canti. ij.; Act. ii.; Ps. xliij.; Job. xlij.; ij. Act.; E; Ps. xviij.; Ibidem.; Jo. iiij.; F; Ps. lxxxvi; Esa. lv.; G

que vtriq3 vna est in celo ꝛ in terra: licet ex parte peregrinãs et ex parte regnãs. Ex his nihilominus iuxta ysaiam tanq3 quibusdam vitabilib⁹ cimbalis bene sonantib⁹ iugis resonat gratiarum actio ꝛ vox laudis: summi ꝛ incessabili voce implentibus quod ex eodē propheta paulo ãte memorauimus: q2 montes ꝛ colles cãtabunt corã deo laudem: ꝛ hoc quod ille ait⁹ loquēs ad dominũ deũ. [pš.lxxxiij] Beati (ait) qui habitãt in domo tua domine: in secula seculorũ laudabũt te. Hi ergo (vt ad id recurram⁹ vnde aliq̃tulũ: sed vt puto necessarie digressum est) illi sunt montes atq3 colles in quibus ecclesia vidit celestē spõsum mira alacritate salientē: cũ ad suos properaret amplexus nec modo salientē: sed ꝛ transilientē eos. [3] ❡ Uis tibi hos saltus et litteris prophetarũ apostolorũq3 demõstrẽ? Non q2 nũc omnia que de hac re apud illos ab ociosis inueniri queunt: testimonia replicare incipiã. Hoc enim longũ est ꝛ opus nõ est: sed ea tantummodo ponã que breuiter ꝛ aperte astruere videãtur id quod dicit̃ de sponsi saltibus. [pš.xviij] Dicit de illo dauid: q2 posuit in sole tabernaculũ suũ: et ipse tanq3 spõsus procedẽs de thalamo suo. Exultauit vt gygas ad currendã viam: a summo celo egressio eius. En q̃tum saltũ dedit a summo celo ad terras. Sane eñ nõ inuenio alibi vbi in sole posuerit tabernaculũ suum/ id est in luce ꝛ in manifesto suam dignatus sit exhibere presentiã ipse lucis inaccessibilis habitator: nisi vtiq3 in terris. [baruc.iij] Denique in terris visus est ꝛ cũ hominibus conuersatus est. In terris inq̃ palã quod est in sole posuit tabernaculũ suum: corpus videlicet quod de virginis corpore ad hoc sibi ap͛are dignatus est vt in eo in se inuisibilis videret̃: ꝛ sic videret oĩs caro salutare dei: cũ in carne venisset. [Luce. iij] Salit ergo in montibus: id est in illis supremis spiritibus: cum ad coꝛ vsq3 descẽdit sacramentũ a seculis absconditũ ꝛ imaginē pietatis misterium eis dignãter aperiẽs. Sed transiens hos superiores atq3 eminentiores montes: cherubin scilz atq3 seraphin: necnon dñationes/ principatus/ et potestates/ virtutesq3 etiam vsq3 ad inferiorem ordinem angelorum descẽdere tanq̃ ad colles dignatus est. Sed nunquid vel in illis remansit? Transilit ꝛ colles. [Heb.ij] Non enim inquit angelos: sed semē abrahe apprehendit: quod vtiq3 angelis inferius est: vt sermo impleretur quem dixit memoratus propheta: loquens ita ad patrem de filio. [pš.viij] Minuisti eum paulominus ab angelis. Quanq3 hoc sane ad cõmendationē nature humane dictum possit intelligi: q2 hõ ad imaginē ꝛ similitudinē dei cõditus ac preditus rõne instar vtiq3 angeli modicum tamen distet ab angelo ꝓpter corpus de terra. ❡ Sed audi apostolum paulũ aperte pronunciãtem de eo. [phil.ij] Qui cũ in forma dei esset nõ rapinam arbitrabatur esse se equalem deo: q2 semetipsum exinaniuit formam serui accipiens: in similitudinē hominum factus ꝛ habitu inuentus vt homo. [Gal. iiij] Et rursum. Ubi venit inquit plenitudo temporis misit deus filiũ suum factum ex muliere/ factum sub lege: vt eos qui sub lege erant redimeret. Qui ergo factus ex muliere factus sub lege est: proculdubio nõ solũ montes/ id est maiores supioresq3 beatitudines: sed etiaʒ minores angelos descẽdendo trãsilit: qui quidē in comparatione superiorũ merito collium nomine designãtur. [Luce.vij] Ceterũ qui minor est in regno celoꝝ: maior est quouis carnem portante super terram: etiam si sit ille magnus Iohannes baptista. Nam ꝛ si sane deũ hominem fateamur: etiã in homine super omnē principatum: ꝛ potestatē lõge incõparabiliter preminere: certũ tamen q2 ꝛ si preit maiestate: sed infirmitate succubuit. Ita ergo salit in montibus ꝛ trãsilit colles: cum non solũ superioribus sed ꝛ inferioribus spiritibus dignãtissime se inferiorem exhibuit. Nec modo illis supernis spiritib⁹: sed ꝛ ipsis qui domos luteas inhabitant subiectũ se exhibuit: transiliens ꝛ vincens humilitate etiam hominum humilitatem. [Mat.iij. Lu.xxiij] Erat denique subdit⁹ marie ꝛ ioseph: cũ esset duodenis in nazareth ꝛ apud iordanem Ioannis se manibus iã iuuenis inclinauit. Sed ꝛ inclinata est dies: nec adhuc oĩno de his montibus descendere libet. Ceterum si hac vice voluerimus cũcta bonaꝝ prout delectat explorare amena: abdita perscrutari: verendum ne/ aut sermo grata breuitate careat: aut larga excellẽsq3 materie debita diligentis festinatione fraudetur. Pausemus pinde hodie iam si placet in montibus istis: qm̃ bonũ est nos hic esse: vbi a pastore ꝛ ponimur cum sanctis angelis in loco pascue collocati: ꝛ iocundius pascimur ꝛ vberius. [mat.xxvij pš.xxi pš.xcix] Et nos siquidem oues pascue eius. Ruminemus ergo tanq̃ mũda animalia boni pastoris que de hodierno sermone tota auiditate glutiuimus: sermone altero residua capituli eiusdem attentius percepturi largiente sponso ecclesie Iesu xp̃o domino nostro: qui super omnia est deus benedictus in secula. Amen.

❡ Qualiter tantum per montes significantur angeli ꝛ homines: et per colles demones. Item de triplici timore quo quisq3 timere debet: ne perdat gratiam bene operandi quam a deo suscepit. Sermo. liiij.

[L] Super eodem capitulo quod hesterno sermone versatum est: dicturus sum alium intellectum quē hodierno seruaui: vos probate et eligite potiora. Non est opus superiora repetere: que excidisse nõ arbitror in tam breui. Si quomin⁹ tamen scripta sunt vt dicta sunt ꝛ excepta stilo: sicut ꝛ sermões ceteri: vt facile recuperet̃ quod forte exciderit. Quapropter accipite alia. [Cant.ij] Ecce venit iste inquit saliens in montibus transiliens colles. Spõsum loquitur qui profecto tunc in montibus saliit: cum missus a patre ad euangelizandum pauperibus angelorum fungi non est dedignatus officio fact⁹ magni cõsilij angelus qui domin⁹ erat. Per se descẽdit ad terras qui alios delegare solebat: per se notum fecit dominus salutare suũ: per se in cõspectu gentiũ reuelauit iusticiam suam. [pš.xcvij. Ibidem. Hebre.i] Cum itaq3 omnes iuxta pauli sententiam administratorij spiritus sint: missi in ministerium propter eos qui hereditatem capiunt salutis. qui erat super illos fact⁹ est inter illos tanq̃ vnus ex illis: dissimulãs iniuriã ꝛ accumulans gratiã. [Mat. xx] Sed audi ipsum: Nõ veni inq̃t ministrari sed ministrare: ꝛ aĩam meam dare pro multis. [M] Qđ quidē ceteroꝝ nemo fecisse inuentus est: vt oẽs quotquot ministrasse visi sunt: ipse deuotis transierit fidelibusq3 obsequijs. ❡ Bonus minister qui carnē suã in cibũ: sanguinē in potũ: aĩam ministrauit in preciũ. [i.Cor.xi] Bonus plane q̃ spiritu alacer/ charitate feruẽs/ pietate deuotus: nõ solũ salit in mõtibus sed ꝛ trãsilit colles. i. superat ꝛ vincit alacritate ministrãdi: vtpote quẽ vnxit deus deus suus oleo leticie pre consortibus suis. [pš.xliiij] In quo vtiq3 singulariter exultauit vt gygas ad currendã viam. Denique transilit gabrielẽ per uenit ad virginē: eodē archangelo testante cũ ait. [Luce.i] Aue gratia plena: dñs tecũ. Quid? Quē mõ reliquisti in celo: nũc in vtero reperis. Quonam mõ? Uolauit ꝛ preuolauit super pennas ventorum. [pš.xvij] Uictus es o archangele trãsilit te qui premisit te. Aut certe saliebat in mõtibus cũ in angelis olim patribus apparebat: qđ vtiq3 ꝓprietati littere magis ꝯuenire videt̃. Non enim (ait) saliens in montes sed in montibus: vt ipse in eis videatur salire q̃ facit ꝛ dat vt saltant: quẽadmodũ loquitur in ꝓphetis: ꝛ operatur in iustis: cũ illis verba/ ꝛ istis opera tribuit. Adde q2 aliqui coꝝ personã eius gerebãt: ita vt loqueret̃ quisq3 illorum nõ tanq̃ angelus sed tanq̃ dñs. Uerbi gratia. Ille angelus q̃ cũ Moyse loquebat̃ dicebat: non ego dñi/ sed ego dñs: atq3 id frequẽtius iterabat. Saliebat ergo in mõtibus. i. in angelis: in quibus ꝛ loquebatur/ ꝛ suam hominibus exhibebat presentiã. [N] ❡ Ad homines enim saliebat: sed in angelis non in se. Non in sua natura sed in subiecta creatura. Qui enim salit/ de loco ad locum vadit: quod non cadit in deum. Ergo in montibus. i. in angelis saliebat: qui in se non poterat/ ꝛ saliebant vsq3 ad colles. i. patriarchas ꝛ ꝓphetas ceterosq3 spirituales viros de terra. Sed transiliebat ꝛ colles cum non solum magnis ꝛ spiritualibus viris: sed ꝛ aliquibus de populo: etiaʒ ꝛ nonnullis mulieribus eque in angelis loqui ꝛ apparere dignat⁹ est. Uel colles dicit aerias potestates: que inter mõtes quidē minime iam numerantur: pro eo q2 a virtutũ celsitudine defluxerũt per supbiã nec tñ vsq3 ad humilia valliũ: siue ad valles humiliũ per penitẽtiam detumescunt. De his arbitror illud dictum in psalmis. [O] ❡ Mõtes sicut cera fluxerunt a facie dñi. Hos itaq3 tumẽtes ac steriles colles tanq̃ medios positos inter montes perfectorum ꝛ valles penitentium proculdubio transilit q̃ in montibus salit: hisq3 preteritis ꝛ despectis descendit ad valles: vt valles abundent frumẽto. [pš.lxiiij] Porro illi e regione eterna ariditate ac sterilitate damnant̃: sicut habes prophete super illos imprecationem. [P ij.Reg.i. i.re.xxxi] ❡ Nec ros inquit nec pluuia descendant super vos. Atq3 vt noueris q2 ad angelos qui preuaricati sunt sub figura montium gelboe ista loquatur: vbi (inquit) ceciderũt vulnerati multi. Et multi in his maledictis montibus de exercitu israel ceciderũt a principio ꝛ quotidie cadunt. De q̃bus ꝛ habes in eodem ꝓpheta: cũ dicit dño. [p.lxxxvij] Sicut vulnerati dormiẽtes in sepulchris: quoꝝ non es memor amplius: ꝛ ipsi de manu tua repulsi sunt. Nõ est ergo mirũ si steriles ꝛ infructuosi pmanent isti: non mõtes celici: sed aerii colles sup quos nec ros nec pluuia descẽdit: q̃ppe auctore gratie ꝛ bñdictionũ largitore trãsiliẽte eos ꝛ descendẽte ad valles: vt celesti imbre ꝑfundat humiles q̃ sunt sup terrã: ꝛ fructũ afferãt in patiẽtia: fructũ tricesimũ/ sexagesimũ/ ꝛ centesimũ. [ij.Reg.i] [Q pš.lxiiij. pš.cxviij. pš.lxxiij] ❡ Denique visitauit terrã ꝛ inebriauit eã: multiplicauit locupletare eã. Terrã visitauit/ nõ aerē: q2 misericordia dñi plena est terra. Denique operatus est salutē in medio terre: nunq̃d ꝛ in medio aeris? Hoc aduersum origenem: q̃ in aere dñm glorie denuo ꝓ demonibus impudẽti crucifigit mẽdacio: cũ huius ꝯscius mysterii paulus affirmet q2 resurgens ex mortuis iã nõ morit̃: mors illi vltra nõ dñabitur. [Rom.vi] Uerũ nõ solũ visitauit terrã qui aerem transiliuit sed etiã celũ dicẽte scriptura. [pš.xxxv] Dñe in celo misericordia tua: ꝛ veritas tua vsq3 ad nubes. Usq3 ad nubes eñ celũ est quod inhabitant sancti angeli: quos non

transiliēs

trāsilit spōsus/sed salit in eis:ita vt imprimat ipsis duo quedā
vestigia pedū suorū:misericordiam ꝛ veritatē:De quib⁹ duo ve
stigijs memini me in superiorib⁹ sermonibus plenī⁹ disputasse
In nubib⁹ vero ꝛ infra demonū habitatio est i aere isto infimo
ꝛ caliginoso:in quib⁹ non salit sponsus sed trāsilit illos ꝛ pre-
terit:nec vllū in se retinēt dei transeuntis vestigiū. Nam quo-
modo in diabolo veritas est:de quo in euāgelio veritatis sen-
tentia extat q̄ in veritate non stetit:sed mēdax extitit ab ini-
(Jo.viij.) tio? Sed nec misericordem quis dixerit eum qui nihilominus
ab initio homicida fuisse eadem ipsa euāgelij veritate cōuin-
(A) citur. ¶ Porro autē qualis paterfamilias: tales et domestici
eius. Pulchre proinde de sponso ecclesia psallens q̄ i altis ha-
(ps. cxij.) bitet:ꝛ humilia respiciat in celo ꝛ in terra: nullā omnino men-
tionem facit de his qui in aere versantur spiritibus superbis:
(Jaco.iiij.) quoniam deus superbis resistit:ꝛ humilibus dat gratiā. Videt
ergo illū salliētē in montibus ꝛ transilientē colles:iuxta impre
(ps.cxxiiij) cationē dauid ꝛ i. Oēs mōtes q̄ in circuitu ei⁹ sunt. in circuitu
gelboe visitet dn̄s:a gelboe aūt trāseat. Diabolo nēpe. q̄ p gel
boe designat hicinde sunt mōtes quos visitat dn̄s: supra an-
geli:infra hoies. In penā siquidē suā locū in aere isto mediū in
ter celū ꝛ terrā de celo cadēs sortitus est:vt videat ꝛ inuideat/
(ps.cxi.) ipsaq̄ inuidia torqueat:scriptura dicente. Peccator videbit ꝛ
irascetur:dentibus suis fremet ꝛ tabescet. O miser cum suspi
cit celos in quibus innumeros mōtes intuet diuina claritate
fulgentes:diuinis laudibus resultantes sublimes in gloria:
abundātes in gratia. O miserior cum respicit terram montes
nihilominus q̄ plurimos de populo acquisitionis habentem/
fide solidos/spe excelsos/charitate spaciosos/cultos virtuti-
bus/bonorū operum fructibus refertos:de rore celi tanq̄ de
(B) saltu sponsi quotidianā capiētes benedictionē. ¶ Cū q̄nto pu
tamus dolore ꝛ rācore aspiciat ille cupidissimus glorie istos in
circuitu suo tam gloriosos mōtes cū se ꝛ suos e regiōe incultos
tenebrosos/bonis omnibus infecūdos despiciat:ita vt se sen-
tiat esse opprobriū hominū ꝛ angelorum qui oibus exprobrat:
(ps.ciij.) ſm illud in psalmis. Draco iste quem formasti ad illudendū ei.
Atq̄ hoc quia ob ipsorū superbiā transilit eos spōsus: saliēs
in montes qui in circuitu eius sunt tanq̄ fons ascēdens de me
dio paradisi:irrigans vniuersa ꝛ implens omne animal benedi
(ps.cxliiij.) ctione. Beati qui torrēte voluptatis huius potari interdū vel
raro promerent:in quibus ꝛ si non cōtinue fluit/saltem per ho
ras salit aqua sapientie ꝛ fons vite:vt fiat in ipsis quoq̄ fons
(ps.xlv.) aque salientis in vitam eternam. Et quidē huius fluminis im-
petus letificat ciuitatem dei:ꝛ sane perenniter ꝛ affluēter. In
nostros aūt montes qui in terra sunt vtinā interdum facta qua
i innudatione saltus dare aliquos non despiciat quibus suffi
ciēter irrigati:nobis quoq̄ qui valles sumus stillare vel raras
guttulas possint:ne oino aridi ꝛ steriles remaneamus. Miseria
ꝛ egestas ꝛ oino fames valida in regiōe illa:q̄ nullis vnq̄ istius
modi vel saltibus vel instillationibus humectat: ꝑterfluēte et
transiliēte illā fonte sapiētie. Et qr nō habuerūt inquit sapiē-
(Baru.iij.) tiam:perierūt ꝓpter suā insipientiā. ¶ Ecce venit is saliēs in
(C) mōtibus transiliēs colles. Ad hoc salit vt transiliat:q̄ nō vult
ad oēs ptingere:neq̄ eīn in oibus bn̄placitū est deo. Fratres
(i.Cor.x.) si iuxta sapientiā pauli scripta sunt ista ad correctionē nostrā:
obseruemus sponsi discretos ꝛ circūspectos saltus:quēadmo-
dum videlꝫ tā apud angelos q̄ apud nos ꝛ in humiles saliat:
(ps.cxxxvij) ꝛ superbos trāsiliat. Siquidē excelsus dn̄s ꝛ humilia respicit:
ꝛ alta a longe cognoscit. Hec inq̄ attēdamus quo cauti simus
sponsi nos salutiferis saltibus preparare:ne veluti a mōtibus
gelboe forte transeat ꝛ a nobis si indignos nos sua visitatione
conspexerit. Quid superbis terra ꝛ cinis? Et de angelis transi
lit dn̄s execrans eoꝝ superbiā. Ergo repudiatio angeloꝝ fiat
(ps.lvij.) emēdatio hoim:scripta est enim ad ipsoꝝ correctionē. Coope-
retur mihi in bonū etiā diaboli maliū:ꝛ lauem manus meas in
sanguine peccōris. Qualiter inquis? Audi. Supbo certe diabo
lo horrenda ꝛ formidolosa maledictio intorquet:propheta da
uid in spū dicente de illo sub typo gelboe:vt supra memoratū
(ps.cxxiiij) est. Mōtes inquit q̄ in circuitu eius sunt visitet dn̄s:a gelboe
(D) aūt transeat. ¶ Sane ego hoc legens referēsq̄ oculos in me ꝛ
intuens diligenter:inuenio me peste ipsa infectū quā in angelo
dn̄s intantū exhorruit quatinus ꝓpterea declinaret ab eo:cū
oēs in circuitu eius mōtes siue de angelis/siue de hoibus visi
tationis sue gratia dignaret:ꝛ pauēs tremēsq̄ aio ad memet
ipsum. Si sic actum est cū angelo:q̄d de me fiet terra ꝛ cinere?
Ille in celo intumuit:ego in sterquilinio. Quis nō tolerabilio
rem in diuite superbiā q̄ in paupere ducat? Ve mihi. Si tā du
re in potēte illo aduersum est ꝓ eo q̄ eleuatum est cor illius:
nec ei ꝓfuit q̄ cognata potētibus supbia esse cognosci⁊:q̄d de
me exigendū ꝛ misero ꝛ supbo? Deniq̄ iā duo penas iā acerbis
sime vapulo. Nō sine cā sane ab heri ꝛ nudiustertius inuasit me
languor iste animi ꝛ mētis ebetudo:insolita quedā inertia spi-
ritus. Currebā bn̄:sed ecce lapis offensiōis in via:impegi ꝛ cor
rui. Superbia inuēta est in me ꝛ dn̄s declinauit in ira a seruo
tuo. Hinc ista sterilitas aie mee ꝛ deuotiōis inopia quā patior.
(ps.cxviij.) Quomodo ita exaruit cor meum: coagulatum est sicut lac: fa-
ctum est sicut terra sine aqua? Nec cōpūgi ad lachrymas queo
tanta est duritia cordis. Nō sapit psalmus:nō legere libet:non
orare delectat:meditationes solitas nō inuenio. Ubi illa ine-
briatio spiritus? Ubi mētis serenitas ꝛ pax ꝛ gaudiū in spiritu
sancto? Ideo ad opus manuum piger:ad vigilias somnolēt⁹:
ad irā preceps:ad odiū pertinax:lingue gule indulgentior/ se-
gnior obtusiorq̄ ad ꝑdicationē. Heu oēs mōtes i circuitu meo
visitat dn̄s:ad me aūt nō appropiquat. Nū collis nō sū ex his
quos trāsilit dn̄s spōsus? Nā a·lū q̄dē intueor singularis abstinē
tie:aliū vero patientie admirāde:aliū autē summe humilitatis
ꝛ māsuetudinis:aliū multe misericordie ꝛ pietatis:illū in con-
templatione frequenter excedere:hunc pulsare ꝛ penetrare ce
los orationū instātia:aliosq̄ in aliis preminere virtutib⁹. Hos
inq̄ considero omnes feruentes/ omnes deuotos/oēs in xp̄o
vnanimes/omnes donis celestibus ꝛ gratiis affluentes: tanq̄
spirituales reuera montes qui a dn̄o visitant:ꝛ spōsum in se saliē
tem frequenter recipiūt. Ego aūt qui hoꝝ in me inuenio nihil:
quid me aliud putem q̄ vnū de montibus gelboe quē preterit
in ira ꝛ indignatione sua ille ceteroꝝ omniū benignissimus vi
sitator? Filioli hec cogitatio tollit extollentiā oculoꝝ:cōsiliat
(E) gratiam:spōsi saltib⁹ preparat. ¶ Hec ego in me trāsfiguraui
(i.Cor.iiij) propter vos: vt ꝛ vos ita faciatis. Imitatores mei estote. Nō
non de exercitio dico mō virtutū:aut moꝝ disciplina:aut glo-
ria sanctitatis:nec eīn de huiusmodi quicq̄ mihi temere arro-
gauerim imitatione dignū. Sed volo vos non parcere vobis:
sed accusare vosmetipsos:quotiēs forte in vobis vel ad modi-
cum tepere gratiam:virtutem languescere deꝑhēditis:sicut et
ego ꝓ hmōi memetipsum accuso. Hoc facere hois est q̄ curio-
sus circūspector est sui:ꝛ scrutator viarū suarū ac studioꝝ:a:q̄
in oibus semꝑ suspectū hꝫ arrogantie vitiū ne surrepat. In ve-
ritate didici nil eque efficax esse ad gratiā ꝓmerendā/ retinen
dam/recuperandā:q̄ si oi tp̄e corā deo inueniaris nō altū sape
(F) re:sed timere. ¶ Beatus hō q̄ semꝑ est pauidus. Time ergo cū
arriserit gratia:time cū abierit:time cū denuo reuertet ꝛ hoc
est semꝑ pauidū esse. Succedant vicissim sibi in aio tres isti ti-
mores:ſm q̄ gratia vel adesse dignat:vel offensa recedere: seu
iterum placata redire sentiet. Cū adest:time ne non digne ope
(ij.Cor.vi.) reris ex ea. Nā hoc monet aplus. Videte inquiēs ne inuacuū gra
(i.Thi.iiij) tiam dei recipiatis. Et ad discipulū. Noli inq̄t negligere gra
(i.Cor.xv) tiam q̄ in te est. Et de semetipso dicebat:qr gratia dei in me va
cua nō fuit. Sciebat hō ꝯsiliū dei habēs:redūdare in ꝯtēptū
donātis donū negligere:nec expendere ad q̄d donatū est:idq̄
intolerabilē esse superbiā iudicabat:ꝛ ꝓpterea studiosissime
(G) hoc malū ꝛ ipse cauebat/docebatq̄ cauendū. ¶ Sed rursum la
tet fouea hic:que nolo vos lateat:de qua is ipse supbie spūs
tanto periculosius q̄nto occultius (sicut habetis in psalmo.)
(ps.ix.) Insidiatur quasi leo in spelūca sua. Nā si impedire non ꝑualet
actionē:tētat intētionē:suggerens ꝛ suadēs quatinus effectū
gratie arroges tibi. Qd̄ quidē superbie genus longe illo prio-
re intolerabilius esse nō ambigas. Quid enim odiosius illa vo
ce qua quidam dixerunt:manus nostra excelsa:ꝛ non dn̄s fecit
hec omnia? Sic ergo timendum manente gratia. Quid si reces
serit? Nō multo magis tūc timēdū? Plane multo magis:qr vbi
deficit tibi gratia deficis tu. Audi etenim q̄d dator gratie di-
(Joh.xv.) cat. Sine me (ait) nihil potestis facere. Time ergo subtracta
gratia tanq̄ mox casurus. Time ꝛ contremisce de tibi vt sen
tis irato. Time qr reliquit te custodia tua. Nec dubites in cau
sa esse superbiam etiā si nō appareat:etiā si nil tibi ꝯscius sis.
(ij.Cor.x.) Qd̄ enim tu nescis/scit deus:ꝛ qui te iudicat ipse est. Sed nec
qui seipsum cōmendat ille ꝓbatus est:sed quē deus cōmēdat.
(H) ¶ Nunq̄d cōmendat te deus cū gratia priuat? Aut nunq̄d qui
(Jaco.iiij.) humilibus dat gratiā:humili auferet datā? Ergo argumētum
superbie priuatio est gratie. Quāq̄ tn̄ interdum subtrahit gra
tia siue retrahit nō pro superbia que iā est:sed q̄ futura est nisi
subtrahet. Habes huius rei euidens documētum de apostolo
qui stimulos carnis sue sustinebat inuitus:nō qr extolleretur/
sed ne extolleret. Sed siue iam existēs siue nondū:superbia ta
mē semꝑ causa erit subtracte gratie. Jam si gratia repropitia-
ta redierit:multo amplius tunc timendum:ne forte contingat
(Johā.v) recidiuū pati:iuxta illud in euangelio. Ecce sanus factus es:
vade ꝛ amplius iā noli peccare/ne aliquid deterius tibi ꝯtin-
gat. Audis recidere q̄ incidere esse deterius? Proinde inua-
lescente periculo:inualescat ꝛ metus. Beatus es si cor tuum
triplici isto timore repleueris : vt timeas quidem pro accepta
gratia:amplius pro amissa:longe plus pro recuperata. Hoc
fac et eris hydria in christi conuiuio impleta vsq̄ ad summum:
continens nimirum metretas non binas tantum : sed ꝛ ternas

I. Jo. iiij. — Ps. cx. — Eccli. xv. — Johan. ij.

vt christi merearis benedictionē que aquas tuas cōuertat in vinū leticie: ⁊ perfecta charitas foras mittat timorem. Quod dico tale est. ¶ Aqua timor est: qm̄ ab estu refrigerat desideriorū carnaliū. Initium (inquit) sapientie timor dn̄i. Et habes. Aqua sapiētie salutaris potauit illū. Si timor sapientia: ⁊ sapientia aqua: timor aqua est. Denique timor dn̄i (inquit) fons vite. Porro hidria mens tua. Capiētes (inquit) singule metretas binas vel ternas. Tres metrete / timores tres. Et impleuerūt eas (inquit) vsque ad summum. Non vnus timor: non duo quoque: sed toti tres simul replēt vsque ad summum. Omni tempore time deum: et ex omni corde tuo ⁊ implesti hydriam tuam vsque ad summū. Amat deus integrum munus / affectum plenum / perfectum sacrificiū. Cura proinde nuptijs celestibus plenam inferre hidriam: vt de te quoque dicatur: qr repleuit eū spiritus timoris dn̄i. Qui sic timet: nihil negligit. Unde namque negligentia intret in plenitudinem? Alioquin qd̄ capere adhuc aliquid potest: plenum nō est. Eadem sane ratione: nō potest simul ⁊ sic timere ⁊ altum sapere. Non est enim quo admittas superbiam: repletus timore dn̄i. Et sic de ceteris vitijs sentiendū: quia necesse est omnia plenitudine timoris excludi. Tunc demū si plene / si perfecte timueris: dabit charitas saporem aquis tuis ad dn̄i benedictionem. Sine charitate enim timor penam habet. Et quidem charitas vinum: quod letificat cor hominis. Perfecta aūt charitas foras mittit timorem: vt vbi aqua fuerat / vinum esse incipiat ad laudem ⁊ gloriam sponsi ecclesie Jesu christi dn̄i nostri: q̄ est super omnia deus benedictus in secula. Amen.

Esaie. xi. — Ps. ciij. — I. Joh. iiij.

¶ Qualiter homo per veram penitentiam potest euadere iudicium dei. Sermo. lv.

Canti. ij. — Ps. cxlvij.

Similis est dilectus me⁹ capree hinnuloque ceruorū. Ex precedenti versiculo pendet. Quem enim saliētem ⁊ properātem modo descripserat: cōsequēter comparat capree hinnuloque ceruorū. Apte quidem qr hoc genus animantium cursu velox ⁊ saltu agile sit. Porro sermo de sponso est: ⁊ sermo sponsus est. Et propheta dicit de deo: quia velociter currit sermo eius: sane congruens huic loco vbi sponsus (qui sermo dei est) saliens transiliensque describitur: similis perinde factus capree hinnuloque ceruorum. Et hec ratio similitudinis. Adde tamē ne vlla similitudinis ipsius vel minima proportiūcula vacet: qr caprea quidem nō modo cursus pernicitate: sed ⁊ acumine visus eminet. Ob vtrumque proinde illā respicit narrationis partē qua sponsus nō solū saliēs sed trāsiliens apparere refertur: qr nisi acuto ⁊ perspicaci intuitu non posset omnino: presertim inter currēdū discernere in quos salire ⁊ trāsilire deberet. Alioquin poterat sufficere ad designandā festinātis velocitatē: de solo hinnulo cōparatio. Is quippe rapidiori se ferre noscitur cursu. Nunc vero qm̄ sponsus ille ⁊ si ardenter amans cursim ruere in dilecte videatur amplexus: nihilominus tamē gressus vel potius saltus suos prudēti cōsideratione dirigere nouit: cautus vbi oporteat figere pedē: oportuit profecto cum hinnulo etiā de caprea similitudinē dari: quatin⁹ ⁊ per illum salientis desideriū: ⁊ per hanc eligētis exprimeret iudiciū. ¶ Christus nēpe iustus ⁊ misericors saluator ⁊ iudex: ⁊ quia amat vult omnes homines saluos fieri: ⁊ ad agnitionem veritatis venire: ⁊ qr iudicat nouit qui sunt ei⁹ ⁊ ipse scit quos elegit a principio. ¶ Igitur duo hec bona sponsi: misericordiā scilicet ⁊ iudiciū in his duobus animātib⁹ cōmēdata a spiritu sancto nobis interim sentiamus: vt in testimoniū integritatis ⁊ perfectionis fidei nostre nos quoque prophetā imitātes misericordiam ⁊ iudiciū cātemus dn̄o. Ego aūt non dubito ⁊ alia de horum natura ab his quidē qui taliū curiosi ⁊ gnari sunt posse monstrari: que spōso aptari vtiliter ⁊ congruenter queant sed hec vt arbitror sufficere possunt ad dandā rationē adducte similitudinis. Pulchre tamē spiritussanct⁹ non de ceruo / sed de hinnulo ceruorum similitudinem dedit: in quo ⁊ patrū fecit mētionē e quibus christus sm̄ carnē ⁊ īfantie meminit saluatoris. ¶ Ut hinnulus quippe apparuit paruulus qui natus est nobis. Uerū tu q̄ aduētū desideras saluatoris: time scrutiniū iudicis: time oculos capree: time illū q̄ p prophetā dicit. Et erit i die illa ⁊ ego scrutabor hierl'm in lucernis. Acuto visu est nihil inscrutatū relinq̄t oculus eius. Scrutabit renes ⁊ corda: ipsaque cogitatio hominis cōfitebitur illi. Quid tutū in babylone si hierusalem manet scrutinium? Puto enim hoc loco prophetam hierusalem nomine designasse illos qui in hoc seculo vitā ducūt religiosam / mores superne illi⁹ hierusalē cōuersatione honesta ⁊ ordinata pro viribus imitantes: ⁊ non veluti hi qui de babylone sunt: vitam in perturbatione vitiorū scelerūque cōfusione vastantes. Denique illorum peccata manifesta sunt precedentia ad iudicium: ⁊ non egēt scrutinio / sed supplicio. ¶ Mea aūt qui videor monachus ⁊ hierosolimita peccata certe occulta sunt / nomine ⁊ habitu monachi adumbrata. Et idcirco necesse erit sub tiliter ea inuestigari / discussione ⁊ quasi ad motis lucernis de tenebris in lucem prodi. Possumus afferre aliq̄d ⁊ de psalmo ad confirmandū id quod dicitur de scrutanda hierusalem. Ait nāque sub persona dn̄i. Cum accepero tempus ego iusticias iudicabo. Uias iustorum nisi fallor ⁊ actus eorū discussurum se et examinaturum dicit. Uerendū valde cum ad hoc ventum fuerit: ne sub tam subtili examine multe nostre iusticie (vt putant) petā appareāt. Unum est tn̄ si nosmetipsos diiudicauerim⁹: nō vtique iudicabimur. Bonū iudiciū qd̄ me illi districto diuinoque iudicio subducit ⁊ abscōdit. Prorsus horreo incidere in man⁹ dei viuētis. Uolo vultui ire iudicatus presentari / nō iudicād⁹. Spūalis hō oīa diiudicat: ⁊ ipse a nemine iudicat. Judicabo proinde mala mea / iudicabo ⁊ bona. Mala meliorib⁹ curabo corrigere actib⁹ diluere lachrimis: punire ieiunijs: ceterisque sctē laboribus discipline. In bonis de me humiliter sentiā: ⁊ iuxta pceptū dn̄i seruum me inutilē reputabo: q̄ qd̄ facere debui tm̄ feci. ¶ Dabo operā nec lolia pro granis: nec paleas cum granis offerre: Scrutabor ego vias meas ⁊ studia mea quo is q̄ scrutaturus est hierusalem in lucernis nihil inscrutatum in me siue indiscussū inueniat. Neque enim iudicaturus est bis in idipsum. Quis mihi det ita ad liquidum prosequi ⁊ persequi vniuersa delicta mea: vt in nullo oporteat vereri oculos capree: in nullo ad lumen cōtingat erubescere lucernarum? Et nunc videor sz non video. Presto est oculus cui oīa patent / ⁊ si non patet ipse. Erit quando cognoscā sicut ⁊ cognitus sum. At nunc quidem cognosco ex parte: nō tamen ex parte cognitus / sed ex toto. Uereor aspectum exploratoris illius qui post parietem stat. Hoc enim scriptura addit de illo quem pro acumine visus capree assimilauit. En ipse stat (inquit) post parietem respiciens per fenestras / prospiciens per cācellos. De quo suo loco videbimus. Nunc ergo vereor occultum occultorum exploratorem. Sponsa nihil veretur: qr nihil sibi conscia est. Quid denique vereat amica: columba formosa? Nempe subinde habes. En dilectus meus inquit loquit mihi. Mihi nō loquit: ⁊ ideo formido aspectum: quoniam non habeo testimonium. Tu quid audis de te o sponsa: Quid tibi loquitur dilectus tuus? Surge inquit propera amica mea / columba mea / speciosa mea. Uerum hoc quoque alteri seruabo principio: nec breuitate artabo ea que diligentiā desiderantia sunt ne forte ⁊ de hoc reus inueniar: si quo minus vos inueniamini in hac parte edificati ad intelligentiam ⁊ amorem sponsi ecclesie Jesu christi domini nostri: qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen.

Tbess. ij. — Joh. xiij. — Esa. lx. — Sopho. j. — Ps. vij. — Ps. lxxiij. — I. Cor. xj. — Sopho. j. — Canti. ij. — Ibidem.

¶ Qr peccata et vitia sunt tanq̄ parietes mediantes inter deum et peccatorem. Sermo. lvj.

Canti. ij.

En ipse stat post parietem: respiciens per fenestras. prospiciens per cancellos. Secundū litteram quidem videt dicere: quia is qui cū saltibus aduētare prospiciebatur: appropiasset vsque ad cōtubernium sponse: ⁊ stans post parietem curiosi⁹ introspiceret per fenestras ⁊ rimas: ⁊ verecūde non presumeret sese ingerere. Secundum spiritum aūt appropiasse quidem nihilominus intelligitur: sed aliter. Ita sane quemadmodum ⁊ a celesti spōso agi oportuit: ⁊ a spūsctō dici. Nil quippe quod vel autorem dedeceat vel narratorem: verus ⁊ spiritualis intellect⁹ admittet. Ergo appropiauit parieti cum adhesit carni. Caro paries est ⁊ appropiatio spōsi / verbi īcarnatio. Porro cācellos ⁊ fenestras p quas respicere perhibet: sensus vt opinor carnis ⁊ humanos dicit affect⁹: p quos experimētū cepit omniū humanarū necessitatum. Denique lāguores nostros ipse tulit: ⁊ dolores nostros ipse portauit. Humanis ergo affectionib⁹ sensibusque corporeis p foraminib⁹ vsus est ⁊ fenestris: vt miserias hominū homo factus experimēto sciret et misericors fieret. Sciebat ⁊ ante / sed aliter. Sciebat denique virtutē obediēdi ipse dn̄s virtutū: ⁊ tamē teste apl'o didicit ex his q̄ passus est obediētiā: In hūc modū ⁊ misericordiā didicit: ⁊ si mia dn̄i ab eterno. Docet hoc qz idem gētiū doctor: vbi eū asserit tētatū p oīa p silitudine absque pctō vt misericors fieret. ¶ Uides ne factū esse qd̄ erat ⁊ qd̄ nouerat didicisse / ⁊ sibi apud nos q̄sisse ruinas ⁊ fenestras p quas calamitates nr̄as diligētius exploraret: Tot aūt in nr̄o ruinoso et pleno rimarū pariete inuenit foramina quot nr̄e infirmitatis ⁊ corruptionis in suo corpore sensit experimēta. Sic itaque spōsus post parietē stās: ⁊ p fenestras ⁊ cācellos respiciēs erat. Et bn̄ stās: qr sol⁹ reuera in carne stetit q̄ carnis pctm̄ nō sensit. Possumus ⁊ hoc fideli sapere: qr stetit p diuinitatis potētiā q̄ p carnis infirmitatē occubuit: dicēte ipso. Spūs q̄dē prōpt⁹ ē: caro aūt infirma. Ego aūt puto etiā illud huic sn̄ie suffragari: quod sanctus dauid in hoc mysterio: vtpote propheta dn̄i ⁊ prophetans de domino loquebatur: ⁊ quidem moysem loquens: sed dominum intuens. Ipse enim verus est moyses qui vere p aquā venit: ⁊ non in aqua tm̄ / sed in aqua ⁊ sanguine. Ait itaque memoratus

Esa. liij. — Hebr. v. — Heb. iiij. — Canti. ij. — Mat. xxvj.

mortuus propheta. Dixit ut disperderet eos (patrem siquidem loquebatur) si non moyses electus eius stetisset in confractione in conspectu eius ut averteret iram eius ne disperderet eos. Quonam modo queso moyses stetit in confractione? Quemadmodum (inquam) aut stetit si confractus est: aut si stetit quomodo confractus est? Et ego tibi ostendo si vis qui vere stetit in confractione. Ego aliuz novi neminem qui hoc potuerit nisi dominum meum Jesum: qui certe in morte vivebat: qui corpore fractus in cruce / divinitate stabat cum patre: in uno nobiscum supplicans / in altero cum patre propicians.

A

¶ Et stabat post parietem dum quod iacebat in illo manifestum erat in carne: ⁊ quod stabat in ipso quasi post carnem latebat: sane unus idemque homo manifestus: ⁊ deus absconditus. Sed ⁊ unicuique nostrum qui desideramus adventum ipsius: puto illum nihilominus post parietem stare: dum corpus hoc nostrum / quod certe peccati est: abscondat interim nobis faciem eius ⁊ presentiam intercludat. Denique quamdiu sumus in hoc corpore (inquit) peregrinamur a domino. Non quia in corpore: sed quia in corpore hoc / quod utique de peccato est: ⁊ sine peccato non est. Et ut scias quoniam obstant non corpora / sed peccata audi scripturam. Peccata nostra (inquit) separant inter nos ⁊ deum. Et utinam unus mihi tantum obstet paries corporis soliusque obicem patiar id quod est in carne peccatum / ⁊ non multe intersint macerie vitiorum. Vereor enim ne etiam preter illud quod in natura est quamplurima de propria iniquitate adiecerim: quorum a me interiectu nimium elongaverim sponsum ita ut si verum dicere velim: post parietes magis mihi illum stare fatear non post parietem.

2. Cor. v.

Esa. lix.

B

¶ Sed dico hoc planius. Sponsus quidem equaliter atque indifferenter presto ubique est divine utique presentia maiestatis ⁊ magnitudine virtutis sue. Gratie tamen exhibitione seu inhibitione quibusdam longe / quibusdam prope esse dicitur angelorum dumtaxat ⁊ hominum. i. rationalium creaturarum. Denique longe a peccatoribus salus. Et sanctus David nihilominus dicit. Ut quid domine recessisti longe? Ceterum a sanctis pia dispensatione ad tempus ⁊ non ex toto: sed iuxta aliquid aliquando longe se facit. Peccatoribus autem de quibus dicitur: superbia eorum ascendit semper. Et item. Inquinate sunt vie illorum in omni tempore: semper valdeque longe est atque in ira hoc ⁊ non in misericordia. Quobrem orat ad deum sanctus / ⁊ ait: ne declines in ira a servo tuo: sciens quia ⁊ in misericordia potuerit declinare. Prope est ergo dominus sanctis et electis suis etiam cum longe esse videtur: ⁊ non equaliter omnibus / sed aliis plus / aliis minus pro meritorum diversitate. Nam ⁊ si prope est dominus omnibus invocantibus eum in veritate / ⁊ iuxta est his qui tribulato sunt corde: non tamen omnibus forsan: ita ut dicere possint / quia ipse stat post parietem. Sponse vero quam prope est: que uno tantum pariete dividitur. Propterea cupit dissolvi: ⁊ rupto medio pariete cum illo esse quem post parietem esse confidit.

ps. cxviij.
ps. ix.

ps. lxxiij.
ps. ix.

C
ps. xxvij.

¶ Ego autem quoniam peccator sum dissolvi non cupio sed formido: sciens quia mors peccatorum pessima. Quomodo non pessima mors: ubi non subvenit vita? Formido exire ⁊ in ipso contremisco postius ingressu: dum non confido prope assistere qui excipiat exeuntem. Quid enim? Securene exeo si non dominus custodiat exitum meum? Heu ero ludibrio demonum intercipientium me: non assistente qui redimat: neque qui salvum faciat. Nil tale verendum erat ais pauli: cui ab aspectu ⁊ amplexu dilecti unus tantummodo paries obsistebat: videlicet lex peccati quam inveniebat in membris suis. Ipsa est carnis concupiscentia: qua carere omnino non potuit / donec in carne fuit. Hoc sane uno interiecto pariete: non longe peregrinabatur a domino.

D
Roma. vij.

¶ Unde ⁊ optabat / clamans. Quis me liberabit de corpore mortis huius: sciens se mortis compendio continuo ad vitam perventurum. Hac ergo paulus se fatebatur una lege teneri. i. concupiscentia quam carni sue immobiliter insitam tolerabat invitus. De cetero nihil (inquit) mihi conscius sum. Verum quis similis paulo: qui non videlicet huic interdum consentiat concupiscentie ad obediendum peccato? Noverit proinde is qui peccato consenserit: ⁊ alterum sibi se opposuisse parietem: ipsum utique pravum illicitumque consensum: nec potest gloriari qui huiusmodi est: quia stet sibi post parietem sponsus: quoniam iam parietes intersint / non paries. Multo minus si consensus venerit ad effectum: cum tertius quoque iam paries sponsi arceat impediatque accessum actus videlicet ipse peccati. Quid si ⁊ consuetudo forte peccatum in usum: aut usus etiam in contemptum perduxerit? Sicut scriptum est. Impius cum venerit in profundum malorum contemnit. Nonne si ita exieris: milies ante a rugientibus preparatis ad escam poteris devorari: quam pervenire ad sponsum: non uno siquidem iam / sed tanta a te parietum numerositate interclusum? Primus concupiscentia. Secundus consensus. Tertius actus. Quartus consuetudo. Quintus contemptus. Cura ergo concupiscentie priori totis resistere viribus: ut non pertrahet in consensum: ⁊ omnis deinceps malignitatis fabrica evanescit: nec est omnino quod sponsum prohibeat appropinquare tibi preter solum parietem corporis: quatinus gloriari possis ⁊ tu dicens de illo: quia en ipse stat post parietem nostrum.

1. Cor. iiij.

prove. xviij.

E

¶ Sed ⁊ hoc tibi tota vigilantia providendum: ut apertas semper inveniat fenestras: ⁊ cancellos quosdam confessionum tuarum: per quos te intus benigne respiciat: quoniam respectus eius profectus tuus. Aiunt cancellos angustiores esse fenestras: quales utique hi qui libros describunt aptare sibi solent ad recipiendum lumen paginis. Unde ⁊ puto cancellarios eos appellari: qui cartis conscribendis et officio deputantur. Cum ergo sint duo genera compunctionis: unum in merore pro nostris excessibus: alterum in exultatione pro divinis muneribus: quotiens sane eam que sine angustia cordis minime fit: peccatorum. i. meorum facio confessionem videor mihi cancellum. i. angustiorem aperire fenestram. Nec dubium quin libenter per istam respiciat is qui stat post parietem pius explorator: quia cor contritum ⁊ humiliatum deus non despiciet. Denique ⁊ hortatur ad hoc ipsum. Dic tu (inquiens) iniquitates tuas ut iustificeris. Ac si interdum corde dilatato in charitate pro consideratione divine dignationis ac miserationis libet animum laxare in vocem laudis ⁊ gratiarum actionem: puto me non iam angustam / sed amplissimam stanti post parietem sponso aperire fenestram: per quam (ni fallor) tanto libentius respicit quanto amplius sacrificium laudis honorificat eum. Ad manum est de scripturis utramque hanc approbare confessionem: sed scientibus ista loquor / ⁊ non estis superfluis onerandi qui vix necessariis indagandis sufficitis: tanta quippe sunt sacramenta epytalamii huius ⁊ laudum preconia que in eo decantantur ecclesie ⁊ sponso eius iesu christo domino nostro qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen.

ps. l.

Ibidem.

¶ De visitationibus domini que fiunt anime sibi recte vacanti. Et quid per martham lazarum et mariam significatur. Sermo. lviij.

En dilectus meus loquitur mihi. Videte processus gratie: ⁊ dignationis divine animadvertite gradus. Attendite sponse devotionem atque solertiam: quam vigili utique oculo sponsi observat adventum: ⁊ deinceps ipsius omnia intuetur. Venit ille accelerat / appropiat / adest / respicit / alloquitur / ⁊ nihil horum momentorum sponse industriam effugit anticipatve notitiam. Venit in angelis / accelerat in patriachis / appropiat in prophetis / adest in carne / respicit in miraculis / alloquitur in apostolis. Vel sic. Venit affectu ⁊ studio miserendi / accelerat subveniendi zelo / appropiat humiliando semetipsum / adest presentibus / prospicit in futuros: loquitur docens ⁊ suadens de regno dei. Sic ergo est adventus sponsi. Benedictiones ⁊ divitie salutis cum eo: ⁊ universa que de ipso sunt affluunt deliciis: redundantia certe iocundis ac salutaribus sacramentis.

A
Can. ij.

¶ Porro que amat vigilat ⁊ observat: ⁊ beata quam dominus invenerit vigilantem. Non transibit illam nec preteribit ab ea: sed stabit ⁊ loquetur ei: loqueturque amatoria: siquidem ut dilectus. Sic quippe habes. En dilectus meus loquitur mihi. Bene dilectus qui venit amatoria locuturus: non autem increpatoria: neque enim de illis est qui a domino merito arguuntur quia faciem celi diiudicare nossent: tempus vero adventus eius minime cognovissent. Hec namque tam solers ⁊ prudens ac bene vigilans: ⁊ venientem a longe prospexit: ⁊ salientem pro festinatione advertit: ⁊ transilientem superbos ut humili sibi per humilitatem propinquaret / vigilantissime observavit: ⁊ demum cum iam staret ⁊ occultaret se post parietem: nihilominus presentem agnovit: sed et respicientem per fenestras cancellosque persensit: ⁊ nunc pro remuneratione tante devotionis ⁊ religiose sollicitudinis loquentem audit. Sane enim si respexisset ⁊ minime locutus fuisset: suspectus poterat esse ille respectus: ne forte magis indignationis foret quam dilectionis.

B
Lu. xij.

Can. ij.

Ibidem.

¶ Denique respexit petrum: et non fecit ei verbum. Et ideo forsitan flevit ille quod respiciens se tacuerit. Hec autem quoniam post aspectum meruit ⁊ affatum non modo non flet: sed ⁊ gloriatur pre leticia clamans. En dilectus meus loquitur mihi. Vides intuitum domini cum in se semper maneat idem: non tamen eiusdem semper efficacie esse: sed conformari meritis singulorum quos respicit: ⁊ aliis quidem incutere metum: aliis vero magis consolationem ⁊ securitatem afferre?

Lu. xxij.
D

¶ Denique respicit terram ⁊ facit eam tremere: cum e regione respexerit mariam et infuderit gratiam. Respexit (ait) humilitatem ancille sue: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Non sunt hec verba plorantis aut trepidantis: sed gaudentis. Respexit similiter hoc loco sponsam ⁊ nec tremuit illa nec flevit instar petri / quia non sapiebat terram sicut ille. Dedit vero leticiam in corde eius: affatu testificans quo eam respexerit affectu. Denique verba que loquitur audi quod non indignantis sint sed amantis.

I

Luce. j.

¶ Sequitur. Surge propera amica mea: columba mea: formosa mea / et veni. Felix conscientia que de se ista meretur audire. Quis putas in nobis est adeo vigilans et observans tempus visitationis sue: sponsumque advenientem ita per singula eius

M
Can. ij.

momenta diligent⁊ explorans: vt cum venerit ⁊ pulsauerit cõ
festim aperiat ei. Non enim sic ista de ecclesia referuntur: vt nõ
singuli nos qui simul ecclesia sumus participare his eius be
nedictionibus debeamus. Etenim in hoc gñaliter omnes atq
indifferenter vocati sumus vt benedictionem hereditate possi
deamus. Unde ⁊ audebat dicere ad dominum quidam. Here
ditate acquisiui testimonia tua in eternuz: quia exultatio cor
dis mei sunt. Illa puto hereditate qua se esse presumebat filiũ
patris sui qui est in celis. Porro si filium ⁊ heredem: heredem
dei coheredem autem xpi. Magnam vero rem gloriatur se acq
siuisse hereditate ista: testimonia domini. Utinam ego de me vl
vnum meruerim tenere testimonium domini: quia is non in vno
sed in multis exultat testimoniis. Denique ait iterum. In via te
stimoniorum tuorum delectatus sum: sicut in omnibus diuitiis
Et reuera quid diuitie salutis. qd delicie cordis: quid anime
vera et cauta securitas: nisi domini attestationes? Non enim
(inquit) qui seipsum commẽdat ille probatus est: sed quem de⁹
commendat. Ut quid nos hactenus adhuc fraudamur commẽ
dationibus seu attestationibus his diuinis ⁊ paterna heredi
tate priuamur? Quasi minime et nos voluntarie genuerit ver
bo veritatis: sic in nullo nos meminimus ab illo taliter com
mendatos: nec vlla de nobis assecutos testimonia eius. Ubi est
quod apostolus dicit: quia ipse spiritus dei testimonium perhi
bet spiritui nostro q filij dei sumus? Quomodo filij si expertes
hereditatis: Arguit nos pro certo negligentie et incurie ipsa
inopia nostra. ¶ Nam si quis nostrum integre et perfecte iuxta
verbum sapientis: cor suum tradat ad vigilandum diluculo ad
dominum qui fecit illum: et in conspectu altissimi deprecetur:
simulq votis omnibus studeat sm Esaiam prophetam parare
vias domini rectas facere semitas dei sui: cui cuz propheta sit
dicere. Oculi mei semper ad dominum et quia prouidebã dñm
in conspectu meo semper nõne hic accipiet benedictionẽ a dño
⁊ misericordiam a deo salutari suo? Uisitabitur profecto freqn
ter: nec vnq ignorabit tempus visitationis sue: qñtũlibet is q
in spiritu visitat clãdestinus veniat ⁊ furtiuus: vtpote verecun
dus amator. Adhuc ergo longe agentem bene vigilans anima
sobria mente prospiciet: ⁊ deinceps vniuersa comperiet que in di
lecti aduentu sponsam tam solerter q̃ signãter aduertisse mon
strauim⁹: qr ipse ait. Qui mane vigilauerint ad me: inueniẽt me.
Nã ⁊ desideriũ festinantis agnoscet: ⁊ qñ prope ⁊ quãdo presto
iam erit continuo sentiet: sed ⁊ recipientis se oculum quasi so
lis radium per fenestras et rimas parietis subeuntem beato
oculo cernet: et demum audiet voces exultationis et amoris:
appellata amica/columba/formosa. Quis sapiens? intelliget
hec ita vt ea etiã digne abinuicem distinguere ⁊ designare sin
gula queat: ac diffinire ad intelligentiam aliorum? Si a me il
lud speratur: ego ea mallem ab experto audire/et qui assuetus
sit ⁊ exercitatus in talibus. At quoniam quisq qui huiusmodi
est/verecunde magis silentio abscondere eligit quod silentio p
cipit: ⁊ seruare secretum suum sibi/ id sibi tutius arbitratur: di
co ego cui ex officio loqui est: nec tacere licet/quicquid illud
est quod de huiusmodi vel proprio vel alieno teneo experimen
to: ⁊ quod facile experiri plures queunt: sane altiora relinquẽs
apphẽdere illa valentibus. ¶ Si igit admonitus fuero vl foris
ab hoie vl intus a spũ de tuẽda iusticia ⁊ seruãda equitate: istius
modi salutaris suasio erit mihi pfecto presentia imminenti ad
uentus sponsi ⁊ preparatio quedam ad digne suscipiendum su
pernum visitatorem: propheta hec mihi indicante dicendo: quia
iusticia ante eum ambulabit. Et item loquitur deo sic. Justicia
⁊ iudicium (inquit) preparatio sedis tue. Nihilomin⁹ vero spes
eadem arridebit: si sermo insonuerit de humilitate vel patien
tia seu etiam de fraterna charitate ⁊ obedientia deferenda pre
latis: maxime autem de sectanda sanctimonia ⁊ pace ⁊ cordis
puritate querenda: quoniam quidem scriptura ait. Domũ dñi
decet sanctitudo: ⁊ factus est in pace locus eius: ⁊ mũdi corde
deum videbunt. Quicquid itaq siue de his: siue de aliis qui
buslibet virtutibus suggestum animo fuerit: significati ovt di
xi erit mihi visitationem domini virtutũ imminere anime mee.
¶ Sed ⁊ si corripuerit me iustus in misericordia ⁊ increpauerit
me: idipsum sentiam/sciens quia emulatio iusti ⁊ beniuolentia
iter faciunt ei qui ascendit super occasum. Bonus occasus cũ
ad correptionem iusti stat homo: et corruit vitium: ⁊ dominus
ascẽdit super illud/cõculcans hoc pedibus ⁊ conterens ne re
surgat. Non ergo contemnenda increpatio iusti/que ruina pec
cati cordis sanitas est: necnon et dei via ad animam. Sed nec
vllus omnino sermo qui edificet ad pietatez/ad mores optimos
negligenter est audiendus: quoniam ⁊ illic iter quo ostenditur
salutare dei. Qz si sermo gratus venit ⁊ placidus: qua tin⁹ pul
so fastidio cum desiderio audiatur: iam non modo venire spon
sus: sed ⁊ accelerare .i. cũ desiderio venire credendus est. Ipius
namq desiderium tuum creat: ⁊ q tu eius properas sermonem
admittere: inde est q ipse festinat intrare. Non enim nos eum:
sed ipse (inquit) prior dilexit nos. Jam et si etiam ignitum eius
quippiam senties: atq ex eo conscientiam vel in recordatione pecca
ti: recordare tunc de quo scriptura dicit: quia ignis ante ipsum
precedet/⁊ ipsum prope esse non dubites. ¶ Denique iuxta est
dominus his qui tribulato sunt corde. Si vero non solum com
pungeris in sermone illo: sed ⁊ cõuerteris totus ad dñm: iurãs
⁊ statuens custodire iudicia iusticie eius: etiam adesse ipsum sci
noueris: presertim si te inardescere sentias amore eius. Etenĩ
vtrumq de illo legis: ⁊ ignem videlicet ante ipsum precedere
⁊ ipm nihilomin⁹ ignem esse. Moyses siquidẽ de illo dicit: qr
deus ignis cõsumẽs est. Differũt aũt q is qui premittit ignis
ardorẽ habet sed nõ amorẽ: coquens sed nõ excoquens: mouẽs
nec promouẽs. Tm ad excitandum premittitur ⁊ preparanduz
simulq ad cõmouẽdum quid ex te sis: quo dulcius sapiat post
modum qd ex deo mox eris. At vero ignis qui de⁹ est cõsumẽs
quidẽ sed nõ affligit: ardet suauiter desolat feliciter. Est enim
vere carbo desolatorius: sed qui sic in vitia exerceat vim ignis
vt in anima vicem exhibeat vnctionis. Ergo in virtute qua im
mutaris ⁊ in amore quo inflãmaris dñm presentẽ intellige: nã
dextera dñi facit virtutem. Non aũt fit hec mutatio dextere ex
celsi nisi in feruore spiritus ⁊ in charitate non ficta: itavt dicat
qui huiusmodi est: Concaluit cor meum intra me: ⁊ in medita
tione mea exardescet ignis. Porro hoc igne cõsumpta omni la
be peccati ⁊ rubigine vitioꝝ: si iam emundata ac serenata con
scientia/sequatur subita quedam atq insolita latitudo mẽtis:
⁊ infusio luminis illuminãtis intellectũ: vel ad scientiã scriptu
rarum: vel ad mysterioꝝ noticiã: quoꝝ alterũ propter nos oble
ctandos/alterum ppter edificandos proximos reor dari ocu
lus respicientis proculdubio est iste educẽs quasi lumẽ iustitiã
tuam: ⁊ iudiciuz tuũ tanq meridiẽ: iuxta illud prophete esaie.
Orietur inquit tanq sol lux tua ⁊c. ¶ Sed sane non per ostia
aperta sed per angusta foramina is tãte claritatis radius se in
fundet ستãte adhuc dũtaxat hoc ruinoso pariete corporis. Er
ras si aliter speras: ad quantãcũq cordis pficias puritatẽ: cũ
ille pcipuus contemplator dicat. Uidemus nũc per speculũ ⁊ in
enigmate: tunc aũt facie ad faciẽ. Post hunc tante dignatiõis
ac miserationis respectũ: sequitur vox blãde ⁊ leniter diuinam
insinuans voluntatẽ: que nõ est aliud q̃ ipse amor qui ociosus
esse non põt: de his que dei sunt sollicitans ⁊ suadens. Denique
audit sponsa vt surgat ⁊ properet: haud dubiũ qn ad animarũ
lucra. Hoc siquidẽ vera ⁊ casta contemplatio habet: vt mentez
quam diuino igne vehemẽter succẽderit: tanto interdũ repleat
zelo ⁊ desiderio acquirẽdi deo qui eũ similiter diligãt: vt ociũ
contemplationis pro studio pdicationis libẽtissime intermittat:
⁊ rursum potita votis aliquatenus in hac parte tãto ardẽtius
redeat in idipsum/quãto se fructuosius intermisisse meminerit
⁊ item sumpto contemplationis gustu: valẽtius ad conquirẽda
lucra solita alacritate recurrat. ¶ Ceterũ inter has vicissitudi
nes plerũq mẽs fluctuat: metuẽs ⁊ vehemẽter exestuãs: ne for
te alteri hoꝝ dũ suis affectionibus hincinde distrahit/plus iu
sto inhereat: ⁊ sic in vtrolibet vel ad modicũ a diuina deuiet vo
luntate. Et fortasse tale aliqd sctũs Job patiebat cũ diceret.
Si dormiero: dico qn consurgam: ⁊ rursum expectabo vesperam
hoc est. Et quietus neglecti operis: ⁊ occupatus perturbate ni
hilominus quietis me arguo. Uides virũ sanctũ inter fructum
opis ⁊ somnũ contẽplationis grauiter estuare: ⁊ in bonis lz semp
versantẽ/semper tñ quasi de malis penitentiã agere: ⁊ dei cum
gemitu momẽtis singulis inquirere voluntatẽ? Unicũ quippe
in hmõi remediũ seu refugiũ oratio est ⁊ frequens gemitus ad
deũ: vt qd qn ⁊ quatenus nos facere velit/assidue nobis demõ
strare dignet. ¶ Habes vt ego opinor tria hec .i. predicationẽ/
orationẽ/contẽplationẽ: in tribus cõmẽdata ⁊ designata vocabu
lis. Etenim merito amica dicit que spõsi lucra studiose ac fide
liter predicando/consulendo/ministrãdo conquirit. Merito co
lumba que nihilominus p suis delictis in oratione gemens et
supplicans diuinã sibi nõ cessat conciliare misericordiã. Merito
quoq formosa q celesti desiderio fulgens: supne contẽplationis
decorẽ se induit: hoc dũtaxat qbus commode ⁊ oportune id
põt. Sed ⁊ illud vide si valeat coaptari huic triplici vnius aie
bono: de tribus videlz psonis illis in domo vna cõmanẽtibus:
amicis vtiq saluatoris ⁊ admodũ familiaribus ei: marthem lo
quor ministrãtẽ ⁊ mariã vacãtẽ: ⁊ lazarũ quasi gemẽtẽ sub lapi
de ⁊ resurrectionis gratiã flagitãtẽ. Hec dicta sunt p eo q spõ
sa describit adeo sollers ⁊ puigil in obseruãdo semitas sponsi:
vt minime eã latere possit qn ⁊ i quãta festinatiõe ad se veniat:
sed ⁊ qn lõge/⁊ qn ppe/⁊ qn pleno sit/nulla subitatione poccu
pari valeat vt ignoret: ⁊ qr pinde meruerit nõ solũ respici mise
ricorditer: sed ⁊ dignanter letificari amoris vocibus ⁊ gaude
re gaudio ppter vocẽ sponsi. ¶ Nos quoq ad hec q̃tulis auda
cter adiecimus q queuis etiã de nobis aia si similiter vigilet
similiter

Luce.xij. ps.cxviij. ij.Cor.x. Roma.viij. L eccl.xlix. Esaie.xl. ps.xxiiij. ps.xv. ps.xxiiij. puer.viij Can.ij. M ps.lxxxiiij. ps.lxxxviij ps.xcij. ps.lxxv. N

j.Johã.iiij ps.xcvj. ps.xxxiij. Deut.iiij. ps.cxvij. ps.lxxvj. ps.xxxviij. Esa.lviij. P j.cor.xiij Can.ij. Q Job.vij. R Can.ij. Ibidem. Luce.x. S

similiter ꝛ salutabitur vt amica: consolabitur vt columba: amplexabitur vt formosa. Perfectus omnis reputabitur in cuius anima tria hec congruenter atq; oportune concurrere videbūtur: vt ꝛ gemere pro se / ꝛ exultare in deo nouerit simul ꝛ proximorum vtilitatibus potens sit subuenire: placens deo cautus sibi / vtilis suis. Sed ad hec quis idoneus? Utinam ipsa in vniuersis nobis: ꝛ si non tota in singulis / saltem singula in diuersis sicut hodie haberi videntur longis reseruentur temporib⁹. Habemus siquidem martham tanq̄ saluatoris amicam in his qui exteriora fideliter administrant. Habemus ꝛ lazarum tanq̄ columbam gementem nouitios vtiq; qui nuper peccatis mortui pro recentibus adhuc plagis laborant in gemitu suo sub timore iudicij ꝛ sicut vulnerati dormientes in sepulchris quorum nemo est memor amplius: sic se non putant reputari donec ad christi iussionem sublato pondere timoris tanq̄ pmentis lapidis mole respirare in spem venie possint. Habemus quoq; mariam contemplantem in illis qui processu longioris temporis cooperante gratia dei in aliquid melius ꝛ letius proficere potuerunt: quando iam de indulgentia presumentes / non tā versare intra se solliciti sunt tristem imaginem peccatorum q̄ certe in lege dei meditari die ac nocte insatiabiliter delectantur: interdum etiam reuelata facie gloriam sponsi cū ineffabili gaudio speculantes: in eandem imaginem transformantur de claritate in claritatem tanq̄ a dñi spiritu. Jam ad quid sponsam surgere ꝛ properare hortetur is qui pauloante defensare visus est eam ne dormiens suscitaretur alio sermone videbimus. Adsit ipse vt ꝛ huius nobis sacramenti rationē aperire dignetur sponsus ecclesie iesus xp̄s dñs noster qui est super oīa deus bñdictus in secula. Amen.

A

¶ Qualiter sponsus hortatur sponsam id est viros perfectos ad regimen imperfectorum: et de putatione vitiorum in eis facienda vt virtutes succrescant. ser. lviij.

Canti. ij.

Surge propera amica mea: columba mea: formosa mea ꝛ veni. Quis hoc dicit? Absq; dubio sponsus. Et nonne ipse est qui pauloante suscitari dilectam tantopere prohibebat? Quo pacto ergo nunc non solum vt surgat sed vt ꝛ acceleret iubet? Uenit in mentem simile quid ex euāgelio. Ea quippe nocte qua dñs tradebatur: cum fatigatos productioribus vigilijs discipulos qui secum erant dormire demum ac requiescere precepisset: in ipsa hora surgere cogit: surgite eamus (inquit) ecce appropinquat qui me tradet. Nunc quoq; similiter vno pene momento ꝛ prohibet suscitari spōsam ꝛ suscitat: surge (inquiens) ꝛ veni. Quid sibi itaq; vult tā subita hec mutatio voluntatis siue cōsilij? Putamus ne leuitate vsum sponsum: ꝛ aliquid voluisse prius quod mox noluerit? Minime. Sed agnoscite eas quas vobis supra si meministis commendaui ꝛ non semel: vicissitudines vtiq; sancte quietis ac necessarie actionis: ꝛ q᷑ non sit in hac vita copia contēplandi: nec diuturnitas ocij: vbi officij ꝛ operis cogētior viget instantiorq; vtilitas. More igitur suo sponsus vbi dilectā paululum sine proprio quieuisse persentit: ad ea denuo que vtiliora visa sunt trahere non cunctatur. Nō tn̄ quasi inuitā: nec em̄ qđ fieri vetuit / faceret vllatenus ipse. Sed trahi sane a sponso sponse: est ab ipso accipere desideriū quo trahatur: desideriū bonorum operum: desiderium fructificandi sponso: quippe cui viuere sponsus est ꝛ mori lucrum. Et est desiderium vehemēs: q᷑ eā non tantū surgere: sed ꝛ surgere festinanter sollicitat. Sic quippe habes. Surge / propera ꝛ veni. Nec paruū confortat q᷑ audit veni / ꝛ non vade: per hoc se intelligens non tam mitti q̄ duci: ꝛ secum pariter sponsum esse venturū. Quid enim difficile sibi illo comite reputet? Pone me (inquit) iuxta te: ꝛ cuiusuis manus pugnet contra me. Item. Si ambulauero in medio vmbre mortis: non timebo mala: qm̄ tu mecū es. Nō vtiq; suscitatur preterq̄ velit: qn̄ fit prius vt velit qđ nō est aliud nisi sancti questus in missa auiditas. ¶ Animatur etiā ad opus iniunctū: ꝛ de temporis oportunitate redditur alacrior. Tēpus faciendi (inquit) o sponsa: quia hyems transijt qn̄ operari nemo poterat. Imber quoq; qui inundatione facta operiebat terram culturas impediebat: ꝛ vel sata necabat: vel seri vetabat. Is (inq̄) imber exiuit: abijt ꝛ recessit. Flores apparuerūt in terra nostra: vernalem profecto temperiē adesse signantes: operādi cōmoditatē / frugū vicinitatē ac fructuum. Deinde subdit: vbi ꝛ quid primū operari oporteat. Tempus inquiens putationis aduenit. Ad vineas ergo excolendas ducitur. Que vt possint vberioribus fructib⁹ respōdere colonis: ante omnia necesse est sarmēta sterilia proncidi: succidi noxia: putari superflua. Hec iuxta litteram.

Job. xvij.
Ps. xxij.
B
Canti. ij.
Ibidem.
Ibidem.
C

¶ Nunc iam videamus quid istiusmodi quasi historico scemate spiritualiter nobis innuatur intelligēdū. Et vineas quidē animas esse vel ecclesias simulq; huius rei rationem quenam sit: dixi vobis iam et audistis: nec opus habetis iterato audire. Ad has itaq; reuisendas / corrigendas / instruēdas / saluādas anima pfectior inuitatur: q̄ tn̄ id ministerij sortita sit: nō sua ambitione: sed vocata a deo tanq̄ aaron. Porro inuitatio ipsa qđ est nisi intima quedam stimulatio charitatis: pie nos sollicitantis emulari fraternā salutē / emulari decorem domus dñi incremēta lucrorum eius: incremēta frugū iustitie eius: laudē ꝛ gloriā nois eius. Istiusmodi itaq; circa deū religiosis affectib⁹ quotiens is qui alias regere aut studio pdicationis ex officio intēdere habet: holem suum interiorē senserit permoueri: totiēs pro certo sponsum adesse intelligat: totiēs se ab illo ad vineas inuitari. Ad qđ: nisi vt euellat ꝛ destruat / ꝛ edificet ꝛ plātet? Uerum qm̄ operi huic sicut ꝛ oī rei sub celo nō oē tp̄s suppetit et aptum est: ꝛ addit is q̄ inuitat tp̄s putatiōis aduenisse. Adesse hoc nouerat q̄ dicebat. Ecce nūc tp̄s acceptabile: ecce nūc dies salutis: nemini dantes vllam offensionē: vt non vituperetur ministeriū nostrū. Uitiosa sine dubio atq; superflua: oē deniq; qđ offendiculum dare ꝛ impedire fructū salutis possit: putare iam ꝛ resecare monebat: sciēs q᷑ tp̄s putationis aduenerit. Jō ꝛ aiebat fideli cuidā cultori vinearū / argue / increpa / obsecra: in primo ꝛ secūdo horum putationē vel extirpationem: in vltimo plantationē indicēs. Et hec quidē sponsus per os pauli de tp̄e operandi. Sed audi quid per propriū os de tēporum cōsideratione sub alio quidem rerum scemate ꝛ nomine cū noua sponsa sit locutus. Nonne vos dicitis (inquit) q᷑ quattuor mēses sunt: et messis venit? Ecce dico vobis. Leuate oculos vestros ꝛ videte regiones: q᷑ albe sunt iā ad messem. Itē. Messis quidē multa operarij pauci: rogate dñm messis vt mittat operarios in messem suam. Sicut igitur ibi metēdi aiarum segetes tp̄s adesse mōstrabat: ita ꝛ hic vineas eque intelligibiles. i. aias vel ecclesias tp̄s putādi aduenisse denunciat: iđ forsitan inter vtrasq; res volēs vocabulorum diuersitate distingui: vt messes plebes / vineas ꝯgregationes sanctorum cohabitantium intelligamus. ¶ Porro hiemale tēpus qđ preterisse significat illud mihi designare videtur: cū dñs iesus iā nō in palā ambularet apud iudeos: eo q᷑ conspirassent aduersus eū volētes eū interficere. Unde ꝛ dicebat ad quosdā. Tēpus meū nondū aduenit: tp̄s aūt vestrū semper est paratum. Et rursum. Ascendite vos ad diem festū hūc: ego non ascendam. Ascēdit tn̄ postea ꝛ ipse: non palā sed quasi in occulto. Ex tunc ergo ꝛ deinceps vsq; ad aduentum spūssctī quo recaluerūt torpētia fidelium corda tanq̄ igne quem dñs ad hoc ipsum misit in terrā: hyems fuit. Tu ne negaueris hyemem tūc fuisse: cū petrus sederet ad prunas non minus gelido corde q̄ corpore? Deniq; erat frigus (inquit). Magnū reuera frigus cor negantis ꝯstrinxerat. Nec mirū tn̄ cū ignis ab eo ablatus esset. Nā pauloante nō paruo feruebat zelo / quippe adhuc igni proximus: qui euaginato gladio ne ignem perderet serui auriculam amputauit. Sed nō erat tp̄s putationis: ꝛ ideo audit. Conuerte gladiū tuum in locū suum. Erat em̄ hora ꝛ potestas tenebrarum: ꝛ quisquis tunc discipulorum leuaret gladium vel ferri vel verbi: aut ferro truncādus erat: ꝛ neminē lucraretur nec quippiam fructus afferret: aut certe timoris gladio ad negandū cogendus: ꝛ sic magis ipse periret: iuxta verbū dñi qđ subiunxit mox ita dicens. Ois qui accipit gladium gladio peribit. Quis nempe ceterorum ante pauendā mortis imaginē impauidus staret: trepidante ꝛ cedente principe ipso: et qui voce confortatoria sui imperatoris fuerat ꝑmunitus ꝛ premonit⁹ alios ꝯfortare? ¶ Ceterū nec is nec illi sibi adhuc induerāt virtutē ex alto: ꝛ ob hoc tutū nō erat eis exire in vineas: ꝛ exercere lingue sarculum: ꝛ gladio spūs putare vites: purgare palmites vt fructum plus afferrent. Deniq; ipse dñs tacebat in passione ꝛ in multis interrogatus nō rñdebat factus (iuxta pphetā) sicut hō nō audiens: ꝛ nō habēs in ore suo redargutiones. Dicebat aūt. Si vobis dixero / nō credetis mihi: si aūt interrogauero nō respondebitis mihi: sciens tp̄s putationis nondū aduenisse: nec respōsurā ꝑsus vineā suā ipsius laboribus. i. nec fidei boni operis fructū aliquē relaturā. Quare? Quia hyems erat in cordibus pfidorum: ꝛ hyemales quidā malicie imbres occupauerāt terrā / iacta semina verbi suffocare q̄ fouere paratiores: sed ꝛ cultui vinearū oēm nihilominus impendendā operā frustrauit. ¶ Quos vos me nūc putatis dicere imbres? Istos ne quos videmus currētes per aera nubes turbulento spū spargere super terrā? Nō est ita. Sed quos de terra in aerem sursū ferunt hoies turbulenti spūs ponentes in celū os suum: ꝛ lingua eorum transiēs in terrā: tanq̄ pluuia amarissima terrā ipsam palustrem ac sterilem facit: ꝛ tam plantis q̄ satis inutilem. Nō quidem hijs visibilibus atq; corporeis atq; nostros vtiq; corporeos vsus datis: de quibus nulla plane sicut nec de bobus cura est deo. Sed quibus? Profecto que seuit ꝛ plantauit dei manus ꝛ non hominis: que ꝛ vel germinare vel radicari in fide et charitate poterāt ꝛ fructus parturire salutis: si bonis temporaneis imbribus rigarentur. Hic deniq; sunt pro qbus xp̄s mortuus

Ps. xxv.
ij. Cor. vj.
Canti. ij.
Joh. iiij.
Mat. ix.
D
Joh. vij.
Ibidem.
Lu. xij.
Jo. xviij.
Lu. xxij.
mat. xxvj.
Ibidem.
E
Mat. xv.
Ps. xxxvij.
Lu. xxij.
F

est. Ne nubibus pluentibus istiusmodi imbres super eas que lutū faciant: fructum non afferant. Nā sicut sunt et bone et male arbores ferentes queq3 fructus p sui dissimilitudine differētes: bone videlz bonos: et male malos: ita ⁊ arbitror nubes et bonas que bonos: ⁊ malas q̄ malos pluant imbres. Et vide ne forte innueret nobis hanc nubium imbriumq3 differentiam qui dicebat. Mandabo nubib9 meis ne pluāt super eā. haud dubiū quin super vineā imbrem. Cur putas adiūxisse signāter meis: nisi q2 sunt ⁊ male nubes que nō sunt eius? Tolle tolle (inquiunt) crucifige eū. O nubes violentas ⁊ turbidas. O imbrē pcellosum: o torrentē iniquitatis: euertere magis q̄ fecundare idoneum. Nec minus mal9 minusve amarus minori lz impetu proruens imber ille q̄ subsecutus est: Alios saluos fecit: seipsum nō potest saluum facere: Xp̄s rex israel descendat nūc de cruce ⁊ credimus ei. ¶ Philosophoꝝ ventosa loquacitas non bonus imber est: qui sterilitatē magis intulit terris q̄ fertilitatē. Multo magis praua dogmata hereticoꝝ: mali imbres sunt que pro fructibus spinas producūt et tribulos. Mali imbres etiā traditiōes phariseorum quos saluator redarguit: ⁊ ipsi nubes male. Et nisi existimes me iniuriā facere moysi: nam bona nubes est illa / nō omne quod pluit vel ipsa bonū: tamē dicam ne illi ɔtradicā qui ait. Dedi illis .i. iudeis precepta non bona: haud dubiū q̄n per moysen: ⁊ iustificatiōes in quibus non viuēt in eis. Litteralis illa verbicausa obseruatio sabbati sonantis requiez: nō donātis / indict9 sacrificioꝝ ritus: interdict9 porcine carnis esus: nonnullorumq3 similium que immunda a moyse censent: pluuia est hoc totum ex illa nube descendēs: sz nolo in agrum vel ortum meū quandoq3 descendat. Fuerit sane bona suo tempore: post tempus si venerit nō bonā iam censeo. Omnis etiā lenis ⁊ leniter descendēs pluuia si sit intēpestiua molesta est. Donec ergo istiusmodi aque pestilentes occupauerūt terrā et inualuerūt sup eā: tempus suū vinee nō habuerūt: nec fuit q̄ sponsa inuitaret ad putādas vineas. ¶ Ceterū illis decurrentibus terra apparuit arida: ⁊ flores apparuerunt in ea: significantes tempus putationis adesse. Queris quando hoc fuit? Quando putas: nisi cum refloruit caro christi in resurrectione? Et hic primus ⁊ maximus flos qui apparuit in terra nostra: nam primitie dormientium xp̄s. Ipse inq3 flos cāpi ⁊ lilium conuallium iesus: vt putabatur filius ioseph a nazareth quod interpretatur flos. Is ergo flos apparuit primus: non solus. Nam et multa corpora sanctorum qui dormierant pariter surrexerunt: qui veluti quidam lucidissimi flores simul apparuerunt in terra nostra. Deniq3 venerunt in sanctam ciuitatem: et apparuerunt multis. Flores etiam fuerunt qui primi crediderunt de populo primitie sanctorum. Flores eorum miracula instar florum producentia fructum fidei. Nam post q̄ ille infidelitatis imber aliquātulū vel ex parte abijt ⁊ recessit: secuta mox est pluuia voluntaria quam segregauit deus hereditati sue: ⁊ flores apparere ceperūt. Dn̄s dedit benignitatē / ⁊ terra nostra dedit flores suos: ita vt vna die tria milia in alia quinq3 milia de populo crederēt: adeo in breui creuit florꝝ numerus .i. credētium multitudo. Et non potuit gelu malicie preualere aduersus flores qui apparebant: nec preripere vt assolet fructum vite quē pmittebāt. Nā cū oēs q̄ crediderāt induerent virtute ex alto: surrexerunt ex eis hoies q̄ minas hoim ɔtempserunt: fortes in fide: passi sunt quidē q̄ plurimos contradictores: sed nō cesserunt: neq3 subterfugerunt: quo minus ⁊ facerent ⁊ annunciarent opera dei. Nā iuxta illud in psalmo: spūaliter quidem ⁊ seminauerunt agros ⁊ plantauerunt vineas: ⁊ fecerunt fructū natiuitatis. Processu temporis tēpestas sedata est: ⁊ pace reddita terris creuerunt vinee: ⁊ propagate ⁊ dilatate sunt: ⁊ multiplicate super numerum. Et tunc demum sponsa ad vineas inuitatur: non quidem ad plantandum: sed ad putandum quod plantatum iam erat. Oportune quidem: nam id opus pacis tēpus requirebat. Quando etenim persecutionis tempore id liceret? Alioquin sumere in manus gladios ancipites: facere vindictam in nationibus: increpationes in populis. Alligare reges eorum in compedibus: ⁊ nobiles eorum in manicis ferreis: ⁊ facere in eis iudicium conscriptum. Hoc quippe putare vineas est. Hec inq3 omnia vix vel pacis tempore actitantur in pace. Et de his satis. ¶ Poterat etiam finiri sermo: si prius quēq3 vestrū iuxta morē meū de sua vinea monuissez. Quis enim ita ad vnguem omnia a se superflua resecauit: vt nil se habere putet putatione dignum? Credite mihi: ⁊ putata repullulant: ⁊ effugata redeunt: ⁊ reaccendunt extincta: ⁊ sopita denuo excitantur. Parum est ergo semel putasse: sepe putandum est. Immo si fieri possit semper: q2 semper qd̄ putari oporteat si nō dissimulas inuenis. Quantumlibet in hoc corpore manens profeceris: erras si vitia putes emortua: ⁊ non magis suppressa. Velis nolis intra fines tuos habitat iebuseus: subiugari potest sz non exterminari. Scio inquit q2 non habitat in me bonū. Parum est nisi ⁊ malum inesse fateatur. Ait / non q̄ volo hoc ago: sed qd̄ odi illud facio. Si aūt qd̄ odi illud facio: iā nō ego operor illud: sed quod habitat in me peccatum. Aut te ergo si audes prefer aplo: nempe ipsius ista vox est aut fatere cum illo / te quoq3 vitijs non carere. ¶ Medium deniq3 vitiorum virtus tenet: ac perinde sedula eget non solum putatione / sed ⁊ circūcisione. Alioquin verendū ne circūquaq3 a lambētibus vel potius a rodentibus vitijs illa dum nescis paulatim elanguescat: aut si supercreuerint suffocet. Unum in tanto discrimine consilium est: obseruare diligenter / ⁊ mox vt renascētium capita apparebunt / prompta seueritate succidere. Non potest virtus cū vitijs pariter crescere. Ergo vt illa vigeat: ista crescere non sinantur. Tolle superflua: ⁊ salubria surgunt: vtilitati accedit / q̄c quid cupiditati demis. Demus operam putationi. Putetur cupiditas: vt virtus roboretur. Nobis fratres putationis semper est tempus: sicut semper est opus. ¶ Confido enim quia nobis hyems iam transijt. Scitis quam hyemem dicam: Timorem illum qui non est in charitate: qui cum omnes inaciet ad sapientiam / neminem consummat: quoniam superueniēs charitas excludit illum tanq3 hyemē estas. Estas enim charitas est. Que si iam venit: immo q2 venit sicut iustum est mihi sentire de vobis siccauerit necesse est omnem hyemalem imbrem: omnē videlz anxietatis lachrymā: quā amara recordatio peccati / ⁊ timor ante extorquebat iudicij. Itaq3 quod non dubius dico et si non de omnibus vobis profecto de pluribus hic iam imber abijt ⁊ recessit. Nā ⁊ flores apparēt: indices pluuie suauioris. Habet ⁊ estas pluuias suas suaues ⁊ vberes: Quid dulcius lachrymis charitatis: Flet quippe charitas: sed ex amore nō ex merore. Flet ex desiderio. Flet cum flentibus. Tali imbre non ambigo rigatos vberius actus obedientie vestre: quos letus intueor / non murmure tetros / nō tristicia subobscuros: sed quodam spirituali gaudio iocundos ⁊ floridos. Sic sunt acsi semp flores gestetis in manibus. Ergo si hyems transijt: imber abijt ⁊ recessit: si demum flores apparuerunt in terra nostra: ⁊ subinde quedam spiritualis gratie vernalis temperies tempus putationis indicit: quid restat nisi vt decetero toti incumbamus huic operi tam sancto / tam necessario? Scrutemur iuxta pphetam vias nostras ⁊ studia nostra: ⁊ in eo se quisq3 iudicet profecisse: non cum non inuenerit quod reprehendat / sed cum quod inuenerit reprehendet. Tunc te non frustra scrutatus es: si rursum opus esse scrutinio aduertisti. Et totiens nō te fefellit inquisitio tua: quotiens iterandam putaueris. Si autem semper hoc cum opus est facis: semper facis. Semp ergo opus esse tibi memineris superni auxilij ⁊ misericordie sponsi ecclesie iesu christi domini nostri: qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen.

Esaie. v. — *Ioh. xix* — *Lu. xxiij* — *G* — *ij. mac. vij* — *h* — *i. Cor. xv* — *Canti. ij.* — *Luce. iij.* — *mat. xxvij* — *ps. lxxxiiij.* — *i. Pet. v.* — *ps. cxxv.* — *ps. cxlix* — *I* — *Ios. xxv.* — *k* — *Cā. ij. L* — *Cā. j.*

¶ De gemitibus aie suspirantis ad celestem patriam et de commendatione castitatis et viduitatis. Ser. lix.

Vox turturis audita est in terra nostra. Minime iā dissimulare queo: q̄ ecce secundo is qui de celo est de terra loquitur. Utiq3 tam dignanter: tam socialiter / quasi vnus e terra. Sponsus est iste. Qui cū pmitteret flores apparuisse in terra: adiūxit nr̄a: ⁊ nūc nihilominus vox inqt turturis audita est in terra nr̄a. Ergo ne ratione carebit deo quidem tam insueta ne dicam indigna locutio? Nusq3 vt opinor de celo sic locutum reperies: nusq3 alibi de terra. Aduerte igitur q̄nte suauitatis sit: deum celi dicere in terra nostra: Quiq3 terrigene ⁊ filij hominum audite. Magnificauit dominus facere nobiscum. Multum illi cū terra: multum cum sponsa quam de terris sibi asciscere placuit. In terra inquit nostra. Non plane principatum sonat vox ista sed consortium / sed familiaritatem. Tanq3 sponsus hoc dicit: non tanq3 dominus. Quid? Conditor est: ⁊ consortem se reputat: Amor loquitur qui dominum nescit. Carmen nimirū amoris est: nec alijs hoc q̄ amatorijs fulciri oportuit. Amat ⁊ de9: nec aliunde hoc habz: sed ipse est vnde amat. Et ideo vehementius: quia non amorem tam habet q̄ hoc est ipse. Uerum quos amat: amicos habet nō seruos. Deniq3 amicus fit de magistro: nec enī amicos discipulos diceret si non essent. ¶ Uides amori cedere etiam maiestatem? Ita est fratres: neminem suspicit amor sed ne despicit quidem. Omnes ex equo intuetur qui perfecte se amant: ⁊ in seipso celsos humilesq3 ɔtemperat: nec modo pares / sed vnum eos facit. Tu deum forsitan adhuc ab hac amoris regula excipi putas: sed q̄ adheret deo vnus spiritus est. Quid miraris hoc? Ipse factus est tanq3 vnus ex nobis. Minus dixi non tanq3 vnus / sed vnus. Parum est parem esse hominibus: homo est. Inde terram nostram vendicat sibi: sed quasi patriā nō quasi possessionez. Quidni vendicet? Inde illi sponsa: inde substantia corporis. Inde sponsus ipse: inde duo in carne vna. Si caro vna: cur non ⁊ patria vna? Celum celi domino, inquit)

M — *Can. ij.* — *Ibidem.* — *Ps. cxiij* — *N* — *i. Cor. vj.* — *Ibidem.* — *Ps. cxiij.*

no (inquit) terrā aut dedit filijs hominū. Ergo vt filiꝰ hominis hereditat terram: vt dn̄s subijcit: vt conditor administrat: vt sponsus cōicat. Dicēdo nēpe in terra nostra / proprietatē pfecto abnuit: societatē nō respuit. Et hec pro eo qđ sponsus tā benigno vsus est verbo: vt dignatꝰ sit dicere i terra nostra. ¶ Nūc cetera videamus. Vox turturis audita est in terra nr̄a. Et hoc indicium est transacte hiemis: tēpꝰ nihilominꝰ putatiōis adesse denunciās. Id iuxta litterā. Alias turturis vox nō dulce admodum sonat: sed signat dulcia. Ipsa auicula si emis / nō magni: si discutis / nō parui precij est. Et vox quidē gementi quā canēti similior: peregrationis nostre nos admonet. Illius doctoris libenter audio vocem: qui nō sibi plausum sed mihi plāctum moueat. Vere turturē exhibes: si gemere doceas. Et si persuadere vis: gemēdo id magis quam declamando studeas oportebit. Exemplū sanctum in alijs multis: tū vel maxime hoc in negocio verbo efficaciꝰ est. Dabis voci tue vocē virtutis: si qđ suades prius tibi illud cognosceris psuasisse. Validior operis q̄ oris vox. Fac vt loqueris: ⁊ nō solū me faciliꝰ emendas / sed te quoq; nō leui liberas probro. Nō iam pertinebit ad te: si quis dicat. Alligant onera grauia ⁊ importabilia: ⁊ imponunt ea in humeros hominū: digito autē suo nolūt ea mouere. Sed neq; illud verearis oportet. Tu q̄ alios doces: teipz nō doces?

¶ Vox turturis audita est in terra nostra. Donec homines pro dei cultu mercedē tantū in terra: ⁊ tm̄ terram acceperūt (illam vtiq; lacte ⁊ melle manantē) minime se cognouerunt peregrinos super terrā: nec more turturis ingemuerūt veluti patrie reminiscētes: magis autē pro patria exilio abutētes: dederunt se comedere pinguia: ⁊ bibere mulsum. Ita tā diu non est vox turturis audita in terra nostra. Ubi ergo regni celorū pmissio facta est. tūc intellexerūt homines se nō habere hic ciuitatem manentē: sed futuram inq̄rere tota auiditate ceperunt: ⁊ tunc primū manifeste sonuit in terra vox turturis. Nā dum sctūs quisq; iam ala xp̄i p̄sentiā suspiraret: regni dilationē moleste ferret desideratā patriā gemitibus ⁊ suspirijs a longe salutaret: nōne tibi videt̄ vice fungi gemebūde ac castissime turturis quecūq; anima in terris ita fecisset? Ex tūc ergo ⁊ deinceps: vox turturis audita est in terra nostra. Quidni moueat mihi crebras lachrymas ⁊ gemitus quotidianos xp̄i absentia? Dn̄e ante te oē desideriū meum: ⁊ gemitus meꝰ a te nō est abscōditus. Laboraui in gemitu meo / tu scis / sed beatus qui dicere potuit. Lauabo per singulas noctes lectū meū: lachrymis meis stratū meū rigabo. Non solū autē mihi: sed ⁊ oībus qui diligūt aduētū eiꝰ gemitus isti cōperti sunt. ¶ Hoc quippe est qđ ipse agebat. Nū quid pñt (inquit) filij sponsi lugere quādiu cū illis est sponsus? Venięt aūt dies cū auferet̄ ab eis sponsus ⁊ tūc lugebunt. Ac si diceret. Et tunc vox turturis audiet̄. Ita est iesu bone: venerunt dies illi. Nā ⁊ ipsa creatura ingemiscit ⁊ parturit vsq; adhuc: reuelationē filioꝝ dei expectās. Nō soluz aūt illa sed ⁊ nosipsi intra nos gemimus adoptionē filioꝝ dei expectātes redemptionem corporis nr̄i. Hoc sciētes qr quādiu sumꝰ in corpore hoc: peregrinamur a dn̄o. Nec vacui gemitus quibꝰ e celo tam misericorditer respondetur. Propter miseriā inopum ⁊ gemitum pauperū nunc exurgā: dicit dn̄s. Fuit ⁊ in tēpore patrū vox ista gemētiū sed rara ⁊ penes quēq; suꝰ gemitus. Unde ⁊ dicebat quis. Secretum meū mihi secretū meū mihi. Sed ⁊ q̄ agebat. Gemitus meꝰ a te nō est absconditꝰ: profecto mōstrabat absconditum esse (qui soli deo nō esset abscōditꝰ). Et ideo tunc dici non potuit. Vox turturis audita est in terra nr̄a: qm̄ secretum adhuc paucorum iā tunc in multitudinem nō exiuit. At vbi palā clamatū est: que sursum sunt querite: vbi xp̄s est in dextera dei sedēs ad omnes iam cepit ptinere gemitꝰ iste turtureus: ⁊ vna oībus esse gemendi rō: qr oēs sciebāt dn̄m s3 qđ in hieremia legit̄: ⁊ cognoscent me oēs a minimo vsq; ad maximum dicit dn̄s. ¶ Ceteꝝ si multi gementes quid sibi vult vniꝰ expressio? Vox turturis inq̄t. Quare nō turturꝝ? Forte apl's id soluit vbi ait: qr ipse spūs postulat p sanctis gemitibꝰ inenarrabilibus. Ita est: Ipse inducitur gemēs qui gementes facit. Et q̄libet multi sint quos ita gemere audias: vniꝰ p oīm labia vox sonat. Quidni illiꝰ q̄ ipsaz i ore singuloꝝ p quorūq; necessitatibꝰ format? Deniq; vnicuiq; dat̄ manifestatio spūs ad vtilitatē. Sua vox quēq; manifestū facit: ⁊ p̄sentē indicat. Et audi ex euāgelio q̄ vocē habeat spūsanctꝰ. Spūs (inquit) vbi vult spirat: ⁊ vocē eiꝰ audis: ⁊ nescis vn̄ veniat aut q̄ vadat. Et si ille nesciebat q̄ litterā occidētē docebat mortuos magister mortuꝰ: nos sciamꝰ q̄ trāslati de morte ad vitā p viuificātē spm̄ certo ⁊ quotidiano experimēto ipo nos illuminātē pbamꝰ vocat gemitꝰ nostros ab ipso venire / ⁊ ad deū ire: illicq; inuenire miaz i oculis dei. Qn̄ eīm sui spūs vocē irritā faceret deꝰ? At ipse scit q̄d desideret spūs: qr s̄m deū postulat p sanctis. Nec soli commendāt turturē gemitꝰ: cōmēdat ⁊ castitas. ¶ Huius deniq; merito digna fuit dari hostia pro virgineo partu. Sic quippe habes: par turturum aut duos pullos columbarū. Et licet al's quidem per colūbam spūsanctꝰ soleat designari: tn̄ qr libidinosa auis est: non decuit offerri eā in sacrificium dn̄i: nisi ea sane etate q̄ nesciret libidinē. At turturis non designatur etas: qm̄ agnoscit̄ castitas in quacūq; etate. Deniq; compare vno contēta est: quo amisso alterum iam non admittit: numerositatē in hoībus nouptiarum redarguēs. Nam ⁊ si forsitan culpa pꝑter incōtinētiā venialis est: ipa tn̄ tāta incontinētia turpis est. Pudet ad negocium honestatis rōnē non posse in hoīe: qđ natura possit in volucre. Cernere enim est turturē tp̄e sue viduitatis: sancte viduitatis opus strenue atq; infatigabiliter exequentē. Videas vbiq; singularē: vbiq; gementem audias: nec vnq̄ȝ in viridi ramo residentē prospicies: vt tu ab eo discas / voluptatū virētia velut virulēta vitare. Adde q̄ in iugis montiū ⁊ in summitatibus arboꝝ frequentior illi cōuersatio est: vt quod vel maxime propositū pudicitie decet: doceat nos terrena despicere: ⁊ amare celestia. Ex quibus colligitur q̄ vox sit turturis / etiam p̄dicatio castitatis. Neq; enim a principio vox ista in terris audita fuit: sed magis illa. Crescite ⁊ multiplicamini: ⁊ replete terraz. Incassum profecto vox illa pudicitie sonuisset: necdum ppalata resurgētium patria: in qua longe felicius hoīes neq; nubent neq; nubentur: sed sunt sicut angeli dei in celis. ¶ Tu ne voci illi tempus fuisse tūc dicas cū maledicto omnis subiacebat sterilis in israel: cū pr̄iarche ipsi plures simul haberēt vxores: cum frater fratris absq; liberis defuncti semē suscitare ex lege compellebatur? At vbi insonuit ex ore celestis turturis commendatio illa spadonū qui se castrauerunt pꝑter regnum dei: ⁊ itē alterius cuiusdā castissime turturis consilium de virginibus vbiq; inualuit: tunc primū dici veraciter potuit qr vox turturis audita est in terra nr̄a. Ergo si in terra nostra: ⁊ flores apparuerūt: ⁊ vox turturis audita est: pfecto ⁊ visu veritas cōperta est ⁊ auditu. Vox quippe audit̄. Flos miraculū est: (vt nostra superior interpretatio habet. quod voci accedens fructum parturit fidei. Et si fides ex auditu: sed ex visu confirmatio est. Sonuit vox: splenduit flos: ⁊ veritas de terra orta est: per fidelium confessionē verbo signoq; pariter concurrētibus in testimoniū fidei. Testimonia ista credibilia facta sunt nimis: dum flos voci / auri oculus attestat̄. Audita visa cōfirmant: vbi duorum testimoniū (auris loquor ⁊ oculi) ratuz sit. Propterea dn̄s agebat. Ite renūciate iohanni (eiꝰ nēpe discipulis loquebat̄) que audistis ⁊ vidistis. Nec breuius illis nec planius intimari fidei valuit certitudo. Eadē sane in breui etiā vniuerse terre psuasio facta est: ⁊ eodem argumenti compendio. Que audistis inquit ⁊ vidistis. O verbum abbreuiatum: attamē viuum ⁊ efficax. Haud dubiꝰ profecto assero quod auribꝰ oculisq; pcepi. Intonat tuba salutaris: choruscāt miracula: ⁊ mundus credit. Cito psuadet̄ quod dicit̄: dū quod stupet̄ ostenditur. Habes autē: qr pfecti apostoli predicauerūt vbiq; dn̄o cooperante ⁊ sermonē confirmante sequentibus signis. Habes in monte stupenda claritate transfiguratū: et nihilominus superna testificatum voce. Habes in iordane similiter ⁊ colūbā designātez: ⁊ vocem testificantem. Itaq; hec duo vbiq; pariter vox ⁊ signuz: ad introducendā fidē ex diuina largitate concurrunt: vt latus ad alam per vtrasq; fenestras ingressus pateat veritati. ¶ Sequitur. Ficus protulit grossos suos. Non comedamꝰ ex eis: nec enim esui habiles sunt ob immaturitatem sui. Bonaꝝ ficuum habent speciē: sed similitudinem / nō saporē: forte hypocritas designātes. Nō abijciamus tn̄: al's forsitan his opus habebimꝰ. Alioquin satis p seipos leuiter ante tempus cadēt: sicut fenū tectoꝝ qđ prius q̄ euellatur exaruit: quod ego de hypocritis dictū reor. Nō sine causa tn̄ in carmine nuptiali eorum mentio facta est. Erunt sine dubio ⁊ si non esui: vsui qualicūq;. Multa in nupt'ijs p̄ter dapes necessarie pcurant̄. Ego vero istud adeo minime p̄tereūdum existimo: vt quicquid illud est inter angustias extremitatū sermonis huiꝰ discutere nolim: sed differo in diez alterum ⁊ horam liberiorē. An vero necessarie vobis tunc expiri licebit: tm̄ mihi oportunitatē facultatēq; obtineāt vota vestra ad pferēdū qđ sentio: i vestrā ipsoꝝ edificationē: in laudem ⁊ gloriā sponsi ecclesie iesu xp̄i dn̄i nostri: qui ois deus bn̄dictus in secula Amen.

¶ De incredulitate iudeorum: qua compleuerunt mensuram patrum suorum / occidendo xp̄m. Sermo lv.

Ficus / ꝓtulit grossos suos. Ex superioribus pēdet presens locus: dixerat enim tempus putationis venisse tam ex floribus qui iam apparebāt: q̄ȝ ex audita turturis voce hoc asserēs. Idipsum adhuc ex grossorum productione affirmat quia non solum ex floribus et voce turturis experimentum capitur temporis: capitur ⁊ ex fice. Non enim non est aer indulgentior tunc cum ficus grossos suos protulerit. Ficus flores non habet: sed pro

Marginalia: A; Canti. ij.; B; ps. xxxvij; ps. vi.; Ibidem.; C; Canti. ij.; ps. xxxvij; Canti. ij.; Coll. iij.; hier. xxxi; D; Rom. viij; i. Cor. xij; Ioh. iij.; Io. iij.; E; Luce. ij.; Gen. i.; Lu. xx.; F; Canti. ij.; ps. lxxxiiij.; ps. xcij; Luc. vij.; Mar. xvi.; G; Canti. ij.; ps. cxxviij; H; Canti. ij.

floribus grossos mittit: tpe quo cetere arbores florent. Et qbo
flores apparēt τ transeunt: ad nihil vtiles nisi q' secuturi fru=
ctus quidam preuncii sunt: ita τ grossi emittuntur / sed immature
cadūt: τ dant locū maturādis: ipsi minime habiles ad vescēdū.
Et hinc ergo vt dixi sumit sponsus experimentum tēporis et
argumentum suasionis: vt nō pigritetur ꝑgere sponsa ad vine
as: q2 nō perit opera que tempestiua venit. Et littera quidem
sic. Quid vero spūs? Ut plane hoc loco non ficū intueamur: sed
populum nēpe de hoīb9 cura est deo: non de arborib9. Uere
ficus est populus fragilis carne: paruulus sensu: aio humilis:
cuius primi fructus, vt interim nos alludamus grossi vtiqꝫ et
[I] terrent. ¶ Nec enim popularis est studꝫ palmaꝫ querere regnū
[Mat. vi.] dei τ iustitiā eius: sed vt ait apls: cogitare que mūdi sunt: quō
[i. Cor. vii] placeāt vxoribus: vel ille viris. Tribulationē carnis habebūt
hmōi: sed in nouissimis nō negamus eos fructus fidei assecutu
ros: si bonā habuerint nouissimā ꝯfessionē: maximeqꝫ si carnis
opera elemosynis redemerint. Ergo primi plebiū fructus nec
fructus sunt: nō magis q̄ ficuum grossi. Deniqꝫ si dignos post
[Mat. iii.] modū fructus penitētie fecerint. non enim prius qō spūale est
sed qō aiale dicet illis: Quē fructū habuistis tunc in quibus
nūc erubescitis? Ego tñ hoc loco nō quēuis populū īterpretari
liberum puto: vnus signanter exprimitur. Neqꝫ enim protule=
runt dixit: quasi de pluribus: sed quasi de vno protulit inquit fi
cus grossos suos: τ vt sentio ego que est plebs iudeoꝝ. Quam
ta in hāc saluator parabolice in euangelio loqui videt: vt est il
[Lu. xiii.] lud. Arborē fici habebat quidā plantatā in vinea sua ꝛc. Iteꝫ.
[Luc. xxi.] Uidete ficulneā τ oēs arbores. Et Nathanaeli dictū est. Cum
[Joh. i.] esses sub ficu vidi te. Et rursum maledicit ficulnee ꝑ eo q' non
[Mat. xxi.] inuenit in ea fructum. ¶ Bene ficus: que bona licet patriarcha
rum radice ꝓdierit: nunq̄ tñ in altum ꝓficere: nunq̄ se humo
attollere voluit: nunq̄ respondere radici ꝓceritate ramoꝝ: ge=
nerositate floꝝ: fecūditate fructuū. Male prorsus tibi cū tua ra
dice ꝯuenit arbor pusilla / tortuosa / nodosa. Radix enīꝫ sancta.
[Canti. ii.] Quid ea dignū tuis apparet in ramis? Ficus (inquit) protulit
grossos suos. Non hos nobili a radice traxisti semē nequā. Qō
in ea est / de spūsancto est: ac per hoc subtile totum ac suaue. Ti
bi vnde hi grossi? Et vere quid non grossum in gente illa? Nec
actus profecto: nec affectus: nec intellectus: sed nec ritus quē
in colendo deum habuit. Nā actus in bellis: affectus in lucris
totus erat: intellectus in crassitudine littere: cultus in sangui=
[L] ne pecudum τ armentoꝝ. ¶ Ut dicit aliqs. Cū istiusmodi gros
sos non aliq̄n proferre gens illa cessauerit: ergo non aliq̄n tem
pus putationis non extitit: q2 vnū vtriusqꝫ rei tpe existere perhi=
betur. Non ita est. Dicimus mulieres filios procreasse: non cum
parturiunt / sed cū iam pepererunt. Dicimus τ arbores edidisse
flores suos / non cum ceperint florere: sed potius cum desierint.
Ita hic quoqꝫ dictum est: q2 ficus protulit grossos suos: nō cū
aliquos edidit: sed cum totos. i. cum ad finem peruenit editio.
Queris quo tpe istiusmodi complemētum illi populo accidit?
Cum xp̄m occidit tunc completa est malicia eius: iuxta qō ipse
[mat. xxiii] eis predixerat: Implete mensuram patrum vestroꝝ. Unde in pa=
[Joh. xix.] tibulo traditurus iam spiritū ꝯsummatū est inquit. O qualem
cōsummationē dedit grossis suis ficus hec maledicta: τ subin=
de eterna ariditate dāṅata. O q̄ sunt nouissimi deteriores prioꝛi=
bus: Incipiens ab inutilibus: ad perniciosos peruenit ac ve=
nenatos. O grossum vipereumqꝫ affectum: odire solem qui ho
minum τ corpora sanat τ aias saluat. O nihilominus intellectū
grossum τ certe bouinum qui deū nō intellexerūt: nec in operi=
bus dei. Nimiuꝫ me fortasse causatur in sui sugillatione iudeus
qui intellectū illius dico bouinum. Sed legat in Esaia: τ plus
[Esa. i.] q̄ bouinū audiet. Cognouit (inquit) bos possessorem suū: τ asi=
nus presepe dñi sui: israel non cognouit me: populus meus non
[Ibidem.] intellexit. Uides me iudee mitiorem tibi ꝓpheta tuo? Ego te
comparaui iumētis: ille subiecit. Quāq̄ in sua ꝑsona propheta
[Joh. xliii.] non dixit hoc / sed in dei: qui deum se τ ipsis operibus clamat.
[Joha. x.] Et si mihi (inquit) nō creditis: operibus credite: τ si non facio
opera patris mei: nolite credere: nec sic tñ euigilant ad intelli=
gendum. Non fuga demonū: nō obediētia elemētorum: nō vita
mortuoꝝ bestialē hanc τ plus q̄ bestialē hebetudinē ab eis de=
pellere quiuit. De qua non min9 mirabili quā miserabili cecita
te factum est: vt in illud tam horrendum tāqꝫ enormiter gros=
sum facin9 prorumperent: dño maiestatis iniicientes man9 sacrile=
[Canti. ii.] gas. Exhic itaqꝫ dici potuit: q2 ficus protulit grossos suos: cū
iam videlꝫ legitima illi9 populi esse ceperunt quasi in exitu seq
summū: τ nouis iuxta veterē prophetiam superuenientibus vete
ra ꝓicerentur. Non aliter sane q̄ quomō grossi cadūt τ cedūt
suboriētib9 ficubus bonis. Quādiu inquit nō cessauit ficus
producere grossos suos nō te vocaui o spōsa: sciēs nō posse vna
prodire optimas fic9. Nūc autēꝫ ꝓductio q̄ pus ꝓducēdi erāt
nō tā intēpestiue te inuito: cū boni ac salutares fruct9 i primo
[Canti. ii.] esse noscantur: inutiles expūcturi. ¶ Nam vinee (inquit) flo=
rentes odorem dederūt: quod nihilomin9 appropinquātis fru=
ctus indicium est. Hic odor serpētes fugat. Aiūt florescētibus
vineis oē reptile venenatum cedere loco: nec vllatenus odoꝝ
ferre odorē florum. Quod volo attēdāt nouicii nostri: τ fiducia
liter agāt: cogitantes qualem spm acceperunt: cuius ꝓmitias
demones nō sustinēt. Si sic nouitius feruor: quid erit absoluta
[M] perfectio? Perpēdatur ex flore fructus: τ saporis virtus ex vi
estimetur odoris. ¶ Uinee florentes odorē dederunt. Et in ꝓn
[N] cipio quidem sic fuit. Ad predicationem noue grē secuta est no
uitas vite in his qui crediderunt: qui conuersationem suam in
ter gētes habētes bonā: xp̄i erant bon9 odor in oī loco. Odor
[i. Cor. i.] bonus: testimonium bonum. Hoc de bono opere tanq̄ de flore
odor procedit. Et qm̄ tali flore τ tali odore inter primordia na
scentis fidei fideles aīe veluti quedā spiritales vinee referte
apparuerūt: habentes testimoniū bonū τ ab his qui foris erāt
nō incongrue vt opinor de ipsis dictū sentimus: q2 vinee florē
tes odorem dederūt. Ad quid? Ut eos sane ꝓuocarent etiā q̄ nec
dum crediderant ex bonis operibus illos ꝯsiderantes glorifi=
carēt τ ipsi deū: atqꝫ ita eis odor vite ad vitā esse inciperet. Id
circo ergo dedisse odorē nō immerito referunt: q2 nō suam glo=
riā / sed alioꝝ de sua bona opinione quesiere salutē. Alioqn po=
terāt more quorūdam questū estimare pietatē: verbi grā: osten
tationis / mercedis. At istud esset non dare odorē sed vendere.
[O] ¶ Nunc ꝑo q2 oīa sua in charitate faciebant: nō plane vēdide=
rūt odorē: sed dederūt. Ceterū si vinee anime: flos opus: odor
opinio est: fructus quid? Martyrium. Et vere fructus vitis san
[Ps. cxxvi] guis est martyris. Cum dederit (inquit) dilectis suis somnum:
ecce hereditas domini filii merces fructus ventris. Prope mo
dum dixissem: fructus vitis. Quidni sanguinē vue dixerim me
racissimū: sanguinē innocētis: sanguineꝫ iusti. Quidni mustum
rubens / probatū / ꝑciosum: plane de vinea soreth / torculari pas
[P] sionis expressum? Deniqꝫ preciosa in cōspectu dñi mors sancto
rum eius. ¶ Hec pro eo qō dictum est vineas florentes odoreꝫ
dedisse. Ita si ad tēpora grē hunc locum respicere malim9: aut
si placet magis referri ad patres: nam vinea dñi sabaoth do=
mus israel est erit sensus. Christum in carne nasciturum τ mori=
turum odorauerunt ꝓphete τ patriarche: sed nō dederūt tunc
eūdē odorem suum: q2 non exhibuerūt in carne quē in spū pre
senserūt. Non dederunt odorem suum nec secretum sub publi=
cauerunt: expectātes vt reuelaretur in suo tpe. Quis sane tunc
caperet sapientiam in misterio absconditam in corpore nō ex=
hibitam? Ita vinee tūc quidem non dederūt odorē suū. Dede=
[Phil. ii.] runt autē postea: cū per successiones generationum nascētem
ex se xp̄m fm carnem partu virgineo seculis ediderūt. Tūc pla
ne inqꝫ spūales ille vinee dederūt odorem suū: cum apparuit
benignitas τ hūanitas saluatoris nři dei: τ cepit presentē ha=
bere mūdus quē pauci adhuc absentem presenserant. Uir ille
(verbi causa) qui iacob tangēs τ xp̄m sentiēs: ecce inqt odor
[Gal. i.] filii mei sicut odor agri pleni cui bñdixit dñs: cuꝫ hoc dicebat /
habebat delicias suas sibi: nec cuiq̄ illas communicabat. At
vbi venit plenitudo tpis in quo misit deus filiū suum factū ex
muliere: factum sub lege: vt eos qui sub lege erant redimeret:
tunc prorsus odor ille qui in illo erat / sese vbiqꝫ sparsit: adeo
vt a finibus terre ipm sentiens clamaret ecclesia: oleum effusuꝫ
nomen tuū: curreretqꝫ adolescentule in odore olei. Ita ista vi=
nea dedit odorem suū: τ eo temporis. Dederūt τ cetere in qui=
bus hic ipse odor vise extiterat. Quidni dederūt: e quibus xp̄s
fm carnē? Dictum est itaqꝫ vineas dedisse odorem: siue quia fi
deles anime bonam de se vbiqꝫ opinionē spargūt: siue q' palaꝫ
facta sunt mundo oracula τ reuelationes patrum τ in oēm ter
ram exiuit odoratus eorū: dicēte apostolo. Manifeste magnuꝫ
est pietatis sacramentum quod manifestatū est in carne: iustifi
catum est in spū: apparuit angelis: predicatum est gentibus:
[Q] creditum est mundo: assumptū est in gloria. ¶ Mirū vero si nec
ficus / nec vinee iste aliquid habent quod mores edificet. Ego
hunc locū arbitror esse τ moralem. Dico aūt per gratiam dei q̄
in nobis est: τ ficus nos habere τ vineas. Ficus quidē qui sua=
uiores in moribus sunt: vineas vero qui spū feruentiores. O ne=
mo qui se inter nos cōmuniter socialiterqꝫ agit: τ nō solum sine
querela cōuersatur inter fratres: sed τ multa cū suauitate fru=
endum se oībus prebet in oī officio charitatis: quidni illum vi=
cem agere fic9 conuenientissime dicā? Qui tñ grossos suos pus
ꝓtulerit proieceritqꝫ oportet: timorē vtiqꝫ iudicii quem ꝑfecta
charitas foras mittit: τ amaritudinem peccatoꝝ que vere con
fessioni τ infusioni grē crebrarumqꝫ profusioni lachrymaꝝ ce=
dat necesse est: ceteraqꝫ talia instar grossoruꝫ preeūtia fructuū
suauitatem: que vos quoqꝫ per vosmetipsos cogitare pote=
stis. Ut tamen adhuc ego aliquid adiiciam de eiusmodi qō oc=
currit: videte ne forte etiam hec inter grossos deputari pos=
sint: scientia / ꝓphetia / lingue / similiaqꝫ. Etenim ista more gros
sorum deficere habent τ cedere melioribus dicente aplo: quia
τ sciētia

[j.Co.xiij] [Luc.x.] z scientia destruetur: z pphetie euacuabunt: z lingue cessabūt. Fidem quoqꝫ ipsam intellectus excludet: speiqꝫ succedat visio necesse est. Quod eñ videt quis: quid sperat? Sola nō excidit charitas: sed illa qua deus toto corde/ tota aīa/ tota virtute dī ligitur. Ideo hāc minime grossis annumerauerim: ne ad ficum quidem dixerim ptinere sed ad vineas. Jam qui vinee sunt se ueriores nobis q̄ suauiores se exhibent: in spū vehemēti agē tes: zelantes pro disciplina: vitia acerrime corripiētes: aptan= [ps.cxxxvi.] [ps.lxviij.] tes sibi congruētissime vocem illam. Nonne qui oderūt te dñe oderam: z super inimicos tuos t-bescebant? Item. Zelus do= mus tue comedit me. Et mihi quidem illi in dilectione proximi: isti in dilectione dei eminere videntur. Sed libet pausare sub hac vite z sub hac ficu: vbi dei proximiqꝫ obumbrat dilectio. Utrāqꝫ teneo cū te amo dñe iesu xp̄e: qui meus primus es: qm̄ homo es z fecisti mecū misericordiam: z nihilominus es super omnia deus benedictus in secula. Amen.

¶ Qualiter ecclesia reperit diuitias diuine mīe in fora minibus vulnerū xp̄i. Et de fortitudine martyrū quaz a xp̄o receperunt. Sermo.lxj.

[A] [Canti. ij.] Surge amica mea sponsa mea z veni. Commendat sponsus multam dilectionem suam iterando amo ris voces. Nam iteratio affectionis expressio est: z q rursum ad laborē vinearū sollicitat dilectaz: ostendit quē sit de animarum salute sollicitus. Nā vineas aīas esse iā audistis: nō immoremur superuacue in his que dicta sunt. Videte sequētia. Spōsam tñ nusq̄ (vt memini) in hoc toto opere aperte adhuc nominarat: nisi modo cum ad vi= neas itur: cū vino charitatis appropinquatur. Que cū venerit z perfecta fuerit faciet spirituale coniugium: z erunt duo non [Ephe.v.] in carne vna/ sed in vno spiritu: dicente aplo. Qui adheret deo [j.Cor.vj.] vnus spiritus est. Sequitur. Colūba mea in foraminibus petre [Can.ij.] in cauernis macerie: ostende mihi faciē tuam: sonet vox tua in [Ibidem.] auribus meis. Amat z pergit amatoria loqui. Colūbam denuo blandiendo vocat: suam dicit: z sibi asserit propriam. Quoqꝫ ipse rogari obnoxius ab illa solebat: ipsius nunc versa vice z cōspe= ctum postulat z colloquium. Agit vt spōsus/ sed vt verecūdus publicū erubescit: decernitqꝫ frui delicijs suis in loco sequestri [B] vtiqꝫ in foraminibus petre z in cauernis macerie. ¶ Puta ergo sic dicere sponsum. Ne timeas amica quasi hec ad quam te hor tamur opera vinearum negocium amoris impedire seu interrū pere habeat. Erit certe z aliquis visus in ea ad id quod pariter optamus. Uinee sane macerias habēt: z he diuersoria gra[illegible] ve recūdis. Hic litteralis lusus. Quidni dixerim lusuz? Quid eñ serium habet hec littere series? Ne auditu quidem dignuz qd foris sonat: si non intus adiuuet spūs infirmitatē intelligentie nostre. Ne ergo remaneamus foris: ne z turpium (quod absit) amor videamur lenocinia recensere: afferte pudicas aures ad sermonē qui in manibus est de amore: z cū ipsos cogitatis amā tes: non virum z feminaz: sed verbū z animā sentiatis oportet. Et si christum z ecclesiam dixero/ idem est: nisi q ecclesie nole non vna aīa: sed multarum vnitas vel potius vnanimitas desi gnet. Nec sane foramina petre aut cauernas macerie latebras putetis operantium iniquitatē: ne qua prorsus suspitio subeat [C] de operibus tenebrarum. ¶ Alius hunc locū ita exposuit: fora mina petre vulnera xp̄i interpretans. Recte omnino: nā petra xp̄s. Bona foramina que fidem astruunt resurrectionis z xp̄i diui= [Joh.xx.] nitatē. Dñs meus (inquit) z deus meus. Unde hoc repertatum oraculum nisi ex foraminibus petre? In his passer inuenit sibi [ps.lxxxiij] domum: z turtur nidum vbi reponat pullos suos. In his se co= lumba tutatur z circūuolitantē intrepida intuet accipitrē. Et [Can.ij.] ideo ait. Colūba mea in foraminibus petre. Uox colūbe in pe= [ps.xxxix.] tra exaltauit me. Et item. Statuit (inquit) supra petram pedes meos. Uir sapiens edificat domū suā supra petrā: q ibi nec ven [D] torum formidet iniurias/ nec inundationum. ¶ Quid nō boni in petra? In petra exaltatus: in petra securus: i petra firmiter sto. Securus ab hoste: fortis a casu: z hoc qm̄ exaltatus a ter= ra. Anceps est enim z caducum terrenum omne. Conuersatio no stra in celis sit: et nec cadere nec deijci formidamus. In celis petra: in illa firmitas atqꝫ securitas est. Petra refugium eri= nacijs. Et reuera vbi tuta firmaqꝫ infirmis securitas z requies/ nisi in vulneribus saluatoris? Tāto illic securior habito: quāto ille potentior est ad saluandum. Fremit mund⁹: premit corpus diabolus insidiatur: non cado: fundatus enim sum supra fir= mam petram. Peccaui peccatū grande: turbatur cōscia: sed non perturbabitur: quoniam vulnerum dñi recordabor. Nēpe vul= neratus est pp̄ter iniquitates nostras. Quid tam ad mortē qd non christi morte saluetur? Si ergo in mentem venerit tam po= tens tanqꝫ efficax medicamentū nulla tam possum morbi mali [Gen. iiij.] gnitate terreri. Et ideo liquet errasse illū/ q ait. Maior est ini quitas mea quā vt veniam merear. Nisi q non erat de membris

xp̄i: nec pertinebat ad eū de christi merito vt suum presumeret suum diceret quod illius esset tanquā rem capitis membrum. [E] ¶ Ego vero fidenter qd ex me mihi deest: vsurpo mihi ex vi= sceribus dñi: qm̄ misericordia affluunt: nec desunt foramina p [ps.xxj.] que effluant. Foderūt manus eius z pedes latusqꝫ lancea fora uerunt: z per has rimas licet mihi sugere mel de petra: oleūqꝫ [ps. xxx.] [Deu.xxxij] de saxo durissimo. i. gustare z videre qm̄ suauis est dñs. Cogita [ps.xxxiij.] bat cogitationes pacis: z ego nesciebā. Quis eñ cognouit sen sum dñi: aut quis cōsiliarius ei⁹ fuit? At clauis reserās clauus pe netrās factus est mihi: vt videam voluntatē domini. Quidni vi deam per foramen? Clamat clauus: clamat vuln⁹ q vere deus sit in christo mundum recōcilians sibi. Ferrum ptransit animam eius: appropinquauit cor illius: vt non iā nō sciat cōpati infir= mitatibus meis. Patet arcanū cordis p foramina corporis pa= tet magnum illud pietatis sacramentum: patent viscera mise= [Luce.j.] ricordie dei nostri in quibus visitauit nos oriēs ex alto. Quid ni viscera per vulnera pateāt? In quo enim clari⁹ quā in vulne ribus tuis eluxisset q tu dñe suauis z mitis: z multe misericor [F] die? ¶ Maiorem enim miserationem nemo habz: quā vt animā suam ponat quis pro addictis morti z damnatis. Meum proin de meritum miseratio dñi. Non plane suz meriti inops. quādiu [Tren. iij.] ille miserationū nō fuerit. Qz si misericordie dñi multe: mult⁹ nihilominus ego in meritis sum. Quid enim si multorum sim [Rom.v.] mihi conscius delictorum? Nempe vbi abundauit delictum su perabundauit z gratia. Et si misericordie dñi ab eterno z vsqꝫ in eternum: ego quoqꝫ misericordias dñi in eternum cantabo. Nunquid iusticias meas? Dñe memorabor iustitie tue solius. Ipsa est enim z mea. Nempe factus es mihi tu iustitia a deo. Nunquid mihi verendum ne non vna ambobus sufficiat? Non est pallium breue/ quod s̄m prophetam nō possit operire duos. [ps.cxviij.] Justitia tua iustitia in eternum. Quid longius eternitate? Et te pariter z me operiet largiter: larga z eterna iustitia. Et in me quidē operit multitudinem peccatorum: in te autē dñe qd nisi pietatis thesauros: diuitias bonitatis? Hec in foraminibus pe= [ps.xxx.] tre reposite mihi. O magna multitudo dulcedinis tue in il= lis: operte quidē: sed in his qui pereunt. Ut qd enīz sanctū dei [j.Cor.ij.] canib⁹ vel margarite porcis? Nobis autē reuelauit de⁹ p spiritū tum suū etiā z apertis foraminib⁹ introduxit in sancta: quāta in his multitudo dulcedinis: plenitudo grē: pfectioqꝫ virtutuz. [G] ¶ Ibo mihi ad illa sic referta cellaria atqꝫ ad ammonitionē p phete relinquā ciuitates z habitabo in petra: ero quasi colūba nidificās in summo ore foraminis: vt cū moyse posit⁹ in forami ne petre: trāseūte dño merear saltē posteriora ei⁹ pspicere. Nā faciē stātis. i. incōmutabilis claritatē quis videat: nisi qui intro duci iā meruit nō in sancta: sed in sancta sanctorum? Nec vilis tñ aut contēnenda posteriorum contēplatio. Cōtēnat herodes: ego tanto magis nō cōtēno quanto magis contēptibilem se ostēdit herodi. Habēt etiam aliqd z posteriora dñi quod videre dele= ctet. Quis scit si conuertat z ignoscat de⁹: z relinquat post se [ps. lxxvij] benedictionē? Erit cum ostendet faciē suā: z salui erim⁹. Sed [ps.xx.] interim preueniat nos in bñdictiōib⁹ dulcedinis: illis vtiqꝫ q̄s post se relinquere cōsueuit. Nūc dignatiōis sue posteriora de= mōstret: aīs in gloria dignitatis faciē suā demōstratur⁹. Subli mis in regno: sed suauis in cruce. In hac me visione pueniat: in [ps.xv] illa adimpleat. Adimplebis me (ait) letitia cū vultu tuo. Utraqꝫ visio salutaris: vtraqꝫ suauis: sed illa i sublimitate: ista in hūili= [ps.lxvij.] tate. Illa in splēdore: hec i pallore est. Deniqꝫ (inqt) z posteriora dorsi ei⁹ in pallore auri. Quomō nō in morte pallescat? Sed me lius pallēs aurū q̄ fulgēs auricalcū: z qd stultū est dei/ sapienti⁹ est hoīb⁹. Aurum verbū: aurum sapientia est. ¶ Hoc aurum se= [H] metipsum decolorauit abscōdens formam dei: z formā serui p̄= [Canti.j.] tendēs. Decolorauit z ecclesiam q̄ ait. Nolite me cōsiderare q [ps.lxvij.] fusca sim qz decolorauit me sol. Ergo z posteriora ipsius in pal lore auri: que fuscū nō erubuit crucis: visionē passionis nō hor ruit: liuorē vulnerū nō refugit. Etiā cōplacet sibi in illis z optat nouissima sua fore horum similia. Idcirco deniqꝫ audit: columba mea in foraminib⁹ petre: q in christi vulnerib⁹ tota deuotione versef: z iugi meditatione demoretur in illis. Inde martyri to lerātia: inde illi magna fiducia apud deū altissimum. Non est q vereatur martyr exenguē: liuidāqꝫ leuare ad eū faciē: cui⁹ liuo re sanat⁹ est/ gloriosaz representare similitudinē mortis ei⁹ vti qꝫ in pallore auri. Quid vereat cui etiā dño dicit: ostende mihi fa [Canti. ij.] ciē tuā? Ad qd? Ut mihi vis/ se magis ostendere vult. Ita est videri vult: nō videre. Quid eñ ille nō videt? Nō est ei opus vt quis se ostendat a q̄ nil nō videt: nec si se abscōdat. Uult ḡ videri: vult be nign⁹ dux deuoti militis vultū z oculos in sua sustolli vulnera: vt illi⁹ ex hoc animū erigat z exēplo sui reddat ad tolerādū for tiorem. Enīuero nō sentiet sua: dū illi⁹ vulnera intuebit. Stat martyr tripudians z triūphans toto licet lacero corpore: z rimā te latera ferro: non modo fortiter sed z alacriter sacrū e carne sua circūspicit ebullire cruorē. Ubi ergo tunc anima martyris?

Nempe in tuto: nempe in petra: nempe in visceribus iesu: vulneri
bus vtiq; patentibus ad introeundum. Si in suis esset visceribus
scrutans ea: ferrum profecto sentiret: dolorem non ferret: succum
beret: et negaret. Nunc autem in petra habitans: quid mirum si in modum
[Z] petre durucrit? ¶ Sed neq; hoc mirum si exul a corpore dolo-
res non sentiat corporis. Neq; hoc facit stupor sed amor. Sub-
mittitur enim sensus: non amittitur. Nec deest dolor: sed superatur
sed contemnitur. Ergo ex petra martyris fortitudo: inde plane
[Ps. xxij.] potens ad bibendum calicem domini. Et calix hic inebrians quam precla
rus est. Preclarus inquam atq; iocundus non minus imperatori spe
ctanti quam militi triumphanti. Gaudium etenim domini fortitudo nostra.
Quidni gaudeat ad vocem fortissime confessionis. Deniq; et requi
[Canti. ij.] rit eam cum desiderio. Sonet (inquiens) vox tua in auribus meis. Nec
cunctabitur rependere vicem secundum suam promissionem continuo: vt qui se con
fessus fuerit coram hominibus: confitebitur et ipse eum coram patre suo.
[Mat. viij.] Rumpamus sermonem: nec enim potest finiri modo: ne sit sine mo-
do si cuncta que adhuc ex proposito capitulo restant: vno isto veli-
mus sermone complecti. Ergo quod superest seruemus principio al
teri: et de nostro sane et verbo et modo gaudeat sponsus ecclesie
iesus christus dominus noster: qui est super omnia deus bene-
dictus in secula. Amen.

¶ Qualiter intelligatur hoc quod dicitur Oratio iusti penetrat celos. Et quod nemo potest bene deum contemplari et verbum dei predicare: nisi perfectam habuerit mentis puritatem. Sermo. lxij.

[K] [Canti. ij.] Columba mea in foraminibus petre: in cauernis ma-
cerie. Non tamen in foraminibus petre tantum reperit co
lumba refugium: reperit et in cauernis macerie.
Et si maceriam non congeriem lapidum/ sed sanctorum
communionem accipimus/ videamus ne forte cauernas
macerie dixerit angelorum: qui ob superbiam lapsi sunt loca quasi va-
cua derelicta: quippe que repleri ex hominibus habent tanquam ruine
[I Pet. ij.] de lapidibus viuis reficiende. Unde apostolus Petrus. Accedentes
tes (inquit) ad lapidem viuum et ipsi tanquam lapides viui superedifica-
mini domos spirituales. Nec puto ab re esse si intelligimus an-
gelorum custodiam vicem exhibere macerie in vinea domini/ que
[Hebre. i.] est ecclesia predestinatorum cum paulus dicat. Nonne omnes ad-
ministratorij spiritus sunt missi in ministerium propter eos qui here
[Ps. xxxiij.] ditatem capiunt salutis? Et propheta. Immittit angelus domini in
[L] circuitu timentium eum. ¶ Et si ita sederit sensus: quia ecclesiam
[Ps. cxvij.] tempore et loco peregrinationis sue due res consolentur. De preterito
quidem memoria passionis christi de futuro autem quod se in sortem sancto
rum cogitat et confidit recipiendam. Ambo hec veluti ante et
retro oculata insatiabili desiderio contuetur: et vtrunq; illi inuitus ad
modum gratus: vtrunq; est illi refugium a tribulatione malorum et
dolore. Integra consolatio cum non solum quod sibi expectandum
sed et vnde id sit presumendum nouerit. Expectatio leta nec dubia que christi
morte firmata est. Cur paueat ad premij magnitudinem: que precij di
gnitatem considerat? Et libens mente inuisit foramina per que
sibi sacrosancti sanguinis precium fluxit. Et libens cauernas perambulat
bulat et diuersoria et mansiones que sunt in domo patris multe
atq; diuerse: in quibus habet collocare filios suos pro quorumq;
diuersitate meritorum. Et nunc quidem quod solum interim potest: so
la in his memoria requiescit: celeste habitaculum quod desurum est
[Ps. cx.] iam animo induens. Erit autem cum implebit ruinas cum cauernas et
corpore inhabitabit et mente: cum vacua domicilia que antiqui
reliquerunt habitatores: ipsa sue vniuersitatis illustrabit pre-
sentia: nec vlla vltra apparebit cauerna penitus in celesti mace
ria: felici de cetero perfectione sui atq; integritate gaudente.
[M] ¶ Aut si id magis probas: dicemus has cauernas a studiosis et
pijs mentibus non inueniri sed fieri. Quonam modo inquis? Cogi
tatione et auiditate. Cedit nempe in modum macerie mollioris
pia macerie desiderio anime: cedit pure contemplationi/ cedit cre
bre orationi. Deniq; oratio iusti penetrat celos. Non vtiq; ae-
ris huius corporei spaciosas altitudines veluti quodam remi
[Ezech. v.] gio alarum suarum instar volucris volantis scindet: aut quasi gla
[Ps. xviij.] dius acutus ipsius firmamenti solidum celsumq; verticem perfora-
bit. Sed sunt celi sancti/ viui/ rationales/ qui enarrant gloriam
dei: qui fauorabili quadam pietate nostris feruoris libenter incli
nant: et sinuatis ad tactum nostre deuotionis affectibus in sua nos
recipiunt viscera quotiens digna ad eos intentione pulsamus.
Pulsanti enim aperietur. Licebit itaq; vnicuiq; nostrum etiam
hoc tempore nostre mortalitatis cauare sibi quacunq; parte volet
cauernas superne macerie: nunc quidem patriarchas reuisere:
nunc vero salutare prophetas nunc senatui immisceri apostolorum: nunc
martyrum in sertis choris: sed et beatarum virtutum status et mansiones a
minimo angelo vsq; ad cherubin et seraphin tota mentis alacrita
[Luc. xj.] te percurrendo lustrare: prout quemq; sua deuotio feret. Apud quos
magis afficietur immittente sibi spiritu prout vult: si steterit et pul
sauerit: confestim aperietur ei: et facta quasi cauerna in monti-

bus vel potius mentibus sanctis: vbi se vltro inflectunt ad pietatem:
[N] requiescet vel paululum apud illos. ¶ Omnis anime sic facientis et
facies et vox deo grata existit: facies propter puritatem/ vox
[Ps. xx.] propter confessionem. Etenim confessio et pulchritudo in conspectu
eius. Unde et dicitur illi qui eiusmodi est: ostende mihi faciem tuam
[Canti. ij.] sonet vox tua in auribus meis. Uox admiratio in animo contemplantis:
vox gratiarum actio est. Delectatur admodum istiusmodi cauernis deus:
e quibus sibi vox resonat gratiarum actionis vox admirationis et lau
dis. Felix mens que sibi in hac maceria frequenter cauare stu
duit: sed que in petra felicior. Licet quidem cauare et in petra: sed
ad hoc purioris mentis acie opus est: et vehementiori omnino inten
tione: etiam et meritis potioribus sanctitatis. Et ad hec quis ido
[Joh. i.] neus? Nempe ille qui dixit In principio erat verbum: et verbum
erat apud deum/ et deus erat verbum: hoc erat in principio apud
deum. Nonne tibi videtur ipsis se verbi penetralibus immersisse
se et de abditis pectoris eius quandam intime sapientie sacrosan
ctam eruisse medullam? Quid ille qui sapientiam loquebatur
inter perfectos: sapientiam in misterio absconditam: quam nemo princi
pum mundi huius cognouit? Nonne vno et altero celo: acuta
sed pia curiositate terebratis e tertio tandem hanc plus scruta
tor eruerit: et ipsam non siluit nobis verbis quibus potuit fideli
[ij. Cor. xij.] bus fideliter intimans. Audiuit autem verba ineffabilia: que non
licuit illi loqui. Non vtiq; homini: nam sibi illa loquebatur et deo.
Puta ergo deum quasi sollicitam pauli charitatem hoc modo con
solari et dicere. Quid anxiaris quod conceptum tuum auditus non ca
[Canti. ij.] pit humanus? Sonet vox tua in auribus meis: hoc est. Si quod
sentis non licet reuelare mortalibus: consolare tamen quod vox tua diui
[O] nas queat mulcere aures. ¶ Uides sanctam animam nunc quidem
charitate sobriam nobis: nunc vero puritate excedentem deo? Uide
etiam de sancto Dauid ne forte ipse ille sit homo de quo cum deo quasi
de alio loquitur: quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi: et reliquie
cogitationis diem festum agent tibi. Ergo quod de cogitatione pro
phetica verbo et exemplo prophete venire ad medium poterat: id
propheta in publicam mox laxabat confessionem: et ex eo confiteba
tur in populis domino reliquum sibi et deo seruans vtraq; festiuum du
cens in leticia et exultatione. Hoc ergo est quod nobis intimare me
morato versiculo voluit: quicquid videlicet sua illa scrutabunda
et auida cogitatione ex archano sapientie eruere preualebat: par
tem quam poterat in salutem populorum sollicita predicatione impar-
tiebatur: reliquum quod capere plebes non poterant festiua iubilatio
ne in dei laudibus expendebat. Uides sancte contemplationi depe
rire nihil: dum quod expendi in plebium edificationem non potest: id
[Ps. cxlvj.] [P] vel maxime deo sit iocunda decoraq; laudatio? ¶ Que cum ita
sint duo liquet contemplationis genera esse: vnum de statu et feli
citate et gloria ciuitatis superne: quo vel actu vel ocio ingens illa
celestium ciuium occupata sit multitudo: alterum de regis ipsius
maiestate/ eternitate diuinitate. Illa in maceria: ista in petra.
Sed hoc quanto difficilius cauatur: tanto suauius quod inde eruitur
sapit. Nec verearis illud quod scriptura minatur scrutatoribus
bus maiestatis tantum affer purum et simplicem oculum. Non
opprimeris a gloria: sed admitteris nisi non dei/ sed tuam quesieris
gloriam. Alioquin sua quisq; opprimitur/ non dei gloria: dum pro-
cliuis in istam/ ad illam leuare ceruicem non sinitur: nimirum grauem
cupiditate. Hac excussa secure scrutemur in petra in qua the-
sauri absconditi sapientie et scientie sunt. Si adhuc dubitas: audi
[Ps. liij.] ipsam petram. Qui operantur (inquit) in me: non peccabunt. Quis
dabit mihi pennas sicut columbe: et volabo et requiescam? Ibi re
quiem inuenit mansuetus et simplex: vbi dolosus opprimitur/ vel ela
tus et cupidus inanis glorie. Ecclesia columba est: et ideo requie
scit. Columba: quia innocens/ quia gemens. Columba inquam: quia in man-
suetudine suscipit insitum verbum. Et requiescit in verbo hoc est
in petra: nam petra est verbum. Ecclesia ergo in foraminibus petre
per quam introspicit et videt gloriam sponsi sui: nec opprimitur
[Q] tamen a gloria: quoniam non sibi vsurpat eam. ¶ Non opprimitur quia non
scrutatrix maiestatis est sed voluntatis: nam quod maiestati atti
net/ interdum quidem et in ipsam intendere audet/ sed quasi admi
rans non quasi scrutans. Sed et si quando per excessum rapi in illam
contingat: digitus dei est iste dignanter leuans hominem: non ho
[Act. ix.] minis temeritas insolenter dei alta peruadens. Cum enim apo-
stolus raptum se commemoret/ et ausum excuset: quisnam alter pre-
sumat mortalium huic se diuine maiestatis horrendo scrutinio pro
prius intricare conatibus: et importunus contemplator pauenda
irrumpere in arcana? Scrutatores proinde maiestatis tanquam irru
ptores dici reor: non qui sunt rapiuntur in eam: sed qui irruunt. Ipsi
itaq; opprimuntur a gloria. Ergo formidolosa scrutatio maie-
[R] statis: at voluntatis tam tuta quam pia. ¶ Quidni tota diligentia
scrutando insistam sacramento glorie voluntatis: cui mihi parere
dum per omnia scio? Suauis gloria que non aliunde quam de ipsius
suauitatis contemplatione procedit: que de diuitiarum bonita-
[Joh. i.] tis ac multe miserationis intuitu. Deniq; vidimus gloriam hanc
gloriam quasi vnigeniti a patre. Totum nempe benignum totum
te paternum

re paternũ quod apparuit glorie in hac parte. Nõ me opprimet
gloria ista totis licet virib⁹ intendentez in se: ego potius imp̃
mar illi. Etenim reuelata facie speculantes in candẽ imaginez
transformamur de claritate in claritatẽ tanq̃ a dñi spũ. Trã-
formamur cum cõformamur. Absit autem vt in maiestatis glo-
ria: ⁊ non magis in voluntaris modestia: dei ab hoie conformi
tas presumat. Gloria mea hec est si vnq̃ de me audiero. Inueni
hominem fm cor meum. Cor sponsi: cor patris sui. Ipsum quod
Luce.vj. Estote: ait: misericordes sicut ⁊ pater vester misericors ẽ. Hec
forma quã videre desiderat cum ecclesie dicit. Ostende mihi fa
ciem tuam: forma pietatis ⁊ mansuetudinis. Hanc cum oi fidu
A cia leuat ad petram cui similis est. Accedite inquit ad eũ ⁊ il-
luminamini: ⁊ facies vre non cõfundent. ¶ Quo pacto humilis
ab humili cõfundet: a pio sctã: ⁊ a mansueto modesta: Non pla
ne abhorrebit a puritate petre pura facies sponse: non magis
quã a virtute virtus: a lumine lumen. Sed qr nõ ex omni se in-
terim parte adhuc ad petrã forandã ecclesia accedere põt: ne-
q̃ enim omniũ est q̃ in ecclesia sunt sacramenta diuine volũ-
tatis inspicere: aut apprehẽdere per semetipsos profunda dei
ideo nõ solũ in foraminibus petre sed ⁊ in cauernis macerie ha
bitare ostendit. Ergo in perfectis quidẽ qui rimari ac penetra
re arcana sapientie ⁊ puritate conscientie audent: ⁊ intelligẽ-
tie acumine possunt: habitat in foraminib⁹ petre. De reliquo in
cauernis macerie: vt qui in petra per semetipsos fodere: aut nõ
sufficiunt: aut nõ presumunt: in maceria fodiãt cõtenti vel glo-
riam sctõz mẽte intueri. Si cui ne hoc quidã possibile sit: huic
sane proponet iesum: ⁊ hunc crucifixũ: vt ⁊ ipse absq̃ suo labore
habitet in foraminibus petre: in quib⁹ non laborauit. Iudei in
his laborauerunt: ⁊ ipse in labores infidelium introibit vt sit
fidelis. Nec verendũ q̃ patiatur repulsam: qui ⁊ vocatur vt in
Esa.ij. tret. Ingredere inquit in petram: abscondere in fossa humo a
Luc.xvj. facie timoris dñi: et a glia maiestatis eius. Infirme adhuc et
inerti anime (que iuxta qd in euãgelio quidam de semetipso cõ
fitet: fodere non valet: mẽdicare erubescit) fossa ostendit hum⁹
vbi lateat: donec cõualescat ⁊ pficiat: vt possit ⁊ ipsa per se ca-
uare sibi foramina in petra: per que intret ad interiora verbi:
animi vtiq̃ vigore ⁊ puritate: Et si intelleximus fossam humũ
Ps.xxi. illam que ait. Foderũt manus meas ⁊ pedes meos: nõ erit am
bigẽdum de sanitate in ea citius adipiscẽda anime vulnerate
B que in ea demorabit. ¶ Quid enim tam efficax ad curãda con
scientie vulnera: necnõ ad purgãdam mentis aciam q̃ xpi vul-
nerum sedula meditatio. Uerum donec purgata ⁊ sanata perfe
Canti.ij. cte fuerit: nõ video qualiter illi aptari possit qd dicitur. Ostẽde
mihi faciem tuam: sonet vox tua in auribus meis. Quomõ de-
niq̃ faciem suam ostendere audeat: vel leuare vocem suam cui ⁊
Esa.ij. latere indicitur: Abscõdere (inquit) in fossa humo. Quare: Qr
non est pulchra facie: nec digna que videatur. Non erit digna
videri: q̃diu non erit videre idonea. Cum autem per inhabita
tionem fosse humi in sanando oculo interiori tantum profece-
rit: vt reuelata facie speculari gloriã dei ⁊ ipsa possit: tunc de-
mũ que videbit fiducialiter iam loquet: voce ⁊ facie placens.
Placeat necesse est facies: que in dei claritatem intendere põt.
Neq̃ eñ id posset nisi clara ipsa quoq̃ esset ⁊ pura: vtiq̃ trãs-
formata in eãdem quã cõspicit claritatis imaginem. Alioquin
ipsa dissimilitudine resiliret insolito reuerberata fulgore. Er-
go cũ pura purã intueri potuerit veritatẽ: tũc faciẽ ipsius spon
C sus videre cupiet: ⁊ cõsequẽter ⁊ vocẽ eius audire. ¶ Nã quãtũ il
Canti.ij. li placeat cũ puritate q̃dẽ mẽtis p̃dicatio veritatis: ostẽdit cuz
subinde isert. Uox eñ tua dulcis. Qr eñ nõ placeat vox si dis-
pliceat facies demõstrat cũ ilico subdit. Et facies tua decora.
Quid interne decor faciei nisi puritas: In pluribus hec absq̃
predicationis voce cõplacuit: illa absq̃ ista in nemine. Impu-
ris nõ se ostendit veritas: nõ se credit sapiẽtia. Quid ergo lo-
Joh.iij. quunt quã nõ viderũt: Qd scimus (inq̃t) loquimur: ⁊ q̃ vidim⁹
testamur. Id ergo tu audes testari qd nõ vidisti: ⁊ loq̃ qd igno-
ras: Queris quẽ dicã impurũ: Qui laudes requirit humanas
qui nõ ponit sine sumptu euangeliũ: q̃ euãgelizat vt mãducet:
qui questũ estimat pietatẽ: qui nõ requirit fructũ: sed datũ. Im
puri sunt tales: ⁊ cũ nõ habeãt vnde videãt veritatẽ pp̃ter im
puritatẽ: habẽt tñ vñ illã loquant. Quid p̃propere agitis: Cur
D lucẽ nõ expectatis: Cur opus lucis ante lucẽ p̃sumitis: ¶ Uanum
Ps.cxxvi num est vobis ante lucẽ surgere. Lux est puritas: lux charitas
j.Co.xiij. que nõ q̃rit q̃ sua sunt. Hec p̃cedat: ⁊ pes lingue in incerto non
ponit. Supbo oculo veritas nõ videt: sincero patet. Non est qd
se veritas deneget intuendã puro cordi ac per hoc ne eloquen
Ps.xlix. dam. Pctõi aũt dicit deus. Quare tu enarras iustitias meas:
⁊ assumis testamẽtũ meũ p os tuum: Multi puritate neglecta
ante loq̃ q̃ videre conati sunt: ⁊ aut grauiter errauerũt nescien
tes de quibus loquerentur: neq̃ de quibus affirmarẽt: aut tur
piter vixerunt: dum qui alios docerent seipsos nõ docuissent.
A quo nos gemino malo semp custodiat ex oratus a nobis spõ
sus ecclie iesus christus dominus noster qui est super oia deus
benedictus in secula. Amen.

¶ Qd viro sapienti vita seu mens sua sit sibi vinea in cultu. Et de duobus vulpium generibus: scz adulatoribus et detractoribus. Et de temptationib⁹ monachorum nouitiorum. Sermo.lxiij

E Capite nobis vulpes paruulas que demoliuntur vi
Can.ij. neas: nam vinea nostra floruit. Liquet q̃ non ocio
se ad vineas itum sit qñ ibi inuente sunt vulpes de
molientes eas: littera quidẽ istud. Spũs autem q̃d
Ante oia sane vt cõem ⁊ vsitatum littere sensum in
hac explanatione penit⁹ respuamus: vtpote ineptum ⁊ insul-
sum: indignumq̃ plane qui recipiatur in scriptura tam sctã tã
autentica. Nisi quis forte ita vecors ⁊ aio stolidus sit vt p ma
gno habeat didicisse ex ea instar filiorũ huis seculi: curã gere
re terrenarum possessionum: custodire ⁊ defensare vineas ab i-
cursantibus bestijs: ne forte contingat amittere fructuz vini: in
Ephe.v. quo est luxuria: simulq̃ pereat opera ⁊ impẽsa. Grande scz dan
num vt propterea libruz sanctum tanto studio ⁊ tanta cum ve-
neratione legam⁹. q̃ docemur in eo a vulpib⁹ vineas custodire
ne in excollendis illis frustra marsupia vacuẽtur si in custodiẽ
dis pigri fuerimus. Non estis tã rudes: neq̃ adeo spũalis gra-
tie expertes: vt ita carnaliter sapiatis. Ergo in spũ ista quera-
mus. Ibi sane inuenimus: sano quidẽ intellectu: sensuq̃ nihilo
minus digno: ⁊ vineas florẽtes: ⁊ vulpes demoliẽtes: in quib⁹
capiendis vel amouẽdis ⁊ honestius laboratur ⁊ fructuosius.
An vos dubitatis longe vigilantius insistẽdũ mẽtibus seruã-
dis q̃ frugibus longe curiosius inuigilandũ cauendis p̃pter
illas spiritualibus nequitijs: q̃ capiendis propter istas frau-
F dulentis vulpeculis: ¶ Sed iam a me demonstrande sunt spi-
ritales iste tam vites q̃ vulpes. Uestra intererit filij sue quenq̃
vinee p̃uidere: cũ me disputante aduerterit in quibus sibi ⁊ a
quibus maxime sit cauendum. Uiro sapienti sua vita vinea est
sua mens: sua conscientia. Nil quippe incultum desertumve
in se sapiens derelinquet. Stult⁹ non ita. Cuncta apud eũ ne-
glecta inuenies: cuncta iacentia: cuncta inculta ⁊ sordida. Non
est vinea stulto. Quõ vinea: vbi nil plantatum: nil elaboratum
vspiã p̃z: Tota spinis siluescit ⁊ tribulis stulti vita ⁊ vinea est:
Ps.cxliij. Et si fuit iã nõ est: redacta in solitudinẽ. Ubi vitis virtutis: Ubi
G botr⁹ boni opis: Ubi vinũ leticie spũalis: ¶ Per agrũ hois pi
gri trãsiui (inq̃t) ⁊ p vineã viri stulti: ⁊ ecce totũ repleuerãt vrti
ce ⁊ operuerunt supficiẽ eius spine: ⁊ maceria lapidum destructa
erat. Audis sapientẽ irridentẽ stultum q̃ bona nature et dona
gratie que forte per lauacrum regenerationis acceperat: tanq̃
illam quam plantauit de⁹: ⁊ non homo primam suam vineaz in
non vineã negligendo redegit. Deniq̃ nõ potest vinea esse vbi
vita non est. Nam stultũ q̃ viuit mortem potius quã vitã esse
censuerim. Quõ vita cum sterilitate: Arbor arida ⁊ in sterilita
Ps.lxxvij. tem versa nonne mortua iudicatur: Et sarmenta mortua sunt.
Et occidit (inquit) in grandine vineas eoz monstrans vita pri
uatas que sterilitate dãnate sunt. Sic stultus eo ipõ q̃ inutili-
ter viuit: viuens mortu⁹ est. Soli itaq̃ conuenit sapienti habe
re vel pot⁹ esse vineã: qui vitam hz. Est lignum fructiferum in
domo dei: ac per hoc lignum viuens. Siquidem ⁊ ipsa sapien-
Hebre.x. tia qua sapiẽs dicit ⁊ est: lignũ vite est apphẽdẽtib⁹ eã. Quid
ni viuat apprehensor ei⁹: Uiuit: sed ex fide. Iustus nẽpe est sa
piens: ⁊ iustus ex fide viuit. Et si aia iusti sedes est sapiẽtie: si-
cut est: pfecto is sapiẽs qui iustus. Is ergo siue iustum nomi
nes siue sapientem: nunq̃ absq̃ vinea viuet: qr nunq̃ nõ viuet.
Hoc quippe est illi vinea qd vita. Et bona vinea iusti: immo bo
na vinea iustus: cui virtus vitis: cui actio palmes: cui vinũ testi
ij.Cor.j. moniũ cõscie: cui lingua torcular expssiõis. Deniq̃ glia nr̃a hec
est (inquit) testimoniũ cõsciẽtie nr̃e. Uides apud sapientez va-
care nihil: Sermo: cogitatio: conuersatio: ⁊ si quid aliud est
ex eo q̃dni totũ dei agricultura: dei edificatio est: ⁊ vinea dñi
sabaoth: Quid deniq̃ illi de se pire possit qñ ⁊ foliũ eius non
defluet: Ceterum tali vinee nũq̃ infestationes nũq̃ insidie de
erunt. Nempe vbi multe opes: multi sunt ⁊ qui comedunt eas.
Sapiens erit sollicitus seruare vineam suam non minus q̃ ex
H collere: nec sinet eã vorari a vulpib⁹. ¶ Pessima vulpis occult⁹
de tractor sed non minus nequã adulator blandus. Cauebit sa
piens ab his. Dabit operam sane quod in ipso est: cape illos q̃
talia agũt: sed cape beneficijs atq̃ obsequijs monitisq̃ saluta-
ribus ⁊ orõnib⁹ pro his ad deum. Non cessabit istiusmodi car-
bones ignis cõgerere super caput maledici: ⁊ item sup adula-
Can.ij. ris: quousq̃ (si fieri põt) ⁊ ille inuidiam: ⁊ iste simulationez de
corde tollat faciens mandatum sponsi dicentis. Capite nobis
vulpes paruulas: que demoliuntur vineas. An non tibi capt⁹
ille videtur qui suffusus ora rubore: quippe propitius erubescẽs

iudicium: ipse sue confusionis et penitudinis testis est: siue quod oderit hominem amore dignissimum: siue quod dilexerit tantum verbo et lingua cum a quo se diligi ope et veritate vel sero expertus est. Captus plane et captus dominus sermonum quod noiatim ipse expressit capite inquiens nobis. Utinam ego omnes aduersantes mihi sine causa ita capere possim: vt christo eos vel restituam vel acquiram. Sic sic confundantur et reuereantur qui querunt animam meam: auertantur retrorsum et erubescant qui volunt mihi mala: quatinus inueniar et ipse obediens sponso: non modo in capiendo vulpes: sed et in capiendo ipsi. Sed reflectatur sermo ad sui principium vt suo ordine series explanationis procedat. ¶ Capite nobis vulpes paruulas que demoliuntur vineas. Locus moralis est: et iuxta morum disciplinam nos iam ostendimus spiritales has vineas non nisi spirituales viros esse: quorum cum omnia interiora culta sint: omniaque germinantia/ omnia fructificantia et parturientia spiritum salutis: quomodo de regno dei/ sic de his vineis eque domini sabaoth possum dicere: quoniam intra nos sunt. Denique in euangelio legitur dari gentibus regnum facientibus fructus eius. Hi sunt quos paulus enumerat dicens. Fructus autem spiritus est charitas/ gaudium/ pax/ patientia/ longanimitas/ bonitas/ benignitas/ mansuetudo/ fides/ modestia/ continentia/ castitas. Fructus isti profectus nostri. Hi accepti sponso: quia ipsi cura est de nobis. Num de virgultis cura est deo? Homines non arbores amat homo deus: et nostros profectus suos fructus deputat. Tempus horum diligenter obseruat: arridet apparentibus: et sollicitus satagit ne pereant nobis cum apparuerint. Immo et ho ne pereant sibi: se enim reputat tanquam nos. Ideoque prouidens capi sibi iubet insidiantes vulpeculas ne nouellos fructus ipse precipiant. Capite (inquit) nobis vulpes paruulas: que demoliuntur vineas. Et quasi quis dicat/ prepropere times: nondum venit fructuum tempus: non est ita inquit: nam vinea nostra floruit. Post flores non est fructuum mora: adhuc illis cadentibus/ isti erumpunt illico: illico incipiunt apparere. ¶ Parabola ista instantis est temporis. Uideris istos nouicios? Nuper venerunt: nuper conuersi sunt: non possumus de ipsis dicere: quia vinea nostra floruit. Floret enim. Interim quod in eis apparere videris flos est: fructuum tempus nondum aduenit. Flos nouella conuersatio est: flos formula recens vite emendatioris est. Induerunt sibi faciem disciplinatam et bonam: totius corporis compositionem. Placent fateor que in facie sunt: negligentior vtique is qui foris apparet corporis cultus et vestium: sermo rarior: vultus hilarior: aspectus verecundior: incessus maturior. Uerum quia hec nouiter cepere: ipsa sui nouitate flores censenda sunt: et spes fructuum magis quam fructus. Uobis filioli non timemus a fraude vulpium: que fructibus magis quam floribus inuidere noscuntur. Uestrum aliunde periculum est. Ustionem certe metuo floribus: non subreptionem sed vstionem a frigore. Aquilo mihi suspectus est et frigora matutina que intempestiuos flores solent perdere: fructus preripere. Itaque ab aquilone panditur vestrum malum. A facie frigoris eius quis sustinebit? Hoc frigus si semel animam: anime quidem (vt assolet) in curia spiritus dormitante peruaserit: ac nemine deinde (quod absit) inhibente ad interiora eius peruenerit: descenderit in viscera cordis et in sinum mentis: concusserit affectiones: occupauerit consilii semitas: perturbauerit iudicii lumen: libertatem addixerit spiritus: mox (vt in corpore solet euenire febricitantibus) subit quidam animi rigor et rigor lentescit: languor fingitur virium: horror austeritatis intenditur: timor sollicitat paupertatis contrahitur animus: subtrahitur gratia: protrahitur longitudo vite: sopitur ratio: spiritus extinguitur: deferuescit nouicius feruor: ingrauescit tepor fastidiosus: refrigescit fraterna charitas: blanditur voluptas: fallit securitas: reuocat consuetudo. Quid plura? Dissimulatur lex: abdicatur ius: fas proscribitur derelinquitur timor domini. Datur postremo impudentie manus presumitur ille temerarius/ ille pudendus/ ille turpissimus: plenus ille ignominia et confusione: saltus de excelso in abyssum: de pauimento in sterquilinium: de solio in cloacam: de celo in cenum: de claustro in seculum: de paradiso in infernum. Principium et originem huius pestis: et vel qua arte vitetur vel qua superetur virtute: non est huius temporis demonstrare. Alias erit hoc: nunc cepta prosequamur. Ad prouectiores et firmiores sermo est retorquendus ad vineam que iam floruit/ cui quidem et si non est quod floribus formidet a frigore: sed non fructus securi sunt a vulpibus. Dicendum aptius que sint spiritualiter he vulpes: cur pusille dicantur: cur iubeantur potissimum capi: et non abigi vel occidi etiam introducenda diuersa genera harum bestiarum ad maiorem audientium noticiam et cautelam: non sane sermone isto: vt fastidio consulamus: et nostre deuotionis alacritas perpetuetur in gratia et confessione glorie magni ecclesie sponsi domini nostri iesu christi qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen.

Ps. xxix.
Canti. ij.
Gal. v.
Cant. ij.
Ps. cxlvij.

¶ De temptationibus monachorum prouectorum et de hereticis. Sermo. lxv.

Ipsum promissi memor. Capite nobis vulpes paruulas que demoliuntur vineas: nam vinea nostra floruit. Uulpes temptationes sunt. Necesse est vt veniant temptationes. Quis enim coronabitur: nisi qui legitime certauerit? Aut quomodo certabunt: si desit qui impugnet? Tu ergo accedens ad seruitutem dei sta in timore: et prepara animam tuam ad temptationem/ certus omnes qui pie volunt viuere in christo persecutionem passuros. Porro temptationes diuerse sunt: pro temporum diuersitate. Et initio quidem nostris tamquam nouellarum teneris floribus plantationum in euidenti vis algoris incumbit: cuius meminimus in sermone altero: et incipientes ab hac peste cautos reddidimus. Iam vero proficientium sanctioribus studiis minime quidem sese opponere contrarie virtutes aperte audent: sed solent ex occulto insidiari quasi quedam fraudulente vulpecule: specie quidem virtutes: re autem vitia. Quantos verbi gratia) ingressos viam vite: progressos ad meliora/ super semitas iustitie bene securosque proficiscentes et proficientes fraude probo pudor vulpium harum turpiter supplantatos expertus sum: et sero in se virtutum suffocatos plangere fructus. ¶ Uidi ego hominem currentem bene: et ecce cogitatio. Quidni vulpecula fuit? Quantis (inquit) bonum quo solus fruor si essem in patria: possem vtique impartiri fratribus et cognatis: notis et amicis. Amant me: et facile acquiescerent suadenti. Ut quid perditio hec. Uado illinc et saluo multos ex illis et me pariter. Nec verendum in loci mutatione. Etenim dum bene faciam: quid interest vbi nisi quod illic procul dubio satius vbi fructuosius degam. Quid plura? It et perit miser non tam exul ad patriam quam canis reuersus ad vomitum. Et se perdidit infelix: et suorum acquisiuit neminem. En vna vulpecula ista videlicet frustratoria spes quam habuit in acquisitione suorum. Potes tu quoque per teipsum in teipso alias similes huic inuenire seu aduertere si non negligas. ¶ Uis tamen et vnam adhuc ego ostendam tibi? Facio etiam et tertiam et quartam quoque demonstrabo: si te ad capiendas eas quas forte ex his in tua aduerteris vinea inuenero vigilantem. Interdum bene proficientis cuiuspiam: cum sibi profusius aliquid superne gratie senserit irrorari: subit animum desiderium predicandi: non quidem ad parentes et propinquos: iuxta illud continuo non acquieui carni et sanguini: sed quasi purius/ fructuosius fortiusque passim ad extraneos et ad omnes. Caute omnino. Sane timet propheticum incurrere maledictum: si que in abscondito acceperit frumenta/ abscondat in populis: et contra euangelium facere: nisi que in aure audiuit/ predicauerit super tecta. Uulpes est/ atque illa peiore eo nociuior quo occultior veniens: Sed capio tibi eam. Primus moyses dicit: non arabis in primogenito bouis. Hoc paulus interpretans: non neophitum inquit ne in superbiam elatus incidat in iudicium diaboli. ¶ Et rursum. Nec quisque inquit sumit sibi honorem: sed qui vocatur a deo tanquam aaron. Item ipse. Quomodo predicabunt (ait) nisi mittantur? Et scimus monachi officium esse non docere: sed lugere. Et his similibusque collectis mihi texo rethe et capio vulpem: ne demoliatur vineam. Et his nempe claret et certum est quod publice predicare: nec monacho conuenit/ nec nouicio expedit: nec non misso iste. Porro contra hec tria venire quanta conscientie demolitio est? Ergo quicquid tale alio suggeratur: siue sit illud tua cogitatio siue immissio per angelum malum: dolosam agnosce vulpeculam. i. malum sub specie boni. Sed aspice aliam. Quantos ex monasteriis spiritu feruentes heremi solitudo suscepit: et aut tepefactos euomuit: aut tenuit contra heremi legem non modo remissos/ sed etiam dissolutos: sicque apparuit vulpeculam affuisse vbi tanta facta est vastatio vinee. i. vite et conscientie hominis detrimentum. Cogitabat si solus degeret: multo se copiosiores fructus spiritus percepturum: quippe qui in communi vita tamen spiritualis gratie fuisset expertus. Et bona visa est sua cogitatio sibi: sed rei exitus indicauit magis eandem illi cogitationem vulpem demolientem fuisse. Quid illud quod nos quoque totiens in domo ista tam grauiter inquietat et notabilem loquor quorundam qui inter nos sunt superstitiosamque abstinentiam: ex qua se omnibus sibique omnes molestos reddunt? Quomodo non hec ipsa discordia tam generalis et sue illis conscientie dissipatio est/ et quod in ipso est: grandis vinee huius quam plantauit dextra domini: vestre scilicet omnium vnanimitatis demolitio? Ue homini per quem scandalum venit. Qui scandalizauerit inquit vnum de his pusillis: durum est quod sequitur. Quanto duriora meretur qui tantam et tam sanctam multitudinem scandalizat? Iudicium prorsus durissimum portabit quicumque est ille. Sed hec alias. ¶ Nunc vero intendamus his que a sponso dicuntur super pusillis et astutis his animalibus demolientibus vineas. Pusillis dixerim non malicia sed subtilitate. Astutum siquidem natura hoc genus est animantis: proprium admodum ad nocendum in occulto: et vt mihi congruentissime designare subtilissima quedam vitia: specie palliata virtutum/ qualiumcumque formam premissis ad noticiam exemplis paucis licet iam aliquantisper expressi. Nec enim aliter nocere queunt nisi quod se virtutes/ virtutum quadam similitudine mentiuntur. Sunt autem cogitationes hominum aut vane/ aut facte immissiones per angelos malos: angelos sathane qui se transfigurant

Canti. ij.
i. Thi. i.
ij. Thi. iij.
Math. xvi.
Deut. xv.
Thi. iij.
Hebre. v.
Rom. x.
Mat. xviij.
Mar. ix.

[ii. Cor. xi] figurant in angelos lucis: parentes sagittas suas in pharetra:
[Ps. x.] hoc est in oculto: vt sagittēt in obscuro rectos corde. Unde et pu
sillas eas propter hoc reor dici: q cū cetera vitia quadā quasi
corpulētia sui manifesta se prebeāt: hoc genus pro sui subtilita
te haud facile agnosci: et ideo nec caueri possit/nisi dūtaxat a
perfectioribus exercitatis: et qui habeāt illuminatos oculos cordis
ad discretionem boni et mali: maxieqȝ ad discretionē spirituū:
[ii. Cor. ii.] qui cum aplo possint dicere: qȝ non ignoram9 astutias sathane
neqȝ cogitationes eius. Et vide ne forte ob hoc a sponso iubeā
tur non quidē exterminari vel abigi vel occidi/sed capi: et vide
lȝ hmōi spūales dolosasqȝ bestiolas omni vigilantia et cautela
obseruari oporteat et examinari: et sic capi. i. cōprehēdi in astu
tia sua. Ergo cum prodit dolus: cum fraus aperitur: cum con
uincitur falsitas: rectissime tunc dicitur capta vulpis pusilla q
[A] demoliebatur vineam. ¶ Deniqȝ dicimus hominē in sermone
[Mat. xxii] capi: sicut habes in euāgelio: qȝ cōuenerūt pharisei in vnum vt
[Canti. ii.] caperēt iesum in sermone. Ita ergo sponsus capi iubet vulpes
pusillas que demoliunt vineas. i. deprehendi/ conuinci/prodi.
Solum hoc malignitatis genus id proprium habet vt agnitū
iam minime noceat: ita vt agnosci sit illi expugnari. Quis em
nisi demēs cōperta decipula: sciēs et prudēs pedem mittit in il
lam? Sufficit proinde si capientur que eiusmodi sunt: hoc est si
prodas et deducas ad medium: quippe quib9 apparere perire
est. Non sic cetera vitia. Nēpe manifeste veniunt: manifeste no
cent: scientes captiuāt: superāt reluctantes: vtpote vi non do
lo agentia. Ergo cōtra hmōi aperte seuientes bestias non inue
stigatione opus est: sed refrenatione. Solas has vulpes paruu
las/dissimulatrices maximas (quia prodite iam nō nocēt) suf
ficit educi in lucē et capi in calliditate sua. Nam foueas habēt.
Tali itaqȝ ex causa vulpes iste et capi iubentur: et paruule de
scribuntur. Uel ideo paruule: vt nascentia vitia in ipso ortu: do
nec vtiqȝ paruula sunt vigilanter obseruās ilico cōprehēdas:
[B] ne crescentia plus noceāt: et difficilius capiātur. ¶ Et si iuxta
allegoriam ecclesias vineas/vulpes hereses vel potius hereti
cos ipsos intelligamus: simplex est sensus: vt heretici capiant
potius qȝ effugentur. Capientur dico/non armis sed argumē
tis quib9 refellantur errores eorum: ipsi vero si fieri pōt recō
[i. Thi. ii.] cilient catholice: reuocentur ad verā fidē. Hec est em volūtas
eius qui vult oēs homines saluos fieri: et ad agnitionem veri
tatis venire. Hoc deniqȝ velle se perhibet: qui non simpliciter
capite vulpes: sed: capite (inquit) nobis vulpes paruulas. Si
bi ergo et sponse sue: id est catholice iubet acquiri has vulpes:
cum ait. Capite eas nobis. Itaqȝ hō de ecclesia exercitatus et
doctus si cū heretico hoīe disputare aggreditur: illo intentio
nē suam dirigere debet: quatinus ita errātē cōuincat: vt et cō
[Jaco. v.] uertat cogitans illud apl'i Jacobi: qȝ qui conuerti fecerit pec
catorem ab errore vie sue: saluabit animā eius a morte: et operit
multitudinem peccatorum. Qȝ si reuerti noluerit: nec cōuict9
post primā iam et scd'am admonitionem / vtpote qui oino sub
uersus est) erit fm apostolum deuitandus. Ex hoc iam melius
(vt quidē ego arbitror) effugatur aut etiā religatur: qȝ sinit vi
[C] neas demoliri. ¶ Nec propterea sane nihil se egisse putet qui
hereticum vicit et cōuicit: hereses cōfutauit: verisimilia a vero
clare apteqȝ distinxit: praua dogmata plana et irrefragabili rō
ne praua esse mōstrauit: prauū deniqȝ intellectū extollētem se
aduersus scientiam dei in captiuitatē redegit. Nempe cepit ni
hilominus qui talia operatus est vulpem: et si nō ad salutē illi: et ce
pit eam sponso et sponse qȝuis aliter. Nam et si hereticus nō sur
rexit de fece ecclesia tamen confirmatur in fide: et quidē de p
fectibus spōse/spōsus sine dubio gratulatur. Gaudiū etenim
dni est fortitudo nr̄a. Deniqȝ nō putatis se aliena lucra nr̄a: qui
se nobis tā dignāter associat/dū iubet capi vulpes non sibi/sȝ
nobis secum: capite inquiens nobis. Aduertere est enim quod
ait nobis. Quid hac voce socialius? An nō tibi videt hoc dice
re: quasi quidā paterfamilias q per se nihil habeat: sed oia cō
munia cū vxore filiis atqȝ domesticis? Et qui loquitur deus
est: minime tn̄ vt deus id loquitur/sed vt spōsus. Capite nobis
vulpes. Uides qȝ socialiter loquitur qui socium nō habet? Po
terat dicere mihi: sed maluit nobis/ɔsortio delectatus. O sua
uitatē: o gratiā: o amoris vim. Ita ne summus oim vnus factus
est oim? Quis hoc fecit? Amor dignitatis nescius: dignatione
diues: affectu potens: suasu efficax. Quid violētius? Triūphat
de deo amor. Quid tn̄ tam nō violentū? Amor est. Que est ista
[Phil. ii.] vis queso tam violenta ad victoriā: tam victa ad violentiā? De
niqȝ semetipsum exinaniuit: vt scias amoris fuisse qȝ plenitudo
effusa est: qȝ altitudo adequata est: qȝ singularitas associata est.
Cū quonā tibi o admirāde sponse tam familiare ɔsortium? No
bis inquis capite. Qui tecū? An ecclesie de gentibus? De mor
talibus et peccatoribus collecta est. Illam scimus que sit. Sed
tu qs es: ethiopisse huius tam deuotus tā ambitiosus amator?
[Ps. xliiii.] Sane nō alter moyses: sed plusqȝ moyses. Nū tu ille es specio
sus forma pre filiis hominū? Parū dixi: candor es vite eterne:
splēdor et figura substantie dei. Postremo super oia deus bene
dictus in secula. Amen.

¶ De duplici genere hereticorum/ scilicet manifestorū et occultorū. Et de impietate quorundā qui ne secretū prodat peierare pmittūt dicētes viros posse mulierib9 cohabitare sine detrimēto cōtinētie. Sermo. lxv.

[D] Duos vobis super vno capitulo disputaui sermōes: tertium edere paro: si audire non tedeat. Et neces
sariū reor. Nā qȝ ad nostrā quidē spectat domesti
cam vineā (que vos estis) satis me arbitror in duo
bus fecisse sermonibus pro munimēto illi aduersus
insidias tripartiti generis vulpiū: q sunt adulatores/detracto
res/ac seductorū qdā spūs: gnari et assueti mala sub specie bo
ni inducere. Uerū dnice vinee nō ita. Illā loquor q impleuit ter
rā: cuius et nos portio sumus: vineā grādē nimis: dni plātatam
manu: redemptā sanguine: rigatā verbo: propagatā gratia: fe
cundatā spiritu. Ergo plus propriā curā gerens: in cōmune mi
nus profui. Mouet me autem pro ipsa multitudo demolientiū
eam: defensantiū paucitas: difficultas defensionis. Difficulta
tē occultatio facit. Nā cū ecclesia semp ab initio sui vulpes ha
buerit: cito oēs cōperte et capte sunt. Cōfligebat heretic9 palā
nā inde heretic9 maxie qȝ palā vincere cupiebat: et succūbebat.
Ita ergo facile ille capiebāt vulpes. Quid enim si posita in lucē
veritate/hereticus in sue ptinacie tenebris remanēs solus fo
ris religatus aresceret? Nihilominus capta reputabatur vul
pes cōdēnata impietate: et impio foras misso/ ostentui vtiqȝ iā
[Osee. ix.] victuro nō fructui. Ex hoc iuxta prophetā: erāt illi vbera arē
tia et venter sterilis: qȝ nō repullulat error publice confutatus:
[E] et falsitas aperta nō germinat. ¶ Quid faciemus his malignis
simis vulpibus vt capi queant: que nocere qȝ vincere malunt: et
ne apparere quidem volunt/sed serpere? Omnibus vna inten
tio hereticis semper fuit captare gloriā de singularitate scien
tie: sola ista malignior ceteris: versutiorqȝ heresibus: dānis pa
scitur alienis proprie glorie negligens. Docta credo exemplis
veterum: que prodite euadere non valebant: sed confestim ca
piebantur: cauta est nouo maleficii genere operari mysteriū ini
quitatis: eo licentius quo latentius. Deniqȝ indixere (vt dicit)
latebras sibi: firmauerunt sibi sermonē nequā. Iura periura: se
cretum prodere noli. Enimuero alias ne tenuiter quidē iurare
[Jac. v.] vllatenus acquiescunt: propter illud de euangelio: non iurare
neqȝ per celum neqȝ per terrā etc. O stulti et tardi corde: repleti
plane pharisaico spū: liquātes culicem et camelum glutiētes.
Iurare nō licet: et peierare licet? An in hoc solo vtrumqȝ licet?
De quonā mihi euangeliorū loco pducitis istam exceptionem
qui ne iota qdē (vt falso gloriamini) pteritis? Patet vos et sup
stitiose obseruare de iuramēto: et flagitiose psumere de piurio.
O puersitatē: Qȝ ad cautelā ɔsultū est / vȝ nō iurare: hoc isti
mandati vice tam cōtentiose obseruāt: et qȝ immobili iure sanc
citum est/non peierandū scȝ hoc tanqȝ indifferēs pro sua vo
luntate dispensant. Non (inquiūt) sed ne mysterium publicem9.
Quasi gloria dei non sit reuelare sermonem. An dei inuident
glorie? Sed magis credo qȝ pēdere erubescāt: scientes inglo
rium. Nam nefanda et obscena dicuntur agere in secreto: si qui
[F] dem et vulpium posteriora fetēt. ¶ Sed taceo que negarēt ad
[Mat. vii.] manifesta respondeāt. An iuxta euāgelium cauent sanctum da
re canibus: et margaritas porcis? At istud apte fateri est se nō
esse de ecclesia: qui oēs qui de ecclesia sunt canes censent et por
cos. Sine exceptione enim omnib9 qui de sua secta nō sunt suū
illud quicqd est subtrahēdum existimāt. Ceterum hoc et si sen
tiāt non respondebunt/ne manifesti fiāt: nempe qȝ olmodo fu
giunt sed nō effugiēt. Unde mihi o hō q pl9 qȝ opȝ sapis et plus
qȝ dici pōt desipis? Dei est an nō mysteriū qȝ occultas? Si est:
cur nō ad eius gloriā pādis? Nam gloria dei reuelare sermonē.
Si non: cur fidem habes in eo qȝ non est dei: nisi qȝ hereticus
es? Aut igitur dei secretū ad dei gloriā pdant: aut dei negent
mysterium: et minime se hereticos negēt: aut certe nihilomin9
manifestos se fateant inimicos glorie dei: qui nolūt manifestū
fieri qȝ ei norūt fore ad gloriam. Stat nempe scripture veritas
[Puer. xxv] Gloria regum celare verbum: gloria dei reuelare sermonē. Nō
vis tu reuelare? Nō ergo vis deū glorificare. Sed forte nō re
cipis scripturam hāc. Ita est: solius euāgelii se pfitent emula
[Mat. x.] tores et solos. Respondeāt proinde euangelio. Quod dico (ait)
in tenebris dicite in lumine: et qȝ in aure auditis: predicate sup
tecta. Iam non licet silere vsqȝquo occultum tenetur quod pa
lam deus fieri iubet? Usqȝquo opertum est euangelium vestrū?
[ii. Cor. iiii] Suspicor vestrum non est pauli. Nam ille suum fatetur opertū
non esse. Et si (inquit) opertum est euangelium meum: in his op
tum est qui pereūt. Uidete ne vos diceret apud quos euāgeliū
inuenitur opertum. Quid apertius qȝ peccatis? An forte nec

paulum recipitis? De quibusdā ita audiui. Non enim inter vos omnes per omnia concordatis: et si a nobis omnes dissentiatis. At vero eorum verba et scripta et traditiones qui corporaliter cum saluatore fuerunt pari auctoritate euangelij cūcti ni fallor indifferenter recipitis. Nunquid illi opertum tenuere euangeliū suum? Nunquid in deo carnis infirma: mortis horrida: crucis ignominiā tacuere? Et quidem in omnem terram exiuit sonus eorum. Ubi apostolica forma et vita quam iactatis? Illi clamant vos susurratis. Illi in publico: vos in angulo. Illi vt nubes volant: vos in tenebris ac subterraneis domibus delitescitis. ¶ Quid simile illis in vobis ostenditis? An qđ vobiscum mulierculas non vtique circūducitis: sed includitis? Non eque comitatio vt cohabitatio suspitioni patet. Uerum quisnam de illis sinistrum quippiam suspicaref qui mortuos suscitabāt. Fac tu similiter: et vna recubantem putabo feminam virum. Alioqn temere tibi vsurpas illorum dispensationē: quorum sanctitatē nō habes. Cū femina semper esse: et nō cognoscere feminā: nōne plus est q̄ mortuum suscitare? Quod minus est non potes: et qđ maius est vis credam tibi? Quotidie latus tuum ad latus iuuēcule est in mēsa. Lectus tuus ad lectum eius in camera: oculi tui ad illius oculos in colloquio: manus tue ad manus ipsius in opere: et continens vis putari? Esto vt sis: sed ego suspitione nō careo. Scandalo mihi es: tolle scandali causam: quo te probes verum vt iactitas euangelij emulatorem. Qui scādalizauerit vnū de ecclesia: nonne euangelium condemnat illum? Tu ecclesiam scandalizas. Uulpes es demoliēs vineā. Iuuate me socij vt capiatur. Uel potius capite vos nobis eam o angeli sancti. Uersuta est valde: operta est iniquitate et impietate sua. Plane tā pusilla atque subtilis: vt facile quidem humanos frustretur obtutus. Nunquid et vestros? Propterea vox illa ad vos: vtpote sodales sponsi: capite nobis vulpes paruulas. Ergo facite quod iubemini: capite nobis hanc tam versipellē vulpeculam quam ecce iam diu frustra insequimur. Docete et suggerite qualiter fraus deprehēdatur. Hoc enim est cepisse vulpem: quia lōge plus nocet falsus catholicus: q̄ si verus appareret hereticus. Non est aūt hominis scire quid sit in homine: nisi qs forte ad hoc ipsum fuerit vel illuminatus spiritu dei: vel angelica informatus industria. Quod signum dabitis vt palā fiat pessima heresis hec docta mentiri: non lingua tantum sed vita? ¶ Et quidē recens vastatio vinee vulpem indicat affuisse: sz nescio qua arte fingendi ita sua cōfundit vestigia callidissimum aīal: vt qua vel intret vel exeat haud facile queat ab homine deprehendi. Cumque pateat opus nō apparet actor ita p ea que in facie sunt cuncta dissimulat. Denique si fidem interroges nihil christianius. Si conuersationem: nihil irreprehēsibilius: et que loquit factis probat. Uideas hominem in testimonium sue fidei frequentare ecclesiam: honorare presbyteros: offerre munus suum: confessionem facere: sacramentis cōmunicare. Quid fidelius? Iam qđ ad vitam moresque spectat: neminem cōcutit: neminē circūuenit neminem supergreditur. Pallent insuper ora ieiuniis: panem non comedit ociosus: operatur manibus vnde vitam sustētat. Ubi iam vulpes? Tenebamus eam quomō elapsa est e manibus? Quomodo tam repente disparuit? Instemus, inuestigemus: a fructibus eius cognoscemus eā. Et certe vinearū demolitio testatur vulpem. Mulieres relictis viris: et item viri dimissis vxoribus ad istos se conferunt. Clerici et sacerdotes populis ecclesiisque relictis intonsi et barbati apud eos inter textores et textrices plerumque inuenti sunt. An non grauis demolitio ista? An non opera vulpium hec? Uerum nō apud omnes forte ista tam manifesta deprehenduntur: et si sint non est vnde probentur. Quonā modo capimus illos? Reuertamur ad cōsortium et contubernium feminarum: hoc enim inter eos nemo qui careat. Interrogo vnum quēpiam horum. Heus tu bone vir quenam hec mulier: et vn hec tibi? Uxor ne tua? non inquit namvoto meo istud non cōuenit. Filia ergo? Non. quid? Non soror: nō neptis: non aliquo saltē propinquitatis vel affinitatis gradu attinēs tibi? Nullo prorsus. Et quō tuta tibi cū ista continentia tua Sane nec licet tibi istud. Cohabitationem si nescis virorum et feminarum in his qui vouere continentiam ecclesia vetat. Si non vis scandalizare ecclesiam: eiice feminam. Alioquin ex hoc vno cetera que nō adeo manifesta sunt proculdubio credibilia fiunt. ¶ Sed quo mihi inquit euangelii loco monstras prohibitum istud euangelium appellasti ad euangelium ibis. Si obedias euangelio: non facies scandalum. Prohibet enim plane euangelium scandalum fieri. Facis autem tu: istam nō amouendo iuxta constitutum ecclesie. Suspectus eras: at nunc manifeste censeberer contemptor euangelij: et ecclesie aduersator. Quid iudicatis fratres? Si pertinax fuerit vt nec obediat euāgelio nec ecclesie acquiescat quid iam tergiuersari potest? Nōne aperte vobis videtur deprehensa fraus cōprehensa vulpes? Si non amouet feminam: non amouet scandalum. Si nō amouet scandalum cum amouere possit transgressor tenetur euāgelij. Quid factura ecclesia est nisi vt amoueat illū q̄ nōvult amouere scandalum: ne sit similis illi inobediēs? Nam hoc mandatum habet ex euangelio: non parcere nec proprio oculo scādalizanti se: non manui: non pedi: sed eruere illum: abscidere ista: et proiicere a se. Si inquit ecclesiam non audierit sit tibi sicut ethnicus et publicanus. ¶ Fecimus ne aliquid? Puto qz fecimus. Cepimus vulpem: quia fraudem percepimus. Manifesti sunt qui latebant falsi catholici: veri depredatores catholice. Etenim dum mecum dulces capiebas cibos: corpus dico et sanguinem xpi: dum in domo dei ambulauimus cum consensu: fuit suadēdi locus immo opportunitas seducendi: iuxta illud Sap. Simulator ore decipit amicum suum. Nunc autem facile sm sapientiam Pauli. post vnam et secundam ammonitionem hereticum hominē deuitabo: sciens qz subuersus est qui eiusmodi est: ac perinde cautus prouidere ne iam sit et subuersor. Itaque non nihil est iuxta verbum sapientis in insidijs suis captos esse iniquos. Illos presertim iniquos qui insidijs pro armis vti consueti sunt. Nam conflictus omnino ab his et defensio per se. Uile nēpe hoc genus et rusticanū ac sine litteris et prorsus imbelle. Denique vulpes sunt et pusille: sed neque illa in quibus male sentire dicuntur defensibilia sunt: nec tam subtilia q̄ suasibilia: idque dūtaxat mulierculis rusticis et idiotis: et quales vtique omnes sunt quotquot adhuc de secta hac esse expert9 sum. Nec enim in cūctis assertionibus eorum nam multe sunt nouum quid aut inauditum audisse me recolo: sed quod tritum est et diu ventilatū inter antiquos hereticos: a nostris autem contritum et euentilatum. Dicendum tñ et dicam quenam ille ineptie sint: partim quas sciscitantibus se catholicis minus caute respondentes ipsi confessi sunt: partim quas diuisi ab inuicem litigantes de inuicem prodiderunt: partim quoque que nōnulli eorum redeūtes ad ecclesiam detexerunt. Non qz ad omnes respondeā nec enim necesse est sed tantum vt innotescant. At istud alterius erit opus sermonis: in laudem et gloriam nominis sponsi ecclesie iesu christi dñi nostri: qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen.

¶ De erroribus quorundam negantium nuptias: et circa baptismum paruulorum: purgatorium ignem: et orationes pro defunctis. Sermo. lxvj.

Capite nobis vulpes paruulas que demoliuntur vineas. Ecce ego ad vulpes istas. Ipse sunt q̄ pretergrediuntur viam: et vidēmiant vineam. Non sunt cōtente deserere viam: nisi et desertare vineam possint addentes preuaricationem. Non sufficit hereticos esse, nisi et hypocrite sint: vt fit supra modum peccans peccatū. Hi sunt qui veniunt in vestimentis ouium: ad nudādas oues et spoliandos arietes: An nō tibi vtraque res impleta videtur vbi et fide plebes et plebib9 sacerdotes depdati inueniunt? Quinā isti predones? Hi oues sunt habitu: astu vulpes: actu et crudelitate lupi. Hi sunt qui boni videri, non esse: mali non videri, sz esse: volunt. Mali sunt et boni videri volunt, ne soli sint mali: mali videri timent, ne parum sint mali. Etenim minus semper malicia palam nocuit: nec vnque bonus nisi boni simulatione deceptus est. Ita ergo in malum bonorum boni apparere studēt: mali nolunt vt plus liceat malignari. Neque enim est apud eos virtutes colere: sed vitia colorare quodam quasi virtutum minio. Denique superstitionis impietatem nomine religionis intitulant. Innocentiam diffiniunt tantum in aperto nō ledere: et innocētie perinde solum sibi vendicantes colorem. In operimētum turpitudinis: cōtinētie se insignire voto. Porro turpitudinem in solis existimāt reputandam vxoribus: cum vel sola sit ea que cum vxore est cause que turpitudinem excusat in coitu. Rusticani homines sunt et idiote et prorsus cōtemptibiles: sed non est: dico vobis cum eis negligenter agendum. Multum enim proficiūt ad impietatem: et sermo eorum vt cancer serpit. ¶ Denique non neglexit spūssanctus qui de his quondā tam manifeste vaticinatus est dicente aplo. Spūs autē manifeste dicit qz in nouissimis tpibus discedēt qdā a fide: attēdētes spiritib9 erroris et doctrinis demoniorum in hypocrisi loquentiū mendacium: et cauteriatam habentium suam conscientiam: prohibentium nubere: abstinere a cibis quos deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione. Istos prorsus istos dicebat. Hi nubere prohibēt, hi a cibis abstinent quos deus creauit: de quibus postea videbimus. Nunc autem videte si non propter demonū, et nō hominū lucificatio hec: sm qđ predixerat spūs. Quere ab illis sue secte auctorē: neminē dabūt. Que heresis ñ ex hoīb9 habuit propriū heresiarchā? Manichei: Manē habuere pncipē et pceptorē: sabelliani sabelliū: arriani arriū: eunomiani eunomium: nestoriani nestoriū. Ita oēs cetere huiusmodi pestes

pestes singule singulos magistros hoies habuisse noscitur: a
quibus originē simul ducere ꝛ nomen. Quo noie istos titulove
[1. Thi. iiij] cēsebis? Nullo: qm̄ nō est ab hoie istoꝝ heresis: neqꝫ per hoiem
illā acceperūt. Absit tn̄ vt per reuelationē iesu xp̄i: sed magis
et absqꝫ dubio (vti sp̄sscꝰ pdixit) per immissionē ꝛ fraudem
demoniorum loquentium mendacium prohibentium nubere.
In hypocrisi plane hoc ꝛ vulpina dolositate loquuntur: fin-
gētes se amore id dicere castitatis: quod magis causa turpitu
dinis fouēde ꝛ multiplicāde adinuenerūt. Res tn̄ tam in aptō
est vt mirer quōvnqꝫ homini xp̄iano psuaderi potuerit: nisi q̄ hi
adeo bestiales sunt vt nō aduertāt qualiter oīm immūdicie la-
xat habenas qui nuptias dānat: aut certe ita pleni nequitia ꝛ dia
[B] bolica malignitate absorpti: vt aduertētes dissimulēt ꝛ letent
in perditione hominū. ¶ Tolle de ecclesia honorabile connu-
bium ꝛ thoꝝ immaculatū: nonne reples eā cōcubinariis, ince-
stuosis, seminifluis, mollibꝰ, masculoꝝ ꝯcubitoribꝰ: ꝛ oī deniqꝫ
genere immūdoꝝ. Elige ergo vtrumlibet: aut saluari vniuersa
mōstra hec hominū: aut numerū saluādoꝝ ad ꝯtinentiū redigi
paucitatē. Es parcꝰ in vno: q̄ largus in altero. Neutrū hoꝝ cō
petit saluatori. Quid? Coronabit turpitudo. Nihil minꝰ decet
honestatis auctorē. Damnabit vniuersitas preter pauculos cō
tinētes? Nō est hoc esse saluatorē. Rara in terris continētia: ne
q̄ pro tātillo q̄stu ad terras plenitudo illa semetipsam exinani-
uit. Et quō de illa oēs accepimꝰ si solis indulsit cōtinētibꝰ par
ticipiū sui? Nō est qđ ad hoc respondeāt. Sed neqꝫ ad illud cre
do. Si honestati in celis est locus: non sit aūt honesto ꝛ turpi
consortiū sicut non est societas luci ad tenebras: pfecto nemi-
[1. Cor. xv] neꝫ immūdoꝝ locus in loco salutis manet. Si quis aliter sapit:
arguet illū apostolica vox: absqꝫ omni ambiguo asserens: qm̄ q̄
talia agunt regnū dei nō possidebūt. Qua iam exiet de cauer-
na hec insidiosa vulpecula? Puto in fouea deprehensam: in qua
sibi duo quasi foramina fecerit vnū quo iret: alterū quo exeat.
Nā cōsueuit ita. Uide ergo quō vtrobiqꝫ illi interclusus sit exi
tus. Si solos in celestibꝰ collocat cōtinentes: perit ex maxima
parte salus. Si omnē spurcitiā pariter cū cōtinētibꝰ collocat
[D] perit honestū. Sꝫ iustius perit ipsa: neqꝫ hac exitura neqꝫ illac
reclusa ꝑpetuo ꝛ capta in fouea quā fecit. ¶ Quidam tn̄ dissen
tiētes ab aliis inter solos virgines matrimoniuꝫ cōtrahi posse
fatent. Uerū quid in hac distinctiōe rōnis afferre possint nō vi
deo: nisi q̄ ꝑ libitu quisqꝫ suo sacramēta ecclesie tanq̄ mr̄is vi
scera dēte vipeo certatim inter se dilacerare ꝯtendūt. Nā qđ di
cunt pretēdere de primis cōiugibus: q: virgines erāt: quid istud
queso matrimonij pindicat libertati: quo minus ꝛ inter nō vir-
gines ꝯtrahi liceat? Sꝫ nescio qđ se in euāgelio inuenisse fatur
[Gen. ij] rant: q̄ sue ineptie frustra existimant suffragari. Illud credo q̄
dñs cū premisisset testimoniū de genesi: et creauit hoiem deus
[Mat. x.] ad imaginē ꝛ similitudinē suā: masculū ꝛ feminā creauit illos:
postea intulit: ergo qđ deus coniunxit, hō nō separet. Hos, in-
quiunt, cōiunxit deꝰ q: virgines ambo erāt: ꝛ iā nō licuit sepa-
rari: nō erit aūt ex deo copulatio secꝰ ꝑsumpta. Quis tibi dixit
ꝑpterea a deo cōiunctos: q: virgines erant? Nā scriptura hoc
non loquit. An nō virgines erāt inqt? Erant: sed nō est idipsuꝫ
copulatos virgines: ꝛ copulatos q: virgines. Quāqꝫ neqꝫ hoc
[Gen. i.] quidē nolatim dictū reples q̄ virgines essent: q̄uis essent. Se
xuū sane expssa diuersitas est, nō virginitas: cū dictū est: mascu
lum ꝛ feminā creauit illos. Merito quidē. Nō eñ maritalis co
pula corpoꝝ requirit integritatē: sed sexuū aptitudinē. Vñ prin
de ipsam institués sp̄ssctus: sexū expressit ꝛ virginitatē tacuit
nec dedit occasionē venādi verbū insidiosis vulpeculis. Quod
vtiqꝫ libenter fecissent: q̄uis id quoqꝫ frustra. Quid eñ si dixis
set: virgines creauit illos? Non ꝑpterea ꝯtinuo obtinuisses so
los virgines licere cōiungi? Et tn̄ quō exultasses ex sola verbi
occasiōe? quō exufflasses secūdas ꝛ tertias nuptias? quō insul-
tasses catholice scorta lenonesqꝫ adiuicē tāto libētius ꝯiungē
[C] ti: q̄to perinde eos de turpi ad honestum transire nō dubitat?
¶ Fortassis ꝛ reprehēderes deū ꝓphete precipientē fornicariā
ducere: nūc aūt ꝛ occasio deest: ꝛ libet gratis hereticū esse. Nā
testimoniū qđ vsurpasti ad astruēdū errorē tuū: plus ad destruē
dum valere inuentū est: ꝑ te facere nihil: ꝯtra te plurimū. Nūc
[1. Cor. vij.] aūt audi qđ te ex toto aut ꝯfundit: aut corrigit: ꝛ heresim tuaꝫ
prorsus cōterit ꝛ cōminuit. Mulier quāto tp̄e vir eius viuit: al
ligata est viro. Si aūt dormierit vir eius: soluta est a lege viri:
cui vult nubat, tantū in dño. Paulus est qui concedit vidue vt
cui vult nubat: ꝛ tu ecōtra precipis: nulla preter virginē nubat
et hoc non nisi virgini: vt non cui vult nubat vel ipsa. Quid ma
nū dei abbreuias? Quid largā bñdictionē nuptiarū restrigis?
Quid propriū vendicas virgini qđ indultū est sexui? Non con-
cederet hoc paulus nisi liceret. At parū dico cōcedit: vult quo
qꝫ. Uolo (inquit) adolescentiores nubere: nec dubiū qui viduas
dicat. Quid manifestius. Ergo qđ cōcedit q: licet: etiā vult q:
expedit. Qđ licet ꝛ expedit: hereticus prohibet. Nihil ex hoc ꝓ
hibitione persuadebit: nisi q̄ hereticus est. ¶ Superest vt ꝛ de
[D] residuo aplice ꝓphetie istos aliquātulū exagitemꝰ. Abstinent
namqꝫ hi (vt predixit ille) a cibis quos creauit deus ad pcipiē
dum cum gratiarū actione. Hinc quoqꝫ hereticos se ꝓbantes:
non sane quia abstinent: sꝫ quia heretice abstinēt. Nam ꝛ ego in
terdū abstineo: sed abstinentia mea satisfactio est pro peccatis
non supstitio pro impietate. Num redarguimꝰ paulū q̄ castigat
[1. Cor. ix.] corpus suum et in seruitutem redigit? Abstineo a vino: q: in vi
[Ephe. v.] no luxuria est: aut si infirmus sum, modico vtor: iuxta cōsilium
pauli. Abstineo a carnibus: ne dū nimis nutriūt carnē: simul et
carnis nutriant vitia. Panē ipsum cū mensura studebo sumere:
ne onerato ventre stare ad orandū tedeat: ꝛ ne ipꝛoperet etiam
mihi propheta: quia panē meū comederiꝫ in saturitate. Sed ne
simplici quidē aqua ingurgitare me assuescam: ne distensio sa-
ne ventris vsqꝫ ad titillationē pertingat libidinis. Hereticus
aliter. Nempe horret lac ꝛ quicquid ex eo conficitur. Postremo
omne qđ ex coitu pcreat. Recte ꝛ christiane: si nō idcirco q: ex
coitu: sed ne ad coitum ꝓuocent. Ceterū quid sibi vult q̄ ita ge
neraliter oē qđ ex coitu generat vitat? Suspitionē generat mi
hi obseruatio ista ciboꝝ tam signanter expssa. Uerūtamē si de
regula medicoꝝ hec pfers nobis: nō reprehēdimꝰ curā carnis
quā nemo vnq̄ odio habuit: si tn̄ nō nimia fuerit. Si de discipli
na abstinētiū, id est sp̄ualiū medicoꝝ schola: etiā virtutē appro
[E] bamꝰ: qua carnē domas: frenas libidinē. ¶ At si de insania ma
nichei prescribis bñficiētia dei: vt qđ ille creauit ꝛ donauit ad
pcipiēdū cū gratiarū actiōe: tu nō modo ingratus, sed ꝛ censor
temerariꝰ immūdū decernas, ꝛ tanq̄ a malo abstineas: nō pla-
ne abstinentiā collaudabo: sed execrabor maliciā ꝛ blasphemiā
te magis immūdū dixeri: q̄ immundū qđ putas. Oīa mūda mū
dis: ait ille rex optimꝰ estimator ꝛ nihil imundū: nisi ei q̄ immū
dum qđ putat. Immūdis aūt ꝛ infidelibꝰ nihil est mundū: sed
polluta est eorum ꝛ mens ꝛ ꝯsciētia. Ue q̄ respuitis cibos quos
deus creauit iudicātes imūdos ꝛ indignos quos traiciatis in
corporea vsa: cū ꝑpterea vos corpꝰ xp̄i qđ est ecclia: tanq̄ pol
lutos ꝛ immūdos expuerit. Nō ignoro q̄ se ꝛ solos corpꝰ xp̄i eē
[Mat. xvj] gloriant: sed sibi hoc psuadeāt qui illud quoqꝫ psuasum habēt,
potestatē se habere q̄tidie in mēsa sua corpꝰ xp̄i ꝛ sanguinē ꝯse
crādi ad nutriēdū se in corpꝰ xp̄i ꝛ mēbra. Nēpe iactāt se eē suc
cessores apoꝝ ꝛ aplicos nomināt: nullū tn̄ aplatꝰ sui signū va
[Mat. v.] lētes ostēdere. Quousqꝫ lucerna sub modio? Uos estis lux mūdi
dictū est aplis: ꝛ iō apli super candelabrū vt toto luceāt mūdo.
Pudeat successores apostoloꝝ lucē nō esse mūdi: sꝫ modij: mun
di aūt tenebras. Dicamꝰ eis: vos estis tenebre mūdi. Et trāsea
[Ibidem.] mus ad alia. ¶ Se dicūt ecclesiā: sꝫ cōtradicūt ei qui dicit. Nō
potest ciuitas abscōdi supra mōtē posita. Ita ne lapidē de mō-
te abscissum sine manibus: montē factū ꝛ implentē mundum ve
stris cedriis inclusum antris? Et ne hic quidē immorandum.
Ipsa opinio refugit publicari suo contenta susurrio. Habet et
semꝑ habebit integrā christus hereditatē suam: ꝛ possessioneꝫ
suā terminos terre: se potius subtrahūt huic magne heredita-
ti: qui christo illā conant detrahere. Uidete detractores: vide-
te canes. Irrident nos q: baptisamus infantes: q̄ oramus pro
mortuis: q̄ sctōꝝ suffragia postulamꝰ. In oīm genere hoim at-
qꝫ in vtroqꝫ sexu festināt ꝓscribere xp̄m: in adultis ꝛ puulis: in
viuis ꝛ mortuis. Hinc quidē infantibus ex impossibilitate na-
ture: inde pro adultis ex difficultate cōtinētie ꝓscribētes. Por
[pō. pelag.] ro mortuos viuētiū fraudātes auxilijs: viuētes nihilominus
sanctoꝝ q̄ decesserūt suffragijs spoliātes. Absit. Nō relinquet
dñs plebē suā q̄ est sicut arena maris: nec cōtentus erit pauci
tate hereticoꝝ q̄ oēs redemit. Neqꝫ eñ parua: sꝫ plane copio-
sa apud eū redemptio. Quātus pro nūerus istoꝝ ad magnitu-
dinē pcij? Se magis pcio fraudāt q̄ ipsum euacuare conātur.
Quid eñ si infans ꝑ se loqꝫ non pōt: ꝑ quo vox sanguinis fra
tris sui ꝛ talis fratris clamat ad deū de terra? Astat ꝛ clamat
nihilominꝰ mr̄ ecclia. Quid tn̄ infans? Nōne ꝛ ipe videt tibi in
hiare quodāmodo de fontibꝰ saluatoris, vociferari ad deum
suisqꝫ vagitibus clamitare, dñe vim patior: respōde ꝑ me? Fla
gitat auxiliū gr̄e: q: vim patit ab origine. Clamat inocētia mi-
seri: clamat ignorātia paruuli: clamat addicti infirmitas. Ita
[E] g clamāt hec oīa sanguis fratris: fides mr̄is: destitutio miseri
ꝛ miseria destituti. Et clamat ad patrē. ¶ Porro pater seipsuꝫ
negare nō pōt: pr̄ est. Nemo mihi dicat: q: nō hꝫ fidē cui mater
impertit suā inuoluens illū in sacramēto quousqꝫ idoneus fiat
proprio nō tn̄ sensu sed assensu euoluēdā puraqꝫ percipere. Nū-
quid breue palliū vt non possit ambos cooperire? Magna est
ecclesie fides. Nunqđ minor fide chananee mulieris: quā con-
[Mat. xv.] stat ꝛ filie sufficere potuisse ꝛ sibi: iō audiuit. O mulier magna
est fides tua: fiat tibi sicut petisti. Nunqđ minor fide illoꝝ qui
paraliticū ꝑ tegulas demittētes: ale illi simul ꝛ corpis obtinue
[Mat. ix.] re salutē? Deniqꝫ habes. Quoꝝ fidē vt vidit ait palitico. Cofi
[Johā. v.] de fili: remittunt tibi peccata tua. Et paulopost. Tolle grabas

tem tuū ⁊ ambula. Qui hec credit: facile huic persuadebit: me- rito ecclesiā presumere/ nō solū paruulis baptizatis in sua fide salutē: sed etiā interfectis pro christo infantib⁹ coronā marty- rii. Que cū ita sint: nulli preiudiciū sustinebunt regnati deo qđ Hebr. xi. dictū est. Sine fide impossibile ē placere deo: cū sine fide nō sint q̄ in testimoniū fidei baptismi gratiā perceperūt. Sȝ neq̄ȝ de eo qđ Mar. xvi itē dictū ē: q̄ui nō crediderit: condēnabit. Quid eī credere ē nisi fidē habere? Itaq̄ȝ ⁊ mulier saluabitur per generationē filioꝝ si permanserit in fide cū lenitate ⁊ infantibus per lauacri rege- j. Thim. ij nerationē succurret: ⁊ adulti qui continere poterūt/ cōiugii tri- cesimo fructu se redimēt: viuentiū quoq̄ȝ preces ⁊ hostias mor- tui qui opus habebūt ⁊ digni erūt/ mediantib⁹ percipiēt ange- lis: ⁊ eoꝝ qui iam peruenerūt: viuētib⁹ adhuc nequaq̄ȝ solatia deerunt per deū qui vbiq̄ȝ est ⁊ in deo nusq̄ȝ/ affectu charitatis Luc. xiiij absentiū. Nā ⁊ christus propter hoc mortuus est ⁊ resurrexit: vt viuoꝝ dominaretur ⁊ mortuoꝝ. Propter hoc quoq̄ȝ ⁊ infans na- tus est: ⁊ per singulos etatū gradus profecit in virū: vt nulli de- esset etati. ¶ Non credūt autē ignē purgatoriū restare post mor- tem: sed statim animā solutā a corpore vel ad requiē trāsire vel ad dānationē. Querāt ergo ab eo qui dixit quoddā peccatum esse qđ neq̄ȝ in hoc seculo neq̄ȝ in futuro remitteret: cur hoc di- xerit si nulla manet in futuro remissio/ purgatio ve peccati? Iā vero qui ecclesiā non agnoscūt: non est mirū si ordinibus eccle- sie detrahūt: si instituta non recipiūt: si sacramēta contēnunt: si mandatis nō obediunt. Peccatores (inquiūt) sunt apostolici archiepi/ episcopi/ presbyteri/ ac per hoc nec dandis nec acci- piendis idonei sacramentis. Nunq̄ȝ vero duo ista conueniunt: episcopum esse ⁊ peccatorem? Falsum est. Episcopus erat cay- phas: ⁊ tamen q̄ntus peccator qui in dñm mortis dictabat sen- tentiā? Si negas episcopū: arguet te testimoniū Iohānis qui eum i testimoniū sui pontificatus etiā prophetasse refert. Apo- Joh. xi. stolus erat iudas: et licet auarus et sceleratus electus ia dño. An tu de illius apostolatu dubitas quē dñs elegit? Nonne ego (inquit) vos duodecim elegi: et vn⁹ ex vobis diabolus est? Au- dis eundē electuȝ apl̄m et extitisse diabolū: ⁊ negas posse esse episcopum qui peccator est? Super cathedram moysi sederunt scribe ⁊ pharisei: ⁊ qui non obedierunt eis tanq̄ȝ ep̄is/ inobediē- Mat. xxiij. tie rei fuerūt: etiam in ipsum dñm precipientē ⁊ dicenteȝ: que dicunt facite. Patet q̄uis scribe: q̄uis pharisei: q̄uis videlicȝ maxime petēres propter cathedrā tñ moysi ad eos quoq̄ȝ nihilo- minus pertinere qđ itē dixit: qui vos audit: me audit: ⁊ qui vos spernit/ me spernit. ¶ Multa quidē ⁊ alia huic populo stulto et insipienti a spiritibus erroris in hipocrisi loquentibus menda- cium mala persuasa sunt: sed non est respondere ad omia. Quis enim omnia nouit? Deinde labor infinitus esset ⁊ minime neces- sarius. Nam quantū ad istos nec rationibus conuincūtur quia non intelligunt: nec auctoritatibus corriguntur quia non reci- piunt: nec flectunt suasionib⁹: quia subuersi sunt. Probatū est: mori magis eligūt q̄ȝ conuerti. Horum finis interit⁹: hoꝝ nouis- sima incendiū manet. Hoꝝ siquidem in facto samson ex succen- sis vulpiū caudis figura precessit. Plerūq̄ȝ fideles iniectis ma- nibus aliquos ex eis ad mediū traxerūt. Quesiti fidem: cuȝ de quibus suspecti videbantur/ omnia prorsus suo more negarēt: examinati iudicio aque/ mendaces inuenti sunt. Cumq̄ȝ iā ne- gare non possent/ quippe deprehensi: aqua eos non recipiente: arrepto vt dicit freno dentib⁹ tam misere q̄ȝ libere impietateȝ non cōfessi sed professi sunt palā pietatē astruentes: ⁊ pro ea mor- tē subire pati. Nec minus pati inferre qui astabāt. Itaq̄ȝ irruēs in eos popul⁹ nouos hereticis sue ipsoꝝ perfidie martyres de- dit. Approbamus zelū: sed factū non suademus: quia fides sua- denda est/ non imponenda. Quāq̄ȝ melius proculdubio gladio coercerentur: illius videlicet qui non sine causa gladium por- tat: q̄ȝ in suū errorem multos traducere permittantur. Dei enim Ro. minister ille est: vindex in irā ei qui male agit. ¶ Mirabant̄ ali- qui q non modo patienter/ sed ⁊ leti vt videbat̄ ducerentur ad mortē: sed qui minus aduertūt quanta sit potestas diaboli/ nō modo in corpora hominuȝ: sȝ etiā in corda que semel permissus possederit. Nōne plus est sibimet hominem inicere manus: q̄ȝ id libenter ab alio sustinere? Hoc autē in multis potuisse diaboluȝ frequenter experti sumus: qui seipsos aut submerserūt aut sus- Mat. xxvij penderunt. Deniq̄ȝ iudas suspēdit seipm̄: diabolo sine dubio im- mittēte. Ego tñ maius existimo: magisq̄ȝ admiror q potuit im- misisse in cor eius vt traderet dñm/ q̄ȝ vt semetipsum suspende- ret. Nihil ergo simile habēt cōstantia martyrū ⁊ pertinacia hoꝝ: qr mortis contēptū in illis pietas: in istis cordis duricia opera- Ps. cxviij. tur. Et ideo propheta martyris forsitan voce dicebat: coagulatū est sicut lac cor eoꝝ: ego vero legē tuā meditatus sum: pro coreȝ q ⁊ si pena eadē videretur: longe diuersa esset intētio illo vtiq̄ȝ durante cor cōtra dñm/ isto in lege dñi meditante. Que cū ita sint: non est opus vt dixi frustra multa aduersus hoies stultis- simos atq̄ȝ obstinatissimos dicere: sufficit innotuisse illos vt vi- tentur. Quamobrē vt deprehendant̄: cogendi sunt vel abijcere feminas/ vel exire de ecclesia: vt pote scandalizantes ecclesiaȝ in conuictu ⁊ contubernio feminarū. Dolendū valde q non so- lum layci principes: sed ⁊ quidā vt dicit̄ de clero/ necnon de or- dine episcopoꝝ qui magis eos persequi debuerant: propter que- stum sustinent: accipiētes ab eis munera. Et quo nō (inquiūt) dānabimus nec cōuictos nec cōfessos? Friuola ratio nō ratio: sed occasio. Hoc solo etiā si aliud non esset facile deprehēdis: si vt dixi/ viros ⁊ feminas qui se continentes dicunt ab inuiceȝ separes: ⁊ feminas quidē cum aliis sui ⁊ sexus ⁊ voti degere co- gas: viros eque cū eiusdē propositi viris. Per hoc enim cōsul- tum erit vtrorūq̄ȝ voto simul ⁊ fame: cū continentie sue ⁊ testes habuerint ⁊ custodes. Qđ si non sustinent: iustissime eliminabū- tur de ecclesia quā scandalizant non solū notabili sed etiā illi- cita cohabitatione. Ergo ista sufficiant pro deprehendēdis hys vulpium dolis: ad dandam scientiā ⁊ cautelam dilecte et glo- riose spōse domini nostri Iesu christi: qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen.

¶ De mirabili affectu dilectionis sponse quem eructat propter amorem christi sponsi. Sermo. lxvij.

Dilectus meus mihi ⁊ ego illi. Hactenus verba spon- si. Adsit ipse vt digne ad gloriā ipsius ⁊ nostrā ipso- rum salutem sponse eius possimus inuestigare sermo- nes. Neq̄ȝ enim tales sunt qui a nobis considerari et discuti prout dignū fuerit valeāt: nisi ipse fuerit dux verbi. Sunt enim q̄ȝ suaues ad gratiā tam fecūdi ad sensus: tā etiā profundi ad mysteria. Cui similabo eos? Sunt iterim alicui epularū que triplici quadā emineat gratia: deliciosa ad saporē solida ad nutrimentū: efficax ad medicinā. Sic inq̄ȝ sic singu- lus quisq̄ȝ sponse sermo: ⁊ ex eo q suauiter sonat affectum mul- cet: ⁊ de sensuū vbertate mentē impinguat ⁊ nutrit: ⁊ de altitu- dine mysterioꝝ dum intellectū q̄ plus exercet plus terret: miro modo tumorē sanat inflantis scientie. Etenī si vnus quispiā ex his forte qui sibi scioli videntur curiosi⁹ sese dederit scrutinio hoꝝ: cū viderit ingenii sui succūbere vires ⁊ redigi in captiui- tatē omnē intellectū persenserit: nōne humiliatus ad illam vo- cem cōpelletur/ vt dicat. Mirabilis facta est scientia tua ex me confortata est ⁊ nō potero ad eā. Et nunc quidē principium ver- boꝝ eius q̄nte suauitatis insigne prefert? Nam vide q̄le princi- pium dederit. Dilectus inquit me⁹ mihi ⁊ ego illi. Simplex vox videtur: qm̄ suauiter sonat. Sed de hoc videbit̄ postea. ¶ Nūc vero a dilectione incipit de dilecto prosequit̄: nihil aliud se sci- re indicans nisi dilectū. Patet de quo sermo cū quo nō ita. Nō enī vt cum ipso eodē fuerit sentire permittitur: cū ipse iam non affuerit. Neq̄ȝ id dubiū: nempe mox eū reuocare videt̄: et quasi post tergū clamare reuertere ingens dilecte mi. Vñ adducimur non aliud sane cōicere nisi q finitis verbis suis/ iterū suo more se absentauerit ⁊ illa remāserit nihilominus de eo loquēs: qui nunq̄ȝ absens est sibi. Ita est in ore retinuit qui nō recedebat a corde: nec qñ recedebat. Quod de ore exit/ de corde venit: ⁊ ex abundātia cordis os loquit̄. Ergo loquit̄ de dilecto vt vere di- lecta ⁊ vere diligēda: qm̄ diligit multū. Querimus cū quo? Nā de quo nouim⁹: ⁊ nō occurrit nisi forte cū adolescētulis q̄ a ma- tre abesse nō possunt vbi discesserit sponsus. Sed meli⁹ vt opi- nor sentim⁹ secū pori⁹ ⁊ nō cū altero sic locutā: presertim q trū- ca ⁊ minus cōtinens inueniat̄ ipsa locutio: insufficiēs plane ad dandā intelligentiā auditori/ ob quā vel maxime inuicē loqui- mur. Dilect⁹ meus mihi, inquit, et ego illi. Non plus? Pendet oro: immo nō pēdet sed deficit. Suspendit̄ auditor: nec erudit̄ sed erigitur. Quid est hoc q dicit/ ille mihi ⁊ ego illi? Nescim⁹ quid loquit̄: qr nō sentim⁹ qđ sentit. O sctā aia qđ tu⁹ ille tibi: qđ tu illi? Quenā queso hec iter vos tā familiariter fauorabili- terq̄ȝ discurrēs exhibitio ⁊ redibitio? Tibi ille: tuq̄ȝ vicissiȝ illi. Sed quid? Idipm̄ et tu qđ tibi ille: an aliud? Si nobis/ si ad no- strā loq̄ris intelligētiā: euidēter qđ sent̄ edicito. Quousq̄ȝ ani- mas nras tollis? An sm̄ prophetā secretū tuū tibi? Ita est: affe- ct⁹ locut⁹ est/ nō intellect⁹: et iō nō ad intellectū. Ad qđ ergo? Ad nihil nisi q mirabilit̄ delectata ⁊ affecta vehemēter ad deli- deratos afflat⁹: sinē illo faciēte nec tacere oino q̄uit: nec tñ qđ sensit exprimere. Neq̄ȝ eñ vt exprimeret sic locuta est: sȝ ne tace- ret. Ex abūdātia cordis os locutū est: sȝ nō pro abūdātia. ¶ Ha- bent suas voces affect⁹ per quas se etiā cū nolūt produnt: timor (sbi cā) meticulosas: dolor gemebūdas: amor iocūdas. Nūqd dolentiū plāct⁹/ merētiū ve singult⁹ vel gemit⁹/ pcussoꝝ itēq̄ȝ pauētiū subitas ⁊ efferatas clamitatiōes/ seu etiā saturatoꝝ ru- ct⁹/ aut visus creat: aut rō excitat: aut deliberatio ordiat: aut p̄- meditatio format? Eiusmodi certū est nō nutu prodire animi: sȝ erūpere motu. Sic flagrans acre hemēs amor presertim diu in⁹ cū se intra se cohibere non valet. Non attendit quo ordine/ qua lege/ quave serie seu paucitate verboꝝ ebulliat: dummō ex hoc nullum

Cant. ij. Psalm. cxxxviij. Luce vi. Cant. i. Johan. Luce vi.

nullũ sui sentiat detrimentũ. Interdũ nec verba requirit: inter
dum nec voces omnino vllas: solis ad hoc contentus suspirijs.
Inde est q̄ sponsa sancto amore flagrans idq̧ incredibili mo/
lane pro captanda quantulacũq̧ euaporatione ardoris quẽ pa
titur non cõsiderat quid qualiter eloquat: sed quicquid in buc
cam venerit amore vrgente nõ enunciat/ sed eructuat. Quidni
B
eructet sic refecta ꝛ sic repleta? ¶ Reuolue textũ epythalamij
huius ab ipso exordio vsq̧ huc: ꝛ vide si tanta vspiã illi quanta
hac vice in cunctis visitationibus ꝛ allocutionibus sponsi co=
pia eius indulta fuerit: ꝛ si vnq̧ ex ore ipsius non modo tã mul
ps.cij.
tos/ sed ꝛ tam iocũdos sermones acceperit. Que ergo repleue
rat in bonis desideriũ suum: quid mirũ si ructũ potius q̃ verbũ
fecit: Et si verbũ fecisse sibi videtur: eructatũ putat ꝛ nõ subor
dinatum aut preordinatũ. Nec eni sponsa rapinaꝫ arbitrat sibi
ps.xliiij.
aptare prophete dictũ. Eructauit cor meũ verbũ bonũ: quippe
eodẽ repleta spiritu. Dilect⁹ meus mihi: ꝛ ego illi. Nihil conse=
Canti.ij.
quentie habet: deest orationi. Quid inde? Ructus est. Quid tu
in ructu queris orationũ iuncturas: solennia dictionũ? Quae
tu tuo ructui leges imponis vel regulas? Nõ recipit tuã mode
rationẽ: non a te cõpositionẽ expectat: nõ cõmoditatẽ: nõ opor
tunitatẽ requirit: per se ex intimis: non modo cũ non vis: sed et
cum nescis erumpit euulsus potius q̃ emissus. Tamen odorẽ
portat ructus quandoq̧ bonũ quandoq̧ malũ pro vasoꝝ e qui
bus ascendit contrarijs qualitatibus. Deniq̧ bonus homo de
bono thesauro suo profert bonũ: ꝛ malus malum. Bonum vas
sponsa dñi mei: ꝛ bonus mihi odor ex illa. Gratias ago tibi do
mine iesu qui me dignatus es admittere/ saltem ad odorandũ.
Mat.xv.
Ita dñe: nam ꝛ catelli edunt de micis q̄ cadunt de mensa dño=
B
rum suoꝝ. ¶ Mihi fateor bene redolet ructus dilecte tue: ꝛ de
plenitudine eius q̃uis modicũ quid gratanter accipio. Memo
ps.cxliiij.
riam abundantie suauitatis tue eructat mihi: ꝛ nescio quid in=
effabile tue dignationis ꝛ amoris odorat⁹ sum in voce ista. Di=
Canti.ij.
lectus meus mihi ꝛ ego illi. Ipsa (vt dignũ est) epuletur ꝛ exul
ps.lxvij.
tet in conspectu tuo ꝛ delectetur in leticia. Verũtamen sic tibi
excedat vt sobria sit nobis. Ipsa ergo repleatur in bonis do=
ps.xliij.
mus tue: ꝛ torrente voluptatis tue potetur: sꝫ queso perueniat
ad me pauperẽ vel tenuis odor eructante illa cũ satiata fuerit.
Bene mihi eructauit moyses: ꝛ bonus odor in ructu eius creã
Gen.i.
tis potentie. In principio inquit creauit deus celũ ꝛ terrã. Bñ
esaias: nã suauissimũ redimẽtis mie odorẽ dedit: ita eructuãs.
Esaie liij
Tradidit in mortem animã suam: et cum sceleratis reputatus
est: ꝛ ipse peccata multoꝝ tulit: ꝛ pro transgressoribus rogauit
C
vt non perirent. Quid eque misericordiã redolet? Bonus quo
ps.xliiij.
q̧ ex ore hieremie ructus: bon⁹ ex dauid qui ait. Eructauit cor
meũ vbũ bonũ. Repleti sunt oẽs spiritusancto: ꝛ eructãtes ola
impleuerũt bonitatẽ. Ructũ hieremie requiritis? Nõ solũ obli
tus: iam parabam illũ. Bonũ est prestolari cũ silentio salutare
dñi. Eius est (non fallor) admouere narib⁹: balsamũ vincit sua
uitas remunerantis iusticie quam importat. Patientẽ pro iusti
ticia vult me expectare mercedẽ in posterum/ non recipere in
Abac.ij.
presenti: q̄ iusticie merces salutare nõ seculi/ sed dñi sit. Si mo
ram fecerit (inquit) expectat eũ: ꝛ ne murmuraueris: qm̃ bonuꝫ
est cum silẽtio expectare. Ego faciã qđ hortat: expectabo dñm
iij.re.xix.
saluatorẽ meuꝫ. ¶ Sed pctõr sum ꝛ adhuc mihi grandis restat
C
via: q: longe a peccatoribus salus. Non murmurabo tamen: in
ps.lxiij.
odore vel dolore interim ꝯsolabor me. Letabitur iustus in dño
gustu experiens quod ego sentio odoratu. Quẽ spectat iustus/
peccator expectat: et expectatio odoratio est. Nam expectatio
Rom.viij
(ait) creature reuelationeꝫ filioꝝ dei expectat. Porro spectare
ps.xxxiij.
gustare est: ꝛ videre qm̃ suauis est dñs. An poti⁹ iustus qui ex=
pectat: ꝛ qui iam tenet beat⁹? Deniq̧ expectatio iustoꝝ leticia.
Prouerb.x.
Naꝫ pctõr nihil expectat. Et inde pctõr: q̄ bonis presentib⁹ nõ
modo detentus/ sed ꝛ contẽtus: nihil in futurũ expectat surd⁹
ad vocẽ illam. Expecta me dicit dñs in die resurrectionis mee
in futurũ. Et ideo iustus erat symeõ quia expectabat ꝛ odora=
bat iam christũ in spiritu: quẽ necdũ in carne adorabat et bea=
tus in expectatione sua: quia per odorem expectationis perue
Luce.ij.
nit ad gustũ contemplationis. Deniq̧ ait: ꝛ viderunt oculi mei
salutare tuũ. Iustus quoq̧ abraam qui ꝛ ipse expectauit: vt vi=
Luce.viij
deret diem dñi ꝛ non est confusus ab expectatione sua: namvi=
Luce.xij.
dit ꝛ gauisus est. Iusti apostoli cũ audiebant: ꝛ vos similes ho
D
minibus expectantibus dñm suũ. ¶ Quidni iustus ꝛ dauid qñ
ps.xxxix.
aiebat expectans expectaui dominum? Ipse est quartus de nu
mero prenominatoꝝ ructatorũ meoꝝ queꝫ pene preterierã. Nõ
expedit quidẽ. Iste os suũ aperuit ꝛ attraxit spiritũ: ꝛ satura=
tus non modo eructauit: sed ꝛ cãtauit. Iesu bone quantũ meis
naribus ꝛ auribus iste infudit suauitateꝫ in ructu ꝛ cantu suo:
ps.xliiij.
de oleo leticie quo vnxit te deus deus tu⁹ pre consortib⁹ tuis
ex mirra ꝛ gutta ꝛ cassia a vestimentis tuis a domib⁹ eburneis:
ex quibus delectauerũt te filie regũ in honore tuo. Utinaꝫ me
digneris occursu tanti vatis ꝛ amici tui in die solennitatis ꝛ le

ticie quando egredietur de thalamo tuo epythalamiũ suum ca
nens in psalterio iocũdo cũ cythara affluens delicijs: respsus
et respgens vniuersa istiusmodi puluere pigmẽtario. ¶ In illa
E
die vel potius in illa hora: nam hora est/ si quando est: ꝛ fortas=
sis ne hora quidẽ: sꝫ hore dimidiũ iuxta illud scripture. Factuꝫ
apoc.viij.
est silentiũ in celo quasi media hora: ergo in illa hora replebit
ps.cxxv.
gaudio os meũ: ꝛ lingua mea exultatione: dũ singulos nõ dico
psalmos: sed versus singulos sentiam ructus ꝛ quidẽ odorife=
ros super omnia aromata. Quid iohannis ructu fragrantius:
qui verbi mihi redolet eternitatem/ generationem/ diuinitatẽ?
Quid de pauli ructibus loquar: quanta orbem suauitate re=
repleuerint? Deniq̧ xp̃i bonus odor erat in omni loco. Verba
certe ineffabilia et si non profert vt audiam: offert tamen vt cu
piam: et libeat odorare que audire non licet. Nescio enim quo
pacto: quo plus latent plus placẽt: ꝛ auidius inhiam⁹ negatis.
¶ Sed iam aduerte apud sponsam similẽ rem quomodo istiꝰ
F
pauli in presenti capitulo: ꝛ secretũ non aperit nec preterit ta=
men intactũ: aliquid quasi olfactui nostro indulgens: quod gu
stui forte interim non cõpetere iudicarit: siue propter indigui=
tatem nostrã: siue propter incapacitatẽ. Dilectus meus mihi ꝛ
Canti.ij.
ego illi. Quod non est dubiũ: duoꝝ quidem hoc loco amor mu
tuus flagrat: sed in amore summa vni⁹ profecto felicitas: alte=
rius mira dignatio. Neq̧ eñ inter pares est consensio seu com=
plexio hec. Ceterũ quid ista ex hac prerogatiua amoris glorie
tur impensum sibi repensumq̧ vicissim a se: quis se liquido nos
se presumat: nisi qui precipua puritate mentis ꝛ corporis sancti
tate in semetipso meruerit tale aliquid experiri? Res est in affe
ctibus: nec ratione ad eã pertingitur/ sed cõformitate. Sꝫ pau
ij.Cor.iij
ci vero qui dicant. Nos aũt reuelata facie speculantes gloriaꝫ
dñi: in eandẽ imaginẽ transformamur de claritate in claritatẽ:
tanq̧ a dñi spiritu. ¶ Verũ vt sub aliqua qualicũq̧ intelligen=
G
tie forma quod legitur redigatur saluo quidẽ sponse suo singu
lari secreto ad quod interim non datur accedere: presertim ta=
libus quales nos sum⁹: apponendũ sane aliquid nobis: eo ac=
commodatius ad cõmunem sensum quo vsitatius quod et ver=
bis consequentiam ꝛ intellectum det paruulis et mihi quidem
ps.cxviij.
videtur satis esse ad nostram grossam et quodammodo popu=
larem intelligentiã: si dicendo: dilectus meus mihi: subaudia=
Canti.ij.
mus intendit/ vt sit sensus: dilectus meus intendit mihi et ego
illi. Quamq̧ tñ nec solus ego id senserim nec primus: cũ pphe
ps.xxxix.
ta ante me dixerit Expectans expectaui dñm ꝛ intendit mihi.
Habes aperte intẽtionẽ dñi ad prophetã: habes ꝛ prophete ad
dominũ in eo quod ait: expectans expectaui. Naꝫ qui expectat
intendit: ꝛ expectare intendere est. Idẽ omnino sensus: eadem
pene verba apud prophetã que apud sponsam: sed pri⁹ ex pro=
pheta transposita. Prius siquidem is qđ illa posterius posuit: ꝛ
econuerso. Ceterũ sponsa recti⁹ locuta est: ꝛ non pretendẽs me
ritum sed premittens beneficiũ: ꝛ se preuentã dilecti gratia cõ
fitens. Recte omnino. Nã quis prior dedit illi ꝛ retribuetur ei?
Rom.xi.
¶ Deniq̧ audit iohãnẽ quid id epistola super hoc senserit. In
H
hoc est charitas inquit non quasi nos dilexerimus deũ: sed ille
i.Joh.iiij
prior dilexit nos. Propheta tamen gratie preuentionem ꝛ si ta
cuit/ nõ negauit subsecutionẽ. Plane nõ tacuit. Sꝫ accipe ex alio
loco certiorẽ de re ista ipsi⁹ ꝯfessionẽ. Et mia tua inquit (dño lo
ps.xxij.
quebat) subsequet me oib⁹ dieb⁹ vite mee. Audiet de pũetiõe
identidẽ ipsi⁹: nõ min⁹ certã manifestãve sententiã. Deus me⁹
ps.lviij.
inquit mia ei⁹ preueniet me. Itẽ ad dñm. Cito (ait) anticipent
ps.lxxviij
nos mie tue: q: pauperes facti sum⁹ nimis. Pulchre sponsa poste=
rius (ni fallor) hec eadẽ verba nõ eodẽ ordine ponit: sꝫ sequit ꝛ
ipsa pphete ordinẽ: loquẽs hoc mõ. Ego dilecto meo ꝛ dilect⁹
meus mihi. Cur ita? Nẽpe vt sic magis gratia plenã se probet
cum totũ gratie dederit: ꝛ primas scꝫ illi partes ascribens ꝛ vl
timas. Alioquin quõ gratia plena si quid habuerit qđ nõ sit ex
gratia? Non est quo gratia intret: vbi iam meritum occupauit.
¶ Ergo iam plena confessio gratie: ipsi⁹ gratie plenitudinem
I
signat in aia cõfitẽtis. Nã si quid de pprio inest: inq̧tũ est/ gra
tiam cedere illi necesse est. Deest gratie quicquid meritis depu
tas. Nolo meritũ qđ gratiam excludat. Horreo quicqđ de meo
est vt sim me⁹: nisi q̄ illud magis forsitã meũ est qđ me meũ fa=
cit. Gratia reddit me mihi iustificatũ gratis: ꝛ sic liberatũ a ser=
K
uitute peccati. ¶ Deniq̧ vbi spũs dñi: ibi libertas. O fatuã spõ
sam synagogã: que cõtemnẽs dei iusticiã .i. gratiã sponsi sui: et
suã volens constituere: iusticie dei non est subiecta. Ob hoc mi
sera repudiata est/ ꝛ iam nõ est sponsa: sed ecclesia cui dicitur.
Osee.ij.
Desponsaui te mihi in fide. Despõsaui te mihi in iudicio ꝛ iusti=
cia. Despõsaui te mihi i mia ꝛ miseratiõib⁹. Nec tu me elegisti:
sed ego elegi te: nec vt te eligerem tua inueni merita: sed preue
ni. Ita ergo in fide desponsaui te mihi: ꝛ non in operib⁹ legis:
Johã.xv
desponsauiq̧ in iusticia: sed iusticia que est ex fide non ex lege.
Restaret iudices iudicium rectum inter me ꝛ te: iudiciũ in quo
te desponsaui: vbi cõstat interuenisse nõ tuũ meritũ: sed meum

placitum. Hoc est aūt iudicium vt tua merita non extollas nō
Mat. xx. preferas opera legis: non iacteo pondus diei et estus: que ma
gis in fide ꝛ in iusticia que est ex fide: necnō in mia ꝛ miseratio
nibus nosceris desponsata. Que vere sponsa est agnoscit ista: ꝛ
vtramqꝫ gratiā cōfitetur. Primo quidē eam que prima est: qua
et preuēta est: postea vero ꝛ subsequentem. Ait itaqꝫ nunc: dile
Canti. ij. ctus meus mihi ꝛ ego illi: principiū dilecto tribuens. In conse
quentibus: ego (inquit) dilecto meo/ ꝛ dilectus meus mihi: cō
summationē illi eque concedens. Nunc iam videamus quid di
cat: dilectus meus mihi. Si eñ hoc recipitur vt subaudiamus
ps̄. xxxix. intendit sicut iam diximus: ꝛ sicut propheta ait. Expectās ex
pectaui dn̄m et intendit mihi: ego autē in verbo isto sentio ne
scio quid nō plane exiguū: nec mediocris prerogatiue. Sed nō
est ingerenda fatigatis auribus ꝛ mentibus res omni alacrita
te digna. Si nō grauat/ differatur: et non in longum crastinus
inde incipiat sermo. Tantū carere ab irruentibus occupatio
nibus interim custodiat nos gratia ꝛ misericordia sponsi eccle
sie Jesu christi domini nostri qui est super omnia deus benedi
ctus in secula. Amen.

¶ Qualiter sponsus christus intendit sponse ecclesie ꝛ ipsa illi. Et de cura quā habet de⁹ de electis: ꝛ vnde sit ecclesie: quid sit mereri vel non: aut presumere. Ser. lxviij

L Audite iā quod heri distulimus: audite gaudiū meū
quod sensi. Et vestrū est: audire gaudentes. In vno
verbo sponse sensi hoc: ꝛ quasi odoratus abscondi
eo vobis hodie festiuius exhibēdum quo tempesti
uius. Sponsa locuta est: et dixit sponsum intendere
sibi. Que est sponsa: ꝛ quis est sponsus? Hic deus noster est: et
illa (si audeo dicere) nos sumus: cum reliqua quidē multitudi
j. Cor. j. ne captiuoꝝ quos ipse nouit. Gaudeam⁹. Gloria nostra hec est
testimoniū conscientie nostre. Nos sumus in quos intēdit de⁹.
Quanta tamen disparilitas. Quid terrigene ꝛ filij hominū co
ram illo? Secundum prophetam sic sunt quasi non sint: ꝛ quasi
nihilum ꝛ inane reputati sunt ei. Quid sibi ergo vult ista inter
tam dispares comparatio? Aut illa in immēsum gloriatur: aut
is in immensum amat. Et admirabile est ꝙ illius intentionem
Canti. ij. ista sibi quasi propriam vendicat dicens. Dilectus meus mihi.
Nec eo contenta tamen: pergit amplius gloriari: respondere se
M illi: quasi ex equo morem gerere/ repēdere vicē. ¶ Sequit eñ.
Et ego illi. Insolens verbum: ꝛ ego illi. Nec minus insolēs: di
lectus meus mihi/ nisi ꝙ vtroqꝫ insolētius vtrumqꝫ simul. O q̄d
audet cor purum ꝛ consciētia bona: ꝛ fides non ficta? Mihi (in
quit) intendit. Ita ne huic intenta est illa maiestas: cui guber
natio pariter ꝛ administratio vniuersitatis incumbit/ ꝛ cura se
culorum ad sola transfertur negocia: immo ocia amoris ꝛ desi
derij huius? Ita plane. Ipsa est eñ ecclesia electoꝝ: de quibus
ij. Thi. ij. apostolus. Omnia (inquit) propter electos. Et cui dubiū ꝙ gra
Sap. iiij. tia ꝛ misericordia dei sit in sanctos eius/ ꝛ respectus in electos
illius? Ergo prouidentiā ceteris creaturis non negamus: cu
j. Cor. ix. ram sponsa vendicat sibi. Nunquid de bobus cura est deo? Nec
dubium quin idem possim⁹ dicere de equis/ de camelis/ de ele
phantis: ꝛ de cunctis bestijs terre similiter ꝛ de piscibus maris
et volatilibus celi. Postremo de omni re que est super terrā: so
j. Pet. v. lis sane exceptis quibus dicitur. Omnē sollicitudinē vestram
proijcientes in eū: quoniam ipsi cura est de vobis. An non tibi
videtur veluti his verbis dictū: intendite illi quia ipse intēdit
vobis? Et obserua apostolū Petrū, eius enim verba sunt si nō
ꝛ ipse verboꝝ ipsōle obseruauerit ordinē. Nempe non ait: omnē
sollicitudinē vestram proijcientes in eum vt sit ipsi cura de vo
bis: sed quia ipsi cura est de vobis aperte perinde mōstrans ec
clesia sanctoꝝ: non modo qm̄ dilecta: sed ꝛ ꝙ prius dilecta fue
N rit. ¶ Constat nō ad eā pertinere de verbo quod de bobus di
j. Cor. ix. xit apostolus: nam curā illius habet qui dilexit illā et semetip
sum dedit pro illa. Nonne hec est ouis errans: cuius cura etiam
supernoꝝ cure gregū prelata est: Denīqꝫ illis expositis/ pastor
descendit ad istam: quesiuit diligenter: inuentam non reduxit:
sed reuexit: noua cū illa ꝛ de illa intulit celis festa gaudioꝝ po
pulis angeloꝝ inuitatis ad solennitatem. Quid ergo: Proprijs
humeris dignatus est eam reportare: ꝛ curā illius non habebit
Ideo non confundit dicere: dn̄s sollicitus est mei: nec se existi
ps̄. xxxix. mat errare/ cū item dicit. Dominus retribuet pro me: et si quid
p. cxxxvij est aliud quod curam dei circa ipsā significare videatur. Inde
est ꝙ dn̄m sabaoth dilectum suū dicit: ꝛ eū qui cum tranquilli
tate iudicat omnia sibi intēdere gloriatur. Quidni glorietur?
Esa. xlix. Audiuit illū dicentem sibi. Nunquid mater potest obliuisci vt
non misereat filio vteri sui? Et si illa oblita fuerit: ego tamē nō
obliuiscar tui. Denīqꝫ oculi domini super iustos. Et quid spon
sa nisi cōgregatio iustorum? Quid ipsa: nisi generatio querentiū
dominū: querentiū faciem sponsi? Noꝝ enim ille intendit huic:
Canti. ij. et non ista illi? Propterea vtrūqꝫ ponit dicens. Ille mihi: ꝛ ego
illi. Ille mihi quia benignus ꝛ misericors est. ego illi: quia non
sum ingrata. Ille mihi gratiam ex gratia: ego illi gratiam pro
gratia. Ille mee liberationi: ego illius honori. Ille saluti mee:
ego illius voluntati. Ille mihi et non alteri: quoniam vna sum
columba eius: ego illi et non alteri. Nec enim audio vocē alie
noꝝ: nec enim acquiesco dicentibus mihi: ecce hic est christ⁹:
Mat. xxiiij. aut ecce illic est. Hec ecclesia. ¶ Quid singulis quisqꝫ nostruꝫ?
O Putamus ne in nobis quempiam esse cui aptari queat quod di
citur. Quid dixi in nobis? Ego autem ꝛ de quouis intra eccle
siam constituto si quis hoc querat: nō omnino reprehendendū
censuerim. Nec enim vna vnius ratio est atqꝫ multorum. Deni
qꝫ non propter animam vnam/ sed propter multas in vnam ec
clesiam colligendas: inuicem astringendas sponsam deus taꝫ
multa ꝛ fecit ꝛ pertulit: cum operatus est salutem in medio ter
ps̄. lxxiij. re. Charissima illa est vna vni: non adherens alteri sponso: non
cedens alteri sponse. ¶ Quid ista non audeat apud tam ambi
tiosum amatorem? Quid nō ab illo speret qui se quesiuit e celo
vocauit a finib⁹ terre: Nec mō q̄siuit s; acq̄siuit. Adde ꝛ de mō
acquisitionis: in sanguine acquisitoris. Alias vero (vt assolet)
propterea magis presumit: quoniam prospiciens in futurum nō
ignorat/ quoniā dominus se opus habet. Queris ad quid: Ad
P videndum in bonitate electorum suorum: ad letandum in leti
cia gentis sue: vt laudetur cū hereditate sua. ¶ Nec paruꝫ hoc
opus existimes: nullum dico tibi remanebit opus perfectum si
hoc nutarit. Nonne de statu ꝛ consummatiōe ecclesie finis om
nium pendet? Tolle hanc: ꝛ frustra inferior ista creatura reue
Hebre. xj. lationem filioꝝ dei expectat. Tolle hanc: ꝛ neqꝫ patriarche ne
qꝫ prophete aliqui consummabuntur: cum Paulus asserat deuꝫ
ita prouidisse pro nobis ne sine nobis consummarentur. Tolle
hanc: ꝛ ipsa sanctorum angelorum pro imperfectione sui nume
ri gloria claudicabit: nec dei ciuitas de sui integritate gaude
bit. Unde ergo implebitur propositum dei: ꝛ mysterium volun
tatis eius/ magnumqꝫ illud pietatis sacramentum? Unde po
Ps̄. viij. stremo dabis mihi infantes ꝛ lactentes: quorum ex ore laudeꝫ
suam perficiat deus? Celum non habet infantes: habet eccle
ij. Cor. iij. sia/ quibus ꝛ dicit. Lac vobis potum dedi: non escam. Et hi ad
Ps̄. cxij. laudem quasi cōplendam a propheta inuitantur/ dicente. Lau
date pueri dn̄m. Tu putas deum nostrum totam habituruꝫ sue
p. lxxxix. glorie laudem: donec veniant qui in conspectu angelorum psal
lant sibi? Letati sumus pro diebus quibus nos humiliasti: an
nis quibus vidimus mala. Hoc genus leticie celi nesciērit nisi
per ecclesie filios: hoc nemo vnqꝫ letatur qui nunqꝫ nō letatur.
Q ¶ Oportune post tristiciam gaudium subit: post laborē quies:
post naufragium portus. Placet cūctis securitas: sed ei magis
qui timuit. Iocunda omnibus lux: sed euadēti de potestate te
nebrarum iocundior. Transisse de morte ad vitam: vite gratiaꝫ
duplicat. Pars mea hec celesti cōuiuio: et seorsum ab ipsis spi
ritibus beatis. Audeo dicere expertem me beatitudinis ipsam
beatam vitam: nisi si dignetur fateri ꝙ per charitateꝫ ea in me
fruitur ꝛ per me. Aliquid sane videtur etiam perfectioni illi ac
cessisse ex me: neqꝫ hoc parum. Denīqꝫ gaudent angeli ad peni
tentiā peccātis. Et si delicie āgeloꝝ lachryme mee: q̄d delicie?
Ps̄. lxv. Omne opus ipsoꝝ laudare deū: sed deest laudi si desint qui di
cant. Transiuimus per ignem ꝛ aquā: ꝛ eduxisti nos in refrige
rium. Felix proinde in sua vniuersitate ecclesia: cuius ois gloria
tio impar est cause: non pro his tantum que illi iam facta sunt:
sed pro his quoqꝫ que de illa adhuc oportet fieri. Nam et de me
ritis quid sollicita sit cui de proposito dei firmior suppetit secu
riorqꝫ gloriādi ratio? Nō potest semꝫ negare deus: neqꝫ non fa
cere que iam fecit vt scriptū est: qui fecit q̄ futura sunt. Faciet/
faciet: nec deerit suo proposito deus. Sic non est q̄d iā queras
Eze. xxxvj quibus meritis sperem⁹ bona: presertiꝫ cū audias apud prophetā.
Non propter vos sed propter me ego faciam: dicit dominus.
R ¶ Sufficit ad meritū scire ꝙ non sufficiant merita. Sed vt ad
meritum satis est de meritis non presumere: sic carere meritis
satis ad iudicium est. Porro infantium renatorū neminē care
re meritis: sed christi habere merita. Quib⁹ se tamen indignos
reddūt si sua iungere nō nequiuerint/ s; neglexerint: quod qui
dē periculū iam adulte etatis est. Merita proide habere cures
habita data noueris: fructum speraueris dei miam: et omne pe
riculū euasisti paupertatis/ ingratitudinis/ presumptiōis. Per
Pro. xx. niciosa paupertas: penuria meritorū: presumptio autē spūs/ falla
ces diuitie. Et ideo diuitias et paupertates ne dederis mihi do
minerait sapiens. Felix ecclesia cui nec merita sine presumptio
ne: nec presumptio absqꝫ meritis deest. Habet vnde presumat:
sed nō merita. Habet merita s; ad promerēdū nō ad p̄sumendū.
Ipm̄ nō presumere: nonne promereri est? Ergo eo presumit se
curius quo non presumit: et nō est ꝙ cōfundat in verbo glorie:
Ps̄. cxvj cui multa materies gloriādi. Misericordie dn̄i multe: ꝛ veritas
S eius manens in eternū. ¶ Quidni glorief secura: in cui⁹ testimo
p. lxxxiiij. niū glorie: misericordia ꝛ veritas obuiauerunt sibi? Siue igit
dicas/

[Ps. xxxix.] dicat/dilectus meus mihi:siue dicat/expectans expectaui do
[Ibidem.] minum ⁊ intēdit mihi:siue etiam/domin⁹ sollicitus est mei:vel
si que sunt eiusmodi voces alie atq alie:que diuinum quēdam
affectum ac singularē fauorem erga aliquid similiter exprime-
re videant:nihil hoꝝ a se alienū putabit/cui ratio presumendi
dni ɔstitutio est:presertim cū nō alterā videat sponsam:alterā
ve ecclesiā/cui possint fieri que nō possunt nō fieri. Ergo de ec
clesia patet ꝙ in nullo illa oīa sibi aptare verebit. De vna ani-
ma queritur etiam si sit spūalis ⁊ sancta:liceat ne illi vllo modo
audere in talibus. Neq enim prerogatiuas oēs vnius illius ca
tholice multitudinis ob quam oīa fiunt) vna de multitudine
arrogabit sibi quātalibet emineat sctitate. Et ideo difficilius
vt sentio ego inuenietur (si tamen inuenietur) quomodo possit
licere. Unde necessarium reor alio istud sermone tētari:nec mo
do ingredi vias scrupulose disputationis:quarum adhuc exi-
tum ignoramus:nisi prius super verbo abscondito oratum fue
rit ad eū qui aperit ⁊ nemo claudit:spōsum ecclesie iesum chri
stum dnm nrm:qui est super oia deus bndictus in secula. Amē.

¶ Qualiter omnis altitudo se extollens aduersus sciētiam dei deȷ̈citur. Et de aduētu ⁊ māsione patris ⁊ verbi apud aīam deū diligentē:⁊ familiaritate q̄ inde inter deū ⁊ aīam contrahitur. Sermo. lxix.

[A] [Canti. ij.] Dilectus meus mihi:⁊ ego illi. Hanc vocem vniuer-
sali ecclesie sermo superior assignauit: ꝓpter factas
sibi a deo promissiones vite eius que nūc est pariter
⁊ future. De aīa proposita questio est:q2 nō potest si
bi arrogare vna ꝙ vniuersitas audeat: nec aliā mō
ad se trahere illam. Si nō licet referamus proinde oportet ita
ad ecclesiam:vt nullatenus ad personā. Nec modo hanc:sed ⁊
reliquas voces similes huic loquentes grandia: verbi gratia.
Expectās expectaui dnm ⁊ intēdit mihi:⁊ si quas alias sermo
superior perstrinxit. Qd si quis licere putat:ego non abnuo sed
[j. Cor. j.] interest cui. Non enim cuicuq. Prorsus habet ecclesia dei spiri
tuales suos q̄ non modo fideliter sed ⁊ fiducialiter agāt in eo:
cum deo quasi cū amico loquētes:testimonium illis perhiben
te ɔsciētia glorie eius. Quinā illi sint/id quidē penes deum:tu
[B] ꝓo audi qualem te esse oporteat si talis vis esse. Qd tū dixerim
non quasi expertus:sed quasi experiri cupiens. ¶ Da mihi ani-
mam nihil amantem preter deū ⁊ qd propter deū amandū est:
cui viuere xp̄s non tm sit:sed ⁊ diu iaȝ fuerit:cui studiū ⁊ ociū sit
prouidere deum in conspectu suo semper:cui sollicite ambula
re cum dno deo suo:nō dico magna/sed vna volūtas sit ⁊ facul
tas non desit:da (inq) talē animā ⁊ ego non nego dignā sponsi
cura:maiestatis respectu:dnantis fauore: sollicitudine guber
[Ibidem.] nantis:⁊ si voluerit gloriari/nō erit insipiens:tm vt qui gloria
tur in dno glorietur. Ita in quo multi audent/audet ⁊ vnus:sȝ
alia ratione. Nempe sanctā multitudinē cause supradicte fiden
tem faciunt:sanctā animā duplex quedā ratio. Primo quidē ꝙ
habeat in natura simplicissima sponsi diuinitas quasi vnum re
spicere multos:⁊ quasi multos vnum. Nec ad multitudinē mul
tus erit:nec ad paucitatē rarus:nec ad diuersitatē diuisus:nec
restrictus ad vnum:nec anxius ad curas:nec perturbatus seu
[C] turbulentus ad sollicitudines. Sic sane vni intētus vt non de-
tentus:sic pluribus vt non distentus. ¶ Deinde qd vt probare
suauissimum:ita charissimum probasse est tāta est verbi digna-
tio:tanta beniuolētia patris verbi erga bene affectā ⁊ bn̄ com
positā aīam (qd quidē ipsum patris munus ⁊ verbi opus est) vt
quā sua tali bndictione preuenerint ⁊ preparauerint sibi:sua q̄ȝ
dignentur ꝑsentia:⁊ ita vt nō mō ad eā veniant:sed etiā māsio
[Joh. xiiij.] nem apud eā faciant. Nō enim sufficit exhiberi:nisi ⁊ copiā sui
prebeant. Quid est venire ad aīam verbū? Erudire in sapiētia.
[Sap. viij.] Quid est patrē venire? Allicere ad amorē sapiētie/vt dicere
possit:q2 amatrix facta sum forme illius. Patris diligere est/et
ideo patris aduētus ex infusa dilectione pbat. Quid faceret
eruditio absq dilectione? Inflaret. Quid absq eruditione di-
[D] [Roma. x.] lectio? Erraret. ¶ Deniq errabant de quibus dicebat. Testi-
moniū illis perhibeo ꝙ zelum dei habent:sed nō ꝯm sciam. Nō
decet sponsam verbi esse stultam:porro elatam pater non susti-
net. Pater enim diligit filium:⁊ oēm altitudinē extollentem se
aduersus scientiam verbi:semper in promptu habet deȷ̈cere atq
destruere:siue immittendo zelum:siue intendendo:quoꝝ alte-
rum misericordie alterū iudiciȷ̄ est. Utinā in me oēm extollētiā
comprimat/immo deȷ̈ciat:⁊ ad nihilum redigat nō accēsus fu
ror sed infusus amor. Utinam discā non superbire/sed vnctiōe
[Ps. vj.] potius q̄ vltione magistra. Dne ne in furore tuo arguas me:si-
cut angelū extollentē se in celo:neq in ira tua corripias me: si
cut hominem in paradiso. Ambo iniquitatem meditati sunt:al
titudinem affectantes ille potentie/iste scientie. Deniq credi-
[Gen. iij.] dit insipiens mulier pollicenti:sed seducēti:eritis sicut dij sciē
tes bonum ⁊ malū. Iam sese ante seduxerat:cui persuaserat si
milem fore altissimo. Nam qui se putat aliquid esse cū nihil sit/ [Esa. xiv.]
ipse se seducit. Uerū vtraq altitudo deiecta est:sed in hoīe mi-
tius iudicante ira illo qui omnia facit in pōdere ⁊ mensura. Nā
angelo in furore punito immo dānato:homo irā tm sensit ⁊ nō
furorē. Nēpe cū iratus fuit misericordie recordatus est. ¶ Pro [E]
pter hoc semen ei⁹ filiȷ̄ ire ⁊ non furoris vsq in hodiernū diem.
Si non nasceret fili⁹ ire:non opus esset renasci. Si furoris fili⁹
nasceret:aut non contigisset:aut non profuisset renasci. Uis vi
dere furoris filium? Si vidisti sathanā tanq fulgur cadentem [Luce. x.]
de celo:qd est in impetu furoris precipitatū ⁊ cognouisti de fu
rore dei. Deniq nō ē recordat⁹ misericordie sue: q2 cū irat⁹ fue
rit misericordie recordabitur:non cū iam vsq ad furorē exarse
rit. Ue filȷ̄s diffidentie:his quoq qui ex adam sunt qui nati ire
filiȷ̄:ipsi sibi iram in furorē:virgam in baculū immo in malleum
diabolica obstinatiōe conuertunt. Deniq thesaurizant sibi irā [Roma. ij.]
in die ire. Ira aūt accumulata:quid nisi furor? Peccauerūt pec
catū diaboli:⁊ diaboli sentētia percelluntur. Ue etiā q̄uis miti⁹
quibusdā filȷ̄s ire qui nati in iram nō expectauerunt renasci in
gratia. ¶ Nēpe mortui in quo ⁊ nati ire filiȷ̄ permanebunt. Ire [F]
dixerim/non furoris:q2 vt piissime creditur et humanissime ge-
mitur:mitissime sunt pene totū quo addicti sunt aliūde trahē-
tium. Ergo in furore diabolus iudicatus est : q2 inuenta est ini
quitas eius ad odiū:hominis aūt ad iram/⁊ ideo in ira corripi
tur. Ita omnis altitudo contrita est:⁊ que inflat ⁊ que ꝑcipitat
patre nimirū zelante pro filio. Utrobiq siquidē iniuria filiȷ̄ est
et de vsurpata potētia aduersus virtutē dei que ipse est:⁊ de p̄
sumpta scientia aliunde q̄ a sapientia dei que nihilomin⁹ ipse
est. Dne quis similis tibi? Quis:nisi splendor ⁊ figura substātie [Ps. cxxiij.]
tue? Quis nisi imago tua? Solus i forma tua/solus nō rapinā [Phil. ij.]
arbitrat⁹ est esse se equalē tibi altissim⁹ altissimi fili⁹. Quō nō
equalis? Etiā vnū estis ipse ⁊ tu. Sedes illi a dextris tuis:nō
sub pedibus. Quo pacto audet quis peruadere locū vnigeniti
tui? Precipitetur. Ponit sibi sedē in excelso:subuertatur cathe
dra pestilentie. Item quis docet hominē scientiā? Nonne tu o
clauis dauid apiens cui vis:⁊ cui vis claudēs? Et quō sine cla
ue ad thesauros sapiētie ⁊ sciētie introit⁹ immo irruptio tēptabat.
Qui nō intrat per ostiū:fur est ⁊ latro. Petr⁹ ergo itrabit q̄ cla
ues accepit. Non tm solus:nam ⁊ me si voluerit introducet/aliū
q excludet:quē forte voluerit in scientia et potestate sibi data
desuper. ¶ Et he claues. Que? Potestas aperiendi ⁊ clauden- [G]
di:atq inter excludendos ⁊ admittendos discretio. Et non in [Mat. xvj.]
serpente thesauri:sed in xp̄o. Et ideo non potuit dare scientiaȝ
serpens quam non habuit:sed qui habuit dedit. Nec eñ potuit
habere potestatē quā non accepit:sed qui accepit habuit. De-
dit christus/accepit petrus:nec inflatus de scientia/ nec preci-
pitād⁹ de potētia. Quare? Q2 i neutra extollit se aduersus sciē
tiam dei:qui nihil hoꝝ preter dei scientiā affectauit:sicut ille q̄
dolose egit in conspectu eius:vt inueniatur iniquitas eius ad [j. Pe. j.]
odium. Quomodo deniq preter scientiā dei qui se scribit apo
stolū iesu christi secundum prescientiam dei patris? ¶ Et hec [H]
dicta sint pro eo qd incidit de zelo dei:quē intendit in preuari
cantes angelū hominēq. Nam in ambobus reperit prauitatē:
qualiter vez in ira ⁊ in furore suo destruxerit omnē altitudinē [ij. Cor. x.]
extollentē se aduersus scientiā dei. Nunc iam recurrendum ad
zelū misericordie/id est qui non intēditur:sed qui immittitur:
qm qui intendit/vt iam diximus iudiciȷ̄ est:⁊ satis nos terruit
ex memoratis exēplis tam grauiter punitorum. Propterea ibo
ego mihi ad locū refugiȷ̄ a facie furoris dni:ad illum vtiq pie-
tatis zelum suauiter ardentē:efficaciter expiantem. ¶ Nūquid [I]
non expiat charitas? Et potēter. Legi ꝙ operiat multitudinē [j. Pe. iiij.]
peccatorum sed dico. Nunquid non idonea est seu sufficiēs ad
deȷ̈ciendam humiliandamq omnem extollentiam oculorum et
cordis? Et maxime. Nam non extollitur:non inflatur. Si ergo [Eccl. xxiij.]
dominus Iesus dignetur venire ad me vel potius in me : non
in zelo furoris et ne in ira quidem / sed in charitate et spiritu
mansuetudinis emulans me dei emulatione : quid enim ita dei
vt charitas:nempe et deus est/si inq in ista venerit in hoc co- [j. Joh. iiij.]
gnoscam ꝙ non sit solus:sed venerit etiam pater suus cum eo.
Nam quid eque paternum? Propter hoc nempe non pater ver-
bi tantum : sed et pater misericordiarum est appellatus:ꝙ in-
natum habeat misereri semper et parcere. Si sensero apperiri
mihi sensum vt intelligam scripturas : aut sermonem sapientie
quasi ebullire ex intimis: aut infuso lumine desup reuelari my
steria:aut certe expandi mihi quasi quoddam largissimum celi
gremium:et vberiores desursum influere animo meditationū
imbres/non ambigo sponsum adesse. ¶ Uerbi siquidem he co- [K]
pie sunt:et de plenitudine eius ista accipimus. Qd si se pariter
infuderit humilis quedā sed pinguis intime aspsionis deuotio
vt amor agnite veritatis necessariū quoddā odiū vanitatis in
me generet ⁊ contēptum:ne forte aut scientia inflet:aut frequē
tia visitationum extollat me/ tunc prorsus paterne sentio agi ⁊

mecum/ ꝛ patrẽ adesse non dubito. Si aũt perseuerauero huic dignatiõi: dignis semꝑ (qđ in me est) affectibꝰ ꝛ actibꝰ respõde re: ꝛ gratia dei apud me vacua non fuerit: etiã mansionẽ apud me faciet iam pater enutriens ꝙ̃ verbũ erudiens. ¶ Quãta pu tas ex hac mansione inter animũ et verbũ familiaritatis gra tia oriatur: quã: a de familiaritate sequatur fiducia? Nõ est (vt opinor) ꝙ iam talis anima dicere vereatur: dilectus meꝰ mihi: que ex eo ꝙ se diligere/ ꝛ vehementer diligere sentit: etiam dili gi nihil omnibus vehementer non ambigit: ac de sua singulari intentione/ sollicitudine/ cura/ opera/ diligentia / studioꝗ quo incessanter ꝛ ardenter inuigilat quẽadmodũ placeat deo eque hec omnia in ipso indubitanter agnoscit recordans promissio nis eius. In qua mensura mensi fueritis: remetietur vobis: nisi ꝙ redibitionẽ gratie prudens sponsa ad suam magis caute est trahere partem sciens se potius preuentã a dilecto. Inde est ꝙ illius operã prefert ¶ Dilectus inquiẽs meus mihi: ꝛ ego illi. Ergo ex propinꝗs que sunt penes deum agnoscit: nec dubitat se amari que amat. Ita est. Amor dei amorẽ anime parit: et illius precurrens intẽtio intentã animã facit: sollicitudoꝗ sollicitaꝫ. Nescio eñ qua vicinitate nature cũ semel reuelata facie gloriã dei speculari ala poterit: mox illi se conformari necesse est/ atꝗ in eandẽ imaginẽ transformari. Igitur qualẽ te parauerꝭ deo talis oportet appareat tibi deus. Cuꝫ sancto sanctus erit: ꝛ cũ viro innocente innocẽs erit. Quidni eque ꝛ cũ amante amans/ et cũ vacante vacãs/ ꝛ cũ intento intentus/ ꝛ sollicitus cũ solli cito? ¶ Deniꝗ ait. Ego diligentes me diligo: ꝛ qui mane vigi lauerint ad me/ inueniẽt me. Vides quõ non solũ de amore suo certũ te reddat: siquidẽ tu ames illũ: sed etiaꝫ de sollicitudine sua quã pro te gerit/ si te senserit sollicitũ sui. Vigilas tu: vigi lat ꝛ ille. Consurge in nocte in principio vigiliarũ tuarũ. Acce lera quantũ vis etiã ipsas anticipare vigilias: inuenies eũ/ nõ preuenies. Temere in tali negocio vel prius aliquid tribui tibi vel plus: ꝛ magis amat/ ꝛ ante. Si hec anima scit: immo ꝗ scit miraris ꝙ illa maiestatẽ quasi cetera nõ curantẽ soli sibi inten dere glorietur: cui soli ipsa postpositis curis omnibꝰ tota se de uotione custodit. Sermo finẽ desiderat: sed vnũ dico spirituali bus qui in nobis sunt mirũ quidẽ/ sed verũ: animã deũ videntẽ haud secus videre ꝙ̃ si sola videatur a deo. Ea ergo fiducia di cit illum intendere sibi/ seꝗ illi: nihil preter se ꝛ ipsum videns. Bonus es dñe anime querenti te/ occurris/ amplecteris/ spon sum exhibes qui dominus es: immo qui es super omnia deꝰ be nedictus in secula. Amen.

¶ Unde sponsus dilectus dicatur: et de veritate man suetudine et iusticia: ceterisꝗ virtutibus que sunt lilia inter que pascitur. Sermo.lxx.

Dilectus meꝰ mihi: ꝛ ego illi qui pascitur inter lilia. Quis huic iam imputet presumptioni vł insolentie/ si se dicat inisse societatẽ cum illo qui pascitur inter lilia? Etiã si inter sidera pasceretur: eo solo quo pa sceretur: nescio quid magnũ videri possit cũ eiusmo di amicitias seu familiaritatẽ habere. Aliquid prorsus ignobi le ꝛ humile sonat pasci. Nunc vero cũ pasci inter lilia perhibe tur delectionis adiectio longius amouet ꝛ propulsat temerita tis notam. Quid eñ sunt lilia? Iuxta verbũ dñi: fenũ quod ho die est ꝛ cras in clibanũ mittitur. Quantus est iste qui feno pa scitur: quasi vnus agnoꝝ aut vituloꝝ? Et agnus plane ꝛ vitu lus saginatus. Sed tu forte vigilãtius aduertisti: nõ pabuluꝫ hoc loco designari/ sed locum/ nec eñ dictũ est liliis euꝫ pasci/ sed inter lilia. Esto. Non fenũ comedit vt bos: feno tamen ver sari ꝛ super fenum discũbere instar vnius de turba quid eminẽ tie habere potest? Quid vero glorie hinc/ habere dilectum illũ qui hoc egerit? ¶ Et ꝫm litteram quidem sponse verecundia et cautela prudentie eius in loquendo satis apparet: vtriꝗ dispo nentis sermones suos in iudicio: ꝛ rerum gloriam verboꝝ mo destia temperantis. Alias aũt non ignoret vnum esse et qui pa scitur ꝛ qui pascit: inter lilia cõmorantẽ ꝛ regnantem super sy dera. At libentius humilia dilecti memorat: propter humilita tem quidẽ vt dixi: magis aũt ꝙ exinde cepit esse dilectꝰ ex quo et pasci. Nec modo exinde/ sed inde. Nã ꝗ in altissimis est dñs/ in imis est dilectus super sidera regnans: et inter lilia amans. Amabat ꝛ super sidera: quia nusꝙ̃ et nunꝙ̃ potuit non amare/ quia amor est: sed donec ad lilia descendit ꝛ pasci inter lilia cõ pertus est: nec amatus est nec factus dilectus. Quid? Nũ ama tus est a patriarchis ꝛ prophetis? Est. Sed non prius ꝙ̃ visus est: ꝛ ab ipsis inter lilia pasci. Neꝗ enim non viderunt quẽ pre dixerunt: nisi ita quis absꝗ spiritu sit: vt videntẽ in spũ/ putet videre nihil. Unde ergo videntes (nam sic prophete appellati sunt) si nihil viderũt? Inde est ꝙ voluerũt videre que non vide runt. Nec eñ poterant velle videre in corpore quẽ in spiritu nõ vidissent. ¶ Sed dico nũquid omnes prophete? Quasi omnes videre voluerint: aut fuerit omniũ fides? Sed enim qui vide runt aut prophete fuerunt: aut ꝑphetis acquiescentes. Et cre didisse eñ vidisse est. Non modo namꝗ qui per prophetie spiri tum: sed ꝛ qui per fidem videt si quis ipsum quoꝗ dicat videre in spiritu/ mihi non videtur errare. Ita ergo ꝙ ad lilia descen dere ꝛ inter lilia pasci dignatus est is qui oẽs pascit: dilectum fecit illũ/ ꝗ nõ potuit ante diligi ꝙ̃ agnosci. Ac per hoc cũ de dilecto facta est mentio pulchre ꝛ illud memoratum est qđ dile ctionis ꝛ agnitionis extitit cã. Querẽda in spiritu refectio hec inter lilia: nã corporeã cogitare ridiculũ est. Quin ipsa lilia spi ritalia (siquidẽ potuerimꝰ) demonstranda a nobis erunt. Puto hoc quoꝗ dicere nos oportebit: vnde inter lilia pascatur dile ctus: liliis ne ipsis: an alijs inter lilia reconditis herbis vel flo ribus? Et in his illud mihi difficilius apparet: ꝙ pasci non pa scere perhibet. Nam quia pascat dubiũ nõ est/ nec eñ indignũ ei. At pasci indigentiã sonat: ꝛ ne spiritualiter quidẽ sine iniu ria maiestatis facile illi posse assignari videtur. Nec ego sane re cordor vsꝗ modo aduertisse me in hoc cantico pastum vsplam perhiberi: cum pascentẽ puto recordemini ꝛ vos mecũ ¶ Deni ꝙ postulante sibi aliquando demonstrari vbi in meridie pasce ret ꝛ cubaret. Et nunc quidẽ (quod necdum dixerat) perhibet pasci: sed non similiter postulat locum indicari sibi: sed ipsa in dicat/ assignans inter lilia. Nouit hoc: illud non nouit: quia eꝗ presto esse non potest quod sublime ꝛ in sublimi est: ꝛ quod hu mile ꝛ super terrã. Sublime opus/ sublimis ꝛ locus: nec acces sus ad eũ vsꝗ adhuc vel ipsi sponse. Et iđ semetipsum exinani uit vsꝗ ad hoc vt pasceret ipse olim pastor: ꝛ inuentus est inter lilia: ꝛ visus ab ecclesia/ adamatus est ab inope paup: factꝰ dile ctus ꝑpter similitudinẽ. Non solũ aũt: sꝫ ꝛ propter veritatem ꝛ mansuetudinẽ ꝛ iusticiã: ꝙ per eã. s. ꝓmissiones adimplete sunt ꝙ superbi demones vna cũ principe suo iudicati sunt ꝙ iniqta tes remisse sunt ¶ Talis ergo apparuit qui merito amaret ve rax per se: mitis hoibus: iustus pro hoibus. O vere amandũ et totis medullis cordis amplectendũ sponsum. Quid iam cũcte tur ecclesia totam se tota deuotione cõmittere tam fido reddi tori: taꝫ pio indultori: tã iusto ꝓpugnatori: Porro ꝓmiserat ꝓ pheta dicens. Specie tua ꝛ pulchritudine tua intẽde prospere. Unde species hec ꝛ pulchritudo? Puto ex liliis. Quid lilio spe ciosius? Sic nihil formosiꝰ sponso ¶ Que sunt ergo illa lilia e quibꝰ species decoris eiꝰ? Procede (inquit) ꝛ regna ꝑpter ve ritatẽ ꝛ mansuetudinẽ ꝛ iusticiam. Lilia sunt/ lilia inꝗ orta de terra/ nitẽtia super terrã/ eminẽtia in floribꝰ terre/ fragrãtia su per odorẽ aromatũ. Ergo inter hec lilia sponsus: ꝛ omino ex his speciosus ꝛ pulcher. Alias eñ (qđ quidẽ ad carnis infirma spe ctat) nõ erat ei species neꝗ decor. Bonũ aũt liliũ veritas: can dore conspicuũ/ odore precipuũ. Deniꝗ cãdor est lucis eterne: splẽdor ꝛ figura substãtie dei. Liliũ plane qđ ad nouã benedi ctionẽ terra nostra ꝓduxit ꝛ pauit an faciẽ olim populoꝝ lumẽ ad reuelationẽ gentiũ. Donec sub maledicto fuit terra: spinas et tribulos germinauit. At nũc veritas de terra orta est: dño bñ dicẽte: speciosus omnino quidẽ flos cãpi ꝛ liliũ ꝯuallium. Agno sce liliũ ex candore: qui mox in ipo exortu floris pastoribus de nocte emicuit: dicẽte euãgelio: ꝗ angelus dñi stetit iuxta illos et claritas dei circumfulsit illos. Bene dei: ꝗ nõ angeli sꝫ lilij candor ille aderat: sed illuc micabat abusꝗ bethleẽ. Agnosce liliũ ꝛ ex odore: quo ꝛ longe positis innotuit magis: et quidem stella apparuit: sꝫ eã minime viri graues secuti fuissent nisi inti ma quadã suaueolẽtia orti lilij traherent. Et vere liliũ veritas cuius odor animat fidẽ/ splẽdor intellectũ illuminat. Leua etiã oculos nũc in ipsam ꝑsonã dñi: ꝗ in euãgelio loquitur: ego suꝫ veritas: ꝛ vide ꝙ̃ cõpetẽter veritas lilio cõparet. Si nõ aduer tisti aduerte de medio floris huiꝰ quasi virgulas aureas ꝓdeũ tes ꝛ cinctas cãdidissimo flore pulchre ac decẽter disposito in coronã: ꝛ agnosce aureã in xp̃o diuinitatẽ humane coronatã pu ritate nature/ id est christum in dyademate quo coronauit eum mater sua. Nã in quo coronauit eum pater suus: lucem inhabi tat inaccessibilẽ: nec posses in eo illũ interim adhuc videre. Sꝫ de hoc alꝭ. ¶ Nũc vero liliũ veritas est. Est ꝛ mansuetudo. Et bene liliũ mansuetudo habẽs innocẽtie candorẽ et odorẽ spei: qm̃ sunt reliquie (inqt) homini pacifico. Bone spei vir mãsuetꝰ nec minus etiã in presenti lucidũ quoddã vite est socialis exẽ plar. An non liliũ ꝗ lucet officio redolet spe? Adde ꝙ sicut veri tas de terra orta est: ita mãsuetudo. Nisi quis dubitet ortuꝫ de terra agnũ dñatorẽ terre: illũ agnũ qui ad occisionẽ ductꝰ est: et non aperuit os suũ. Nec tm̃ mansuetudo seu veritas de ter ra orta est: sꝫ ꝛ iusticia propheta dicente. Rorate celi desuper ꝛ nubes pluãt iustũ: aperiat terra ꝛ germinet saluatorẽ: ꝛ iusticia oriat simul. ¶ Qꝫ aũt iusticia liliũ sit: recordamini de scriptu ra ꝗ iustus germinabit sicut liliũ: ꝛ florebit in eternũ ante domi num. Nequaꝙ̃ liliũ hoc hodie est: ꝛ cras in clibanum mittitur/ quia in eternum florebit. Et florebit ante dñm: cuius in memo ria eterna

ria eterna erit iustus: ⁊ ab auditione mala non timebit: illa scʒ auditione qua in clibanū ignis peccatores ire iubentur. Porro huius lilij candor: cui non splendet nisi cui non placet? Denique sol est: non ille qui oritur super bonos et malos. Neqȝ enim qui dicturi sunt: sol iusticie non ortus est nobis/ lucē illius quando qȝ viderunt: viderunt autē quotquot audierunt: vobis autē qui timetis deū: orietur sol iusticie. Ergo candor huius lilij apud iustos: fragrantia etiā vsqȝ ad iniquos diffunditur/ ⁊ si non in bonum ipsis. Deniqȝ audiuimus iustos dicentes: quia christi bonus odor sumus in omni loco: sed alijs quidē odor vite in vitā: alijs odor mortis in mortē. Quis vel sceleratissimus iusti non probet opinionē: quis non amet opus? Et beatus si se non iudicat in eo quod probat. Iudicat autē qȝ probans bonū ⁊ non amans ideoqȝ non beatus plane: sed miser proprio condēnatus iudicio. Quid eo miserius cui odor vite: non vite sʒ mortis nuncius est? Immo nec nuncius quidē sed baiulus.

A

¶ Sunt multa apud sponsum ⁊ alia lilia preter hec que ex propheta inciderunt nobis: veritatē loquor ⁊ mansuetudinē ⁊ iusticiā: nec erit difficile iam cuilibet vestrū similia reperire per semetipsum in orto tam delicioso sponsi. Abundat ⁊ superabundat talibus. Quis illa enumeret? Nempe quot virtutes tot lilia. Quis finis virtutum apud dominum virtutum. Quod si plenitudo virtutum in christo ⁊ liliorum: et fortassis propterea ipse se lilium appellauit qȝ totus versetur in lilijs: ⁊ omnia que ipsius sunt lilia sint: conceptio/ ortus/ conuersatio/ eloquia/ miracula/ sacramēta/ passio/ mors/ resurrectio/ ascensio. Quid horum non candidū ⁊ nō suauissime redolens? Tanta deniqȝ in cōceptione refulsit superni luminis claritas de superuenientis abūdantia spiritus: vt ne ipsa quidē virgo sancta sustinuisset/ si non sibi obumbratum foret a virtute altissimi. Porro ortū cādidauit incorrupta virginitas matris: conuersationē innocentia vite: eloquia veritas: miracula puritas cordis: sacramenta pietatis archanū passionē patiendi voluntas: mortē libertas non moriendi resurrectionem martyrum fortitudo: ascensionē exhibitio promissionum. Quam bonus fidei odor in his singulis: nostra quidē qui candorē nō vidimus tempora ⁊ viscera replens. Et beati qui non viderunt et crediderunt. Pars mea in his odor vite qui procedit ex ipsis. Is infusus naribus meis apto quodam fidei instrumento: ⁊ quidem copiosius pro multitudine liliorum: sane ⁊ exiliū leuat: ⁊ patrie desiderium assidue innouat in visceribus meis.

Joh.xx.

B

Johā. iij.

¶ Habent lilia et aliqui sodaliū sponsi: sed nō copiam. Omnes enim ad mensurā spiritum acceperunt: ad mensuram virtutes ⁊ dona. Solus ille non habet modū qui habet totum. Aliud est lilia habere: aliud nō nisi lilia habere. Quē dabis mihi de filijs captiuitatis adeo innocentē ⁊ sanctū: qui totam terrā suam floribus occupare potuerit ⁊ istiusmodi floribus? Nec infans certe vnius diei sine sorde est super terrā. Magnus est qui tria vel quattuor lilia edificare potuerit in terra sua in tanta densitate spinarū ⁊ tribulorum que sunt germina inueterata maledictionis antique. Mecum vero qui pauper sum bene agitur: si vnqȝ ab hac pessima segete iniquitatū videlicet atqȝ viciorum tantillū terre mee vendicare extirpando ⁊ excolendo sufficiā: vndevnū saltē producere liliū possim: si forte ⁊ penes me pasci interdū dignetur is qui pascitur inter lilia. At parū dixi vnum de penuria cordis mei os meum locutū est. Vnū prorsus non sufficit: duo ad minus necessaria sunt. Dico autē continentiā ⁊ innocentiā: quarū vna sine altera nec saluabit. Frustra deniqȝ ad vnam quālibet harū inuitabo sponsum: qui non ad lilium pasci/ sed inter lilia perhibetur. Dabo proinde operā habere lilia: ne de singularitate causetur lilij: qui nō vult nisi inter lilia pasci: ⁊ sic declinet in ira a seruo suo. Pono itaqȝ primā omniū innocētiam: ⁊ si huic iungere cōtinentiā quiuero: diuitem me putabo in possessione liliorum. Vexillum autē si tertiā his adiungere potero patiētiā. Et quidē possunt sufficere ille: sed quia ⁊ deficere in tēptationibus possunt: siquidem tēptatio est vita hominis sup terrā: opus profecto patientia est: que vtriusqȝ sit quasi nutrix quedā ⁊ custos. Puto si venerit amator ille liliorum ⁊ ita inuenerit: qȝ non dedignabitur iam pasci apud nos ⁊ apud nos facere pascha: vbi illi ⁊ multa suauitas in duabus: ⁊ magna erit securitas propter tertiā. Verum quo pacto dicatur pasci qui pascit omnia: postea videbitur. Nunc vero apparet spōsum nō modo apparere inter lilia: sʒ minime omnino extra lilia posse aliquando inueniri: cū omne quod de eo est ⁊ ipse sit liliū spōsus ecclesie Iesus christus dominus noster: qui est sup omnia deus benedictus in secula. Amē.

Ps.xxvj.

¶ Unde est anime candor liliorum: qȝ sponsus ⁊ pascit nos: et pascitur a nobis. Et qualis sit vnitas anime sancte ad deum. Sermo.lxxj.

C

Canti. ij.

Finis precedētis sermonis/ principiū huius. Est ergo liliū spōsus: sʒ nō liliū inter spinas: quoniam non habet spinas qui peccatū non fecit. Deniqȝ sponsam protestatur esse lilium inter spinas: quoniam si dixerit vel ipsa quia spinas non habeat/ seipsam seducit: ⁊ veritas in ea non est. Si vero florem quidē ⁊ liliū professus est: non tamen inter spinas. Magis autē ego (inquit) flos cāpi ⁊ liliū conuallium: ⁊ non est spinarū mētio qȝ solus sit hominū qui opus non habeat dicere cōuersus sum in erumna mea dum cōfigitur spina. Ergo absqȝ lilijs nunqȝ est qui absqȝ vitijs semper est: quia totus ⁊ semper est candidus: speciosus forma pre filijs hominū. Tu ergo qui hec audis vel legis cura habere lilia penes te: si vis habere hunc habitatorē liliorum habitantē in te. Opus tuū/ studiū tuū/ desideriū tuū/ lilia esse protestentur moralis quidā rerū ipsarū candor atqȝ odor. Habēt ⁊ mores colores suos: habēt ⁊ odores. Neqȝ enim in spiritibus idipsum est color ⁊ odor/ nō magis qȝ in corporibus. Ergo de colore cōscientia consultetur: de odore fama. Fetere fecistis odorē nostrū corā pharaone ⁊ seruis eius: aiunt illi dicētes de opinione. Porro colorē operi tuo dat cordis intētio ⁊ iudiciū cōscientie. Nigra sunt vitia: virtus candida est. Inter hāc atqȝ illa cōscientia cōsulta discernit. Stat sentētia domini de oculo nequā et lucido: qua inter candidū ⁊ nigrū certos fixit limites ⁊ diuisit lucē a tenebris.

Ibidem.

Ps.xliiij.

Exodi.v.

Gen.j.

D

¶ Quod ergo de corde puro ⁊ consciētia egreditur bona/ candidū est: ⁊ est virtus. Si autē ⁊ bona fama secuta fuerit et liliū est/ quippe cui nec cādor lilij desit nec odor. Porro virtus ⁊ si non propterea maior: pulchrior tamen illustriorqȝ efficitur. Quod si in cōscientia neuus fuerit: nec quod ex ea prodierit carebit neuo. Nam si radix in vitio: ⁊ ramus. Ac per hoc quicquid illud sit quod radix vitiata nō absqȝ traduce vitij ex se produxerit: verbi gratia/ sermo/ actio/ oratio/ etiam si fama applaudere videatur: nō est quod debeat liliū dici: quia ⁊ si odor cōniuere videtur/ sed nō color. Quo pacto enim lilium cum impuritatis neuo? Nec sane fama valebit vendicare virtuti: quod esse vitiū cōuicerit cōscientia. Erit quidē virtus cōtenta cādore consciētie: vbi sequi nō poterit odor fame: ceterū odor fame nec excusare sufficiet vitium conscientie decoloris. Prouidebit tamen semper (quod in se est) homo virtutis bona: nō tantum coram deo: sed etiam coram hominibus: vt vere sit lilium. Sed est etiam candor anime indulgentia dei: ipso dicente per prophetam. Si fuerint peccata vestra vt coccinū quasi nix dealbabuntur: et si fuerint rubra quasi vermiculus: velut lana alba erunt.

Esa.j.

E

¶ Et est candor quē sibi induit is qui miseretur in hilaritate. Etenim si intuearis illum quā propheta depingit iocūdum hominē qui miseretur ⁊ cōmodat: nōne is tibi videbitur de ipsa animi iocūditate induisse candorem quendā pietatis vultui pariter et operi suo? Sicut e regione si ex tristicia ⁊ veluti ex necessitate quis tribuat: nō candidū plane/ sed tetrū prefert manu ⁊ fronte colorē. Et ideo hylarē datorē diligit deus. Nunquid ⁊ tristē? Profecto qui respexit ad abel ob alacritatis cādorē: auertit faciē a cayn quia cōsiderat facies eius vtriqȝ tristicia ⁊ liuore.

Ps.cxj.

j.Cor. ix

F

¶ Aduerte qualis color tristicie seu inuidie sit: qui vel a se auertit aspectū? Pulchre et elegāter in colorādo beneficio candor iocūditatis laudatus est voce illa poete: super omnia vultus accessere boni. Nec modo hilaris dator: sed ⁊ qui tribuit in simplicitate diligitur a deo: ⁊ simplicitas candor est. Probamus a cōtrario: nam neuus duplicitas. Parum dixi: macula est. Quid duplicitas nisi dolus? Sed enim qui dolose egit in cōspectu dei: inuenta est iniquitas eius ad odiū. Et ideo beatus cui nō imputabit dominus peccatum: nec est in spiritu eius dolus. Pulchre dominus paucis vtrāqȝ notauit maculā: dolū tristiciāqȝ: nolite (inquiens) fieri sicut hypocrite tristes. Sponsus itaqȝ ⁊ cū sit virtus: in virtutibus cōplacet sibi: et cū sit liliū libenter inter lilia commoratur: ⁊ cū sit candor/ delectatur cādidis.

Mat.vj.

G

¶ Et fortasis hoc est quod dicitur pasci inter lilia: cādore ⁊ odore virtutū delectari. Et quidem pascebatur olim corporaliter apud mariā ⁊ marthā: ⁊ recūbens etiā corpore inter lilia (illas loquor) nā lilia erāt: nihilominus spiritum refocillabat deuotione ⁊ virtutibus mulierum. Quod si illa hora intrasset propheta aut angelus seu alius quis spiritalis: tamen nō ignorās qui maiestas recūberet: nōne stupēs dignationē ⁊ familiaritatē quā illi esse cōspiceret cū puris animis pudicisqȝ corporibus tamen terrenis ⁊ sexus infirmioris merito testaretur: quia vidi illū nō modo cōmorantē: sʒ ⁊ pascētē inter lilia. Ita ergo secundum vtrūqȝ (carnē dico ⁊ spiritum) pasci inter lilia spōsus inuentus est. Puto autē qȝ ⁊ ipse vicissim pasceret: sʒ in spiritu. Hoc ipso quo pascebatur: quō pascebat? Quō (inquis) cōfortabat timiditatē feminarū/ iocūdabat humilitatem: impinguabat deuotionem? Sed si vidisti qȝ pasci illi sit pascere: vide etiā nunc ne forte et econuerso pascere sit ei pasci. Domine qui pascis me a iuuentute mea: ait sanctus patriarcha iacob. Bonus paterfamilias qui suorum domesticorum curam gerit: maxime in diebus malis: vt alat eos in fame: cibans illos pane vite et intellectus ⁊ sic nutriēs ad vitā eternā.

H

¶ At pascēs ita puto nihilominus pascitur ipse: ⁊ quidē escis quibus libēter vescitur profectibus nostris. Et enim gaudium domini fortitudo nostra. Ita ergo et cum pascit pascitur: ⁊ pascitur cū pascit/ simul nos suo gaudio spirituali reficiens: ⁊ de nostro eque spirituali profectu gaudēs. Cibus eius penitētia

mea ⁊ cibus eius saluo mea: cibus eius ego ipse. An non cinerē tan
ꝙ panē manducat? Ego aūt q: peccator sum cinis sum: vt man
ducer ab eo. Mandor cū arguor: glutior cū instituor: decoquor
cum immutor: digeror cū transformor: vnior cū conformor. No
lite mirari hoc: ⁊ mādūcat nos/ ⁊ mādūcatur a nobis: quo arti⁹
illi astringamur. Non sane alias perfecte vnimur illi. Nā si man
duco ⁊ non mādūcor: videbitur in me esse ille: sed nondū in illo
ego. Qz si manducor quidē nec manduco: me in se habere ille/
sed non etiā in me esse videbit. Nec eñ perfecta vnitio in vno
quouis hoꝝ. Si eñ manducet me vt habeat me in se: ⁊ a me vi
cissim manducet vt sit in me quatinus integra firmaq; sit cōne
I
xio: cū ego in eo ⁊ nihilominus in me ipse erit. ¶ Vis tibi per si
mile ostendā quod dr: Attolle oculos nunc in quandam subli
miorē quidem rerū conuenientiā: similem tamen huic. Si ipse
sponsus in patre ita esset: vt non tamen in ipso pater: aut ita
pater in ipo esset vt non esset ipse in patre: audeo dicere ⁊ ipoꝝ
citra perfectū vnitas remaneret: si tñ iam vnitas esset. Nūc vo
cum ⁊ ipe in patre ⁊ pater in ipo sit: non est quo claudicet vni
tas: sed vere perfecteq; vnū sunt ipe ⁊ pater. Sic igitur aīa cui

Ps. lxxij.

adherere deo bonū est/ non ante se existimet ipsi pfecte vnitā
nisi cū ⁊ illum in se ⁊ se in illo manentē persenserit. Non quia vt
tunc vnū dicatur cum deo sicut vnum sunt pater ⁊ filius: ꝙuis

j. Cor. vj.

qui adheret deo vnus spūs est. Legi hoc: sed illud nō legi. Nō
dico de me qui nihil sum: sz plane nemo nisi demēs siue de ter

Johā. vij.

ra siue de celo vsurpabit sibi illā vnigeniti vocem: ego ⁊ pater
vnū sumus. Et tamen ego licet puluis ⁊ cinis: fretus quidē scri
pture auctoritate minime istud dicere verear: quia vnus cum
deo spiritus sum: si vnq; tamen certis fuero persuasus experi

j. Jo. iiij.

mentis deo me adherere instar vni⁹ illoꝝ qui in charitate ma
nent: ac per hoc in deo manent ⁊ deus in eis: manducātes deū
et manducati a deo. Nā de tali adhesione puto dictū: qui adhe

j. Cor. vj.

ret deo vn⁹ spūs est. Quid ergo? Dicit filius ego in patre ⁊ pa
ter in me est: ⁊ vnum sumus. Dicit homo: ego in deo/ et deus in

K

me est: ⁊ vnus spiritus sumus. ¶ Sz nūquid pater ⁊ fili⁹ vt sint
in inuicē ac perinde vnū: inuicē se manducant: sicut deus ⁊ hō
mutua se quadā in sese manducatione traijciunt: vt per hoc ⁊ si
non vnū: vnus certe spūs sint? Absit. Nec eñ vno modo insunt
sibi hi atq; illi: sz neq; vna vnitas vtroꝛūq;. Deniq; innuitur tibi
vnitatum diuersitas: per vnus ⁊ vnum: quoniā nec patri ⁊ filio
vnus nec homini ⁊ deo vnū poterit cōuenire. Tu si sapis occa
sione accepta eris sapientior: prudenter aduertens illic quidē
per vnum / vnitatem substantie vel nature: hic vero per vnus
eque vnitatem sed ideo longe alteram: quia inter substantias
et naturas: homini nempe ⁊ deo sua cuiq; ⁊ natura ⁊ substātia
est: cum patris filiiq; constet penitus esse vnā. Vides illam nec
vnitatē esse: siquidem huic singulari summeq; vnitati cōparet?
Nam quomodo vnitas vbi numerus naturarū/ substantiarū di
uersitas? Et tamen vnus spūs dicitur ⁊ est cū deo/ anima adhe
rens deo: nec preiudicat rerū pluralitas vnitati huic: quā facit
non confusio naturarū/ sed voluntatū consensio. Propter hanc
quoq; multa corda vnū: ⁊ multe anime/ vna dicuntur: sicut scri
ptum est. Multitudinis credētiū erat cor vnū/ ⁊ anima vna. Et
hec ergo vnitas. Ceterū qd ad illā: que nō vnitione cōstat/ sed
extat eternitate? Non plane illā quedam instar hui⁹ mutua mā
ducatio facit: q: nec fit. Est eñ. Sed nec cōiunctio vel quasi cō
positio: vel tale aliquid qd vnius nō est. Est autem patri filioq;
natura/ essentia/ voluntas: non modo vna sed vnum. Hoc nem
pe est illis esse quod naturā esse: hoc velle quod esse/ vel natu
ram esse. Non est itaq; quod vnitas qua vnū sunt pater ⁊ filius:
dicatur fieri de naturis vel essentiis/ et voluntatibus: q: nō sunt
non est qd dicatur vel fieri/ q: est. Nec eñ facticia est/ sed nati
ua. Sunt in sese pater ⁊ filius non solū ineffabili: sed etiam in
comprehēsibili modo sui ipsoꝛū capabiles pariter ⁊ capaces:
sed sane ita capabiles vt non partibiles: ita capaces vt nō par
ticipes. Naz vt in hymno ecclesia canit. In patre totus filius:
⁊ totus in verbo pater. Est pater in filio in quo sibi semper bñ
complacuit: ⁊ est filius in patre a quo vt nunq; non natus: ita

L

nunq; est separatus. ¶ Porro per charitatem hō in deo ⁊ deus

j. Jo. iiij.

in homine est dicente Joanne: q: qui manet in charitate in deo
manet: ⁊ deus in eo. Consensio quedam hec vt sint duo in vno
spiritu: immo vnus spiritus sint. Vides ne diuersitatem? Nō est
idem profecto consubstantiale ⁊ cōsentibile. Quāq; si aduerti
sti satis tibi per vnus ⁊ vnum ipsarum quoq; innuitur differētia
vnitatū: q: quidē nec patri ⁊ filio vnus/ nec homini ⁊ deo vnū
poterit conuenire. Non possunt dici vnus pater ⁊ fili⁹ q: ille pa
ter ⁊ ille filius est: vnum tamen dicuntur et sunt/ q: vna omnino
illis ⁊ non cuiq; sua substantia est. Quo contra homo ⁊ deus q:
vnius non sunt substantie vel nature/ vnū quidem dici non pos
sunt: vnus tamen spiritus certa ⁊ absoluta veritate dicuntur/
si sibi glutino amoris inhereant. Quam quidem vnitatem non
tam essentiarum coherentia facit: ꝙ conniuentia voluntatum.

M

¶ Patet (ni fallor) satis non modo diuersitas: sz ⁊ disparilitas
vnitatum vna in vna altera in diuersis existēte essentiis. Quid
tam distans a se ꝙ vnitas plurium ⁊ vnius? Ita inter vnitates
(vt dixi) discriminant vnus ⁊ vnum: q: per vnum quidē in patre
et filio essentie vnitas: per vnus vero inter deum et hominē nō
hec sed consentanea quedam affectionū pietas designatur. Cū
adiectione tamen etiam pater ⁊ filius sanissime dicuntur vnus
verbi causa: vnus deus/ vnus domin⁹: ⁊ quicquid aliud est qd
a se quisq; ⁊ non ad alterum dicitur. Siquidem non est illis di
uersa diuinitas siue maiestas: non magis ꝙ substātia vel essen
tia vel natura. Nempe hec ipsa omnia si pie consideres non di
uersa seu diuisa in illis sed vnū sunt. Minus dixi vnuz sunt ⁊ cū

Act. iiij.

illis. Quid illa vnitas qua multa corda vnū ⁊ multe anime vna
leguntur? Nec censenda (vt reor) nomine vnitatis comparata
huic que non multa vnit: sed vnū singulariter signat. Ergo sin
gularis ac summa illa est vnitas que non vnitione constat: sed
extat eternitate. Nec sane hanc spiritualis illa prefata mandu
catio facit: quia nec fit. Est enim. Multo minus eam facere pu
tanda est/ essentiarum qualiscūq; coniunctio seu consensio vo
luntatum: quia non sunt. Una enim illis (vt dictum est) ⁊ essen
tia ⁊ volūtas: vni vero non est consensus/ non compositio/ non
copulatio/ aut tale aliquid. Duas esse oportet ad minus volun
tates/ vt sit consensus: duas eque essentias: vt sit coniunctio siue
vnitio per cōsensum. Horū nihil in patre et filio: quippe nec essen
tias duas nec duas habentibus volūtates. Una est vtraq; res
illis: vel potius (vt prefatum me memini) vnum duo ista in illis
vnum ⁊ cum illis sunt: ac per hoc ipsi sicut incomprehēsibiliter
ita incommutabiliter inuicem in se manētes vere singulariter

N

vnum sunt. ¶ Si quis tamen inter patrē ⁊ filiū dicat esse cōsen
sum: non contendo dummodo non voluntatū vnionem: sed vni
tatem intelligat voluntatis. At qui deum ⁊ hominem: quia p
prijs extant ac distant ⁊ voluntatibus ⁊ substantijs. Longe ali
ter in se alterutrū manere sentimus id est non substantijs confu
sos: sed voluntatibus consentaneos. Et hec vnio ipsis commu

Ps. lxxij.

nio voluntatū ⁊ consensus in charitate. Felix vnio si experiaris:
nulla si cōparaueris. Vox experti. Mihi autē adherere deo bo
num est. Bonuz plane: si omni ex parte adheseris. Quis est qui
perfecte adheret deo: nisi qui in deo manens tanq; dilectus a
deo/ deum nihilominus in se traxit vicissim diligēdo? Ergo cū
vndiq; inherent sibi homo ⁊ deus: inherent autem vndiq; inti
ma mutuaq; dilectione inuiscerati alterutrū sibi: per hoc deuz
in homine ⁊ hominē in deo esse haud dubie dixerim. Sed ho
mo quidē ab eterno in deo tanq; ab eterno dilectus: si tamē ex
illis sit qui dicit: qm dilexit ⁊ gratificauit nos in dilecto filio
suo ante mundi constitutionē. Deus vero in hoie ex quo dile
ctus ab hoie est. Et si ita est: hō quidē in deo est/ ⁊ quādo in ho
mine deus nō est: deus aūt in hoie nō est q nō sit in deo. Mane

j. Jo. iiij.

re eñ in dilectione non pōt ⁊ si forsitā ad tēpus diligat nō di
lectus/ potest aūt nōdū diligere etiā dilectus. Alioquin quo
modo stabit: qm ipe prior dilexit nos? Porro cū iā etiā diligit
qui ante diligebat: ⁊ hō in deo/ ⁊ deus in hoie est. Qui aūt nū
ꝙ diligit: cōstat q nunq; dilectus est: ac per hoc nec ipe in deo
nec deus in eo est. Hec dicta sint ad dandā differentiā inter il
lā cōnexionē qua pater ⁊ filius vnū sunt: ⁊ illā qua adherens
deo anima/ vnus spirit⁹ est: ne forte q: legit de hoie manēte in
charitate: q: in deo manet ⁊ deus in eo: ⁊ itē de filio q nihilo
minus in patre sit ⁊ pater in ipso: par prerogatiua adoptati pu

O

taretur ⁊ vnici. ¶ His ergo ita absolutis/ recurrēduz nobis ad
illum q pascitur inter lilia: q: inde excursus hic factus est vsq;
huc: vtrū nā nō ociose vos iudicabitis. Et iā quidē loci ipsius
duos intellectus posuerā: siue q virtutibus pascit candidato
rum q virtus ⁊ cādor est: siue q peccatores recipit ad peniten

Rom. vj.

tiā in corpore suo (qd est ecclesia) p quib⁹ sibi incorporādis se
metipm fecit peccatū: q peccatū nō fecit vt destrueret corpus
peccati cui aliquando cōplantati fuere peccātes: essentq; iu
sticia in ipso iustificati gratis. Tertiā adhuc pono sententiam
que occurrit satis fore reor nō modo pro loci explanatione: sz
⁊ pro fine sermonis. Sermo dei veritas est ⁊ ipse sponsus. No
stis hoc: audite cetera. Is cū audit ⁊ minime obeditur illi va
cuus interim ⁊ ieiunus quodāmodo remanet: omnino tristis et
querulus q prolatus in vacuū sit? Si aūt obeditū fuerit: non
ne tibi verbū videbit in quādā excreuisse corpulētiā: q: verbo
opus accessit: vtpote refectū quibusdā fructibus obedientie

Apo. iij.

iusticie frugibus. Inde est q in apocalypsi loquit. Ecce sto ad
ostiū ⁊ pulso: si qs audierit vocē meā ⁊ aperuerit mihi ianuā: in

Esa. lv.

troibo ad illū ⁊ cenabo cū eo ⁊ ipe mecū. Videt approbari hic
sensus ⁊ apud pphetā sentētia dñi: vbi dicit q verbum suū nō
reuertetur ad eum vacuū: sed prosperabitur ⁊ faciet ad q mi
sit illud. Non reuertetur (inquit) ad me vacuum vel ieiunū sed
quasi prospere in omnibus agēs/ saturabitur bonis actib⁹ eo
rum qui in dilectione acquiescent illi. Deniq; vsu loquendi ser
mo impletus

mo impletus tunc dicitur/cū fuerit mancipatus effectu/q vi-
delicet tādiu inanis et macer ac quodāmodo famelicus sit do
nec opere compleat. ¶ Sed audi ipsum quo se dicat cibo ali.
Meus (inquit) cibus est vt faciā voluntatē patris mei. Verbū
verbi est aperte indicātis esse suū cibū factū bonū: si tamen in
uenerit illud inter lilia/ hoc est inter virtutes. Alioquin si ex-
tra reperitur si bonus (qd in se est) videtur cibus: nō tanget il-
lum is qui pascit inter lilia. Verbi causa: nō recipit elemosynā
de manu raptoris seu feneratoris: sed nec de hypocrite quidem
qui cum facit elemosynā/ facit tuba cani ante se vt glorificet
ab hominibus. Sed nec illius orationē aliquomodo exaudiet
qui amat orare in angulis plateaꝝ vt ab hoibus videat. Nem
pe oratio peccatoris execrabilis erit: frustra quoqꝫ offert mu-
nus suū ad altare qui conscius est sibi q frater suus habet ali
quid aduersum se. Deniqꝫ non respexit ad cayn munera: eo q
nō recte ambularet cū fratre suo. Teste sancto ꝓpheta etiam
abhominabat sabbata et neomenias et sacrificia iudeoꝝ: ita vt
manifeste protestaret odisse ea animā suā: et dicebat. Cū veni
retis ante cōspectū meū: quis quesiuit ea de manibus vestris?
Credo nō redolebant lilia manus ille: et ꝓpterea respuebat mu
nus ex illis q pasci inter lilia ꝯsueuit: et nō inter spinas. Quid
ni spinosas habebant manus quibus aiebat: manus vestre san
guine plene sunt? Et manus esau pilose erant spinosis simi-
les: ideoqꝫ non sunt admisse vt ministrarent sancto. ¶ Vereor
ne et inter nos aliqui sint quoꝝ non acceptet munera spon-
sus: eo q nō redoleāt lilia. Etenim si in die ieiunij mei inuenta
voluntas mea: nō tale ieiunium eligit sponsus: nec sapit illi
ieiunium meum quod non lilium obedientie: sed vitiū ꝓprie
voluntatis sapit. Ego autem non solū de ieiunio/ sed de silen
tio/ de vigilijs/ de orone/ de lectione/ de opere manuū postre-
mo de omni obseruatione monachi: vbi inuenitur volūtas sua
in ea: et nō obediētia magistri sui: idipsum sentio. Minime pro
fus obseruātias illas et si bonas in se: tamen inter lilia .i. inter
virtutes censuerim deputādas: sed audiet a propheta q eius-
modi est. Nunquid tale est obsequiū qd elegi dicit dns? Et ad-
dit. In die bonoꝝ vestroꝝ inueniūtur voluntates tue. ¶ Gran-
de malū ꝓpria voluntas: qua fit vt bona tua tibi bona nō sint.
Oportet proinde extra lilia fiant qui huiusmodi sunt: q nī-
hil omnino q propria inquinatū sit voluntate gustabit is q pa-
scitur inter lilia. Sapiētia est vbiqꝫ attingens propter mundi-
ciam suā: et nil inquinatū in eā incurrit. Ita ergo inter lilia pa
sci amat spōsus: idest apud munda et nitida corda. Sꝫ quousqꝫ?
Donec aspiret dies et inclinentur vmbre. Umbrosus locus est
et condensus: nō intremus siluam hāc ꝓfundi sacramenti nisi
clara luce diei. Iam enim disputante me longius inclinata est
dies: dū inuiti abstrahimur ab his lilijs. Nec sum veritus plixi
tatem: cui fastidium omne detraheret odor florum. Modicū
quid restare videtur de presenti capitulo. At istud modicum
recōditū nimis sicut et cetera vniuersa carminis huius. Sed
qui reuelat mysteria aderit vt ꝯfido cum pulsare ceperimus et
non claudet ora loquentiū se: cui familiare magis est reserare
clausa: sponsus ecclesie dominus noster iesus xps: qui est su
per omnia deus benedictus in secula. Amen.

Marginalia: Ioā. iiij. — Prouer. xxviij. — Mat. v. — Gen. iiij. — Esa. j. — Ibidem. — Ge. xxvij. — Esa. lviij. — Ibidem. — Canti. ij. — Pover. xx. Hester. xiij.

¶ Dies aspirans et vmbre inclinate que sint. Et q genus humanū accepit cōcupiscentiā hereditariā ex trāsgressione primorum parentum. Sermo.lxxiij.

Dilectus meus mihi et ego illi: qui pascitur inter lilia donec aspiret dies et inclinent vmbre. Nouissi ma tñ capituli huius tractanda pars est: et dubito in ipso ingressu cui nam potissimum eam iungam duarum precedentium. Nam possum indifferenter vtriqꝫ. Siue enim dicas: dilectus meus mihi et ego illi: donec aspiret dies et inclinētur vmbre: interposito tñ q pascit inter lilia: siue ꝑ littere serie qui pascit inter lilia donec aspiret dies et inclinentur vmbre non inconuenienter vtrouis assignas. Hoc sane refert q donec si primo iunxeris / inclusiuū oportet intelligas: si medio exclusiuū sentias necesse est. Esto nempe q desinat sponsus pasci iā inter lilia vbi aspirauerit dies nū quid similiter cessabit etiam sponsa intēdere aut ipsa illi? Absit. In eternum pseuerabunt sibi: nisi q tunc felicius cū vehemētius: tunc vehemētius cū expeditius. Sit ergo tale hoc donec q̄le est illud apud mattheum: vbi narratur nō cognouisse mariam ioseph: donec peperit filium suum primogenitum. Non enim post cognouit. Uel certe quale est illud in psalmo: oculi nostri ad dominum deum nostrū donec misereatur nostri. Nō eñ aduertētur cum ceperit misereri. Uel quale item illud domini ad apostolos. Ecce ego vobiscum sum vsqꝫ ad consummationē seculi. Non enim post nō erit cum illis. Verū hoc ita: si donec referas ad dilectus meus mihi et ego illi. Si autem ad q pascit inter lilia respicere malis: erit alio sensu accipiendum. Porro operosius ostendetur quomodo tunc dilectus pasci desinat cū aspirauerit dies. Etenim si dies resurrectiōis is est: quidni multomagis pasci ibi inter lilia iuuet: vbi horum maior admodū copia erit? Et ꝓ captanda quidem littere ꝯsequentia hec dicta sint. ¶ Nunc iam aduerte mecum: toto licet lilijs fulgentibus regno sponsoqꝫ medio existente et delitiante: non tamen esse q dicatur et pasci: iuxta id quidē qd ante consueuerat. Ubi nāqꝫ iaꝫ peccatores quos sibi incorporet xps māsos morsosqꝫ quasi quibusdam dentibus discipline austerioris: afflictione scꝫ carnis et cordis contritione? Sed neqꝫ cibū si iā exiget verbum sponsus ex aliquibus factis seu operibus obedientie: vbi omne negociū ociū: soloqꝫ in intuitu et affectu res erit. Et quidem cibus eius vt faciat voluntatē filius vnigenitus patris sui: sꝫ hic/ non ibi. Quid eñ faciat factā? Et perfectā tunc esse constat. Deniqꝫ probare iā tunc est omnibus sanctis q sit volūtas dei bona et beneplacens et perfecta. Et certe post perfectā faciendū superest nihil. Frui de cetero restat/ nō fieri: experiri/ non operari: ea viuere/ non exerceri in ea. Nōne ipsa est quam instantissima prece docti quidem a domino: sicut in celo: ita et in terra perfici postulamus: quo eius iā delectet fructus/ actus non fatiget? Non erit itaqꝫ spōso verbo operis cibus: quia cesset necesse est omne opus vbi plenius ab vniuersis percipitur sapientia. Nam qui minorantur actu percipiūt eā. ¶ Sed videamus nunc si qd dicimus stare possit: et ꝫm illā sententiā qua pasci inter lilia (candidatu virtutū oblectari) quidam interp̄tantur. Nam et nos ipsam inter ceteras non preterimus. Dicemus ne aut non fore: aut spōso minime sapere tunc virtutes? Et quidem sentire alterutrum dementie est. Sed vide ne forte ab illis delectetur: nam constat delectari/ sed forsitā potu magis q pastu. Sane in tempore et corpore isto nulla nostra virtus ita ad purū defecata erit nulla ita suauis et mera vt sponso abilis sit ad potandum. Sed qui vult omnes homines saluos fieri dissimulat multa: et quos non potest potandi interim facilitate glutire: curat ex ea vel quippiā elicere sapidū: quasi arte quadam et quodā labore mandendi. Erit cū erit virtus colabilis: nec premetur dente/ nec fatigabitur a mandente. Uel potius non fatigabit mādentē: que bibentē absqꝫ opera delectabit/ tanqꝫ vtiqꝫ potus non esca. Deniqꝫ habes spondentem in euangelio q non bibam de hoc genimine vitis (inquit) donec bibā illud nouum vobiscum in regno patris mei. Et de cibo nulla mentio est. Sed apud prophetam quoqꝫ legitur: tāq potans crapulatus vino. De cibo aūt nihil ibi penitus inuenitur. Sponsa ergo conscia mysterij huius: cū dilectū pasci inter lilia cōperisset ac perhibuisset: constituit terminum quoad id dignaretur: immo constitutū agnouit et perhibuit dicēs: donec aspiret dies et inclinentur vmbre. Sciebat enim virtutibus eum postea potandū potius q pascendum. Conuenire videtur et consuetudo est: quia post cibū potus sumi de more solet. Ergo qui hic manducat/ illic bibet: eo tunc suauius quo securius glutiturus: et eā ipsa qua scrupulosius modo et quodāmodo laboriosius quasi mandendo liquat. Nunc iam intendamus considerare de die illo et illis vmbris/ q ille/ que iste/ ille qua ratione aspirans: he in qua potestate habeant inclinari. Signanter omnino dictū est: donec aspiret dies: immo singulariter. Solo quippe hoc loco, nisi fallor, diem aspirantē cōperies. Aure nempe non tempora spirare dicuntur. Spirat homo: spirant animalia cetera/ quibus indesinenter reciprocatus aer vitā ꝯtinuat. Et quid hoc nisi ventus? Spirat et spiritussanctus et inde spiritus. Quopacto ergo dies spirans qui nec ventus/ nec spiritus nec animal est. Quāqꝫ nec spirans quidē: sed qd signantius sonat aspirans dictus sit. Nec minus preter solitū dictū/ et inclinentur vmbre. Deniqꝫ ad exortū huius corporei visibilisqꝫ luminis vmbre non inclināturr/ sed anullantur. Extra ꝓinde corpora querende he res. ¶ Et siquidem spirituales inuenerimus diem et vmbras: tūc forsitan et inclinatio harum et illius aspiratio facilius elucebit. Qui illum diem de quo propheta dicit. Melior est dies vna in atrijs tuis super milia: corporeum opinatur/ nescio quid iam non corporeū opinetur. Est et in mala significatione dies: cui maledixere prophete. Absit aūt vt ex visibilibus his quos fecit dominus. Itaqꝫ spiritualis est. Iā vmbram quis ambigat spiritualē: qua marie obumbratū est cōcipienti: et itē eā que in propheta sic memoratur: spiritus ante faciem nostrā christus dñs sub vmbra eius viuemus inter gentes. Ego tamen vmbrarum nomine hoc loco magis arbitror designatas contrarias potestates: que nō modo vmbre vel tenebre: sed et principes tenebrarum haꝝ ab apostolo perhibent: simulqꝫ inherentes illis ex genere nostro filios vtiqꝫ noctis/ et non lucis neqꝫ diei. He siquidem vmbre non plane cū aspirauerit dies in nihili reuertētur: sicut a facie huius corporee lucis vmbras corporeas non disparere tantum: sed et penitus deperire videmus. Itaqꝫ erunt minime quidem extremius nihilo/

Marginalia: Canti. ij. — Mat. j. — Ps. cxxij. — Matthei xxviij. — Matthei xxvi. — Ps. lxxvij. — Canti. ij. — j. Thi. ij. — Ps. lxxxiij.

miserius tamen. Erunt, sed inclinate et subdite. Denicꝫ inclinabit se, inquit, ꝛ cadet (haud dubiū quin princeps vmbrarū) (Ps.ix.) cum dominatus fuerit pauperū. Ergo nō natura delebit: sed potentia subtrahetur. Non peribit substantia: sed transibit hora et potestas tenebrarū. Tollunt ne videant gloriā dei / non adnullātur vt semp viuantur. Quidni inclinabunt vmbre: cū deponentur potentes de sede / ponenturꝗ scabellum pedum? Qd vtiqꝫ oportet fieri cito. Nouissima hora est. Nox precessit: (Rom.xiij) dies aūt appropinquauit. Aspirabit dies: et expirabit nox. Nox diabolus est / nox angelus sathane: ꝛ si se transfiguret in angelū lucis. (ij.Cor.xi.) Nox etiā antichristus quē dñs interficiet spiritu oris sui: ꝛ destruet illustratione aduētus sui. Nūquid nō dñs dies est? Dies plane illustrans ꝛ spirans: qui spiritu oris sui fugat vmbras ꝛ destruit laruas illustratione aduēt⁹ sui. ¶ Aut si magis placet simpliciter verbum inclinationis accipere: nihilꝫ aliud inclinari ꝙ adnihilari esse putandū: neqꝫ huic desimus sensui: dicimus vmbras figuras et enigmata scripturarū: necnō ꝛ sophisticas locutiones: cauillationesꝗ verborū ꝛ implicita argumentorū: que omnia veritatis interim lumē obumbrant. Ex parte enim cognoscimus: ꝛ ex parte prophetamus. Verum aspirante die inclinabūtur vmbre: quia occupante omnia luminis plenitudine nulla pars superesse poterit tenebrarū. Denicꝫ cū venerit qd perfectū est tunc euacuabit qd ex parte est. Hactenus de his sufficere poterat: si spirans dies illa ꝛ non aspirās dicta fuisset. Nunc vero pro tantillo licet additamento adhuc aliquid addēdū existimo: nimirū pro inuestiganda hui⁹ diuersitatis ratione. Ego enī (vt verū fatear) iam olim mihi pluasi in sacri pcelsiqꝫ eloquij textu ne modicam vacare particulam. Solemus aūt hac voce vti cū vehementer aliqd desideramus: vt (verbi gratia) cum dicimus / ille ad illū honorē vel illā dignitatem aspirat. Designat itaqꝫ per hoc verbū mira affutura affluentia: vehementiaqꝫ spiritus die illo / cū nō solū corda sed ꝛ corpora suo quidē in genere spiritalia erunt: ꝛ qui digni inueniuntur inebriabūtur ab vbertate domus dñi / ꝛ torrente voluptatis illius potabunt. Uel aliter. ¶ Iā sanctis angelis dies sanctificatus illuxit: spirans illis iugi impetu perpetis meat⁹ mellifluus sempiterne diuinitatis archana. (Ps.xlv. Ps.lxxxvi) Denicꝫ fluminis impetus letificat ciuitatē dei: sed ciuitatē cui dicitur. Sicut letantiū oim habitatio in te. Cū aūt nobis ꝗ terrā inhabitam⁹ spirare adiecerit: erit non modo spirans sed ꝛ aspirans: ꝙ dilatato sinu admittat ꝛ nos. Uel (vt paulo altius repetam⁹ ꝛ differamus latius) plasmato homine de limo terre: plasmator sicut vera narrat hystoria inspirauit in faciē eius spiraculum vite: (Gene.ij.) factus perinde illi dies inspirans. Et ecce inuida nox callide impegit, in diē hanc lucē vtiqꝫ simulata. Nam dū quasi splēdidius lumē sciētie pollicet: inopinatas noue luci effudit prauitatis tenebras consilij ꝛ primordiis originis nostre terrā dāno se preuaricationis inuexit caliginē. (Ps.lxxxi) Ue ve nescierūt neqꝫ intellexerunt: in tenebris ambulant / nescientes / ponentes tenebras lucē: ꝛ lucē tenebras. Denicꝫ comedit de ligno mulier qd sibi dederat serpens: qd vetuerat deus deditqꝫ viro suo: ꝛ cepit illis quasi de nouo diescere. (Gen.iij.) Nam ilico aperti sunt oculi amborū ꝛ factus est dies cōspirans inspirantē excludens / ꝛ substituēs expirantē. ¶ Conspirauerunt siquidē ꝛ cōuenerunt in vnū aduersus dñm aduersus christū eius / serpentis astucia / mulieris blanditie / viri mollicies. (L. Ps.ij.) Unde ꝛ loquebantur mutuo: dñs sez ꝛ christus eius. Ecce adam factus est quasi vnus ex nobis qd ad vtriusqꝫ iniuriā iactantibus se peccatorib⁹ acquieuisset. In hac die nascimur vniuersi. Portamus denicꝫ omes impressum nobis cauterium cōspirationis antiq. Eua vtiqꝫ viuēte in carne nostra: cuius per hereditariā concupiscentiam serpens nostrū sue factioni sedula satagit sollicitudine vendicare consensum. Propterea vt dixi huic diei maledixere sancti: breuem optātes ꝛ cito verti in tenebras ꝙ sit contentionis et contradictionis dies: dū nō cesset in ea caro concupiscere aduersus spiritū / legiꝗ mentis membrorū cōtraria lex rebellione infatigabili assidue cōtradicat. Itaqꝫ dies expirās factus est. Et tunc enim ꝛ deinceps quis est homo qui viuet ꝛ non videbit mortē? Dicat pro ira quis: ego non minus p misericordia putem: ne electos sez propter quos oia fiunt diu fatiget molesta contradictio qua captiui dicuntur: ꝛ ipsi in lege peccati: ꝗ est in membris ipsorū. Horrēt nimirū egerrimeꝗ ferunt turpez captiuitatē ꝛ tristē contentionē. Festinemus proinde respirare a conspiratione antiqua ꝛ iniqua: quoniā breues dies hois sunt. (Job.xiiij) Ante sane excipiat nos dies respirans: ꝙ nox suspirans absorbeat eterne caliginis tenebris exterioribus inuoluēdos. (M) ¶ Queris in quo respiratio ista? In eo si incipiat spiritus viciissim concupiscere aduersus carnem. Hoc si repugnas respiras. Si spiritu facta carnis mortificas / respirasti. Si hanc cū vitiis ꝛ ɔcupiscentiis suis crucifigis / respirasti. Castigo (inqt) corpus meū ꝛ in seruitutē redigo: ne forte cū aliis pdicauerim (Cor.ix.) ipse reprobus efficiar. Uox est respirantis: immo qui iam respirarat. Uade ꝛ tu fac similiter vt te respirasse probes: vt diē denuo inspirantem tibi noueris illuxisse. Nec nox mortis preualebit aduersus rediuiuū hunc diem: magis aūt in tenebris lucet: ꝛ tenebre eum non cōprehenderunt. (Joan.i.) Intantū nō reor nec vita decedente cedere lumen vite: vt nemini cōgruenti⁹ ꝙ sic mortuo assignādam censeā vocē illā: ꝛ nox illuminatio mea in delitijs meis. (Psalm. cxxxviij.) Quidni clarius videat nube: vel potius fece corporis euolut⁹? Erit sine dubio vinculis solut⁹ corporeis inter mortuos liber: ꝛ inter cecos vidēs. Nā quēadmodū olim omni oculo caligante p vniuersam egyptū solus in medijs tenebris clare videbat populus vidēs deū. i. populus israel dicēte scriptura: ꝙ vbicuqꝫ israel erat lux erat: (Exodi.x.) sic inter filios tenebrarū in terra mortis caligine fulgebunt iusti: ꝛ videbūt eo vtiqꝫ clarius quo exuti corporum vmbris. ¶ Nam hi ꝗ ante nō respirauerunt nec enim quesierūt inspirantis diei lumē: ꝛ sol iusticie non ortus est eis: hi inqꝫ ibunt de tenebris in tenebras deteriores: vt qui in tenebris sunt / tenebrescant adhuc: et qui videnꝫ videant magis. (N) Ubi nō inconuenienter forsitan adducetur etiā sermo domini quem dixit: quia habenti dabitur / et abūdabit ei autem qui non habet / ꝛ qd videtur habere auferetur ab eo. (Luce.xix) Ita est / ꝛ additur in morte videntibus: ꝛ nō videntibus demit. Quo enim hi minus ꝛ minus: eo illi magis magisꝗ vident donec et hos excipiat suspirans nox: et illos aspirans dies: que sunt nouissima vtrorūqꝫ extrema: videlꝫ cecitas ꝛ suprema claritas. Ex hoc iam non est quod dematur omnino vacuis: non est quod addatur plenis: nisi quod hi nescio quid pleno amplius se accepturos presumunt ɓm promissionem a deo ad se factam. Et promissionis quidem verbum tale est. ¶ Mensuram bonam ꝛ confertam coagitatam ꝛ supereffluentem dabunt in sinum vestrum. (Luc.vi. O) An non plus pleno quodāmodo tibi esse videtur quod supereffluit? Porro placide audiēs plenum ꝛ plenius si te legisse memineris in eternūꝫ vltra. Ergo is cumulus aspirantis erit diei. Ipsa inqꝫ adiciet ad mensuram inspirate plenitudinis ad inspirantis diei copiam supra modū in sublime pondus glorie operās: ita vt redūdet in corpora supereffluēs clarificationis adiectio. Hac de cā enī nō spirans sꝫ aspirās dicta est: ꝙ addat ad inspirātē: hoc significāte spiritu sancto per adiectam ad ppositionē: quia quos illa intus illuminat / hos ista adornat foris: ꝛ stola glorie induit eos. (Eccli.xv) Atqꝫ id satis pro danda ratione vocabuli quod est aspirans. Et si vultis scire: dies aspirans ipse est saluator quem expectamus: ꝗ reformabit corpus humilitatis nostre ɔfiguratū corpori claritatis sue. (Philip.iij) Nam ꝛ inspirans nihilominus idem ipse est ɓm operationem qua nos respirare prius facit in lumine quod inspirat: vt simus ꝛ nos dies respirans in ipo ɓm quod interior noster homo renouatur de die in diē: ꝛ renouatur in spiritu mentis sue ad imaginē ei⁹ ꝗ se creauit: factus pinde dies ex die ꝛ lumen ex lumine. Cum igitur duo in nobis precedant dies vnus quidem inspirans p corporis vita: alter vero respirans in sanctificationis gra. Porro tertius superest aspirans in resurrectionis gloria: clarret profecto aliquando adimpletum iri in corpore qd precessit in capite: magnum vtiqꝫ pietatis sacramentū ꝛ prophete testimoniū qui ait. Uiuificabit nos post duos dies: in tertia die suscitabit nos ꝛ viuemus in conspectu eius: (Osee.vi.) sciemus sequemurꝗ vt cognoscamus dñm ipse est in quē angeli prospicere cōcupiscunt sponsus ecclesie iesus christus dominus noster: qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen.

¶ Qualiter christus ad iudicādum veniet in forma humana vt mitis appareat electis: qui conculcabit impios. Sermo.lxxiiij.

(P Canti.ij.) Reuertere similis esto dilecte mi capree hinnuloque ceruorū. Quid: Modo it: mō reuocas? Quid subitū in tam breui emersit? Oblita ne aliquid? Etiam oblita totū qd non ille est: se quoqꝫ ipsā. Denicꝫ cū sit rationis nō expers: nō tamē modo vt videtur rationis est cōpos. Sed nec in sensu illi vllatenus apparet verecūdia esse: quā forte habet in moribus. Amor intemperans facit hoc. Nempe is est qui omnem in se triūphans captiuansꝗ pudoris sensum conuenientie modum / deliberationis consilium: totius modestie ꝛ opportunitatis neglectū quēdā ꝛ quādā incuriā parit. Nam vide nūc quomodo illū pene adhuc incipientē ire: iā tū redire flagitat. Etiā accelerare rogat: ꝛ quidā currere instar vnius alicuius fere siluarū velociter currentis: verbi gratia: capree hinnuliue ceruorum. Hec littere tenor / ꝛ hec videor portio. Ego vero quēadmodū accepi a dño in pfundo sacri eloquij gremio spiritū mihi scrutabor ꝛ vitā: ꝛ pars mea hec qui in christū credo. Quidni erua dulce ac salutare epulū spiritus de sterili et insipida littera tanqꝫ granū de paleis / de testa nucleū / de osse medullam?

Nihil

Nihil mihi ⁊ littere huic: que gustata carnē sapit, glutita moꝛtem affert. Sed enim qđ in ea tectum est: de spiritu sancto est. [j. Coꝛ. xiiij] Spiritus aūt loquit̄ mysteria: teste apostolo: sꝫ israel pro velato mysterio ipsum mysterij velamē tenet. Quare: nisi q2 adhuc velamen est positū super coꝛ eius? Ita q̄ sonat littera illi⁹ est qđ designat / mei est / ac per hoc illi ministratio moꝛtis in littera: mihi vita in spiritu. [Joā. vi.] Nam spiritus est qui viuificat: dat q̄ppe intellectū. [B] ¶ An non vita intellectus? Intellectū da mihi [ps. cxviij] ⁊ viuā: ait propheta dn̄o. Intellect⁹ nō remanet extra / nō heret in superficie / non instar ceci palpat foꝛinseca / sed profunda rimatur: preciosissimas solitus exinde veritatis exuuias tota auiditate diripere ac tollere sibi: ⁊ cū ꝓpheta dicere dn̄o. [Ibidem.] Letaboꝛ ego sup eloquia tua: sicut qui inuenit spolia multa. Nēpe ita regnū veritatis vim patitur: ⁊ violenti rapiūt illud. [Mat. xi.] Verū ille senioꝛ frater qui de agro veniens formā tenuit populi veteris ⁊ eterni: q̄ pro terrena hereditate doct⁹ diligere terrā attrita frōte gemit anxius sub graui iugo legis poꝛtatq̄ pondus diei et estus. Is / inq̄ q2 intellectū non habuit foꝛis stat etiā nūc: ⁊ nō vult nec inuitatus a patre intrare domū cōuiuij: semetipsum fraudans vsq̄ adhuc participio simphonie ⁊ choꝛi ⁊ vituli saginati. Miser q̄ rēnuit experiri q̄ bonum sit ⁊ iocundū habitare fratres in vnū. [ps. cxxxij] Et hec dicta sint pro distinctione partis ecclesie: partisq̄ synagoge: quo ⁊ cecitas huius ex illius prudentia manifestioꝛ fiat: ⁊ felicitas illius ex ei⁹ miseranda fatuitate ꝓmineat. [B] ¶ Nunc iā scrutemur verba spōse: ⁊ sic conemur castos exprimere sancti amoꝛis affectus vt nil in sacro eloquio ratione carens nil indecoꝛū impoꝛtunūve refedisse oīno appareat. Et si in mentē venerit hoꝛa illa cū domin⁹ iesus (is enim sponsus est) transiret ex hoc mundo ad patrem: [Joā. xiij.] simulq̄ quid tunc animi gereret sua illa domestica ecclesia noua vtiq̄ nupta cū se deseri cerneret quasi viduā desolatā vnica spe sua (apostolos loquoꝛ: qui relictis omnibus secuti fuerant eum: atq̄ cū ipso permanserunt in tentationibus suis) si [Luc. xviij] hec inq̄ cogitauerimus: nō immerito neq̄ incōgrue p̄ntovidebitur quantū de abscessu tristis: tantū sollicita extitisse de reditu / p̄sertim sic affecta ⁊ sic relicta. Itaq̄ diligenti ⁊ indigenti hec ipsa duplex ratio erat cōmonendi dilectū: vt quādoqui dem persuaderi nō poterat quin iret ⁊ ascenderet vbi erat pas⁹ saltē ꝓmissum denuo maturaret aduētū. [C] ¶ Hec eñ optat ⁊ postulat similē foꝛe feris: ⁊ eiusmodi feris q̄ cursu agilioꝛes esse videntur: cupientis animi indiciū est / cui nihil satis festinatur. Nōne hoc quotidie postulat cū dicit in oꝛatione / adueniat regnū tuū? Ego tamen p̄ter agilitatē existimo nō minus signanter exprimi etiā infirmitatē: ⁊ quidē sexus in caprea / etatis in hinnulo. Vult itaq̄ eū (vt mihi videt̄) ⁊ si cū potestate venire nō tamen in foꝛma dei in iudicio apparere: sed sane in ea qua nō [Esa. ix.] modo natus sed ⁊ paruulus natus est nobis / idq̄ solo de infirmioꝛi femineo sexu. Cur hoc? Nempe vt exutroq̄ admoneatur infirmo mitescere in die ire: meminerit q̄ in iudicio misericoꝛ[ps. cxxix.]diam superexaltare iudicio. Etenī si iniquitates obseruauerit etiā electoꝝ q̄s sustinebit? Astra nō sunt munda in conspectu eius: ⁊ in angelis suis repperit prauitatē. Audi deniq̄ sanctū ⁊ electū quid dicat deo. Tu inquit remisisti impietatē peccati mei: pro hac oꝛabit ad te oīs sanctus in tempoꝛe oppoꝛtuno. [ps. xxxi.] [D] ¶ Opus itaq̄ habēt ⁊ sancti pro peccatis exoꝛare: vt de misericoꝛdia salui fiant / ꝓprie iusticie nō fidentes. Oēs eñ peccauerunt: ⁊ egent misericoꝛdia dei. Ut ergo cū iratus fuerit misericoꝛdie recoꝛdetur: rogatur ab ista apparere in misericoꝛdie habitu illo de quo apostolus: ⁊ habitu (inquit) inuentus vt homo. [Phil. ij.] Necessarie quidē. Si enim cū hoc quoq̄ temperamento tanta erit in iudicio equitas / in iudice feritas / in maiestate sublimitas / nouitas in facie ipsa rerū: vt s̄m prophetā nō possit cogitari dies aduentus eius: quid putas foret si ignis ille consumens (deū loquoꝛ oīpotentē) in illa sue diuinitatis magnitudine / foꝛtitudine / puritate / venisse contra foliū qđ vento rapit̄ [Job. xiij.] ostensurus potentiā tuā: ⁊ stipulam siccā persecuturus? Et homo est (inquit) ⁊ quis videbit eū? Et quis stabit ad videndum eū? Quātomagis deū nobis absq̄ hoīe exhibētē nemo hoīm ferret: vtpote claritate inaccessibilē / celsitudine inattingibilē [ps. ij.] incōp̄rehēsibilē maiestate? Nuncvero cū exarserit in breui ira eius q̄ grata propter filios gratie apparebit blanda quedam visio hoīs: sane firmamentū fidei: spei robur: fiducie augmentum: q̄ scꝫ gratia ⁊ mīa sit in sctōs eius: ⁊ respectus in electos [E] illius. ¶ Deniq̄ ipse pater deus dedit filio iudicij potestatē: ⁊ non quia suus / sed q2 fili⁹ hoīs est. O vere patrē misericoꝛdiarum vult per hoīem homines iudicari: quo in tanta trepidatione ⁊ perturbatione maloꝝ / electis fiduciā p̄stet nature similitudo. Predixerat hoc quondā sanctus dauid oꝛās pariter [ps. lxxi.] ⁊ prophetās; deus (inquiens) iudiciū tuū regi da: ⁊ iusticiā tuā filio regis. Sꝫ neq̄ huic dissonat promissio facta per angelos [Actuū. j.] qui eo assumpto ita ad apostolos loq̄bant̄. Hic iesus q̄ assumptus est a vobis in celū: sic veniet quēadmodū vidistis eū euntem in celū: hoc est in hāc ipsa coꝛpoꝛis foꝛma atq̄ substantia. [F] ¶ Liquet ex his oīb9 spōsam in se diuinū habere consiliū ⁊ mysteriū superne volūtatis minime ignoꝛare: que sub vmbra imbelliū imbecilliūq̄ animātiū naturā infirmioꝛē vel poti⁹ inferioꝛē (q2 iā infirma nō erit in iudicio exhibēdā) ⁊ oꝛantis affectu ⁊ spiritu prophetātis enūciat: quatinus qui celū terrāq̄ mouebit in virtute sua accinctus potentia contra insensatos: [ps. lxiij.] ⁊ suauis nihilominus ⁊ mitis ⁊ quasi oīno inermis appareat propter electos. Ubi hoc quoq̄ addi potest q2 ad discernendū alterutros a se / opus erit quodāmodo illi cū hinnuli quidē saltibus luminibus capree: quatinus videre ⁊ discernere in tāta multitudine ⁊ in tāta turbatiōe possit in quosnā salire: ⁊ quos transilire opoꝛteat ne foꝛte contingat iustū pro impio cōculcari cum in ira populos confringet. Nā quantū ad impios: necesse est vt impleat̄ ꝓphetia dauid: immo sermo dn̄i loquētis per os eius: q2 cōminuē eos vt puluerē ante faciē venti: vt lutum [ps. xvij.] platearū delebo eos. Et itē alius sermo quē per aliū ꝓphetā predixerat impletus nihilominus tunc cognoscet̄ / cū ad angelos rediens dicet. Calcaui eos in furoꝛe meo: ⁊ cōculcaui eos [Esa. lxiij.] in ira mea. Si cui aūt magis ita intelligendū videt̄: vt malos potius transilire atq̄ in bonos salire hinnulus noster debeat / non contendo: tantū cogitet saltus dispositū iri in discriminationem bonoꝛū maloꝛūve. Nā ⁊ a me (si bene memini) ita dictū est in s̄mone altero vbi capitulū idē alibi supra: ⁊ ab auctoꝛe [Ephe. iij.] positū / ⁊ a me expositū nihilomin⁹ reperit̄. Uerū ibi s̄m dispēsationē quidē gratie que in presenti vita alijs datur: alijs nō datur: iusto quidē dei iudicio sed occulto / salire ⁊ trāsilire is hinnulus dictus est: hic autē s̄m vltimā ac variam retributionem meritoꝝ. Et foꝛte sensui huic videatur astipulari extremū capituli huius: quod quidē pene oblitus fueram. [G] ¶ Dicens nāq̄. Similis esto dilecte mi capree hinnuloq̄ ceruoꝛū: addit / su[Cant. ij.]pra mōtes bethel. Nec enim in domo dei (qđ sonat bethel) mali montes sunt. Propterea saliens in eos hinnulus non conculcat / sed letificat: vt scriptura impleatur / que dicit: mōtes ⁊ colles cantabunt coꝛam deo laudes. [Esa. lv.] Et quidē sunt mōtes quos s̄m euangeliū tollit fides cōparata sinapi: sed nō sunt montes bethel. Etenim quicunq̄ sunt bethel minime eos tollit fides sed colit. Hi si principatus ⁊ potestates necnō ⁊ cetera nihilominus beatoꝛū spirituū agmina celoꝛūq̄ virtutes montes sunt bethel / vt de his intelligamus dictū. Fundamenta eius [ps. lxxxvi] in mōtibus sanctis: nō sane is hinnulus vilis ac contēnendus qui supra tā excellentes montes visus est apparere: tanto angelis melioꝛ effectus: quanto differentius pre illis nomen hereditauit. [H] ¶ Quid enim si in psalmo legimus minoꝛatū ab angelis? Neq̄ eñ non melioꝛ q2 minoꝛ: nec contraria sunt locuti [ps. viij.] apostolus ⁊ propheta: quippe habentes eundē spiritū. Nā si dignationis fuit q̄ minoꝛatus est non necessitatis: nihil plane in hoc bonitati prescribitur / sed ascribitur. Deniq̄ minoꝛatū ꝓpheta p̄hibuit nō minoꝛē: attollens gratiā ⁊ propellens iniuriā. Nā ⁊ minoꝛitatē natura recusat: ⁊ minoꝛationē excusat causa. Nempe minoꝛatus est: q2 ipse voluit. Minoꝛatus est sua volūtate ⁊ nostra necessitate. Sic minoꝛari misereri fuit. Quenam perditio hec? Profecto accessit pietati quicq̄d maiestati visum est deperijsse. Quamq̄ nec apostolus tacuit hoc magnū magne pietatis archanum: sed ait. Eum autē qui modico q̄ angeli minoꝛatus est videmus iesum propter passionem moꝛ[Hebre. ij.]tis gloꝛia ⁊ honoꝛe coꝛonatum. [I] ¶ Et hec dixerimus pro nomine et similitudine hinnuli: quatinus spōso eam (iuxta sermonē spōse) absq̄ maiestatis iniuria apparem⁹. Quid dico absq̄ maiestatis iniuria: qū nec īfirmitas inhonoꝛata remāsit. Hinnul⁹ est / paruulus est / capree quoq̄ similis perhibetur tanq̄ fact⁹ ex muliere: atū super montes bethel: atū excelsioꝛ celis factus. Nō dicit excelsioꝛ celis manēs vel existens: sed excelsioꝛ [Heb. vij.] celis factus / ne quis putet de illa natura dictū in qua est qui est. Sed ⁊ vbi prefertur angelis melioꝛ nihilominus perhibet̄ effectus: ⁊ non dicitur manēs vel existens melioꝛ. Ex quibus apparet q̄ nō modo in eo q̄ ab eterno est: sed etiam in eo quod in tēpoꝛe factus est: omnem sibi eminentiam vendicet supra omnem principatum et potestatem: supra omnē deniq̄ creaturam: vtpote primogenitus oīs creature. [j. Coꝛ. j.] Itaq̄ quod stultum est dei sapientius est hominibus: et quod infirmum est dei / foꝛtius est hominibus. Hoc quidem apostolus. Mihi autem non videtur errare: si quis etiam sapiētie ⁊ foꝛtitudini angeloꝝ preferendum dicat identidem stultum ⁊ infirmum dei. Ita ergo presens locus conuenienter aptabitur vniuersali ecclesie. Jam vero quod vnam singulariter aīam spectat: nam ⁊ vna si deum dulciter sapienter⁊ vehemēter amat sponsa est: quisq̄ spūalis in semetipso aduertere potest quid sibi inde propꝛium respondeat experimentum. Ego vero q̄cquid illud est quod in me de huiusmodi experiri donatum est, coꝛam eloqui non vereboꝛ. Nam

et si vile forsitan cum fuerit auditum et despicabile videatur non mea refert: quia qui spūalis est non me despiciet: q̄ minus non me intelliget. Attn̄ si in alium istud sermonem seruauero: forte non deerūt qui edificentur in his que exorat⁹ iterim dn̄s inspirabit: sp̄ōsus ecclesie iesus christus dn̄s noster: qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen.

¶ De visitationibus verbi sponsi que fiunt in spiritu ad animā sanctā: de quibus sanctus iste vir bernardus se p̄bet exēplū ad edificationē audientiū. Sermo.lxxiiij.

R Canti. ij.

Euertere inquit. Liquet nō adesse quē reuocat affuisse tamen/ idq̄ non longe ante: quippe qui dum adhuc abiret/ reuocari videtur. Intempestiua reuocatio magni cuiusdam amoris: magni alterius amabilitatis indicium est. Qui sunt isti charitatis cultores: amatorumq̄ tam indefessi sectatores negocij quorum alterū prosequitur/ alterā vrget tam indefessus amor. Et mihi quidem vt memini mee promissionis incumbit assignare hunc locum verbo ⁊ anime: sed ad hoc vt digne vel aliquantisper fiat: ipsius adiutorio verbi egere me fateor. Et certe sermo iste decuerat magis expertum magisq̄ cōsciū sancti ⁊ archani amoris: sed non possum officio deesse meo: nō vestris omnino votis. Periculum meū video ⁊ non caueo/ vos me cogitis. Prorsus cogitis ambulare in magnis ⁊ in mirabilibus super me. Heu q̄ vereor ne subinde audiā. Quare tu enarras delicias meas/ ⁊ assumis sacramentum meū per os tuum? Audite me tamen hominē qui loqui trepidat/ ⁊ tacere nō potest. Excusabit forsitā ausum trepidatio ipsa mea: magis autē vestra si prouenerit edificatio. Et forte he lachryme pariter videbuntur. Reuertere ait. Bene. Abibat/ reuocatur. Quis mihi referet huius mutabilitatis sacramentū? Quis mihi digne explicet ire ⁊ redire verbi? Nunquid leuitate vtitur sp̄ōsus? Unde quo venire seu denuo ire queat q̄ totū implet? Quē denique motū habere localē possit q̄ spiritus est? Aut quē postremo vel cuiuscunq̄ generis motū das illi qui deus est? Est quippe omnino incōmutabilis. ¶ Verū hec qui potest capere capiat. Nos autē in expositione sacri mysticiq̄ eloquij caute ⁊ simpliciter ambulantes: geramus morē scripture que nostris verbis sapiētiam in mysterio absconditā loquitur nostris affectibus dum deum figurat: insinuat notis rerū sensibiliū similitudinibus tanq̄ quibusdā vilioris materie poculis ea que preciosa sunt: ignota ⁊ inuisibilia dei/ mentibus propinat humanis. ¶ Sequamur proinde ⁊ nos eloquij casti consuetudinem: dicamusq̄ verbū dei deū sponsum anime prout vult venire ad animam ⁊ iterum dimittere eā: tantū vt sensu anime, non verbi motu ista fieri sentiamus. Verbi causa: cū sentit gratiā agnoscit presentiam: cū nō absentiā queritur: ⁊ rursum p̄sentiā querit: dicens cum propheta. Exquisiuit te facies mea: faciem tuā domine requirā. Quidni requirat? Neq̄ enim subducto sibi tam dulci sponso interim aliquid aliud, non dico desiderare: sed nec cogitare libebit. Restat igitur vt absentem studiose requirat: reuocet abeuntē. Ita ergo reuocatur verbū ⁊ reuocat desiderio anime: sed eius anime cui semel indulserit suauitatē sui. Nunquid non desiderium vox? Et valida. Denique desideriū pauperum (inquit) exaudiuit dn̄s. Verbo igitur abeunte/ vna interim et continua anime vox continuū desideriū eius/ tanq̄ vnū continuū reuertere donec veniat. ¶ Et nunc da mihi animam quā frequenter verbū sponsus inuisere soleat: cui familiaritas ausum: cui gustus famem: cui contemptus omniū ociū dederit ⁊ ego huic incūctanter assigno vocē pariter ⁊ nomen sponse: nec ab ea penitus locū qui in manibus est censuerim alienum. Talis nempe inducitur loquēs. Quē enim reuocat eius absq̄ dubio probat se meruisse p̄sentiā/ ⁊ si nō copiā. Alioqn nō reuocasset illum sed vocasset. Porro reuocationis verbū reuertere est. Et forte ideo subtraxit se quo auidius reuocaretur: teneretur fortius. Nam ⁊ aliquādo simulabat se longius ire: non quia hoc volebat: sed volebat audire: mane nobiscū dn̄e quoniam aduesperascit. Et rursum alia vice super mare ambulās cum apostoli nauigarent ⁊ laborarent in remigando: quasi volens preterire eos: nec tūc quidē illud volebat/ sed magis probare fidem ⁊ elicere precē. Denique sicut ait euangelista: turbati sunt ⁊ clamauerunt/ putantes fantasma esse. Ergo istiusmodi piam simulationem immo salutarem dispensationem quam tunc corporaliter verbū corpus interdū exhibuit/ non cessat idētidem verbū spiritus modo suo spirituali cum deuota sibi anima sedulo actitare. ¶ Preteriens teneri vult: abiens reuocari. Neq̄ enī hoc irreuocabile verbū. It ⁊ redit p̄ beneplacito suo: quasi visitans diluculo ⁊ subito probans. Et ire quidē illi quodāmodo dispensatoriū: redire vero semper voluntariū est: vtrūq̄ autē plenū iudicij. At penes ipsum horū ratio. Nūc vero cōstat in anima fieri huiusmodi vicissitudines exitus ⁊ redeuntis verbi: sicut ait. Vado ⁊ venio ad vos. Itē. Modicū et non videbitis me: ⁊ iterū modicū ⁊ videbitis me. O modicum ⁊ modicū. O modicū longū. Pie dn̄e modicū dicis q̄ nō videmus te? Saluū sit v̄bū dn̄i mei: longum est ⁊ multū valde nimis. Verūtamen vtrūq̄ verū: ⁊ modicū meritis: ⁊ non modicū votis. Habes vtrūq̄ in propheta. Si morā fecerit (inquit) expecta eū: quia veniens veniet ⁊ non tardabit. Quomodo non tardabit si morā fecerit: nisi q̄ ad meritum satis est/ sed non satis ad votū. Porro anima amans votis fertur/ trahitur desideriis/ dissimulat merita maiestati oculos claudit/ aperit voluptati: ponens in salutari ⁊ fiducialiter agens in eo. Intrepida denique ⁊ inuerecunda reuocat verbū: ⁊ cū fiducia repetit delitias suas: solita libertate vocans nō dn̄m/ sed dilectū. Reuertere dilecte mi. ¶ Et addit. Similis esto capree hinnuloq̄ ceruorū super montes bethel. Ad istud postea. Nunc vero sustinete modicū quid insipientie mee. Volo dicere: nā ⁊ hoc pactus sum: quomodo mecum agitur in eiusmodi. Non expedit quidem. Sed prodar sane vt prosim: et si profeceritis vos meam insipientiam consolabor. Si non meam insipientiam confitebor. Fateor ⁊ mihi aduentasse verbum: in insipientia dico/ et pluries. Cumq̄ sepius intrauerit ad me non sensi aliquotiens cum intrauit. Adesse sensi/ affuisse recordor: interdum et presentire potui introitum eius/ sentire nunq̄. Sed ne exitū quidem. Nā vnde in animā meā venerit quove abierit denuo eā dimittens: sed ⁊ qua vel introierit vel exierit etiā nunc ignorare me fateor s̄m illud: nescis vnde veniat/ aut quo vadat. Nec mirum tamen: q̄r ipse est cui dictū est: ⁊ vestigia tua non cognoscentur. Sane per oculos nō intrauit: q̄r nō est coloratū. Sz neq̄ per aures: q̄r nō sonuit. Sz neq̄ per nares: q̄r nō aeri miscetur sed menti: nec infecit aerem sed fecit. Neq̄ vero per fauces q̄r nō est mansum vel haustū. Nec tactu cōperi illud: quia palpabile nō est. Qua igitur introiuit? An forte nec introiuit qdē quia non deforis venit? Neq̄ enim est vnum aliquid ex his que foris sunt. Porro nec de intra me venit/ qm̄ bonū est: ⁊ scio qm̄ non est in me bonum. Ascendi etiam superius meum: ⁊ ecce supra hoc verbum eminēs. Ad inferius quoq̄ meū curiosus explorator descendi/ ⁊ nihilominus infra inuentum est. Si foras aspexi/ extra omne exterius meum cōperi illud esse si intus et ipsum interius erat. Et cognoui verum quidē esse qd̄ legerā: quia in ipso viuimus/ mouemur ⁊ sumus: sed ille beatus est in quo est ipsum qui illi viuit: qui eo mouetur. ¶ Queris igit̄ cū ita sint omnino inuestigabiles vie eius vn̄ adesse norim? Viuū ⁊ efficax est: moxq̄ vt intus venit expergefecit dormitantem animā meā: mouit ⁊ molliuit ⁊ vulnerauit cor meū: quoniā durū lapideūq̄ erat ⁊ male sanū. Cepit quoq̄ euellere ⁊ destruere/ edificare ⁊ plātare/ rigare arida/ tenebrosa illuminare/ clausa reserare/ frigida inflāmare: necnon ⁊ mittere praua in directa et aspera in vias planas: ita vt benediceret anima mea domino: ⁊ omnia que intra me sunt nomini sancto eius. Ita igit̄ intrans ad me aliquotiens verbū sponsus nullis vnq̄ introitū suū indicijs innotescere fecit/ non voce/ nō specie/ nō incessu. Nullis denique suis motibus compertum est mihi: nullis meis sensibus illapsum penetralibus meis: tantum ex motu cordis sicut prefatus sum intellexi presentiā eius: ⁊ ex fuga vitiorum carnaliumq̄ compressione affectuū aduerti potētiam virtutis eius: et ex discussione siue redargutione occultorū meorū admiratus sum profunditatē sapientie eius: ⁊ ex quantulacunq̄ emendatione morū meorū expertus sum bonitatē mansuetudinis eius: ⁊ ex renouatione ac reformatione spirit⁹ mentis mee idest interioris hominis mei percepi vtcunq̄ speciem decoris eius: et ex contuitu horū oim̄ simul expaui multitudinē magnitudinis eius. Verū quia hec omnia vbi abscesserit verbū (perinde acsi olle bullienti subtraxeris ignem) quodā illico languore torpentia ⁊ frigida iacere incipiūt: atq̄ hoc mihi signū abscessionis eius: tristis sit necesse est anima mea donec iterū reuertatur: ⁊ solito recalescat cor meū intra me: idq̄ sit reuersionis indiciū. Tale sane experimentū de verbo habens: quid mirū si ⁊ ego vsurpo mihi vocē sponse in reuocando illud cum se absentauerit quia si non pari/ simili tamen vel ex parte desiderio feror? Familiare mihi erit quoad vixero pro verbi reuocatione reuocationis verbū qd̄ vtiq̄ reuertere est. Et quotiens elabetur: totiens repetetur a me: nec cessabo clamitare quasi post tergum abeūtis ardenti desiderio cordis vt redeat ⁊ reddat mihi leticiam salutaris sui/ reddat mihi seipsuz. Fateor vobis filij nil aliud interim libet: dū non presto est qd̄ solū libet. Et hoc oro vt nō vacuū veniat sed plenū gratie ⁊ veritatis more vtiq̄ suo sicut heri ⁊ nudiustertius. ¶ In quo mihi similitudinem capree ⁊ hinnuli exhibitū iri posse videtur: cū veritas capree oculos habeat: gratia hinnuli hilaritatē. Vtraq̄ res necessaria mihi: ⁊ veritas quidē cui abscondi non possim/ gratia autem cui nolim. Alioquin siue alterutra visitatio plena non erit: cum

Margin notes: Ps. cxxx. — Ps. xlix. — L — M — Ps. xxvi. — Ps. ix. — N — Lu. xxiiij. — Mar. vi. — O — Job. vij. — Jo. xiiij. — Jo. xvi. — Abac. ij. — Cant. ij. — P — ij. Cant. viij. — Joan. iij. — Q — Prouerb. v. — Cant. iiij. — Esa. xl. — Ps. l. — Joan. i. — R

erit: cum ⁊ illius seueritas absq; hac onerosa: et huius hilaritas: absq; illa dissoluta possit videri. Amara est veritas sine condimēto gratie: sicut absq; veritatis freno leuis ⁊ nesciens modū plerūq; et insolens ipsa deuotio. ¶ B Et multis non profuit gratiā percepisse pro eo q temperamentū de veritate pariter non acceperunt. Ex hoc enim plus q̄ oportuit cōplacuere sibi in ea: dū veriti non sunt veritatis obtutus: dū nō respexerūt ad capree maturitatē: magis aūt se totos hinnuli leuitati hilaritatiq; dederunt. Inde factū est vt in qua priuatim exultare voluerant gratia priuarentur: quibus vel sero dici potuerit. Euntes ergo discite quid sit: seruite dn̄o in timore: ⁊ exultate ei cū tremore. (Ps. ij.) Dixerat nanq; sancta anima quedā in abundantia sua: nō mouebor in eternū cū subito sensit auersam a se faciem verbi: seq; nō modo motam sed etiam conturbatā: ⁊ sic in tristicia didicit opus fuisse sibi cū munere quidē deuotionis/etiam pondere veritatis. (Ps. xxix. Act. xvi.) Ergo non in sola quidē gratia plenitudo grē est: sed ne in sola quidē veritate. ¶ D Quid prodest scire quid te oporteat facere: si non detur ⁊ velle facere: Quid si velis quidē sed minime possis: Ettos expert⁹ sum agnita veritate tristiores: ⁊ iō magis q iā confugere ad ignorantie excusationē non liceret scientes ⁊ non facientes qd veritas hortaref. Que cū ita se habeant neutrū sine altero suffi cit. Parū dixi. Non expedit quoq;. Unde id scimus: Scienti (inquit) bonū ⁊ non facienti peccatū est illi. (Iaco. iiij.) Itē. Seruus sciēs voluntatē domini sui et non faciens digna: vapulabit multis. (Luce. xij.) Ar istud pro parte veritatis. Pro gratie quid: Scriptū est. Et post bucellā introiuit in eū sathanas. (Ioā. xiij.) Judā loquitur qui accepto munere gratie: q̄ in veritate non ambulabat cū veritatis magistro: vel potius cū magistra veritate: locum in se diabolo dedit. Audi adhuc. Cibauit illos ex adipe frumenti: ⁊ de petra melle saturauit eos. (Ps. lxxx.) Quos: Inimici domini mētiti sunt ei. Quos melle cibauit et adipe: hi mentiti sunt ei facti inimici: quia veritatem gratie non iunxerunt. De quibus alibi habes. Filij alieni mentiti sunt mihi: filij alieni inueterati sunt: ⁊ claudicauerunt a semitis suis. (Ps. xvij.) Quidni claudicarent vno pede gratie contenti/⁊ non apponentes veritatē: Erit igitur tempus eorū in secula: sicut ⁊ principis ipsorū: qui ⁊ ipse in veritate nō stetit: sed fuit mendax ab initio/ ideoq; audiuit. Perdidisti in decore tuo sapientiā. (Ezechie. xxviij.) Nolo decorē qui mihi sapientiam tollat. Queris quis ille tam noxius tanq̄ perniciosus decor: Tuus. Adhuc forte sine intellectu es: Planius audi. Priuatus/proprius. Non culpamus donum/sed vsum. ¶ C Deniq; si aduertisti non in decore: sed in suo decore dictus est ille perdidisse sapientiā. Et (ni fallor) vnus angeli animeq; decor ipa est. Quid enim vel hec vel ille absq; sapientia/nisi rudis deformisq; materia est: Ea ergo ille non modo formatus sed ⁊ formosus fuit. Sed perdidit eam cū fecit suā: vt non sit aliud in decore suo/ q̄ in sua sapientia perdidisse sapientiam. Proprietas in causa est. Qz sibi sapiens fuit: q non dedit gloriam deo: q non retulit gratiā pro gratia: q nō sm veritatem ambulauit in ea: sz ad suā eam retorsit volūtatē: istud est cur eā perdidit: immo istud est q eam perdidit. Etenim sic habere perdere est. Et si abraham (inquit) ex operibus iustificatus est: habet gloriā sed nō apud deum. (Iaco. ij.) Et ego. Nō ergo in tuto inq̄. Perdidi quicquid habeo non apud deum. Nam quid tam perditum quam quod extra deum exulat: Qui mors nisi priuatio vite: Ita nihil perditio nisi alienatio adeo est. Ue qui sapientes estis in oculis vestris: et coram vobismetipsis prudentes. De vobis dicitur. Perdam sapientiam sapientium: ⁊ prudentiā prudentium reprobabo. (i. Cor. i.) Perdiderunt sapientiam: quia sua sapientia perdidit eos. Quid non perdiderunt qui ipsi perditi sunt: An vero non perditi quos nescit deus: ¶ D Porro autē virgines fatue: quas quidem non aliunde fatuas puto nisi quia dicentes se esse sapientes/stulte facte sunt. Hoc inq̄ adeo audire habent: nescio vos. (Mat. xxv.) Et item illi q gratiā miraculorū ad suā vsurpauerunt gloriam nihilominus audituri sunt quia non noui vos: vt liquido ex his clarescat gratiam non prodesse vbi veritas non est in intentione/sed obesse magis. Et quidem penes sponsum vtraq; res. Deniq; gratia ⁊ veritas per iesum christū facta est/ait ioānes baptista. Si ergo cum vna quauis harū sine altero pulsauerit ad ostium meum dominus iesus christus (ipse est enim dei verbum/ anime sponsus) intrabit sane non tanq̄ sponsus sed tanq̄ iudex. Absit: nequaq̄ fiat hoc. Non intret in iudiciū cum seruo suo. (Ps. cxlij.) Intret pacificus/intret iocūdus et hylaris/maturus tamen et serius intret: qui seueriori quodā veritatis vultu in me dum insolentiam reprimit purget leticiā. Intret quasi hinnulus saliens: quasi caprea circūspectus: q culpā dissimulando transiliat/ penam miserando respiciat. Intret quasi descendens de montibus bethel festiuus ⁊ splendidus: quasi procedens a patre suauis et mitis: qui non dedignetur dici ⁊ fieri sponsus anime querenti se: cum sit super omnia deus benedictus in secula. Amen.

¶ Deus querendus est debito tempore/modo et loco Et q nūc sit acceptabile tempus in quo quisq; per bona opera potest sibi inuenire deum ac suam operari salutem.

Sermo. lxxv.

In lectulo meo quesiui per noctes quem diligit anima mea. (Canti. iij.) Non est reuersus sponsus ad vocem ⁊ votum reuocantis. Quare: Ut desiderium crescat: vt probetur affectus: vt exerceatur amoris negocium. Sane ergo dissimulatio est non indignatio. Sed superest vt queratur si forte reperiatur quesitus: qui vocatus nō venit dicente domino. Omnis q querit inuenit. (Mat. vij.) Porro verbū reuocationis tale est. Reuertere assimilare dilecte mi capree hinnuloq; ceruorū. (Canti. ij.) Ad quā vocē dū non est reuersus vtiq; ob illas causas que dicte sunt: hinc ista que amat facta cupidior/mox sese ad requirendū tota auiditate dedit. Et primo quidē querit illū in lectulo sed minime inuenit. Surgit inde/circuit ciuitatē it ⁊ redit per plateas et vicos: ⁊ nō occurrit neq; apparet. Interrogantur quiq; forte occurrerint/nihilq; certi reportaf. Neq; vicis vnius aut vnius noctis quesitio hec: ⁊ hec frustratio: cū dicat ista: q̄ q̄siui p noctes. Quid hoc desideriū est ⁊ ardoris vt surgens de nocte publicū non erubescat/percurrat ciuitatē/percunctetur palam ⁊ passim de dilecto: atq; a vestigādis semitis eius nulla valeat ratione auerti: nulla prepediri difficultate/non tempestiue retineri amore quietis/nō sponse verecūdia/ non vel timore nocturno: Et tamē in his omnibus frustrata est vsq; adhuc a desiderio suo. Quare: Quid sibi vult protinax hec ⁊ diuturna fraudatio tediorū nutrix/suspitionū fomes/impatiētie fax/nouerca amoris/mater desperationis: Si adhuc dissimulatio est nimis est molesta. ¶ F Esto q pie vtiliterq; interim fuerit dissimulatum: donec in sola adhuc vocatione seu reuocatione res erat. Nunc vero cū requiritur ⁊ ita requiritur: quid iā conferre poterit dissimulatio: Si de carnalibus sponsis ⁊ pudendis amoribus q̄stio est: sicut litteralis superficies prelusisse videtur: ⁊ si inter illos talia contingere queant: mea nō interest/ ipsi viderint. Et si animarū querentiū dm̄ mentibus ⁊ affectibus pro quantulocūq; posse meo respondere ⁊ satisfacere me oportet: eruendū sane est de scriptura sancta (in qua se vitā habere cōfidunt) eo vitale aliquid quo spirituale: vt edant pauperes et saturentur ⁊ viuant corda eoz. (Ps. xxj.) Et qd tam cordiū vita: q̄ dn̄s meus iesus christus: de quo aiebat qui eo viuebat: quia cum christus apparuerit vita vestra: tunc ⁊ vos apparebitis cū ipso in gloria: (Coll. iij.) Ipse ergo ad mediū veniat quo ⁊ nobis veraciter dici possit: medius autē vestruz stetit quem vos nescitis. Quā sz nescio quomodo nō sciatur a spiritalibus spōsus spiritus: qui tamen ita in spiritu profecerunt vt possint dicere cum propheta. Spiritus ante faciem nostrā christus dominus: ⁊ cū apostolo ⁊ si cognouimus christū sm carnē: sed nunc iā nō nouimus. (ij. Cor. v.) Nōne is est quē sponsa querebat: Is vere est sponsus ⁊ amans et amabilis. Is (inq̄) vere sponsus sicut caro eius vere est cibus ⁊ sanguis eius vere est potus/totū qd de ipso est/ vere est: quādo ipse est nō aliud sane q̄ ipsa veritas. (Ioan. vj.) Uerū is sponsus quid est q nō inuenitur quesit⁹: cū requiraf tam studiose ⁊ impigre nunc quidē in lectulo: nūc vero in ciuitate: aut etiā in plateis vel vicis: ipse aūt dicat/ querite ⁊ inuenietis: ⁊ q querit inuenit: propheta quoq; loquitur ad eū: bonus es domine anime querenti te: ⁊ itē sanctus esaias: querite dn̄m dū inueniri pōt: (Mat. vij. Esa. lv.) Quomodo ergo implebuntur scripture: Neq; eīm que hic inducitur queres/vna est ex his quibus ipse ait. Queretis me ⁊ non inuenietis. (Ioā. vij.) ¶ G Sed attendite tres esse causas que interim occurrunt ⁊ querentes frustrari solent: cū aut videlicet nō in tempore querunt: aut non sicut oportet: aut nō vbi oportet. Si enim oē tempus aptū est ad querendum cur ergo dicit propheta (qd iam memoraui) querite dn̄m dū inueniri pōt: (Esa. lv.) Erit absq; dubio cū inueniri nō poterit: ⁊ ideo addit: vt inuocet dū prope est: q̄ futurū est/iam nō prope futurū. A quo eīm tunc non redetur: Mihi inquit curuabit oē genu ⁊c. (Esa. xlv.) Nec tn̄ inueniet ab ab impijs quos vltores angeli arcebunt: profecto ⁊ tollent ne videāt gloriā dei. Frustra inclamabunt ⁊ fatue virgines: mini me prorsus iam ad eas exit/clausa ianua. Sibi proinde dictum putent ille: queretis me ⁊ nō inuenietis. (Mat. xxv.) Ceterū nunc tempus acceptabile: nunc dies salutis sunt: tempus plane ⁊ querendi et inuocandi: quando plerūq; ⁊ anteq̄ inuocet adesse sentitur. (ij. Cor. vj.) Audi deniq; quid polliceaf. Anteq̄ me inuocetis (inquit) dicā ecce adsum. Nec latuit benignitas hec ⁊ facilitas tēporis qd nunc est illuz qui in psalmo loquif. Desideriū pauperū exaudiuit dn̄s: preparationē cordis eorū audiuit auris tua. (Ps. ix.) Qz si per bona opa querif deus: ergo dum tempus habemus operemur bonum ad oēs: presertim q̄ dn̄s aperte pronunciat venire no: (Gal. vj.)

ctem quando nemo potest operari. Tu ne aliud ad querendū deum ad operandū: qđ bonū est reperturus es tibi tempus in seculis venturis: preter hoc qđ constituit tibi deus: in quo recordetur tui? [Ps. lxxiij.] Et ideo dies salutis quia in his ipse deus rex noster ante secula operatus est salutē in medio terre. ¶ Et ergo tu ꝛ in medio gehenne expectas salutē q̄ iam facta est in medio terre. Quam tibi somnias prouēturā inter ardores sempiternos facultatē veniā promerendi: cū iaz transijt tempus miserendi? Non relinquitur tibi hostia pro peccatis/ mortuo in peccatis. [Rom. vj.] Non crucifigit iterū filius dei: mortuus est semel: iā non morit. Non descēdit ad inferos sanguis qui effusus est super terram. Biberunt omnes peccatores terre: nō est qđ sibi ex eo vendicent demones ad restringendos focos suos: sed neq̄ homines socij demoniorū. Semel illo descendit: nō sanguis sꝫ anima: ꝛ hec portio eorū qui in carcere erant: vna illa visitatio que tunc facta est per presentiam anime cū corpus penderet exanime super terrā. Sanguis aridā rigauit sanguis infudit terram ꝛ inebriauit eam: sanguis que in terra ꝛ que in celis sunt pacificauit. Non autem ꝛ que apud inferos/ nisi ꝙ semel illo vt dixi anima eius excucurrit: ꝛ fecit ex pte redēptionem: ne vel eo momenti vacarent opera charitatis: sed vltra non adijciet. [ij. Cor. vj] Ergo nunc tempus acceptabile ꝛ aptū ad querēdum: in quo plane qui querit inuenit: si tamen vbi ꝛ vti oportet querit. Et hec vna causa q̄ impedire potest ne inueniatur sponsus a querētibus se: cū nō querunt in tempore oportuno. At non ea impedit sponsam: nempe inuocantem ꝛ querentem in tempore oportuno. Sed ne illa quidē eum tepide aut negligenter seu perfunctorie querit: nā corde ardenti ꝛ omnino infatigabiliter querit/ plane vt decet. ¶ [b] Restat vt de tertia videamus ne videlicet vbi non decet querat. [Canti. iij.] In lectulo meo quesiui quem diligit anima mea. An forte nō in lectulo querēdus erat sed in lecto: quippe cui orbis angustus est? Sed nō horreo lectulū/ qui noui paruulū. [Esaie. ix.] Paruulus deniq̄ nobis nat⁹ est. Exulta tu ꝛ lauda habitatio syon: quia magn⁹ in medio tui sanct⁹ israel. At idē dn̄s in syon magnus: apud nos paruulus/ apud nos infirmus repertus est: ex vno iacere: ex altero ꝛ in lectulo iacere habens. An nō lectulus tumulus? an non lectulus presepium? an non lectulus vterus virginis? Neq̄ enim magnis patris vterus lectulus est/ sꝫ lectus magnus. De quo ad filiū. [Ps. cix.] Ex vtero inquit ante luciferū genui te. Quamq̄ nec lect⁹ quidem forsitan digne censendus sit vterus ille: qui regentis potius q̄ iacētis est locus. Manens enim in patre/ regit cū p̄re vniuersa. [Ibidem.] Deniq̄ non iacere sed sedere ad dexteram patris filium fides indubitata habet: ꝛ ipse celū sibi sedē esse nō lectū perhibet vt scias illū in suis. i. in superis neq̄uaq̄ solatia habere infirmitatis: sed potestatis insignia. ¶ [J] Merito proinde sponsa ponens lectulū dicit suū: q: omne qđ infirmū est deitati non de proprio inesse illi manifestū est: sed de nostro. Ex nobis assumpsit q̄ p nobis sustinuit nasci/ lactari/ mori/ sepeliri. Mea est mortalitas nati/ mea infirmitas paruuli/ mea expiratio crucifixi/ mea sepulti dormitio. Que priora transierunt et [Canti. iij] ecce noua sunt omnia. In lectulo meo quesiui per noctes quē diligit anima mea. Quid? In tuo querebas q̄ se iam in sua receperat. Nu videras filiū hominis ascendentē vbi erat prius? Iam celum tumulo cōmutauit ꝛ stabulo: ꝛ tu illum in tuo adhuc lectulo q̄ris? [Mar. xvj.] Surrexit nō est hic. Quid queris in lecto fortem: in lectulo magnū/ clarificatū in stabulo? [Ps. lxx.] [Ps. xcij.] Introiuit in potentias domini: decorem induit ꝛ fortitudinem: ꝛ ecce sedet super cherubin qui sub lapide iacuit. Ex hoc iam non iacet sꝫ sedet: ꝛ tu tamq̄ iacenti subsidia paras? Siue vt absolutior veritas sit: aut sedet iudicans: aut stat adiuuans. Sic vos o bone mulieres cuiū queso excubias exhibetis: cui aromata cōparatis: paratis vnguenta? Si sciretis q̄tus is sit q̄q̄ sit inter [h. lxxxvij.] mortuos liber mortuus iste quē vngere p̄gitis: vos forsitā potius ab eo potius vngi. [Ps. xliiij.] Nōne iste est quem vnxit deus suus oleo leticie pre consortibus suis? ¶ [k] Beate eritis vos si gloriari potueritis reuertentes/ ꝛ dicere: q: de plenitudine ei⁹ ꝛ nos [Joan. j.] accepimus. Enimuero factū est ita. Nā reuera vncte remeant que vncture venerāt. Quidni vncte tam leto nuncio noue odoriferęq̄ resurrectionis? [Roma. x.] Q̄ speciosi pedes euangelizantiū pacem: euangelizantium bona. Misse ab angelo opus faciūt euāgeliste: facteq̄ apostole apostolorū dū festinant ad annūciādū mane misericordiam domini dicunt. [Canti. j.] In odorem vnguentorū tuorū currimus. Extunc ergo ꝛ deinceps frustra in lectulo q̄situs est spōsus: q: ꝛ si cognouerat eū ecclesia s̄m carnē. i. s̄m carnis infirmitatē: sed nunc iam non nouit. Deniq̄ quesit⁹ est post modum a petro ꝛ ioanne idētidem in sepulchro sed minime inuentus. Vide tu vtrū ne apte ꝛ competenter quisq̄ horū tunc [Canti. iij] dicere quiuerit. In lectulo meo quesiui quem diligit aia mea: quesiui ꝛ nō inueni. Nēpe iu:ra ad patrē caro q̄ nō erat ex parte p⁹ gloriā resurrectiōis omne infirmū se exuit/ accīxit potentia/ induit lumine sicut vestimento: in quali nimirū gloria [l] ꝛ ornatu decuit eā paternis aspectibus presentari. ¶ Pulchre vero sponsa nō quē diligo ego/ sed quē diligit aīa mea iadt: ꝙ vere ꝛ proprie ad solā pertineat animā illa dilectio qua aliqd spiritualiter diligit: verbi gratia: deū/ angelū/ animā. Sꝫ et diligere iusticiā/ veritatē/ pietatē/ sapiētiā/ virtutesq̄ alias eiusmodi est. Nā cū s̄m carnem quippiā diligit vel potius appetit anima: verbi gratia: cibū/ vestimentum/ dominiū: ꝛ que istiusmodi sunt corporalia siue terrena: carnis potiꝰ q̄ aīe amor dicendus est. Et hoc pro eo ꝙ sponsa minus vsitate: sꝫ non minus pprie animā suā sponsum diligere dicit: mōstrās perinde spiritum esse sponsum/ ꝛ a se nō carnali sed spirituali amore diligi. ¶ [m] Et bene per noctes se quesisse cū ait. Nam si iuxta paulū qui [j. Thes. v.] dormiūt: ꝛ qui ebrij sunt nocte ebrij sunt: ita nō absurde (vt opinor) dici pōt ꝙ qui ignorāt nocte ignorāt: ac per hoc q̄ querūt nocte querūt. Quis eñ querat qđ palā habet? Porro dies palam facit ꝙ nox abscondit: vt reperias in die qđ in nocte q̄sieras. Nox est itaq̄ donec queritur sponsus: quoniā si dies esset de medio fieret/ ꝛ minime quereret. Et de hoc satis: nisi forte numerositas hec noctiū adhuc aliquid querendū signet: quia non noctē sed noctes posuit. Et mihi videtur si tu melius non habes talis mihi posse ratio reddi. Habet mūdus iste noctes suas ꝛ non paucas. Quid dico q: noctes hꝫ mūdus cum pene totus ipse sit nox: ꝛ totus semper versetur in tenebris? Nox est iudaica perfidia: nox ignorantia paganorū: nox heretica prauitas: nox etiā catholicorū carnalis animalisve conuersatio. An non nox vbi non percipiunt ea q̄ sunt spiritus dei? Sꝫ ꝛ apud hereticos vel scismaticos quot secte: tot noctes. Frustra per has noctes iusticie solem ꝛ lumen q̄ritis veritatis. i. sponsū q: nulla societas luci ad tenebras. ¶ [n] Sꝫ dicē aliqs ꝙ nō sit tā stulta tāve ceca spōsa vt querat lumē in tenebris: querat dilectū apud ignorantes/ ꝛ q̄ non diligūt eū. Quasi vero se per noctes nunc q̄rere dicat: ꝛ nō potius quesisse. Nō (ait) quero: sꝫ quesiui per noctes quē diligit anima mea. [Canti. iij.] Et est sensus q: cū esset paruula sapiebat vt paruula: cogitabat vt paruula: ꝛ q̄rebat veritatē vbi non erat: errans ꝛ nō inueniens iuxta illud in ps. [Ps. cxviij.] Erraui sicut ouis que perijt. Deniq̄ in lectulo se memorat tūc adhuc esse tanq̄ etate imbecillē ac paulā sensu si tñ ita astruas in lectulo meo subaudis existens vel iacens: quesiui quē diligit aīa mea. Non quesiui in lectulo sꝫ sedens in lectulo quesiui hoc est. Cū adhuc infirma ꝛ inualida forē: ꝛ omnino min⁹ idonea sequi sponsum quocūq̄ iret: sequi ꝛ ardua ꝛ excelsa sublimitatis illius: incidi in multos qui cognoscētes desiderium meum dicebant mihi. [Mat. xxiiij.] Ecce hic est christus: ecce illic est: ꝛ neq̄ hic neq̄ illic erat. Incidi autē nō ad insipientiam mihi. Nam quo propius accessi ꝛ exploraui diligenti⁹: eo citius certiusq̄ cognoui veritatem apud eos minime esse. [Canti. v.] Quesiui enim ꝛ non inueni: ꝛ deprehendi noctes: q̄ se dies mentiebantur. ¶ [o] Et dixi [Canti. iij.] Surgam ꝛ circuibo ciuitatē per vicos ꝛ plateas querā quē diligit anima mea. Intuere vel nunc q: iacet q̄ dicit surgam. Pulchre omnino. Quidni surgeret: recognito de resurrectione dilecti? [Col. iij.] Ceterū o beata si consurrexisti cū christo/ q̄ sursū sunt sapias oportet: neq̄ deorsum: sed sursum q̄ras christū: necesse est: vbi sedet in dextera patris. Sed circuibo (ais) ciuitatem. Ad quid? In circuitu impij ambulant. Iudeis istud relinquito: q̄bus proprius, eorum propheta hoc vaticinatus est: q: famem patientur vt canes: ꝛ circuibunt ciuitatē. Et si introieris ciuitatem s̄m prophetam aliū: ecce attenuati fame: qđ vtiq̄ non esset si in ea fuisset panis vite. [Esa. xiij.] Surrexit de corde terre sed super terrā non remansit. Ascendit autē vbi erat prius. Nā qui descendit ipse est/ ꝛ q̄ ascendit: panis viuus q̄ de celo descendit/ idem ipse sponsus ecclesie iesus christus dn̄s noster: q̄ est super oīa deus benedictus in secula. Amen.

¶ De claritate sponsi in qua coequalis patri sedet a dextris glorie eius: et qualiter boni pastores debēt esse solliciti/ vigiles et discreti circa pascendas animas sibi commissas. Sermo. lxxvi.

Vidā vestrū et cōperi minus equo animo ferunt q ecce iam per aliquot dies dū stupori z admirationi sacramentorū inherere delectat: sermo quem ministramus: aut nullo fuerit: aut exiguo admodū moraliū sale conditus. Id quidē pter solitū. Sed nū que dicta sunt reuisere licet? Nō pcedo nisi pri⁹ reuoluā oia. Eya dicite (si recordamini) a quo nam scripture loco ceperit defraudatio hec vt rursuz inde adoriar. Meū est resarcire damna / immo dñi: de quo totū psumimus. Quo itaq repetendū principio? An inde: in lectulo meo quesiui per noctes quē diligit anima mea? Ni fallor / inde. Ab hinc tantū z deinceps cura vna fuit mihi harū allegoriarū densa discussa caligine ponere in lucē christi z ecclesie secretas delitias. Igit redeamus ad indaganda moralia. Nec enim mihi poterit esse pigrū qd vobis cōmodū fuerit. Atq ita congrue fiet / si que dicta sunt in christo z in ecclesia: verbo animeq eadem nihilominus assignemus. Sed dicit mihi aliquis. Quid tu duo ista coniungis. ¶ Quid em anime z verbo? Multū per omnē modum. Primo quidē q naturarū tanta cognatio est vt hec imago / illa ad imaginē sit: deinde q cognationem similitudo testetur. Nempe nō ad imaginem tantum: sed ad similitudinez facta est. In quo similis sit queris: Audi de imagine pri⁹. Verbum est veritas / est sapientia / est iusticia: et hec imago. Cui⁹? Iusticie / sapientie z veritatis. Est enim imago hec iusticia de iusticia: sapientia de sapientia: veritas de veritate: quasi de lumine lumē: de deo deus. Harū rerū nihil est anima: quoniā nō est imago. Est tn̄ earūdem capax: appetēsq: z inde fortassis ad imaginē. Celsa creatura in capacitate quidē maiestatis: in appetentia autē rectitudinis insigne pferēs. ¶ Legimus / q deus hominem rectum fecit: qd z magnū capacitas (vt dictū est) probat. Oportet nanq id quod ad imaginem est cū imagine cōuenire: z nō in vacuū participare nomē imaginis quēadmodū nec imago ipa solo vel vacuo noie vocitat imago. Habes pro de eo q imago est: q cū in forma dei eēt: nō rapinā arbitrat⁹ est eē se eq̄lē deo. Ubi tibi vtiq ei⁹ z in forma dei innuitur rectitudo: z in equalitate maiestas: vt dū rectitudini rectitudo z magnitudo magnitudini comparatur / cōsonanter sibi altrinsecus respondere appareat q ad imaginem est et imaginem: sicut imago quoq nihilomin⁹ in vtroq respondet illi cuius imago est. Nempe ipse est de quo sanctuz dauid audistis in psalmis canentem / nūc quidem: magnus dñs noster et magna virtus eius: nunc vero rectus dñs deus noster: z nō est iniquitas in eo. Ab isto recto z magno deo habet imago eius vt z ipa recta z magna sit: habet anima que ad imaginem est. Sed dico: nihil ne ergo amplius habet imago ab anima que ad imaginem est: quia z huic magnum rectūq assignamus? Et plurimum. Hec ad mensuram accipit: illa ad equalitatem. An non plus hec? Aduerte z aliud. ¶ Huic vtrūq aut creatio aut dignatio contulit / illi generatio. Atq id magnificentius esse non dubium est. Sed ne hoc quidem eminentius esse quis abnuat: q cū a deo huic / illi z de deo vtrūq sit. i. de dei substātia. Est enim cōsubstantialis deo imago sua: z omne quod eidem sue imagini impartiri videt: ambob⁹ est substātiale nō accidētale. Adhuc vnum attende in quo imago non parum eminet. Magnuz z rectū: ista duo natura sese discrepare quis nesciat? In imagine vnum sunt. Neq hoc solum: vnum sunt z cū imagine. Imagini enim nō modo id rectum est esse quod magnum esse: sed etiam id magnum rectūq esse quod esse / anime nō ita. Et magnitudo eius z rectitudo (ipsius diuerse ab ea / diuerse abinuicē sunt. Si em (vt supra docui) eo anima magna est quo capax eternorum: eo recta quo appetens supernorum: que non querit nec sapit que sursum sunt sed que super terrā: non plane est recta / sed curua: cū tamē pro huiusmodi magna esse nō desinat manēs vtiq etiam sic eternitatis capax. Neq enim illius aliquando non capax erit etiam si nunq capiens fuerit: vt sit quomodo scriptum est: verūtamen in imagine pertrāsit homo. Ex parte tamen: vt eminentia verbi appareat de ipsa integritate. Quo enim a magno rectove verbum cadat: qd sic ea vtiq habet vt sit que habet? Uel ideo ex parte: ne si toto priuaret non superesset spes salutis. Nā si desinat magna esse et capax. ¶ Quippe de capacitate (vt dixi) estimat anime magnitudo. Quid vero sperare posset cuius capax non foret? Itaq p magnitudinē quā retentat etiā pdita rectitudine: in imagine pertransit homo vno quasi claudicās pede: z factus filius alienus. De talibus enim reor dictū. Filij alieni mentiti sunt mihi / filij alieni inueterati sunt: et claudicauerūt a semitis suis. Pulchre appellati sunt filij alieni: nam filij propter retentam magnitudinem: alieni propter amissam rectitudinem. Nec dixisset claudicauerunt: sed corruerunt aut quippiam simile: si ex toto hominis imaginem exuissent. Nūc vero fm magnitudinē quidem in imagine pertrāsit homo: qntū vo ad rectitudinē veluti claudicans cōturbat z deturbat ab imagine: scriptura ita dicente Uerūtn̄ in imagine ptrāsit hō: sz z frustra ɔturbat. Frustra omino. Thesaurizat z ignorat cui ɔgregabit ea. Cur ignorat nisi q inclinās se ad hec infima z terrena thesaurizat sibi terrā? Prorsus ignorat de his q terre cōmittit cui ɔgregabit ea: tinee ne demoliēti / an furi effodiēti / hosti diripiēti / an igni deuorāti. Et inde misero hoi incuruāti se z icubāti his q in terra sunt flebilis vox illa de psalmo. Miser factus sum et curuatus sum vsq in finem: tota die cōtristatus ingrediebar. In semetipo siquidē experitur veritatem illius sentētie sapiētis. Deus rectū hominem fecit: ipe aūt se implicuit doloribus multis. Et cōtinuo vox ludibrij ad eū: incuruare vt transeamus. ¶ Sed vnde venimus huc? Nēpe inde cū docere vellemus: rectū magnūq (quo gemino bono diffinieramus imaginem) nec in anima esse vnum nec cū anima: quēadmodum in verbo z cū verbo ea vnū esse fideli eque assertione docuimus. Et de rectitudine quidē ex his q dicta sunt liquet q diuersa z ab aia sit z ab aie magnitudine: q̄nquidē ea etiā nō existēte: z aia manet z magna. Uerz magnitudinis animeq diuersitas vn̄ docebitur? Nō em in tempore vn̄ rectitudinis aieq monstrata est: cū nō sicut rectitudine ita z magnitudine sua priuari aia possit: nō est tn̄ sua magnitudo aia. Nā z si aia nō inuenit absq magnitudine sua: ipa tn̄ z extra aiam reperitur. Queris vbi? In angelis. Inde quippe magni sunt angeli: vnde anime magnitudo ɔprobat: ex capacitate videlicet eternitatis. Qz si eo cōstitit aiam discrepare a rectitudine sua / q ea carere possit: quidni eque liqueat esse diuersa z a sua magnitudine quā sibi ppriā vendicare nō possit? Cum itaq nec illa in omi / nec ista in sola sit aia: patet vtrāq indifferenter differre ab ea. ¶ Itē. Nulla forma est id cui⁹ est forma. Est aūt magnitudo forma anime. Nec em idō nō forma: q inseparabilis est illi. Hoc siquidē sunt substātiales differentie omnes: hoc non modo proprie propria: sed z propria quedā: hoc etiam alie innumerabiles forme. Non igitur sua magnitudo aia: nō magis q sua nigredo coruus: q suus candor nix: q sua risibilitas seu rationalitas homo: cū tn̄ nec coruū sine nigredine: nec sine candore niuē: nec hoiem q nō z risibilis sit et rationalis vnq reperias. Ita z anima et anime magnitudo: z si inseparabiles / diuerse tamen abinuicē sunt. Quomodo non diuerse: cū hec in subiecto / illa subiectū z substātia sit? Sola summa et increata natura que est trinitas deus: hanc sibi vendicat meram singularem sue essentie simplicitatez: vt nō aliud z aliud: nō alibi quoq z alibi: sed ne modo quidem z modo inueniatur in ea. Nempe in semet manens quod habet est: z qd est: semper et vno modo est. In ea et multa in vnum z diuersa in idem rediguntur: vt nec numerositate rerum sumat pluralitatem: nec alterationem de varietate sentiat. Loca omnia cōtinet: et queq suis ordinat locis nusq contenta locorū. Tempora sub eo transeunt: non ei. Futura non expectat / preterita non recogitat / presentia non experitur. ¶ Recedant a nobis charissimi / recedant nouelli non dialectici sed heretici: qui magnitudinem qua magnus est deus: z item bonitatē qua bonus: sed z sapientiam qua sapiens: et iusticiam qua iustus: postremo diuinitatem qua deus est: deum non esse impiissime disputāt. Diuinitate (inquiunt) de⁹ est: sz diuinitas nō est de⁹. Forsitā nō dignat de⁹ esse que tanta est vt faciat deū. Sed si deus non est: qd est? Aut em deus est: aut aliqd quod non est deus / aut nihil. Equidē non das deū esse. Sed ne nihilū qdē (vt opinor) dabis: quā vsq adeo necessariā deo esse fateris: vt nō modo absq ea deus esse nō possit sz ea sit. Qz si aliquid est qd nō est deus: aut minor erit deo / aut maior / aut par. At quomodo minor qua deus est? Restat vt aut maiorē fatearis aut parem. Sed si maior ipsa est summum bonum / nō de⁹. Si par: duo sunt summa bona / nō vnū. Quod vtrumq catholicus refugit sensus. Iam de magnitudine / bonitate / iusticia / sapiētia idē per omnia quod de diuinitate sentimus: vnū in deo sunt z cum deo. Nec enim aliunde bonus q vnde magn⁹: nec aliūde iustus aut sapiens q vnde magn⁹ z bonus / nec aliunde deniq simul hec omnia est q vnde deus: z hoc quoq non nisi seipso. ¶ Sed dicit hereticus. Quid? Deum diuinitate esse negas? Non: sed eandem diuinitatem qua est: deum nihilominus assero ne deo excellētius aliqd esse assentiar. Nam et magnitudine dico magnū: sed que ipse est / ne maius aliquid deo ponam: et bonitate fateor bonū / sed nō alia q ipse est: ne melius

ipso aliquid mihi videar invenisse: et de ceteris in hunc modū. Securus et libens pergo inoffenso, ut aiunt, pede in eius sententiam qui dicebat. Deus non nisi ea magnitudine magnus est: que est quod ipse. Alioquin illa erit maior magnitudo q̄ deus. Augustinus hic est validissimus malleus hereticorum. Si quid itaq̄ de deo proprie dici possit: rectius cōgruentiusq̄ dicetur: deus est magnitudo/ bonitas/ iusticia/ sapientia: q̄ deus est magnus/ bonus/ iustus/ aut sapiens. Unde non immerito nuper in concilio quod papa Eugenius remis celebrauit tam ipsi q̄ ceteris episcopis peruersa visa est et omnino suspecta expositio illa in libro gilberti episcopi pictauēsis: q̄ super verba Boetij de trinitate sanissima quidē atq̄ catholica cōmentabatur: hoc modo. Pater est veritas/ idest verus. Filius est veritas/ idest verus. Spiritussanctus est veritas/ idest verus. Et hi tres simul nō tres veritates: sed vna veritas/ idest vnus verus. Obscurā peruersamq̄ explanationem: O si verius saniusq̄ per cōtrarium ita dixisset. Pater est verus/ idest veritas. Filius est verus/ idest veritas. Spiritussanctus est verus/ idest veritas. Et hi tres vnus verus/ idest vna veritas. Qd̄ quidem fecisset si sanctū dignaretur Fulgentiū imitari: qui ait. Una quippe veritas vnius dei: immo vna veritas vnus deus nō patitur seruitium atq̄ culturā creatoris creatureq̄ cōiungi. ¶ Bonus corrector qui veracissime de veritate loqueretur: q̄ pie catholiceq̄ sentiret de vera et mera diuine simplicitate substantie: in qua nihil esse possit qd̄ ipsa non sit/ et ipsa deus. Quāq̄ manifestius in nōnullis locis alijs a rectitudine fidei liber ille prefati episcopi visus est discrepare/ quorū (verbi causa) adhuc vnū pono. Nam dicente auctore cū dicitur: deus deus deus/ pertinet ad substantiā: noster cōmentator intulit nō que est: sed qua est: qd̄ absit vt assentiat catholica ecclesia esse videlicet substantiā vel aliquā omnino rem qua deus sit: que nō sit deus. Sed hec minime iam cōtra ipsum loquimur (quippe qui in eodē cōuētu sententie episcoporū humiliter acquiescens tā hec q̄ cetera digna reprehensione inuenta proprio ore damnauit) sed propter eos qui adhuc librū illū contra apostolicū vtiq̄ promulgatum ibidē interdictū transcribere et lectitare feruntur: contentiosius persistētes sequi episcopū in quo ipse non stetit et erroris q̄ correctionis magistrū habere malentes. Non solū autem sed et propter vos occasione accepta de differentia imaginis et anime: que ad imaginem facta est operepreciū credidi excursum hūc facere: vt si qui forte ex aquis furtiuis que dulciores videntur aliquando aliquid biberint sumpto antidoto euomant illud: et purgato mentis stomacho ad id qd̄ sm̄ promissionem nostrā dicendum de similitudine superest accedentes: puriora iam in gaudio non de nostris hauriant: sed de fontibus saluatoris sponsi ecclesie iesu christi domini nostri: qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen.

¶ Qualiter anima verbo dei similat per simplicitatem essentie immortalitatē et arbitrij libertatē. Ser. lxxxi.

Quesitum est ante de affinitate anime ad verbum atq̄ id quidem necessarie. Que em̄ cōuentio tante maiestati et tante paupertati: vt more et amore sponsorū veluti ex equo sese cōplecti referantur sublimitas illa et illa hūilitas: Nam si vere id dicimus: valde leta fiducia est: si falso valde punienda audacia. Propterea ergo de conuenientia horū querendum fuit: que quidē iam multa inuenta est sed non omnis. Quis enim vel nimis hebes nō videat q̄ se e vicino respiciāt imago et qd̄ ad imaginē est: Quorū vtiq̄ vnum vni: et alterum alteri sermo si recolitis assignauit hesternus. Nec de imagine tantum/ sed etiā de similitudine demonstrata ibidē propinquitas est: nisi q̄ ipsa similitudo in quo vel in q̄bus potissimū consistat: necdū a nobis est declaratū. Age iam intēdamus declarationi huic: vt quo anima plenius suā agnoscet originem eo amplius erubescat vitam habere degenerem. Immo vero qd̄ peccato vitia tū deprehenderit in natura: studeat reformare industria/ vt digno suo genere dei quidē munere sese regēs: ad amplexus verbi fidēter accedat. Aduertat igitur ex hac diuine ingenuitate similitudinis inesse sibi illam sue substātie naturalem simplicitatem: qua hoc est illi esse qd̄ viuere: et si nō q̄ bene/ q̄ ve beate viuere vt sit similitudo non equalitas. Gradus propinquus: gradus tamen. Neq̄ enim vnius excellentie paris ve fastigij sunt hoc habere esse qd̄ viuere: et item habere hoc esse qd̄ bn̄e viuere. Ergo si vbi est illud propter sublimitatē hic aie propter silitudinē salua q̄dē eminētia: vbi palā ē affinitas naturarū: palam anime prerogatiua. Et vt quod dicitur plenius fiat: soli deo: idest esse qd̄ beatum esse: atq̄ hoc primum et purissimum simplex. Secundū autē simile est huic: id videlicet habere esse qd̄ viuere atq̄ hoc anime est. Ex hoc et si inferiori gradu ascendi potest non modo ad bene/ sed etiā ad beate viuendum: nō quia vel tunc sit hoc esse quod beatum esse illi q̄ eo peruenerit: quatinus illa glorietur pro similitudine/ vt tamen pro disparitate habeat semper vnde omnia ossa eius dicant. Domine quis similis tui: ¶ Bonus tamen anime gradus: ex quo et solo ad beatā ascendit vitā. Sunt nāq̄ viuētia: et horū genera duo: q̄ sentiūt et q̄ nō sentiunt. Porro insensibilibus sensibilia p̄ferunt: atq̄ vtrisq̄ vita q̄ viuit et sentit. Non stabunt pariter in gradu vno vita et viuēs: multominus vita et q̄ sunt sine vita. Uita anima est viuēs quidē: sz nō aliūde q̄ se ipsa: ac per hoc nō tā viuēs q̄ vita/ et proprie de ea loquamur. Inde est q̄ infusa corpori viuificat illud vt sit corpus de vite presentia nō vita sz viuēs. Uñ liquet ne viuo q̄dē corpori id vere eē qd̄ esse: cū esse et sic viuere possit. Multominus q̄ vite expertia sunt: ad hūc gradū assurgēt. Sz nec oē qd̄ vita dicit vel est: cōtinuo valebit pertingere huc. Est pecorū: est et arborū vita: sensu altera vigens: altera carens. At neutri tamē idē esse qd̄ viuere est: cū vt quidē multorū opinio est: aū in elemētis q̄ vel illa in mēbris/ vel ista in ramis extiterint. At sm̄ hoc cū desinūt viuificare simul viuere cessant: sz nō et esse. Soluūtur pariter et dissoluunt tanq̄ nō alligate tm̄ sz et colligate. Neq̄ em̄ vnum simplex est q̄q̄ horū: sz ex pluribus cōstās: et propterea nō redigit in nihil sz dissilit in partes: vt et ad suū q̄q̄ recurrat principiū vbi cā aer ad aerē: ignis ad ignē: et reliq̄ in hūc modū. Nequaq̄ igit tali vite idē esse et viuere est: que est et q̄n non viuit. ¶ Porro nihil horū q̄bus nō hoc esse qd̄ viuere sit/ ad bn̄ beateq̄ viuēdū q̄nq̄ proficiet vel emerget. Quippe qd̄ neq̄ ad hūc inferiorē gradū potuit peruenire. Sola q̄ in ipso stare cognoscit aia hois in eo dignitatis creata est: vita a vita: simplex a simplici: immortalis ab immortali: vt nō sit lōge a summo gradu: vbi scz id esse qd̄ beate viuere est/ in quo solus stat beatus et solus potēs rex regū et dn̄s dominantiū. ¶ Accepit itaq̄ in sui cōditiōe aia: et si nō esse posse tn̄ eē btā/ summo proinde gradui q̄tū sz appropiās nō pertingēs tn̄. Neq̄ em̄ vel ipsi vt supra diximus hoc erit aliq̄n esse qd̄ beatā esse: nec q̄n beata erit. Fatemur similitudinē: equalitatē renuimus: verbi cā: vita deus: vita et aia est. Similis quidē sz dispar. Porro similis q̄ vita: q̄ se ipsa viuens: q̄ non tantū viuens: sed et viuificans/ sicut et ille hec omnia est. Dispar vero quantū a creante creata. Dispar q̄ vt nisi creata ab illo nō esset: sic nisi ab ipso viuificata nō viueret. Non viueret dico: sed spirituali vita/ nō naturali. Nam naturali quidem etiā q̄ non spiritualiter viuit: immortaliter viuat necesse est. At qualis vita in qua satius foret non nasci q̄ nō abea mori: Mors potius est: et ideo grauior: q̄ peccati non nature. ¶ Deniq̄ mors peccatorū pessima. Ita ergo q̄ sm̄ carnē viuit aia viuens mortua est: quippe cui bonū erat oino nō viuere q̄ sic viuere.

Ps. xxxiij.

Aqua nimirū vitali quadā morte minime vnq̄ resurget nisi per verbū vite: immo per vbū vitā viuentē vtiq̄ viuificantē. Alias aūt immortalis est aia: et in hoc nihilominus verbo similis quidē/ sed nō equalis. Nam intātū superexcellit immortalitas deitatis: vt apostolus dicat de deo q̄ solus habet immortalitatē. Qd̄ ego reor pro eo dictū q̄ solus sit natura incommutabilis deus: qui ait. Ego dn̄s et non mutor.

Mala. iij.

Uera nāq̄ et integra immortalitas tam non recipit mutationem q̄ nec finem: q̄ omnis mutatio quedā mortis imitatio sit. Omne etenim quod mutatur: dum de vno ad aliud transit esse: quodāmodo necesse est moriatur qd̄ est/ vt esse incipiat qd̄ nō est. Ut si tot mortes quot mutationes/ vbi immortalitas: Et huic vanitati subiecta est ipsa creatura nō volēs sed propter eū q̄ subiecit in spe. Attamē immortalis aia est q̄m cū ipsa sibi vita sit: sicut nō est q̄ cadat a se sic nō est q̄ cadat a vita. Uerū cū cōstet iuis affectibus mutari eā: agnoscat ita se deo in imortalitate similē vt sciat sibi deesse nō modicā immortalitatis partē: soli cedens absolutam perfectamq̄ immortalitatem/ apud quē nō est trāsmutatio: nec vicissitudinis obumbratio. Non mediocris tamē anime dignitas presenti disputatiōe cōperta est: que gemina quadam vicinitate nature verbo appropiare videtur simplicitate essentie et perpetuitate vite. ¶ Sed enim adhuc vnum occurrit quod minime preteribo: nec em̄ minus insignē similē ve minus/ verbo animam facit: et forte etiā plus. Arbitrij libertas hoc est plane diuinū quiddā p̄fulgēs in anima tanq̄ gēma in auro. Ex hac nēpe inest illi inter bonū q̄dē et malū: necnō inter vitā et mortē sz et nihilominus inter lucē et tenebras et cognitio iudicij et optio eligendi: et si qua sunt alia q̄ similiter circa animi habitū sese e regione respicere videant: nihilominus inter ipsa censorius q̄dē arbiter is anime oculus dijudicat et discernit sicut arbiter in discernendo: ita in eligēdo liber. Uñ et liberū nominat arbitriū: qd̄ liceat versari in his pro arbitrio voluntatis. Inde hō ad cōmerēdū potis: Omne etenim qd̄ feceris bonū malū ve: qd̄ quidē non facere liberū fit: merito ad meritū reputatur. Et vt merito laudatur nō is tantū q̄ potuit facere mala et non fecit: sed et qui potuit nō facere bona et fecit: ita malo nō caret merito

merito tam is qui potuit nõ facere mala & fecit: q̃ȝ q̃ potuit fa
cere bona & nõ fecit. Ubi aũt non est libertas: nec meritũ. Pro
pterea q̃ sunt carentia rõne animalia nihil merẽtur: q: sicut de
liberatione: ita & libertate carent. Sensu aguntur / feruntur impe
tu / rapiuntur appetitu. Neq3 eñ iudiciũ habent quo se vnudi
cent siue regant: sed ne instrumẽtũ quidẽ iudicij / idest rationẽ:
inde est q non iudicantur qui nõ iudicant. Quanã quippe rõne
ab his exigatur ratio quã nõ acceperunt? Hanc vim a natura
solus hõ non patitur: & ideo solus inter animantia liber. Et ta
men interueniente peccato patitur quãdã vim & ipse: sed a volũ
tate non a natura: vt ne sic quidẽ ingenita libertate priuetur.

A

Sap.ix.

Qd enim voluntariũ & liberũ. Et quidẽ peccato factũ est vt
corpus qd corrũpitur aggrauet aiam: sed amore nõ mole. Naȝ
q surgere anima per se iã nõ põt q̃ per se cadere potuit volun
tas in cã est: q̃ corrupti corporis vitiato ac vitioso amore lan
guescens & iacens: amorẽ pariter iusticie non admittit. Ita ne
scio quo prauo & miro modo ipsa sibi voluntas: pctõ quideȝ in
deterius mutata necessitatẽ facit: vt nec necessitas cũ volun
taria sit excusare valeat voluntatẽ: nec voluntas cũ sit illecta
excludere necessitatẽ. Est eñ necessitas hec quodãmodo volũ
taria. Est fauorabilis vis quedã premendo blandiẽs & blãdiẽ
do premẽs: vñ sese rea volũtas vbi semel pctõ cõsenserit: nec
excutere iam per se nec excusare tñ vllatenus de ratiõe queat.
Inde querula illa vox veluti gementis sub onere necessitatis

Esaie xxxviij.

huius. Dñe inquit vim patior responde p me. Sed rursus sciẽs
q nõ iuste causaretur aduersus dñm: cũ volũtas sua ipsius po
tius in causa foret: attende qd sequitur intulerit. Quid dicam
aut quid respõdebit mihi cũ ipse fecerim: Premebatur iugo nõ
alio tñ q̃ȝ volũtarie cuiusdã seruitutis: & erat p seruitute qui
dem miserabilis / sȝ p volũtate inexcusabilis. Voluntas enim
est que se cũ esset libera seruã fecit peccati / peccato assentien
do voluntas nihilominus est q̃ se sub peccato tenet volũtarie

B

seruiendo. Uide quid dicas ait aliqs mihi. Cum volũtariũ
dicis q iam necessariũ constat esse: Uerũ quidẽ est q volun
tas seipsam addixerit: sed non ipsa se retinet / magis retinetur &
nolens. Bene hoc saltẽ das: q retinetur. Sed vigilãter retine:
voluntatem esse quã retineri fateris. Itaq3 voluntatẽ nolentẽ
dicis: Nõ vtiq3 volũtas retinetur non volens. Voluntas eñ vo
lentis est: non nolentis. Q si volens retinetur: ipsa se retinet.
Quid ergo dicet aut quid respõdebit ei cũ ipsa fecerit? Quid

Ioã.viij.

fecit? Seruã se fecit: vñ dicitur. Qui facit peccatũ seruus est pec
cati. Propterea cũ peccauit / peccauit aũt cũ peccato obedire
decreuit) seruã se fecit. Sed sit libera si non adhuc facit. Fa
cit autẽ in eadẽ seruitute se retinens. Neq3 eñ non volẽs volũ
tas tenetur: voluntas eñ est. Ergo q volens seruã seipsam fecit:
non modo fecit sed facit merito proinde qd sepe memorandũ
est: quis respondebit illi cũ ipsa fecerit: ipsa & faciat? Sed non
me (inquis) decredere facies necessitatẽ quã patior: quã in me
metipso experior: cõtra quã & assidue luctor. Ubi nã q̃so hanc
necessitatẽ sentis? Rõne in volũtate? Non ergo parũ firmiter
vis qd & necessario vis. Multũ vis qd nolle nequeas nec mul

C

tum obluctans. Porro vbi voluntas & libertas. Qd tñ dico

Gala.iiij.

de naturali / nõ de spirituali: qua libertate (vt dicit apostolus)
christus nos liberauit. Nam de illa idẽipse dicit. Ubi spiritus
dñi: ibi libertas. Ita anima miro quodãȝ malo modo sub hac
voluntaria quadã ac male libera necessitate & ancilla tenetur
& libera: ancilla pp̃ter necessitatẽ: libera propter voluntatem
& qd magis mirũ magisq3 miseȝ est: eo rea quo libera / eoq3 an
cilla quo rea: ac per hoc eo ancilla quo libera. Miser ego hõ
quis me liberabit a calũnia huius pudende seruitutis? Miser
sed liber. Liber q hõ / miser q seruus. Liber q similis deo /
miser q cõtrari9 deo. O custos hominũ quare posuisti me cõ

Iob.xvj.
Iob.vij.

trariuȝ tibi? Posuisti eñ cum nõ prohibuisti. Alioquin ipse me
posui et factus sum mihimetipsi grauis. Iustissime quidẽ vt
hostis tuus hostis sit & meus: & q̃ tibi repugnat / repugnet mi
hi. Ego vero qui tibi: ego q̃ mihimet cõtrarius factus sum: at
q3 in mẽbris meis inuenio qd ↄtradicat & mẽti mee & legi tue.
Quis me liberabit de manibus meis? Non enim qd volo hoc
ago: sed me nõ alio prohibente. Et qd odi illud facio: sed me
non alio cõpellente. Atq3 vtinã prohibitio hec & hec compul
sio ita esset violenta vt nõ esset voluntaria: forsitã enim sic pos
sem excusari: aut certe ita esset voluntaria vt non violenta: pro
fecto enim sic possem corrigi. Nunc vero misero exitus mi
sero patet: quẽ & voluntas, vt dixi inexcusabilem et incorri
gibilem necessitas facit. Quis me eripiet de manu peccatoris

D

& de manu contra legẽ agẽtis et iniqui? Querit quis de quo
querar: De me. Ego ille pctõr / ille exlex / ille iniquus. Pctõr q
peccaui: exlex / q volũtate psisto agere ↄtra legẽ. Nã mea volũ
tas ipa ẽ lex i mẽbris meis: legi diuine recalcitrãs. Et qm̃ lex

ps. xxxvi

domini lex mentis mee: sicut scriptum est: lex dei eius in corde
ipsius: per hoc et mihipsi mea ipsius voluntas contraria inue
nitur que est iniquitas maxima. Cui enim non iniquus qui mi
hi sum? Qui sibi nequam (ait) cui bonus? Fateor non sum bo
nus: quia non est in me bonũ. Consolabor me tamẽ: quia & sanc
torũ vox ista est. Scio quia non est in me bonũ inquit. Discer
nit tamen qd dicit in se: in carne sua interpretans: propter cõ
tradictoriam legem que in ea est. Nam habet legem & in men
te: eaq3 melior. An non lex dei bona? Qȝ si malus propter le
gem malã: quomodo nõ propter bonã bonus? An mala sua est
que est in carne sua: et ideo de mala malus: & minime bon9 de
bona? Non est ita. Lex dei eius in mente ipsius: atq3 ita in mẽ
te vt sit & mentis. Testis est ipse q̃ ait. Inuenio aliam legẽ in

Roma.vij.

membris meis: repugnantem legi mentis mee. Nunquid suum
quod carnis sue est: & nõ suũ qd mẽtis sue est? Ego dico & plus
Quidni dicã: qd idẽipse magister dicit? Nam mente quidẽ ser
uiens legi dei: carne autem legi peccati: quid magis suũ fatea
tur euidenter ostendit cũ malum qd in carne est: ita a se alienũ
censet: vt dicat. Itaq3 iã non ego operor illud: sed qd habitat

Ibidem.

in me peccatũ. Et ideo fortassis signanter aliã dixerit legẽ in
uentam in membris suis q alienã hanc et quasi aduenticiam
reputaret. Unde & adhuc ego aliquid audeo amplius haud

E

temere quidẽ: paulum videlicet non iam malũ propter maluȝ
qd in carne habet: magis aũt bonum pp̃ter bonũ qd in men

Ibidem.

te h3. An non bon9 qui cõsentit legi dei qm̃ bona est. Nam et
si se itidẽ fateatur seruire legi peccati: carne hoc facit nõ mẽ
te. Cum aũt mẽte quidã seruiat legi dei: carne aũt legi pecca
ti: quidnã potissimũ horũ: paulo imputandũ putes: tu videris
nam mihi fateor facile psuasum qd mentis q̃ȝ q carnis est plu
ris esse: non solũ mihi sed & ipsi paulo (vt iam dictũ est) q̃ ait.
Si autẽ qd nolo illud facio / iam non ego operor illud: sȝ qd

Ibidem.

habitat in me peccatũ. Sed de libertate ista sufficiant. In li
bello quẽ de gratia & libero arbitrio scripsi: diuersa fortassis
de imagine et similitudine disputata leguntur: sed (vt arbitror)
nõ aduersa. Legistis illa: ista audistis: quenã magis probetis
vestro iudicio derelinquo. Uel si quid meli9 vtrisq3 sapitis: in
hoc gaudeo & gaudebo. At quoquo modo illa se habeant: tria
quidem in presentiarũ precipua cõmendata teneatis: simplici
tatem: immortalitatẽ: libertatem. Et hoc vobis liquido appa
rere iam arbitror animam pro ingenita atq3 ingenua similitu
dine que in his tam eximie claret: non paruam cum verbo ha
bere affinitatem spõso ecclesie iesu christo domino nostro: qui
est super omnia deus benedictus in secula. Amen.

Qualiter anima similis deo manẽs / per peccatum tamen dissimilis facta est in simplicitate / in mortalitate et libertate. Sermo.lxxxij.

Quid vobis videtur? Possum9 ne iam regredi ad
exponẽdi ordinem vnde digressi sum9 q patet
ppinquitas verbi & aie pro qua vtiq3 demonstran
da digressio ipa facta est? Possemus vt mihi vi
detur nisi parũ quid dubietatis in his que dicta
sunt adhuc residere sentirẽ. Nil furari volo. Non

F

libenter ptereo quod vobis vtile putem. Et quomõ id audeã
de his presertim que vobis accipio? Scio hominẽ aliqd aliqñ
interloquendũ ex his q̃ suggerebat spũs & si nõ infideli min9
tamen fidenti aio retentantẽ & reseruantẽ sibi vt haberet qd
diceret denuo, tractatur9: & ecce vox ad eũ (vt qdẽ ei visuȝ est)
donec istud tenebris: aliud nõ accipies. Quid si retinuisset nõ
prouidendo sue inopie: sȝ fraternis pfectibus inuidẽdo. Non
ne merito & hocipsum qd videbatur habere auferretur ab eo. Qd
quidẽ longe a seruo vr̃o semp faciat de9 sicut semp fecit. Sic
mihi iugiter abundare dignetur fons ille indeficiẽs sapiẽtie sa
lutaris: quomõ sine inuidia vobis cõicaui & refudi q̃cq̃d mihi
infundere hactenus dignat9 est ipe. Si ego vos fraudo: a q̃

G

iã nõ verear ipe fraudari? Nec a deo qdem. Est itaq3 in his q̃ di
cta sunt aliqd qd (vt vereor) ego offendiculũ dare qat: si nõ cõ
planetur. Et ni fallor sunt de hic stantib9: qbus iã scrupulũ mo
uit qd dicere volo. Trina illa dbi similitudo quã aie assigna
uimus: immo qua insignitã aduertim9: recolitis ne q & insepa
rabiliter inesse illi visa fuerit nobis? Id qdẽ videatur aliqb9 scri
pturarũ testimonijs obuiare: vt ibi gña est illud in ps. Homo

ps. xlviij.

cum in honore esset nõ intellexit: & cõparatus est iumẽtis insi
pientibus & similis factus est illis. Et itẽ illud. Mutauerunt

ps.cv.
ps. xlix.

gloriã suã in similitudinẽ vituli comedentis fenũ: sȝ & qd apte
dictum est in persona dei: existimasti inique q ero tui similis: et
pleraq3 alia q̃ similitudinẽ dei in hoie post peccatũ deletam cõ
corditer asseuerare videntur. Quid ergo dicem9 ad hec? Tria

H

illa in deo minime esse: & sic alia querẽda in quib9 similitudinẽ
assignem9: aut esse quidem in deo / sed non in anima: et ne sic
quidẽ in his similitudinẽ inueniri aut esse & in anima: sed pos
se etiam nõ inesse ac per hoc nõ inseparabilia esse? Absit. Et
in deo & in aia sunt & semp insunt: nec est qd non aliquid horũ

dixisse peniteat: ita totum subnixum est indubitata ꝛ absolutissima veritate. Sed quod scriptura loquitur de dissimilitudine facta: ꝛ ō quia similitudo ista deleta sit loquitur: sed quia alia superducta. Non plane anima natiuā se exuit formam: sed superinduit peregrinam. Illa addita/non ista perdita est: et q̄ superuenit/obscurare ingenitam potuit/sed non exterminare. [Rome.i.] Deniq̧ obscuratum est insipiens cor illorum: ait apostolus. Et [Treñ.iiij.] propheta. Quomodo obscuratū est aurum/mutatus est color optimus? Obscuratum aurum plangit/sed aurum tamen: mutatum colorem optimum/sed non fundamentum coloris euulsum. Manet in fundamento prorsus inconcussa simplicitas: sꝫ minime apparet duplicitate operta humane dolositatis/simulationis/hypocrisis. [K] ¶ Et incongrue simplicitati duplicitas admiscetur: q̄ꝫ indigne tali fundaměto talis structura cōmittitur. Huiusmodi sibi versutiā serpens induerat: cū se vt deciperet consiliariū exhibebat/simulabat amicū. [Gene.iij.] Hmōi quoq̧ seducti ab eo paradisi incole induerāt sibi cū pudendā iam nuditatem tegere conarent̄: ꝛ vmbris frondosi ligni ꝛ frondiū succinctorijs ꝛ verbis excusatorijs. Et late extunc ꝛ deinceps omnē posteritatē hereditariū hypocrisis virus infecit. Quē dabis de filijs adam q̄ qđ est/non dico velit: sed vel patiatur videri? Sed perseuerat nihilominus in omni anima cū originali duplicitate generalis simplicitas: vt de collatione confusio augeatur. Perseuerat eque imortalitas/sꝫ fusca ꝛ tetra: irruente tenebrosa corporee mortis caligine. Nam ꝛ si non priuatur vita: vite tn̄ beneficiū suo corpori iam non sufficit vendicare. Quid q̄ ne suā quidē spiritualem dūtaxat vitam retinet sibi? [Eze.xviij] Anima nempe que peccauerit ipsa morietur. Nonne morte ista duplici incursante: illa qualiscunq̧ immortalitas quā retētat tenebrosa satis redditur ꝛ misella? Adde q̄ appetentia terrenorū que quidem oīa ad interitū sunt densat tenebras: ita vt in aīa sicvt vēte nil a parte aliq̄ nisi pallida facies: ꝛ imago quedā mortis apparere cernatur. [L] ¶ Cur nō enim que immortalis est/similia sibi immortalia appetit: ꝛ eterna: vt qđ est appareat/ꝛ qđ factū est viuat? Ceterum cōtraria sapit ꝛ querit: ꝛ mortalib⁹ se se degeneri conuersatione conformans: immortalitatis cādorem quodam mortifere consuetudinis piceo colore denigrat. Quidni mortaliū appetitus immortalē mortali similē: immortali dissimilē faciat? [Eccli.xiij] Qui tangit picem ait sapiens inquinabitur ab ea. Fruendo mortalibus mortalitatem se induit: ꝛ vestē immortalitatis incidēte mortis similitudine decolorauit non exuit. Euam attende quomodo et⁹ anima immortalis immortalitatis sue glorie fucum mortalitatis inuexit: mortalia viciꝫ affectando. Ut quid enī cū immortalis esset mortalia nō cōtempsit ꝛ transitoria contenta sibi similibus in mortalibus et eternis? [Gen.iij.] Uidit inquit lignum q̄ esset pulchrū oculis ꝛ aspectu delectabile: ac suaue ad vescendū. Nō est tua o mulier ista suauitas/ista delectatio/istaq̧ pulchritudo. Et si tua pro parte luti: non tua solius/sed cōis cunctis animantibus terre. Tua q̄ [M] vere tua est/aliunde: ꝛ alia nā eterna est de eternitate. ¶ Quid tu anime tue aliā formā immo deformitatē imprimis alienā? Enimuero qđ delectat habere id etiā perdere timet/ ꝛ timor color est. Hs libertatē dū tingit tegit: ꝛ eā nihilomin⁹ sibimet reddit dissimilē. Et digni⁹ sua origine nihil cuperet vbi nihil metueret: ac per hoc a seruili timore isto ingenitā sibi defenderet libertatē manentem in vigore ꝛ decore suo. [Ibidem.] Heu nō ita est: mutatus est color optimus. Fugitas ꝛ latitas: audis vocē dñi dei et abscondis te. Cur hoc nisi q̄r quē amabas times: ꝛ libertatis speciē forma seruilis exclusit? Sed ꝛ volūtaria illa necessitas ꝛ contraria lex inflicta in membris de qua priori mo sermone disserui: eidem incubat libertati ꝛ liberā natura creaturā per propriā ipsius voluntatē dū allicit subijcit seruituti: implens faciem eius ignominia/ita vt vel carne seruiat legi peccati ꝛ non volens. Qr ergo nature ingenuitatē moꝝ probitate defensare neglexit: iusto auctoris iudicio factū est: nō quidem vt libertate ꝓpria nudaret̄: sꝫ tamē superindueretur sicut diploide cōfusione sua. Et bene sicut diploide vbi veste veluti duplicata manente libertate ꝓpter voluntatē: seruilis nihilominus cōuersatio necessitatē probat. Hoc de simplicitate: hoc de immortalitate anime aduertere est: ꝛ nil tibi in ea si bene consideres apparebit qđ non sit istiusmodi similitudinis pariter ꝛ dissimilitudinis diploide adopertū. An non diplois vbi non innata sed affixa ꝛ quadā quasi acu peccati assuta simplicitati fraus immortalitati mors/ necessitas libertati? Neq̧ enim essentie simplicitati prescribit duplicitas cordis non nature immortalitati mors: aut voluntaria peccati: aut necessaria corporis: non arbitrij libertati necessitas voluntarie seruitutis. [N] ¶ Itaq̧ bonis nature mala aduenticia dū non succedunt sed accedunt: turpant vtiq̧ ea: non exterminant: conturbant non deturbant. Inde aīa dissimilis deo: inde dissimilis est ꝛ sibi: inde cōparata iumētis insipientibus ꝛ similis facta est illis: inde qđ legit̄ cōmutasse gloriā suā in similitudinē [Ps.cv] vituli comedētis fenū: inde hoīes tanq̄ vulpes duplicitatis et fraudis foueas habēt: ꝛ q̄ pares vulpib⁹ se fecerūt: partes vulpiū erūt: inde iuxta salomonē vn⁹ exit⁹ hoīs ꝛ iumēto. [Eccli.iii.] Quidni sicut exeat q̄ sic vixit? Morte bestiali incubuit terrenis: more bestiali excedet terris. Audi aliud. Quid mirū si similē sortimur exitū q̄ ꝛ similē habem⁹ introitū? Uñ enī hoīb⁹ nisi de similitudine bestiali ille tā intēperās ardor in coitu: ꝛ tā immoderatus dolor in partu? Ita hō in ꝯceptu ꝛ ortu in vita ꝛ morte cōparat⁹ est iumētis insipiētib⁹: ꝛ similis fact⁹ est illis. [O] ¶ Quid qđ libera creatura sibi subditū appetitū nō regit vt dña: sꝫ sequit̄ ꝛ obsequit̄ vt ancilla? Nōne ꝛ in hoc se assimilat ꝛ annumerat ceteris animātib⁹ q̄ natura nō in libertatē vocauit: sed cōdidit in seruitutē seruire suo ventri: appetitui obedire? Nōne tali merito ꝯfundit̄ phiberi vel existimari filijs de⁹? Ideoq̧ ait. Existimasti iniq̄ q̄ ero tui similis. Et infert. Arguā te: ꝛ statuā [Ps.xlix.] cōtra faciē tuā. Nō est sese vidētis aīe deū existimare similē sibi [Ibidem.] aīe dūtaxat q̄lis mea est peccatricis ꝛ iniq̄. Eiusmodi nāq̧ arguit̄. Existimasti iniq̄ ait: ꝛ nō dicit/existimasti aīa vt existimasti hō q̄ ero tui similis. Sꝫ si statuat̄ iniquus añ faciē suā ꝛ cōtra vultū quendā morbidū putidūq̧ interioris hoīs sui sistat̄: vt dissimulare aut declinare nō q̄at impuritatē ꝯsciētie sue: sꝫ videat vel inuit⁹ sordes peccatoꝝ suoꝝ: vitioꝝ inspiciat deformitatē: nequaq̄ poterit existimare deū fore similē sibi: sꝫ q̄si dissidens ꝓ tāta dissimilitudine quā videbit: puto exclamabit ꝛ dicet Dñe q̄s similis tibi? Qđ q̄dē dictū ꝓ volūtaria illa ꝛ nouicia dissimilitudine. Nam manet prima similitudo: ꝛ iō illa plus displicet q̄ ista manet. O q̄tū bonū ista: q̄tūq̧ malū illa: et mutua tn̄ collatione vtraq̧ res in genere suo plus eminet. [P] ¶ Cū ḡ aīa tantā in se vna reꝝ distātiā cernit: q̄dni clamet inter spē ꝛ desperatiōnē vtriq̧ posita: dñe q̄s similis tui? Trahit̄ in desperationē ꝓ tāto malo: sꝫ reuocat̄ in spē a tāto bono. Inde est vt quo sibi plus displicet in malo qđ in se videt: eo se ardēti⁹ ad bonū qđ eq̄ in se ꝯspicit/ trahat: cupiatq̧ fieri ad qđ facta est simplex ꝛ recta ꝛ timēs deū ac recedens a malo. Quidni recedere possit ad qđ accedere potuit? Quidni accedere a quo recedere potuit? Qđ tn̄ vtrūq̧ dixerim de grā ꝓsumendū nō de natura: sꝫ ne de industria quidē. Nēpe sapiētia vincit maliciā non industria vel natura. Nec deest occasio ꝓsumendi: ad ꝟbū est cōuersio ei⁹. Nō est apud verbū ociosa aīe generosa cognatio: de qua triduo iā tractam⁹: ꝛ cognationis testis similitudo perseuerās. Dignāter admittit in societatē spōs similē in natura. Et certe de ratiōe nature sibi similē q̄rit. Uox requirentis. [Cant.vi.] Reuertere sunamitis: reuertere vt intueamur te. Intuebit̄ similē q̄ dissimilē nō videbat: sꝫ ꝛ se intuēdū ꝓstabit. Scim⁹ q̄m cū apparuerit similes ei erim⁹: q̄m videbimus eū sicuti est. Puta ergo de difficultate magis q̄ꝫ de impossibilitate venire illā percunctationē: dñe q̄s similis tibi? Aut si hoc mag' ꝓbas: vox est admirātis. Admirāda prorsus ꝛ stupēda illa similitudo quā dei visio comitat̄: imo q̄ dei visio est: ego aūt dico in charitate. Charitas illa visio: illa similitudo est. Quis nō stupeat charitatem dei spreti et reuocantis? Merito iniquus arguitur ille qui supra inductus est dei similitudinem vsurpans sibi: cum diligendo iniquitatem / neq̧ possit se diligere neq̧ deum: sic enim habes. [Ps.x.] Qui diligit iniquitatem odit animam suam. Facta igitur de medio iniquitate que eaꝫ q̄ ex parte est dissimilitudinem facit: erit vnio spūs/ erit mutua visio/mutuaq̧ dilectio. Siquidem veniente quod perfectum est/euacuabitur qđ ex parte est: eritq̧ ad alterutrum casta et ꝯsummata dilectio/ agnitio plena visio manifesta/ꝯiūctio firma/societas indiuidua similitudo perfecta. Tunc cognoscet anima sicut cognita est: tunc amabit sicut amata est: et gaudebit sponsus sup sponsam cognoscens ꝛ cognitus diligēs ꝛ dilectus. Iesus xp̄s domin⁹ noster: qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen.

¶ Qualiter anima quantūcūq̧ vitijs corrupta adhuc per amorem castum et sanctū potest redire ad similitudinem sponsi, id est christi. Sermo. lxxxiij.

[Q] Qvantuꝫ quidem regularis hora permisit quā nobis ꝯstituim⁹ ad loquendū: biduū hoc in demōstranda verbi aieq̧ affinitate expēsum est. Que vtilitas in oī labore isto? Nempe hec: docuimus oēm aiam licet oneratam vitijs pctis irretitam/ captā illecebris exilio captiuā/ corpore carceratam /luto herentem / infixam limo/affixam membris / ꝯfixam curis/distētā negocijs/ contractā timorib⁹/afflictā dolorib⁹/erroribus⁹ vagā/sollicitudinib⁹ anxiā suspitiōib⁹ inquietā: ꝛ postremo aduenā in terra inimicoꝝ iuxta pphete vocē coinq̄natam [Baruc.iij] cū mortuis: deputatā cū his q̄ in inferno sunt: sꝫ inq̄ sic dānatam: ꝛ sic desperatā: docuim⁹ tn̄ hāc in sese posse aduertere nō modo vñ respirare in spē venie: in spē misericordie q̄at: sꝫ et vñ

audeat

audeat aspirare ad nuptias verbi: cum deo inire fedus socie-
tatis non trepidet: suaue amoris iugum cum rege ducere an-
gelorum non vereatur. Quid enim non tute audeat apud eum cuius se
insignem cernit imagine illustrem similitudine nouit? Quid
(inquam) vereatur de maiestate cui de origine fiducia datur? Tan-
tum est vt curet nature ingenuitatem vite honestate seruare:
A immo celeste decus quod sibi originaliter inest/dignis quibusdam
studeat morum affectuumque venustate et decorare coloribus. ¶ Ut
quid enim dormiet industria? Grande profecto in vobis donum
nature ipsa est: que si minus suas exequatur partes: nonne quod
reliquum habet nature in nobis: totum turbabitur/totum quasi
quadam vetustatis operietur rubigine? Id quidem iniuria
actori. Et vtique ad hoc actor ipse deus diuine insigne genero-
sitatis perpetuo voluit in anima conseruari: vt semper hec in
sese ex verbo habeat quo admoneatur semper aut stare cum
verbo aut redire si mota fuerit. Non mota quasi locis migrans:
aut pedibus gradiens: sed mota sicut substantie vtique spiritualis moueri
est cum suis affectibus immo defectibus a se quodammodo in
peius vadit: cum se sibi vite et morum prauitate dissimilem facit:
reddit degenerem: que tamen dissimilitudo non nature aboli-
tio sed vitium est: bonum ipsum nature quantum sui comparatione
attollens: tantum fedans coniunctione. Iam vero anime reditus
conuersio eius ad verbum reformande per ipsum conformande ipsi.
Ephe.v. In quo? In charitate. Ait enim. Estote imitatores dei sicut
filii charissimi: et ambulate in dilectione/sicut et christus dilexit
vos. Talis conformitas maritat animam verbo: cum cui videlicet
similis est per naturam/similem nihilominus ipsi se exhibet per
voluntatem/diligens sicut dilecta est. Ergo si perfecte diligit
nupsit. Quid hac conformitate iocundius: quid optabilius
charitate: qua fit vt humano magisterio non contenta per temet
o anima fiducialiter accedens ad verbum verbo constanter
inhereas: verbum familiariter percuncteris: consultesque de om-
re quantum intellectu capax tantum audax desiderio? Vere spiritualis
B sanctique connubii contractus est iste. ¶ Parum dixi contractus: com-
plexus est. Complexus plane vbi idem velle et nolle: idem vnum
facit spiritum de duobus. Nec verendum ne disparitas personarum
claudicare in aliquo faciat conniuentiam voluntatum: quia amor
reuerentiam nescit. Ab amando quippe amor non ab honorando
denominatur. Honoret sane qui horret/qui stupet/qui metuit/qui
miratur: vacant hec omnia penes amantem. Amor sibi abundat:
amor vbi venerit/ceteros in se omnes traducit et captiuat affe-
ctus. Propterea que amat/amat: et aliud nouit nihil. Ipse qui
honori merito: merito stupori/et miraculo est: amari tamen plus
amat. Sponsus et sponsa sunt. Quam queris aliam inter sponsos
necessitudinem vel connexionem preter amari et amare? Hic nexus
vincit etiam quod natura artius vinxit/vinculum parentum ad fi-
Mat.xix. lios. Denique propter hoc ait. Relinquet homo patrem suum et ma-
trem suam: et adherebit sponse. Vides iste affectus quam sit in spon-
C sis: non ceteris tantum affectibus sed etiam seipso potentior. ¶ Ad-
de quod iste sponsus non modo amans sed amor est. Nunquid ho-
i.Ioã.iiij nor? Contendat quis esse: ego non legi. Legi autem quia deus chari-
tas est: et non quia honor est vel dignitas legi. Non quia honorem non
vult deus qui ait: si ego pater/vbi est honor meus? Verum id pa-
ter. Sed si sponsum exhibeat: puto quia mutabit vocem/et dicet. Si
ego sponsus: vbi est amor meus? Nam et ante ita locutus est.
Si ego dominus: vbi est timor meus? Exigit ergo deus time-
ri vt dominus: honorari vt pater: vt sponsus amari. Quid in
his prestat: quid eminet? Nempe amor. Absque hoc et timor penam
habet: et honor non habet gratiam. Seruilis est timor quamdiu ab
amore non manumittitur. Et qui de amore non venit honor: non
honor sed adulatio est. Et quidem soli deo honor et gloria: sed ho-
rum neutrum acceptabit deus si melle amoris condita non fue-
rint. Is per se sufficit: is per se placet et propter se. Ipse meritum
ipse premium sibi est amor: preter se non requirit causam/non fructum.
Fructus eius vsus eius. Amo quia amo: amo vt amem. Magna
res amor: si tamen ad suum recurrat principium/si sue origini red-
ditus/si refusus suo fonti semper ex eo sumat vnde iugiter fluat.
Solus est amor ex omnibus anime motibus sensibus atque affecti-
bus: in quo potest creatura: et si non ex equo respondere actori:
vel de simili mutuam rependere vicem. Verbi gratia. Si mihi ira-
scatur deus: num illi ego similiter reirascar? Non vtique: sed pa-
uebo/sed contremiscam/sed veniam deprecabor. Ita si me arguat non
redarguetur a me: sed ex me potius iustificabitur. Nec si me iudi-
cabit: iudicabo ego eum sed adorabo: et saluans me non querit a
me ipse saluari: nec vicissim eget ab aliquo liberari/qui liberat
omnes. Si dominatur: me oportet seruire: si imperat me oportet parere et
D non vicissim a domino vel seruitium exigere vel obsequium. ¶ Nunc
iam videas de amore quam aliter sit. Nam cum amat deus non aliud
vult quam amari: quippe non ad aliud amat nisi vt ametur/sciens
ipso amore beatos qui se amauerint. Magna res amor: sed sunt
in eo gradus. Sponsa in summo stat. Amant enim et filii: sed de
hereditate cogitant: quam dum verentur quoquo modo amit-
tere: ipsum a quo expectatur hereditas plus reuerentur/minus amant. Su-
spectus est mihi amor cui aliud quid adipiscendi spes suffragari vi-
detur. Infirmus est qui forte spe subtracta aut extinguitur aut minuitur.
Impurus est qui aliud cupit. Purus amor mercenarius non est.
Purus amor de spe vires non sumit: nec tamen diffidentie damna sentit.
Sponse hic est: quia hoc sponsa est quecumque est. Sponse res et spes vnus
est amor. Hoc sponsa abundat/hoc contentus est sponsus. Nec
is aliud querit: nec illa aliud habet. Hinc ille sponsus: et spon-
sa illa est. Is sponsis proprius quem alter nemo contingat nec
filius quidem. Denique ad filios clamat: vbi est honor meus: et
non vbi est amor meus dicit: seruans sponse prerogatiuam. Sed
et iubetur homo honorare patrem suum et matrem suam: et de amore ta-
cetur: non quia non amandi sint parentes a filiis: sed quia multi fi-
liorum honorare parentes magis quam amare affecti sunt. Esto quod
honor regis iudicium diligat: sed sponsi amor immo sponsus amor
solam amoris vicem requirit et fidem. Liceat proinde redamare di-
lectam: quidni amet sponsa et sponsa amoris? Quidni ametur amor?
Merito cunctis renuncians affectionibus aliis/soli et tota incum-
bit amori que ipsi respondere amori habet in redhibendo amore.
Nam et cum se totam effuderit in amorem: quantum est hoc ad illius fontis
perhenne profluuium? ¶ Non plane pari vbertate fluunt amans et E
amor/anima et verbum: sponsa et sponsus: creator et creatura: non
magis quam sitiens et fons. Quid ergo? Peribit propter hoc et
ex toto euacuabitur nupture votum/desiderium suspirantis/aman-
tis ardor/presumentis fiducia: quia non valet ex equo currere cum
gigante/dulcedine cum melle contendere/lenitate cum agno/
candore cum lilio/claritate cum sole: charitate cum eo qui charitas
est? Non. Nam et si minus diligit creatura quoniam minor est/tamen
si ex tota se diligit nihil deest vbi totum est. Propterea (vt dixi)
sic amare nupsisse est/quoniam non potest sic diligere et parum dile-
cta esse: vt in consensu duorum integrum stet perfectumque connubium:
nisi quis dubitet animam a verbo et prius amari et plus. Prorsus
et preuenitur amando et vincitur. Felix que meruit preueniri in
tante benedictione dulcedinis. Felix cui tante suauitatis com-
plexum experiri donatum est. Quod non est aliud quam amor sanctus
et castus/amor suauis et dulcis: amor tante serenitatis quan-
te et sinceritatis/amor mutuus/intimus/validusque: qui non in
carne vna sed vno plane in spiritu duos iungat/duos faciat
iam non duos sed vnum/paulo ita dicente. Qui adheret deo i.Cor.vi
vnus spiritus est. Et nunc potius eam super his audiamus quam
facile magistram de omnibus fecit: et magistra vnctio et frequens
experientia. Nisi forte id melius seruamus in aliud sermonis
principium: ne rem bonam coartemus inter angustias huius iam
prope modum finiendi. Et si probatis facio finem etiam ante finem
vt famelici tempestiue conueniamus cras ad delitias sancte ani-
me quibus beata meretur frui cum verbo et de verbo sponso viro
que suo iesu christo domino nostro: qui est super omnia deus be-
nedictus in secula. Amen.

Quod anima querens deum preuenta est ab eo. Et quid sit illa questio in qua iam ab eo preuenta est. Sermo.lxxxiiij.

In lectulo meo per noctes quesiui quem diligit ani- F
ma mea. Magnum bonum querere deum. Ego hoc Canti.iij.
nulli in bonis anime secundum existimo. Primum in do-
nis/vltimum in profectibus est. Virtutum nulli ac-
cedit/cedit nulli. Cui accedat quam nulla precedit?
Cui cedat que omnium magis consummatio est? Que ei virtus ascribi possit
non querenti deum: aut quis terminus querenti deum? Querite inquit faciem eius ps.ciiij.
semper. Existimo quia nec cum inuentus fuerit cessabitur a querendo. Non pedum
passibus: sed desideriis queritur deus. Et vtique non extundit desiderium
sanctum felix inuentio sed extendit. Nunquid consummatio gaudii desiderii con-
sumptio est? Oleum magis est illi: nam ipsum flamma. Sic est. Adimple-
bitur leticia: sed desiderii non erit finis/ac per hoc nec querendi. Tu vero
cogita si potes queritandi hoc studium sine indigentia: et desiderium si-
ne anxietate. Alterum perfecto presentia/alterum copia excludit. ¶ Nunc G
iam videte cur ista premiserim. Nimirum vt omnis inter vos anima que-
rens deum ne magnum bonum in magnum sibi detorqueat malum: nouerit
se preuentam in illo et ante quesitam quam querentem. Sic enim de magnis
bonis mala oriri non minima solent: cum facti eximii de bonis domini
vtimur donis tanquam non datis/non damus gloriam deo. Ita profe-
cto qui maximi videbantur pro accepta gratia pro non redhibita minimi
reputantur apud deum. Ego autem parco vobis. Vius sum modestio-
ribus vocibus/maximo minimoque: sed quod sentio non expressi. Di-
scrimen inuolui/ipse nudabo/optimum pessimumque dixisse debue-
ram. Nam vere et absque dubio eo quisque pessimus quo optimus:
si hoc ipsum quo est optimus ascribat sibi. Nempe pessimum hoc.
Et si dicat quis absit agnosco: gratia dei sum id quod sum:
studeat autem captare gloriolam pro gratia quam accepit:
nonne fur est et latro? Audiat qui eiusmodi est. Ex ore tuo te iu- Luce.xix
dico serue nequam. Quid nequius seruo vsurpante sibi gloriam

domini sui. ¶ In lectulo meo per noctes quesiui quem diligit anima mea. Querit anima verbũ sed que a verbo prius quesita sit. [Job. vij.] Alioquin semel a facie verbi egressa vel electa / non reuertetur oculus eius vt videat bona si nõ requiratur a verbo. Qua si vero aliud anima nostra sit quam spiritus vadẽs et nõ rediens si sibi fuerit derelicta. Audi profugã et deuiam: quid doleat et quid petat. [ps. cxviij.] Erraui (ait) sicut ouis que periit: quere seruũ tuũ. O homo redire vis? Sed si in volũtate res est: quid opem flagitas? [ps. lxxvij.] Quid aliunde mendicas in quo abundas tu tibi? Palã est: quia vult et nõ potest: sed spũs est vadens et nõ rediens: et si is sit longius agens qui nec vult: quãquã nõ oino illam animã expositã dixerim vel relictã que reuerti cupit et requiri petit. Unde enĩ voluntas hec illi? Inde (ni fallor) quia a verbo visitata iam sit et quesita: nec ociosa quesitio que operata est volũtatẽ: sine qua reditus esse nõ poterat. Sed non sufficit semel queri tantus est anime languor: tantaque in reditu difficultas. Quid enĩ si vult? [Roma. vij.] Iacet voluntas / vbi facultas non suppetit. Nam velle adiacet mihi (inquit) perficere aũt bonum non inuenio. Quid ergo ille quem de psalmo induximus querit? Non plane aliud quam queri quod non quereret nisi quesitus fuisset: et rursum non quereret si quesitus satis fuisset. [ps. cxviij.] Quod et postulat / quere (inquiens) seruum tuum / vt qui dedit velle: det et perficere pro bona volũtate. Mihi tamen nõ videtur istiusmodi anime posse cõpetere locus presens / que secũdam gratiam necdum percepit: volẽs quidem sed non valens adire quem diligit anima sua. [Canti. iij.] Nam quomodo põt illi conuenire quod ibi sequitur surgere et circuire ciuitatem: sed et per vicos et plateas querere dilectum que eget ipsa queri? Faciat hoc que potest: tantum se meminerit quesitã prius sicut et prius dilectam / atque inde esse: et quod querit / et quod diligit. ¶ [M] Oremus et nos charissimi: vt cito anticipent nos misericordie iste: quia pauperes facti sumus nimis quod non de omnibus nobis dico. [ps. lxxviij] Scio enim quamplurimos vestrũ ambulantes in dilectione qua christus dilexit nos: et in simplicitate cordis querentes illum. [Ephe. v.] Sed sunt aliqui (quod tristis dico) qui nullũ nobis adhuc in se dedere indiciũ huius tã salutaris anticipationis: ac per hoc nec sue salutis hoies seipsos amantes non dñm / et querentes que sua sunt nõ que dñi. ¶ Quesiui (ait illa) quẽ diligit anima mea. [Canti. iij.] [I] Nempe huc te prouocat anticipantis benignitas illius qui te et prior quesiuit et prior dilexit. Mini me prorsus nisi prius quesita quereres: sicut nec diligeres nisi dilecta prius. Non in vna tantũ benedictione: sed in duabus preuenta es / dilectione et quesitione. Dilectio causa quesitionis: quesitio fructus dilectionis est et certitudo. Dilecta es ne ad supplicium potius quesitam suspiceris: quesita es ne frustra dilectam conqueraris: vtraque tam amica cõperta suauitas et ausum dedit / et verecũdiam depulit: et reditũ persuasit et mouit affectum. Hinc zelus / hinc ardor iste querendi quem diligit anima tua: quia profecto nec non quesita querere poteras / nec non quere quesita nunc potes. ¶ Sed noli obliuisci vnde huc [K] veneris. Et vt in me potius trãsfigurem que dicũtur (id enim tutius) tu ne es o aia mea que relicto viro tuo priore cum quo tibi bene fuerat / primam fidem irritam fecisti: iens post amatores tuos? Et nunc quoad libuit fornicata cum illis: forte et cõtempta ab illis: audes impudens et frontosa velle reuerti ad illum quem superba contempsisti? Quid: Digna latebris quaeris lucem: et curris ad sponsum dignior plagis quam osculis: Mirum si non pro sponso iudicem offendas. Felix qui ad hec animã suã respondentem audierit: non timeo quia amo: quod nõ amata omnino non facerem. Itaque etiam amor. Nihil dilecte timendum. Paueant que non amant. Quidni assidue inimicitias suspicẽtur: ego vero amans: amari me dubitare non possum non plus quam amare. Nec possum vereri vultum cuius sensi affectum. In quo? In eo quia talem nõ modo quesiuit: sed et affecit: fecitque certam perinde de quesitu. Quidni respondeam in quesitu cui in affectu respondeo? Nunquid irascetur quesitus qui etiam cõtemptus dissimulauit: quinimmo nõ repellet requirentem qui et cõtemnẽtem requirit. Benignus est spiritus verbi et benigna nũciat mihi intimans et suadens de verbi et zelo desiderioque quod vtique sibi non potest esse absconditum. Scrutatur alta dei cõscius earum quas cogitat cogitationes pacis et non afflictionis. ¶ Quidni animer ad querendum experta clementiam / et persuasa de pace? [L] Fratres hoc suaderi a verbo quaeri est: persuaderi inueniri est. Sed non omnes capiunt hoc verbum. Quid faciemus paruulis nostris? illos loquor qui adhuc inter nos incipientes sunt: non tamẽ insipientes cum teneant initium sapientie: subiecti inuicem in timore christi? [ps. cx.] Unde illis inquam faciemus fidem quia hec ita se habeant penes sponsam: cum ipsi talia agi secus necdum persenserint? Sed mitto eos ego ad talẽ cui decredere non debeant. Legant in libro quod in corde altero: quia non cernunt / non credunt. Est scriptum in prophetis. [Hiere. iij.] Si dimiserit vir vxorem suam et illa recedens duxerit virum alium: nunquid reuertetur vltra: nunquid non polluta et contaminata erit mulier illa? Tu autem fornicata es cum amatoribus multis: et tamen reuertere ad me dicit dominus: et ego suscipiam te: verba domini sunt. [Ibidem.] Non est fas suspendere fidem. Credant quia non experiuntur: vt fructum quandoque experientie fidei merito consequantur. Satis arbitror declaratũ quid sit queri a verbo: et que hec sit necessitas nõ verbo sed anime nisi quia que experta est et plenius ista nouit et felicius. Restat vt sequenti tractatu doceamus sitientes animas querere a quo quesite sunt: vel potius id discamus ab illa que hoc loco inducitur querere ipsum quem diligit anima sua sponsum anime Iesum christum dominum nostrũ: qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen.

¶ De septem necessitatibus propter quas anima querit verbum: que tandem reformata accedit ad eius dulcedinem contemplandã atque perfruẽdã. Sermo. lxxxv.

In lectulo meo quesiui quem diligit anima mea. Ad quid. [M] [Canti. iij.] Dictũ est et iterare superfluũ: propter quosdã tamẽ qui nõ interfuerũt cũ tractaretur: dico aliquid breuiter: et quod fortasse ne hos quidem qui interfuerunt audire pigebit. Nec enĩ totũ dici tunc potuit. Querit anima verbũ cui cõsentiat ad correctionẽ quo illuminetur ad cognitionẽ: cui innitatur ad virtutẽ: quo reformetur ad sapientiã: cui cõformetur ad decorẽ: cui maritetur ad fecũditatem: quo fruatur ad iocũditatẽ. Propter has oẽs cãs querit anima verbũ. Nõ ambigo esse quamplures et alias: sed he interim occurrerũt. Poterit aũt si cui cordi fuerit facile alias atque alias aduertere in semetipso. Siquidẽ multe sunt auersiones nostre: multe et infinite anime necessitates: et anxietatũ nõ est numerus. At verbũ diuitus pleniusque superabũdat in bonis: vtpote sapientia vincit maliciã: vincẽs in bonis mala. Et nũc harum quas posui accipite rõnẽ. Et primo quod primũ est videre quẽadmodũ cõsentiat ad correptionẽ. Legimus verbũ in euãgelio loquens. [Mat. v.] Esto consentiens (inquit) aduersario tuo dũ es cũ illo in via: ne forte tradat te iudici: et iudex tortori: quid consultius? Verbi cõsiliũ est (ni fallor) se aduersariũ protestantis quia aduersetur carnalibus desideriis nostris dum dicit semper hi errant corde. [ps. xciij] Tu vero qui hec audis / si pauens ceperis velle fugere a ventura ira: credo sollicitus eris quomodo huic cõsentias aduersario qui tibi illam tam terribiliter intentare videtur. At istud impossibile nisi dissentias tecum: nisi tibimet aduerseris nisi graui et vigili lucta tuipse contra teipsum infatigabiliter pugnaueris: postremo nisi vale facias inueterate consuetudini innateque affectioni. Id quidẽ durum. Si tuis attẽperaueris viribus: tale erit ac si in vno digitorum tuorum torrentis impetum sistere: aut ipm denuo coneris iordanem cõuertere retrorsum. Quid facies? Quere verbum cui cõsentias ipso faciente vt consentias. Fuge ad illum qui aduersatur per quem talis fias cui iam nõ aduersetur: vt blandiatur qui minabatur et sit ad immutandum efficacior infusa gratia quam intensa ira. Hec prima (vt opinor) necessitas: ob quam anima incipit querere verbum. ¶ Sed si ignoras quid ille velit cui iam voluntate consentis: nonne et de te dicetur quia zelum dei habes / sed non secundum sciam? [N] Et ne hoc leue existimes memineris scriptum: quia ignorans ignorabitur. Scire vis quid consulam et in hec necessitate? Quod in prima. Meo consilio nunc quoque ibis ad verbum et docebit te vias suas: ne volendo quidẽ / sed ignorãdo bonum dũ curris contingat excurrere et errare in inuio et non in via. Lux est enim verbũ. Declaratio denique sermonũ illuminat et intellectum dat paruulis. [ps. cxviij] Beatus es si dicas et tu. Lucerna pedibus meis verbum tuũ: et lumen semitis meis. Nec parum profecit aia tua cuius immutata volũtas: cuius illuminata rõ est vt bonum et velit et nouerit. In altero vitã / in altero visum recepit. Nam et malum volendo mortua erat et bonum ignorãdo ceca. ¶ Iam viuit / iam videt / iam stat in bono: sed ope et opere [O] verbi. Stat manu verbi leuata veluti super pedes duos: deuotionem et agnitionem. Stat (inquam) sed sibi putet dictum. Qui se existimat stare videat ne cadat. [j. Cor. x.] Putas ne stare per se possit que surgere per se non potuit? Non opinor. Quid enim? Verbo domini celi firmati sunt: et terra stabit sine verbo? [ps. xxxi] Cur ergo si stare per se poterat orabat homo de terra: confirma me inquiens in verbis tuis? Denique et probarat. Eius ipsius illa vox fuit. Impulsus euersus sum vt caderem: et dominus suscepit me. [ps. cxvij] Queris quis ille impulsor? Non est vnus. Impulsor diabolus est / impulsor mundus impulsor homo. Quis iste homo sit queris? Quisque sui. Noli mirari vsque adeo homo impulsor sibi est et sibimet precipitator: vt non sit quod ab altero impulsore formides / si tpe a te prauas contineas manus. Quis enĩ inquit vobis nocere poterit si boni emulatores fueritis. [j. Pet. iij.] Manus tua consensus tuus: si diabolo suggerente vel seculo suadente quod non oportet assensum

assensum tuum tenueris & non dederis mēbra arma iniquitati nec permiseris regnare peccatū in tuo mortali corpore: bonum te emulatorem probasti / cui malicia omnino nil nocuit: vide ne magis profuerit. Scriptū est enī. Bonum fac & habebis laudē ex illa. Confusi sunt qui querebant animā tuā: tu vo cantabis. Si mei nō fuerint dominati tūc immaculatus ero. Boni plane emulatori insigne dedisti / si cōsilio sapiētis misereris anime tue: si omni custodia servas cor tuū: si iuxta apostolum teipsum castum custodis. Alioquin & si vniuersum mundum lucreris / anime autē tue detrimentū patiaris: non plane bonum te censemus emulatorē: quoniāquidē nec saluator. Cū igitur tres sint stanti imminentes: stratores hoꝝ diabolus liuore malicie / mundus vēto vanitatis / hō semetipsum pondere sue corruptionis impellit. Impellit diabolus / sed nō euertit: siquidē tuū illi negaueris assensum. ¶ Deniqꝫ habes. Resistite diabolo & fugiet a vobis. Iste est qui stantes in paradiso impulit inuidus & euertit: sed consentientes non resistentes. Iste est qui seipsū de celo superbus nullo impellēte precipitauit: vt scias multomagis hoiem suo ipsius casui imminere quē proprie substantie pondus grauat. Est & mundus impulsor: qꝛ in maligno positus est / impellit oēs: sed solos euertit amicos suos: idest consentaneos sibi. Nolo esse amicus mundi ne cadam. Nam qui vult esse huius mundi amicus: inimicus dei cōstituit: quo vtiqꝫ nullus grauior casus. Ex quibus satis claret qꝫ sit homo precipuus impulsor sui: q suo sine alieno impulsu cadere potest: alieno absqꝫ suo cadere nō potest. Cuinā horū precipue resistendū? Nempe huic qui eo molestior quo interior solus deiicere sufficit: cum sine ipso aliī possint facere nihil. Non sine cā sapiens expugnatori pretulit vrbiū virum qui aio dominatur. Multū hoc ad te: opus virtute habes: & non quacunqꝫ / sꝫ qua induaris ex alto. Ipsa enim si perfecta sit: facile sic animū victorem sui: & sic inuictū reddit ad oia. Est quippe vigor animi cedere nescius pro tuēda ratione. Aut si magis probas: vigor animi immobiliter stantis cū rōnē vel pro rōne. Vel sic. Vigor animi qđ in se est oia ad rōni cogēs vel dirigens. ¶ Quis ascēdet in mōtē dñi: huius ad verticē mōtis. i. ad ꝟtutis perfectionem quisquis cōscendere adorieꝛ: sciet profecto qꝫ sit ascēsus arduus: & cassus cōcitus absqꝫ verbi adiutorio. Felix aia que angelis spectātibus prebuit gaudium pariter & miraculum sui: vt audiret de se loquentes. Que est ista que ascēdit de deserto delitijs affluēs innixa super dilectum suum? Alioquin frustra nititur si non innitiꝛ. Sane etiā ꝯtra se innitentes inualescet. Et facta seipsa validior coget pro rōne vniuersa: iram / metū / cupiditatem et gaudium velut quēdam animi currum / bonus auriga reget: & in captiuitatem rediget oēm carnalem affectū & carnis sensum ad nutum rōnis in obsequium virtutis. Quid ni oia possibilia sint innitenti super eum qui oia pōt? Quante fiducie vox: oia possum in eo qui me cōfortat. Nil oipotentiam verbi clariorē reddit: qꝫ qꝛ omipotentes facit oēs qui in se sperant. Deniqꝫ oia possibilia sunt credenti. An nō oipotens cui oia possibilia sunt? Ita animus si nō presumat de se: sꝫ si confortetur a verbo poterit vtiqꝫ dñari sui: vt nō dñetur ei ois iniusticia. Ita (inqꝫ) ꝟbo innixū & indutū ꝟtute ex alto / nulla vis nulla fraus / nulla iam illecebra poterit vel stantē deiicere vel subijcere dominātē. ¶ Vis nō timere impulsorē? Nō veniat tibi pes superbie: & manus impellentis nō moueat te. Ibi ceciderunt qui operanꝛ iniquitatē. Ibi diabolus & angeli eius corruerunt: q licet nō pulsi extrinsecus / expulsi sunt tamē / nec potuerunt stare. Deniqꝫ in veritate non stetit q non innixus est verbo qui in sua virtute ꝯfisus est. Et ideo fortassis sedere voluit: qꝛ stare non valuit. Dicebat enī. Sedebo in monte testamēti. Ceterū deo aliter iudicante / nec stetit nec sedit: sed cecidit dicēte domino. Videbā sathanā sicut fulgur de celo cadētē. Ergo qui stat si non vult cadere nō fidat sibi / sed nitatur verbo. Verbū loquitur. Sine me nihil potestis facere. Ita est nec surgere ad bonum: nec stare in bono possumus sine verbo. Tu ergo q stas da gloriam deo et dic Statuit supra petrā pedes meos: & direxit gressus meos. Cuius manu erigeris: ipsius necesse est virtute tenearis. Hec pro eo qꝛ dixi opus nos habere ꝟbo cui innitamur ad virtutē. ¶ Nunc iā videndū est de eo qꝛ item memoraui: per verbū: scꝫ nihilominus nos reformari ad sapiētiā. Verbum virtus: verbum sapientia est. Sumat ergo aia de virtute virtutē: ac de sapientia sapiētiā: et vni verbo munus vtrūqꝫ ascribat. Alioquin si aliunde aut vtrāqꝫ aut alterutrā arroget sibi: neget etiā simul vel de fonte riuū: vel de vite vinū: vel lumen oriri de lumine. Fidelis sermo. Si quis inquit indiget sapientia: postulet a deo qui dat oibus affluenter: & non improperat: et dabitur ei. Hec ille. Ego vero haud secus de ꝟtute senserim. Cognata virtus sapientie est. Donū dei virtus est: deputanda in donis optimis / descēdens & ipsa desursum a patre verbi. Et si quis existimet id per omia eam qđ sapientiā esse: nō in

ps. xviij. / i. Thes. v. / Mat. xvi. / A / B / Jaco. iiij. / C / ps. xxiij. / Cāti. viij. / Mat. xix. / ps. cxvij. / D / Luce. x. / Joā. xv. / ps. xxxix. / E / Jaco. i.

ficior: sed in verbo nō in anima. Que enim in verbo pro eius singulari diuine nature simplicitate vnum sunt: vnū tamen effectum in anima non habent / sed ad illius varias & diuersas necessitates veluti diuersa sese participanda accōmodāt. Iuxta quam rationem profecto aliud est animo virtute agi: et aliud sapientia regi: aliud dominari in virtute: aliud in suauitate deliciari. ¶ Licet nanqꝫ et sapientia potens et virtus suauis existat: et tamen proprias quibusqꝫ reddamus vocabulis significantias: vigor virtutē / sapientia placiditas animi cū spirituali quadā suauitate demonstrat. Hanc puto ab apostolo designatam vbi post multa hortamenta pertinentia ad virtutem / adiecit qđ sapientie est in suauitate in spiritusancto. Igitur stare / resistere / vim vi repellere: q vtiqꝫ in partibus virtutis deputantur: honor quidem sed labor est. Non est enim ad ipsum honorem tuum laboriose defendere et quiete possidere. Non est idem virtute agi et virtute frui. Quicquid virtus elaborat / sapientia fruitur: et qđ sapientia ordinat / deliberat / moderatur: virtus exequitur. Sapientiam scribe in ocio: ait sapiens. Ergo sapiētie ocia negocia sunt: et quo ociosior sapiētia / eo exercitatior in genere suo. E regione virtus exercitata clarior est: eoqꝫ probatior quo officiosior. Et si quis sapientiam virtutis amorem diffinierit: non a verbo deuiare videbitur. Vbi autem amor est: labor non est sed sapor. Et forte sapientia a sapore denominatur qꝛ virtuti accedens quoddam veluti condimentū sapidā reddat: que per se insulsa quodammodo et aspera sentiebatur. Nec duxerim reprehendendum si quis sapientiam saporem boni diffiniat. Hunc saporē perdidimus ab ipso pene exortu generis nostri. Ex quo cordis palatum sensu carnis preualente infecit virus serpētis antiqui: cepit anime nō sapere bonū ac sapor noxius subintrare. ¶ Deniqꝫ proni sunt sensus hominis: et cogitationes in malum ab adolescentia / hoc est ab insipientia prime mulieris. Ita insipientia mulieris saporem boni exclusit: quia serpentis malicia mulieris insipientiā circumuenit. Sed vnde malicia visa est vicisse ad tēpus inde se victā dolet in eternū. Nam ecce denuo sapientia mulieris cor & corpus impleuit: vt qui per feminam deformati in insipientiā sumus: per feminam reformemur ad sapientiā. Et nunc assidue sapientia vincit maliciā in mentibus ad quas intrauerit: saporē mali quē illa inuexit sapore exterminās meliori. Intrans sapientia dū sensum carnis infatuat: purificat intellectū cordis palatū sanat & reparat. Sano palato sapit iam bonū: sapit ipsa sapientia qua in bonis nullū melius. ¶ Ex multa fiunt bona / & non sapiunt facientibus: siquidem non sapore boni ad illa: sed aut ratione aut qualicunqꝫ occasione seu necessitate impelluntur: & econtrario multis que faciunt non sapiunt mala: sꝫ ad hec inducuntur aut metu aut cupiditate rei cuiuspiā potius qꝫ sapore mali. Qui aūt transierunt in affectū cordis: aut sapientes sunt / & ipso delectantur sapore boni: aut maligni sunt / & ipsa cōplacet sibi malicia / etiā nulla spe alterius commodi blandiēte. Malicia vero quid nisi sapor est mali? ¶ Beata mens quam sibi totā vēdicauit sapor boni & odiū mali. Hoc reformari ad sapientiam est: hoc sapientie victoriam feliciter experiri. Nam in quo euidentius sapientia vincere maliciā comprobatur: qꝫ cū excluso sapore mali qui non aliud qꝫ ipsa malicia est / boni quidem intimus sapor mentis intima occupare tota suauitate sentitur? Itaqꝫ ad virtutem spectat tribulationes fortiter sustinere: ad sapientiam gaudere in tribulationibus. Confortare cor tuum et sustinere dominum virtutis est: gustare et videre quoniam suauis est dominus sapiētie. s. Et vt magis ex ꝓprio bono nature bonū quodqꝫ clarescat / modestia animi probat sapientem: constantia virū virtutis ostendit. Et bñ post virtutem sapientia: qꝛ virtus sit quoddam quasi stabile fundamentum super qđ sapientia edificet sibi domum. Oportuit autem precedere noticiam boni: quia non est societas luci sapientie / & tenebris ignorantie. Oportuit et bonam volūtatem: quia in maliuolam animam non introibit sapientia. ¶ Iam si in voluntatis mutatione reddita innotuit anime vita: in eruditione sanitas: in virtute stabilitas: in sapientia postremo maturitas / superest vt decorem illi inueniamus / sine quo specioso forma pre filijs hominum placere non potest. Deniqꝫ audit: quia concupiscet rex decorem tuum. Quanta enumerauimus anime bona dona verbi / voluntatem bonam / scientiam / virtutem / sapientiam: et nihil horum verbum rex concupiscere legitur: sed tantum concupiscet (inquit) rex decorem tuum. Ait propheta. Dominus regnauit decorem induit. Quidni imagini sue pariter et sponse simile cupiat indumentum? Tanto profecto sibi charior illa quāto similior sibi. In quo ergo anime decor? an forte in eo quod honestum dicitur? Hoc interim sentiamus si melius non occurrit. De honesto autem exterior interrogetur conuersatio: non quod ex ea honestum prodeat / sed per eā. Nam in conscientia et habitatio eius & ori

F / ii. Co. vi. / ec. xxxviij / G / Gene. viij / H / I / ps. lxxiij. / puerb. ix / K / ps. xliiij. / ps. xcij.

go. Siquidem claritas eius testimoniū conscientie. Nihil huc luce clarius nihil hoc gloriosius testimonio: cum veritas in mente fulget: ꝛ mens in veritate se videt? Sed qualē? Pudicam/ verecundā/ pauidā/ circūspectā: nihil penitus admittentem qđ euacuet gloriā conscientie attestantis: in nullo cōsciētia sibi qđ erubescat presentiā veritatis/ quo cogatur auertere faciē quasi confusam ꝛ repercussam a lumine dei. Hoc plane hoc illud decorū/ est qđ sup oia bona anime diuinos oblectat aspectus: ꝛ nos nominamus ac diffinimus honestū. Cū autē decoris huius claritas abundantius intima cordis repleuerit prodeat foras necesse est tanq̄ lucerna latens sub modio: [Mat.v.] immo lux in tenebris lucens latere nescia. [Joan.i.] Porro effulgentē ꝛ veluti quibusdā suis radiis erumpētē mentis simulachrū/ corpus excipit ꝛ diffundit per membra ꝛ sensus: quatenus omnis inde reluceat actio/ sermo/ aspectus/ incessus/ risus: si tamen risus mixtus grauitate ꝛ plenus honesti. [I] ¶ Horū ꝛ aliorū profecto artuū sensuūq̄ motus/ gestus ꝛ vsus cū apparuerit serius/ purus/ modestus/ totius expers insolētie atq̄ lasciuie: tum leuitatis: tum ignauie alienus: equitati autē accōmodus: pietati officiosus: pulchritudo anime palā erit/ si tñ nō sit in spiritu eius dolus. Potest enim fieri vt simulentur oia hec: ꝛ nō ex abundantia cordis taliter moueātur. Et vt magis eluceat is anime decor/ ipsum si placet honestū in quo huc locandū censuimus diffiniat mentis ingenuitas sollicita seruare cū cōscientia bona fame integritatē. Vel iuxta apostolū: [ij. Co.viij] prouidere bona non tantum corā deo/ sed etiā corā hoībus. Beata mens que hoc se induit castimonie decus: ꝛ quēdā veluti celestis innocētie candidatū per quē sibi vendicet gloriosam conformitatē: [Sap. vij.] non mundi sed verbi: de quo legitur q̄ sit candor vite eterne: [Hebre. j.] splendor ꝛ figura substantie dei. [K] Ex quo iam gradu audet que huiusmōi est cogitare de nuptiis. Quidni audeat eo se nubilē quo similē cernes? Nō terret celsitudo quā sociat similitudo: amor conciliat/ professio maritat. Professionis forma hec est. [ps. cxviij.] Iuraui ꝛ statui custodire iudicia iusticie tue. Hanc secuti apostoli aiebant. [Mat. xix.] Ecce nos reliquimus omnia ꝛ secuti sumus te. Simile est illud qđ in carnali quidē dictū: xp̄i ꝛ ecclesie cōnubium spirituale signauit: [Ephe. v.] ꝑpter hoc relinquet homo patrē suū et matrē suā ꝛ adherebit vxori sue: ꝛ erūt duo in carne vna. Et apud prophetā gloriatio maritate. [ps. lxxij.] Mihi aūt adherere deo bonum est: ponere in domino deo spem meā. Ergo quā videris animā relictis oībus verbo votis oībus adherere: verbo viuere: verbo se regere: de verbo cōcipere qđ pariat verbo: que possit dicere mihi viuere xp̄s est ꝛ mori lucrū: puta coniugem verbo ꝗ maritata. Confidat in ea cor viri sui: sciens: fidelem q̄ pre se omnia spreuerit: omnia arbitretur vt stercora: vt sibi ipsum lucrifaciat. [Actu. ix.] Talem nouerat de quo dicebat. Vas electiōis est mihi iste. Prorsus pia mater et fidelis viro suo anima pauli/ cum diceret: [Gala. iiij.] filioli mei quos iterum parturio donec formetur christus in vobis. [L] Sed attende in spirituali matrimonio duo esse genera pariendi: ꝛ ex hoc etiam diuersas soboles: sed nō aduersas: cum sancte matres aut predicando animas/ aut meditando intelligentias pariunt spirituales. In hoc vltimo genere interdū exceditur et seceditur etiā a corporeis sensibus vt sese non sentiat que verbum sentit. Hoc fit cum mens ineffabili verbi illecta dulcedine quodāmodo se sibi furatur/ immo rapitur atq̄ elabitur a seipsa vt verbo fruat. Aliter sane afficitur mens fructificans verbo: aliter fruens verbo. Illic sollicitat necessitas proximi/ hic inuitat suauitas verbi. Et quidē leta in prole mater: sed in amplexibus spōsa letior. Cara pignora filiorum: sed oscula plus delectant. Bonū est saluare multos: excedere autē ꝛ cū verbo esse multo iocundius. At quādo hoc/ aut q̄diu hoc? Dulce cōmerciū/ sed breue momentū et experimentum rarum: hoc est qđ supra post alia memini me dixisse querere vtiq̄ animam verbum quo fruatur ad iocunditatē. [M] ¶ Pergat quis forsitan querere a me etiā verbo frui quid sit? Respondeo. Querat potius expertum a quo id querat. Aut si ꝛ mihi experiri daretur: putas me posse eloqui quod ineffabile est? Audi expertum: [ij. Co. v.] siue inquit mente excedimus deo: siue sobrii sumus vobis/ hoc est. Aliud mihi cū deo solo arbitro deo. Aliud vobiscum mihi. Illud licuit experiri/ sed minime loqui: in hoc ita condescendo vobis vt ꝛ ego dicere ꝛ vos capere valeatis. O quisquis curiosus es/ scire quid sit hoc verbo frui: para illi non aurem/ sed mentem. Non docet hoc lingua sed docet gratia. [Mat. x.] Absconditur a sapiētibus ꝛ prudentibus et reuelatur paruulis. Magna fratres/ magna et sublimis virtus humilitas/ que promeretur quod non docetur digna adipisci quod non valet addisci: digna a verbo ꝛ de verbo concipere qđ suis ipsa verbis explicare non potest. Cur hoc? non quia sit meritum: sed quia sic placitum coram patre verbi sponsi anime iesu christi domini nostri: qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen.

¶ De cautela ꝛ verecundia sponse querentis verbum. Et de cōmendatione verecūdie. Sermo. lxxxvi.

[N] Non est qđ a me iam queraſ cur querat anima verbum: satis superq̄ id intimatū supra. Age prosequamur reliqua presentis capituli: dūtaxat que ad mores spectant. Vbi primū nunc aduerte spōse verecundiam: qua nescio an quicq̄ gratius aduerti in moribus hominum queat. Hanc primo omnium libet quodāmodo in manibus sumere et quasi speciosum quēdā florem decerpere loco: nostrisq̄ apponere adolescētibus. Nō q̄ nō sit ꝛ in prouectiori etate omni studio retinenda/ que est certe oīm ornatus etatū: sed q̄ tenere gratia verecundie in teneriori etate amplius pulchriusq̄ enitescit. Quid amabilius verecundo adolescente: q̄ pulchra hec ꝛ q̄ splendida gēma morum in vita ꝛ vultu adolescentis q̄ vera et minime dubia bone nuncia spei/ bone indolis index? Virga discipline est illi q̄ pudēdis affectibus imminēs/ lubrice etatis motus actusq̄ leues coerceat cōprimat insolentes. Quid ita turpiloquii et omnis deinceps turpitudinis fugitans? soror continentie est. Nullū eque manifestū indiciū colūbine simplicitatis: et ideo etiam testis innocentie. Lampas est pudice mētis iugiter lucens vt nil in ea turpe vel indecorum residere attemptet: quod non illa ilico prodat. Ita expunctrix malorum ꝛ propugnatrix puritatis innate: specialis gloria conscientie est fame custos/ vite decus/ virtutis sedes/ virtutum primitie nature laus: et insigne totius honesti. Rubor ipse genarum quem forte inuexerit pudor: quantum gratie et decoris suffuso afferre vultui solet? Atq̄ adeo genuinum animi bonum verecundia est: vt ꝛ qui male agere non verentur/ videri tamē verecūdentur/ dicente domino. [Joan. iij.] Omnis qui male agit odit lucem. Sed ꝛ qui dormiunt/ nocte dormiūt: ꝛ qui ebrii sunt: nocte ebrii sunt: opera nimirum tenebrarum et digna latebris tenebris occultātes. Interest tñ q̄ occulta dedecoris que verecūdia horum non habere sed ꝑdere erubescit: sponse verecūdia omnino non operit: sed expulit/ ſe ꝑpellit. [O] ¶ Idcirco ait sapiens. [Eccli. iiij.] Est pudor adducens peccatū: ꝛ est pudor adducens gloriam. Querit spōsa verbū verecunde quidē: quia in lectulo/ q̄ per noctes: sed hec verecundia habet gloriam non peccatum. Querit hoc ad purificationem ꝯscientie: querit ad testimoniū vt possit dicere. [ij. Cor. i.] Gloria mea hec est testimonium ꝯscientie mee. [Cant. iij.] In lectulo meo per noctes quesiui quē diligit anima mea. Verecundia tibi si aduertis et loco signatur ꝛ tempore. Quid tā amicum verecundo animo q̄ secretum? Porro secretum ꝛ nox ꝛ lectulus habet. Deniq̄ orare volētes iubemur intrare cubiculum: [Mat. vj.] vtiq̄ secreti gratia. Et id quidem ad cautelā: ne coram orātibus laus humana orationis furetur fructum: frustretur effectum. Sed doceris nihilominus verecundiam sententia hac. Quid tam proprium verecundie q̄ ꝓprias vitare laudes/ vitare iactantiam? Patet q̄ signanter ꝛ ad verecundiā orantibus petere secretū indixerit pudoris filius ꝛ minister. Quid tam indecorum maxime adolescenti q̄ ostentatio sanctitatis? Cum tamen ab hac potissimū etate aptum profecto capiatur temporaneumq̄ religionis exordium Hieremia dicēte. [Treno iij.] Bonū est homini si portauerit iugū domini ab adolescētia sua. Bona cōmendatio secuture orationis/ si premittas verecundiam dicens. [ps. cxviij.] Adolescētulus sum ego et cōtēptus: iustificationes tuas non sum oblitus. [P] ¶ Nec modo locum ꝛ tēpus obseruare oportet eum qui sibi orare voluerit. Tempus feriatum commodius aptiusq̄/ maxime autem cum ꝓfundum nocturnus sopor indicit silentium: tunc plane liberior exit puriorq̄ oratio. [Treñ. ij.] Consurge in nocte (inquit) in principio vigiliarū tuarum: ꝛ effunde sicut aquam cor tuum ante conspectum domini dei tui. Que secura ascendit de nocte oratio/ solo arbitro deo sanctoq̄ angelo: qui illam superno altari suscipit presentandam. Que grata et lucida verecundo colorata rubore. Que serena et placida nullo interturbata clamore vel strepitu. Que deniq̄ mūda atq̄ sincera nullo respersa puluere terrene sollicitudinis: nulla aspicientis laude seu adulatione temptata. [Q] ¶ Propter hoc ergo sponsa non minus verecunde q̄ caute: et lectuli secretum petebat et noctis: orare hoc est verbum querere volens. Vnum est enim. Alioquin non recte oras: si orando preter verbum aliquid queras: aut quod propter verbum non queras/ quoniam in ipso sunt oia. Ibi remedium vulnerum/ ibi subsidia necessitatum/ ibi resarcitus defectuum: ibi profectuum copie/ ibi deniq̄ q̄cquid accipere vel habere hoībus expedit/ quicquid decet/ quicquid oportet. Sine causa ergo aliud a verbo petitur cum ipsum sit omnia. Nam ꝛ si ista temporalia cum necesse est postulare videmur: si verbū in causa est: vt quidem dignum est: non vtique illa sed hoc potius querimus ꝑpter

quod

quod alia postulamus. Norunt hoc qui omnem usum verbi rerum ad promerendum verbum dirigere consueuerunt. Non piget tamen scrutari adhuc secreta lectuli huius et temporis/ si forte in his aliquid lateat spiritale quod venire ad medium prosit. Et si placet sentire: lectuli quidem nomine humanam figurari infirmitatem: nocturnis autem tenebris/ ignorantiam aeque humanam: consequens est et congruum satis vt dei virtus et dei sapientia verbum/ contra vtrumque originale malum instantius requiratur. Nempe quid conuenientius quam vt infirmitati virtus: ignorantie sapientia opponatur? Et ne quid simpliciorum cordibus de hac interpretatione resideat dubium: audiant quid super hoc sanctus propheta dicat. Dominus opem ferat illi super lectum doloris eius: vniuersum stratum eius versasti in infirmitate eius. Atque id quidem de lectulo. Iam de ignorantie nocte quid manifestius quam quod in alio identidem loquitur psalmo. Nescierunt neque intellexerunt: in tenebris ambulant: pro certo exprimens ipsam in qua nati sunt totius humani generis ignorantiam? Ipsa est (vt opinor) cui se beatus apostolus et fatetur natum et gloriatur ereptum dicens. Qui eruit nos de potestate tenebrarum. Unde et dicebat. Non sumus filij noctis neque tenebrarum. Item ad omnes electos: vt filij (inquit) lucis ambulate.

Ps.xl. Ps.lxxxi. Collo.i. Ephe.v.

Deo gratias.

Expliciunt sermones.lxxxvj. beati Bernardi super Cantica: quos morte preuentus non compleuit.

¶ Melliflui deuotiq; doctoris sancti
Bernardi abbatis Clareuallis li-
ber epistolarũ numero . ccclj. in
quo adiuncte sunt his que
prioribꝰ impressionibus
habebant̃. xlj. epistole
ab antiquis Cla-
reuallis origi-
nalibus ex
prõpte.

✝



Miraculum de prima epistola.

FRater Robertus sancti viri monachus et fm carnem propinquus in adolescentia sua quorundam persuasione deceptus: cluniacuz sese cōtulerat. Venerabilis autem pater posteaq̄ aliquādiu dissimulauit / eundem fratrem statuit per epistolam reuocare. Quo dictante venerabilis Uuillelmus rieuallis postea monasterij primus abbas in membrana scribens/eandem excipiebat epistolā. Erāt autem pariter sub diuo sedentes(ad dictandum quippe secretius septa monasterij egressi fuerant). Subito autem inopinatus ymber erupit/et is qui scribebat(sicut ipso referente didicim⁹)chartam reponere voluit. Ad quem pater sanct⁹ / opus inquit dei est/scribere ne timeas. Scripsit ergo epistolā in medio ymbre sine ymbre. Cum enim vndiq; plueret/chartā expositam virtutis operuit charitatis/⁊ que dictabat epistolā scedulam quoq; pariter cōseruabat. Et hec quidem epistola ob tam grande miraculū in codice epistolarum eius a fratribus non immerito prima est ordinata.

¶ Incipiūt epistole diui Bernardi abbatis.

¶ Epistola prima ad Robertum nepotē suū: q̄ de ordine Cisterciensi transierat ad Cluniacum.



[S]Atis et plusq̄ satis sustinui dilectissime fili Roberte si forte dei pietas ⁊ tuam per se/⁊ meā per te animam dignaretur inuisere: tibi.s. inspirando salutarem cōpunctionē: mihiq̄ de tua salute leticiam. Sed quoniam vsq̄ adhuc frustratum me cerno ab expectatione mea: iaȝ non valeo tegere dolorem meū: anxietatē reprimere/dissimulare tristiciā. Unde ⁊ contra iuris ordinem cogor reuocare lesus/eum qui me lesit: spretus requirere contemptorem: iniuriam passus/iniuriatori satisfacere: rogare deniq̄ a quo rogari debuerā. [A] ¶ Dolor quippe nimi⁹ non deliberat: non verecundatur: non consulit rationem: nō metuit dignitatis damnum: legi non obtemperat: iudicio non acquiescit/modū ignorat ⁊ ordinē: id oīmodo ⁊ solūmodo satagēte animo: quo vel careat qđ se dolet habere/vel habeat quo se dolet carere. At inquis nec lesi quēpiam nec spreui/sed spretus potius ego/ac multipharie lesus: tantū fugi malefactorē meū. Cui iniuriā feci: si iniurias fugi? An non expedit cedere persecutori q̄ resistere? fugere ferientē q̄ referire? Recte. Assentio. Non vt contenderem cepi hec: sed vt contentionem dirimerem. Fugere persecutionē non est culpa fugientis: sed persequētis. Non contradico. Omitto qđ factū est: non requiro cur/vel quōd factum est: culpas non discutio: nō retracto causas: non recordor iniurias. Solēt eñ hec magis instigare: q̄ mitigare discordias. Solū qđ mihi magis est cordi/loquor. Me miserum q̄ te careo/q̄ te nō video/q̄ sine te viuo: pro quo mori/mihi viuere est: sine quo viuere/mori. Non igitur quero cur abieris: sed q̄ iā non redieris/q̄ror. Nō causas discessionis/sed moras causor regressionis. Ueni tm̄ ⁊ pax erit. Reuertere ⁊ satisfactū est. Redi inquā redi: ⁊ letus cantabo. [Luce.xv.] Mortuus fuerat ⁊ reuixit perierat ⁊ inuentus est. [B] ¶ Fuerit certe mee culpe q̄ discessisti: delicato q̄ppe adolescentulo austerus extiterā: ⁊ tenerum durus nimis inhumane tractaui. Hinc eñ ⁊ presens quondam aduersum me (quantū memini) murmurare solebas: hinc ⁊ nunc sicut audiui etiam absenti detregare nō cessas. Non tibi imputetur. Possem forsitan excusare ⁊ dicere: q̄ sic lasciui pueritie motus coercendi erant: ac rudibus annis debebanṫ aspera illa discipline districtioris initia: scriptura attestāte q̄ ait. [Pue.xxiij] Percute filiū tuū virga: ⁊ liberabis aīam eius a morte. Et rursum. [Heb.xij.] Quos enim diligit dñs corripit: flagellat aūt oēm filiū quem recipit. Et illud. [Pu.xxvij.] Utiliora sunt verbera amici: q̄ oscula inimici. Sed fuerit (vt dixi) mee culpe qđ discessisti: ne dū de reatus perpetratione contendiṫ: emēdatio retardetur. At ꝟo hinc proculdubio incipiet esse ⁊ tue: si non parcas penitenti/indulgeas confitenti: q̄ potui quidē aliq̄n in aliquibus fuisse erga te indiscretus: sed certe non maliuolus. Et si ⁊ in futuro hanc ipsam indiscretionem meā suspectā habeo: noueris me iam nō esse qui fuerā: q̄ nec te puto fore qui fuisti. Mutatus mutatū inuenies: ⁊ quē ante metuebas magistrū: comitem amplectere securus. Itaq̄ siue mea culpa recesseris (vt tu putas/⁊ ego non excuso) siue tua (vt multi putāt/⁊ si ego nō accuso) siue mea simul ⁊ tua (qđ ego magis puto) ex hoc iam si redire renueris: solus ꝑfecto inexcusabilis eris. [C] ¶ Uis ab oī culpa liber esse? Reuertere. Si tuā agnoscis: ignosco. Ignosce ⁊ tu mihi: vbi meam agnosco. Alioquin aut tibi nimis indulges/qui tuā culpam ⁊ agnoscis ⁊ dissimulas: aut mihi nimis immisericors es/cui nec satisfacieti ignoscendū putas. Iam si redire recusas: aliam quere occasionem vnde falso blandiaris cōscientie tue: q̄ non erit vltra quod formidare debeas de rigore districtionis mee. Neq̄ enim formidandum est q̄ futurus sim presenti formidolosus: cui adhuc absenti iā toto sum corpore ꝓstratus: totis astrictus visceribus. Humilitatem exhibeo: charitatem ꝓmitto: ⁊ tu times? Intrepidus veni: quo te vocat humilitas: pertrahit charitas. Securus accede: talibus preuentus obsidibus. Fugisti seuū: reuertere ad mansuetū. Reuocet te mea lenitas: cui⁹ seueritas effugauit. Uide fili qua te cupiam duci: non spiritu seruitutis iterum in timore/sed spiritu adoptionis filiorū: in quo clamare ⁊ tu nō cōfundaris abba pater: causam vtiq̄ tanti doloris mei non minis apud te/sed blandimentis/precibus: non terroribus agens. Alius forsitan aliter temptaret. Et vere quis alius non magis discuteret reatum: ⁊ incuteret metum: non opponeret votū/et ꝓ oponeret iudicium: non argueret inobedientie non indignaretur apostasie q̄ de tunicis ad pellicias: de oleribus ad delicias: q̄ deniq̄ ad diuitias de paupertate transieris? Sed ego noui animum tuū: qui facili⁹ possit amore flecti/q̄ timore compelli. Deniq̄ quid necesse est bis pungere non recalcitrantem: valde timiduȝ magis exterrere: per se satis erubescentem confundere amplius: cui sua ratio magister/cui propria conscientia virga/⁊ ingenita verecundia lex discipline est? [D] ¶ Et si cui mirū videtur/quomō puer verecūdus/simplex/timoratus/ausus fuerit contra voluntatem fratrum/magistri imperium/regulare decretuȝ/suum deserere ⁊ votum ⁊ locum. Mireṫ etiam q̄ ⁊ dauid sanctitati subreptum sit: q̄ sapientie salomonis illusum/q̄ samson fortitudini obuiatum. Qui prothoplastum dolo captū expulit de patria felicitatis: quid mirū si tenero subripuit adolescentulo in loco horroris ⁊ vaste solitudinis? Huc accedit quod nec sicut illos babylonicos senes: species decepit/eū: nec sicut giezi pecunie amor: nec honoris ambitio/sicut iulianum apostatam: sed fefellit illum sanctitas/seduxit religio/perdidit auctoritas seniorū. Queris quomodo? Primo quidem missus est magnus quidam prior ab ipso principe priorum: foris quidem apparens in vestimentis ouium: intrinsecus autem lupus rapax. Deceptisq̄ custodibus/estimātibus quippe ouem esse: ve ve admissus est solus ad solam lupus ad ouiculam. Nec refugit ouicula lupum: quem ⁊ ipsa putabat ouem. Quid plura? attrahit/allicit/blanditur/⁊ noui euangelij predicator: commendat crapulam parcimoniam damnat: voluntariam paupertatem miseriam dicit. Ieiunia/vigilias/silentium/manuumq̄ laborem vocat insaniam. Econtra: ociositatem/contemplationem nuncupat: edacitatē/loquacitatem/curiositatem: cunctam deniq̄ intemperantiā nominat discretionem. Quādo inquit delectatur deus cruciatib⁹ nostris? Ubi precipit scriptura quēpiam sese interficere? Qualis vero religio est fodere terram: siluam excidere/stercora cōportare? Nunquid non sententia veritatis est: [Matt.ix.] misericordiaȝ volo ⁊ nō sacrificiū? [Eze.xxxiij.] Et nolo mortē peccatoris: sed magis vt conuertatur ⁊ viuat. [Mat.v.] Et beati misericordes: quoniam ipsi misericordiam consequenṫ. Ut quid vero deus cibos creauit: si nō liceat manducare? Ut quid nobis corpora dedit si prohibeat sustentare? Deniq̄ qui sibi neq̄: cui bonus? [Eccl.xliij] Quis vnq̄ sanū sapiēs carnem suam odio habuit? Talibus tandem allegationibus malecredulus puer circūuentus seducitur: seductorem sequitur: cluniacū ducitur/tōdetur/raditur/lauaṫ/exuitur/rusticanis/vetustis/sordidis/induitur preciosis: nouis ac nitidis: ⁊ ita in conuentum suscipitur. Sed cū quali putas honore? Cum quo triūpho? Cum quanta reuerentia? Defertur ei super omnes coetaneos suos: ⁊ tanq̄ victor rediens a pugna: [Psal.ix.] sic laudatur peccator in desiderijs anime sue. Sustolliṫ in altum: statu non mediocri collocatur: ita vt multis senioribus prelatus sit adolescēs: fauet/blandiṫ/congratulatur ei vniuersa fraternitas: exultāt omnes tanq̄ victores capta preda q̄n diuidūt spolia. [Esa.ix.] O iesu bone: q̄ multa facta sunt pro vnius animule perditiōe. Cuius ad hec q̄ntum libet robustum pectus non emollesceret? Cuius interior quātumuis spiritualis oculus non turbaretur? Cui inter talia: ad suā liceat recurrere ꝯscientiā? Quis deniq̄ in tāta pōpa vel veritatem valeat agnoscere: vel obtinere humilitatem? [E] ¶ Mittitur interea ꝓ eo romā: apostolica cōpellaṫ auctoritas: et vt papa non neget assensum: suggeritur ei infantē olim a parentibus oblatum fuisse monasterio. Nō fuit qui refelleret: nec enim contradictor est expectat⁹: iudicatū est de parte: abiudicatum absentibus. Iustificati sunt qui iniuriā fecerūt excideerunt a causa qui passi sunt: absq̄ satisfactione soluitur reus: firmatur priuilegio crudeli: nimiū clemēs sentētia absolutionis: quo reportato ꝯfirmareṫ fluctuāti male suasa stabilitas: securitas dubitāti. Et hic tenor litterarū: hec iudicij summa hec toti⁹ cause diffinitio/vt teneāt q̄ tulerūt sileāt q̄ amiserūt. Inter hec aūt pereat aīa ꝓ qua xp̄s mortu⁹ est: ⁊ hoc q̄ cluniacēses volūt. Fit ꝓfessio sup̄ ꝓfessionē: vouetur qđ nō solueṫ: ꝓponiṫ qđ non tenebiṫ. Et cū primū pactū irritū factū sit: in scđo geminaṫ ꝑuaricatio: ⁊ fit supra modū peccās pctm̄. Ueniet veniet q̄ male iudicata reiudicabit: illicite iurata ꝯfutabit: q̄ faciet iudiciū iniuriā patiētibus: [Ps.cxlv.] qui iudicabit in iusticia pauperes: ⁊ arguet in equitate pro māsuetis terre. [F] ¶ Ueniet pro certo q̄ per ꝓphetam minaṫ in psalmo dicens. [Esa.xi.] [Ps.lxxiiij.] Cū accepero tēpus: ego iusticias iudicabo. Quid faciet de iniustis iudicijs: qui ipas quoq̄ iusticias iudicabit? Ueniet inq̄/veniet dies iudicij: vbi pl⁹ valebūt pura corda: q̄ astuta verba. ⁊ ꝯsciētia bona/q̄ marsupia plena: q̄nquidē iudex ille nec falleṫ verbis nec flecteṫ donis. Tuū dñe iesu tribunal appello: tuo me iudicio seruo: tibi committo causam meā. Dñe deus sabaoth qui iudicas iuste ⁊ probas renes ⁊ corda: cuius oculi sicut fallere nolunt/ita falli nō possunt: tu vides/qui tua: vides/qui querūt ⁊ sua. Tu nosti quibus ei visceribus in cunctis tentationibus suis semper affuerim: q̄ntis ꝓ eo gemitib⁹ aures tue pietatis pulsauerīȝ: qualiter ad queq̄ illi⁹

scandala: perturbationes: molestias ego videbar/torquebar/affligebar. Et nūc timeo ne frustra. Puto enim q̃tū expert⁹ sum: adolescētis per se satis feruentis ꝛ insolescētis nec corpori talia expedire fomenta: nec menti illa glorie tentamēta. Itaq̧ arbiter meus dn̄e iesu: de vultu tuo iudiciū meum prodeat: oculi

Ps. xvi.

tui videant equitatem. Videant ꝛ iudicent quid potiꝰ stare debuerit: an votū patris de filio: an filii de seipso: presertim cū filius aliquid maius deuouerit. ¶ Videat ꝛ famulus tu⁹ legislator noster

B

Benedictus: quid regulari⁹ fuerit: verū quod factū est de infantulo nesciente ipso: an quod ipse per se postmodum prudens ꝛ sciens fecit: cū iam etatem haberet vt de se loqueretur. Et q̃ dubiū non sit promissum illum fuisse/non donatum.

Joh. ix.

Nec enim petitio quam regula precipit pro eo facta fuit a parētibus: nec man⁹ illius cū ipsa petitione inuoluta palla altaris: vt sic offerret corā testibus. Ostenditur deinde terra: que cum illo ꝛ pro illo dicitur data fuisse. Sed si cum terra eum receperunt: cur non ꝛ cum terra eum retinuerūt? An forte requirebāt magis datū q̃ fructum: ꝛ pluris estimata est terra q̃ aīa? Alioquin oblatus monasterio: quid querebat in seculo? Nutriēdus deo: cur expositus erat diabolo? Ouis christi: cur inēta est patere morsib⁹ lupi? De seculo quippe: nō de cluniaco: te teste roberte venisti cistercīū. Quesisti/petisti/pulsasti: sȝ tui adhuc teneritudine te licet inuito: dilatus es per biēniū. Quo tp̄e patienter expleto: ꝛ absq̧ calūnia: tuis demuȝ precibus: multisq̧ si meministi lachrimis: diu expectatā impetrasti misericordiam: ꝛ quem satis desideraueras ingressum obtinuisti. Post hec per annū iuxta regulam in omni patientia probatus: perseueranter et sine querela conuersatus: post annū sponte professus: tūc primum seculari veste relecta: religiōis habitum suscepisti. O insensate puer quis te fascinauit non soluere vota tua: que distinxerunt labia tua? An non vel ex ore tuo iustificaberis vel ex ore tuo condemnaberis? Quid de parentis voto sollicit⁹ es/negligens tui: cum ex ore tuo non illius habeas iudicari tuorū non illius vota labiorum exigendus sis? ¶ Et quid tibi frustra quispiam blandit̄ de absolutione apostolica cuius conscientiam diuina ligatam tenet sententia? Nemo inquit mittēs manū suam

D

Luce. ix.

ad aratrum ꝛ respiciens retro aptus est regno dei. Nunquid et hoc persuadebunt non esse retro respicere qui dicunt tibi euge euge? Filiole: si te lactauerunt peccātores ne acquiescas eis. Noli credere oī spūi. Sint tibi multi necessarii: vnus tñ sit tibi consiliarius de mille. Tolle occasiones: respue blandimenta: adulationibus claude aures: te interroga de te: qr tu te melius nosti q̃ alius. Attende cor tuum: discute intentionē: consule veritatem: tua tibi conscientia respōdeat: cur abieris: cur ordinē tuū cur fres: cur locū cur me: q̃ et tibi ppinqu⁹ carne: ꝛ ppinquior spiritu sum deserueris. Si vt arcti⁹: vt rectius/vt pfecti⁹ viueres: securus esto: qr non retro aspexisti: sȝ gliare cū apostolo dicēs: Que retro oblitus/ꝛ ad ea que āte sunt extent⁹: sequor ad palmam glīe. Sin alr: noli altuȝ sapere/sed time: qm̄ (vt cuȝ venia tui dixerim) quicq̇d tibi ampli⁹ indulges in victu: vestituq̧ superfluo: in verbis ociosis: in vagatione licētiosa ꝛ curiosa: quā videlicet promisisti: quā apud nos tenuisti: hoc proculdubio retro aspicere est: puaricari est: apostatare est. Et hec dico fili nō vt te cōfundā/sed vt tanq̃ filiū charissimū moneam: qr ꝛ si multos habeas in christo pedagogos: sed nō multos patres. Nam si dignaris: ꝛ verbo ꝛ exēplo meo in religionē ego te genui. Nutriui deinde lacte qd̄ solū adhuc paruulus capere poteras datur⁹ et panē: si expectares vt grandesceres. Sed heu q̃ preproperè et intēpestiue ablactatus es. Et vereor ne totū qd̄ fouerā blandimentis: roborauerā adhortationibus orationibus solidaueram: iamiāq̧ euanescat/deficiat/pereat/ꝛ lugeā miser non tam cassi laboris damnū/q̃ dānate sobolis miserabilē casum. Placet ne tibi q alius nūc glorietur de te/qui nihil vtiq̧ laborauit in te? Simile mihi contingit qd̄ illi meretrici apud salomonē:

iii. Re. iii.

cui videlicet paruulus suus ab altera q̃ suū a se oppressuȝ extinxerat: furtim sublatus est. Tu quoq̧ de sinu mihi ꝛ vtero abscisus es. Ablatum gemo: repeto violenter euulsum. Non possum obliuisci viscera mea. Quoȝ nimirū parte detracta non modica: non potest nisi torqueri pars reliqua. Verūtamē quo tuo cōmodo: qua tui necessitate hoc nobis moliti sunt amici nr̄i: quorum manus sanguine plene sunt: quoȝ animā meā pertransiuit gladius: quoȝ dentes arma ꝛ sagitte/ꝛ lingua eoȝ gladi⁹ acutus. Nam vtiq̧ mihi si in aliquo vnq̃ eos offenderā quod vtiq̧

Esa. i.
Ps. lvi.

mihi conscius non sum plenam prorsus rependere vicē. Miruȝ vero si non plus talione recepi: si videlicet tale aliquid in eos deliquisse potui/quale nūc ab eis pertuli. Nam vt verū fatear: non os de ossib⁹ meis: vel carnē de carne mea: sȝ tulerunt mihi gaudiū cordis mei: fructū spūs mei: coronā spei mee: ꝛ velut mihi sentire videor anime mee dimidiū. Ut quid hoc? Forte miserti sunt tui: ꝛ ceco cecū ducēti idignātes: ne perires post me: i suū te transtulere ducatū. O molesta charitas: o dura necessitudo.

Contra tuā diligere salutē: vt in meā impingerent. Nisi me per exemplo: tu saluari non poteras? Et vtinam ipsi te absq̧ me saluent. Utinam ꝛ si ego moriar: vel tu viuas. ¶ Sed quid? Salus

I

ergo magis in cultu vestium: ꝛ ciboȝ est opulentia: q̃ in sobrio victu vestituq̧ moderato? Si pellicie lenes et calide: si panni subtiles ꝛ preciosi: si longe manice: ꝛ ampliū capuciū: si opertoriuȝ siluestre: ꝛ molle stamineū sanctū faciūt: quid moror ꝛ ego q te non sequor? Sed hec infirmantiū sunt fomenta: non arma pugnantiū. Ecce enim qui mollibus vestiūtur/in domibus re-

Mat. xi.

gum sunt. Uinū ꝛ simila/mulsuȝ ꝛ pinguia corpori militant: nō spiritui. Frixuris non anima saginatur: sed caro. Multi in egypto fratres: multo tempore deo sine piscibus seruierūt. Piper/zinziber/cyminū/saluia/ꝛ mille huiusmodi species salsamentorum: palatū quidē delectant: sed libidinē accendūt. Et tu mihi in his securitatem pones: tu cum huiusmodi tutaȝ duces adolescentiam? Prudenter sobrieq̧ conuersanti satis est ad omne condimentū sal cum fame. Qua sola non expectata: necesse est alias atq̧ alias de nescio quibus succis extraneis confici permixtiones que videlicet palatū reparent/gulam prouocent: excitent appetituȝ. ¶ Sed quid faciet inquis: qui aliud non pōt.

K

Bene. Scio quia delicatus es: ꝛ q: his assuetus modo dura tolerare non possis: sed quid si potes facere vt possis? Queris quomodo. Surge/precingere tolle ociū/exere vires: moue brachia: cōplosas explica manus/exercitare in aliquo: statim senties sola te appetere que famē tollant: non fauces demulceant. Reddet quippe sapores rebus exercitiuȝ: quos tulit inertia: multa que respuis ociosus: post laborem sumes cuȝ desiderio. Siquidem ocium parit fastidiū: exercitiū famē. Fames autem miro modo dulcia reddit/que fastidiuȝ facit insipida. Olus/faba/pultes/panisq̧ cibari⁹ cū aqua: quiescēti quidē fastidio sunt: sȝ exercitato magne videnť delicie. Jā forte tunicis dissuet⁹ exhorres nimis eas: tā ppť hyemis frig⁹ q̃ ppť estatis ardorem. Sed nūquid legisti. Qui timet pruinam veniet super eū nix? Vigilias times

Job. vi.

et ieiunia: manuūq̧ laborem. Sȝ hec leuia sunt: meditanti flammas perpetuas. Recordatio deinde tenebrarum exterioȝ facit non horrere solitudinem. Si futuram cogitas de verbis ociosis discussionem: non valde displicebit silentiū. Fletus etern⁹

Mat. xii.
Luc. xiii.

et stridor ille dētiū ante cordis oculos reduct⁹: pares tibi reddet mattam ꝛ culcitrā. Denique si totū de nocte quod regula precipit bene ad psalmos vigilaueris nimis durus erit lect⁹ quo quiete non dormias. Si tantū in die q̃tū professus es manib⁹

L

laboraueris: durus erit cibus quē libēter nō comedas. ¶ Surge miles christi surge: excutere de puluere/reuertere ad prelium vnde fugisti: fortius post fugā preliaturus gloriosius triūphaturus. Habet quidem christ⁹ multos milites: qui fortissime ceperunt/steterunt/vicerunt: paucos autem qui de fuga conuersi rursus se periculo ingesserint quod declinauerant: rursus fugarint hostes quos fugiebant. Et quia omne rarū preciosum: gaudeo te de illis posse esse qui quanto rariores/tanto apparebūt gloriosiores. Alias aūt si multuȝ timidus es: cur vel times vbi non est timor: non autem times vbi magis est timēdū? An quia fugisti ex acie: putas te manus hostiū euasisse? Libenti⁹ te insequitur aduersarius fugientem/q̃ sustineat repugnantē: ꝛ audacius insistit a tergo q̃ resistat in faciem. Securus nūc proiectis armis: capis matutinos somnos: cū illa hora christus resur exerit: ꝛ ignoras q exarmatus ꝛ tu timidior: ꝛ hostibus minus timendus sis? Armatoȝ multitudo circūuallauerunt domum: ꝛ tu dormis? Jam ascendūt aggerem: iam dissipant sepem: iam irruūt p posticū. Tuti⁹ ne est ergo tibi vt te inueniant solū q̃ cū aliis: nudū in lectulo q̃ armatū in campo? Expergiscere/sume arma: et fuge ad commilitones tuos quos fugiens deserueras: vt qui te ab eis disiunxerat/ipse te denuo timor iungat. Quid armoȝ refugis pondus ꝛ asperitatē delicate miles? Aduersarius instans ꝛ circūuolantia spicula facient clipeum non esse oneri: loricam non sentiri vel galeam. Et quidem subito procedenti de vmbra ad solem: de ocio ad laborem graue cernitur omne quod incipit. Sed postq̃ ab his dissuescere: et ad illa se paulisper assuscere ceperit/vsus tollit difficultatē: inueniq̧ facile esse quod impossibile ante putauit. Solent etiaȝ fortissimi milites/audita bucina ante cōgressum trepidare. At vbi ad prelium ventū fuerit: spes victorie ꝛ timor ne vincantur reddit intrepidos. Quid vero tu trepidas: quem fratrū vnanimitas armatorum circūmuniet: cui angeli assistent a latere: quē dux belli christus preibit: suos animans victoriam/ꝛ dicens: confidite ego vici mundū. Si christus pro nobis quis contra nos? Se-

Joh. xvi.
Rom. viii.
M

curus potes pugnare vbi securus es de victoria. ¶ O vere tuta pro christo ꝛ cum christo pugna: in qua nec vulneratus/nec prostratus/nec conculcat⁹ nec milies si fieri posset occisus fraudaberis a victoria: tantum ne fugias. Sola causa qua perdere possis victoriam fuga est. Fugiendo potes illam amittere moriendo non potes: et beatus si pugnando moriaris: quia mor-

tuus mox

tuus/mox coronaberis. Ve autem si declinando pugnam: perdis et victoriam simul et coronam. Quod ipse avertat a te fili dilectissime: qui in iudicio de his meis litteris maiorem tibi habet inferre dānationē: si nullā ex eis i te repererit emēdationē.

Ad fulconem puerum postea lingonensem archidiaconum. Epistola secunda.

One indolis adolescenti Fulconi: frater bernardus peccator: inde letari in adolescentia vñ in senectute non peniteat. Non miror si mireris: sz miror si non mireris: vnde mihi ad te scribere vellē civē rusticus scolasticū monachus cū nulla hinc tibi occasio necessaria occurrat: nulla se ratio patens ostendat. At si attenderis quod scriptū legis: sapientib⁹ et insipientibus debitor sum/ et illud: charitas non querit que sua sunt: forsitan intelliges quicquid illa iusserit nō esset psumptum. Charitas eñ ad te obiurgandū me cōpulit: que tibi condolet ꝗuis non dolenti/ que tibi miseretur licet non miserabili. Et inde magis dolet: ꝙ cum sis dolendus non doles: et inde magis miseretur: ꝙ cū miser sis/ miserabilis nō es. Nec frustra forsitan tibi compatitur/ dūmodo patienter tu audias vñ compatiatur. Vult te tuū sentire dolorem: vt iam non habeas vnde dolere. vult te tuā scire miseriā/ vt incipias miser non esse. O bona mater charitas: que sive foveat infirmos: sive exerceat provectos: sive arguat inquietos diversis diversa exhibens: sicut filios diligit vniversos. Cū te arguit mitis est: cū blāditur simplex est. Hec solet sevire/ sine dolo mulcere: patienter novit irasci/ humiliter indignari. Ipsa est que hominū mater et angelorum: non solū que in terris: sed etiam que in celo sunt pacificavit. Ipsa est que deū homini placans hominem: deo reconciliavit. Ipsa est mi fulco: que fratres illos cū quibus olim dulces capiebas cibos: habitare facit vnius moris in domo. Hec talis tanꝗ honorabilis mater: a te se ꝗritur offensam/ expostulat lesam. Lesa tamen non provocat: sed spreta te revocat: ostēdens tibi in te de se veraciter scriptū esse. Charitas patiēs est: benigna est. Licet lesa: licet offensa/ si conversus fueris ad illā: obviabit tibi quasi mater honorificata. Contēptus oblita sui ruet in amplexū tui: gaudens quem perdiderat esse inventum: qui mortuus fuerat vivum. Sed in quo inquis lesi: in quo contēpsi? Audi. In eo proculdubio: ꝙ te quē sinu suo lacte nutriēdum materno susceperat: ante tempus ablactasti: ꝙ expertā lactis dulcedinez in quo posses crescere in salutem/ tam leviter/ tam celeriter exsufflasti. O puer insensate. O puer magis sensu ꝗ etate: quis te fascinavit a bene incepto itinere tam cito discedere? Avunculus inquies. Sic adam quondam vxorem/ vxor serpentem ad excusandas excusationes in peccatis pretēdebant. Vterꝗ tamen sue culpe dignam excepit sententiā. Nolo decantū accuses: nolo te per illuz excuses. Inexcusabilis enim es: Illius culpa: tuam non excusat. Quidnam ille fecit? Numquid te rapuit: nūquid vim intulit? Rogavit: non ligavit. Blādiendo attraxit: non violenter traxit. Quis te cogebat credere blandienti assentire attrahēti? Ille sua nondū reliquerat: quid mirum si te qui suus eras requirebat? Si agnū de grege: vitulum de armento cuz perdit requirit: et nemo causatur/ te quoꝗ qui multis ovibus vel vitulis apud eū pluris es: ademptum si repetit quis inde miretur? Siquidem non vsurpat illam sibi pfectionē de qua dicitur. Si quis abstulerit tua: ne repetas. Repetebat ergo suū: qui sua adhuc tenebat. At tu qui iam seculū spreveras: secularem sequi debebas? Fugit ovis tremebunda: veniente lupo. Abscondit se colūba tremens: accipitre viso. De cavernula sua mus esuriens exire non audet: ambiēte cato. Et tu cum videbas furem currebas cū eo? Nam quid aliud ꝗ furem dixerim: qui preciosam christi margaritā id est animā tuaz furari non dubitaverit? Volebam si possem illius errorem dissimulare: ne odiū et nullum fructū consequerer ex veritate. Sed non potui fateor intactū transire: quāvisꝗ ad hanc diem cōperi spiritui sancto pro viribus restitisse. Nam qui manum non retinet a malo quod potest: licet quandoꝗ frustretur effectus/ non minus culpatur affectus. In me certe fervorem novitiū extinguere voluit sed deo gras non valuit. Alteri quoꝗ nepoti suo Guirrico cognato tuo multū restitit. Sed quid nocuit? Immo plurimū profuit. Destitit invitus tandē senex avūculus a persecutione: extitit invictus puer nepos: gloriosior de tentatiōe. Sed heu quomodo te vicit qui illū vincere nō potest? Aut quomodo qui te vicit: ab illo superat⁹ est? Numquid te fortior ille? Numquid prudentior? Certe qui antea vtrūꝗ noverant Guirrico fulconem preferebant. At postꝗ ventū est ad bellū: exitus indicavit hominū errasse iudiciū. Ibi prohpudor fugit qui preferebatur: vbi fortiter vicit qui inferior credebatur. Sed qd de avūculi dicaz malicia qui a christi milicia retrahit nepotes suos: vt secum trahat ad inferos? Ita ne solet beare amicos?

Rom. i.
j. Cor. xiij.
j. Cor. xiij.
Luce. xv.
Gen. iij.
Luce. vi.
ps. xlix.

Quos christus vocat secū in eternū mansuros: avūculus revocat secū in eternū arsuros. Miror si iam christus ei non irascit: et dicat. Quotiens volui congregare nepotes tuos quēadmodum gallina congregat pullos suos sub alas: et noluisti? Ecce relinquetur tibi domus tua deserta. Christus dicit. Sinite parvulos venire ad me: taliū enim est regnū celoz. Avunculus ait. Sinite nepotes meos vt ardeant mecū. Christ⁹ dicit mei sunt: mihi debent servire: sed oportet inquit avūculus eos mecū perire. Christ⁹ dicit mei sunt: ego illos redemi/ sed ego inqt avūculus eos nutrivi. Tu quidem ait christus illos nutristi sed pane meo non tuo: ego ꝓ redemi non sanguine tuo/ sed meo. Sic carnalis avunculus contra patrez spirituū pro nepotibus certat: quos dum bonis cupit onerare terrenis/ celestibus exheredat. Christus tamen non rapinaz arbitratus si suos quos fecit et redemit sanguine proprio ad se veniētes collegerit: iuxta qđ ante promiserat: et eum qui venit ad me non eiciā foras. Fulconi primo pulsanti letus apparuit: letis amplexibus letum excepit. Quid plura? Veterē hominē exuitur et novū induit: quodꝗ solo nomine extiterat moribus et vita canonicuz profitetur. Fama volat/ bonus odor christo: rei novitas circūquaꝗ diffusa: pervenit ad aures avunculi. Quid ergo faceret carnalis nutricius qui carnis quam nutrierat quā carnaliter amabat solatium perdebat? Et si aliis fuit res illa odor vite ad vitam: sz non illi. Quare? qr animalis homo non percipit ea que sunt spiritus dei. Stulticia enim illi videtur. Nam si spiritū christi haberet/ non tam de carne doleret: ꝗ gauderet de spiritu. Sed qr terrena non que sursum sunt sapiebat: turbat⁹ et tristis tale aliquid secum volvebat. Quid audio? Ve mihi: a quanta spe cecidi? Sed quid? Debet ne stare quicquid absꝗ meo cōsilio: absꝗ mea licentia fecerit? Quod ius/ que lex/ que iusticia/ que ratio vt quem ex vtero nutriendū suscepi: alius fruatur adulto? Iam caput aspersus canis. Heu vite mee reliquū expendam cū merore: qr me deseruit baculus senectutis mee. Heu mihi. Si hac nocte expetitur a me anima mea: que paravi cuius erunt? Promptuaria mea plena eructantia ex hoc in illud: oves mee fetose abundantes in egressibus suis: boves mee crasse cui remanebunt? Predia/ prata domus argētea vasa et aurea: cui cōgregata sunt? Ditiores quosꝗ ac questuosiores ecclesie mee honores acquisieram mihi: reliquos et si non licebat habere: spe tamē in fulcone tenebam. Quid igitur faciam? Propter illuz vnum: tot et tanta perdam? Nā quicquid sine illo possiderim: amisisse me iudico. Quin potius et ista retinebo: et illum revocabo si potero. Sed quomodo? Factū est: auditū est. Quod factū est nō pōt non fieri: quod auditū est celatū esse nō poterit. Fulco canonicus est regularis: si revertitur ad seculū: notabilis erit et infamis: sed tolerabili⁹ est hec audire de illo/ ꝗ vivere sine illo. Cedat ergo nunc honestas vtilitati: pudor necessitudini. Malo nō parcere verecūdie pueri: ꝗ miserabili subiacere tristicie. Accēdēs itaꝗ consilio carnis/ rationis oblitus et legis/ tāꝗ leo paratus ad predam: et sicut leena rapto catulo rapiens et rugiens sacra non veritus: sanctoz irrupit habitaculū/ in quo tirūculū suū christus absconderat a cōtradictione linguarū: postmoduz ammixturus consortio angelorū. Querit ac flagitat reddi sibi nepotem suū: queritur et clamat iniuste se ab illo relictū: christo reclamante et dicente. Quid agis miser? Quid furis. Quid me persequeris? Non sufficit tibi ꝙ tuam: tuoꝗ exemplo multorū mihi animas tuleris: si nō etiam hunc ausu sacrilego rapias de manu mea? Non times tu futurū iudiciū? An contēnis terrorē meū? Cui hoc facis. Cui bellū indicis. Terribili vtiꝗ: et ei qui aufert spiritū principū. Insane redi ad cor tuū. Memorare novissima tua: et non peccabis. Memorare que tua substantia: et vtiliter timebis. Et tu puer inquit: si assenseris si acquieveris/ morte morieris. Memento vxoris loth de sodoma quidem electe: quia deo credidit: sed in via mutate: quia retro aspexit. Disce in evangelio ꝙ non liceat retro aspicere: ei qui semel manū ad aratrū misit. Avūculus tuus querit animā tuā: qui iam perdidit suā. Verba oris eius: iniquitas et dolus. Noli intelligere fili mi vt male agas: noli intendere in vanitates et insanias falsas. Ecce in via qua ambulas abscōdit laqueos: tendit rhetia. Molliti sunt sermones eius super oleū: et ipsi sunt iacula. Vide fili mi ne rapiaris a labiis iniquis et a lingua dolosa. Confixat carnes tuas divinus timor: ne te decipiat carnalis amor. Blāditur: sed sub lingua eius labor et dolor. Lachrymatur: sed insidiatur. Insidiatur vt rapiat pauperem: rapere pauperē dū attrahit eū. Cave inquaz fili mi: ne acquiescas carni et sanguini: nam gladius meus devorabit carnes. Sperne blandimenta: contemne promissiones. Promittit magna: sed ego maiora. Offert plura: sed ego plurima. Dimittes ergo pro terrenis celestia pro temporalib⁹ eterna? Alioquin oportet te solvere vota tua: que distinxerunt labia tua. Iuste exigitur ad solvendū qui non cogitur ad vovendū. Nā et si cū pulsares non repulit: tamen vt in-

Matth. xxiij.
Mat. xix.
Apo. v.
j. Cor. ij.
ps. cxliij.
ps. xvj.
ps. xxx.
Actuū. ix.
ps. lxxv.
Eccl. vij.
Gen. xix.
Luce. ix.
ps. xxxv.
ps. liiij.
ps. ix.
Ibide. n.
Gal. j.
Deut. xxxij.
ps. lxv.

trares non compulit. Non licet ergo dimittere: quod sponte promisisti. Nō est fas requirere: q̄ per te dimisisti. En vtrūq; vestrū premoneo: vtriq; salubriter consulo. Tu inq; ad auūculū: regularē ne reducas ad seculū: quia si reducis/ seducis quē apostatare facis. Tu regularis: secularem ne sequaris: quia si illū sequeris me persequeris: cui de teipso iniuriā facis. Tu si seduxeris animā pro qua mortuus sum: crucis mee te cōstituo inimicū. Qui enī nō colligit mecū dispergit. Etomagis qui col-

Mat. xij.

lectos dispergit. Tu vero si ei consentias: a me dissentis: quia q̄ non est mecū contra me est. Etomagis qui mecū fuit: si me deserit/ contra me est. Tu si circūuenio paruulū qui ad me venit: seductor ac sacrilegus iudicaberis. Tu vero si quod edificaueras iterū destruis: preuaricatorē te constituis. Ambos vos necesse est meo iudicio presentari: ambos assistere meo tribunali. alter de propria preuaricatione: alter de alterius seductiōe iudicabitur. Et vnde alter in iniquitate sua morietur: inde morālis sanguis de manu alteri⁹ requiretur. Hec ⁊ his similia vtrisq; teste conscientia: vtriq; christe inuisibiliter / sed terribiliter intonabas: his sacris monitis vtroꝝ mentes pie terrendo pulsabas. Quis ad hec non timeret: timēdo respiceret: nisi q̄ more aspidis surde ⁊ obturantis aures suas. vocem venefici incantātis sapiēter: aut nō audiret/ aut se audire dissimularet. ¶ Sed vsquequo iam satis vel nimis longā protrahimus epistolam: dum inuiti loquimur rem silentio dignā: Cur tantis circuitionibus ad veritatem ambimus: dum pudenda reuelare timemus: Dicam tamen/ dicam cū pudore: quod multis cognitū/ occultare et si volo non valeo. Sed quare cū pudore: Ut quid me scribere pudeat: quod illos non puduit facere. Si pudeat audire qd̄ impudenter egerūt: non pudeat emendare quod libenter non audiunt. Prochdolor Neutrū illoꝝ reuocare potuit: aut illū a seductione timor ⁊ ratio/ aut hūc a preuaricatione pudor ⁊ professio. Quid plura. Uerba precipitationis concinnat lingua dolosa. Concepit dolorē: ⁊ persuasit iniquitatem. Subuertit peruersus conuersum: reuertitur canis ad vomitū ecclesia vestra suū recepit alumnū quem melius habebat amissum. Sic lugdunū olim studio similiter et industria sui decani: eiusdem decani nepotem suū canonicū: quem bene perdiderat male recuperauit. Sicut ille fulconem beato Augustino: sic oddbertū iste sancto benedicto subripuit. O q̄ ordinarius ipse cū sancto sanctus efficeretur: q̄ cū peruerso sanctus peruerteretur. O q̄ pulchri⁹ senem secularem puer religiosus ad se traheret/ et sic vinceret vterq; q̄ religiosum secularis ad se retraheret/ in quo vict⁹ est vterq;. O senem infelicem: o auūculum crudelē: qui iam decrepitus: statim moriturus: nepotis animā prius interfecit: quem vt peccatorū suoꝝ haberet heredē: a christi sorte priuauit. Si qui sibi neq; est cui bonus: Maluit in suis facultatibus habere successorē: q̄ pro iniquitatibus intercessorem. Sed quid ad me de decanis magistris nostris/ qui principatū meruerunt in ecclesijs: Clauē scientie tenent: ⁊ primas cathedras in conuētibus possident. Uiderint ipsi qualiter subditos iudicent/ fugitiuos reuocent/ reuocatos si ita voluerint/ iterum effugent/ dispersos colligāt/ collectos dispergant ¶ Quid ad me: Fateor aliquantū in illos propter te mi fulco modum nostre paruitatis excessi: dū tuam de illis cupio palliare verecundiā/ temperare culpam. Omitto ergo illos/ ne non tam reprehensioni q̄ reprehensori iuste indignent: nec tā de sua correctione cogitent: q̄ mihi de presumptione calūnientur. Non ecclesie principē: sed puerū scholarē obiurgare suscepi: qui nesciat indignari/ non norit irasci: nisi forte ⁊ tu sensu non malicia paruulus: idipsum mihi calumnieris: ⁊ dicas. Immo quid mihi ⁊ ipsi: Quid ad illū de peccato meo: Nunquid ego sum monachus: Et ad hoc fateor qd̄ respondeam non habeo nisi q᷑ confisus sum: tum de tua quā in te credidi ingenita mansuetudine/ tum de dei charitate qua et in principio epistole excusasse me memini. Cuius zelo tantum/ tui erroris misertus/ tantum tue miserie compassus sum: quatinus supra modū ⁊ morem meū de te non meo me intromiserim. Grauis lapsus tuus ac miserabilis casus prouocauit me vt hoc p̄sumpserim. Quem enī coetaneoꝝ tuoꝝ me vidisti arguere: Cui vel breuissimas aliquando litteras direxisse: Non q᷑ tamen oēs ceteros sanctos putauerim: aut nihil in eis reprehensione dignū inuenerim. ¶ Cur ergo inquis singulariter me reprehendis: cū et in alijs videas quod iustius forsitan reprehēdere possis: Ad quod ego. Propter singularitatem erroris tui: propter immanitatem peccati tui. Nam ⁊ si plerique alij perdite viuunt ⁊ si inordinati ⁊ indisciplinati sunt: nondū tamen ordinem aut disciplinam professi sunt. Sunt quidem peccatores: sed non preuaricatores. Tu vero quantūlibet modeste ⁊ honeste viuas: si caste/ si sobrie/ omnino religiose te habeas: deo tn̄ minus accepta est tua religio/ quā deturpat vorti preuaricatio. Idcirco charissime/ ne te tuis coetaneis compares: a quibus professio separat. Nec respectu secularium de tua tibi forte paulo grauiori continentia blandiaris: cū tibi dominus dicat. Utinam te calidū/ aut frigidum inuenissem. Hic ostenditur aperte quia minus deo tepid⁹ placeas: q̄ si vel quales illi sunt frigidus esses. Illos vtique deus patienter expectat de frigore quandoq; ad calorem proficere.

Apoc. iij.

Te vero indignans: aduertit de calore iam in teporem defecisse. Et quia tepidū te inueni incipiam inquit te euomere ex ore meo. Et merito: quia tu ad tuum vomitum redijsti: quia tu eius gratiam euomuisti. ¶ Heu quomodo christū tam cito fastidis: de quo scriptū est: mel ⁊ lac sub lingua eius. Miror q᷑ ad gustū cibi dulcissimi nausearis: si tamē gustasti q̄ dulcis est domin⁹. Aut certe nondum gustasti ⁊ nescis quid sapit christus: ideoq; non appetis inexpertū: aut si gustasti ⁊ dulce non sapuit/ sanum non habes palatum. Ipse quippe dei est sapientia que ait. Qui comedit me adhuc esuriet: ⁊ qui bibit me adhuc sitiet. Si quomodo potest esurire vel sitire christū: plenus quotidie siliquis porcoꝝ: Non potes bibere simul calicem christi ⁊ calicē demoniorum. Calix demonioꝝ superbia est: calix demoniorum detractio ⁊ inuidia est. Calix demonioꝝ crapula ⁊ ebrietas est. Que cum impleuerint vel mentem vel ventrem tuū christus in te non inueniet locum. Non mireris quod dico. In domo auunculi tui non potes inebriari ab vbertate domus dei. Cur inquis: quia domus deliciarū est. ¶ Quomodo ignis et aqua simul esse non possunt sic spirituales ⁊ carnales delicie in eodem se non patiuntur. Ubi crapulas ructantis inter pocula senserit christus: vina sua dulciora super mel ⁊ fauum: menti propinare non dignatur. Ubi curiosa ciboꝝ diuersitas: vbi diuitis supellectilis discolor varietas oculos pariter pascit ⁊ vētrem celestis panis ieiunam deserit mētem. Era letare iuuenis in adolescentia tua: et decedēte pariter cū etate temporali leticia: succedat que te absorbeat eterna tristicia. Sed absit hoc ab adolescētulo nostro: auertat hoc deus a puero suo. Quin poti⁹ disperdat dominus vniuersa labia dolosa eoꝝ qui tibi tale consiliū donant: qui dicunt tibi quotidie euge euge ⁊ querunt animam tuam. Ubi sunt cum quib⁹ habitas: quoꝝ praua colloquia adolescentis bonos mores corrumpūt. ¶ Sed q̄diu iam non exis de medio eorum. Quid facis in vrbe qui claustrū elegeras. Quid tibi cū seculo qui seculum spreueras. Funes ceciderūt tibi in preclaris: et tu opib⁹ inhias terrenis. Si vis habere simul hec ⁊ illa: breuiter tibi respondebitur. ¶ Memento fili: quia recepisti bona in vita tua. Recepisti dixit: nō rapuisti/ ne etiā de hoc tibi frustra blandiaris q᷑ tuis contentus aliena non rapias. Uerūtamen q̄ sunt illa tua Beneficia ecclesie. Recte. Quia surgis ad vigilias: vadis ad missas: horis chorū nocturnis diurnisq; frequētas. Bñ facis. Sic ecclesie prebendam gratis non accipis. Dignum est qui altario deseruit: de altario viuat. Conceditur ergo tibi vt si bene deseruis de altario viuas. Non autem vt de altario luxurieris/ vt de altario superbias: vt inde cōpares tibi frena aurea: sellas depictas/ calcaria deargentata: varia griseaq; pellicea a collo ⁊ manib⁹ ornatu purpureo diuersificata. Denique quid preter necessariū victū/ ac simplicem vestitū de altario retines tuū non est/ rapina est/ sacrilegiū est. ¶ Orabat quidā sapiens tantū victui suo tribui necessaria: non superflua. Habentes (ait apostolus) victū ⁊ vestitū: non victū ⁊ ornatū. Et quidā alius sanctus. Si dederit inquit mihi dominus panem ad manducandū: ⁊ vestimentū quo operiar. Nota q̄ operiar. Sic ergo ⁊ nos cōtēti simus vestimētis quibus operiamur: non quib⁹ lasciuiam⁹ nō quibus superbiamus / non quibus mulierculis vel similari vel placere studeamus. Sed hoc faciūt inquis cū quibus habito ⁊ si non facio qd̄ ceteri/ de singularitate notabor. Propterea inq̄ exi de medio eoꝝ ne aut in vrbe notabiliter viuas/ aut exemplo pereas alioꝝ. ¶ Quid agis i vrbe delicate miles. Commilitones tui quos fugiens deseruisti: pugnant ⁊ vincūt/ pulsant ⁊ intrant/ celum rapiūt ⁊ regnant. Et tu sedens super ambulatorem tuū indutus purpura ⁊ bysso: circuis plateas/ vicos perambulas. Hec sunt pacis ornamenta: non belli munimēta. An dicis pax ⁊ non est pax. Purpura non propulsat libidinem: non superbiam: non auariciam repellit: ⁊ si qua sunt alia ignea inimici iacula non extinguit. Denique quod magis metuis: febrem non prohibet/ mortē non arcet. Ubi sunt arma bellica: vbi scutum fidei: vbi galea salutis: vbi patiētie lorica. Quid trepidas. Plures sunt nobiscū q̄ cū illis. Sume arma: resume vires dum adhuc preliū durat. Assunt angeli spectatores et protectores. adest ipse dominus adiutor ⁊ susceptor qui doceat manus tuas ad preliū: ⁊ digitos tuos ad bellū. Procedamus in adiutorium fratrum/ ne si forte sine nobis pugnent sine nobis vincant: sine nobis ingrediantur: nouissime cū clausa fuerit ianua: sero pulsantibus/ deintus nobis respondeatur. Amen dico vobis: nescio vos. Fac queso te prius sciri: fac te prius videri ne tunc nesciaris ad gloriam: sciaris autem ad penā. Si te christus agnoscit in bello: tec ognoscet i celo: ⁊ sicut p̄misit manifestabit tibi seipsum: si tamē ⁊ tu penitendo resipiscēdo talem te exhibueris vt cum

Margin notes (left): Mat. xij. — Ps. lvij. — F — Ps. li. — ij. Pe. ij. — Ps. xvij. — eccli. xiiij — G — H

Margin notes (right): Apoc. iij. — Ibidem. — I Canti. iiij. — Ioh. vi. — K — Eccle. xj — Ps. xi. Ps. lxix. L — Ps. xv. M — Luce. vj. — N — j. Thi. vj. Genesis. xxviij. — O — Eze. xiij. — mat. xxv.

i.Cor.xiij

vt cum fiducia dicere possis: tunc recognoscã: sicut ⁊ cognitus sum. His interim ammonitionibus verecundũ adolescentis animum pulsatum esse sufficiat. Iam enim nostris etiam precibus pro eo diuina pulsanda est pietas. Que si ad ictus nostrarũ inuectionum eius mentem vel parum mollitam inuenerit: cõfido de ipsa ꝙ citius nos de ipso letificabit.

¶ Ad quosdam canonicos regulares. Epistola.iij.

Exhortatio illa in litteris vestris tam salubris tã compendiosa: magna quidem scientie mira charitatis vestre indicia: mirantibus nobis ⁊ cõgratulantibus prefert. Sed quod de laudibus nostris pro vestra deuotione que tamen nõ probastis / tã excellentia premisistis: ⁊ si ad humilitatis quoqȝ formã q̃tũ ex vobis est: non mediocriter instruere nos potuit / conscientias tamen nostras multo inferius iacẽtes q̃tũ in nobis est / vehementer exterruit. Quis enim nostrum suam attendens conuersationem: tanta de se et tam indebita sine magno vel metu vel periculo possit audire: De huiusmodi quippe alieno seu etiã proprio se iudicio committere: securuȝ non est. Qui enim iudicat nos dominus est.

i.cor.iiij. A

¶ Ceterũ de fratribus de quorum salute vestram nimiꝝ charitatẽ sollicitam esse cognouim⁹: vt securos vos reddamus noueritis multoꝝ illustriũ virorum: et maxime clarissimi viri Guilhelmi cathalaunensis epi hortatu ⁊ consilio ad nos declinasse: seqȝ a nobis suscipi multis precibus ac supplicationibus impetrasse: ea videlicet intentione: vt ob tenorem artioris vite: ab institutionibus beati Augustini ad obseruantias sancti Benedicti dei adiutorio sic transeãt vt tamen ab eius magisterio: qui vnus est omnibus magister in celo ⁊ in terra non discedant: illãqȝ primã fidem quã apud nos immo quã primũ in baptismo promiserũt: non irritam faciant / sed saluã integrãqȝ custodiant. Talibus itaqȝ taliter susceptis absit vt sinceritatem vestrã aut in suscipiendo lesam: aut in retinendo ledendã esse credamus: dum tamen illos si forte infra annũ probationis qui regulariter constitutus est / cepta deserere: ⁊ ad vos redire velle contigerit: inuitos non detineamus. Alioquin sanctissimi fratres vestra non refert: vt spiritũ libertatis qui in eis est anathemate inconsulto frustra impedire nitamini: nisi forte (quod deus auertat) que vestra: non que Iesu christi sunt querere studeatis.

¶ Ad arnoldum abbatem morimundi. Epistola.iiij.

Domino abbati Arnoldo: frater Bernard⁹ de claraualle spiritũ compũctionis ⁊ cõcilij. Volo scire te volo donnũ cisterciẽsem nec dum quando tu⁹ nunci⁹ ad nos venit de flandria quo paulo ante ꝑ nos transierat remeasse: ⁊ ob hoc nec litteras accepisse quas ei iussisti presentari: ⁊ adhuc esse tante a te presumpte nouitatis ignaꝝ. Felix interim cui taȝ tristes rumores vel ad temp⁹ liceat ignorare. Deinde ꝙ de tui desperando nos reuocatione interdicis: ne qđ quasi inconcusse apđ te fixũ est frustra tibi litteras dirigendo dissuadere conarer: in hoc tibi obedire fortasse quidem pro ratione non debui: reuera autem pre dolore fateor non potui: cum ⁊ si pro certo scirem vbi te oportune inuenissem: ipse potius venissem q̃ has misissem effectur⁹ fortasse per me ipsum quod nullis litteris possuȝ. Rides forsitan meam huiusmodi tanq̃ cassam fiduciam: vt pote proprie pertinacie consci⁹: ad quam vtiqȝ flectendam: nullaȝ vim: nullam precem: nullam speras preualere industriaȝ. At vero ego de illius potentia non diffidens qui dixit: omnia sunt possibilia credenti: fidenter vsurpans ⁊ mihi illam sententiam: omnia possum in eo qui me confortat: Cuius i magna parte lapidei cordis tui obstinationem ⁊ ipse non ignorem: vtinam nũc tamẽ siue fructuose siue frustra tuo lateri adhererẽ. Quanta q̃ me mouent aduersum te (frustra nescio an fructuose) iacerẽ tibi in faciem: non solum verbis / sed ⁊ vultu ⁊ oculis. Tuis deinde prouolutus vestigijs: tenerem pedes amplecterer genua: totusqȝ a collo pendẽs illud mihi dulcissimum caput deoscularer quod sub vno mecũ proposito / suaui iugo christi iam plurib⁹ annis attritum est. Flerem quoqȝ q̃tum valerem: rogarem ⁊ obsecrareȝ per dominũ iesum: quaten⁹ parceres: primo quidem eius cruci qua vtiqȝ redemit: quos tu q̃tũ in te est perimis: collegit quos tu dispergis. Perimis inq̃ ⁊ dispergis: siue quos tecuȝ ducis: siue quos huc deseris / quib⁹ vtiqȝ ⁊ si diuersum / non dispar tamen vtrisqȝ metuim⁹ periculũ. Deinde etiam parceres ⁊ nobis amicis tuis: quibus licet immeritis non nisi fletũ ⁊ lachrymas reliq̃sti. O si hoc mihi licuisset flexissem forsitan affectiõe: queȝ ratione non possum / pectusqȝ illud ferreũ quod nec christi timori in hac re dũtaxat cedere acq̃escit: fraterna forte pietas demollisset. Sed heu: ⁊ hanc nobis copiã subtraxisti.

Mat.ix. Phil.iiij.

B

¶ O magna nostri ordinis colũna. Patienter queso / audi amicũ vel absentem / tue penit⁹ discessionis impatientem: tuo medullitus ⁊ labori ⁊ periculo compatientem. O inq̃ magna nostri ordinis columna non metuis te ruente magnam mox proculdubio ruinam secuturam: At ego inquies non ruo: scio quod facio: bonã conscientiam habeo. Esto. Credim⁹ tibi de te. Sed nisiquid de nobis: q̃ iam ⁊ grauia tuo ex discessu gementes sustinemus scandala / et grauiora pauentes expectam⁹ pericula: An ⁊ tu quoqȝ nõ ignoras ista sed dissimulas: Qua rõne ergo multorũ faciẽdo ruinã te ruere non presumis qui in hoc videlicet positus eras: vt non quod tibi est vtile / sed magis quod alijs: nec que tua / sed que iesu christi sunt querere debeas: Quomodo inq̃ securus adis qui gregi tibi commisso / omnẽ de se securitatem in perpetuum aufers: Quis occurret lupis incursantibus: quis consolabitur in tribulationibus quis prouidebit in tentationibus quis deniqȝ leoni resistet rugienti et querenti quem deuoret: Patebit sine dubio morsibus malignãtiũ qui deuorant plebem christi sicut escam panis.

Ps.cv.

Ps.lij. C

¶ Heu quid facient nouelle plantationes xpi que per manus tuas consite fuerant diuersis in locis / ⁊ locis honoris / et vaste solitudinis: Quis circũfodiet: quis impinguabit fimo: quis sepem circũdabit: qs succrescentes sollicitus erit rescindere surculos: Aut flante profecto tẽptationũ vẽto: tenerrime adhuc: heu facile eradicabũtur: aut inter fructeta certe simul exorientia: cũ non erit qui purget / suffocate nullũ afferent fructum. Que cum ita sint: iudica tu quale hoc tuum bonũ erit aut si vel esse poterit bonũ cũ tantis malis. Quantumlibet dignos facturũ te fructus penitẽtie confidas: nõne huiuscemodi spinis necesse erit suffocari: Nonne deniqȝ si recte offeras: ⁊ non recte diuidis: peccas: Quid enĩ: Recte ne forte diuidere esses dices: soli anime tue consulere: ⁊ filios tuos quos orphanos relinquis consilio paterno destituere: O miseros et miserabiles: ⁊ eo miserabiliores quo viuo se cõspiciũt orbari patre.

D

¶ Quã q̃ dubitare te quoqȝ oportuerit an vel tibi recte consulas: i eo videlicet ꝙ absqȝ consilio fratrũ et coabbatũ tuorũ: absqȝ prioris ⁊ magistri tui licentia: rem tã nouam presumis. Illud etiã multos permaxie mouet: ꝙ pueros imbecilles ⁊ delicatos iuuenes tecũ ducis. Alioquin si boni ⁊ robusti sunt: desolate domui fuerãt necessarij. Si delicati (vt dixi) ⁊ ibecilles: dure ac laboriose peregrinationi non erunt idonei. Sed ⁊ regendis aiabus eorũ nequaq̃ te vltra credim⁹ velle preesse: quippe cuius cognouimus esse propositũ: pastoralẽ abijcere sarcinã dũtaxat tuorũ / et soli deinceps viuere tibi. Valde enim incõgruũ esset vt alibi ꝑsumptuose non vocatus resumeres: quod alibi prohibitus incõsulte relinquis. Sȝ iam ne omnia scienti multa supflue ingeraȝ in fine ⁊ i fide tibi polliceor: si oportunitatẽ loquẽdi tecũ mihi dederis: daturũ me operã quatenus idipm quod inordinate et periculose aggressus es: licite ⁊ ob hoc secure pagas. Vale.

¶ Ad adam monachum: qui predicto abbati morimũdi adhesit: in qua dissuadet ne pegrinet cũ illo. Epla.v.

Tua mihi satis comperta humilitas: ⁊ instantis periculi necessitas: prebet mihi fiduciã conueniẽdi te acrius: ⁊ arguẽdi liberius. O isensate quis te fascinauit: tam cito recedere ab illo saluberrimo cõsilio in quo dudũ tibi pariter ⁊ mihi deo solo teste conuentũ est: Cogita insipiens vias tuas ⁊ cõuerte pedes tuos in testimonia domini. Non recordaris ꝙ primo in maiori monasterio tue conuersionis initia dedicasti: secũdo apud fusniacũ / nostre te qualicũqȝ prouidẽtie cõmẽdasti: tertio in morimũdo stabilitatẽ tuam firmasti: quarto mecũ rursus inito consilio suggeste tibi ab abbate Arnoldo peregrinationi: immo vagationi: ingenue abrenũciasti. ipsius quoqȝ tibi consortiũ si non ipse licite posset abire illicitũ iudicasti: Quid enĩ: Licite ne dices illũ recedere / qui ⁊ sibi commissis lachrimabile scandalũ reliquit: nec commissoris licẽtiam expectauit: Sed quorsum inquies tẽdũt hec: q̃ sic retractare voluisti: vt te manifeste leuitatis arguam: ⁊ vt est: ⁊ non: esse apud te euidenter ostendam: sicqȝ errorem tuũ iam tandem agnoscẽs ⁊ erubescẽs / vel sero discas ab apostolo nõ omni spiritui credere: discas a salomone: multos quidẽ amicos vnũ aũt habere consiliariũ de mille: discas precursoris domini exẽplo non solũ mollib⁹ non vestiri / sed nec in modũ vento agitate arũdinis circũferri oĩ vẽto doctrine: discas ex euangelio: domũ tuã supra petrã fundare: discas et cum discipulis serpentis non obliuisci prudentiã cũ simplicitate colũbe: et tã ex his q̃ ex alijs atqȝ alijs scripturaꝝ testimonijs: hãc colligas summã: q̃tũ tibi videlicet vsqȝ modo milleformis ille seductor elusit: qui cum in te boni initium non valuit prepedire: inuidit perseuerantie. Hoc nimirũ sue posse sufficere malicie iudicans: si hanc posset auferre tibi: quã solã virtutũ nouerat coronari. Obsecro te per viscera mie xpi vt nullaten⁹ abeas: aut vel nõ prius q̃ ad nos loco quidẽ oportuno venias loqui: si qđ forte tantis malis: que iã nobis ex vestra discessiõe aut venisse sentimus: aut ventura metuimus / queat remediũ inueniri. Vale.

Ps.cxviij.

i.Ioh.iiij. Eccli.vi. Mat.xi. Mat.vij. Mat.x.

¶ Ad brunonem coloniensem. vnde supra. Epistola. vi

Domino brunoni coloniensi viro illustri: et dilecto suo: frater Bernardus abbas dict⁹ de claraualle salutem: et si quid potest peccatoris oratio. Et quo dudū remis nostri inuicē vtriq̄ʒ gratam cepimus noticiam: non puto vos vestre penitus fuisse puritatis oblitū. Et ob hoc nō timide tanq̄ʒ ad extraneū: sed fidētissime scribo ad vos quecūq̄ʒ volo: vt ad notuʒ et familiarē nostrū Arnoldus abbas morimūdēsis in graue totius nostri ordinis scandalū: suū nuper monasteriū satis inordinate deseruit. Quippe qui nec coabbatū suoꝝ in tam scrupuloso facto expectauit consiliū: nec ipsius cui precipuam debebat subiectionem abbatis scilicet cisterciēsis licentiam/ vel assensum. Sed cū esset homo sub potestate habens et ipse sub se milites: potestatis impatiēs superioris: alienum quidē iugū a propria ceruice superb⁹ abiecit: suū aūt superbior in subiectos retinuit. Siquidē de magna multitudine monachoꝝ quos circumtens mare et aridā inaniter congregarat nō christo sed sibi paucis admodū hisq̄ʒ simplicioribus ac remissioribus relictis desolatis meliores quosq̄ʒ et perfectiores sui socios erroris assumpsit. Inter quos tres quoꝝ nos maxime ablatione turbauit: ausus est etiā seducere: et secuʒ ducere statuit: euerardum videlicet fratrem nostrū: et adam quem bñ nostis/ nobilēq̄ʒ illum puerum conradū: quem et pridem non sine scandalo tulerat de colonia. Quos tamē si operam dare volueritis: vestra confidimus posse reuocari industria. Nam de ipsius arnoldi reuocatione: quia iam in pluribus eius inflexibilis animi obstinationem probauimus: incassum laborare vos nolumus. Audiuim⁹ autem euerardum et adam et nonnullos eiusdē consortii alios fratres: in vris adhuc ptibus demorari. Quod si verū est: oportet vos eos per vos interim si dignamini conuenire: flectere precibus: ratione conuincere: et colūbinā eorū simplicitatem prudētia instruere serpentina: ne putent obedientiā inobedienti adherere/ ne licite sequi se posse confidant vagantē illicite: ne seducant deserere professum ordinē propter inordinatū hoiem cū ipsum quoq̄ʒ angelum de celo si aliud eis euāgelizauerit dubitare non oporteat apostolica auctoritate anathema dicere: et ab ipo doceant apostolo/ se ab omni fratre inquiete ambulante debere subtrahere. Qui vos quoq̄ʒ doceat non superbe sapere: nec sperare in incerto diuitiarum: donec omnibus abrenūciantem: probatuʒ sibi christus vendicet discipulū. Valete.

[Margin: j. Cor. xvj. — j. The. iij. — j. Ti. vj.]

¶ Ad adam monachum vnde supra: in qua monet eum vt mortuo abbate: redeat. et quod non debuit ei obedire.

[Margin: E]

Epistola. vij.

SI maneres in charitate qua te olim aut nouimus aut putauimus: charitatis profecto dāna sentires que vtiq̄ʒ sunt scandala pusillorū. Nec enim charitas charitatem offenderet aut cōtemneret: cū sentiret offensam. Nam seipsaʒ non potest negare nec enim in se diuisa est. Nouit potius in se diuisa coniūgere: coniūcta diuidere nescit. Proinde vt dixi: si maneret in te non sileret non quiesceret non dissimularet/ gemens et estuans: et intra piū pectus tuum proculdubio submurmurans illud. Quis scandalizatur: et ego non vror: Siquidem benigna est. Pacem diligit: congaudet vnitati. Sola quippe est que illā generat/ colligat/ solidat/ et conseruat vbicūq̄ʒ seruari cognoscit in vinculo pacis. Infensa ergo vobis hac tam honorabili mr̄e vnitatis et pacis: quo pacto queso vestrū quodcūq̄ʒ sacrificiū deo fore acceptum presumitis: cū absq̄ʒ illa/ nec martyriū quidē aliquid esse putet apls. Aut qua ratione vobis forte infensam non esse confiditis cuius castis visceribus: cuius caris pignoribus tam inhumane agendo non pepercistis: nec parcitis/ scindentes vnitatē: rūpētes vinculū pacis: Ponendū est ergo munus quodcūq̄ʒ offerre paratis: et prius habenti aduersum vos nō fratri/ sʒ fratrū multitudini recōciliādū. Ecce nimirū vniuerse fraternitatis vnitas aduersuʒ vestrā paucitatē: quodā veluti vestri discessus gladio sauciata conqueritur: quasi que plangens miserabiliter dicat. Filii matris mee pugnauerūt cōtra me. Et merito. Qui eñ non est cū illa: cōtra illā est. Putas sine gemitu tam iustū filie gemitū: pia possit mater charitas audire. Ideo et ipsa nostris lachrimis iungens suas: ait de vobis. Filios enutriui et exaltaui: ipsi aūt spreuerūt me. Charitas ipse deus est. Pax nostra xp̄s: q fecit vtraq̄ʒ vnū. In trinitate vnitas maxie cōmendat. Cui ergo charitas/ pax et vnitas/ irata cognoscit: quid hʒ in regno xp̄i et dei. ¶ Sed forsitan dicis. Abbas noster adduxit nos: et secum ire precepit: nū inobediētes esse debuim⁹: Scio quidē nisi forte oblitus sis: quid quadā die cōlocato mecū iam cōspirati scandali consilio: ac diligēter mutua collatiōe discusso: inter nos cōuenerit. In quo si pmāsisses: et de te illud nō incōgrue diceret. Beat⁹ vir q nō abijt in cōsilio impioꝝ. ¶ Sed esto debuissis obedire filiū patri: magistrū seq discipli. Licuerit certe abbati monachos suos ducere quo libuerit: et docere quod voluerit: sʒ q̄ʒ diu vixit. Nūc vero mortuo illo: quē vel audire doctorē: vel sequi ducem cogimini: quo adhuc tā graue scandalū emēdare cūctemini: Quis iam prohibet nō dico me: sʒ deū nostrū per os hieremie benigne vos reuocātē audire: Ait ei. Nūqd q cecidit nō resurget: aut q auersus est non reuertet: An et ille moriens interdixit: ne vel post casum tēptetis resurgere: post auersionem mutire audeatis de reuersione: Ita ne etiā defuncto necesse est vos obedire/ et obedire contra charitatē: obedire in vestre ipsorum salutis piculū: Sed arbitror q nequaq̄ʒ firmius seu tenacius dices esse vinculū abbatū ad subditos/ q̄ʒ coniugiū ad se ipsos: quoꝝ quippe de⁹ copulā et non homo/ inuiolabili ligauit sacramēto: loquēte saluatore. Quod de⁹ coniūxit homo non separet. Apostolo aūt asserēte solutā esse mulierē a lege viri mortuo illo: tu te abbatis existimas defuncti lege teneri: et hoc cōtra legē que sanctior est: legē videlicet charitatis: Et hec dixi non q putē vos vel viuēti in hoc paruisse debere: aut vel dicēdā esse obediētiā sic paruisse. Alioquin generalis de huiusmodi illa sentētia est. Declinantes aūt in obligatiōes: adducet dominus cū operantib⁹ iniquitatē. ¶ At ne forte quis abbatum etiam in malo obediētiam ab hoc maledicto liberam esse contēdat: audi alibi aplm⁹. Fili⁹ nō portabit iniqtateʒ pr̄is: et pr̄ nō portabit iniquitatē filii. Ex his ergo liqdo apparet: mala imperantib⁹ nō esse parendū: p̄sertim dū prauis obtēperans impie: in quo homini videris obediēs: deo plane qui oīe qd perperā agitur interdixit: inobediēteʒ te exhibes. Valde autem peruersum est profiteri te obediētem in quo nosceris superiorem propter inferiorem/ id est diuinam propter humanam soluere obedientiam. Quid enim: Quod iubet homo prohibet deus: et ego audiam hominē: surdus deo: Non sic apostoli. Clamant quippe dicentes. Melius est obedire deo: q̄ʒ hominibus. Hinc dominus in euangelio pharisseos increpans: quare et vos inquit transgredimini mandatū dei propter traditionē vestrā: Et per Esayam. Sine causa autē ait colūt me: mandatas et doctrinas hominū tenentes. Et item ad prothoplastū. Pro eo q obedisti voci vxoris tue plusq̄ʒ mee: maledicta terra i opere tuo. ¶ Igitur facere malū quolibet etiam iubēte: constat non esse obediētiam: sed potius inobedientiam. Sane hoc aduertendū q quedam sunt pura bona: quedam pura mala: et in his nullam deberi hominibus obediētiam: quoniā nec illa omittēda sunt etiaʒ cum prohibentur: nec ista vel cū iubentur committenda. Porro inter hec sunt media quedam: que pro modo: loco: tempore: vel persona: et mala possunt esse et bona: et in his lex posita est obediētie: tanq̄ʒ in ligno scientie boni et mali quod erat in medio paradisi. In his profecto phas non est: nostrum sensum sententie preferre magistrorū. In his omnino prelatorū nec iussio nec prohibitio contēnenda. Videam⁹ ne forte tale fuerit quod arguim⁹ in vobis: et ob hoc forsitan argui non debuerit. Quod euidentius elucebit: si premisse diuisionis exempla subiecero. Fides/ spes/ charitas et cetera huiusmodi: pura sunt bona/ que quia male non possunt vel iuberi vel teneri: bene nō possunt vel prohiberi vel non teneri. Pura mala sunt: furtum: sacrilegium: adulterium: et cetera talia que vtiq̄ʒ nec vel bene precipi vel pfici possunt: nec male prohiberi vel non fieri. Aduersus huiusmodi non est lex. Nullius quippe prohibitio valet obuiare preceptis: nullius iussio preiudicare prohibitis. Sūt deinde media que quidem per se nec bona esse noscūtur nec mala: possunt tamen indifferenter et bene pariter et male vel prohiberi vel iuberi: sed male nullatenus in his a subditis obediri. Ex his sunt vt exēpli grā ponā ieiunare: vigilare: legere: et qʒ talia. Sciendū ho: q media qdā: i puroꝝ plerūq̄ʒ bonoꝝ seu maloꝝ trāseūt rōnē. Nā cōiugiū cū et fieri liceat: et nō fieri fetm iā solui nō licet. Qd q añ nuptias mediū eē liqbat: i iā cōiugatis puri boni vī obtinet. Itē ppa possidere seculari qdē hoi mediū ē: qm̄ et nō possidere lʒ: monacho ho q possidere nō lʒ: puꝝ malū est. Vides ne iam frater vr̄m fctm cui potissimū mēbro diuisiōis cōueniat: Si puris aptādū bonis: pbabile ē. Si puris malis deputādū: vituperabile ē. Sin ho collocādū iter media: via qdē excusari forsitā potest propter obedientiam: mora vero penit⁹ nō pōt q nō fit p obedientiā. Nā mortuo iā abbati: si qd ante iussit qd nō debuit nequaq̄ʒ esse parendū: superior patefecit disputatio. Et si res p se iam satis elucescat: tamen pp̄ter quosdā qui querūt occasionē vbi ratio non suppeditat: clarū faciam breuiter: et ita clarum vt omnis dubietatis vmbra disparcat: quod nec purū nec mediū bonū: sed plane purū fuerit malū sic obedisse sic vestrum monasterium reliquisse. Et quidē taceo de mortuo: qui suum et solum iam iudicem habet deū: et vere nunc suo domino aut stat aut cadit: ne forte indignās et merito indignans dicat deus. Tulerūt homines a me iudiciū. Tamen ad correctionē viuentiū: nō quidem quod gessit: sed qd iussit discussio: vtrū videlicet illa iussio vim habere

[Margin: ij. Cor. xj. — j. Co. xiij. — Cant. j. — Esaie. j. — Ephe. ij. — F — Psalm. j. — G — Hier. viij. — Mat. xix. — Rom. vij. — Ps. cxxiiij. — Eze. xviij. — Act. v. — Mat. xv. — Esa. xxix. — Gene. iij. — I]

vim habere debuerit: quatinus in scandalum multorum ei fue
rit obsequendum. Et premittendum quod sequi simpliciter: ni
hilque suspicantes mali: male licet proficiscentem secuti sunt patri
res cum epi lingonensis: et abbatis cistercienses (nam vtriusque de
bitor erat) licentia proficisci: quod vtique nonnullos de illo co
mitatu sic credidisse incredibile non est nostra hec illos nõ tã
git reprehensio: dummodo vbi compererint sine mora regrediã
tur. Igitur aduersus illos tantum: immo pro illis sermo est no
bis/ qui scientes et prudentes miserunt manus in ignem: qui cõ
scii presumptionis: secuti sunt presumptorem: nõ audiẽtes apo
stolum prohibentem et denunciantem: vt se ab omni fratre am
bulante inordinate subtraherent: cõtẽnentes et ipsius dñi vo
cem dicentis. Qui non colligit mecum: dispergit. Uos fratres
vos inquã aperte et specialiter notat illud apud hieremiã: quod
cum dolore quidem reminiscor/ opprobriuz. Hec est inquit gẽs
que nõ audiuit vocem dei sui. Dei ei proprie vox est ista: hostẽ
suum proprio designantis ex officio: et tanquã digito demonstrã
tis: vt simplices ab eius impio deterreat cõsectatu. Qui non est
inquit mecum: dispergit. At si dicat In hoc te iam mecum nõ
esse intelligas si sequeris dispersorẽ. Deo ergo clamante qui nõ
colligit mecũ: dispergit: sed vos oportuit dispersorẽ? Deo inquã
vos inuitãte ad colligendũ: hoĩ potius ad dispergendũ obse
qui debearis? Magistros cõtemnebat: subditos exponebat:
socios conturbabat: et vos videntes furem currebatis cum eo.
Silere de mortuo statueram: sed compulsus sum fateor aliquã
tulum pretergredi: dum non potuit improbari obeditio: si non
reproba monstraretur et iussio. Porro iussio hoĩs et actio cũ diuer
sa nõ fuerint: impossibile visum est vnam sine altera: vel appro
bari vel respui. Liquet tñ huiuscemodi iussioni nõ fuisse obtẽ
perandũ: deo quippe imperante contraria. Itẽ. Maiorum insti
tutis: minorum nõ esse preponẽda: aut cõmunibus priuata nõ pre
iudicare imperia quis dubitat? Nã ex regula sancti benedicti
hoc habemus. Possem quidẽ abbatẽ cisterciensem ad mediuz
deducere qui vtique superior illo: quantũ pater filio: quantũ ma
gister discipulo: quantum denique abbas cõmisso sibi monacho:
merito se a vobis propter ipsum queritur fuisse contemptum.
Possem et epm cuius nihilominus quia non fuit expectatus cõsen
sus: inexcusabilius est et contẽptus: cũ ad ipsos et de ipsis dñs di
cat. Qui vos spernit: me spernit. Sed quoniam his posset ambobus
opponi et anteponi romani pontificis tanquã grauior auctoritas
cuius quippe vos aiunt premunitos fuisse licentia qui et ipsa li
centia suo quidẽ loco erit discutiẽda: talis potius proferatur:
cuius oĩno fas non sit auctoritati cõtradicere. Certe summus
ille põtifex qui per sanguinẽ propriũ solus et semel introiuit in
sctã eterna redẽptione inuẽta: terrifica voce denunciat in euã
gelio: ne quis vnũ de pusillis eius audeat scãdalizare. Uobis
aũt vnius donetur scandalum/ si non vltra processit malum. Fa
cilis sequatur venia culpam: ex qua graue damnuz non oritur.
Nunc vero quod dubium non est pluribus scandalizatis: quis
aperte non videat: quã inhumane humanam iussionẽ diuine pre
tuleritis? Quod quidẽ audere quis nisi amẽs dicere audeat bonuz
esse aut bonũ fieri posse: quãtelibet dignitatis hoĩe precipiente?
Quod aũt nec bonum est: nec bene fieri põt purũ/ proculdubio ma
lum est. Unde consequenter aduertitur quod iter vestrũ in multorum
vsurpatum scandalum: ac per hoc et contra dei mandatum: non
purum bonum aut medium: sed purum oĩno fuerit malum: quoniam
quidem et purum bonũ semper bonum est: et mediũ bene fieri po
test. Quõ ergo vel abbatis iussio: vel pape permissio: licitũ fa
cere valuit quod purũ (sicut irrefutabiliter probatũ est) malũ fuit:
cũ superius nihilominus allegatũ sit: ea que huiuscemodi sunt
idem pura mala: vt nunquã iuste iuberi: sic nec licite posse fieri?
Uides quã inanis excusatio de humana obedientia: vbi in deum
conuincitur facta transgressio? Nec timendum mihi arbitror quod
ad illud dñi responsum de sibi nunciato scandalo phariseorum
refugias: vt quõ ille nihilipendebat dicens. Sinite illos: ceci
sunt et duces cecorum: ita et nostra vobis scandala nõ esse timẽda
existimes. Uides nempe quod nil simile habeat in hac parte propor
tio. Nam si cõpares personas: illic pharisei superbi: hic paupe
res xpi scandalizant. Si causas: hic leuitas/ ibi veritas in cau
sa esse dinoscitur. Rursus quod et superius propositũ est: vos nõ so
lũ diuinis humana/ sed et cõibus priuata pretulisse imperia: hoc
solũ ad probationẽ sufficiat: quod vestre illi et nouitati insolite: et
insolenti presumptioni: nõ tñ nri ordinis vniuersitas: sed etiã om
nium monasteriorum et consuetudo: et institutio reclamare videtur.
Quod et vos quoque nõ immerito timẽtes: nec satis de propria cau
sa cõfidentes: remorsas ac remordẽtes cõsciẽtias: aplica conati
estis delinire licẽtia. O friuolũ satis remediũ: quod nõ est aliud
nisi more prothoplastorum cauteriatis cõsciẽtijs texere perizoma
ta: videlz ad velamẽtũ: nõ ad medicamẽtũ. Apostolicã inquiũt
licentiã quesiuimus: et impetrauimus. Utinã non licentiã que
sissetis/ sed consilium: idest non vt liceret/ sed an liceret. Unde
tamen querebatis licentiam? Ut liceret quod non licebat? Fa
cere itaque volebatis quod non licebat. Sed quod non licebat ma
lum erat. Mala igitur erat intentio: que in malum tẽdebat. Ni
si forte tale hoc fuisse dicatur: quod absque licentia quidẽ nõ liceret:
liceret aũt si cũ licentia fieret. Uerũ id iaz superius inuincibili
exclusum est ratione. Nec enim deus vbi ait: nolite contẽnere
vnum ex his pusillis qui in me credunt: addidit etiam nisi cum
licentia/ aut dicens Qui scandalizauerit vnũ de pusillis meis
etc. determinauit subiungens sine licentia. Constat igitur vbi
veritas necessaria in causa non est: nec licite scandalum quod
libet posse a quolibet committi: nec iuste precipi/ nec innoxie
consentiri. Huius tñ patrandi mali querendam putastis esse li
centiam. Sed ad quid? An vt quanto licentius/ tanto securius:
et quo securius/ eo et periculosius peccaretis? Mira cautela: et stu
penda prouidentia. Malum quod iam corde conceperant: ope
tamen cauti fuerunt non implere nisi cuz licentia. Conceperũt
dolorem: sed non pepererunt iniquitatem: donec iniquo papa
conceptui prebuisset assensum. Quo lucro? Quove saltim cõ
pendio mali. Nunquid ideo aut malum esse desijt: aut vel mino
ratum est quia papa concessit? Quis vero malum esse neget: assen
sum prebere malo? Quod tamen summum fecisse pontificẽ ne
quaquã crediderim: nisi aut circunuentum mendacio: aut impor
tunitate victum. Quando etenim aliter huiuscemodi vobis li
centiam indulgeret: seminandi videlicet scandala: scismata su
scitandi: amicos contristandi: fratrum conturbandi pacẽ: et cõ
fundẽdi vnitatem: propriũque insup contẽnẽdi epm? Et hec qua
necessitate: necesse non habeo dicere: cũ rei exitus satis indi
cet: Profectos nẽpe plãgimus: profectum nõ cernimus. His er
go talibus et tã grauibus malis dare assensum: exhibere obse
quium: inpendere adiutoriũ: tu mihi obedientiã noĩas: mode
stiam nuncupas: appellas mãsuetudinẽ? Tu inquã conaris pes
sima vitia virtutum palliare nominibus? An te putas hoc sine
iniuria facere dñi virtutũ: quod virtutibus facis iniuriam? Uanissi
mam presumptionẽ: turpissimã leuitatẽ: crudelissimã dissentionẽ
obedientie: modestie: mãsuetudinis noĩbus velas: et velatis sor
dibus sacra illa vocabula maculas. Hãc ego nũquã emuler obe
dientiã. Talẽ mihi nũquã libeat modestiã: vel potius molestiã imi
tari. Huiuscemodi mãsuetudo semper lõge fiat a me. Talis siqui
dem obediẽtia/ oĩ est cõtẽptu deterior. Talis quoque molestia vl
tra oẽm modũ extẽdit vltra dicã an citra? Sed verius forsitan
et vtroque cõpetentius dixerim extra. Qualis denique illa est man
suetudo: que ipso etiã auditu oĩm aures exasperat? Uolo tñ eã
ipsam vt et mihi modo exhibeas. Cũ tã patiẽs sis vt a quolibet
etiã quo nõ licet pertrahi nõ cõtẽdas: liceat et me obsecro paulo
nunc confidentius agere tecũ. Aliosque male multũ merui de te:
si quod memini soles: soli mihi indignãdũ putaueris. Age tuam
cõuenio cõscientiã. Uolẽs an inuitus profectus es? Sed si et vo
luntate iam nõ et obedientia. Si aũt inuitus: suspectũ videris
habuisse imperiũ: cui obsequi grauabaris. Ubi vero suspitio: ibi
discussio necessaria. Uerũ tu vt tue patiẽtie dares vel caperes
experimentũ: nihil discutiens trahi te passus es: nõ solũ preter
voluntatẽ tuam: sed et contra conscientiã. ¶ O patientia omni
digna impatiẽtia. Nõ possum fateor nõ irasci: huic contẽtiosis
sime patientie. Uidebas dispergentẽ et sequebaris. Scandala
dictantẽ audiebas et obsequebaris? Uera patiẽtia est/ pati vel
agere cõtra quod libeat: sed nõ preter quod liceat. Miruz vero quod hoĩem
audiebas furtiue susurrantẽ/ deũ nõ audiebas aperte reclamãtẽ/
tali quasi celitus emisso tonitruo. Ue illi per quẽ scandalũ venit.
Nõ tñ autem dñs: sed et sanguis ipsius clamore nihilominus
vehemẽti (surdis licz) terribiliter irrugiebat. Clamor eius: eius
effusio. Effusus quippe: pro dispsis filiis dei vt eos congregaret in
vnũ: iuste fremebat in dispersores. Odit nimirũ dispsores: qui
nõ nouit nisi colligere. Magnus eius clamor et vehemẽs: qui cor
pora de sepulchris/ aĩas ab inferis excitauit. Terrã celosque tu
ba illa cõuocauit in vnũ: quippe que in terra et que in celis sunt pacifi
cans. In oẽm terrã exiuit sonus ille: et vestra non valuit rũpere
surditatẽ? Uox nẽpe illa in virtute: vox illa in magnificẽtia. Et
quid clamat? Exurgat deus et dissipentur inimici eius. Et iterum.
Disperge illos in virtute tua: et depone eos protector meus dñe.
Sanguis xpi est frater adã: sanguis xpi est qui pro pñs cõgregatis
aduersus impios dispersores quasi tuba exaltat vocẽ suã. Mi
natur aũt se dispersores dispergere: qui pro dispersis colligen
dis effusus est. Et si eius vocẽ tu nõ audis: audit eam de cuius
latere manauit. Quõ nãque propriũ non audit: qui Abel sanguinẽ
audiebat? Sed quid ad me inquis? Ille viderit/ cui mihi con
tradicere fas non erat. Non est discipulus super magistrũ. Do
cendus: non docturus: eius lateri adherebam. Sed debui non
preire: preceptorem auditor. O istorum temporum paule simplex: si
tamen et ille alterũ se tibi exhibuisset antoniũ: vt quicquid vel le
uiter de labiis eius procederet: necesse nõ haberes discutere/ sed
sine cunctatione ad omnia nihil hesitans obedires. O mona

2. Thes. iii.

Mat. xii.

Hiere. vii.

Luce. x.

Mat. xviii.

Mat. xv.

Matth. xviii.

Mat. xviii.

Ps. lxvii.

domini sui. ¶ In lectulo meo per noctes quesiui quem diligit anima mea. Querit anima verbũ sed que a verbo prius quesita sit. Alioquin semel a facie verbi egressa vel eiecta non reuertetur oculus eius vt videat bona si nõ requiratur a verbo. Qua si vero aliud anima nostra sit q̃ spiritus vadẽs et nõ rediens si sibi fuerit derelicta. Audi pfugã et deuiam: quid doleat et qd petat. Erraui ait sicut ouis que periit: quere seruũ tuũ. O homo redire vis? Sed si in volũtate res est: quid opem flagitas? Quid aliunde mendicas in quo abundas tu tibi? Palã est: qr vult et nõ potest: sed spũs est vadens et nõ rediens: et si is sit longius agens qui nec vult: quãq̃ nõ oĩno illam animã expositã dixerim vel relictã que reuerti cupit et requiri petit. Unde eñ voluntas hec illi? Inde ni fallor qr a verbo visitata iam sit et quesita: nec ociosa quesitio que operata est volũtatẽ: sine qua reditus esse nõ poterat. Sed non sufficit semel queri tantus est anime languor: tantaq̃ in reditu difficultas. Quid eñ si vult? Iacet voluntas vbi facultas non suppetit. Nam velle adiacet mihi inquit perficere aũt bonum non inuenio. Quid ergo ille quem de psalmo induximus querit? Non plane aliud q̃ queri quod non quereret nisi quesitus fuisset: et rursum non quereret si quesitus satis fuisset. Quod et postulat: quere (inquiens) seruum tuum: vt qui dedit velle: det et perficere pro bona volũtate. Mihi tamen nõ videtur istiusmodi anime posse cõpetere locus presens: que secũdam gratiam necdum percepit: volẽs quidem sed non valens adire quem diligit anima sua. Nam quomodo põt illi conuenire quod ibi sequitur surgere et circuire ciuitatem: sz et per vicos et plateas querere dilectum que eget ipsa queri? Faciat hoc que potest: tantuz se meminerit quesitã prius sicut et prius dilectam: atq̃ inde esse: et qd querit: et qd diligit. ¶ Oremus et nos charissimi: vt cito anticipent nos misericordie iste: quia pauperes facti sumus nimis quod non de omnibus nobis dico. Scio enim q̃ plurimos vestrũ ambulantes in dilectione qua christus dilexit nos: et in simplicitate cordis querentes illum. Sed sunt aliqui qd tristis dico qui nullũ nobis adhuc in se dedere indiciũ hui⁹ tã salutaris anticipationis: ac per hoc nec sue salutis hoies seipsos amantes non dñm: et querentes que sua sunt nõ que dñi. ¶ Quesiui (ait illa) quẽ diligit anima mea. Nempe huc te puocat anticipantis benignitas illius q̃ te et prior quesiuit et prior dilexit. Nunquam me prorsus nisi prius quesita quereres: sicut nec diligeres nisi dilecta prius. Non in vna tantũ benedictione: sz in duab⁹ preuenta es: dilectione et quesitione. Dilectio causa quesitionis: quesitio fructus dilectionis est et certitudo. Dilecta es ne ad supplicium potius quesitam suspiceris: quesita es ne frustra dilectam conquerariis: vtraq̃ tam amica cõperta suauitas et ausum dedit et verecũdiam depulit: et reditũ persuasit et mouit affectum. Hinc zelus hinc ardor iste querendi quem diligit anima tua: quia profecto nec non quesita querere poteras: nec non q̃rere quesita nunc potes. ¶ Sed noli obliuisci vnde huc veneris. Et vt in me potius trãsfigurem que dicũtur (id enim tutius) tu ne es o aĩa mea q̃ relicto viro tuo priore cum quo tibi bene fuerat: primam fidem irritam fecisti: iens post amatores tuos? Et nunc quoad libuit fornicata cum illis: forte et cõtempta ab illis: audes impudens et frontosa velle reuerti ad illum quem superba contempsisti? Quid? Digna latebris q̃ris lucem: et curris ad sponsum dignior plagis q̃ osculis: Mirum si non pro sponso iudicem offendas. Felix qui ad hec animã suã respondentem audierit: non timeo quia amo: qd nõ amata omnino non facerem. Itaq̃ etiam amor. Nihil dilecte timendũ. Paueant que non amant. Quidni assidue inimicitias suspicẽtur: ego vero amans: amari me dubitare non possum non plus q̃ amare. Nec possum vereri vultum cuius sensi affectum. In quo? In eo qr talem nõ modo quesiuit: sed et affecit: fecitq̃ certam perinde de quesitu. Quidni respondeam in quesitu cui in affectu respondeo? Nunquid irascetur quesitus q̃ etiam cõtemptus dissimulauit: quinimmo nõ repellet requirentem qui et cõtemnẽtem requirit. Benignus est spiritus verbi et benigna nunciat mihi intimans et suadens de verbi et zelo desiderioq̃ qd vtiq̃ sibi non potest esse absconditum. Scrutatur alta dei cõsci⁹ earum quas cogitat cogitationes pacis et non afflictionis. ¶ Quidni animer ad querendum experta clementiam et persuasis de pace? Fratres hoc suaderi a verbo q̃ri est: persuaderi inueniri est. Sed non omnes capiunt hoc verbum. Quid faciemus paruulis nostris illos loquor qui adhuc inter nos incipientes sunt: non tamẽ insipientes cum teneant initium sapientie: subiecti inuicem in timore christi? Unde illis inq̃ faciemus fidem qr hec ita se habeant penes sponsam: cum ipsi talia agi secuz necdum persenserint? Sed mitto eos ego ad talẽ cui decredere non debeant. Legant in libro qd in corde altero: quia non cernunt non credunt. Est scriptum in prophetis. Si dimiserit vir vxorem suam et illa recedens duxerit virum alium: nunquid reuertetur vltra: nunquid non polluta et contaminata erit mulier illa? Tu autem fornicata es cum amatoribus multis: et tamen reuertere ad me dicit dominus: et ego suscipiam te: verba domini sunt. Non est fas suspendere fidem. Credant qr non experiuntur: vt fructum quandoq̃ experientie fidei merito consequantur. Satis arbitror declaratũ quid sit queri a verbo: et que hec sit necessitas nõ verbo sed anime: nisi qr que experta est et plenius ista nouit et felicius. Restat vt sequẽti tractatu doceamus sitientes animas q̃rere a quo quesite sunt: vel potius id discamus ab illa que hoc loco inducitur querens ipsum quem diligit anima sua sponsum anime iesum christum dominum nostrũ: qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen.

¶ De septem necessitatibus propter quas anima querit verbum: que tandem reformata accedit ad eius dulcedinem contemplandã atq̃ perfruẽdã. Sermo.lxxxv.

In lectulo meo q̃siui quem diligit anima mea. Ad quid. Dictũ est et iterare superfluũ: pter quosdã tamẽ qui nõ interfuerũt cũ tractaretur: dico aliquid breuiter: et qd fortasse ne hos quidem qui interfuerunt audire pigebit. Nec eñ totũ dici tunc potuit. Querit anima verbũ cui cõsentiat ad correctionẽ: quo illuminetur ad cognitionẽ: cui innitatur ad virtutẽ: quo reformetur ad sapientiã: cui cõformetur ad decorẽ: cui maritetur ad fecũditatem: quo fruatur ad iocũditatẽ. Propter has oẽs cãs q̃rit anima verbũ. Nõ ambigo esse q̃plures et alias: sed he interim occurrerũt. Poterit aũt si cui cordi fuerit facile alias atq̃ alias aduertere in semetipso. Siquidẽ multe sunt auersiones nostre: multe et infinite anime necessitates: et anxietatũ nõ est numerus. At verbũ diues plenusq̃ superabũdat in bonis: vtpote sapientia vincit malicitã: vincẽs in bonis mala. Et nũc harum quas posui accipite rõnẽ. Et primo qd primũ est videre quẽadmodũ cõsentiat ad correptionẽ. Legim⁹ vbũ in euãgelijs loquens. Esto consentiens inquit aduersario tuo dũ es cũ illo in via: ne forte tradat te iudici: et iudex tortori: q̃d consultius. Uerbi cõsiliũ est ni fallor se aduersariũ protestantis qr aduersetur carnalibus desiderijs nostris dum dicit semper hi errant corde. Tu vero qui hec audis si pauens ceperis velle fugere a ventura ira: credo sollicitus eris quomodo huic cõsentias aduersario qui tibi illam tam terribiliter intentare videtur. At istud impossibile nisi dissentias tecum: nisi tibimet aduerseris nisi graui et vigili lucta tuipse contra teipsuz infatigabiliter pugnaueris: postremo nisi vale facias inueterate consuetudini innateq̃ affectioni. Id quidẽ durum. Si tuis attẽperaueris viribus: tale erit ac si in vno digitorum tuorum torrentis impetum sistere: aut ipm denuo coneris iordanem cõuertere retrorsum. Quid facies? Quere verbum cui cõsentias ipso faciente vt consentias. Fuge ad illum qui aduersatur per quem talis fias cui iam nõ aduersetur: vt blandiatur q̃ minabatur et sit ad immutandum efficacior infusa gratia q̃ intensa ira. Hec prima vt opinor necessitas: ob quam anima incipit querere verbum. ¶ Sed si ignoras quid ille velit cui iam voluntate consentis: nonne et de te dicetur quia zelum dei habes sz non scdm sciam? Et ne hoc leue existimes memineris scriptuz: quia ignorans ignorabitur. Scire vis quid consulam et in hac necessitate? Quod in prima. Meo consilio nunc quoq̃ ibis ad verbum et docebit te vias suas: ne volendo quidẽ sz ignorãdo bonum dũ curris contingat excurrere et errare in inuio et non in via. Lux est enim verbũ. Declaratio deniq̃ sermonũ illuminat et intellectum dat paruulis. Btũs es si dicas et tu. Lucerna pedibus meis verbum tuũ: et lumen semitis meis. Nec parum profecit aĩa tua cui⁹ immutata volũtas: cuius illuminata rõ est vt bonum et velit et nouerit. In altero vitã in altero visum recepit. Nam et malum volendo mortua erat et bonum ignorãdo ceca. ¶ Iam viuit iam videt iam stat in bono: sed ope et opere verbi. Stat manu verbi leuata veluti super pedes duos: deuotionem et agnitionem. Stat inq̃ sed sibi patet dictum. Qui se existimat stare videat ne cadat. Putas ne stare per se possit que surgere per se non potuit? Non opinor. Quid enim? Uerbo domini celi firmati sunt: et terra stabit sine verbo? Cur ergo si stare per se poterat orabat homo de terra: confirma me inquiens in verbis tuis? Deniq̃ et probarat. Eius ipsius illa vox fuit. Impulsus euersus sum vt caderem: et dominus suscepit me. Queris quis ille impulsor? Non est vnus. Impulsor diabolus est impulsor mundus impulsor homo. Quis iste homo sit q̃ris? Quisq̃ sui. Noli mirari vsq̃ adeo homo impulsor sibi est et suimet precipitator: vt non sit quod ab altero impulsore formides si ipse a te pperas contineas manus. Quis eñ inquit vobis nocere poterit si boni emulatores fueritis. Man⁹ tua consensus tuus: si diabolo sug gerente vel seculo suadente quod non opz assensum

assensum tuum tenueris z non dederis mẽbra arma iniquitati nec permiseris regnare pctm in tuo mortali corpore: bonum te emulatorem probasti / cui malicia omnino nil nocuit: vide ne magis profuerit. Scriptũ est enĩ. Bonum fac z habebis laudẽ ex illa. Confusi sunt qui querebant animã tuã: turbo contabis. Si mei nõ fuerint dominati tũc immaculatus ero. Boni plane emulatori insigne dedisti / si cõsilio sapiẽtis misereris anime tue: si omni custodia servas cor tuũ: si iuxta apostolum teipsum castum custodis. Alioquin z si vniversum mundum lucreris / anime autẽ tue detrimentũ patiaris: non plane bonum te censemus emulatorẽ: quoniãquidẽ nec salvatori. Cũ igitur tres sint stanti imminentes: stratores hoz diabolus livore malicie / mundus vero vanitatis / hõ semetipsum pondere sue corruptionis impellit. Impellit diabolus / sed nõ evertit: siquidẽ tuũ illi negaveris assensum. Deniqz habes. Resistite diabolo z fugiet a vobis. Iste est qui stantes in paradiso impulit invidus z evertit: sed consentientes non resistentes. Iste est qui seipsuz de celo superbus nullo impellẽte precipitavit: vt scias multomagis hoiem suo ipsius casui imminere quẽ proprie substantie pondus gravat. Est z mundus impulsor: qz in maligno positus est / impellit oẽs: sed solos evertit amicos suos: idest consentaneos sibi. Nolo esse amicus mundi ne cadam. Nam qui vult esse huius mundi amicus: inimicus dei cõstituit: quo vtiqz nullus gravior casus. Ex quibus satis claret q̃ sit homo precipuus impulsor sui: q̃ suo sine alieno impulsu cadere potest: alieno absqz suo cadere nõ potest. Cuinã horũ precipue resistendũ? Nempe huic qui eo molestior quo interior solus deiicere sufficit: cum sine ipso aliĩ possint facere nihil. Non sine cã sapiens expugnatori pretulit vrbiũ virum qui aĩo dominatur. Multũ hoc ad te: opus virtute habes: z non quacunqz / sz qua induaris ex alto. Ipsa enim si perfecta sit: facile sic animũ victorem sui: z sic invictũ reddit ad oĩa. Est quippe vigor animi cedere nescius pro tuẽda ratione. Aut si magis probas: vigor animi immobiliter stantis cũ rõnẽ vel pro rõne. Vel sic. Vigor animi qd in se est oĩa ad rõni cogẽs vel dirigens. Quis ascẽdet in mõtẽ dñi: Paul' ad verticẽ mõtis. i. ad ṽtutis perfectionem quisquis cõscendere adoriet: sciet profecto q̃ sit ascẽsus arduus: z cassus cõcitus absqz verbi adiutorio. Felix aĩa que angel' spectãtibus prebuit gaudium pariter z miraculum sui: vt audiret de se loquentes. Que est ista que ascẽdit de deserto delitijs affluẽs innixa super dilectum suum? Alioquin frustra nititur si non innitit. Sane etiã ɔtra se innitentes invalescet. Et facta seipsa validior coget pro rõne vniversa: irani / metũ / cupiditatem et gaudium veluti quẽdam animi currum / bon' auriga reget: z in captivitatem rediget oẽm carnalem affectũ z carnis sensum ad nutum rõnis in obsequium virtutis. Quid ni oĩa possibilia sint innitenti super eum qui oĩa põt? Quante fiducie vox: oĩa possum in eo qui me cõfortat. Nil oĩpotentiam verbi clariorẽ reddit: q̃ q omnipotentes facit oẽs qui in se sperant. Deniqz oĩa possibilia sunt credenti. An nõ oĩpotens cui oĩa possibilia sunt? Ita animus si nõ presumat de se: sz si confortetur a verbo poterit vtiqz dñari sui: vt nõ dñetur ei ois iniusticia. Ita inqz ṽbo innixũ z indutũ ṽtute ex alto / nulla vis nulla fraus / nulla iam illecebra poterit vel stantẽ deiicere vel subiicere dominãtẽ. Vis nõ timere impulsorẽ? Nõ veniat tibi pes superbie: z manus impellentis nõ moveat te. Ibi ceciderunt qui operant iniquitatẽ. Ibi diabolus z angeli ei' corruerunt: q̃ licet nõ pulsi extrinsecus / expulsi sunt tamẽ / nec potuerunt stare. Deniqz in veritate non stetit q̃ non innixus est verbo qui in sua virtute ɔfisus est. Et ideo fortassis sedere voluit: qz stare non valuit. Dicebat enĩ. Sedebo in monte testamẽti. Ceterũ deo aliter iudicante / nec stetit nec sedit: sed cecidit dicẽte domino. Videbã sathanã sicut fulgur de celo cadẽtẽ. Ergo qui stat si non vult cadere nõ fidat sibi / sed nitatur verbo. Verbũ loqtur. Sine me nihil potestis facere. Ita est nec surgere ad bonum: nec stare in bono possumus sine verbo. Tu ergo q̃ stas da gloriam deo et dic Statuit supra petrã pedes meos: z direxit gressus meos. Cuius manu erigeris: ipsius necesse est virtute tenearis. Hec pro eo q dixi opus nos habere ṽbo cui innitamur ad virtutẽ. Nunc iã videndũ est de eo q item memoravi: per verbũ: scz nihilominus nos reformari ad sapiẽtiã. Verbum virtus: verbum sapientia est. Sumat ergo aĩa de virtute virtutẽ: ac de sapientia sapiẽtiã: et vni verbo mun' vtrũqz ascribat. Alioquin si aliunde aut vtrãqz aut alterutrã arroget sibi: neget etiã simul vel de fonte rivũ: vel de vite vinũ: vel lumen oriri de lumine. Fidelis sermo. Si quis inquit indiget sapientia: postulat a deo qui dat oĩbus affluenter. z non improperat: et dabitur ei. Hec ille. Ego vero haud secus de ṽtute senserim. Cognata virtus sapientie est. Donũ dei virtus est: deputanda in donis optimis / descẽdens z ipsa desursum a patre verbi. Et si quis existimat id per oĩa eam qd sapientiã esse: nõ in

Ps. xviij.
i. Thi. v.
Mat. xvj.
A
B
Jaco. iiij.
C
Ps. xxiij.
Cãti. viij.
Phi. iiij.
Mar. ix.
Ps. cxxiij.
D
Luce. x.
Joã. xv.
Ps. xxxix.
E
Jaco. i.

ficior: sed in verbo nõ in anima. Que enim in verbo pro ei' singulari divine nature simplicitate vnum sunt: vnũ tamen effectum in anima non habent / sed ad illius varias z diversas necessitates veluti diversa sese participanda accõmodãt. Iuxta quam rationem profecto aliud est animo virtute agi: et aliud sapientia regi: aliud dominari in virtute: aliud in suavitate deliciari. Licet nanqz et sapientia potens et virtus suavis existat: et tamen proprias quibusqz reddamus vocabulis significantias: vigor virtutẽ / sapientia placiditas animi cũ spirituali quadã suavitate demonstrat. Hanc puto ab apostolo designatam vbi post multa hortamenta pertinentia ad virtutem / adiecit qd sapientie est in suavitate in spiritusancto. Igitur stare / resistere / vim vi repellere: q̃ vtiqz in partibus virtutis deputantur: honor quidem sed labor est. Non est enim ad ipsum honorem tuum laboriose defendere et quiete possidere. Non est idem virtute agi et virtute frui. Quicquid virtus elaborat / sapientia fruitur: et qd sapientia ordinat / deliberat / moderatur: virtus exequitur. Sapientiam scribe in ocio: ait sapiens. Ergo sapiẽtie ocia negocia sunt: et quo ociosior sapiẽtia / eo exercitatior in genere suo. E regione virtus exercitata clarior est: eoqz probatior quo officiosior. Et si quis sapientiam virtutis amorem diffinierit: non a verbo deviare videbitur. Vbi autem amor est: labor non est sed sapor. Et forte sapientia a sapore denominatur q virtuti accedens quoddam veluti condimentũ sapidã reddat: que per se insulsa quodammodo et aspera sentiebatur. Nec interim reprehendendum si quis sapientiam saporem boni diffiniat. Hunc saporẽ perdidimus ab ipso pene exortu generis nostri. Ex quo cordis palatum sensu carnis prevalente infecit virtus serpẽtis antiqui: cepit anime nõ sapere bonũ ac sapor noxius subintrare. Deniqz proni sunt sensus hominis: et cogitationes in malum ab adolescentia / hoc est ab insipientia prime mulieris. Ita insipientia mulieris saporem boni exclusit: quia serpentis malicia mulieris insipientiã circũvenit. Sed vnde malicia visa est vicisse ad tẽpus inde se victã dolet in eternũ. Nam ecce denuo sapientia mulieris cor z corpus impleuit: et qui per feminam deformati in insipientiã sumus: per feminam reformemur ad sapientiã. Et nunc assidue sapientia vincit maliciã in mentibus ad quas intraverit: saporẽ mali quẽ illa invenit sapore exterminãs meliori. Intrans sapientia dũ sensum carnis infatuat: purificat intellectũ cordis palatũ sanat z reparat. Sano palato sapit iam bonũ: sapit ipsa sapientia qua in bonis nullũ melius. Q̃ multa fiunt bona / z non sapiunt facientibus: siquidem non sapore boni ad illa: sed aut ratione aut qualicunqz occasione seu necessitate impelluntur: z econtrario multis que faciunt non sapiunt mala: sz ad hec inducuntur aut metu aut cupiditate rei cuiuspiã potius q̃ sapore mali. Qui aũt transierunt in affectũ cordis: aut sapientes sunt / z ipso delectantur sapore boni: aut maligni sunt / z ipsa cõplacet sibi malicia / etiã nulla spe alterius commodi blandiẽte. Malicia vero quid nisi sapor est mali? Beata mens quam sibi totã vẽdicavit sapor boni z odiũ mali. Hoc reformari ad sapientiam est: hoc sapientie victoriam feliciter experiri. Nam in quo evidentius sapientia vincere maliciaz comprobatur: q̃ cũ excluso sapore mali qui non aliud q̃ ipsa malicia est / boni quidem intimus sapor mentis intima occupare tota suavitate sentitur? Itaqz ad virtutem spectat tribulationes fortiter sustinere: ad sapientiam gaudere in tribulationibus. Confortare cor tuum et sustinere dominum virtutis est: gustare et videre quoniam suavis est domin' sapiẽtie est. Et vt magis ex ꝓprio bono nature bonũ quodqz clarescat / modestia animi probat sapientem: constantia virũ virtutis ostendit. Et bñ post virtutem sapientia: q virtus sit quoddam quasi stabile fundamentum super qd sapientia edificet sibi domum. Oportuit autem precedere noticiam boni: quia non est societas luci sapientie / z tenebris ignorantie. Oportuit et bonam volũtatem: quia in malivolam animam non introibit sapientia. Iam si in voluntatis mutatione reddita innotuit anime vita: in eruditione sanitas: in virtute stabilitas: in sapientia postremo maturitas / superest vt decorem illi inveniamus / sine quo specioso forma pre filijs hominum placere non potest. Deniqz audit: quia concupiscet rex decorem tuum. Quanta enumeravimus anime bona dona verbi / voluntatem bonam / scientiam / virtutem / sapientiam: et nihil horum verbum rex concupiscere legitur: sed tantum concupiscet inquit rex decorem tuum. Ait propheta. Dominus regnavit decorem induit. Quidni imagini sue pariter et sponse simile cupiat indumentum? Tanto profecto sibi charior illa quãto similior sibi. In quo ergo anime decor: an forte in eo quod honestum dicitur? Hoc interim sentiamus si melius non occurrit. De honesto autem exterior interrogetur conversatio: non quod ex ea honestum prodeat / sed per eã. Nam in conscientia et habitatio ei' z ori

F
ij. Co. vj.
ec. xxxviij
G
Gene. viij
H
I
Ps. lxxxiij.
Puerb. ix
K
Ps. xliiij.
Ps. xcij.

go. Siquidem claritas eius testimoniũ conscientie. Nihil hac
luce clarius nihil hoc gloriosius testimonio: cum veritas in
mente fulget: ⁊ mens in veritate se videt. Sed qualē? Pudi-
cam/ verecundã/ pauidã/ circũspectã: nihil penitus admitten-
tem qđ euacuet gloriã conscientie attestantis: in nullo cõsciē-
tia sibi qđ erubescat presentiã veritatis/ quo cogatur auerte-
re faciē quasi confusam ⁊ repercussam a lumine dei. Hoc plane
hoc illud decorũ/ est qđ sup oĩa bona anime diuinos oblectat
aspectus: ⁊ nos nominamus ac diffinimus honestũ. Cũ autem
decoris huius claritas abundantius intima cordis repleuerit
[Mat.v.] prodeat foras necesse est: tanq̃ lucerna latens sub modio: im-
[Joan.j.] mo lux in tenebris lucens latere nescia. Porro effulgentē ⁊ ve-
luti quibusdã suis radijs erumpētē mentis simulachrũ/ corpus
excipit ⁊ diffundit per membra ⁊ sensus: quatenus omnis in-
de reluceat actio/ sermo/ aspectus/ incessus/ risus: si tamen ri-
[J] sus mixtus grauitate ⁊ plenus honesti. ¶ Horũ ⁊ aliorũ pro-
fecto artuũ sensuũq̃ motus/ gestus ⁊ vsus cũ apparuerit seri⁹/
purus/ modestus/ totius expers insolētie atq̃ lasciuie: tum le-
uitatis: tum ignauie alienus: equitati autē accõmodus: pieta-
ti officiosus: pulchritudo anime palã erit/ si tñ nõ sit in spiri-
tu eius dolus. Potest enim fieri vt simulentur oĩa hec: ⁊ nõ ex
abundantia cordis taliter moueãtur. Et vt magis eluceat is
anime decor/ ipsum si placet honestũ in quo hũc locandũ cēsui-
mus diffiniat mentis ingenuitas sollicita seruare cũ cõscien-
[ij. Co. viij] tia bone fame integritatē. Vel iuxta apostolũ: puidere bona
non tantum corã deo/ sed etiã corã hoibus. Beata mens que
hoc se induit castimonie decus: ⁊ quēdã veluti celestis innocē-
[Sap. vij.] tie candidatũ per quē sibi vendicet gloriosam conformitatē:
[Hebre. j.] non mundi sed verbi: de quo legitur q̃ sit candor vite eterne:
[K] splendor ⁊ figura substantie dei. Ex quo iam gradu audet que
hmõi est cogitare de nuptijs. Quidni audeat eo se nubilē quo
similē cernes? Nõ terret celsitudo quã sociat similitudo: amor
[ps. cxviij.] conciliat/ professio maritat. Professionis forma hec est. Jura-
ui ⁊ statui custodire iudicia iusticie tue. Hanc secuti apostoli
[Mat. xix.] aiebant. Ecce nos reliquimus omnia ⁊ secuti sumus te. Simi-
le est illud qđ in carnali quidē dictũ: xp̃i ⁊ ecclesie cõnubium
[Ephe. v.] spiritale signauit: ppter hoc relinquet homo patrē suũ et ma-
trē suã ⁊ adherebit vxori sue: ⁊ erũt duo in carne vna. Et apud
[ps. lxxij.] prophetã gloriatio maritate. Mihi aũt adherere deo bonum
est: ponere in domino deo spem meã. Ergo quã videris animã
relictis oĩbus verbo votis oĩbus adherere: verbo viuere:
verbo se regere: de verbo cõcipere qđ pariat verbo: que possit
dicere mihi viuere xp̃s est ⁊ mori lucrũ: puta coniugem verbo
q̃ maritata. Confidat in ea cor viri sui: sciens: fidelem q̃ pre-
se omnia spreuerit: omnia arbitretur vt stercora: vt sibi ipsum
[Actu. ix.] lucrifaciat. Talem nouerat de quo dicebat. Uas electiõis est
mihi iste. Prorsus pia mater et fidelis viro suo anima pauli/
[Gala. iiij.] cum diceret: filioli mei quos iterum parturio donec formetur
[L] christus in vobis. Sed attende in spirituali matrimonio duo
esse genera pariendi: ⁊ ex hoc etiam diuersas soboles: sed nõ
aduersas: cum sancte matres aut predicando animas/ aut me-
ditando intelligentias pariunt spiritales. In hoc vltimo ge-
nere interdũ exceditur et seceditur etiã a corporeis sensibus
vt sese non sentiat que verbum sentit. Hoc fit cum mens ineffa-
bili verbi illecta dulcedine quodãmodo se sibi furatur/ immo
rapitur atq̃ elabitur a seipsa vt verbo fruat. Aliter sane affici-
tur mens fructificans verbo: aliter fruens verbo. Illic sollici-
tat necessitas proximi/ hic inuitat suauitas verbi. Et quidē le-
ta in prole mater: sed in amplexibus spõsa letior. Cara pigno-
ra filiorum: sed oscula plus delectant. Bonũ est saluare mul-
tos: excedere autē ⁊ cũ verbo esse multo iocundius. At quãdo
hoc/ aut q̃diu hoc? Dulce cõmerciũ/ sed breue momentũ et ex-
perimentum rarum: hoc est qđ supra post alia memini me dixis-
se querere vtiq̃ animam verbum quo fruatur ad iocunditatem.
[M] ¶ Pergat quis forsitan querere a me etiã verbo frui quid sit?
Respondeo. Querat potius expertum a quo id querat. Aut si
⁊ mihi experiri daretur: putas me posse eloqui quod ineffabile
[ij. Cor. v.] est? Audi expertum: siue inquit mente excedimus deo: siue so-
brij sumus vobis/ hoc est. Aliud mihi cũ deo solo arbitro deo.
Aliud vobiscum mihi. Illud licuit experiri/ sed minime lo-
qui: in hoc ita condescendo vobis vt ⁊ ego dicere ⁊ vos cape-
re valeatis. O quisquis curiosus es/ scire quid sit hoc verbo
frui: para illi non aurem/ sed mentem. Non docet hoc lingua
[Mat. x.] sed docet gratia. Absconditur a sapiētibus ⁊ prudentibus et
reuelatur paruulis. Magna fratres/ magna et sublimis virtus
humilitas/ que promeretur quod non docetur digna adipisci
quod non valet addisci: digna a verbo ⁊ de verbo concipere
qđ suis ipsa verbis explicare non potest. Cur hoc? non quia
sit meritum: sed quia sic placitum coram patre verbi sponsi ani-
me iesu christi domini nostri: qui est super omnia deus benedi-
ctus in secula. Amen.

¶ De cautela ⁊ verecundia sponse querentis verbum.
Et de cõmendatione verecũdie. Sermo. lxxxvj.

[N] Non est qđ a me iam queraf cur querat anima ver-
bum: satis superq̃ id intimatũ supra. Age prose-
quamur reliqua presentis capituli: dũtaxat que
ad mores spectant. Ubi primã nunc aduerte spõ-
se verecundiam: qua nescio an quicq̃ grati⁹ ad-
uerti in moribus hominum queat. Hanc primo
omnium libet quodãmodo in manibus sumere et quasi specio-
sum quēdã florem decerpere loco nostrisq̃ apponere adolescē-
tibus. Nõ q̃ nõ sit ⁊ in prouectiori etate omni studio retinen-
da/ que est certe oĩm ornatus etatũ: sed q̃ tenere gratia vere-
cundie in teneriori etate amplius pulchriusq̃ enitescat. Quid
amabilius verecundo adolescente: q̃ pulchra hec ⁊ q̃ splendi-
da gēma morum in vita ⁊ vultu adolescentis q̃ vera et mini-
me dubia bone nuncia spei/ bone indolis index? Uirga disci-
pline est illi q̃ pudēdis affectibus imminēs/ lubrice etatis mo-
tus actusq̃ leues coerceat cõprimat insolentes. Quid ita tur-
piloquij et omnis deinceps turpitudinis fugitans? soror con-
tinentie est. Nullũ eque manifestũ indiciũ colũbine simplicita-
tis: et ideo etiam testis innocentie. Lampas est pudice mētis
iugiter lucens vt nil in ea turpe vel indecorum residere attem-
ptet: quod non illa ilico prodat. Ita expunctrix malorum ⁊
propugnatrix puritatis innate: specialis gloria conscientie
est fame custos/ vite decus/ virtutis sedes/ virtutum primi-
tie nature laus: et insigne totius honesti. Rubor ipse gena-
rum quem forte inuexerit pudor: quantum gratie et decoris
suffuso afferre vultui solet? Usq̃ adeo genuinum animi bonum
verecundia est: vt ⁊ qui male agere non verentur/ videri tamē
[Joan. iij.] verecũdentur/ dicente domino. Omnis qui male agit odit lu-
cem. Sed ⁊ qui dormiunt nocte dormiũt: ⁊ qui ebrij sunt: nocte
ebrij sunt: opera nimirum tenebrarum et digna latebris tene-
bris occultãtes. Interest tñ q̃ occulta dedecoris que verecũ-
dia bonum non habere sed videre erubescit: sponse verecũdia
omnino non operit: sed expulit/ se 1 propelilit. ¶ Idcirco ait se
[O] [Eccli. iiij] plena. Est pudor adducens peccatũ: ⁊ est pudor adducens glo-
riam. Querit spõsa verbum verecunde quidē: quia in lectulo/ q̃
per noctes: sed hec verecundia habet gloriam non peccatum.
Querit hoc ad purificationem ꝯscientie: querit ad testimoniũ
[ij. Cor. j.] vt possit dicere. Gloria mea hec est testimonium ꝯscientie mee.
[Cant. iij.] In lectulo meo per noctes quesiui quē diligit anima mea. Ue-
recundia tibi si aduertis et loco signatur ⁊ tempore. Quid tã
amicum verecundo animo q̃ secretum? Porro secretum ⁊ nox ⁊
[Mat. vj.] lectulus habet. Deniq̃ orare volētes iubemur intrare cubicu-
lum: vtiq̃ secreti gratia. Et id quidem ad cautelã: ne coram orã-
tibus laus humana orationis furetur fructum: frustretur ef-
fectum. Sed doceris nihilominus verecundiam sententia
hac. Quid tam proprium verecundie q̃ ppriás vitare laudes/
vitare iactantiam? Patet q̃ signanter ⁊ ad verecundiã oran-
tibus petere secretũ indixerit pudoris filius ⁊ minister. Quid
tam indecorum maxime adolescenti q̃ ostentatio sanctitatis?
[Treno iij] Cum tamen ab hac potissimũ etate aptum profecto capiatur
temporaneumq̃ religionis exordium. Hieremia dicēte. Bonũ
est homini si portauerit iugũ domini ab adolescētia sua. Bona
[ps. cxviij.] cõmendatio secuture orationis/ si premittas verecundiam di-
[P] cens. Adolescētulus sum ego et cõtēptus: iustificationes tuas
non sum oblitus. ¶ Nec modo locum ⁊ tēpus obseruare opor-
tet eum qui sibi orare voluerit. Tempus feriatum commodius
[Treh. ij.] aptiusq̃/ maxime autem cum pfundum nocturnus sopor in-
dicit silentium: tunc plane liberior exit puriorq̃ oratio. Con-
surge in nocte (inquit) in principio vigiliarum tuarum: ⁊ effunde
sicut aquam cor tuum ante conspectum domini dei tui. Q̃ se-
cura ascendit de nocte oratio/ solo arbitro deo sanctoq̃ an-
gelo: qui illam superno altari suscipit presentandam. Q̃ gra-
ta et lucida verecundo colorata rubore. Q̃ serena et placi-
da nullo interturbata clamore vel strepitu. Q̃ deniq̃ mũda
[Q] atq̃ sincera nullo respersa puluere terrene sollicitudinis: nul-
la aspicientis laude seu adulatione temptata. ¶ Propter hoc
ergo sponsa non minus verecunde q̃ caute: et lectuli secre-
tum petebat et noctis: orare hoc est verbum querere volens.
Unum est enim. Alioquin non recte oras: si orando preter ver-
bum aliquid queras: aut quod propter verbum non queras/
quoniam in ipso sunt oĩa. Ibi remedium vulnerum/ ibi subsi-
dia necessitatum/ ibi resarcitus defectuum: ibi profectuum
copie/ ibi deniq̃ q̃cquid accipere vel habere hoibus expedit/
quicquid decet/ quicquid oportet. Sine causa ergo aliud a
verbo petitur cum ipsum sit omnia. Nam ⁊ si ista temporalia
cum necesse est postulare videmur: si verbũ in causa est: vt quē-
dem dignum est: non vtiq̃ illa sed hoc potius querimus pp̃ter
quod

quod alia postulamus. Norunt hoc qui omnem usum herũ rerum ad promerendũ verbum dirigere consueuerunt. Non pigeat tamen scrutari adhuc secreta lectuli huius et temporis/ si forte in his aliquid lateat spiritale qđ ventre ad mediũ prosit. Et si placet sentire: lectuli quidem nomine humanã figurari infirmitatem: nocturnis autẽ tenebris/ ignorãtiam eque humanã: consequens est et congruũ satis vt dei virtus et dei sapiẽtia verbum/ contra vtrũq; originale malũ instantius requirat. Nempe quid conuenientius quã vt infirmitati virtus: ignorantie sapiẽtia opponatur? Et ne quid simpliciorum cordibus de hac interpretatione resideat dubium: audiant quid super hoc sanctus propheta dicat. Dominus opem ferat illi super lectũ doloris eius: vniuersum stratum eius versasti in infirmitate eius. Atq; id quidem de lectulo. Iam de ignorantie nocte quid manifesti⁹ quã quod in alio idẽtidem loquitur psalmo. Nescierunt neq; intellexerunt: in tenebris ambulant: pro certo exprimens ipsam in qua nati sunt totius humani generis ignorantiam. Ipsa est (vt opinor) cui se beatus apostolus et fatetur natum et gloriatur ereptum dicens. Qui eruit nos de potestate tenebrarum. Unde et dicebat. Non sumus filij noctis neq; tenebrarum. Item ad omnes electos: vt filij (inquit) lucis ambulate.

Ps.xl. — Ps.lxxxj — Collo.j. — Ephe.v.

¶ Deo gratias.

¶ Expliciunt sermones.lxxxvj. beati Bernardi super Cantica: quos morte preuentus non compleuit.

¶ Mellifluí deuotiqꝫ doctoris sancti Bernardi abbatis Clareuallis li-
ber epistolarũ numero . ccclj. in
quo adiuncte sunt his que
prioribꝰ impressionibus
habebant̃. xlj. epistole
ab antiquis Cla-
reuallis origi-
nalibus ex-
prõpte.

✠



Venite ad me omnes.

Miraculum de prima epistola.

FRater Robertus sancti viri monachus et sm carnem propinquus in adolescentia sua quorundam persuasione deceptus: cluniacu[m] sese côtulerat. Uenerabilis autem pater postea[quam] aliquâdiu dissimulauit / eundem fratrem statuit per epistolam reuocare. Quo dictante venerabilis Uuillelmus riuallis postea monasterij primus abbas in membrana scribens/eandem excipiebat epistolâ. Erât autem pariter sub diuo sedentes (ad dictandum quippe secretius septa monasterij egressi fuerant). Subito autem inopinatus ymber erupit, et is qui scribebat (sicut ipso referente didicimus) chartam reponere voluit. Ad quem pater sanct[us] / opus inquit dei est, scribere ne timeas. Scripsit ergo epistolâ in medio ymbre sine ymbre. Cum enim vndiq[ue] plueret/chartâ expositam virtutis operuit charitatis/ et que dictabat epistolâ scedulam quoq[ue] pariter côseruabat. Et hec quidem epistola ob tam grande miraculû in codice epistolarum eius a fratribus non immerito prima est ordinata.

¶ Incipiūt epistole diui Bernardi abbatis.

¶ Epistola prima ad Robertum nepotē suū: q de ordine Cisterciensi transierat ad Cluniacum.

Satis et plusꝙ̄ satis sustinui dilectissime fili Roberte si forte dei pietas ⁊ tuam per se/⁊ meā per te animam dignaretur inuisere: tibi. s. inspirando salutarem cōpunctionē: mihiq̄ de tua salute leticiam. Sed quoniam vsq̄ adhuc frustratum me cerno ab expectatione mea: iā non valeo tegere dolorem meū: anxietatē reprimere/dissimulare tristiciā. Unde ⁊ contra iuris ordinem cogor reuocare lesus/eum qui me lesit: spretus requirere contemptorem: iniuriam passus/iniuriatori satisfacere: rogare deniq̄ a quo rogari debuerā. ¶ Dolor quippe nimi⁹ non deliberat: non verecundatur: non consulit rationem: nō metuit dignitatis damnum: legi non obtemperat: iudicio non acquiescit/modū ignorat ⁊ ordinē: id omnino ⁊ solūmodo satagente animo: quo vel careat qd se dolet habere/vel habeat quo se dolet carere. At inquis nec lesi quēpiam nec spreui/sed spretus potius ego/ac multipharie lesus: tantū fugi malefactorē meū. Cui iniuriā feci: si iniurias fugi? An non expedit cedere persecutori ꝙ̄ resistere: fugere ferientē ꝙ̄ referire? Recte. Assentio. Non vt contenderem cepi hec: sed vt contentionem dirimerem. Fugere persecutionē non est culpa fugientis: sed persequētis. Non contradico. Omitto qd factū est: non requiro cur/vel quō factum est: culpas non discutio: nō retracto causas: non recordor iniurias. Solēt enī hec magis instigare: ꝙ̄ mitigare discordias. Solū qd mihi magis est cordi/loquor. Me miserum q te careo/q te nō video/q sine te viuo: pro quo mori/mihi viuere est: sine quo viuere/mori. Non igitur quero cur abieris: sed q iā non redieris/q̄ror. Nō causas discessionis/sed moras causor regressionis. Ueni tm̄ ⁊ pax erit. Reuertere ⁊ satisfactū est. Redi inquā redi: ⁊ letus cantabo. Mortuus fuerat ⁊ reuixit perierat ⁊ inuentus est. ¶ Fuerit certe mee culpe q discessisti: delicato quippe adolescentulo austerus extiterā: ⁊ tenerum durus nimis inhumane tractaui. Hinc enī ⁊ presens quondam aduersum me (quantū memini) murmurare solebas: hinc ⁊ nunc sicut audiui etiam absenti derogare nō cessas. Non tibi imputetur. Possem forsitan excusare ⁊ dicere: qꝛ sic lasciui pueritie motus coercendi erant: ac rudibus annis debebant aspera illa discipline districtioris initia: scriptura attestāte q̄ ait. Percute filiū tuū virga: ⁊ liberabis aīam eius a morte. Et rursum. Quos enim diligit dn̄s corripit: flagellat aūt oēm filiū quem recipit. Et illud. Meliora sunt verbera amici: ꝙ̄ oscula inimici. Sed fuerit (vt dixi) mee culpe qd discessisti: ne dū de reatus perpetratione contendit: emēdatio retardetur. At ꝓ hinc procuidubio incipiet esse ⁊ tue: si non parcas penitenti/indulgeas confitenti: qꝛ potui quidē aliqñ in aliquibus fuisse erga te indiscretus: sed certe non maliuolus. Et si ⁊ in futuro hanc ipsam indiscretionem meā suspectā habes: noueris me iam nō esse qui fuerā: qꝛ nec te puto fore qui fuisti. Mutatus mutatū inuenies: ⁊ quē ante metuebas magistrū: comitem amplectere securus. Itaq̄ siue mea culpa recesseris (vt tu putas/⁊ ego non excuso) siue tua (vt multi putāt/⁊ si ego nō accuso) siue mea simul ⁊ tua (qd ego magis puto) ex hoc iam si redire renueris: solus ꝑfecto inexcusabilis eris. ¶ Uis ab oī culpa liber esse? Reuertere. Si tuā agnoscis: ignosco. Ignosce ⁊ tu mihi: vbi meam agnosco. Alioquin aut tibi nimis indulges/qui tuā culpam ⁊ agnoscis ⁊ dissimulas: aut mihi nimis immisericors es/cui nec satisfacienti ignoscendū putas. Iam si redire recusas: aliam quere occasionem vnde falso blandiaris cōscientie tue: qꝛ non erit vltra quod formidare debeas de rigore districtionis mee. Neq̄ enim formidandum est q futurus sim presenti formidolosus: cui adhuc absenti iā toto sum corpore ꝓstratus: totis astrictus visceribus. Humilitatem exhibeo: charitatem ꝓmitto: ⁊ tu times? Intrepidus veni: quo te vocat humilitas: pertrahit charitas. Securus accede: talibus preuentus obsidibus. Fugisti seuū: reuertere ad mansuetū. Reuocet te mea lenitas: cui⁹ seueritas effugauit. Uide fili quo te cupiam duci: non spiritu seruitutis iterum in timore/sed spiritu adoptionis filiorū: in quo clamare ⁊ tu nō cōfundaris abba pater: causam vtiq̄ tanti doloris mei non minis apud te/sed blandimentis/precibus: non terroribus agens. Alius forsitan aliter temptaret. Et vere quis alius non magis discuteret reatum: ⁊ incuteret metum: non opponeret votū/et ꝓponeret iudicium: non argueret inobedientie non indignaretur apostasie ꝙ de tunicis ad pellicias: de oleribus ad delicias: q deniq̄ ad diuitias de paupertate transieris? Sed ego noui animum tuū: qui facili⁹ possit amore flecti/ꝙ̄ timore compelli. Deniq̄ quid necesse est bis pungere non recalcitrantem: valde timiduꝫ magis exterrere: per se satis erubescentem confundere amplius: cui sua ratio magister/cui propria conscientia virga/⁊ ingenita verecundia lex discipline est? ¶ Et si cui mirū videtur/quomō puer verecūdus/simplex/timoratus/ausus fuerit contra voluntatem fratrum/magistri imperium/regulare decretuꝫ/suum deserere ⁊ votum ⁊ locum. Mirer etiam q ⁊ dauid sanctitati subreptum sit: q sapientie salomonis illusum/q samson fortitudini obuiatum. Qui prothoplastum dolo captū expulit de patria felicitatis: quid mirū si tenero subripuit adolescentulo in loco horroris ⁊ vaste solitudinis? Huc accedit quod nec sicut illos babylonicos senes: species decepit/eū: nec sicut giezi pecunie amor: nec honoris ambitio/sicut iulianum apostatam: sed fefellit illum sanctitas/seduxit religio/perdidit auctoritas seniorū. Queris quomodo? Primo quidem missus est magnus quidam prior ab ipso principe priorum: foris quidem apparens in vestimentis ouium: intrinsecus autem lupus rapax. Deceptisq̄ custodibus/estimātibus quippe ouem esse: ve ve admissus est solus ad solam lupus ad ouiculam. Nec refugit ouicula lupum: quem ⁊ ipsa putabat ouem. Quid plura? attrahit/allicit/blanditur/⁊ noui euangelij predicator: commendat crapulam parcimoniam damnat: voluntariam paupertatem miseriam dicit. Ieiunia/vigilias/silentium/manuumq̄ laborem vocat insaniam. E contra: ociositatem/contemplationem nuncupat: edacitatē/loquacitatem/curiositatem: cunctam deniq̄ intemperantiā nominat discretionem. Quādo inquit delectatur deus cruciatib⁹ nostris? Ubi precipit scriptura quēpiam sese interficere? Qualis vero religio est fodere terram: siluam excidere/stercora cōportare? Nunquid non sententia veritatis est: misericordiaꝫ volo ⁊ nō sacrificiū? Et nolo mortē peccatoris: sed magis vt conuertatur ⁊ viuat. Et beati misericordes: quoniam ipsi misericordiam consequent. Ut quid vero deus cibos creauit: si nō liceat manducare? Ut quid nobis corpora dedit si prohibeat sustentare? Deniq̄ qui sibi neq̄: cui bonus? Quis vnq̄ sanū sapiēs carnem suam odio habuit? Talibus tandem allegationibus male credulus puer circūuentus seducitur: seductorem sequitur: cluniacū ducitur/tōdetur/raditur/lauat/exuitur/rusticanis/vetustis/sordidis/induitur preciosis: nouis ac nitidis: ⁊ ita in conuentum suscipitur. Sed cū quali putas honore? Cum quo triūpho? Cum quanta reuerentia? Defertur ei super omnes coetaneos suos: ⁊ tanq̄ victor rediens a pugna: sic laudatur peccator in desiderijs anime sue. Sustollit in altum: statu non mediocri collocatur: ita vt multis senioribus prelatus sit adolescēs: fauet/blandit/congratulatur ei vniuersa fraternitas: exultāt omnes tanq̄ victores capta preda qñ diuidūt spolia. O iesu bone: ꝙ̄ multa facta sunt pro vnius animule perditiōe. Cuius ad hec ꝙ̄tum libet robustum pectus non emollesceret? Cuius interior quātumuis spiritualis oculus non turbaretur? Cui inter talia: ad suā liceat recurrere ꝯscientiā? Quis deniq̄ in tāta pōpa vel veritatem valeat agnoscere: vel obtinere humilitatem? ¶ Mittitur interea ꝓ eo romā: apostolica cōpellat auctoritas: et vt papa non neget assensum: suggeritur ei infantē olim a parentibus oblatum fuisse monasterio. Nō fuit qui refelleret: nec enim contradictor est expectat⁹: iudicatū est de parte: abiudicatum absentibus. Iustificati sunt qui iniuriā fecerūt excidesrunt a causa qui passi sunt: absq̄ satisfactione soluitur reus: firmatur priuilegio crudeli: nimiū clemēs sentētia absolutionis: quo reportato ꝯfirmaret fluctuāti male suasa stabilitas: securitas dubitāti. Et hic tenor litterarū: hec iudicij summa hec toti⁹ cause diffinitio/vt teneāt q̄ tulerūt sileāt q̄ amiserūt. Inter hec aūt perit aīa ꝓ qua xp̄s mortu⁹ est: ⁊ hoc qꝛ cluniacēses voluīt. Fit ꝓfessio sup ꝓfessionē: vouetur qd nō soluet: ꝓponit qd non tenebit. Et cū primū pactū irritū factū sit: in scdo geminat preuaricatio: ⁊ fit supra modū peccās pctm̄. Ueniet veniet q̄ male iudicata reiudicabit illicite iurata ꝯfutabit: q̄ faciet iudiciū iniuriā patiētibus: qui iudicabit in iusticia pauperes: ⁊ arguet in equitate pro māsuetis terre. ¶ Ueniet pro certo q̄ per ꝓphetam minat in psalmo dicens. Cū accepero tēpus: ego iusticias iudicabo. Quid faciet de iniustis iudicijs: qui ipas quoq̄ iusticias iudicabit? Ueniet inq̄/veniet dies iudicij: vbi pl⁹ valebūt pura corda: ꝙ̄ astuta verba. ⁊ ꝯsciētia bona/ꝙ̄ marsupia plena: qñquidē iudex ille nec fallet verbis nec flectet donis. Tuū dn̄e iesu tribunal appello: tuo me iudicio seruo: tibi committo causam meā. Dn̄e deus sabaoth qui iudicas iuste ⁊ probas renes ⁊ corda: cuius oculi sicut fallere nolunt/ita falli nō possunt: tu vides/qui tua: vides/qui querūt ⁊ sua. Tu nosti quibus ei visceribus in cunctis tentationibus suis semper affuerim: q̄tis ꝓ eo gemitib⁹ aures tue pietatis pulsauerim: qualiter ad queq̄ illi⁹

Luce.xv. B Prouer.xxiij. Heb.xij. Prouer.xxvij. C D Matt.ix. Eze.xxxiij. Mat.v. Eccl.xiiij. Psal.ix. Esa.ix. E Ps.cxlv. F Esa.xi. Ps.lxxiiij.

scandala: perturbationes: molestias ego videbar/ torquebar/ affligebar. Et nũc timeo ne frustra. Puto enim q̃tũ expert⁹ sum: adolescẽtis per se satis feruentis ꝛ insolescẽtis nec corpori talia expedire fomenta: nec menti illa glorie tentamẽta. Itaq₃ arbiter meus dñe iesu: de vultu tuo iudiciũ meum prodeat: oculi tui videant equitatem. Videant ꝛ iudicent quid poti⁹ stare debuerit: an votũ patris de filio: an filii de seipso: presertim cũ filius aliquid maius deuouerit. ¶ Videat ꝛ famulus tu⁹ legislator noster Benedictus: quid regulari⁹ fuerit: verũ quod factũ est de infantulo nesciente ipso: an quod ipse per se postmodum prudens ꝛ sciens fecit: cũ iam etatem haberet vt de se loqueretur. Et q̃ dubiũ non sit promissum illum fuisse/ non donatum. Nec enim petitio quam regula precipit pro eo facta fuit a parentibus: nec man⁹ illius cũ ipsa petitione inuoluta palla altaris: et sic offerret coram testibus. Ostenditur deinde terra: que cum illo ꝛ pro illo dicitur data fuisse. Sed si cum terra eum receperunt: cur non ꝛ cum terra eum retinuerũt? An forte requirebãt magis datũ q̃ fructum: ꝛ pluris estimata est terra q̃ aia? Alioquin oblatus monasterio: quid querebat in seculo? Nutriẽdus deo: cur expositus erat diabolo? Ouis christi: cur iuẽta est pa tere morsib⁹ lupi? De seculo quippe: nõ de cluniaco: te teste roberte venisti cistercium. Quesisti/ petisti/ pulsasti: sꝫ tui adhuc teneritudine te licet inuito: dilatus es per biẽniũ. Quo tpe pariter expleto: ꝛ absq₃ calũnia: tuis demũ precibus: multisq₃ si meministi lachrimis: diu expectatã impetrasti misericordiam: ꝛ quem satis desideraueras ingressum: obtinuisti. Post hec per annũ iuxta regulam in omni patientia probatus: perseueranter et sine querela conuersatus: post annũ sponte professus: tũc primum seculari veste reiecta: religiõis habitum suscepisti. O insensate puer quis te fascinauit non soluere vota tua: que distinxerunt labia tua? An non vel ex ore tuo iustificaberis vel ex ore tuo condemnaberis? Quid de parentis voto sollicit⁹ es/ negligens tui: cum ex ore tuo non illius habeas iudicari tuorũ non illius vota labiorum exigendus sis? ¶ Et quid tibi frustra quispiam blandit de absolutione apostolica cuius conscientiam diuina ligatam tenet sententia? Nemo inquit mittẽs manũ suam ad aratrum ꝛ respiciens retro aptus est regno dei. Nunquid et hoc persuadebunt non esse retro respicere qui dicunt tibi euge euge? Filiole: si te lactauerint peccatores ne acquiescas eis. Noli credere oĩ spũi. Sint tibi multi necessarii: vnus aũt sit tibi consiliarius de mille. Tolle occasiones: respue blandimenta: adulationibus claude aures: te interroga de te: q2 tu te melius nosti q̃ alius. Attende cor tuum: discute intentiones: consule veritatem: tua tibi conscientia respõdeat: cur abieris: cur ordinẽ tuũ cur fres: cur locũ cur me: q̃ et tibi ppinqu⁹ carne: ꝛ ppinquior spiritu sum deserueris. Si vt arti⁹: vt rectius/ vt pfecti⁹ viueres: securus esto: q2 non retro aspexisti: sꝫ gliare cũ apostolo dicẽs: Que retro oblitus/ ꝛ ad ea que ãte sunt extent⁹: sequor ad palmam glie. Sin alr: noli altũ sapere/ sed time: q2 (vt cũ venia tui dixerim) quicq̃d tibi ampli⁹ indulges in victu: vestituq₃ superfluo: in verbis ociosis: in vagatione licẽtiosa ꝛ curiosa: quã videlicet promisisti: quã apud nos tenuisti: hoc proculdubio retro aspicere est: puaricari est: apostatare est. Et hec dico fili nõ vt te cõfundã/ sed vt tanq̃ filiũ charissimũ moneam: q2 ꝛ si multos habeas in christo pedagogos: sed nõ multos patres. Nam si dignaris: ꝛ verbo ꝛ exẽplo meo in religionẽ ego te genui. Nutriui deinde lacte qd solũ adhuc paruus capere poteras: datur⁹ et panẽ: si expectares vt grandesceres. Sed heu q̃ preprope re et intẽpestiue ablactatus es. Et vereor ne totũ qd fouerã blandimentis: roborauerã adhortationibus orationibus solidaueram: iamiãq₃ euanescat/ deficiat/ pereat/ ꝛ lugeã miser non tam cassũ laboris damnũ/ q̃ dãnate sobolis miserabilẽ casum. Placet ne tibi q̃ alius nũc glorietur de te/ qui nihil vtiq₃ laborauit in te? Simile mihi contingit qđ illi meretrici apud salomonẽ: cui videlicet paruulus suus ab altera q̃ suũ a se oppressũ extinxerat: furtim sublatus est. Tu quoq₃ de sinu mihi ꝛ vtero abscissus es. Ablatum gemo: repeto violenter euulsum. Non possum obliuisci viscera mea. Quoꝝ nimirũ parte detracta non modica: non potest nisi torqueri pars reliqua. Verũtamẽ quo tuo cõmodo: qua tui necessitate hoc nobis moliti sunt amici nři: quorum manus sanguine plene sunt: quoꝝ animã meã pertransiuit gladius: quoꝝ dentes arma ꝛ sagitte/ ꝛ lingua eoꝝ gladi⁹ acutus. Nam vtiq₃ mihi si in aliquo vnq̃ eos offenderã quod vtiq₃ mihi conscius non sum plenam prorsus rependere vicẽ. Miruꝫ vero si non plus ratione recepi: si videlicet tale aliquid in eos deliquisse potui/ quale nũc ab eis pertuli. Nam vt verũ fatear: non os de ossib⁹ meis: vel carnẽ de carne mea: sꝫ tulerunt mihi gaudiũ cordis mei: fructũ spũs mei: coronã spei mee: ꝛ velut mihi sentire videor anime mee dimidiũ. At quid hoc? Forte misereti sunt tui: ꝛ ceco cecũ ducẽti idignãtes: ne perires post me: i suũ transtulere ducatũ. O molesta charitas: o dura necessitudo.

Tantũ tuã dilexere salutẽ: vt in meã impingerent. Nisi me periclitante: tu saluari non poteras? Et vtinam ipsi te absq₃ me saluent. Utinam ꝛ si ego moriar: vel tu viuas. ¶ Sed quid? Salus ergo magis in cultu vestium: ꝛ ciboꝝ est opulentia: q̃ in sobrio victu vestituq₃ moderato? Si pellicie lenes et calide: si panni subtiles ꝛ preciosi: si longe manice: ꝛ amplũ capuciũ: si opertoriũ siluestre: ꝛ molle stamineũ sanctũ faciũt: quid moror ꝛ ego q̃ te non sequor? Sed hec infirmantiũ sunt fomenta: non arma pugnantiũ. Ecce enim qui mollibus vestiuntur/ in domibus regum sunt. Vinũ ꝛ simila/ mulsuꝫ ꝛ pinguia corpori militant: nõ spiritui. Frixuris non anima saginatur: sed caro. Multi in egypto fratres: multo tempore deo sine piscibus seruierũt. Piper/ zinziber/ cyminũ/ saluia/ ꝛ mille huiusmodi species salsamentorum: palatũ quidẽ delectant: sed libidinẽ accendũt. Et tu mihi in his securitatem pones: tu cum huiusmodi tutaꝫ duces adolescentiam? Prudenter sobrieq₃ conuersanti/ satis est ad omne condimentũ sal cum fame. Qua sola non expectata: necesse est alias atq₃ alias de nescio quibus succis extraneis confici permixtiones que videlicet palatũ reparent: gulam prouocent: excitent appetituꝫ. ¶ Sed quid faciet inquis: qui aliud non põt. Bene. Scio quia delicatus es: ꝛ q̃ his assuetus modo duriora non possis: sed quid si potes facere vt possis? Queris quomodo. Surge/ precingere tolle ociũ/ exere vires: moue brachia: cõplosas explica manus/ exercitare in aliquo: statim senties solũ te appetere que famẽ tollant: non fauces demulceant. Reddet quippe sapores rebus exercitiuꝫ: quos tulit inertia: multa que respuis ociosus: post laborem sumes cuꝫ desiderio. Siquidem ocium parit fastidiũ: exercitiũ famẽ. Fames autem miro modo dulcia reddit que fastidiuꝫ facit insipida. Olus/ faba/ pultes/ panisq₃ cibari⁹ cũ aqua: desidẽti quidẽ fastidio sunt: sꝫ exercitato magne videnẽ delicie. Iã forte tunicis dissuet⁹ exhorres nimiꝫ eas: tã ppt hyemis frig⁹ q̃ ppt estatis ardorem. Sed nũquid legisti: Qui timet pruinam veniet super eũ nix? Vigilias times et ieiunia: manuũq₃ laborem. Sꝫ hec leuia sunt: meditanti flãmas perpetuas. Recordatio deinde tenebrarum exterioꝝ facit non horrere solitudinem. Si futuram cogitas de verbis ociosis discussionem: non valde displicebit silentiũ. Fletus etern⁹ et stridor ille dẽtiũ ante cordis oculos reduct⁹: pares tibi reddet mattam ꝛ culcitrã. Denique si totũ de nocte quod regula precipit bene ad psalmos vigilaueris nimis durus erit lect⁹ quo quiete non dormias. Si tantũ in die q̃tũ professus es manib⁹ laboraueris: durus erit cibus quẽ libẽter nõ comedas. ¶ Surge miles christi surge: excutere de puluere/ reuertere ad prelium vnde fugisti: fortius post fugã preliaturus gloriosius triũphaturus. Habet quidem christ⁹ multos milites: qui fortissime ceperunt/ steterunt/ vicerunt: paucos autem qui de fuga conuersi rursus se periculo ingesserint quod declinauerant: rursus fugarint hostes quos fugiebant. Et quia omne rarũ preciosum: gaudeo te de illis posse esse qui quanto rariores/ tanto apparebũt gloriosiores. Alias aũt si multuꝫ timidus es: cur vel times vbi non est timor: non autem times vbi magis est timẽdũ? An quia fugisti ex acie: putas te manus hostiũ euasisse? Libenti⁹ te insequitur aduersarius fugientem/ q̃ sustineat repugnantẽ: ꝛ audacius insistit a tergo q̃ resistat in faciem. Securus nũc proiectis armis: capis matutinos somnos: cũ illa hora christus resurrexerit: ꝛ ignoras q̃ exarmatus ꝛ tu timidior: ꝛ hostibus minus timendus sis? Armatorũ multitudo circũuallauerunt domum: ꝛ tu dormis? Iam ascendũt aggerem: iam dissipant sepẽ: iam irruũt p posticũ. Tuti⁹ ne est ergo tibi vt te inueniant solũ q̃ cũ aliis: nudũ in lectulo q̃ armatũ in campo? Expergiscere/ sume arma: et fuge ad commilitones tuos quos fugiens deserueras: vt qui te ab eis disiunxerat/ ipse te denuo timor iungat. Quid armoꝝ refugis pondus ꝛ asperitatẽ delicate miles? Aduersarius instans ꝛ circũuolantia spicula facient clipeum non esse oneri: loricam non sentiri vel galeam. Et quidem subito procedenti de vmbra ad solem: de ocio ad laborem graue cernitur omne quod incipit. Sed postq̃ ab his dissuescere/ et ad illa se paulisper assuescere ceperit/ vius tollit difficultatẽ: inueniq₃ facile esse quod impossibile ante putauit. Solent etiaꝫ fortissimi milites/ audita buccina ante cõgressum trepidare. At vbi ad prelium ventũ fuerit: spes victorie ꝛ timor ne vincantur reddit intrepidos. Quid vero tu trepidas: quem fratrũ vnanimitas armatorum circũmuniet: cui angeli assistent a latere: quẽ dux belli christus preibit: suos animans victoriam/ ꝛ dicens: confidite ego vici mundũ. Si christus pro nobis quis contra nos? Securus potes pugnare vbi securus es de victoria. ¶ O vere tuta pro christo ꝛ cum christo pugna: in qua nec vulneratus/ nec prostratus/ nec conculcat⁹ nec millies si fieri possit occisus fraudaberis a victoria: tantum ne fugias. Sola causa qua perdere possis victoriam fuga est. Fugiendo potes illam amittere moriendo non potes: et beatus si pugnando moriaris: quia mortuus/ mox

tuus/mox coronaberis. Ve autem si declinando pugnam: perdis ⁊ victoriam simul ⁊ coronam. Quod ipse auertat a te fili dilectissime: qui in iudicio de his meis litteris maiorem tibi habet inferre dãnationẽ: si nullã ex eis i te repererit emẽdationẽ.

¶ Ad fulconem puerum postea lingonensem archidiaconum. Epistola secunda.

BOne indolis adolescenti Fulconi: frater bernardus peccator: inde letari in adolescentia vñ in senectute non peniteat. Non miror si mireris: s; miror si non mireris: vnde mihi ad te scribere vellẽ ciuẽ rusticus scolasticũ monachus cũ nulla hinc tibi occasio necessaria occurrat: nulla se ratio patens ostendat. At si attenderis quod scriptũ legis: sapientib⁹ et insipientibus debitor sum/ et illud: charitas non querit que sua sunt: forsitan intelliges quicquid illa iusserit nõ esset p̃sumptum. Charitas eñ ad te obiurgandũ me cõpulit: que tibi condolet quãuis non dolenti/ que tibi miseretur licet non miserabili. Et inde magis dolet: q̃ cum sis dolendus non doles: ⁊ inde magis miseretur: q̃ cũ miser sis/ miserabilis nõ es. Nec frustra forsitan tibi compatitur/ dũmodo patienter tu audias vñ compatiatur. Vult te tuũ sentire dolorem: vt iam non habeas vnde dolere. vult te tuã scire miseriã/ vt incipias miser non esse. ¶ O bona mater charitas: que siue foueat infirmos: siue exerceat prouectos: siue arguat inquietos diuersis diuersa exhibens: sicut filios diligit vniuersos. Cũ te arguit mitis est: cũ blãditur simplex est. Pie solet seuire/ sine dolo mulcere: patienter nouit irasci/ humiliter indignari. Ipsa est que hominũ mater ⁊ angelorum: non solũ que in terris: sed etiam que in celo sunt pacificauit. Ipsa est que deũ homini placans hominem: deo reconciliauit. Ipsa est mi fulco: que fratres illos cũ quibus olim dulces capiebas cibos: habitare facit vnius moris in domo. Hec talis tanq̃ honorabilis mater: a te se q̃ritur offensam/ expostulat lesam. Lesa tamen non prouocat: sed spreta te reuocat: ostẽdens tibi in te de se veraciter scriptũ esse. Charitas patiẽs est: benigna est. Licet lesa: licet offensa/ si conuersus fueris ad illã: obuiabit tibi quasi mater honorificata. Contẽptus oblita sui ruet in amplexũ tui: gaudens quem perdiderat esse inuentum: qui mortuus fuerat viuum. Sed in quo inquis lesi: in quo contẽpsi? Audi. In eo proculdubio: q̃ te quẽ sinu suo lacte nutriẽdum materno susceperat: ante tempus ablactasti: q̃ expertã lactis dulcedinez in quo posses crescere in salutem/ tam leuiter/ tam celeriter exsufflasti. ¶ O puer isensate. O puer magis sensu q̃ etate: quis te fascinauit a bene incepto itinere tam cito discedere? Auunculus inquies. Sic adam quondam vxorem/ vxor serpentem ad excusandas excusationes in peccatis pretẽdebant. Vterq; tamen sue culpe dignam excepit sententiã. Nolo decanũ accuses: nolo te per illuz excuses. Inexcusabilis eñ es: Illius culpa: tuam non excusat. Quidnam ille fecit? Nunquid te rapuit: nũquid vim intulit? Rogauit: non ligauit. Blãdiendo attraxit: non violenter traxit. Quis te cogebat credere blandienti assentire attrahẽti? Ille sua nondũ reliquerat: quid mirum si te qui suus eras requirebat? Si agnũ de grege: vitulum de armento cuz perdit requirit: ⁊ nemo causatur/ te quoq; qui multis ouibus vel vitulis apud eũ pluris es: ademptum si repetit quis inde miretur? Siquidem non vsurpat illam sibi p̃fectionẽ de qua dicitur. Si quis abstulerit tua: ne repetas. Repetebat ergo suũ: qui sua adhuc tenebat. At tu qui iam seculũ spreueras: secularem sequi debebas? Fugit ouis tremebunda: veniente lupo. Abscondit se colũba tremens: accipitre viso. De cauernula sua mus esuriens exire non audet: ambiẽte cato. Et tu cum videbas furem currebas cũ eo? Nam quid aliud q̃ furem dixerim: qui preciosam christi margaritã id est animã tuaz furari non dubitauerit? Volebam si possem illius errorem dissimulare: ne odiũ ⁊ nullum fructũ consequerer ex veritate. Sed non potui fateor intactũ transire: quãuis ad hanc diem cõperi spiritui sancto pro viribus restitisse. Nam qui manum non retinet a malo quod potest: licet quandoq; frustretur effectus/ non minus culpatur affectus. In me certe feruorem nouitiũ extinguere voluit sed deo gr̃as non valuit. Alteri quoq; nepoti suo Guirrico cognato tuo multũ restitit. Sed quid nocuit? Immo plurimũ profuit. Destitit inuitus tandẽ senex auũculus a persecutione: extitit inuictus puer nepos: gloriosior de tentatiõe. Sed heu quomodo te vicit qui illũ vincere nõ potest? Aut quomodo qui te vicit: ab illo superat⁹ est? Nunquid te fortior ille? Nunquid prudentior? Certe qui antea vtrũq; nouerant Guirrico fulconem preferebant. At postq̃ ventũ est ad bellũ: exitus indicauit hominũ errasse iudiciũ. Ibi proh pudor fugit qui preferebatur: vbi fortiter vicit qui inferior credebatur. ¶ Sed q̃d de auũculi dicaz malicia qui a christi milicia retrahit nepotes suos: vt secum trahat ad inferos? Ita ne solet beare amicos? Quos christus vocat secũ in eternũ mansuros: auũculus reuocat secũ in eternũ arsuros. Miror si iam christus ei non irascit: et dicat. Quotiens volui congregare nepotes tuos quẽadmodum gallina congregat pullos suos sub alas: et noluisti? Ecce relinquetur tibi domus tua deserta. Christus dicit. Sinite paruulos venire ad me: talium enim est regnũ celor̃. Auunculus ait. Sinite nepotes meos vt ardeant mecũ. Christ⁹ dicit mei sunt: mihi debent seruire: sed oportet inquit auũculus eos mecũ perire. Christ⁹ dicit mei sunt: ego illos redemi/ sed ego inq̃t auũculus eos nutriui. Tu quidem ait christus illos nutristi sed pane meo non tuo: ego p̃o redemi non sanguine tuo/ sed meo. Sic carnalis auunculus contra patrez spirituũ pro nepotibus certat: quos dum bonis cupit onerare terrenis/ celestibus exheredat. Christus tamen non rapinaz arbitratus si suos quos fecit et redemit sanguine proprio ad se veniẽtes collegerit: iuxta q̃d ante promiserat: ⁊ eum qui venit ad me non eijciã foras. Fulconi primo pulsanti letus apparuit: letis amplexibus letum excepit. Quid plura? Veterẽ hominẽ exuitur ⁊ nouũ induit: quodq; solo nomine extiterat moribus ⁊ vita canonicuz profitetur. Fama volat/ bonus odor christo: rei nouitas circũquaq; diffusa: peruenit ad aures auunculi. ¶ Quid ergo faceret carnalis nutricius qui carnis quam nutrierat quã carnaliter amabat solatium perdebat? Et si alijs fuit res illa odor vite ad vitam: s; non illi. Quare? q̃ animalis homo non percipit ea que sunt spiritus dei. Stultitia enim illi videtur. Nam si spiritũ christi haberet/ non tam de carne doleret: q̃ gauderet de spiritu. Sed q̃ terrena non que sursum sunt sapiebat: turbat⁹ ⁊ tristis tale aliquid secum voluebat. Quid audio? Ve mihi: a quanta spe cecidi? Sed quid? Debet ne stare quicquid absq; meo cõsilio: absq; mea licentia fecerit? Quod ius/ que lex/ que iusticia/ que ratio vt quem exvtero nutriendũ suscepi: alius fruatur adulto? Iam caput aspersus canis. Heu vite mee reliquũ expendam cũ merore: q̃ me deseruit baculus senectutis mee. Heu mihi. Si hac nocte expetitur a me anima mea: que paraui cuius erunt? Promptuaria mea plena eructantia ex hoc in illud: oues mee fetose abundantes in egressibus suis: boues mee crasse cui remanebunt? Predia/ prata domus argẽtea vasa ⁊ aurea: cui cõgregata sunt? Ditiores quosq; ac questuosiores ecclesie mee honores acquisieram mihi: reliquos ⁊ si non licebat habere: spe tamẽ in fulcone tenebam. Quid igitur faciam? Propter illuz vnum: tot et tanta perdam? Nã quicquid sine illo possiderim: amisisse me iudico. Quin potius ⁊ ista retinebo: et illum reuocabo si potero. Sed quomodo? Factũ est: auditũ est. Quod factũ est nõ põt non fieri: quod auditũ est celatũ esse nõ poterit. Fulco canonicus est regularis: si reuertitur ad seculũ? notabilis erit ⁊ infamis: sed tolerabili⁹ est hec audire de illo/ q̃ viuere sine illo. Cedat ergo nunc honestas vtilitati: pudor necessitudini. Malo nõ parcere verecũdie pueri: q̃ miserabili subiacere tristicie. Acq̃escẽs itaq; consilio carnis/ rationis oblitus ⁊ legis/ tanq̃ leo paratus ad predam: ⁊ sicut leena rapto catulo rapiens ⁊ rugiens sacra non veritus: sanctor̃ irrupit habitaculũ/ in quo tirũculũ suũ christus absconderat a cõtradictione linguarũ: postmoduz ammixturus consortio angelorũ. Querit ac flagitat reddi sibi nepotem suũ: queritur ⁊ clamat iniuste se ab illo relictũ: christo reclamante ⁊ dicente. Quid agis miser? Quid furis. Quid me persequeris? Non sufficit tibi q̃ tuam: tuoq; exemplo multorũ mihi animas tuleris: si nõ etiam hunc ausu sacrilego rapias de manu mea? Non times tu futurũ iudiciũ. An contẽnis terrorẽ meũ? Cui hoc facis. Cui bellũ indicis. Terribili vtiq; ⁊ ei qui aufert spiritũ principũ. Insane redi ad cor tuũ. Memorare nouissima tua: ⁊ non peccabis. Memorare que tua substantia ⁊ viliter timebis. ¶ Et tu puer inquit: si assenseris si acquieueris/ morte morieris. Memento vxoris loth de sodoma quidem electe: quia deo credidit: sed in via mutate: quia retro aspexit. Disce in euangelio q̃ non liceat retro aspicere: ei qui semel manũ ad aratrũ misit. Auũculus tuus querit animã tuã: qui iam perdidit suã. Verba oris eius: iniquitas et dolus. Noli intelligere fili mi vt male agas: noli intendere in vanitates ⁊ insanias falsas. Ecce in via qua ambulas abscõdit laqueos: tendit rhetia. Molliti sunt sermones eius super oleũ: ⁊ ipsi sunt iacula. Vide fili mi ne rapiaris a labijs iniquis ⁊ a lingua dolosa. Confiagat carnes tuas diuinus timor: ne te decipiat carnalis amor. Blãditur: sed sub lingua eius labor ⁊ dolor. Lachrymatur: sed insidiatur. Insidiatur vt rapiat pauperem: rapere pauperẽ dũ attrahit eũ. Caue inquaz fili mi: ne acquiescas carni ⁊ sanguini: nam gladius meus deuorabit carnes. Spne blandimenta: contenne promissiones. Promittit magna: sed ego maiora. Offert plura: sed ego plurima. Dimittes ergo pro terrenis celestia pro temporalib⁹ eterna? Alioquin oportet te soluere vota tua: que distinxerunt labia tua. Iuste exigitur ad soluendũ qui non cogitur ad vouendũ. Nã ⁊ si cũ pulsares non repulit: tamen vt in=

Marginal references (left column): Rom. i. — i. Cor. xiij — A — i. Cor. xiij — Luce. xv. — B — Gen. iij. — Luce. vi. — Ps. xlix. — C

Marginal references (right column): Matth. xxviij. — Mat. xix. — Apo. v. — D — i. Cor. ij. — ps. cxliij. — Ps. xvi. — ps. xxx. — Actuũ. ix — ps. lxxv. — Eccl. vij. — E — Gen. xix. — Luce. ix. — ps. xxxv. — ps. liiij. — ps. ix. — Ibide. n. — Gal. i. — Deut. xxxij. — ps. lxv.

trares non compuli. Non licet ergo dimittere: quod sponte pmisisti. Nõ est fas requirere: q̄ per te dimisisti. En vtrūq̃ vestrū premoneo: vtriq̃ salubriter consulo. Tu inq̄ ad auūculū: regularē ne reducas ad seculū: quia si reducis/ seducis quē apostatare facis. Tu regularis: secularem ne sequaris: quia si illū sequeris me persequeris: cui de teipso iniuriā facis. Tu si seduxeris animā pro qua mortuus sum: crucis mee te cōstituis inimicū. (Mat. xii.) Qui em̄ nō colligit mecū dispergit. Et tomagis qui collectos dispergit. Tu vero si et consentis: a me dissentis/ quia q̄ non est mecū contra me est. Et tomagis qui mecū fuit: si me deserit/ contra me est. Tu si circūuenis paruulū qui ad me venit: seductor ac sacrilegus iudicaberis. Tu vero si quod edificaueras iterū destruis: preuaricatorē te constituis. Ambos vos necesse est meo iudicio presentari: ambos assistere meo tribunali. alter de propria preuaricatione: alter de alterius seductiōe iudicabitur. Et vnde alter in iniquitate sua morietur: inde mortis sanguis de manu alteri⁹ requiretur. Hec & his similia veriusq̃ teste conscientia: vtriq̃ christe inuisibiliter/ sed terribiliter intonabas: his sacris monitis āboꝝ mentes pie terrendo pulsabas. (Ps. lvii.) Quis ad hec non timeret: timēdo respiceret/ nisi q̄ more aspidis surde & obturantis aures suas. vocem venefici incantātis sapiēter: aut nō audiret/ aut se audire dissimularet. (F) ¶ Sz vsq̃quo iam satis vel nimis longā protrahimus epistolam: duz inuiti loquimur rem silentio dignā? Cur tantis circuitionibus ad veritatem ambimus: dum pudenda reuelare timemus? Dicam tamen/ dicam cū pudore: quod multis cognitū/ occultare et si volo non valeo. Sed quare cū pudore? Ut quid me scribere pudeat: quod illos non puduit facere. Si pudeat audire qđ impudenter egerūt: non pudeat emendare quod libenter non audiunt. Proh dolor: Neutrū illoꝝ reuocare potuit: aut illū a seductione timor & ratio/ aut hūc a preuaricatione pudor & pfessio. (Ps. li. & Ps. vii.) Quid plura. Verba precipitationis concinnat lingua dolosa. Concepit dolorē: & persuasit iniquitatem. Subuertit peruersus conuersum: reuertitur canis ad vomitū ecclesia vestra suuz recepit alumnū quem melius habebat amissum. Sic lugdunuz olim studio similiter et industria sui decani: eiusdem decani nepotem suū canonicū: quem bene perdiderat male recuperauit. Sicut ille fulconem beato Augustino: sic othbertū iste sancto benedicto subripuit. (Ps. xvii.) O q̄ ordinarius ipse cū sancto sanctus efficeretur: q̄ cuz peruerso sanctus peruerteretur. O q̄ pulchri⁹ senem secularem puer religiosus ad se traheret/ et sic vinceret vterq̃: q̄ religiosum secularis ad se retraheret/ in quo vict⁹ est vterq̃. O senem infelicem: o auūculum crudelē: qui iam decrepitus: statim moriturus: nepotis animā prius interfecit: quem vt peccatorū suoꝝ haberet heredē: a christi sorte priuauit. Sz (Eccli. xiiii.) qui sibi neq̄ est cui bonus? Maluit in suis facultatibus habere successorē: q̄ pro iniquitatibus inte cessorem. Sed quid ad me de decanis magistris nostris/ qui principatū meruerunt in ecclesijs? Clauē scientie tenent: & primas cathedras in conuētibus possident. Uiderint ipsi qualiter subditos iudicent/ fugitiuos reuocent/ reuocatos si ita voluerint/ iterum effugent/ dispersos colligāt/ collectos dispergant (G) ¶ Quid ad me? Fateor aliquantū in illos propter te mi fulco moduz nostre paruitatis excessi: dū tuam de illis cupio palliare verecundiā/ temperare culpam. Omitto ergo illos/ ne non tam reprehensioni q̄ reprehē soi iuste indignent: nec tā de sua correctione cogitent: q̄ mihi de presumptione calūnientur. Non ecclesie principē: sed puerū scholarē obiurgare suscepi: qui nesciat indignari/ non norit irasci/ nisi forte & tu sensu non malicia paruulus: idipsum mihi calumnieris: & dicas/ immo quid mihi & ipsi? Quid ad illū de peccato meo? Nūquid ego sum monachus? Et ad hoc fateor qđ respondeam non habeo nisi q̄ confisus sum: tum de tua quā in te credidi ingenita mansuetudine/ tum de dei charitate qua et in principio epistole excusasse me memini. Cuius zelo tantum/ tui erroris misertus/ tantum tue miserie compassus sum: quatinus supra modū & morem meū de te non meo me intromiserim. Grauis lapsus tuus ac miserabilis casus prouocauit me vt hoc p̄sumpserim. Quem em̄ coetaneoꝝ tuoꝝ me vidisti arguere? Cui vel breuissimas aliquando litteras direxisse? Non q̄ tamen oēs ceteros sanctos putauerim: aut nihil in eis reprehensione dignū inuenerim. (H) ¶ Cur ergo inquis singulariter me reprehendis: cū et in alijs videas quod iustius forsitan reprehēdere possis? Ad quod ego. Propter singularitatem erroris tui: propter immanitatem peccati tui. Nam & si pleriq̃ alij perdite viuunt: & si inordinati & indisciplinati sunt: nondū tamen ordinem aut disciplinam professi sunt. Sunt quidem peccatores: sed non preuaricatores. Tu vero quantūlibet modeste & honeste viuas: si caste/ si sobrie/ si no religiose te habeas: deo tñ minus accepta est tua religio/ quā deturpat vori preuaricatio. Idcirco charissime/ ne te tuis coetaneis compares: a quibus professio separat. Nec respectu secularium de tua tibi forte paulo grauiori continentia blandiaris: cū tibi dominus dicat. Utinam te calidū/ aut frigidum inuenissem. (Apoc. iii.) Hic ostenditur aperte quia minus deo tepid⁹ placeas: q̄ si vel quales illi sunt frigidus esses. Illos vtiq̃ deus patienter expectat de frigore quandoq̃ ad calorem proficere. Te vero indignans: aduertit de calore iam in teporem defecisse. (Ibidem.) Et quia tepiduz te inueni incipiam inquit te euomere ex ore meo. Et merito: quia tu ad tuum vomitum redisti: quia tu eius gratiam euomuisti. ¶ Heu quomodo christū tam cito fastidis: de quo scriptū est: mel & lac sub lingua eius. (I Cant. iiii.) Miror q̄ ad gustū cibi dulcissimi nausearis: si tamē gustasti q̄ dulcis est domin⁹. Aut certe nondum gustasti & nescis quid sapit christus: ideoq̃ non appetis inexpertū: aut si gustasti & dulce non sapuit/ sanuz non habes palatuz. Ipse quippe dei est sapientia que ait. (Job. iiii.) Qui comedit me adhuc esuriet: & qui bibit me adhuc sitiet. Sz quomodo potest esurire vel sitire christū: plenus quotidie siliquis porcoꝝ. Non potes bibere simul calicem christi/ & calicē demoniorum. Calix demonioꝝ superbia est: calix demoniorum detractio & inuidia est. Calix demonioꝝ crapula & ebrietas est. Que cum impleuerint vel mentem vel ventrem tuū christus in te non inueniet locum. Non mireris quod dico. In domo auūculi tui non potes inebriari ab vbertate domus dei. Cur inquis? quia domus deliciarū est. (K) ¶ Quomodo ignis et aqua simul esse non possunt: sic spirituales & carnales delicie in eodem se non patiūtur. Ubi crapulas ructantis inter pocula senserit christus: vina sua dulciora super mel & fauuz: menti propinare non dignatur. Ubi curiosa ciboꝝ diuersitas: vbi diuitis suppellectilis discoloꝝ varietas oculos pariter pascit & vētrem celestis panis ieiunam deserit mētem. (Eccle. xi.) Eya letare iuuenis in adolescentia tua/ vt decedēte pariter cū etate temporali leticia: succedat que te absorbeat eterna tristicia. Sed absit hoc ab adolescētulo nostro: auertat hoc deus a puero suo. Quin poti⁹ disperdat dominus vniuersa labia dolosa eoꝝ qui tibi tale consiliū donant: qui dicunt tibi quotidie euge euge & querunt animam tuam. (Ps. xi. Ps. lxix. L) Ubi sunt cum quib⁹ habitas: quoꝝ praua colloquia adolescentis bonos mores corrumpūt. ¶ Sed q̄diu iam non exis de medio eorum. Quid facis in vrbe qui claustrū elegeras. Quid tibi cū seculo qui seculum spreueras. Funes ceciderūt tibi in preclaris: et tu opib⁹ inhias terrenis. (Ps. xv.) Si vis habere simul hec & illa: breuiter tibi respondebitur. (M) ¶ Memento fili: quia recepisti bona in vita tua. (Luce. xvi.) Recepisti dixit: nō rapuisti/ ne etiā de hoc tibi frustra blandiaris q̄ tuis contentus aliena non rapias. Uerũtamen q̄ sunt illa tua beneficia ecclesie. Recte. Quia surgis ad vigilias: vadis ad missas: horis chorū nocturnis diurnisq̃ frequētas. Bñ facis. Sic ecclesie prebendam gratis non accipis. Dignum est qui altario deseruit: de altario viuat. Conceditur ergo tibi vt si bene deseruis: de altario viuas. Non autem vt de altario luxurieris/ vt de altario superbias: vt inde cōpares tibi frena aurea: sellas depictas/ calcaria deargentata: varia griseaq̃ pelliceа a collo & manib⁹ ornatu purpureo diuersificata. Denique q̄cquid preter necessariū victū/ ac simplicem vestitū de altario retines tuū non est/ rapina est/ sacrilegiū est. (N) ¶ Orabat quidā sapiens tantū victui suo tribui necessaria: non superflua. (I. Thi. vi.) Habentes (ait apostolus) victū & vestitū: non victū & ornatū. Et quidā alius sanctus. (Genesis. xxviii.) Si dederit inquit mihi dominus panem ad manducandū: & vestimentū quo operiar. Nota q̄ operiar. Sic ergo & nos contēti simus vestimētis qbus operiamur: non q̄b⁹ lasciuiam⁹ nō quibus superbiamus/ non quibus mulierculis vel similari vel placere studeamus. Sed hoc faciūt inquis cū quib⁹ is habito: si non facio qđ ceteri/ de singularitate notabor. Propterea inq̄ exi de medio eoꝝ ne aut in vrbe notabiliter viuas/ aut exemplo pereas alioꝝ. (O) ¶ Quid agis i vrbe delicate miles. Commilitones tui quos fugiens deseruisti: pugnant & vincit/ pulsant & intrant/ celum rapiūt & regnant. Et tu sedens super ambulatorem tuū indutus purpura & bysso: circuis plateas/ vicos perambulas. Hec sunt pacis ornamenta: non belli munimēta. An dicis pax & non est pax. (Eze. xiii.) Purpura non propulsat libidinem: non superbiam: non auariciam repellit: & si qua sunt alia ignea inimici iacula non extinguit. Denique quod magis metuis: febrem non prohibet/ mortē non arcet. Ubi sunt arma bellica: vbi scutuz fidei: vbi galea salutis: vbi patiētie lorica. Quid trepidas. Plures sunt nobiscū q̄ cū illis. Sume arma: resume vires duz adhuc preliū durat. Assunt angeli spectatores et protectores. adest ipe dominus adiutor & susceptor: qui doceat manus tuas ad preliū: & digitos tuos ad bellū. Procedamus in adiutorium fratrum/ ne si forte sine nobis pugnent sine nobis vincant: sine nobis ingrediantur: nouissime cū clausa fuerit ianua: sero pulsantibus/ deintus nobis respondeatur. (Mat. xxv.) Amen dico vobis: nescio vos. Fac queso te prius sciri: fac te prius videri ne tunc nesciaris ad gloriam: sciaris autem ad penā. Si te christus agnoscit in bello: rec ognoscet i celo: & sicut pmisit manifestabit tibi seipsum: si tamē & tu penitendo resipiscēdo talem te exhibueris

vt cum

i.Cor.xiij

vt cum fiducia dicere possis:tunc recognoscā:sicut ⁊ cognitus sum. His iterim ammonitionibus verecundū adolescentis animum pulsatum esse sufficiat. Jam enim nostris etiam precibus pro eo diuina pulsanda est pietas. Que si ad ictus nostrarū inuectionum eius mentem vel parum mollitam inuenerit: cōfido de ipsa ꝙ citius nos de ipso letificabit.

¶ Ad quosdam canonicos regulares. Epistola.iij.

Exhortatio illa in litteris vestris tam salubris taꝫ compendiosa:magna quidem sciētie mira charitatis vestre indicia:mirantibus nobis ⁊ cōgratulantibus prefert. Sed quod de laudibus nostris pro vestra deuotione que tamen nō probastis/ tā excellentia premisistis:⁊ si ad humilitatis quoqꝫ formā ꝗtū ex vobis est:non mediocriter instruere nos potuit/ conscientias tamen nostras multo inferius iacētes ꝗtū in nobis est/ vehementer exterruit. Quis enim nostrum suam attendens conuersationem: tanta de se et tam indebita sine magno vel metu vel periculo possit audire: De huiusmodi quippe alieno seu etiā proprio se iudicio committere:securꝫ non est. Qui

i.cor.iiij A

enim iudicat nos dominus est. ¶ Ceterū de fratribus de quorum salute vestram nimirꝫ charitatē sollicitam esse cognouimꝰ: vt securos vos reddamus noueritis multoꝝ illustriū virorum: et maxime clarissimi viri Guilhelmi cathalaunensis epī hortatu ⁊ consilio ad nos declinasse: seqꝫ a nobis suscipi multis precibus ac supplicationibus impetrasse:ea videlicet intentione: vt ob tenorem artioris vite:ab institutionibus beati Augustini ad obseruantias sancti Benedicti dei adiutorio sic transeāt vt tamen ab eius magisterio:qui vnus est omnibus magister in celo ⁊ in terra non discedant:illāqꝫ primā fidem quā apud nos immo quā primū in baptismo promiserūt:non irritam faciant/ sed saluā integrāqꝫ custodiant. Talibus itaqꝫ taliter susceptis absit vt sinceritatem vestrā aut in suscipiendo lesam:aut in retinendo ledendā esse credamus: dum tamen illos si forte infra annū probationis qui regulariter constitutus est/ cepta deserere: ⁊ ad vos redire velle contigerit : inuitos non detineamus. Alioquin sanctissimi fratres vestra non refert:vt spiritū libertatis qui in eis est anathemate inconsulto frustra impedire nitamini:nisi forte quod deus auertat, que vestra:non que Jesu christi sunt querere studeatis.

¶ Ad arnoldum abbatem morimundi. Epistola.iiij.

Domino abbati Arnoldo:frater Bernardꝰ de claraualle spiritū compūctionis ⁊ cōcilij. Prio scire te volo donnū cisterciēsem nec dum quando tuꝰ nunciꝰ ad nos venit de flandria quo paulo ante ꝑ nos transierat remeasse:⁊ ob hoc nec litteras accepisse quas ei iussisti presentari:⁊ adhuc esse tante a te presumpte nouitatis ignarꝫ. Felix interim cui taꝫ tristes rumores vel ad tempꝰ liceat ignorare. Deinde ꝙ de tui desperando nos reuocatione interdicis:ne qđ quasi inconcusse apđ te fixū est frustra tibi litteras dirigendo dissuadere conarer:in hoc tibi obedire fortasse quidem pro ratione non debui: reuera autem pre dolore fateor non potui:cum ⁊ si pro certo scirem vbi te oportune inuenissem: ipse potius venissem ꝗ has misissem effecturꝰ fortasse per me ipsum quod nullis litteris possuꝫ. Rides forsitan meam huiusmodi tanꝗ cassam fiduciam: vt pote proprie pertinacie consciꝰ:ad quam vtiqꝫ flectendam:nullaꝫ vim:nullam precem:nullam speras preualere industriaꝫ. At ho

Mat.ix. Phil.iiij.

ego de illius potentia non diffidens qui dixit:omnia sunt possibilia credenti:fidenter vsurpans.⁊ mihi illam sententiam:omnia possum in eo qui me confortat: Quis ī magna parte lapidei cordis tui obstinationem ⁊ ipse non ignorem: vtinam nūc tamē siue fructuose siue frustra tuo lateri adhererē. Quanta ꝗ me mouent aduersum te(frustra nescio an fructuose)iacerē tibi in faciem:non solum verbis/sed ⁊ vultu ⁊ oculis . Tuis deinde prouolutus vestigijs:tenerem pedes amplecterer genua:totusqꝫ a collo pendēs illud mihi dulcissimum caput deoscularer quod sub vno mecū proposito/suaui iugo christi iam pluribꝰ annis attritum est. Flerem quoqꝫ ꝗtum valerem:rogarem ⁊ obsecrareꝫ per dominū iesum:quatenꝰ parceres:primo quidem eius cruci qua vtiqꝫ redemit:quos tu ꝗtū in te est perimis:collegit quos tu dispergis. Perimis inꝗ ⁊ dispergis:siue quos tecuꝫ ducis: siue quos huc deseris/quibꝰ vtiqꝫ ⁊ si diuersum/non dispar tamen vtrisqꝫ metuimꝰ periculū. Deinde etiam parceres ⁊ nobis amicis tuis:quibus licet immeritis non nisi fletū ⁊ lachrymas reliqīsti. O si hoc mihi licuisset flexissem forsitan affectiōe:queꝫ ratione non possum/pectusqꝫ illud ferreū quod nec christi timori in hac re dūtaxat cedere acqīescit:fraterna forte pietas emollisset Sed heu:⁊ hanc nobis copiā subtraxisti. ¶ O magna nostri ordinis colūna. Patienter queso/audi amicū vel absentem/

B

tue penitꝰ discessionis impatientem:tuo medullitus ⁊ labori ⁊ periculo compatientem. O inꝗ magna nostri ordinis columna non metuis te ruente magnam moꝝ proculdubio ruinam secuturam? At ego inquies non ruo:scio quod facio:bonā conscientiam habeo. Esto. Credimꝰ tibi de te. Sed nūquid de nobis: ꝗ iam ⁊ grauia tuo ex discessu gementes sustinemus scandala / et grauiora pauentes expectamꝰ pericula? An ⁊ tu quoqꝫ nō ignoras ista sed dissimulas? Qua rōne ergo multorū faciēdo ruinā te ruere non presumis qui in hoc videlicet positus eras:vt non quod tibi est vtile/sed magis quod alijs : nec que tua/sed que iesu christi sunt querere debeas? Quomodo inꝗ securus abis qui gregi tibi commisso/omnē de se securitatem in perpetuum

Ps.cv.

aufers? Quis occurret lupis incursantibus:quis ꝯsolabitur in tribulationibus quis prouidebit in tentationibus quis deniqꝫ leoni resistet rugienti et querenti quem deuoret? Patebit sine dubio morsibus malignātiū qui deuorant plebem christi sicut

Ps.lij. C

escam panis. ¶ Heu quid facient nouelle plantationes xpi que per manus tuas consite fuerant diuersis in locis/⁊ locis honoris/et vaste solitudinis? Quis circūfodiet:quis ipingnabit fimo:quis sepem circūdabit:qs succrescentes sollicitus erit rescindere surculos? Aut stante profecto tēptationū vēto:tenerrime adhuc:heu facile eradicabūtur:aut inter fructeta certe simul exorientia:cū non erit qui purget/suffocate nullū afferent fructum. Que cum ita sint:iudica tu quale hoc tuum bonū erit aut si vel esse poterit bonū cū tantis malis. Quantumlibet dignos facturū te fructus penitētie confidas:nōne huiuscemodi spinis necesse erit suffocari? Nonne deniqꝫ si recte offeras:⁊ non recte diuidis:peccas? Quid em: Recte ne forte diuidere esses dices:soli anime tue consulere:⁊ filios tuos quos orphanos relinquis consilio paterno destituere? O miseros et miserabiles: ⁊ eo miserabiliores quo viuo se cōspiciūt orbari patre. ¶ Quā

D

ꝗ dubitare te quoqꝫ oportuerit an vel tibi recte consulas:i eo videlicet ꝙ absqꝫ consilio fratrū et coabbatū tuorū:absqꝫ prioris ⁊ magistri tui licentia:rem tā nouam presumis. Illud etiā multos permaxie mouet:ꝙ pueros imbecilles ⁊ delicatos iuuenes tecū ducis. Alioquin si boni ⁊ robusti sunt:desolate domui fuerāt necessarij. Si delicati(vt dixi)⁊ ībecilles:dure ac laboriose peregrinationi non erunt idonei. Sed ⁊ regendis aiabus eorū nequaꝗ te vltra credimꝰ velle preesse:quippe cuius cognouimus esse propositū:pastoralē abijcere sarcinā dūtaxat tuorū/et soli deinceps viuere tibi. Ualde enim incōgruū esset vt alibi ꝗ sumptuose non vocatus resumeres:quod alibi prohibitus incōsulte relinquis. Sꝫ iam ne omnia scienti multa superflue ingeraꝫ in fine ⁊ ī fide tibi polliceor:si oportunitatē loquēdi tecū mihi dederis:daturū me operā quatenus id ipm quod inordinate et periculose aggressus es:licite ⁊ ob hoc secure pagas. Uale.

¶ Ad adam monachum : qui predicto abbati morimūdi adhesit:in qua dissuadet ne pegrinetē cū illo . Epla.v.

Ua mihi satis comperta humilitas:⁊ instantis periculi necessitas:prebet mihi fiduciā conueniēdi te acrius:⁊ arguēdi liberius. O īsensate quis te fascinauit:tam cito recedere ab illo saluberrimo cōsilio in quo vadū tibi pariter ⁊ mihi deo solo teste conuentū est? Cogita insipiens vias tuas ⁊ cōuerte pedes tuos in

Ps.cxviij.

testimonia domini. Non recordaris ꝙ primo in maiori monasterio tue conuersionis initia dedicasti:secūdo apud fusniacū/ nostre te qualicūqꝫ prouidētie cōmēdasti:tertio in morimūdo stabilitatē tuam firmasti:quarto mecū rursus inito consilio suggeste tibi ab abbate Arnoldo peregrinationi:immo vagationi:ingenue abrenūciasti. ipsius quoqꝫ tibi consortiū si non ipse licite posset abire illicitū iudicasti? Quid em: Licite ne dices illū recedere/qui ⁊ sibi commissis lachrimabile scandalū reliquit:nec commissoris licētiam expectauit? Sed quorsum inquies tēdūt hec:ꝗ sic retractare voluisti:vt te manifeste leuitatis arguam : vt est:⁊ non:esse apud te euidenter ostendam: sicqꝫ errorem tuū iam tandem agnoscēs ⁊ erubescēs/vel sero discas ab apostolo nō omni spiritui credere:discas a salomone:multos quidē amicos vnū aūt habere consiliariū de mille: discas precursoris domini exēplo non solū mollibꝰ non vestiri/sed nec in modū vento agitate arūdinis circūferri oī vēto doctrine:discas ex euangelio : domū tuā supra petrā fundare:discas et cum discipulis serpentis non obliuisci prudentiā cū simplicitate colūbe:et tā ex his ꝗ ex alijs atqꝫ alijs scripturaꝝ testimonijs:hāc colliges summā: ꝗtū tibi videlicet vtsqꝫ modo milleformis ille seductor elusit:qui cum in te boni initium non valuit prepedire:inuidit perseuerantie. Hoc nimirū sue posse sufficere malicie iudicans: si hanc posset auferre tibi : quā solā virtutū nouerat coronari. Obsecro te per viscera mie xpi vt nullatenꝰ abeas: aut vel nō prius ꝗ ad nos loco quidē oportuno venias loqui : si qđ forte tantis malis:que iā nobis ex vestra discessiōe aut venisse sentimus:aut ventura metuimus/queat remediū inueniri. Uale.

i.Joh.iiij Eccli.vj. Mat.xj. Mat.vij. Mat.x.

¶ Ad brunonem coloniensem. vnde supra. Epistola. vi

Domino brunoni coloniensi viro illustri: et dilecto suo: frater Bernardus abbas dict⁹ de claraualle salutem: et si quid potest peccatoris oratio. Et quo dudū remis nostri inuicē vtriq̧ gratum cepimus noticias non puto vos vestre penitus fuisse puitatis oblitū. Et ob hoc nō timide tanq̄ ad extraneū: sed fidētissime scribo ad vos quecūq̧ volo: vt ad notum et familiarē nostrū Arnoldus abbas morimūdēsis in graue totius nostri ordinis scandalū: suū nuper monasteriū satis inordinate deseruit. Quippe qui nec coabbatū suoꝝ in tam scrupuloso facto expectauit consiliū: nec ipsius cui precipuam debebat subiectionem abbatis scilicet cisterciēsis licentiam/ vel assensum. Sed cū esset homo sub potestate habens et ipse sub se milites: potestatis impatiēs superioris: alienum quidē iugū a propria ceruice superb⁹ abiecit: suū aūt superbior in subiectos retinuit. Siquidē de magna multitudine monachoꝝ quos circa terno mare et aridā inaniter congregarat nō christo sed sibi paucis admodū hisq̧ simplicioribus ac remissioribus relictis desolatis meliores quosq̧ et perfectiores sui socios erroris assumpsit. Inter quos tres quoꝝ nos maxime ablatione turbauit: ausus est etiā seducere: et secuȝ ducere statuit: euerardum videlicet fratrem nostrū: et adam quem bñ nostis/ nobilēq̧ illum puerum conradū: quem et pridem non sine scandalo tulerat de colonia. Quos tamē si operam dare volueritis: vestra confidimus posse reuocari industria. Nam de ipsius arnoldi reuocatione: quia iam in pluribus eius inflexibilis animi obstinationem probauimus: incassum laborare vos nolumus. Audiuim⁹ autem euerardum et adam et nonnullos eiusdē consortij alios fratres: in vestris adhuc ptibus demorari. Quod si verū est: oportet vos eos per vos interim si dignemini conuenire: flectere precibus: ratione conuincere: et colūbinā eorū simplicitatem prudētia instruere serpentina: ne putent obedientiā inobedienti adherere/ ne licite sequi se posse confidant vagantē illicite: ne seducant deserere professum ordinē propter inordinatū hoiem cū ipsum quoq̧ angelum de celo si aliud eis euāgelizauerit dubitare non oporteat apostolica auctoritate anathema dicere: et ab ipo doceant apostolo/ se ab omni fratre inquiete ambulante debere subtrahere. Qui vos quoq̧ doceat non superbe sapere: nec sperare in incerto diuitiarum: donec omnibus abrenūciantem: probatuȝ sibi christus vendicet discipulū. Valete.

[Margin: i. Cor. xij. i. The. iij. i. Ti. vi.]

¶ Ad adam monachum vnde supra: in qua monet eum vt mortuo abbate: redeat. et quod non debuit ei obedire.

[Margin: E]

Epistola. vij.

Si maneres in charitate qua te olim aut nouimus aut putauimus: charitatis profecto dāna sentires que vtiq̧ sunt scandala pusilloꝝ. Nec enim charitas charitatem offenderet aut cōtemneret: cū sentiret offensam. Nam seipsaȝ non potest negare nec enim in se diuisa est. Nouit potius in se diuisa coniūgere: coniūcta diuidere nescit. Proinde vt dixi: si maneret in te non sileret non quiesceret non dissimularet/ gemens et estuans: et intra piū pectus tuum procuidubio submurmurans illud. Quis scandalizatur: et ego non vror? Siquidem benigna est. Pacem diligit: congaudet vnitati. Sola quippe est que illā generat/ colligat/ solidat/ et conseruat vbicūq̧ seruari cognoscit in vinculo pacis. Infensa ergo vobis hac tam honorabili matre vnitatis et pacis: quo pacto queso vestrū quodcūq̧ sacrificiū deo fore acceptum presumitis: cū absq̧ illa/ nec martyriū quidē aliquid esse putet apls. Aut qua ratione vobis forte infensam non esse confiditis cuius castis visceribus: cuius caris pignoribus tam inhumane agendo non pepercistis: nec parcitis/ scindentes vnitatē rūpentes vinculū pacis? Ponendū est ergo munus quodcūq̧ offerre paratis: et prius habenti aduersum vos nō fratri/ sȝ fratrū multitudini recōsiliādū. Ecce nimirū vniuerse fraternitatis vnitas aduersuȝ vestrā paucitatē: quodā veluti vestri discessus gladio sauciata conqueritur: quasi que plangens miserabiliter dicat. Filij matris mee pugnauerūt cōtra me. Et merito. Qui eñ non est cū illa: cōtra illā est. Putas sine gemitu tam iustū fillie gemitū: pia possit mater charitas audire. Ideo et ipsa nostris lachrimis iungens suas: ait de vobis. Filios enutriui et exaltaui: ipsi aūt spreuerūt me. Charitas ipse deus est. Pax nostra xp̄s: q̄ fecit vtraq̧ vnū. In trinitate vnitas maxie cōmendat. Cui ergo charitas/ pax et vnitas/ irata cognoscit/ quid hȝ in regno xp̄i et dei. ¶ Sed forsitan dicis. Abbas noster adduxit nos: et secum ire precepit: nū inobediētes esse debuim⁹? Scis quidē nisi forte oblitus sis: quia quadā die cōicato mecū iam cōspirati scandali consilio: ac diligēter mutua collatiōe discusso: inter nos cōuenerit. In quo si pmāsisses: et de te illud nō incōgrue diceret. Beat⁹ vir q̄ nō abijt in ɔsilio ipioꝝ. ¶ Sed esto debuissis obedire filij patri: magistrū sed discipli. Licuerit certe abbati monachos suos ducere quo libuerit: et docere quod voluerit: sȝ q̄diu vixit. Nūc vero mortuo illo: quē vel audire doctorē: vel sequi ducem cogimini: quo adhuc tā graue scandalū emēdare cūctemini? Quis iam prohibet nō dico me: sȝ deū nostrū per os hieremie benigne vos reuocātē audire? Ait ei. Nūq̄d q̄ cecidit nō resurget: aut q̄ auersus est non reuertet? An et ille moriens interdixit: ne vel post casum tēptetis resurgere: post auersionem mutire audeatis de reuersione? Ita ne etiā defuncto necesse est vos obedire/ et obedire contra charitatē? obedire in vestre ipsorum salutis pīculū? Sed arbitror q̄ nequaq̄ firmius seu tenacius dices esse vinculū abbatū ad subditos/ q̄ coniugij ad se ipsos: quoꝝ quippe de⁹ copulā et non homo/ inuiolabili ligauit sacramēto: loquēte saluatore. Quod de⁹ coniūxit ho no non separet. Apostolo aūt asserēte solutā esse mulierē a lege viri mortuo illo: tu te abbatis existimas defuncti lege teneri: et hoc cōtra legē que sanctior est: legē videlicet charitatis? Et hec dixi non q̄ putē vos vel viuēti in hoc paruisse debere: aut vel dicēdā esse obediētiā sic paruisse. Alioquin generalis de huiusmodi illa sententia est. Declinantes aūt in obligatiōes: adducet dominus cū operantib⁹ iniquitatē. ¶ At ne forte quis abbatum etiam in malo obediētiam ab hoc maledicto liberam esse contēdat: audi alibi aptī⁹. Fili⁹ nō portabit iniq̄tateȝ pr̄is: et pr̄ nō portabit iniquitatē filij. Ex his ergo liq̄do apparet: mala imperantib⁹ nō esse parendū: presertim dū prauis obtēperans impijs: in quo homini videris obediēs: deo plane qui omē q̄d perperā agitur interdixit: inobediēteȝ te exhibes. Valde autem peruersum est profiteri te obediētem in quo nosceris superiorem propter inferiorem/ id est diuinam propter humanam soluere obedientiam. Quid enim? Quod iubet homo prohibet deus: et ego audiam hominē: surdus deo? Non sic apostoli. Clamant quippe dicentes. Melius est obedire deo: q̄ hominibus. Hinc dominus in euangelio phariseos increpans: quare et vos inquit transgredimini mandatū dei propter traditionē vestrā? Et per Esayam. Sine causa autē ait colūt me: mandatas et doctrinas hominū tenentes. Et item ad prothoplastū. Pro eo q̄ obedisti voci vxoris tue plusq̄ mee: maledicta terra i opere tuo. ¶ Agitur facere malū quolibet etiam iubēte: constat non esse obediētiam/ sed potius inobedientiam. Sane hoc aduertendū q̄ quedam sunt pura bona/ quedam pura mala: et in his nullam deberi hominibus obediētiam: quoniā nec illa omittēda sunt etiaȝ cum prohibentur: nec ista vel cū iubentur committenda. Porro inter hec sunt media quedam/ que pro modo/ loco/ tempore: vel persona: et mala possunt esse et bona: et in his lex posita est obediētie: tanq̄ in ligno sciententie boni et mali quod erat in medio paradisi. In his profecto phas non est: nostrum sensum sententie prescribere magistrorū. In his omnino prelatorū nec iussio nec prohibitio contēnenda. Videam⁹ ne forte tale fuerit quod arguim⁹ in vobis: et ob hoc forsitan argui non debuerit. Quod euidentius elucebit: si premisse diuisionis exempla subiecero. Fides/ spes/ charitas et cetera huiusmodi/ pura sunt bona/ que quia male non possunt vel iuberi vel teneri/ bene nō possunt vel prohiberi vel non teneri. Pura mala sunt: furtum: sacrilegium: adulterium: et cetera talia que vtiq̧ nec vel bene precipi vel pfici possunt/ nec male prohiberi vel non fieri. Aduersus huiusmodi non est lex. Nullius quippe prohibitio valet obuiare preceptis: nullius iussio preiudicare prohibitis. Sūt deinde media que quidem per se nec bona esse noscitur nec mala: possunt tamen indifferenter et bene pariter et male vel prohiberi vel iuberi: sed male nullatenus in his a subditis obediri. Ex his sunt vt exēpli gr̄a ponā ieiunare: vigilare: legere: et q̄q̧ talia. Sciendū vero q̄ media q̄dā: i puroꝝ plerūq̧ bonoꝝ seu maloꝝ trāseūt rōnē. Nā ɔiugiū cū et fieri liceat: et nō fieri fctm̄ iā solui nō licet. Qd̄ ḡ añ nuptias mediū eē liq̄bat: i iā ɔiugatis puri boni vī obtinet. Itē p̄pa possidere seculari q̄dē hoī mediū ē: q̄ñ et nō possidere lȝ: monacho v̄o q̄ possidere nō lȝ: puꝝ malū est. Vides ne iam frater vrm̄ fctm̄ cui potissimū mēbro diuisiōis ɔueniat? Si puris aptādū bonis: pbabile ē. Si puris malis deputādū: vitupabile ē. Sin v̄o collocādū iter media: via q̄dē excusari forsitā potest propter obedientiam: mora vero penit⁹ nō pōt q̄ nō sit p obedientiā. Nā mortuo iā abbati: si q̄d ante iussit q̄d nō debuit nequaq̄ esse parendū: supior patefecit disputatio. Et si res p se iam satis elucescat: tamen p̄pter quosdā qui querūt occasionē vbi ratio non suppeditat: clarū faciam breuiter: et ita clarum vt omnis dubietatis vmbra disparet: quod nec purū nec mediū bonū: sed plane purū fuerit malū sic obedisse sic vestrum monasterium reliquisse. Et quidē taceo de mortuo: qui suum et solum iam iudicem habet deū: et vere nunc suo domino aut stat aut cadit: ne forte indignādo et merito indignans dicat deus. Tulerūt homines a me iudiciū. Tamen ad correctionē viuentiū: nō quidem quod gessit: sed q̄d iussit discussio: vtrū videlicet illa iussio

vim habere

[Margin: ij. Cor. xi. i. Co. xiij. Canti. i. Esaie. i. Ephe. ij. F. Psalm. i. G. Hiere. viij. Mat. xix. Ro. vij. Ps. cxxiiij. H. Eze. xviij. Actu. v. Mat. xv. Esa. xxix. Gene. iij. I.]

vim habere debuerit:quatinus in scandalum multorum ei fue
rit obsequendum. Et premittendum quod sequi simpliciter:ni
hilqꝫ suspicantes mali:male lꝫ proficiscētem secuti sunt parti=
tes cum epi lingonensis:ꝛ abbatis cisterciensis (nam vtriqꝫ de
ditos erat) licentia proficisci:quod vtiqꝫ nonnullos de illo co=
mitatu sic credidisse incredibile non est nostra hec illos nō tā=
git reprehensio:dummodo vbi compererint sine mora regrediā
tur. Igitur aduersus illos tantum:immo pro illis sermo est no
bis/qui scientes ꝛ prudentes miserunt manus in ignem:qui cō
scij presumptionis:secuti sunt presumptorem:nō audiētes apo=
stolum prohibentem ꝛ denunciantem: vt se ab omni fratre am
bulante inordinate subtraherent:cōtēnentes ꝛ ipsius dn̄i vo=
cem dicentis. Qui non colligit mecum:dispergit. Uos fratres
vos inqꝫ aperte ꝛ specialiter notat illud apud hieremiā: quod
cum dolore quidem reminiscor/opprobrium. Hec est inquit gēs
que nō audiuit vocem dei sui. Dei ei proprie vox est ista·hostē
suum proprio designantis ex officio:ꝛ tanqꝫ digito demonstrā=
tis:vt simplices ab ei⁹ impio deterreat cōsectatu. Qui non est
inquit mecum:dispergit. At si dicat In hoc te iam mecum nō
esse intelligas si sequeris dispersorē. Deo ergo clamante qui nō
colligit mecū:dispergit:sed vos oportuit dispersorē? Deo inqꝫ
vos inuitāte ad colligendū:hoī potius ad dispergendū obse=
qui debeatis? Magistros cōtemnebat:subditos exponebat:
socios conturbabat:ꝛ vos videntes furem currebatis cum eo?
Silere de mortuo statueram:sed compulsus sum fateor aliquā
tulum pretergredi:dum non potuit improbari obeditio: si non
reproba monstrareꝰ ꝛ iussio. Porro iussio hoīs ꝛ actio cū diuer
sa nō fuerint:impossibile visum est vnam sine altera:vel appro=
bari vel respui. Liquet tn̄ huiuscemodi iussioni nō fuisse obtē=
perandū:deo quippe imperante contraria. Itē. Maiorum insti
tutis:minorꝫ nō esse preponēda:aut cōmunibus priuata nō pre
iudicare imperia quis dubitat? Nā ex regula sancti benedicti
hoc habemus. Possem quidē abbatē cisterciensem ad mediū
deducere qui vtiqꝫ superior illo:quantū pater filio:quantū ma
gister discipulo:quantum deniqꝫ abbas cōmisso sibi monacho:
merito se a vobis propter ipsum queritur fuisse contemptum.
Possem ꝛ epm̄ cuius nihilominus qꝛ non fuit expectatus ꝯsen
sus:inexcusabilis est ꝛ contēptus:cū ad ipsos ꝛ de ipsis dn̄s di
cat. Qui vos spernit:me spernit. Sed qm̄ his posset ambobus
opponi ꝛ anteponi romani pontificis tanqꝫ grauior auctoritas
cuius quippe vos aiunt premunitos fuisse licentia qui ꝛ ipsa li
centia suo quidē loco erit discutiēda:talis potius proferatur:
cuius oīno fas non sit auctoritati cōtradicere. Certe summus
ille pōtifex qui per sanguinē propriū solus ꝛ semel introiuit in
scā eterna redēptione inuēta:terrifica voce denunciat in euā
gelio:ne quis vnū de pusillis eius audeat scādalizare. Uobis
aūt vnius donetur scandalum/si non vltra processit malum. Fa
cilis sequatur venia culpam:ex qua graue damnuꝫ non oritur.
Nunc vero quod dubium non est pluribus scandalizatis: quis
aperte non videat:qꝫ inhumane humanam iussionē diuine pre=
tuleritis? Qđ quidē audere qs nisi amēs dicere audeat bonuꝫ
esse aut bonū fieri posse:quātelibet dignitatis hoīe pcipiente?
Qđ aūt nec bonum est:nec bene fieri pōt purū/ pculdubio ma
lum est. Unde consequenter aduertitur qꝛ iter vestrū in multorꝫ
vsurpatum scandalum:ac per hoc ꝛ contra dei mandatum:non
purum bonum aut medium:sed purum oīno fuerit malum : qm̄
quidem ꝛ purum bonū semper bonum est:ꝛ mediū bene fieri po
test. Quō ergo vel abbatis iussio:vel pape permissio:licitū fa=
cere valuit qđ purū (sicut irrefutabiliter probatū ē) malū fuit:
cū superius nihilominus allegatū sit:ea que huiuscemodi sunt
idem pura mala:ꝛ nunqꝫ iuste iuberi : sic nec licite posse fieri?
Uides qꝫ inanis excusatio de humana obedientia:vbi in deum
conuincitur facta transgressio? Nec timendum mihi arbitror qꝛ
ad illud dn̄i responsum de sibi nunciato scandalo phariseorum
refugias:vt quō ille nihilipendebat dicens. Sinite illos:ceci
sunt ꝛ duces cecorꝫ:ita ꝛ nostra vobis scandala nō esse timēda
existimes. Uides nempe qꝛ nil simile habeat in hac parte ꝓpor
tio Nam si cōpares personas:illic pharisei superbi:hic paupe=
res xp̄i scandalizant. Si causas:hic leuitas/ibi veritas in cau
sa esse dinoscitꝰ. Rursus qđ ꝛ superius propositū est:vos nō so=
lū diuinis humana/sed ꝛ cōībus priuata ptulisse imperia : hoc
solū ad probationē sufficiat:qđ vestre illi ꝛ nouitati insolite:et
insolenti ꝑsumptioni:nō tm̄ nr̄i ordinis vniuersitas:sed etiā om
nium monasteriorꝫ ꝛ consuetudo:ꝛ institutio reclamare videtꝰ.
Qđ ꝛ vos quoqꝫ nō immerito timētes:nec satis de propria cau
sa ꝯfidentes:remorsas ac remordētes ꝯsciētias:aplica conati
estis delinire licētia. O friuolū satis remediū : qđ nō est aliud
nisi more prothoplastorꝫ cauteriatis ꝯsciētiis texere perizoma=
ta:videlꝫ ad velamētū:nō ad medicamētū. Apostolicā inquiūt
licentiā quesiuimus:ꝛ impetrauimus. Utinā non licentiā que=
sissetis/sed consilium:idest non vt liceret/sed an liceret. Unde

tamen querebatis licentiam? Ut liceret quod non licebat? Fa=
cere itaqꝫ volebatis quod non licebat. Sed qđ non licebat ma
lum erat. Mala igitur erat intentio:que in malum tēdebat. Ni
si forte tale hoc fuisse dicatur:qđ absqꝫ licentia qdē nō liceret:
liceret aūt si cū licentia fieret. Uerū id iaꝫ superius inuincibili
exclusum est ratione. Nec enim deus vbi ait:nolite contēnere
vnum ex his pusillis qui in me credunt:addidit etiam nisi cum
licentia/aut dicens Qui scandalizauerit vnū de pusillis meis
ꝛc. determinauit subiungens sine licentia. Constat igitur vbi
veritas necessaria in causa non est:nec licite scandalum quod=
libet posse a quolibet committi : nec iuste precipi/nec innoxie
consentiri. Huius tn̄ patrandi mali querendam putastis esse li
centiam. Sed ad quid? An vt quanto licentius/tanto securius:
ꝛ quo securius/eo ꝛ periculosi⁹ peccaretis? Mira cautela:ꝛ stu
penda prouidentia. Malum quod iam corde conceperant: ope
tamen cauti fuerunt non implere nisi cuꝫ licentia. Conceperūt
dolorem:sed non pepererunt iniquitatem:donec iniquo papa
conceptui prebuisset assensum. Quo lucro? Quove saltim cō=
pendio mali. Nunquid ideo aut malum esse desijt: aut vel mino
ratum est qꝛ papa concessit? Quis vero malum esse neget:assen
sum prebere malo? Quod tamen summum fecisse pontificē ne=
quaqꝫ crediderim:nisi aut circumuentum mendacio:aut impor
tunitate victum. Quando etenim aliter huiuscemodi vobis li=
centiam indulgeret:seminandi videlicet scandala: scismata su
scitandi:amicos contristandi:fratrum conturbandi pacē:ꝛ cō
fundēdi vnitatem:propriūqꝫ insup contēnēdi epm? Et hec qua
necessitate:necesse non habeo dicere:cū rei exitus satis indi=
cet: Profectos nēpe plāgim⁹:profectum nō cernimus. His er=
go talibus ꝛ tā grauibus malis dare assensum: exhibere obse
quium:inpendere adiutoriū:tu mihi obedientiā noīas: mode=
stiam nuncupas:appellas mānsuetudinē? Tu inqꝫ conaris pes=
sima vitia virtutum palliare nominibus? An te putas hoc sine
iniuria facere dn̄i virtutū:qꝛ virtutib⁹ facis iniuriam? Uanissi=
mam ꝑsumptionē:turpissimā leuitatē:crudelissimā dissentionē
obedientie:modestie:mānsuetudinis noīb⁹ velas:ꝛ velatis sor=
dibus sacra illa vocabula maculas Hāc ego nūqꝫ emuler obe=
dientiā. Talē mihi nūqꝫ libeat modestiā:vel poti⁹ molestiā imi
tari. Huiuscemodi mānsuetudo semꝑ lōge fiat a me. Talis siqui=
dem obediētia/oī est ꝯtēptu deterior. Talis quoqꝫ molestia vl
tra oēm modū extēdiꝰ vltra dicā an citra? Sed verius forsitan
ꝛ vtroqꝫ cōpetentius dixerim extra. Qualis deniqꝫ illa est man
suetudo:que ipso etiā auditu olim aures exasperat? Uolo tn̄ eā
ipsam vt ꝛ mihi modo exhibeas. Cū tā patiēs sis vt a quolibet
etiā quo nō licet pertrahi nō ꝯtēdas:liceat ꝛ me obsecro paulo
nunc confidentius agere tecū. Alioqn male multū merui de te:
si qđ memini soles:soli mihi indignādū putaueris. Igitꝰ tuam
ꝯuenio ꝯscientiā. Uolēs an inuitus profectus es? Sed si ex vo
luntate iam nō ex obedientia. Si aūt inuitus:suspectū videris
habuisse imperiū:cui obsequi grauabaris. Ubi ꝟo suspitio: ibi
discussio necessaria. Uerū tu vt tue patiētie dares vel caperes
experimentū:nihil discutiens trahi te passus es:nō solū preter
voluntatē tuam:sed ꝛ contra conscientiā. ¶ O patientia omni
digna impatiētia. Nō possum fateor nō irasci:huic contētiosis=
sime patientie. Uidebas dispergentē ꝛ sequebaris. Scandala
dictantē audiebas ꝛ obsequebaris? Uera patiētia est/pati vel
agere ꝯtra qđ libeat:sed nō ꝑter qđ liceat. Miruꝫ ꝟo qꝛ holem
audiebas furtiue susurrantē/deū nō audiebas aꝑte reclamātē/
tali quasi celitus emisso tonitruo. Ue illi ꝑ quē scandalū venit.
Nō tn̄ autem dn̄s:sed et sanguis ipsius clamore nihilominus
vehemēti (surdis lꝫ) terribiliter irrugiebat. Clamor eius:eius
effusio. Effusus qppe: ꝑ dispsis filijs dei vt eos congregaret in
vnū:iuste fremebat in dispersores. Odit nimirū dispsores: qui
nō nouit nisi colligere. Magnus eius clamor ꝛ vehemēs:q̄ cor
pora de sepulchris/ aīas ab inferis excitauit. Terrā celosqꝫ ro
bo illo ꝯuocauit in vnū:qppe q̄ in terra ꝛ q̄ in celis sunt pacifi=
cans. In oēm terrā exiuit sonus ille:ꝛ vestra non valuit rūpere
surditatē? Uox nēpe illa in virtute:vox illa in magnificētia. Et
qđ clamat? Exurgat deus ꝛ dissipentꝰ inimici eius. Et iterum.
Dispge illos in virtute tua:ꝛ depone eos protector meus dn̄e.
Sanguis xp̄i est frater:adā:sanguis xp̄i est q̄ ꝑ p̄ris ꝯgregatis
aduersus impios dispersores quasi tuba exaltat vocē suā. Mi
natur aūt se dispersores dispergere:qui pro dispersis colligen
dis effusus est. Et si eius vocē tu nō audis:audit eam de cuius
latere manauit. Quō nāqꝫ propriū non audit:q̄ Abel sanguinē
audiebat? Sed quid ad me inquis? Ille viderit/cui mihi con=
tradicere fas non erat. Non est discipulus super magistrū. Dos
cendus:non docturus:eius lateri adherebam. Sed debui non
preire:preceptorem auditor. O istorꝫ temporꝫ paule simplex: si
tamen ꝛ ille alterū se tibi exhibuisset antoniū:vt quicqđ vel le
uiter de labijs eius pcederet:necesse nō haberes discutere/sed
sine cunctatione ad omnia nihil hesitans obedires. O mone=

2\. Tes. iij.

Mat. xij.

Hier. vij.

Luce. x.

Mat. xviij.

Mat. xv.

Matth. xviij.

Mat. xviij.

Ps. lxvij.

chum obedientissimum cui ex quibuslibet seniorum verbulis: ne vnum quidem iota preteruolet. Non attēdit quale sit quod precipitur. Et hec est obedientia sine mora. Si ita oportet: sine causa legitur i ecclesia: [i. Thes. v.] omnia probate quod bonum est tenete. Si ita oportet: [Mat. x.] deleamus iam de libro euangelii: estote prudētes sicut serpentes: sufficiēte quippe qđ sequitur/ ⁊ simplices sicut columbe. Nec dico a subditis mādata prepositorum esse diiudicanda/ vbi nil iuberi deprehenditur diuinis contrariū institutis: sed necessariam assero ⁊ prudentiā: qua aduertatur si quid aduersatur: ⁊ libertatē: qua ⁊ ingenue contēnatur. Ceterum iste nihil (inquit) habeo interrogare: viderit quid ille iusserit. Dic queso si dato in manus gladio: suum te armari iussisset in iugulum/ acquieuisses? Aut si se tuo voluisset impulsu in ignes vel in aquā precipitem dari/ obtēperasses? Nonne etiā ab his non prohibere cum posses: in crimen tibi reputatur homicidii? Age ergo: vide ne forte sub pretextu obedientie: in quippiam [Mat. xviii] et grauius inseruieris. Nō ignoras certe qui dixerit (nam mihi hinc fortasse nō crederes) expedire scādala faciētibus/ demergi potius in ꝓfundū maris. Cur hoc dixit: nisi qꝛ significare voluit tā grauia illos imposterū manere tormēta: vt eis cōparata mors spalis: nec penalis esse videatur sed cōmoda? Qui ergo eū scandala facere iuuisti: iuuisti enim sequēdo illū/ obsequēdo illi: nōne vtilius iuxta ꝓmissam veritatis sententiā: molā asinariā collo eius suspēderes: ⁊ sic eū demergeres in ꝓfundū maris? Quid ergo? Tu ille obediētissimus discipulus/ illū patrē ⁊ preceptorē tuū: quē ne pūcto qdem tpis: vel trāsuerso vt dicitur pedis/ a te q̃diu vixit passus es elongari: ita vt in foueam quoq; post eū: nō qdē cecis/ sed apertis more balaā oculis cadere nō cūctatus sis: tu ne inq̃ illū tuo ita beandum putasti obsequio: vt morte illi grauiorē exhibueris obedientiā? Reuera nūc experior q̃ vera sit illa snia. [Mich. vii] Inimici hois/ domestici illius. Sic itaq; sentiens/ sic conscius ipse tibi: nōne si sapis gemis: ⁊ si nō desipis tremis? [B] ¶ Quippe cuius obedientia non meo/ sed veritatis iudicio/ peior inuenta est homicidio? Si hec non ignoras: quomodo non trepidas? Et si trepidas: quomodo non emendare festinas? Alioquin qualem hinc ad illud tribunal terrificum conscientiā portas: vbi iudex teste nō indiget: vbi veritas discutit intētiones/ vbi inq̄sitio culparū pertingit ad abdita cordis: vbi deniq; secretissimos recessus mentiū diuinus ille inuestigat intuitus: ⁊ ad subditū illū solis iustitie fulgorē clarū expansi sinus: cūcta siue bona siue mala/ euomūt q̄ celabant? Ibi frater adā: faciētes ⁊ ꝯsentiētes pari pena punientur. Ibi fures ⁊ socii furū similē sunt accepturi sortē. Ibi par subibūt iudiciū: ⁊ qui iactāt: ⁊ qui iactantur petrōes. Perge igitur iā dicere/ qđ ad me ille viderit. Tange picem: ⁊ dic/ non sum inquinatus ab ea. Absconde ignē in sinu tuo: ⁊ te iactato nō aduri. Pone deniq; portionē tuā cū adulteris: nihilq; tua interesse putato. Nō ita [Esa. vi.] esaias. Redarguit eīm seipsum: nō solū qꝛ ipse immūdus: sed et q socius sit immūdoꝝ: qꝛ inquiēs vir pollutus labiis ego sum: ⁊ in medio ppli immūda labia habētis ego habito. Redarguit aūt se dixerim: non qꝛ cū malis habitaret: sed qꝛ mala nō redar- [Ibidem.] guerit. Sic nāq; ait. Ve mihi qꝛ tacui. Qn̄ ꝟo ipse malū facere acquiesceret: qđ se in aliis nō redarguisse redarguit? Quid eīm etiā dauid? Nōne alieni ꝯtagione pcti se senserat inquinari posse: [Ps. cxl.] cū diceret/ cū hoibus operātibus iniquitatē: ⁊ non cōicabo cū electis eoꝝ? Deniq; ⁊ orat dicens. Ab occultis meis munda me dñe: ⁊ ab alienis parce seruo tuo. Unde etiā maloꝝ quorum [Ps. xxv.] noluit participare malū studuit declinare ꝯsortium. Ait etenī. Non sedi cū ꝯcilio vanitatis: ⁊ cū iniqua gerētibus non introibo. [Ibidem.] Huic versiculo ꝯiūxit ⁊ subsequēs. Odiui (inquit) ecclesiā malignantiū: ⁊ cū impiis nō sedebo. Audi deniq; ⁊ sapiētis cō- [Prouerb. i.] silium. Fili mi (ait) si te lactauerint petrōes/ ne acquiescas eis. Tu ergo aduersus hec atq; alia in hunc modū innumera veritatis testimonia: putasti cupiam obediendum? O odiosa peruersitas. Obedientie virtus que semper militat veritati: aduersus veritatem accingitur? Felicem ego dixerim fratris henrici inobedientiam: cui cito resipiscenti ab errore: ⁊ reuertēti ex itinere: talem contigit non experiri obedientiam. Et potiorē nūc ⁊ dulciorē sue huiusmodi inobedientie carpit/ iam iamq; degustat fructum: bonam habens conscientiam: q ceteris collegis suis fraterna corda graui scandalo concutientibus/ ipse inter fratres in proposito ⁊ ordine suo sine querela conuersetur. Cuius ego si optio detur/ pigram potius elegerim inobedientiam cū ipsius ꝯscia: q̄ hoꝝ studiosam obedientiā cū scandalo. Est imo eīm qꝛ melius agit iste: sic inobediēs abbati: sed nō charitati/ seruādo vnitatē in vinculo pacis: q̄ illi qui ita obtēperāt homini vni/ vt vnum preferant vnitati. Fidēter ⁊ hec addiderim: expedire magis cuilibet sola vnius hois periclitari obediētia q̄ reliquis oibus pietatis bonisq; votis ꝓpriis professionis.

[B] ¶ Siquidem vt cetera taceam: duo precipua nobis in monasteriis conuersantibus obseruanda traduntur: subiecto abbati/ ⁊ stabilitas in loco. Et ita obseruāda q neutrū ꝓpediat alterum/ nec alterutrum sibi ꝑiudicent. Ut verbi gratia: sic te stabilem in loco exhibeas/ vt abbati subiaci nō contēnas: sic obedias subiectus abbati/ vt stabilitatem non amittas. Porro si detestaris in loco licet perseuerantem: qui abbatis forte iubi cōtemnit imperia: miraris si reprehendim⁹ obedientiā: que vobis vestrum deserendi locū vel causa extitit vel occasio: presertim cum in professione regulari sic promittatur stabilitas: vt de subiectione abbati exhibenda/ nulla penitus mētio fiat? Sed queris forsitan inquiens mihi. Quid ergo tu de stabilitate tua facis: quā apud cistercium firmasti: ⁊ nunc alibi habitas? Ad quod respondeo. Ego quidem cisterciēsis monachus ibidem professus: ab abbate meo vbi nunc habito missus sum: sed missus in pace: missus sine scandalo/ sine discordia/ missus iuxta cōsuetudinem: ⁊ communem institutionē. Et dū ergo in eadē qua missus sum pace ⁊ concordia perseuero: q̄diu in vnitate sto/ cōmunibus priuata non prefero: quietus ⁊ subditus: in quo positus sum permaneo: secura dico conscientia: quod promisi firmiter teneo. Quomodo eīm stabilitatis preuaricator votum: qui vnanimitatis nō rumpo vinculum: pacis firmamētū nō desero? Et si corpus absentauit obedientia: sed spiritum semper ibidē presentem tenet concors deuotio: ⁊ in nullo dissimilis cōuersatio. Qua die autē quod quidem deus auertat aliis incipiam viuere legibus/ aliis morib⁹ conuersari/ diuersis deseruire obseruantiis/ adinuenire noua/ extraneas vsurpare cōsuetudines: transgressor professionis/ promissam stabilitatem iā nō me tenere cōfido. Dico ergo abbati per omnia obtemperandū: sed salua professione. Uerū tu professus sm̄ regulam sancti bn̄dicti: vbi promisisti obedientiam: promisisti ⁊ stabilitatem. Et si obedieris quidē: stabilis autem non fueris: dum offendis in vno/ factus es oim reus. Si oim: ⁊ ipsius obedientie. Uides itaq; pōdus tue obedientie? Quomodo nempe stabilitatis transgressionem sufficit excusare: que nec sibi quidem valet patrocinari. Item. Notum est solenniter ac regulariter profiteri quemq; in presentia abbatis. In presentia ergo tm̄: non etiam ad nutum ipsius fit cuiusq; professio. Testis proinde adhibetur abbas/ non dictator professionis: adiutor non fraudator adimpletionis/ vindex non auctor preuaricationis. Quid igitur? Ponam in manu abbatis quod absq; vlla exceptione coram deo ⁊ sctis eius propria manu ⁊ ore firmaui audiens ex regula: si quando aliter fecero: a deo me esse dānandum: quem irrideo? Si abbas meus aut etiam angelus de celo contraria iusserit: libere recusabo huiusmodi obedientiam: que me transgressorem voti proprii: ⁊ peierare faciat nomē dei mei. Scio enī me iuxta scripture veritatē ex ore meo vel ꝯdenandū vel iustificādū: ⁊ qꝛ os [Sap. i.] qđ mentitur occidit animā: ⁊ quod deo veraciter canitur: perdes [Ps. v.] omnes qui loquūtur mendacium: ⁊ quia vnusquisq; onus suum portabit/ ⁊ vnusquisq; pro se rationem reddet. Alioquin qua fronte psallam mentiens in conspectu dei ⁊ angelorum illud de psalmo/ reddam tibi vota mea que distinxerunt labia mea? [Ps. lxv.] Uiderit deniq; abbas me⁹ quid sibi faciendum putet de eo quod ex regula ad ipsum specialiter dirigitur: vt presentem regulā in omnibus conseruet. Et item quod vniuersaliter precipitur: ⁊ nemo excipitur/ vt omnes scilicet per omnia magistram sequantur regulam: nec ab ea temere deuietur a quoq;. Ego sic ipsum sequi decreui semper ⁊ vbiq; magistrum: vt nequaq; a regule quam teste ipso iuraui ⁊ statui custodire deuiam magisterio. [illegible] breuiter questioni que a latere nobis surgere posse videtur: ⁊ sic iam nimis longam finiamus epistolam. Uideor nempe contraria loqui rei quam facio. Queri etenim a me potest: si hos damno qui abbatis sui non solum consensu sed ⁊ iussu/ suum monasterium deseruerunt: quo pacto illos ⁊ recipiam ⁊ retineam: qui de aliis monasteriis fracto stabilitatis voto: ⁊ contempto seniorum imperio: ad nostrum ordinem veniūt. Ad quod quidem breuis responsio: sed periculosa. Uereor nāq; displicere quibusdam quod dicturus sum. Ceterum mihi magis verendum puto. ne tacendo veritatem: illum versiculum/ non veraciter cantem. [Ps. xxxix.] Iustitiam tuam non abscondi in corde meo: veritatem tuam ⁊ salutare tuum dixi. Hac ergo ratione illos suscipimus quoniam nō putamus esse malum si vota labiorum suorum que in locis suis potuerunt quidem promittere: sed nequaquam persoluere/ deo qui vbiq; est: vbicunq; potuerunt reddant et solius rupte stabilitatis damna/ reliquorum regularium preceptorum integra obseruatione compensent. Si cur displicet hoc/ ⁊ murmurat aduersus hominem querentem salutem suam: respondebit pro eo salutis auctor. Nonne oculus tuus nequam est: quia ille bonus? O quisquis es qui saluti inuides aliene: parcito vel tue. An nescis quod inuidia diaboli intrauit mors in orbem terrarum? Attende itaq; tibi. Si enim vbi inuidia ibi mors: profecto non potes simul et inuidere et viuere. Quid molestus es fratri tuo quoniam satagit quemadmodum

quemadmodum que processerunt de lumbis suis non faciat
irrita? Si querat homo quomodo et vbi persoluat qd pollicitus
est deo: quid tu perdis? Fortassis si aliquante pecunie tu eu debito
rem teneres: circuire cogeres mare et aridã: donec vsq ad no-
uissimũ quadrantẽ debitũ redderet vniuersum. Quid igitur me-
ruit de te deus tuus: qm non vis vt et ipse a suo qd suum est debi
tore recipiat? Immo vni inuidens/duos tibi reddis infensos:
dum et dñm serui obsequio: et dñi gratia seruũ fraudare conaris
Tu quare illum potius nõ imitaris: et ipse videlicet psoluẽdo qd
debes? Putas ne te tuũ non requiret debitũ? An potius propter
hoc magis irritas impie deum: q2 dicis in corde tuo nõ requiret?
Quid inde? Omnes ergo dãnas qui similiter nõ faciunt. Nõ.
Sed audi quid et de ipsis sentiã: et noli frustra calũniari. Quid
me vis odiosum facere multis milibus sanctorũ: qui sub nostra
iij. Re. xix. professione nõ nostro conuersantes more: tamen aut sancte vi-
uũt: aut beate defuncti sunt? Num ignoro q reliquerit sibi deus
septem milia virorũ/ q nõ curuauerũt genua sua ante baal? Au
di ergo emule: calũniator ausculta. Dixi cur de alijs monaste-
rijs ad nostra venientes/recipiendos censuerim. Nunquid nõ venien-
tes dãnaui? Excuso illos: nõ istos accuso. Soli sunt inuidi: quos
excusare nec volo nec valeo. Quibus exceptis/si quis cetero-
rum ad regule cupiat transire puritatem: sed propter scandalum
non audiat: aut certe etiã ob certã corporis infirmitatẽ: puto
q nõ peccat: dũ tñ in suo studeat loco sobrie et iuste et pie cõuer
sari. Nam si qua ex more monasterij minus forte districte q regu
la constituisse videtur: obseruare compellitur: excusabit hoc forsi-
j. Pe. iiij. tan aut illa charitas qua cunctatur migrare ad melius propter
scandalũ/iuxta illud: charitas operit multitudinẽ peccatorum;
aut illa humilitas: qua proprie cõscius infirmitatis se reputat
Iaco. iiij. imperfectum. Siquidẽ et de ipsa scriptũ est. Deus humilibus dat
gratiam. Multa quidẽ tibi locutus sum charissime cum multis
opus nõ habeas: quippe cui sit et ingenij velox ad intelligẽdũ
quod dicitur: et volũtas agilis ad eligẽdum quod vtiliter suadetur
Sed licet specialiter quidẽ ad te/non tamẽ tam multa propter
te scribenda putaui. Hec itaq: quibus deus prouidit fore neces-
saria. Te aũt vt meũ iam olim familiarissimũ paucis et cũ omni
fiducia moneo: ne iam diutius aias desiderãtium te: (in tue qui
dem aie horrendũ periculũ/tui expectatione suspẽdas. En ma
iorũq (ni fallor) q tecũ sunt: et mors et vita in manu tua est. Arbi
tramur enim quicquid feceris tu aut volueris: illos esse facturos.
Alioquin apte denũcia illis: q2 iuxta olim abbatum nostrorum
Eze. xviij. non contemnẽdam sententiam q merito processit in vos: q redie
rint viuent: qui renuerint morientur.

Ad brunonem coloniensem electum. Epistola. viij.

Q̲Ueris a me cõsilium vir illustris bruno: an volenti-
bus te promouere ad epatum acquiescere debeas.
Quis hoc mortalium diffinire presumat? Deus for
sitan vocat: quis audeat dissuadere? Forte non vo
cat: quis appropinquare cõsulat? Utrũ vero voca-
tio dei sit an nõ sit: quis scire possit excepto spũ q scrutatur etiam
alta dei: vel si cui forte reuelauerit ipse? Magis quoq dubium
reddit consilium illa in litteris tuis humilis: sed terribilis cõ
fessio: qua vitam tuam tã grauiter et vt credo non nisi veraciter
accusas. Nec enim negandũ est huiuscemodi vitã esse indignã,
tã sacri dignitate mysterij. Sed rursum nõ immerito e regione
times (nã et nos idipsum metuimus) si ob malũ cõsciẽtie de com
misso sciẽtie talẽto nõ facis lucrũ: nisi qd alio forte negociandi
genere: et si minus copiose minus tñ et periculose fructificare va
leres. Horreo fateor: sic enim tibi vt mihi loqui debeo qd sentio.
Horreo inq cõsiderãs vñ quo vocaris: presertim cũ nullũ intercur
rerit penitẽtie tps/p qd vtcũq huiuscemodi periculosissimus transi-
B tus fiat. Et qdẽ rectus ordo requirit: vt prius proprias/deinde
alienas curare studeas cõsciẽtias. Primus quippe pietatis gra
Eccli. iij. dus est de quo scriptũ est. Miserere aie tue placẽs deo. Ex hoc
aũt ad miserandũ primũ/recto iã tramite charitas ordinata p
cedit: quippe quem ad sui quisq mẽsurã amare precipitur. Ac si in
hunc modum quo te hactenus ipse amasti: et tibi cõmittendos
amaturus es: malo ego quidẽ tibi non cõmitti q sic diligi. Si
aũt prius te diligere didicisses: et me forsitan scires amare. Sz
qd si suã deus acceleret tibi gratiã et multiplicet misericordiã:
et sit ad restituendã innocẽtiã efficacior velox clementia q diu-
Ps. xxxi. turna penitẽtia? Beatus siquidem cui nõ imputabit dñs pctm?
Nã quis accusabit aduersus electũ dei? Si deus iustificat: quis
Ro. viij. est qui condẽnet? Hoc salutis cõpendiũ/sanctus ille latro cõse-
cutus est: vno eodẽq die simul et cõfessus latrocinia/et introdu-
ctus in gloriam: breui quodã cõtẽptus ponte crucis ad trãsigẽ
dum de regione dissimilitudinis in terrã viuentiũ: et de luto fe
Luce. vij. cis in paradisum voluptatis. Hoc subitũ pietatis remediũ per
cepit felix illa peccatrix: cum repente vbi superabundauerant
delicta/abũdare cepit et gra. Absq multo penitẽtie labore di-
missa sunt ei pctã multa qm dilexit multũ: et in breui meruit cha-
j. Pe. iiij. ritatis accipere latitudinẽ: q vt scriptũ est) cooperit multitu-
Mat. ix. dinem pctõrũ. Hoc et ille paralyticus in euangelio. Duplex atq
celerrimũ potẽtissime bonitatis persensit bñficiũ/prius mente
q carne curatus. Sed aliud est celerẽ adipisci veniã pctõrũ: et
Ibidem. aliud de ipsis sceleribus ad infulas mox prouehi dignitatũ. Ui-
deo tñ mattheũ de theloneo ad aplatus culmen assumptũ: sed
hoc me rursum cõturbat: q nõ prius audierit cũ ceteris coapo-
Mar. xvj. stolis suis. Ite in orbẽ vniuersum predicate euangeliũ oi crea
ture q egerit penitẽtiã multo tpe ac labore: sequẽdo dñm quo
cũq iret: pmanẽs cũ eo in tẽtationibus suis. Sed et si occurrat
de Ambrosio q de tribunalibus ad sacerdotiũ raptus fuerit:
nõ me valde cõfortat: cũ a puero mundã in mũdo duxerit vitã: et
sic etiã fuga et latebris multisq dissimulationũ modis declina
re conatus sit. Si de saulo quoq factus repente paulus/ repẽte
vas electionis/repente doctor gentium/ in exemplũ adducitur:
hoc exempli euacuat similitudinẽ: q ille ideo misericordiã cõ-
j. Thim. j. secutus sit: q2 ignorans ipso teste peccauit: manẽs in icreduli-
tate. Quãq si tale quippiã quãdoq bene et vtiliter factum fuis
Ps. lxxvj. se agnoscitur/de quo dici veraciter possit: hec est mutatio dexte-
re excelsi: non tñ exemplũ q miraculũ afferre debeat. Hec in-
terim a me ad id quod queritis suspensiue responsa sufficiant.
Neq enim possum vnde certus non sum/certam proferre sentẽ
tiam. Sic cõtingere debet querenti rem vbi non sit. Sermo a
propheta/cõsiliũ a sapiente querẽdum est. Nunquid enim de luto
limpidum quippiã haurire potestis? Unũ tñ est qd amico absq
periculo: et nequaq sine fructu impendere possumus nostre vi-
delicet pro hac re orationis ad deum qualecũq suffragium. Deo
ergo relinquentes sui qd ignoramus secretum consilij: ipsum
supplici deuotione et deuota supplicatione precamur: vt in vo
bis et de vobis operetur quod et se deceat: et vobis expediat. Ha
betis autẽ dñm Norbertũ: quẽ melius presentẽ presens/ de tali
bus interrogare potestis. Nam tãto vir ille in diuinis apperiẽ
dis mysterijs nobis promptior: quanto et deo propior esse cognoscitur.

Ad eundẽ iã archiepiscopũ coloniẽsen. Epistola. ix.

D̲Ignationis vestre suscepi scripta deuotus: et ad in
iuncta sollicitus fui: et si profui: vos probabitis. Sed
de hoc satis. Porro in eadem charitate audeo que
sequuntur. Si cũctos qui vocantur ad ministeriũ/
constat eligi et ad regnum: profecto securus est colo
niensis archiepiscopus. Ac si etiam et saulẽ in regno: et iudam in
sacerdotio legitur elegisse nõ alius q ipse deus: et non potest
solui scriptura que hoc asserit: timeat necesse est et coloniensis
archiepiscopus. Siuero quod verũ est et illa sententia hodieq
j. Cho. j. viget: q2 non multos nobiles: non multos potentes: nõ multos
sapientes elegit deus: nunquid nõ triplicem quoq habet timẽdi
causam coloniensis archiepiscopus? Curemus ergo in alto po
siti: non altum sapere sed timere: sed humilibus cõsentire. Prin-
Ecclesia. xxxij. cipem, inquit te constituerunt: esto in illis tanq vnus ex illis.
Eccli. iij. Et iterum. Quãto maior es: tanto humilia te in omnibus. Sapi
Luc. xxij. ens est qui hoc consulit: quippe haud secus sentiẽs ab ipsa sa
pientia que ait. Qui maior est vestrũ/fiat sicut minor. Alioquin
iudicium durũ his qui presunt: timeat potestas. Seruus quoq
sciens voluntatem dñi sui/et nõ faciens digna vapulabit mul-
tis: timeat q congnouit litteraturã. Timeat nobilis: q2 iudex
oim non est acceptor personarum. Iste profecto necessarij timo
ris funiculus triplex: difficile rũpitur. Durus ne videor q2 non
blandior: q metũ incutio: q amico cupio initiũ sapiẽtie? Sic
mihi contingat semper beare amicos idest terrendo salubriter
Prouer. xxviij. non adulando fallaciter. Ad illud me prouocat qui dicit. Bea
tus homo qui semper est pauidus Ab hoc reuocat q ait. Po-
Esa. iij. pule meus qui te beatificant: in errorem inducunt.

Ad eundem. Epistola. x.

H̲Orrendũ punire nephas: et si duplici ratione incũ
bat vobis: tum pro debito videlicet officij: tum q2
et apostolica iniungit auctoritas: puto tamen q nõ
superuacua in re tanta: etiam amici commonitio ac
cedit. Hoc autem est q amicum et patrem cupimus
esse ammonitum: vt hec ipsa vltio que facienda est: eo quoq ze
lo quo facienda est fiat: quatinus non solum presens facinus
mulctatũ esse videatur: sed etiã a simili temeritate audiẽs ois
malignitas compescatur.

Ad carthusienses et guigoni priori. Epistola. xj.

I̲Nter patres reuerentissimis et inter amicos charis-
simis Guigoni priori carthusiensi: ceterisq sctis q
cũ eo sunt: frater Bernardus de claraualle salutem
eternã. Sanctitatis vestre litteras tã letus acce
B pi: q auidus et olim desideraueram. Legi eas: et quas
voluebã in ore lrãs: scintillas sentiebã in pectore: quibus et cõcaluit

cor meum intra me tāq̃ ex illo igne quem dñs misit in terram. O quantus in illis meditationibus exardescit ignis: e quib⁹ huiuscemodi euolant scintille. Uestra illa succensa et succendēs salutatio sic mihi vt verum fatear accepta fuit et est: quasi non ab homine sed certissime ab illo qui mandat salutes iacob: descendere videretur. Non me sane arbitror salutatum in viam̄o in transitu: non veluti ex occasione: vt assolet consuetudinis: sz plane ex visceribus vt sentio charitatis ꝓdijt hec tam grata et inopinata benedictio. Benedicti vos a dño qui me in benedictionibus dulcedinis tante preuenire curastis: vt daretur puero vestro vobis primum scribentibus: fiducia rescribendi scribere quidem ad vos iam pridem gestienti: sed non presumenti. Uerebar nimirum sanctam quam in domino habetis importunis scriptitationibus infestare quietem: iuge illud vestrum sanctumq̃ silentium a seculo susurrium cum deo: vel ad modicū interrumpere: nostrasq̃ ingerere auribus secretis penitus occupatis supernis eulogie. Timebam omnino molestus fieri: vel moysi in monte: vel helye in deserto: aut certe excubanti in templo samueli: si diuinis intentissimos confabulationibus aliq̃tenus auocare tentassem. Clamet samuel: loquere domine quia audit seruus tuus: et ego me audiri presumerez? Timebaz insuper si et dauid elonganti se et fugiēti manentiq̃ in solitudine importunus insisterem: indignās excusaret et diceret. Sine me, nō audio te modo: audiam potius quod dulcius ausculto. Audiā quid loquatur in me dominus deus: quoniam loquetur pacem in plebem suam: et super sanctos suos: et in eos qui conuertūtur ad cor. Aut certe illud. Declinate a me maligni: et scrutabor mādata dei mei. Quid enim? Ego ne tam temerarius essem, vt inter sponsi brachia suauiter quiescentem auderem suscitare dilectam quousq̃ vellet ipsa? Putarem ilico auditurum me ab illa.

j. Reg. iij.

Ps. lxxxiiij.

Ps. cxviij.

Canti. ij. C

Noli mihi molestus esse. Ego dilecto meo: et dilectus meus mihi qui pascitur inter lilia. Uerum quod non audeo ego: audet charitas, et cū oi fiducia pulsat ad ostiū amici: nequaq̃ putans pati se debere repulsam: que amicitiarū matrem se nouit: nec veref vestrū et si gratissimū paulisper inquietare ociū, propter suū negociū. Ipsa ꝑfecto, ipsa cū vult facit vos excedere deo. Ipsa et cū voluit fecit sobrios nobis: adeo vt minime dubitetis indignū me non modo me sustinere loquentem, sed tacentem insuper benigne ꝓuocare. Amplector benignitatem, dignationē ammiror, laudo et veneror puritatem: qua de nostris profectibus quos putatis: tanta in dño exultatione gloriamini. Glorior et ego plurimū tāto testimonio: et seruorum dei tam grata q̃ gratuita admodum familiaritate delector. Hec iam gloria mea, hoc gaudium meum: he delicie cordis mei q̄ non frustra leuauerim oculos meos in montes: vnde quippe iam nō mediocre venit auxilium mihi. Hi iam nobis stillarunt montes dulcedinem: et adhuc spero quia stillabunt quousq̃ valles nostre abundabunt frumēto. Festiuus enim erit mihi dies ille dulcedinis: et memoriale sempiternū: in quo vīrū illū videre ac suscipere merui: per quem factum est vt in cordibus vestris ego recipi merer. Et quidem iam ante receperatis vt apparet in litteris vestris: sed nunc artius vt comperi: familiarius cum ille vobis retulit de me quedam: que et si non probauerit, putauit tamen. Fidelis quippe et religiosus: absit vt aliter loqueretur q̃ credidit. En reuera in me experior quod ait saluator. Qui recipit iustum in nomine iusti mercedem iusti accipiet. Mercedem quippe iusti dixerim q̄ iustus reputor: non ob aliud nisi q̄ iustum recepi. Nam si qua superaddita sunt: ea iustus non tam ex veritate rei q̃ ex puritate sui locutus est. Audistis, credidistis, exultastis, scripsistis: et me non parum letificastis: non solum q̄ aliquem locum gratie, et locum non mediocrem apud vestram merui sanctitatem: sed et q̄ nobis vestrorum nō parua ex parte puritas animorum innotuit. Paucis pro certo aperuistis: cui⁹ spiritus estis. Gaudeo proinde mihi: gaudeo et vobis: mee vtilitati et vestre sinceritati. Illa siquidē vera et sincera est charitas: et omnino de corde puro: et conscientia bona, et fide non ficta iudicanda procedere: qua primi bonū eque vt nostrū diligimus. Nam qui magis aut certe solum diligit suū: conuincitur nō caste diligere bonū: quod vtiq̃ ꝓpter se diligit nō propter ipsum. Et hic talis nō pōt obedire prophete: qui ait. Cōfitemini dño quoniam bonus. Cōfitetur quidē quia fortassis bonus est sibi: non autem quoniam bonus est in se. Quapropter nouerit in se dirigi illud ab eodem ꝓpheta opprobrium. Confitebitur tibi: cū benefeceris ei. Est q̄ cōfitef dño qm̄ potēs est: et est q̄ cōfitef qm̄ sibi bon⁹ est. Et itē q̄ cōfitef qm̄ simplr bon⁹ est. Prim⁹ seruus est et timet sibi: secūdus mercennarius est, et cupit sibi: tertius filius et defert patri. Itaq̃ et qui timet et q̄ cupit vterq̃ pro se agunt. Sola que in filio est charitas: non querit que sua sunt. Ex obiem puto de illa dictū. Lex domini immaculata conuertens animas: q̄ sola videlicet sit que ab amore sui et mūdi auertere possit animū: in deum dirigere. Nec timor quippe

Mat. x.

Ps. cxvij.

Ps. xlviij. D

Ps. xviij. E

nec amor priuatus conuertit animam. Mutant interdum vultum vel actum: affectum nunq̃. Facit quidem etiam seruus nō nunq̃ opus dei: sed q: non sponte: in sua adhuc duricia permanere conuincif. Facit et mercēnarius: sed q: nō gratis, ꝓpria trahi cupiditate cognoscif. Porro vbi ꝓprietas: ibi singularitas. Ubi aūt singularitas: ibi angulus. Ubi vo angulus ibi sine dubio sordes siue rubigo. Sit itaq̃ seruo sua lex timor ipe quo cōstringif: sit mercēnario sua cupiditas: qua et ipse artaf: qū abstrac⁹ illectus. Sed harum nulla aut sine macula est: aut animas cōuertere potest. Charitas vero conuertit animas: quas facit et voluntarias. Porro in eo eam dixerim immaculatam: q̄ nil sibi de suo retinere consueuit. Cui nempe de proprio nihil est totū profecto quod habet dei est. Quod aūt dei est: immūdum esse non potest. Lex ergo domini immaculata, charitas est que nō quod sibi vtile est querit, sed quod multis. Lex autē dñi dicif siue q̄ ipse ex ea viuat: siue q̄ eā nullus nisi eius dono possideat. Nec absurdum videatur quod dixi etiam deum viuere ex lege: cum nō alia dixerim q̃ charitate. Quid vo in summa et bēa illa trinitate summam et ineffabilem illam conseruat vnitatem nisi charitas? Lex est ergo: et lex dñi charitas, que trinitatem in vnitate quodāmodo cohibet: et colligat in vinculo pacis. Nemo tamen me estimet charitatem hic accipere qualitatem vel aliquod accidēs: alioquin in deo dicerem (quod absit) esse aliquid quod deus non est: sed substantiā illam diuinam: quod vtiq̃ nec nouū nec insolitum est dicente iohanne: deus charitas est. Dicitur ergo recte charitas: et deus, et dei donum. Itaq̃ charitas dat charitatem: substantia accidentalē. Ubi dantē significat: nomen est substātie. Ubi donū qualitatis. Hec est lex eterna: creatrix et gubernatrix vniuersitatis. Siquidem in pondere et mēsura, et numero per eam facta sunt vniuersa: et nihil sine lege relinquitur: cum ipsa quoq̃ lex omniū sine lege non sit: non tamen alia q̃ se ipsa qua et seipsam et si nō creauit: regit tamen. Ceterum seruus et mercennarius habent legem non a dño: sed quā ipi sibi fecerunt: ille deum non amādo: iste plus aliud amādo. Habent inq̃ legem non dñi, sed suam: illi tamen que dñi est subiectā. Et quidē suam sibi quisq̃ legem facere potuerunt: nō tamen eā incommutabili eterne legis ordini subducere potuerunt. Tunc autem dixerim quēq̃ sibi suā fecisse legem, quando communi et eterne legi propriā pretulit volūtatem: peruerse videlicet volēs suum imitari creatorē: vt sicut ipse sibi lex suiq̃ iuris est: ita is quoq̃ seipsum regeret: et legē sibi suā faceret voluntatem: graue vtiq̃ et importabile iugū sup omnes filios adā: heu inclinās et incuruās ceruices nostras: adeo vt vita nostra inferno appropinquauerit. Infelix ego homo: quis me liberabit de corpore mortis huius? Quo vtiq̃ sic ꝑmor, vt nisi quia dñs adiuuit me: paulominus habitasset in inferno anima mea. Sub hoc onere grauatus gemebat qui dicebat: qui. [illegible] posuisti me contrarium tibi: et factus sum mihimetipi grauis? Ubi dixit factus sum mihimetipi grauis: ostēdit q̄ lex ipse sibi esset nec alius hoc q̃ ipse sibi fecisset. Quod autē deo loquēs premisit, posuisti me cōtrariū tibi, dei se tamē non effugisse legē indicauit. Hoc quippe ad eternam iustāq̃ legem dei pertinuit: vt qui a deo noluit suauiter regi, penaliter a seipso regeref: quiq̃ sponte iugū suaue et onus leue charitatis abiecit, proprie voluntatis onus importabile pateretur inuitus. Miro itaq̃ modo eterna lex fugitiuum suū: et posuit sibi cōtrariā et retinuit subiectū: dum videlicet nec iusticie ꝑ meritis legē euasit: nec tamen cū deo in sua luce, in sua requie, in sua gloria remāsit: subiect⁹ potestati, et submot⁹ felicitati. Dñe de⁹ me⁹ cur nō tollis peccatū meū: et quare nō aufers iniq̄tatē meā: vt abiecta graui sarcina proprie voluntatis, sub leui onere charitatis respirē: nec iā seruili timore coerceat: nec mercenaria cupiditate illiciar: sz agar spiritu tuo spū libertatis quo aguntur filij tui: q̄ testimoniū reddat spūi meo q̄ et ego sim vnus ex filiis, dū eadē lex mihi fuerit que et tibi et sicut tu es, ita et ipse sim in hoc mūdo. Hi siquidē q̄ hoc faciūt: q̄d ait apls, nemini q̄cq̃ debeatis nisi vt inuicē diligatis: procul dubio sicut deus est: et ipsi sunt in hoc mūdo: nec serui aut mercēnarij sunt sed filij. Itaq̃ nec filij sunt sine lege: nisi forte aliq̄s aliter sentiat ꝓpter hoc q̄d scriptū est iustis non est lex posita. Sed sciēdū est q̄ alia lex est ꝓmulgata a spū seruitutis in timore: alia a spū libertatis data in suauitate. Nec sub illa coguntur esse filij: nec sine ista patiunf. Uis audire q: iustis nō est lex posita? Nō accepistis, inquit, spm̄ seruitutis iterum in timore. Uis audire q̄ tamen sine lege charitatis non sint? Sed accepistis, ait, spiritum adoptionis filiorum. Deniq̃ audi iustum vtrunq̃ de se fatentem: et q̄ non sit sub lege: nec tamen sit sine lege. Factus sum (inquit) his qui sub lege erant quasi sub lege essem: cum ipse non essem sub lege. His qui sine lege erāt: tanq̃ sine lege essem, cum sine lege dei non essem: sed in lege essem christi. Unde apte non dicitur. Iusti non habent legem: aut iusti sunt sine lege: sed iustis non est lex posita: hoc est

non tanq̃

j. Joh. iiij.

Job. vij.

Ibidem

Roma. viij.

j. Timo. j.

Roma. viij.

Ibidem

j. Cor. ix.

non tanq̄ inuitis imposita/sed voluntarijs eo liberaliter data:
Mat.xj. quo suauiter inspirata. Unde et pulchre dominus tollite (ait)
iugū meum super vos. Ac si diceret Non impono inuitis:sed
vos tollite si vultis. Alioquin non requiem sed laborem inue-
nietis animabus vestris. Bona itaq lex charitas ꝛ suauis:que
non solū leuiter suauiterq portatur:sed etiam seruorum ꝛ mer
cennariorum leges portabiles ac leues reddit:quas vtiq non
Mat.v. destruit:sed facit vt impleantur dicente domino. Non veni le-
gem soluere sed adimplere. Illam temperat/istā ordiat/vtrāq
leuigat. Nūq̄ erit charitas sine timore:sed casto:nunq̄ sine cu
piditate/sed ordinata. Implet ergo charitas legem serui cum
infundit deuotionem:implet ꝛ mercennarij cum ordinat cupi-
ditatem. Porro timori permixta deuotio ipsum non adnullat:
ps.xviij. sed castificat. Pena tn̄ tollitur:sine qua esse non potuit dū fuit
j.Joh.iiij seruilis:ꝛ timor manet in seculum seculi castus ꝛ filialis. Nam
q̄ legitur/perfecta charitas foras mittit timorem:pena intel-
ligenda est que seruilis vt diximus nunq̄ deest timori:illo scʒ ge
nere locutionis:quo sepe causa ponitur pro effectu. Deinde cu
piditas tunc recte a superueniente charitate ordinatur cū ma
la quidem penitus respuuntur:bonis vero meliora preferūtur
nec bona nisi propter meliora appetuntur. Quod cuʒ plene per
dei gratiam assecutuʒ fuerit:diligetur corpus ꝛ vniuersa corpo
ris bona tn̄ ꝓpter aīam:aīa ꝓpter deū:deus aūt ꝓpter seipm̄.
Uerūtn̄ q̄ carnales sum⁹/ꝛ de carnis cōcupiscentia nascimur
necesse est cupiditas vel amor noster a carne incipiat:que si re-
cto ordine dirigitur: quibusdam suis gradibus duce gratia ꝓ
ficiens/spiritu tandē consummabitur:q̄ non prius quod spiri
tuale/sed quod animale:deinde quod spirituale. Et prius ne-
cesse est/portemus imaginem terrestris: deinde celestis. In p̄-
mis ergo diligit seipm̄ homo propter se. Caro quippe est: ꝛ nil
supereualet preter se. Cumq se videt per se non posse subsistere
deum sibi quasi necessarium incipit per fidem inquirere ꝛ dilige
re. Diligit itaq in secundo gradu deum:sed propter se non pro
pter ipm̄. At vero cum ipsum ceperit occasione proprie neces-
sitatis colere ꝛ frequentare cogitando/legendo/orādo/obediē
do:quadam huiusmodi familiaritate paulatim sensimq deus
innotescit consequenter ꝛ dulcescit:ꝛ sic gustato q̄ suauis est
dominus/transit ad tertium gradum vt diligat deum:non iam
propter se:sed propter ipsuʒ. Sane i hoc gradu statur:ꝛ nescio
si a quoq hominum quartus in hac vita perfecte apprehendit
vt se scʒ homo diligat tn̄ propter deum. Asserant hoc si qui ex-
perti sunt:mihi fateor impossibile videtur. Erit autem procul
dubio cum introductus fuerit seruus bonus ꝛ fidelis in gaudi
um domini sui:ꝛ inebriatus ab vbertate domus dei. Quasi em̄
ebrius miro quodammodo oblitus sui/ꝛ a se penitus velut de
ficiens totus perget in deum:ꝛ deinceps adherēs ei vnus spi
ps.vj. ritus erit: Arbitror hoc prophetā sensisse:cū diceret. Introibo
in potētias dn̄i:domine memorabor iustitie tue solius. Scie-
bat profecto cum introiret i spirituales potentias domini:exu
tum se iri vniuersis infirmitatibus carnis:vt iam nil de carne
haberet cogitare: sed totus i spiritu memoraretur iustitie dei
solius. Tunc pro certo singula christi membra dicere poterūt
ij.Cor.v. de se:quod paulus aiebat de capite. Et si cognouimus sm̄ car
nem christum:sed nunc iam non nouimus. Nemo ibi se cogno-
j.Co.xv. scit sm̄ carnem:quia caro ꝛ sanguis regnuʒ dei non possidebūt
Non q̄ carnis substātia illic futura non sit:sed q̄ carnalis om-
nis necessitudo sit defutura/carnisq amor amore spirit⁹ absor
bendus:ꝛ infirme q̄ nunc sunt humane affectiones/in diuinas
quasdā potentias habeāt cōmutari. Tunc sagena charitatis q̄
nunc tracta p hoc mare magnū ꝛ spaciosuʒ: ex oī gn̄e pisciū cō
gregare nō desinit:cū pducta ad littus fuerit:malos foras mit
tens:bonos solūmodo retinebit. Siquidē in hac vita ex oī gn̄e
pisciū intra sinū sue latitudinis:charitatis rhete cōcludit:vbi
se pro tp̄e oībus conformans/omniumq in se sine aduersa: siue
ꝓspera transiens/ac sua quodāmodo faciēs/non solū gaudere
cū gaudētibus/sed etiā flere cū flētibus ꝯsueuit. Sed cū perue
nerit ad littus/velut malos pisces oē qd̄ triste patit̄ foras mit
tens/sola que placere ꝛ iocūda esse poterūt/retinebit. Nunqd
enim tunc(verbi gratia)paulus aut infirmabit̄ cū infirmis/aut
vretur pro scandalizatis:vbi scādala ꝛ infirmitas procul erūt?
Aut certe lugebit eos qui ante nō egerūt penitētiā/vbi certuʒ
est sic neminē sane fore qui peniteat:quō qui peccet nō erit? Ab
sit aūt vt vel eos q̄ ignibus eternis cuʒ diabolo ꝛ angelis eius
deputādi sunt:plāgat ꝛ defleat in illa ciuitate quā fluminis im
petus letificat:cuius diligit dn̄s portas sup oīa tabernacula
iacob:q̄ videlʒ in tabernaculis ꝛ si qñ gaudet de victoria/labo
ratur tn̄ in pugna:ꝛ plerūq periclitatur de vita:in illa autem
patria nulla prorsus admittatur aduersitas/siue tristicia: quē-
ps.lxxxvi admodum de illa canitur. Sicut letantium omnium habitatio
Esa.lxi. in te. Et rursum. Leticia sempiterna erit eis Deniq quomodo
misericordie recordabitur:vbi memorabitur iustitie dei solius

Proinde vbi iam non erit miserie locus:aut misericordie tem-
pus:nullius profecto esse poterit miserationis affectus. Lon-
gum quidem adhuc texere sermonem insatiabili colloquendi
ad vos desiderio pulsor fratres mei charissimi ꝛ desideratissi
mi/sed tria sunt que finē indicūt. Primū qdē q̄ maxime vereor/
ne fiā onerosus vobis. Secūdū:q̄ pudet loquacitatis. Tertiū
q̄ domesticis vrgeor curis. In fine p̄cor misereminí mei:ꝛ si ex-
ultastis in bonis de me tn̄ auditis:certis queso cōpatimini ma
lis. Uidit fortassis q̄ vobis ea narrauit aliqua parua:ꝛ de par-
uis grandia estimauit. Uestra aūt sinceritas facile credidit:qd̄
libēter audiuit. Gratulor quidē de charitate:que oīa credit: sʒ
ꝯfundor ꝓ veritate q̄ oīa nouit. Uolo vos mihi credere:de me:
magis q̄ alteri qui tn̄ videt i facie. Nemo quippe scit que sunt
in homine:nisi spiritus hominis qui in eo est. Dico vobis ego
qui de me loquor non ex coniectura:sed ex sententia/non sum
talis qualis putor vel dicor: quod quidē tam securus fateor q̄
certus experior:ita vt nil malim vestris orationibus speciali-
ter obtinere/q̄ vt talis fiam qualem littere vestre predicant.

¶ Ad eosdem in qua supplicat vt orent pro ipso. Epistola.xij.

Amantissimo domino ꝛ reuerendissimo patri Gui-
goni priori carthusiensi:ꝛ sanctis fratribus adherē
tibus ei:frater bernardus de claraualle modicum
id quod est. Primuʒ q̄ accedens ad partes illas nō
adieci peruenire vsq ad vos videre facies vestras
rememorari iniquitates ꝛ necessitates meas: et si forsitan vo-
bis satisfacere possum:mihi fateor non possum: Irascor occu-
pationibus meis:quibus factum est/non vt neglexerim:sed vt
nequerim. Hoc frequenter patior ꝛ ideo frequenter irascor:di
gnus vtinam cui oīs sctūs condoleat. Alioqn dupliciter miser
sum:si nec miserabilis sum. Ego ħo fraterne pietati locū in me
ostēdo/nō meritū. Misereminí mei nō q̄ dignus:sed qm̄ inops
ꝛ pauper sum ego. Iustitia meritū querit:misericordia miseriā
intuet̄. ¶ Uera misericordia nō iudicat/sed afficit: non nititur
discussione/occasione ꝯtēta. Nō enim expectat̄ rō/vbi affectio
trahit. Lugebat samuel saul:miserās nō deliberās. Fundebat
lachrymas dauid filio parricide:ꝛ si nō ꝓfuturas:pias tn̄. Ita
ꝛ vos misereminí mei:nō q̄ merui/sʒ q̄ egeo. Misereminí tāq
misericordiā ꝯsecuti a dn̄o:vt sine timore a mundi tumultibus
liberati seruiatis ei. Felices quos abscondit in tabernaculo
suo in die maloꝝ in vmbra alarū suarū sperātes/donec trāseat
iniqtas. Ceterū ego infelix:paup ꝛ nudus hō natus ad laborē
in plumis auicula pene oī tp̄e nidulo exulans vento exposita ꝛ
turbini:turbatus sum ꝛ motus sum sicut ebrius:ꝛ oīs conscien
tia mea deuorata est. Misereminí proinde:ꝛ si nil meriti/certe
sic affecti.

¶ Ad dominum papam Honorium. Epistola.xiij.

Summo pōtifici honorio:frater qdā professione mo
nachus/conuersatione peccōr:seipsum quātillus est.
Aiūt apud vos plus valere pauperis precē:q̄ potē
tis vultū. De qua vr̄a singulari dignatione taʒ sctā
opinio facit me dignitatis celsitudinem nō vereri
quominus audeā loq̄ ad vos/id p̄sertim qd̄ charitas suggerit
(de ecclesia dico dn̄e cathalaunensi:cuius quātū in me est: nec
valeo nec debeo dissimulare periculū.) Uidimus nimirum iam
tāq imminere sentimus nos q̄ vicini sumus/pacē videlʒ memo
rate ecclie grauiter mox esse turbādā:si electiōi illustris illius
viri.i.magistri alberici:in quā vtiq totus tā clerus q̄ populus
pari voto ꝛ voce ꝯuenerāt/ꝛ ꝯueniūt:vestre pietatis assensum
impetrare nequiuerint. De qua re si ꝛ nostra querit̄ aut curatur
sententia:nouimus hoiem sane fidei ꝛ doctrine hactenus exti
tisse:in diuinis pariter ꝛ humanis prudentē esse:ꝛ speramus in
domo dei (si tn̄ ipse elegit eū) fore vas in honorē:ꝛ vtilē futurū
nō solū illi/sed ꝛ oī gallicane ecclesie. Ur̄e tā discretionis est iu
dicare:an merito flagitet̄ a vobis facienda dispēsatio:vn̄ talis
potest sperari recompensatio.

¶ Ad eundem dominum Honoriū papam. Epl̄a.xiiij.

Summo pōtifici honorio:frater bernardus vocat⁹
abbas clareuallis/salutē:ꝛ si quid potest peccato
ris oratio. Certo ad vos timore scribam: nouit ipse
quem timemus in vobis. Sed vt audeam/dn̄a cha
ritas facit:quippe que imperat ꝛ vobis. Pro ec-
clesia diuionēsi rogatus/suscepi facere precē:sed quid potissi-
mū p̄cari debeā pene dubito. Nā sicut tentare aliqd vel prece
vel precio aduersus iustitiā iniquū est:sic ꝓ iustitia multum la
borare apud iustitie amatorē superfluū. Uerū ꝛ si nos qd oret
mus sicut oportet nescim⁹ cōfidim⁹ tamē q̄ vestra benignitas
presertim in causa religiosorum ociosa esse non poterit. Et qui
dem sanctitatis vestre prudentia sollicitaq discussio/quid in-
uentura sit ego nescio:sed hoc dico quod audiuit frequenter

audio quia videlicet longo et inconcusso tenore fertur diuios pensio ecclesia possedisse ea: de quibus aduersus eam causant lux onienses: ita vt hi qui videntur antiquiores deuicinis mirentur et indignentur: noue in abhominantes calumniam.

¶ Ad Haimericum cancellarium. vnde supra.

Epistola. xv.

Viro illustri domino Haimerico apostolice sedis cācellario Ber. de claraualle que retro sunt obliuisci et ad ea que ante sunt apostolum sequi. Nō latet amicos nostros q̄ me familiari affectu diligitis: et tante mihi felicitatis fructum inuidēt si solus habere voluero. Monachi diuionenses ob antiquam illius ecclesie religionem/ mihi charissimi sunt. Sentiāt si placet q̄ nō sit amor ociosus: siue vester ad nos: siue noster ad illos: salua tamen in omnibus iustitia: contra quam ne amicum quidem respicere fas est.

¶ Ad Petrum presbyterum cardinalem. vnde supra.

Epistola. xvi.

Charissimo dn̄o suo petro presbytero cardinali: frater Bernardus abbas clareuallis salutem et non in via. Ego causam non habeo: causam tamē diuionensium monachorum: q̄ viri religiosi sunt/ meam facio. Manutenete eam: vt meam. Sic tamen meā vt et iustitie sit. Quod vtiq̄ et nos confidimus et tota fere patria testatur.

¶ Ad Petrum dyaconum cardinalem legatum. vnde supra.

Epistola. xvij.

Omnino venerabili petro Ro. ecclesie dyacono cardinali et legato: frater. B seipsum quātum potest. Quod ad vos non veni vt mandastis: non mea pigritia: sed causa fuit non contemnenda. Siquidem salua vestra omniumq̄ bonorum reuerentia/ mihi propositum est: nequaq̄ egredi de monasterio: nisi certis ex causis. Quarum vtiq̄ nulla modo se obtulit vt licite possem vestre in hoc: immo et nostre satisfacere voluntati. Uerum vos quid facitis de eo qd̄ iādudum vestrarum priorum litterarum promissio ne tenemus/ vestro scilicet quem adhuc sustinemus aduentu? Que ista deinde scripta sint que et ante nobis fieri iussistis: et nunc requiritis/ omnino nescimus: ideoq̄ nihil parauimus. Ego eīn nescio me quippiam quandoq̄ scriptitasse de moribus/ quod vestre excellentie studio dignum putem. Aliqui fratres nonnulla ex his que me coram audire loquentem/ stilo suo excepere. Quorum vnus vobis presto est: precentor videlicet trecensis: et archidyaconus gebuinus: et facile potestis habere si qua placent: que ab illo excepta sunt. Tamen si cure vobis/ aut curis quandoq̄ vestis vacuum fuerit: et ita dignum iudicatis dignitatis videlȝ vestre promissam presentiaȝ expectantibus exhibere filiolis: tunc si quid in manibus inuētum: aut nostro posse adhuc elaborari studio visum fuerit qd̄ forte delectet/ vestre omnino pro viribus non deero voluntati. Diligimus enim bonam famam vestram: reueremur quā de vobis audiuimus circa res dei sollicitudinem et sinceritatem: ideo valde gratum habemus: si nostra vobis forte in aliquo esse possit officiosa rusticitas.

¶ Ad eundem Petrum.

Epistola. xviij.

Etiam totum me dedero vobis: parum est vt digne mihi videar recompensasse: vel dimidium beniuolētie quam erga nostram humilitatem habere vos aiunt. Gaudeo quidē de gratia: sed temperat fateor pro tanto fauore leticiam/ q̄ eundem mihi fauorem nō opus sed opinio acquisierit. ¶ Pudet nimirum granditer exultare: cum sentio in me venerari vel diligi: non quidem qd̄ sum/ sed quod putor. Neq̄ enim ego tunc diligor quando sic diligor sed nescio quid in me pro me quod non sum ego. Immo vt verius loquar non nescio: nam certissime scio q̄ nihil. Nihil enim proculdubio est/ quicquid putatur et non est. Porro cum amatur quod non est/ sed esse putatur: non amor vel amans nihil est/ sȝ quod amatur. Mirandum: sed magis dolendum q̄ mirandum q̄ id quod nihil est amari potest. Hinc plane sentim⁹ vnde/ quo venimus/ quid perdidimus/ quid inuenimus. Adherendo ei q̄ semper et beate est/ semper et nos esse: et beate esse poteramus. Adherendo autem dixerim: non solum per cognitionem sed p̄ amorem. Nam quidam ex filiis adam cum cognouissent deum non sicut deum glorificauerunt aut gratias egerunt: sed euanuerunt in cogitationibus suis. Merito proinde obscuratum est insipiens cor eorum: q̄ cū veritatem cognoscerent et cōtēnerēt iure receperunt in penam vt nec cognoscerent. ¶ Heu sic adherendo veritati per cognitionem: sed ab illa defluendo per amorem/ amando pro illa scȝ vanitatem: homo vanitati similis factus est. Et quid vanius q̄ diligere vanitatem? Et quid iniquius: q̄ contemnere veritatem? Quid vero iustius: q̄ cōtemptoribus subtrahi ipsaȝ cognitionem? Quid iniq̄ iustius/ q̄ vt iam de eius cognitione gloriari non possit. qui cognitam non glorificauit? Itaq̄ appetitus vanitatis est cōtēptus veritatis: cōtēpt⁹ veritatis cā n̄re cecitatis. Et q̄ nō ꝓbauerunt inquit deū habere in noticiam tradidit illos in reprobum sensum. Ex hac ergo cecitate descēdit/ q̄ plerūq̄ ꝓ eo qd̄ est: amamus vel approbamus qd̄ nō est: q̄ diu sum⁹ in hoc corpore/ peregrinamur ab eo qui summe est. Et quid est homo o deus nisi q̄ innotuisti ei? Itaq̄ si noticia dei causa est: vt homo aliquid sit: ignorantia facit vt nihil sit. Sed qui vocat ea que non sunt tanq̄ ea q̄ sunt: miseratus quodāmodo redactos in nihil: māna illud absconditum: de quo apostolus. Et vita (inquit) vestra abscōdita est cum xp̄o in deo: q̄ needum possumus contemplari per speciem: vel plene amplecti per amorem: dedit interim nobis et sapere per fidem/ et querere per desiderium: per que vtiq̄ duo ad esse de nō esse secundo reduci: fieri incipiamus initium aliquod creature eius: transituri quandoq̄ in virum perfectum/ in mēsuram etatis plenitudinis xp̄i. Quod proculdubio erit/ cum iustitia conuertetur in iudicium/ hoc est fides in intellectum: iustitia videlicet que ex fide est/ in iudicium plene cognitionis: et item/ desiderium peregrinationis in plenitudinem commutabitur dilectionis. Si enim adhuc absentes initiat fides et desiderium: presentes profecto consumat intellectus et amor. Sicut autem fides ducit ad plenam cognitionem: sic desiderium ad perfectam dilectionem. Et sicut dicitur. Nisi credideritis non intelligetis: sic dici eque non absurde potest. Si non desideraueritis/ non perfecte amabitis. ¶ Intellectus igit̄ est fructus fidei: perfecta charitas desiderii. Interim iustus ex fide viuit: nam beatus ex intellectu. Interim iustus desiderat ad deum sicut ceruus ad fontes aquarum: nam beatus haurit iaȝ in gaudio de fontibus saluatoris: hoc est delectatur in plenitudine charitatis. His ergo fortassis quasi duobus anime brachiis/ intellectu videlȝ et amore. i. cognitione et dilectione veritatis: amplectitur et comprehenditur cum omnibus sanctis lōgitudo/ latitudo/ sublimitas et profundum: hoc est eternitas/ charitas/ virtus et sapientia. Et hec omnia xp̄us. Eternitas est: q̄ hec est vita eterna: vt cognoscant te verum deū: et quem misisti iesum xp̄m. Charitas est: quia deus est. Deus eīn charitas est. Est et dei virtus: et dei sapientia. Sed quando hec erūt? Quando videbimus eum sicuti est? Quādo amabimus eū put est? Nam expectatio creature: reuelationem filiorum dei expectat. Uanitati enim creatura subiecta est: non volēs. De qua vniuersali vanitate inest nobis: et velle laudari cum simus vituperabiles: et nolle laudare: quos scimus esse laudabiles. Sȝ et hoc vanum est: q̄ nostra plerumq̄ ignorantia: et tacetur quod est: et predicatur quod non est. Quid ad ista dicemus: nisi quia vani filii hominum: mendaces filii hominum in stateris: vt decipiant ipsi de vanitate in idipsum? Laudamus mendaciter: delectamur inaniter: vt et vani sint qui laudantur: et mēdaces qui laudant. Alii adulantur et fieri sunt: alii laudant quod putant et falsi sunt: alii vtrorumq̄ preconiis gloriantur et vani sunt. Solus sapiens qui cum apostolo dicit. Parco autem ne q̄s me existimet supra id quod videt in me: aut audit aliquid ex me. Hec interim vobis nimis festine: et ob hoc minus festiue et exaraui potius q̄ dictaui: ac fortassis loquacius q̄ debui: sed omnino veracius non potui prout sapui. Sed vt inde sumat epistola finem vnde sumpsit exordium: nolo vos de me incerte famme nimis credulum esse: que vt optime nostis: sepe in sua solet vtrobiq̄ falli sententia: et de laude/ videlicet et de vituperatione. Probate si placet et estimate quatinus amor vel fauor vester: et iustus: et eo sit amplius amico gratus: quo pro meritis moderatus: vt cum laus de grauitate iudicii: non mendacio processerit vulgi: et si minus honoris minus quoq̄ conferat et oneris. Est certe quod me magis q̄tuluscumq̄ sum facit esse vestrum: quod videlicet in rebus dei strenue sincereq̄ vt aiunt) pro vestra vice versamini. Hoc vt semper de vobis vere dicatur: semper in vobis vere inueniatur. Librum quem quesistis ad transcribendum habetis. Opuscula nostra que requiritis: et pauca sunt: et nihil est in eis omnino: qd̄ vestro studio dignum putem. Tamen q̄ melius iudico mihi: nostrum culpari ingeniolum q̄ voluntatem: et periclitari apud vos potius imperitiam q̄ obedientiam: que horum et quo vobis placet vt mittā scripto nobis per presentem nuncīu significate: vt q̄ modo penes me non sunt: ab his qui habent ea requiram: et dirigā quocūq̄ mandaueritis. Et vt sciatis quid petatis: scio me scripsisse libellum qui inscribitur de humilitate: et quattuor homelias in laudibus virginis matris: nam hunc habet titulum: super illum videlicet locum euangelii apud lucaȝ. vbi dicitur. Missus est angelus gabriel. Necnon et apologiam ad quendam amicum nostrum:

Margin: B; C; Col. iij; Esa. vij; D; Aba. ij; i. Joh. iiij; Ro. viij; Ps. iiij; ij. Cor. xij; Luce. i

nostrũ: vbi aliqua disserui de cluniacẽsib⁹ ⁊ nostris. i. cistercien sib⁹ obseruantijs. Sed ⁊ paucas ad diuersos epistolas dictaui. Aliqui fratres ex his qui me coram audiere loquentẽ/ suo stilo exceperunt ⁊ penes se retinẽt. Utinã quod minime spero/ nostra vobis in aliquo possit esse officiosa rusticitas.

Item ad eundem. Epistola .xix.

Tempus est vt ꝓmissum exigã: vtcꝫ probẽ ne forte frustra de vobis semꝑ ꝯfisus sim: ex quo vestrã ⁊ noticiã merui: ⁊ amicitiã. Mihi siquidẽ vos prestitisse ꝯfidite: quicq̃d opis vestre isti remẽses legati presto sibi esse persenserint. Non quia me tãti putem: hec audeo/ sed vos promisistis vtrum ne digne vos videritis.

Ad Haimericum cancellarium. vnde supra. Epi.xx.

Piro illustri dño haimerico sancte romane sedis cãcellario: frater Bernardus de claraualle salutem ⁊ orationẽ. Quia semel cepi loquar ⁊ loquar ad vos: eroꝙ importunus: sed importunus charitatis: sed veritatis: sed iusticie. Nam ⁊ si tãti non sunt vt rome habeam propria negocia: nulla tamen que dei esse constiterit a me duco aliena. Quapropter si vere id mihi gratie apud vos manet: quod multorum habet opinio: liceat illud obsecro legatis domini archiepiscopi remẽsis in presenti negocio experiri. Nil quippe eos nisi quod iustũ est perferre vel querere suspicamur.

Ad Mattheum legatum. Epistola .xxi.

Ualt quidẽ parere paratũ cor meũ: sed nõ eque et corpus meũ. Seuiẽtis siquidẽ acute febris exusta ardorib⁹: ⁊ exhausta sudorib⁹: non valuit sufficere spiritui prompto/ caro infirma. Uolui ergo sed preuolanti voluntati obstitit ea/ quã dixi occasio. Que an iusta sit ipsi iudicent amici nostri: qui me omni exclusa excusatione: obedientie retibus circũclusum: quotidie de claustro ad ciuitates pertrahere moliunt̃. Si mulcꝫ attendãt istã me occasionẽ non fallaciter adinuenisse: sꝫ grauiter ptulisse: vt vel nunc experiantur: q̃ non est consiliũ cõtra consiliũ dei. Quibus si ego respõdissem: exui tunicã meam quomodo induã illã: laui pedes meos quomodo inquinabo illos: ꝑfecto indignarẽtur. Nunc aũt diuino aut succẽseant/ aut acquiescant iudicio: quo factum est/ vt ⁊ si velim non valeã ꝑficisci. Sed grãdis inquiũt fuit causa: grauisꝙ necessitas. Querẽdus ergo fuerat q̃ grandib⁹ diffiniendis fuisset idoneus. Si me talẽ putãt/ ego me talẽ nõ esse nequaꝙ̃ puto sꝫ scio. Deniꝙ siue grãdia sint siue parua: ad q̃ me ita perurgent: ego causam nõ habeo. Quero siquidẽ/ facilia sunt an difficilia: q̃ ad ꝯturbãdum amicũ silentiũ tãtopere imponere curatis amico? Si facilia: absꝙ me possunt fieri. Si difficilia: per me nõ possunt effici. Nisi forte tãti estimor/ cui grãdia ⁊ impossibilia reseruent̃: tãꝙ̃ ea ego possim/ que nemo alius facere põt. Q̃d si ita est: dñe de⁹ meus quomodo tuũ de me solo frustratũ est iudiciũ: ponẽs sub modio lucernã que poterat lucere supra candelabrũ: ⁊ vt apertius loquar tentãs me facere monachũ: ⁊ volens abscondere in tabernaculo tuo in die maloꝝ: hominẽ necessarium mũdo: sine quo epĩ nõ possunt sua ꝯtractare negocia? Sed ⁊ hoc mei mihi necessarij ꝑstiterũt: vt nũc quoꝙ videar loqui turbat⁹ homini: cuius nunꝙ̃ nisi seren⁹: ⁊ cũ omni iocunditate soleo recordari. Uos tñ vobis dico pater noueritis: q̃ paratus sum et non sum turbat⁹: vt custodiã mandata vestra. Uestre aũt indulgẽtie erit parcere mihi: vbi parcendum decreueritis.

Ad Humbaldum Lugdunensem archiepiscopum ⁊ legatum. Epistola .xxij.

Reuerẽdissimo dño ⁊ pr̃i suo hũbaldo lugduneñ. archiep̃o ⁊ romane sedis legato/ frater. B. clareuallis abbas: si q̃d põt pctõris oratio. Dñs ep̃s meldẽsis cũ accepit litteras vestras forte tũc ad nos visitãdi grã veniebat. Cunꝙ iam e domo nostra rescribere pararet suis nostras tanꝙ̃ vestri familiaris litteras iũgere curauit: suo sperãs negocio profuturas. Cui cũ nõ possem negare q̃d vellet: id solum vestre reuerẽtie familiariter breuiterꝙ intimandũ putaui: q̃ si aduersus ep̃m querentẽ que sunt iesu xp̃i/ homines seipsos amantes: ⁊ que sua sunt querẽtes audieritis: hoc nec vestre congruit dignitati: nec officio.

Ad Attonem Trecensem ep̃m. Epistola .xxiij.

Pauperi ep̃o: pauper abbas/ paupertatis ꝯsequi premiũ q̃d est regnũ celoꝝ. Laudarem vos: et iure laudarẽ: si nõ me reuocaret illa sententia/ neminẽ laudaueris in vita sua.

B
Eccli. xj.

Siq̃dẽ rẽ laude dignã egistis: sꝫ ei laus ascribẽda ẽ a quo accepistis ⁊ velle ⁊ ꝑficere/ q̃d merito laudaret̃. Deũ ergo ꝑ vos: et in vobis operãtẽ glĩficam⁹: q̃ tñ ad hoc i vobis voluit glĩficari vt ⁊ vos redderet gloriosum. Qui nimirũ cũ sit mirabilis i maiestate sua: etiã in sctis suis gloriosus apparere dignat̃: ne sol⁹ habeat gloriã. Ip̃e nẽpe licet sibi sufficiẽs ad omnẽ magnificẽtiã: q̃rit tñ gloriã ⁊ in sctis: nõ vt augeat sibi/ sꝫ vt suis cõmunicet. Nouit aũt q̃ sunt ei⁹: sꝫ nobis nõ facile innotescunt/ nisi cũ ip̃e reuelare dignabit̃. Scim⁹ sane de qualib⁹ scriptũ est. In labore hoim nõ sunt: ⁊ cũ hoib⁹ nõ flagellabunt̃.

Ps. lxxij.

Et q̃ vobis hec ip̃a sentẽtia nõ ꝯgruat: nihilomin⁹ modo cognoscim⁹. Scriptũ quoꝙ ẽ. Quẽ diligit dñs corripit: flagellat aũt omnẽ filiũ quẽ recipit.

Prouerb. iij

Flagellatũ video ⁊ emẽdatũ: ⁊ aliud suspicer q̃̃ vnũ eẽ ex filijs? Porro correptiõis vestre clarũ satis insigne tenemus: ipsã pauꝑtatẽ nũc vestrã. Nobilis reuera titul⁹ pauꝑtatis: quã ip̃e de⁹ ore ꝯmẽdãs ꝓphetico: ego sum (ait) vir vidẽs pauꝑtatẽ meã.

Tren. iij.

Suꝑ oẽs regios thesauros: hic vos titul⁹ nobilitat ampli⁹ ⁊ reddit illustrẽ. Scio me ex scriptura cõmemorasse superi⁹: nõ esse laudãdũ hoiem i vita sua. Uerũ quomõ me possum cohibere a laude illi⁹/ q̃ post aurũ abire iã desijt: ⁊ sperare ꝯtẽpsit i pecunie thesauris? De quali nimirũ scriptura sic loquit̃. Quis est hic ⁊ laudabim⁹ eũ: fecit eñ mirabilia i vita sua.

Eccl. xxxj

An fortasse nõ est q̃dẽ laudãd⁹ homo i vita sua/ q̃ tẽtatio ẽ suꝑ terrã: nec ideo tñ laudãd⁹ nõ est: cum mortuus pctõ viuit deo? Uana q̃dẽ laus ⁊ seductoria qua laudat̃ pctõr in desiderijs aie sue: in quo q̃ me beatificat in errorẽ inducit: sꝫ nõ idcirco predicãda: ⁊ multũ cõmẽdãda nõ erit illi⁹ vita q̃ dicere põt. Uiuo aũt iam nõ ego: viuit vero in me xp̃s.

Gala. ij.

Cũ ergo laudat̃ homo in quo iam viuit non ip̃e sed xp̃s: non in sua laudat̃: sed in xp̃i vita: ac ꝑ hoc non laudatur: cõtra sententiam que ꝓhibet hoiem laudari in vita sua. Cur deniꝙ dignus meis laudib⁹ non erit: quẽ sui quoꝙ nominis deus laude dignatur: dicente dauid: pauper ⁊ inops laudabunt nomen tuũ.

Ps. lxxiij.

Laudat̃ Job q̃ sua patienter amisit: ⁊ nõ laudabit̃ episcopus q̃ ⁊ libẽter dimisit ⁊ liberaliter distribuit? Nõ expectauit mortẽ quando iam nec dare nec retinere in sua haberet potestate: q̃d vtiꝙ multi faciunt: quoꝝ vez testamentum non nisi in mortuis ꝯfirmatur: sed adhuc inter spem vite metũꝙ positus mortis/ viuẽs libensꝙ dispersit: ⁊ dedit pauperibus: vt iusticia ei⁹ maneret in seculũ seculi.

B

Nunq̃d ⁊ pecunia mẽsura similiter erat in seculũ seculi? Bona ego recõpensatio iusticie pro pecunia: quando ꝓ eo q̃d teneri nõ poterat id restitutũ est q̃d feliciter maneat in eternũ. Melior est enim incõparabiliter iusticia q̃̃ pecunia: q̃ illa ditet ⁊ repleat archam: hec animã. Deniꝙ sacerdotes dei induũtur iusticia: ⁊ multo vtiꝙ decenti⁹ et ditius q̃̃ auro vel serico. Sed gratias deo/ qui iam haꝝ rerũ in vobis glorie transitorie gloriosum est operatus ꝯtemptũ: q̃ũ de anime periculo saluberrimũ incussit metũ. O mira circa vos diuina clemẽtia. Mortẽ intentauit: ne inferret. Formidare vos voluit: quam vos noluit experiri. Cũ hoc fecit: quid effecit nisi ne vestra vobis essent cariora: q̃̃ vos? Inter medullas artuũ febris acuta seuiebat: ⁊ tardante sudore: cruciatus vehemẽs indies ingrauescebat. Cũꙗ iam foris mẽbris frigescentib⁹ calor molestissimus introrsum se colligens: exhausta longa inedia viscera depasceret: pallide interim mortis ante oculos tristis versabatur imago. Et ecce tanꝙ̃ de supernis vox emissa diuinitus insonuerit. Ego sum: ego sum qui deleo nõ te sed iniquitates tuas.

Esa. xliij.

Mox vbi sacerdos dei vt pauper moreret̃ sua omnia pauperibus erogauit: ceperunt subito de intimis desperati iaꝫ sudoris inopinati fontes erumpere: sicꝙ anime pariter ⁊ corporis suo ordine salus vtraꝙ procedens/ liquido monstrauit in vobis adimpletum: quod in scriptura sua pollicetur deus. Ego occidam: ⁊ ego viuere faciam: percutiã ⁊ ego sanabo/ ⁊ non est qui de manu mea possit eruere.

Deu. xxxij

Percussit carnem: vt anima sanaretur. Occidit auariciã: vt iusticie viueretis. Sic viuificato ⁊ sanato quid sperandũ est/ nisi vt iam non sit qui nos de manu dei possit eruere: si tñ euangelicũ illud ꝯsiliũ obseruare non negligitis. Ecce sanus fact⁹ es: iam noli peccare ne deterius aliq̃d tibi contingat.

Joh. v.

Quod videlicet idcirco premonet pius pater/ quia nõ vult vt ꝯtingat: quippe qui non vult mortẽ pctõris/ sed magis vt conuertat̃ ⁊ viuat. Et merito. Que eñ vtilitas in sanguine peccatoris. Nõ eñ infern⁹ ꝯfitebit̃ deo neꝙ mors laudabit eũ: sed vos qui viuitis bñdicitis dño: ⁊ dicitis. Nõ moriar sed viuaꝫ: ⁊ narrabo opera domini. Et illud. Impulsus euersus sum vt caderem: ⁊ dñs suscepit me.

Ps. cxvij.
Ibidem.

Ad magistrum Gilbertum vniuersalem episcopum Londoniensem. Epistola .xxiiij.

Longe satis exijt sermo quẽ fecisti: et magnũ dedit suauitatis odorẽ/ ad quoscũꙗ potuit peruenire. Extincta est auaricia: cui nõ suaue redoleat? Charitas regnat: cui dulce nõ sapiat? Qñ hoc cognoscũt oẽs q̃ ip̃e sapiẽs sis: q̃ sapiẽtie hostẽ maximũ ꝯtriuisti: h̃ certe ⁊ tuo sacerdotio dignũ ⁊ noie. Tali ꝑfecto decebat sapiẽ

C

tuam philosophiã clarescere testimonio: hoc preclara illa tua studia fine cõpleri. ¶ Uera illa et indubitata sapiẽtia est/ q̃ turpia lucra cõtẽnit: ꝛ indignũ sibi iudicat eodẽ cũ ydolorũ seruitute ꝯtubernio frui. Nõ magnũ fuit magistrũ gillebertum epm fieri: sed epm londonensem pauperẽ viuere: id plane magnificum. Nec eñ tanto nomini quicq̃ augere glie potuit sublimitas dignitatis: auxit aũt plurimũ humilitas paupertatis. Paupertatis est equo animo ferre/ virtus patientie est: sponte appetere/ sapientie laus est. Laudatur deniq̃ ꝛ ammirabilis ꝑdicaẗ q̃ post aurũ non abijt: q̃ vero ꝛ abiecit/ plus nihil merebiẗ. Nisi q̃ vigil ratio mirãdũ minime ducit: si sapiẽs sapiẽter agit: ille sapiens q̃ in cunctis huius mundi sapientiũ litteris ꝛ studijs laudẽs/ oẽm quoq̃ studuit et potuit diuinã quodãmodo renocare et renouare scripturã. Quid enim? Dispersisti/ dedisti pauperibus: sed pecuniã. Quid vero pecunia est ad illã quã ꝑ ea cõmutasti iusticiã? Iusticia inquit eius manet in seculũ seculi? Num ita et pecunia? Questuosum sane honestũq̃ cõmercium: illam q̃ preterit/ pro illa dare q̃ ꝑmanet. Sic semp tibi negociari detur bone ꝛ omni laude ꝑsequẽde magister. Superest vt laudabile principiũ condignũ consequatur finẽ: ꝛ cauda hostie capiti cõiungatur. Benedictionem tuã libenter accepim⁹: presertim q̃ tãta tue huius perfectionis fuerit cumulata iocunditate. Latorẽ epistole et si pro seipso satis cõmendabilem: tamẽ etiam ꝓ me vestre magnificentie esse cupio commendatum. Est siquidẽ mihi pro sua honestate ꝛ religiositate carissimus.

Ps. cxi.

¶ Ad Hugonem Rotbomagensem archiepiscopum. Epistola. xxv.

Si diei malicia inualescit/ nõ preualeat. Si turbat: nõ perturbet. Mirabiles elationes maris sed mirabilior in altis dñs. Benigne si non dissimulas: egit tecum: vsq̃ adhuc superna miseratio/ pater illustris. Prouida nãq̃ dispensatione/ nõ prius prefectus es malis q̃ sociatus bonis: quorũ cõsortio et exemplo bonus fieres: et sic postmodum etiam inter malos viuere bonus posses. Et quidẽ inter bonos bonus esse/ salutẽ habet inter malos vero ꝛ laudẽ. Illud tante facilitatis est quãte et securitatis: hoc tante virtutis/ q̃te et difficultatis. Quale nẽpe est istud/ tangere picem et non inquinari ex ea: in igne sine lesione versari: ꝛ in tenebris absq̃ caligine? Palpabant quondã tenebras egyptij: cum tamen de populo dei scriptura dicat. Ubicũq̃ israel erat: lux erat. Erat dauid verus israelita: ꝛ ideo caute dicebat se habitare non in cedar/ sed cum habitantibus cedar: tanq̃ q̃ semp habitaret in lumine: licet ipsi fuerit cum habitantibus cedar/ corporalis cohabitatio. Un̄ et arguit quosdã non veros israelitas: q̃ cõmixti inter gentes didicerint opera eorum: et factũ sit illis in scãdalum. Dico ergo. Sufficiebat tibi apud cluniacẽses custodire innocentiam: sicut scriptum est. Cum viro innocente innocens eris. Porro apud rothomagenses opus est patientia: quẽadmodum docet aplš: seruum dei inquiens non oportet litigare/ sed magis patiẽtẽ esse ad omnes. Nec solum patientem qui nolit vinci a malo sed ꝛ pacificum/ q̃ vincat in bono malũ. Alterũ/ vt malos portes: alterum/ vt ꝛ quos sustines/ sanes. In patiẽtia tua possides animã tuam: sed sis etiam pacificus: vt ꝛ commissas tibi possideas. ¶ Que tanta gloria q̃ dicere posse: cum his qui oderunt pacem eram pacificus? Esto ergo patiẽs quia es cum malis: esto pacific⁹: quia prees malis habeat charitas zelum: sed adhibeat pro tempore modum seueritas. Censura quidem nũq̃ remissa: intermissa tamen plerũq̃ plus proficit. Rigor iusticie semper seruidus: sed nũq̃ preceps. Sicut nõ omne quod libet licet: sic nõ omne quod licet statim etiam expedit. Hec melius me ipe nosti: ideoq̃ supersedeo. Orari ꝓ me instanter postulo quia incessanter pecco.

Exodi. x.
Ps. cxix.
Ps. xvii.
ij. Thi. ij.
Luce. xxi
D
Ps. cxix.

¶ Ad Guidonem Lausennẽsem episcopũ. Epi. xxvi.

Manum vestram misistis ad fortia: opus est fortitudine. Speculator domui israel factus estis opus est prudentia. Sapientibus et insipientibus debitor estis: opus est iusticia. Postremo maxime temperantia opus est: ne qui alijs predicat/ ipse (quod absit) reprobus fiat.

¶ Ad Ardutionem gebennensem electum. Epi. xxvij.

Credimus electionem tuam esse a deo: quam tanto cleri populiq̃ consensu fuisse celebratam accepim⁹. Gratulamur gr̃e eius/ ne dicam meritis tuis: quoniam ne tibi pluſq̃ oportet blandiamur: nõ ex operibus iusticie que fecisti/ sed ſm suã misericordiam hoc fecit tibi. Si secus tu (qđ absit) sapis: erit exaltatio in ruinam. Si autem cognoscis gratiam: vide ne in vacuum acceperis. Bonas fac decetero vias tuas/ ꝛ studia tua/ et ministeriũ sanctum: si vite sanctitas non precessit: sequatur saltem. Tunc vere fatebimur te preuentum in benedictionibus dulcedinis: tibi de bonis meliora sperantes. Exultabim⁹ ꝛ letabimur q̃ fidelis seruus ꝛ prudẽs cõstitutus sit super familiã dñi: futurus ex hoc filius felix ꝛ potẽs: sup omnia bona patris cõstituend⁹. Alioquin si altiorẽ q̃ meliorem esse delectat nõ pmiu: sed precipitium expectamus. Optamus ꝛ oramus ne hoc cõtingat: parati si opus est obuias manus apponere: et pro nostro exiguo posse: iuuare ad id potius quod decet: et expedit.

¶ Ad eundem iam episcopum. Epistola. xxviij.

Debet audaciam charitas: vt fiducialius loquar tibi. Cathedra charissime quã nuper sortitus es honorem multorũ expetit meritorũ: que in te aut nulla aut non q̃tum satis est/ precessisse dolemus. Siquidem ꝛ facta tua ꝛ studia tua preterita in nullo prorsus visa sunt epali ꝯuenire officio. Quid tamen nõ potest de⁹ de lapide hoc suscitare filiũ abrae? Non põt facere de⁹ vt q̃ prius debuerant bona/ vel subsequantur. Quod vtiq̃ ꝛ libenti⁹ accipimus/ si ꝯtigat. Nescio eñ quo pacto plus placebit subita hec mutatio dextere excelsi q̃ si vite prioris merita suffragarẽtur. Dicemus nẽpe: q: a dño factũ est illud: et est mirabile in oculis nostris. Sic paulus ex ꝑsecutore doctor gentiũ factus est. Sic mattheus de theloneo vocatus: sic ambrosius de palatio assumptus est: iste ad epatum: ille ad aplatũ. Sic alios q̃ plures nouimus de vita ꝛ habitu seculari vtiliter extitisse ꝓmotos. Deniq̃ nõne multotiens vbi supabũdauerunt delicta: videẗ superabundare ꝛ gr̃a? Et tu igiẗ charissime his atq̃ hmõi aiat⁹ exẽplis/ precinge sicut vir lũbos tuos: bonas facito deinceps vias tuas/ ꝛ studia tua: quatin⁹ nouissima tua antiqua sopiant: ꝛ delicta iuuentutis tue deleat vespertina correctio. ¶ Paulũ imitari curato in honorificando ministeriũ tuũ. Honorificabis autẽ grauitate morũ: maturitate ꝯsiliorũ: actuũ honestate. Hec sunt que officiũ epale maxime nobilitant ꝛ ornant. Oia fac cũ consilio: nec tñ oĩm aut quorũcũq̃/ sed tñ bonorũ. Bonos in cõsilio: bonos in obsequio: bonos habeas ꝯtubernales: q̃ vite ꝛ honestatis tue ꝛ custodes sint/ ꝛ testes. In hoc eñ te bonũ ꝓbabis/ si testimoniũ a bonis habueris. Sint pietati vr̃e cõmẽdati pauperes fratres nr̄i/ q̃ circa vos sunt: alpẽses illi de bono mõte: ꝛ illi de alta cumba. In his experiemur/ q̃ta vobis de nobis cura sit.

C

¶ Ad Stephanum Metensem epm. Epistola. xxix.

Stephano metensis ecclesie dei gratia strenuo ministro ei⁹ in xp̄o humiles fratres de claraualle: salutes et orones. Ex quo dudũ si recolitis nr̃e vos fraternitati dignanter sociastis: nostris vos orationib⁹ humiliter commendastis: semper soliciti fuim⁹: vt debuimus aliqđ scire de esse vestro: ꝛ euentus vestros crebro sciscitari studuim⁹ a quibus potuimus: desiderantes iugiter ꝛ orãtes vos ꝓsperari in dei opere ad quod assumptus fueratis: ꝛ gressus vr̃os dirigi in semita mandatorũ ipsius. Bñdictus itaq̃ de⁹ q̃ nõ amouit orõnẽ nostrã/ ꝛ miam suã a vobis: letificãs vtiq̃ nos ꝑ hũc venerabilẽ fratrẽ vuillelmũ cuius profecto non minus verbis/ q̃ nostris credimus oculis: de vestra sospitate ꝛ ꝓsperitate ac pace per vos ecclesie reddita. Congratulamur vobis: sed dam⁹ gloriã deo: scientes qđ estis: ꝛ qđ potestis ipsius non vestrũ esse. Quod ꝛ vos semper sentire in vobis amicabiliter admonemus ne nihil ꝛ esse ꝛ posse incipiatis: si quid aliter sapitis: et vestris (qđ absit) meritis vel virib⁹ quippiã horũ ascribitis. Alioquin verendum ne pax vestra cõuertatur in perturbationẽ: ꝛ prosperitas in aduersitatem: sic nimirũ illo iuste iudicãte q̃ vt humilibus gratiã dare/ ita ꝛ superbis resistere consueuit: q̃ ꝛ nõ solum cum sancto sanctus/ sꝫ ꝛ cũ peruerso peruersus/ in psalmo legiẗ: nec tñ faciens pacẽ/ sꝫ ꝛ creans malũ: ꝑ ꝓphetã describitur.

Ps. xvij.
Isa. xlv.

¶ Ad Alberonẽ primicerium metensem. Epistola. xxx.

Honorabili viro Alberoni dei gr̃a metẽsis ecclesie primicerio: fratres qui in claraualle qualicunq̃ obsequio seruiunt deo/ salutes ꝛ orationes. Fidelem curam vestram in his que dei sunt: ꝛ si iam olim ꝛ audieramus ꝛ videramus: sed nunc in nobisipsis experiẽdo persensimus. Ceterum/ cum in his que nuper a nobis missi fratres: vestro quidem consilio suggesserunt episcopo: et vestram beniuolẽtiam/ et ipsius episcopi promptum teneamus assensum: quia tamen dei quoq̃ beneplacitum in omnibus/ et his maxime que ad eũ pertinent: ante omnia et super omnia necesse est nos et inquirere et custodire: idcirco ad comprobandum certius quid ipse de hac re potius velit/ rem sicut inter episcopum monachosq̃ conuenerat vestra vtiq̃ industria mediante et ordinante qualiter fieri deberet/ et hortante vt celeriter et iuuante vt honorabiliter fieret: non quidem omittendam: sed vsq̃ post messionem: tũ pro vestra: tũ ꝑ temporis oportunitate expectanda: necessario intermittendã esse putauimus. Iam vero tũc si ꝛ episcopi voluntas in eodẽ ꝑstiterit: ꝛ vobis nihilominus idipsum eque vt modo placuerit

do placuerit.tali conniectura dei quoqꝫ esse consiliū securius confidentes/speramus nos vestre vtriusqꝫ deuotiōi iuxta qđ diffinitū erat:satis esse facturos. Arbitramur enim acceptum esse deo:si q̄tuz in nobis est/nemini oneri esse studuerimus:ne non tā fructū q̄ datū in hoc eius negocio requirere(qđ absit) videamur. Et precipue vestris nos maioribus atqꝫ instantiori bus occupationibus sub huius rei occasione īportuni⁹ ingere re:ꝛ molestos cū necesse nō est vobis exhibere:ꝛ hoc gratū nō esse deo ꝛ nostris scim⁹ morib⁹ nō cōgruere.

¶ Ad Hugonem comitem campanie militem templi factum. Epistola.xxxj.

SI causa dei factus es ex comite miles/ ꝛ pauper ex diuite:in hoc profecto tibi vt iustū est gratulamur ꝛ in te deū glificamus: scientes qꝛ hec est mutatio dextere excelsi. Ceterum q̄ tua iocunda p̄sentia no bis ita nescio quo dei est subtracta iudicio/vt ne in terdum quidē te videre valeam⁹:sine quo nunq̄ si fieri posset esse vellemus:hoc equanimiter fateor nō portamus? Quid ei? Possumus ne obliuisci antiqui amoris ꝛ beneficiorꝫ: q̄ domui nostre tam largiter cōtulisti? Utinā ipse ꝓ cuius amore fecisti ineternum nō obliuiscatur deus. Nā nos q̄tum in nobis est:mi nime prorsus ingrati:memoriam abundātie suauitatis tue mē te retinemus ꝛ si liceret opere monstraremus. O q̄ libenti ani mo ꝛ corpori tuo pariter ꝛ anime ꝓuidissemus/si datū fuisset vt simul fuissemus. Quod qꝛ nō est:restat vt quē presentē habere non possumus/pro absente semper oremus.

¶ Ad abbatem sctī nicasij remensis. Epistola.xxxij.

QUanto tibi affectu condoleam:scit ille qui nostros omniū dolores in corpore suo tulit/q̄ libenter tibi si scirē ꝯsulerē/si possem succurrerē:tam efficaciter ipse mihi:q̄ oia scit ꝛ oia potest in cunctis meis ne cessitatibus consulat ꝛ succurrat. Si frater drogo de sua discessione me consuluisset:absit vt consentirem. Si post discessionē ad nos diuertisset:absit vt susciperē. Deniqꝫ qđ solū potui/ad abbatē qui eū suscepit/nostras mox(sicut scis) ꝓ eo litteras misi. Et nūc super hoc quid tibi vltra possuz facere pa ter? Iā vero q̄tum ad te ptinet/optime mecuz nouit sanctitas tua:perfectos solere viros nō solum in spe:sed ꝛ in tribulatio nibus gloriari:consolante eos scriptura:ꝛ sic loquente. Uasa figuli probat fornax:ꝛ homines iustos temptatio. Et iuxta est dns his qui tribulato sunt corde. Et per mltas tribulationes oportet nos introire in regnū celorꝫ. Et oēs qui pie volunt vi uere in xpo/persecutionē patiūtur. Nec idcirco tamē immerito his quos in anxietate positos videmus: amicis nostris cōpati mur.quibus vtiqꝫ dū exitū ignoramus/defectū metuim⁹. Qm̄ quidem sicut sanctis ꝛ electis tribulatio operat̄ patientiā/pa tientia probationē/ ꝓbatio spem/spes aūt non cōfundit:sic dā nandis ꝛ reprobis tribulatio parit ecōtrario pusillanimitatē/ pusillanimitas perturbationē/ ꝑturbatio desperationē / ꝛ illa interimit. Ne ergo hec te tā horrēda (quod deus auertat) de mergat tēpestas aque:ne huius tā tremēde abyssi absorbeat profundū:neve vrgeat super te tā inexplebilis puteus os suū: sollicite studeat humilis prudētia tua nō vinci a malo:sed vin cere in bono malū. Uinces aūt:spez tuā in deo fortiter figēdo: ꝛ rei finem longanimiter expectando. Et siquidem ille resipue rit:siue ob tui timorē:siue ob suum laborē/bene. Sin aūt:bonū est tibi humiliari sub potenti manu dei:ꝛ nequaq̄ velle resiste re supne dispositioni:qꝛ si ex deo est non poterit dissolui. Conā dum est potius tibi:tue licet iuste indignationis stimulos illa reprimere sententia:quā quidā sanctorū i simili fertur causa ꝓ tulisse. Siquidē instigantibus eū quibusdā fratribus atqꝫ in crepātibus:cur suū in sui iniuriam ab alia susceptū ecclesia fu gitiuū nō requireret:nequaq̄ inquit:vbicūqꝫ em̄ est/si bon⁹ est me⁹ est. Fraudulēter tibi ꝛ nō fideliter cōsulo si idipsuz a meipo nō exigo. Nā cūvnus nr̄ nō solū religione ꝓfessus / sed ꝛ carne ꝓpinqu⁹ cluniaci me inuito ꝛ suscept⁹ sit ꝛ detineat̄:doleo q̄dē sed sileo:orās ꝛ ꝓ illis vt velint ablatū reddere:ꝛ ꝓ illo vt velit spōte redire:sin uero seruās ei vindictā:q̄ facturus est iudiciū iniuriam patientib⁹: ꝛ arguere habet in equitate ꝓ māsuetis terre. Fratrē Hugonem de lausanna ore tuo/et nostro spiritu cōmouemus nō omi spiritui credere:ꝛ ne cito moueat̄ certa ꝓ incertis deserere:sciēs diabolū soli semꝑ ꝑseuerātie insidiari: quā solā virtutū nouit coronari:tutiusqꝫ esse in ea vocatiōe q̄ vocat⁹ est simplr ꝑseuerare/q̄ sub specie q̄si melioris boni:id q̄dē qđ iā cepit amittere:nec ad id qđ p̄sumit fortassis sufficere

¶ Ad hugonem pontiniacensem abbatem. Epi.xxxiij.

DIlectissimo suo dn̄o hugoni abbati frater. B. de clara ualle idem quod sibi. In nostris prioribus litteris/aut ego quantum ex vestris perpēditur : minus aperte scri psi quod volui : aut vos aliter illas intellexistis q̄ debuistis. Siquidem que vobis de monachi illius susceptiōe euētura de nunciaui:veraciter ita timui/ꝛ adhuc timeo vt scripsi. Nō tamē ad hoc illa vobis predicere studui:qđ vel suaderē vel consule rem:vel certe vt scribitis/censerem illum debere reddi:quippe qui ipsius iam dudū feruentissimū desiderium noui: ꝛ ei poti⁹ quod nūc illud adimpleuerit debeo congratulari. Sed cum a familiarissimo nobis abbate eius:ꝛ ab archiepiscopo remensi: nostre littere ad requirēdū illū vehemēter exigerētur:vt a me si fieri posset omnem depellerem suspitionem:tales prout scitis dictare curaui:quibus ꝛ ipsis satisfacerem:ꝛ vos contra eorū dem imminentes calumnias/vobis illas nō tacendo premuni rem. Hec me ita in illis litteris sensisse vestrā sagacitatem:vel ex eo aduertere posse credidi quod in fine illarum posuisse me memini:si tamen eo a vobis oculo legeretur/quo a me scriptū fuit. Nam cum denūciatis malis que non immerito vobis me tuebā tandem īnferrem:quod si hec omia pati melius ducitis q̄ illum amittere mea nihil interest/vos videritis:aut em̄ ipsa mea verba sunt hec:aut prope ipsa/cū itaqꝫ hoc in fine dixi:q̄d aliud vobis q̄ illa superiora dispensatorie(vt non dicā simula torie)a me ita scripta fuisse latenter intimaui. Qđ vero scripsi stis me per nuncium eidem monacho de querenda(si ad nos di uertisset)ipsius absolutione priuatim insinuasse:veritatem te stor hoc verum nō esse. Ego ne de notissimo mihi monasterio: vel iactarem/vel sperarē monachum me posse suscipere: quem nec vos quidem puto sine grandi scandalo posse retinere? Sed esto. Inuidebā illum vobis:ꝛ mihi attrahere gestiēs:aliquid de eius obtinēda absolutione:machinari me posse sperabam siue fingebā. Sed nunquid credendum fuit me hoc meum con silium ipsi nuncio quod vtiqꝫ contra suum monasterium excogi taueram/voluisse patefacere. Sed iā ne qđ de nostra erga vos dilectione hucusqꝫ credidistis : falso vos credidisse inueniatis pro vestra vt video causa:non saltē eque vt pro mea: immo mul to amplius laborandum est mihi:ꝛ hoc non quomodo hucusqꝫ solebam:vt videlicet nostra vnanimitas forti⁹ solidet̄: sed ne penit⁹ dissoluatur. Quid dicā vobis? Ego certe nec vobis nec de vobis tale aliquid credere possem:quale vos sola de me su spitione diuinastis. Decetero nouerit vr̄a benignitas comitez theobaldum nostras pro hūberto litteras iaz recepisse:sed nec dum suo mihi rescripto quicq̄ respondisse. Quid super hoc vo bis agendum sit:ipa vos melius pietas docebit:si pie hominis iniuste exulantis miseriam pensare non negligitis.

¶ Ad Drogonem monachum. vnde supra. Epistola.xxxiiij.

QUam non immerito tui iā dudum non mediocri fue ram affectus amore:nunc apparet dilectissime dro go. Et ante quidē totum pulchrū/ totum erat ama bile qđ cernebaris:sed ego nescio quid aliud de te supra id quod videbam aut audiebā ex te excellen tiori dignum veneratione presenseram. Nunquid forte celestis sponsi:cuius nūc artius castis te amplexibus impressisti:iā tūc vocem audieras dicentis ad pudicissimā turturez suam animā tuam:tota pulchra es amica mea:tota pulchra absqꝫ eo quod intrisecus latet? Quid fecisti? Quis hoc crederet? Sanctuz te ac religiosissimum tota ciuitas personabat:ita vt nihil tibi ad di posse crederetur ex omnib⁹ bonis: ꝛ tu velut e secularibus vnus:monasteriū tanq̄ seculū deserens:iā attrituz xpi sarcina collum/noue rursum obseruantie discipline submittere nō eru bescis? In te nūc frater verā probamus illā esse sentētiā:que dicitur. Cum cōsummatus fuerit homo:tūc incipit. Indiciū er go tue cōsummationis est quod nūc cepisti:ꝛ in quo arbitraba ris te nō cōprehendisse iā comprehenderas. ¶ Nemo quippe ꝑ fectus:qui perfectior esse nō appetit. Et in eo quisqꝫ perfectio rem se probat:quod ad maiorē tendit perfectionem. Sed ecce charissime is cuius inuidia mors intrauit in orbem terrarū:ar cum suum tetendit ꝛ parauit illum:ꝛ qꝛ pulsus de corde tuo in tus potestatem amisit/foris seuiet q̄tū poterit. Et vt apertius loquar:nescis qꝛ pharisei scādalizati sunt in hoc verbo qđ feci sti? Sed memento nō oim scandalum magnopere esse curādū: iuxta responsionem dn̄i dicentis. Sinite illos: ceci sunt ꝛ du ces cecorꝫ. Melius est em̄ vt scādalū oriatur q̄ veritas relinq̄ tur. Memēto q̄ nat⁹ fuerit in ruinā ꝛ resurrectionē multorū:ꝛ nō mireris si tu q̄z alijs q̄dē sis odor vite ivitā: alijs odor mortis in mortē. Si maledictiones intētauerint:si anathematū itorse rint spicula:audi ysaac pro te respōdētē. Qui maledixerit tibi sit ille maledict⁹:ꝛ q̄ benedixerit tibi/ benedictionib⁹ repleat̄. Sz ꝛ tu muro inexpugnabili ꝯsciētie tue circūmunit⁹ deintus: respōde ꝛ dic. Si ꝯsistat aduersuz me castra:nō timebit cor meū Si exurgat aduersuz me ꝑliū:in hoc ego sperabo. Nō em̄ cōfū deris/cū sic loqueris inimicis tuis in porta. Cōfido aūt in dn̄o q̄ si ad primos ictus fortiter steteris:ꝛ nec minis eorū cesseris

B
Eccli.vij.
ps.xxxiij.
actu.xiiij.
ij.Thi.iij.

Roma.v.

Can.iiij.

eccl.xviij.

B

Mat.xv.

Gen.xxvij.

Ps.xxvij.

nec blãdimentis:cito conteres sathanã sub pedib⁹ tuis:⁊ tũc videbunt recti ⁊ letabuntur:⁊ omnis iniquitas opilabit os suũ.

¶ Ad magistrum hugonem farsitum. Epistola.xxxv.

Charissimo fratri ⁊ coabbati suo Hugoni frater. B. debitum sincerissime dilectionis affectum. Humbertum istum iniuste (vt aiunt) exheredatum cuius nos pro dei amore apud vestrum comitem causam tueri suscepimus: de vestra confidentes charitate vestro patrocinio committimus:per vos vt fideliter speramus: terre principi:celi domino cooperãte recõsiliandũ patrie/vxori/filijs/rebus ⁊ amicis suis restituẽdum. Hoc autem satagẽdo:⁊ egenũ de manu peccatoris liberabitis:⁊ oppressoris ipsi⁹ nihilominus saluti:consuletis:nobis quoq; vos non mediocriter officiosum exhibebitis:sed ⁊ officium implendo pacificorũ vobis inter filios dei sedem in excelso collocabitis. Decetero epistolã illã quã ad me iã olim scribere sanctitas vestra dignata est/nõ me sicut vos audisse audiui incẽdio tradidisse:sed penes me adhuc seruare noueritis. Quid enim hoc liuoris/immo furoris fuisset:opus vtile ⁊ laudabile/vbi nihil nisi qđ sane fidei:qđ doctrine saluberrime:qđ edificationis spũalis est depręhendi:temerario dãnare iudicio? Excepto q̃ inter amicos cõtra veritatẽ nulla debet esse meticulosa (cũ sit periculosa) palpatio:qđ hoc me fateor mouit ⁊ mouet:q̃ illã inter nos iã ante habitã de sacramẽtis collationem:in principio p̃dicti opusculi defendere ⁊ astruere conatus estis. In qua vtiq; collatiõe si vestre summã sententie bene meministis:an sensui conueniat vel congruat ecclesiastico:vos videritis. Vestre aũt ingenue humilitatis est nõ erubescere corrigi:si quid aliquando aliter sapuistis. Valete.

¶ Ad eundem Epistola.xxxvi.

Dilectissimo suo ⁊ olim ⁊ modo dei gratia sancto abbati Hugoni frater. B. de claraualle irreuerberatum sincere dilectionis affectuz. Ad litteras vestre dignationis lz quidem breuiores q̃ cupierim/longiores tñ q̃ meruerim rescribere largius ⁊ debui ⁊ volui:sed festinans nũcius nõ permisit. Ne tñ vacuus oĩno recederet p̃ tãtis:quarũ me debitorẽ agnosco:has tãtillas quas ⁊ vix expectauit/velocissime reddidi. Vbi primũ breuiter ac veraciter insinuo:antiquum nostrũ ⁊ dilectorem ⁊ dilectum totis me charitatis visceribus ⁊ suscipere vt catholicuz:⁊ suspicere vt sanctũ:⁊ amplecti vt charissimũ. Siquidẽ de integritate fidei/credo vestre confessioni/fame ⁊ opinioni/de scitate/de affectu quẽ erga vos me habere p̃testatus sum p̃prie ꝯscientie. Nã q̃ illius sentẽtie que mee simplicitati merito vt mihi videbatur scrupulũ mouebat:oblitum vos esse fatemini:tã libẽter accipio/q̃ letus cõpendiosam purissime veritatis assertionem in litteris vestris nouissimis lego:ita vt me potius sensa vestra nõ intellexisse:q̃ vos quippiam mali sensisse/pene crediderim. Deinde modestie vestre fraterna p̃sumptione cõsulo:quatinus epm̃ sanctũ ⁊ doctũ quẽ quiete viuere p̃misistis/mortuũ inquietare desinatis:ne dũ nõ valẽtẽ p̃ se r̃ndere reprehenditis:magis hoc ex charitatis inopia/q̃ veritatis fiducia descendere:totam p̃ eo respõdentẽ ecclesiã audiatis. Pro hũberto sicut rogaui vos/iterũ rogo:vt vestrũ ei cũ poteritis nec ꝯsilium desit nec patrocinium. Valete.

¶ Ad comitem Theobaldum. Epistola.xxxvii.

Laudabili principi Theobaldo. B. eorum q̃ in claraualle sunt seruorum dei/inutilis seruus: sospitatem ⁊ pacem. Qđ de nostra infirmitate vos audiui fuisse sollicitum: non mediocriter gratum habeo. In hoc quippe dũ vestram erga me agnosco dignationẽ:deũ quoq; vos diligere nõ dubito. Quãdo eñ tantillum tãtus:vel nosse dignaremini:nisi propter deum? Cum ergo cõstet q̃ diligitis deum: ⁊ me propter ipsum: miror quomodo ad vnam (dei fiducia) presumptã peticiunculã/nec iniustã vt puto: nec irrationabilem/a vobis tamen repulsus sum. Si aurũ/si argentum:vel quodcũq; huiusmodi quesissem. Sed quid dico q̃sissem? Nam etiam non querẽs/iam plurima vestre largitatis beneficia suscepi. Hoc autẽ vnum quod nõ mei/sed dei causa: nec tã mihi q̃ vobis a vobis postulaui:quid cause extitit: qđ accipere non merui? Quid enim? Ergo ne iudicastis indignuz: vel mihi ad petendũ:vel vobis ad prebendum:vt homini christiano quãtolibet apud vos crimine accusato:postq̃ se purgauit/faciatis misericordiã? Aut certe si non creditis q̃ plene se purgauerit:q̃ hoc incuria vestra non fecit:eiusdem rursus vos in vestri p̃ntia recipiatis satisfactionem:⁊ sic consequat̃ indulgentiam? An ignoratis quis mineẽ/cũ accepero tempus ego iusticias iudicabo? Qđ si iustitias:q̃tomagis iniurias? An nõ timetis quod rursum scriptum est:q̃ in qua mensura mensi fueritis remetieẽ vobis? An nescitis:q̃ q̃ facile vos hũbertum: tam facile/immo incõparabiliter facilius deus theobaldum (quod absit) exheredare possit? Et quidem in talibus vbi culpa tã aperta atq; inexcusabilis esse videtur:quaten⁹ nulla nisi cum iustitie periculo:misericordie occasio relinquat̃:etiam tũc tremens ⁊ dolens vindicem vos exhibere debetis:magis videlicet officij cõpulsus necessitate:q̃ vindicãdi libidine. Vbi aũt obiectũ crimẽ aut minus certuz esse cognoscit̃:aut excusandũ suscipitur:hoc non solũ non renuere/sedz libentissime debetis amplecti:letus nimirũ q̃ salua iustitia/pietas vestra locũ inuenerit. Ecce hoc secũdo vr̃e supplico eximietati:vt sicut deũ vobis vultis misereri:ita vos humberto misereamini/siue illa vobis p̃missione dñica blãdiẽte:bti misericordes/q̃m ipsi misericordiã ꝯsequent̃:siue illa vox cõminatione terrẽte:iudiciũ sine mĩa illi qui nõ fecerit misericordiã. Vale.

pš.lxxiij

Mat. vij.

Mat.v

¶ Ad eundem. Epistola.xxxviij.

Dyo principi theobaldo. B. abbas de claraualle/salutem ⁊ orones. Valde timeo ne occupatissimis auribus vestris/crebris interpellationibus meis presumptiosius me ingerendo molestus fiã. Sed quid faciam? Si vos offendere timeo sepius ad vos scribẽdo:quãto magis deũ/cui vtiq; magis timoris debeo:timẽdum est mihi ne offendã nõ interpellãdo p̃ misero? Vos aũt indulgeat mihi benignitas vr̃a:q̃ nõ possuz nõ misereri illius miseri/p̃ quo iam en ⁊ altera vice importunus forsitan petitor accessi/hũberti videlz mẽdici ⁊ pauperis (⁊ hoc facti de diuite) qđ est infelicius. Nõ possum nõ cõpati vidue ⁊ orphanis:sed viuo orbatis p̃re qđ est miserabilius. Gratias ago vobis p̃ gratia quã de hac re in oculis v̄ris inuenire merui:⁊ q̃ ipsius hũberti p̃ se dignãter acquieuistis verã suscipere defensionem:⁊ q̃ falsam aduersus ipsum iustissime repulistis accusationẽ. Illud aũt qđ ad ꝯsummandũ pietatis opus reddendã vxori ⁊ liberis eius suã hereditatem benignissime disposueratis/satis mirari nõ possum q̃d impedierit:vt tã piũ verbũ vestrũ necdũ factum ꝯsecutũ sit. Et q̃dem in alijs principibus:si q̃n verbũ leuitatis aut etiã falsitatis deprehendimus:nec nouũ nec mirũ reputamus. At v̄o apud comitẽ theobaldũ:est/⁊ nõ:nequaq̃ oĩno patiẽter audimus:cui vt dicit̃ simpliciter dicere iurare est:⁊ leue mẽdacium/graue periuriũ imputat̃. Itẽ plurima quippe virtutum insignia q̃ vestrã plurimũ nobilitãt dignitatẽ:vestrũ p̃ orbẽ clarũ reddũt ⁊ celebre nomẽ:precipue laudat̃ in vobis veritatis ꝯstantia. Quis ergo suo vel hortatu vel ꝯsilio tñ robur firmissimi pectoris vestri eneruare tentauit? Quis inq̃ veritatis in vobis tam sanctũ tam eximiũ:tã oĩbus imitabile principib⁹ p̃positũ euellere sua fraude conatus est? Fallaciter nõ veraciter vos diligit:fraudulẽter ⁊ nõ fideliter vobis ꝯsulit:q̃ tã gloriosam de veritate famã vestrã/obnubilare sua cupiditate contẽdit:dũ verbũ qđ os vestrũ locutũ est:⁊ verbũ deo placitũ:vobis dignũ pie iustũ:⁊ iuste piũ:euacuare nescio qua malicia/nocendo pauperi satagit. Obsecro vos p̃ misericordiã dei vt eandẽ vos ꝯsequamini:cauete ne superbiat impius vnde incendit̃ pauper:⁊ hoc potius agite:quatinus promissionis vestre veritas compleatur:qua primum quidez dño norberto:deinde etiã nobis pollicitus estis restituturũ vos humberti hereditatem eius:⁊ vxori ⁊ filijs. Valete.

¶ Ad eundem. Epistola.xxxix

Cum mlta mihi vestre erga me dignationis indicia prebeatis/hoc me maxime toto vobis affectu dilectionis astringit:q̃ cum sciam me vestram iam pro multis ausum fuisse interpellare dignitatẽ:in nullo tamen repulsum me memini. Hinc non immerito factus fidentior rursus pro canonicis de larzicurte non dubi⁹ precator accedo. Non quidem pro ipsorum iure nũc p̃cor: intãtũ quippe de vestra iusticia ⁊ legalitate confidens: vt nec hosti vestro in vestra curia placitati de suo iure timendum esse existimẽ. Sed hoc est qđ p̃ ipsis ⁊ cũ ipsis oĩ q̃ possum absens supplicatione deposco:⁊ quod eis omino esse cognoui necessariuz vt videlicet ad vestre serenitatis vultũ/solito illis clemẽtiorẽ atq; promptiorem indulgeatis accessum/quatinus vicini eorũ religioni debitam discant exhibere reuerentiam:cum vos eis beniuolũ esse cognouerint. Et si quis forte militum seu ministrorum vestrorũ:res illorũ iniuste contingere:aut quietem quã in deo habere dicunt:infestare in aliquo temptauerit:pro certo se sciat vestram sibi ob hanc rem gratiam/grauissime redditurum infensam. Item aliud est quod supplex exoro. ¶ Nuper forte per barrũ transeunti occurrit mihi mulier satis miserãda anima q̃ppe ei⁹ in amaritudine erat:⁊ mea sup̃ suis dolorib⁹ cõmouit viscera:satisq; egit suis p̃cib⁹ ac lachrymis.q̃tin⁹ p̃ ipsa apud vos intercedere deberẽ. Ipsa est vxor belini illi⁹ hominis vestri:in quẽ dudũ iuxta malũ qđ ipe ꝯmiserat:multa ⁊ grauia reddidistis. Facite cũ ea misericordiam vt ⁊ vos apud deum eã inueniatis.

E

inueniatis. Et qꝛ semel cepi: loquar adhuc cũ dño meo. In manu barrẽsis prepositi dudũ facto duello: qui victus fuit/ statim ex vestra iussione oculos amisit. Insup quoqꝫ quasi parua hec mala essent: qꝛ ⁊ victus ⁊ oculis orbatus fuerat: res ei oẽs sue a ministris vestris sicut ipse conqueritur/ ablate sunt. Iustum est si vobis placet: vt ei vestra pietate restituatur: vnde misera eius vita possit vtcunqꝫ sustentari. Sed ⁊ filiis eiꝰ innocẽtibus: patris iniquitas non debet imputari: quo minꝰ si que sunt paterna hereditẽt edificia. In fine volumus vos sanctos episcopos q̃ pro his que ad deũ ptinẽt in vestra ciuitate cõuenerunt: omni habere acceptione dignos. Sed ⁊ ipsi legato q̃ vos vestrãqꝫ ciuitatẽ tanti celebratione cõcilij voluit honorare: ꝑ omnia q̃tum in vobis est/ deuotus ⁊ obediẽs assistatis: roborare ⁊ ꝯfirmare bona queqꝫ ab eo iussa ⁊ instituta curetis: Nostrũ quoqꝫ acceptrum pariter epm. i. lingonẽsem: abundãtiori vt decet honore suscipiatis: ⁊ de casamento qꝺ tenetis/ hominiũ qꝺ debetis reuerenter ei ⁊ humiliter offeratis. Ualete.

Ad eundem. Epistola. xl.

Ⱡlo vobis cõmendamus in homine isto quẽ videtis paupertatem ⁊ religionẽ: vt si vni nõ compatimini: alterum in eo reuereamini: quo nullatenus id ei negare possitis: ꝓpter qꝺ vos cũ tãto labore de lõge requirere curauit. Itaqꝫ ⁊ si nõ ꝓpter ipsum certe ꝓpter vos ei succurrite: qꝛ quantũ vos illi sua paupertas: tantũ immo amplius vobis illũ necessariũ facit sua eque religiositas. Deniqꝫ de multis quos iã eadẽ de causa ad vos misimus nullũ fuisse recolimus: de quo magis deo placere sciamus: q̃ si huic benefeceritis. Ualete.

Ad eundem. Epistola. xli.

Timeo vos grauari in tã crebris scriptitationibus nostris. Sed in hanc importunitatem viget me xp̃i charitas ⁊ amicoꝝ necessitas. Hunc itaqꝫ ⁊ senẽ vt videtis: ⁊ de domo vt nos scimus religiosa ad vos missum: non remitti vacuũ supplicamus: ⁊ insup vt vestris lr̃is ad auunculũ vestrũ regẽ iturũ munire dignemini/ rogamus. Uellẽ oẽs seruos dei si fieri posset: vr̃os fieri debitores/ qui pro mãmona iniquitatis: q̃nqꝫ vos reciperent in eterna tabernacula. Ualete.

Ad Henricum senonensem archiepiscopum. Epistola. xlij.

Domino venerabili Hẽrico senonẽsiũ archiepiscopo Frater. B. si quid potest peccatoris oratio. Placuit prestãtie vestre nouum aliquid a nobis dictatum requirere. Grauamur pondere dignitatis sed dignationis munere gratulamur. Et blandit petẽtis fauor: ⁊ petitionis terret exactio. Qui enim nos sumus vt scribamus episcopis? Sed rursum qui sumus/ qui nõ obediamus epis? Uñ dare/ ide ⁊ negare ꝯpellor qꝺ postulor. Scribere tante altitudini/ supra me est: ⁊ eidem non obedire/ contra me: vtrobiqꝫ periculum: sed in ea parte maius imminere videt si nõ obediero. Hac itaqꝫ etiens qua minus apparet: facio qꝺ iubetis. Dat quippe ausum ipsius dignitatis dignãter indulta familiaritas: ⁊ excusat ꝓsumptionem auctoritas imperãtis. Igit ex equo regni celoꝝ claues deo auctore vobis traditas suscepistis: ac iuxta ritum fortis illius mulieris manũ mittere cepistis ad fortia/ si qua vos aut egisse q̃ nõ debueret: aut ꝑtulisse q̃ nolletis audiuimus: ⁊ illa agẽtẽ doluimꝰ: ⁊ cõdoluimus hec patiẽti. Inter hec aũt ego recordabar illoꝝ ꝟsiculoꝝ. Qui descẽdũt mare in nauibꝰ faciẽtes opationẽ in aq̃s multis/ ascendũt vsqꝫ ad celos/ ⁊ descẽdũt vsqꝫ ad abyssos: aĩa eoꝝ in malis tabescebat/ turbati sunt ⁊ moti sunt sicut ebrius: ⁊ omis sapiẽtia eorũ deuorata est. Et ideo nõ iudicabã vt assolet magis q̃ ꝓpe ad cõpassionẽ me ꝓuocabat huiuscemodi cogitatio. Si inq̃ temptatio est cuiuscũqꝫ hominis vita super terrã: q̃tis putatis periculis patet vita põtificis: cui omniũ necesse est ferre tẽptationes. Si ego latẽs in cauerna: ⁊ quasi sub modio: nõ quidem lucẽs/ sed fumigãs: ventoꝝ tamẽ impetꝰ nec sic declinare sufficio: sed continuis tentationum varijsqꝫ fatigatus impulsibus/ instar vẽto agitate arundinis hac illacqꝫ circũferor: quid positus supra mõtem positus supra candelabrum? Solus mihi seruãdus: solus tamen ipse mihi sum scandalo: solus tedio/ solus oneri atqꝫ ꝑiculo: ita vt ꝓpter gule ⁊ vẽtris: ⁊ oculo scãdalizãti/ frequẽter irasci oporteat. Quibꝰ ergo molestijs angit: quibꝰ lacessitur iniurijs: cui etiã ⁊ si ꝓpria cessent: nũq̃ tamẽ de alienis desunt foris pugne/ intus timores? Nuper autem nobis a vestris partibus flare cepit aura secundior. Rumoribꝰ siq̃dẽ recẽtioribꝰ nũciata sunt de vobis solito letiora: ⁊ nõ ex incerto fame/ sed ore veridico venerabilis meldensis epi. Interrogatꝰ eñ de esse vestro vultu alacri: ⁊ tãq̃ bene fidẽs vnde redrebat puto (inquit) hominẽ ex hoc iã cõsilijs se subacturũ carnotẽsis epi. Hoc ab eo responsum tam letus accepi: q̃ certus fui consilia viri fidelissima fore. In nullo melius poterat nobis cordis vestri propositum commendare: in nullo spẽ dare certiorẽ/ vestri profectus in dño. Secure, nisi fallor prefatis ambobꝰ viris ⁊ vos ⁊ vestra credetis. Talibus vtẽdo cõsiliarijs: bonã vobis seruabitis ⁊ famã ⁊ cõscientiã. Sic dei sacerdotẽ: sic tante ciuitatis decet episcopũ/ puerilibꝰ nõ agi: secularibꝰ ve cõsilijs.

B

Omnes iuxta dñi preceptum etiã inimici diligant: sed ad cõsiliũ soli eligant/ qui ⁊ prudẽtes esse videant ⁊ beniuoli. Absqꝫ prudẽtia ⁊ beniuolẽtia nõ esse perfecta consilia. Propterea dñs ⁊ imprudens discipulis ⁊ fratrum infidele cõsilium refutabat: respondens improuido/ nõ sapis q̃ dei sunt: ⁊ maliuolis: vos ascẽdite ad diẽ festũ hunc: ego aũt nõ ascẽdam. Nec istoꝝ malicie nec illius imprudẽtie se credendũ putauit. Querẽs deniqꝫ cui se credere debeat/ cui tuto sua cõmittat dispẽsanda mysteria: ⁊ quasi difficile inueniens sub admiratione interrogat. Quis putas est fidelis seruꝰ ⁊ prudens quẽ cõstituit dñs super familiam suã. Quãobrem ⁊ petro curam ouiũ crediturus: priꝰ eiꝰ studuit probare beniuolẽtiã/ ter sciscitãs si se diligeret. Probauit ⁊ prudentiã/ quãdo errantibꝰ hominibus ⁊ putãtibꝰ ipsum esse quẽpiam ex prophetis/ ille prudẽter veritatem aduertens: deũ potius ꝓphetarum cõfessus est. Tu es (inquẽs) xp̃s filius dei. Ue nostro generi ab imꝑfectione sua. Uix in multitudine hominum vnum reperias: in vtraqꝫ gratia consummatũ. Haud facile siquidem vel prudenti beniuolentiã: vel fideli inesse sapientiam deprehendas. Sine numero autem sunt/ quos vtriusqꝫ muneris expertes esse ꝯstiterit. Prudenter igitur cogitastis sacerdotale onus/ episcopale opus/ curamqꝫ pastoralẽ digne nõ posse administrari sine consilio. Hinc ipsa castorum consiliorũ mater sapientia de seipsa loquens. Ego sapientia (inquit) habito in consilio. Sed quali consilio? Nunquid in qualicunqꝫ? Et eruditis (ait) intersum cogitationibus. Sed ⁊ quod insida consilia declinanda sint per os salomonis taliter monet. Causam tuam tracta cũ amico tuo: ⁊ secretũ extraneo ne reueles. Pulchre quoqꝫ per aliũ quendã sapientẽ: cũ sine cõsilio nil agendum cõsulat: viroꝝ tamẽ cõsilij intuens paucitatẽ/ ita loquitur. Multi sint tibi amici: vnus autẽ sit tibi consiliarius de mille. Unus (inquit) de mille. Benignam ego nõ dubitauerim vobis esse diuinitatem/ cui de tãta raritate inter mortales nõ vnum sed duos: ipsosqꝫ idoneos satis indulsit ꝯsiliarios/ prouidos/ beniuolos: ⁊ vt facile adsint cõprouinciales: vt gratis/ debitores iure subiectionis. Horum acquiescendo consilijs: nec ꝑceps eris in sententia/ nec vehemẽs in vindicta. Nõ in corrigẽdis remissior: nõ seuerior in parcẽdis: nõ pusillanimis in expectandis. Nec superfluus in victu: nec notabilis in vestitu. Non citus ad promittendum/ nõ ad reddendũ tardus: nec ꝓdigus dator. Istorũ cõsiliũ longe semper faciet a vobis malum temporis vetus: sed cupiditati nouũ simoniã: ⁊ matrẽ eius auariciã/ que est ydoloꝝ seruitus. Et vt breui omnia sermone concludã si his credideritis: in omnibus exemplo apostoli honorificabitis ministerium vestrũ. Ministerium (inq̃) non dominiũ. Ipsum itaqꝫ honorificabitis/ nõ vos. Nã qui querit que sua sunt: se cupit honorari/ non ministerium. Honorificabitis autẽ nõ cultu vestium/ non equoꝝ fastu/ nõ amplis edificijs: sed ornatis moribus/ studijs spiritualibꝰ/ operibꝰ bonis q̃ multi aliter.

C

Cernitur in nonnullis sacerdotibus vestiũ cultus plurimus: virtutũ aut nullus aut exiguꝰ. Quibꝰ ego si rememorẽ illud aplicũ: nõ in veste ꝑciosa: vereor ne indignent: dũ nimirum indignũ ducant in se assumptã sententiam/ quam prius in viliorẽ sexum ⁊ ordinẽ prolatam fuisse recognouerint. Quasi vero non eodẽ vtantur medici ferro secãdis regibus quo ⁊ popularibus hominibus: aut capiti fiat iniuria: si ipsis forpicibus capilli excrescẽtes detondeant: quibus ⁊ vnguium fuerint resecata superflua. Attamen si dedignant pari cũ mulierculis: non quidem a me/ sed ab apostolo feriri sententia: dedignent ⁊ cũ ipsis eadẽ inuolui culpa. Despiciant iam textricum/ siue pellificũ: ⁊ nõ ꝓprijs operibus gloriari. Horreãt ⁊ muriũ rubricatas pelliculas quas gulas vocant manibus circundare sacratis: ⁊ sacrãtibus tremenda mysteria. Respuant ⁊ apponere pectori: qꝺ decentiꝰ ornat gẽma sapientie. Pudeat ⁊ collo circũtexere: qꝺ honestiꝰ atqꝫ suauiꝰ xp̃i iugo submittit. Nõ christi stigmata sunt hec que isti martyrũ exẽplo circũferãt in corpore suo. Muliebria potiꝰ esse noscunt insignia: q̃ vtiqꝫ curiosius ⁊ sumptuosius ille sibi preparare cõsueuerũt: cogitãtes nimirũ q̃ sunt mũdi: quomõ placeant viris. Uerũ tu sacerdos dei altissimi: cui ex his placere gestis/ mũdo an deo? Si mũdo: cur sacerdos? Si deo/ cur q̃lis populus talis ⁊ sacerdos? Nã si placere vis mundo: quid tibi prodest sacerdotiũ? Nec eñ potes duobꝰ dominis seruire. Qui autẽ vult amicus esse huius mundi: inimicꝰ dei constituit. Et propheta Deus (inquit) dissipabit ossa eorũ q̃ hoibꝰ placẽt: cõfusi sunt/ qm̃ deꝰ spreuit eos. Et apostolus. Si hominibꝰ place

Marginalia: pu. xxxi. — ps. cvi. — N — Luce. vi. — Mat. vij. — Ioh. ij. — mat. xxiiij — Ioh. xxi. — Mat. xvi — puer. viij — puer. ij. — Eccli. vi. — Rom. xi. — I. Thim. ij — Iaco. iiij — Ps. lij. — Gal. i.

rem christi seruus non essem. Volens itaque placere hominibus:
deo nõ places. Si nõ places: nõ placas. Cur ergo viri sacerdos
Sin vero quod addidi placere intendis nõ mũdo sed deo cur
qualis populus et sacerdos? Enimuero si sacerdos pastor est/
et populus oues: dignum est vt in nullo appareat ouibus pastor
dissimilis. Si instar mei qui ouis sum: pastor meus et ipse incur
uus graditur: vultũ gerens deorsum/ et terrã semper respiciẽs:
et soli ventri mente ieiunus pabula queritãs: in quo discerni
mur? Ve: si venerit lupus: nõ erit qui preuideat/ qui occurrat/ qui
eripiat. Decet ne pastorem more pecorum/ sensibus incubare corpo
reis/ herere infimis/ inhiare terrenis: et nõ potius erectũ stare
vt hominem/ celũ mẽte suspicere: que sursum sunt querere et sapere: nõ
que sup terrã? Ceterũ mihi indignatur: si vel nutũ facere audeã:
iubetque ori manũ apponere: dicẽs monachũ/ qui non habeã iudi
care de episcopis. Vtinã et oculos mihi claudas: vt nec cernere pos
sem/ quod cõtradicere prohibes. Magna do presumptio: si ouis cum
sim in ipsum pastorẽ meũ lupas seuissimas: vanitatẽ et curiosi
tatem irruere cernens infremuero/ quo ad meũ forte balatum
cruentis bestiis a quopiã occurratur et succurratur perituro. Quid
faciẽt de me qui ouicula sum: que et in ipsum pastorem tãta feri
tate insiliunt? Et quidẽ si nõ vult vt clamẽ pro se: nunquid non et
pro me balare licebit? Sed et si ego sileo ne ponere videar in ce
lum os meũ: clamat tñ in ecclesia: nõ in veste preciosa. Clamatur

1. Thi. ij.

aũt specialiter ad feminas vt erubescat in se deprehendi epus:
quod in fragiliori quoque sexu audierit reprehendi. An forte nulla
timetur confusio: si ego solus submussitare desiero? Nunquid et si ego
nõ loquor/ sua cuique nõ loquitur cõsciẽtia? Quid si alius audacior
me nõ quidẽ de aplo vt ego/ nõ de euãgelio/ nõ de ppheta: non
denique quippiã ecclesiasticũ: sed illud tñ gentilicũ ingerat: di
cite põtifices/ nõ quidẽ in sctõ/ sed freno quid facit aurũ? Et to

D

lerabilius cernitur in sctõ: quam in freno. Hoc me etiã tacente: et si
nõ curia regũ/ tñ penuria pauperũ clamat. Sileat licet fama: sed
nõ fames. Fama quidem silet/ quia nõ põt mũdus odisse vos. Nam

Ps. ix.

quõ arguet mũdus pctm/ a quo potius laudatur pctõr in deside
riis aie sue: et iniquus bñdicitur? Clamãt pro nudi: clamãt fameli
ci: conqueruntur et dicũt. Dicite põtifices: in freno quid facit aurũ?
Nunquid aurũ a freno repellit frigus siue esuriẽ? Nobis frigore
et fame laborantibus: quid cõferũt tot mutatoria vel extẽsa in par
ticis: vel plicata i manticis? Nostrũ est quod effundistis: nobis cru
deliter subtrahitur quod inaniter expẽditis. Et nos em̃ dei plasma
tio: et nos sanguine xpi redẽpti sumus. Nos ergo fratres vestri.
Videte quale sit de fraterna portione pascere oculos vestros.
Vita nostra cedit vobis in superfluas copias. Nostris necessita
tibus detrahitur/ quicquid accedit vanitatibus vestris. Duo denique ma
la de vna pcedũt radice cupiditatis: dũ et vos vanitãdo peritis
et nos spoliãdo perimitis. Jumẽta gradiuntur onusta gẽmis: et no
stra nõ curatis crura nuda caligulis. Annuli cathenule/ tintin
nabula: et clauate quedã corrigie: multaque talia tã speciosa co
loribus quam põderibus preciosa mulorum dependẽt ceruicibus/ fra
trum aũt lateribus nec semicintia miserantes apponitis. Huc
accedit quod hec oia nec negociationis studio: nec pprio manuum
exercitio vobis elaborastis: sed nec iure hereditario possidetis

Ps. lxxxij.

nisi forte et vos in corde vestro dixeritis: hereditate possideamus
sanctuariũ dei. Et hec pauperes: modo quidẽ coram deo tñ/ cui
corda loquuntur. Nec enim audent aperte causari aduersum vos:
quibus interim pro sua vita necesse habẽt potius supplicare. Ce
terũ in futuro stabũt in magna cõstãtia aduersus eos qui se an
gustiauerũt: stante quippe pro eis patre orphanorum/ et iudice vi

Mat. xxv

duarũ. Ipsius em̃ tũc vox erit: quamdiu nõ fecistis vni de his mi
nimis meis/ nec mihi fecistis. Vos aũt reuerentissime pr̃ vos
tamen absit vt in talibus honorificandũ putetis ministerium ve
strum. Videntur quidem honorifica: sed oculo qui videt in facie/
non qui videt in abscõdito. Nã que videntur in abscõdito nullis ap
parent fucata coloribus: spectabilia sunt tñ. Nullis cõdita sapo
ribus/ predulcia sunt tñ. Nullis eleuata culminibus/ excelsa ta

E

men. Castitas/ charitas/ humilitas/ nullius quidem coloris
sunt/ sed nõ nullius decoris. Nec mediocris decoris: qui deut
nos quoque delectare possit aspectus. Quid castitate decorius
que mundũ de immũdo cõceptũ semine: de hoste domesticũ/ an
gelũ denique de homine facit? Differũt quidem inter se hõ pudi
cus et angelus: sed felicitate nõ virtute. Sed et si illius castitas
felicior: huius tñ fortior esse cognoscitur. Sola est castitas que in
hoc mortalitatis et loco et tpe statũ quẽdam immortalitatis glo
rie representat. Sola inter nuptiarũ solẽnia: morẽ beate illius vẽ
dicat regionis in qua neque nubũt neque nubuntur: pbẽs quodãmõ
terris: celestis illius cõuersationis experientiã. Vas interim
fragile quod portamus: in quo et crebro periclitamur: tenet casti
tas: vt monet apls in sanctificationẽ: et instar odoriferi balsami
quo condita cadauera incorrupta seruantur: sensus ipsa et artus
continet et constringit: ne dissoluantur ocio/ ne corrumpantur
desideriis: ne carnis voluptatibus cõputrescant: quẽadmodũ

Joel. j.

legitur de quibusdam: quia computruerunt vt iumenta in stercore
suo. Hoc itaque tante pulchritudinis ornamẽtum: digne dixerim
sacerdotium honorare quod dilectum deo et hominibus faciat sa
cerdotẽ: cuius quippe memoria nõ in carnis successione: sed in
spirituali benedictione sit: reddatque similem in gloria sanctorum

F

in hac licet adhuc regione dissimilitudinis constitutũ. Verũ quam
talibet venustate sui castitas eminere appareat/ sine charitate

1. Cor. xiij.

tamẽ/ nec preciũ habet nec meritum. Nec mirũ. Quod em̃ absque
illa bonũ suscipitur? Fides. Sed nec si mõtes trãsferat. Scien
tia? Sed ne illa quidem que lingua loquitur angelorum. Martyrium?

Ibidem.

Nec si tradidero inquit corpus meũ ita vt ardeã. Nec absque il
la quodlibet bonũ suscipitur: nec cũ illa quodlibet exiguũ respuitur.
Castitas sine charitate lãpas est sine oleo. Subtrahe oleũ lã
pas nõ lucet. Tolle charitatẽ/ castitas nõ placet. Sed o quam pul

Sap. iiij.

chra est vt sapiẽs clamat casta generatio cũ charitate: Cum

G

1. Thi. j.

illa inquã charitate quã describit apls de corde puro et cõscien
tia bona et fide nõ ficta. Porro puritas cordis in duobus cõsistit
in querẽda gloria dei/ et vtilitate proximi: vt in omnibus videlicet
actis suis vel dictis/ nihil suum querat epus: sed tñ aut dei ho
norem: aut salutem proximorum/ aut vtrũque. Hoc em̃ agens imple
bit: nõ solum põtificis officiũ/ sed et ethymologiã nominis: põtẽ
vtique seipsum faciens inter deũ et proximũ. Pertingit porro iste
vsque ad deũ ea fiducia qua nõ suã illius gloriam querit. Pertin
git vsque ad proximũ: illa pietate qua et ipsi nõ sibi pdesse desi
derat. Offert deo bonus mediator preces et vota populorum: repor
tãs illis a deo benedictionẽ et gratiã. Supplicat maiestati pro
excessibus delinquentiũ: vindicat in peccantes iniuriã dei. In
gratis improperat beneficia pietatis/ cõtemnentibus potẽtie
seueritatẽ insinuat. Vtrisque tamẽ nihilominus placare studet in
dignãtis furorẽ: nunc quidã hominum obtendẽs infirmitatem
nunc diuine magnitudinem pietatis. Denique siue excedat deo
siue sobrius sit nobis: aut deo semper quantum in ipso est placere ge
stit aut prestare nobis: non quod sibi omnino vtile est querens/ sed
quod multis. Fidelis põtifex qui bona quelibet per manus suas
transeuntia: siue diuina bñficia ad hoies siue hominũ vota ad
deum: colũbino intuẽs oculo/ nihil sibi retẽtat ex omnibus. Nec
populi requirit datũ sed lucrum nec dei gloriã vsurpat sibi. Ac
ceptum talentum nõ ligat in sudario/ sed partitur nummularijs: a
quibus et vsuras recipit nõ sibi sed dño. Nõ habet foueã vt vul
pes/ nõ tanquam volucres nidũ: nõ loculos quo iudas: nõ denique
sicut nec maria locũ in diuersorio. Imitatur pfecto illum qui nõ
habebat vbi reclinaret caput: factus in presentiarũ tanquam vas p
ditum: quandoque proculdubio futurũ vas in honorem et non in
contumeliã. Denique perdit animã suam in hoc mũdo: vt in vitã
eternã custodiat eã. Hoc tanto puritatis intime bono gloriari
non potest veraciter nisi qui intrinsecas gloriosas perfecte re

H

spuerit. Nec enim pure valet dei vel proximi querere lucra: qui
propria nõ contempserit. Is tñ puritatis interioris gloria nõ

Joh. viij.
Phil. j.
Ps. xxx.

fraudatur: qui dicere potest cũ dño. Si ego quero gloriã meam/
gloria mea nihil est. Et cũ apostolo. Mihi viuere xps est et mori
lucrum. Et cũ propheta. Obliuioni datus sum tanquam mortuus
a corde. i. a ppria voluntate. Bona obliuio/ si te ipsum nescias
vt proximo prosis. Bene aũt mortuus a corde si iam nõ tibi vi
uere studeas: sed ei qui pro te mortuus est: Bene mortuus est a cor

Gal. ij.

de qui dicit. Viuo aũt iam nõ ego. Sed si mortuus a se non ta

I

men a christo. Sequitur em̃. Viuit vero in me christus. Mor
tem hanc que fit a corde infert charitas: de qua loquitur sponsa

Can. ij.
Can. viij.
Osee. xiij.

in canticis. Vulnerata charitate ego sum. Fortis quippe est vt
mors dilectio: et mortem in nobis nõ vitã occidit. Vnde et au
dacter minatur: O mors ero mors tua. Peccatũ extinguit quod
anime vitam expulerat: animamque restituit innocentie. Verũ si
preualet morti charitas ita vt illam in cõgressu perimere possit
cur dicitur fortis vt mors: et nõ potius morte fortior? An forte
quia et ipsa est mors: et seipsa fortior esse nõ põt? Bona mors nõ vi
te sed mortis. Bona mors et nequaquam abhorrẽda: que vitã et si adi
mit/ nõ perimit. Adimit quidẽ sed ad tps restituendã in tpe/ du

Col. iij.

raturam sine tpe. Denique mortui estis (inquit) et vita vr̃a abscon
dita est cũ christo in deo. Cum aũt xps apparuerit vita vestra:
tunc et vos apparebitis cũ ipso in gloria. Libenter igitur carebo
ad tps vt in eternũ possideã. Et ista sufficiant: pro eo quod scriptum

1. Thi. j.

est: charitas de corde puro. Sane intenta obliuione sui necesse
est cor bene esse consciũ sibi: quo se in lucra securius foris extẽ
dat: cũ securam intra se reliquerit conscientiã. Quid enim pro
dest homini si vniuersum mundum lucretur: anime aũt sue de
trimentum patiatur? Sed et ordinis exigit ratio: vt qui ad sui
mensuram proximum iubetur diligere/ prius seipsum diligere
norit. Itaque duo sunt precipue que bonã reddunt conscientiam:
penitere de malis/ et abstinere a malis/ hoc est, vt verbis loquar
beati gregorij: et commissa flere/ et flẽda non committere. Horum
neutrum solum sufficit. Nam si primũ absque secundo sufficeret

Ps. xxxvi.

frustra et dauid hortaretur dicens: declina a malo: et esaias

qui. scite

Esaie .i.
quiescite agere peruerse: ⁊ deus ipse ad cayn: peccasti: quiesce.
Rursum si secundum per se post peccatum bonam sufficit restau
ps. xxxi.
rare cōscientiam: sine causa clamat penitens in psalmo. Beati
ps. cxxiiij.
quorum remisse sunt iniquitates ⁊c. Et illud. Uide humilitatē
meam ⁊ laborem meum: ⁊ dimitte omnia delicta mea. Et in ora
Luce. xi.
tione dominica. Dimitte nobis debita nostra sicut ⁊ nos dimit
timus debitoribus nr̄is. Utriusq̄ virtutis hn̄ ꝯscius animus se
cure iam seipsum deserat ⁊ quodammodo ꝑdat: vt aliquos lu-
crifaciat. Cum infirmantib⁹ infirmet̄/vrat̄ cum scandalizatis:
fiat etiam (si oporteat) iudeis iude⁹/nihilq̄ formidet cum tali
Hie. xliij.
ꝯscia: exēplo hieremie ⁊ ezechielis in egyptum vel in caldeam
iiij. Regū
cum transgressoribus captiuari: ⁊ cum sancto Job frater fieri
xxiiij.
draconum: ⁊ socius strutionū/cū moyse quoq̄ (quod grauius
Job. xxx.
est) deleri de libro dei: ⁊ cū Paulo anathema esse a christo pro
exo. xxxij.
fratribus nō timeat cum huiusmodi conscientia. Ipsam deniq̄
Rom. ix.
si necesse est intrare gehennā securus medias penetrās flāmas
ps. xxij.
leta decātet cōscientia. Et si ambulauero in medio vmbre mor-
tis: non timebo mala qm̄ tu mecū es. Cōparemus si placet the
sauros regū ⁊ fastigia regnorū cum huiusmodi fiducia. Nonne
cuncta hoꝝ felicitas: pre tāti boni diuitijs miseria reputabit̄?
Et hanc fiduciā operat̄ charitas de corde puro ⁊ ꝯscientia bo
A
na. ¶ Jam vero qđ restat de fide nō ficta: ⁊ itē qđ ex alio loco in
Jacobi. ij.
mētē venit: fides sine operibus mortua est: duo ista mittūt nos
ad quādā fidei trifariā diuisionē: vt dicat̄ fides mortua/ficta/
probata. Et mortuā quidem apostolus diffinit eā esse que sine
operibus est. i. que nō operatur ex dilectione quasi non habēs
animam ipsam dilectionem/qua vegetetur ⁊ moueatur ad ope
ra. Fictam autem ego arbitror illam vocari fidem que suscepta
quidem ex charitate vita moueri inchoat ad bene operandum
sed nō perseuerans deficit ⁊ moritur tanq̄ abortiua. Eo vtiq̄
sensu fictam dixerim nominatam quo vasa figuli vocamus ficti
lia: non q̄ videlicet vtilia non sint q̄diu durant: sed q̄ fragilia
cum sint diu minime durāt. De hac fidei fictione puto illos no
tari in euāgelio qui ad tēpus credunt: ⁊ in tēpore temptationis
Luce. viij.
recedunt. Interroga eos qui dicūt charitatē a quo semel acci-
pitur nequaq̄ vltra recedere. Ait veritas de quibusdā. Et hi
radices nō habent: q̄ ad tempus credunt: ⁊ in tēpore tempta-
tionis recedūt. Unde ⁊ quo recedūt? Utiq̄ a fide in infidelitatē.
Item quero. Poterant ne in illa fide saluari: an nō poterāt? Si
non poterant que iniuria saluatori: queve tēptatori leticia/q̄
hinc recedant vbi salus nō sit? Siquidē nec saluator zelat̄ nisi
salutem: nec malignus inuidet nisi saluti. Si aūt poterāt: quo-
modo aut sine charitate sunt q̄diu in illa fide sunt: cū sine cha
ritate salus esse non possit: aut deserētes fidē non etiā deserūt
charitatem/cū charitas ⁊ infidelitas simul esse non possint? Re
cedunt ergo quidam a fide: q̄ veritas asserit. Consequenter et
a salute: q̄ saluator redarguit. Inde nos colligimus q̄ ⁊ a cha
ritate/sine q̄ salus esse nō potuit. Et hi (inq̄t) radicē nō habēt.
Nec negat eos hr̄e bonū: sed in bono potius radicatos nō esse
Ibidem.
cauiat. Deniq̄ sequitur ⁊ ait. Qui ad tempus credūt. Bonū est
Mat. x.
sed vtinam duraturum. Non enim qui ceperit sed qui perseue-
rauerit vsq̄ in finem hic saluus erit. Non autē durant quoniam
in tempore temptationis recedunt. Beati si interim rapti fuis-
sent anteq̄ malicia mutaret corda eorum. Nunc vero ve ꝑgnā
tibus ⁊ lactātib⁹ in illis diebus/teneros vtiq̄ fetus gestātib⁹: ⁊
⁊ de vita recēti facile in periculis exturbādos. Tales sunt aie
paruam adhuc ⁊ teneram habentes charitatem: ⁊ ob hoc earū
fidem viuam: sed fictā necesse est in tētatione deficere. Uasa fi-
eccl. xxvij
guli (ait) probat fornax: ⁊ hoies iustos tētatio: illos videlz q̄ ex
Actuū. ij.
fide viuunt. Justus nēpe ex fide viuit: sed ex fide q̄ viuat. Neq̄
eīn que mortua est/vitā dare pōt. Demonū fides nō adducitur
in examinationē/vacua quippe charitate mortua est. Credunt
quidē ⁊ cōtremiscūt/sed timor nō est in charitate. Proinde i la
bore hoim nō sunt: ⁊ cū hoibus nō flagellant̄: non q̄ extincte fi-
dei nulla iam debeat̄ ꝓbatio sed reprobatio. Solam vtiq̄ iusto
⁊ fidē. i. viuoꝝ viuā/fornax tētationū suscipit examinandā. Sed
nō oīm iustitia manet in seculū seculi: qm̄ sunt q̄ ad tp̄s credūt
⁊ in tp̄e tētationis recedūt. Qualis sit cuiusq̄ fides tribula-
tio probat. Si cuius deficit deficit eīn cū in charitate nō perse
uerat; ficta esse dinoscit̄. Si cuius perseuerat/ꝓbata ⁊ perfecta
censet̄. Liquet ex his satis (vt arbitror) non oēs qui habuerint
charitatē/habere ⁊ perseuerantiā in charitate. Alioqn frustra
Joh. xv.
cōmoneret discipulos dn̄s: manete (inquiēs) in dilectiōe mea.
Aut eīn si necdū diligebāt nō debuerat dicere manete: sed esto
te in dilectione mea: aut si iā diligebāt necesse non erat moneri
de perseuerātia: qua fm̄ istos priuari nō poterāt. Curet igitur
seruus bonus ⁊ fidelis fide seruare non ficta charitatē de cor-
de puro ⁊ conscientia bona: pluris estimās aie vitā q̄ corporis
B
minus horrens carnis mortē q̄ fidei. ¶ Jā de tribus q̄ superi⁹
ꝓposuim⁹ sola (nisi fallor) tractāda restat humilitas. Hec dua
bus premissis virtutibus intantū est necessaria: vt absq̄ ista il-
le nec esse virtutes videantur. Nempe vt castitas seu charitas
Jaco. iiij.
detur humilitas meretur: qm̄ humilibus deus dat gratiā. Ser
uat acceptas: q̄ nō requiescit spiritus nisi super quietum ⁊ hu
Esa. lxvi.
milem. Seruatas consummat: nam virtus in infirmitate hoc est
ij. Cor. xij
in humilitate perficitur. Inimicam omnis gratie omnisq̄ initi
um peccati debellat superbiam: ⁊ tā a se q̄ a ceteris virtutib⁹/
superbam illius propulsat tyrānidē. Siquidem cum ex alijs q̄-
busq̄ bonis virium magis suarum capere soleat incrementum
superbia: sola hec omnium ꝓpugnaculum quoddā turrisq̄ vir-
tutum: eius fortiter resistit malicie/obuiat presumptioni. Sola
deniq̄ est: de qua omnium plena virtutum maria gloriandum
esse putauit. Audito quippe ab angelo: aue gratia plena/quasi
Luce. i.
solam ex ipsa plenitudine humilitatem in se recognosceret: solā
rependisse ac respondisse memorat̄ in gratiā/respexit (inquiens)
Ibidem.
deus humilitatem ancille sue. Quid deinde auctor ⁊ dator vir-
tutum xp̄s in quo omnes thesauri sapientie ⁊ scientie sunt abs-
cōditi. in quo oīs quoq̄ plenitudo diuinitatis habitat cor-
poraliter: Nonne tamen ⁊ ipse de humilitate/tanq̄ summa sue
doctrine/suarumq̄ virtutum gloriatus est? Discite (ait) a me nō
Mat. xi.
q̄ sobrius aut castus aut prudens aut aliquid eiusmodi: sed q̄
mitis sum ⁊ humilis corde. A me (inquit) discite. Non ad do-
ctrinam patriarcharum/non ad prophetarum libros ego vos
mitto: sed me vobis exemplum me formam hūilitatis exhibeo.
Inuiderunt mihi altitudinem quā habeo apud patrem angel⁹
⁊ femina: ille potētie: illa scie. Uos aūt emulamini charismata
meliora: discētes a me: q̄ mitis sum ⁊ humilis corde. ¶ Cōmo
C
dum reor indagare aliquid ⁊ de supbia: quatinus ex opposito
sibi vitio virtutis decor manifestior appareat. Supbia est appe
titus ꝓpie excellētie. Hec in species duas diuidit̄/in cecam ⁊
vanā superbiā. Que q̄dē ⁊ alijs noibus appellari possunt: cōtu-
macia ⁊ vanitas: quarū prior intelligētie/posterior voluntatis
vitium est. Nam ex illa rationis fallitur oculus: ⁊ ex ista volun
tatis male appetitus afficitur. Quod melius ex singularum dif
finitionibus demōstrabimus. Ceca superbia seu ꝯtumacia est
vitium quo se existimans aliquis vel esse bonum qđ nō est/vel a
se esse qđ est: in se nō in dn̄o gloriat̄. Uana superbia seu vanitas
est vitiū quo quis tā de eo qđ est q̄ de eo qđ non est suis magis
q̄ dei laudibus delectat̄. His ita ꝑmissis aptemus iam ꝯtraria
humilitati singula singulis opponētes. Humilitas est contem-
ptus proprie excellētie. Cōtēptus opponit̄ appetitui. Duabus
quoq̄ supbie speciebus due nihilominus humilitatis opponū
tur. Cōtra cecam: vt quis de se nouerit sentire humiliter. Con-
tra vanam: nec consentire aliter sentientibus. Nempe qui de se
ipso sentire humiliter nouit: in neutro ipsius de se iudiciū falli
pōt: videlzꝫ vt aut maius aliq̄d putet se esse q̄ sit: aut a se esse qđ
sit. Et ideo patiēter carēs qđ sibi nouit deesse: humiliter de eo
qđ certus est adesse non in se sed in domino gloriat̄. Porro ad-
uersus hoc vt de se altius se aliquid sentiat/solet ne insolescat
verus humilis illud sibi iugi meditatione reuoluere. Non alta
Rom. xij.
sapientes sed humilibus consentientes. Et illud. Nō ambula-
ps. cxxx.
ui in magnis: neq̄ in mirabilibus super me. Si non humiliter
sentiebam: sed exaltaui animam meā. Et item. Qui se putat
Gal. vi.
aliquid esse cū nihil sit ip̄e se seducit. Contra hoc autem vt a se
sentiat esse qđ se sentit esse/sollicite seipsum interrogat. Quid
habes qđ nō accepisti? Si autem accepisti/q̄d gloriaris q̄si nō
i. Cor. iiij
acceperis? ¶ Itē q̄ humanas laudes ꝯsueuit ꝑfecte cōtēnere/
D
cū se laudari percipit de eo qđ in se nouit non esse nullatenus
acquiescens illud sibi commemorat. Qui te beatificāt in erro-
Esaie. iij.
rem te mittunt. Sed ⁊ illius nihilominus versiculi recordatur.
Ueruntamen vani filij hominum mendaces filij hominum in sta
ps. lxi.
teris: vt decipiant ipsi de vanitate in idipsum. Proinde sollici-
te studet imitari apostolum ita de se loquentem. Parco autem
ij Cor. xij.
ne quis me existimet supra id quod videt in me aut audit aliq̄d
ex me. Cum vero laudari se comperit de bono quod se forte ha
bere cognoscit: nihilominus q̄tum in se est scuto veritatis cu
rat a se iaculum fauoris repellere/dans gloriam deo ⁊ dicens.
Gratia dei sum id quod sum. Et propulsans a se omnem suspi
i. Cor. xv
tionem ait domino. Non nobis domine non nobis: sed nomini
ps. cxiij.
tuo da gloriam. Metuit nimirum si aliter egerit ne forte audiat
ab ipso. Recepisti mercedem tuā. Et iterū. Gloriā ab inuicē q̄ri
Joh. v.
tis: ⁊ gloriā q̄ est a solo deo nō vultis? Refugiens ergo ⁊ de hoc
Mat. vi.
ad consiliū ap̄li probet ipse opus suū/et sic habeat in semetipso
i. Cor. iiij.
gloriam ⁊ nō in altero. Fidelis suimet custos q̄ sibi oleum fauo
ris sine fraude reseruet/ne in aduentu sponsi lampas conscie
vacua extinguatur. Non in altero (inq̄) nec enim tutum arbi-
tratur labijs hominum committere gloriam suam: arche vtiq̄
sine claue ⁊ sine sera/nulliq̄ omino clause nocere volenti. Non
tutum plane sed stultum ibi thesaurum tuum recondere: vnde
non valeas resumere cum volueris. Si ponis in os meum iam
non in tua/sed in mea potestate est: cum vtiq̄ pro meo libitu vel
laudare te possim vel derogare tibi. Sanum vas ⁊ inconcussum

arca: et secretis seruandis idoneã. Nullis patens insidijs/nulli
violētie cedēs nulliq; quippe oculo vel manui accessibilis/excepto
dūtaxat spūi qui scrutatur etiam alta dei. Quicquid in ea repo-
suero securus sum quia non perdam: seruabit viuo/ defuncto
restituet. Nam quocunq; vado ego/ipsa it mecum: secum ferēs
depositum quod seruandum acceperit. Mecū viuo/ mortuum
sequitur: vbi mihi vel gloria vel confusio inseparabilis p qua-
litate depositi. ¶ Beati qui in veritate dicere possunt Gloria
nostra hec est testimonium conscientie nostre. Non potest dice-
re nisi humilis/qui iuxta vulgare: et oculos cāpi metuere: et sil-
uarum aures soleat semper habere suspectas. Beatus nempe
homo qui semper est pauidus. Non potest dicere arrogans et p
sumptor: qui seipsum impudenter ostentans passim et vbiq; tan
q per campū incedens/totus fertur in gloriam. Gloriatur etiā
cum malefecerit: et exultat in rebus pessimis. Estimat se nō vi-
deri dum plures habeat imitatores q reprehēsores/ cec⁹ dux
cecorū. Sed habet hic campus oculos: sanctorū procul dubio
angelorum quos semper offendere solet indisciplinata conuer
satio. Non dicet hypocrita gloria mea est testimonium conscie-
tie mee: qr et si iudicātium sm faciem/verbo/vultu: habitu ve si
mulatorio eludat opinioni: sed non eius qui scrutatur renes et
corda: fallit vel euadit iudicium. Siquidem deus non irridet.
Timeat ergo et iste nemoris aurem. Lingua licet manuq; ces-
santibus auri tamen vbiq; presenti de quacunq; silua latebrose
duplicitatis et spinose calliditatis: tacentis et quiescentis cor
loquitur/cogitatis confitetur. Prauum est cor hominis et imp
scrutabile: ita vt nemo sciat que sunt in homine nisi spiritus ho
minis qui in eo est/sed nec ipse plene. Nam cum apostolus di-
ceret mihi pro minimo est vt a vobis iudicer aut ab humano
die: adiecit sed nec ego meipsum iudico. Quare? Qm nō possum
(aitˋratā: vel ipse de me pferre sniam Ego enī nihil mihi con-
scius sum: nō tñ in hoc iustificatus sum. Nō ex toto credo mevel
ipsi cōsciētie mee/quippe cū ne ipsa quidē queat me cōpreben
dere totū. Nec pōt iudicare de toto q totū non audit. Qui aūt
iudicat me dñs est. Dñs inquitˋ cuius vtiq; sciam non effugit
sententiam non subterfugit/etiam quod propriam latet con-
scientiam. Audit deus in corde cogitantis/quod non audit vel
ipse qui cogitat. Aderat auris pphete absentis oīi furtiue po
scentis pecuniam: et ego qūtumlibet in occulto ledere cogitās:
aut proximum nequiter: aut turpiter meipsum non verear aurē
vulq; absentem? Tremenda prorsus auris et reuerenda/cui nō
cessat quies: non tacet silētium. Deniq; ait. Auferte malū cogi
tationum vestrarum ab oculis meis Sed quid est quod dicit
ab oculis meis? An et nostra deus nō solum audit: sed et videt
arcana? Quales oculi qui contemplantur cogitationes? Non
sunt colorate vt videantur: sicut nec sonant vt audiantur. So-
lent sentiri a cogitante: non audiri ab auscultante: non a con-
templante videri. Merito tamen dñs scit cogitationes homi-
num qm vane sunt. Cur enī nesciret: quas et audit et videt? His
precipue duobus sensibus. s. visui et auditui nemo fidem putat
esse negandam. Hoc nos scire constanter astruimus: quod vidi
mus et audiuimus. Merito itaq; non erat opus dño iesu vt qs
testimonium perhiberet de homine/ipse nimirū sciebat que es-
sent in homine. ¶ Quid cogitatis ait: mala in cordib⁹ vestris
Respondebat non sermonibus sed cogitationibus. Audiebat
nō loquētes: videbat non apparentes. Contremisco totus tuā
dñe iesu qūtillo possum intuitu considerans maiestatē/pcertim
cū recordor in qūtis ipsius aliquando contēptor extiterim. Sz
et nunc cū iam a facie maiestatis fugi ad genua pietatis/ quid
amplius facio? Vereor ne qui aliquando cōtrarius extitit ma-
iestati/et nunc ingratus pietati inueniar. Quid enim si cessant
manus/et non cesset pectus? Quid si os iam silet: necdū cor de
scit? Si singuli illiciti motus animi mei singula sunt quedam in
te deus cōuitia vtputa iracūdie motus in mansuetudinem/ in
uidie in charitatem/ in frugalitatem luxurie/turpitudinis in ca
stitatem: et innumera his similia que de ceenoso lacu prurientis
pectoris mei etiam nunc incessanter ebulliunt inūdantes et im-
pingentes in serenitatē prefulgentis vultus tui. Quid magnū
feci solos cohibere art⁹ actus corrigere? Si has atq; hmōi qs
forte licet vacans int⁹ actitare nō cesso iniquitates obseruaue
ris o dñe qs sustinebit? An forte iā nō ago illa sed patior? Agū
tur quidē in me sed a me non aguntur si non consentio. Sane si
mei nō fuerint dñata tūc immaculatus ero: et immaculatus coram
eo/si non solū caruero sed et si obseruauero me ab iniqtate mea.
Mea dixerim: nō quia facio/sed qr sustineo. Corpus gesto mor
tis carnemq; pcti: sufficit interim mihi/si nō regnet peccatū in
meo mortali corpore. Sic corpus crimini nō reputat: nec qd ha
bitat in eo peccatū: si tñ nō delector: si tñ nō exhibeo membra
mea arma iniqtati. Pro hac orabit o misericors quis ēt sctūs
in tpe oportuno: supplex nimirū q malū sentiat: et nihilominus
sctūs qr nō cōsentiat. Supplex p periculo / sanctus p virtute.

Sanctus plane atq; btūs: q cōdelectatus legi sm interiorē ho
minē de malo qd ita lesse corpori sentit/vt nisi pariter cū corpe
carere nō possit: merito sese cōsolat et ait. Iā nō ego opor illud:
sz qd habitat in me peccatū. Verūtñ delicta qs intelligit? Nam
si possem dicere cū Paulo qd qdē lōge est a me: nihil mihi con
scius sum: nō tñ in hoc esse iustificatū oporteret me gloriari. Nō
enī q seipsum cōmendat: ille pbatus est: sed quē de⁹ cōmendat.
Si applauserit mihi iusticiā humanus dies: p minimo habeo/
qr ille lucet tñ i facie. Homo enī videt in facie: deus aūt intuet
cor. Propter hoc hieremias nō satis popularibus sentētijs ve-
lut qbusdā humani diei radijs mouebat: sed fidenter loqueba
tur deo. Diē hominis non concupiui tu scis. Si meus mihi ar-
riserit dies neq; meipsum inquit iudico: qr nec ipse me satis in
telligo. Solus merito cōstitut⁹ est iudex viuorū et mortuorum
qui nouit sigillatim corda vniuersorū/et intelligit oia opera eo-
rum. ¶ Solū attēdo iudicem quē et solū iustificatorē agnosco.
Pater dedit ei iudiciū facere: qr fili⁹ hois est. Nō vsurpo mihi
vel sup me seru⁹ filii potestatē: nec me ānumero illis de qb⁹ ita
cōqueri solet: Tulerūt hoies a me iudicium. Pater nō iudicat
quēq;: sed oē iudiciū dedit filio/et ego mihi psumam qd nec ipse
pater sibi assumit? Vtiim noli ipsi me astare necesse ē: ipsi hoīū
q gesserim in corpe reddere rōnē: cui nec verbū pteruolat: nec
subterfugit cogitatio. Sub tā equo libratore meritor: sub tā i-
timo secretor inspectore: qs gloriabitur castū se hre cor? Sola
pfecto q nō solet gloriari: nō nouit presumere: cōtendere nō cō
sueuit gratiā inuētura ē in oculis pietatis humilitas. Deus nā
q; supbis resistit/humilib⁹ aūt dat gratiā. Nō cōtēdit iudicio
nec pretendit iusticiam: qui vere humilis est: sed dicit. Non in
tres in iudicium cum seruo tuo domine. Recusat iudicium et po
stulat misericordiam: facilius sibi veniam impetrare posse/q
iusticiam vendicare confidens. Nouit naturā diuinam natura-
liter piam: que nostram vequaq; humilitatem abhorreat. Non
despicit illa maiestas cor contritū et humilitatum in nostro ge-
nere/que corpus ex eo humilitatis assumere non dedignata
est. Nescio quo pacto familiarius semp humilitati ppinquare
solet diuinitas. Deniq; illa se induit: vt appareret hominibus
Substantiā formā habitūq; gestauit humilē: ipsius nobis cō
mendās virtutis excellētiam: quam speciali sui voluerit honore
presentia. ¶ Vobis autē dilectissime vobis pcipue tāto magis
arbitror hāc esse necessariā: qūto maior noscit materia suppere
re supbiēdi. Gen⁹/etas/sciētia/cathedra: et qd maius est pmat⁹
prerogatiua cui non essent insolētie fomes/ elationis occasio?
Vtinā esse possint et humilitatis. Meditātib⁹ qdē honores blā
diunt/sz onera pēsantib⁹ tedio sunt atq; formidini. Nō aūt om
nes capiūt hoc verbū. Multi enī nō tāta fiducia et alacritate
currerēt ad honores/si eē sentirēt onera. Grauari pfecto me
tuerent ne cum tāto labore et periculo quarumlibet affectarēt
infulas dignitatū. Nunc vero qr sola attendit gloria et nō pena/
purum esse clericū erubescit in ecclesia: seq; viles estimant et in
glorios/qui quocūq; eminentiori in loco nō fuerint sublimati.
Scholares pueri et impuberes adolescentuli ob sanguinis di-
gnitatem: promouentur ad ecclesiasticas dignitates: et de sub
ferula transferunt ad principandū presbyteris: letiores interiz
q virgas euaserint: q q meruerint principatum: nec tam illis
blanditur adeptū/q ademptū magisterium. Et hoc quidē in ini
tio. Processu vero temporis paulatim insolescentes docti sunt
in breui vendicare altaria/subditorū marsupia vacuare/magi
stris nimirum in hac disciplina vtentes idoneis/ ambitione et
auaricia. Verum qūtauis industria: tua tibi lucra conquirere
cautulus videaris: qūtalibet vigilātia rem possis seruare tuam
qūtociq; studio regum tibi ac principum gratiā captare cures.
Dicimus tamen ve terre cuius rex est puer: et cui⁹ principes ma
ne comedunt. Nec dicimus quancunq; etatem dei gratie pma-
turam/sicut nec seram cum multos videamus iuniorum super
senes intelligere/moribus antiquare dies/ preuenire tempora
meritis: et quod etati deest/ compensare virtutibus. Boni pue
ri qui quod etate videnf esse student et malicia. Malicia inq;)
sed non sensu: quorum iuxta admonitionem apli: nemo contem
nat adolescētiam. Meliores bone indolis adolescentes/inue-
teratis dierum malorum. Puer centū annorū maledictus est et
est e regione senectus venerabilis non diuturna: neq; numero
annorum computata. Bonus puer samuel q loquenti deo pm
ptus aderat auditor dicens. Loquere dñe qr audit seruus tu⁹.
Ac si diceret. Parat⁹ sum et nō sum turbatus vt custodiam mā
data tua. Bonus et hieremias qui ante sanctificatus q natus
cum se excusaret de puericia: nihilominus constitut⁹ est super
gentes et sup regna. Bonus quoq; daniel: cuius spiritū suscl-
tauit deus vt couinceret iniq iudicia: et sanguinē innortum li-
beraret. Deniq; cani sunt sensus hominis: et etas senectutis vi-
ta immacula. Sicubi huiuscemōi puer senet pmot⁹ inuenit:
op⁹ dei est his q tales nō sūt mirādū: nō imitandū. ¶ Ceterum

currirur

[Marginal notes: ii. Cor. i. (C); i. Cor. iiii.; Esaie. i.; Mat. ix. (D); Rom. vii.; i. Cor. iiii.; Hiere. vii.; (E); Iacob. iiii.; Psal. cxlii.; (F); Eccl. x.; i. Re. iii.; Hiere. i.; Dan. xiii.; (G)]

currit̃ in clero: passim ab omni etate et ordine a doctis pariter et indoctis ad ecclesiasticas curas: tanq̃ sine curis iam quisq̃ victurus sit: cum ad curas peruenerit. Nec mirum de his q̃ nec dum in semetipsis experti sunt. Videntes quippe illos qui iam proprios humeros cupite sarcine summiserũt: non solum nõ gemere tanq̃ sub onere / sed insuper appetere plus onerari: non deterrentur periculis qui cupiditate cecati non vident: sed fa- uoribus amplius quos illis inuidẽt puocant. O infinita semp̃ ambitio: et insatiabilis auaricia. Cum primos honorũ gradus meruerit in ecclia: meruerint aũt vel vite merito vel pecunie: si ue etiã carnis et sanguinis q̃ regnũ dei nõ possidebũt prerogati- ua: nõ ideo corda q̃escunt duplici semper estuantia desiderio: quo vtiq̃ magis ac magis et dilatentur in plura / et ad celsiora sublimenẽ. Verbi gratia: cum factus quis fuerit i quacunq̃ ec- clesia decanus: ppositus: archidiaconus: aut aliqd hmõi: nõ cõ tentus vno in vna / plures sibi immo quotquot valet conquire- re honores satagit tã in vna q̃ in pluribus. Quibus tñ oibus si locus euenerit libẽter vnius preferret epi dignitatẽ. Sed nũ- qd sic satiabit? Factus epus / archiepus esse desiderat. Quo for- te adepto: rursum nescio quid altius somniãs / laboriosis itine- ribus et sumptuosis familiaritatibus romanum statuit frequen tare palacium: questuosas sibi quasdam exinde cõparãs ami- citias. Si lucri spiritualis gratia hec faciunt laudandus est ze lus: sed p̃sumptio corrigẽda.

A

Rufo abbati aquiscincti monasterij. B. salutem ex corde. Retribuat vobis de⁹ miam quã fecistis sancto filio vestro Goduino. Audiuimus eñ ꝙ audito eius obitu mox velut immemor pristine calũnie: sz non amicitie consolatorẽ potius ꝙ̃ vltorem vos exhibuistis. Patrẽ quippe vos cognouistis vt res exigebat nõ iudicem. Adeoq; qđ pietatis/qđ charitatis est: viuere filio pater impendere studuistis. Quid melius: quid laudabilius: quid vobis dignius agere poteratis? Sed quis hoc crederet? Vere nemo scit q̃ sunt in homine: nisi spirit⁹ hominis qui in eo est. Ubi est nunc illa austeritas: illa seueritas: illa indignatio que olim in illum lingua/vultus/oculi terribiliter ostentare ꝛ intentare solebant? Ad vnũ nempe nunciũ de morte filij: paterna viscera cõmota sunt subitoq; hec omnia que simulatoria/sed dispensatoria: ac per hoc transitoria erant: disparuerunt. Illa vero que vera erant: sed latebant charitas/pietas/benignitas apparuerunt. Siquidẽ in religioso animo vestro misericordia ꝛ veritas obuiauerũt sibi: ꝗ nimirũ misericordia superabundauit iudicio: iusticia ꝛ pax osculate sunt. Nã ꝗ̃ntũ mihi videor conijciẽdo videre: quid animi tũc habueritis: cũ ad vlciscendã illam q̃ vobis videbatur facta iniuriã: iusticie zelo accẽsa veritas se accingeret: illa que exẽplo ioseph prudenter antea dissimulabat misericordia vltra iam latere non ferens: ne in hoc quidẽ dissimiliter ab ioseph: ex abdito celate pietatis erupit: seq; veritati adiungens repressit motũ: temperauit zelũ: pacẽ cum iusticia fecit. Tũc de purissimo placidi pectoris fonte taliũ credo limpidissimi cogitationũ riuuli ebullierũt. Quid opus est indignari? Misereri potius oportet: ꝛ non obliuisci quod scriptum est. Misericordiã volo ꝛ non sacrificiũ: ꝛ implere quod iussum est sollicitι seruare vnitatẽ spiritus in vinculo pacis: ꝛ expectare quod promissum est: beati misericordes: quoniã ipsi misericordiam consequentur. Alioquin num filius meus erat iste? Quis vero irasci filio potest? Nisi forte tũc tantũ filius meus fuit dũ mecũ fuit: ꝛ non etiam cum me deseruit. Sed nũquid qꝛ corpore ad tempus recessit etiã animo recedere potuit? Aut forte vel ipsa mors eũ mihi poterit auferre? Ita ne localis corporalisve necessitas animoꝝ sese amantiũ libertatem angustat. ¶ Cert⁹ sum, quia nec locoꝝ distantia: nec corpoꝝ vel mors vel absentia disiungere poterit quos vnus spirit⁹ vegetat: vna charitas ligat. Deniq; si iustoꝝ anime in manu dei sunt: profecto et qui iã in ipso deposita carne quiescunt: ꝛ qui ipsi adhuc in carne non ſm carnem militamus: simul proculdubio sumus. Meus ergo erat viuus: meus erit defunctus: meũ in patria recognoscã. Si quis est qui de manu dei possit eruere: ꝛ a me illum separare valebit. Itaq; pro filio quidẽ vestra vobis affectio satisfecit. Sed de nobis pater quid erit? Que inq̃ de nobis digna vobis satisfactio placebit: quibus vtiq; pro grandi iniuria imponitis ꝙ a vobis recedẽs a nobis recept⁹ sit? Quid dicã? Si dixero nõ recepimus quod vtinã sine peccato dicere possem: mẽtior plane. Si dixero recepimus quidẽ sed iuste: excusare me velle videor. Sed rursus respondebo: peccauimus. Veruntamen q̃ntum? Non ad defensionẽ dico. A quo enim ille nõ reciperetur? Quis inq̃ sanctũ illum aut pulsantẽ repelleret: aut susceptũ expelleret? Quis vero scit si de vestra abundantia nostram deus voluerit supplere inopiam: vt scilicet vnũ de multis qui forte apud vos religiosi tunc erant ad nos dirigeret: nobis quidẽ ad solatium: sed nihilominus vobis ad gloriã. Filius quidẽ sapiens gloria est patris. Deniq; non eũ preuenimus sollicitando: nõ circũuenimus attrahendo: quo vos desereret vel ad nos veniret: quin potius rogantẽ/pulsantẽ/supplicantẽ: non prius (deus scit) cõsensimus recipere: q̃ remittere ad vos tentauimus. Non autez eo acquiescente eius nos importunitati vix tandem acquieuimus. Hominẽ ergo religiosum peregrinũ solũ: si culpa est ꝙ suscipimus: ꝛ ita suscepimus non erit vobis indignũ semel tantũ cõmissam culpã taleq; culpã dimittere: cui etiã phas nõ est: ne vsq; quidẽ septuagies septies peccantib⁹ in vos veniã negare. Ut tñ noueritis q̃ nõ leuiter seu negligẽter: immo q̃ nõ impune feramus: ꝙ vnq; reuerẽtiã vestrã quoquo mõ offendim⁹ sepe deũ testor: qđ corpe nõ possum mẽte ad vos supplici trãseo sepe genib⁹ flexis hũiliter satisfaciẽs vobis astare me video. Utinã ipse q̃ id mihi fortasse inspirat: vobis quoq; spũs sentire faciat q̃ flebilis q̃ miserabilis tãq; presens ad genua vsq; vestra discẽdo: q̃ frequẽter nudus hũeros virgasq; in manib⁹ gestãs: ꝛ quasi ad vestrã iussionẽ vapulare parat⁹ peto veniã: gratiã tremebũdus expecto. Hec quãꝫ vobis pater accepta sint: vestro si vos nõ grauat citius scire flagitamus rescripto: vt sic satis iã securi de indulgentia cõsolemur: si quo minus magis vt dignũ est humiliemur: ꝛ amplius aliquid a nobis si possumus exigatis: quo dignius satisfacere debeamus. Ualete.

Margin: Osee. vi. — Ephe. iiij — Matth. v — B — Prouerb. x.

¶ Ad Gaufridũ abbatẽ scti Theodorici. Ep̃la. lxvi.

Primo precor vt presentes litteras dño abbati aquiscincti monasterij dirigere non grauteris. Deinde vt ad id qđ portãt pro absente amico presens satagas cũ venerit locus. Neq; eñ cuiuslibet necdũ tãti patris iustũ iniustũve aduersum me debeo scandalum dissimulare. Qđ q̃ non factã loquens potius q̃ scribẽs aperire forsitan potuissem. ¶ Nã solet in talibus acceptior esse sermo viu⁹ q̃ script⁹: ꝛ efficacior lingua q̃ littera. Oculi q̃ppe loquentis fidẽ faciũt dictis: nec ita põt affectũ exprimere digitus quõ vult⁹. Nunc aũt qꝛ absens p me nõ possum p te satisfacio q̃ntũ possum. Rogo ergo te ꝛ iterũ rogo: vt de regno dei qđ est videlicet intra nos scandalũ auferas dũ salubriter potes: ne si qđ absit vsq; ad angelos q̃ vtiq; in fine seculi in id ministerij deputandi sunt perdurauerit rãcor: necesse sit irreuocabiliter: aut ambos aut alterũ e nobis de medio tolli. Unde aũt ad me tu iã dudũ scripsisti conquerendo sup tribulationib⁹ vris. Scias qꝛ iuxta est dñs his q̃ tribulato sunt corde. De ipo cõfiditis qꝛ ipse vicit mũdũ. Ipse scit inter quos habitatis/ꝛ in cõspectu eius sunt oẽs q̃ tribulãt vos. Ipse exaudiet vos in abscondito tẽpestatis: q̃ nunc pbat ad aquas contradictionis. Ualete.

Margin: C

¶ Ad monachos flauiacenses. Epistola. lxvij.

Domino. H. patri flauiacẽsis ecclesie ꝛ fratribus qui cũ eo sunt: fres qui in claraualle sunt salutẽ. Lectis litteris vestris vestrã reuerentiaz pp̃ter quẽdam monachũ qui apud nos est cõtristatã cognouimus. De qua vestra tristicia nos quoq; cõtristati sumus timẽtes ne non sit illa tristicia de qua quibusdã dicebat apostol⁹. Cõtristati eñ estis ſm deũ. Nam si ſm deũ esset nõ vsq; adeo vos cõmouisset vt nos: ꝛ si vobis ignotos fratres tñ vestros/ꝛ si placet amicos quos necdũ vel p̃ñtes verbo cõueneratis: vel absentes scripto p̃monueratis hac prima vice tam subito tã acriter argueretis. Miramini (vt scribitis) ꝙ fratrẽ. G. suscepim⁹: minamini nisi eũ vobis cito restituerimus. Proponitis nobis de regula: de noto monasterio monachũ nõ suscipiẽdum p̃ constãti. s. habẽtes: vestrũ non esse ignotũ. Sed q̃d si alijs notũ: dũmõ nobis ignotũ sit? Et si ei vt verba ipsa ponã: religiõis vestre se adeo fama effuderit: vt etiã rome ecclie vre habeat noticia. Nos tñ q̃ vtiq; mltũ citra romã positi sum⁹: nescio quo pacto ita p̃terqꝫ: vt ne vni⁹ quidez vĩm abbatis. s. vel monachoꝝ: non ipsius vestre habitationis/nõ religionis ac conuersationis: vsq; ad hoc tẽpus vel tenuẽ noticiã habuerimus: sed nec aliquã aliquando mentionẽ nobis de vobis factã fuisse meminimus. Nec tamen mirũ: qꝛ ꝛ multis terrarum spacijs ꝛ diuersis prouincijs ꝛ dissimilib⁹ linguis adinuicez distamus. Nec solũ episcopatibus proprijs absumus: sed etiaz in eodẽ archiepiscopatu non degimus. ¶ Putamus aũt ꝙ non de cuicunq; notis: sz tantum de nobis notis monasterijs monachos suscipere p̃hibemur: alioquin cũ nullũ monasteriũ sit qđ alicui notũ non sit: nullũ nobis relinquitur: de quo quis regulariter suscipiatur. Quomodo ergo illud implebit quod a beato Benedicto vel precipitur vel permittitur: peregrinũ videlicet monachum nõ solum debere suscipi ad habitandum p̃ hospite: q̃nto cupit tẽpore: sed etiã inuentum vtilẽ suaderi ad manendum omni tẽpore? Quãq̃ tamen nos aliter erga predictũ fratrẽ egerimus. Nam cũ veniens se suscipi a nobis humiliter postularet primo quidem repulsus deinde admonitus est: vt ad monasterium suum rediret. Sed ille non acq̃escens in vicinam nobis heremũ se contulit: ibiq; septem ferme mẽses nullam interim calumniam passus quiete habitauit. Sed cũ sibi tutũ nõ crederet ꝙ solus degeret: post primã repulsam idipsum a nobis requirere non erubuit. Rursus nos admonentes eũ de reditu: cum causaz sue ab eo discessionis requireremus: abbas inquit meus habebat me: non monachũ sed medicũ. Cogebat seruire: immo ipse seruiebat per me: non deo/sed seculo quãdo ne secularium maliuolentiã incurreret principuz: mederi me cõpellebat etiam tyrannis: raptoribus excõmunicatis. Qđ anime mee periculũ: cũ ei nũc priuatim nũc palã suggessissez nec profecissem: quotidie tandẽ sapientiũ viroꝝ consilio fretus fugio meã damnationẽ non congregationẽ: p̃ditionẽ non religionẽ. Consulite salutẽ querenti: aperite pulsanti. Cuius nos videntes cõstantiã: audientes causam: ꝛ nullã contra eũ calũniam: annuim⁹ introitum: p̃bauim⁹ susceptũ: astrinximus p̃batũ: tenem⁹ professuz. Nec intrare cõpulim⁹: nec exire cogemus. Quis si eũ eijceremus: ad vos, vt ipse asserit nõ rediret: sed magis se adhuc a vobis elõgaret. Desinite ergo fres desinite tã indebitis iniurijs lacessere iurgijs: ꝛ cassis scriptitationib⁹ inq̃etare: qꝛ nec cumulatis etiã cõtumelijs prouocari poterimus: vt vobis nisi qđ reuerentie est respondeam⁹: nec minis his exterreri: quo minus monachum teneam⁹: quem regulariter suscepisse nos credim⁹.

Margin: D

¶ Ad eosdem de eodem. Epistola. lxviij.

Modestie

Modestie quidem vestre erat o boni fratres: super querimonia vestra priori nostra satisfactione contentos esse deberet: et iam ab immeritorum infestatione quiescere. Sed quia prioribus malis peiora iā risistis: et rursum nobis iurgiorum seminaria transmisistis: que absit vt germinent: sicut nec priora germinauerunt in nobis: ne tamen non respondendo culpam quē non cognoscere videamur: hoc etiā secundo ad ea quo procaciter obiicitis veraciter respondem⁹. Hec tota nostra culpa est quantum estimamus: hec grandis illa iniuria quam vobis fecimus: q monachū: solū: peregrinū: pauperē: miserabilē: anime sue periculū fugitantem salutē suam sollicite querentē: pulsantem: supplicantē suscepimus: seu q talem taliter a nobis susceptum denuo sine causa non eiecimus: vt quod edificauimus iterum destruentes: preuaricatores nos constituamus. Hinc regule hinc canonū: hinc ipsius naturalis legis transgressores iudicamur. Opponitis enim indignantes: cur vestrū et a vobis excommunicatū nobis sociare presumpsimus: quod vtiq ab alio pati nolumus. Sed de excōmunicatione quid respondebimus: quando vos inde vobis satisfacitis pro nobis: scientes procul dubio prius a nobis fuisse receptū q̄ a vobis excōmunicatum? Cum aūt prius susceptus vō tamē regulariter fuerit: profecto non iam in vestrū sed in nostrū si vestre maledictionis sententiam intorsistis. Quod si recte feceri sit: vos videritis. Restat igitur sciendū: et hoc tantū queritur inter nos an rationabiliter susceptus fuerit. Et vos quidē quoniā de ignoto monasterio monachum regulariter posse suscipi negare non potestis: vestrū nobis notū esse contenditis. Negamus: et non creditis. Uerū si nō creditis simpliciter negantibus: credite vel iurantibus. In veritate que deus est: vobis dicimus: nec nouimus vos nec nosci mus: ignotorum scripta suscepimus: ad ignotos rescripsimus. Sēsimus quidē simulationes et inquietationes vestras: sed nec dū simulatores et inquietatores ipsos agnouimus. Uos tamen ad conuincendū nos de simulata ignorantia: inuictissimū argumētum inducitis: non posse videlicet ignotos esse nobis: quorum et abbatis scilicet et ipsius monasterii nomen in nostris posuimus litteris: quasi mox vt rerū vocabula scimus etiā res ipsas nouerimus. Multū ergo valet mihi michaelis: gabrielis: raphaelis nomina nosse: quando ex solo auditu vocabulorum: etiā de ipsorū beatorum spirituū cognitione iam beatus sum. Non mediocriter tunc profeci: quia didici ab apostolo paradisum: et tertiū celum nominare: si etiā non raptus cū apostolo solis ex nominibus secreta celestia iā noui et audiui ineffabilia verba/ que non licet homini loqui. Stultus ego qui iā sciens nomen dei mei: nescio quid adhuc superfluo quotidie gemo: frustra suspirans: et dicēs cū propheta. Uultū tuū dn̄e requirā. Et illud. Quando veniā et apparebo ante faciē dei? Et ostende nobis faciē tuā et salui erimus. Sed quid est quod vobis facimus/ quod nobis fieri nolumus? Hoc nos vtiq nolle putatis: vt quis a nostro monasterio discedens monachus in alio suscipiatur. Utinam oēs cōmissos nobis sine nobis saluare possetis. Si quis de nostris ad vos maioris perfectionis gratia et artioris vite desiderio cōuolauerit: non solū non causamur si ei in tali studio consulitis: sed et multum precamur vt hoc faciatis. Nec offensos nos conqueremur: sed valde in hoc adiutos esse fatebimur. Negatis deinde quod de vobis audieramus: vestro scilicet iussu vel assensu fratrem. B. q̄diu fuit apud vos in medicinali arte secularibus deseruisse: ipsumq qui hoc dixit falsitatis arguitis. Si mentitus sit nescimus: ipse viderit. Sz hec scimus q: siue p se vt vos fatemini siue per vos vt ipse attestatur hec fecerit: in magno interim periculo fuit. Quis vero tam inhumanus qui sic periclitanti non succurreret si posset: non consuleret si nosset? Attamen si vt asseritis non cōpulsus obedientia sed propria questus cupiditate ac vagandi curiositate ac illacū artē suā vēditās discurrebat: quid cause extitit q a vobis discessit? An quia iam tandem censura pastoralis districtione non ei licebat quod ante licuerat. Cur igitur cū iam apud nos esset volentes eū reuocare: ad persuadendū de reditu promisistis ei quietē in claustro: nisi q: hec velle hominē noueratis: hec quesisse meminerатis? At ille iam adepto apud alienos quod nō potuit inter suos: ne certa p incertis desereret tenuit quod iā fruebatur: spernens quod sero sibi offerebatur. Desinite itaq fratres: desinite fratrē sollicitare: de quo non valde necesse est vos sollicitos esse: nisi forte qd absit que vestra non que iesu christi sunt queratis: et magis vestrū de illo solatiū q̄ eius salutē diligatis. Nā cū semper apud vos girouagus fuisset: et vt scribitis contra suū propositū et abbatis imperiū in proprios vsus qd de arte sua conquirebat expenderet: gaudeat q eū diligit q apud nos deo miserāte sanus sit. Testimoniū eīn ei phibem⁹: q nusq̄ mō aliqua occasiōe vagat: sed quiete pseuerās in monasterio: paup inter pauperes sine querela conuersatur: primā fidem quā quidē apud vos pro misit: sed non tenuit/ non irritam vt dicitis faciēs: sed ratam integramq custodiens morū vtiq conuersione et obedientissima conuersatione sine qua sese fallit qui de loci stabilitate cōfidit. Rogamus vos fratres vt quiescat iam indignatio vestra: et desinat infestatio nostra. Sin autē facite qd vultis: scribite vt vultis: persequimini quantū vultis: charitas omnia suffert/ omnia sustinet. Nobis autē decretū est: ex hoc iam vos pure diligere: reuerenter suspicere: familiariter colere.

Ad Guidonē abbatē de trib⁹ fontib⁹. Epistola. lxix.

A — Unde te contristatum cognouimus contristatū quidem esse laudamus sed si non nimis. Contristat⁹ eīn nisi fallor quō ait apostolus ꝗm deū: nec dubiū est huiusmodi tristiciam tuā conuerti quandoq in gaudiū. (*ii. Cor. vii.*) Itaq dilectissime irascere et noli peccare. Peccabis aūt non minus nimis irascendo q̄ omnino nō irascēdo. Si quidē non irasci vbi irascendū sit/ nolle emēdare peccatum est. Plus vero irasci q̄ irascendū sit/ peccatum peccato addere est. Nā si malū est peccatū non emendare: quomodo malū non erit augmētare? Si ex rerū euentib⁹ reatū penderet iudicium non foret culpanda tua etiā ingens tristicia: vbi nimirum constitisset q ingens fuisset et culpa.

B — Tanto q̄ppe culpa grauior: q̄to res sacrior appareret. Nunc vero quia rerū causa non materia: nec exitus actuū sed intentionis propositum culpas discernit et merita: dicente domino: si oculus tu⁹ simplex fuerit totum corpus lucidū erit: si nequā totū corp⁹ tenebrosum erit (*Mat. vi.*): in tui quoq examinatione cōmissi: non tāvt arbitror sacrorū est attendenda maiestas: q̄ propria intentio discutienda. Porro ego et prior noster rem ipsam et intra nos pensantes: et inter nos conferentes: tuā quidem ibi deprehendimus ignorātiam: ministrantiū quoq negligentiā: sed plane nullius maliciam. Et certe optime nosti nullū esse bonum nisi fuerit spontaneum. Malū ergo poterit esse magnū: quod constat voluntarium non fuisse? Alioquin si qd fit a nōvolente bonū quidē nullam gratiā: malū aūt multā consequitur penā. Hoc est si circa vnā eandēq causam et malū imputat et bonū non suscipitur: quisquis ita sentit asserat si vult et q nō sapiētia maliciā: sed malicia vincit sapientiā.

C — Ut tamen faciamus satis inquietiori conscientie tue: et ne forte malum hoc mali cuiuspiam grauioris latentis adhuc in monasterio fuerit commonitio: pro penitentia tibi iniungimus. vii. penitentiales psalmos quotidie vsq ad pascha septies prosternēdo te decantare. vii. disciplinas accipere. In hūc modum satisfaciat et ille: qui tibi ad illam missam ministrauit. De illo autem qui sibi ante apparuerat et oblitus est mittere vinū in calicem: et cuius et maiorem in hoc estimamus culpā: si tū et tu ita putas tuo arbitrio derelinquimus. Sane si sermo exijt inter fratres: et ipsi oēs singuli singulas accipiāt disciplinas: vt fiat qd legitur Alter alterius onera portate. (*Gala. vi.*) Deinde q comperta sero licet negligētia: vinū fudisti in calicē sup hostie sacrate particulā: laudamus/ nec sub tanto articulo melius fieri potuisse putam⁹: arbitrātes liquorem et si non ex consecratione propria atq solēni in sanguinem xp̄i mutatū: sacrū tamen fuisse ex contactu corporis sacri. Aiunt tamē nescio quē alium aliud sensisse scriptorem: nō posse videlz absq trib⁹. i. pane vino et aqua hoc sacrificium celebrari: ita vt si qdlibet deesse contigerit reliqua non sanctificentur. Sed de hmōi vnusquisq in suo sensu abūdat. Ego autem p meo fatuo sensu: si mihi idē cōtigisset quod tibi: vel vnū ad remedium mali vnū e duobus egisse: aut ipsum quod fecisti: aut certe ab illo loco vbi dicitur: simili modo posteaq̄ cenatū est: verba sctā iterasse: et sic cōplesse quod restabat de sacrificio. Neq enim dubitauerim de corpore iam cōsecrato: qui vtiq iuxta ritū ecclesie didici ab ipsa quod et ipsa accepit a dn̄o panē scz ac vinū et simul apponere: non simul tū ex his sacra conficere. Cū ergo pri⁹ de pane corpus q̄ de vino sanguis more ecclesiastico conficiat: si p obliuionē tardius quod posterius sacrādum est apponat/ non video quid sacris precedentib⁹ tarditas possit preiudicare consequentium. Puto enim q si dn̄o post factum de pane suū corpus vini cōsecrationē placuisset aliq̄diu intermittere: aut certe penit⁹ omittere: nihilomin⁹ corp⁹ mānsisset qd fecerat: nec factis faciēda pscriberēt. Nec nego panē et vinū aqua qdē mixtū simul debere apponi: q̄n poti⁹ assero haud aliter debere fieri. Sz aliud est culpare negligētiā/ aliud negare efficaciā. Aliud itaq est qd causamur nō bn̄ quippiam fieri: et aliud qd mētimur nec fieri. Hec interim de hac re dixerim et senserim absq preiudicio vel tue sententie si qd meli⁹ sapis/ vel cuiuslibet sani⁹ sapiētis.

Ad eundem. Epistola. lxx.

D — Considerās miseri hui⁹ miserabilē cōditionē misereor q̄dē sz vereor ne frustra. Neq eī nō idē mihi videor frustra miseri: q ipo sz remanēte i sua miseria/ mea tū vel mihi nō sit infructuosa miseria quā vtiq mias nō poria vtilitas iciauauit: sz intimis cōvisceratib⁹ primi miseria et fratern⁹

dolor inflixit. Dis quippe affectio est: que nec voluntate coercet nec rationi subncit/ qui non eam in se diqꝫ pertrahit voluntario nutu: sꝫ ipsa pias mentes ad cōpassionē dolentiū necessario cogit affectu/ ita vt etiā si petiē esset misereri: ꝛ si multū vellē non possem tamē nō misereri. Potest quidē ratio vel voluntas affectui effectū subtrahere: sed nūquid ipm affectū euellere: Discedant a me qui consolant: ꝛ dicunt qꝛ oratio mea in sinu meo reuertet: dū is p quo emissa est nondū cōuertit. Nec audio illos qui mihi blādientes asserūt iusticia iusti sup eū erit: dū impius in sua adhuc ipietate remorat. Non inq̃ recipio cōsolationē vbi fratris video desolationē. Si ergo dulcissime fili tua quoqꝫ pia mens similiter affecta est: imo qꝛ aliter affecta non est q̃ꝫ tibi infelix iste cunctos sue egressiōis de monasterio: ꝛ denuo egressionis/ regulares vices infeliciter pcurrisse videt: qꝛ tamen ipe aliter putat non solū patienter/ sed etiā libēter audiēdū est qḋ humiliter calūniat: si forte tam desperate salutis reparande rationabilis vlla occasio inueniatur: quam vt bene mecū tua itelligit experientia. Difficile quidē in congregatione: sꝫ multo difficilius foris poterit obtinere. ¶ Inito itaqꝫ omniū fratrū consilio omnia que in eū fecisti iudicia diligenter retractare nō dedigneris: quatinus tua humilitate eius contumacia sanetur si vel sic videlicet adinueniri poterit quomodo adhuc semel regulariter suscipiat. Nec timendum est in hac retractatiōe q displiceat iusto ac misericordi deo: si mia superexaltat iudicio.

E

¶ Ad monachos eiusdem loci. Epistola. lxxi.

Quod nondum veni ad vos: non putetur incuria. Curamus quidem vos tanq̃ viscera nostra. Si mater potest filij vteri sui negligere curā: possum ꝛ ego forsan in suspitionem duci et argui negligentie. Ita qꝫ oportunitatem expectauimus: et expectamus vt cum venerimus visitatio nostra non sit sine fructu. Interim de abscessu patris vestri non turbet cor vestrum. Deus vobis prouidebit alium sicut speramus pro eo idoneum: sed nec istum pdetis. Nam ꝛ si translatus est: non tamē ablatus. Tamē qui vobis fuerat specialis: erit cōmunis ꝛ nobis. Donec ergo veniō viriliter agite: ꝛ cōfortet cor vestrū: ꝛ oia vestra i charitate fiant.

¶ Ad Ramaldū Fusmacensem abbatē. Epistola. lxxij.

Dilectissimo suo ramaldo. B eius non pater aut dñs: sed frater ꝛ conseruus: quod fratri charissimo ꝛ fideli cōseruo. Primo ne mireris si terrear dignitatis nominibus: cum me ipsis rebus sentiam indignum. Et te quidem decet vt facis: sed mihi assentire non expedit. ¶ Nam si tibi obseruandū putas illud honore inuicē preuenientes: ꝛ subiecti inuicem in timore christi: si non frustra vtrobiqꝫ positū est inuicē intelligis eque tā mihi eque vtrūqꝫ congruere. Ꝙ si cogitas tibi illam regule sententiam obseruandam: iuniores priores suos honorēt: mihi e regione in mētem venit ex regula veritatis. Erūt primi nouissimi: ꝛ nouissimi primi. Et qui maior est vestrū: fiat sicut iunior. Et quanto maior es: tanto humilia te in omnib⁹. Et pricipē te constituerint: esto inter illos quasi vnus ex illis. Et non quia dominamur fidei vestre: sed adiutores sumus gaudij vestri. Et nolite vocari ab hominibus rabbi. Et patrē nolite vocare vobis super terram. Quantū itaqꝫ tuis attollor fauoribus: tantū his mollibus premor. Unde merito in psalmo non canto: sꝫ plango. Exaltatus autem humiliat⁹ sum ꝛ conturbatus. Et qꝛ eleuans allisisti me. Sed verius fortasse proferrem qḋ sentio: quia videlicet qui me exaltat humiliat: ꝛ q me humiliat exaltat. Tu me ergo potius exaltando deicis: ꝛ extollendo premis. Sꝫ ne ita premas vt opprimas: consolantur me hec ꝛ his similia veritatis testimonia: que miro modo dum reprimūt erigūt: dū deijciunt erudiūt: ita vt vnde protectus inde ꝛ prouectus: tota cū hylaritate decantē. Bonū mihi domine quia humiliasti me: vt discam iustificationes tuas. Bonū mihi lex oris tui: super milia auri ꝛ argēti. ¶ Et hoc miraculū agit sermo dei viuus: ꝛ efficax: hoc illud verbū per quod facta sunt omnia benignissime et potentissime operatur: hoc deniqꝫ facit iugū christi suaue et onus leue. Libet admirari q̃ leue sit onus veritatis. Num vere leue est quod portantē non grauat sꝫ leuat: Quid eo leui⁹ onere: quod non solū non onerat: sed ꝛ portat omnē cui portandū imponitur: Hoc onus potuit vterū grauidare virgineū: grauare non potuit. Hoc onus ipsa quibus se prebuit sustentandum: senis symeonis brachia sustētabat. Hoc etiam Paulum in grauī licet ꝛ corruptibili corpore positū rapiebat vsqꝫ ad tertiū celum. Quero in rebus si quid forte huic exoneranti oneri simile inueniam: ꝛ occurrit mihi de pēnis auiū: quod vtcūqꝫ coaptem que quodam videlicet singulari modo: ꝛ corpulētiorē reddunt substantiam ꝛ agiliorem. Mirum opus nature. Unde grossescit materia inde sarcina leuigatur: ꝛ quantū crescit in massa: tantum decrescit in pondere. Hoc plane in pēnis xpi oneris expressit similitudinē: qḋ ꝛ ipe ferūt a qb⁹ ferunt. Quid ꝛ de quadriga dicam: Hec nimirum admota iumento sarcina que ab ipso moueri non poterat: auget quidē: sed portabiliorem facit. Onus oneri additur: ꝛ minus onerat. Sic ꝛ oneri grauissimo legis accedens quadriga euangelij: ꝛ auxit perfectionē: ꝛ difficultatem minuit. Velociter ait currit sermo eius. Sermo vtiqꝫ āte notus in iudea tantū nec se vre sui quidē grauedine valens vltra extēdere: quippe qui ꝛ ipsius moysi man⁹ suo pōdere pregrauatas demitteret: leuigat⁹ per gratiā ꝛ rotis euangelicis superpositus: velociter in omnē terrā exiuit: ꝛ in fines orbis terre celerrime peruolauit. Sed longe nimis digredior. Tu itaqꝫ dilectissime cessa: iam indebitis me honorib⁹ magis obruere q̃ attollere. Alioquin cetui te inimicantiū mihi amica licet voluntate commisceo. Ipsi sunt de quibus soleo soli deo ita conqueri in orationibus. Et qui laudabant me aduersum me iurabāt. Ad quā meam querimoniā deū audio respondentē mox ꝛ attestantē q verax sit. Vere inquit qui te beatificāt: in errorē te mittūt. Et ego aduertantur ergo inq̃ erubescentes qui dicunt mihi euge euge. Quod tamen ne putetur in quoscūqꝫ aduersarios a me quandoqꝫ intorta maledictio vel imprecatio: exponere debeo qualiter intelligam. Precor nimirū vt quicunqꝫ estimant de me supra id quod vident in me: aut audiūt aliquid ex me: auertantur id est a laudibus meis in quas ignari nimis feruntur resiliant ꝛ pedē retrahant. Quō: Q̃nqꝫ videlicet cognoscētes plenius quē immoderatius laudant: et cōsequenter erubescentes vel errorem suū: vel amici deprehensam inutilitatē. Et hoc mō vtrumqꝫ nocentium genus: ꝛ illi scilicet qui volunt mihi mala: et me adulatorie commendant: ꝛ hi qui licet innocēter/ tamen nocent: dum beniuole quidem: sꝫ nimis laudant: auertantur retrorsum et erubescant: hoc est tam vilis ꝛ abiect⁹ eis appareā: quatinus pudeat eos talē ita laudasse: ꝛ sic dedignant iam indiscrete laudare. Igitur aduersus vtrosqꝫ laudatores illis me duobus munire consueui versiculis. Contra maliuolos quidē priorem Auertantur retrorsum ꝛ erubescant q volunt mihi mala. Contra beniuolos autem proferens sequentē. Auertantur statim erubescentes: qui dicunt mihi euge euge. Cum ergo vt ad te reuertar exemplo apostoli tue religiositati non dominari sed congratulari tantū debeam ꝛ iuxta verbū domini vnus sit pater noster in celis: nos autem omnes fratres simus non immerito domini patrisqꝫ celsa nomina quibus me honorandum: sꝫ non onerandū putasti scuto a me veritatis repuli cōgruentius pro his me fratrem nominans ꝛ conseruum: tum propter eandē hereditatem: tū propter equam conditionē: ꝛ ne si forte quod dei est vsurpauero mihi audiā ab ipso. Si ego dominus vbi est timor meus? Si pater vbi est honor meus? Et patris quidē habere me erga te affectum non nego: sed auctoritatē renuo. Nec enim te minore vt estimo q̃ paterno complector affectu. Hec ergo pro tituli causa. Iā vero vt ad reliqua epistole tue respondeam: eandem quam tu de mei possem ꝛ ego vicissim de tui absentia non immerito facere querimoniā: nisi quia nostris quod ipse non negas ꝛ affectibus et profectibus dei est preponenda voluntas. Alioquin quando ego te comitē mihi charissimū valdeqꝫ necessariū: quippe obedientissimum in agendis: studiosissimum in inquirendis: in conferendis vtilissimū: promptissimum in rememorandis: paterer longe fieri a me si non esset christus in causa: Beati si sic permanserimus vsqꝫ in finē: semper ꝛ vbiqꝫ querentes non q nostra sunt sed que iesu christi.

Rom. xij.
Ephe. v.
Mat. xx.
Luc. xxij.
Eccli. iij.
Ecclesia. xxxij.
ij. Cor. j.
mat. xxiij.
Ibidem.
ps. lxxxvij.
ps. c.
ps. cxviij.
G
ps. cxlvij.
ps. c.
Esaie. iij.
ps. lxix.
ps. lxvi.
Ibidem.
ij. Cor. j.
mat. xxiij.
Malac. j.

¶ Ad eundem. Epistola. lxxiij.

Plangis dilectissime fili. R. super multis tribulationibus tuis: pristiqꝫ querimonijs me quoqꝫ excitas ad plangendum. Nec enim te dolente possum non dolere: nec nisi molestus ꝛ anxius tuas molestias et anxietates audire. Verū quia hec ipsa mala que te inuenisse causaris et ego preuideram. Et tibi si recordaris predixeram: puto leuius te prescita portare debere: ꝛ mihi vnde parcere potes molestum non esse. Satis namqꝫ ꝛ plusq̃ satis crucior te carendo: te non videndo: te dulcissimo mihi solatio non fruendo: ita vt pene peniteat me q te elongauerim a me. Et licet charitas hoc cogeret: quacunqꝫ tamē necessitate quo te nō videam missum: plango te tanq̃ amissum. Cum ergo super hoc etiam velut quodam tue pusillanimitatis baculo me percelis: qui mihi debueras esse baculus sustentationis tristicias super tristiciam ingeris: et cruciatum cruciatibus addis. Et si mihi pium est nullas tuas angustias dissimulare: tibi tamen durum est sic affecto cunctas indicare. Quid enim necesse est satis sollicitum amplius sollicitare: et absentia filij saucia patris viscera grauioribus torquere doloribus: ¶ Onus meū tibi partitus sum vt filio vt necessario vt fideli coadiutori meo. Unde quō te oporteat paternā portare sarcinā. Si ei sic portas vt me non alleues: sed magis premas: tu quidē es oneratus sed ego non sum

D

non sum exoneratus. Hoc aũt onus animaȝ est et infirmarum. Nam que sane sunt portari non indigent: ac per hoc nec onus sunt. Quoscũq; igitur de tuis inueneris tristes: pusillanimes: murmuriosos: ipsoȝ te patrẽ/ipsoȝ te noueris esse abbatẽ. Cõsolando: exhortando: increpando agis opus tuũ: portas onus tuũ: portando sanas quos sanandos portas. Si quis vero ita sanus est vt magis iuuet te q̃ iuuetur a te: huius te non patreȝ sȝ parẽ: comitẽ nõ abbatẽ agnoscas. Quid igit causaris te aliquorum qui tecũ sunt magis grauari consortio q̃ frui solatio: cum solus omniũ omnibus datus sis solatiũ tanq̃ omnib⁹ sanior: omnibus fortior qui omnibus sufficias per dei gratiam solatiari: a nemine omnĩ indigeas confortari. Denique inq̃tum

A

grauaris intantũ lucraris: in quantũ iuuaris intantũ tua tibi premia minuis. Elige ergo quos eligas: an qui grauando iuuant: an qui iuuando grauant. Illi tibi promeritores: illi frauda tores meritorũ existunt. Nam qui socij laboris: proculdubio et mercedis participes erunt. Sciens ergo te missum iuuare non iuuari: illius te agnosce vicariũ qui venit ministrare non ministrari. Plura tibi ad tui consolationẽ scribere volebaȝ: sed non fuit necessariũ. Nam quid opus est verbis superfluis mortuam chartam implere: vbi viua presens loquitur. Uiso siquidẽ priore puto q᷑ ista tibi sufficiant: ad eius presentiam spiritus tuus reuixerit ita: vt iam consolationem scriptoȝ non requiras: cui interim licet verboȝ illius solatio releuari. In quo et per quem meum quoq; spm quẽ tibi in tuis litteris mitti postulasti: si quomodo tamen mittere potui: missum esse non dubites: cui quippe vt bene nosti idem mecũ cõsiliũ: eadem solet esse voluntas.

B

Ad eundem. Epistola. lxxiiij.

Sperabã charissime aliquod me percepturũ mee p te sollicitudinis remediuȝ: si tua te non indicante nescirem incõmoda. Unde et in alia epistola memini me ad te sic inter cetera scripsisse. Et si inq̃ mihi pruȝ est multas tuas angustias dissimulare: tibi tñ durum est sic affecto cũctas indicare. Sȝ ecce vnde meas mihi curas credidi leuigari: inde fateor amplius grauari me sentio. Nam ante quidem sola que te innotescente perceperã: aut dolebam aut metuebã. Nũc autem quid vnq̃ mali euenire potest: quod ego non metuam: Immo iuxta tuũ ouidiuȝ: quando ego non timui grauiora pericula veris: Ego q̃ppe suspect⁹ oĩa quo incertus de omnibus veram sepe de falsis tristiciam cõtrahere cogor. Mens siquidem quam semel affecerit charitas sui iu

C

ris esse non sinitur. Metuit quod nescit: dolet quod nõ oportet sollicitatur plusq̃ voluerit et vnde noluerit: compatitur nolẽs: miseretur inuita. Et quia video fili nec meam meticulosam industriam: nec tuam piam prudẽtiam in hac parte prodesse mihi iam queso noli celare que circa te aguntur ne vnde te mihi parcere putas magis affligas. Opuscula mea q̃ vt habeas: da operam cum oportune potueris habeam.

Ad artandum pultariẽsem abbatem. Epistola. lxxv.

Quicquid gratie et dilectionis sibi impẽdere possunt absentes amici: puto et me debere tibi: et mihi deberi a te: non solũ ob consortiũ propositi et professionis sed etiam ex debito nostre initiẽ pristine societatis. Que tam grata vtriq; tanq; debita deuotio: quantuȝ in vnoquoq; nostruȝ seruetur: in nullo euidentius agnoscere seu innotescere possumus: quam si alterutrũ non celemus: si q̃d forte de alterutro quod non deceat audimus. Audiui autem ego de te: q᷑ de sancto conuentu tuo abbatiam in hispania cõstituere velis. Quod mihi nimirum in magnam admirationem venit quid cause videlicet sit: quid cõsilii: quid ve vtilitatis/ q᷑ filios tuos exulare cupis: in locum vtiq; tam longinquum: tanto sumptu et labore: et querendũ et edificandũ: cũ ppe te habere possis vbi eos colloces: iã edificatũ et bene preparatũ. Nec enĩ vereor hinc te excusare potes q᷑ locus ille tu⁹ nõ sit: cũ certissime sciaȝ q᷑ facillime si vis tu⁹ esse possit. Nunq̃d nã abbas dñs. P. q̃d illũ tenet tibi requirẽti negaret: Immo si velles accipere gratissimum haberet: non quia bonus non est/sed quia sibi vt sic opus non est. Timendũ valde tibi pariter et mihi ne si sollicite in operibus nostris nõ seruamus quod apostol⁹ dicit: nemo adolescẽtiam tuam contẽpnat: citius quia iuuenes sum⁹ de leuitate notemur. Sed confido quia tu cõsultius ages: et locũ qui vicinior etiam constructus est eliges quem amico quidem tenenti: nosti oneri esse: tibi autem necessarium fore.

i. Thi. iiij.

Ad eundem. Epistola. lxxvj.

Uide placuit tue dignationi fratrem hunc nostram paruitatẽ consulere sic nos quod nobis visum fuit noueris consiliuȝ dedisse: vt saniori non preiudicauerimus. Ne ergo rerum quas scis superflua narratione te grauemus/hec est summa consiliĩ. Periculosum quidem est et fortassis illicitũ. hominem post diutinam in domo et habitu religionis cõuersationẽ ad seculũ redisse: quiq; prius et adhuc priore vxore viuẽte ac consentiente fortissime ac diutissime continentiam tenuit: secũdus rursus amplexib⁹ se ineptissime atq; inhonestissime implicuisse. Quia tamen publice ac solenniter iuxta morem ceteroȝ hominũ et sine querela vel calũnia ipsa qualecũq; coniugiũ celebratum fuit: non nobis videt tutum illum: illam non consentientem dimittere nisi prius episcopalis auctoritatis vel consilio fretum vel imperio aut certe ecclesiastico canonicoq; iudicio. Quoniã vero hoc tã grande hominis periculũ ad te nimirũ non minima ex parte respicere credimus: ex eo quippe q᷑ volentem ac flagitantem suum confirmare propositũ nimis suscipere distulisti occasione sumpta diabolus in hec eũ mala precipitauit: omnino et charitate suademus et consulim⁹: vt quacũq; industria quocunq; sumptu vel labore potes miserum omnimodo satagas liberare: conueniendo scilicet aut mulierem vt illũ sponte dimittat et continẽtiam promittat: aut episcopum: vt ambos vocari iubeat: et quod recto posse fieri credimus iudicio separet.

Ad magistrũ Hugonẽ de sancto victore. Epla. lxxvij.

Si tibi videor tardius rescripsisse: scito me tarde quod accepisse ad quod rescriberẽ. Nam quod miseras: non continuo ad me vsq; perlatũ est sed potest inuaci diu ante retentum. Porro vbi accepi: moram minime feci in rescribendo. Ceterũ id breui⁹ q̃ tua forte deposcebat intentio: sed non plane q̃ mea occupatio sineret. Curaui tamẽ ne te vtcũq; lateret: quicquid super interrogatis ego sentireȝ: tuo sane eadem mea sensa et ocio et ingenio pleni⁹ astruenda relinquens si ita oportere cognoueris. Nec dubito ad manũ tibi eẽ rationes certas et congruas auctoritates quibus facile id possis. Tu ergo cuius me respondere assertionibus iubes et nomẽ taces: tibi nouerit a me super consultis quod sentio dictum nõ sibi contradictum: etiam si quid aliter ab ipso sap͛imus. Nam si verum nos sapimus: veritas ei contradicit non nos. Sed enim si non confunditur acquiescere veritati: et veritas cum eo sapit et nos. Sin autem/seruũ dei tamen non oportet litigare: sȝ magis patientem esse ad omnes. Ideoq; non q̃rimus pugnas verboruȝ: nouitates quoq; vocum iuxta apostolicam doctrinã euitamus. Patrum tantum opponimus sententias ac verba proferimus: et non nostra. Nec enim sapientiores sumus q̃ patres nostri. Abundet sane in suo sensu qui vult q̃tuȝ vult dũmodo nos patiatur in scripturarum sensib⁹ abundare quomodo dicit apostolus. Non q᷑ sufficientes simus cogitare aliquid a nobis tanq̃ ex nobis: sȝ sufficiẽtia nostra ex deo est. Scribis itaq; quẽdam asserere (nescio quem: nam non nominas) ex quo primũ dictum a domino legitur: nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto non intrabit in regnum celorum: ex eo nemine: absq; eodẽ percepto actualiter visibili sacramento: vel eius vice martyrio vllatenus potuisse saluari. Sed et si forte illud quispiã cũ vera fide et contritione cordis expeteret: sed preuentus mortis articulo assequi quod cuperet non valeret: tamen omnino damnari. Ubi primo de temporis quidem prefixione durũ nimis austerũq; videtur: vt videlicet verbum absconditũ palam iam noceat: et ante iudex feriat q̃ minetur: quodq; interim in tenebris loquitur et in aure saluator: nondũ quidem saluet quia nondũ apparet: et iam mundum impleat condẽnatio. Ita ne ergo verbum salutis: et preceptum vite non prius vitaȝ restituere valuis q̃ mortem inflixerit: idq; eo innocentibus quo et nescientibus adhuc voluntateȝ dñi sui: Nũ gentem ignorantem et iustam vt cũ ethnico loquamur debuit interficere de⁹: Quis ita sapiat: Non equidem vite concordat auctori: morte quidem quam exterminare venerat vti mox in initio viarum suaȝ ad preiudiciũ seculi: celeste adhuc recentissimũ ignorantis edictũ. Nefas est profecto sentire de omniũ largitore bonoȝ q᷑ tam maluȝ principium dederit aduentus. Minime prorsus id ego cuipiã de christo asserrerim quod magis ab antechristo merito formidatur: qui videlicet et ipse parauerit sagittam suaȝ in pharetra: vt sagittaret in obscuro rectos corde. Quanti nãq; interim toto orbe nõ baptisati moriunt: profecto ignorantes: quid cum nichodemo iesus noctu secreto confabulentur. Quid ergo: Necdum lex promulgat/ et iam preuaricãtes tenent: Et quõ inquit credent in eũ quẽ non audierunt: Quomodo vero audient sine predicante: Quomodo autem predicabunt nisi mittantur: Necdum iniuncta: necdum vulgata: necdũ audita predicatio est: et iuxta pigri ac neq̃ serui sententiã taȝ durus est dominus: vt necdũ sata iã metere velit et nõ sparsa colligere: Absit. Sȝ audi magis hui⁹ rei veritatẽ. Qui vn⁹ est magister in celo et in terra: ei q̃ magister tñ in israel erat familiari priuatoq; colloquio tradebat q̃d traderet: docebat q̃d doceret: nõ quod exigeret et ab absentibus: non vnde prescriberet et his qui non audierant. Ualde quippe iniuste exigitur obedientia: vbi nõ pcesserit auditio. Neq; enĩ tan

i. Cor. iij.
D
Iohã. iij.

le est hoc:quod et absq̃ promulgatione: naturalis lex ignora-
te non sineret:quale verbi gratia illud est. Qđ tibi non vis fie-
ri:alij ne feceris. Facticiū em̄ magis quodāmodo est ⁊ non na-
turale mandatū. Quenam em̄ natura seu ratio docet internam
eternamq̃ salutē:mortaliū neminem posse percipere:cuius fo-
E ris corpus perfusum visibili non fuerit elemēto. ¶ Sacramen-
tum dei altissimi est suscipiēdum non discutiendū: venerandū
non dijudicandū:fide sortitū:non humanū traditione sancitū:nō
adinuentū ratione. Porro fidem necesse est vt auditus precesse-
rit:dicēte apostolo. Ergo fides ex auditu. Quod ergo omnino
sciri nō poterat si non audiret:quo pacto q̃so exigi debeat ⁊ an
teq̃ audiretur? Vide aūt quomodo huc refugit apostolus:⁊ de
solo auditu conuincit incredulos Sed dico inquit. Nūquid nō
audierunt: Ac si dicat. Excusari poterant:si nō audissent. Ubi
em̄ non est lex nec preuaricatio. Nunc vero cū in omnē terrā ex
ierit sonus predicantiū:⁊ in fines orbis terre verba eorū:q̃ dis-
simulari iam non valet auditus:profecto inexcusabilis est ⁊ cō
F temptus. ¶ Multa profecto sciēda nesciūtur aut sciendi incu-
ria:aut discendi desidia:aut verecūdia inqrendi. Et q̃dē hmōi
ignorantia non habet excusationē. Sed numquid forte tale est
hoc quod inquisitū humano possit addisci magisterio? Homo
hominis nisi ipo indicāte non intelligit cogitatum: quanto mi
nus diuinū quis poterit inuestigare consiliū:nisi cui ipe volue-
Joh. xv. rit reuelare? Audi denique ipsum. Si non venissem ait ⁊ locutus
eis non fuissem peccatū non haberent. Non dicit simpliciter et
locutus non fuissem/sed interferens eis:⁊ locutus eis inqt non
fuissem:ostendēs sine dubio non ante censeri inexcusabiles de
contēptu q̃ ad ipsoꝝ vsq̃ noticiam iussio perueniret. Nam si lo
cutus quidem fuisset:sed non eis/inobedientie culpā: ignoran
Jo. xviij. tia nihilominus excusaret. Nūc aūt (inquit) q̃m locutus sū eis
excusationē non habēt de peccato suo. Unde ⁊ aiebat. Ego pa
lam locut⁹ sum mūdo ⁊ in occulto locut⁹ sum nihil. Non q̃ suos
domesticos multa in occulto priuatimq̃ non docuerit:sed q̃ tā
q̃ nihilū interim reputaret:⁊ nec penā nec premiū ea agere q̃
in secreto tradebat indicaret donec de medio fierēt ⁊ prodirēt
Matth. x in lumine. Denique ⁊ dicebat. Quod dico vobis in tenebris:dici
te in lumine:vt merito videlicet iam audientib⁹ obediētie vel
meritum ascriberet vel contemptuꝫ cum in medio proferrētur.
Luce. x. Item qui vos audit (inquit) me audit:⁊ qui vos spernit me sp-
nit. Ac si diceret iudiciū meū inter obediētes et contēnentes:
non de mea secreta traditione:sꝫ de vestra publica predicatiōe
pēdebit Sed forte aliquis dicat eos quidē qui nō audierūt:⁊
si non de contēptu iudicari:dānari tñ propter originale pecca
tum:a quo vtiq̃ nisi per lauachꝛū emūdari minime potuerunt.
At vero q̃s nesciat ⁊ alia preter baptismū cōtra originale pec-
catū remedia antiquis nō defuisse tēporib⁹? Abrahe quidem ⁊
semini ei⁹:circūcisionis sacramentū in hoc ipsum diuinit⁹ tra-
ditū est. In nationib⁹ vero quotquot inuēti fideles sunt:adul-
tos quidē fide ⁊ sacrificijs credimus expiatos:paruulis autem
etiam solā profuisse:immo ⁊ sufficisse parentū fidē. Porro hoc
ita vsq̃ ad baptismi tēpora perdurasse:quo vno substituto va-
casse cetera. Querim⁹ itaq̃ baptismi tēpus ex quo ceperit. Et
Johā. iij. quo(inquit)primū dictū est:nisi quis renat⁹ fuerit ⁊c. Tene ergo
firmiter dictū hoc ad nichodemū vtiq̃ amicū iesu:occultū ta-
men ppter metū iudeoꝝ:occultiq̃ illud de nocte requisisse col
loquiū. Quanta aūt putas obisse interim vt de gentib⁹ taceam
milia circūcisoꝝ:cū necdū in lucē prodierit quod de baptismo
tunc in tenebris dicebat? Quid ergo: Damnatos illos oēs di-
cimus:quia baptizati nō sunt? Fit ergo iniuria antiquo illi dei
eque mandato: si nouo adhuc furtiue quodammō superuenien-
te, non tamē subueniente:illud ita subito euanuisse putetur vt
prodesse deinceps non valeret. Et quidem q̃ longe post putas
Gal. v. publice predicatū ⁊ clamatū sup tecta fuisse:si circumcidamini
christus vobis non proderit? Quō deinde stabit illud:q: a die-
Matt. xi. bus iohannis baptiste regnū celoꝝ vim patit:si precipue tūc tē
poris contigisse cōstiterit huiuscemodi a regno violentā inter-
clusionē:qualis quidē nec ante fuerit:nec post futura sit? San-
cito quippe noui mysterij decreto/sꝫ adhuc secreto:quisnā que-
so morientib⁹ interim ad regnū patet accessus:dū ⁊ vetus iā de
ficit:q̃m a nouo excludit:⁊ nouū tamē non subuenit:q̃m dū ne-
scitur non percipit? O infelicissima illa tēpora:que sola a secu-
lis omni penit⁹ salutis remedio vacua transierūt:dum ⁊ circū-
cisio que illo vsq̃ viguerat:prodesse iam subripiente baptisma
te non auderet:⁊ baptisma q̃m adhuc lateret non succurreret.
Forsan dormiebat eo tēpore de⁹:nec fuit interim q̃ redimeret:
neq̃ qui saluū faceret. Satis pfecto ex his quātum reor appa
ret:q̃ dānatio nō baptizatoꝝ:⁊ frustratio circūcisoꝝ:⁊ euacua
tio sacrificioꝝ:que forte cōtra originale peccatum ritus obser
uabat antiquus generaliter iam tunc minime ceperit quāto ni
chodemo clam dictū est. Nisi quis renat⁹ fuerit ex aqua ⁊ spiri
tu sancto:non intrabit in regnū celoꝝ:sed nec quando aposto-
lis palam intimatū est Ite ⁊ docete oēs gētes baptizātes eos
Matth. xxviij. in nomine patris/⁊ filij/⁊ spiritussancti. Sed ex eo tempore tan
tum cuiq̃ cepit antiqua obseruatio nō valere:⁊ nō baptizatus
quisq̃ noui precepti reus existere/ex quo preceptū ipsum inex
G cusabiliter ad ei⁹ potuit peruenire noticiā. ¶ Sane paruulis ⁊ nec-
dum ratione vtentib⁹: quia sola nocere credit peccati origo:
non etiam mandati preuaricatio:tandiu credendū est antiqua
valuisse sacramēta/q̃diu palam interdicta non fuisse constite-
rit. An vero vltra penes deū est nō meū diffinire. Porro in ma-
iori etate quisquis post vulgatū vbiq̃ baptismi remediū renuit
iam baptizari generali originaliq̃ macule addit:⁊ ex proprio cri
men superbie duplicē secū portans iustissime damnationis cau
sam:si sic de corpore exire contigerit. Tamē si ante exitum resi
puerit/⁊ voluerit:⁊ petierit baptizari sed mortis preoccupatus
articulo:forte obtinere nequierit:dū non desit fides recta:spes
pia:⁊ charitas sincera:propiti⁹ sit mihi de⁹:q: huic ego ob solā
aquam si defuerit:nequaq̃ omnino possum desperare salutem:
nec vacuam credere fidem:nec confundere spem: nec excidere
charitatē:tantū si aquam non contēptus:sed sola (vt dixi) pro-
hibeat impossibilitas. Si quis aliter sapit:videt vnde sibi qđ as
serit persuaserit:nam me non facile fateor assentire si nō firmior
induxerit:vel ratio ad intelligendū:vel ad credendum auctori
tas. Sed miror admodū si nouus iste nouarū inuētor assertionū
et assertor inuentionū: inuenire in hoc rationem potuerit q̃ san
ctos patres latuerit. Ambrosiū ⁊ Augustinū:siue auctoritatem
eorūdem auctoritate potiorē. Nam si nescit:vterq̃ idē profecto
sensit qđ fatemur sentire ⁊ nos. Librū certe Ambrosij de mor
te valētiniani legat si non legit: recolat si iam legit:nō dissimu
let si recolit ⁊ aduertet sine dubio sanctū homini non baptiza-
to ⁊ mortuo fidenter de sola fide salutem presumere:⁊ tribuere
indubitāter bone volūtati quod defuit facultati Legat ⁊ Au
gustini contra donatistas de vnico baptismo librū quartū:et se
vel agnoscat imprudēter deceptū vel probet impudēter obsti-
Luc. xxiij natū. Baptismi inquit vicē aliquando implere passionē: de la-
trone illo cui non baptisato dictū est:hodie mecū eris in para-
H diso. ¶ Beatus Cyprian⁹ non leue documentū assumit. Et ad
didit. Quod etiam atq̃ etiā considerans:inuenio inquit non
tantū passionem pro nomine christi id qđ ex baptismate deerat
posse supplere:sed etiam fidē conuersionemq̃ cordis si forte ad
celebrandū mysteriū baptismi:in angustijs tēporꝫ succurri non
potest. Et infra. Quantū itaq̃ ait valeat etiā sine visibili sacra-
Rom. x. mento baptismi:qđ ait apostolus. Corde creditur ad iusticiam:
ore aūt confessio fit ad salutē in illo latrone declaratū est Sed
tunc inquit implet inuisibiliter:cū mysteriū baptismi nō contē
ptus religionis/sed articulus necessitatis excludit. Et quidem
nō ignoro retractare ipsum id qđ posuerat testimoniū de latro
ne minusq̃ idoneū ad comprobandam illam sentētiam constite
rit:eo q̃ sane incertū sit vtrū nam fuerit baptisatus. Ceterū sen
tentiā ⁊ audacter prosequit ⁊ multipliciter cōfirmat : nec vspiā
(nisi fallor) retractasse reperies. Itē in alio loco Augustin⁹ cū
aliquos premisisset quos scriptura cōmemorat:inuisibiliter qui-
dem nō tamē etiā visibiliter sanctificatos tandē infert Ex his
colligit aut inuisibilē sanctificationē quibusdam affuisse ⁊ pro
fuisse sine visibilibus sacramētis:que pro tēporꝫ diuersitate mu
tata sunt:vt alia tunc fuerint:⁊ alia mō sint. Et paulopost. Nec
tamē inquit visibile sacramentū omnino contēnendū: nam con
tēptor ei⁹ inuisibiliter sanctificari non potest. Ubi satis euiden
ter ostendit fidelē ⁊ conuersum ad dñm:non si nequiuerit sed si
contēpserit baptizari:fructu priuari baptismatis. Ab his ergo
duab⁹ columnis Augustinū loquor ⁊ Ambrosiū crede mihi dif
ficile auellor. Cū his in q̃ aut errare/aut sapere fateor:credēs
et ipse sola fide hominē posse saluari cuꝫ desiderio percipiendi
sacramentū:si tamē pio adimplendo desiderio mors anticipās
seu alia quecūq̃ vis inuincibilis obuiarit. Vide etiā ne forte ob
Mar. xvi. hoc saluator cū diceret. Qui crediderit ⁊ baptizatus fuerit sal
uus erit:caute ⁊ vigilanter non repetierit qui vero baptizatus
non fuerit/sed tantū:qui vero inquit non crediderit condēna-
bitur. Nimirū innuēs solam interdū fideꝫ sufficere ad salutem:
et sine ipa sufficere nihil. Quapropter ⁊ si martyriū vicē baptis
mi posse implere concedit non plane hoc facit pena sed ipsa fi-
des. Nam absq̃ ipa quid est martyriū nisi pena? Que ergo mar
tyrio prestat vt absq̃ vlla dubietate pro baptismate reputetur
ipsa ita infirma et imbecillis per se erit/vt qđ dare alteri valet
sola non valet obtinere? Et prorsus sanguinis pro christo effu-
sio magne cuiusdam fidei indubitata probatio/non deo tamen
sed hominibus. Sed quid si deus qui profecto ad probandum
quod vult:nullis indiget experimētis:eque magnā in corde cu
iuspiam in pace morientis inspicit fidem martyrio quidem non
interrogatā martyrio tamen idoneā? Si recordatus fuerit hō
necdum se salutis percepisse mysteriū ⁊ dolens penitensq̃ toto de
siderio expetierit:sꝫ assequi mortis celeritate preoccupat⁹ ne-
quiuerit:

quiuerit: dānabit fidelē suū deus: dānabit inq̄ hominem pro se etiā paratum mori. Paulus dicit. Nemo potest dicere domi nus iesus nisi in spiritusancto. Huic ergo qui in articulo mor tis non solum inuocat dominum iesum: sed ipsius quoq̄ toto desiderio expetit sacramētum: dicemus aut nō loqui in spiritu sancto et fallus erit apostolus: aut et cum spiritusancto dam nari. Saluatorem habet habitantem per fidem in corde et in ore per cōfessionem: et cum saluatore dānabitur? Pro certo cū non aliūde martyriū nisi ex fidei merito illā obtinuerit proga tiuā: vt singulariter vice baptismi secure suscipiat: nō video cur nō ipsa eq̄ et sine martyrio apud eū tāndē possit: cui et sine martyrii probamēto procul dubio innotescit. Possit sane tantū dem dixerim quantum ad salutis spectat obtentū: non autē ad meriti cumulum quo indubitanter martyriū antecellit. Legi mus. Qui odit fratrem suum homicida est. Et item. Qui viderit mulierem ad concupiscendam: eam iam mechatus est in corde suo. Quid planius q̄ voluntas pro facto reputet vbi factū excludit necessitas? Nisi forte putet in malo q̄ in bono efficacior inueniri voluntas apud deum qui charitas est: et prō prior esse ad vlciscendū q̄ ad remunerādū misericors miserator dñs. Quomō is q̄ alieno debito se teneri forte in extremis po situs recolit: si desit vnde persoluat: sola nihilominus penitē tia et cordis contritione obtinere veniam creditur: ne iam pro eo damnetur: sic sola fides et mentis ad deum conuersio sine effusione sanguinis et sine perfusione aque salutem sine dubio operatur volenti: sed nō valenti prohibente articulo baptizari. Et sicut nulla illi penitētia remittitur peccatū: si cū possit nō restituit ablatū. Sic et huic nulla proderit fides: si cum possit non percipit sacramentum. Quisq̄ et fidem conuincitur non habere perfectam si negligit. Vera enim et plena fides vniuersa precepta cōplectitur. Est aūt hoc vn[um] in ipsumq̄ precipuum et preceptis. Merito ergo nō fidelis, sed plane rebellis: atq̄ cō temptor reputabitur quisquis obedire renuerit. Quomodo deni q̄ fidelis q̄ dei cōtemnit sacramentū? Sane infantes q̄ hanc prohibēte etate nō possunt habere fidē: hoc est cordis ad deū cōuersionē: cōsequenter nec salutē: si absq̄ baptismi perceptio ne moriuntur. Non q̄ vel ipsi qui baptizantur fide oīno careāt sine qua impossibile est vel ipsos placere deo: sed saluantur et ipse per fidē: non tn̄ suam sed alienā. Dignū nēpe est et ad dei spectat benignitatem: vt quibus fidem etas denegat propriā: gratia prodesse concedat alienā. Nec enim omnipotentis iu sticia propriam putat ab his exigēdam fidem: quos nouit pro palam nullā habere culpā. Porro aliena opus est fide: cum sine sorde non nascantur aliena: quatinus nec a paruulis alienum sit qd̄ de omnibus generaliter dicitur: fide mundans corda eo rum. Nec dubiū q̄ macula contracta ab alio: aliorū quoq̄ fide valeat vel debeat emundari. Hec sunt quippe iudicia diuine iusticie: in quibus exultās sanctus Dauid: memor fui (inquit) iudiciorū tuorū a seculo dñe: et cōsolatus sum. Hucusq̄ de his. Asserit preterea et dicis ille quē dicis: oēs antiquos iustos: quotquot videlicet xp̄i aduentū precesserūt tantam oīno ha buisse prescientiam futurorū, quantā nos qui post sum' prete ritorum scientiā: ita vt nullus vel simpliciū iustorū aliqd̄ mor tis ignoraret ex oībus q̄ modo nobis euangelica pādit hy storia. Verbi gratia. Verbū incarnatū: partū virginalē: doctri nam saluatoris: miracula, crucem, mortē, sepulturam, descen sum ad inferos: resurrectionē: et ad celos ascensionem: sic om nino omnibus illorū temporū iustis et aperte omnia et distincte singula fuisse precognita: quēadmodum suo sunt tempore post exhibita et modo cognita nobis: adeo vt nec iusti fuerint nec salui sint: quibus ita clara omnia et perspicua non fuerint. Et id quidē falsum. Verum ad refellendū tu tanta in tua epistola posuisse videris vt nil addēdū penitus putē: et pene quid addi possit non inueniā. De hoie tn̄ qui ista loquit pace ipsius di co paucis qd̄ sentio. Videt plus nouitatis curiosus: q̄ studio sus veritatis: grauari q̄ de omni re sentire cum alijs: et dicere quod aut solus non dixerit aut primus. Vñ fit vt in his que sentit et loquitur modum omnino tenere aut ignoret aut dissi mulet. Ecce enim et in hoc assertione sua: deus pares in sciētia facit omnes q̄ ventura sperabant his q̄ preterita legunt: deus profecto aut nimis parcū predicat aut nimis largū: oculū di scretionis et nulla parte aperiens. Aut enī numerū electorum illius temporis sub paucitate redigit rarissimorū spiritualiū quos pro sue sanctitatis speciali excellētia insignes illustresq̄ illis temporibus extitisse: ac singulari munere spiritus singu la vt ventura erant preuidere certissime potuisse scriptura cō memorat: et sic nimis abbreuiat manū dei: dum preter paucos illos perfectissimos neminē eo tēpore putat potuisse saluari: aut certe si et illa temp: oīa multitudinē saluandorū etiā preter illos habuisse non diffitetur: magnam sed inauditā diuini mu neris largitatem veteri populo collatā asserit: liquidē omnem multitudinē oīa que de mysterio nostre redemptionis superi' enumerata sunt liquido precognouisse cōstiterit. Cū enī et his quippiā tunc nec scriptū manifeste: nec publice predicatū fuis se manifestū sit: restat vt fateamur oīa oībus per spiritū reue lata fuisse: et sic oēs spūales, oēs perfectos, oēs extitisse ppphe tas: quotquot ab aduentu dñi retro iusti et salui fuerunt. Fuit itaq̄ antiq̄s tēporib' aut per rara salus, aut nimiū numero sa perfectio. Quorū quidē quodlibet sapere, discretionis ter minos excedere est. Nā si videt tolerabilius immo deo iusti' iudicatur replesse potius et ditasse secula illa multitudine p̄fe ctorum q̄ saluandorum tante fuisse paucitate contentum: quas tinus et salui non pauci tunc fierent et oēs nihilominus repleti spū prophetico: necdum reuelata mysteria iam tunc penetra rēt si inq̄ hoc recipitur. Benedicimus quidem deum in donis suis: sed quid tempori gratie reseruatum sit non videmus. Nisi q̄ tempus gratie illud potius iuxta sententiam hanc fuerit appellandum: in quo tot et tante dei ppl̄o diuitie spiritus af fluebāt: vt illud prorsus incredibili felicitate cerneretur imple tū qd̄ moyses optabat cū diceret. Quis dabit vt oēs pphetēt? Queso quid simile attulit euāgeliū? Frustra gloriat Paulus de primitijs spūs quas se putat cum suis coapl[is] accepisse: cum nil tale in diebus suis potuerit experiri. Denique aiebat. Nun quid oēs prophete? Frustra inq̄ gloriatur de euāgelio suo: q̄ non ab hoie neq̄ p hominem illud acceperit sed quasi speciali quadam prerogatiua per reuelationē iesu xp̄i: cū iā et ante ipsum per spiritum fuerit etiam populis reuelatum. Sed nec aposto lus petrus p̄fecto debuit propheticum illud ad sua tempora retorquere. Effundam de spiritu meo super filios et filias ve stras: et prophetabunt filij vestri et filie: si abundantior iam precesserat trāsactis seculis effusio spūs. Aut certe propheta vel potius in ppheta deus: si vere illa tēpora apostolica cum hoc diceret intuebatur: non plane effundā sed subtrahā: magis de spiritu meo dixisse debuerat. Quid enim? Si filius euā gelij omnes veteres iustos pares facim' in scientia: nunquid non et superiores in gratia consequenter fateri' necesse est: vt pote quos non lectio sicut nos aut predicatio, sed ipsa vnctio docuerit omnes de omnibus? Esto tamē: toleremus nos nostrā iniuriam et apostoli quoq̄ suam: vt et ipsis minimi etiam anti quorū iustorum comparentur in scientia: perferātur in gratia. Sed est sane quod vllo omnino pacto merito non ferimus: vt dominus videlicet glorie sentiatur: vel falli vnq̄ potuisse vel fallere voluisse. Qui quidem ipse protestatus est: inter natos mulierum maiorē Joanne baptista non surrexisse. Vide aūt si non vere falsum fateri cogimur Veritatis hoc testimonium: si tm̄ tribuamus veteribus quantū nec Joanni vendicare valemus. Non vtiq̄ fit iniuria ioanni: si quid ignorasse creditur aut dici tur: nimirum quod et ipse non diffitet. Sed si quod preconi ve ritatis negamus, contra preconium veritatis alteri damus: hoc non tantum iniuria sed et blasphemia est: et plane ioanni non contradicere sed veritati. Quid ergo? Amicus spōsi dubitat et querit tu es qui venturus es: an aliū expectamus? et nos mitibus hoīm certitudinē de omnibus nostro mendacio cōfirmamus? Nec ipsos de se ita veteres sensisse paucis aduer tere possumus. Moyses scribit deū ad se loquentē dixisse sic. Ego sum deus abrahā et deus ysaac, et deus iacob: et nomen meum adonay non indicaui eis: subaudis sicut tibi. Ostendit ergo se de dei noticia plus aliqd̄ precedentibus patribus ac cepisse. Dauid quoq̄ super doctores suos et seniores donū sibi intelligentie audacter presumit ita dicens. Sup oēs docētes me intellexi: quia testimonia tua meditatio mea est. Et rursus. Super senes intellexi. Sed et propheta Daniel. Pertransibunt (ait) plurimi: et multiplex erit scientia: ampliorem scz rerū noti ciam promittens et ipse posteris. Si ergo vt ait etiā sanct' pa pa gregorius sm̄ incrementa temporum creuit et scientia spiri tualiū patrū: et quanto viciniores aduentui saluatoris extite runt: tanto mysteriū salutis planius perceperunt: nō est dubiū quin in his q̄ presentes fuerant: multo amplius cōtulerit rex ipsarum et exhibitio: atq̄ presentia et exhibentis. Denique et audiūt. Beati oculi qui vident que vos videtis. Item. Vos autē dixi amicos: quia oīa queciīq̄ audiui a patre meo nota feci vobis. Multi inquit reges et prophete voluerunt videre que vos vi detis et nō viderunt: et audire que auditis, et non audierunt. Quare? Vt videlicet clarius largiusq̄ perciperent: quod vix tenuiter obscureq̄ presenserant. Alioquin quid opus erat fo ris videre carnem et carnis audire sermones: si iā intus a spi ritu fuerant perfecte instructi de omnibus: presertim cum vos minus dicat. Caro non prodest quicq̄: spiritus est q̄ viuificat. Nā si prophete et qui illustriores videantur in illo populo: nō omnes oīa liquido equaliter agnoscere valuerūt: sed alij plus, alij minus prout eis ipse dabat: diuidens singulis prout vole bat. Ideo absq̄ preiudicio sue sanctitatis atq̄ perfectionis: quis

[Margin notes: j. Cor. xij. — j. Joan. iij. — Mat. v. — Actu. xv. — ps. cxviij. — Actu. ij. — Mat. xj. — Ibidem. — Exo. vj. — ps. cxviij. — Dan. xij. — Luce. x. — Joan. xv. — Luce. x. — Joan. vj.]

to magis simpliciores quiq͡ʒ iusti sine detrimēto salutis salua-
tionis xp̄s:modum et ordinem nescire potuerūt:ꝙ tñ certa spe
et fide uti promissa fuerāt firmissime tenuerūt. Quāti hodieq͡ʒ
profecto in ppl̄o xp̄iano uite eterne seculiq͡ʒ futuri quod ,indu-
bitāter credunt ꝛ sperāt:ꝛ ardenter desiderant / formam tñ ac
statum ne cogitare quidē uel tenuiter norūt: Ita ergo multi
ante saluatoris aduētum: deum oīpotentē tenentes ꝛ diligen-
tes sue salutis gratuitū ꝓmissorē:credentes in ꝓmissione fide
lem:sperātes certissimū redēptorē:in hac fide et expectatione
saluati sunt licet ꝗn ꝛ qualiter ꝛ quo ordine salus repromissa
fieret ignorarēt. Deniq͡ʒ Beda apte docet aperta oīa omibus
nequaq͡ʒ fuisse ꝗ de xp̄o futura erant:qd̄ tu quoq͡ʒ testimoniū
in tua epistola posuisti. Unum inquit idemq͡ʒ dn̄ice crucis tro-
pheū prius prophete ꝛ moyses ꝙ apl̄i nouerāt ꝛ predicabant:
sed prophete hoc aliquotiens figuratis uelatisq͡ʒ sermonibus
apl̄i autē aploꝵq͡ʒ successores patefacta luce euāgelij: semper
aperte predicabant:ita ut nunc oīs ppl̄s xp̄ianus scire ꝛ con-
fiteri debeat fidē quam eo tēpore pauci admodū ꝛ ꝑfectiores
quiq͡ʒ nouerūt ꝙuis oīs ppl̄s dei etiā tūc eiusdē mysteria fidei
in legalibꝫ cerimonijs typice portaret. Multa sunt que ad hec
confirmanda concurrūt:sed modus epistolaris cūcta non pati
tur/nec opus est. Arbitror enim ut ante iam dixerā me quoq͡ʒ
non respondente: ea potuisse sufficere:ꝗ tua sup hoc epistola
continet: Sed hoc addidi:ne intactū quid preterirem ex oībꝫ
que petisti. Jam contra assertionem tertiam non multū nobis
arbitror laborandū:tum ꝙ manifestā nimis preferat falsitatē:
tum ꝙ ipse eius inuentor/in sua superiori sentētia ipsam per se
satis impugnet: sibimetipsi contrarius. Cū enim de nocturno
illo priuatoq͡ʒ susurrio dn̄i cum nichodemo: laqueū nectat pu
blice dānationis:per totū orbē ignorātibus:arbitrans,videli-
cet neminē ex illa hora potuisse saluari ꝗ nō fuerit baptizatus
nōne aperte peccatū ignorātie/ꝛ peccatū dānabile cōfitetur?
Nisi forte tam proteruus sit:ut deū hoīes sine culpa damnare
existimet. Uerēdū tñ:ne si uel breuiter nō respondet stulto iu-
xta stulticiā suā:putans forte sapientiā:securius spargat semi
nariū uecordie in auribus insipientiū:ꝛ ita tam insipientie eīꝫ
non sit numerus. Ueritatis proinde testimonijs paucis ꝛ mani
festis:manifestū mendaciū cōfutetur. Is forsitā ꝗ asserit non
posse peccare per ignorantiā: nunꝙ ꝓ suis ignorantijs depca

Ps. xxiiij.

tur:sed potius prophetā irrideat deprecantē ꝛ dicentē. Deli-
cta iuuentutis mee:ꝛ ignorantias meas ne memineris. Forsi-
tan ꝛ reprehendet deū:exigentē pro peccato ignorātie satisfa

Leui. iiij.

ctionē. Loquit̄ eñ in leuitico ad moysen dicēs. Anima si pec-
cauerit per ignorantiā:feceritq͡ʒ unū ex his ꝗ lege dn̄i prohibē
tur:ꝛ peccati rea intellexerit iniqtatē suā offeret arietē imma-
culatū de gregibus sacerdoti: iuxta mensurā estimationemq͡ʒ

Ibidem.

peccati. Et rursum. Qui orabit ꝓ eo ꝙ nesciens fecerit ꝛ dimit

tetur ei:q: per errorē deliquit in dn̄o Si ignorātia nunꝙ pec-

Heb. ix.

catum est:cur dictū est in epistola ad hebreos: q: in secūdo ta
bernaculo semel in anno solus pontifex intraret non sine san-
guine quē offerret ꝓ sui ꝛ populi ignorātia: Si peccatū igno-

j. Thim. j.

rantie nullū est:non ergo peccauit saulus ꝙ persecutus est ec
clesiam dei:qm̄quidē ignorās hoc fecit/ manēs in incredulita
te. Bene itaq͡ʒ faciebat ꝙ erat blasphemus ꝛ persecutor/ꝛ cō-
tumeliosus : ꝙ erat spirās minarū ꝛ cedis in discipulos dn̄i:

Gal. j.

in hoc ipso quippe abundanter emulator existens paternarū

j. Thim. j.

suarū traditionū. Non ergo debuit dicere/misericordiā cōse-
cutus sum:sed mercedē recepi:quippe cū ignorantia a pecca-
to red debat immunē: insuper ꝛ emulatio remunerabilem iudi
cabat. Sic inꝙ ignorantia nunꝙ peccat: quid ergo causamur
aduersus occisores apostoloꝝ:qm̄quidē nō solū malū esse ne-
scierunt interficere illos/sed insuper quoq͡ʒ id faciēdo arbitra-

Joh. xvi.

ti sunt obsequium se prestare deo / sed ꝛ frustra in cruce salua

Lu. xxiij

tor pro suis orabat crucifixoribus: quippe nescientibus (ipso
teste) quid facerent: et ita nequaꝙ peccantibus. Neq͡ʒ enim
fas est ullatenus suspicari mentitū fuisse dominū iesum: aper
te perhibentem eos ignorare quid facerēt:et si forte de apo-
stolo dubitet quis ꝙ carnem suā emulans : sicut homo menti

j. Cor. ij.

ri potuerit ubi ait Si enim cognouissent nunꝙ dominū glorie
crucifixissent. Nūquid nō ex his satis apparet in quātis iaceat
ignorātie tenebris qui ignorat peccari posse interdū ꝑ ignorā-
tiā: Sed de his hactenus. In fine mihi insinuas amicabiliter
quidē moueri aliquos super quadā mea sententia:qua dixi cū
euāgeliū exponerē:consiliū dei nulli etiā beatorum angeloꝝ
anteꝙ uirgini reuelatū. Primo quidem inde ut arbitror quia
non satis iuste mouentur:aduertere possunt:ꝙ eandē senten-
tiam non constanter affirmo:sed cū temperamento suspēdens:
sub disiunctiua particula: uel raro uel nusꝙ dictum est a deo. Siquis
dē ꝑmissa una causa que mihi uidebat̄: cur euāgelista cū dice

Luce. j.

ret:missus est angelus Gabriel:nolati subiecerit a deo: alterā
quoq͡ʒ tēperate quidē et sub disiūctione subiunxi:quo et mihi

non incūberet defendendi necessitas:ꝛ lectori daret̄ eligendi
facultas:quā e duabꝫ uoluisset. Si igitur una quelibet illarū
stare potest: de altera quid suggillor: quippe ꝗ neutrā affirmans
lectoris utrāq͡ʒ magis iudicio derelinquo: Quāꝙ ꝛ si ex sentē
tia dixerim ignotū usq͡ʒ adhuc sanctis angelis fuisse dei consi
lium:non quidē q: per incarnandi uerbi mysteriū dei proposi-
tum erat quādoq͡ʒ operari salutē:in medio terre:hoc eñ et mul
tis mortaliū ꝛ prescire donatū est ꝛ ꝑdicere: sed qd̄ potissimū
tempus:quēue locū uel modū : precipueq͡ʒ quā uirginē ad im
plendū propositū suū elegisset deus : si inꝙ hoc dei cōsiliū nō
de opere sꝫ de tempore/ loco/ modo atq͡ʒ persona:etiā sanctos
ignorasse angelos senserim et scripserim: profecto non uideo
cur incredibile uideatur. Sane sibi unusquisq͡ʒ in suo sensu se-
curus abūdat:ubi aut certe rationi:aut non cōtēnende aucto
ritati qd̄ sentit̄ non obuiat. Quenā eñ me ratio siue auctori-
tas sentire cogat etiā tempus illud ab antiquo angelis inno-
tuisse:de quo apostolus. Postꝙ uenit inquit plenitudo tempo

Gal. iiij.

ris misit deus filiū suū factū ex muliere:factū sub lege: Credi
bilius magis fortasse uidetur ut sicut futuri aduētus dn̄i ipso
teste diem prorsus ignorant: ita quoq͡ʒ prioris tēpus nequaꝙ
prescierint. Quis scit enim si modo illo spiritali dei sapientia
de primo aduentu suo ꝛ angelis illud locuta sit: qd̄ apostolis
per os carnis assumpte: de secūdo legitur respōdisse:nō est in-

Actuū. j.

quiens uestrū nosse tempora uel momenta ꝗ pater posuit in sua
testate: Que me rursum credere cōpellat necessitas : angelos
iam ante aduertisse ciuitatē nazareth ꝙ illo cernerent missum
archangelū uirginē salutare / ꝛ partū nunciare diuinū: Siqui
dem ꝙ preelecta fuerit bethleē natiuitati hierusalem passioni
etiā sic aperte prescitum ꝛ predictū est a prophetis. De autem
ꝛ nazareth ꝓuisa similiter est cōceptioni: nō tñ similiter ut arbi
tror ꝑuisum fuisse ꝛ a ꝓphetis:euidēs aliquod inuenit̄ de scri

Mat. j.

pturis testimoniū. Nā qd̄ legitur:qm̄ nazareus uocabitur: ꝑfe
cto euangelista ꝗ hoc de propheta sumit: non tā ad cōceptio-
nem ꝙ ad educationē referri satis euidenter ostēdit: ꝙ illo ui
delicet ex egypto reportatus fuerit:illicq͡ʒ nutritꝫ. Deniq͡ʒ iu-

Johā. vi.

dei ad nichodemū:scrutare aiunt ꝛ uide: qm̄ propheta a gali-
lea nō surgit. Et quidem scienti legē loquebantur: ꝛ qui magi
ster erat in israel:nihilq͡ʒ facile ignorare ex omibus:ꝛ tamē to
ta fiducia instabāt mōstrātes scripturas non loq̄ xp̄m uenire e
galilea:cuius nazareth ciuitas esse cognoscitur. Plus sane ad
manū fuit eis testimoniū de propheta: et quo regi locū scisci
tanti natiuitatis:incūctanter bethleē responderūt. Itaq͡ʒ na-
tus in bethleē xp̄s est:ꝛ in hierusalē passus: et utrūq͡ʒ apte ꝓdi
xisse prophetas manifestū est. Cōceptꝫ eque est ꝛ in nazareth
ciuitate galilee:nec tñ uisum est occurrere quippiā uel nicho-
demo:per qd̄ siue galileā siue nazareth ad xp̄i aduentū unde-
cunq͡ʒ ꝑtinere doceret. Sic quoq͡ʒ nathanael doctus ꝛ ipse in
lege philippo nūcianti iesuꝫ filiū ioseph a nazareth: mox sub in

Johā. j.

terrogatione ammirādo respondit. A nazareth inqt potest ali
quid boni esse: Nimiꝝ admirās ꝙ a nazareth xp̄s nunciaretur
qd̄ ex nulla penitus scriptura recoleret. Aut si nō interrogan-
do quidem/sed magis affirmando illud respondisse contendi-
tur:memor utiq͡ʒ prefati testimonij: qm̄ nazareus uocabit̄: non
tamen perinde ꝙ in nazareth cōceptus fuerit iesus cuꝫ agno-
uisse cōstabit:cum multe alie cause occurrere potuissent: cur il
lud ꝓpheta ꝑdixerit: Potuit ergo et de conceptionis loco ut
ꝓphetas sic ꝛ angelos diuinū latuisse ꝯsiliū. Modū deinde il
lum tam incomprehēsibilem quem uirgo sollicita requisiuit:
unde queso docere queā angelis fuisse precognitū: Mihi uero
uidetur ne ipsi quidem : ut pace eius dixerim qui nunciabat.
Quod ipse fatetur si eius uerba diligenter aduertimus. Respō

Luce. j.

dens quippe:spiritus sanctus superueniet in te: nonne aperte
mittit ad magisteriū spūs sancti/cuius unctione docetur de
omnibus quorum ipse sibi non presumit scientiam : et dicat
experiendo:quod audiendo non poterat: Deniq͡ʒ subiūgit. Et

Ibidem.

uirtus altissimi obūbrabit tibi:expressiꝫ profecto significans
modū secretissimum archani incomprehensibilis ꝛ ineffabilis
sacramēti: quo quasi in umbra cum sola et in sola uirgine:sola
trinitas cōceptum fuerat operatura diuinum. Ad hoc quoq͡ʒ
inuestigandum mysterium: minus se idoneū confitetur ille ma

Johā. j.

gnus iohānes:cū se idignū ꝑhibet soluere corrigiā calciamēti.
Sed ꝛ ipsam uirginem rogo unde ꝓbabit̄ ex noīe uel ex facie
ante cognitā angelis : ꝙ ipsa uidelicet esset quā deus elegerit
in matrem sibi:excepto dūtaxat archāgelo: cui et seruāda ab
initio tradita fuisse credenda est : Porro autē si diabolus eā
nec post cōceptionē agnouit:ioseph utiq͡ʒ desponsatione dece-
ptus:credi potest et sāctis āgelis uel ante minime innotuisse
ꝙ ipsa uidelicet esset mater dei futura. Sane etenim reprobi
spūs et si destituti sunt participatione gratie spiritalis:nō ui-
uacitate industrie naturalis. Uidesne in ꝙtis salua fide et veri
tate scripturaruꝫ: diuinū angeli cōsiliū poterant ignorasse

presertim

presertim vt hoc reuelādo⁊ p̄rogatiua mīt virgini fuaret: spūl ... quidem est tēp̄ vo: secūdū in locus: tertiū modus: quartū electio persone virginalis. Hoc responde fratribus: q̄ me reprebēdunt q̄ dixerim ad laudē virginis id positū esse a deo: ne cui forte vel hoīm atq̄ angelorū secretū cōsiliū deus prius q̄ virgini reuelasse putet: excepto dūtaxat archangelo gabriele. Quā cōsilij dixi: non de opere: sed de operis tempore de loco: de modo: de persone quoq̄ electione. Vale.

¶ Ad suggerium abbatem scti dionysii. Epla. lxxviij.

Ernt fmo bon⁹ in terrā nrā: in bonū sine dubio bonis cooperatur⁹: ad quoscūq̄ puenerit. Enīuero audientes oēs qui timent deū quanta fecit anime tue: gaudent et stupent super tanta et tam subita mutatione dextere excelsi. Vbiq̄ in dño laudatur aīa tua: audiūt mansueti ⁊ letanē et mirant ēt q̄ te nō nouerūt/ sed tm audierūt: qualis de quali factus es atq̄ in te deū glorificāt. Auget vo gaudiū ⁊ miraculū pariterq̄ salutis osiliū celit⁹ infusum tibi proxim⁹ tuis refundere atq̄ ita iplere sategisti: qd̄ legitur. Qui audit: dicat veni. Et illud. Quod dico vobis in tenebris / dicite in lumine: et quod in aure auditis / predicate sup tecta. Sic strenuus in bello miles: immo sic pius ac fortis militum dux: vbi suos forte cōspexerit in fugam versos: iamq̄ hostili passim gladio trucidari: si se vel solū videat euadere posse: libet tñ mori magis cū illis: sine quibus viuere puderet. Proinde stat in prelio: fortiter dimicat: et inter cruentos gladios per medias acies hac illacq̄ discurrēs: voce ⁊ ense terret quantum valet aduersarios animat suos. Vbi acrius insistere hostē: socijsq̄ grauius comperit imminere periculum ibi adest. Occurrit ferienti: pereunti succurrit: eo quippe mori paratus pro singulis: quo desperatus de vniuersis. At vero dum paulisper retentare ⁊ retardare nititur insequentes: suos vo quos valet erigit corruentes: reuocat fugientes: fit plerumq̄ vt in manu forti tam gratā q̄ inopinatā obtineat salutem solus: hostibus confusionem. Fugant tandem quos fugiebant: superāt quos pene sustinebant victores. Et qui prius periclitabantur de vita postmodum exultant ⁊ de victoria. Sed quid nos tam religiosum: tam forte factū secularibus cōparamus: quasi exempla nobis de ipsa nobis desint religione: An non liquido certus erat deo polli cēte moyses: si quidē perisset populus cui preerat: se non solū pariter periturū nō esse: sz insup ⁊ missum iri in gentem magnā: Et tñ quo affectu: quo studio: quib⁹ pietatis visceribus irritantibus subuenit: obuiat irascenti ⁊ denique ⁊ se obijciens pro delinquentibus ait. Si dimittis dimitte: sin autē dele me de libro tuo quē scripsisti. ¶ Fidelis ad uocatus: qui qm̄ non querit q̄ sua sunt: facile obtinet oē quod querit. Plane benignus: qui tanq̄ caput vnitū membris: gentis sue firma charitate coherens: aut illā saluabit secū: aut non potest nisi idē cū illis subire periculum. Hieremias quoq̄ vinctus ⁊ ipse inseparabiliter suis: sed affectu cōpassionis nō cōtentionis assensu pre cōi exilio ⁊ seruitute: ptempsit natale solum: ac propriā voluntatē. Quippe cui ceteris migrātibus libere manere in patria liberū fuit: sed maluit captiuus adduci cum populo: cui se fore ⁊ in ipa captiuitate nouerat necessariū. Paulus eodē procul dubio spiritu optās anathema esse etiā ab ipso xp̄o p̄ fratrib⁹: propriū experitur affectu: q̄ vera sit illa sententia. ¶ Fortis est vt mors dilectio: dura sicut infernus emulatio. Videtis quoz vos imitatores probaueritis: Si addo adhuc quē pene pretermiserā ⁊ sanctū dauid: q̄ cernens dolensq̄ populi stragē: angelo percutienti festinus occurrit: ⁊ in se potius domūq̄ patris sui diuinā trāsferri flagitat vltionez. Quis hanc tibi perfectionē proponebat: Ego tāta fateor audire de te: ⁊ si desiderabā. nō tñ sperabā. Quis nēpe te crederet saltu, vt ita dicā, repentino summā occupare virtutū: sublimia meritoz attingere: Sed absit vt pro nostre fidei spiritus angustijs: immensa dei pietas estimet: q̄ qd̄ vult in quo vult operat: accelerās opus ⁊ alleuans onus. Quid enī: Tua certe nō ⁊ tuoz errata sanctorū carpebat zelus: tuis nō ipsoz excessib⁹ succensebant: solāq̄ in personā tuā: nō etiā in abbatiā fratrum susurriū immurmurabat. Solū deniq̄ te in cām vocabant. Tu te corrigeres: ⁊ nil residuū qd̄ pateret calūnie. Te in q̄ mutato: mox ōis tumultus cōcideret: quiesceret strepitus. Solum q̄ ac totū erat qd̄ nos mouebat: tuus sz ille habitus ⁊ apparatus cū procederes: q̄ paulo insolentior appareret. Deponeres tantū: habitūq̄ mutares/ ⁊ facile oīm descere poterat indignatio. Ceterū tu ⁊ fecisti satis causantib⁹: ⁊ adiecisti qd̄ merito collaudem⁹. Quid enī tā in hūanis operib⁹ iure laudabitur: si hoc summa admiratiōe ⁊ laude dignissimū nō habet: Quādq̄ nō hūanū: sz diuinū profecto sit opus: tantoz simul et tam repētina immutatio. In celestib⁹ magnū suscitat gaudiū vnius peccatoris cōuersio: quid totius cōgregationis: Quid ⁊ istius: Locus quippe ab antiquo nobilis: ⁊ regie dignitatis erat: ... palatij causis: regūq̄ exercitibus deseruire solebat. Sine cunctatione ⁊ fraude sua cesari reddebant: sed non etiam deo q̄ dei sunt persoluebant eq̄ fideliter. ¶ Quod audiuimus nō qd̄ vidim⁹ loq̄mur. Claustrū ipz monasterij frequēter vt aiūt stipari militib⁹: vrgeri negocijs: iurgijs psonare: patere interdum ⁊ feminis. Quid inter hec celeste: qd diuinū: q̄d spirituale poterat cogitari: Nunc vero vacat inibi deo: studet cō tinētie: discipline inuigilat: lectionibus sanctis intēdit. Iuge quippe silentiū: ⁊ ab oī strepitu seculariū ppetua quies: cogit celestia meditari. Porro cōtinētie labor: ⁊ rigor discipline: psalmorum hymnorūq̄ dulcedine releuant. Pudor de preteritis: noue cōuersationis temperat austeritatē. Vos aūt q̄ in presenti p̄ patientiā capit bone cōscientie fructus: futuroz quoq̄ bonoz operat desideriū: qd̄ nō frustrabit: ⁊ spem que non confundit. Venturi timor iudicij: pio cedit fraterne charitatis exercitio. Charitas quippe: foras mittit timorem. Tedium et accidiam: procul pellit sanctarum varietas obseruationum. Et hec retexuimus ad laudem ⁊ gloriā dei tanq̄ oim auctoris: non tñ sine vestra: tanq̄ ipsius coadiutoris in oībus. Potuit quidē ea ipse agere sine vobis: sed maluit vos operū habere consortem vt haberet ⁊ glorie. Increpabat saluator quosdā: q̄ orationis domū speluncam latronū facerent. Habebit ergo sine dubio cōmendatū qui e regione operā dedit vendicare sanctū a canibus: a porcis margaritam: cuius studio: industria vulcani officina studijs videt mancipata celestibus: immo sua deo habitatio reddita: ⁊ in id potius qd̄ ante fuit: et synagoga sathane restituta. ¶ Sane nō ad confusionē cuiuspiā siue improperium preterita mala retexuimus: sz vt ex cōparatione veterū/ nouitatis decus gratius venustiusq̄ appareat: q̄ tūc recētia iocundius bona clare cūt: cū fuerint malis cōparata priorib⁹. Similia et similibus innotescunt: sed et contrarijs contraria aut placent amplius: aut displicent. Iunge nigra candidis: ⁊ mutua collatione in proptu q̄q̄ colore distincti⁹ enitescūt. Sic feda admota pulchris pulchriora reddūt: magis feda redduntur. Ne qua tñ offensionis vel cōfusionis subrepat occasio: replicamus ⁊ nos vobis illud apostoli. Et hoc quidem fuistis: sz abluti estis/ sed sanctificati estis. Iā nullus secularis⁹ in domū dei patet aditus: null⁹ ad sancta curiosis accessus. Nulla iam cum ociosis confabulatio permiscetur: solitus puerorum aut puellarū strepitus non auditur. Solis pueris xp̄i: de quibus dicitur ecce ego et pueri mei mecum: locus sanctus peruius et expositus diuinis tantum laudib⁹ ac sacris soluēdis votis: debita sollicitudine et reuerentia custoditur. O quam letas martyres aures quorum permaxima locum ipsum turba nobilitat hoz clamorem puerorū strepitusq̄ percipiunt: quib⁹ et vicissim nō minori vtiq̄ sue affectionis clamore respōdent. Laudate pueri dñm laudate nomen domini. Et rursum. Psallite deo nr̄o psallite: psallite regi nr̄o psallite. Dū manib⁹ pectora: genibus pauimenta tunduntur/ votis et deuotis precibus altaria cumulantur: sordent gene lachrymis: gemitibus atq̄ suspirijs rugiūt diuersoria: ⁊ p̄ forēsib⁹ causis: canticis spiritalibus sacra tecta resultant: nil supernis ciuibus magis spectare libet: nil regi summo iocundi⁹ exhibetur. Quid enim aliud est quod ait: sacrificiū laudis honorificabit me: O si quis haberet oculos aptos q̄s orādo propheta puero reuelauit: videret procul dubio quēadmodū preueniunt principes coniuncti psallentibus: in medio iuuencularum tympanistriarū. Videret inq̄ qua cura: quoue tripudio intersunt cantātibus: adsunt orantibus insunt meditātib⁹ supsunt quiescētibus: ordinātib⁹ ⁊ pcurantib⁹ psunt. Agnoscūt nimirū superne potestates pciues suos: ⁊ p̄ qs q̄ hereditatē capiūt salutis solliciti pgaudēt cōfortāt: instruūt ptegunt: puidentq̄ omnib⁹ omnes in oībus. Felicē ego me dixerim qui adhuc viuam: ista et si non videre qm̄ absens sum certe vel audire. Ceterum vos fratres longe feliciores: quibus ea datum est ⁊ actitare. Porro super omnes benedict⁹: quē tanti primatu boni: toti⁹ auctor boni dignatus est. De qua merito p̄rogatiua tibi p̄cipue charissime cōgratulamur per quem vtiq̄ totū est: qd̄ miramur. ¶ Grauaris forsitā laudibus nr̄is sed non oportet. Nil quippe simile habet quod loquimur: illorum blanditijs: qui dicunt bonum malū/ ⁊ malum bonum: atq̄ ita quēcunq̄ beatificant: in errorē inducunt. Blāda sed periculosa laus: cū laudatur peccator in desiderijs anime sue: et iniquus benedicitur. Noster qualiscunq̄ fauor de charitate procedit: et veritatis limitem prout sapimus nō excedit. Securus gloriat: qui in dño gloriatur: hoc est in veritate. Nos non malū bonum: sz malū diximus qd̄ malū erat. Verū si malis audacter cū vidimus obiectauimus: nunc cū ad bona ventum est silere debemus: ⁊ non magis testimoniū phibere bono: Alioquin corrosores fuisse conuincimur: nō correctores: q̄ mordere q̄ emēdare maluimus: si bonis obmutescimus: qui intantū

Apocal. xxii.
Mat. x.
exo. xxxii.
Hier. xliij.
Rom. ix.
Cant. viij
ij re. xxiiij
Mat. xxi.
i. Cor. vi.
Ps. cxij.
ps. xlvi
Ps. xlix.

reclamauimus malis. Justus corripit in mīa: peccator adulat in impietate: ille vt curet/ iste vt occultet qđ erat curandū. Nihil tibi apud eos q̄ timentes dn̄m glorificant: suspicandū est de oleo peccatoris: quo tuū quondā caput impinguare solebant. Laudamus te: quoniā tu facis vnde. Nō nos sane adulamur: sed in te dei munere adimpletur: qđ psallis. Qui timēt te videbunt me ⁊ letabunt: q: in verbo tuo supersperaui. Et item Collaudabunt multi sapientiā eius. En tuā quā plures predicant sapientiā: sed qui prīmē detestati sunt, insipientiam. Volo te taliū preconus delectari: qui tam timeant palpare vitia: q̄ detractare virtutibus. Veri isti sunt laudatores qui ita bona laudare soleant: vt lactare in malis non nouerint. Sunt enim ficti laudatores: veri autem detractores quos scriptura commemorat dicens. Vani filii hominū mendaces filii hominum in stateris: vt decipiant ipsi de vanitate in idipsuz. Hi plane sunt deuitandi: iuxta consilium sapientie dicentis. Fili si te lactauerint peccatores: ne acquiescas eis. Habent ergo ⁊ lact oleum peccatores: suaue quidē/ sed venenosum: sed mortiferū. Molliti sunt, inquit sermones eius: hoc est adulatoris: super oleum ⁊ ipsi sunt iacula. Habet oleū ⁊ iustus sed misericordie/ sꝫ sanctificationis: sed leticie spiritalis. Habet etiā vinū: qđ anime insolētis infundat vulneribus. Siquidē dolentis: ⁊ quā corde viderit esse contrito: oleo misericordie consueuit delinire tristiciam. Ubi corripit vinū infundit: oleū cū blanditur. Et quidem vinū absq; odio: oleū sine dolo. Proinde nō ois laus adulatio: sicut nec ois reprehēsio de animi rancore descēdit. Beatus qui dicere pōt. Corripiet me iustus in misericordia ⁊ increpabit me: oleū aūt peccatoris non impinguet caput meū. Qđ vbi longe fecisti a te: dignū te probasti oleo: ⁊ lacte sanctorum Querant sibi iā in paruulis babylonis: dulces sed truces matres: quibus lac mortis emulgeant: quos blandis mulceāt fauoribus: ac flāmis nutriant sempiternis. Nam ecclesie alumnus ex vberibus sapientie lactis melioris expertus dulcedinem: iam in eo cepit crescere in salutē: iam ⁊ ex eo satiat⁹ eructat dicens. Meliora sunt vbera tua vino: fragrantia vnguentis optimis. Et hoc ad matrē. Verū itē gustato ac probato q̄ suauis est dn̄s: vt vere patrē dulcissimū ait ad ipsum. O q̄ magna multitudo dulcedinis tue dn̄e: quā abscondisti timentib⁹ te. Impletū est profecto desideriū nostrū. Olim enim cuz dolens cernerē tāta te auiditate de labijs adulātiū: mortis escā peccati sugere fomitē: optans tibi ⁊ gemens: intra me aiebā. Quis mihi det te fratrē meū sugentē vbera matris mee: Sint procul a te iā blandi ac fraudulenti lactatores: q̄ cū in faciem te benedicerēt: probris omniū atq; ludibrijs exponebant: ⁊ eorum presens euge: orbis tibi fabulā pariebat: immo te fabulā orbi. Si musitant etiā nunc dictro illis. Si adhuc vobis placerem: xp̄i seruus nō essem. Quibus in malis placuimus: eque ⁊ in bonis placere nō possumus: nisi forte mutari prius incipiant ⁊ ipsi odisse qđ fuimus: ⁊ sic demum qđ sumus diligere.

¶ Due nostris temporibus orte sunt in ecclesia noue ⁊ execrāde presumptiones: quarū vna vt pace tua cōmemorē: tua est illa pessime cōuersationis insolentia. Sed hec auctore deo emēdata est/ ipsi ad gloriā: tibi ad coronā: ad gaudiū nobis: oib⁹ ad exemplū. Potest etiā facere deus vt citius ⁊ sup altera consolemur. Qua sane odiosam admodū nouitatē: ⁊ vereor pferre in mediū: ⁊ pretermittere grauor. Urget quippe linguam in verba dolor sed timor ligat. Timor dūtaxat ne quē offendam si palā fecero qđ me mouet: qm̄ veritas nōnunq̄ odiū parit. Verūtamen de hm̄ōi odio: ipsam que parit illud ita me audio cōsolantem Necesse est ait vt veniāt scādala. Nec me vt estimo tangit omnino qđ sequit. Ve autē homini illi/ per quē scandalum venit. Cū em̄ carpuntur vitia: ⁊ inde scandalū orit ipse sibi scādali causa est: q̄ fecit qđ argui debeat: nō ille qui arguit Deniq; nec cautior sum in verbo nec circūspectior in sensu illo qui ait. Melius est vt scandalū oriatur: q̄ veritas relinquatur Quāq̄ nescio quid prosit: si qđ mundus clamat: ego tacuero: omniūq; passim naribus infecto fetore solus dissimulo pestem nec audeo nasuz contra pessimū putorē propria munire manu. Cuius em̄ cor nō indignat: cuius vel cīā lingua nō submurmurat: dyaconū ɔtra euangeliū deo ⁊ mām̄one pariter ministrantem. Sic quippe sublimatū honoribus ecclesiasticis: vt nec episcopis inferior videat: sic implicatū militaribus officijs: vt pferatur ⁊ ducibus. Rogo quid hoc est monstri: vt cū ⁊ clericus ⁊ miles simul videri velit: neutrū sit: ⁊ pro sacris vtrobiq; abusio/ siue q̄ dyaconus mense regie deputet ministerio: siue q̄ regis dapifer mysterijs altaris inseruiat. Quis sane nō miretur: immo ⁊ detestet vnius esse persone: ⁊ armatū armatam ducere militiā: ⁊ albe stolaq; indutū: in medio ecclesie pnunciare euāgeliū: tuba indicere bellū militibus: et iussa episcopi populis intimare: Nisi forte q̄ intolerabilius est erubescit euangeliū: de quo vas electionis admodū gloriat: ⁊ cōfundit videri clericus: magisq; honorabile ducit putari se militem: curiā ecclesie prefert: regis mensam altari xp̄i ⁊ calici dn̄i calicē demoniorū. Qđ plane credibilius ex eo videt: q: cū honores non paucos sed quantos/ nec canones nisi inuiti patiūtur: teneat in ecclesia: vnius tamen quē ⁊ in palatio assecutus est: magis (vt aiūt) gloriatur ex noie: quem ceterorum: quolibet appellari. Cumq; sit archydiaconus/ decanus/ prepositusq; in diuersis ecclesijs nihil horū tamen tam eū q̄ regis delectat vocitari dapiferū. O noua et exosa peruersitas. Ita ne plus decet hois q̄ dei famulū nominari: ac terreni q̄ celestis regis dici officialē altioris ducitur dignitatis: Qui clero militiā: forū anteponit ecclesie: diuinis profecto humana: celestib⁹ preferre terrena cōuincitur. Ergo pulchrius est vocari dapiferū q̄ decanum/ q̄ archidyaconū: Et quidē sed laico nō clerico: militi non dyacono. ¶ Mira sed ceca ambitio: magis imis q̄ summis delectari: ⁊ cui funes ceciderāt in preclaris: insatiabili desiderio amplexari stercora: ⁊ pro nihilo habere terram desiderabilē. Confundit penitus ordines: ⁊ vtroq; officio delicate satis abutit: dū ⁊ hinc eū delectat pompa: nō militia secularis: ⁊ illinc questus/ non cultus religionis. In quo quis facile non aduertat: quantū sit dedecoris: nō minus vtiq; regno q̄ sacerdotio: Ut enim clericalis constat non esse dignitatis regū stipendijs militare: sic nec regie maiestatis: rem fortiū administrare per clericos. Deniq; quisnam regū sue vnq̄ militie clericū pfecit imbellē: ⁊ nō magis quēpiā fortissimū ex militibus: Quis itē aliquando clericoz eque sibi nō iudicauit indignū· laice cuiusuis persone mancipari obsequiis: Ipsum certe qđ gestat in capite signū: plus regius decet fastus q̄ famulatus. Itemq; regale fastigiū magis armis q̄ psalmis innititur. ¶ Sane si alteri forte, vt assolet accessisset qđ detrahit alteri/ quo vel regis videlicet humiliatio clericuz amplius sublimasset: aut clerici certe deiectio/ regis cōtulisset honori/ vt verbi grā. Si nobilis aliqua mulier viro nubat plebeio: illa quidē minuit ex illo sed ex illa crescit ille: si ita inq̄ vel rex ex clerico: vel clericus ex rege proficeret: malū qđ ex parte fuisset: vtcunq; forsitā tolerari debuerat. Nūc autē cū vtriuslibet diminutio neutrū pue hat: sed sue potius alterutrū plurimū detrahāt dignitatis: qm̄ nec clericū decet regis vt dictū est esse vocarive dapiferū: et nihilominus regē nisi in manu vtiq; fortiū regni gubernacula possidere: mirū valde quomodo vtraq; potestas hoc patit: q̄ vel ecclesia non abijcit dyaconū militarē/ vel curia clericū pncipē non cōtēnit. Et acrius istaz multiplicius inculcare volueram ac fortassis debuerā: nisi ep̄laris breuitas supersedenduz indiceret. Maximeq; q: te offendere veritus sum: peperci homini: quippe quē tibi aiunt familiaribus iam olim amicitiis esse deuinctū. ¶ Sed nollē te habere contra veritatem amicū. Si tamen persistis: verū te amicū pba: ⁊ da operā quomodo ⁊ ipse amicus sis veritatis. Tūc demū vere erunt amicitie: si veritatis fuerint federate consortio. Quod si ille nō acquieuerit tibi: tene qđ tenes/ hostieq; caudā iunge capiti/ ac tunicā dei gratia iam polimitā iura facere ⁊ talarē: qm̄ cepisse nil proderit si (qđ absit) non perseuerare contigerit. Et hic sit epistole finis/ vbi tu de fine boni commonitus es.

¶ Ad abbatem Lucam. Epistola. lxxix.

Bonū nobis de te charissime: ⁊ bonū valde rarū ostendisti: dū minoris te nō solū nō cōtempseris monita: sed gratias insuper retuleris monitori: prudenter vtiq; nō a quo/ sꝫ qđ monereris attendens. Gratias ago ⁊ ipse deo: q̄ mea psumptio gratiā egit mag' q̄ indignationē meruerit. Tenentes itaq; tue tante humilitatis insigne: ampliori iam fiducia monemus/ qđ ⁊ prius monuimus. Obsecramus per sanguinem filii q̄ p aiabus fusus est: ne tanti emptaz paruipendatur periculū: qđ maxime ⁊ viroz et feminarū cohabitatione non immerito timetur ab his q̄ in schola dei diu iā contra dyabolicē tentamenta luctari: ppria experientia edocti dicere possunt cū apostolo. Non em̄ ignoramus astutias eius. Deniq; q̄ non negligenter te oporteat audire nō meū/ sed ipsius apostoli de hac re consiliū: immo preceptū aperte clamantis. Fugite fornicationē istius nunc tā turpiter lapsi fratris: sup quo ⁊ nostrā dignatus es cōsulere paruitatē: te doceat experimentuz. De quo quidē miror qđ tibi visum fuerit me tā remotū expetere consultorē cū prope habeas virū sapientē nostri ordinis: et tui precipue domus amatorē· vvilhelmū scꝫ abbatē sancti theodorici. Sed ⁊ apud premōstratū nō ambigo viros esse consilij qui in rebus dubijs enodādis: ⁊ prudentes sint ⁊ fideles. Verūtamē q: sic tibi placuit: videris tu cur ita placuerit: ego labia mea nō prohibebo. Si frater casum suū quātūlibet grauē quātūlibet turpē: prior ipse cōfessus fuisset: ⁊ curandus foret ⁊ nō effugandus. Nunc autem quoniam tanti mali aliunde feror emersit:

Marginal references: pš. cxlij. — Eccli. xxxix. — pš. lxj. — puer. j. — pš. cxl. — Canti. j. — pš. xxx. — A — mat. xviij. B — C — D — E — ij. Cor. j.

emersit nihilominus quidem eius si fieri potest curationi ope
ram dare necesse est: sed aliter. Fortassis enim non expedit/ vt
vlterius apud vos remorari sinatur: ne forte qđ te nō immeri-
to quidem timere scripsisti: pusillus ꝛ nouellus grex hmōi tabe
cōtaminetur. Nec tñ filio quātūlibet peccatori paterna omni-
no claudēda sunt viscera. Arbitror autē ꝛ patri piū ꝛ filio tutū
esse cōsiliū: si queras ei quomodo in aliqua e remotioribus do
mini norberti domibus recipiat: vbi sub districtiori discipli-
na mutato loco nō proposito penitentiā agat: donec quādoqȝ
cū tibi visum fuerit ad locū propriū reuocet. Nam ad nostrum
ordinē vt trāseat vestro fortassis non expedit. Et quidem qđ
scripsisti illū sepe dixisse nostra se promissione tenere: qꝛ euȝ si
cum licentia veniret susciperem⁹: hoc in nr̄a presentia etiā' ipe
negauit. Sane si tibi nō placet vsqȝ eū ḋ illorū dixi locoꝝ mit
tere ad habitādū: aut te volente iste forsitā nō consentit: aut
cum vtriqȝ cōplaceat: forte non inueniatur ḋ eū recipere velit:
tunc oportet vt aut vrgente necessitatis causa: quocūqȝ ad sal
uandā aiam suā ire voluerit: cū litteris dimittat: aut dispēsan
te pietatis gratia/ in suo loco retineatur: si tamen persentiri
potuerit quomodo ibidē ois ei occasio iterandi/ aut seminan-
di hanc turpitudinem penitus subtrahat. Et de isto ista suffi-
ciant. Est aliud apud vos de quo ea presumptione qua soleo
non cunctabor dicere qđ sentio. De molendino illo dico ꝙ cō
uersi custodientes feminarū pati coguntur frequētiā. Si mihi
creditur vnū e tribus fiet. Aut videlicet feminaꝝ accessus om
nimodis a molendino prohibebit: aut molendinū cuicunqȝ ex
traneor non conuersis custodiendū cōmittet: aut idē omnino
molendinum relinquetur.

Ad Guidonem abbatē molismēsem. Epistola. lxxx.

Quanto tibi in hac quā audiui tua aduersitate af
fectu condoleā: nouit affectuū deus omnium co
gnitor: bonorū immissor. Sed rursum cū conside
ro non per quē sed a quo immissa sit hec tribula
tio: quantū tibi de presenti molestia cōpatior: tā
tum de prosperitate mox futura spero congratu
lari. Si tamen ꝛ tu cōsiliū in perturbatione nō amittendo id-
ipsum mecū sapias: ꝛ de manu dn̄i mala sicut ꝛ bona cū sancto
iob equanimiter suscipias: immo exemplo sancti dauid: nō tā
his: ꝛ si seruis tuis pro tantis malis indignari qȝ sub potenti
manu dei qui proculdubio illos misit ad malefaciēdū tibi hūi
liari te oportere scias. Verū qꝛ ꝛ ad te constat pertinere corre
ctionem illorū: vtpote seruoꝝ ecclesie tibi cōmisse: dignū est vt
pro tam nefaria presumptione serui neqȝ corripiant: ac de re-
bus eorū dānū monasterij aliqua ex parte recompensetur. Sȝ
ne tuā magis in hoc vlcisci iniuriā: qȝ illoꝝ ferire culpā videa
ris: rogo: rogansqȝ consulo: ne tam qđ illi digni sunt pēses: vt
qđ tibi dignū est non consideres vt videlicet misericordia iu-
dicio superexaltetur: ꝛ in tua modestia deus glorificet. Porro
illum filiū tuū: mihi quoqȝ propter te ꝛ propter seipsum satis
charū: ore tuo nostro spiritu cōmonemus: vt non eatenus sua
ꝛ si iusta indignatione debacchetur: quatinus dominici illi⁹ pre-
cepti obliuiscatur: quo percutienti vnam maxillam prebere iu
bemur et alteram.

Mat. v.

Ad Gerardū abbatē pultariensem. Epistola. lxxxi.

Scripsisse me aliquid ad comitē niuernensem in
tue persone accusationē: nec recordor: nec verū
est. Ceterū si pro ecclesia tua ad eundē principē
litteras misi/ hoc nō aduersum te: sed pro te egis
se me arbitror. Siquidē audierā ipsum tuo ꝛ as-
sensu et consilio proposuisse venire ad visitandū
vos: ad probandū de tantis malis que de domo vestra diuul-
gabantur/ an vera essent: aut cuius culpa essent: vt qđ forte si-
nistrū reperiret: ibidē eius ꝛ studio ꝛ sollicitudine corrigeret.
Cuius tam iustū ꝛ tam piū propositū si hortatu nostro robora
re curaui: cur te inde lesum iure conquereris non video. Pu-
to enī me recte fecisse si de domo dei zelum dei habēs: ei⁹ pro
uidentiam ḋ emendaturus erat cōmonui. Quod autem ex aucto
ritate scripture arguis me peccasse: quasi qui prius te non cor
ripuerim: scito me nullam de persona tua querelam habere: sȝ
solū vt pax fiat in eccl̄ia tua ex charitate ꝓcurare. Deniqȝ ipsi⁹
rei veritatem plenius cognosces: si ad nos causam ipam (vt di
cis) attuleris. Poteris autē hic me inuenire: quacūqȝ instātis
ebdomade die libuerit.

Ad abbatē sancti Johānis Carnotēsis. Epi. lxxxij.

De ea de quibus nostrā curasti consulere paruita
tem: primū quidē nō respōdere statuerā: nō ꝙ du
bitauerim qđ respōdere deberē/ sȝ qꝛ viro cōsilij
cōsiliū dare: aut ꝑsumptuosum iudicabā/ aut su
perfluū. Ceterū cogitās ꝙ plerisqȝ immo cūctis
pene ꝯtingere sapientibus solet: in rebus videli
cet dubijs plus alieno se qȝ proprio credere iudicio: ꝛ ḋ aliorū
facile ambigua queqȝ elucidant: in suis cōsueuerūt scrupulo-
sius hesitare/ sta tutū nō (vt arbitror) irrationabiliter frāgo: sȝ
simpliciter pando qđ visum est mihi: non preiudicans sani⁹ sa
pienti. Significasti mihi (ni fallor) ꝑ viꝝ religiosum visum ab-
batē sancti dionysij: suggeri tibi a cogitationibus tuis dese-
rere patriā: domiqȝ cui deo auctore ꝓrees: ꝛ ꝑgere hierosoly-
mam: vacare deinceps deo: viuere tibi. Et quidē tendenti ad
perfectionē patriā relinquere fortassis expediat: dicente deo.
Exi de terra tua ꝛ de cognatione tua: sed qua ratione curam
tibi creditā animarū exponere debeas: oino nō video. Quid
enim? Blanditur deposite sarcine libertas? Sed charitas
non querit que sua sunt. Forte quietis prouocat ꝛ ocij gustus
suauior? Sed euacuatur dispendio pacis. Libenter carebo qȝ
tolibet etiā spirituali questu: qui nō possit acquiri nisi cū scan
dalo. Vbi enim scandalū: ibi proculdubio charitatis est detri
mentū. Vbi aūt diminutio charitatis: miror qđ vel quale pos-
sit spiritalis exercitij sperari lucrū. Deniqȝ si propriā quisqȝ de
tem cōi ꝓtulerit vtilitati: qs iā veraciter dicere poterit: mihi vi
uere christus est/ ꝛ mori lucrū? Vbi erit qđ iterū dicit aposto-
lus: nemo sibi viuit: ꝛ nemo sibi moritur? Et nō qđ mihi vtile
est: sed qđ multis. Et vt qui viuit nō iā sibi viuat/ sed ei ḋ pro
oībus mortuus est? Sed dicis. Vñ ergo mihi tantum desi
deriū ex deo non est? Pace tua dixerim qđ sentio. Aque furti
ue dulciores sunt: ꝛ huiusmodi omni (vt ita loquar) absinthio
amariorē dulcedinē ab angelo sathane sub ꝑtextu angeli lu-
cis: sitienti corde tuo infundi non dubitat: quisquis eius astu
cias non ignorat. Et reuera quis alius possit scādaloꝝ eē sug
gestor: dissidij auctor/ turbator veritatis ꝛ pacis: nisi veritatis
aduersarius: charitatis emulus: hostis antiquus generis nr̄i:
ꝛ inimicus crucis christi diabolus? Siquidē is cuius inuidia
mors intrauit in orbē terrarū: etiā nūc bonis que te facere vi-
det inuidet: ꝛ cū sit mendax ab initio mētit ꝛ nūc meliora polli
cens ḋ nō videt. Qñ nanqȝ veritas fidelissime illi sententie ob
uiaret. Alligat⁹ es vxori: noli querere solutionē? Aut quando
charitas scādalū suaderet: ḋ ad oīa scādala vri se perhibet?
Ille ergo inqȝ: ille nequissimus/ ꝛ charitati per liuorē: ꝛ ꝑ mē
daciū veritati cōtrarius: falsum mel cū vero felle permiscēs dn̄i
promittit dubia ꝓ certis: immittit etiā vera ꝓ falsis: nō vt cō
ferat qđ frustra speras: sȝ vt auferat qđ fructuose tenes. Cir-
cuit ꝛ querit qualiter ouibus curā pastoris subripiat: dum nō
erit qui eripiat/ ꝛ nihilominus pastorē illi horrēdo maledicto
subijciat. Ve illi per quē scandalū venit. Sed confido de patiē
tia tibi a deo data: ꝙ nullis maligni versutijs abduci vel sedu
ci poteris: spe incerti boni certū inire malum: ꝛ eque certū de-
serere bonum.

Gen. ij. A

Philip. j.
Ro. xiiij.
j. Cor. x.
ij. Cor. v. B

j. Cor. vij.

Mat. xviij

Ad Symonem abbatem sancti Nicolai. Epistola. lxxxiij.

Persecutionē quā propter iusticiā pateris: per litte
ras tuas nō sine cōpassione cognoscētes: licet xp̄i
consolatio de promissione regni tibi sufficiat: tamē
nos qđ nostrū est: ꝛ cōsolationē quā possumus: et
consiliū quod intelligimus sanū fideliter exhibe-
mus. Quis enim sine anxietate videat petrū de medijs flucti
bus brachia tendentem: sine dolore audiat columbā xp̄i non
cantantem sed gementem tanqȝ que dicat. Quomodo canta-
bim⁹ canticū domini in terra aliena? Quis inqȝ sine lachry-
mis lachrymas ipsius xp̄i de limo ꝓfundi etiā nūc leuātis ocu
los suos in montes: vñ veniat auxiliū sibi respiciat? Verūtamē
nos ad quos ꝓ hūilitate tua respicere te dicis: montes nō su-
mus: sed ꝛ ipsi de cōualle lachrymaꝝ laboriosis conatib⁹ eni-
tentes aduersus renitentis inimici insidias: ac mūdialis ma-
litie violentiā tecū clamam⁹. Auxiliū nostrū a dn̄o: ḋ fecit ce
lum ꝛ terrā. Oēs quippe qui pie volūt viuere in christo: ꝑse
cutionē patiunt: ita vt cū eis nunqȝ desit pie viuere: non sem-
per tñ adsit ꝛ ꝑficere ꝓ bona voluntate. Sicut enī impiorū est
piis bonoꝝ propositis assidue reluctari: sic contra pietatē non
est ꝓpter multitudinē aduersantiū: quis iustaꝝ sancta deside
ria paucoꝝ plerūqȝ nō perfici. Sic aaron sceleratis tumultuā
tis populi contra voluntatē suā clamoribus cessit. Sic samuel
eidē populo inordinate regem petenti: inuitus saul inunxit:
sic dauid cū vellet deo ꝯstruere tēplū ꝓpter infestantiū tamē
bella inimicoꝝ: qꝛ vir bellicosus erat/ ꝓhibit⁹ est facere qđ san
cte ꝓposuit. Simili forma tibi pater venerande consulimus: vt
tñ sapientioꝝ ꝯsilio nō preiudicemus: quatinus ad tp̄s ꝓposi
ti tui tibiqȝ cōsentientiū rigorē sic tēperes: vt infirmoꝝ salutē
non negligas. Inuitandi quippe sunt ad artiorē vitā nō cogē
di: quibus vtiqȝ semel in ordine illo cluniacensi preesse con-
sisti. Illis autē ḋ altius viuere desiderāt: aut cōdescendere im
becillioribus ex charitate (quantū sine peccato possunt) suadē

Ps. cxxxvi.

Ps. cxx.
ij. Thi. iij. C

Exo. xxxij.
j. Reg. x.

dum est/ aut ibidem tenere qđ cupiunt: permittendū si absq̃ vtrarūq̃ partiū scādalo fieri potest: aut certe de congregatione liberos dimitti: fratribusq̃ alijs ſm eorū propositū viuentibus sociari oportet.

¶ Ad eundem. Epistola.

PRouide et videtis ⁊ non frustra erronea ouicula vestra contra morē nostrū a nobis/ non nobis ſʒ sibi ⁊ vobis detenta est: cū tali circūuentione immo vtili subuentione ⁊ fratri pro artioris vite desiderio: ⁊ pro fratris reditu vestre tandē nihilominꝰ voluntati satisfactū sit. Hec aūt dico nō vt nostram erga vos in hoc velim cōmendare beniuolentiā: quā per quicquid facere possum: vix sufficerē sicut est demonstrare: sed vt certū habeatis qđ ante vobis dixisse me memini: q2 sepe inqetos animos: quibus sua in qua sunt vita non sufficit/ districtior experta cōpescit. Consiliū nostrū super ipso fratre recōsiliato/ velle vos scripsistis audire: sed non putaui necesse fore/ cum paratus veniat non suā vt solet a vobis extorquere: sed vestre vt decet in omnibus voluntati acquiescere. Difficultatē ingressus: quam valde timet: p ipso ⁊ cū ipso supplicamus pie temperari/ ⁊ aliquanto mitius cū eo agi/ q̄ cū ceteris solet fugitiuis. In similibus enim factis causa dissimilis simile recusat iudiciū. Multum quippe differūt a se: q̄ timore aut odio religionis de monasterio fugit: ⁊ qui eiusdē amore ⁊ desiderio transit ad aliud.

¶ Ad vvillelmum abbatem sancti Theodorici.

Epistola. lxxxiiij.

QUod me huiusmodi operi operā dare iubes per qđ dolendū sit scandalū de regno dei libēter accipio: ſʒ quomodo id velis fieri: necdū satis elucet mihi. Nam illā tuā dulcissimā epistolā legēs ⁊ relegens (sepius quippe repetita placebat) intellexi quidē te velle vt illis q̄ de nobis tanq̄ detractoribus cluniacensis ordinis conquerunt satisfaciā: quatinus videlicet sciatur non esse veruʒ qđ male huc usq̃ de nobis putarūt vel putari voluerunt. At si post hanc satisfactionē rursus victus eorum ac vestitus superfluitatem ⁊c. que subiungis quemadmodū iniungis capere voluero ⁊ mihi videbor contra dicere/ ⁊ quomō sine scādolo facere queam non video. Nisi forte ⁊ ordinē quidē laudabilē ⁊ ordinis reprehensores reprehen sibi ieo doceā: ⁊ nihilominus tamen ipsius superflua reprehēdam. Si hoc modo vis aut forte aliter magis expedire vides manda apertius/ ⁊ vt valeam quodvis eo modo quo vis ora instantius. Scito tamē nō modico me in huiusmodi scriptitationibus feriri detrimento: q2 multum hinc mihi deuotionis subtrahitur dū studium orationis intermittitur/ presertim cū nec vsus suppetat dictandi nec ocium.

¶ Ad eundem: Epistola. lxxxv.

SI nemo scit que sunt in homine nisi spiritus hominis qui in ipo est si sola in facie videt hō q2 solus deus intuetur cor/ miror nec sat mirari possum: quomō/ quave ratione tuā atq̃ meā adinuicem dilectionem pensare vel distinguere potuisti quatinus non solum de proprio ſʒ ⁊ de alieno sententiā corde proferres. Error siquidē est hūane mentis nō modo bonū putare malū/ ⁊ malū bonū: aut verū falsum ⁊ ecōuerso: sed etiā certa recipere pro dubijs/ dubia p certis. Forte verum est qđ dicis: minus scʒ a me amari te q̄ me diligis: ſʒ certe certus sum/ certū non esse tibi. Quomodo ergo p certo affirmas/ de quo certū est q2 certus minime sis? Mirum paulus se suo iudicio non credit: sed neq̃ inquiens meipsum iudico. Petrus luget suā quā se fefellerat presumptionē cū de suo loqueretur dicens. Et si oportuerit me mori tecū non te negabo. Discipuli de pditione dñi nec in suis fidētes conscientijs singuli respondebant. Nunquid ego sum dñe? Dauid suā de se ignorantiā fatetur orans ⁊ clamans: ⁊ ignorantias meas ne memineris. Tu vero nescio qua fiducia nō solū de tuo sed ⁊ de meo corde tā aperte declamas vt plus amās inquiens: minus diligar? Hec quippe sunt verba tua q̄ nollem fuisse tua quia nescio si sunt vera. Sed ⁊ tu si scis: vnde scis? Unde inq̄ probasti magis nos a te diligi: q̄ te a nobis? An ex hoc qđ in tuis litteris subiunxisti: q2 videlicet q̄ vadūt ⁊ veniūt: per te de nostris nullū tibi a nobis deferūt monimentū gratie vel amoris? Qđ vero monimentū/ qđ amoris experimentū a nobis requiris? Nunquid forte scrupulū mouet tibi: q2 ad plura iaʒ tua ad nos scripta/ nec dū vel semel rescripsi? Sʒ qñ ego maturitatē sapiētie tue delectari posse putarē scriptitationibus imperitie mee? Sciebā eñ q̄ dixit. Filioli nō diligamus verbo neq̃ lingua: ſʒ opere ⁊ veritate. An vo vnq̄ opere meo opus tibi fuit et defuit. O scrutans renes ⁊ corda deus/ q̄ vnus sol iusticie diuersa seruoꝝ tuoꝝ corda diuersis gratijs velut radijs illustras: q̄ diligā illū ex dono tuo: ⁊ suo merito tu scis/ ⁊ ego sentio. Quatinus aūt diligā tu scis/ ego nescio. Tu inq̄ dñe qui dedisti/ scis quantū dedisti: vel illi me vel mihi illū amare. Et quomodo aliquis nostrū cui tu nō dixisti/ audet dicere plus amās minus diligor/ nisi forte q̄ iā in lumine tuo videat lumē suū. i. in lumine tue veritatis agnoscat quantū ardeat igne charitatis? Ego aūt dñe interim ꝯtentus videre in lumine tuo tenebras meas: quoadusq̃ visites sedētē in tenebris ⁊ vmbra mortis/ ⁊ per te reuelenꝫ cogitationes cordiū: ⁊ manifesta fiant abscondita tenebrarū: fugatisq̃ tenebris iā non videatur in lumine tuo nisi lumē: sentio quidē de munere tuo q̄ eū diligā ſʒ necdū video in lumine tuo: si vel satis diligā. Neq̃ eñ scio si iā puenerim ad illā qua nemo maiorē habet dilectionē: vt animā suā ponat qs p amicis suis. Nā qs gloriabiꝫ casū se habere cor necdū perfectū? O dñe q̄ illuminas lucernā meā/ qua iā video ⁊ horreo tenebras meas. Deus meus illumina ipsas tenebras meas/ vt videā ⁊ gaudeā ordinatā in me charitatē/ sciens ⁊ diligens que diligenda sunt: ⁊ quātū ⁊ ad qđ diligenda sunt: me quoq̃ nolens diligi nisi in te/ ⁊ quantū diligendus sum. Ue et enim mihi si qđ valde vereor/ aut ego plꝰ ab illo q̄ merui/ aut ille a me minus q̄ dignus sit diligaꝫ. Uerūtamen si meliores magis diligendi sunt/ sunt aūt meliores q̄ magis diligunt: qđ aliud dixerim q̄ illū plus me diligere: quē meliorē esse nō dubito me vero minus illū q̄ debeo q2 minus valeo? Sʒ quanto in te (tibi pater dico) maior est charitas/ tāto minus contēnenda est a te nostra possibilitas. Quia ⁊ si plus diligis qm̄ plus vales/ nō tñ plus diligis q̄ vales. Nos aūt ⁊ si minus diligimꝰ q̄ debemus: diligimus tñ q̄tū valemus. Tantū autē valemꝰ quantū accepimus. Trahe nos post te vt te apprehendamus: ⁊ tecū amplius accipiamꝰ vnde largius diligamus. Quid ergo tu niteris nos apprehendere ⁊ quereris nō posse quos apphendisti si attendisti: ⁊ adhuc facere poteris: cum volueris quales quidē sumus non quales sperabas? Nescio quippe qđ aliud intueris in nobis qđ nō habemus: ⁊ sequeris p nobis qđ non sumus. Ideoq̃ nō cōsequeris q2 nō sufficimus: ⁊ vt deniq̃ in epistola tua iuste causaris: deus tibi in nobis/ non nos deficimꝰ. Nunc vero si talia placent qualia modo nugatus sum mandato ⁊ adijciā: vt cū obediero presumptionis nō timeā notā. De faciūcula quā tibi mitti iussisti nō habui modo ad manū. Neq̃ enim adhuc dictauerā: quia nec necessariū esse putabā. Quicquid vel tibi vel amicis tuis recteris qui dedit velle: det ⁊ pficere pro bona voluntate omni mihi amicitie iure colende pie ac reuerendissime pater.

D

¶ Ad eundem. Epistola. lxxxvj.

PAter. B. de claraualle/ suo illi q̄ suo. Hanc mihi tu salutationis formulā tradidisti: scribendo suus ille qđ suus. Accipe qđ tuum est: ⁊ agnosce vsurpationē vnanimitatis esse indiciū: ⁊ cū quo est mihi cōmune verbū animū nō distare. Iā ad tuas litteras breuiter pro tempore respondendum est. Que cū mihi in manus venerūt natalis dñe nře dies festus illuxerat: cuius me totū iure sibi deuotio vendicās: nihil aliud cogitare sinebat. Sed ⁊ nuncius repedare festinans vix vsq̃ in crastinū vt hec iā festo exoccupatus qualiacunq̃ rescriberē expectauit. Fugitiuuʒ itaq̃ fratrē dure a me vtpote durū corde increpatū: nil meliꝰ interim potui q̄ ad locū remittere vnde fugerat. Quippe quē iuxta nostras ꝯsuetudines domi absq̃ consensu abbatis sui retinere non debui. Oportet autem ⁊ a te eū similiter aspere increpari: ⁊ ad humilē prouocari satisfactionē: deinde tuis cōfortari litteris ad abbatē p eo directis. De infirmitate nostra nihil certius modo sciscitanti tibi indicare possum: nisi q̄ infirmus ⁊ fui ⁊ sum: nec minus solito nec multū plus. Te vero nō misi quē missurus erā/ causa est plus me animarū scādalū q̄ vnius corporis periculū timuisse. Iam ne qđ hoꝝ de quibus mādasti oīno ꝑtermittā/ venio etiā ad te. Uelle te audire scripsisti/ q̄ te ego tanq̄ qui oīa tua norim facere velim. Sed hoc (nisi fallor) si modo dicerem: nec tu posses nec ego cōsulerē. Uolo eñ ⁊ ipe qđ te velle de te iā olim nō latet me. Ceterū mea atq̃ tua eque vt equū est voluntate postposita: magis q̄ velle deū de te puto: ⁊ mihi vt tibi suadeā tutū duco: ⁊ tibi si ꝑsuadeā/ nō incōmodū. ¶ Tene itaq̃ meo cōsilio qđ tenes/ mane in quo es: ⁊ stude pdesse dbꝰ prees: nec preesse refuge: dū pdesse potes: q2 ve quidē tibi si prees: ⁊ nō prodes: sed ve grauius si quia preesse metuis/ pdesse refugis.

E

¶ Ad Ogeriū canonicū regularē. Epistola. lxxxvij.

TOtis viscerībꝰ charitatis amplectēdo/ fratri ogerio canonico: frater. B. monachus ſʒ peccator digne deo cōuersari vsq̃ in finē. Si tibi ad tuas litteras tardius videor rescripsisse/ noueris potius opportunitatē nunq̄ defuisse. Quas eñ nunc primū legi/ iam

Marginal notes (left column): i. Cor. iiij. — mat. xxvj. — Ibidem. — ps. xxiiij. — i. Cor. iij.

gis iam dudũ crede dictatas. Sʒ vt dixi ꝓpter latoris inopiã tardaui mittere qđ scribere nõ tardaui. Legi itaqꝫ in tuis litteris te illã quã grauiter ferebas cure pastoralis sarcinã deposuisse licentia siquidẽ ab episcopo vix impetrata: immo extorta tua importunitate. Et hoc non aliter: nisi vt in eius episcopatu quocunqꝫ alibi manens ab eius subiectione non recederes. Tu vero cum tibi hoc nõ placeret archiepiscopũ adiens ꝛ ab ipso tanq̃ superiori auctoritate securitatẽ accipiẽs: ad priorem locũ ꝛ ad tuũ abbatẽ reuersus es. Ubi qualiter post hec viuere debeas a me doceri flagitas: egregio vtiqꝫ doctore ꝛ magistro incõparabili. Qui cũ cepero docere qđ nescio: vel sic incipiet sciri q̃ nihil scio. Ita ne lanã querit ouis a capra: aquã

A

molendinũ a furno: verbũ sapiens a stulto? ¶ Preterea per totẽ seriẽ litterarũ attollens me supra me / multũ de me laudabilia intermisces. Quorũ qr ipse mihi cõscius nõ sum: et tue hec beniuolentie ascribo / ꝛ ignosco ignorantie. Tu eñ vides in facie / deus in corde. Sub cuius tremendo aspectu si sollicite me circũspicio / certũ est q eo ipse mihi notior sum q̃ tibi quo propinquior. Ideoqꝫ magis credo mihi de me videnti me: q̃ tibi opinãti de me q nõ vides in me. Qđ si qđ forte a me audisti: qđ possit prodesse tibi / gratias deo age in cuius manu sunt ꝛ nos et sermones nostri. Satisfacis etiã mihi pro eo q cõsiliũ meũ non tenueris / confortantis tex monẽtis animo nõ frangi / pusillanimitate nõ vinci: sʒ portare patienter onus impositũ: qđ semel susceptũ deponere nõ licebat. De qua re ipse mihi sicut postulas satisfacio ꝓ te. Agnoscẽs siquidẽ sapientie mee siccitatẽ immo insipientie mee semper suspectã habẽs temeritatẽ: cũ nõ fit qđ fieri laudo: nec audeo nec debeo indignari desiderans queqꝫ cõsultius agere q̃ a me acceperit. Quotiens vero mea sententia eligit ac tenet: graui fateor onere me premi sentio rei finẽ semper pauidus ꝛ nunq̃ securus expectans. Uideris tu tamẽ si cõsulte meũ de hac re cõsiliũ mutaueris. Uiderint hi quorũ saniori si quorũ tamẽ super hoc fretus es consilio an rationabiliter egeris. Uiderint inq̃ si liceat xp̃iano iniunctã sibi dimittere obedientiã añ mortẽ cũ christus fact⁹ sit obediens patri vsqꝫ ad mortẽ. Etiã inquis per licentiã nã quesiui eam ab episcopo ꝛ accepi. Bene licentiã quidẽ quesisti / sʒ quo modo nõ licebat / ac per hoc nõ accepisti sʒ extorsisti. Extorta aũt seu coacta licentia / licentia nõ est sʒ violẽtia. Qđ ergo tua importunitate vict⁹ episcopus fecit inuitus / nõ fuit absoluere sed abrumpere. Cõgratulor quidẽ tibi q sis exoneratus: sʒ vereor ne deus a te quãtũ in te est exhonoratus sit. Cuius proculdubio ordinationi resistis / dum promotus ab illo tu te deiicis. Qđ si excusans paupertatis pretendis necessitatẽ: necessitas parit coronã. Si difficultatẽ: si impossibilitatẽ: oĩa possi

B

bilia sunt credenti. Sed respõde qđ verius est: qr scʒ placuit tibi magis quies tua q̃ vtilitas aliena. ¶ Nec mirũ. Placet fateor ꝛ mihi q hec quies placeat tibi: si tamẽ nõ nimis. Quocũqꝫ aũt horũ ita placet: vt si recte fieri nõ possit: placeat tamẽ fieri eo etiaʒ modo quo fas nõ est / nimis est. Ac per hoc iã quia bene nõ fit: nõ est bonũ. Scriptũ est eñ. Si recte offers ꝛ nõ recte diuidis peccasti. Aut ergo oportuit te gregẽ dñicũ mini

i.Cor.vij

sterũdũ suscipere: aut susceptũ nequaq̃ relinq̃re: iuxta illud. Alligatus es vxori: noli querere solutionẽ. Sed ad qđ nitor his ratiocinationib⁹? Nũquid suadeo tibi redire ad onus regiminis cũ iã nõ pateat locus recuperationis? Aut desperare te intendo: quasi q̃ te tali ligaueris culpa: quã iam soluere nõ possis? Absit. Sʒ tñ nolo te illud tanq̃ nullum vel paruũ malum negligere: immo semꝑ timere: semper penitere: semꝑ

puer.ij.

securũ nõ esse: sicut scriptũ est. Btũs hõ qui semꝑ est pauidus.

C

Uides certe quẽ timorẽ tibi incutere nitor nõ q̃ tibi sit laque⁹ desperatiõis sʒ qui spem acq̃rat beatitudinis. Est siq̃dẽ timor inutilis: tristis: crudelis: qui veniam quia non querit non consequitur. Est siquidem timor pius: humilis: fructuosus: q̃ cuilibet q̃tumlibet peccatori facile misericordiam promeretur. Talis timor generat: nutrit, ꝛ seruat hũilitatẽ sʒ mãsuetudinẽ sʒ patiẽtiã sed lõganimitatem. Quẽ nõ delectat tã inclita proles? Alterius ꝓo misera soboles est pertinacia: immoderata tristicia / rancor / horror / contemptus ꝛ desperatio. Non hoc ergo qui desperationẽ: sʒ illo qui generat spẽ: timens ne non timeres vel parũ timeres: tuã tibi culpã sic rememorandam esse putaui. Est etiã adhuc quo magis timeo tibi: ne forte sicut de

puerb.ij.

quibusdã scriptũ est q letant cũ malefecerint: ꝛ exultant in rebus pessimis tu quoqꝫ deceptus: nõ solũ hoc putes culpã non esse: sed insuꝑ qđ absit in corde tuo glorieris te magnũ aliqđ ꝛ qđ a paucis solet fieri fecisse: dũ q̃ emancipat⁹ etiã alijs preeras cõtẽnens prelationẽ rursus subdi prelato malueris. Falsa humilitas verã inducens superbiã in cor talia cogitantis. Quid nanqꝫ superbius q̃ spontanee ꝛ tanq̃ libere ascribere voluntati: qđ vel cogit necessitatis vis / vel pusillanimitatis infirmitas? Qđ si nec labore victus: nec necessitate cõpulsus sʒ vo

lens hoc fecisti: nihil hoc quoqꝫ superbius. Dei quippe cõsilio tuũ pretulisti: magis eligẽs tibi quiescere q̃ eius operi deseruire: ad qđ ipse te assumpserat. Si ergo vnde deũ cõtẽpsisti inde ad maiorẽ eius gloriaris cõtẽptũ: nõ est bona gloriatio tua. Sed caue gloriationẽ tolle ꝛ securitatẽ quatinus vtiliter semper sollicitus sis: semꝑ hũiliter pauidus: nõ illo: scʒ timore qui sicut iã dixi prouocat irã: sʒ illo q̃ mitigat. Qui horribilis timor si quãdo terrẽdo tuũ pulsauerit animũ: tacite suggerens tuũ obsequiũ deo esse nõ posse acceptũ: ꝛ q tua sit infructuosa penitentia: qr videlicet vñ deus a te offensus est: per te emẽdari nõ põt: ne ad momentũ quidẽ recipias: sʒ fidenter respõde ꝛ dic. Male quidẽ egi sʒ factũ est: ꝛ iã nõ põt nõ fieri. Quis scit si hoc mihi deus expedire prouiderit: ꝛ de malo meo ipse q̃ est bonus: bonũ mihi operari voluerit? Malũ ergo puniat qđ ego feci: bonũ autẽ maneat qđ ipse prouidit. Nostris quippe inordinatis seu voluntatibus: seu actionibus nouit bonitas dei vti semper quidẽ recte in sui ordinis pulchritudinem / sepe etiã pie in nostrã vtilitatẽ. O clementissima circa filios adam diuine pietatis recordatio: q̃ sua nõ desinit largiri beneficia: nõ solũ vbi nullũ inuenit meritũ: sʒ plerũqꝫ etiã vbi totũ videt cõtrariũ. Sed ad te redeamus. Scdm ergo duos timores qui supra distincti sunt volo te timere ꝛ non timere ꝓsumere ꝛ non presumere. Timere vt peniteas: non timere vt presumas. Porro presumere ne diffidas: nõ presumere ne torpescas. Agnosce frater quantũ de te cõfisus sum q̃ te tam acriter increpare tuũ factũ nec mihi satis probatũ tã audacter diiudicare nõ dubitauerim: cũ id forsitã rationabili⁹ a te actũ fuerit q̃ mihi huc vsqꝫ notũ sit. Neqꝫ enim tu in tuis litteris fortasse rationes illas quibus excusari posset hoc factũ ponere voluisti: vł ꝓpter tuã humilitateʒ: vel propter litterarũ breuitatẽ. De re ergo quã plene nõ noui suspensam relinquẽs sententiã: vnũ qđ fecisti irretractabiliter laudo: q videlicet deposito iugo regiminis: sine iugo tñ esse noluisti: sʒ amicã repetens disciplinã de magistro fieri denuo discipulus nõ erubuisti. Nã cũ pastorali vinculo solutus posses tui remanere iuris: siquidẽ promotio abbatis emancipatio filij est / tu tamen ac potestate tui nõ vtens sicut alijs dñari renueras: sic tibi quoqꝫ preesse timuisti: quiqꝫ vt magister esses aliorũ minus te iudicabas idoneũ: nec te quidem tibi credens tuus fieri discipulus cõtempsisti. Et merito qr qui se sibi magistrũ cõstituit / stulto se discipulũ subdit. Et quidẽ qđ alij de se sentiant ignoro: ego de me expertus suʒ qđ dico: ꝛ facilius imperare: ꝛ securius possuʒ preesse alijs multis q̃ soli mihi.

D

¶ Prudens ergo humilitas hũilisqꝫ prudẽtia fuit q nequaq̃ credẽs ad salutẽ te posse sufficere tibi alieno poti⁹ arbitrio deinceps viuere proposuisti. Laudo etiã q nõ nouum vel magistrũ vel locuʒ requisisti: sʒ ad claustrũ de quo exieras ꝛ ad patrẽ sub quo ꝓfesseras familiariter redisti. Rectius qppe fuit vt domus q̃ te nutrierat: sʒ pro fraterna charitate dimiserat exoccupatũ reciperet / q̃ de eius desolatione aliena gauderet. Qđ tñ in hoc epi licẽtiã nõ habueris: nolo vt negligenter ducas: sed aut per te aut per mediã personã quãtũ in te est satisfacere non differas. Post hec conuersare simpliciter inter fratres deuotus deo / magistro subditus / senioribus obediens / iunioribus cõtemperans / angelis placẽs / verbo vtilis / humilis corde / mansuetus ad oẽs. Caue autẽ ne qr olim in honore posit⁹ fuisti: etiã nũc te putes pre ceteris honorãdũ / sʒ magis humilẽ oĩbus exhibeas tanq̃ de ceteris vnũ. Nec eñ dignum est vt inde exigas honorẽ / vnde refugis laborem. Potest hinc etiã nasci aliud ꝑiculũ / ad qđ te premonitũ ꝛ ꝓmunitũ esse volo. Nam sicut oẽs ita mutabiles sumus vt plerumqꝫ quod heri volebamus hodie recusem⁹: ꝛ qđ hodie nolumus, cras desideremus sic q̃nqꝫ diabolo suggerente poterit contingere / vt ex memoria relicti honoris tuũ animũ pulset cupiditas / itavt omnia que viriliter ꝯtempsisti pueriliter desiderare incipias. Dulcescent aio que prius amara fuerunt / sublimitas loci / domus cura / rerũ dispensatio / obsequia famulorum / libertas tui / potestas in alios: intantũ vt prope reliquisse te peniteat qđ pri⁹ tenere grauabat. Cui pessime tentationi si vel ad horã, qđ absit) assensum prebueris / non mediocre damnũ incurres tue cõuersationis. En tota illius elegantissimi ꝛ eloquentissimi doctoris sapientia a quo doceri de tã longinquo postulasti. En illud expectatũ ac desideratũ eulogiũ: qđ audire tantopere studuisti. Haec summa nostre eruditionis. An adhuc aliquid magnuʒ expectas? Totũ audisti. Quid ampli⁹ requiris? exhaustus est fons ꝛ tu queris aquã in sicco? Exemplo illius euangelice vi

lu.c.xvi.

due: de paupertate mea totũ quod habui misi. Quid verecundaris? Quid vultum demittis? Tu me coegisti / sermonẽ quesisti / sermonẽ habes. Sermonẽ inq̃ habes tam satis longuʒ sed mutum / verbis plenũ / sensibus vacuũ: non quo vt petieras in corde tuo charitas ordinetur: sʒ quo mea inscitia publicetur. Nam, vnde iam poteris excusari? Possem forsitan dicere q fe

Ecclesiastici xxxviij.

bie terriana laborans:q ꝑ officio meo curis occupatus hec dictauerim/cū scriptum sit. Sapientiā scribe in ocio. Sed hec recte pretēderē/si grāde aliqđ atq operosum opus aggressus fuissem. Nūc autē in tantilo opusculorū occasionib⁹ me nō excusem:nihil horū certius pretendere possum/q̄ vt sepe iā dixi sciencie paupertatē Sed habeo nōnullā mee confusionis consolationē. Nā ꝛ si nō feci vt petieras:si nō misi qđ sperauerans/agnoscis certe qꝛ volui. Sufficiet aūt volūtas / vbi deesse vides facultatē explendi. Deniq ꝛ si tibi nullā cōferat vtilitatem:vt mihi proficiet ad humilitatē. Stultus quippe dū non loquit/sapiens putat. Nā q nō loquit nō sensus inopia sed humilitatis esse custodia credit. Ego itaq si adhuc siluissem sapiens dicerer:sed nō essem. Nūc aūt alij insipientē me ridebūt alij subsannabūt idiotā:alij presumptori indignabunt. ¶ Putas ne paruū hoc mihi conferat religionis emolumentū: cum hūilitas ad quā vtiq ducit hūiliatio totius sit spūalis fabrice fundamentū? Siquidē hūiliatio via est ad hūilitatem:sicut patientia ad pacē sicut lectio ad scientiā. Si virtutē appetis humilitatis:viā nō refugias hūiliationis. Nā si nō pateris humiliari/nō poteris ad hūilitatem prouehi. Prodest itaq mihi meā insipientiā sciri:ꝛ a scientibus iure cōfundi: cui sepe cōtigit a nesciētibus iniuste laudari. Terret me apostolus: q ꝛ ipse territus dicit. Parco aūt ne quis me existimet supra id qđ videt in me aut audit aliqđ ex me. O q pulchre dixit/ parco. Nō parcit sibi arrogans: nō parcit sibi superbus: nō cupidus vane glorie: ꝛ iactator actuū suoꝝ: qui vel sibi arrogat qđ est vel mentit de se qđ nō est. ¶ Solus qui vere hūilis est: parcit anime sue:q ne putet qđ nō est:semper quantū in se est vult nesciri qđ est. Grande reuera periculū: audire quēq de se:supra q sentit in se. Quis dabit mihi apud hoies tm deuerſis digne humiliari: quantū vel de falsis datū est indigne exaltari? Illam mihi vocē propheticā iure assumerē. Exaltatus autē hūiliat⁹ sum ꝛ cōturbatus. Et illud. Ludam ꝛ vilior fiā. Ludā scȝ vt illudar. Bonus ludus quo michol irascitur ꝛ de⁹ delectat. Bonus ludus q hominibus quidē ridiculū:sed angelis pulcherrimū spectaculū prebet. Bonus inq ludus quo efficimur opprobriū abūdantibus:ꝛ despectio superbis. Nā reuera quid aliud secularibus q̄ ludere videmur: cū qđ ipsi appetunt in hoc seculo:nos per contrariū fugimus:ꝛ qđ ipsi fugiunt:nos appetimus? More scȝ ioculatorū ꝛ saltatorū q capite misso deorsum pedibusq sursū erectis ꝑter humanū vsum stant manib⁹ vel incedunt:ꝛ sic in se oīm oculos defigunt. Nō est hic ludus puerilis:nō est de theatro:qui femineis fedisq anfractibus prouocet libidinē:actus sordidos representet. Sed est ludus iocundus/honestus/ grauis/spectabilis:qui celestiū spectatorū delectare possit aspectus. Hoc castus ꝛ religioso ludo:ludebat qui dicebat. Spectaculū facti sumus angelis ꝛ hominibus. Hoc ludo ꝛ nos interim ludamus vt illudamur: cōfundamur:hūiliemur:donec veniat q potentes deponit ꝛ exaltat hūiles: qui nos letificet/ glorificet/in eternū exaltet.

Psalmo lxxxvij.
ij. Reg. vi
j. Cor. iiij

¶ Ad eundem. Epistola. lxxxviij.

Omitto nunc imperitiā meā: taceo professionis hūilitatē: seu hūilitatis ꝓfessionē:nec iā obtendo vel loci vel nois mei nō dico abiectionē sed mediocritatē:qꝛ quicquid tale dixero: tu hoc nō necessariaꝫ excusationē: sed dilatoriā occasionē nolabis: qui meā vt mihi videbatur iustā verecūdiā pro tuo libitu nunc indiscretionē: nunc falsam humilitatē:nūc etiā verā superbiā interpretaris. Horū itaq qꝛ tibi in dubiū venire possunt nihil affero. Illud autē simpliciter tue delectationi intimo:qđ indubitanter te credere volo:toto.s. hoc tempore:ex quo tuus nuncius:nō is sed alius recessit a me:nullū mihi omnino fuisse ociū ad id qđ poscis idoneū: tū ꝑpter dierū maliciā: tū propter noctiū breuitatē. Sȝ ꝛ nūc quoq ita me nouissime tue littere occupatissimū inuenerūt: vt ipsas et occupationū causas ꝓ mei excusatione longū fuerit mihi scribere tibi. Uix quippe illas tuas interprandendū: nam illa hora mihi primū reddite sunt: perlegere potui. Uix hec meas q̄tulascūq furtim:raptim: anticipatis horis:breuiter succincteq rescripsi. Quarū quidem breuitatē an equo animo feras:tu videris. ¶ Ego enim vt verum fatear ꝑpter te nimio ogeri ipsis curis meis cōpellor irasci: q̄q in his teste conscientia:soli charitati cupiā deseruire. Cuius ꝓfecto impio qꝛ sapiētib⁹ et insipientib⁹ debitor sum: ipsa sola facere potuit vt necdum tibi potuerim satisfacere. Quid ergo? Charitas tibi denegat qđ tu petis ex charitate? Petisti qsisti:pulsasti:ꝛ charitas te frustrata est? Quid mihi indignaris? Si vis: si audes: irascere charitati. De qua nāq plumis impetrare qđ postulas:ipsa prohibente fit ne impetres. Et ecce iam longū causatur sermonē:ꝛ tibi indignatur q cogis. Nō q sibi displiceat zelus quo id facis:quippe quē ꝛ ipsa donouis

sibi:sed vult te illū habere fm sciētiā vt cautus sis maiora minoribus nō impedire. Uides q̄ inuitus auctor a lōgiori epistola:dū ductus delectatione tibi colloquendi ꝛ desiderio satisfaciendi dn̄e charitati molestus sio:quā iā dudū imperante finē fieri necduꝫ taceo? O q̄ lata in tuis litteris patet materia respondendi. O si digne liceret vt libuisset:ꝛ tibi forsitan satis esset ꝛ mihi. Sed que aliud ꝑcipit dn̄a est immo dn̄s est Deus eīn charitas est:ꝛ satis agit pro imperio quatin⁹ debeā potius obtemperare sibi q̄ vel mihi vel tibi. Et qm̄ oportet charitati deo magis obedire q̄ hoibus: nolēs volēsq non quidē nego qđ postulas sȝ interim differo ne dū tue cupio hūiliter satisfacere voluntati sub pretextu false hūilitatis per verā superbiā/arcē tante potestatis que te quoq veraciter attestante etiam angelis imperat in celis/terrenus vermiculus in terris videar impugnare. Libellū quē requiris/ipse quoq antequā tuus nūcius ad nos veniret/ab eo cui cōmendaueram requisiui:sed necdū recepi. Dabo aūt operā/vt vel cū veneris:si tamen vnq aliquādo veneris/illū inuenias/videas ꝛ legas: non aūt transcribas. Nā illū aliū quē te significas transcripsisse/ego quidē legēdū tibi miserā nō trāscribendū: videris tu qua vel quorū vtilitate transcripseris. Ut aūt te mittente eū nūc habet abbas de sancto theodorico/ ego quidē nō tulerā: nec tamen displicet mihi. Ut qđ eīn libellus meus oculos eius formidaret/cui se videndū animus quoq meus totū si posset expenderet? Sed heu in quanta sermonis angustia mentio se ingessit de tali viro/nō liceat vt dignū erat in tā dulcissima nobis memoria aliquādiu immorari: qꝛ iā iamq desiderat epistola finē. Obsecro te ne graueris opoꝛtunitatē querere quomodo ad eū pergas:predictū quoq opusculū non prius cuiq scribendū vel legēdū exponas: q̄ cū eo totū peruideas:pariterq conferatis: ꝛ corrigatis q corrigēda sunt: vt in ore duorum testiū stet oē verbū. Et tunc demū an passim cuilibet/ an paucis tantū:an vel cuiq an forte etiā nulli expediat demonstrari:ꝛ si illa prefatiūcula quā de nostris alijs litteris tu eidē coaptasti apte sedeat:an ꝯ aptior q̄ri debeat vro vtriusq iudicio derelinquo. Sȝ iā pene mihi exciderat qđ in ꝑn ipio epl'e tue q̄stus es q te arguerim mēdacij. Hoc aliqñ me locutū fuisse nō satis recolo. Si qđ tñ fuerit nā magis me oblitū q̄ tuū n̄scitū mētituꝫ esse crediderim iocando poti⁹ q̄ serio dictū fuisse nō dubites. Ego ne leuitate te viuꝫ putauerim/aut apud te eē est: nō? Absit a me ħ suspicio de te: q iugo vitat̄ b'nis qđ portas ab adolescētia/ lasciuos ānos morū supas grauitate. Nec tā simplex sum vt simplicē oris prolationē sine cordis duplicitate mendacium putē: nec tā incuriosus tui vt oblitus sim:vel qđ iam dudum cōceperis in affectu:vel qđ ab effectu impedierit.

¶ Ad eundem. Epistola. lxxxix.

Indignaris forsitan:vel vt temperantius dicā miraris:q pro lōgiori epistola quā a nobis speraueras:tā breuē cartulā receperis. Sȝ memēto iuxta virū sapientē:oia sub celo tēpus habere: ꝛ tēpus quidē loquendi/ꝛ tempus esse tacendi. Quādo aūt suum tempus silentiū habebit:si hos etiam sacros dies quadragesime/nostra sibi vendicat cōfabulatio? Eaq ipa tanto occupatior quāto laboriosior:dū nō quidē presentes alterutrū dicere leuiter valemus q volumus: sed absentibus necesse est nobis inuicē diligenter dictare/q vel petimus abinuicē vel petimur. Dū vero absens cogito/dictito/ scriptito/mittoq qđ presens legas:rogo vbi ociū/vbi silētij quies? Sed hec inquies) oia facere potes in silētio Mirū si ex sentētia hoc respōdeas. Metus eīn tumultus est in mente dictantiū vbi multitudo perstrepit dictionū:vbi orationū varietas/ꝛ diuersitas sensuū occurrit. Ubi sepe respuit qđ occurrit ꝛ requirit qđ excidit. Ubi q pulchri⁹ fm litterā:qđ ꝯsequētius iuxta sentētiā/ qđ planꝰ ꝑpter itelligētiā qđ vtili⁹ ad cōsciētiā/qđ deniq cui: vel post vel añ ponat:intētissime attēdit:multaq alia q a doct' i hmōi curiosius obseruantur? Et tu in hoc mihi dices esse quietem tu hoc etiā si lingua sileat/silentiū nominabis? Quamq̄ nō solum temporis sed nec mee ꝓfessionis est huic rei operā dare quā postulas:nec possibilitatis adimplere qđ optas. Siquidē vel monachi qđ esse videor vel peccatoris qđ sum officiū non est docere sȝ lugere. Indoctus quoq qđ ꝛ vere me fateor eē) si presumat docere qđ nescit:nihil indoctius agit. Docere ita q nec indocto est in promptu: nec monacho in ausu: nec penitenti in affectu. Sed et propter hoc elongaui fugiens ꝛ mansi in solitudine:et cū propheta: ꝓposui custodire vias meas vt non delinquā in lingua mea:quoniā iuxta eundē prophetā. Uir linguosus non dirigetur super terrā:et fm aliā scripturaꝫ mors ꝛ vita in manibus lingue. Silentiū autem dicente esaia: cultus iusticie est. Et bonū est expectare vt docet hieremias) salutare dei cum silentio. Adhuc ergo iusticie cultum:ad hāc omnium

Psalmo liiij.
Psalm. xxxviij.
Psalm. cxxxix.
Esaie xxxij.
Prouer. xviij.
Hiere. iij.

omniū virtutū matrē nutricē custodem: ne penitus videar negare qđ petijsti: ⁊ te⁊ quicunq̄ tui similes proficere cupiunt in virtutibus/ inuito ⁊ prouoco: ⁊ si nō verbo doctrine certe mei silentij exemplo: vt vel silendo doceā te silere/ qui loquēdo cōpellis me docere qđ nescio. Sed quid ego facio: Mirū si nō rides ꝙ ego qui multiloquiū tātopere dānare videor/ in tā multa verba tā loquaciter iam progredior/ ⁊ dū cupio tibi cōmendare silentiū cōtra silentiū per multiloquiū pugno: vverricum nostrū de cuius cōuersatione⁊ penitentia consolari desideras quātū ex fructibus eius perpendimus noueris deo digne cōuersari/ dignosq̄ penitentie facere fructus. Libellū aute⁊ quē a me exigis/ penes me modo nō habeo. Quidā em̄ amicus noster: eodē zelo quo tu flagitas/ diu est ꝙ apud se illum detinet. Sed ne tue benignitatis petitionē abire patiar oīno frustratam/ aliū nuper a me editu⁊ in laudibus virginis matris tibi transmitto. Quē q̄r eius exemplar non teneo/ rogo vt quātoti⁹ ad me remittas: vel si maturi⁹ adueneris ipse deferas tecum.

¶ Ad eundem. Epistola. xc.

Breues breuib⁹ reddidi litteras occasionē vtiq̄ breuiter rescribendi: de tuarū breuitate libenter accipiens. Et vere quid iuuat veras et vt veraciter loq̄ris eternas amicitias vanis atq̄ trāsitorijs iactitare verbulis: Et alibet versuū diuersitate/ verbo⁊ multiplicitate/ scriptorūvarietate/ tuā mihi charitatē ostentare: seu cōmendare coneris/ minus certe sentio te exprimere ꝙ diligis. Idemq̄ tu de me sentiendo non falleris. Cū tue littere in manus nostras venerunt te in corde nostro ꝙ eas miseras inuenerunt. Has quoq̄ nr̄as nec me sine te scribere certus sum: nec te sine me confido lecturum. Laboramus quidē vterq̄ ad alterutrū scriptitando alterius fatigantur⁊ nuncij ad alterū scripta portando: sed nunq̄d spiritus grauantur amando: Cessent igitur ꝙ absq̄ labore nō possunt actitari: ⁊ illud frequente⁊ ꝙ quāto attentius satagit tantominus constat laborari. Quiescant inq̄ a dictando ingenia: labia a confabulando/ a scribendo digiti: a discurrēdo nuncij: non autē quiesant corda die ac nocte meditari in lege domini que est charitas. A quo negocio quanto quietiores sumus/ tantominus quiescimus/ ꝙtoq̄ occupatiores sumus in illo tanto nos quietiores sentimus ex illo. ¶ Amem⁹ ⁊ amemur in altero nobis: in altero nostris consulentes. Nam quos amamus in ipsis profecto requiescimus. A quibus autē amamur: ipsis nos in nobis requiem paramus. Porro amare in deo charitatem habere est. Studere vero propter deū amari charitati seruire est. Sed quid ego facio: Ego promissor breuitatis: iā tenebor plixitatis exhibitor. Si de fratre vverrico desideras immo q̄r desideras scire: si currit: nō quasi in incertum/ sic pugnat non quasi aerē verberans. Sed qm̄ scit neq̄ pugnantis esse neq̄ currentis sed miserentis dei: ipsum rogat a te orari p se/ quatinus qui iā donauit ei ⁊ pugnare ⁊ currere/ det ⁊ vincere ⁊ peruenire. Abbatē vestrū mihi nō tantū propter te: sed et propter suā bonā famam charissimū corde meo ⁊ ore tuo saluto/ gratantissime eū visurus illo ⁊ tempore ⁊ loco quo promissi sū. Notifico etiā tibi ꝙ ⁊ nunc paulisper aggrauata manu dn̄i super me: impulsus euersus sum vt caderem: ita vt securi ad radicem infructuose arboris corporis mei apposita: iamiāq̄ succidi metuerem/ cū ecce tuis ceterorūq̄ amicorū nostrorum orationibus: ⁊ hac vice pius dn̄s pepercit mihi/ sub spe tamē promissi fructus in futuro.

¶ Ad abbates suessioni congregatos. Epistola. xci.

Reuerendis abbatibus/ apud suessionē in nomine domini cōgregatis: seruus sanctitatis eorum frater Ber. abbas dictus de claraualle/ que recta sunt videre constituere ⁊ tenere. Irascor occupationibus meis quib⁹ impedior interesse cōuentui vestro corpore tm̄ dūtaxat. Nā spiritū nec spacia terrarū nec turba curarū absentare queunt: quippe orātem pro vobis/ congratulantē vobis atq̄ in vobis quiescentē. Non me inq̄ sanctorū potest carere conuentus/ nec loci corporisve distantia priuat prorsus a consilio iustorum et congregatione. Illo presertim consilio in quo non hominū traditiones obstinatius defensantur aut supsticiosius obseruan⁊: sed diligenter humiliterq̄ inquiritur que sit volūtas dei bona/ ⁊ beneplacens/ ⁊ perfecta. Illuc toto desiderio feror/ deuotione immoror/ cōdelector amore/ inhereo consensu: emulatione persisto. Ne ergo inuacuum vos (quod absit) cōuenisse subsannant qui dicunt vobis euge euge: contendite obsecro bonas facere vias vestras et studia vestra/ que profecto nimis bona esse nō possunt. Esto ꝙ possis nimium fortassis esse iustus/ possis et nimium sapiens: sed plane bonus vltra modum esse nō potes. ¶ Et quidē lego noli eē nimirū iustus/ lego non plus sapere ꝙ oportet sapere: nunquid aūt aut ne sis nimiū bonus aut non plus bon⁹ ꝙ oportet: Nemo esse bonus plusq̄ oportet potest. Bonus erat iam paulus: ⁊ tamen nequaq̄ cōtentus: libenter se ad ea que ante se sunt extēdebat posteriora obliuiscens: et seipso semper melior effici studens. Solus deus melior seipso esse idcirco non vult/ quia non valet. Recedāt a me et a vobis qui dicūt: nolum⁹ esse meliores ꝙ pr̄es nostri/ tepidorū ⁊ dissolutor⁊ se filios protestātes. Quor⁊ memoria in maledictiōe est: quia manducauerunt vuas acerbas quibus dentes filiorum obstupuerunt. Aut si sanctis et bone memorie patribus gloriātur: imitentur certe sanctitatem: quorum indulgētias dispensationesq̄ pro lege defendunt. Quamq̄ sanct⁹ helyas nō sum (inquit) melior ꝙ patres mei: ⁊ non dixit se nolle patribus esse meliorē. Vidit iacob in scala angelos ascēdētes ⁊ descēdētes. Nunquid statem quēpiam siue sedentem: Non est stare oīno in pendulo fragilis scale: neq̄ in incerto hui⁹ mortalis vite quicq̄ in eodem statu pmanet. Non habem⁹ hic manē tem ciuitatē: nec futurā adhuc possidem⁹/ s⁊ inq̄rim⁹. Aut ascēdas necasse ē aut descēdas. Si attētas stare ruas necesse ē. ¶ Minime p certo est bon⁹ q̄ melior eē nō vult. Et vbi incipis nolle fieri melior ibi etiā desinis esse bon⁹. Recedāt etiā a me et a vobis qui dicunt bonum malum⁊ malum bonum. Qui dicunt cultum iusticie maliū: quodnam bonum iam reputaturi sunt: Vnum v̄bum olim locutus est dn̄s ⁊ pharisei scādalizati sunt. At nouos nūc phariseos non verbū sed silentium scādalizat. In hoc vno certe aduertitis ꝙ occasionem querūt aduersum vos. Sed sinite illos. Ceci sunt ⁊ duces cecorum. Intēdite saluti paruulorum nō murmuri maliuolorum. Non valde illorum vobis curandū est scādalu⁊/ qui non sanan⁊ nisi vos infirmemini. Sed nec vt vestris ipsis oīa omnibus placeant que statuitis expectandu⁊ Alioq̄n aut nullum aut rarū bonum constituetis. Satius vero ipsor⁊ profectibus ꝙ voluntatibus prouidetis. Fideliusq̄ inuitos trahitis ad deū ꝙ desiderijs cordis eorum relinquitis. Commendo me sanctis orationibus vestris.

¶ Ad Hēricum regem anglorū. Epistola. xcij.

Henrico illustri āglor⁊ regi. B. abbas dictus de claraualle/ celor⁊ regi de terreno regno seruire fideliter ⁊ humiliter obedire. In terra vestra tenetur pda dn̄i mei atq̄ vestri: ⁊ illa preda pro qua maluit mori ꝙ carere illa. Ego eam sequi disposui: ⁊ mittere de nostra militia qui in manu valida si vobis nō displicet requirāt recuperēt et reducant. Et nunc huius rei gratia/ premisi hos quos presentes cernitis exploratores: qui esse rei indagent sagaciter renūcientq̄ fideliter. Assistite eis tanq̄ nuncijs domini vestri: ⁊ in ipsis feudum vestrum deseruite. Ipse vero ad honorem suum/ ad salutem vestram/ ad patrie sospitatem et pacem/ letum vos et inclitum perducat in bonum ac placitum finem.

¶ Ad Hēricū vvintonensem episcopū. Epistola. xciij.

Viro illustri dn̄o, hērico dei grā vvintonēsi epo. B. abbas dict⁹ de claraualle in dn̄o salutē. Multorū iam relatiōe letabūdus accepi locū grē nō infimū hūilitatē nostrā apud vestrā celsitudinē obtinere. Nō sum meritus s⁊ eo non ingratus. Itaq̄ refero gratiā p grā: ⁊ si nō cōdignā certe quā possu⁊. Nec vereor quā tula sit oblatā vel poti⁹ relatā a vobis sperni: quam ⁊ amāter pmereri ⁊ dignāter puenire curastis. Verū modo plura scribere supsedi donec vestro si dignū iudicatis agnoscā rescripto q̄liter pauca hec accipiatis. Que aūt rescribere vel iniungere verbo placuerit abbati ogerio bn̄ cōmittere potest: per quē⁊ hec nostra recipitis. Pro quo etiā vestrā excellentiā cōpellam⁹ quatinus ⁊ notū ex hoc habeat ⁊ cōmendatum: vtpote hoīem honestate scientia religioneq̄ cōmendabilem.

¶ Ad abbatem cuiusdam monasterij Eboracēsis: vnde exierat prior cū aliquātis fratribus. Epistola. xciiij.

Consilium expetitis a me litteris transmarinis: qđ vtinā ab alio potius quesissetis. Coartor siquidem e duobus. Si enim non respōdeo taciturnitas contemptum quodāmodo sonare videbitur. Respondere autem sine periculo me posse non video/ cum quicquid respondero necesse sit aut scādalum cuipiā generare: aut reddere securū quēq̄ plus ꝙ op⁊ aut certe in q̄ non oportet. Qz a vobis recesserūt fratres vestri nec nostro⁊ factū est me sciēte consilio vel hortatu. Credimus aūt ex deo fuisse/ qđ nec tātis potuit dissolui cōatib⁹. Credim⁹ hoc idē ⁊ ipos sentire fatres: q̄ nr̄m tātope de seipsis ꝯsiliū flagitāt/ credo remordēte eos cōscientia ꝙ retro abierint. Alioq̄n bt̄i sunt (s̄m apostolū) si se nō iudicant in eo qđ pbant. Ceterum quid faciā vt interrogatus: nec silendo nec respondendo molestus sim cuiq̄: Ita fortassis expediat si misero eos qui me interro-

Eccl. vij
Rom. xij.
iij. Re. xix.
A
B
C
Rom. xiiij

gunt ad doctiorib9: et cuius reuerentior sanctiorque auctoritas sit. Sanctus papa gregorius in libro pastorali / quisquis bonum maius subire (inquit) proposuit bonū minus quod potuit sibi illicitū fecit. Ad qd̄ probandū subiecit testimoniū de euāgelio dicēs. Nemo mittēs manū suā ad aratrū & respiciēs retro apt9 est regno celorum. Et infert. Qui igit̄ fortiori studio intēderat retro respicere cōuincitur / si relictis bonis amplioribus ad minima retorquetur. Item ipse in homelia tertia sup ezechielem Sunt nōnulli qui bona quidem que nouerūt operant̄: atque hec operantes meliora deliberāt / sz retractātes meliora que deliberauerāt immutāt. Et quidem bona agunt que ceperant sed a melioribus que deliberauerant succumbunt. Hi nimirū ante humana iudicia stare videntur in opere: sz ante omnipotētis dei oculos ceciderūt in deliberatiōe. En speculū. In hoc nō vultū natiuitatis sed factū reuersionis sue considerēt: hic se discutiant / hic se diiudicent / cogitationib9 suis accusantibus siue defendentib9 / & quidem apud spiritalē qui oia diiudicat & ipse a nemine iudicatur. Quidnā vero maius aut minus / superius an inferius artius siue remissius sit: quod videlicet reliquerunt: an ad quod redierunt / ego quidē haud temere diffinierim ipsi viderint. Et hoc illius Greg. Tibi vero pater reuerēde tā tuta certitudine q̄ nuda veritate ego dixerim / omnino nō expedire spiritum velle extinguere. Noli inquit prohibere eum q̄ potest

Puerb. iij.

benefacere: sz si vales & ipse benefac. Gloriari aūt magis oportet in profectibus filiorum: qm̄ filius sapiens gloria est patris. De

Puerb. x.

cetero nemo mihi molestus sit q̄ iusticiam dei non abscōdi in corde meo / nisi q̄ minus fortasse ob vitandum scandalum q̄ debui dixi.

Ad archiepiscopum eboracensem. Epistola. xcv.

Splendor operis & opinionis odor bn̄ vt cōperi in gloria vestra conuenerunt. Opinionem opus probat: nec falsaz fuisse nec vacuā cū quod ante sparserat vbique volans fama / vbique res ipsa faciat manifestū. Quomodo nunc maxime claruit zel9 iusticie / eminuit & inualuit sacerdotalis vigor in defensione videlicet paupeꝝ / & pauperum quibus nō erat adiutor: Olim quidem opera misericordie et elemosynas vestras enarrabat oīs ecclesia sctōꝝ. Sz hoc vobis cōe cū pluribus quippe quod a cunctis substantiam huius mundi habentibus exigitur. Verū hoc op9 episcopale / hoc paterne pietatis tā egregiū specimen: hic vere diuinus feruor quo pro tuendis suis pauperib9 / ille procudubio zelū vestrū accendit & accinxit qui facit angelos suos spiritus et ministros suos ignem vrentem: hoc totū inque speciale accessit vestre dignitatis decus insigne officii ornamentū corone. Aliud est reficere ventrem esurientis / & aliud sanctam zelare paupertatem. Ibi enim seruitur

Job. v.

nature / hic gratie. Visitabis (inquit) speciem tuā & non peccabis. Ergo qui alienam carnem fouet: facit ne peccet: q̄ autem alienā sanctitatem honorat / fructificat sibi. Ideo ait. Desudet elemosina in manu tua donec inuenias iustum cui des. Quod

Mat. x.

fructu: Quoniam qui recipit iustum in nomine iusti: mercedē iusti accipiet. Soluamus proinde nature debitū ne peccem9: simus gratie coadiutores vt & participes fieri mereamur. Sane vtrumque ita in vobis admiramur vt vtrūque datū vobis desuper fateamur / quatinus diuinis laudibus eternaliter misceatur: quicquid ex vobis temporaliter necessitatibus nostris impenditur / merito reuerende & omni amoris sinceritate colēde atque amplectēde pater.

Ad Ricardum Fontanensem abbatem & socios ei9.

Epistola. xcvi.

Uenit: & audiuimus & cognouimus eo & fratres nostri vterque Gaufridus annunc iauerunt nobis quēadmodum nouiter recaluistis igne dei: conualuistis de infirmitate / refloruistis in nouitate sancta. Digitus dei est iste: subtiliter operans / suauiter renouās / salubriter mutās: nō quidē de malis bonos sed de bonis faciēs meliores. Quis dabit mihi vt trāseam / & videam visionem hanc magnam: Nec enim min9 mira minusve iocunda ista promotio est q̄ illa mutatio / nisi q̄ multo facilius repertas multos seculares conuerti ad bonum: q̄ vnum quēpiā de religiosis transire ad melius. Rarissima auis in terris est: qui de gradu quē forte in religione semel attigerit vel parum ascendat. Vestrum proinde dilectissimi tam insigne q̄ salubre factū non solum nos qui serui vestre sanctitatis esse percupimus: sed et vniuersam merito letificat ciuitatem dei / quippe quo rarius eo & carius. Erat aūt et necessarium ad cautelā primam defectui mediocritatem transcēdere & declinare teporem qui deo vomitum prouocat / sed et sic oportebat propter cōscientiam. Professi siquidem sanctā regulam / an citra eius puritatem sistere gradū tutū sit ipsi sensistis. Dolens deleo q̄ vrgente diei malicia & nūcio festinante plenum affectum exili cogor designare stilo & breui chartula latā cōprehēdens charitatē. Si quid deest frater. G. viua voce supplebit.

Ad ducem Conradum. Epistola. xcvij.

Omnis potestas ab ipso est / cui dicit propheta. Tua est potentia tuū regnū dn̄e: tu es super omnes gētes. Hinc ergo dignū duxi tuam o illustris princeps cōmonere excellentiā q̄tum te oporteat deferre terribili & ei qui aufert spiritum principum. Comes gebenēsis vt accepimus per os eius ad iusticiam se obtulit: offert de oībus q̄ te dicis habere aduersus eū. Si super hoc alienam pergis inuadere terram / ecclesias destruere incēdere domos / exulare pauperes / homicidia perpetrare: & hūanū fundere sanguinē / non est dubium quin grauiter irrites aduersum te patrem orphanorū: & iudicem viduarum. Eo certe irato non expedit tibi dimicare in q̄talibet multitudine vel fortitudine. Nihil enim interest apud omnipotentem dn̄m sabaoth in multis an in paucis cui volet dare victoriam. Ipse nimirum cum voluit fecit / vt vnus mille et duo fugarent decem milia. Hec pauper ego: pauperum permotus clamoribus tue magnificentie scribere volui: sciens tibi honorificēti9 humilibus consentire q̄ hostibus cedere. Non q̄ putem hostē te fortiorem: sed q̄ nouerim deum omnipotentem potentiorem / qui superbis resistit: humilibus dat gratiā. Huius rei gratia tuā vir nobilis presentiam adissem si licuisset. Nunc aūt pro me hos de fratribus nostris destinare curaui: si forte suis et nostris precibus a tua dignatiōe obtineat vel perfectam concordiā si fieri potest: aut certe inducias vsque dū liceat nobis firmam querere pacem ad dei voluntatem & honorem tuū et patrie salutem. Alioquin si nec oblatam iusticiam recipis: nec nos precātes respicis: immo deū in nobis de tua te salute cōmonētē nō attēdis videas ipse et iudicet. Scim9 aūt q̄ merito formidam9 / difficile posse congredi tātos exercit9 absque vtriusque partis grauissima strage.

De machabeis: sed ad quem scripta sit ignoratur. Epistola. xcviij.

Quod per fratrem hescelinum tua charitas a mea paruitate q̄siuit / inde iam ad me scripserat fulco spernacensis abbas. Cui ego nil rescripsi: volens si quam forte super hoc reperissem patrū sententiā / ipsam pot9 ei trāsmittere / q̄ nouū vel meū quippiā respondere / qua non facile occurrēte: iam quod sentio ego sic interim vtrique respondeo: vt quodcūque forte rationabilius quilibet vestrum super eadem questiuncula quādoque vel legerit vel audierit: vel certe ipse senserit: mihi vicissim impertiri nō negligat. Queris itaque qd̄ nā visum patribus fuerit: vt solis ex omnibus antique iustis singulari q̄dā priuilegio machabeis ānuā celebritatē pari cū nostris martyribus veneratione decernerent in ecclesia solēniter exhibendā. Si dixero dignos merito martyrum gloria iudicatos quib9 non impar fuit in martyrio virt9: erit forsitan solutum cur ipsos sed necdū plane cur solos: cum & alios nōnullos ex veteribus pari cōstet zelo pietatis occubuisse: non tamen pari tripudio recoli meruisse. Et si illis nō immerito huiuscemodi negat̄ solēnis celebritas: q̄ nimirū q̄d prohibuit vīt eos prēpuit tpe: cur nō & eadē fuit in machabeis cōsideratio: Siquidem & ipsi pro tēpore non ad celi mox gaudia sed ad inferni tenebras descenderunt: ne tūc quippe apparēte primogenito ex mortuis: qui aperiret credentibus regna celorum: agnoi sz de tribu iuda q̄ aperit & nemo claudit: ad cui9 introitū cum omni auctoritate supernis potestatibus diceretur.

Ps. xxiij.

Tollite portas principes vestras: & eleuamini porte eternales & introibit rex glorie. Proinde si incōgruum videt̄ cū gaudio recolere transitū qui gaudii nō fuit: caueatur et in istis. Aut si istos ob sue virtutis meritū festiuo plerique fauore placet: cur nō itidē deferet̄ & illis: An dicendū est vtrosque quidē in morte cōmunē habuisse cū martyrib9 pietatis causam: sz nō etiā vtrosque pariter eandē cū illis adeptos fuisse martyrii formā: Uniuersis nempe tā veteris q̄ noui testamēti martyrib9 eq̄ cōuenit pro iusticia occubuisse: sed interest q̄ isti passi sunt q̄ illā tenebant: illi q̄ nō tenēres reprehēdebāt. Illi q̄ eā nō desererēt: illi q̄ deserētes pīturos esse assererēt. Et vt breuiter totū in quo differunt proferam9 hos cultus: illos zelus iusticie martyres fecit. Soli ex veteribus machabei q̄ nō solū causam sed & formā: vt dixi noui martyrii tenuerūt: iure fortasse in ecclesia nō nouis ecclesie martyrib9 eādē cōsuete celebritatis gloriā assecuti sunt. Instar quippe martyrū nostrorum libare & ipsi dijs alienis patriāque deserere legem immo mandata dei transgredi cogebantur: renuebant & moriebantur. Non sic esaias: non sic zacharias: nō denique vel magnus ille iohānes baptista iis mortuus est: quoꝝ primus serra fertur scissus fuisse: secūdus inter tēplū et altare legitur occisus: tertius in carcere decollatus. Si

queritur

querītur a quib⁹: ab iniustis et impijs. Si qua causa: pro iusticia ⁊ pietate. Si quomõ: non tam eas ꝯfitendo q̃ proponēdo. Proponebāt veritatē odientib⁹ eā: veritas pariebat eis odiū: ꝛ odiū mortem. Licet iniusti et impij non tam tamen in illis pietatem persequebantur q̃ a se repellebāt: nec tam in illoꝝ iusticiā ferebantur q̃ propriā tuebanť iniusticiā. Aliud est aliena inuadere: aliud defendere sua. Non est idipsum nolle sequi veritatem ⁊ persequi: inuidere⁊ credentibus et increpantibus indignari: obturare os cõfitentium ⁊ redarguentiū stimulos nõ ferre patienter. Denīq̧ misit herodes et timuit iohannem. Quobrē? Qr christum predicabat? Quia vir bon⁹ erat ⁊ iust⁹? Immo propter hoc magis reuerebatur illum et audito eo multa faciebat. Sed quoniam arguebat herodē iohānes: ꝑpter herodiadem vxorem philippi fratris sui: ideo vinctus: ideo ⁊ decollatus est: passus quidē ⁊ ipse pro veritate: sed quā zelare videreť non negare cogereť. Hinc est q̄ hec ipsa tāti martyris passio: multorum etiam longe minorum festiuitatibus minus festiue recolitur. Profecto si tali ratione ⁊ ordine passi fuissent machabei: ne vlla quidē fieret de eis mentio. Nūc autē quoniā similes illos fecit martyribus christianis: non dissimilis veritatis confessio: merito eos similis prosequiť et veneratio. Nec moueat sane q̄ quemadmodum martyres nominatim et ipsi ꝑ christo minime passi sunt: quia non interest siue sub lege pro legalib⁹ obseruātijs: siue sub gratia pro mandatis euāgelicis quis patiatur. Vterq̧ enim eque pro veritate ac per hoc ꝑ xp̄o

Io. xiiij. qui dixit: ego sum veritas: pati cognoscitur. Itaq̧ plus contulit machabeis in hac parte martyrij genus q̃ virtus quādo ne hos quidem ex patribus: quos pari constat virtute illo in tempore pro iusticia decertasse pari etiam honore concelebrat ꝓsens dūtaxat ecclesia. Puto q̄ arbitretur indignū q̃tulibet laudabili morti: que christi mortem precederet: diem festū impendere: presertim cum ante illam salutiferam passionem: non festiua gaudia sed claustra tenebrosa quosq̧ morientes exciperēt. Sane machabeos ideo (vt dictū est) excipiēdos iudicauit ecclesia: qm̄ qđ eis negabat temp⁹: cõtulit martyrij gen⁹. Nec solū ipsos ſ3 ⁊ q̄ forte vite iā in carne manifestare mortem sua morte preuenerunt: siue morientes in ipsa / sicut symeon ⁊ iohānes baptista: siue etiā pro ipā sicut innocētes quos alia ratione licet ad inferos: ⁊ ipsi descenderint ritu nihilominus solenni veneramur. Et innocentes quidē qm̄ iniustū ꝑfecto fuit innocentiā pro iusticia morientē vlla vel presenti gloria defrau-

Mat. iij. dari. Iohānes quoq̧ sciens q̄ a diebus suis regnū celorū vim patitur: vnde ⁊ clamat: agite penitentiam appropinquabit regnū celoꝝ: simulq̧ vidēs vitā se protin⁹ secuturā / mortē letus excepit. Qđ vtiq̧ ab ipo dño moriturus: sciscitari sollicit⁹ fuit ac certificari meruit. Nā cū ꝑ discipulos eū interrogasset: tu

Mat. xi. es (inquiens) qui venturus es: an aliū expectamus / post enarrata plura miracula audiuit. Et beatus qui nõ fuerit scandalizatus in me. In quo nimirū verbo significauit se dñs moriturum: ⁊ tali morte que posset iudeis esse scandalū / gentib⁹ stulticia. Ad hanc vocē sponsi gaudēs amicus spõsi alacri aio precessit: quo ⁊ illū in proximo esse vēturū: iā dubitare nõ potuit. Porro q̄ letus ⁊ tā letus potuit mori / potuit ⁊ letā sibi memoriā promereri. Sed ⁊ senex ille tā plenus virtutū q̃ dierū / mor-

Luce. ij. te iam propinqua vitā baiulās in manibus aiebat. Nūc dimittis seruū tuū dñe: ſm verbū tuū in pace: qr viderūt oculi mei salutare tuū. Ac si diceret. Securus descendo in carcerē q̄ tā presto meā sentio redemptionē. Et hic ergo qui cū tā secura iocūditate: ⁊ iocūda securitate moriť / merito in ecclīa celebrari cū gaudio memorať. Ceterū illa qua ratione mors festiua reputabitur: quam nulla gaudiorum festiuitas comitatur? Aut vnde gaudium sumeret moriturus: qui se et ad infernales descendere tenebras cert⁹ erat / nec certi quippiā secū ferebat:

Esaie xxxviij. vnde in ꝓximo de sui liberatore cõsolaretur. Inde est q̄ vnus sanctorum cū audiret: dispone domui tue quia morieris tu et non viues: cõuertit se ad parietē et fleuit fletu magno: atq̧ ita impetrauit exose mortis aliquā dilationē. Hoc deniq̧ et miserabiliter plangebat dicens. In dimidio dierum meorum vadā ad portas inferi. Et paulopost. Non videbo (inq̄t) dñm deum in terra viuētium: et non aspiciam hominem vltra ⁊ habitato-

Iob. xiiij. rem quietis. Hinc ⁊ alius quidam. Quis mihi hoc (ait) tribuat vt in inferno protegas me ⁊ abscōdas me donec ꝑtranseat furor tuus: et constituas mihi tempus in quo recorderis mei?

Geñ. xlij. Israel quoq̧ ad filios aiebat. Deduceti canos meos cū dolore ad inferos. Quid in his solēnis leticie: q̄d festiue celebritatis apparet? Nostri autem martyres cupiunt dissolui ⁊ esse cū christo: certi vbicunq̧ est corpus / illo sine mora cõgregatū iri ⁊ aq̄le. Mox (inq̄t) ibi exultant iusti in conspectu dei: ⁊ delectanť in leticia. Ibi ibi benignissime iesu: ibi statim vt de h̄ seculo nequā sanctus q̄sq̧ eripiť / adimpletur leticia cū vultu tuo. Vna

ps. cxxiij. ibi vox iubilo resonat sempiterno / vox vna exultationis ⁊ salutis in tabernaculis iustoꝝ. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantiū: laqueus cõtritus est / ⁊ nos liberati sum⁹. Nunquid hoc decantare libebat apud inferos: sedentibus in tenebris ⁊ vmbra mortis: dū nõ erat q̄ redimeret: neq̧ q̄ saluū faceret qn̄ needū visitauerat nos oriens ex alto / primitie scilicet dormientiū xp̄s? Merito igiť ecclesia que gaudere cū gaudentibus / flere cū flentibus nouit: quos pares iudicat ex virtute: discernit tñ ex tēpore: nec pari putat ꝓsequēdū obsequio ⁊ transitū ad vitā ⁊ descensum ad inferos. Itaq̧ martyrium

B facit cā tempus genusq̧ discernunt. Tēpus q̄ppe machabeos a nouis martyribus disiūgit / coniungit antiquis. Genus vero nouis aggregat / segregat a veteribus. Et he quidē in ecclesia premissis ex causis differentie obseruātur. Ceterū apud deum vniuerso cetui sanctoꝝ cõmune est: qđ sanctus ait propheta.

Ps. cxv. Preciosa in cõspectu dñi mors sanctorum eius. Vnde aūt p̄ciosam dixerit / exponat nobis. Cū dederit (inq̄t) dilectis suis som-

ps. cxxvi. num: ecce hereditas dñi filij merces fructus ventris. Nec putemus solos martyres esse dilectos: cū recolamus dictū de lazaro / lazarus amicus noster dormit. Deniq̧ beati mortui q̄ in do-

Iohā. xi. Apo. xiiij mino moriūtur. Non soli q̄ ꝑ dño sicut martyres: ſ3 q̄ in domino moriunť sicut confessores profecto beati sunt. Due proinde res mihi videnť mortē facere preciosam: vita ⁊ causa: ſ3 ampli⁹ causa q̃ vita. Porro illa erit preciosissima: quam et causa cõmendat et vita.

Epistola. xcix

Nunciū quo te dicis fuisse turbatum / frater vvillelmus non sua ſ3 tua necessitate putauit ad te dirigendū. Siquidē ipse suo more dei gratia fortiter agit / aliena a se interim adhuc faciens illā sententiam. Vir duplex animo inconstans est in omnib⁹

Iaco. i. vijs suis. Vias quippe dñi simpliciter ac ꝑ hoc cõfidenter am-

Eccli. ij. bulans / non sentit illud ve de quo dicitur. Ve terrā ingredienti duabus vijs. Te aūt audieram⁹ in discordiā versari / domū vestrā non sine graui scandalo abbatis ⁊ fratrū deseruisse / solumq̧ habitare in nescio quo satis inconuenienti loco. Quo rumore nobis permotis anxieq̧ querentibus si quo modo tibi a nobis posset consultū iri / nihil paratī⁹ occurrere potuit q̃ vt te vocato ad nos: per te de te certiores prius effici curaremus sicq̧ qđ in promptu esset presentes presenti consuleremus. Sed iam tuo scripto nr̄oq̧ rescripto / vtrorūq̧ ab altero false suspitionis timore depulso pariter quiescamus. Verū hac falsitate q̃ vera sit ad nos inuicē dilectio cõprobatum est. Quā quidē dilectionem per hanc mutuā nostri sollicitudinē / nõ infructuose nunc renouatā esse putauerim. Cuius fructū tunc nos q̄dē copiose speremus accipere / si tui nobis copia cū oportunitate dareť. Alioquin oportunius ducimus nos nostra cõtentos esse inopia: q̃ importuna copia abundare.

Epistola. c.

Si minus vos pro tanti operis susceptione feruere comperissemus: hortādus nobis super hoc ⁊ obsecrādus essetis. Nunc v̄o cū prima inuitauerit nos vestra ꝓcurrēs deuotio / restat vt ei a quo bona cūcta procedunt: ⁊ referam⁹ grates pro bono quod dedit velle: ⁊ fundamus preces vt adijciat ⁊ perficere pro bona volūtate. Tamen gaudium meū non tacebo vobis. Quas nempe putatis delicias cordi meo afferat vestra huiuscemodi intētio? Delectabitur in crassitudine anima mea: si infatigabilē cognouero vos in studijs salutaribus et honestis. Gaudeo eñ non quia quero donum ſ3 requiro fructum. Libenter accipio bñficiū: qđ prosit dāti. Alioq̄n nõ ambulo in charitate illa: que non querit que sua sunt. Et q̄dem nobis in hoc benefacitis ſ3

Act. xx. vobis meli⁹: nisi forte excidit vobis illa sententia. Beatius est dare q̃ accipere. Hoc plane decet ep̄m / hoc sacerdotiū vestrū cõmendat / ornat coronā: nobilitat dignitatem: si quē ministerium prohibet esse pauperē / administratio ꝓbet pauperꝝ amatorē. Non eñ paup̄tas virt⁹ reputatur: ſ3 paupertatis amor.

B Deniq̧ beati pauperes / nõ rebus sed spiritu.

Epistola. ci.

Fratrē lambertum quē in aliquibus fore fluctuantem suscepimus: orantib⁹ quidē vobis ꝓ ipso constantē remisim⁹: ⁊ nulla iā (vt opinamur) scrupulositate pristina laborantē. Causam quippe aductus eius necnõ ⁊ discessionis modū ⁊ intentionē sollicite nobis ꝑscrutantib⁹ / intētionē quidē visus est habere inculpabilē: ſ3 cām nõ plane sufficientē: vt tali modo .i. sine licentia discedere debuisset. Vnde ⁊ sumpta iuste in eū inuectiõis occasione increpato vt oportebat ⁊ ꝯfirmato in q̄b⁹ nutabat: reditum ei persuasim⁹. Et ꝑ redeūte rogamus dilectissimi fratres esse vos videlicet ꝓstabiles sup fratris ꝓsumptione: sed ꝓsumptione vt videtis satis simplici ⁊ nõ maliciosa q̄dē neq̧ ad

dexterā neqꝫ ad ſiniſtrā declinauit: ſed directo ad nos tramite venit/ quos vtiqꝫ ꝑ certo ſciebat ſanctitatis veſtre eſſe ſeruos: veſtre religionis amatores ſinceriſſimos/ ⁊ emulatores fideliſſimos. Suſcipite ergo eum vos qui ſpirituales eſtis in ſpiritu lenitatis: confirmeturqꝫ in eo charitas/ ⁊ excuſet malū factū intentio bona. Jmmo recuperate cum gaudio quē dolebatis amiſſum: contractamqꝫ de fratris egreſſione ac tranſgreſſione triſticiā/ effuget citiſſima de regreſſiōe leticia. Confido aūt de omnipotentis miſericordia: qꝛ ꝗcquid exaſperauit inordinata diſceſſio: poſtmodū deliniet emendata cōuerſatio.

Ad quēdam abbatem. Epiſtola. cij.

Super fratre turbato ⁊ turbante fratres: ⁊ contennente magiſtrum/ breue tibi/ ſed fidele damus cōſilium. Diaboli ſtudium eſt circuire in domo dei/ ⁊ querere quem deuoret: tue econtra vigilantie inq̄ꝫ tum potes nūqꝫ locum dare diabolo. Eto igitur ille acrius inſiſtit quomodo a grege infirmam ſeparet ouiculā quatinus eo licentius rapiat/ quo non fuerit qui eripiat: tanto enixius tibi ꝙtum in te eſt/ reſiſtendū eſt: ne de manu tua poſſit eā eruere: nequando dicat inimicus preualui aduerſus eū. [Pſ. xij.] Jtaqꝫ aggredere fratrē omni officio charitatis: videlicet beneficijs/ ſalutaribus monitis/ ſecretis increpationibus/ publicis exhortationib⁹/ duris etiā ⁊ vboꝝ ⁊ verbeꝝ/ correptionib⁹ qꝺqꝫ efficacius eſſe ſolet/ tuis ad deum pro eo fratrumqꝫ pijs orationibus. Qꝫ ſi iam hec omnia feciſti nec profeciſti/ ad apoſtoli cōſiliū cōfugiendū eſt dicētis. [j. Coꝛ. vj] Auferre malū ex vobis. Auferatur ergo malus ne malos generet. Neqꝫ em̄ pōt arbor mala fructus niſi malos facere. Auferat aūt dico: ſed nō quomodo ipſe vult: vt videlicet tanqꝫ ex tua licentia: cū male ſecura conſcientia extra ꝯgregationē cōtra profeſſionē deuitās ſubiectionē ſui iuris eſſe: ſua permittat viuere lege. Sed abſcidatur vt ouis morbida a grege: vt putridū mēbrū a corpore: ꝗ iā exinde ſe pro certo nouerit a te haberi tanqꝫ ethnicū ⁊ publicanū. Et ne timeas eſſe contra charitatē/ ſi vnius electiōe ſcādalū multoꝝ recōpenſaueris pace: quippe qui ſua forte maliciа/ fratrū cohabitantiū turbare facile poterat vnanimitatem [C] conſoletur te illa ſalomonis ſententia. Quem deus negligit nemo pōt corrigere. [Eccli. vij.] Et illa ſaluatoris. Omis plātatio quā non plantauit pater meus/ eradicabit. [Mat. xv.] Et illa beati iohannis euangeliſte de ſciſmaticis. [j. Johā. ij.] A nobis exierunt/ ſed non erant ex nobis. Et rurſus apud apoſtolū. [j. Coꝛ. vij] Jnfidelis ſi diſcedit diſcedat Alioqn non eſt relinquenda virga peccatorum ſuper ſortem iuſtorum/ vt non extendant iuſti ad iniquitatem manus ſuas. Melius eſt enim vt pereat vnus qꝫ vnitas.

Epiſtola. ciij.

[D] Et ſi facie ignotus nobis/ ⁊ ſi corpore remot⁹ a nobis: amicus tamen es: ⁊ amicitia notū iam nobis/ ⁊ preſentem te facit. Hanc tibi te neſciente comparauit non caro ⁊ ſanguis/ ſed ſpiritus dei qui vvilelmum fratrem tuū eterna nobis ſocietate: ⁊ ſpiritali charitate deuinxit: ac per eū te quoqꝫ ſi dignuꝫ iudicas. At ſi ſapis nō contēnes eorum amicitiā quos veritas beatos clamat/ ⁊ reges pronunciat celoꝝ. Quā quidē beatitudinē nō inuidemus tibi. Nec enim cōmunicata tibi/ nobis minuit: nec noſtri proinde termini reſtringuntur/ ſi ⁊ tu regnaueris. Quenam vero inuidie cauſa pōt eſſe vbi ſortiū magnitudini cōſortiū multitudo nil detrahit? Uolo te eſſe amicū pauperū/ magis autē imitatorē. Jlle gradus ꝓficientiū eſt/ hic perfectoꝝ. Amicitia pauperū/ regū amicos conſtituit/ amor paupertatis reges. Regnū deniqꝫ celoꝝ pauperū eſt/ ⁊ eſt regie poteſtatis beare pro voluntate amicos. [Luce. xvj.] Facite (inquit) vobis amicos de māmona iniquitatis: vt cū defeceritis recipiant vos in eterna tabernacula. Uides qꝛ magna dignitas/ ſancta paupertas ſit: vt non modo patrociniū ipſa ſibi non querat ſed ⁊ ferat indigētibus. Quale eſt hoc abſqꝫ interuentu cuiuſpiā angelorum vel hoim: ſola diuine gratie cōfidentia accedere per temetipſum ad vultū glorie/ capeſcere ſumma rerū/ attingere totius magnificentie culmen? [E] Uerū qualibus iſta tu tibi impedias rebus: vtinā ſine diſſimulatione attendas. Ue/ ve vapor eſt ad modicū parēs: qꝺ eterne felicitatis aditū intercludit: qꝺ perhennis luminis incircūſcriptā claritatē abſcondit: qꝺ vniuerſitatis ſciētia fraudat/ quod ſumme priuat dignitatis honore. Quouſqꝫ tu tante glorie prefers fenuꝫ qꝺ hodie eſt: ⁊ cras in clibanū mittit/ carnē dico ⁊ eius gloriā? [j. Petri. j.] Siquidē ois caro fenum ⁊ omnis gloria ei⁹ tanqꝫ flos feni. Si ſapis/ ſi habes cor/ ſi tecū eſt lumen oculoꝝ tuoꝝ: deſine iā ea ſequi: que ⁊ aſſequi miſerū eſt. [F] Beatus ꝗ poſt illa non abijt q̄ poſſeſſa onerant/ amata inquinant/ amiſſa cruciant. An non ea ſatius cū honore ſpernis/ qꝫ cū dolore perdis? An nō ea prudētius xp̄i cedis amori qꝫ morti? Eſt in inſidijs predo: cuius manib⁹ nec te nec tua potes ſubducere. Non poterit ꝓuideri: quia tanqꝫ fur in nocte ita veniet. Nihil intuliſti in hunc mundū: haud dubiū qꝛ nec ꝗcqꝫ auferes. Dormies ſomnū tuū: ⁊ nihil inuenies in manibus tuis. Sꝫ noſti hec/ non eſt in docendo te ſuperflue laborandum. Orandum potius vt quod tibi iā noſſe datum eſt/ detur et implere prout oportet.

Ad magiſtrum Galterum de caluo monte. Epiſtola. ciiij.

Sepe meū animū dulciſſima tui ſubeūte memoria doleo ſuper te galtere chariſſime: cogitans nimirum illud tue iuuentutis decus: ⁊ ingenij acumen ſcientie et eruditionis ornatū: qꝺqꝫ his omib⁹ excellētius eſt in chriſtiano/ tuos illos mores ingenuos qꝫ inanibus ſtudijs atteras: dū de tantis muneribus nō auctori xp̄o/ ſꝫ rebus deſeruias trāſitorijs. O ſi (quod auertat deus) mors inopinata ſubripiens iſta ꝯcuſſerit: heu ſubito cūcta velut ad impulſum vētis ⁊ furētis venti: tanqꝫ fenū velociter areſcent/ ⁊ quēadmodū olera herbaꝝ cito decidēt. [pſ. xxxvj.] Quid ergo tecū tolles de oi labore tuo/ quē operatus fueris ſup terram? Quid retribues dño ꝓ oibus q̄ tribuit tibi? Quid (inqꝫ) lucri: ꝓ tot tibi creditis talētis referes creditori? O ſi vacuā manū inuenerit ille/ ille donoꝝ promptus ꝗdē actor: ſꝫ importunus exactor. Ueniet em̄ veniet ⁊ nō tardabit/ ad requirēdū vtiqꝫ qꝺ ſuū eſt cū vſura. Suū nēpe aſſerit/ oē qꝺ te in tua patria pōpoſis ſed periculoſis fauoribus nobilitate videt. Gen⁹ clarū/ corpus aptū/ forma elegans/ ingenii velox/ eruditionis vtilitas: ⁊ honeſtas morū/ glorioſa quidē ſunt: ſꝫ ei a quo ſunt. Si tibi vſurpas/ eſt qui q̄rat ⁊ iudicet. Eſto tamē. Liceat tibi hec interim aſcribere noi tuo: ⁊ gloriari in laude tua: ⁊ vocari ab hoibus rabi: ⁊ facere tibi nomē grāde dūtaxat ſup terram [Ro. xiiij.] quid tibi poſt mortē de his oibus niſi ſola fortaſſe memoria relinquet: ⁊ hoc quoqꝫ ſolūmodo ſup terrā? Scriptū quippe eſt. Dormierūt ſomnū ſuū: ⁊ nihil inuenerūt oēs viri diuitiarū in manibus ſuis. [Pſ. lxx.] Qꝫ ſi hic eſt finis oim laborū tuoꝝ (vt pace tua dixerim) quid habes amplius iumento? Siquidē ⁊ de tuo palefrido cū mortuus fuerit: perhibebit qꝛ bonus fuit. Simul vide quid tibi ante tribunal illud terrificū reſpōdendū ſit: de eo qꝺ acceperis in vano animā tuā/ ⁊ aiam talē: ſi tamē inueniaris nil egiſſe amplius de immortali ⁊ rationali ſpū tuo: qꝫ qꝺuis pecus de ſuo: cū brutus vtiqꝫ ſpūs non viuat niſi ꝙdiu viuificat: ⁊ vno eodēqꝫ momento ⁊ viuificare pariter deſinat ⁊ viuere. [G] Quid q̄ſo dignū te iudicabis: ꝗ factus ad imaginē factoris: tante in te maieſtatis nō defendis dignitatē: ⁊ tu hō cū in honore eſſes: honorē tuū nō intelligēs/ cōparatus iumētis inſipientibus ⁊ ſimilis fact⁹ ſis illis: dū nil ſpūale videlicet aut eternū elaboraueris/ ſꝫ inſtar beluini ſpūs: ꝗ vt a corpe ita cū corpore diſſoluit/ ſolis fueris cōtētus corꝑalib⁹ ac tꝑalib⁹ bonis: euangelici illius ſurdus auditor cōſilij. [Johi. vj.] Operamini non cibū qui perit: ſꝫ ꝗ ꝑmanet in vitā eternā? [Pſ. xxiij.] Scriptū eſt aūt qꝛ nō aſcendit in mōtē dñi: niſi ꝗ nō accepit invano aiam ſuā. Sꝫ nec is ꝗdē/ niſi etiā fuerit innocēs manib⁹ ⁊ mūdo corde. Uideris tu an de tuis hoc opib⁹ ſimul ⁊ cogitatiōib⁹ ꝓſumere audeas Sin aūt attēde ꝗd mereat iniqtas: ſi ſola ſufficit inutilitas ad dānationē. Et reuera ſecura nō erit ſpina vel tribulus: vbi ſecuris infructuoſe arbori poni videbit nec ꝑcet pūgēti/ ꝗ minat ⁊ ſterili. [Eſaie. v.] Ue igit ⁊ ve iteꝝ de ꝗ dicet. Expectaui vt faceret vuas ⁊ fecit labruſcas. Sed noui ego qꝫ liquido ⁊ copioſe hec me ꝗꝫ tacēte cogitare ſufficias/ materno vo deuinct⁹ amore: necduꝫ poſſis abijcere: qꝺ iā ꝯtēnere noris. Et ꝗd ego ad hec rñdebo tibi? Ut matrē deſeras? Sꝫ inhūanū vr̄. Ut cū ipa maneas. Sꝫ nec ipſi expedit: vt ſit filio cā ꝑditiōis. Forte vt ⁊ mūdo ſimul milites ⁊ xp̄o? Sꝫ nemo pōt duob⁹ dñis ſuire. Mater tua vult cōtraria tue: ac ꝑ hoc ⁊ ſueipſi⁹ ſaluti. Elige ḡ tu e duob⁹ qꝺ vis: aut vni⁹ vcꝫ ſatiſfacere volūtati: aut vtriuſqꝫ ſaluti. Uerū ſi multū eā diligis/ deſere poti⁹ ipſam ꝓpter ipſam: ne ſi xp̄m deſeras vt maneas cū ipſa: propter te pereat ⁊ ipſa. Alioquin male meruit de te q̄ te peperit/ ſi propter te perit. Quomō em̄ nō perit: q̄ ipſum quē peperit perimit? Et hec dixerim vt tuo aliquo modo carnali cōdeſcendam cōſulāqꝫ affectui. Ceterum fidelis ſermo ⁊ omi acceptione dignus: vt ⁊ ſi impium eſt contēnere matrem: contēnere tamē propter xp̄m piiſſimū eſt. [Mat. x.] [Mat. x.] Nam qui dicit honora patrem ⁊ matrem: ipe etiam dixit: qui amat patrem aut matrem plus qꝫ me non eſt me dignus.

Ad Romanū romane curie ſubdyaconū. Epi. cv.

Bernardus abbas clareuallis romano ſuo quod ſuo. Bene feciſti chariſſime tui nobis per litteras ⁊ renouās dulcē memoriam: et excuſans moleſtiſſimam morā. Minime quidem deſiderantium te cordib⁹ vlla potuit ſubripere quādoqꝫ obliuio

tue dilectionis

tue dilectionis: sed te tui fateor pene oblitum esse putauimus priusq; illas litteras videremus. Nunc itaq; rumpe moras / fac cito quod scripsisti: et si veraciter stilus expressit affectum / efficaciter opus stilum testificetur. Quid tardas ipsum quem iamdudum conceperas spiritū parturire salutis: Nil mortalib⁹ vel morte certius / vel incertius hora mortis. Siquidem tanq; fur in nocte ita veniet. Ue pregnātibus in illa die. Si superuenerit ⁊ preuenerit hunc tā salutiferum partum: heu perfodiet domum / sanctum germē extinguet. Cum enim dixerint pax et securitas: tūc repentinus superueniet eis interitus sicut dolor inutero habēti / ⁊ nō effugiēt.

A

¶ Uolo te mortē ⁊ si nō effugere / certe vel non timere. Iustus quippe mortē ⁊ si nō cauet / tamē non pauet. Deniq; si morte preoccupatus fuerit / in refrigerio erit. Moritur quidem et iustus sed secure / quippe cui⁹ mors vt presentis est exitus vite: ita introitus melioris. Bona mors si peccato moriaris vt iusticie viuas. Hec mors necesse est vt precurrat vt sequatur illa secura. In hac vita q̄diu durat / cōpara tibi illā que semper durat. Dumviuis in carne morere mundo / vt post mortem carnis deo viuere incipias. Quid enim si conciderit mors saccū corporis tui dū te subinde circūdet leticia?

Apo xiiij

O q̄ beati mortui q̄ in dn̄o moriuntur / audientes a spiritu vt requiescāt iā a laborib⁹ suis. Nō solū autē sed ⁊ succedit locū ditas de nouitate / ac de eternitate securitas. Bona proinde mors iusti propter requiē / melior ꝓpter nouitatē / optima propter securitatē.

ps. xxxiij.

Ecōtra mors peccatoꝝ pessima. Et audi vnde pessima. Mala siquidē est in mūdi amissione / peior in carnis separatione / pessima in vermis ignisq; duplici contritione. Eya ergo festina / exi / recede: moriatur anima tua morte iustoꝝ quo fiant ⁊ nouissima tua hoꝝ similia.

ps. cxv.

O q̄ p̄ciosa in conspectu dn̄i mors sanctorū eius. Fuge queso / in via peccatorū ne steteris. Quomodo viuere potes vbi mori nō audes? Cū paribus occurrere fugienti / paratos nos esse confidito.

¶ Ad magistrū Henricū murdach. Epistola. cvj.

Dilecto suo henrico murdach B. abbas dictus de claraualle salutē ⁊ non in via. Quid mirum si inter prospera fluctuas et aduersa: qui necdum statuisti supra petrā pedes tuos? At si iures et statuas custodire iudicia iusticie domini q̄d horum te poterit separare a charitate xp̄i? O si scires ⁊ quid dicā: Oculus deus non vidit absq; te / que preparasti diligentibus te.

B

¶ Sed tu frater: qui vt audiui prophetas legis / putas intelligis que legis? Nam si intelligis sentis vtiq; sensum prophetice lectionis esse christum. Quam videlicet si apprehendere cupis / citius illum sequendo q̄ legendo consequi potes. Quid queris verbū in verbo qd iā caro factū presto est oculis? Iā enim de latibulo prophetarū egressus est ad oculos piscatorū: iam de mōte vmbroso ⁊ condenso tanq; spōsus de thalamo suo prosiliuit in campū euangelij.

Iohā. vij.
Mat. xj.

Iam qui habet aures audiendi audiat illum clamantem in templo. Qui sitit veniat ad me ⁊ bibat. Et venite ad me oēs q̄ laboratis et onerati estis ⁊ ego reficiā vos. Tu ergo times deficere / vbi se veritas reficere te promittit? Certe si tantū te delectat tenebrosa aqua de nubibus aeris: quāto iocundius haurias de serenissimis fontibus saluatoris? O si semel paululū q̄d de adipe frumēti vnde satiatur hierusalē degustares: q̄ libenter suas crustas rodēdas litteratoribus iudeis relinqueres. O si te vnq; in schola pietatis sub magistro iesu merear habere sodalē. O si mihi liceat purificatū pri⁹ tui pectoris vasculū supponere vnctioni q̄ docet de oib⁹. O q̄ libēs tibi pariter calidos panes / q̄s vtiq; adhuc fumigātes / ⁊ q̄si modo de furno (vt aiunt) recēs tractos de celesti largitate crebro christ⁹ suis paupibus frangit. Utinam si quā mihi guttam quandoq; de pluuia volūtaria quā segregauit hereditati sue stillare dignetur in dulcedine sua pauperi deus / mox eam tibi possem refundere: et rursus a te vicissim recipere quod senseris. Experto crede / aliquid ampli⁹ inuenies in siluis q̄ in libris. Ligna ⁊ lapides docebunt te: quod a magistris audire non possis. An nō putas posse te sugere mel de petra / oleumq; de saxo durissimo? An nō mōtes stillant dulcedinem ⁊ colles fluūt lac ⁊ mel ⁊ valles abundabunt frumento? Multis occurrentibus mihi dicendis tibi vix me teneo. Sed quia non lectionem sed orationem petis / adaperiat dominus cor tuum in lege sua et in preceptis suis. Uale.

¶ Idipsum ipsi vvilleimus ⁊ yuo. Quid super hoc vobis dicemus? Q; vos videre: ⁊ ad quid desideremus scitis. Quātum vero nec nos dicere nec vos scire potestis. Oramus ergo deū vt vobis quo nos preisse debueratis tribuat vel sequi: quatin⁹ ⁊ in hoc tante humilitatis magistrū teneamus / cū videlicet nō ⁊ despexeritis magister sequi discipulos.

¶ Ad Thomā ꝑpositū de beuerla. Epistola. cvij.

Thome dilecto filio suo Bernardus qd filio. Quid opus est verbis? Feruens spiritus ⁊ vehemens desiderium aperiri sola lingua non sufficit. Loquantur nobis affectū tuū ⁊ reliqua membra. Presens melius et innotesces nobis: ⁊ nos cognosces. Iā dudū abinuicē tenemur alterutrū debitores ego fidelis cure tu humilis obedientie. Probet vtrūq; si placet opus non calamus. Uolo te ⁊ tibi vsurpare ⁊ in me probare illā vnigenitivocem.

C
Iohā. v.

¶ Opera que dedit mihi pater vt faciā / ipsa testimoniū perhibent de me. Sic reuera: sic vnici filij sp̄us testimoniū perhibet spiritui nostro q̄ filij dei sumus ⁊ nos: cū suscitās ex operibus mortuis largitur opera vite. Nō ex folijs / nō ex floribus sed ex fructu arbor bona mala ve dinoscitur.

Mat. vij.

Deniq; a fructibus (ait) cognoscetis eos. Opera ergo et non verba discernunt inter filios dei ⁊ filios diffidentie. Operibus proinde desideriū ⁊ aperi tuū / ⁊ experire nostrū.

D

¶ Desideramus presentiā tuā / querimus optatā immo promissam exigimus. Cur tanto? Nil in ea sane expetimus de carne ⁊ sanguine. Aut proficere ex te cupim⁹ / aut prodesse tibi. Generositas sanguinis / proceritas corporis / forma elegās / iuuenilis decor / p̄dia / palacia / immēsa suppellex / insuleq; dignitatū: adde ⁊ mundi sapientiam: de mundo sunt hec: ⁊ mundus qd suū est diligit. Sed quousq;? Nō solū enim nō semper vtpote q̄ nō semp erit / vex nec diu quidē.

E

¶ Diu siquidē ista in te mundus habere non poterit: ⁊ te quippe ipsum in breui non habiturus. Nam breues dies hois sunt. Mundus q̄dē cū suis concupiscentijs transit: sed te pri⁹ emittit q̄ ipse pertrāsit. Quid te sine fide delectat amor mox finiēdus? Nos vero te non tua diligimus. Tua sint a quo sunt. Tu tue promissionis memor tui nobis copiā diutius non negaris amantibus te sinceriter et amaturis perhenniter. Pure siquidem nos amantes in vita nostra / in morte quoq; non erim⁹ separati. Nam ea que in te vel potius tibi appetimus non huius corporis sunt: nec huius temporis tantum: ideoq; nec cum corpore deficiunt: nec cum tempore pretereunt. Quinimmo posito corpore plus delectant post tempora durant. Nil simile habent cū supra enumeratis eorumve similibus que vtiq; insunt tibi / non ex patre sed ex mundo. Quid horum enim vel non preuenit mortem: vel non inuenit? At vero ista optima pars est q̄ nō auferetur i eternū. Quid istud? Nec oculus vidit nec auris audiuit: nec in cor hominis ascendit. Qui homo est ⁊ s̄m hominem ambulat / qui videlicet (vt manifestius dicam) carni adhuc acquiescit ⁊ sanguini: quid illud sit penitus nescit / quia caro et sanguis non reuelabunt que solus reuelat deus per spiritum suum. Animalis ergo homo ad hoc secretum nequaq; admittitur / siquidem nō percipit ea que sunt spiritus dei. Beati qui audiunt. Uos autem dixi amicos quia omnia quecunq; audiui a patre meo nota feci vobis.

F

O seculū nequā quod solos tuos sic soles beare amicos vt dei facias inimicos: consequenter et indignos consilio beatoꝝ. Plane enim qui amicus vult esse tuus: inimicus dei cōstituitur. Et si seruus nescit q̄d faciat dn̄s ei⁹ / q̄tomin⁹ inimicus? Porro aūt amicus spōsi stat ⁊ gaudio gaudet ꝓpter vocē spōsi. Unde ⁊ loquitur. Anima mea liquefacta est vt dilectus locut⁹ est.

Canti. v.

Amicus itaq; mundi excluditur a consilio amicorum dei: qui non spiritum huius mūdi acceperunt: sed spiritum qui ex deo est: vt sciant que a deo donata sunt sibi. Cōfiteor tibi pater q̄ abscondisti hec a sapiētibus ⁊ prudētibus / ⁊ reuelasti ea paruulis. Ita pater quia sic fuit placitum ante te: non quia sit meritū vel ab ipsis. Omnes enim peccauerunt et egent gloria dei: vt gratis mittas spiritum filij tui clamantem in cordibus filiorum adoptionis abba pater. Hoc quippe spiritu qui aguntur hi filij sunt: nec paterno prorsus arcēdi consilio. Habent nempe in se manentem spiritū qui scrutatur etiā profunda dei. Deniq; quid ignorent: quos vnctio docet de omnibus? Ue vobis filij huius seculi a vestra insipiente prudentia ignorantes spiritum salutarē: nec participantes consilium quod solus soli eructuat filio: excepto cui voluerit filius reuelare. Quis enim cognouit sensum domini aut quis consiliarius eius fuit? Non equidem nullus: sed rarus. Soli sane qui veraciter dicere possunt. Unigenitus qui est in sinu patris ipse enarrauit nobis. Ue mundo a strepitu. Clamat in populis idem vnigenitus tāq; magni consilij angelus. Quibus habet aures audiendi audiat.

Luce. viij

Et quoniam dignos non inuenit sensus: quibus patris committat archanum / tertu parabolas turbis: vt audientes non audiant / et videntes non intelligant. Ceterum amici seorsum audiunt. Uobis datum est nosse mysterium regni dei. Quibus et loquitur.

Luce. xij.

Nolite timere pusillus grex: quia complacuit patri vestro dare vobis regnū. Qui sunt hi? Utiq; quos presciuit ⁊ predestinauit conformes fieri imaginis filij dei vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Magnū secretū q; innotuit cōsiliū. Nouit dn̄s q̄ sunt

eius. Sꝫ qđ notū erat dei/manifestatū est hoīb⁹. Nec alios sa-
ne dignatur tanti participatione mysterij nisi eosipsos quos
suos presciuit ⁊ predestinauit. Nā quos predestinauit hos ⁊ vo-
cauit. Quis em̄ sane nisi vocat⁹ ad dei accedit cōsiliū? Quos
G autē vocauit hos ⁊ iustificauit. ¶ Oritur quippe sol: nō is qui
quotidie oriri cernit̄ sup bonos ⁊ malos/ sed qui timētib⁹ deū
ꝑphetica pronunciatione promittitur solis ad ꝯsiliū vocatis.
Mala. iiij Uobis (inquit) q̄ timetis deū/ orietur sol iusticie. Manētib⁹ igi-
tur in tenebris filijs diffidentie: euadit in nouā hanc lucem lu-
cis filius de potestate tenebrarū/ si tamē iā fidenter deo dice-
ps. cxviij. re pōt. Particeps ego sum omniū timentiū te. Uides q̄ prece-
dit timor vt sequatur iustificatio? Forsitan ergo timore voca-
mur/ amore iustificamur. Deniq̄ iustus ex fide viuit/ illa ꝓcul
dubio que operatur ex dilectione. Audiat itaq̄ in sui vocatio-
ne peccator qđ timeat: ⁊ sic accedēs ad solē iusticie/ videat il-
Ps. cij. luminatus qđ diligat. Quidnā est illud? Misericordia dñi ab
eterno ⁊ vsq̄ ineternū sup timētes eū. Ab eterno ꝓpter p̄desti-
nationē/ ineternū ꝓpt̄ btificationē. Altera carēs p̄ncipio alte-
ra nesciēs finē. Siquidē q̄s ab eterno p̄destinat/ ineternū btifi-
cat: intercedente sane media vocatione vna cū iustificatione/
dūtaxat in adultis. Sic ad ortū solis iusticie/ sacramentū ab-
sconditū a seculis de predestinatis ⁊ beatificandis emergere
quodammodo incipit ex abysso eternitatis/ dū quisq̄ vocat⁹
per timorē/ iustificatus per amorem: presumit se quoq̄ esse de
numero beatorum: sciens nimiruꝫ quia quos iustificauit, illos
et magnificauit. Quid enim? Audit se vocari: cum timore cō-
cutitur: sentit ⁊ iustificari/ cum amore perfunditur: ⁊ de ma-
gnificatione diffidet? Initiatur/ prouehitur et de sola con-
summatione desperabit? Nempe si initium sapientie timor do-
mini: in quo dicta est esse nostra vocatio: quid nisi prouectus
in sapientia est amor dei: is dumtaxat qui interim ex fide est/
ex quo ⁊ nostra fit iustificatio? Quid item nisi ꝯsummatio in
sapientia est: ipsa quam in fine speram⁹/ de diuina illa ⁊ deifica
visione glorificatio? Sic abyssus abyssum inuocat in voce ca-
tharactarū suarum: cū in terrore iudicioꝝ suoꝝ immensa illa
eternitas et eterna immensitas/ cuius sapientie non est nu-
merus: cor hominis prauum ⁊ inscrutabile/ mira sua bonita-
te ⁊ potētia educit in admirabile lumē suū. Uerbi gratia. Po-
namus hoiem in seculo/ seculi adhuc ⁊ sue carnis amore retē-
tum: ⁊ cū terrestris hois imaginē portet: incubantem terrenis
nil de celestibus cogitentem: quis hunc nō videat horrendis
circūfusum tenebris/ nisi q̄ in eadē mortis vmbra sedet: quip-
pe cui nullū adhuc sue salutis signū eluxerit: cui necdū in ali-
quo interna testet̄ inspiratio/ an boni de se quippiam eterna te-
neat predestinatio. At vero si superna eum miseratio dignan-
ter quādoq̄ respexerit: immiseritq̄ spiritū cōpunctionis: qua-
tinus ingemiscat ⁊ resipiscat/ mutet vitā/ domet carnem/ amet
proximū/ clamet ad deū: proponatq̄ decetero viuere deo: nō
seculo: ex qua deinde superni luminis gratuita visitatione et
subita mutatione dextere excelsi/ agnoscat se merito quidem
non iā ire sed gratie filiū: q̄ppe qui paternū erga se diuine bo-
nitatis experit̄ affectū/ qđ se vtiq̄ hactenus intantū latuerat/
vt nō solum nesciret: vtrū nam dignus foret amore an odio: ve-
rūetiam odiū magis ⁊ nō amorē propria cōuersatio testaretur
erant enim tenebre adhuc super faciē abyssi/ nōne is tibi vide-
tur quasi de abysso profundissima ⁊ tenebrosissima horrende
ignorantie: in aliā quandā quoq̄ trahi abyssum e regione ame-
nam ⁊ lucidā claritatis eterne. Et tunc demū q̄si diuidit deus
lucē a tenebris: cuꝫ peccator sole illucescēte iusticie/ abiectis
operibus tenebraꝝ induitur arma lucis: ⁊ is quē prior vita ac
propria cōsciētia: tanq̄ reuera filiū gehenne deputauerat ar-
doribus sempiternis ad tantā visitantis se orientis ex alto di-
gnationē respirans/ gloriari etiā incipit preter spē in spe glo-
Ps. iiij. rie filioꝝ dei/ quā iam nimirū e vicino reuelata facie exultans
nouo in lumine speculatur/ ⁊ dicit. Signatū est super nos lu-
H men vultus tui dñe: dedisti leticiā in corde meo. O dñe q̄d est
homo q̄ innotuisti ei: aut filius hois q̄ reputas eū? ¶ Iā se o
bone pater vermis vilissimus et odio dignissimus sempiterno
tamen cōfidit amari: q̄m se sentit amare: immo q̄ se amari pre-
sentit/ non redamare cōfunditur. Iam apparet in lumine tuo
o inaccessibilis lux/ quid boni penes te: etiā cū malus esset/ mi-
serū maneret homūculū. Amat proinde nō immerito: q̄ ama-
tus est sine merito. Amat sine fine: quia sine p̄ncipio se cogno-
scit amatū. Prodit in lucē ad miseri consolationē/ magnū con-
siliū qđ ab eterno latuerat in sinu eternitatis: q̄ nolit videli-
cet deus mortē peccatoris: sed magis vt conuertatur ⁊ viuat.
Habes homo huius archani indicē spiritum iustificātem: eūq̄
ipsū testificantem spiritui tuo q̄ fili⁹ dei ⁊ ipse sis. Agnosce cō-
ps. cxviij. silium dei in iustificatione tui. Confitere ⁊ dic. Cōsilium meuꝫ
iustificationes tue. Presens nanq̄ iustificatio tui: ⁊ diuini est
consilij reuelatio/ ⁊ quedam ad futuram gloriam preparatio.

Aut certe predestinatio: ipsa potius p̄paratio est/ iustificatio
autem magis iam appropinquatio. Deniq̄ ait. Agite peniten- Mat. iij.
tiam: q̄ appropinquabit regnū celorū. Audis de p̄destinatio-
ne: qđ ipsa sit preparatio. Percipite inquit regnū qđ vobis pa- Mat. xxv
ratū est ab origine mundi. ¶ Nemo itaq̄ se amari diffidat q̄ iā I.
amat. Libenter dei amor nostrum quem preuenit subsequitur.
Nā quomodo redamare pigeuit/ quos amauit ⁊ necdum amā-
tes? Amauit inq̄/ amauit. Habes enim dilectionis pign⁹ spi-
ritum/ habes ⁊ testē fidelē iesum ⁊ hunc crucifixū. O geminuꝫ
ipsumq̄ firmissimum dei erga nos amoris argumētū. Xp̄s mo-
ritur ⁊ meretur amari. Spiritus afficit: ⁊ facit amari. Ille fa-
cit cur ametur/ iste vt ametur. Ille suā multā dilectionē in no-
bis cōmendat iste ⁊ dat. In illo cernimus qđ amemus: ab isto
sumimus vnde amemus. Charitatis igitur ab illo occasio/ ex
isto affectio. Uta ꝯfusio dei filiū ingratis oculis cernere mo-
rientem. Qđ quidem facile contingit: si desit spiritus. Nunc
autem quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris ꝑ spi-
ritum sanctū qui datus est nobis/ amati amam⁹: amantes am-
plius meremur amari. Si ei cū adhuc inimici essemus reconci-
liati sumus deo per mortē filij eius/ multomagis reconciliati
salui erimus in vita ipsius. Quid em̄. Qui ꝓprio filio nō peper-
cit: sed pro nobis oibus tradidit illū: num etiam omnia cū ipo
daturus est nobis? Cū ergo geminū teneamus nostre salutis
indicium: geminā sanguinis ⁊ spirit⁹ effusionē: neutra sine al-
tera prodest. Nam nec spiritus datur nisi credentibus in cruci-
fixum: nec fides valet/ si non operatur ex dilectione. Dilectio
autem donum spiritus est. Ut si secundus homo christum lo-
quor factus est non solū in animā viuentē sed etiā in spiritum
viuificantē/ ex vno videlicet moriens: ex altero mortuos susci-
tans: quid mihi prodesse potest qđ in ipso moritur/ absq̄ eo qđ
viuificat? Deniq̄ ipse ait. ¶ Caro non prodest quicq̄: spiritus K
est qui viuificat. Quid est autē viuificat: nisi iustificat? Cū em̄ Iohā. vi.
mors anime peccatū sit anima quippe que peccauerit ipa mo- Eze. xviij
rietur/ vita eius sine dubio iusticia est: quoniā iustus ex fide vi-
uit. Iustus aūt q̄s est: nisi qui amanti se deo/ vicem rependit Ro. j.
amoris? Qđ non fit nisi reuelante spiritu per fidē homini eter-
num dei propositū/ super sua salute futura. Que sane reuela-
tio non est aliud q̄ infusio gratie spiritalis: per quā dum facta
carnis mortificantur: homo ad regnū preparatur/ qđ caro et
sanguis non possident: simul accipiens in vno spiritu: ⁊ vnde
se presumat amatū/ ⁊ vñ redamet ne gratis amatus sit. Hoc ita-
q̄ est illud sacrū secretūq̄ cōsiliū qđ a patre filius in spū scō
accipiens: suis quos nouit per eundē spiritū iustificando eos
cōmunicat/ ⁊ cōmunicādo iustificat: q̄n id quisq̄ accipit in sui
iustificatione vt incipiat ⁊ ipe cognoscere sicut ⁊ cognitus est
cū videlicet datur ⁊ ipsi presentire aliquid de sua ipsius futu-
ra beatitudine: quēadmodū ab eterno latuit in predestinante
plenius appariturū in beatificante. De qua tamen iam perce-
pta sumet ex parte noticia: interim quidē glorietur in spe/ nō-
dum tamen in securitate. ¶ Ue miserādi qui ad tam iocundō L
iustoꝝ cōsiliū: nullū adhuc tenent sue vocationis testimoniuꝫ.
Domine quis credidit auditui nostro? O vtinā saperent et in- Deu. xxxij
telligerent. Uerū nisi crediderint/ non intelligent. Sed habe-
tis ⁊ vos o infelices seculi male securi amatores: vestrū seor-
sum a iustis consiliū. Squama squame coniungitur: ⁊ non est
spiraculū in vobis. Habetis inq̄ ⁊ vos o impij cōmunicatum
adinuicē cōsiliū: sꝫ plane aduersum dñm ⁊ aduersus xp̄m eius. Ps. ij.
Etenim si dicente scriptura: pietas est cultus dei: ꝓfecto quis-
quis plus amat mundū q̄ deum impius atq̄ idolatra esse cō-
uincitur/ colens ⁊ seruiens creature potius q̄ creatori. Habē-
tibus aūt vt dictū est sanctis atq̄ impijs suū ad se quibusq̄
consiliū/ magnū proculdubio inter vtrosq̄ chaos firmatū est.
Nam quomodo iustus longe se facit a consilio ⁊ consilio mali-
gnantiuꝫ: ita nec resurgūt omnino impij in iudicio: neq̄ peccato- Psalm. j.
res in consilio iustoꝝ. Et quippe iustorū consiliū/ pluuia volun-
taria quā segregauit deus hereditati sue. Est cōsiliū vere se-
cretū: descēdens nimirū sicut pluuia in vellus. Est fons signa-
tus: cui alienus nō cōmunicat. Est sol iusticie: qui timentibus
deum tantū orit̄. Porro ceteros aduertens propheta in suvsic-
citate ⁊ cecitate remanētes: iustoꝝ siq̄dē imbris ⁊ lucis exper-
tes: infecūdos ac tenebrosos/ cōfusos ⁊ aduersos subsannat ⁊
notat. Hec est inq̄ens gēs q̄ non audiuit vocē dei sui. Nō vul- Hierem. vij
tis o miseri dicere cū dauid. Audiā quid loquatur in me dñs Ps. lxxxiiij.
deus. Utiq̄ foris fusi in vanitates ⁊ insanias falsas: intimum
optimūq̄ non requiritis veritatis auditū. Filij hoim vsq̄quo Ps. iiij.
graui corde? Ut quid diligitis vanitatē ⁊ queritis mendaciū?
Surdi ad vocē veritatis/ ignorātes consiliū cogitantis cogi-
tationes pacis: sed ⁊ loquētis pacē in plebē suā/ ⁊ sup sanctos
suos: ⁊ in eos q̄ cōuertunt̄ ad cor. Iam vos inquit mūdi estis Iohā. xv
propter sermonē quē locutus sum vobis. Ergo q̄ hunc sermo-
nem non audiunt: immūdi sunt. Ceterū tu o charissime: huic
voci dei

voci dei tui dulciori sup mel ⁊ fauũ: si preparas aurem interio-
rem/fuge curã exteriorem: vt expedito ⁊ vacante interno sen-
su/dicas ⁊ tu cũ samuele. Loquere dñe: qr audit seruus tuus.
Uox hec non sonat in foro: sed nec auditur in publico. Secre-
tum cõcilium/secretũ querit auditũ. Auditui tuo gaudiũ pro
certo dabit ⁊ leticiã: si sobria aure perceperis. Abrahe preci-
pitur exire de terra ⁊ de cognatione sua: vt videre ⁊ posside-
re mereretur terrã viuentiũ. Jacob relicto fratre ⁊ patria ior-
danem transit in baculo: ⁊ excipitur rachelis amplexibus. Jo-
seph dõnatur egypto/ mercatione furtiua patri sublatus et pa-
trie. Ecclesie iubetur vt concupiscat rex decorem eius: ⁊ obli-
uisci populũ suũ ⁊ domũ patris sui. Puer iesus inter cognatos
⁊ notos a parentibus queritur: nec tamen inuenitur. Fuge fra-
tres tuos ⁊ tu: si tuã vis inuenire salutẽ. Fuge inq̃ de medio
babylonis: fuge a facie gladij aquilonis. Parati sumus cũ pa-
nibus occurrere fugienti. Abbatẽ tuũ me nominas: nõ renuo
interim propter obsequiũ. Obsequiũ dico/ nõ q̃ exigã: sed qđ
exhibeã sicut filius hoĩs non venit ministrari/ sed ministrare:
et animã suam dare in redemptionẽ pro multis. Uerũtamen si
dignũ iudicas/accipe cõdiscipulũ: quẽ magistrũ eligis. Unus
si ambobus magister christus ⁊ ipse sit epistole finis: qui finis
est ad iusticiam omni credenti.

1. Reg. iij. — Gen. xij. — Gen. xxix. — Ge. xxxix. — Ps. xliiij. — Luce. ij.

Ad alterum Thomam de sancto audomaro q transgressus terminum quem posuerat: annuas ad hoc petebat inducias: ob studium litterarum tardans conuersionem suam. Epistola. cviij.

Charissimo filio suo thome frater. B. clareuallis
vocatus abbas: in spiritu timoris ambulare. Be-
ne facis agnoscens debitũ tue promissionis: ⁊ di-
late reatũ solutionis non diffitens. Sed volo te
nõ solum quid: sed ⁊ cui promiseris cogitare. Nã
ego mihi nihil vsurpo: ex quo qđ me corã/ ⁊ non
mihi ꝓmissum ipse mecũ recolis. Frustra proinde times expro-
bratũ tibi iri a me sup frustratoria dilatione: qui testis accit⁹
sum/et non dominus voti. Uidi et gauisus sum. Et hoc duo vt
gaudium meũ plenum sit: quod non erit nisi cũ fuerit impleta
promissio. Terminum posuisti quem non oportuit transgredi.
Transgressus es/quid ad me? Tuo dño stas aut cadis. Mihi
sane decretum est pro imminẽti periculo non probris/ non mi-
nis agere tecũ: sed monitis: idq̃ quatinus equo admiseris ani-
mo. Si me audieris/bene: si nõ/ego non iudico quemq̃: est q̃
q̃rat ⁊ iudicet. Qui em̃ iudicat nos dñs est. Et hinc tibi plus
timendum arbitror ac dolendum: qr nõ homini sed deo men-
titus es. Et si ego vt vis tue verecundie parco corã hominib⁹
num illa q̃ coram deo est impudẽtia impunita relinquit? Quid
queso rationis habet verecundari ad viẽ hoĩs: et vultũ dei nõ
vereri? Nam vultus domini super facientes mala. Tu ergo
plus times opprobria q̃ tormenta: ⁊ qui trepidas ad linguã
carnis: cõtemnis gladiũ qui deuorat carnes? Heccine est illa
morũ pulcherrima cõpositio: q̃ informari te scribis sciẽtie hu-
ius apprehensione: cuius studio et amore sic ferues vt nõ ve-
rearis sancto proposito preiudiciũ facere? Sed queso te quod
memoriale virtutis: que laus discipline: quis scientie profe-
ctus: vel artis fructus/trepidare timore vbi non est timor: ⁊ ti-
morem dñi relinquere? O salubrius disceres iesum: ⁊ hũc cru-
cifixum. Quã vtiq̃ scientiã haud facile nisi qui modo crucifi-
xus erit/apprehendit. Falleris fili falleris: si te putas inueni-
re apud mundi magistros: quã soli christi discipuli. i. mundi cõ-
temptores dei munere assequũtur. Nec enim hãc lectio docet
sed vnctio: non littera/sed spiritus/ non eruditio/ sz exercita-
tio in mandatis dñi: Seminate inquit vobis ad iusticiã: me-
tite spem vite/illuminate vobis lumen scientie. Uides qr non
recte proditur ad lumen scientie: nisi iusticie germen precedat
ad animam: ex quo formetur granum vite: et non palea glorie.
Quid ergo? Nondum tibi ad iusticiã seminasti: nõdũ spei ma-
nipulos messuisti: ⁊ verã te presumis sectari scientiã? Nisi forte
pro vera supponitur illa q̃ inflat: ⁊ stultius erras appendẽs ar-
gentũ tuũ: nõ in panibus: ⁊ labores tuos nõ in saturitate. Ob-
secro redi ad cor: ⁊ aduerte hunc annuũ terminũ quẽ tu tibi in-
dulsisti in iniuriã dei: nõ esse annũ placabilẽ dño: sed discordie
seminariũ: ire fomitẽ: nutrimentũ apostasie: qui spiritũ extin-
guat: gratiã intercludat: teporẽ afferat/illũ qui deo solet vomi-
tum prouocare. Heu heu videris mihi vno spiritu ambulare si-
cut ⁊ vno censeri noĩe cũ altero illo thoma: olim. s. preposito de
Beuerle: qui cũ se similiter nostro ordini ⁊ nostre domui toto
desiderio deuouisset/cepit induciari: ⁊ ita paulatim refrigesce-
re: donec subitor horrenda morte preceptus/factus de medio
est secularis et preuaricator: ⁊ duplo filius gehẽne. Qđ ab eo
si fieri potest auertat misericors ⁊ miserator dñs. Extat episto-
la quã ad eũ frustra scripsi: nisi q̃ meã ipsius animam liberaui:
denũcians qđ in me fuit q̃ oportet fieri cito. Beat⁹ foret si me
audisset. Dissimulauit: mũdus ego sum a sanguine eius. Uerũ
id nõ sufficit mihi: qr ⁊ si sim in facto isto securus de me: illa ta-
men q̃ nõ q̃rit q̃ sua sunt charitas viget me lugere illũ: q̃ secu-
rus nõ exit: qm̃ male securus vixit. O iudicior dei abyssus
multa: o terribilis in cõsilijs deus super filios hominũ. Spiri-
tus donauit quẽ erat denuo oblaturus: vt esset supra modum
peccans peccatũ/ ⁊ gratia subintrauit: vt abũdaret delictum.
Qđ tamen nõ fuit culpa dantis: sed addentis preuaricationẽ.
Sui nimirũ arbitrij erat: qđ male liber liberũ habuit cõtrista-
re spiritũ/ contemnere gratiã: nec mancipare effectui sugge-
stum dei: vt posset dicere. Gratia dei in me vacua nõ fuit. Tu
si sapis: illius insipientia proderit tibi: ⁊ lauabis manus tuas
in sanguine peccatoris/ et curabis cito absoluere te a laqueo
perditionis/ mee a timore horribili. Ego em̃ haud secus fero
fateor auersionẽ tuã: quã euisceratione meã qm̃ charissimus
factus es mihi/ ⁊ paterno te amplector affectu. Eapropter ad
oẽm recordationẽ tui: animã meã transuerberat gladius iste
timoris/tanto acerbius q̃to te minus timentẽ ꝯsidero. Scio
q̃nq̃ vbi de talibus legerim. Cũ dixerint pax ⁊ securitas: tũc
subitaneus eis superueniet interitus/ tanq̃ in vtero habenti ⁊
⁊ non effugient. Multa aũt presentio imminere tibi pauenda:
tardãti resipiscere/ tanq̃ multa expertus/ q̃ o si cognouisses ⁊
tu. Crede ergo experto/ crede amanti: cui ex altero non falli
ex altero non fallere inesse, cognoscis.

B — Osee. x. — 1. Thes. v.

Ad illustrem iuuenem Gaufridum de perona et socios eius. Epistola. cix.

Dilectis filijs Gaufrido ⁊ socijs eius Bernar. ab-
bas dictus clareuallis/ spiritũ consilij ⁊ fortitu-
dinis. Sermo q̃ insonuit edificat multos/ immo
vniuersam letificat ciuitatẽ dei: ita vt letent̃ celi
⁊ exultet terra/ ⁊ oĩs lingua glorificet deũ de ve-
stra conuersione. Terra mota est: qr celi distilla-
uerunt a facie dei synai: pluentes istis diebus solito abundã-
tius/pluuiã voluntariã quam segregauit deus hereditati sue.
Non apparebit vltra vacua in vobis crux christi/ quẽadmo-
dum in multis filijs diffidentie: qui tardantes cõuerti ad dñm
de die in diem: improuisa morte subtracti/ in puncto descen-
dunt ad inferos. Omnino refloruit ⁊ nũc quasi de nouo lignum
in quo pepẽdit dñs glorie q̃ mortuus est: nõ tm̃ ꝓ gẽte/ sz vt fi-
lios dei q̃ erãt dispersi cõgregaret in vnũ. Ipse ipse colligit vos
qui diligit vos/ tãq̃ viscera sua: tanq̃ fructũ p̃ciosissimũ cru-
cis sue: tanq̃ dignissimã recõpensationẽ effusi sanguinis sui.
Si ergo gaudẽt angeli super vno peccatore penitẽtiã agente
quid in tã multis ⁊ in illis peccatorib⁹ q̃ q̃to illustriores vide-
bantur in seculo: sciẽtia/genere/iuuentute/tanto plurib⁹ erãt
pditiõis exẽplũ. Legerã nõ multos nobiles: nõ multos sapiẽ-
tes: nõ multos potẽtes elegit deus: at nũc preter regulam mi-
ra dei potentia taliũ cõuertit̃ multitudo. Uilescit gloria pre-
sens/iuuẽtutis flos ꝯculcat̃: nõ reputat̃ generositas: sapientia
mundi stulticia iudicat̃: nõ acq̃escit̃ carni ⁊ sanguini parentum
⁊ charor renũciat̃ affectibus: fauores ⁊ honores ⁊ dignitates
reputant̃ vt stercora: vt xp̃s lucrifiat. Laudarem vos: si vobis
hec accidisse ex vobis cognoscerẽ. Ceterũ digitus dei est iste
⁊ mutatio plane dextere excelsi. Datũ optimũ ẽ ⁊ donũ pfectũ
nec dubiũ q̃n descẽdẽs a pr̃e luminũ. Idcirco in ip̃z oẽ pconiũ
iure referim⁹: q̃ facit mirabilia sol⁹/ q̃ fecit ne i vobis ociosa iã
esset ea q̃ apud se est copiosa redẽptio. Quid igit̃ opus ẽ facto
dilectissimi: nisi vt satagat̃ quõ laudabile ꝓpositũ dignũ cõse-
quat̃ effectũ? Studete ꝓinde ꝓseuerãtie: q̃ sola btutũ coronat̃.
Nõ inueniat̃ apud vos est ⁊ nõ: vt sitis filij pr̃is vr̃i q̃ in celis est
apud quẽ nimirũ nõ ẽ trãsmutatio: nec vicissitudinis obũbra-
tio. Uos q̃z fratres in eãdẽ imaginẽ transformamini a clarita-
te in claritatẽ tanq̃ a dñi spũ: curãtes oĩ vigilãtia: ⁊ ipi nõ in-
ueniri leues/instabiles fluctuãtes. Scriptũ est em̃. Uir duplex
aĩo: incõstãs est in oib⁹ vijs suis. Et rursum. Ue ingrediẽti ter-
rã duab⁹ vijs. Et ego charissimi q̃tũ ꝯgratulor vobis/tm̃ gra-
tulor ⁊ mihi: q̃ vt accepi dign⁹ habit⁹ sum minister eligi consi-
lij hui⁹. Et ꝯsiliũ do: ⁊ auxiliũ spõdeo. Si videor necessarius
aut certe si dign⁹ iudicor: nõ recuso laborẽ: nõ decro pro viri-
bus. Deuotus suppono hũeros/ ⁊ si iã fessos sarcine huic: si mi-
hi celit⁹ imponat̃. Letus ⁊ obuijs vt dr̃ manib⁹ excipio ciues
sanctor ⁊ domesticos dei. Et libẽs iuxta mãdatũ ꝓpheticũ:
occurro cũ panib⁹ fugiẽtib⁹ a facie gladij/ aquã ꝓ sitiẽtibus.
Reliq̃ posui in ore nr̃i: imo ⁊ vr̃i gaufridi. Quid q̃d vobis vice
nostra dixerit ille: nostrũ nõ dubitetis esse consiliũ.

C — 1. Cor. j. — Jaco. j. — Eccli. ij. — Esaie. ij.

Ad parẽtes eiusdẽ gaufridi cõsolatoria. Epl'a. cx.

Si filiũ vr̃m de⁹ facit suũ: q̃d vos pditis: aut ipse q̃d
pdit: Fit ẽ diuite ditior de nobili generosior: clarior
de illustri: ⁊ qđ his oibus maius est sctũs de pctõre.
Oportet aũt eũ preparari regno qđ sibi paratum

D

est ab origine mundi: atq̃ huius rei gratia modicū tempus quod viuere habet manere nobiscum: donec abrasa spurcitia vite secularis/ ac terreno deterso puluere/ celesti mansioni fiat idoneus. Si diligitis eum/ gaudebitis vti\q̃: q2 vadit ad patrem/ ⁊ talem patrem. Ipse quidē vadit ad deū: sed vos nō perditis eum: quin potius multos per eum acquiritis vobis filios. Quot quot sumus in claraualle: vel de claraualle: ipsū in fratrem/ vos in parentes suscipimus. At fortassis metuitis corpori eius vite asperitatem: quod nimirum tenerum nostis esse ac delicatum. Ceterum de huiusmodi timore dicitur. Ipsi trepidarunt timore: vbi non fuit timor. Confidite consolamini. Ego ero illi in patrem/ ⁊ ipse erit mihi in filium: quousq̃ de meis manib⁹ excipiat eū pater misericordiarū ⁊ deus toti⁹ consolationis. ¶ Nolite ergo lugere ⁊ nolite flere: q2 gaufridus vester festinat ad gaudiū non ad luctum. Ego ero illi pater ⁊ ego mater: ego frater ⁊ soror. Ego faciā ei praua in directa ⁊ aspera in vias planas. Ego ei oīa sic temperabo: ⁊ sic dispensabo vt ⁊ spiritus proficiat: ⁊ corpus non deficiat. Deniq̃ seruiet domino in leticia ⁊ exultatiōe/ ⁊ cantabit in vijs domini: quoniam magna est gloria domini.

Ps. xiij. — E

¶ Ex persona helye monachi ad parentes suos. Epistola. cxj.

nisi sane priore pri⁹ discussa ratione cassata iudicio. Eapropter
qui se superingerere festinant:quiq͂ temerario temere man⁹ im
i.Thi.v. ponere nihilominus accelerauerūt apostolo prohibente. Nemi
ni cito manū imponas:ipsi proculdubio maius peccatū habēt:
ipsi auctores scismatis/ipsi grandis malicie hui⁹ principes ex-
titere. Ceterū nūc iudiciū expetūt quod ante debuerant expe-
tisse:z quam suo loco oblatam renuerant:tandem iusticiam of
ferunt:vt videlicet si recusetur:iusti vos videamini? Si recipia
tur:litigantib⁹ inter se partib⁹:dilatio redimat tempus:z inte
rim fiat aliquid. An de vestra iusticia desperatis:z damnū iam
crescere nō timetis:quemcūq͂ causa exitū sortiatur? Quicqd in-
quiunt hactenus factū sit:modo querim⁹ audientiam iudiciū
sum⁹ subire parati. Tergiuersatio est. Quid in omni impio co-
natu vestro vobis relinquit aliud : quod afferre queatis ad se-
ducendū simplices:ad armandū maliuolos:ad vestram ipsorū
palliandā maliciam? Si hoc non diceretis:quid diceretis? Ce
terū iam de⁹ iudicauit quod sero repetit homo. Iudicauit aūt
operis euidentia:non decreti sententia. Nūquid dei iudiciū au
deat humana temeritas retractare? Quid si causet et clamet p
Ps.cxlvi. prophetam deus. Tulerūt homines a me iudiciū? Non est con
silium contra consiliū domini. Velociter currit sermo ei⁹: in cō
ueniendo populos in vnū z reges: vt domino pape innocentio
seruiant z obediant. Quis reuocabit? Dei esse iudiciū senserūt
et cōsēserūt. Galter⁹ rauennas. Hildegari⁹ terraconensis. Nor
bertus magdeburgensis. Conradus salzeburgensis archiepi-
scopi. Dei esse iudiciū cognouerūt:z acquieuerūt episcopi. Eq-
pertus monasteriensis. Hildebrannus pistoriensis. Bernard⁹
papiensis. Landulphus astensis. Hugo grōnopolitanus. Ber-
nardus parmensis. Horū gloria specialis z precipua sanctitas
et auctoritas etiam hostibus reuerenda:facile nobis qui mino
rem z meriti z officij tenemus locū:aut errare secum aut sapere
persuasit. Taceo multitudinem ceterorū:tuscie:campanie : lōgo
bardie:germanie:z acquitanie:galliarū denique z hyspaniarū
om͂: necnō z vniuerse orientalis ecclesie tā archiepiscoporū q͂
episcoporū:quorū nomina sunt in libro vite: sȝ epistole breuitas
non admittit. Hi omnes vnanimes non conducti pecunia: non
seducti fallacia:non illecti priuato carnis vel cognatiōis amo
re:non timore compulsi potētie secularis:sed dei proculdubio
volūtatem sicut non ignorantes:ita nec dissimulantes: petrum
leonis ingenue refutauerūt:ac secure gregoriū in papam inno-
centiū susceperūt. Nostratū sane nemo ex nomine in his expres
sus est litteris:quia z omnes compendiū non fert:z aliquorum
inuidiosa designatio:adulationis notam non effugit. Non aūt
debeo pretermittere sanctos:qui mūdo mortui:deo melius vi-
uunt:quorū vita abscondita est cū christo in gloria:vbi certe stu
diose inquirūt:z non dubie inueniūt beneplacitū dei:qui solli-
citi sunt quomodo placeant ei. Itaq͂ camaldulenses:vvallam-
brosani:cartusiēses:cluniacenses:z quid de maiori monasterio
sunt mei quoq͂ cistercienses cāstēblenses cadumenses:tironen-
ses:z sauinienses:vniuersitas denique z vnanimitas fratrū tam
clericorū q͂ monachorū regularis vite probateq͂ conuersatiōis:
sequentes episcopos tanq͂ greges pastores suos:innocētio fir
miter adherēt:sincere fauēt:humiliter parēt:verū apostolorū
successorē fideliter recognoscūt. Quid reges z pncipes terre?
Nōne i eodē spū vna cū subiectis sibi plebib⁹:innocētiū pariter am
plectunt:cōstrētes z ipsi papā z epm animarum suarum? Quis
postremo in quocūq͂ ordine vite illustris z boni noie homo id
ipsum non sapit? Et tamen adhuc isti nescio qua cōtentiose im-
portunitate:z importuna contentione reclamant/vocāt in cau
sam orbem z cū sua paucitate vniuersitatem flagitant iudicari/
et qui preiudicauerūt in electione:de confirmatione reiudica-
re contendūt/tūc prepropere agentes:modo prepostere retra-
ctantes. Quis tātos queso in vnū cogere queat exercit⁹ vtriusq͂
ordinis principiū/ne dicā plebiū:z adducere in examinatio
nem? Quis tot sanctorū milibus persuadere sufficiat quod pri⁹
edificauerūt iterū destruere z abducere semetipsos in preuari
cationem? Quis deinde locus omnibus tantus/omnib⁹ tut⁹?
Uniuerse quippe ecclesie negociū est : non vni⁹ causa persone.
Videtis q͂ de impossibili calūniā struitis matri vestre? Immo
vobis foueam foditis in quam precipitemini:z laqueū nectit'
quo teneamini:ne ad gremiū reuertamini matris vestre. Occa-
sio nūq͂ deerit ei/qui vult recedere ab amico. Sed esto. Mutet
consiliū suū deus (ēm hominem dico) reuocet sententiam/con-
uocet a finibus terre consiliū iudicari bis in idipsum:quod ipe
non facit patiatur:quosnam queso dabūt iudices sibi? Omnes
quippe in parte sunt:z partibus de iudicio haud facile conue-
niet atq͂ ita ad litem magis q͂ ad pacem tantus conuent⁹ fati-
gabit. Deinde velim scire cui ille interim vellet credere romā:
quam tanto amore et longo tempore concupiuit : tanto labore
et sumptibus acquisiuit/tanto statu possidet : tanto pudore ti-
met amittere/ne frustra conuenisse seculū omne cernatur : si cū
ille cadet a causa:non tamen cadat a roma. Alioquin quis cau
sam spoliatus ingreditur? Nec leges profecto cogunt nec cano
nes. Et hec dicimus/non de nostra iudicia diffidentes sed a vē
stra cauentes versutia. Iam enim deus eduxit tanq͂ lumen iu-
sticiam suam/z iudiciū suū tanq͂ meridiem z si ceco nec lumen
appareat:nec meridies luceat:quoniam sicut tenebre eius: ita
et lumen eius. Duo itaq͂ sunt de quib⁹ contenditur quisnam eo
rum rectius videat papa. Quorū primo quidem:si personas cō-
pares/vt neutri sane vel derogare videar vel adulari : dicā q͂
dici passim reperies:z neminē arbitror diffiteri/quia videlicet
innocentij nostri vita vel fama nec emulū timet:cū alterius nec
ab amico tuta sit. Dehinc si electiones discutias:nostri itidem
mox occurrit:z pmotione purior/z ratiōe probabilior:et prior
tempore. Porro de tempore cōstat. Reliqua duo merita probāt
et dignitas eligentiū. Hanc enim ni fallor partē saniorē inue-
nies/tam episcopos q͂ cardinales:dyacones siue presbyteros
et quorū maxime interest de electione summi pontificis:z quan
ti in eligendo iuxta patrū scita sufficiant. Quid z in consecra-
tione? Nonne hostiensem ad quē specialiter spectat:habemus?
Cum igitur z electus dignior/z electio sanior:z actio ordina-
bilior teneatur:qua isti ratione:immo qua contentione contra
ius z fas:z vota omnium bonorū/inuite z renitenti dei ecclesie
preficere aliū:z illum deponere tentent? Horum conatui tā ma
ligno:tam indigno:tam temerario:totis certe viribus renitē
dum esse videtis reuerendissimi z illustrissimi patres. Nō cum
omni familie dei:tamen vobis maxime vestrisq͂ conuenit: si tn̄
zelus domus dei comedit animas vestras. ¶ Uobis inq͂ z ve- B
stris maxime vigilandum est z orandum ne intretis in tentatio
nem. In ea sane parte maiore opus est fortitudine z cautela:vbi
acrior insistit aduersarius/z vis belli maior incumbit. Et seu⁹
et callidus hostis insurrexerit in vos proprio certe agnoscitis
experimento. Heu q͂ multum iam malicia illius in illis partib⁹
pro accepta potestate processit vtroq͂ scilicet genere malignā
di/vi z dolo. Nunquid autem malicia vincet tandem sapientiā?
Sed hec est hora ipsius z potestas tenebrarum. Ceterum hora
nouissima est:z potestas cito transit. Ne terreamini/ne seduca-
mini. Dei virtus z dei sapientia christus vobiscū est:qui in cau
sa est. Confidite ipse vicit mundū/fidelis est:non permittet vos i.Cor.x.
tentari supra id quod potestis. Videtis stultum firma radice?

Sine dubio statim maledicetur pulchritudini eius. Nō eīm diu dereliquet dominus virgam peccatorum super sortem iustoꝝ. Uerum vestre interim vigilantie est/vestris ꝓ vestro officio sollicite prouidere: sicut ⁊ prouidetis: vt non extēdant iusti ad iniquitatem manus suas. Oratio pro catholicis. Bene fac domine bonis ⁊ rectis corde. Pro scismaticis. Imple domine facies eoꝝ ignominia: vt querant nomen tuum domine.

Psalm. cxxiiij. Ibidem. ps. lxxxij.

Ex persona ducis burgundie. Epistola. cxxvij.

Uuillermo dei gratia egregio comiti pictauorum et duci aquitanorum. Hugo eadem gratia burgundie dux/timere terribilem ⁊ eū qui aufert spiritum principum. Errorem vestrum vltra dissimulare non fero quippe carne propinquus/⁊ corde amicus. Si quis de populo deuiat: solus perit. Ueruꝫ principis error multos inuoluit: ⁊ tantis obest q̄ntis preest ipse. Nec presumus sicut sciis vt perdamus/sed vt regamus subiectos. Per quē reges regnāt/ipse nos prefecit populis suis: a nobis tuendis non subuertendis plane sicē sue ecclesie ministros/non dn̄os. Cui vos ministerio cum tigne aſs pro vestri magnitudine potentatus ⁊ laudabiliter deseruisse noscamini: miror quanā versutia modo vestra illa prudentia circūuenta fuerit/eandem matrem vestrā ⁊ dominam deserere in tempore malo: nisi forte ⁊ hoc vobis vestri illi consiliarij persuadere conētur/ad solem petri leonis domum: vniuersalem ecclesiam esse redactam. Uiri mendaces/q̄s veritas sicut ⁊ caput eorum antichristū destruit spiritu oris sui affirmans eam per os dauid ad vniuersos fines terre: ⁊ ad vniuersas familias gentium dilatari. Habet tamen ducem apulie sed solum ex principibus/ipsumq̄ vsurpate corone mercede ridicula comparatū. Denique quid boni/quid virtutis/quid honestatis afferunt de summo pontifice suo: vt ⁊ nos prouocēt ad fauorem. Si vera sunt que vbique diuulgat opinio: nec vnius dign⁹ est viculi potestate. Si vera non sunt: decet nihilominus caput ecclesie non solum vite habere sanitatē/sed ⁊ fame decorē. Tutius proinde vobis est mi cognate charissime/vt in susceptione vniuersalis pape: ab vniuersitatis consensu ⁊ consilio non recedatis. Quem omnis religio/quem regum vniuersitas receperit vobis quoque ⁊ honorificum ⁊ salutiferum est vt recipiatis. Domini pape innocentij: ⁊ innocens vita/⁊ integra fama: ⁊ electio canonica predicatur. Priora duo/nec hostes diffitētur. Tertiū calūniam habuit: sꝫ per christianissimum lhotarium nuper falsi calumniatores in suo sunt mendacio deprehensi.

Ad eundem. Epistola. cxxviij.

In eo animo ⁊ in ea voluntate memini me discessisse dudū a te princeps eximie: vt totis affectibus bene tibi tuisq̄ cuperem/ totis nisibus saluteꝫ vestram ⁊ honorem vestrū vbicūque possem iuuarem: eo ꝙ non redirem fraudatus fructu aduentus mei ad vos: sꝫ letus preter spem multoꝝ reportarem mecū pacem ecclesie: cuꝫ exultatione vniuerse terre. Miror autem quo cuiusve consilio mira illa mutatio dextere excelsi tam subito in deterius est mutata: vt rursum ad iniuriaꝫ ecclesie clericos sancti hylarij de ciuitate expelleres: et iram dei in te grauius q̄ primū excitares. Quis te fascinauit tam cito recedere a via veritatis ⁊ salutis? Profecto iudiciū portabit quicūque est ille. Utinam ⁊ abscindantur qui vos conturbant. Reuertere queso reuertere: ne ⁊ tu (q̄d absit) abscidaris. Reuertere inq̄ ⁊ reuoca amicos tuos ad pacem: ⁊ clericos ad ecclesiā antequam irrecuperabiliter reddas tibi aduersum terribilem: ⁊ eū qui aufert spiritū principum: terribilem apud reges terre.

Gala. v.

Ad Ianuenses. Epistola. cxxix.

Ianuensibus suis consulibus cū consiliarijs ⁊ ciuibus vniuersis. B. abbas dictus de claraualle pacem ⁊ salutem: ⁊ vitam eternam. Quod aduentus noster ad vos anno preterito non fuerit ociosus: ecclesia paulopost i sua necessitate ꝓbauit: a qua etmissi fueramus. Honorifice nos ⁊ suscepistis ⁊ tenuistis exiguū ꝙ apud vos fuimus: ⁊ quidem digne vobis: sꝫ supra nostre humilitatis modū. Profecto vt nō immemores: sic non ingrati sumus. Uicem rependat qui potest: ⁊ q̄ in causa fuit deus. Nos enim vnde illū recompensemus venerationis cultū: sed obsequiū: sed affectuꝫ plenū amoris ⁊ gratie? Non ꝙ nostro delectemur fauore: sꝫ vestre deuotiōi colletamur. O mihi dies illos festiuos/sed paucos. In eternuꝫ non obliuiscar tui plebs deuota: honorabilis gens/ciuitas illustris. Uespere ⁊ mane ⁊ meridie more vtique prophete narrabam ⁊ annūciabam: ⁊ erat tanta audiēdi auiditas: quāta ⁊ audiētiū charitas. Portabam⁹ ꝟbū pacis: cunque inuenissemus filios pacis requieuit super eos pax nostra. Exieram plane seminare semen: non meum sed dei: ⁊ cadens in terrā bonam semen bonū fructū fecit centuplū/⁊ tempestiuū. Mira celeritas: quia magna necessitas. Nec tarditateꝫ passus sum: nec difficultatem: vna pene die ⁊ serens et metens/ et reportans cū exultatione manipulos pacis. Hec quippe messis: quam messui. Exulibus: captiuis: cōpeditis ⁊ incarceratis: euadendi atque repatriandi letam reportauimus spem: metū hostibus: confusionem scismaticis: gloriam ecclesie: orbi leticiaꝫ. Et nunc quid restat charissimi: nisi vt admoneamini de perseuerantia: que sola meretur viris gloriam/coronam virtutib⁹? Prorsus absque perseuerantia: nec qui pugnat victoriā: nec palmam victor consequitur. Uigor viriū/virtutū consummatio est/ nutrix ad meritū/mediatrix ad premiū. Soror est patientie: cōstātie filia/amica pacis/amicitiarū nodus/vnanimitatis vinculum/propugnaculū sanctitatis. Tolle perseuerantiam: nec obsequiū mercedem habet/nec beneficiū gratiam: nec laudeꝫ fortitudo. Denique non qui ceperit: sed qui perseuerauerit vsque in finem: hic saluus erit. Saul cuꝫ esset paruulus in oculis suis: rex est super israel ꝯstitutus: non perseuerās in humilitate ⁊ regnū amisit ⁊ vitam. Si cautela sanson/si salomonis deuotio perseuerantiam retinuissent/nec is profecto priuaretur sapiētia: nec ille viribus. Hoc summe honestatis insigne hanc totius probitatis vnicam fidemque custodem: custodiri a vobis firmiter hortor ⁊ precor. Custodite diligenter/quod libenter audistis. Mementote scriptū quia metuebat herodes iohannem: ⁊ libenter eū audiebat. Sed beatus foret: si audita libenter eque seruasset. Denique non qui audiūt: sed beati inquit qui audiūt ⁊ custodiunt verbū dei. Seruate proinde vos pacem fratribus vestris pisanis: fidem domino pape: fidelitatem regi/vobis honorem. Hoc ei expedit/hoc decet/hoc iusticia reqrit. Audiuim⁹ venisse ad vos nūcios ducis rogerij: q̄d attulerit q̄dve retulerit: nos nescim⁹. Uerū ego iuxta illud poete (vt verū fatear) semꝑ timui danaos/⁊ dona ferentes. Si quis forte in vobis (quod de⁹ auertat) rem tam fedam committere deprehendatur/ extendere videlicet manum ad turpe lucrū: hūc protinus notate ⁊ iudicate hostem nominis vestri: ciuiū proditorē: ac venditorē communis honoris ⁊ honestatis. Si quis item susurro in populo / diaboli sibi assumens vicem: iurgia seminare ⁊ pacem turbare velle reperiatur: quemadmodū ille discordie semꝑ est amator ⁊ auctor: huic rigide censure remedio citi⁹ obuietur: eo quippe pessime: quo intime pesti. Hostilis exercitus vastat agros: domosque spoliat: praua autem consilia corrūpunt bonos mores/⁊ modicum fermentū totam massam corrūpit. Scitie: plantate: negociamini/vt antiqua mala non solum non iteretis/sed etiā de iustis laboribus vestris expiareꝫ delere possitis. Scriptum quippe est. Redēptio anime viri/proprie diuitie. Et rursum date elemosynam ⁊ omnia mūda sunt vobis. Quod si militare placet ⁊ veste fortitudinis ac strenuitatis iterū experiri vires arma probare delectat: non equideꝫ id presumendū aduersus vicinos ⁊ amicos cum magis ecclesie inimicos expugnare deceret/sed ⁊ regni vestri inuasam a siculis defensare coronam. Super illo sane ⁊ honestius acquiretis ⁊ iustius possidebitis acquisita. Deus pacis et dilectionis maneat semper cum omnibus vobis. Amen.

ps. liiij.

j. Reg. xv. Mat. vj. Luce. xj. puer. xiij. Luce. xj.

Ad Pisanos. Epistola. cxxx.

Pisanis nostris consulibus cū consiliarijs: ⁊ ciuibus vniuersis. Bernard⁹ abbas dict⁹ de claraualle: pacem: ⁊ salutem ⁊ vitam eternam. Benefaciat vobis deus: ⁊ meminerit fidelis seruitij/⁊ pie cōpassionis: et consolationis: ⁊ honoris/que sponse filij eius: in tempore malo ⁊ in diebus afflictionis sue exhibuistis ⁊ exhibetis. Et quidem hoc iam impletur ex parte: ⁊ orationis hui⁹ nōnullus capitur fructus. Digna plane retributio celeri iam compensatur effectu. Iam pro meritis tecū actitat de⁹ popul⁹ quē elegit in hereditatē sibi omnino populū acceptabilem: sectatorem bonoꝝ operū. Assumitur pisa in locū rome: ⁊ de cūctis vrbibus terre ad apostolice sedis culmē eligit. Nec fortuitu siue humano contingit illud consilio: sed celesti prouidentia: et dei benigno fauore fit: qui diligētes se diligit: qui dixit christo suo innocentio. Pisam inhabita: ⁊ ego benedicēs benedicā ei. Hic habitabo quoniam elegi eam. Me auctore tyranni siculi malicie/pisana constantia non cedit. Nec minis concutitur: nec donis corrūpitur/nec circūuenit dolis. O pisani pisani: magnificauit dn̄s facere vobiscū/facti sumus letantes. Que ciuitas nō inuidet? Serua depositū vrbs fidelis: agnosce gratiā: stude prerogatiue non inueniri ingrata. Honora tuū ⁊ vniuersitatis patrem: honora mūdi principes qui i te sunt: ⁊ iudices terre: quorum te presentia reddit illustrem/gloriosam/famosam. Alioqn si ignoras te o pulchra inter ciuitates: egrediris post greges sodalium tuoꝝ pascere hedos tuos. Sapientibus sat dictū est. Cōmendo vobis marchionē engelbertū/qui dn̄o pape ⁊ amicis eius missus est in adiutoriū: iuuenis fortis ⁊ strenu⁹/⁊ si nō fallor fidelis. Habetote eū vestris precibus magis commendatū: quia ⁊ ego ei vos amplius commendare curaui: monuique vt vestris potissimum

stris potissimum consiliis limitatur.

Ad Mediolanenses. Epistola.cxxxi.

Suis mediolanensibus/vniuerso videlicet clero et populo. B. abbas dict⁹ de claraualle in dño salutē. Bñ vobiscū facit deus: bene vobiscū facit romana ecclesia. Facit ille quod pater: facit illa qđ mater. Et reuera quid vobis debuit facere τ non fecit? Si postulastis mitti vobis de curia honorabiles personas ad honorē dei τ vestrū/ factū est. Si postulastis confirmari quod vnanimitas vestra de venerabilis patris vestri electione firmauerat/ factū est. ¶ Si voluistis licuisse vobis quod illicitū nisi pro magna quidem necessitate sacri canones iudicant: translationē episcopi scȝ in archiepiscopū/ cōcessum est. Si rogastis eruī ciues vestros de vinculis placētinoꝝ: qđ vtiqꝫ ego prętermittere nec volo: nec valeo/ et hoc factū est. In quo postremo quecūqꝫ rationabilis petitio illic: non dico repulsam: sed vel moram passa est apud piam matrem? En ad complementū palliū presto est: plenitudo honoris. Nunc vero audi me inclita plebs: gens nobilis: ciuitas gloriosa. Audi inquā me (veritatē dico non mentior) dilectorē tui: zelatorem salutis tue. Romana ecclesia valde clemens est: sed nihilominus potens. Fidele consiliū τ omni acceptione dignū noli abuti clementia: ne potētia opprimaris. Sed dicit aliquis. Debitam ei reuerentiā exhibebo: τ nihil amplius. Esto. Fac quod dicis: q2 si exhibeas debitā/ τ omnimodā. Plenitudo siquidem potestatis super vniuersas orbis ecclesias: singulari prerogatiua apostolice sedi donata est. Qui igitur huic potestati resistit: dei ordinationi resistit. Potest si vtile iudicauerit nouos ordinare episcopatus vbi hactenus non fuerunt. Potest eos qui sunt alios deprimere: alios sublimare prout ratio sibi dictauerit: ita vt de episcopis creare archiepiscopos liceat: et econuerso si necesse visum fuerit. Potest a finibus terre sublimes quascunqꝫ personas ecclesiasticas euocare: τ cogere ad suā presentiā non semel aut bis: sed quotiēs expedire videbit. Porro in promptu est ei omnē vlcisci inobedientiā: si quis forte reluctari conat⁹ fuerit. Deniqꝫ probasti τ tu. Quid enī cōtulit tibi vetus tua rebellio: τ recalcitratio male suasa a pseudo prophetis tuis? Quem fructū habuisti: in quibus nūc erubescis? Agnosce poti⁹ in qua potestate: gloria τ honore suffraganeoꝝ tuoꝝ tā diu priuata extitisti. Quis pro te valuit obuiare apostolice auctoritatis iustissime seueritati: cum prouocata tuis excessibus: decreuit te tuis illis ātiquis ac preclaris ornamētis nudare: mutilare mēbris? Et hodie confusa τ trūcata iaceres: si non benign⁹ q̄ potentius tecū actū fuisset. Quis eā prohibere valebit etiā a grauioribus: si rursum (qđ absit) adieceris prouocare? Uide ne patiaris recidiuū: q2 pro certo (nisi fallor) non tā facile denuo poterit inueniri remediū. Si q̄s itaqꝫ dixerit tibi: partim oportet obedire: partim nō op3: cū tu in te experta sis plenitudinē apostolice potestatis: auctoritatis integritatē: nōne hmōi aut seductus est: aut seducere vult? Sed fac qđ dico: nā ego te nō seduco. Conuertere magis ad humilitatē: ad mansuetudinē. Siquidem τ humilibus dat deus gratiā: τ mansueti hereditabūt terrā. Esto cauta dñe τ matris tue recuperatā seruare gratiā. Et sic ei placere studeas de reliquo quatin⁹ placeat ei non solum seruare tibi que reddit sed etiam adijcere que nondum dedit.

Ad clerum Mediolanensem. Epistola.cxxxij.

Benedicti vos a dño: quoꝝ studio τ industria ciuitas vestra liberata est ab errore: τ relicto scismate ad catholicā redijt vnitatē. Exijt sermo iste inter catholicos: audiuit τ letata est syon/ τ est vobis gloria corā deo τ omni populo. Ex letis amplexibus mater ecclesia colligit tot τ tantoꝝ multitudinem filioꝝ: quos se amisisse dolebat. Ex leto τ sereno vultu de⁹ pater recipit hoc sacrificium de manibus vestris. Ex autem τ paci terre intenditis: facitis quod filij pacis. Et ego fratres particeps τ socius gaudij vestri fieri cupiēs: iuxta petitionē vestrā ad vos cū dilectis fratribus nostris nūcijs vestris veniebā: de quib⁹ mihi scripsistis: plenius ꝓm rationē in bñplacito dei satisfacturus. Sed q2 tempus breue est quo ad concilium festinamus: non grauet vos vsqꝫ ad reditum nostrum sustinere.

Ad vniuersos ciues Mediolanensium: Epi.cxxxiij.

Ut ex scriptis vestris percipio: nonnullus mihi locus gratie apud vos est. Et qm̄ meū nō inuenio meritū: diuinit⁹ credo datū. Nō recuso fauorē ingētis insignisqꝫ populi. Amplector oblatā gratiā: τ obuijs manib⁹ gloriose ciuitatis deuotionē deuot⁹ excipio: presertim hoc tpe quo a biecto errore scismaticoꝝ: ad sinū matris eccl'ie cū gaudio toti⁹ orbis reuersa est. Arbitror tñ nō solū mihi gloriādū q̄ iusti or ad pacē q̄rēdā τ a famosissima vrbe cū sim paup ignobilisqꝫ psōa tāti boni mediator atqꝫ minister assumor: sed vobis q̄z ꝑ talē nihilominus honor est flecti ad pacē: τ concordiā vicinoꝝ vestroꝝ: quos nec multaꝝ ciuitatū hostilis impet⁹, vt bñ notū est mūdo, cedere aliqn̄ cōpulit. Itaqꝫ festināns ad ꝯciliū: spo me rediturū ꝑ vos: τ ꝓbaturū de gratia quā ꝓmisistis. Qui aūt gratiā dedit: faciat ne in me vacua sit.

Ad nouicios apd Mediolanū ꝯuersos. Epi.cxxxiiij.

Charissimis fratribus de mediolano nuper conuersis ad deum. B. abbas dictus de claraualle: in spū consilij τ fortitudinis quod bene ceptū est: digno exitu consummare. Benedictus deus qui fecit vobis vilescere mundi gloriam/ largitur⁹ suam. O q̄ vani filij hominū: q̄ mendaces filij hominū in stateris: qui ꝓm illud euangelij: gloriam abinuicem querunt: τ gloriā que a solo deo est nolūt: plane in hoc ipsi decipientes de vanitate in idipsū. Uos autem non sic. Ab hoc vos opprobrio liberauit nunc diuina misericordia/ vt essetis christi bonus odor deo in omni loco ipsi ad gloriam: angelis ad leticiam/ hominibus ad exemplum. Siquidem gaudium est in celo super vno peccatore penitentiā agente: q̄ tomagis super tot τ talibus viris: τ de tali vrbe conuersis? Et ego fratres tanta leticia prouocatus/ sed τ vocatus a vobis: per charissimos fratres ottonem τ ambrosiū quos ad hoc ipsum direxistis: decreueram simul cū ipsis venire ad vos. Ceterum melius existimans/ nō in articulo tēporis neqꝫ in trāsitu vos videre: distuli vsqꝫ ad reditū nostrū. Properamus q̄ppe ad concilium: per vos deo auxiliante reuersuri: consilium τ auxiliū quod ꝓm rationē poterimus: vrō sancto ꝓposito ꝓbituri.

Ad petrum papiensem episcopum. Epistola.cxxxv.

Si semen bonum iactum in terrā bonam fructū attulisse videtur: ipsius est gloria qui dedit semen serēti fecunditatem terre: semini incrementū. Quid in his nos capimus? Ego sane gloriā christi alteri non dabo. Multo vero scrupulosius vsurpabo mihi. Profecto lex domini conuertit animas: τ non ego. Testimonium dñi fidele sapientiā prestat paruulis: non ego. Laudatur de bona littere tornatura manus: non calamus. Fateor vt multū tribuā mihi lingua mea calam⁹ scribe: velociter scribentis. Sibi ergo inquis quid afferunt boni speciosi pedes euāgelizantiū bona? Multum per omnem modum: primum quidem quia filij sunt patris sui qui in celis est: τ gloriam quam deferunt patri/ nequaq̄ a se ducunt alienam. Nam si filij τ heredes. Deinde vero q̄ proximorum salutem/ suam nihilominus arbitrantur: quippe quos tanq̄ seipsos diligunt. Tertio quoqꝫ ꝑ labor labiorum ipsorum sibi penitus perire non poterit. Unusquisqꝫ enim mercedem accipiet ꝓm propriū laborem. Ego labia mea non prohibui tu aperuisti τ viscera: ideo procul dubio plus accepturus: quoniā plus laborasti. Certus sum enim quia nō vacat tibi q̄ sitienti tulisti aquam: τ cum panibus occurristi fugientibus. Non inq̄ vacant officia humanitatis: non hortamenta salutis quibus xpi vere viscera in illis pauperibus refouisti. Ambo tamen collaboratores: ambo coadiutores dei sumus: ambo pariter speremus fructum in refectione animarum sanctarum. Quis mihi det nunq̄ memoriam tui deserere. nunq̄ ab ipsa deseri.

Ad eundem. Epistola.cxxxvi.

Si tristia semp acciderēt: quis sustineret? Si semper prospera: quis non contemneret? Sed rerum sancta gubernatrix sapientia: horū pernecessaria vicissitudine eo moderamine electis suis cursum vite temporalis alternat: vt nec aduersa frangāt nec leta dissoluant: cum potius τ ista ex illis, grauiora: τ illa ex his tolerabiliora reddant. Benedictus per oīa deus tristicia nostra versa est in gaudiū: ac ceperunt oleum post vinum vulnera nostra. Raptores τ predones compuncti humiliantur. Sacerdotem domini in quem ausi sunt mittere manus cum honore remittunt. Spolia que diripuerāt: τ sine desidia recolligunt: τ sine fraude restituunt. Si quid horum est quod inueniri non possit: dalphin⁹ pro eo satisfaciet ad bñplacitū vestrū hoc quippe manu sua: i nostra firmauit. Pro qua sua ꝓmissiōe adimplenda: si venerit ad pedes vestre maiestatis qđ τ proposuit mitius q̄ meruit. supplicamus agi cū iuuene. Non q̄ velimus impunitum esse tam grande facinus: sȝ vt ecclesia ita (si fieri potest) debita satisfactione honoretur: vt is qui satisfacit supra vires patientie sue non exasperetur: τ peniteat hominē nostris acquieuisse consilijs.

Ad imperatricem romanorum. Epistola.cxxxvij.

In reconciliatione mediolanensium nō obliti sum⁹ vnde a vestra excellētia premoniti fueram⁹. Quod et si non monuissetis/ nihilominus honori vestro et regni vtilitatibus intendere debemus: sicut vbiqꝫ τ semper fideliter q̄tum possumus facimus. Non ante sane mediolanenses in gratiam domini pape τ ecclesie vnitatem

recepti sunt: quousq; palam conrado refutato ⁊ abnegato: dominũ nostrũ lothariũ: in suũ regem ⁊ dñm receperũt: ⁊ romanorum imperatorẽ augustũ vna cũ toto orbe confessi sunt: ⁊ de iniuria transacta iuxta cõsiliũ ⁊ mandatũ dñi pape: digne vobis se satisfacturos esse tacto sacro sancto euangelio spopõderũt. Unde magnas agentes gratias diuine bonitati: que absq; bellorũ periculis: absq; humani sanguinis effusione: inimicos vestros sic humiliauit: rogamus vestrã satis nobis expertam clementiã: vt tẽpore suo cũ requisierint predicti mediolanenses ꝑ dñm papã vtiq; mediatorẽ sue reconciliationis gratiã vestram benignos vos atq; placabiles inueniamus: quatin⁹ nec eos peniteat ianis paruisse consiliis: ⁊ vos de eis debitũ habeatis seruitiũ ⁊ honorẽ. Non eñi decet vt fideles vestri qui pro honore vestro laborant: apud vos confundantur. Confundentur aũt: si quibus de benignitate vestra spem idulgentie promiserunt: cũ pro ipsis interuenerint inuenerint vos (qđ absit) inexorabiles.

¶ Ad Henricum regem anglorum. Epistola. cxxxviij.

HEnrico illustrissimo anglorũ regi. B. abbas dict⁹ de claraualle honorem/sospitatem: ⁊ pacem. Uelle vos instruere de his presertim que spectant ad honestatem: aut insipientis est: aut vos penitus ignorantis. Ea propter rem simpliciter intimare sufficit: et hoc paucis: quoniam facile omnia tenenti/multa superflue ingerũtur. In ingressu vrbis sum⁹: salus est in ianuis: iusticia nobiscũ est/sed romanus militibus cibus iste non sapit. Itaq; iusticia placamus deũ: militia terremus hostes: solis necessariis necessaria non habemus. Quid opus sit facto: vt opus vestrum compleatur: quod de dñi pape innocentij magnifica ⁊ honorifica illa susceptione fecistis: vos melius nostris.

¶ Ad lotharium imperatorem. Epistola. cxxxix.

LOthario dei gratia romano imꝑatori augusto. B. abbas de claraualle: si quid potest peccatoris oratio. Benedictus deus qui vos elegit: ⁊ erexit cornu salutis nobis: ad laudẽ ⁊ gloriã nois sui: ⁊ reparãdũ imperij decus: ad subueniendũ ecclesie sue in tempore malo: postremo ad operandũ etiam nũc salutem in medio terre. Ipsius est enim op⁹: ꝙ corona glorie vestre ita indies amplifatur: ⁊ sublimatur mirabiliter crescens ac proficiens in omni decore ⁊ magnificẽtia apud deũ ⁊ homines. Ipsi⁹ profecto nuper opus ⁊ virtus fuit: ꝙ iter satis laboriosum ⁊ meticulosũ ꝓ pace regni: ⁊ ecclesie liberatione susceptum: in tanta prosperitate peregistis: rome siquidem imperialis culminis plenitudinem gloriosissime assecut⁹. Idq; qđ maius fuit: in manu nõ magna: vt animi fideiq; magnitudo clarius emineret. Quod si añ tantillum exercitũ terra tremuit ⁊ quieuit: q̃tus putamus horror hostiũ corda inuadere habeat: cũ ceperit rex procedere in magnitudine brachij sui? Animabit insuper honestas cause: immo duplex prouocabit necessitas. Non est meũ hortari ad pugnam est tamen (secur⁹ dico) aduocati ecclesie: arcere ab ecclesie infestatione scismaticoꝝ rabiem est cesaris propriã vendicare coronam ab vsurpatore siculo. Ut enim constat iudaicã sobolem sedem petri in christi occupasse iniuriã: sic proculdubio omnis qui in sicilia regẽ se facit: contradicit cesari. Si aũt vtrũq; incũbit cesari: restituere scilicet cesari que sunt cesaris: ⁊ que sũt dei deo: cur apud tullũ res dei minuitur: cum cesar nihil sibi lucretur? Uerendũ est ne minimoꝝ neglectus: impedimentum sit maximoꝝ. Hoc est quod dico. Ecclesia sancti gẽgulfi grauiter iniusteq; (vt dicitur) in illa ciuitate opprimit: ⁊ aiũt vestre prudentie nescio qua fraude subreptũ: vt domino pape per iusticiã subuenire paranti: vestre interuentu precis obuiaretis. Obsecro ⁊ consulo consulti⁹ agi: noxiam reuocari precem: dari locũ iusticie: anteq̃ ecclesia illa fundit⁹ destruat. Pauper sum ego: fidelis tamen vester: ⁊ si videor importunus: fortasis inde est. Dominã imperatricẽ in christi charitate oppido salutamus.

¶ Ad eundem. Epistola. cxl.

HOnor cuius instinctu vel consilio vigilantie vestre subripi potuerit: vt homies digni certe duplici honore ⁊ gratia; contraria a vobis audirent (Pisanos dico: qui primi ⁊ soli interim adhuc erexere vexillũ aduersus inuasores imperij). Quam iustius i eos regia incanduisset indignatio: qui populũ strenuũ ⁊ deuotum quacũq; occasiõe offendere ausi sunt: eo precipue tempore quo accincti in multis milibus suis: exierant oppugnare tyrannũ: vlcisci iniuriam dñi sui ⁊ imperialem defensare coronam. Ut enim cõgruentissime assignem huic gẽti quod olim de sancto dauid dicebatur: quenam queso in omnibus ciuitatibus sicut pisa: fidelis: egrediens: ⁊ regrediens: et pergens ad imperiũ regis? Nõne hi sunt: qui nuper regni illũ vnicũ ac potissimum hostem: ab obsidione neapolis fugauerũt? Nonne hi sunt: qui etiam quod pene incredibile dictu est; in vno ipetu suo expugnauerũt: amalfiam: ⁊ rebellem: ⁊ scalam: atq; atturinam: ciuitates vtiq; opulentissimas ⁊ munitissimas: omnibusq; q̃ antehac tentauerunt: vsq; ad hoc tempus (vt aiunt) inexpugnabiles? Quam dignum: q̃ equum: q̃ plenum ratione ⁊ iusticia fuerat: vt fideliũ terra interim saltim dũ hec actitarent: ab omni hoste secura consisteret: tum pro presentia summi pontificis: quem iamdudũ exulẽ pisani apud se cum summo honore seruabãt: ⁊ seruant: tum pro seruitio imperatoris: pro quo ⁊ ipsi tunc temporis exulabant. Factum est autem per contrarium: vt gratiam qui offenderunt: et qui seruierũt iram mererentur. Sed vos fortassis adhuc ista nesciebatis. Oportet ergo nũc quando res est nota vobis: immo et decet ⁊ expedit mutare vos ⁊ verbum: ⁊ animũ: vt viri regnis magis fauorib⁹ ⁊ munerib⁹ honorandi: a vestra parte decetero audiant ⁊ recipiãt prout meriti sunt. O q̃tũ meruere pisani: q̃tum adhuc mereri possunt? Sat est dictũ sapienti.

¶ Ad Humbertũ abbatem igniacẽsem: qui abbatiam suam dimiserat. Epistola. cxli.

PArcat tibi omnipotẽs deus. Quid voluisti facere? Quis te credet ad tantũ prorũpere malũ: hominem tantis preditum bonis? Quomõ potuit arbor bona pessimũ hunc ex se producere fructũ? O q̃ terribilis deus in iudicijs super filios hominũ. Nõ miror ꝙ diabolus istud potuit: sed quod deus permisit: quippe cui iã tot ãnis pure sicut credimus/⁊ deuote seruisti. Quid faciet de me vtiq; pigro ⁊ negligenti seruo: qui fidelem famulũ suum/sic vel ad tẽpus tradidit in animã inimicoꝝ eius? Quid queso rationis: immo quid non impietatis habet hec fuga tua: de qua filij lugent: aduersarij rident? Miror q͛ te nõ terruit arnaldi abbatis exemplũ: cuius similis presumptio digno sꝫ pauẽdo fine (vt bene meministi) in breui est vindicata. Et quidem ille qualẽcunq; (vt bene noui ego) habuit causam: tu nullam. Nunquid enim aut monachi tui erant inobedientes imperij/aut conuersi segnes in operibus: aut vicini forte tibi tuisve rebus infesti: aut certe modica ⁊ non sufficiens substantia mũdi: quatinus relinquere cogereris: quos vel regere vel pascere non sufficeres? ¶ Uide ne ⁊ te tangat vox illa dei: quia odio habuerũt me gratis. Quid enim debuit tibi facere: ⁊ non fecit? Uineam tibi plãtauit electam ⁊ speciosissimam. Sepẽ ei circumdedit votiue cõtinentie: torcular districtissime discipline fodit in ea: ⁊ edificauit sancte paupertatis turrim ad celos vsq; pertingentẽ: te cultorem atq; custodem constituit. Honestauit te in laborib⁹ tuis et complebit illos si permittis. Sed tu pro nefas destruis maceriã eius: ⁊ racemis optimis plenã exponis oib⁹ q̃ pretergrediunt viam. Heu quis prohibebit aprũ de silua vt non extermineret: ⁊ singularem ferũ ne depascat eã? Mirũ vero si in hoc mori bene preparare putas: quod quidẽ ad me scripsisti: vt in tanto scandalo et in anathemate dñi pape mori velle non timeas. Deinde si ita necessarium erat: non potuit aliud tempus considerari: nisi cum necessitatibus vniuersalis ecclesie detineor: vt illi misere quam exponis non liceat subuenire? Obsecro te per eum qui pro te crucifixus est: vt satis afflictos amplius cruciare parcas: ⁊ tristiciam super tristiciam addere desistas: quia vt verum fatear: sic pro hac ecclesie generali grauiq; scissura affectus sum: vt tedeat animam meam vite mee: etiam te et tuis in pace degentibus.

¶ Ad monachos alpenses. Epistola. cxlij.

DOnus pater vester atq; noster: auctore deo ad altiorem gradũ assumptus est. Faciam⁹ ergo charissimi: quod dicit propheta. Eleuatus est sol: et luna stetit in ordine suo. Sol est ille per quem alpensis congregatio illustris vbiq; redditur: tanq̃ luna per solem. Eleuato itaq; illo stemus nos in ordine nostro quicũq; elegimus abiecti esse in domo dei nostri: magis q̃ habitare in tabernaculis peccatorum. Ordo noster abiectio est: humilitas est: volũtaria paupertas est: obediẽtia/pax/gaudiũ in spiritu sancto. ¶ Ordo noster est esse sub magistro: sub abbate: sub regula: sub disciplina. Ordo noster est studere silentio: exerceri ieiunijs/vigilijs/orationibus/opere manuum: ⁊ super omnia excellentiorem viam tenere: que est charitas. Porro in his omnibus proficere de die in diẽ: ⁊ in ipsis perseuerare vsq; ad vltimum diem. Et hec quidem assidue vos cõfidimus actitare. Ceterum vnum opus fecistis: ⁊ omnes mirantur: q͛ cum sancti essetis: non reputantes vestram sanctitatem: alienam participare curastis: vt essetis sanctiores. Impletũ est q͛ legitur in euangelio. Cum feceritis omnia que mandata vobis fuerint: dicite serui inutiles sumus. ¶ Inutiles vos reputatis: ⁊ humiles inuenti estis. Recta facere: ⁊ inutilem se reputare apud paucos inuenitur: et ideo multi admirantur. Hoc inq̃: hoc prorsus vos de illustribus reddit illustriores: sanctiores de sanctis. Et vbicunq; diuulgatus est sermo iste: repleuit

D

E Joh. xv.

Abac. iij.

F

Luc. xvij. G

omnia

oīa odore suauitatis. Hec virtus me iudice prefertur etiam ꝓtractis ieiunijs: ⁊ anticipatis vigilijs: oī deniq̄ corporali exercitio: tanq̄ vera pietas que ad oīa valet. Te leto sinu collegit vos multitudo cisterciēsis: q̄ alacri vultu spectauit hoc angelica celsitudo. Nouerunt siquidē illi spiritus omnipotenti deo placere super oīa fraternam societatem: ⁊ confederationē: cum dica. ꝑ prophetam: glutino bonum est. Et per aliuꝫ. Ecce q̄ bonum et q̄ iocundum: habitare fratres in vnum. Item frater fratrem adiuuans: ambo consolabuntur. Aduertitur etiā hoc factum humilitatem redolere: que q̄ accepta sit diuine maiestati: docet ille qui dicit. Superbis deus resistit: humilib⁹ aūt dat gratiam. Ostendit ⁊ ipse humilitatis magister per semetipsum dicēs Discite a me: quia mitis suꝫ ⁊ humilis corde. Quid dicam de nostro pusillo grege clareuallis: cui specialius adhesistis: q̄to vos ⁊ q̄ speciali complectatur affectu? Nō potest dici verbo: quod de mutua charitate inter nos ⁊ vos spūalis infusio mirabiliter operatur. Superest fratres vt inuocato spūsctō maturetis vobis eligere patrem. Nam si me expectaretis: vereor ne aduentus noster differatur in longum: ⁊ illa dilatio esset periculosa. Sed vocate ad vos fratrem nostrum charissimū godefridum priorē clareuallis: qui ⁊ in hoc sicut in alijs implet vicem nostram: vt cōsilio eius vel forte illorū quos ipse pro se miserit: si venire nō poterit: necnon ⁊ p tris vestri garini: talem personam eligatis de qua ⁊ deus honorem habeat ⁊ vos salutē. Memores mei estote fratres.

[margin: .i. Thi. iiij. — Esaie. xli — ps. cxxxij — Jaco. iiij. — Mat. xi.]

Ad suos clareuallen. Epistola. cxlij.

Charissimis fratribus clareuallis: monachis: conuersis: nouicijs: frater. B. gaudere in domino semper. Ex vobis perpendite: quid patiar ego Si vobis molesta est absentia mea: nemo dubitet mihi esse molestiorem. Non est paris iacture: nec eiusdem grauaminis est me vno carere vos: meq̄ vestra vniuersitate destitui. Tot me necesse est affici curis: quot vos estis: ⁊ an singulos quosq̄ vestrum dolere absentiam: timere pericula. Duplex contritio ista nō me deseret: quousq̄ meis visceribus ego reddar Quod quidem ⁊ vos sentire pro me non ambigo: sed ego vnus sum. Vobis ergo vna mihi multiplex incumbit tristandi ratio vtpote pro omnibus vobis. Nec solum cruciat q̄ absq̄ vobis vel ad tempus viuere cogor: sine quibus ⁊ regnare miseram mihi reputo seruitutem: sed etiam q̄ versari compellor in his que amicam quietem omnino perturbant: ⁊ meo proposito minus fortasse cōueniūt. Hec scientes: more mee que mee nō est voluntatis: sed ecclesiastice necessitatis: non oportet vos indignari: sed compati. Spero autem q̄ non erit longa: vos orate vt nō sit infructuosa. Detrimēta que interim forte cōtingēt: emolumēta reputētur: q̄m deus in causa est. Qui cū sit begnin⁹ ⁊ omnia possit: facile dāna resarciet: nō solū integre sed etiam cumulate. Propterea bono animo simus: deū habentes nobiscum: in quo ⁊ vobis pūtes sumus: q̄tūlibet terrarū spacijs diuisis a nobis videamur. Quicūq̄ in vobis bene officiosuꝫ se ipsum exhibet: humilem: timoratum: studiosum lectiōis: orationibus vigilem: fraterne charitatis sollicitum nō me putet absentem sibi Nā quomō ei p̄sens spū nō sum: cū quo est mihi cor vnū ⁊ anima vna? Si quis autē susurro: qd̄ absit existit itervos aut bilinguis: aut murmurans: aut contumax: aut impatiēs disciplinę: aut inquietus ⁊ vagus: ⁊ qui panē ociosus comedere nō erubescat: huic etiā si corpore presens essem: longe esset ab eo vita mea eo q̄ ipse lōge fecerit a se deū: morum nō locorū distātia. Interim fratres dū venio seruite dño in timore: vt sine timore quandoq̄ de manu inimicorum vestrorū liberati seruiatis illi. Seruite in spe: q̄m fidelis est in promissis. Seruite ex merito: quia multus in meritis est. Nam ⁊ si cetera taceā hoc solo certe nō immerito vitam sibi vēdicat nostram: q̄ pro ea prebuit suaꝫ. Nemo igitur sibi viuat: sed ei qui pro se mortuus est. Cui ei iustius viuā q̄ ei q̄ si nō moreref / ego nō viuerē? Cui cō modi⁹: q̄ ꝓmittēti vitā eternā? Cui magis ex necessitate: q̄ flā mas ꝑpetuas minitanti? Sed seruio volūtarie: q̄ charitas libertatē donat. Huc ꝓuoco viscera mea Seruite in charitate illa q̄ timorē expellit: labores nō sentit: meritū nō intuet: fructū nō reqrit: ⁊ tamē plus oib⁹ vrget. Nulli⁹ terror sic sollicitat: nulla p̄mia sic inuitāt: nulla iusticia sic exigit. Ipsa vos mihi inseparabiliter iungat: ipsa me vobis iugiter repsentet: horis maxime q̄bus oratis: charissimi ⁊ desiderantissimi fratres.

[margin: A — .i. Cor. v.]

Ad eosdem. Epistola. cxliij.

Tristis est anima mea vsq̄ dum redeam: ⁊ non vult consolari vsq̄ ad vos. Que enim est mihi consolatio in tempore malo: ⁊ in loco peregrinationis mee Nonne vos in domino? Minime quidē deseris me quocunq̄ iero dulcis memoria vestri: sed quanto memoria dulcior: tanto absentia molestior. Heu mihi quia incolatus meus nō solum prolongatus est / sed etiā cumulatus. Et reuerta iuxta prophetam: super dolorem vulnerum meorū addiderunt: qui me a vobis aliqñ vel corpore separant. Est cōmune exilium / ipsumq̄ molestum satis: q̄ q̄diu sumus in hoc corpore peregrinamur a domino. Huic accessit: ⁊ speciale quod pene impatientē me reddit vt cogar viuere sine vobis. Longa molestia ⁊ tediosa expectatio: vanitati huic occupanti oīa: tā diu manere subiectū: feculēti corporis horrido circundari carcere ⁊ mortis vinculis funibusq̄ peccatorum necdum absolui: ⁊ tanto tpe non esse cū xpo. Ceterū aduersus hec omnia vnuꝫ mihi remedium qualecūq̄ erat: ⁊ vere datū desup: pro vultu videlicet glorie qui absconditus est vsq̄ adhuc: videre interi tēplum dei sanctū qd̄ estis vos. Ex hoc templo facilis mihi videbatur transitus ad illud gloriosum: ad qd̄ ꝓpheta suspirat dicens Vnam petij a dño hanc requiram: vt inhabitem in domo dñi omnibus diebus vite mee. Vt videā voluntatē dñi: ⁊ visitē templum ei⁹. Quid dicā: quotiens id solatiuꝫ interpolatum est mihi? Ecce hoc tertio (nisi fallor) auulsa sunt a me viscera mea Paruuli ablactati sunt ante tēpus: ipsos quos per euāgelium genui nō licet educare. Propria deniq̄ deserere / ⁊ aliena curare cogor: ⁊ dubito pene qd̄ magis egre feram: an subtrahi illis aut intricari istis. Ita ne bone iesu tota deficiet in dolore vita mea: ⁊ anni mei in gemitibus? Bonū mihi dñe magis mori q̄ viuere est: nō tā nisi inter fres / inter domesticos: inter charissimos. Hic siquidē dulcius: humani⁹: tutiusq̄ esse ꝯstat. Immo ꝓpiū est: vt in hoc remittas mihi vt refrigerer priusq̄ abeam ⁊ amplius non ero. Si placet dño meo vt oculi patris qualiscūq̄ qui non sum dignus vocari pater: claudentur manibus filiorum: vt extrema videāt exitum consolantur: spiritum suis desiderijs leuent ad consortiū si dignum iudicas beatorū: cū pauperum corpo: ibus pauperis corpus sepeliant. Hoc prorsus si inueni grām in oculis tuis: precibus ⁊ meritis eorūdem fratrū meorum obtinere toto affectu desidero. Verūtamen non mea voluntas: sed tua fiat. Nec mihi viuere volo: nec mori. Sed dignum est vt qui dolorem meum audistis etiā consolationem nō ignoretis: si qua est. Primum quidem de oī labore ⁊ calamitate quā patior: solum arbitror esse in causa eū cui oīa viuunt. Velim nolim necesse est me viuere illi: q̄ meam sibi ꝓprie vite positione acq̄siuit: q̄ ⁊ potens est si quid patimur p ipso / recōpēsare nobis in illa die misericors ⁊ iustus iudex. Et si inuit⁹ militauero ei: dispēsatio mihi tm̄ credita est: ⁊ ero seru⁹ nequā. Si autē volens: glīa est mihi. In hac ergo aliquātulū cōsideratiōe respiro. Deinde q̄ sepe nō meis meritis sup̄na grā honestauit me laboribus meis: ⁊ grā illa in me vacua nō fuit: sicut in multis expertus sum: ⁊ vos ex parte non latuit. Sed ⁊ hac vice q̄ necessaria ecclesie dei sit vel fuerit presentia paruitatis nostre dicerē ad consolationem vestrā: si nō gloriam redoleret. Nunc autem melius est: vt hoc per alios cognoscatis. Instantissima postulatione imperatoris: apl̄icoq̄ mandato: necnō ecclesie ac principium precibus flexi: dolentes ⁊ nolentes: debiles atq̄ infirmi: ⁊ vt verum fatear pauide mortis pallidam circunferētes imaginem: trahimur in apuliam Rogate que ad pacem sunt ecclesie: rogate que ad salutem sunt nobis: vt iterum vos videamus: vobiscum ⁊ viuamus ⁊ moriamur: ⁊ sic viuite vt obtineatis Infirmus in arto temporis: certe cū lachrymis ⁊ singultibus ista dictaui teste charissimo fratre nostro balduino qui stilo ea excepit: quem ecclesia vocauit ad aliud officium ⁊ ad aliā dignitatē. Orate ⁊ p ipso tāq̄ vnico solatio meo: ⁊ in quo spiritus meus plurimū requiescit. Orate p dño papa: qui me pariter ⁊ vniuersitatē vestram paterno fouet affectu. Orate ⁊ pro dño cancellario: qui mihi pro matre est: ⁊ pro ipsis qui cum eo sunt dño luca: ⁊ dño grisogono: magistro yuone: q̄ se nobis exhibent fratres vterinos. Qui mecū sunt frater bruno et frater girardus salutant vos: supplicantes ⁊ ipsi pro se orari.

[margin: ps. lxviij. — B — ps. xxvi. — C]

Ad abbates Cistercio congregatos. Epistola. cxlv.

In multa infirmitate corporis: ⁊ cordis anxietate deus scit dictaui ista ad vos: homo miser: homo natus ad laborem: frater tamen vester. Vtinaꝫ nūc ipsum spiritum in quo congregati estis: merear hīs interpellatorem ad vr̄am vnanimitatem: qui imprimat pectoribus vestris calamitatem quam patior: qui imaginem mei tristē ac supplicē sicut est fraternis affectibus representet. Nō hoc oro vt creet in vobis nouam miam: q̄ nouī ego q̄ familiari vniuersitati vestre sit illa virtus: sed hoc oro vt in intimo sentiatis: quo ⁊ quanto affectu oporteat misereri. Certus enim sum quia si id datum fuerit: continuo lachryme de thesauro pietatis erumpent: singultus: et gemitus: et suspiria hicinde pulsabūt celos: ⁊ audiet de⁹: ⁊ placabitur mihi: vtinā.

[margin: D]

¶ Reddidi te fratribus tuis: non morieris inter extraneos: sed inter tuos. Tantis siquidem laboribus ⁊ doloribus affectus sum: vt sepe tedeat me etiam viuere. Humanum autem dico propter infirmitatem nostram. Desidero differri vsq; dum reuertar ad vos: vt non moriar nisi inter vos. Decetero fratres bonas facite vias vestras ⁊ studia vestra: q̄ recta: q̄ honesta: q̄ salubria sunt cōstituentes ⁊ tenentes: ante oia solliciti seruare vnitatem spūs in vinculo pacis: ⁊ deus pacis erit vobiscum.

¶ Ad Burchardum Balernensem abbatem. Epistola.cxlvi.

Ignitum eloquium tuum vehementer: ⁊ ignitū illo igne quem dominus misit in terram. Legi illud et concaluit cor meum intra me: benedixi illi fornaci: de qua hmōi scintille euolassent. Nonne cor tuum ardens erat in te: cuz ista dictabas? Bonus hō de bono thesauro suo pfert bona. Si laboraui in te vti tu humiliter memoras: non me piget. Traui in spem profecto percipiendi fructus: ⁊ spes non confundit. En de fructu operum meorū satientur viscera mea in terra aliena: ⁊ sentio ipso meo experimento semen meum non secus viam: non super lapides: non inter spinas: sed in terram bonam ⁊ optimam cecidisse. Et si cum parerem tristiciam habui: iam non memini pressure pre gaudio quia natus est infans in mundo. Infans dixerit malicia nō sensu quem posset saluator preponere sensibus ad imitandum: denuo dicens. ¶ Nisi conuersi fueritis: ⁊ efficiamini sicut paruuli nō intrabitis in regnum celorū. Infans qui dicat super senes intellexi: quia mandata tua quesiui. Qui dicat. Adolescētulus sum ego ⁊ contemptus: iustificationes tuas non sum oblitus. Confiteor tibi pater domine celi ⁊ terre: quia abscondisti hec a sapientibus ⁊ prudentibus: ⁊ reuelasti ea paruulis. Ita pater quia sic placitū est ante te. Tuo placito sunt id quod sunt: nō suo merito. Nec enim inuenis merita: sed preuenis. Omnes peccauimus: ⁊ egemus preueniri. Tu ergo frater agnosce te preuētum: ⁊ preuentum in benedictionibus dulcedinis: nō a me q̄ nihil sum: sed ab illo qui me vt de tua te salute monerem: aspirando preuenit. Nam vt multum mihi tribuas plantator sum: rigator sum: absq; illo tamen qui incrementum dat quid sum? Ipsi te in omni humilitate subiicies: ipsi tota deuotione inhereas. Me vero vtere eius seruo: conseruo tuo: comite in via: coherede futuro in patria: si tamen studiosissime impleuero ministerium ad quod tibi missus sum: idq; q̄tum in me est effecero vt hereditatem capias salutis. Ad ea de quibus questus es: ita rideo Necessitates tuas vt meas portabo cum venero.

Matthei xviii.
ps. cxviii.
Ibidem.

¶ Ad petrum abbatem cluniacensem. Epistola cxlvii.

Domino ⁊ patri reuerendissimo petro cluniacensi abbati: suus bernardus: quod suus. Visitet te oriens ex alto o bone vir: quia visitasti me in terra aliena ⁊ in loco peregrinationis mee consolatus es me. Bene fecisti: intelligens super egenum ⁊ pauperē. Absens verū: ⁊ absens etiam longo tempore: ⁊ recordatus es nominis mei: homo magnus et occupatus in magnis. Benedictus sanctus angelus: qui pio pectori tuo id suggessit. Benedictus deus noster qui persuasit. En teneo vnde glorier apud extraneos litteras tuas: ⁊ illas litteras in quibus tuam mihi animam effudisti. Glorior q̄ me habeas non modo in memoria: sed etiam in gratia. Glorior priuilegio amoris tui: refectus sū de abundantia suauitatis pectoris tui. Non solum autem: sed ⁊ glorior in tribulationibus si quas dignus habitus sū pro ecclesia pati. Hec plane gloria mea ⁊ exaltans caput meum: ecclesie triumphus. Nam si socii fuimus laboris: erimus ⁊ consolationis. Collaborandum fuit ⁊ compatiendum matri: me ⁊ de nobis quereretur dicens. Qui iuxta me erant de longe steterunt ⁊ vim faciebant qui querebant animam meam. Deo autem gratias qui dedit ei victoriam: honestauit eam in laboribus: ⁊ cōpleuit labores illius. Tristitia nostra in gaudium: ⁊ luctus noster versus in cytharam est. Hyems transiit: ymber abiit ⁊ recessit / flores apparuerunt in terra nostra: tempus putationis aduenit: amputatum est sarmentū inutile / putre membrū. Ille ille iniquus qui peccare fecit israel: morte absorptus est: ⁊ traductus in ventrem inferi. Fecerat quippe fm prophetam pactum cum morte: ⁊ cum inferno fedus inierat. Ideoq; iuxta ezechielem: factus est perditio: ⁊ non subsistit in eternum. Alius quoq; omniū sicut maximus / ita ⁊ pessimus inimicus: abscisus nihilo minus est. Et is erat vnus ex amicis ecclesie: sed illis de quibus solet queri ⁊ dici. Amici mei ⁊ proximi mei aduersum me appropinquauerunt ⁊ steterūt. Si qui restant: cito speramus de similibus idem iudicium. Prope est vt reuertar ad fratres meos: si vita comes fuerit: per vos sicut intendo transiturus. Interim cōmēdo me sanctis orationibus vestris. Salutamus fratrē H. camerariū: ⁊ oēs q̄ circa vos sunt: cū reliqua sctā multitudine.

ps. xxxvii.
esa. xxviii.
ps. xxxvi.

¶ Ad eundem. Epistola.cxlviii.

Domino petro abbati cluniacensi. B. humile dilectionis obsequiū. Lectis litteris vestris letatus sum in eis: q̄ tātillū videlz tātus in bndictionib⁹ dulcedinis puenire curastis. Ceterū videndi nos inuicē: ⁊ colloquendi pariter: qm̄ dignū iudicatis: qn̄ se offeret illa oportunitas: qn̄ ɔueniēs locus qn̄ iusta occasio? Hec interim paucis vestris pauca reddidim⁹: ⁊ ampliora libenter donaturi: cum ea vobis onerosa non fore cognouerimus. Alioquin quando hoc ipsum auderet nostra pusillitas: nisi daret ad dignitatem vestram accessum vestre dignationis humilitas?

¶ Ad eundem. Epistola.cxlix.

Quam nolim fieri q̄ vestre patē obuiare reuerentie: credo sinceritatē vestram nō latere. Ea fiducia suggerere vobis non dubito: qd̄ suggerendū videt. De monasterio sancti Bertini vellem vos moderatius agere q̄ cepistis. Nam ⁊ si hoc vobis in pace subiicere: ⁊ absq; oi ɔtradictione possetis: ne tūc qd̄ vestra referret video. Neq; enim crediderim vos delectari honore: cuz tāto onere. Nunc vero cum nec absq; magno labore vendicare vobis p̄fatum monasterium: nec in pace vt aiunt queatis possidere: honesta vobis, vt mihi videtur, prebetur quiescēdi occasio timor inquietandi.

¶ Ad dn̄m papā Innocentium. Epistola.cl.

Sanitas capitis redundet in membra. Vnguentum quod descēdit in barbam de capite: extrema quoq; fimbria vestimēti participet. Si percusso pastore diffugerant oues: valente ⁊ incolumi secure reuertantur ad pastum. Quod dicimus: hoc est de glorie vestre crebris successibus: creber nuncius letificat ciuitatem dei. Iustum proinde est: vt vestra prosperatio ecclesie roboratio sit: ⁊ cum exaltat deus electum de plebe sua ipsa quoq; se sentiat exaltari: ac de roboris icremēto fortiorē agnoscat. Nā si cōpassa est: ⁊ ɔregnare debet. Sic dignū vobis: sic nobis necessariū. Quid enī? Si in timore ⁊ augustia exrātis vigor: nō languit: nō tepuit feruor: modo cedim⁹ cū appropinquam⁹ ad palmā? Que eminuit i infirmitate: in sublimitate virtus succūbet? Q̄ nēpe in manu valida ordinatū est nobile illud monasteriū virziliacēse. Nec isanis pfecto tumultibus armate plebis, nec effreni furātiū atq; obstrepētiū vesanie monachorū: nec q̄ his forti⁹ fuit: copiis māmone cedēdū putauit: vel ad modicū apostolica celsitudo: qd̄ apud sanctū Benedictū? Nunqd̄ regia indignatio phibere potuit spm̄ libertatis accēsum atq; accinctū aduersus carnē ⁊ sanguinē? Sic sancti meminii: sic sancti satyri: miro modo ecclesie immutate sunt: ⁊ de synagoga sathane restitute sunt in sanctuariū dei vellent nollēt oēs inique agētes superuacue. Sed nec leodii ceruicib⁹ imminēs mucro barbaricus cōpulit acquiescere importunis: improbisq; postulationib⁹ iracūdi atq; irascētis regis. Quis vero dignis efferat laudib⁹: qd̄ nouissime dieb⁹ istis de manu potētis emin⁹ iā emissum est in turbatores ecclesie aurelianensis? Reuera nunc sagitta ionathe nō abiit retrorsuz ⁊ hasta ei⁹ nō est auersa. In q̄ tn̄ verbo rex qdē turbat⁹ est: sed nō ois hierosolima cū illo. Magis aūt mitigauit omnē irā suā: ⁊ ipse tandē. Erubuit siqdē ⁊ timuit frustra armari aduersus dn̄m ⁊ aduersus xp̄m eius. Hic prorsus eleuata ē magnificētia tua sup celos: tm̄ vt laudabile principiū cōdigno exitu perornet. Qd̄ quidē vniuersi qui vos amāt vehemēter expectāt: idq; flagitāt maturari. Sane simili zelo: ⁊ in manu eque potēti / ecclesie turonensi iamiāq; subueniri necesse est. Alioquin ppe interitū est ⁊ ipsa: nisi cito feratis auxiliū. Reuixit, vt aiunt gilberti spiritus in philippo: ipsius plane ⁊ nepote carnis / ⁊ herede ambitionis. Q̄ta nēpe dominandi cupiditate ⁊ iste iuuenis inardescat: indicat matris sue ecclesie diuturn⁹ ⁊ miserabilis cruciatus: quo pene eā euiscerat miser: vt se parturiat in honorē. Est tamē auctore deo eius tergiuersationib⁹ finis tādē ipositus: si tn̄ qd̄ dictāte iustitia: ⁊ cōpellēte malicia: ⁊ pace puocāte in eū actū est: aplice auctoritati ratū hr̄e placuerit. Absit aūt vt ɔfundat fideles suos benigna maiestas: qb⁹ idē negociū dignū duxit cōmittere terminādū. Absit: absit vt seua ambitio refugiū habeat apud innocentie defensorē. Hoc ipm̄ quāte audacie est qd̄ tētat: quāte dementie qd̄ sperat? Semel ⁊ scd̄o iā aplici ɔtēptor mādati: iustitiam subterfugit: ⁊ nūc impudētiori temeritate audet denuo nihilo min⁹ tāte exratis vultib⁹ p̄ntari? Cui obscurū est: q̄ ipse cogitet in māmone virib⁹ turrim fortitudinis oppugnare: hō q̄ de iustitia penit⁹ nō p̄sumit? Sed securi sum⁹. Siqdē q̄ tētat Innocētius est: ⁊ fili⁹ iniqtatis non apponet nocere ei. Decetero me mortā abūdātie suauitatis tue dulcissime pr̄ dū suspiramus: p̄sentiā dulciter inuicē eructam⁹: q̄; carem⁹ illa / in ista ɔsolamur.

ps. lxxxviii.

Hec sedulo

hec sedulis cordibus hec oribus frequens est. Sal est in omni sermone: aures mulcet: dulcorat ora: corda recreat ⁊ inflammat. Celeberrima ⁊ in conuentibus sanctorum: colloquia condit: impinguat preces/ ad orandum sollicitat. Oramus ⁊ nunc solliciti pro vobis ⁊ vestris: vt eterna memoria dignos vos ipsa eternitas habeat: cuit pro qua temporaliter laboratis. Amen.

Ad philippum turonensis ecclesie electum. Epi.cli.

Doleo super te philippe charissime: sed queso te ne rideas dolorem meum. Nam si tibi minime videris forsitan esse dolendus: ideo magis dolendus. Tu videris quid de te sentias: ego te arbitror omni lachrimarum fonte plangendum. Dolor meus non est dignus subsannatione/ sed compassione: quia dolor meus non est de carne ⁊ sanguine/ non de amissione rerum peritararum: sed de te o philippe. Non potui expressius demonstrare magnitudinem cause doloris. Philipus est in causa. Cum de hoc dico grauem ecclesie pronuncio luctum: que te aliquando suo gremio confouebat: germinantem sicut lilium: florentem donis innumeris. Quis tunc temporis non clamabat/ bone spei iuuenem bone indolis adolescentem? Sed heu mutatus est color optimus. A quanta spe decidit francia: que te genuit ⁊ nutriuit. O si cognouisses ⁊ tu. Tu inquam si apponeres scientiam apponeres et dolorem: ⁊ dolor tuus faceret ne noster omnium esset infructuosus. Procederem si sequerer spiritum meum: sed nolo proferre plurima in incertum: ⁊ esse quasi aerem verberans. Sed hec scripsi: vt nostrum vtcunque erga te affectum cognosceres: ⁊ vt nos scires esse in proximo si forte deus inspiraret tibi nostrum curare colloquium: ⁊ optatam nobis tui velles exhibere presentiam. Sumus enim viterbii: ⁊ te morari in vrbe audiuimus. Dignare rescribere nobis quicquid illud sit/ quod de his litteris corde conceperis: vt sciamus quid faciendum sit nobis: plus videlicet minusve dolendum. Et si omnia contemnis: ⁊ in nullo nos audis: ego quidem fructum non perdam litterarum: que ex charitate procedunt: sed tu de contemptu ante tribunal terrificum respondebis.

Ad dominum papam Innocentium pro trecensi episcopo Epistola.clii.

Insolentia clericorum cuius mater est negligentia episcoporum: vbique terrarum turbat ⁊ molestat ecclesiam. Dant episcopi sanctum canibus: ⁊ margaritam porcis: ⁊ illi conuersi conculcant eos. Merito quales fouent: tales ⁊ sustinent. Quos ditant ecclesie bonis: non corrigunt eorum mala: malosque grauari portant. Alienis nimirum laboribus locupletantur clerici: comedunt fructum terre absque pecunia: ⁊ prodit quasi ex adipe iniquitas eorum. Quos proprie hodieque respicit vetus illa scriptura. Sedit populus manducare ⁊ bibere: ⁊ surrexerunt ludere. Mens quippe assueta delitijs: nec exculta discipline sarculo: multas contrahit sordes. Porro inueteratam rubiginem si temptes abradere nec summis saltem digitis contingi patientur: sed sicut scriptum est: incrassatus est dilectus/ ⁊ recalcitrauit. Insurrexerunt testes iniqui: homines quos delectat vitam semper alienam rodere: negligere suam. Supplicat puer vester pro eo cuius in hac discordia (si non fallor) tota culpa est: quia culpas redarguerit clericorum hec pro episcopo. In reliquo pro me satisfacio. Scripta dignationis vestre: quibus me venire ad vos: cum iubere possetis: rogare dignantissime maluistis: nouit paternitas vestra ad me ante natiuitatem sancte marie minime peruenisse. Itaque non dico iuga boum emi quinque: aut villam emi: aut vxorem duxi: sed plane (quod ⁊ vos non ignoratis) paruulos lactare me fateor: ⁊ ideo quomodo sine graui scandalo ac periculo ipsorum venire possim: non video.

Ad Bernardum de portis de ordine cartusiensi. Epistola.cliii.

Petis instanter: ⁊ ego constanter abnuo: sed parcens mihi/ non te spernens. O vtinam tuo studio ingenioque dignum: aliquid elaborare possem. Lumen oculorum meorum: ⁊ ipsam quoque animam si fieri posset pariter tibi amice charissime: ⁊ in christi visceribus mihi potissimum in omni plenitudine dilectionis spiritaliter amplectende frater. Ceterum vbi ingenium: aut quod ocium mihi sufficiens ad id quod petis? Neque enim leue quid aut vile: quod nos possumus postulare videris. Nequaquam quippe pro minimis sic instares. Nam voluntatem tuam ⁊ curam in hoc satis produnt crebre epistole tue: ⁊ vehementior spiritus eas animans. Nimirum proinde quanto id curiosius velle te sentio/ tanto crede mihi scrupulosius acquiesco. Cur hoc? Ne magna videlicet expectantibus/ ridiculum producam murem. Hoc vereor: ⁊ hec causa cunctationis mee. Et quid mirum si vereor dare: quod edere verecundor? Inuitus fateor prebeo quod me existimem non tam edere prestiturum: quam prodere continendum. Quis sane dare velit/ quod dedisse deceat: accepisse non prosit? Libens do/ inuitus perdo. Scimus quam sperantibus grandia/ modica minus grata venire solent. Quod autem non venit gratum: perditum est: non datum. Tibi studium est vtpote ocioso ⁊ vacanti/ vndecunque perquirere incentiua igni quo ardes vt ardeas magis: ⁊ impleas voluntatem domini tui dicentis. Et quid volo: nisi vt ardeat? Laudo: sed si illic ea queras vbi te frustratum postmodum non querearis. Erras si apud nos queris/ ego potius illa abs te mendicare debuerim. Scio quidem dare quam accipere beatius esse: sed si deest quod dari honestum: accipienti vtile sit: quale vtique penes me quicquam esse penitus nescio. Quod autem habeo vereor si in medium venerit: ne te quoque optasse illud pudeat/ peniteat postulasse. Sed quid? Non melius nos apud te tu ipse excusabis? Tui tibi certe fidem oculi faciant. Cedo importunitati tue: vt vel exhibitio tollat suspitionem. Res est cum amico. Non parco iam verecundie/ prorsus dum fiat quod iubes: insipientie mee non memorabor. Sermones paucos in principio canticorum salomonis recens dictatos/ an facio transcribi: ⁊ tibi eos necdum ediderim quantocius mitto. In quo opere cum accepero tempus christo imperante curis temptabo procedere: si tamen me inde confortes. Dominum ⁊ patrem nostrum priorem vestrum cum ceteris fratribus: per te deuote saluto: ⁊ propitios habere apud deum cordis humili supplico.

Ad eundem. Epistola.cliiii.

Dissimulare non valeo tristitiam cordis mei: nec patior vltra latere te cruciatum quem patior bernarde charissime. Memor antique mee promissionis/ propositum habui ⁊ desiderium magnum transire per vos: ⁊ reuisere quos diligit anima mea: itineri meo solatium: laboribus leuamen/ peccatis remedium postulare: ⁊ culpis meis exigentibus factum est non vt nollem sed vt non possem. Penam siquidem hoc agnosco culparum: non culpam. Certus sis homo dei minime prorsus amici fuisse incuriam/ non pigritiam: non negligentiam: sed causam obstitisse plane non negligendam ⁊ causam dei. Nihilominus tamen vermis iste continue rodit me: ⁊ dolor meus in conspectu meo semper. Et quidem alias satis tribulor/ sed vt verum fatear in nullo eque. Vincit labores itineris/ caloris incommodum/ curarum anxietates. Ecce aperui vulnus amico: tuum frater interest compati mihi / hoc est portare mecum quod patior vt releuer ego. Tuas ⁊ per te sanctorum cum quibus es orationes supplex flagito. Sermones super principia canticorum quos tu petisti: ⁊ ego promiseram/ transmitto tibi. Quibus lectis peto vt quantocius oportune poteris: tuo rescripto moneamur: vel ad procedendum/ vel ad supersedendum.

Ad dominum papam Innocentium pro eodem quando electus est. Epistola.clv.

Dilectum deo ⁊ hominibus bernardum de portis pater venerande vocatione vestra cogi ad opus et onus episcopale audiuimus. Probabilis res ac digna plane vestro apostolatu/ ponere in lumine lumen absconditum: ne sibi soli viuat/ qui et alios ad vitam trahere possit. Vsquequo namque latet ⁊ ardet tantummodo qui ⁊ lucere valet? Leuetur si placet super candelabrum vt sit lucerna ardens ⁊ lucens: sed sane vbi non preualeat vis ventorum: ne forte (quod absit) extinguatur. Siquidem insolentia lombardorum: ⁊ inquietudo eorum cui non est nota? Aut cui magis quam vobis? Nobis melius nostis quam sit ille episcopatus dissipatus: quamque domus exasperans. Quid putamus esse facturum iuuenem: viribus corporis fractum ⁊ desertis heremi assuetum: in populo barbaro/ tumultuoso/ procelloso? Quando poterit conuenire tante sanctitati: ⁊ tante peruersitati: tante simplicitati/ ⁊ tante dolositati? Reseruetur si placet congruentiori loco atque alteri populo/ cui sic presit: vt prosit: ⁊ festinatione non pereat fructus quem poterit dare in tempore suo.

Ad eundem pro clericis aurelianensibus. Epistola.clvi.

Vsquequo misera illa Aurelianensis ecclesia incassum viscera pulsat patris orphanorum ⁊ iudicis viduarum? Quippe iacet iam olim in puluere virgo nobilis israel: non solum viduata viro: sed ⁊ caris orbata pignoribus. Prohdolor: non est qui subleuet eam. Quousque ⁊ filios non dimittis cum matre misera clamantes post vos? Illos dico qui amissis rebus: ⁊ domibus/ capitibus suis refugium solum inuenere diffugium. Quid tardat intrepida manus: nullis hactenus vel negata oppressis/ vel remissa presumptoribus? Quid tardat (inquam) afflictos eripere de manu fortium: ⁊ reddere retributionem superbis? Et si tardat: non derelinquat vsquequaque. Opus magis dilatum exilium tandem venire validius/ ⁊ subuenire perfectius. Illa sit si placet moleste tarditatis recompensatio vt qui apostolica patientia superbe abusi sunt: nihil idem in fine lucrentur/ sed

in verbo vestro patienter passi sunt: minime eos sue quandoq pigeat patientie.

Ad haimericum pro eisdem. Epistola.clvij.

Speciali amico suo haimerico/dei gratia dyacono cardinali: et apostolice sedis cancellario: frater. B. de claravalle/ luce sapientie et virtutis clarescere. Nisi qz vestram novi et circa afflictos compassionem: et contra protervos indignationem: oportune importune instarem vobis pro mgro vvilhelmo maudunensi et socijs eius: compellerem vos adversus oppressores et calumniatores eorum. Nunc autem sufficiat memorasse: vestrum est opere probare cito quod revera sufficiat.

Ad dominu papa innocentium super iterfectiõe magistri thome prioris scti victoris parisien. Epi.clviij.

Amantissimo patri et dño innocentio summo pontifici. B. clarevallis abbas indignus minimum id qd est: et quod potest in domino. Fera pessima que devoravit ioseph/ canu nostrorum importunitatez no ferens: ad vestre dicitur defensionis auxilium cõfugisse. In qntam misera devenit amentiam: vt vaga et profuga et tremens super terram/ illuc potissimum fugaz inierit: vbi plus timere oportuit. Sceleratissime/ tu summe equitatis sedem: putas esse speluncã latronum/ aut cubile leonum? Tu filij recetẽ adhuc cruorem ore rabido ac ferali spumans et masticans: fugis ad sinum matris/ patris audes apparere conspectibus? Tu si penitentiam petit neganda ei no est. Sz si audiẽtiã: accipiat illam si placet: quã vel moyses indulsit populo ante conflatile curvanti genu: vel phinees fornicanti israelite: vel Mathathias demonibus immolanti: vel certe vt vobis de vestris aliquem proponamus: quã a beato petro ananias et saphira meruerunt: quã deniq audientiam dedit negociatibus in templo salvator. An ignoramus quorũdam pctã precedere ad iudicium? Nonne vox sanguinis fratris tui clamat adversum te de terra? Credimus et nsi martyris spm que novissime diebus istis tua crudelitas morti dedit: cũ ceteris aiabus interfectorum: voce valida sub altari clamare et flagitare vidictam: eoq instantius quo recentius ipsius sanguinis effusus est super terram. Sed nunqd ego inquit occidi eum? Non vtiq tu: sed tui/ et propter te. An et per te videat deus et iudicet. Si excusabilis tu es: cuius dẽtes arma et sagitte/ cuius lingua gladius acutus: perinde nec iudei xpi de morte culpãdi sunt: quippe et ipsi manus continuere canti. Ob illicitas exactiones quas sibi occasione archidyaconatus in pbros minime iam vt consueverat vsurpare liceret: beati vtiq thome obviante zelo atq industria: vtpote iusticie amatoris et defensoris: oderat illum/ et mortem ei iam ipso odio homicida minitari solebat. Multi se audivisse nũc perhibẽt: quibus discredendum non est. Postremo nepotes eius vt impias manus in sctm domini mitterẽt: quid aliud vnq adversus eu habuerint: ipse certe dicat si pot. Si ergo iste q cã: q incentor/ qui etiam (vt omnium pene suspitio est) extitit et dictator facinoris: si is inq impune ferat: qd vtiq mira impudentia de vestra aplica auctoritate presumit: qnta putamus impunitas ista in ecclesia parturiet punienda? Unu e duobus fore necesse est: aut nullos ex nobilibus sive potentibus sm hoc seculu admitti deinceps ad honores ecclesiasticos: aut passim ad omne illicitum permitti libere clericos sacris abuti officijs: ne forte si quispiã zelo dei accensus prohibere tẽptaverit: ferro ilico militari reus iusticie trucidetur. Atq ita quid spirituali gladio: qd cẽsure ecclastice: qd xpiane legis discipline: qd reverẽtie sacerdotali: qd deniq divino timori relinqtur: si metu potẽtie scelaris/ nullus mutire iã audeat ptra insolẽtiã clericorũ? Quid em insolentius/ quidve indignius in ecclesia esse potest: qz vt sibi quisq ecclesiasticas vendicet dignitates: feritate armorũ non morum probitate? Censebem domine pater aliquid vt videtis prorsus decernendum in hominem quod ecclesie prosit/ vt salus facta hoc tempore per vos transfundatur in posteros: et cognoscat generatio altera non solum quod fuit presumptum: sed et qualiter vltum. Alioquin si serpat venenu: nec sequatur pariter et antidotum: multos (quod absit) habeat perimere.

Ad eundem in persona Stephani parisiensis episcopi vnde supra. Epistola.clix.

Pijssimo patri innocentio summo pontifici: stephanus miserãdus episcopus ecclesie Parisiẽsis/ miam et iudiciũ. Vir religiosus prior sancti victoris magister thomas i obseqo charitatis: in itinere quod iniunxerat pietas/ in opere sancto: in sanctorũ comitatu/ in dominico die: certe i sinu meo et inter manus meas/ crudeliter ab impijs pro iustitia excerebratus est factus obediẽs vsq ad mortẽ. Nũc opus est pce: vbi pietatẽ melius in silentio lachryme provocãt: et singultus q interrũpit pcẽ exprimit affectionẽ. Hec plane compassionem veram/ et si non postulant: merentur tamen: vtpote que verum indicant produntq dolorẽ/ et simulationis fugant ambiguũ. Puto proinde sufficere mihi ad incutiendam paternis visceribus calamitatem quã patior: rem vt est simpliciter intimasse. Tristis flebilisq hystoria satis pro se agit: presertim apud vos/ et suasorio fucari no indiget. Exitus aquarum deducite oculi mei: qm dereliquit me virtus mea: et lumen oculorum meorum/ et ipsum non est mecum. Nec em illum lugeo: sed me. Nã ille quo pacto lugeatur: qui mortis preciose cõpendio transivit ad vitã? Quis illum no magis laudibus qz fletibus prosequatur: cui vivere xps fuit/ mori est lucrum? Episcopi nomen ego gerebam: ille exercebat opus. Honore spreto onus totis viribus supportabat. Idcirco ille revera mortuus ad vitam: ego vivus in morte. Ille mortis vincula no incidit: sed evasit: et ecce circundant me dolores mortis: et torrẽtes iniquitatis conturbant me. Ego igitur ego miser: ego miserandus in morte tua mi frater dulcissime thoma: blando hea ablactatus solatio: cauto privatus consilio: et certe tuto patrocinio destitutus. Expediebat me magis mori pro te: qz post te vivere. Propter hoc defecit in dolore vita mea: et anni mei in gemitibus. Condolet mihi ecclesia: sed dolet et pro se. Cõmune damnum cõis desolatio est: mecum ois religio plorat: paternam pariter implorat cõsolationem. Si theobaldus noterius adierit vos: sentiat vel ipse in se qm exaudivit dñs vocem fletus mei. Nepotes ipsius/ auctores extitere sceleris: ipse cã. Utrũ et dictator: in questione est. Non attendatis ad verba eius: donec veniat qui mittendus est: qui vobis plenius insinuans veritatem: cautum faciat a labijs iniquis et a lingua dolosa.

[Ps.xxxvi.]

[Ps.xvi.]

Ad haimericum cancellarium in persona eiusdem episcopi: vnde supra. Epistola.clx.

Domino haimerico charissimo venerabili sancte romane ecclesie dyacono cardinali et cancellario: suus stephanus parisien. quod domino et amico. Amicus in necessitate probatur. Quod dico non quia de sanctitate dilectionis vestre dubitem: sed ne contingat vt dubitem. Continget autem proculdubio: si zelum illum vestrum modo (qd absit) dissimulare cõpero. Porro dissimulationis id mihi argumẽtum inexcusabile fore noveritis: si theobaldũ noteriũ no recipere p meritis quacũq occasione ptigerit: q dimidiũ aie mee nepotũ suorum manibus: crudeli ambitione pcidit: soli cruciatui parte reliqua reservata.

Ad dominum papam Innocentium vnde supra. Epistola.clxi.

Vox sanguinis archebaldi subdecani aurelianensis invaluit. Nã ecce prochdolor iuxta pphetam. Sanguis sanguinẽ tangit: et simul iuncti fortius clamãt ad vos de francia. Clamat inq et vociferatur vterq sanguis clamore taz valido: vt valeat ipsum quoq palatiũ celeste pcutere tã pio: vt et saxea pectora debeat emolli re. Quid facis amice spõsi: custos spõse xpi: pastor ovium xpi? Putas ne sufficies excogitare remediũ: qd huic obviet pesti tã nefande: tã inaudite? Id sane necesse est inveniri: qd de recẽti ecclesie vulneri in psentiarũ medelam afferat: et posteris valeat ad cautelã. Ergo accingere gladio tuo sup femur tuũ potẽtissime. Si no steterit et nũc phinees et placaverit: no cessabit quassatio. Si inquã vigor ecclesiasticus pepercerit istis: iohãni dico et Theobaldo noterio: quorum et si no manu/ assensu certe: forte et instinctu sanguis innoxius effusus est sup terrã: qs non videat qd sequat? Quãtos in clero horum impunitas ptra ius et fas faciet pmoveri: metu vtiq suorum: no sue merito sctitatis? Novis morbis: novis obviandũ est medicamẽtis. Utilissime vt multis videt: iustissimeq eos apostolica falce ab omni succideres ecclesiastica dignitate: ita vt habitis careãt: et decetero ad alias non assurgant.

[Ose.iij.]

[Ps.xliiij.]

Ad haimericũ cãcellariũ p eodẽ. Epi.clxij.

Frequentẽ et amicabilẽ recordationẽ qua dñm epm parisiẽsem cõmẽdare soletis: ego postmodũ ipsi frequẽter testatus sum. En a vobis exigitur no verbo aut lingua: sed ope et veritate pbare: nec me fuisse fallacẽ: nec vos mẽdacẽ. Sic vra interest no solũ pter epm: sed et pter alios amicos vros: q vobis p certo graviter si quõ pter spem pcedere cãm ptingeret: turbarentur.

Ad Johannem cremensem cardinalem presbyterum de eodem. Epistola.clxiij.

Dilectionem et dignationem qua me amplecti a vobis nullius dignitatis homuncio sensi: ineternũ no obliviscar. Penitentiam et conversionem vestraz de qua iam angelis collętatus sum: et condelectatus: dignos facere fructus opto iugiter: et oro frequenter. Et nunc

ter. Et nunc maxime ipsos nostra illa gallicana ecclesia mecum expectat: credo non intempestiuos. Interest vestre pariter ⁊ mee fame: vt non confundar in vobis. Sic ergo clareat omnibus zelum apud vos veritatis iustitieq;: ⁊ feruere contra interiectores clericorum: ⁊ instigatores eo͞r vt non me pigeat gloriatum fuisse de vobis.

¶ Actio cause lingonensis ecclesie ad dominum Innocentium papam. Epistola. clxiiij.

Cum adhuc rome essemus: contigit illo venire dn͞m archiepiscopum lugdunēsem. Venerunt ⁊ cum eo robertus decanus ecclesie lingonen͞s. ⁊ olricus canonicus: querentes licere sibi ⁊ capitulo lingonensi eligere sibi ep͞m. Mandatum siquidem a dn͞o pape acceperant: nequaq; presumere hoc: nisi ad consiliu͞ religiosorum virorum. Quod dum per me cuperent ⁊ peterent obtinere: abnuit inq; nisi sciam ⁊ certus sim: q bonam idoneamq; personam intendatis eligere. Responderunt propositum suum atq; intentionem/de nostro pēdere arbitrio: nec aliud se facturos: nisi quod ego consulerem. Et spopōderūt. Uerum me non satis fidem accommodante accessit ad persuadendum archiep͞s: pollicens firmiter idipsum. Et addidit: q si secus clerici agere mostrentur: quicquid aliud facerent: minime se confirmaturū: nec ratum habiturum. Adductus est ⁊ dominus cancellarius in testimonium. Nec contenti: adiuimus etiam presentiam domini pape: vt eius fauore ⁊ auctoritate quod inter nos conuenerat confirmaretur: prius tamen habita inter nos collatione mutua ac diuturna/super facienda electione/⁊ de multis personis q̄rum ibi mentio facta est/duabus tandem nolatis a quibus nullus n͞rm penitus dissentiret/quamlibet illaru͞ eligi placuisset. Itaq; quod nobis complacuit: dominus papa immutabiliter obseruari precepit: ⁊ tam archiep͞s q̄ clerici firmiter p̄miserūt. Illis abeūtibus ego post discessum eorum dies paucos in vrbe faciens/vbi a domino meo impetrare potui facultatem residendi ad fratres/iter arripuimus. Et transalpinātes comperimus instare diem qua foret sacrandus homo in ep͞m lingonensem/de quo vtinam meliora atq; honestiora audiuissemus. Nolo autem dicere que inuitus audiui. Quid plura? A religiosis viris non paucis qui nobis salutandi gratia occurrerant persuasi sumus diuertere per lugdunum/quatinus si fieri posset rē nefariam ne fieret prohiberemus. Nā ego aliunde ob vie compendium ire statueram/consulens valitudini ⁊ lassitudini corporis/p̄sertim q non liquido fateor credebā rumoribus. Quis enim crederet tantum viru͞ tanta vti leuitate/vt postposita tā recente promissione sua/insuper dn͞i sui mādato: persone notabili manum imponere non timeret? Itaq; consilio religiosorū acquiescentes/lugdunum iter direximus/⁊ peruenientes: omnino sicut audiuimus sic vidimus. Parabantur illa non festa/sed infausta solennia. Decanus tamen ⁊ maxima (ni fallor) pars lugdunensium canonicorum constanter apteq; contradicebant. Sed ⁊ rumor pudendus dolendusq; passim crebrescens ⁊ inualescens/ciuitatem repleuerat. Quid facerem? Conueni archiepiscopum reuerenter quidem super pacto quod fecerat/⁊ sup mandato quod acceperat: ⁊ nihil horum negauit. Causam vero preuaricatiōis referens in filiū ducis/q a p̄stituto resilierat ne ille turbaretur in id se mutabilitatis incidisse dicebat: pacis videlicet intuitu. Et intulit q quicquid hactenus egerit: iam pro n͞ro deinceps arbitrio se facturum. Tum ego gr͞as agens absit inq; tn͞: non n͞ra/sed dei potius voluntas fiat. Que ita forsitan cognoscetur: si res ponatur in consilio ep͞orum: aliarumq; religiosarum personarum que hic ad v͞ram ipsius vocationem conuenerunt: vel adhuc venture sunt. Et si inuocato sc͞tō sp͞ū consensus oim vos ad procedendum incepto ope aiauerit: procedite vt cepistis. Sin autem acquiescendum ap͞lo dicenti. Nemini cito manum imponas. Uisum est consilium placuisse. Interim homo ille venisse nunciatur: sed in hospitium: non in palatiū. Uespere sexte ferie venit: sabbato mane recessit. Non est meum dicere: cur nec in curia apparere voluerit/ad quem ei curre fuit longo itinere peruenire: nisi quod verecundia monachalis honorisq; contemptus forsan putari posset/si non aliud alia que secuta sunt indicarent. Et reuera quid aliud tunc suspicari debuimus: qm̄ archiep͞s rediens ab illo: testatus est coram oibus nullo mō eum voluisse acquiescere: s; quicq̄d de eo factum fuerat penitus refutare? Deniq; ⁊ mandauit mox electionem fieri. Hoc per quosdam lingonenses canonicos tunc p̄sentes: hoc ⁊ per litteras que adhuc extant. Quibus in capitulo lingonensi oblatis ⁊ lectis: proh pudor incontinenti leguntur alie per oia contrarie illis: asserentes vtiq; consecrationem dilatam/non dimissam: assignantes diē ⁊ locum ad eam deci dendam: quam littere priores nunciabant decisam. Putares in litteris non modo diuersas: sed ⁊ aduersas sibi loquentes personas aduersum se inuicem contendentes: nisi q vna eademq; imago impressa ceris: vnū idēq; nomē p̄signatū in scedulis: manifeste: de vno fonte dulce ⁊ amarū illud manere cūctis q adesent mirātibus declarabāt. Tenent in manibus cōtradictorie littere: vtrislibet obedire decreueris: inobediēs necesse est teneris. Aut eni͞ priorē te recipientē ep͞lam: posterior p̄dēnabit: aut si posteriorē sed eligas: prior murmurabit. Et vtinam sc͞da ep͞la sicut potuit euertere primam: ita posset sese vel ipsa tueri aduersus tertiā. Sed ecce l͞re c͞tra l͞ras: mādatū aduersus mandatū: ita vt nō iā quēadmodū in p̄pheta: māda remāda: sed māda demāda potius inculcet. Interim nēpe hō qui ⁊ p̄secrationem fugerat: ⁊ electionē refutarat: festinauit ad regē: regaliu͞ inuestitura͞ obtinuit/q̄bus meritis ipse viderit. Mox directis ep͞lis ⁊ locus q assignatus fuerat est mutatus: ⁊ dies anticipatus vt loci tp̄isq; oportunitate subtracta: ⁊ copia agēdi pariter subtrahat̄ p̄tradicturis: ⁊ p̄secrationis dies subripiat̄ appellaturis. Ceterū nō est p̄silium c͞tra p̄silium dn͞i. Cuius prouidentia factū est/vt nec p̄tradictores defuerint: nec appellatores. Appellatū est a falcone decano lugdunēsis ecclesie: appellatū ⁊ a pōtio archidyacono lingonēsi: appellatū a bono amico sacerdote ⁊ canonico eque lingonēsi: appellatū ⁊ a fratribus nostris brunone atq; gaufrido: ignorātibus q̄dē oibus his p̄parationē cordis eo͞r: sed casu superuenientibus: haud dubiū dei prouida volūtate. Tanta siquidem fuit breuitas termini: vt vir ex quo resciuimus diē/spacio quattuor dierū nūcius noster cū litteris accurrere potuerit: quatinus p̄ueniret qđ parabat̄ nō sacramentū/sed sacrilegiū. Ex his quoq; nihilominus p̄tradixit ⁊ tam consecrandū: q̄ consecraturos ad sedem apostolicā appellauit. Et ipse erat lingonensis canonicus. Ueritatē dico nō mentior: nihil a me hic dictum persone odio/sed solo veritatis amore veraciter omnia posita: teste ipsa veritate.

esa.xxviij · *puer.xxj*

¶ Ad falconem decanum et guidonem thezaurarium lugdunensis ecclesie. Epistola.clxv.

Plaga vt videtis charissimi ecclesie n͞re magna est ⁊ multa eget cura. Nec mō multa: sed cita: ita vt assidue cum lachrymis medico celesti instemus: dicētes. Domine descende priusq; moriatur. Unum est quod magis exacerbat dolorem: ⁊ pene desperat curationem: quia nimirum inde est orta tribulatio: vnde consolatio sperare debuerat. Quisnam enim o misera malu͞ hoc quod plangis induxit super te? Profecto nō inimicus: nō is qui oderat te: sed hō vnanimis dux tu͞s: ⁊ metropolitan͞s tuus. Quō ab austro ⁊ non iam ab aquilone pādit̄ oē malum? Merito proinde non est dolor sicut dolor meus: qm̄ de q̄bus potissimum presumebam͞s ab ipsis passi sum͞s: ⁊ nō ab aliis. O lugdunēsis pia m͞r ecclesia: cuiuscemodi nō sponsum sed monstrum tue filie procurasti nunc? Non plane matrem te in hoc sed nouerca͞ sentimus. Gener hic tu͞s q̄ longe a nobili illa tua antiqua honestate: grauitate probitate degenerat. Quid enim. Ego ne id dixerim honorabile connubium: ⁊ thorum immaculatu͞: quod de tali ⁊ taliter factū est? Sine lege: sine ordie: sine rōne sic p̄fusa sunt omnia: immo ita cuncta in fraude ⁊ temeritate prerepta ⁊ presumpta fuisse constat: vt non dico ep͞m: sed ne villicū quidē aut thelonearium quempiam: in hunc modum decuerit ordinari. Quibus vos laudibus efferā dulcissimi: qui soli condoluistis afflicte: ⁊ tam in prima q̄ in sc͞da sua defensione oppresse astitistis: ascendentes ex aduerso: ⁊ opponentes vos murum pro domo israel? Non est inuentus similis vobis in illo conuētu: quid cōseruaret lege͞ excelsi: qui sacris obtemperaret canonibus: qui deniq; se indueret zelum phinees: ⁊ lingue mucrone p̄funderet fornicantes. Que cum ita de vobis ad dei ⁊ vestram ipsorum gloriam vbiq; clarescant: restat vt principio tam laudabili condignum exitum dare: ⁊ hostie capiti/caudam iungere satagatis.

Jo.iij.

¶ Ad dn͞m papam Innocentiū vnde supra. Epi.clxvi.

Iterum clamo: iterum pulso: ⁊ si non clamosis vocibus: certe lachrimosis gemitibus. Cogit iterare clamores iterata in nos iniuria perditorum ⁊ prolōgantium iniquitatem suam. Confortati sunt addentes preuaricationem. Apponunt iniquitate͞ super iniquitatem: ⁊ superbia eorū ascendit semper. Inualuit furor pudor euanuit ⁊ timor dei. Quem cōtra tuam pater castā instāq; dispositionem non timuerunt eligere etiam post appellationē tui nominis ausi sunt execrare. Et hoc presumpserunt lugdunēsis: eduēsis: matisconēsis amici cluniacēses. In fraude ⁊ temeritate isto͞r/heu q̄ ingēs multitudo sc͞tōrū turbabit̄: si angariati fuerit tale portare iugū taliter p̄positū. Proh nefas hoc ita accepturi sūt ac si cogātur genua curuare baal: aut certe iuxta p̄phetā pactū facere cū morte: ⁊ cū inferno fed͞s inire. Rogo vbi ius: vbi lex vbi sacroru͞ auctoritas canonū vbi de-

esa.xxviij

j.Thi.v.

nisqꝫ reuerentia maiestatis? Illa illa que nulli negatur oppsso soli mihi non profuit appellatio. Ubi nimirū imperabat aurū: iudicabat argentum: leges canonesqꝫ silebant: locum rō ꝛ eqtas nō habebant. Eisdem telis (quod intolerabilius est) arcem quoqꝫ aplici culminis oppugnare minātur. Id vo ridicule. Fūdata est enim supra firmam petram. Sed quid ago? Excessi fateor: non est meum accusare quēꝗ aut reprehēdere: sufficit mihi vt plangam dolorem meum. Post longam moram multosqꝫ labores quos pro seruitio romane ecclesie pertuli: cū tandem placuit serenitati vestre reditum annuere ad fratres meos: ꝛ si fractus viribus corporis tanꝗ male operans / letus tamen ob manipulos pacis quos reportabā: ad monasteriū cū psperitate perueni. Credidi me de labore euasisse ad requiem: licere mihi vtcūqꝫ resarcire spūalium damna studiorum / ac ferē quietis detrimenta que foris incurreram: ꝛ ecce tribulatio ꝛ angustia inuenerunt me. En lectulo recubentem: plus cordis / ꝗ corporis dolor excruciat. Nec enim ego deploro tpale incōmodum vilum. Anima mea in manibus meis: salus eius in causa est. Placet vobis vt illi homini credam animam meam qui perdidit suam? Scio quia non placet. Quāobrem dixi anime mee expedire magis inire fugam: ꝗ ꝛ merore consumere residuū dierum meorum: ꝛ nihilominus in periculum salutis incidere. At deus vobis potius inspiret: quod potius est: reducere videlicet ad memoriam (si dignum iudicatis) qualiter vobiscum egerim: ꝛ ponere oculos pietatis super puerum vestrum: ꝛ liberare afflictum de angustia. Quin potius non obliuisci ꝗta deus ipse fecerit vobis: ꝛ in quantulecunqꝫ vicem recompensationis ad ipsius gloriam quod taꝫ perperam factū est reuocare:

ps. cxvii.

Ad eundem pro eodem negocio: Epistola. clxvii.

Clementissime pr̄ nōne pcipiēdo precepisti in lingonensi ecclīa psonā eligi religiosaꝫ atqꝫ idoneā: ꝛ ad consilium pueri tui? Nōne dominus lugdunensis hocipsum mandatum ex aplico ore tuo psens excepit: tam fideliter executurum: ꝗ firmiter iniunctū / ac frequenter inculcatum? Nōne deniqꝫ ꝛ spopōdit? Quid ergo visum est ei mutare voluisse: qđ vtilissime ꝛ cōsultissime statutum fuerat: aliudqꝫ sua psumptione moliri qđ nō cōueniebat in vre ipsius maiestatis contemptū: ꝛ in nre pusillanimitatis scandalum? Quō nō erubuit bonus ille vir apud se est / ꝛ nō inueniri: tētans imponere tā indignū iugū ceruicibus tam numerose multitudinis religiosorum seruorū tuorū: aduersus statutum tuū: ꝛ pmissuꝫ suū? Inquire pater inqre diligēter quale hō ille cui festinat manū imponere testimoniū habeat: ꝛ ab his q prope sunt: ꝛ ab his qui longe sunt. Mihi enim interdicit dicere pudor quid publica fama de eo dicit: immo infamatio celeberrima diuulgauit. Et quid dicam? Tristis est aia mea vsqꝫ ad fugā. Et iam forsitā fugissem: nisi me retinuisset consolationis spes quā de visceribus vestris expecto. Uolebam scribere per ordineꝫ / p lachrimabilē miserie nre hystoriā: sed pre tristitia lāguet man⁹: sensus hebescit: horet lingua eloq malignā fraudē: sed subreptionē. sꝫ circūuētionē: sꝫ temeritatē: sꝫ pfidiā. Quid ergo? Filius tuus poncius archidyaconus: q ꝛ in hac causa cōstanter fideliterqꝫ se habuit: cūcta tibi pr̄ narrabit: ꝛ quid factum doleamus: ꝛ quid faciendum flagitemus. Ipsi crede tāꝗ mihi. Ego autem hoc vnū vt parturiens loquor. Nisi isti a tam scelerato: tanꝗ temerario ausu deficiāt (vt meipm nūc sentio) deficiet in dolore vita mea: ꝛ anni mei in gemitibus

Ps. xxx.

Ad episcopos et cardinales romane curie. vnde supra. Epistola. clxviii.

Vos scitis si dignum ducitis recordari qualiter vobiscum in tempore malo conuersatus sum: egrediens ꝛ regrediens: ꝛ pergens ad imperium regis: psistens ac permanens vobiscum in temptationibus vestris: ita vt consumptis pene viribus corporis / vix post redditam celitus pacem ecclesie repatriare potuerim. Et recolo hoc non glorians aut improperans: sed prouocans ꝛ efflagitans: monens ꝛ reposcens debitum vestre miserationis affectum. Urget necessitas modo omnes repetere debitores. Ego vero si feci qđ facere debui: haud aliud me ex eo ꝗ seruū inutilem reputo: iuxta sermonem dñi. Uerūtamen feci quod oportuit: aut quod faciendum fuit: nunquid merui vapulare? Et ecce rediens a vobis / tribulationē ꝛ dolorē inueni: ꝛ nomē domini inuocaui: sed non profuit. Inuocaui ꝛ vestrum ꝛ non valuit. Siquidem dn fortes terre vehemēter eleuati sunt: lugdunensis scilicet archieps: ꝛ cluniacensis abbas. Hi confidentes in vtute sua: ꝛ in multitudine diuitiarū suarū gloriātes: aduersum me appropinquauerunt ꝛ steterunt. Et non aduersum me tantum: sed aduersum magnaꝫ multitudinem seruorum dei: aduersum vos quoqꝫ: aduersum seipsos: contra deum: contra omnem equitatem ꝛ honestatem. Deniqꝫ imposuerunt hominē sup capita nostra: quem proh pudor ꝛ boni horrent: ꝛ mali rident. Quo ordine: immo ꝗ extraordinarie videat deus ꝛ iudicet: videat ꝛ romana curia. Uideat ꝛ doleat / misereatur ꝛ accingatur ad vindictam malefactorum: laudem vero bonorum. Quid enī? Placet tibi dña / mundi vniuersitati constituta vindex in iram iudex in miam: placet inꝗ tibi ꝙ dum superbit impius incēdit pauper: ꝛ ille pauper qui pro tuo seruitio cum non haberet censum quem effunderet: sanguini non pepercit? Dignum ne tibi videtur tua perfrui pace: ꝛ nostram non curare: nec recipere in sortem consolationis quos habuisti consortes laboris? Si inueni gratiam in oculis vestris: eripite inopem de manu fortiorum eius: egenum ꝛ pauperem a diripientibus eum. Alioquin ego quidem vt potero laborabo in gemitu meo: ꝛ erunt mihi lachrime mee panes die ac nocte: vobis autem legam illum versiculum. Qui tollit ab amico misericordiam: timorem domini derelinquit. Et illud. Omnes necessarii mei recesserunt a me. Illud quoqꝫ. Qui iuxta me erant de longe steterūt: ꝛ vim faciebāt qui querebant animam meam.

Luc. xvii.

ps. cxliii.

Iob. vi.
Ibidem.
ps. xxxvii.

Ad dominum papam Innocentium: vnde supra. Epistola. clxix.

Dignatio vestra fecit me familiarem: familiaritas presumptorem. Adsit solita cordi vestro benignitas ne forte psumptio pariat indignationem. Audite tamen patienter non solum quid egerim: sed et cur egerim: si forte causa / factum possit vel aliquatinus excusare. Ausus sum retinere clericos lingonenses qui vocati erant: composita tamen pace inter eos: ipsisqꝫ persuasis stare deinceps de facienda electione: in beneplacito vestro ꝛ consilio bonorum: sicut in litteris eorum continetur. Erat autem pnecessarium eos hac vice remanere: propter terras ꝛ possessiones ecclesie que date sunt prede ꝛ direptioni dū nō est qui custodiat aut defendat. Itaqꝫ personis que nō sint suspecte: que non querant que sua sunt: sed que iesu christi iniungatur si placet cura eligēdi: qui deo placeat: ꝛ finē tandē accipiat ecclesie tam diuturna ꝛ miseranda vexatio. Reliqua vero dicēda cōmisimus dño herberto abbati sancti stephani diuionēsis ꝛ archidyacono lingonēsi: sociisqꝫ eorū. Adiicimus etiā vt archidyaconum lingonēsem: ꝛ bonū amicū eiusdē ecclesie pbrm: qm fideles in causa dei extiterūt: eos ꝛ res eorū in defensione vestra recipiatis. Dignus est enī operarius mercede sua.

Luce. x.

Ad Ludouicum iuniorem regem francorum vnde supra. Epistola. clxx.

Si totus orbis aduersum me coniuraret: vt quippiā molirer aduersus regiā maiestateꝫ: ego tamen deū timerē: ꝛ ordinatū ab eo regem offendere temere non auderē. Nec enī ignoro vbi legerim. Qui potestati resistit dei ordinationi resistit. Sed nec me latet ꝗ omni xpiano: ꝗ mee precipue professioni mentiri contrarium sit. Ueritatem dico nō mentior: qđ lingonis de priore nostro factum est: preter spem / preter intentionem epōrum ꝛ meā factum est. Sed est qui nolentium quodammodo extorquet assensum: ꝛ suo arbitrio etiā aduersus hoim voluntates pvult subseruire cōpellit. Nū ego enī periculū quod mihi timui: illi eque non metuerem / quem diligo tanꝗ meipsum? Quādo ego illorum consortium non horrerem: qui allegant onera grauia ꝛ importabilia: ꝛ imponunt humeris hominum / digito auteꝫ suo nolunt ea mouere? factum est tamen quod factum est: contra vos nihil: contra me plurimum. Mihi baculus imbecillitatis mee subtractus est: mihi lumen oculorum meorum ereptum est mihi abscisum dextrum brachium meum. Omnia excelsa ista et fluctus isti super me transierunt. In me transierunt ire. Mihi euadendi nulla ex parte patet via. Unū onera fugio inde subeo inuitus / ꝛ ingratus. Durum mihi sentio contra stimulum calcitrare. Tolerabilius fortasse spōtaneo ꝗ nolenti / ꝛ renuenti fuisset. Nam si quid virium in me est nōne id facilius meis ꝗ alienis humeris exercerem. Sed acquiesco aliter disponenti: cum quo vtiqꝫ aut iudicio / aut viribus contendere: nec cautum mihi omnino / nec possibile est. Sed nec regi. Siquidem terribilis est etiam apud reges terre. Horrendum est incidere in manus dei viuentis etiam tibi o rex. O ꝗ molestis auribus audiemus contraria tam bonis principiis vestris. O ꝗ amarior ecclesie meror / post tanta prelibata gaudia: si frustrari quod absit contigerit tam iocunda spe singularis clipei sui vestre indolis sicut hactenus est experta. Heu corruit virgo remensis ecclesia non est qui subleuet eam. Corruit et lingonensis: non est qui porrigat manum. Auertat diuina clementia a corde et consilio vestro super dolorem nostrum adiicere / cumulare tristiciam super tristiciam.

Rom. xiii.

Ps. lxxv.
Hebr. x.

super tristitiam. Quis mihi tribuat mori ne videam regem bone opinionis/sed spei melioris cognari/dei consilio obuiare: irritare aduersus semetipsum summi iudicis iram pedes patris orphanorum madefacere lachrimis afflictorum: pulsare celos clamoribus pauperum: sctõrum precibus: iustisq querimonijs charissime spõse xp̃i: que est ecclesia dei viuẽtis? Absit/ absit. Meliora speramus: expectamus iocundiora. Non obliuiscetur misereri deus: nec continebit in ira sua misericordias suas. Non contristabit per illum: ⁊ de illo ecclesiam suã per quem ⁊ de quo in tantis iam letificauit. Quem suo munere cõtulit/sua longanimitate seruabit/ ⁊ si quid aliter sapitis: ⁊ hoc ipsum vobis reuelabit: ⁊ erudiet corda in sapia. Hoc optamus hoc oramus die ac nocte. Hoc sentite de nobis: hoc sentite de nostris. Non infringetur veritas hec in nobis/ non imminuet honor regis regniq vtilitas per nos. Gratias autem agimus vestre clementie pro benigno rñso: quod a vestra dignatione meruimus. Veruntamen dilatio terret nos qui videmus terram datam prede/ ⁊ direptioni. Terra vestra est: ⁊ in hoc plane cognoscimus ⁊ dolemus dedecus regni vestri: qd vos iure abhorrere mandastis: si non fuerit qui defendat. Nam in quo alio regia maiestas: recte in eo qd factum est imminuta dicat? Electio rite celebrata est: electus fidelis est. Nõ aũt esset fidelis: si vr̃a ⁊ nõ per vos habere vellet. Necdũ ad vr̃a manum extẽdit: necdũ ciuitatẽ vestrã ingressus est: necdũ prorsus se intromisit de aliquo: q̃ q̃s inuitatio cleri ⁊ ppl̃i ⁊ oppressoꝝ afflictio: ⁊ vota bonoꝝ id ab eo vehemẽtissime flagitarint. Que cũ ita sint: opus est vt videtis maturatione ↄsilij: nõ minus vestro honori q̃ nostre necessitati. Et nisi per presentes nuncios expectanti populo qui vester est: serenitas vestra pro voto respõderit: multoꝝ religiosoꝝ aduersum vos (qd non expedit) deuota vobis nisi corda turbabitis: ⁊ regalibus vestris ipsis que ad ecclesiã pertinẽt/nõ paruũ vt veremur incõmodũ acq̃retis.

Ad dominum papam Innocentiũ pro falcone lugdunensi archiepiscopo. Epistola.clxxj.

Ui in alioꝝ negocijs totiẽs exauditus sum puto in proprio nõ ↄfundar. Ego dñe mi causam archiepiscopi mei meam duco: vtpote membruz quod nil a se ducat alienum/ quod capitis sit. Quod tamen non dicerem si hõ ipse sibi assumpsisset honorem: et nõ magis a deo vocatus tanq̃ aaron. Nec enim ab alio estimauerim factũ/ q vota tot hoim tã facile ↄuenerũt in eũ: vt nõ dico ↄtradictio: sed nec cũctatio vlla fuerit. Et merito. Est quippe illustris: nõ minus mẽtis generositate q̃ sanguinis: est sciẽtia: est vite honestate. Deniq fame eius integritas: nec inimici quidem dentẽ veretur. Qd ergo de tali: ⁊ tali mõ factum est: dignum ꝓfecto est: vt fauor aplice gratie prosequatur ⁊ honoris plenitudine que sola deest gaudia plebis sue ↄsueta benignitate: immo debita liberalitate accumulet. Hoc vniuersa ecclesia instantissima supplicatione deposcit: hoc puer vester solita presumptione efflagitat.

Ad eundem in persona Godefridi lingonensis episcopi. Epistola. clxxij.

Nter crebra mala que his diebus in ecclesijs vidẽtur accidere/occasione electionum: dominus de celo prospexit super matrem nostram lugdunẽsem ecclesiam: qui decidenti pie memorie petro archiepiscopo/virum optimum Falconem decanum in omni pace substituit. Peto domine vt quia sit cõcorditer est electus: vtiliter promotus rite consecratus: a vobis honoris sui officijq plenitudinem consequatur. Quod vtiq audere me facit: non meriti conscientia/ sed debiti. Debiti dico: non solum quo id a me illa ecclesia iure metropolitico exigit: sed quia in hoc positus sum vt testimonium perhibeam veritati.

Ad ipsum Falconem. Epistola.clxxiij.

Cripsimus ad dominum papam, domin⁹ eps ⁊ ego pro vobis: ꝓut oportere, putauimus: ⁊ habetis exẽplar litterarum. Habemus autem in voluntate in eternum non deficere vobis pro viribus: propter bonum quod de vobis confidimus. Uestra autem interest facere vt non confundamur sic confidentes. De cetero si inueni gratiam in oculis vestris: intelligite super egenos et pauperes/illos qui sunt apud benedictionem dei. Quod enim vni ex illis feceritis: mihi/ immo christo/ facietis. Nã ⁊ pauperes sunt/ ⁊ habitãt inter pauperes. Hoc p̃cipue obsecramus: vt sauiniacẽses monachos ꝓhibeatis ab infestatione eoꝝ/ q̃m calũniantur eos iniuste vt putamus. Aut si se ↄfidũt habere iustitiam/ iudicate inter illos. Filius noster abbas albericus: ⁊ si suis meritis cõmẽdabilior/ nostris tñ precibus vobis vt cõmẽdatior sit obsecramus. Tenere quippe diligo euz: tanq̃ mater vnicũ filiũ/ ⁊ diliget eũ q̃ diligit me. Deniq in eo experiar si me curatis. Quo eñ lõge a me positus est: eo magis necessariã habet paternã vestram consolationem.

Ad canonicos Lugdunenses de conceptione sancte marie. Epistola.clxxiiij.

Nter ecclesias gallie constat profecto lugdunẽsem hactenus preminuisse: sicut dignitate sedis/ sic honestis studijs: ⁊ laudabilibus institutis. Ubi enim eque viguit discipline censura/ morum grauitas/ maturitas consiliorum/ auctoritatis pondus antiquitatis insigne? Presertim i officijs ecclesiasticis haud facile vnq̃ repentinis visa est nouitatibus acquiescere: nec se aliquãdo iuuenili passa est decolorari leuitate/ ecclesia plena iudicij. Unde miramur satis quid visum fuerit hoc tempore quibusdã vestrum voluisse mutare colorem optimum: nouam inducendo celebritatem/ quam ritus ecclesie nescit: non probat ratio/ non cõmẽdat antiqua traditio. Nunqd patrib⁹ doctiores aut deuotiores sumus? Periculose ꝓsumimus q̃cq̃d ipsoꝝ in talib⁹ prudentia preteriuit. Nec vero id tale est: qd nisi pretereundũ fuerit: patrũ quieuerit oĩno diligentiã preterisse.

A

At valde honoranda est (inquis) mater dñi. Bene admones: sed honor regine iudicium diligit. Uirgo regia falso nõ eget honore: veris cumulata honoꝝ titulis: infulis dignitatũ. Honora sane integritatẽ carnis/ vite sanctitatẽ. Mirare fecũditatẽ in virgine: prolẽ venerare diuinã. Extolle nescientẽ/ vel in concipiẽdo ↄcupiscẽtiam: vel in pariendo dolorem. Predica reuerendã angelis: desideratã gentibus: patriarchis ꝓphetisq precognitã: electam ex oĩbus: prelatã oĩbus. Magnifica gratie inuẽtricẽ: mediatricem salutis: restauratricẽ seculoꝝ. Exalta deniq exaltatã sup choros angeloꝝ: ad celestia regna. Hec mihi de illa cãtat ecclesia: ⁊ me eadẽ docuit decantare. Ego ꝓo qd ab illa accepi securus ⁊ teneo ⁊ trado: qd nõ/ scrupulosius fateor admiserim. Accepi sane ab eccl̃ia illũ diẽ cũ summa veneratione colẽduz quo assumpta de sc̃lo neq̃ꝛ/ celis q̃z intulit celeberrimoꝝ festa gaudioꝝ. Sed ⁊ ortũ virginis didici nihilominus in eccl̃ia: ⁊ ab ecclesia indubitãter h̃re festiuũ: atq sc̃tm̃ firmissime cũ eccl̃ia sentiẽs in vtero eã accepisse vt sc̃tã ꝓdiret. Et de hieremia siqdez lego: q priusq̃ de vẽtre exiret sc̃tificat⁹ sit. Et de ioãne baptista non secus sentio: qui ex vtero dñm in vtero sensit. Uideris etiã tu: an ⁊ de sancto dauid idipsum liceat opinari: ꝓ eo q dicebat deo In te (ait) confirmatus sum ex vtero: de ventre matris mee tu es protector meus. Item. De ventre matris mee deus meus es tu: ne discesseris a me. Et hieremie quidem sic dictum est. Priusq̃ te formarem in vtero noui te: ⁊ anq̃ exires de vulua sanctificaui te.

Hiere.j.

Luce.j.

Ps.lxx.

Ps.lxxj.

Et pulchre inter figurationem in vtero ⁊ parturitionem ex vtero diuinum distinxit oraculum: vt illã tm̃ precognitam: istam ⁊ sanctitatis munere preornatam ostenderet ne quis prophete prerogatiuaz de sola presciẽtia seu predestinatione putauerit estimandam. Esto tamen vt hoc de hieremia concedamus. Quid respõdebitur de iohanne baptista: quem angelus prenunciauit spiritu sancto repletum iri: adhuc in vtero matris sue? Prorsus hoc ad predestinationem presentiam ve referri posse non abitror.

B

Uerba nempe angeli (sicut ipse predixit) completa absq dubio sunt in tempore suo: ⁊ quẽ prelocutus est spũ sancto replẽdum: non est phas credere non repletum: idq loco ⁊ tempore quo predixit. Certissime autem sc̃tũs spũs quẽ repleuit sanctificauit. Ceterum quatinus aduersus originale peccatum hec ip̃a sanctificatio valuerit: siue pro isto: siue pro illo propheta: vel si quis ali⁹ simili preuentus gratia fuerit/ non temere dixerim. Sanctificatos tamen nõ dubitauerim dicere: quos deus sanctificauit: ⁊ cũ eadem sanctificatione prodisse ex vtero: quam acceperunt in vtero: nec reatũ quem in conceptione traxerunt/ valuisse vllatenus horum natali iam donatam prepedire seu preripere benedictionem. Atn tamen quis dicat spũ sancto repletum/ manere adhuc filiũ nihilominus ire: ⁊ si mori in vtero contigisset cum hac plenitudine spũs penas luiturum damnationis? Durum est. Minime tamen ausim hic quippiam mea sententia diffinire. Sed quicqd de hoc sit/ merito ecclesia que ceterorum non natiuitatem sed mortem sanctorum iudicat ⁊ predicat preciosam: singulari quadam exceptione festis prefert gaudijs: veneraturq illius natalem: de quo nunciãte angelo singulariter legit. Et multi in natiuitate eius gaudebunt. Cur enim non sit illius exitus sanctus: ac proinde festiuus ⁊ letus: qui potuit exultare ⁊ in vtero.

Luce.j.

Quod itaq vel paucis mortalium constat fuisse collatuz: phas certe non est suspicari tanti virgini esse negatum: per quam ois mortalitas emersit ad vitam.

C

Fuit proculdubio ⁊ mater dñi anq̃ sancta q̃ nata. Nec fallitur omnino sancta ecclesia/ sanctũ reputãs ipsuz natiuitatis ei⁹ diẽ: ⁊ oĩ anno cũ exultatiõe vniuerse terre votiua celebritate suscipiẽs. Ego puto q ⁊ copiosior

sanctificationis benedictio in eā descenderit: q̄ ipsius nō solū sanctificaret ortum/sed ⁊ vitā in ab omi deinceps peccato custodiret immunem: quod nemini alteri in natis quidē mulierū creditur esse donatum. Decuit nimirum reginam virginum singularis priuilegio sanctitatis/ absq₃ omni peccato ducere vitam: que dum peccati mortisq₃ pareret peremptorem munus vite ⁊ iustitie omnibus obtineret. Sanctus igitur ortus quoniā immensa prodiens ex vtero sanctitas sanctū fecit illum. Quid adhuc addendū his putam⁹ honorib⁹? Ut honoret (inquiūt) ⁊ conceptus qui honorandū preiuit partum: quoniam si ille nō precessisset: nec iste esset qui honoratur. Quid si alius propter eandem causam etiam vtriq₃ parenti eius/festos honores afferat deferendos? Sed de auis ⁊ proauis idipsum posset pro simili causa quilibet flagitare: ⁊ sic tenderet in infinitum: ⁊ festorum nō esset numerus. Patrie est/non exilij: frequētia hec gaudiorum: ⁊ numerositas festiuitatum: ciues decet: non exules. Sed profertur scriptum superne (vt aiunt) reuelationis: quasi ⁊ quiuis non queat scriptū eque producere in quo virgo videatur idipsum mandare et de parentibus suis: iuxta domini mandatum dicentis. Honora patrem tuum ⁊ matrem tuā. (Exo. xx.) Ipse mihi facile persuadeo scriptis talibus non moueri/ quibus nec ratio suppeditare/nec certa inuenitur fauere auctoritas. Nā quid consequentie habet: vt quoniam sanctum precessit natalem conceptus: propterea reputetur ⁊ ipse sanctus? Nunquid quoniam precessit eū: fecit ⁊ sanctū? Quia si precessit vt esset/ non tamen vt sanctus esset. Unde etenim illa ipsi sanctitas quā secuturo transmitteret? An non potius quia precessit absq₃ sanctitate conceptus: oportuit nimirum sanctificari conceptā vt sanctus sequeretur iā partus? an forte mutuatus sit sanctitatem a posteriori prior? Potuit sane illa que in iam concepta/facta est sanctificatio/ad ipsum qui sequebatur transire natalem redire vero retrorsum ad conceptum qui precesserat: iā omnino non potuit. Unde ergo conceptionis sanctitas? An dicitur sanctificatione preuenta: quatinus iā sancta conciperetur: ac per hoc sanctus fuerit ⁊ conceptus: quemadmodum sanctificata iam in vtero dicitur/vt sanctus consequeretur ⁊ ort⁹? Sed non valuit ante sancta esse/q̄₃ esse. Siquidem non erat ante q̄₃ conciperetur. An forte inter amplexus maritales sanctitas se ipsi conceptioni immiscuit: vt simul ⁊ sanctificata fuerit ⁊ concepta? Nec hoc quidem admitit ratio. Quō namq₃ aut sanctitas/absq₃ spū sctificāte: aut sctō spūi societas cū pctō fuit: aut certe pctm̄ quō non fuit vbi libido non defuit? Nisi forte quis dicat de spiritusancto eam/⁊ non de viro conceptam fuisse. Sed id hactenus inauditum. Lego deniq₃ spiritumsanctum in eam non cum ea venisse: dicente angelo. Spiritus sanctus superueniet in te. Et si licet loqui quod ecclesia sentit (⁊ verum ipsa sentit) dico gloriosam de spiritusancto concepisse: non autē ⁊ conceptam fuisse: dico peperisse virginem: non tamen ⁊ partam a virgine. Alioqn vbi erit prerogatiua matris domini qua singulariter creditur exultare ⁊ munere prolis: ⁊ integritate carnis: si tantundem dederis ⁊ matri ipsius? Non est hoc virginē honorare: sed honori detrahere. Si igitur ante coceptum sui sctificari minime potuit/qm̄ nō erat: sed nec in ipso qdē ꝯceptu ꝓpter pctm̄ qd̄ inerat restat vt post ꝯceptū in vtero iā existens: sctificationē accepisse credat: q̄ excluso pctō sanctā fecerit natiuitatem: non tamen ⁊ conceptionem. Quamobrem ⁊ si quib⁹ vel paucis filiorum hominum datum est cum sanctitate nasci: non tamen ⁊ concipi vt vni sane seruaretur sancti prerogatiua conceptus: qui omnes sanctificaret: solusq₃ absq₃ peccato veniens: purgationem faceret peccatorum. Solus itaq₃ domin⁹ iesus de spiritu sancto conceptus: quia solus ⁊ ante conceptū sctūs. Quo excepto: de cetero vniuersos respicit ex adam natos: quod vnus humiliter de semetipso ac veraciter confitet (Ps. l.) in iniquitatibus (inquiens) conceptus sum: ⁊ in peccatis concepit me mater mea. Cum hec ita se habeant: que nam iā erit festiue ratio conceptionis? Quo pacto in quam aut sanct⁹ asseretur conceptus/qui de spiritusancto non est: ne dicā de peccato est: aut festus habebitur qui minime sanctus est? Libenter gloriosa hoc honore carebit: quo vel peccatum honorari: vel falsa induci videtur sanctitas. Alioquin nulla ei ratione placebit contra ecclesie ritum presumpta nouitas: mater temeritatis: soror superstitionis: filia leuitatis. Nam si sic videbat: consulenda erat prius apostolice sedis auctoritas: ⁊ non ita p̄cipitanter atq₃ inconsulte paucorum sequenda simplicitas imperitorum. Et ante quidem apud aliquos errorem compererā: sed dissimulabā parcens deuotioni: que de simplici corde et amore virginis veniebat. Uerum apud sapientes: atq₃ in famosa nobiliq₃ ecclesia: ⁊ cuius specialiter filius sum: superstitione deprehensa: nescio an sine graui offensa (etiam vestri omnium) dissimulare potuerim. Que autem dixi: absq₃ preiudicio sane dicta sint sanius sapientis. Romane presertim ecclesie auctoritati/atq₃ examini: totum hoc sicut ⁊ cetera que eiusmodi sunt vniuersa referuo. Ipsius si quid aliter sapio paratus iudicio emendare.

Ad patriarcham hierosolimorum. Episto. clxxv.

Patriarchalibus scriptis sepius visitatus: ingratus iam videbor si non rescripsero. At si saluto eum qui me salutauit: quid amplius feci? Tu enim me preuenisti in benedictionibus dulcedinis: tu me prior dignatus es tuis transmarinis epistolis visitare: tu mihi primas humilitatis charitatisq₃ pripuisti partes. Quid condignum iam referam? Nihil mihi deniq₃ reliquisti: quod pari queam rependere vice: qui etiam de thesauro seculorū mihi imptiri curasti. i. de ligno domini. Quid tamen? Debeo ne omittere qd̄ possum: qm̄ qd̄ debeo minime possū? Affectū saltē volūtatēq₃ aperio: rescribendo: dūtaxat atq₃ resalutādo qd̄ solū interim per tot vtriq₃ spacia terre ⁊ maris licet. Ostendam autē si vnq₃ accepero tempus: me nequaq₃ diligere verbo siue lingua: sed opere ⁊ veritate. Super milites templi ponite queso oculos vestros: ⁊ tante pietatis viscera/tam strenuis ecclesie ꝓpugnatoribus aperite. Hoc siquidem acceptum erit deo: ⁊ gratum hominibus: si fouetis eos qui suas animas pro fratribus posuerunt. De loco autē ad quē nos inuitatis: frater andreas dicet vobis voluntatem nostram.

Ad dominum papam Innocentiū: ex persona alberonis treuerensis archiepiscopi. Episto. clxxvi.

Voluntas cordis mei ⁊ desiderium satis inquietū adeūdi ⁊ videndi desideratam beatitudinis vestre presentiam: sed ⁊ cognoscendi certius que circa vos sunt: rursumq₃ qualiter se habeant nostra vobis vicissim diligentius intimandi iam dudum itineris me admonet/atq₃ indesinenter sollicitat. Ceterū terre ac diei malicia: ⁊ preter instantiam meam quotidianam: etiam nonnulla vestre necessitatis causa impeditus: voto facere satis nō potui vsq₃ adhuc: sed necdum possum. Sed quid? Sanum iustum q₃ propositum: nunquid omittendū ex toto fuit: quia ex toto adimpleri non potuit? Fuit ergo consilij per hunc venerabilē H. tullensis ecclesie archidyaconem: interim saltem aliquaten⁹ consolari conceptum tam olim desiderium/ curamq₃ reuelare quam patior. Nec enim fidelior / studiosior / cautiorve illo ad manum esse potuit: siue in perferendo ad vos que nos illi iniūgimus: siue in referendo ad nos si qua vestre dignationi placuerit remandare: Itaq₃ de beneplacito: de statu curie: ac vestra sospitate persone: ⁊ si quid blandius aura secundior a diuina clementia recens forte spirauerit ecclesie aduersus scismaticorum procacem: sed inefficacem rabiem desudanti: de his omnibus plenius istrui cupimus ⁊ supplicamus. Porro nostrā citramontanam ecclesiam: tam in nostro q₃ in francorum regno noueritis fortem in fide/pacificam in vnitate/ deuotam in vestra obedientia: promptam ad seruitium. Nequaq₃ nos beneuēti: non capue: non ipsius rome terret deo sic iudicante amissio: scientes ecclesie statum non armis estimari: sed meritis. Ipsi⁹ quippe non alterius agnoscimus voces illas in psalmo. (Ps. xxvi.) Si cōsistant aduersum me castra/non timebit cor meum. Si exurgat aduersum me prelium: in hoc ego sperabo. Propterea ⁊ nos qui de ecclesia sumus: non timebimus dū turbabitur terra: ⁊ trāsferent montes in cor maris. Gloriet tyrānus siculus q₃tū vult glorietur in malicia q᷑ potens est in iniquitate: nostra autē virtus in infirmitate perficitur. Ecclesia quando infirmatur: pauli magisterio didicit esse potentior. (ii. Cor. xii.) Didicit e regione ⁊ a salomone q᷑ ꝓsperitas stultorū occidit eos. (Prover. i.) Didicit ⁊ stultū firma radice cū viderit: statim maledicere pulchritudini ei⁹. (Job. v.) Ideo cū sancto dauid sese in vtroq₃ cōsolat: ⁊ hostiū videlꝫ casu: ⁊ liberatione sui. Ait siqdē. (Ps. xix.) Hi in curribus ⁊ in eqs: nos aūt in noīe dn̄i dei nr̄i inuocabim⁹. Ipsi obligati sunt ⁊ ceciderūt: nos aūt surrexim⁹ ⁊ erecti sum⁹. Hec pauca vobis cōsolādi grā de qbus cert⁹ fui/fideli attestatiōe intimādū esse putaui: ad reuelādā vel ex aliq̄ pte eā: q̄ vestra viscera incessanter affligit sollicitudo omniū ecclesiarū. Hoc q̄q₃ addo dn̄m regē deo cū cōfortāte seruere ⁊ accingi ad liberationē ecclesie: ⁊ parare sibi exercitū multū nimis. Nos q̄q₃ fideliter ad hoc ipsū ꝓ virib⁹ laborare exhortari: ⁊ sollicitare quos possum⁹: ⁊ cū tēp⁹ aduenerit: nō expensis: non persone proprie parciturum.

Ad eundem in persona eiusdem. Epistola. clxxvij.

Nunquid petiui episcopatum a domino meo? Et si forte cathedram affectaui: sꝫ non treuerēsem. Sciebam quippe domum exasperantem populumq₃ dure ceruicis. Oderam illos: q᷑ semper in fece discordie iacuissent: ecclesie resistētes. Pro qua si quos labores quandoq₃ sustinui: non me piget: sed huncinde fructum nec speraui: nec volui. Laboraui sustinens: libens quidem: sed

non hac spe premij. Duram prouinciam nactus sum: pctis meis exigentibus. Inter cetera quibus angor suffraganeos accepi iuuenes ⁊ nobiles. Adiutores esse deberent: ⁊ vtinam non aduersarentur. Sed supersedeo: per alium malo vt innotescāt vobis mores eorū ⁊ studia/ si nescitis. Dico tamen ius/ fas honestas/ religio: in nostris episcopatibus perierunt. Malum quod pro debito officij dissimulare non audeo: breuiter simpliciter q̄ intimaui: vt quod non placet prouidentie vestre per me corrigi: per me saltem vobis qui corrigere potestis innotescat: ne omnino vacuū videar portare nomē archiepiscopi. Et mihi melius quidem esset nō ascendisse: q̄ sic descēdere cū rubore. Sꝫ de me que cura? Bene quod dignus sū patiar: tā q̄ male operans. Sim certe opprobrio etiam meis: sua spe nimirum frustratis: quam de me vt sibi me preesse vellent conceperant: dum cōperiant ecclesie sue per me magis imminui dignitatē: cuiꝰ per me etiā antiqua damna restitui posse putauerant. Hec omnia sustineo: ⁊ si non libenter/ certe patiēter: ne vnq̄ videar recalcitrare obedientie: pro qua etiā dare animā si necesse sit debere me fateor. Uerum hoc sollicitudinem vestram attendere velim: creationis iniuriam respicere ad creantem: ⁊ vires quas mihi subtrahitis/ vobis minuitis: ⁊ contemptus meus ⁊ deiectio mea/ redundat in vos. Multa habeo cōqueri vobis de vobis: sed reseruo ea pandenda nuncio: quem noui ad hoc satis industrium ⁊ fidelē Significo etiam vobis sustinere vos periculum in falsis fratribus. Legati quippe scismaticorū intrāt ⁊ exeunt ad quosdam de nostris liberius q̄ solebant: ⁊ verba tyranni siculi familiariter admittuntur.

¶ Ad dominum papam Innocentium pro alberone treuerensi archiepiscopo. Epistola. clxxviij.

A

Amantissimo patri ⁊ dño innocentio summo pontifici: suus. B. qđ suus. Fideliter loquor: q: fideliter amo. Nec enim sincerus est amor vbi dubietatis scrupulꝰ/ suspitionis fecem retinet. Querimonia dñi treuerensis: non est eius solius/ sꝫ cōmunis multorum: eorumq̄ precipue qui sinceriori affectu vos diligunt. Uox vna omniū qui fideli apud nos cura populis presunt: iustitiam in ecclesia deperire: anullari ecclesie claues episcopalem omnino vilescere auctoritatem dum nemo episcoporum in prōptu habeat vlcisci iniurias dei: nulli liceat illicita queuis ne in propria quidem parochia castigare. Causam referunt in vos/ curiāq̄ romanam. Recte gesta ab ipsis (vt aiunt) destruitis: iuste destructa statuitis. Quiq̄ flagitiosi ⁊ contentiosi de populo siue de clero: aut etiam ex monasterijs pulsati currunt ad vos/ redeūtes iactāt ⁊ gestiunt se obtinuisse tutores: quos magis vltores sensisse debuerāt. An non gladius phinees prōptissime atq̄ iustissime eductus fuerat: ad condemnandū incestuosum concubitū drogonis ⁊ milis? Sed ꝯfusus atq̄ retusus abijt retrorsum: scuto nimirū apostolice defensionis opposito. Prohpudor quos cachinnos res ista mouit ⁊ mouet ecclesie inimicis: eisq̄ etiam ipsis quorꝫ fortasse metu aut fauore a recto tramite abducti sumus. Amici ꝯfunduntur: fidelibus insultatur: epi vbiq̄ in opprobriū veniūt ⁊ contēptū: quorꝫ dū recta iudicia contemnunt: vestre quoq̄ plurimum derogatur auctoritati. Ipsi sunt enim q̄ honorē vestrum zelant: qui vestra pro pace ⁊ exaltatione laborāt fideliter quidem: sed vereor ne inefficaciter. Quid vobis vires minuitis: qui robur vestrū deprimitis? Quousq̄ retunditis arma fidelia militātia vobis: humiliatis cornua erecta vestre virtutis ⁊ salutis? Plorans plorat desolationem suam apud tullum ecclesia sancti gengulfi: nec est qui consoletur eam. Quis em̄ se opponat brachio excelso/ torrētis impetui: summe arbitrio potestatis? Eandem se sustinere beatus paulꝰ violētiam apud virdunū cōqueritur archiepiscopo iā non valēte eā defendere ab insania monachorꝫ: quippe apostolicis sustētationibus ampliꝰ cōfortata: quasi nō satis p se insanirēt. Quid queso noue rationis tandē inuentū est vt qđ semel bone fame ⁊ vite canonicis vestra fuerat puida ⁊ necessaria dispēsatiōe ꝯcessū secūdo ꝯfirmatū: tertio (vt aiūt) roboratū rursum veniat in ius: reuocetur in discussionē? Siqdem ⁊ duo illa supra memorata p vos nihilominus sancita/ p vos et ꝯuulsa dicuntur. Talibus hostijs nō pmeretur deus: heu nō placatur ira: nō ꝯcilia gratia: nō puocatur misericordia. Pro his atq̄ similibus necdū auertitur furor dñi: sed adhuc brachiū eius extentum: ⁊ virga illa apud hieremiā vigilās sup pctā nr̄a. Et quidē iratus est deus scismaticis: sed catholicis nequaq̄ ppitius. Ecclesia quoq̄ metēsis graui (qđ vobis bn̄ cōpertū est) epi ⁊ cleri corꝫ ꝯtētione periclitatur. Sup quo qđ decernere vobis placuerit: vos scitis/ sed pax nondū est: nec proxime futura speratur. Ego vt qđ sup his mee visū est paruitati nō taceam: ⁊ hoc ⁊ duo illa alia/ tullēse dico ac virdunēse termināda negocia: securius metropolitano atq̄ ꝯuenientius posse cōmitti putauerim: q̄ ⁊ oia nouit: ⁊ in multis pbatus/ ecclesie testimonio fidelis inuētus est. Alioqn videte qđ illis epatibus faciatis: metēsi. s. atq̄ tullēsi: q: vt verū fatear videntur esse absq̄ epis. Et vtinā absq̄ tyrānis. Tales cū defensant/ sustentant/ honorant/ fouent/ mirātur nimirū ⁊ scandalizantur multi/ q̄ illa in moribus ⁊ vita eorum certissime sciūt: q̄ magis essent nō dico in epis: sed etiā in qbuslibet secularibus dānāda penitus ⁊ execrāda. Que qdem ⁊ me scribere puduit: nec vos decuisset audire. Esto q̄ nemine accusante non possint deponi: nunqd tn̄ quos passim accusat fama: aplice sedis essent familiaritate speciali donandi vel amplius exaltandi. Quonā em̄ merito sue vel sacerdotalis sctitatis vel epalis honestatis obtinuit metēsis: vt ⁊ electio facta a canonicis ad nutū eius vna cū ecclesie libertate cassetur: ⁊ primicerius ad ꝯsiliū eius ꝯtra illius ecclesie priuilegia eligatur? Et iustius honestiusq̄ si vestre placuisset discretioni/ homo maiori dignꝰ honore debito ppriosq̄ nō priuaretur. Treuerensem dico: quē et ab hoc ⁊ a ceteris diocesis sue terminādis negocijs q̄si suspectum aut minus expertū nō sine murmure multorꝫ deū timētiū exclusistis. Credite fideli vr̄o/ q: puincie illi quātū cōperi omnino nō expedit. Hec scribēs p̄sumptionis metuerē notā: si nescirē cui: ⁊ nescirer qui scribā. Sed noui ingenitā māsuetudinē vestrā: noui ⁊ me notū vobis: ⁊ affectū quo hec audeā apud vos dulcissime atq̄ amātissime pater. Iterū de treuerēsi vt sciatis qualiter nunciū eius suscipi oporteat: ⁊ verba q̄ portat: dico vobis q̄ magnū locū tenet in regno illo: vobis ⁊ ecclesie dei bō fidelis ⁊ cōstans: ⁊ nullatenus maliuolis ⁊ subuersoribus assensum prebēs: a qbus nō deest ei frequēs ⁊ satis importuna tētatio nec deerit insultatio: si quominus a vobis eū exaudiri cōtigerit. Nunciū in fine cōmendare volui: sed satis eū sue honestatis cōmēdant merita: pcipueq̄ amor spālis: ⁊ fidelis deuotio/ qua ipsum vobis firmiter inherere si nō crederē nequaq̄ p eū tam familiaria scriberem.

¶ Ad eundem pro eodem. Epistola. clxxix.

Quomodo malicia vincit sapiētiā? Nosti pie dñe: nosti treuerēsem archiepm̄? Scio q: nosti. Nosti ⁊ illum sctī maximini non sanctū abbatē? Puto q: nō nosti. Quis dignior honore illo priori? Sic nemo ꝯfusiōe dignior isto sequēti: ⁊ tamē iste honoratꝰ est ille opprobrio datus. Quid peccauit archiepiscopꝰ? Predā ecclesie sue recuperauit: captiuā ecclesiā de manu laica liberauit. Nunqd p bono reddit malū: ⁊ odiū p dilectiōe. Hic queso hic euigilet oculꝰ pietatis/ ⁊ semotis paulisp ocupationibus: cōsideret q̄tū subreptū sit ei: vt talis / qualē pudet dicere talē qualē turpe nosti / faciat opprobriū vicinis suis: inimicis tuis. Pijssime pater affectꝰ filialis loquitur. Hucusq̄ cōdoluimus misero ⁊ mirabili archiepiscopo Uerū ex hoc iā si nō fuerit emendatū dolor cordis nostri ⁊ cōpassio ex intimis medullis: tota trāsibit ad illū p quē potuit emēdari: sunt ⁊ alie lesiones p̄fati viri quas cū ei alleuiaueritis: vobis pculdubio laborabitis. Quicquid dulcissimi dñi mei nomen decolorat: cor meum excoriat.

¶ Ad eundem pro eodem. Epistola. clxxx.

Iterū supplicatio: iterū p̄ces: ⁊ decies repetite nō designēt. Nō desistimus: q: nō diffidimꝰ. Bonā causam habemus: ⁊ equū iudicē q̄ nō cunctabitur euacuare qđ subreptum est: cū apparebit qđ verū est: nec poterit inde ridere q̄ voluit irridere: sꝫ vt scriptum est/ mētita est iniquitas sibi. (Ps. xxvi.) Hoc solet habere precipuum aplica sedes/ vt nō pigeat reuocare qđ a se forte deprehenderit fraude elicitū: nō veritate pmeritū. Res plena equitate ⁊ laude digna/ vt de mēdacio nemo lucretur: presertim apud sanctā ⁊ summā sedē. Hec sciēs puer vester: secure supplicat p treuerēsi ⁊ sic instat nō quasi in incertū. Ego quippe ego hois illius noui merita/ causam/ intentionē. Propter qđ horꝫ monachi eū voluit lapidare? Quia male meruit? Sed fideliter astitit: ⁊ multū seruiuit. Ob cause iniustitiā? Sed iniustum nemo nisi iniustus causabitur: q: de manu laica vendicauit / immo recuperauit sedi epali/ monasteriū tanq̄ clauā de manu herculis extorquens in manu fortiori. Ob prauitatē intētionis? Sed piū est reformare religionē in monasterio: qđ ille itēdit. Adsit dñs cordi dñi mei ne iterū possit ei subripi a monachis: nō tā (vt simulāt) appetentibus libertatē q̄ fugitantibus disciplinam.

¶ Ad Haymericum cancellarium. Epistola. clxxxi.

B

Si verbis contendere velim ad beneficia quibꝰ me obruitis: idem erit acsi impetitus sagittis festucis dimicem: nisi q: hoc iocus videbitur/ illud dolus. Facta factis compensari oportet. Uerum id quidē multum est ad me. Nam vnde sufficerē pauper ⁊ modicus? Sꝫ rebus pauper ⁊ viribus: nō volūtate. Equabo ergo beneficia votis que factis non possum. Desiderijs diues sum/ affectibus abundo. Et certe verus beneficus: amplius non re

quirit. Nam quomodo beneficus: qui non et beniuolus sit? Porro beniuolus nil sibi carius ipsa estimat beniuolentia: que et beniuolus nominatur / et beneficus est. Denicꝫ beniuolentia fructus est beneficij / nisi quis forte beneficium putet quod in spe seuerit: aut timore dimiserit. Sed quis non videat hoc relictum / illud venditum / neutrū datum? Oportet autem beneficium vt vere sit / esse gratuitum. Danti itacꝫ rependi q̄cq̄ꝫ gratius ab accipiente non potest: q̄ꝫ si gratum habuerit qđ gratis accepit. Et hec beniuolentia creatur de beniuolentia dantis in animo accipientis beneficio quidem interueniente. Hac me fateor locupletem: hanc de corde pleno dignam profecto offero remunerationē meo benefactori: hanc deuotus immolo sacrificium laudis factori omnium pro salute mei benefactoris.

¶ Ad Henricum Senoneñ. archiepiscopum.

Epistola. clxxxij.

PRo multis visus sum multotiens scribere fateor ꝓpter vos: ꝛ statueram nō facere ob vestrā odibilem duriciam / sed charitas preualebit. Volo vobis amicos vr̄os retinere ꝛ nō dignamini: volo recōciliare inimicos / ꝛ nō patimini. Nō vultis hr̄e pacē manibus ac pedibus accersitis vestrā cōturbationem: sꝫ cōfusionē sed depositionē. Multiplicatis vobis accusatores: defensores subtrahitis. Excitatis in vos olim sopita discrimina: ꝓuocatis aduersarios: patronos offenditis. Ubicꝫ apud vos pro ratione voluntas / totum ꝓ imperio / nihil ex timore dei. Qui de vobis nō ridēt inimici: nō cōqueruntur amici? Quomō deuestitis hoīez nō dico iudicio nā cōuictū / sed nec verbo cōuentū? Quantos hoc verbū scādalizabit: qđ ora ad subsanādū / qđ corda ad succendendū mouebit? Ita ne putatis ꝑisse iusticiā de toto orbe: sicut de vr̄o corde: vt hō sic ablatū ꝑdat archidiaconatū? Sed vos forsitan plꝰ amatis reddere / ꝛ ꝑdere: q̄ꝫ gratiā de bñficio retinere. Nolite q̄so nolite facere hāc rē: quaꝫ q̄ audierint: oēs mirabuntur / nemo laudabit. Hec vobis mordacius audactiusq̄ꝫ q̄ꝫ velletis audire scripsi: sed non ad insipientiam vobis si velletis corrigere.

¶ Ad Conradum regem romanorum.

Epistola. clxxxiij.

SCripta vestra ꝛ salutatiōes tam deuotus suscipio q̄ꝫ modicus sum ad illa. Modicus dixerim dignitate: sꝫ non deuotione. Querimonie regis nostre sunt / ꝛ maxime illa quā dignāter expɾimitis de inuasione imperij. Regis dedecus / regni diminutionem nunq̄ꝫ volui: volentes odit anima mea. Legi quippe. [Rom. xiij] Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Et qui [Ibidem.] potestati resistit: dei ordinationi resistit. Quā tamē sententiam cupio vos ꝛ omnimodis moneo custodire in exhibenda reuerētia summe ꝛ apostolice sedi: ꝛ beati petri vicario / sicut ipsaꝫ vobis vultis ab vniuerso seruari imperio. Sunt q̄ nō putaui scribenda / presens ea fortassis oportunius intimarem.

¶ Ad dominum papam Innocentium.

Epistola. clxxxiiij.

FRatrem andream letum incolumēq̄ꝫ suscepimus. ꝛ leta nunciantē de vestra incolumitate ꝛ gloria / de pace ꝛ prosperitate ecclesie: de curia statu florente ꝛ volente. Postremo de gratia ꝛ beniuolentia / que nobis apud vos perseuerat. Bene sua misericordia deus dignatus est facere nobiscū facti sumus letātes. Uerū q̄ vobis de mittendis ad vos fratribꝰ placet / difficile adimplebit / presertim cū nō sit copia personarū que esse solebat. Siquidez preter illos q̄ bini aut trini ad diuersa destinati sunt loca tria ex eis noua monasteria ex quo a vobis discessimus integre ordinata sunt: ꝛ adhuc restāt alia ꝓxime ordināda. Curamus tamen vndecūq̄ꝫ euocare / quos vobis mittamus: cupiētes ꝑ oīa vestris obedire mandatis.

¶ Ad Eustachium occupatorem Ualentine sedis.

Epistola. clxxxv.

VIro illustri eustachio frater. B. salutem tibi vir illustrissime: ꝛ si nō scribo: opto tñ. Optare q̄s ꝓhibet? Affectui nec leges iperāt nec ꝑncipes dñant. Liber est ꝛ maxime si spū ducit: q̄ vbi spūs dñi ibi [ij. Cor. iij] libertas. Inde ē sane ausus iste meus de ꝑnti quo ad tuā magnitudinē ꝑsumo scribere tanq̄ꝫ aliq̄s magnꝰ: fateor nec iussus a te nec rogatus / nec inuitatꝰ. Sꝫ q̄d si charitas iubet? Aliꝰ aliter fortassis accipiat: ego vix nobilē qđ in me est [Iohel. ij.] in vera charitate decreui his l̄ris sue ipsiꝰ cōmonere salutis excitare a somno / reuocare ad cor: ꝓuocare ad grām. Quis scit si cōuertatur ꝛ ignoscat deꝰ: ꝛ relinquat post se bñdictionē? Immo q̄s nescit q̄or q̄ꝫtas iā diuitias sue bonitatis ꝛ lōganimitatis thesaurizauit sup eū misericors ꝛ miserator dñs? Denicꝫ misereꝛ: parcit / expectat: dissimulat adhuc factus sicut hō nō [Ps. xxxvij] audiēs: ꝛ nō habēs in ore suo redargutiōes: tardans ferire: paratus ignoscere. Sed tu domine vsq̄ꝫquo. Tu inq̄ꝫ o bone vir quoscꝫ dissimulas: quouscꝫ cōtēnis? Durū tibi est cōtra stimulū [Actuū. ix] calcitrare. An ignoras q̄ benignitas dei ad penitētiā te adducit? [Roma. ij.] Mediu asit tu ꝓm duriciā tuā: ꝛ cor impenitēs: thesaurizas tibi irā in die ire? An nō ꝓm duriciā quidē sed ꝓm verecūdiā? Quid refert ꝓm q̄d pereas? O verecūdia expers rationis / inimica salutis: totius ignara honoris ꝛ honestatis. Hec plane illa quam sapiēs loq̄tur cōfusio adducēs peccatū. Ita ne vere- [Eccli. iiij] cundū est homini vinci a deo: ꝛ ꝓbro ducit humiliari sub potēti manu altissimi? Nō ita rex ille gloriosus dauid. Tibi soli pec- [Ps. l.] caui (inq̄t) ꝛ malū corā te feci: vt iustificeris in sermonibꝰ tuis ꝛ vincas cū iudicaris. Summū victorie genus diuine cedere maiestati: ꝛ auctoritati matris ecclesie nō reluctari summus honor ꝛ gloria. ¶ O ꝑuersitas. Nō pudet inq̄nari: ꝛ ablui pudet? [Eccli. iiij] Est pudor iuxta sapiētē adducēs gloriā si videlꝫ peccare pudeat. Si nō pudeat vel peccasse: ꝛ ita vel sera gloria nō carebis: reducēte nimirū pudore quā culpa fugauerat. Secūdum tenēt beatitudinis locū: quorū remisse sunt iniq̄tates ꝛ quoꝝ tecta [Ps. xxxj.] sunt peccata. Honorabile tegumētū de quo legiꝛ. Cōfessio et [Ps. xcv.] pulchritudo in cōspectu eius. Quis mihi tribuat videre te i vestitu deaurato vt dicamus ꝛ tibi. Cōfessionē ꝛ decorē induisti [Ps. ciij.] amictus lumie sicut vestimento? Reuertere sunamitatis: reuer- [Cant. vj] tere vt intueamur te. Consurge consurge / induere fortitudine / [Esaie. lij.] induere vestimento salutis. Surge qui dormis ꝛ exurge a mor- [Ephe. v.] tuis: ꝛ illuminabit te xp̄s. A mortuo tanq̄ꝫ q̄ non est perit cōfes- [Eccli. xvij] sio. ¶ Usq̄ꝫquo obliuisceris te in finem: vsq̄ꝫquo dormis in morte / decꝰ nobiliū: fideliū fletus? Mediu cōtra morē tuū ꝑtinax: cōtra honorē tuū sequestris: cōtra salutē tuam rebellis? Quid illos egregios mores actuscꝫ tuos: tā dissimili pergis exitu cōsummare? Quomō etas ista quā in misericordia vberi requiescere oportebat / oīꝫ preteritoꝝ luit penas dieꝝ tuoꝝ: nec dsluit culpas? Curꝰ ꝓh dolor: sola venerāda canicies solita veneratione fraudaꝛ: sola sine honore marcessit: quā vel marie decuit honorari? Miserere aīe tue placēs deo. Eteniꝫ qui hoībus placēt [Eccli. xx] confusi sunt: q̄m deus spreuit eos. Breues dies hominis sunt / [Ps. lij.] seni mors in ianuis est. Modicum habes prorsus modicū tem- [Iob. xiiij.] pus: cū his qui dicūt tibi euge euge. Sit etiā ꝓ modico tibi iudicari ab ipsis: aut ab humano die: q̄ angelico examini iāiamq̄ꝫ es presentādus: q̄ ad tribunal terrificū xp̄i ipo iā defectu nature miserādus vrgeris. Illi te oportet ꝑparare iudicio: illi seculo cōformare: illiꝰ curie affectare fauorē formidare repulsā. Quid illoꝝ sententia cōturbaris: quoꝝ nec laude ꝓbatus: nec vituperatione reprobus inueniris? Denicꝫ vani filij hoīm / mendaces filij hoīm in stateris: vt decipiāt ipsi de vanitate in idipm̄. Pro- [Ps. lxj.] pterea q̄ te beatificent: in errorē inducunt: dantes verba / mu- [Esaie. ix.] nera reportātes. Uana hec / atq̄ꝫ illa sed verba amplius. Et decipitis de vanitate in idipsum: sed tu magis deciperis / illi minus. Das quippe quod vtcūq̄ꝫ pluris est ꝛ das ingratis: das immeritis. Siquidē tua / nō te diligūt. Immo certe nec te / nec tua sed q̄ sua sunt q̄rūt. Tua quoad poterūt venabūtur: adulatiōibus vanis ꝛ falsis. Molliti sunt sermones eorum sup oleum: et [Ps. liiij.] ipsi sunt iacula. Et ideo dicebat dauid. Oleum autem peccato- [Ps. cxl.] ris non impiguet caput meū. Ab his laudatur peccator in desi- [Ps. ix.] derijs anime sue: ꝛ iniquus benediciꝛ. Ab his ergo cauere non ego sꝫ sapiēs doceat. Fili ait si te lactauerit peccatores ne acq̄e- [Prouerb. j.] scas eis. Attēde potiꝰ illi q̄ iudicat in eq̄tate ꝓ māsuetis terre quos tua nō pastoralis diligētia pascit: sꝫ secularis ꝑmit potētia. Quā nō haberes sup eos vllā: nisi data esset tibi desup. Sꝫ [Ioh. xix.] hec est hora vestra / ꝛ potestas tenebrarū. Attende aūt. Iudiciū graue his q̄ ꝑsunt / ꝛ potētes potēter tormēta patientur. Hoc si [Sap. vj.] paues: caues: si negligis: incidis / ꝛ horrēdū est incidere i manꝰ [Hebre. x] dei viuētis. Auertat hoc vnꝰ ꝛ verꝰ deꝰ: q̄ nō vult mortē pecca- [Eze. xviij] toris sꝫ vt magis conuertaꝛ ꝛ viuat. Plura adhuc loq̄ fert animus: sꝫ nō fert forte auditꝰ. Nec placēt asꝑa / q̄ꝫuis recta ꝛ salubria q̄ sunt amara: ꝛ nō sapiūt. Ponā itacꝫ digitū sup os meū: donec sciā ista qualiter acceptentur. Placebo aūt si potero / nō stilo necꝫ lingua: sed opere ꝛ veritate.

¶ Ad Symonem filium castellani Cameracensis:

Epistola clxxxvj.

COgnoscens dilectissime nunciāte abbate radulfo de valcellis: desiderare te nostri presentiā atq̄ꝫ colloquium: delectatus sum admoduꝫ tanta tui erga me deuotione nec certe ingratꝰ beniuolentie. Noueris ꝛ mee esse voluntatis / tuo satisfacere desiderio: sed corporali molestia impediri / taꝫ ab huius voluntatis effectu / q̄ꝫ ꝛ ab alijs plurimis plurimisq̄ꝫ necessarijs negocijs. Sꝫ licet absens corpore sum tamen presens spiritu donec quādoq̄ꝫ

stam deo volente/ ꝛ corpore ꝛ spiritu: si tamen non ore tantū ꝛ lingua:sed opere diligamus ꝛ veritate. Igitur in exhibitione operis liquebit veritas dilectionis. Hoc est itaq; quod rogo: vt quod de meo apud te est fratres dico valcellenses ꝛ eorum ecclesiā mei gratia diligas: foueas/ ꝛ manuteneas vbi necesse fuerit:vt in hoc ꝛ tue liberalitatis insigne prebeas documentū ꝛ eius quam mihi promittis charitatis clarescat indiciū.Quā nunc charitatem in eo vel primum cupio experiri:si ligecurtem quam mihi pater tuus presenti contulit ad opus illius monasterij: tu quoq; concesseris ꝛ domum patris tui non feceris irritum. Nos quoq; quod nostrum est de preteritis gratias agentes:ꝛ in reliquum similia sperantes:pro te tuisq; illi preces fundimus/qui voluntatem timentium se facit/ꝛ deprecationeꝫ eorum exaudit. Oramus te/ꝛ vxorem tuam et omnes qui ad vos pertinēt benevalere.

ps.cxliiij.

¶ Ad episcopos senonas conuocandos contra Petrū abailardum. Epistola.clxxxvij.

Exijt sermo inter multos ꝛ credimus ad vos peruenisse:quomodo videlicet apud senonas in octauis penthecostes vocamur ꝛ prouocamur ad litem pro defensione fidei:cum seruum dei non oporteat litigare:sed magis patienteꝫ esse ad omnes. Si mea propria causa esset:posset non immerito fortassis puer sctitatis vestre in vestro patrocinio gloriari. Nunc autem quia ꝛ vestra est/immo plus vestra:fidētius moneo:ꝛ obnixius rogo:vt amicos vos in necessitate probetis. Amicos dixerim non nostros sed christi/cuius sponsa clamat ad vos in silua heresum:ꝛ in segete errorꝫ/quibus sub tutela/ꝛ custodia vestra pullulantib⁹: pene iam suffocatur. Amicus sponsi non deseret eam in oportunitatibus in tribulatione. Nec miremini q͂ ita de subito ꝛ in arto temporis vos inuitamus:quoniā hoc quoq; aduersa pars in sua versutia ꝛ calliditate prouidit:vt improuidos inuaderet ꝛ congredi cogeret immunitos.

.Thi. ij.

¶ Ad episcopos et cardinales curie de eodem. Epistola.clxxxviij.

Dominis ꝛ patribus reuerendis/episcopis ꝛ cardinalibus qui sunt de curia: puer sanctitatis eorum. Nulli dubium quin ad vos specialiter spectet tollere scādala de regno dei surgētes succidere spinas/ sedare querelas. Sic enim p̄cepit moyses cū montem subijt. Habetis inquiens aaron ꝛ hur vobiscum:si quid natum fuerit questionis:referetis ad ipsos. Illuꝫ loquor moysen: qui venit per aquam ꝛ non in aqua solum:sed in aqua ꝛ sanguine. Et ideo plusq; moyses:quia ꝛ in sanguine venit. Et quoniā pro hur ꝛ aaron stat zelus ꝛ auctoritas romane ecclesie sup populum dei:ad ipsam merito referimus nō questiones sed lesiones fidei:ꝛ iniurias christi/patrum probra atq; contemptus: p̄sentium scandala:pericula posterorum. Irridetur simplicium fides:euiscerantur arcana dei/questiones de altissimis rebus temerarie ventilantur/insultatur patribus q͂ eas magis sopiēdas q̄ soluendas censuerint. Inde fit q͂ agnus paschalis contra dei statutum aut aqua coquitur aut crudus discerpitur/more ꝛ ore bestiali. Quod residuum est non igne comburitur/ sed conculcatur:ita omnia vsurpat sibi humanum ingenium fidei nil reseruans. Tentat altiora se:fortiora scrutatur/irruit in diuina:sancta temerat magis q̄ reserat:clausa ꝛ signata non aperit:sed diripit:ꝛ quicquid sibi non inuenit peruium:id putat nihilum/credere dedignatur. Legite si placet librum petri abailardi:quem dicit theologie/ad manum est enim cum sicut gloriatur a pluribus lectitetur in curia ꝛ videte qualia ibi de sancta trinitate dicantur:de genitura filij/de processione spiritus sancti:ꝛ alia innumera catholicis auribus ꝛ mentibus dissueta. Legite ꝛ alium quem dicunt sententiarum eius:necnon ꝛ illum qui inscribitur/scito teipsum:ꝛ animaduertite quanteꝫ ibi siluescant segetes sacrilegiorum atq; errorum:quid sentiat de anima christi:de persona christi:de descensu christi ad inferos: de sacramento altaris:de potestate ligādi atq; soluendi:de originali peccato:de concupiscētia:de peccato delectationis : de peccato infirmitatis:de peccato ignorantie:de opere peccati: de voluntate peccandi. Et siquidem iudicatis me iuste moueri mouemini ꝛ vos ac ne frustra moueamini:agite pro loco quem tenetis:pro dignitate qua polletis:pro potestate quam accepistis/quomodo qui ascendit vsq; ad celos:descendat vsq; ad inferos/ꝛ opera tenebrarum ausa prodire in lucem:arguātur a luce in lucem:vt dum qui publice peccat publice arguetur/comprimant sese etiam alij ponentes tenebras lucem / disputantes in triuijs de diuinis qui loquuntur mala in cordibus suis / ꝛ in codicibus suis scribūt:ꝛ sic obstruat̄ os loquētiū iniqua.

Exo.xx.

¶ Ad dominum papam Innocentium de eodem.

Epistola.clxxxix.

Amantissimo patri ꝛ domino innocentio:dei gratia summo pontifici. B.clareuallis vocat⁹ abbas: modicum id quod est. Necesse est vt veniant scandala. Necesse sed non suaue. Et ideo dicit propheta. Quis dabit mihi pēnas sicut columbe ꝛ volabo ꝛ requiescam? Et apostolus cupit dissolui ꝛ cum xp̄o quiescere. Et alius quidam sanctorum. Sufficit mihi domine ait:tolle animam meam:neq; enim melior sum q̄ patres mei. Est ꝛ mihi nunc aliquid commune cum sanctis:in voluntate duntaxat:nō in merito. Nā vellem ꝛ ipse modo de medio fieri:victus fateor a pusillamitate spiritus ꝛ tempestate. Vereor autem ne non sicut pariter affectus:ita piter ꝛ parat⁹ inueniar. Tedet viuere: ꝛ an mori expediat nescio. Et ideo forte etiam in votis distem a sanctis:quod ipsi prouocentur desiderio meliorum: cum ego scandalis ꝛ erumnis compellar exire. Deniq; ait. Dissolui ꝛ cuꝫ christo esse multo melius. Ergo ꝛ in sancto appetitus:ꝛ in me preualet sensus:ꝛ in hac miserrima vita/ nec ille habere quod appetit bonum/nec ego quod molestum patior/non habere valemus. Et ob hoc exire quidem ambo pari cupimus voluntate sed non pari intentione. Stulte mihi dudū requiem promittebam:siquidē leonina rabies quieuisset:et pax ecclesie redderetur. Nam ecce illa quieuit sed non ego. Nesciebā me esse in valle lachrymarum:aut oblitus fueram me habitare in terra obliuionis. Non attendebam terram in qua habito spinas ꝛ tribulos germinare mihi:succisis succedere nouas : et rursum illis alias/sine fine sine intermissione succrescere. Audierā hec:sed melius vt nunc experior/ipsa vexatio dat intellectum auditui. Innouatus est dolor non exterminatus:lachryme inūdauerūt quia inualuerunt mala ꝛ expertis pruinam irruit super eos mir. Ante faciē frigoris huius quis sustinebit? Hoc frigore refrigescit charitas:vt abūdet iniquitas. Leonē euasimus sed incidimus i draconē:q̄ nō min⁹ forsan noceat sedēs in insidijs q̄ ille rugiēs de excelso. Quāq; nō iā in insidijs cui⁹ virulēta folia vtinā adhuc laterēt in scrinijs ꝛ nō in triuijs legerent. Volāt libri: ꝛ q̄ oderāt lucem q̄m mali sunt/impegerūt in lucē: putantes lucem tenebras. Urbibus ꝛ castellis ingeruntur pro luce tenebre: pro melle vel potius in melle venenum passim omnibus ꝓpinatur. Transierunt de gente in gētem: ꝛ de regno ad populum alterum. Nouum cudit populis ꝛ gentibus euangelium: noua proponitur fides:fundamentum aliud ponitur preter id quod positum est. De virtutibus ꝛ vitijs nō moraliter:de sacramentis ecclesie nō fideliter:de arcano sancte trinitatis nō simpliciter nec sobrie disputatur:sed cuncta nobis in peruersum: cuncta preter solitum ꝛ p̄terq; accepimus ministrantur. Procedit golias procero corpore nobili illo suo bellico apparatu circūmunitus:antecedente quoq; eius armigero arnoldo de brixia. Squama squame coniungitur:ꝛ nec spiraculū incedit p eas. Siquidem sibilauit apis que erat in francia:api de italia:ꝛ venerunt in vnum aduersus dn̄m ꝛ aduersus christum eius. Intēderunt arcum:parauerunt sagittas suas in pharetra: vt sagittent in obscuro rectos corde. In victu autem ꝛ habitu habentes formam pietatis sed virtutē eius abnegantes:eo decipiūt plurimos quo trāsfigurāt se in angelos lucis cuꝫ sint sathane. Stans ergo golyas vna cū armigero suo inter vtrasq; acies: clamat aduersus phalangas israel:exprobratq; agminibus sanctorū:eo nimirū audacius quo sentit dauid non adesse . Deniq; in suggillationem doctorum ecclesie magnis effert laudibus philosophos:adinuentiones illorū ꝛ suas nouitates catholicorum patrū doctrine prefert ꝛ fidei. Et cū omnes fugiant a facie eius:me omniū minimū expetit ad singulare certamen. Deniq; scripsit mihi sollicitāte q̄dem ipso archiepiscopus senonēsis diē statuēs cōgressionis:quo ille in presentia eius ꝛ coepiscoporum suorū deberet si posset statuere praua dogmata sua: cōtra q̄ ego ausus nutrire fuissem Abnui tū q: puer sum: ꝛ ille vir bellator ab adolescentia:tum q: iudicarem indignū rationem fidei humanis committi ratiunculis agitādā:quam tā certa ac stabili veritate cōstet esse subnixam. Dicebā sufficere scripta eius ad accusandū eū:nec mea referre sed episcoporū:quorum esset ministerij de dogmatibus iudicare. Ille nihilominus immo eo amplius leuauit vocē:vocauit multos:ꝯgregauit cōplices. Que de me ad discipulos suos scripserit dicere nō curo Disseminauit vbiq; se mihi die statuto apud senonas respōsurum. Exijt sermo ad oēs ꝛ nō potuit me latere. Dissimulaui primum:nec enim satis rumore populari mouebar. Cedens tamē licet vix ita vt flerem consilio amicorum qui videntes quomodo se quasi ad spectaculum omnes pararent:timebāt ne de nostra absentia ꝛ scandalum populo ꝛ cornua crescerent aduersario:ꝛ quia error magis confirmaretur cum non esset qui responderet aut contradiceret:occurri ad locum ꝛ diem:imparatus q̄dem ꝛ immunitus nisi q͂ illud mente voluebam. Nolite premeditari

ps.liiij.
Phil.i.
Mat.x.

ditari qualiter respondeatis: dabitur enim vobis in illa hora
Ps. lv. quid loquamini. Et illud. Domin⁹ mihi adiutor nō timebo qd
faciat mihi homo. Conuenerant autē pter epos ꝛ abbates plu
rimi viri religiosi: ꝛ de ciuitatibus magistri scholarū/ ꝛ clerici
litterati multi: ꝛ rex presens erat. Itaqꝫ in presentia omniū ad
uersario stāte et aduerso pducta sunt quedam capitula: de li
bris eius excerpta. Que cū cepissent legi/ nolens audire exiuit
appellans ab electis iudicibus quod non putam⁹ licere. Por
ro capitula iudicio oim examinata: inuenta sunt fidei aduer
santia: cōtraria veritati. Hec pro me ne leuitate aut certe te
meritate visus: in tanto negocio putarer. Uerum tu o successor
petri iudicabis an debeat habere refugiū ad sedē petri: qui pe
tri fidem impugnat. Tu inqꝫ amice sponsi prouidebis: qūo li
beres sponsam a labijs iniquis ꝛ a lingua dolosa. Sed vt paulo
audacius loquar cū domino meo/ attende etiam tibiipsi aman
tissime pater: ꝛ gratie dei que in te est. Nōne cū esses paruulus
in oculis tuis: ipse te constituit super gētes ꝛ regna? Ad quid
nisi vt euellas ꝛ destruas ꝛ edifices ꝛ plantes. Qui ergo tulit
te de domo patris tui: ꝛ vnxit te vnctione mie sue: attende que
so extunc ꝛ deinceps quāta fecit aie tue: q̄ta per te eccl'ie sue:
q̄ta in agro dñico: celo ꝛ terra testibus: tā potenter q̄ salubri
ter euulsa sunt ꝛ destructa: q̄ta rursum bene edificata: plātata
propagata. Suscitauit deus furorem scismaticorū in tuo tem
pore/ vt tuo ope cōtererent. Uidi stultuz firma radice: ꝛ statim
maledictum est pulchritudini eius. Uidi inqꝫ vidi impium sup
exaltatum ꝛ eleuatū sicut cedros libani/ et transiui ꝛ ecce non
erat. Oportet autē (ait) hereses ꝛ scismata esse: vt qui probati
sunt manifesti fiant. Et in scismate quidē iam (vt dictū est) dñs
probauit te ꝛ cognouit te. Sed ne qd desit corone tue: en here
ses surrexerunt. Itaqꝫ ad cōsummationem virtutum: ꝛ ne quid
A minus fecisse inueniamini a magnis episcopis antecessoribus
vestris: capite nobis pater amantissime vulpes que demoliunt
vineā dñi: donec paruule sunt: ne si crescant ꝛ multiplicētur: qc
quid talium per vos non fuerit exterminatum a posteris despe
retur: Quāqꝫ nō iā paruule nec paucule s; certe grandiuscule ꝛ
multe sint: nec nisi in manu forti vel a vobis exterminabuntur.
Iacinctus multa mala ondit nobis: nec eñ q̄ voluit fecit Sed
visus est mihi patienter ferendus de me: qui nec persone vestre
nec curie incuria illa pepercit: quod melius nicholaus iste me⁹
immo ꝛ vester viua referet voce.

Ad eundem contra quedam capitula illarum here/sum. Epistola. cxc.

AMantissimo patri ꝛ dño innocentio summo pon
tifici: frater. B. clareuallis vocat⁹ abbas/ modi
cum id quod est. Oportet ad vestrum referri apo
stolatum pericula queqꝫ ꝛ scandala emergētia in
regno dei: ea presertim que de fide ꝯtingunt. Di
gnum nāqꝫ arbitror ibi potissimum resarciri dam
na fidei/ vbi non' possit fides sentire defectuz. Hec qppe huius
Luc. xxii. prerogatiua sedis. Cui eñ alteri aliquādo dictum est/ ego pro
te rogaui petre vt nō deficiat fides tua? Ergo qd seqt/ a petri
Ibidem. successore exigitur. Et tu aliquādo conuersus cōfirma fratres
tuos. Id quidē modo necessariū. Tēpus est vt vestrū agnosca
tis pater amātissime principatū: pbetis zelū/ ministeriū hono
retis: In eo plane petri impletis vicē cuius tenetis sedē/ si ve
stra admonitione corda in fide fluctuantia confirmatis: si vestra
auctoritate ꝯteritis fidei corruptores. Habem⁹ in frācia nouū
de veteri magistro theologum/ q ab ineūte etate sua in arte dya
letica lusit: ꝛ nūc in scripturis sctis insanit. Olim dānata ꝛ sopi
ta dogmata: tā sua ꝗ; q̄ aliena suscitare conat insup ꝛ noua ad
dit. Qui dū oim q̄ sunt in celo sursum ꝛ q̄ in terra deorsuz nihil
preter solum nescio quid nescire dignat: ponit in celū os suum
et scrutatur alta dei: rediensqꝫ ad nos refert verba ineffabilia
que nō licet homini loqui. Et dum paratus est de omnibus red
dere rationem: etiam que sunt supra rationem ꝛ cōtra rationem
presumit: ꝛ cōtra fidē. Quid eñ magis cōtra rationem: q̄ ratio
ne rationē conari trāscendere? Et qd magis cōtra fidē: q̄ cre
dere nolle quicqd non possit ratione attingere? Deniqꝫ expo
eccli. xix. nere volens illud sapientis: qui credit cito leuis est corde: cito
credere est inqt adhibere fidē ante rationē: cū hoc salomō / nō
de fide in deū: sed de mutua inter nos dixerit credulitate Nā
illam q in deū est fidē: beatus papa gregori⁹ negat plane habe
re meritū si ei humana ratio prebeat experimentū. Laudat aūt
apostolos: q ad vnius iussionis vocē secuti sunt redemptorem.
Ps. xvii. Scit nimirū pro laude dictū. In auditu auris obediuit mihi:
increpatos e regione discipulos q tardius credidissent. Deni
qꝫ laudatur maria q rationem fide preuenit: ꝛ punitur zachari
as q fidem ratione tentauit. Et rursum abraham commendat
qui contra spem in spem credidit At contra theologus noster
quid inquit ad doctrinam loqui proficit: si quod docere volu
mus exponi non potest vt intelligatur? Et sic promittens intel
lectum auditoribus suis: in his etiam que sublimiora ꝛ sacra
tiora profundo illo sinu sacre fidei cōtinent: ponit in trinitate
gradus/ in maiestate modos: numeros in eternitate. Cōstituit
deniqꝫ deū patrem plenam esse potentiam: filium quādam potē
tiam: spm̄sctm̄ nullā potentiā. Atqꝫ hoc esse filiū ad patrem: qd
quandam potentiam ad potentiā: quod speciē ad genus: quod
materiatuz ad materiam: quod hominem ad animal: qd ereum
sigillum ad es. Nonne plus q̄ arrius hic? Quis hec ferat?
Quis non claudat aures ad voces sacrilegas? Quis non hor
reat prophanas nouitates/ ꝛ vocum ꝛ sensuum? Dicit etiam spi
ritūsanctum procedere quidem ex patre ꝛ filio: sed minime de
patris esse filijve substantia. Unde ergo? an forte ex nihilo: si
cut ꝛ vniuersa que facta sunt? Nam ꝛ ipsa ex deo esse non diffi
Rom. xi. tetur apostolus: nec veretur dicere/ ex quo omnia. Quid igitur:
Dicemus ex patre ꝛ filio spiritūsanctum/ nō alio prorsus proce
dere modo: q̄ omnia id est non esse essentialiter sed creabiliter
ac perinde creatum sicut ꝛ omnia? Aut nunquid tertium inue
niet sibi modum/ quo eum ex patre filioqꝫ producat: hō q noua
semp inquirit/ ꝛ q̄ nō inuenit fingit: affirmās ea q nō sunt tāq̄
ea q sunt? At si esset inqt de substātia patris: pfecto genitus
esset: ꝛ duos pater filios haberet. Quasi vero oīe qd de sub
stantia aliqua est: continuo ipsum a quo est habeat genitorem.
Num vero pediculi aut lentes / aut flegma / vel filij carnis sunt:
vel non sunt de substantia carnis? Aut vermes de ligno putri
do prodeūtes/ aliūde q̄ de ligni substātia sunt: qui tamē filij li
gni non sunt? Sed ꝛ tinee de substantia pānorum substantiam
habent: generationez nō habēt. Et multa in hūc modū. Miror
autem hominem acutum/ ꝛ sciolum/ vt quidē sibi ipse videtur.
quomodo cū spiritūsanctum fateat patri ꝛ filio cōsubstantialē
neget tñ ex patris filiiqꝫ pdire substātia nisi forte illos ex ipsi⁹
procedere velit. Qd quidem inauditum est ꝛ nefandū. Si autē
nec is de illoruz/ nec illi de huius substantia sunt: vbi queso cō
substantialitas? Aut ergo fateat cū ecclesia spiritūsanctum de
substantia illoꝝ esse a quibus non negat pcedere: aut certe cū
arrio consubstantialitatem deneget ꝛ predicet aperte creatio
nem. Deinde si filius de substantia patris est: spūsctūs nō est:
differant necesse est a se inuicem/ nō solū q spūsanctus genit⁹
nō est q filius est: sed etiam q filius de substātia pris est: quod
spūsanctus nō est. Quā quidē posteriorē differentiam fides ca
tholica hucusqꝫ nesciuit. Si eam admittimus: vbi trinitas: vbi
vnitas? Siquidē spūsancto filioqꝫ noua a se differētiarum nu
merositate distātibus: vnitas dissipat/ presertim cū substātia
lem esse pateat differentiā: quā iste conatus inducere Porro au
tem spū sancto a patris filiiqꝫ substantia recedēte: nō trinitas
remanet: sed dualitas. Neqꝫ eñ dignū est in trinitate admitti p
sonam q nil habeat in substantia cōmune cū reliquis. Designat
ergo spūsancti pcessionē a patris filiiqꝫ substātia separare: ne
duplici impietate numerum et trinitati minuat/ ꝛ tribuat vni
tati: qd vtrūqꝫ fides abnuit christiana. Et ne de re tanta solis
videar humanis inniti rationibus legat epistolā hieronymi ad
auitū/ ꝛ certe videbit inter ceteras q̄s redarguit origenis blas
phemias: etiam hoc eū detestātem qd dixerit spm̄sanctum de
substantia patris nō esse. Beatus athanasius in libro de vnita
trinitate ita loquit. Solū deū vbi memoratus sum/ non solā p
sonam patris indicaui q filiū ꝛ spm̄ sanctum de hac ipsa sola
substantia patris esse non abnegaui. Hoc athanasius. Uidet
sctitas vestra quomodo isto non disputante/ sed dementante: ꝛ
trinitas nō coheret: ꝛ vnitas pēdet: nec istud sane absqꝫ iniuria
B maiestatis. Quicquid nāqꝫ illud est quod de⁹ sit: id sine du
bio est/ quo nō possit aliqd maius cogitari. Si ergo in hac vni
ca ꝛ summa maiestate iuxta cōsiderationem personarū: vel pa
rum aliqd claudicare recipim⁹: dum qd vni plus dat/ alteri mi
nuitur/ minus profecto est totū ab eo quo nil maius valeat co
gitari. Maius eñ sine dubio est qd totū maximū est/ q̄ qd ex p
te. Ille vero digne pro sua possibilitate diuinā estimat magnifi
centiā: qui nil in ea cogitat dispar: vbi est totum summū: nil dis
stans: vbi totum est vnum: nil hians: vbi totū est integrum: nil
deniqꝫ imperfectū vel egens: vbi totū est totū. Totum nempe
est pater: quod pater/ ꝛ filius/ ꝛ spiritussanctus Totum filius:
quod ipse ꝛ pater ꝛ spiritussanctus. Totum spiritussanctus: qd
ꝛ ipse ꝛ pater ꝛ filius. Et totū vnum est totum: nec supabūdās
in tribus: nec imminutum in singulis. Nec eñ verū summumqꝫ
bonum qd sunt inter se particulariter diuidunt: quoniam nec p
ticipaliter id possidēt: sed hoc ipm essentialiter sunt. Nam q al
ter ex altero: vel alter ad alterum veracissime dicitur: persona
rum sane designatio est/ non vnitatis diuisio Licet nāqꝫ in hac
ineffabili ꝛ incomprehensibili deitatis essentia: alter ꝛ alter: id
quidem requirentibus proprietatibus personarum: sobrie ca
tholiceqꝫ dicatur: non tamen ibi est alterum: ꝛ alterum: sed sim
plex vnum: vt nec piudiciū faciat vnitati trinitatis ꝯfessio: nec

proprietatum sit exclusio vera assertio vnitatis. Tam longe ꝓ inde fiat a sensibus nostris: q̄ est ⁊ a regula veritatis/ execrā da illa de genere ⁊ specie nō similitudo sed dissimilitudo: ⁊ nihilominus illa de ere ereoq̄ sigillo: quoniam cū genus quidē ⁊ species (quod ad se inuicem sunt) alterum superius/ altera inferior sit: deus autem vnus sit: nunq̄ bene profecto cōueniet tante equalitati ⁊ tante disparilitati. Et rursuz de ere ⁊ quodā ere quod est ereum sigillum: quoniam quod inde in eam dē vsurpatur similitudinis rationem: simile est huic/ idem iudiciū. Cū enim species (vt dixi) minor sit: ⁊ inferior genere: absit vt hāc in patre ⁊ filio diuersitatem cogitemus. Absit vt huic acquiescamus dicēti/ hoc esse filium ad patrem: quod speciem ad genus quod hominem ad animal: quod ereum sigillum ad es: quod aliquam potentiam ad potentiam. Sunt quippe cuncta hec mutua sue connexione nature: ad seinuicem superiora ⁊ inferiora ⁊ ob hoc nulla prorsus admittenda similitudo ex his ad illud: vbi nihil est inequale: nihil dissile. Uideris de quātavel imperitia vel impietate descēdat; harū adinuētio similitudinū? Adhuc aduertite clari⁹: quid sentiat: doceat: scribat. Dicit proprie: ⁊ specialiter ad patrem potentiam: ad filium sapientiam pertinere: quod quidem falsum. Nam ⁊ pater sapientia: ⁊ filius potentia verissime sunt: sanctissimeq̄ dicuntur: ⁊ quod est commune amborum: non erit proprium singulorum. Alia illa sunt profecto vocabula: que nō ad seipsos dicuntur: sed ad alterutrū: ⁊ ideo est cuiq̄ suum ⁊ non commune cum altero. Nam qui pater est filius non est: ⁊ qui filius est: pater nō est: quoniam non quod ad se sed quod ad filium: pater est: patris nomine designatur: ⁊ itē nomine filij: non quod ad se filius: sed quod est ad patrez exprimitur. Non sic potentia: non sic sapientia: neq̄ alia multa: que ad se dicuntur ⁊ pater ⁊ filius: non singulariter alter respectu alterius. Non (inquit) sed ad ꝓprietatez persone patris proprie vel specialiter inuenimus omnipotentiam attinere: q̄ non solū cum ceteris duabus personis/ eque omnia efficere potest: verū etiam ipse solus a se/ nō ab alio existere habet: ⁊ sicut habet ex se existere: ita etiam ex se habet posse. O alterum aristotelem. An non eadem ratione: si hoc ratio esset: ⁊ sapientia ⁊ benignitas proprie pertineret ad patrem: cum ⁊ sapere: ⁊ benignum esse eque a se pater ⁊ non ab alio habeat/ quemadmodum ⁊ esse et posse? Quod si non abnuit nec enim de ratione potest quid q̄so factur⁹ est de illa nobili sua partitione/ in qua vt patri potentiam: sic filio sapientiam/ sic spūiscto benignitatem: proprio ac specialiter assignauit? Non enim vna ⁊ eadem res proprie poterit cōuenire duobus/ hoc est vt cuiq̄ propria sit. Eligat quod vult: aut det sapientiam filio/ ⁊ tollat eam patri: aut patri tribuat ⁊ auferat filio: ⁊ rursum benignitatem/ aut spirituisancto sine patre: aut patri sine spirituisancto assignat: aut certe dedignat nomina communia propria facere: et patri quoniam a seipso habet potentiam/ non ideo tamen audeat concedere propriam: ne ⁊ benignitatem simul ⁊ sapientiam: quas a se nihilominus habet: identidem proprias ipsi sua ratione assignare cogatur. Sed expectemus adhuc ⁊ videamus q̄ theorice noster theologus inuisibilia dei ꝯtempleretur. Dicit (vt dixi) ꝓprie omnipotentiā pertinere ad patrem: atq̄ hanc vt sit integra ⁊ ꝑfecta: ingerendo ⁊ discernēdo cōstituit. Porro filio vt iam dictum est assignat sapientiam ipsamq̄ non simpliciter quidē potentiam: sed quandam in deo potentiam esse diffinit/ id est potentiam tantum discernendi. Forte timet iniuriam facere patri/ si tantum tribuat filio quantum ⁊ ipsi: ⁊ cui non audet potētiam dare integram: cōcedit dimidiam. Et quod dicit: manifestis declarat exēplis: asserens potentiam discernendi que est filius: ita quandā esse potentiam: quemadmodum homo quoddam est animal/ ⁊ sigillum ereum quoddam est es: atq̄ hoc esse potentiam discernendi: ad gerendi discernendiq̄ potentiam: id est filium ad patrē: qđ homo ad animal est: quod ereū sigillū ad es. Sicut enim inquit ex eo q̄ est ereum sigillum exigit necessario vt es sit: ⁊ ex eo q̄ est homo vt animal sit/ sed non econuerso: ita diuina sapientia que est potentia discernendi: exigit q̄ sit diuina potentia: sed non econuerso? Quid igitur? Uis vt iuxta tuam similitudinem ad instar precedentiū/ etiā ex hoc q̄ filius est: exigat vt pater sit: hoc est vt qui fili⁹ est pater sit: q̄ q̄ non econuerso? Si hoc dicis hereticus es. Si non dicis: vacat similitudo. Ad quid enim tibi ipsam tanto circuitu de lōge positis rebus: ⁊ minus conuenientibus emendicas: tanto labore colligis: tanta inculcas inani multiplicitate verborum tantis effers laudibus: si non facit ad quod adducitur: vt videlicet mēbra ad membra congruis proportionibus reducantur? Nonne hoc opus. hic labor est vt per ipsam nos doceas/ eam que est inter patrem ⁊ filium habitudinem? Tenemus autem te docente ad hominis positionem poni animal: sed non econuerso sm̄ regulam dyalectice tue: qua non quidem posito genere ponit̄ species: sed posita specie ponitur genus. Cum ergo patrem ad genus/ filium ad speciem referas/ nonne id ratio similitudinis postulat/ vt similiter posito filio/ patrem poni ostendas: ⁊ non conuerti: vt quomodo qui homo est necessario animal est: sed nō cōuertitur: ita quoq̄ qui filius est necessario pater sit/ ⁊ eque non conuertatur? Sed contradicit tibi in hoc catholica fides: que profecto vtrūq̄ recusat: tam patrem videlicet esse qui filius est q̄ esse filium qui pater est. Nam alius procuidubio pater: atq̄ alius filius: q̄uis non aliud pater q̄ filius. Nam per alius ⁊ aliud: nouit pietas fidei/ caute inter ꝑsonarum proprietates: ⁊ indiuiduam essentie vnitatem discernere/ ⁊ medium iter tenens/ regia incedere via: vt nec declinet ad dexteram: confundendo personas/ nec respiciat ad sinistram/ substantiam diuidēdo. Quod si per simplex esse dicas vere consequi vt si filius est/ necessario pater sit/ nil te iuuat: cum ratio relationis/ necessario exigat vt conuertatur/ ⁊ eadem veritas comitetur conuersam: quod non congruit adducte de genere ⁊ specie: vel de ere ereoq̄ sigillo similitudini. Neq̄ enim sicut per simplex esse dūtaxat verissime dicitur/ si pater est/ filius est: ⁊ filius est: pater est: ita etiam possumus inter hominem ⁊ animal: siue inter ereum sigillum ⁊ es in veritate conuertibilem texere consequentiam. Nam ⁊ si verum sit dicere/ si homo est: animal est: non tamen vera est conuersa qua dicitur: si animal est/ homo est. Et item si sigillum ereum est: necessario sequitur vt es sit: nō tamen si es sit: necessario sequitur vt sigillum ereum sit. Sed iam pergamus ad reliqua. En iuxta istum habemus omnipotentiā in patre/ quādā potentiam in filio. Dicat nobis etiam de spū sancto qđ sentiat. Benignitas ipa inquit que hoc nomine quod est spiritussanctus demonstrat̄: nō est in deo potentia siue sapientia. Uidebā sathanam tanq̄ fulgur cadentem de celo. Sic debet cadere: q̄ ambulat in magnis ⁊ mirabilibus super se. Uides pater sancte quas scalas: immo que precipitia iste sibi parauerit ad ruinaz? Omnipotentiam/ semipotentiam nullam potentiam. Ipso auditu horreo: ⁊ ipm̄ horrorē puto sufficere ad refellendum. Uerū tamen testimonium pono quod turbato interim occurrit ad remouendam spūs sancti iniuriam. In esaia legitur/ spiritus sapiētie: ⁊ spiritus fortitudinis Per quod vtiq̄ aperte satis isti⁹ audacia: et si non comprimitur: conuincitur tamen. O lingua magniloqua. Esto vt iniuria filij vel patris remittatur tibi: numquid blasphemia spūs? Manet angelus dn̄i/ q̄ te secet mediuz. Dixisti em̄. Nō est spūssctūs in deo potētia/ siue sapia. Ita pes superbie ruit cū irruit. Nec mirū si homo qui nō curat que dicat irruens in arcana fidei: thesauros absconditos pietatis: taz irreuerenter inuadit atq̄ discerpit: cum de ipsa pietate fidei: nec pie/ nec fideliter sentiat. Deniq̄ in primo limine theologie vel potius stultilogie sue fidem diffinit estimationē: quasi cuiq̄ in ea sentire ⁊ loq̄ que libeat liceat: aut pendeāt sub incerto in vagis ac variis opinionibus nostre fidei sacramenta: ⁊ nō magis certa veritate subsistant. Nōne si fluctuat fides/ inanis est ⁊ spes nostra? Stulti ergo martyres nr̄i sustinentes tā acerba ꝓpter incerta: nec dubitātes sub dubio remunerationis premio durū per exitum diuturnum inire exilium. Sed absit vt putemus in fide vel spe nostra aliquid: vt is putat/ dubia estimatione pendulum: ⁊ non magis totum quod in ea est certa ac solida veritate subnixum: oraculis ⁊ miraculis diuinitus persuasum: stabilitum ⁊ cōsecratum partu virginis: sanguine redēptoris: gloria resurgētis. Testimonia ista credibilia facta sunt nimis. Si quo minus: ipe postremo spūs reddit testimonium spūi nr̄o q̄ filij dei sumus. Quō ergo fidez quis audet dicere estimationē: nisi qui spm̄ istū nōdū accepit/ qui vel euāgeliū aut ignoret/ aut fabulam putet? Scio cui credidi ⁊ certus sum: clamat apostol⁹ ⁊ tu mihi subsibilas: fides est estimatio? Tu mihi ambiguum garris: quo nihil est certius? Sed augustinus aliter Fides ait nō coniectādo vel opinādo hr̄ in corde in quo est: ab eo cui⁹ est: sz certa scia/ acclamante conscientia. Absit ergo absit: vt hos fines fides habeat xp̄iana. Achademicorū sint iste estimationes quorum est dubitare de oībus/ scire nihil. Ego vero securus in magistri gentium sententiam pao: ⁊ scio q̄m nō cōfundar. Placet mihi fateor illius de fide diffinitio ⁊ si iste etiam ipsam latenter insimulet. Fides est ait substātia rerū sperandaruz/ argumentum non apparentium. Substantia (inquit) rerū sperandarum: nō inanium fantasia coniecturarum. Audis substantiam: non licet tibi in fide putare vel disputare pro libitu: non hac illacq̄ vagari per inania opinionum: per deuia errorum. Substantie nomine aliquid tibi certum fixumq̄ prefigitur. Certis clauderis finibus: certis limitibus coartaris. Non est enim fides estiatio: sed certitudo. Sed aduertite cetera. Omitto q̄ dicit spm̄ timoris domini non fuisse in domino: timorem domini castum in futuro seculo non futurum: post consecrationē panis ⁊ calicis priora accidentia que remanent pendere in aere demonum in nobis suggestiones contactu fieri lapidum ⁊ herbarum/ prout illorum sagax malicia nouit: harum rerum vires di-

Luce.x.

Esaie.xi.

Rō.viij.

ij.Thi.i.

Hebre.xi

versas diuersis incitandis & incēdēdis vitiis conuenire: spm̄ sanctum esse aiam mundi/ mundū iuxta platonem tanto excel lentius aial esse: q̄to meliorem animam habet spiritumsanctū Ubi dum multum sudat quomodo platonem faciat xp̄ianum se probat ethnicum. Hec inq̄ oia: aliasq̄ istiusmodi nenias eius non paucas pretereo: venio ad grauiora. Non q̄ vel ad ipa con cta respondeam: magnis enim opus voluminibus esset. Illa lo quor que tacere non possum. Mysterium nostre redemptionis si cut in libro quodam sententiarum ipsius: & item in quadā eius expositione epistole ad romanos legi temerarius scrutator ma iestatis aggrediens: in ipso statim sue disputationis exordio ecclesiasticorum doctorum vnam oim de hac re dicit esse sen tētiam: & ipsam ponit ac spernit: & gloriatur se habere meliorē non veritus contra preceptum sapientis transgredi terminos antiquos: quos posuerunt patres nostri. Sciendū est ait: q̄ om nes doctores nostri post aplos in hoc conueniunt/ q̄ diabolus dominium & potestatem habebat super hominem: & iure eū pos sidebat: ideo scz q̄ homo ex libertate arbitrii quā habebat: spō te diabolo consensit. Aiūt nāq̄ q̄ si quis aliquem vicerit: vict⁹ iure victoris seruus constituit. Ideo (inquit) sicut dicunt do ctores hac necessitate incarnatus est filius dei: vt homo q̄ ali ter liberari non poterat: per mortem innocentis iure liberaret a iugo diaboli. Sed vt nobis videt ait/ nec diabolus vnq̄ ius aliquod in homine habuit: nisi forte deo permittente: vt carce rarius: nec filius dei vt hominem liberaret/ carnem assumpsit. Quid in his verbis intolerabilius iudicem: blasphemiam an arrogantiam? Quid dānabilius: temeritatem: an impietatem An non iustius os loquens talia fustibus tunderetur: q̄ ratio nib⁹ refelleretur? Nonne oim merito in se prouocat man⁹ cui⁹ manus contra oēs? Omnes inquit sic: sed non ego sic. Quid er go tu? Quid melius afferes: quid subtilius inuenis? Quid secre tius tibi reuelatū iactas: quod tot p̄terierit sctōs/ effugerit sa pientes? Aquas furtiuas & panes absconditos puto apponet nobis iste. Dic tn̄ dic quicquid illud est: quod tibi videtur & nul li alteri: An q̄ filius dei non vt hominē liberaret: hominem in duit: Hoc plane nemini te excepto videt: tu videris vbi videris Non enim hoc a sapiente: non a propheta: non ab apostolo: nō deniq̄ ab ipo domino accepisti. Magister gētium accepit a do mino: quod & tradidit nobis. Magister oim suam doctrinam fa tetur nō esse suam: non enim ait/ a meipso loquor: tu vero de tuo nobis tradis: & quod a nemine accepisti. Qui loquitur mēda cium: de suo loquitur. Tibi proinde sint: que tua sunt. Ego pro phetas & aplos audio: obedio euangelio: sed non euangelio fm̄ petrum. Tu nobis nouum condis euangelium? Quintum eccle sia euangelistam non recipit. Quid lex/ quid prophete/ q̄d apo stoli: quid aplici viri nobis aliud euagelizāt q̄ quod solus tu negas: deum videlz factum hominem vt hominem liberaret? Et si angelus de celo aliud nobis euangelizauerit: anathe ma sit. Sed qui venerunt post aplos doctores non recipis: ho mo qui super omnes docentes te intellexisti. Deniq̄ non eru bescis dicere: quod aduersum te oēs sentiant: cum ab inuicem non dissentiant. Frustra proinde illorum tibi fidem doctrināq̄ proponerem: quos iam proscripsisti Ad prophetas te ducam. Loquitur sub typo hierusalem/ ad populum acquisitionis: nō propheta/ sed in propheta dn̄s dicens. Saluabo te & liberabo te: noli timere. Queris a q̄ potestate? Non em̄ vis vt diabolus in hominem habeat vel habuerit potestatem. Fateor: nec ego. Non tamen idcirco non hz: q̄ ego & tu hoc nolimus. Si nō cō fiteris tu nec cognoscis cognoscūt & dicūt q̄ redēpti sunt a dn̄o quos redemit de manu inimici: Quod minime negares & tu: si non esses sub manu inimici. Non potes gratias agere cū redē ptis: qui redemptus non es. Nam si redemptus esses: redem ptorem agnosceres/ & non negares redemptionem Nec querit redimi: qui se nescit captiuum. Qui autem scierunt clamaue runt ad dn̄m: & dn̄s exaudiuit eos/ & redemit eos de manū inimi ci. Et vt intelligas hunc inimicum qui sit: quos redemit ait: de manu inimici; de regionibus cōgregauit eos. Sed prim ū q̄dē agnosce hunc cōgregatorem: de quo caiphas prophetat in euā gelio: q̄ Jesus moreret p gēte. Et qui narrat sequitur dicēs. Nō tantum p gēte: sed vt filios dei qui erāt dispersi cōgregaret in vnum. Quo erant dispersi? In omnes regiones Ergo quos re demit: de regionibus congregauit eos. Non congregaret nisi redimeret. Erāt eīn non solū dispersi sz & captiui. Redemit & cō gregauit/ redemit aūt de manu inimici. Nō dicit inimicorū: sz inimici. Inimicus vnus/ regiones multe. Siq̄dē non de regio ne sed de regionibus cōgregauit eos: a solis ortu & occasu/ ab aquilone & mari Quis iste vn⁹ tam potēs dn̄s: q̄ non vni prefuit regioni/ sed omnibus? Nō ali⁹ vt arbitror q̄ ille qui ab alio p pheta dicitur absorbere fluuium/ id est genus humanum: & non mirari: habere autē fiduciam: q̄ iordanis hoc est electio ipa influat in os ei⁹. Beati q̄ sic influūt vt effluāt: q̄ sic itrāt vt ex eant. Sed quid? nondum forte credis prophetis sic sibi conci nentibus de diaboli potestate in hominem: veni mecū & ad apo stolos. Dixisti nempe te non sentire cum illis qui post aposto los venerunt/ assentias vel apostolis: si forte & tibi cōtingat q̄d vnus eorum loquitur de quibusdam: nequando inquiens det il lis deus penitentiam ad cognoscendam veritatē: vt resipiscāt a diaboli laqueis: a quo captiui tenētur ad ipsius voluntatem. Paulus est iste: qui homines a diabolo captiuos teneri asserit ad eius voluntatem Audis ad eius voluntatem/ & negas pote statem? Si & paulo non credis: veni iam ad ipsum dominum: si forte audias & quiescas. Nempe ab ipso appellatur princeps huius mundi/ & fortis armatus: possessorq̄ vasorum: & dicis eū non habere potestatem in homines? Nisi tu aliud putas hoc lo co intelligi atrium q̄ mundum vasa q̄ homines. Et si atrium diaboli mundus erat: & hoies vasa eius: quomodo nō domina batur in hominibus: ait item dominus capientibus se. Hec est hora vestra & potestas tenebrarum. Potestas ista non latuit il lum qui dicebat. Qui eruit nos de potestate tenebrarum: & trā stulit in regnum filii claritatis sue. Hanc ergo dominus nec in se quidē negauit diaboli potestatem: sicut nec pilati/ q̄ ii mem brum erat diaboli. Ait siquidem Non haberes potestatē in me vllam: nisi data tibi fuisset desuper. Et si in viride lignum intā tum grassata est ista desup data potestas: aridum quomodo nō fuit ausa contingere? Nec iniustam puto iste causabitur pote statem datam desuper. Discat ergo diabolū non solum potesta tem: sed & iustam habuisse in homines: vt consequenter & hoc vi deat/ venisse vtiq̄ in carne dei filium propter liberandos ho mines. Ceterum & si iustam dicimus diaboli potestatem: nō ta men & voluntatem. Unde non diabolus q̄ inuasit/ non hō q̄ me ruit: sed iustus dn̄s qui exposuit Nō enim a potestate/ sed a vo luntate iust⁹ iniustusve quis dicitur. Hoc ergo diaboli quoddā in hominem ius: & si non iure acquisitū sed nequiter vsurpatū: iuste tamen permissum Sic itaq̄ homo iuste captiuus teneba tur: vt tamen nec in homine nec in diabolo illa esset iusticia/ sed in deo. Iuste igitur homo addictus: sed misericorditer libera tus. Sic tn̄ misericorditer: vt non defuerit iustitia quedam & in ipsa liberatione: q̄m hoc quoq̄ fuit de misericordia liberantis: vt (quod congruebat remediis liberandi) iustitia magis cōtra inuasorem q̄ potentia vteretur. Quid nāq̄ ex se agere poterat vt semel amissam iustitiam recuperaret: homo seruus peccati/ vinctus diaboli? Assignata est ei proinde aliena: qui caruit sua & ipsa sic est. Uenit princeps huius mundi: & in saluatore non in uenit quicq̄: & cum nihilominus innocenti manus iniecit: iustis sime quos tenebat amisit: quando is qui morti nihil debebat accepta mortis iniuria/ iure illum qui obnoxius erat: & mortis debito: & diaboli soluit dn̄io. Qua em̄ iustitia in secūdo homo exigeretur? Homo siquidem qui debuit: homo qui soluit. Nam si vnus (inquit) pro omnibus mortuus est: ergo omnes mortui sunt; vt videlicz satisfactio vnius omnibus imputetur: sicut om nium peccata vnus ille portauit: nec alter iam inueniatur qui forefecit: alter qui satisfecit: quia caput et corpus vnus est chri stus. Satisfecit ergo caput pro membris: christus pro visceri bus suis: quando iuxta euangelium pauli: quo conuincitur mē dacium petri: mortuus pro nobis conuiuificauit nos sibi: do nans nobis omnia delicta: delens quod aduersum nos erat chy rographum decreti: quod erat contrarium nobis: & ipsum tulit de medio: affigens illud cruci: expolians principatus & ptātes. ¶ Utinam ego inueniar in his spoliis quibus spoliate sunt cō trarie potestates: traductus & ipse in possessionem dn̄i. Si me insecutus laban arguerit: q̄ recesserim clam ab eo: audiet clam me accessisse ad eum: & ob hoc clam recessisse. Subiecit me illi causa secretior peccati: subduxit me illi ratio occultioris iusti cie. Aut si gratis venundatus sum: gratis non redimar? Si as sur sine causa calumniatus est mihi: sine causa causam exigit euasionis? Et si dixerit: pater tuus addixit te: respondebo: sz frater meus redemit me. Cur non aliunde iustitia: cum aliūde reatus? Alius qui peccatorem constituit: alius qui iustificat a pctō. Alter in semine: alter in sanguine. An peccatum in semi ne pctōris: & nō iusticia in xp̄i sanguine. Sed iustitia (inq̄t) sit cuius est/ quid ad te? Esto. Sed sit etiam culpa cuius est: quid ad me? An iustitia iusti super eū erit: & impietas impii non erit super eum? Non conuenit filium portare iniquitatem patris: & fraterne fieri exortem iusticie. Nunc vero per hominem mors & per hominem vita. Sicut enim in adam omnes moriuntur ita & in christo omnes viuificabuntur: q̄m non sic illi attineo vt nō & isti. Si illi per carnem: & per fidem huic. Et si infect⁹ ex illo ori ginali concupiscētia: etiam & in christi gratia spiritali perfusus sum. Quid mihi plus imputatur de preuaricatore? Si genera tio: regenerationem oppono: nisi q̄ spiritalis est ista: illa car nalis. Nec patitur ratio equitatis: vt ex equo contendant: sed vincat necesse est spiritus carnem: & sit efficacior causa cuius est

potior

Joh. viii. — Soph. iii. — Ps. cvi. — ii Thi. i. — Joh. xiii. — Lu. xxii. — Col. i. — Jo. xix. — Col. ii.

potior ⁊ natura: quo plus videlicet prosit generatio secunda / q̃ prima nocuerit. Sane peruenit delictū ad me: sed peruenit ⁊ gratia. Et non sicut delictum ita ⁊ donum. Nam iudiciū ex vno in condemnationem: gratia autem ex multis delictis in iustificationem. A primo homine manauit delictum: a summo celo egressio gratie. Utrūq; a parente: illud a primo / ista a summo. Terrena natiuitas perdit me ⁊ non multomagis generatio celestis conseruat me? Nec vereor sic erutus de potestate tenebrarum repelli a patre luminum: iustificatus gratis in sanguine filij eius. Nempe ipse qui iustificat: quis est qui condemnet? Nō condemnabit iustum: qui misertus est peccatori. Iustum me dixerim: sed illius iustitia. Quenam ipsa? Finis legis xp̄s: ad iustitiam omni credenti. Deniq; qui factus est nobis (inquit) iustitia a deo patre. Que ergo mihi iustitia facta est: mea non est? Si mea traducta culpa: cur non ⁊ mea indulta iustitia? Et sane mihi tutior donata q̃ innata. Nam ista quidem gloriam habet: sed non apud deum. Illa aūt cum sit salutis efficax: materiam non habet gloriandi nisi in dn̄o. Nam ⁊ si iustus fuero (inquit) non leuabo caput: ne videlȝ responsum accipiat. Quid habes quod non accepisti? Si aūt accepisti: quid gloriaris quasi non acceperis? Hec est iustitia hois in sanguine redemptoris: quaȝ homo perditionis exsufflans ⁊ subsannans: intantum euacuare conatur: vt totū qd̄ dn̄s glorie semetipsum exinaniuit / q̄ minoratus est ab angelis / q̄ natus de femina / q̄ conuersatus in mundo / q̄ expertus infirma / q̄ passus indigna / q̄ demū p mortē crucis in sua reuersus: ad id solum putet ⁊ disputet redigendū vt traderet hominibus formam vite viuendo ⁊ docendo / patiēdo aūt ⁊ moriendo charitatis metā prefigeret. Ergo docuit iustitiam ⁊ non dedit: ostendit charitatem sed nō infudit: ⁊ sic redijt in sua? Ita ne hoc totum est magnum illud pietatis sacramentum: qd̄ manifestatum est in carne: iustificatum est in spiritu: apparuit angelis: predicatum est gentibus: creditum est mūdo: assumptum est in gloria? Incomparabilis doctor: qui etiam profunda dei sibi aperiens: ⁊ ea quibus vult lucida ⁊ peruia faciens: altissimum sacramentum ⁊ mysterium absconditum a seculis: sic nobis suo mendacio planuȝ ⁊ apertum reddit: vt transire leuiter possit per illud quiuis etiā incircūcisus ⁊ immūdus: quasi dei sapientia cauere nescierit: aut neglexerit qd̄ ipsa prohibuit: sed dederit ⁊ ipsa sanctum canibus / ⁊ margaritas porcis. Sed non est ita. Nam ⁊ si manifestatum est in carne: sed tamen iustificatum est in spiritu: vt ⁊ spiritualibus spiritualia cōferantur / ⁊ animalis homo non percipiat que sunt spiritus dei: nec fides nostra sit in sapientia verbi: sed in virtute dei. Unde saluator ait. Confiteor tibi pater dn̄e celi ⁊ terre: q: abscondisti hec a sapiētibus ⁊ prudentibus: ⁊ reuelasti ea paruulis. Et apostolus. Et si inquit opertum est euangelium meū: in his est opertum qui pereunt. Deniq; aduertite hominem irridentem q̄ sunt spūs dei: qm̄ stulticia illi videnť: ⁊ insultantē apl̄o loquenti dei sapientiam in mysterio absconditā: inuehentē in euangelium / dn̄m blasphemantem. Quem prudentius qd̄ non valet comprehendere / credere dignaretur: nec auderet contemnere: aut conculcare sacrum reuerendumq; mysterium. Longum est ad omnes eius ineptias ⁊ calumnias / quas diuino struit consilio respondere. Pauca tn̄ infero: e quibus cetera estimentur. Cuȝ solos inquit electos liberauerit xp̄s: quō eos diabolus possidebat: siue in hoc seculo siue in futuro magis q̃ modo? Respōdemus. Immo q: diabolus electos dei possidebat: a quo (sicut dicit apl̄s) captiui tenebanť ad ipsius voluntatē: vt dei ꝓpositum de ipsis impleret: opus fuit liberatore. Oportuit aūt liberari in hoc seculo / vt liberos haberet in futuro. Deinde infert. Nunquid etiā pauperem illum qui in sinu abrae requiescebat: sicut ⁊ diuitem damnatum diabolus cruciabat: aut etiam in ipsum abraam dominium habebat: ceterosq; electos? Non. Sed habuisset: si nō liberati fuissent fide futuri: sicut de ipso abraam scriptum est. Credidit abraam deo: ⁊ reputatum est ei ad iustitiā. Itē abraā exultauit vt videret diē meū: ⁊ vidit / ⁊ gauisus est. Propterea iam tunc sanguis xp̄i rorabat etiam lazaro: ne flāmas sentiret: qꝛ ⁊ ipse credidisset in eum qui erat passurus. Sic de omnibus electis illius temporis sentiendum: natos quideȝ ⁊ ipsos eque vt nos sub potestate tenebraruȝ propter originale peccatū: sed erutos anteq̃ morerentur: ⁊ non nisi in sanguine christi. Scriptum est enim. Turbe autem que precedebant ⁊ que sequebantur: clamabant dicentes. Osanna filio dauid / benedictus q̄ venit in nomine domini. Ergo christo in carne venienti / ⁊ anteq̃ veniret ⁊ post: benedictum est a turbis benedictorum: q̃uis precuntes plenam minime tunc consecuti sint benedictionem: seruata nimiruȝ hac prerogatiua tempori gratie. Deinde laborās docere ⁊ persuadere diabolum nullum sibi ius in hominem vēdicare potuisse aut debuisse nisi ꝑmissu dei: ⁊ q̄ sine iniuria diaboli iure deus profugam suum si vellet misereri / repetere: ⁊ solo verbo eripere posset: quasi hoc quis diffiteať post multa aliquando infert. Que itaq; necessitas / aut que ratio: aut quod opus fuit / cum sola iussione sua / diuina miseratio liberare hominem a peccato posset: propter redemptionem nostram filiuȝ dei carne suscepta / tot ⁊ tantas inedias: opprobria: flagella: sputa: deniq; ipsam crucis ignominiosam ⁊ asperrimam mortem sustinere: vt cū iniquis patibuluȝ sustineret? Rn̄demus. Necessitas nr̄a fuit: ⁊ necessitas dura sedentiū in tenebris ⁊ vmbra mortis. Opus eque nostrum: ⁊ dei ipsius / ⁊ sanctorum angelorum. Nostrū: vt auferret iugum captiuitatis nostre. Suum: vt impleret propositum voluntatis eius. Angelorum: vt numerus impleret eorum. Porro ratio huius facti fuit dignatio facientis. Quis negat omnipotenti ad manum fuisse alios ⁊ alios modos nostre redemptionis / iustificationis: liberationis? Uerum hoc nō preiudicat: huius quem e multis elegit efficacie. Et fortasse is prestat: per quem in terra obliuionis: grauedinis / lapsus nostri tot ⁊ tantis grauaminibus reparatoris fortius ⁊ viuacius ammoneremur. Alis autē nemo hoium nouit: nec noscere ad plenū potest quid boni ad gratiam / quid congruentie ad sapientiaȝ: quid decoris ad gloriā: quid cōmodi ad salutem / penes seipsaȝ contineat huius venerandi mysterij inscrutabilis altitudo quā propheta considerans expauit / nō penetrauit: ⁊ precursor dn̄i indignum se iudicauit qui penetraret. Ceterum si non licet perscrutari diuine sacramentum voluntatis: licet tamen sentire effectum operis: fructum vtilitatis percipere. Et quod licet scire / non licet tacere: q: gloria regū celare verbum: ⁊ gloria dei inuestigare sermonem. ¶ Fidelis sermo ⁊ oī acceptione dignus: quoniam cum adhuc peccatores essemus reconciliati sumus deo per mortem filij eius. Ubi reconciliatio: ⁊ remissio peccatorum. Nam si dicente scriptura: peccata nostra separant inter nos ⁊ deum: manente pctō non est reconciliatio. In quo ergo remissio peccatoꝝ? Hic calix inquit noui testamenti in meo sanguine qui pro vobis effundeť in remissionē peccatorū. Itaq; vbi reconciliatio: ibi remissio peccatorum. Et quid ipsa nisi iustificatio? Siue igitur reconciliatio / siue remissio peccatoꝝ: siue iustificatio sit / siue etiam redemptio: vel liberatio de vinculis diaboli a quo captiui tenebamur ad ipsius voluntatem: intercedente morte vnigeniti obtinemꝰ: iustificati gratis in sanguine ipsius / in quo sicut idem dicit: habemus redemptionem per sanguinem eius: remissionem peccatorum / ſm diuitias gratie eius. Cur inquis per sanguinem quod potuit facere per sermonem? Ipsum interroga. Mihi scire licet q̄ ita: cur ita / non licet. Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit / quid me finxisti sic? Sed hec stulticia ei videntur: nō potest tenere risum. Audite cachinnos. Quomō ait iustificari nos vel reconciliari deo per mortem filij eius dicit apostolus / qui tanto amplius aduersus hominem irasci debuit / q̃to amplius homines in crucifigendo filium suum deliquerunt: q̃ in trāsgrediendo primū eiꝰ preceptum vnius pomi gustu? Quasi nō potuerit deo in vno eodemq; facto displicere iniquitas malignātium / ⁊ placere pietas patientis. Et ait. Quod si tantum fuerat illud ade peccatum vt expiari non posset nisi morte xp̄i: quaȝ expiationē habebit ipm̄ homicidium quod in xp̄m cōmissum est? Breuiter respondemꝰ ipsum sanguinem quem fuderunt / ⁊ interpellationeȝ ipsius quē occiderunt. Addit etiam. Nunquid mors innocentis filij in tm̄ deo patri placuit / vt per ipsam reconciliaretur nobis / qui hoc peccando commisimus: propter quod innocens dominus est occisus / nec nisi hoc maximum fieret peccatum: illud multo leuiꝰ potuit ignoscere? Non mors: sed voluntas placuit sponte morientis: ⁊ illa morte expūgentis mortem: operantis salutem: restituentis innocentiam: triumphantis principatus et potestates spoliantis inferos: ditantis superos: pacificantis que in celo sunt: ⁊ que in terra omnia instaurantis. Et quoniam hec tam preciosa mors voluntarie suscipienda aduersus peccatum: non tamen poterat fieri, nisi per pctm̄. Non delectatus quidem sed tamen bene vsus malicia sceleratorū: ⁊ mortem de morte: ⁊ de peccato damnauit pctm̄. Et q̃to illorum maior iniquitas tanto huius volūtas sanctior: ⁊ eo potētior ad saluanduȝ: quatinꝰ tanta mediante potentia antiquum illud q̃uis grande peccatum: necessario tamen huic quod in christo commissum est cedere tanq̃ minus maiori. Nec pctō siue peccantibus ascribitur hec victoria: sed bene vtenti peccatoꝝ peccantes fortiter ꝑferēti ⁊ ꝯuertēti in vsum pietatis: q̄cq̄d in ipm̄ ausa est crudelitas impioꝝ. ¶ Fuit vero sanguis qui effusus est tam multꝰ ad ignoscendum: vt ipsum quoq; peccatum maximum quo factuȝ est vt effunderetur deleret: ac per hoc de antiqui illius vtpote leuioris deletione nullam omnino dubietatem relinqueret. Deinde iste / cui vero (inquit) non crudele ⁊ iniquū videtur: vt sanguinem innocentis in precium aliquod quis requisierit: aut vllo modo ei placuerit: innocentem interfici: nedum deus tam acceptam filij mortem habuerit: vt per ipsam vniuerso reconciliatꝰ sit mundo? Non requisiuit deus pater sanguinem filij: sed ta-

Rom. x.
Iob. x.
i. Cor. iiij.
i. Thi. iij.
Mat. xi.
ij. Co. iiij.
ij. Cor. ij.
Gen. xv.
Ioh. viij.
Mat. xxi.
A
B

men acceptauit oblatum: non sanguinem sitiens: sed salutem: quia salus erat in sanguine. Salus plane et non sicut iste sapit et scribit sola charitatis ostensio. Sic enim concludit tot calumnias et inuectiones suas, quas in deum tam impie q̃ imperite euomuit: vt dicat totum esse q̄ deus in carne apparuit: nostram de verbo et exemplo ipsius institutionem: siue vt postmodū dicit instructionem totūq̄ passus et mortuus est: siue erga nos charitatis ostensionem vel commendationem. Ceterum quid prodest q̄ nos instituit: si non restituit? Aut nunquid frustra instruimur si non prius destruatur in nobis corpus peccati vt vltra nō seruiamus peccato? Si omne quod profuit christus in sola fuit ostensione virtutum: restat vt dicat q̄ adam quoq̄ ex sola peccati ostensione nocuerit. Siquidem pro qualitate vulneris allata est medicina. Sicut enim in adam omnes moriuntur: ita et in xp̄o omnes viuificabuntur. Ergo sicut hoc: ita et illud. Si vita quā dat xp̄s: non est alia q̃ institutio eius: nec mors vtiq̄ quā dedit adā non alia erit similiter q̃ institutio eius vt ille quidē ad peccatum exemplo suo: hic vero exemplo et verbo ad bene viuendum et se diligendum homines informarent. Aut si xp̄iane fidei: et non heresi pelagiane acquiescentes/ generatione nō institutione traductum in nos confitemur ade peccatum: et per peccatum mortem fateamur necesse est: et a christo nobis nō institutione sed generatione restitutā iusticiam/ et per iusticiam vitam: vt sicut per vnius delictum in omnes homines in condēnationem/ sic et per vnius iusticiā in oēs hoīes in iustificationē vite. Et si ita est quomodo is dicit consilium et causam incarnationis fuisse vt mundū luce sue sapientie illuminaret/ et ad amorem suum accenderet? Ubi ergo redemptio? A xp̄o nempe vt fateri dignatur illuminatio et prouocatio ad amorem. Redemptio et liberatio a quo? Esto q̄ xp̄i aduentus illis prosit qui se illi possunt conformare per vitam/ et vicem ei dilectionis rependere. Quid de paruulis? Quā dabit lucem sapiētie: vix adhuc captantibus lucem vite? Unde ascēdet ad dei amorem/ qui necdum matres suas amare nouerunt. Nihil ne proderit eis aduētus xp̄i/ nihil q̄ complantati sunt similitudini mortis eius per baptismum: qm̄ nondum possunt prohibente etate xp̄m sapere aut amare? Redemptio itaq̄ ait nr̄a est illa summa in nobis p̄ xp̄i passionem dilectio. Ergo paruuli non habent redēptionem q: non habent summā illam dilectionem. An sicut non habent vnde diligant/ ita nec vnde pereant: vt non sit in eis in xp̄o necessaria regn̄atio: vtpote quibus generatio ex adā nihil nocuerit? Si hoc sapit cum pelagio desipit. Quicquid horum sentiat patet quantum humane sacramento salutis inuideat: quantum quod in ipso est euacuet alti dispensationem mysterij: qui totū de salute tribuit deuotioni/ regenerationi nihil: qui nostre gloriam redemptionis/ et summam salutis non in virtute crucis/ nō in precio sanguinis/ sed in nostre constituit conuersationis profectibus. Mihi autem absit gloriari nisi in cruce domini nostri iesu christi: in qua est salus vita et resurrectio nostra. ¶ Et quidem tria quedam precipua in hoc opere nostre salutis intueor. Formam humilitatis: in qua deus semetipsum exinaniuit: charitatis mensuram quam vsq̄ ad mortem/ et mortem crucis extēdit redemptionis sacramentum quo ipsam mortem quam pertulit sustulit. Horum duorum priora sine vltimo sic sunt: ac si super inane pingas. Magnum profecto et valde necessarium humilitatis magnum et omni acceptione dignum charitatis exēplum: sed non habent fundamentum ac perinde nec statū/ si desit redemptio. ¶ Uolo totis nisibus humilem sequi iesum: cupio eum qui dilexit me et tradidit semetipsum pro me quibusdā brachijs vicarie dilectionis amplecti: sed oportet me et agnum manducare paschalem. Nisi enim manducauero carnem eius et bibero eius sanguinem: non habebo vitam in memetipso. Aliud est sequi iesum: aliud tenere/ aliud et manducare. Sequi salubre consilium: tenere et amplecti solenne gaudium/ manducare vita beata. Caro enim eius vere est cibus: et sanguis eius vere est potus. Panis est dei qui de celo descēdit: et dat vitā mūdo. Quis status gaudio/ sine cōsilio absq̄ vita? Nempe haud alius q̃ picture absq̄ solido. Ergo nec humilitatis exempla/ nec charitatis insignia / preter redemptionis sacramentum sunt aliquid. Hec domine pater de labore manuum pueri vestri qualiacūq̄ teneatis/ aduersus pauca quidem noue hereseos capitula. Ubi si non aliud q̃ zelum agnoscitis meum: tamen proprie interim conscientie satisfeci. Nam cum non esset quod agerem pro iniuria fidei quam dolebam/ opere mihi precium arbitror: si illū monui cuius arma potentia dei/ ad destructionem contrariarum assertionum: ad destruendam omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiam dei: et in captiuitatem redigendum omnem intellectū in obsequiū xp̄i. Sunt et alia in alijs eius scriptis nō pauca: nec minus mala capitula/ ad q̄ nec tp̄is nec epistole angustia respondere p̄mittit. Quāq̄ nec necessariū putem/ cū sint adeo manifesta vt ipsa etiā vulgata fide facile refellant. Colligi tamē aliqua et transmisi.

¶ Ad eundē ex persona domini remensis. Ep̄la. cxci.

Reuerentissimo domino et charissimo patri dei gratia summo pontifici innocentio/ sanson remorum archiepiscopus: iossenus suessionensis: gaufridus cathalanēsis: aluisus atrebatēsis voluntarium debite subiectiōis obsequium. Auribus occupatis ad plurima/ sermonem facimus abbreuiatum de prolixo negocio: pro eo maxime q: idip̄m diffusius ac plenius continetur in litteris dn̄i senonēsis. Petrus abaillardus xp̄iane fidei meritū euacuare nitit: dum totum quod deus est humana ratione arbitratur se posse comprehendere. Ascendit vsq̄ ad celos: et descendit vsq̄ ad abyssos. Nihil est quod lateat eum: siue in profundum inferni siue in excelsum supra. Homo est magnus in oculis suis de fide contra fidem disputans: ambulans in magnis et in mirabilibus super se: scrutator maiestatis/ heresum fabricator. Iam dudum fecerat librum de sua trinitate: sed sub legato romane ecclesie igne examinatus est/ q: inuenta est in eo iniquitas. Maledictus qui reedificabit ruinas hiericho. Surrexit a mortuis liber ille/ et cū eo multorum hereses que dormierāt surrexerunt: et apparuerunt multis. Iā iam extendit palmites suos vsq̄ ad mare/ et vsq̄ ad romam propagines eius. Hec gloriatio hominis illius: q̄ liber suus in curia romana habet vbi caput suū reclinet. Hic ꝯfirmatur et ꝯfortatur est furor eius. Propterea cū in conspectu episcoporum super his argueret eum abbas clareuallis: zelo fidei et iustitie armatus/ nec confessus est nec negauit: sed a loco et iudice quem sibi ipse elegerat/ sine lesione sine grauamine ad suam prolongaret iniquitatem sedem apostolicam appellauit. Episcopi aūt qui propter hoc in vnum cōuenerant vestre reuerentie deferētes/ nihil in personam eius egerunt: sz tantūmodo capitula librorum eius a sanctis patribus condēnata: ne morbus serperet/ medicinali necessitate abiudicauerūt. ¶ Quia ergo homo ille multitudinem trahit post se: et populum q̄ sibi credat habet/ necesse est vt huic contagio celeri remedio occuratis. Sero enim medicina paratur: cū mala per lōgas inualuere moras. Processimus in hoc negocio quousq̄ ausi sumus: tuū est decetero beatissime pater prouidere/ ne in diebus tuis aliqua heretice prauitatis macula: decor ecclesie maculet. Tibi cōmissa est spōsa christi amice spōsi tuū est tandem vni viro virginem castam exhibere christo.

¶ Ad magistrum Guidonem de castello qui petri discipulus fuerat: et de quo potissimum presumebat qui postea fuit papa celestinus. Epistola. cxcij.

Uenerabili dn̄o et charissimo p̄ri magistro guidoni. sctē romane ecclesie: dei gratia p̄sbyter cardinali B. clareuallis vocatus abbas nō declinare ad dexteram nec ad sinistram. Iniuriam facio vobis si aliquem a vobis ita diligi credam/ vt cum eo pariter eius errores diligatis. Quisquis enim sic aliquē diligit nōdū nouit quēadmodū oporteat eum diligere. Talis nāq̄ dilectio terrena est/ animalis/ diabolica: nocēs eq̄ diligēti atq̄ dilecto. Existimēt alij de alijs p̄ut volūt ego adhuc de vobis estimare non possum nisi qd̄ vicinū est ratiōi qd̄ ad lineā p̄tinet eq̄tatis. Quidā p̄us iudicāt et postea p̄bāt: ego de potiōe vtrū dulcis sit an amara ante gustū nō iudicabo. Magister petrus in libris suis p̄phanas vocū nouitates inducit et sensuū: disputās de fide cōtra fidē: v̄bis legis legē ip̄ugnat. Nihil videt p̄ speculū et i enigmate: sz facie ad faciē oia itueт: ambulās in magnis et i mirabilibus sup se. Melius illi erat si iuxta titulū libri sui seip̄z cognosceret: nec egrederet mēsuram suā/ sed saperet ad sobrietatē. Ego nō eū accuso apud patrē: est q̄ eū accuset: liber suus i q̄ sibi male cōplacuit. Cū de trinitate loq̄t sapit arriū: cū de gratia/ sapit pelagiū: cū de p̄sona christi/ sapit nestoriū. Minus de vestra eq̄tate p̄sumo si dixero vos rogauero vt in cā christi nullū xp̄o p̄ponatis. Illud aūt scitote q: expedit vobis cuius potestas data est a dn̄o: expedit ecclesie xp̄i/ expedit illi etiā hoi vt ei silētiū imponat/ cuius maledictione os plenū est et amaritudine et dolo.

¶ Ad magistrū yuonē cardinalē de eodē. Ep̄la. cxciij.

Dilectissimo suo yuoni sctē romane ecclesie dei gr̄a presbytero cardinali. B. clareuallis abbas/ diligere iusticiam et odire iniquitatem. Magister petrus abaillardus sine regula monachus sine sollicitudie p̄latus: nec ordinē tenet/ nec teneт ab ordine. Homo sibi dissimilis est: intus herodes/ foris iohānes: totus ābiguus: nihil habēs de monacho p̄ter nomē et habitū. Sz q̄d ad me. Unusq̄sq̄ onus suum portabit. Aliud est quod dissimulare non possum: quod pertinet ad omnes qui diligunt nomen christi. Iniquitatem in excelso

Gala. vi.

tem in excelso loquitur: integritatem fidei / castitatem ecclesie
corrũpit. Transgreditur terminos quos posuerunt patres no-
stri: de fide / de sacramentis / de sancta trinitate disputans et scri
bẽs: singula ꝑ sua volũtate mutat / auget / et minuit. In libris et
ĩ opib⁹ suis ondit se fabricatorẽ mẽdacij et cultorẽ puersoꝝ dog
matum: hereticũ se probans: non tam in errore q̃ in pertinacia
et defensione erroris. Homo est egrediens mensuram suam: in
sapientia verbi euacuans virtutem crucis christi. Nihil nescit
omniũ que in celo et que in terra sunt preter seipsuꝫ. Damnatus
est suessioni cũ opere suo: corã legato romane ecclesie. Sꝫ qua-
si non sufficeret ei illa damnatio: iterũ facit vnde iterũ damne-
tur: et iam nouissimus error peior est priore. Securus est tamen
quoniã cardinales et clericos curie se discipulos habuisse glo-
riat: et eos in defensione preteriti et presentis erroris assumit:
a quibus iudicari timere debuit et damnari. Si quis spiritum
dei habet: illius versiculi recordetur. Nonne qui oderũt te dñe
oderã: et sup inimicos tuos tabescebã? Liberet de⁹ ꝑ vos et ꝑ ce-
teros filios suos ecclesiã suã a labijs iniqs et a lingua dolosa.

Psalm. cxxxviij.

ℭ Rescriptum domini Innocẽtij pape contra hereses petri abailardi. Epistola.cxciiij.

Innocentius episcopus seruus seruoꝝ dei / vene-
rabilibus fratribus Henrico senonensi: samsoni
remensi archiepiscopis / eorumq̃ suffraganeis: et
charissimo in christo filio bernardo clareuallis
abbati: salutem et apostolicam benedictionem te-
stante apostolo: sicut vnus dominus: ita vna fi-
des esse dinoscitur: in qua tanq̃ in immobili fundamento pre-
ter quod nemo potest aliud ponere firmitas catholice ecclesie
inuiolata consistit. Inde est q̄ beatus petrus apostolorum prin
ceps: pro eximia huius fidei confessione: a domino ac saluato-
re nostro audire meruit. Tu es (inquit) petrus: et super hanc pe
tram edificabo ecclesiam meam: petram vtiq̃ firmitatem fidei
et catholice vnitatis soliditatem manifeste designans. Hec si-
quidem est inconsutilis tunica redemptoris nostri: super quaꝫ
milites sortiti sunt: sed eam diuidere minime potuerunt. Con-
tra quã in initio fremuerũt gentes: et populi meditati sunt ina-
nia. Astiterunt reges terre: et principes conuenerunt in vnũ. Ve
rum apostoli duces dñici gregis: et eoruꝫ successores apostolici
viri / ardore charitatis / et zelo rectitudinis succensi: fidẽ defen
dere: et eam in cordibus alioꝝ proprij sanguinis effusione plan-
tare non dubitarunt. Demum cessante persecutoꝝ rabie: impe-
rauit dominus ventis: et facta est in ecclesia tranquillitas ma-
gna. Sed quia hostis humani generis semper circuit que-
rens quem deuoret: ad impugnandam sinceritatem fidei: frau-
dulentam hereticoꝝ fallaciam subinduxit. Cõtra quos viri ec-
clesiarum pastores viriliter insurgentes: eoruꝫ praua dogmata
cum ipsorum auctoribus condemnarunt. In magna namq̃ ni-
cena synodo. Arrius hereticus est damnatus. Constantinopo-
litana synodus manicheum hereticũ debita sententia condem
nauit. In ephesina synodo Nestorius condignã sui erroris dã-
nationem excepit. Calcedonensis quoq̃ synodus nestorianam
heresim et euticianam: cũ dioscoro et eius complicibus iustissi-
ma sententia confutauit. Martianus preterea licet laicus chri
stianissimus tamen imperator catholice fidei amore succen-
sus: predecessori nostro sanctissimo pape iohanni scribens ad-
uersus eos qui sacra mysteria prophanare contendunt: inter
cetera sic loquitur dicens. Nemo clericus vel militaris: vel al-
terius cuiuslibet cõditionis: de fide christiana publice tracta-
re conetur in posterum. Nam iniuriam facit iudicio reuerentis-
sime synodi: si quis semel iudicata: et recte disposita / reuoluere
et iterũ disputare contendit: et in contẽptores huius legis tan
q̃ in sacrilegos pena non deerit. Igitur si clericus erit qui pu-
blice tractare de religione ausus fuerit: consortio clericorum
remouebitur. Dolemus autem quoniam sicut litterarũ vestraꝝ
inspectione: et missis a vestra fraternitate nobis erroꝝ capitu-
lis cognouimus: in nouissimis diebus quãdo instant tempora
periculosa: in petri abaillardi perniciosa doctrina: et predictorũ
heresis / et alia peruersa dogmata catholice fidei obuiãtia pul-
lulare ceperunt. Verum in hoc maxime consolamur: et omnipo
tenti deo gratias agimus: qui in partibus vestris pro patrib⁹
tales filios suscitauit: et tempore apostolatus nostri in ecclesia
sua tam preclaros voluit esse pastores: qui noui heretici calum
nijs studeant obuiare: et immaculatam sponsam vni viro virgi-
nem castam exhibere christo. Nos itaq̃ qui in beati petri cathe
dra cui a domino est dictũ. Et tu aliquando conuersus confir-
ma fratres tuos / licet indigni residere conspicimur: communi-
cato fratrũ nostroꝝ epoꝝ et cardinaliũ consilio destinata nobis
a vestra discretiõe capitula: et vniuersa ipsius petri puersa dog
mata / sctõꝝ canonũ auctoritate cũ suo auctore dãnauim⁹: eiq̃
tanq̃ heretico perpetuũ silentiũ imposuim⁹. Uniuersos quoq̃
erroris sui sectatores et defensores: a fidelium consortio seque-
strandos excommunicationisq̃ vinculo innodandos esse cense
mus. Datum laterani decimoseptimo kalendas augusti.

Ephe.iiij — *Mat.xvi.* — *Luc.xxij.*

ℭ Ad epm cõstãtiẽsem ꝑ Arnaldo de brixia. Epi.cxcv.

Si sciret paterfamilias qua hora fur veniret / vigi
laret vtiq̃: et nõ sineret perfodi domũ suam. Sci-
tis q̄ fur de nocte irruperit domũ: non vestrã sed
dñi: vobis tamen cõmissam? Sed dubiũ esse non
põt / scire vos qđ apud vos fit: quando id vsq̃ ad
nos vtiq̃ tã remotos potuit peruenire. Nec miꝝ
si non horam preuidere: aut nocturnuꝫ furis ingressuꝫ obserua
re quiuistis. Mirum autem si deprehensum iam nõ agnoscitis
non tenetis: non prohibetis exportare spolia vestra: immo pre-
ciosissimas christi exuuias: animas videlicet quas sua imagine
presigniuit suo cruore redemit. Adhuc forsan heretis: et mirami
ni quem nam dicere velim. Arnaldũ loquor de brixia: qui vtinã
tã sane esset doctrine / q̃ districte est vite. Et si vultis scire: ho-
mo est neq̃ manducãs neq̃ bibens: solo cũ diabolo esuriens et
sitiens sanguinẽ animarũ. Unus de numero illoꝝ: quos aposto
lica vigilantia notat / habentes formam pietatis: virtutẽ illius
penitus abnegantes. Et ipse dñs: venient (inquiens) ad vos in
vestimentis ouium: intrinsecus aũt sunt lupi rapaces. Is ergo
vsq̃ ad hanc etatem vbicũq̃ conuersatus est: tam feda post se: et
tam seua reliquit vestigia: vt vbi semel fixerit pedem illuc vltra
redire omnino non audeat. Deniq̃ ipsam ĩ qua natus est valde
atrociter cõmouit terrã: et conturbauit eam. Unde et accusatus
apud dominũ papã scismate pessimo: natali solo pulsus est: etiã
et abiurare cõpulsus reuersionem / nisi ad ipsius apostolici per-
missionem. Pro simili deinde causa: et a regno francorũ exturba
tus est scismaticus insignis. Execratus quippe a petro apostolo
adheserat petro abaillardo. Cuius omnes errores ab ecclesia
iã deprehensos atq̃ dãnatos: cũ illo etiam et pre illo defendere
acriter et pertinaciter conabatur. Et ĩ his omnibus nõ est auer
sus furor eius: sed adhuc manus eius extenta. Nã etiam ita va
gus et profugus super terrã: q̄ iam nõ licet inter suos: nõ cessat
apud alienos: tanq̃ leo rugiens circuiens: et querens quem de
uoret. Et nunc apud vos sicut accepimus operatur iniquitateꝫ
et deuorat plebem vestrã sicut escã panis. Cuius maledictione
et amaritudine os plenuꝫ est: veloces pedes eius ad effundẽdũ
sanguinem. Cõtritio et infelicitas in vijs eius: et viã pacis nõ co
gnouit. Inimicus crucis christi seminator discordie / fabricator
scismatũ / turbator pacis / vnitatis diuisor. Cuius dentes arma
et sagitte: et lingua eius gladius acutus. Molliti sunt sermones
eius super oleũ: et ipsi sunt iacula. Unde et solet sibi allicere blã
dis sermonibus et simulatione virtutũ: diuites et potẽtes: iuxta
illud. Sedet in insidijs cum diuitibus in occultis vt interficiat
innocentem. Demum cũ fuerit de illorũ captata beniuolentia:
et familiaritate securus: videbitis hominem aperte insurgere in
clerũ: fretũ tyrannide militari: insurgere in ipsos epos: et in oẽꝫ
passim ecclesiasticũ ordineꝫ deseuire. Hoc sciẽtes: nescio an me
lius salubrius ve in tanto discrimine rerum agere valeatis: q̃
iuxta apostoli monitum auferre malum ex vobis: q̃q̃ amicus
sponsi: ligare potiusq̃ fugare curabit: ne iam discurrere: et eo no
cere plus possit. Hoc enim et dñs papa dũ adhuc esset apud nos
ob mala que de illo audiebat fieri scribendo mandauit: sed non
fuit qui faceret bonum. Deniq̃ si capi vulpes pusillas demoliẽ
tes vineã: scriptura salubriter monet: nõ multomagis lup⁹ ma-
gn⁹ et fer⁹ religãd⁹ est ne xp̄i irrũpat ouilia: oues mactet et pdat.

Mat.xxiiij. — *ij.Thi.iij.* — *Mat.vij.* — *Ps.ix.* — *j.Cor.v.* — *Can.ij.*

ℭ Ad guidonem legatum de eodem. Epistola.cxcvi.

Arnaldus de brixia: cui⁹ cõuersatio mel: et doctri
na venenũ: cui caput colũbe: cauda scorpionis ẽ
quẽ brixia euomuit roma exhorruit francia repu
lit / germania abhominatur / italia non vult reci-
pere: ferĩ ẽẽ vobiscũ. Uidete q̃so ne vr̃a auctorita
te plus noceat. Nam cũ et artẽ habeat: et volũtatẽ
nocẽdi: si accesserit fauor vester: erit funicul⁹ triplex q̃ difficile
rũpit: supra modũ (vt vereor) nocitur⁹. Et vnũ existio de duob⁹
si tñ verũ est q̄ vobiscũ hominẽ habeatis: aut min⁹ sciꝫ notũ vo
bis esse illũ: aut vos quod est credibili⁹ de ei⁹ correctiõe cõfide
re. Et vtinã id nõ frustra. Quis det d lapide hoc suscitare filiũ
abrahe? O gratũ mun⁹ susciperet mr̃ ecclia de manibus vr̃is
vas ĩ honorẽ / qđ tandiu passa est ĩ cõtumeliã? Licet tẽptare: sꝫ
vir prudẽs caut⁹ erit nõ trãsgredi p̃finitũ numerũ ab aplo q̃ ait
Hereticũ homiem post vnã et scđam correptionẽ deuita: sciẽs q̄
subuersus est q̃ eiusmodi est: et delinquit ꝓprio iudicio cõdẽnat⁹.
Alioq̃n familiarẽ habere et frequẽter admittere ad colloquẽdũ
ne dicã ad cõuiuãdũ: suspicio fauoris ẽ: et inimici hois fortis armatu
ra: secure inũciabit et facile ꝑsuadebit q̃ volt: domestic⁹ et cõtuber
nalis legati aplice sedis. Quis ei a latere dñi pape mali q̃ppiã su
spicet? Sꝫ et si ĩ manifesto puersa loq̄tur de se facile opponere au-

Titũ.iij.

deat vestro collaterali? Deinde videtis qualia post se vbicunqȝ habitauit reliquit vestigia? Non sine causa vigor apostolic⁹ hominem italia ortum transalpinare coegit repatriare non patit. Quis vero extraneorum ad quos electus est: non eum omnimodis cuperet suis reddidisse? Et certe sic se habere ad omnes/ vt omnibus odio habeatur: approbatio iudicii est quod portat: ne dicat subreptum fuisse domino pape. Quale est ergo summi pontificis suggillare sententiã: ꝛ illam sententiam cuius rectitudinem eius ipsius in quem data est: ꝛ si lingua dissimulat vita clamat? Itaqȝ fauere huic: domino pape contradicere est: etiã dño deo. Per quecunqȝ enim iusta sententia iuste detur: ab illo certum est processisse/ qui loquitur in propheta. Ego qui loquor iusticiam. Confido autem de vestra prudẽtia ꝛ honestate: quia visis his litteris de veritate certus: nõ abducemini amodo quippiam assentire in hac re: nisi quod vos deceat: ꝛ ecclesie dei expediat: pro qua legatione fungimini. Diligimus vos/ et ad vestrum obsequium parati sumus.

Esa.lxiii.

Ad Petrum bisuntinum decanum. Epistola.cxcvii.

Peregrinationeȝ abbatis cariloci sic accipimus q̃si iam mortuũ eũ videamus. Uobis maxime (quod vehementer doleo) imputatur: quicq̃d illi periculi imminet: quicquid laboris incũbit. Non hoc a vobis expectauimus: quia nec meruimus. Alium vos putauimus: et alium experimur. Testimonium perhibent vobis qui interfuerunt actioni: q̄ nec sincere: nec ẽm iusticiã in ea vos habuistis. Et credo ex parte. Nam ꝛ venerabilis abbas belleuallis: non multum sibi cõplacet in vobis. Nolite queso/ nolite persequi seruos dei: quibus ab ipso dictuȝ legitis. Qui vos tãgit: tangit pupillã oculi mei. Nolite radicitus euellere de cordib⁹ nostris: si quid aliquando bene sensim⁹ de vobis. Et hec ita dicimus vobis/ non quia vos nõ diligimus: sed vt de medio stat quo potest contingere vt nõ diligamus. Dico autem tanq̃ amicus nõ expedit vobis neqȝ ecclesie vestre vt domino pape quod actũ est sicut actũ est innotescat.

Zacha.ii.

Ad dominum papam Innocentium. Episto.cxcviii.

In cause actione que per charissimũ fratrem nostruȝ guidonẽ cariloci abbatẽ vestro ꝯspectui presentat: puto satis apparet ꝛ lacessentis iniuria: ꝛ innocentis patientia: ꝛ incuria iudicis. Deniqȝ violentia calũniãtis ꝛ inopia iusticie cõpulsus est paup ꝯfugere ad vestrã pñtiã/ nõ reputãs laborẽ vie: nõ expẽsas: nõ piculũ tẽporis. Dedit man⁹ morti: ne viuat in ꝑturbatiõe/ q̃etis amator. Clemẽter q̃so respicite sup egenũ ꝛ pauperẽ: ne frustra vr̃is paternis auribus intimatus sit tantillarũ virium tantus labor et dolor. ¶ Olim per epistolas semel ꝛ secundo testificat⁹ sum vobis de homine illo: qui huic modo calũniatur/ q̄ sui esset ꝛ preuaricator propositi: ꝛ monasterij dissipator. Nũc autem et flens dico inimicũ crucis christi: sanctorum qui in circuitu eius sunt violentissimũ oppressorem/ ꝛ calũniatorem pauperum. Qui propria iam pene non habens que deuoret/ in proxima passim more tyrannico debachatur. Monachum habitu mentiens: re exhibet vnũ de predonibus. Omnino immemor regulariũ obseruationum/ legũ/ canonũqȝ contemptor. Frontosus ad verecundiam: insensatus ad metũ: inflexibilis ad pietatem: ad irã preceps: audax ad facinus: pronus ad iniurias. Et miror quomodo vir religiosus abbas case dei: in monacho suo tot ꝛ tanta vicia: aut ignorare possit aut dissimulare. Sȝ de hoc q̃d ad nos? Ipse viderit. Ipse suo domino stat: aut cadit. Nobis sufficit liberari de manib⁹ eius. A vobis id omnimodis flagitam⁹: quod aliunde frustra tentatũ est. Circunspeximus ꝛ non erat auxiliator. Uentũ est ad commune refugiũ: illo confugimus: vbi confidimus liberari. Tantũ adsit pietas: naȝ facultas non deest. Et quidem ex priuilegio sedis apostolice constat: summam rerum ad vestram potissimũ respicere summam auctoritatem: ꝛ plenariam potestatem. Uerũ hoc inter cetera vestri singularis primatus insignia: specialius illustriusqȝ nobilitat: vestrũ et inclytuȝ reddit apostolatum: si eripitis pauperem de manu fortior eius. Nulla meo iudicio in corona vestra preciosior gemma zelo illo vestro: quo emulari consueuistis oppressos: nec relinquitis virgam peccatorum super sortem iustor. Nimirũ propter illud qȝ sequitur: vt non extẽdant iusti ad iniquitatem manus suas: vel propter illud quod alibi dicitur: quia dum superbit impius incẽditur pauper: et vnde alter torquetur in corpore: inde alter grauius in anima perit. Est item monasterium de nostro ordine vicinum huic quod malorum similiter hominum graui infestatione vexatur: et non est qui redimat/ neqȝ qui saluȝ faciat. Et pro hoc quoqȝ puer vester paterna vestra viscera lachrymosis precibus concutere non veretur. Qui illi sint homines: que ve occasio calumniandi/ presentium lator abbas: veraci et viua voce referet vobis. Deus omnipotens vos nobis conseruet longis temporibus: ad nostram omnium protectionem: qui in habitu et proposito penitentie pauperem vitam ducimus: vt sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati seruiamus illi.

B

C

Ps.cxxiiij

Ps.ix.

Ad eundem. Epistola.cxcix.

Usquequo ꝛ superbit impius et incenditur pauper? Usquequo a tanta impudentia innocentia tanta vexatur/ et hoc viuo innocentio? Peccata sine dubio nostra hoc faciunt: q̄ dominus meus tam sero aduertit mentientes sibi: tam lente exaudit clamãtes ad se in hac causa dumtaxat. Nam alias quidem scimus familiare esse domino meo ꝛ cito intelligere: ꝛ facile misereri. Propter eum qui elegit vos: ꝛ posuit vos refugium oppressorum: ponite iam tandem finem ꝛ malicie oppressoris: ꝛ laboribus afflictorum: quia satis vtraqȝ res venit in lucem ꝛ manifestationem. Deniqȝ ad mãdatũ beneplaciti domini mei causa discussa ꝛ terminata est: superest vt ipsius auctoritate data sententia confirmetur. Ergo ne si venerit homo mandax aduersus tantorum virorum testimonium (valentinum loquor ꝛ granopolitanum) audietur? Iterum supplico: ꝛ ad pedes domini mei ea qua possuȝ mente anxia descendo: ne ab homine iniquo et doloso religiosum monasterium destrui patiatur. Etenim non parcet nostro q̃ suum pene destruxit. Unde addo solita presumptione. Si puero vestro crederetis: hominem hunc qui beneficio pietatis vestre abutitur/ in claustrũ suũ remitteretis: ꝛ domino abbati case dei mãdaretis vt in monasterio quod ille inutiliter occupat/ virum religiosum promoueret: ꝛ regularem ordinaret conuentum. Hoc plane dignum apostolatu vestro: hoc beneplacitum deo: hoc honor domino abbati case dei suoqȝ monasterio. Sic etiam liberaretis animam predicti hominis: et ipsum cui incubat monasterium.

Ad magistrum vlgerium andegauẽsem episcopum: pro graui querela que erat inter ipsuȝ ꝛ abbatissam fontis euerardi. Epistola.cc.

Lachrymas magis q̃ litteras dare libet. Sed quoniam ad neutrum inops est charitas: et has oportet dare: ꝛ illas nõ omittere. Has vobis: illas mihi et pusillis multis mei similibus qui scandalizãtur. Dicitis forsitan scandalũ non esse per vos. Nunqd propter vos esse negabitis? Facile extera portarẽ: tãtũ vos non essetis in causa. Nã in culpa dicere nõ audeo. Nõ est meũ discutere hoc: est qui querat ꝛ iudicet. Ue homini illi ꝑ quem scãdalũ venit. Iudiciũ ꝑfecto portabit q̃squis est ille vel illa. Ceterũ ad vos mihi nũc sermo. Sȝ ꝯtinere modicũ quid insipientie mee. Qȝ semel cepi loquar ad dñm meũ. Faciã latius vel ex parte: zelo ꝛ affectui qui loquit. Nõ verebor etatẽ: dignitate non terrebor: non cunctabor ad nomẽ grande magistri vlgerij. Nam quo grandius nomen: eo grandius scandalum. Propter ea meipsum transgrediar: et ero insipiẽs. Seniorem increpabo episcopũ arguam. Magistrũ conabor docere consilium dare sapienti. Nullum presumptionis genus preterea charitas ꝛ emulatio: quã olim pro sanctitate ꝛ gloria nominis vestri conceperam. Cuius glorie diffusum: circũquaqȝ spiritalem odorem: inuidia diaboli interpolatum esse vel modice: mihi pro modico non est. Sed neqȝ ecclesie dei: que vbiqȝ tam celebri gaudio in hoc meridiano lumine exultare solebat. Uerum vos quantum propria gloriã cõtẽnatis satis apparet. Laudo sed si non vsqȝ ad iniuriã dei. ¶ Laudo ꝛ constantiã: qua nec summis potestatibus ceditis de iure vestro qȝ putatis: sed si non pertinacius q̃ constantius id agi a vobis videretur. Et gloriosius ꝛ certe sanctius vobis illatã iniuriam fortiter sustineretis: ꝛ famam vestram ad gloriam dei custodiretis. Quã q̃ nescio quomodo vel conscientiam vestrã esse in tuto confiditis: sub hoc scandalo. Nec enim excusat vos etiam si in quẽqȝ alterũ iure culpam refunditis. Esto q̄ alius mouerit scãdalum: profecto compescere vos potestis. Nolle compescere sine culpa erit: aut vero compescere sine gloria erit? ¶ Malũ si cõprimas tuum reputabitur tibi ad iusticiã: si alienũ/ ad gloriam. Quicunqȝ auctor sit scandali: a vobis omnimodis exigitur tolli: et in eo loco excusatum dicimus: si non potestis. An non deniqȝ ministerium est angelorum: tollere scandala de regno dei? Si dixeritis quid ad vos: arguet vos illa sententia. Labia sacerdotis custodiũt sciẽtiã: et legem requirunt de ore eius/ angelus eni domini est. Si ergo hoc scandalum cum possitis non tollitis: plane non impletis ministeriũ vestrũ. Quod quidẽ an nulla sit culpa/ vos iudicabitis. Ego vo ne hoc sufficere dixerim: si nõ ꝛ honorificatis. Est q̃ qȝ adhuc addã nisi q̄ timidior sum fateor q̃ ꝑmisi. Sȝ tuti⁹ adduco magistrũ: q̃ nõ vereat eps eps nudam dicere veritatem. Hoc ipsum (inquit) delictum est in vobis q̄ causas habetis inter vos. Quare non magis fraudem patimini?

Mat.xviij

D

E

Mal.ij.

j.Cor.vi.

patimini? Opposuit speculum:refulsit iusticie sol/ emicuit veritas:nemo apparuit. Veri estigiē nescio q̄ illa possessiuncula maledicta:vt vlterius iam possit aut obūbrare tam manifestam veritatem:aut impedire tam optatā correptionē. Inspiret de⁹ vobis acquiescere cōsilio:vt non dicā nostro:sed omniū q̄ emulant vos dei emulatione:reuerende ꝛ oi glia ꝓsequēde pater.

¶ Ad balduinū abbatē reatini monasterij. Episto.ccj.

Epistola quam misisti affectū tuum redolet: mouet meū. Et doleo q̄ prout moueor non possuȝ rescribere. Nec immoror in excusandis excusationib⁹:sciens q̄ scienti me loquor. Nosti inq̄ȝ sub qua sarcina gemo:ꝛ gemitus meus a te nō est abscōditus. Tu vo ꝓ scedule breuitate affectū non estimes:quē nulla sui prolixitate explicare posset oratio. Et malicia quidem occupationū pōt facere vt paucis scribā:sed non vt parū diligā. Actum sane excludat vel impediat act⁹ sed nūquid affectū? Sicut mater vnicū amat filium:ita te diligebā:herentē lateri meo placenteȝ cordi meo. Diligam et absentem:ne solatiū meū ex te:ꝛ non teuidear dilexisse. Eras pernecessarius mihi. Atq̄ȝ hinc vel maxime claret q̄ȝ sincere te diligā. Hodie nēpe non te caruissem:si quesisseȝ de te que mea sunt. Nunc autē vides q̄ spretis vtilitatib⁹ meis tuis cōpendijs non inuidi:ponens te vtiq̄ȝ ibi:vnde aliquando transponaris super omnia bona dñi tui. ¶ Tu aūt cura inueniri fidelis seruus ꝛ prudens:cōseruis tuis celeste triticū ꝯmunicare:absq̄ȝ inuidia ꝛ absq̄ȝ desidia erogare:ꝛ noli frustra assumere excusationeȝ: quasi de tui nouitate aut de imperitia:qđ putas forte vel simulas Nam nec sterilis verecūdia grata est:nec hūilitas preter veritatem laudabilis. Officiū ergo tuum attende. Pelle pudorē consideratione officij/ageꝛ magister: Nouus es sed debitor. Et ex tunc te noueris debitorē:ex quo te alligasti. Nunquid nouitas excusabit apud creditorē damna lucrorum? Nunquid prima tpa vacua preterire patitur fenerator? Sed nō sum (inquies) ad ista sufficiēs. Quasi vero deuotio tua accepta non sit ex eo quod habes non ex eo qđ non habes. De solo tibi credito talento respondere tibi para secur⁹ de reliquo. Si multum accepisti:da multū. Quod si modicū est:ꝛ id tribue. Etenī qui in modico fidelis non est:nec in maximo. Totū de:quia totum repetēdus es vsq̄ȝ ad nouissimū quadrantē/ sed sane quod habes non quod non habes. ¶ Memento etiam voci tue dare vocē virtutis. Quid illud inquis? Ut opa tua verbis concināt: immo verba operibus:vt cures videlicet prius facere:q̄ȝ docere. Pulcherrimus ordo est ꝛ saluberrimus: vt onus quod portādum imponis tu portes prior: et ex te discas qualiter oporteat alijs moderari. Alioquin subsannabit te sapiens⁹ vt pote pigrū illum cui labor sit manū porrigere ad os. Arguet te ꝛ apostol⁹ dicens. Tu qui alios doces:teipsum non doces. Sed ꝛ notaberis vitio phariseoꝝ/qui alligant onera grauia ꝛ importabilia: et imponūt ea in humeros hominū:digito autem suo nolūt ea mouere. ¶ Sermo quidem viuus ꝛ efficax/exemplū est operis/ facile faciens suadibile quod dicitur:dū monstrat factibile qđ suadetur. Ergo in his duobus mādatis:verbi scilicet atq̄ȝ exēpli summam tui officij ad conscientie securitatem pendere intellige. Tu tamen si sapis/iunges ꝛ tertiū:studium videlicet orationis ad complementū vtiq̄ȝ trine illius repetitionis in euangelio de pascendis ouibus. In hoc noueris illius trinitatis sacramentum in nullo frustratū a te:si pascas verbo/pascas exemplo/pascas ꝛ sanctarū fructu orationū. Manent itaq̄ȝ tria hec: verbū/exemplū/oratio:maior autem his est oratio. Nam ꝛ si (vt dictum est) vocis virtus sit opus:ꝛ operi tamen ꝛ voci gratiam efficaciamq̄ȝ promeretur oratio. Heu auellor:arripior:non licet vltra. Illud tamen breuiter admonitus sis:vt q̄ȝ citius poteris graui ne cures soluere cura:ꝛ quid sibi vult quod inter alia que tuo es/vulnus a quo non sperabas te pertulisse: non negligas manifestius aperire. Id eñ anxie me sollicitat.

A · B · Prover. xxvi. · Rom. ii. · Mat. xxiij. · C · D · Joh. xxi.

¶ Ad clerum senonensem. Epistola.ccij.

Destituti benedicto pastore vestro: opus charissimi/vt de substituēdo alio sollicite satagatis. Sȝ sane id non precipitanter agendū non tumultuose aut inconsulte:ne forte euacuetur quod preter rationē ꝛ ordinem presumetur:ꝛ vos intrare incipiatis circuituȝ quorūdam qui in circuitu vestro sunt. De vicinis si placet ecclesijs sumite experimentū: ꝛ illarū vexatio det intellectū auditui in causa presenti. Grandis quippe res est in manibus:nobili senonēsi ecclesie instaurare pastorem. Grandis prorsus:nec sine grandi adoriendā cōsilio. Expectandum proinde suffraganeorum consilium episcoporum:ꝛ expectādus assensus religiosorum qui sunt in episcopatu: atq̄ȝ in commune tractandū cōmune negocium. Alioquin dilectissimi molestie credite intuebimur tribulationem ecclesie vestre molestie vestram ipsoꝝ confusionē. Quod vtrumq̄ȝ continget facile:si illud contingat effici quod oporteat reuocari. Ergo indicatur ieiuniū:conuocentur episcopi:religiosi afficiant: nec sua (quod absit) solēnitate fraudetur tanti sacerdotis rite celebrāda electio. Aderit vt confidimus spiritus sanctus votis vestris et honor erit vobis honorificantibus ministeriū vestrū:dū pari voto ꝛ consilio studueritis quod gloria sit dei:ꝛ salus populi.

¶ Ad episcopum et clerum trecensem. Epistola.cciij.

Legimus si errauerit quis ex vobis a veritate et conuerterit quis eum:scire debet quoniam qui conuerti fecerit peccatorem ab errore vie sue saluabit animam eius a morte:ꝛ opit multitudinem peccatoruȝ. Errat ancellus noster/ errat. Cui dubium. Si dimittimus eū sic:non solus errabit. Quantos trahet post se suo exēplo illustrissimus iuuenis? Nec modo sequaces:sed ꝛ omnes qui poterunt eū reuocare nec reuocabunt:eodem errore iudicam⁹ inuolui. Mundus ego sum a sanguine ei⁹. Et ei predixi per epistolam:ꝛ vobis nunc dico: quia rem illicitam presumit. Nec clerici est pugnare armis militarib⁹:nec sub dyaconi vxorem ducere. Annunciate peccatori opus ei⁹:ne ille in peccato suo moriatur:sanguinē vero eius de manu vestra requirat qui suo eum redemit sanguine precioso. En de celo clamat. Uirgo israel corruit ꝛ non est qui subleuet eaȝ. Quousq̄ȝ in luto aurum iacet? Tollite margaritam tollite:leuate splēdidissimam atq̄ȝ preciosissimam gemmam de sterquilinio. Leuate cā anteq̄ȝ porcorum id est spurcorum spirituum pedibus conculcetur:ꝛ iam non sit vas in honorē:sed in contumeliam.

D Jacobi. v · Amos. v.

¶ Ad abbatem sancti albani. Epistola.cciiij.

Et si facie ignotus es mihi:sed non fama:nec paruȝ aut vile quid tui:gratulor me tenere munere illius. Nam talis fateor per eam insinuatus es meo pectori:vt licet in multis occupatū:ipsa tamen serenissima recordatio tui mi dilectissime frat facile me plerumq̄ȝ ex omnibus vendicet sibi:ita vt in ea libenter immorer/ et suauiter requiescam. Ceterum quo memoriam plus accepto eo auidius suspiro presentiam. Sed quando istud/aut si quando istud? Atq̄ȝ et si non ante:profecto in ciuitate dei nostri. Si tamen non habemus hic manentem ciuitatem : sed illam inquirimus. Ibi ibi videbimus nos:ꝛ gaudebit cor nostrum. Interim vero delectabor ꝛ letabor nihilominus in his q̄ dicta sunt mihi:sperans ꝛ expectans quod reliquum est de visione corporali in die domini:vt gaudium meum plenuȝ sit. Adde obsecro ad ea bona que abs te et de te nobis assidue veniunt: tuas tuorumq̄ȝ pro nobis orationes: pater charissime ꝛ desiderātissime.

¶ Ad episcopum Rofrensem. Epistola.ccv.

Vre scribitis nos mereri. Quid peccaui? Si monui magistrum robertum pullum aliq̄ȝtum tempus facere parisius/ob sanam doctrinam q̄ apud illum esse dinoscitur:id putaui necessarium ꝛ adhuc puto. Si rogaui sublimitatem vestram vt permitteretis:etiam nunc idipsum rogarem: nisi eaȝ de priori prece indignatam sensissem. Si dixi hominem fultum gratia amicorum:quorum in curia non minima auctoritas est: ꝛ id dixi quod vobis formidaui ꝛ adhuc formido. Nam q̄ post appellationem factam extendistis manum vt accepim⁹ ad res appellantis:nec laudaui nec laudo. Uerumtamen volūtati vestre in aliquo contradicere nec consului ei nec cōsulo. Decetero vestri sumus: coronam vestram suscipere/ꝛ colere semper digna ꝛ debita veneratione parati. Huius testimonio conscientie audemus adhuc ad vos (prece dumtaxat atq̄ȝ consilio) vt magister robertus cum integritate gratie vestre per aliq̄ȝtum tēpus possit parisius demorari. Retribuat vobis dominus in vitam eternam q̄ viscera nostra refouistis: filios nostros loquor quos misimus in hyberniam.

¶ Ad reginam hierosolymorum. Epistola.ccvj.

Audierunt homines q̄ locuȝ gratie habeam apud vos:et multi profecturi hierosolymam petunt se vestre excellentie per me commendari. Ex quib⁹ est iste iuuenis consanguineus meus/ iuuenis vt aiunt strenu⁹ in armis:suauis in morib⁹. Et gaudeo q̄ ad temp⁹ elegit militare deo magis q̄ȝ seculo. Itaq̄ȝ facite morem vestrum: et bene sit huic propter me: sicut ceteris omnibus propinquis meis fuit qui per me vobis innotescere potuerunt. Decetero cauete:ne voluptas carnis ꝛ gloria temporalis impediant vobis iter regni celestis. ¶ Nam quid prodest paucis diebus regnare super terram/et regno celorum eterno priuari? Sed confido in domino q̄ melius facietis : et si verum est testimonium quod de vobis perhibet charissimus auunculus meus andreas : cui multum credimus : et hic et in eternum deo miserante regnabitis. Peregrinis : eges

E

nis:⁊ maxime inclusis curā impendite: q̄ talibus hostiis ꝓme-
retur deus. Scribite nobis frequentius: q̄ ⁊ vobis nō oberit ⁊
nobis ꝓderit: si eē vr̄a ⁊ bona studia plen⁹ certiusq̄ nouerim⁹.

¶ Ad Rogerium regem Sicilie. Epistola ccvii.

Onge lateq̄ satis dilatata est magnificētia vestra
super terram. Etenī gloria nomīs vestri quos fines
non attigit? Sed audite cōsilium diligentis vos.
Studete qđ in vobis est hanc ipsam gloriam refer-
re ad illum a quo est: si non vultis eam perdere: aut
certe perdi ab ea. Hoc autē sic fiet: si inter eos q̄s
regie munificētie celebris opinio euocat de longinquo: discre-
tionis oculū aperitis: manūq̄ extēditis: non tā cupidis q̄ ege-
[Ps. xl.] nis. Et vere beatus q̄ intelligit nō super cupidū: sed super ege-
nū et pauperē. Illum inq̄ pauperē qui inuitus petit: ⁊ verecun-
de accipit: ⁊ accipiens glorificat patrē suū qui in celis est. Cū
aūt deo sua gloria de vestro munere ex ore egentiū ita fideliter
resignabitur: vberiori ꝓculdubio riuo fluat vobis necesse ē ille
fons glorie qui diligentes se diligit: ⁊ glorificat glorificantes
[ii. Cor. ix.] se: vt qui seminat in benedictionibus: de bn̄dictionib⁹ ⁊ metat.
Pro huiusmodi obsecro vos ponere oculos vestros super lato-
rem presentium: quem ꝓ certo ad vestram regiā presentiā non
cupiditas traxit: sed coegit necessitas. Necessitas dico nō sua:
sed suorū multorū: videlicet a quibus missus est seruorū dei fide-
[ii. Thes. ii.] liū. Audite patienter quid patiantur. Audite ⁊ ꝯpatimini: q̄ si
cōpatimini: ⁊ cōregnabitis. Nec contēnendum regi regnare cū
talibus. Ipsorū est enim regnum celorū qui contēpserunt vitā
[Luce. xvi] mundi. Facite vobis illos amicos de māmona iniquitatis: vt cū
defeceritis a terreno regno vr̄o: recipiāt vos ī suū regnū eternū.

¶ Ad eundem. Epistola ccviii.

I me q̄ritis: ecce ego ⁊ pueri mei quos dedit mihi
deus. Fertur nā q̄ mea humilitas inuenisse gratiā
apud regiam maiestatē: ita vt querat videre me. Et
quis ego sum: vt dissimulē beneplacitū regis? Ac-
curro: ⁊ qui querebar ecce assum: nō in presentia cor-
[Lu. xxiii.] poris infirma: in qua despexit dn̄m herodes: attamen in visceri-
bus meis. Nam quis me separabit ab his? Sequar eos quocū-
q̄ ierint: ⁊ si habitauerint in extremis maris: nō erūt absq̄ me.
Habes rex lumen oculorū meorū: habes cor meū ⁊ animā meā.
Quid si modicū nostri abest? Corpusculū loquor/ vile istud mā-
cipiū: qđ ⁊ si voluntas exponeret: sed retineret necessitas. Non
valet sequi volantem animum: quoniam infirmum est: ⁊ solum pe-
[Ps. xxiiii.] ne illi superest sepulchrū. Sed que cura? Anima mea in bonis
demorabitur: cum semen meum hereditabit terrā. Semen meū
semen bonū. Germinabit: si tamen in terram bonam ceciderit.
Letabitur ⁊ delectabitur in crassitudine anima mea: quippe vt
confido dabitur illi de fructu manuum suarū. Reposita est hec
spes mea in sinu meo: vt patienter feram ab his vel corpore se-
parari. Non mireris rex. Ante elegissem a corpore peregrinari
q̄ istos emittere: si solus cause deesset deus. Suscipe illos tan-
q̄ aduenas ⁊ peregrinos: veruntamen ciues sanctorum/ ⁊ do-
mesticos dei. Parum dixi/ ciues: reges sunt. Ipsorum est enim
regnū celorū: iure ⁊ merito paupertatis. Non decet frustra e lon-
ginquo esse vocatos: ⁊ suis sedib⁹ exules/ inutili peregrinatio-
ne vagari. Putas poterūt cantare canticū domini in terra alie-
na? Sed non recte forte dixerim alienam: que semini bono spon-
taneum expandit sinū: et preciosum depositum iam leto in gre-
mio pie fouere suscepit. Cecidit vt video: cecidit granū bonū
in terram bonā ⁊ optimam: spero in dn̄o q̄ radicabit/ germina-
bit/ multiplicabitur/ ⁊ referet fructū in patientia. Porro hūc cū
[i. Cor. iii.] rege partibor: ⁊ vnusquisq̄ sm̄ suū laborem accipiet.

¶ Ad eundem. Epistola ccix.

Abetis quod petistis: fecistis quod promisistis.
Quos in verbo vestro exposuim⁹ ⁊ misim⁹ pere-
grinari: regia sunt liberalitate suscepti. Occur-
ristis eis cum panibus: eduxistis eos in refrige-
rium/ constituistis eos super excelsam terram: vt
comedant fructus agrorū/ vt sugant mel de pe-
tra: oleumq̄ de saxo durissimo: butyrū de armento/ ⁊ lac de oui-
bus: ⁊ ficus cum medulla tritici/ ⁊ sanguinem vue bibant meracissimum.
Et hec quidem terrena sunt: sed celestia mercantur.
Sic itur ad astra. Talibus hostiis promeretur deus. Istorū est
enim regnum celorū: qui regi terre: in terra viuentiū reddere po-
terunt pro his terrenis/ vitam ⁊ gloriam sempiternam. Misim⁹
vobis magistrū brunonem/ olim mihi per dies multos indiui-
duum comitem: nūc autem patrem multarum quidem animarū
letantiū in christo: sed egentiū in seculo. Experiatur ⁊ ipse mu-
nificam manū regis: vt augeat numerus inimicorū: qui ipsum re-
cipiant in eterna tabernacula. Quod illi facitis/ mihi facitis:
quia quod illi deest a me exigitur. At quia marsupiū nostrū mi-
nus sufficiens est ad vestrū sane quod aliquanto grossius esse li-
quet: pauperē christi/ merito destinare curaui.

¶ Ad dominum papam Innocentium. Epistola ccx.

Ominum samsonem remensem: glorie vestre com-
mendamus: non tanq̄ de ceteris/ sed vere pre cete-
ris vnū. Idq̄ tam secure/ q̄ securi sumus de sua er-
ga vos fideli deuotione: sincera dilectione/ volun-
tate subdita atq̄ obedientissima. Honoretur quo-
niam vas est in honorem. Sentiat quod in vobis est non frustra
se honorificare ministeriū suū: non frustra pollere his moribus
quibus honoretur deus: ornetur ecclesia: qui deniq̄ deceāt do-
mini sacerdotem.

¶ Ad eundem. Epistola ccxi.

Ominus cantuariensis vir bonus ⁊ testimoniū ha-
bens a bonis: iniuste in causam trahitur: ⁊ ab agen-
do violēter retrahitur. Parabat iter: nam in vestra
presentia fuerat terminanda: et ecce intercipitur a
turbine ⁊ tempestate bellorum. Sit excusatus apud
vos: cui molesta est excusandi necessitas: tum quia presumit de
iusticia: tum quia desiderio desiderabat videre faciem vestrā.
Addit ⁊ hoc puer vester vt si qua alia petitio est venerabilis sa-
cerdotis: tanto citius admittatur quanto dignior est qui petit.
Audeo adhuc: et quia semel cepi: loquar ad dominū meū. Ille
ille antiqu⁹ amic⁹: fidelis seruus: deuot⁹ fili⁹ (robertū loquor
londonensem episcopū) clamat ad vos: q̄ occupator ille qui cū
preuenit in sedem: quam deo auctore ipse sortitus est ipsius ec-
clesie vadia terrasq̄ distraxerit: ⁊ distracta restituere nolit. Qđ
q̄ sit iniuriosum: et qualiter corrigendū: mee humilitatis non
est tante sapientie predictare.

¶ Ad eundem. Epistola ccxii.

Ir illustris salamenticensis quondam episcopus/
rediens ab vrbe: non pigritauit diuertere ad pue-
rum vestrū: et auxiliū ab homunculo flagitare non
[Esaie. xl.] desperit. Quo audito/ recordatus sum prophetie
dicentis. Montes ⁊ colles coram deo humiliabun-
tur: et erunt praua in directa: ⁊ aspera in vias planas. Sic vos
ludere nostis: alta comprimere/ sedare tumentia ⁊ enormia redi-
gere in mensurā. Veruntū cum tragedie sue hystoriam in aurib⁹
meis homo seriatim exposuisset: laudaui iudicem/ iudicium ap-
probaui/ sed dico vobis cōpassus sum iudicato. Sic quippe to-
tam suam lachrymosam illam orationem conclusit: tanq̄ in cal-
[Ps. lxxxvi.] ce ipsi⁹ diceret cū propheta. Exaltat⁹ aūt hūiliatus sum ⁊ con-
[Ps. c.] turbatus: ⁊ quia eleuans allisisti me. Cūq̄ memoraret iusticie
vestre ⁊ virilis animi quē sciebam: cepi tamē simul cogitare di-
uitias miserationū vestrarū quas in plurimis expertus sum/ et
[Joelis. ii.] dixi. Quis scit si conuertatur ⁊ ignoscat dominus: ⁊ relinquat
post se benedictionem? Certe inq̄ in omnibus: ⁊ per omnia in-
structus est/ ⁊ emulari/ ⁊ ignoscere/ ⁊ debellare superbos: ⁊ par-
cere nihilominus subiectis: nisi q̄ magistrum sequens: etiā cō-
sueuit misericordiam superexaltare iudicio. Et acquieui solita
illa mea presumptione loqui ad dominū meū: cū sim puluis ⁊ ci-
nis. Et ministrabat materiam spei/ preci fiduciam/ pietati ratio-
nem: q̄ aduerterem hominem: non vt assolet versum in furorem:
cū indignatione recedere: ⁊ repetere natale solū/ moliri scanda-
la: temptare seditiones: sed dedit locū ire: ⁊ induit spiritū man-
suetudinis: ⁊ declinauit ad vestros cluniacenses: ⁊ inclinauit se
humiliū genibus: humiliū precibus communiuit: armis poten-
tibus a deo. His telis statuit aduersum vos dimicare: ⁊ rigoris
murū oppositū sibi: talibus vt iactat pietatis machinis labe-
factare conabitur. Confidit autem q̄ respicietis in orationem
humiliū: nec spernetis precem eorū: ⁊ vincet pietas quē tremūt
potestates. Ego quoq̄ securus cū talibus tendo manus/ flecto
genua: supplico pro supplici: audacter pronuncians debere mi-
sero suam prodesse humilitatem: cui adeo insolentia sua nocuit:
nec decere virtutē vinci a vicio in retributione.

¶ Ad eundem. Epistola ccxiii.

Uis mihi faciet iusticiam de vobis? Si haberem iu-
dicem ad quem vos trahere possem: iam nunc ostē-
derem vobis (vt parturiens loquor) quid meremi-
ni? Extat quidem tribunal christi: sed absit ad illud
repellem vos: qui illic si vobis necessarium et mihi
possibile esset: vellem magis totis viribus stare: ⁊ respondere ꝓ
vobis. Itaq̄ recurro ad eū cui in presenti datū est iudicare de
vniuersis: hoc est ad vos. Vos appello ad vos: vos iudicate in-
ter me ⁊ vos. In quo queso puer vester tā male meruit de vestra
paternitate: vt eum inurere ⁊ insignire placeret nota: et nomine
proditoris? Nunquid nō me vestrū vicariū dignatio vestra con-
stituit in recōciliatione petri pisani: si forte illū de⁹ per me reuo-
care a fece scismatis dignaretur? Si negatis: ꝓbabo tot testibus
quot m

quot in curia tunc tēporis fuerunt. Nunquid nō deniq̧ post hec iuxta verbum domini mei homo in suo ordine ꝛ honore recept⁹ est? Quis nō ergo cōstātie vestre/suo ↄsilio vel magis suo dolo subripuit: indulta repetere: ꝛ que processere de labijs vestris facere irrita? Et hoc ego dixerim non: vt apostolicū reprehēdam rigorem et zelū igne dei succensum contra scismaticos/qui in spiritu vehementi conterat naues tharsis: ꝛ instar phinees confodiat fornicantes: iuxta illud. ¶ Nonne qui oderunt te dñe oderam: ꝛ super inimicos tuos tabescebā? Sed vbi non est par culpa: par plane non debet ꝓcedere pena: nec conuenit eadem inuolui sententia: eū qui peccatū: cū his quos magis peccatū deseruit. Propter eū qui vt peccatoribus parceret sibiipsi non pepercit: auferre opprobrium meū: ꝛ restituendo quem statuistis: vestre etiā tam sane ꝛ integre opinioni ↄsulite. Super hoc iam alia vice scripserā vobis: sed qr non est responsū mihi: puto nō peruenit ad vos hoc ipsum quod scripseram.

Psalm. cxxxviii.

¶ Ad eundem. Epistola.ccxiiii.

SI cura/si memoria ↄtubernalis q̧ mei extat adhuc in corde dñi mei: ꝛ si qua portiuncula antique gratie inuenitur etiam nunc in oculis eius a puero eius liceat hanc experiri viro nobili ꝛ humili nicolao cameracensi episcopo. Fateor me abnoxiū illi ꝛ omniū que pro eo facere valeo debitorē: non solum quia vbicūq̧ potest honorat nos/ꝛ nostros: sed ꝛ propter veritatem/ꝛ mansuetudinē/ꝛ iusticiam: que eum etiam apud vos cōmendabilē reddere possunt. Et nisi fallor qui eū tribulant falsi sunt: ꝛ nō est in ore eorū veritas. Deniq̧ vos probabitis ꝛ non est mihi verbis laborandum super hoc. Est preterea cū eo vir religiosus ꝛ sanctus godescalcus abbas montis sancti martini: ꝓ quo similiter si quid ad merita eius: nostra interuentio addere potest: obnixe oro: vt in suis petitionibus exaudiatur. Arbitror enim nullam illū facere: que non digna sit exaudiri.

¶ Ad eundem. Epistola.ccxv.

SCribo vobis frequentissime vilis vermiculus: ꝛ in hāc impellor audaciam precibus amicorū. Fateor audax sum: sed nō mēdax. Non suspicetur dñe me⁹ in ore pueri sui: inuentum iri mendaciū: in oibus q̄ ad ipsum scripserit. Uolo amicis gerere morem: nō tamē in meam mortem. Nec ignoro vbi legerim. Os qđ mentit occidit animā. Falsitatē proinde nego: importunitatē non excuso: ipsa inueniat veniam: cetera non timemus. Amicus est dñs antisiodorensis episcop⁹: ꝛ precipu⁹. Quis nesciat? Habet quā communicet amico anxietatem/non falsitatem. Fidelē pro decano ipsius afferimus excusationem/absolutionem exigimus. Filij sumus vnius patris (quod solita presumptione loquor) qui estis vos. Confidimus: quia non repellet filios pater: sed voluntatem timentium se faciet/ꝛ deprecationem eorum exaudiet: ꝛ letos faciet illos.

Sapie. i. *Ps. cxliiii.*

¶ Ad eundem de comite Radulpho et vxore eius. Epistola.ccxvi.

SCriptum est. Quod deus coniunxit: homo non separet. Surrexerūt viri audaces qui non timuerūt coniunctos a deo: contra deum disiūgere. Neq̧ id solum insuper ꝛ adiecerunt coniūgere non coniungendos: addentes preuaricationē. Lacerantur sacra ecclesie/scindūtur prohdolor vestes christi: idq̧ ad cumulū doloris: ab his a quibus resarciri debuerāt. Amici tui deus et ꝓximi tui aduersū te appropinquauerūt ꝛ steterūt. Nā q̄ mādatum tuū transgrediūtur/non sunt alieni/nō sunt extranei a sanctuario tuo: sed eoꝝ locū tenent quibus dixisti. Si diligitis me mandata mea seruate. Comitem radulphum ꝛ vxorē eius deus coniunxerat: per ministros ecclesie ꝛ ecclesia per deum/ qui dedit potestatem talem hominibus. Quomodo quē ecclesia cōiunxit/disiunxit camera? In quo facto illud solū conuenienter prouisum est ꝙ in tenebris facta sunt opera tenebrarum. Qui enim male agit/odit lucem: et non venit ad lucem: vt non arguantur opera eius a luce. Quid meruit comes theobaldus? Quid peccauit homo ille? Si peccatū est ꝙ diligit iusticiam et odit iniquitatē/non pōt excusari. Si peccatū est ꝙ reddit regi que regis sunt: ꝛ q̄ sunt dei deo/non potest excusari. Si archiepiscopū bituricensem suscepit ad imperiū vestrū: hoc est maximū ꝛ primū peccatū. En sanguis iste de manu eius exquiritur? Qui retribuūt mala ꝓ bonis detrahūt ei: qm̄ sequitur bonitatem. Multi clamant ad vos in toto corde suo: vt iniuriā filij vestri: ꝛ oppressionem ecclesie digna animaduersione vindicetis: et artifices huius sceleris: cum ipso eorum capite cui quicquid libuit licuit apostolico vigore coerceatis: vt in verticem ipsius iniquitas eius descendat.

Mat. xix. *Ps. xxxvii.* *Joh. xiiii.* *Ps. xxxvii.*

¶ Ad eundem. Epistola.ccxvii.

TRibulatio ꝛ angustia inuenerūt nos. Commota est ꝛ contremuit terra: ꝛ in mortibus hominum exilijs pauperum: diuitum quoq̧ vinculis ꝛ carcerib⁹. Ipsa religio venit in opprobrium ꝛ contemptum. Probro ducitur apud nos: saltem mentionem facere pacis. Nulla fides/nusq̧ innocentia tuta. Amator innocētie et pietatis cultor comes theobaldus: pene traditus est in animā inimicorum eius. Impulsus est vt caderet: sed dñs suscepit eum: ꝛ gaudet ꝙ iusticia ꝛ vestra obedientia in causa sit: apostolo acquiescēte qui ait. Si qui autem patimini propter iusticiā: beati. Et in euangelio. Beati qui persecutionem patiūtur propter iusticiam. Ue nobis hec omnia presentire: sed minime ꝑcauere potuimus. Quid plura? Ut non penitus desolaretur terra: et omne regnum in seipsum diuisum cōcideret: compulsus est ille deuotissimus filius vester: ꝛ ecclesiastice libertatis defensor/sub iureiurando promittere: quatinus sententiam excommunicationis a legato vestro bone memorie magistro yuone: datā in terram ꝛ personam adulteri tyranni qui caput ꝛ auctor extitit horum omnium malorum ꝛ dolorum: atq̧ in ipsam adulteram faceret amoueri. Quod sane tamen prefatus princeps fecit prece et consilio nonnullorum fidelium: sapientumq̧ virorum. Dicebant namq̧ id a vobis facile: ꝛ absq̧ lesione ecclesie impetrari dum in manu vestra sit eandem denuo sententiam que iuste data fuit: incontinenti si iuere ꝛ irretractabiliter cōfirmare: quatinus ꝛ ars arte deludatur: ꝛ par perinde obtineatur: ꝛ qui gloriatur in malicia et potens est in iniquitate nihil inde lucretur. Multa habeo dicere vobis: sed non est opus de omnibus scribere: cum presens sit qui omnia scit: ꝛ viua voce planius potest et plenius aperire.

i. Pe. iii. *Mat. v.*

¶ Ad eundem excusatoria ꝛ nouissima. Episto.ccxviii.

DOmino et patri reuerendissimo innocentio. B. nihilum id quod est. Putabam me aliquando aliquid vel modicum esse: sed nūc vt sentio prorsus ad nihilum redactus sum dum nesciui. Nec enim me dixerim omnino nihilum tunc fuisse: cum oculi domini mei super puerum suum essent: ꝛ aures eius ad preces meas: cum omne quod scriberem obuijs manibus accepisset: et vultu hylari pelegisset: benignissime atq̧ plenissime ad omnia postulata respondens. Modo autem me merito non modicum dico: sed nihilum: quoniam ab heri et nudiustertius auertit faciem suā a me. Cur hoc? Quid peccaui? Multum fateor: si pecunia cardinalis yuonis bone memorie meo arbitrio distributa fuit: et non ad nutum ipsius: quod vtiq̧ ad aures domini mei fuisse perlatum/mihi relatum est. Sed confido quia nunc huius rei veritatem cognoscetis: et veritas liberabit me. Non sum tam hebes/vt ignorem ecclesie esse: quicquid ille rerum suarum non dederit. Sed iam audite simpliciter veritatem. Si inuentum fuerit in ore meo mendaciū: ipsum os meū condemnabit me. Quando homo exuit hominem absens eram immo et valde remotus. Audiui autem ab his qui affuerūt/ꝙ ipse fecerit suum testamentū: ꝛ quod fecit: fecit ꝛ scribi: ꝛ de rebus suis que voluit: quib⁹ voluit ipsi diuisit: quod residuū fuit duobus abbatibus assistētibus tūc sibi/ꝛ mihi pariter qui absens erā diuidendū cōmisit: eo ꝙ nobis nota essent loca pauperiora sanctoꝝ. Porro abbates illi domū venientes: ꝛ non inuenientes me (detinebar enī tunc temporis ex vestro mandato pacis querende negocijs) nihilominus pecuniam sicut eis visum est diuiserunt: me non solū non conniuente sed ꝛ nesciente quid fecerint. Cedat iam si placet manifeste indignatio veritati: nec mihi deinceps frons rigetur/aut superciliū deponatur: sed solita redeat serenitas blando ꝛ benigno vultui: ac suo denuo sole leta facies induatur. Nam ꝙ item cōperi displicuisse me in multis scriptitationibus meis: hoc me iam metuere non oportebit: quoniam facile emēdabo. Scio scio presumpsi plusq̧ oportuit: parum attendens/quis cui scriptitare presumerē: sed ad id quidem audendū vestra me armarat benignitas nō negabitis. Urgebat deinde charitas amicoꝝ: etenim perpauca pro me scripsi si bene memini. Sꝫ ne quid nimis. Dabo si potero zelo meo de cetero temperamentū: scientiam: ꝛ ponam digitū meū super os meum. Tolerabilius enim offendam aliquos amicorum: q̄ multis precibus defatigem christum domini. Et nunc quoq̧ nō sum scribere ausus vobis de imminentibus ecclesie periculis: ꝛ graui scismate quod timemus: ac plurimis que sustinemus incommodis. Scripsi aūt sanctis episcopis vestro lateri adherētib⁹: ab ipsis audire poteritis si scire placuerit que scripserim ego.

¶ Ad quattuor episcopos curie Albericum hostiēsem: Stephanum prenestinum: Ignatium tusculanum: et gerardum cancellarium. Epistola.ccxix.

B Uantū malum scisma in ecclesia sit:ꝛ q̄ sit detestā
dum:et omnimodis deuitandum: euidenter quon
dam ostendit famosa ꝛ horrenda mors virorū illoꝝ
q̄s ob istiusmodi pestē terra degluties:viuos trans
misit ad inferos. Ostendit ꝛ illa persecutio guiber
tina:siue burdini temeritas:quos nostra iam tempora experta
sunt:inter regnum ꝛ sacerdotium diuidētes:plaga pene incura
bili:ꝛ castigatione crudeli. Ostēdit ꝛ illa que nuper adhuc post
multā ꝛ multifariā ecclesie vexationem:ꝛ vastationem: tandez
deo miserante finem accepit rabies leonina. Merito proinde sal
uator in euangelio. Ue inquit homini illi per quem scandalum
Luc.xvij. venit. Ue nobis qui viuimus:plangere que pertulimus:dolere
que sentimus:timere que expectamus. Et quod peius est ad tā
malum habitum humane res deuenerunt : vt nec rei humiliari
velint/nec iudices misereri. Diximus iniquis/nolite inique agere:
ps.lxxiiij. ꝛ delinquentibus/nolite exaltare cornu:ꝛ nō audiuit nos:quia
domus exasperans est. Supplicamus his quoꝝ est peccata ar
Esa.xlij. guere:peccantes seruare:ne calamū quassatum conterāt:ꝛ linū
fumigans non extinguant:ꝛ magis in spiritu vehementi conte
runt naues tharsis. Si denunciamus filijs cū apostolo vt obe
Ephe.vj. diant patribus per omnia:quasi aerē verberamus. Si patrib⁹
loquimur:ne ad indignationem prouocent filios:in nos potius
eorum indignationē prouocamus. Ne delinquentes satisfacere
nec rectores seu correctores condescendere vllatenus acquie
scunt. Omnes suum stomachū sequuntur:ꝛ totis viribus funez
in diuersa trahentes/rumpūt. Heu necdū recēti ecclesie plage
cicatrix occalluit:ꝛ rursum scindere parant:rursus corpus xpi
affigere cruci:rursus fodere latus immoriū:rursus vestimēta di
uidere:atq; ipsam quod in ipsis est tunicā inconsutilē(quātuis fru
stra) dirumpere satagunt. Si qua in vobis sunt viscera pietatis
tantis vos opponite malis:ne in illa precipue terra scissura fiat:
in qua solent sicut optime nostis scissure alie resarciri. Nam si
mat.xviij. auctor scandali/ore singulariter iudicis tremēdo addicitur ma
ledicto:quibus putamus benedictionibus dignos huius nequi
C tie fugatores ꝛ ꝓpugnatores: ¶ De duobus non excusam⁹ re
gē. Nam ꝛ iurauit illicite:ꝛ perseuerat iniuste. Uerum id nō vo
luntate sꝫ verecūdia. Nam ꝓbro ducit sicut optime nostis apō
francigenas iuramentū soluere:quālibet male publice iuratū sit
quāuis nemo sapiens dubitet illicita iuramenta non esse tenēda.
Ueruntamen ne in hoc quidem excusari posse fatemur. Neq; ei
excusare nos:sed veniam postulare suscepimus. Uos videte an
excusare aliquaten⁹ eū possit/ira/etas/maiestas. Poteris sine
dubio si misericordiā iudicio superexaltādā decernatis: quati
nus videlicet talis aliqua consideratio in rege ꝛ puero habea
tur vt hac ei vice tali quidez tenore parcatur:quo tale aliquid
decetero non p̄sumat. Parcatur sane dixerim:si fieri possit (sal
ua in omnibus ecclesie libertate) simul ꝛ archiepiscopo debita
veneratione seruata:quē man⁹ apostolica consecrauit. Hoc ipse
rex humiliter petit:hoc nostra vniuersa citramontana nimium
iam afflicta ecclesia suppliciter deprecatur. Alioquin dam⁹ ma
nus morti:tabescentes ꝛ arescentes/pre timore ꝛ expectatione
que superuenerūt vniuerso orbi. Siquidem deprecatio mea su
per hoc ab anno priore:ꝛ peccatis meis exigentib⁹ deprecatio
nem meam non exaudio sed indignatio:indignationem autem
desolatio pene vniuerse terre secuta est. Si qd zelo vrgēte eru
pit quod non fuit aut secus q̄ fuit dicendū:sit queso apud vos
quasi nō dictū. Ubi ꝓo dixi quod oportuit:ꝛ vbi oportuit dici/
sit non frustra dictum.

¶ Ad Ludouicū regē francorū vnde supra. Epi.ccxx.

Libenter quidē sicut ipse fateri dignamini:etiā pro
pria attestante conscientia:que ad honorē vestrum
et regni vestri vtilitatē spectant: pro nostro exiguo
posse querimus ꝛ querem⁹. Ceterū quod nostre hu
militati q̄rimini sup anathemate mot innouādo in
comitem radulphū:ꝛ vultis me dare operaz omnimodis vt non
fiat:ob multa mala q̄ secutura inde putatis:prorsus non video
quo modo implere possim:et mandato obuiare apostolico. Qd
et si possem:nō video ꝙ rationabiliter possem. Doleo quidē de
malis:si inde proueniant : sed non ideo tamen debemus facere
mala vt veniant bona. Satius tutiusq; hoc totū profecto om
nipotentis dei iudicio ꝛ dispositioni relinquimus:qui pōt face
re vt ꝛ bona que ipse vult fieri fiant ꝛ maneant:ꝛ mala que mali
moliuntur non veniant:aut certe in eosipsos potius qui ea vo
lunt ꝛ querunt veniant. Ualde autē contristat me vnū: quod in
litteris vestre celsitudinis continet:ꝙ videlicet debeat obuia
re res ista paci facte inter vos ꝛ comitē theobaldū. An nescitis
vos grauiter offendisse:i eo ꝙ comes theobald⁹ violētia guer
re vestre contra deū ꝛ iusticiā iurare cōpulsus est:non solū quia
quereret sed etiā quia efficeret vt predictus comes radulphus
et terra eius tam indebite immo tam illicite absoluerent? Quid
iterum vultis peccatū peccato addere:ꝛ iram dei super vos (qd
absit) accumulare? Quid peccauit comes theobaldus:vt iram
vestram rursum incurrere mereatur:qui ꝛ absolutionē comitis
radulphi licet iniustam (sicut scitis) tanto labore ꝛ difficultate
obtinuit:ꝛ rediuiuā excōmunicationē quāuis iustissime redeūtē
nec quesiuit nec querit: vtpote quod timore vestro etiam abiu
rauit? Nolite queso nolite domine mi rex:regi vestro (imo om
nium conditori) tam euidenter in suo regno ꝛ in sua possessione
audire resistere:et manuz extendere tam frequenti ꝛ temerario
ausu:aduersum terribilem eum qui aufert spiritū pricipū: terri
bilē apō reges terre. Acriter loquor:q: acriora vobis formido
quod non ita vehemēter timerē/nisi vos vehemēter diligerem.

¶ Ad eundem vnde supra. Epistola.ccxxi.

Scit deus q̄tū vos ex quo noui/dilexi:ꝛ vestrū ho
norem volui:scitis vos q̄to labore:q̄taq; sollicitu
dine:toto anno preterito querende paci vestre intē
di:vna cū alijs fidelibus vestris. Timeo aūt ne sine
causa laborauerim⁹ in vobis. Uos namq; (vt mani
festum est) a bono ꝛ sano consilio quod acceperatis nimiū cito:
nimiūq; leuiter resilitis:ꝛ ad mala priora que dudū non imme
rito perpetrasse vos plangebatis:adhuc recentib⁹ illis plagis
rursum vt audio nescio quo dyabolico cōsilio festinatis. A quo
enim nisi a diabolo ꝓcedere hoc consiliū dixerim:ꝑ quod fit vt
incendijs incendia:homicidijs homicidia addantur:clamor de
nuo pauperū:ꝛ gemitus compeditoꝝ:et sanguis interfectorū:
auribus pertonent patris orphanoꝝ ꝛ iudicis viduarū? Plane
his hostijs hostis ille antiquus nostri generis oblectatur:quo
Joh.viij. niam ipse homicida est ab initio. Et nolite frustra occasionē su
mere de comite theobaldo:ad excusandas excusationes in pec
catis:cū vir ille paratū se dicat:ꝛ hoc omnimodis deprecet ve
nire ad conuentiones que inter vos cucurrerūt quādo facta est
pax:ꝛ s̄m iudiciū diligentiū nomen vestrū (eoꝝ scilicet qui me
diatores inter vos extiterunt) per omnia satisfacere velit: vt si
preuaricationis forte ab ipsis argui poterit:quod nō existimat
continuo ad honorem vestrū corrigere non cūctetur. Uerū vos
nec verba pacis recipitis:nec pacta vestra tenetis:nec sanis cō
silijs acquiescitis:sed nescio quod dei iudicio omnia vobis ita
vertitis in peruersum:vt probra honorem/ honorem probra du
catis/tuta timeatis/timenda contemnatis ꝛ quod olim sancto
et glorioso regi dauid ioab legitur exprobrasse:diligitis eos q̄
vos oderunt:ꝛ odio habetis qui vos diligere volūt. Neq; enim
qui vos instigant priorem iterare maliciam aduersus non merē
tem querunt in hoc honorem vestrū:sed suū cōmodū:immo nec
suum commodum:sed diaboli voluntatem:vt regis (quod ab
sit) potentiam concepti furoris habeant effectricem quem suis
se posse adimplere viribus non confidūt:inimici corone vestre:
regni manifestissimi turbatores. At quicquid vobis de regno
vestro:de anima et corona vestra facere placeat nos ecclesie fi
lij matris iniurias:contemptum et conculcationem omnino dis
simulare non possumus : que illi preter illa que in eam iam pre
cessisse miserabiliter plangimus: iterum de nouo partim infer
ri/partim imminere sentimus. Profecto stabimus et pugnabi
mus vsq; ad mortem : si ita oportuerit pro matre nostra : armis
quibus licet:non scutis ꝛ gladijs:sed precib⁹ fletibusq; ad deū.
Et ego quidē qui me memini preter quotidianas preces:quas
pro pace ꝛ salute vestra atq; regno coram domino supplex ipso
teste fundebam:etiam apud sedem apostolicam litteris ꝛ nun
cijs causam vestram egisse:fateor vsq; pene ad proprie consciē
tie lesionē:ꝛ ipsius summi pontificis iustam quod diffiteri non
debeo) contra me indignationem:ego inq; assiduis vestris que
innouare quotidie non cessatis excessibus prouocatus:dico vo
bis/incipio penitere super insipientia mea priori: qua plus iu
sto vestre adolescentie hucusq; faui: ꝛ decetero pro mea exigui
tate non deero veritati. Non tacebo ꝙ cū excommunicatis ite
rato fedus ꝛ societatem inire satagitis:ꝙ in necem hominum/
combustionem domorū/destructionem ecclesiarum/ dispersio
nem pauperum:raptoribus et predonibus (sicut dicitur) adhe
ps.xlix. retis:iuxta illud prophete. Si videbas furem currebas cū eo:
et cū adulteris portionem tuam ponebas. Quasi non satis per
vos mala facere valeatis. Non silebo ꝙ illicitum illud maledi
ctumq; iuramentum inconsultissime vsurpatum a vobis contra
bituricensem ecclesiam (pro quo heu tot ꝛ tanta mala iam nunc
merito prouenerunt) non ita tandē corrigitis/vt xpi ouib⁹ apō
cathalaunsi pastorē preffici non sinatis:insuper ꝛ fratri vro:eius
q; militibus:sagittarijs:balistarijsq; domos episcopales cōtra
ius et phas inhabitandas:ꝛ res ecclesie in hmōi nefarios vsus
profligendas:audacter nimiū exponitis. Dico vobis : non erit
diu inultum : si hec ita facere pergitis . Et ideo domine mi rex
amicabiliter moneo vos:ꝛ fideliter consulo vobis / vt citi⁹ ab
hac malicia

hac malicia desistatis: si forte iam ferire parantis manum nim
uite regis exemplo: penitentia ⁊ humilitate preuenire possitis.
Dure loquor: q: duriora vobis formido: sꝫ mementote ꝯ sapiente
dictũ/ meliora esse verbera amici: ꝙ̃ fraulẽta oscula inimici.

Puerbio. xxvij.

¶ Ad Josleuum Suessionẽsem episcopũ: ⁊ suggeriũ abbatem sancti Dyonisii. Epistola. ccxxv.

Scripseram regi arguens eum super malis que fiũt in regno eius: ipsius sicut dicitur assensu. Et qđ rescripsit dignũ duxi vobis qui de cõsilio eius estis insinuandum. Miror enim si ita credit vt loquitur: ⁊ si nõ credit: quõ ꝯscio mihi vtiqꝫ oim (sicut scitis: que ad pacẽ reformandam facta fuerũt: ista persuadere conat) Ait enim sicut potestis videre in litteris eius (cũ male seruata ex parte comitis pacta conaretur ostendere) adhuc suspẽsi manent episcopi nostri: adhuc terra nr̃a interdicta est. Quasi vero cuiusqꝫ ecclesiastici absolutio interdicti ad comitẽ theoba'duꝫ pertineat: aut hoc ipse aliquo modo pepigerit se facturũ. Illusus est (ait) comes radulfus ⁊ iterũ religat⁹ est. Et hoc quid ad comitẽ theobaldũ/ Nõne ꝗcquid de hac re ꝓmisit fideliter elaborauit: ⁊ efficaciter adimpleuit? Ille vero deprehensus est in astutia sua: ⁊ cecidit in foueam quam fecit. En est hoc totũ cur irrita faceret rex pacta sua: que distinxerũt labia vestra? An ꝓpter hoc decuit incandescere iram regis contra deũ ⁊ ecclesiã eius: contra seipsum ⁊ regnum suũ? Ita ne propter hoc debuit obliuisci honoris sui: vt ad debellandũ hominẽ suũ/ quem non dico diffidauerat: sꝫ nec submonuerat vel posuerat ad rationeꝫ mitteret fratrẽ suum idqꝫ per cathalaunum: de qua potissimum ciuitate scitis quid rex cum comite theobaldo pepigerit? Sed rex adhuc aliud addit/ ꝙ matrimonijs sibi moliatur cõiungere contra eius fidelitatem comitem flandrensem ⁊ suessionensem. Et de fidelitate quidem suspitio est: non certitudo. Porro inanes suspitiones certis pactionibus ꝓiudicare: quale sit/ vos videritis. Nisi ꝙ̃ id omnino credendũ non fuerit de tali viro. Nunquid enim hostes sunt regis quibus alligatur comes: ⁊ non magis hoies eius: ⁊ eius amici? Nonne consanguineus regis: ⁊ sicut fatetur/ baculus regni comes flandrẽsis est? Quid ergo cõtra regis fidelitatẽ facit eius homo: ⁊ fidelis ipsius: si alijs ei⁹ amicis/ suorum matrimonijs copulatur? Nonne si quis simplici oculo rem vt est consideraret: magna potius pax regni: magnũ ꝙ robur: ⁊ magna posset putari securitas? Illud aũt miror quo modo rex dicere non timuerit: cognoscere se quia nouerim ego comitẽ theobaldũ in partem suam contra regẽ/ comitẽ radulphum trahere attẽptasse. Nam et viua voce nuncio nostro plus dixit ꝙ̃ scripserit: ꝙ mandauerim sepius dicto radulpho maximam partẽ peccatoꝝ ei⁹ me suscipere/ si vellet comiti theobaldo adherere. Si natus est homo ille ꝑ quẽ ista mandauerim: veniat ⁊ arguat me palã. Si scripsi litteras: proferantur in mediũ. Viderit ipse cui crediderit: certus ego sum: quia nunꝙ̃ noueriꝫ quod imponit. Idem arbitror ⁊ de comite theobaldo: q: ⁊ ipse omnimodis diffitetur. Videat proinde deus ⁊ iudicet: qđ nunc de suspitione comes theobaldus arguitur ab eo: qui manifeste contra pactiones suas ipsum sibi attrahit comitem radulphũ: contra dei precepta: contra sententiã summi pontificis: adultero ⁊ excõmunicato cõmunicans. Ait quoqꝫ rex. Bene habuim⁹ duos grauissimos oppugnatores. Et propheta subsannans respondet. Ibi trepidauerũt timore: vbi non erat timor. Ecce inquit oppugnamur: qui non oppugnauimus: persecutionẽ patimur: qui non persecuti fuimus. Quis oppugnat obsecro: quis oppugnat: quis vel persequitur? Nonne comes obsecrat ⁊ humiliatur: honorare parat⁹ vt regem: seruire ⁊ obsequi tanꝙ̃ domino suo: obnixe pro pace supplicans: ⁊ bonã regis quod in se est/ sibi conciliare satagens voluntatẽ? Esto ꝙ non sit ita: sed magis comes regi mala omnia moliatur: nonne ad id quod statutum fuisse scitis fuerat recurrendũ? Sic eñ inter se pepigerũt: vt si qua de conuentionib⁹ illis controuersia aut dissentio nasceretur: nihil mali sibi inuicẽ facerent: aut quererẽt: donec coram nobis tribus pariter ⁊ domino antissiodorensi vẽtilata res esset atqꝫ discussa: qui ⁊ tũc mediatores fuimus: ⁊ si quid emergeret controuersie: debuimus esse recõciliatores. Ad id modo omnimodis comes flagitat: sed rex abnuit. Deniqꝫ esto ꝙ omnino male meruit comes: sed ecclesia dei quid meruit? Quid inꝙ̃ meruit: non iam sola bituricensis ecclesia: sed ⁊ cathalaunẽsis etiã ⁊ remensis: etiã ⁊ parisiensis? Habeat rex aduersus comitem ius: sed de quo iure obsecro de quo iure presumit vel ecclesiaꝝ possessiones ⁊ terras deuastet: vt christi ouibus pastores prefici non permittat: vt his quideꝫ electoꝝ promotionem prohibeat: alijs vere quod hactenus inauditũ est dilationẽ electionis indicat: donec vniuersa consumpserit/ donec diripuerit pauperũ facultates: donec penitus desoletur terra? An vos ei consulitis talia? Mirũ valde si contra vestrũ consiliũ fiunt hec: mirum magis ⁊ malum si vestro consilio fiũt. Etenim consulere talia/ manifeste scisma fabricare est: deo resistere: ecclesiã ancillare: ⁊ nouã i seruitutẽ ecclesiasticã redigere libertatẽ. Si quis dei fidelis/ si quis ecclesie fili⁹ est: profecto stabit ⁊ opponet se quoad poterit murum pro domo dei. Nam ⁊ vosipsi si pacẽ desideratis ecclesie: sicut oportet filios pacis: quomodo non dicam tractatis ea: sed vel interestis consilijs tã malignis? Quicquid enim mali fecerit: merito non regi iuueni: sed consiliarijs senibus imputatur.

Ps. vij.

Ps. xij.

¶ Ad episcopum suessionensem durissime rescribentẽ ei: ita vt hec fuerit salutatio. Salutem in domino et non spiritum blasphemie. Epistola. ccxxiij.

Nimime quidem ego spiritum blasphemie habere me arbitror: sꝫ nec cuiꝙ̃ maledixisse aut maledicere velle me scio: principi presertim populi mei. Ceterũ ꝗd quid illud sit quod se lesam vestra dignitas iudicat peto veniã. Scio enim qui dixit. Blasphemamur: ⁊ obsecramus. Dico ergo cũ beato iob: que locutus sum vtinam non dixissem: ⁊ vltra non addã. Iam dño abbati sancti dionysij pro cõmuni querimonia scribens: vtiqꝫ vestrũ responderã: et putauerã me fecisse satis. Et quoniã vt video nondũ quieuit indignatio vestra: que forsitan aduersus ecclesie conculcatores iustius incãduisset: etiã vobis dico: scismaticos vos aut fomitem esse scãdali: nec dixi/ nec scripsi/ nec credidi: ⁊ dico securus: nec vereor ꝙ me mea pagina arguat mẽdacij. Scrutamini eã si placet: ⁊ si ita inueneritis/ reũ me fatebor grandis sacrilegij: ⁊ reuera sicut notatis: spiritu blasphemie agitatũ illa scripsisse. Ne tamen humilis satisfactio spiritũ videatur excludere libertatis/ dolui fateor ⁊ doleo: ꝙ nondũ ea vos libertate ꝗ̃ deceret cõperimus christi vicisci iniurias ecclesie defendere libertatẽ. Dolor iste cõpulit me scribere dura: non tamen illa que impingitis. Putauerã siquidẽ: ⁊ adhuc putarẽ nisi timerẽ vobis in hoc esse molestus: nequaꝙ̃ sufficere ꝙ scismatis non estis auctores: nisi et eos qui sunt/ cuiuscũqꝫ dignitatis sint/ tota libertate prouisibus coerceatis: ⁊ coꝝ consiliũ atqꝫ consortiũ execretis. Putarem inꝙ̃ gloriã vobis esse/ si dicere possetis ⁊ vos. Odiui ecclesiam malignantiũ: ⁊ cum impijs non sedebo. Nũquid solum decebat zelus ille prophetã: ⁊ non hodie quoqꝫ a domini sacerdote requiritur: de quo dicebat: nonne qui oderũt te domine oderam: ⁊ super inimicos tuos tabescebam? Optarem sane (⁊ salua vestra serenitate id quoqꝫ eloquar) hũc zelum vos exercuisse in puerum regem: qui non tam pueriliter ꝙ̃ crudeliter sine causa irrita fecit: ⁊ vestra sane consilia: ⁊ sua pacta: sine causa regnuꝫ suum conturbat: bella vbiqꝫ celis terrisqꝫ suscitat/ ecclesias vastat: sacra temerat: exaltat iniquos: bonos persequitur: perimit innocentes. Hec inꝙ̃ vellem vos dolere: his contradicere ⁊ resistere quod in vobis est. Sed meum non est magistrum docere Josleuum/ minus autem reprehẽdere episcopũ qui magis me ⁊ alios peccantes redarguere: ⁊ errantes corrigere dꝫ. En quantum vos timeo. Clausam habetis epistolã: qui de priore aperta male suspicatus estis. Nam ego quidẽ nihil in hoc aliud cogitaui: nisi ꝙ ad diuersos scribentem necesse est iuxta consuetudinẽ epistolã cera non claudere. Iam et pro hoc ꝗꝫ veniã peto

j. Cor. iiij.

Iob. xxxix

Ps. xxv.

Psalm. cxxxviij.

¶ Ad stephanum prenestinum episcopũ. Epi. ccxxiiij.

Loquitur hieremias ad deũ pro aduersarijs suis ita dicẽs. Recordare dñe ꝙ steterim in conspectu tuo: vt loquerer ꝓ eis bonũ: ⁊ auerterem indignationẽ tuam ab eis. Et infert. Propterea (inquit) da filios eoꝝ in famẽ: ⁊ deduc eos in manu gladij. Et adhuc alia in hũc modũ eque grauia imprecatur illis. Quod ꝓpterea nunc apud vestram reuerentiam/ memorandũ putaui: quoniam simile mihi aliquid cũ propheta video accidisse. Vos eñ scitis quomõ ego quoqꝫ pro rege steterim in cõspectu dñi mei: corpore quidẽ absens: sed presens spiritu: vt loquerer pro eo bonum. Bona siquidẽ policebatur. Nunc autẽ ipso reddente pro bono malũ: cogor contraria scribere. Pudet erroris: ⁊ false spei quaꝫ de eo conceperã: ⁊ gratias ago ꝙ pro eo simpliciter supplicans non fuerim exauditus. Putabã me deferre regi pacifico: ⁊ ecce inuenio grauissimo hosti ecclesie assentasse. Conculcãtur apud nos sancta: ecclesia turpiter ancillatur. Nã ⁊ electiones episcopoꝝ prohibẽtur fieri: ⁊ sicubi id presumptũ a clericis fuerit: electus episcopari non sinitur. Deniqꝫ sed ⁊ in tristicia ecclesia parisiẽsis/ ꝓprio destituta pastore: ⁊ nemo qui de substituẽdo alio mutire audeat. Non sufficit spoliari bonis presentibus domos episcopales: etiam in terras ⁊ in homines manus sacrilega circunquaqꝫ deseuit: totius insuper anni ex eis sibi redditus vendicando. Vestra cathalaunensis fecit quideꝫ electionẽ: sed qui electus est: ecce iam diebus multis debito honore frustratur: ⁊ scitis ꝙ non absqꝫ graui gregis dominici detrimento. Cõmisse

Hie. xviij

rex germano suo roberto vices episcopi: ⁊ ille in cunctis terris rebusq; ecclesie potestatiue versans/ ⁊ pro vice sua vbiq; haud segniter agens infert celis quotidianas hostias/non plane pacificas: clamores pauperū: lachrymas viduarū: planct⁹ orphanorū/gemitus compeditorū: ⁊ sanguinem interfectoꝝ. Uerum angustus est malicie eius ille episcopatus: Remensem inuadit atq; in terra sanctoꝝ iniqua gerit: nō clericis: nō monachis: nō scimonialibus parcens. Deniq; sancte marie: sancti remigij: sancti nichasij: sancti theodorici terras fructiferas ⁊ villas populosas ita in ore gladij deuastauit: vt pene in solitudinē redegerit vniuersas. Frequens in omniū auribus vox/hereditate possideamus sanctuarium dei. Sic rex emendat: qđ in ecclesiam bituricensem: herodiano iuramēto commisit. Preterea rex nobis quidē non parū laborātibus: pacē cū comite theobaldo fecerat firme vt putauimus amicitie sed⁹ inierat: ⁊ ecce occasiones querit quo recedat ab amico. Atq; hoc grande crimen q̄ impingitur comiti: q2 cū baronib⁹ regis de liberis suis cōtrahit mrimonia. Suspecta est illi dilatatio charitatis: nec se putat regē: si se amauerint principes. Conijciat prudētia vestra/quid animi erga subditos gerat: qui de odio atq; discordia si fuerit inter suos se estimat fortiorem. Uideat ⁊ perpēdat: si est hic hō a deo qui in suoꝝ magis mutua simultate q̄ charitate cōfidit: cum charitas sit deus. Quod minime faceret: si sapientiā illi⁹ haberet qui ait. Fortis est vt mors dilectio: dura sicut infernus emulatio. Preterea ergo pacis cōuentiones ⁊ cōstitutiones manifeste transgreditur: nec tenet pacta sua: que distinxerunt labia sua. Deniq; reuocauit in domum suā/⁊ ad consiliū suū virū adulterū ⁊ excōmunicatū: quē ex cōstituto eiecerat: ⁊ pro exercenda maiori malicia alijs multis nequā eque excōmunicatis: periuris: incendiarijs: homicidijs/rex ⁊ aduocatus ecclesie aduersus ecclesie qđ non est dubium amatorē ⁊ defensorē denuo sociatur: iuxta illud ꝓphete. Si videbas furē currebas cū eo: ⁊ cū adulteris portionē tuam ponebas. Ad hec cogit suo more ep̄os ad maledicendū bn̄dicendis: ⁊ iterum benedicendū maledicendis: ⁊ qm̄ nō obtemperatur ꝓ suo libitu sibi circuit mare ⁊ aridā vt inueniat iuratores: quoꝝ periurijs quos fortassis de⁹ coniungit per hoīes separentur. Qua fronte obsecro tātopere alijs prescribere de cōsanguinitate laborat/hō cū sua (qđ palā est) tertio cōsanguinitatis gradu ferme permanens cōsobrina? Et quidē inter filiū comitis theobaldi ⁊ comitis flandrēsis filiā: ⁊ itē inter comitē suessionensem ⁊ filiā comitis theobaldi/si consanguinitas sit nescio/scienter enī illicita matrimonia nec laudaui vnq̄ nec laudo: sꝫ sciatis vos: ⁊ sciat dn̄s me⁹: ꝓhibere hoꝝ nuptias (si quomō cōiungi phas fuerit) exarmare ecclesiam est ⁊ multā illi subtrahere fortitudinē. Nec aliam puto aduersantiū ipsis nuptijs intentionē/nisi vt in terris prefatoꝝ principū non possint habere refugiū: quicūq; audebūt contradicere scismati quod minantur. Hucusq; zelus me⁹. Non possum enī ego emendare quod potui redarguere: potui et cōmonere eum qui possit. Zelus dn̄i mei faciet hoc. Ipsum duxi necessariū in magno ecclesie labore atq; periculo cōpellendū: ⁊ per nullū dignius q̄ per vos qui ei⁹ lateri ⁊ spiritui adheretis. Apud quē queso habete me excusatū: q̄ rege mutato mutauerim stilū: qui ad ipsum deū dei prophetā dixisse scitis. Cū viro innocente innocens eris: ⁊ cū peruerso peruerteris.

ps.lxxxij.
i.Joh.iiij
Canti.viij.
ps.xlix.
ps.xvij.

¶ Ad episcopū Suessionensem pro pace. Epi.ccxxiiij.

Laborauimus sꝫ de profectu adhuc questio est. Seminauimus multū: sed intulim⁹ pax. Fatemur nos eguisse vestra opera: ⁊ presentia. Uerū q̄ eam nō requisiuimus in tanta necessitate: per amicū communem sancti dyonisij abbatē: docebimini. Nūc itaq; ne de cetero dissimuletis / sed sm̄ sapientiā vobis a deo datam studeatis que ad pacē sunt: monemus sanctā sollicitudinem vestram. Nā rogandus non estis pro tali re: que vtiq; constat non modo valde honorificari ministeriū vestrū/sed ⁊ turpari admodum si negligitis. In indicta celebritate apud sanctum dyonisium speramus videre vos.

¶ Ad Ludouicum regem Francorum. vnde supra. Epistola.ccxxv.

Ludouico dei gratia illustri regi francoꝝ: ⁊ duci acquitanoꝝ. Hugo antisidorēsis qualiscūq; minister. Bernardus clareuallis abbas: diligere iusticiā: et iudicare terrā sapienter. Diu est q̄ egressi de domibus nostris: expositis proprijs vtilitatib⁹ pro pace vestra ⁊ regni: fideliter sicut nobis de⁹ est testis laboremus. Tristamur aūt q̄ aut nullū aut exiguū nostri laboris fructū adhuc tenem⁹. Adhuc pauperes clamāt post nos: adhuc terra vadit quotidie i desolationē. Queritis que terra? Uestra: non alia. Intra regnū enī/⁊ contra regnū vestrū: ista omnia mala perpetrantur. Nā siue amici siue inimici vestri sint q̄ de guerra ista pauperantur/captiuantur/conterūtur/non aliūde q̄ de regno vestro sunt. In quo manifeste iminere iamiāq; videt sermo saluatoris dicentis. Omne regnū in seipsum diuisum desolabitur. Huc accedit q̄ ipsi diuisores ⁊ desolatores/vos constituerūt sibi huius nequitie caput ⁊ principē: quem precipue debuerant metuere defensorē/⁊ sentire vltorē. Nos tamen credebamus vos tactū a deo ⁊ illuminatū tantā illoꝝ nequitiam aduertisse: ⁊ errorē vestrū agnouisse: ⁊ cupere omnino consilijs sanioribus a laqueo isto retrahere pedē. Ceteꝝ ab hac spe pene deiecit nos colloquiū illud habitū nuper inter nos apud corboliū. Scitis enī quomodo ⁊ q̄ irrationabiliter (vt pace vestra dixerimus) a nobis tūc recessistis. Unde factū est: q̄ sermonis illi⁹ qui vobis in dicto nostro displicuit: reddere ad liquidū rationē pro vestra nobis turbatione non licuit. Quā si expectare placito corde dignaremini: forsitā cognouissetis ⁊ vos q̄ nil vobis indecens: aut importabile dictū fuisset: sm̄ q̄ iā res vestra processit. Nūc aūt sine causa turbatus: turbatos nos ⁊ ꝯfusos: et quid faciamus dubios: anxiosq; tenetis: homines qui vobis bona cupiūt ⁊ querūt. Qđ non est aliud: nisi quia fraus iniquorum: ⁊ rumusculi parū scientiū hominū: dicentiū malū bonū: ⁊ bonum malū conturbant vos. Uerū vos ⁊ si conturbati: non tamen omnino desperati de auxilio spiritus: quē vestrū animū salubriter super malis preteritis concussisse persensimus: adhuc stamus ⁊ expectam⁹ vt redeatis ad cor/⁊ quod prudenter cepistis efficaciter cōpleatis. Huius rei gratia misimus fratrē charissimū nobis andreā de baldemēto: qui vobis ista plені⁹ viua voce insinuet: ⁊ quicquid ad hec respōdere placuerit: fideliter renunciet nobis. Si autem ꝑstitis (quod absit) nō acquiescere sanis consilijs: mundi nos sumus a sanguine vestro: deus nō permittet ecclesiam suam siue a vobis: siue vestris diutius conculcari.

Mat.xij.

¶ Ad episcopum Suessionensem. Epistola.ccxxvi.

Semper quidem egui officijs amicoꝝ homo nimirum mente semper ⁊ corpore miserandus: sꝫ nūc maxime opus ⁊ tēpus miserendi cū vrgente conscientia ⁊ aggrauata manu dn̄i sup me duro me carceri mancipauit: durus iudex in memetipsū. Si adhuc pater estis (nā fuisse vos fateor) sentiat filius: ⁊ ille filius in quo vsq; ad hanc diē filialis erga vos affectus non tepuit. Scio scio: difficile posse extorqueri clauam de manu herculis: ⁊ ideo multū insto: quia rem peto difficilem. At quanto difficilior: tanto violentior ad promerendā redibitionē. Grandis me fatebor bn̄ficij debitorē: grandis prorsus si obtinuero. Nec ignoro dare q̄ accipere beatius esse: sed cedo necessitati: occurro periculis: angustijs ꝯsulo: honesti plane nunc aut dissimulator aut immemor. Cedens itaq; honorabiliorē vobis vt dignū est partē: mihi verecūdiorem assumo: non mō ad accipiendū inuerecūdior/sed ⁊ importunior ad petendū. Peto ergo suppliciter: peto instanter: peto oportune importune. Nec enim illud peto quod vos non deceat dare: aut me postmodum peniteat accepisse: ⁊ si ita petere modo minus me deceat. Nā si liberatis pauperem a potente: in hoc nobis multū prestabitis/vobis plurimum. Eya monstrauimus affectum: rem vos scitis: fructum prestolantur afflicti.

Actu.xx.

¶ Ad Petrum cluniacensem abbatem conquerentem q̄ ei non scriberet. Epistola.ccxxvij.

Ita ne iocari libet? Dignanter sane atq; amicabiliter: sed si ita luditis: vt non illudatis. Nolite mirari hoc. Nam suspectū id mihi facit vestra ipsa tā subita ⁊ insopinata dignatio. Nō enī multū tēporis est q̄ scribens ad vos/debita reuerentia/ vestram magnitudinem salutaui: ⁊ non respondistis mihi verbū. Nec multo ante rursum scripseram ad vos ex vrbe roma: ⁊ nec tūc quidē vel vnum iota recepi. Modo miramini q̄ reuertenti nup de hispania: nugas meas denuo ingerere non presumpsi? Et si culpa est quacūq; ex causa non scripsisse: sine culpa profecto non erit noluisse: ne dicam contempsisse rescribere. En in quo ꝓ me faceret iusticia (quia id a me flagitat) nisi mallē occurrere gratie redeunti: q̄ retardare eam mihi: dū vel me inutiliter excusare volo/vel aliū accusare. Sed hoc dixi ne quid clausum in mente retinerem/quod ore nō promerē: quod id vera recuset amicitia. Decetero quia charitas omnia credit iā omnis suspitio de medio fiat. Gaudeo q̄ recaluistis priste amicitie recordari/⁊ vel lesum reuocare amicū. Libenter redeo reuocatus. Felix qui reuocor. Nullarū iam memor sum iniuriarū. En ego qui fuerā vestre profecto sanctitatis seruus ⁊ nunc ⁊ ante. Gratias ago optime locatus sum: intimus vobis denuo factus: sicut dignamini scribere. Si forte intepuerā vt arguitis: haud dubiū quin velociter recalescant: fotus vestre charitatis visceribus. Et nunc qđ placuit scribere obuijs manibus suscepi. Legi auide/libenter relego: et

i.Corin.xiij.

lego: et placet sepius repetitū. Placet fateor iocus. Est enim et iocunditate gratus/ et serius grauitate. Nescio siquidē quomodo inter iocandū ita disponitis sermones vestros in iudicio: vt et iocus leuitatē nō redoleat et auctoritas cōseruata hilaritatis nō minuat gratiā. Porro auctoritas ita seruat: vt illud sancti viri merito vobis possit aptari [Job.xxix] Si qn̄ ridebā nō credebant mihi. Ecce rescripsimus: et puto iā iure exigimus ampliora ꝙ promisistis. Dignū est vt sciatis ꝙ penes nos sunt. Decretū est mihi vltra nō egredi monasterio: nisi ad cōuentū abbatū apud cistertiū semel in anno. Hic fultus orationibus vestris: et benedictionibus cōsolatus: paucis diebus quibus nūc [Job.xiiii] milito expecto donec veniat immutatio mea. Propicius sit mihi deus: vt nō amoueat oratione vestrā et miam suā a me. Fractus sum viribus/ et legitimā habeo excusationē: vt iā nō possim discurrere vt solebā. Sedebo et silebo: si forte experiar qđ de [Tren.iii.] plenitudine intime suauitatis sanctus propheta eructuat: bonum est inquiens expectare dn̄m in silentio. Et ne solus videar mihi lusisse: puto iā nō audebitis me de hoc silentio meo reprehendere: et more vestro appellare soporem: quod vt puto congruentius ac magis proprie sanctus esaias cultū iusticie [Esa.xxxiii et.xxx] nominat: et de quo legitis in hoc ipso propheta dicēte dn̄o. In silentio et spe erit fortitudo vestra. Cōmendate me orationibus sancti cōuentus cluniacensis: salutato prius ex me seruo omnium si dignum iudicatis.

Ad tres episcopos: Hostiēsem: Tusculanum: Prenestinum. Epistola.ccxxix.

D hoc vos de⁹ in sublimitate posuit/ vt tāto maiori ecclesie sue vtilitati viuat: quāto in ea eminentiori auctoritate preestis. Alioquin deponet ille paterfamilias potentes de sede: qui pro accepta potestate inuēti fuerint suis vtilitatibus defuisse. Quanta sustineat sponsa xp̄i damna in episcopatu metēsi/ et si nos amplius horremus ꝙ viciniores sumus: tamen et vos arbitror non latere. En quātus lupus illud ouile xp̄i tū insidijs/ tū manifestis assultibus quotidie molit irrumpere/ et disperdere oues xp̄i sanguine cōgregatas? Idqꝫ non ab heri et nudiustertius: sed ex quo adhuc fuerat lupicellus nō cessat illū dn̄icū gregē quibus potest viribus infestare: et vastare rapinis incendijs/ homicidijs. Ego itaqꝫ qđ in me est demonstro lupū: instigo canes: iam quid intersit vestra: vos videritis: meum non est docere doctores.

Ad tres episcopos supradictos: pro abbate Latiniacensi. Epistola.ccxxx.

Vobis audeo loqui quicquid in buccā venerit. Nam et si oportuerit sustineri modicū quid insipientie mee: geret mihi procuidubio morē beniuolentia vestra: ꝙ sapientibus et insipientib⁹ debitrix est. Et hoc dico: nō ꝙ cogitē precipitare verbū/ qđ ad rē nō pertinet/ aut leuitate vti intendē: aut nugari delectet: presertim apud vos ꝙ videmini columne ecclesie: sed ex abundantia cordis os loquit: et veritas dolore vrgente intrinseco taciturnitatis impatiens: prorūpit in medium. Mei enim dico vobis pene moti sunt pedes/ pene effusi sunt gressus mei: ꝙ execranda (vt videtur) cōuersione tā frequenter sapientiā vincit malicia. Adduntur vbi cornua impijs: et exarmatur iusticie zelus: et non est qui facere bonū/ non dico velit sꝫ possit. Superbi inique agunt vsqꝫquaqꝫ: et nemo audet mutire contra. Et vtinā vel innocētia tuta esset: et iusticia ipsa sibimet sufficeret defensioni. Quid peccauit abbas latiniacensis? An ꝙ bonus monachus et melior abbas ꝙ bone opinionis et melioris est vite? An ꝙ monasteriū cui preest de consuit religione/ et bonis temporalibus ampliauit: et bonorum fratrū numero cumulauit? En sanguis iste de manu eius exquiritur. Si crimen est acceptū esse deo et hoībus: tollat et crucifigatur. Negari eni nō pōt hoc illū esse: celo et terra testib⁹. Si crimen est esse hospitalē: benignū/ sobriū/ castū/ humilē/ decidat merito ab inimicis suis inanis. Reuera nāqꝫ et in his excusari nō pōt: cōuincentibus se ꝓprie vite sanctitate et fame gloria. At imponit ei noluisse suscipere nūcium dn̄i nr̄i. Prorsus grauis offensa si ita est. Nō negat abbas hoīem ꝙ mittebatur in angliā cū esset honorifice susceptus hospitio/ querere loqui cū eo: sꝫ paranti exire interuenit humbertus prepositus dicēs se potius exiturum: et hominī vice ipsius satisfacturū. Si quominus qđ oportuit actum fuit cū viro/ cuius culpa fuerit: vobis relinquimus iudicandum. Accusatur item ꝙ litteras domini pape predicto humberto violenter abstulerit: et diruperit: sed extāt littere integre et bullate: nec in eas sicut mentitur admisit: sed sponte dimisit cōsilio vtriqꝫ comitis theobaldi: et nostro. Dicitur quoqꝫ ꝙ quosdā monachos in captionē posuerit. Atqꝫ id quidē falsum. Sꝫ si quosdā turbatores et conspiratores in diuersa claustra diuisit/ ne simul positi plus nocerent: quis hoc recte iudicās reprehendat? Iā de terris et bonis ecclesie quasi distractis: et alienatis/ et datis ab eo cognatis suis corā venerabilibus episcopis suessionensi/ et antissiodorensi comiteqꝫ theobaldo aduocato vtriqꝫ monasterij/ satis respōsum est: et adhuc respondetur: sic illum dedisse suis quomodo alienis: idest ad eundem censum vel consuetudinem. Porro autem a seculo nō est auditum ꝙ monachus rebellis/ superbus: ambitiosus/ priuilegium proprie libertatis ex apostolica auctoritate meruerit. A tempore iude scariotis non est inuentus similis illi: qui sic insurgeret in magistrum: et traderet sanguinem iustū. Felix magister: cui cum magistro omnium cōis prophetica illa vox est. Homo pacis mee in quo sperabā: qui edebat panes meos magnificauit super me supplantationē: [Ps.xl.] et olim quidem eratis ꝯtra apostolum petrū dominātes in clerū: immo et contra coapostolum eius paulum dominabamini fidei totius orbis. At nunc nouū aliquid addidistis: vsurpantes amplius et in ipsam religionem. Quid restat: nisi vt adijciatis et ipsis angelis sanctis dominari? Nisi ꝙ in hoc posterior iudas priorem vicisse versutia et fraude videtur ꝙ cū illius facinus ꝯdiscipuli horruerint vniuersi: iste callidior potuit ad cōniuendū immo ad fauendū sue malitie/ nō quoslibet sed ipsos apostolorū principes circūuenire. Non imputo domino meo: cui tanqꝫ homini subripi potuit: et hoc oro ne deus imputet. Absit aūt vbi veritatē agnouerit: vt preualeat tā execrabilis maligni huius sacrilegusqꝫ conatus. Et ego de hac re ad ipsum quoqꝫ solito ausu scripsissem si non sensissem ipsum quicquid scribimus minus solito acceptare. Queso dolete vos qui monachi estis vicem magistri vestri beati benedicti: cui iam vt videtis prope est vt vbiqꝫ cōtradicatur: et pereat oīs vigor monastice discipline: monachis aduersus abbates suos cornua sumentibus de manu forti.

Ad eosdem. Epistola.ccxxxi.

Si vera sunt que audistis de abbate sancti theofredi non potestis ea dissimulare sine periculo vestro et propter officiū et propter conscientiā. Cōscientiā dico non tantū vestrā sed etiā aliorū. Sunt autem verisimilia credo ꝙ et vera. Verax est enim qui testimoniū perhibet de his presentium lator. Unde hoc quoqꝫ sciā queritis? Fascē teneo litterarū missarū a viris sanctis/ quos ego noui quia sancti et veridici sunt: et omnes ille pariter continent: tam laudes et preconia huius ꝙ illius horrendas blasphemias quem accusat.

Ad abbatē Johānē de Buzaio qui abbatiā suā reliquerat et abierat in solitudinē. Epistola.ccxxxii.

Filio charissimo iohāni. Frater bernardus in spiritu ambulare et timorem domini nō derelinqre. Dicere non possum in ꝗta amaritudine anime mee: et tristicia cordis: scribam ad te iohannes charissime: pro eo ꝙ me video in tot scriptitationibus meis proficere nihil: quia non capit in te sermo meus. Scripsi semel et denuo (nisi fallor) et exigentibus peccatis meis in nullo adhuc rn̄det mihi labor me⁹. Ecce tertio iacto semen: deū omnipotentem deprecās/ vt non reuertat ad me vacuum sed prosperetur et faciat ad qđ illud mitto: letificans nos tandem aliquando de fructu tue obedientie et salutis. Si audieris me/ immo si exaudierit me deus: lucratus sum filiū meū. Si non: ꝯuertā me denuo ad arma ꝯsueta: orationes vcꝫ et lachrymas: nō quidē ꝯtra te sed pro te. Luxi et lugebo et anxia trahā suspiria ex imis visceribus: pro meis visceribus. Quis det te mihi fratrē meū sugentē vbera mr̄is mee? Quis reuocet te mihi in illā quietē animi/ cōcordiā morū: societatem spūs serenitatē ꝯsciētie: in qua te aliqn̄ tenui et possedi? Et ne qđ ex me detrimētū in aliquo patiaris seu impedimentum: illud falsum esse non dubites: qđ tibi a nescio quo vel quibus falsiloquis persuasum audiuim⁹: quia ego videlicet cogitarē sine rōne et iudicio: a regimine fraternarum animarū qđ tibi crediderā submouere. Non est hoc verū: sed audi poti⁹ de hac re paucis: qđ verum est. Hoc et si voluissem nō licuisset: et si licuisset (vt de ꝓpria cōscientia loquar) ego nullaten⁹ voluissem. Hec veritas. Si ergo hoc totū fuit qđ auertit cor tuū veritate comperta/ qđ restat nisi vt resipiscas/ redeas ad te/ redeas ad nos: arguas insuper teipsum leuitatis et crudelitatis incaute. Si eni tm̄ potuit vna maledicta suspicio: ad te alienandū et precipitādū ꝗtomagis nunc absoluta certitudo valere debet ad erigendū et reuocandū te? Turpe est tibi falsitate posse seduci: et veritate reduci nō posse. Habeat sane veniā acquieuisse ad tēpus palliate falsitati: at vero deprehense iam et nudate acquiescere adhuc: immo etiam non multū irasci/ quātū cōfusionis habet? Nobrē irascere et noli peccare: si vis nos vel deū potius non irasci. Nā qđ subreptū est tibi: miseratione magis ꝙ indigna

tionē meretur. Nimirū homo es nauigās sicut z oē humanū
genus / in hoc mari magno z spacioso manibus: vbi reptilia
quoꝝ non est numerus. Quis se iactet in eo assiduis non im-
pelli ventis/non iactari fluctibus? Noueris te naufragasse in
eis: pīculū in falsis fratribus incidisse. Itēꝝ dico hec veritas.
Deceptus fuisti: et spūs mendax in ore pseudo ꝑphetarū sup-
plantauit te. Sed ecce euanuit falsitas: luce veritatis oborta.
Si adhuc qḋ absit pgis in tua obstinatione ꝑsistere: ego te in
terim non iudicabo: est q̄ querat z iudicet. Ego autē parco tibi
dissimulās z differens interim in virga venire ad te. Porro in
mia z spū māsuetudinis allicere te nobis curabo si potero: nā
id mihi sentio familiari⁹ esse z tibi ꝑsuasibili⁹ fore nō dubito.
Illum sane euaginare super te gladium non cunctabor qui in
materno meo pectore iacet reconditus: continuus vtiqꝫ dolor
cordi meo z creberrimi ad deū gemitus pro te donec venias.
Qz si oēs huius tā pie ferientis ensis: ſm duriciam tuam z cor
impenitēs frustraueris ict⁹: nec possit qñqꝫ dicere anima tua
vulnerata charitate ego sum/tu de te videris: nā nō solum iā
veritas sed z charitas liberabit nos. Sed quid dixi? Quomō
miser quomō liberabor: effusis viscerib⁹ filio pereunte? Nō deficet
affectus: z si non sequatur effectus: non sedabitur dolor / non
cessabūt lachryme. Exhibebo tibi q̄diu vixero alteꝝ samuelē/
tu vtinam non alteꝝ saulē mihi. Rogabo te: rogabo pro te: vt
venias. Ueni veni priusq̄ moriamur vt q̄ dileximꝰ nos in vita/
in morte non separemur.

¶ Ad Herbertum abbatem sancti Stephani diuinio
nensis. Epistola. cccxxxiij.

Si frater iohānes dixit in noe vel scripsit quod non
decuit/vel quomodo non decuit/non tam nos lesit
q̄ seipsum. Magis nanqꝫ ita scribendo suam pro-
didit leuitatem/ q̄ nostrum deprehendit errorem.
Quamq̄ z si lesisset in aliquo: nostrum tamen non
erat reponere malum. Attēdens proinde non quid ille merea-
tur: sed quid me deceat: donari inueni etiam a vobis hanc cul-
pam rogo et supplico: que magis gloriolā q̄ maliciā redolere
videtur. Ita tamē: vt manum deinceps inhibeat a scribendis
tractandisve que supra ipsum esse constiterit. Nam vt liquido
satis apparet: in hoc exiguo quod presumpsit opus erat stilo z
animo maturiori. Certū enim sit vobis hominem licet in breui
pagina: aut non scripsisse vt sensit/aut non sensisse vt debuit.

¶ A dominum papam celestinū pro intruso eboracēsi.

Epistola. cccxxxiiij.

Oportet vos ſm iusticiam que ex lege est suscitare
semē fratris vestri defuncti. Quod digne implebitis
si pape innocētio cui in hereditate domini successi
stis: et defenditis bene gesta/z minus adimpleta
perficitis. Pre manib⁹ est in quo id liceat experiri.
Causam eboracensis ecclesie per eum fuisse decisam quis ne-
sciat? At quomodo executioni mādatum sit quod egressum est
i. Reg. i.
de labiis tanti viri vtinam nesciretur. Quis det vt non annūcie
tur in geth/neqꝫ in compitis ascalonis: Sz vt verbū abbreuia
tū faciam auribus occupatis: audiat paucis dominus meus
quid dictum fuerit z quid factum teneamus. Cum in multis ac
cusaretur is qui sibi vendicare electionē in prefata ecclesia im
pie cupiebat: tādem omnis cōtrouersia ad testimoniū viri illu-
stris vuilhelmi, ipsius ecclesie tunc, decani conquiescere iussa
est/vt nisi capitulum intrusionis quod huic inter cetera impin
guebatur ille proprie man⁹ iuramento amoueret: suis omnino
conatib⁹ tāta frustaretur ambitio. Hoc autem non ex iudicio:
sed ex misericordia. Sic enim rogauerat ipse. Mitissima plane
sententia: q̄ppe cū de plurimis z pessimis pulsaretur: que nulla
tenus propulsare valebat: sed vtinam vel ipsa stet. Quid enim
si non sufficit iuro: dūmodo sufficiat ecclesie liberationi? Non
causamur sententie remissionem: que nil nocuit. Neqꝫ enim pro
ficit aduersario/et si largior indulgentia: qui ne ipsum quod vl
tro spopōderat implere preualuit. Nā de quo ꝓsumere visus est
defecit ei: ne sibiipsi deficeret peierans. Quādo enim vir bon⁹
attestaretur homini: quē rumor publice opinionis et operis ve-
ritas detestatur? Quid ergo? Ille nō iurauit: z iste episcopus
est? O rem ignorātia omnium dignā/z perpetuo si fieri posset
silentio cōprimendam. Uerum id sero. Heu notus est orbi triū-
phus diaboli. Ubiqꝫ pertonat plausus incircūcisoꝝ z planct⁹
bonoꝝ: ꝓ eo videat sapiētiā vicisse malicia. Monstrat digito/
matris ecclesie turpitudo: patris innocētij verenda irridētur
denudata a seruo nequā: q̄m mortuum putat: sz viuit in vobis.
Si is exit⁹ imminebat: cur e longinquo romam est pertracta-
ta causa spurcissima: vmbra magis et āgulo digna? Cur tanta
mari terraqꝫ a multis assumpta fatigatio? Cur a finibus ter-
re euocati viri religiosi qui eum accusarēt: z pauperum christi
marsupia lōgi itineris expēsis exhausta sunt? Non poterat epi
scopari turpis infamisqꝫ persona (quod fauitus dolensqꝫ lo-
quor) nisi que in illo horrebat anglia/francia abominabatur:
etiam roma cognosceret? Q̄ melius in romana curia causa eius
minime ventilata fuisset: z nō tangeret vel sacra limina gñalis
atqꝫ horribilis fetor. Q̄ tolerabili⁹ ignorasset apl̄ica sedes tā
intolerabile malū: q̄ tolerat manifestum. Quid istud temeri-
tatis fuit? Publice infamatus: ante iudicem accusatus / nec
purgat⁹: immo z cōuict⁹: z sic consecrat⁹ est? Uiderit qui huic
manū post ista imposuit: an magis execratus dicere debuerim.
Non enim negabit sic se ista hr̄e: non negabit sic se, ex litteris
apl̄icis ad se ꝓ hoc ipso directis eadem cōperisse. Dicat forte
aliqs quia nō est datum iudiciū: non fuisse cōuictū. Ego dico
z ꝓfessuz. Nā q̄ vt iudiciū euaderet, vltro elegit ad testimoniū
vuilhelmi decani cōfugere: illo sibi deficiēte: quid nisi suo iu-
dicio a causa decidit ore proprio cōdēnatus? Que cū ita sint:
videte dn̄e pater ne declinet cor vestrum in opus malicie: q̄m
ſm prophetā declinantes in obligationē adducet dn̄s cū ope
ps. xxiij
rantibus iniquitatem. Alioquin qḋ cōsilium datis miseris ab
batibus illis quos ad accusandū eū vocatio apostolica romā
traxit: sed z aliis q̄pluribus ex illo ep̄atu viris religiosis: sine
ne obedituri huic: z sacramēta accepturi ab hoie bis intruso?
Primo quidē ꝑ regē: deinde ꝑ legatū. Quippe qui illum in san
ctuarium dei cōtra ius z phas/contra mandatū summi ponti-
ficis: in iniuriā summe sedis: et toti⁹ romane curie cuz non po
tuit ꝑ ostium: fodit argēto (vt aiūt) sarculo: vñ impudēter intra
uit. Ante (nisi fallor) suis sedibus exulabūt: q̄ dare acquiescāt
man⁹ ydolo huic: nisi vestra violenta auctoritas obuiarit. Ce-
terum q̄ sanctiori vtroqꝫ apostolatu digniori zelo gladiū phi-
nees in cōfusionem duoꝝ tam turpiter fornicantium stringere
tis: q̄ tot sctōs aut de suis fugere locis ꝑmittitis/aut contra
conscientias suas cogitis remanere.

¶ Ad totam curiam romanam: vnde supra.

Epistola. cccxxxv.

Dominis et patribus reuerendis episcopis et
cardinalibus curie: frater. B claraualis vocat⁹
abbas/salutē et nostras qualescunqꝫ orationes.
Omnibus scribendum fuit de eo qḋ spectat ad
omes. Nec vereor ne forte ꝑsumptionis arguar:
quippe q̄ licet oim minimus: tamen romane cu-
rie iniuriā a me nō iudico alienā. Urimur assidue dico vobis/
vrimur grauiter nimis: ita vt nos tedeat etiā viuere. In domo
dei videmus horrenda. Et qi corrigere nos nō possumus: sal-
tem suggerimus his ad quos spectat. Siquidē emēdauerint/
bene: sinaūt/ nos aias nostras liberauimus vos excusationem
non habetis de peccato. Nō ignoratis prolatā esse sententiā a
dn̄o papa bone memorie innocentio: cū vestro z romane curie
generali assensu: irritā esse vuilhelmi eboracensis electionem
immo intrusionē: nisi vuilhelmus alter/tunc decanus: qḋ ob-
iectū ei fuerat proprie manus iuramento repelleret. Nec vos
latuit q̄ plena esset sententia/non iudicii sed misericordie: ni-
mirū cū hoc vuilhelmus ipse quesisset. Sed vtinā vel ipsa stet
z qḋ aduersus eā factū est stare non possit. Quid eni. Non iura
uit ille: z iste in cathedra pestilētie sedet? Quis tribuat vt ad
uersus fornicationē hanc: phinees cū pugione procedat: aut vi
uat in sede sua petrus: q̄ spū labiorū suoꝝ interficiat impios?
Multi clamant ad nos in toto corde suo: vt sacrilegiū hoc di-
gna animaduersione vindicare studeatis. Alioqn dico vobis
scandalū magnū nimis erit in ecclesia dei: z timeo ne romane
sedis auctoritas grauē admodū iacturā z detrimentū grande
suscipiāt: nisi in eū qui peruertit generalē eius sententiā vin-
dicta ꝓcesserit: z taliter vt ceteri metū habeāt. Quid enim de
eo dicā: q̄ occultas z vere tenebrosas litteras habuisse se glo
riatur vuilhelmus ille: vtinā a principib⁹ tenebrarū: non a pri
cipibus apostoloꝝ. Et ecce audierūt filii incircūcisoꝝ: subsan
nant romanā curiā a qua post datā tā manifestā sententiā fur
tim datas esse aiunt cōtrarias litteras. Quid dicā vobis? Si
non vos vrit scandalū graue quo scandalizantur nō pusilli sz
magni z perfecti viri: si nō cōpatimini pauperibus abbatibus
quos a finib⁹ terre vocatio apostolica romā traxit si nō mise-
remini magnis z religiosis monasteriis quib⁹ omino sub incu-
batore illo destructio imminet: si, qḋ primū dicere debui, ze-
lus domus dei nō comedit vos: nunq̄d vsqꝫ adeo inimici hois
versutia preualebit/ vt propriū quoqꝫ cōtemptū/ z infamiam
hanc pessimā eccl̄ie principes equanimiter ferāt? Quid eñ si
sacrilegā hō ille cōsecrationē recepit? Profecto longe glorio
sius erit iā eleuatū deiicere symonē: q̄ ꝓhibere conātē. Alios
quin q̄d facietis religiosis viris: q̄ oino nō inueniūt salua con-
scientia vel ipsa cōra sacramēta de leprosa manu suscipere? Nā
(ni fallor) eligēt fugere q̄ dare man⁹ morti: z exulare prius q̄
pesci ydolotiicis. Qz si cōtra cōsciētias suas coegerit ege ro-
mana curia curuare genua añ baal: videat de⁹ z iudicet/videat

curia illa

curia illa celestis in qua nulla poterit ambitiõe subuerti iudiciũ. In fine omniũ obsecrat vos puer vester per viscera misericordie dei nostri: si quis in vobis est zelus dei: miseremini ecclesie sancte saltem vos amici eius: ⁊ quantũ potestis date operam/ ne tam detestabili facto detur assensus.

¶ Ad omnem curiam romanam quãdo elegerũt abbatem sancti Anastasij in papã Eugeniũ. Ep̃la.ccxxxvi.

Dominis ⁊ patribus reuerendis cardinalibus ⁊ episcopis om̃ibus q̃ sunt de curia: puer sanctitatis eorũ. Parcat vobis deus: q̃d fecistis: Sepultum hoiem reuocastis ad hoies: fugitãtẽ curas ⁊ turbas: curis denuo implicuistis: ⁊ immiscuistis turbis. Fecistis nouissimũ primũ: ⁊ ecce nouissima illius periculosiora priorib⁹. Crucifixus mundo: p̃ vos reuixit mũdo: ⁊ qui elegerat abiect⁹ esse in domo dei sui: ipm vos in dño oim elegistis. Cur cõsiliũ inopis confudistis? Cur pauperis hois ⁊ mẽdici ⁊ cõpũcti corde iudiciũ perturbastis. Currebat bene Quid vobis visum est sepire vias eius/ auertere semitas/ gressus inuoluere. Quasi descenderet de hierusalem ⁊ non magis ascenderet de hierico: sic incidit in latrones. Et qui se (tanq̃ violentis quibusdã diaboli manib⁹) carnis illecebris/ ⁊ glorie seculi potenter excusserat: nõ tñ valuit effugere manus vestras. Nõ idcirco pisam deseruit vt reciperet romam? Nisi q̃ in vna ecclesia nõ sustinuit vicedominatũ/ dominatum in om̃i ecclesia requirebat? Quid igitur rationis seu consilii habuit defuncto summo põtifice repẽte irruere in hominẽ rusticanũ/ latenti inijcere manus: ⁊ excussa e manibus securi et ascia vel ligone in palatiũ trahere/ leuare in cathedrã: induere purpure ⁊ bysso/ accingere gladio ad faciendã vindictam in nationibus: increpationes in populis: ad alligãdos reges eorum in cõpedib⁹ ⁊ nobiles eoꝝ in manicis ferreis? Sic nõ erat inter vos sapiẽs ⁊ exercitatus cui potius ista cõuenirẽt? Ridiculum profecto videtur: pãnosum homuncionẽ assumi ad presidendum principibus/ ad imperãdum ep̃is: ad regna et imperia disponẽda. Ridiculũ an miraculũ? Plane vnũ hoꝝ. Non nego/ non diffido posse fuisse hoc etiam opus dei: qui facit mirabilia magna solus presertim cum audiam vsq̃quaq̃ ex ore multoꝝ quoniam a domino factum est istud Sed nec ego oblitus sum iudiciorum dei antiquorũ ⁊ scripture plurimos recensentis ex priuata seu etiam rusticana vita olim assumptos in voluntate domini ad regẽdum populũ eius. Deniq̃ nonne (vt vnũ e pluribus memorem) tali quodãmodo elegit dauid seruũ suũ et suscepit eum de gregibus ouiũ/ de post fetantes accepit eũ. Ita hic ita de nostro eugenio in beneplacito dñi potuit p̃tigisse. Non sum securus tñ: quoniã filius delicatus est/ ⁊ tenera verecundia eius assueta poti⁹ ocio ⁊ quieti q̃ tractãdis que foris sunt: timẽdũq̃ ne non ea auctoritate qua oportuerit: sui aplat⁹ officia exequat̃. Quid putatis gerere animi nũc hominem illũ qui de secreto interne contẽplationis: ⁊ amica solitudine cordis: tanq̃ infans e gremio ⁊ sinu matris subito perturbatus/ tractũ se ad medium videt: ⁊ quasi ouẽ ad victimam ductum ad tã insueta ⁊ insuauia? Nisi dñs supponat manũ suam: heu necesse est: obruat̃ et opprimatur onere insueto ⁊ nimio: quod ⁊ gygantinis/ vt aiunt, vel ipsis quoq̃ angelicis humeris formidabile videatur. Verũtamen quia sic factum est: sicut multi dicũt a dño factũ est: vestra interest charissimi/ vestris feruẽtibus studijs fidelibusq̃ obsequijs sollicite p̃foueri: quod vestris manib⁹ constat elaboratum. Si qua ergo consolatio in vobis/ si qua virtus charitatis in domino/ si qua miseratio pietatis/ si qua compassionis viscera: assistite et collaborate illi in opere quo assumptus est per vos a domino. Quecunq̃ sunt vera/ quecunq̃ pudica/ quecunq̃ iusta/ quecunq̃ sancta/ quecunq̃ amabilia/ q̃cunq̃ bone fame: hec et suggerite: hec suadete/ hec agite: et deus pacis erit vobiscum.

Ps. cxlix.

Ps. cxvij.

¶ Ad dominum papam Eugenium prima. Epistola.ccxxxvij.

Amantissimo patri et domino dei gratia summo põtifici eugenio. B. clareuallis vocatus abbas: modicũ id quod est. Auditũ est in terra nostra et celebri sermone vulgatũ verbum hoc quod factum est de vobis a domino. Presseram stilum hactenus/ reus tacitus cõsiderabam. Expectabam enim litteras vestras: ⁊ preueniri a vobis in benedictionib⁹ dulcedinis. Expectabã virũ fidelẽ q̃ veniret a latere tuo: q̃ diceret cũcta p ordinẽ quid quomodo: vel qualiter actum esset. Expectabam si quis forte de filijs meis reuerteret̃ q̃ leniret dolorẽ patris: q̃ diceret. Ioseph filius tuus viuit: et ipse dominat̃ in tota terre egypti. Hinc est q̃ littere iste non sunt voluntatis/ sed necessitatis: et amicorũ ex forte precibus: quibus negare non possum modicũ illud q̃d residuũ est vite mee. Qñ tñ semel cepi: loquar ad dñm meũ

Gen. xlv.

Iã enim filium dicere non audeo quia: filius in patrẽ/ pater mutatus est in filium. Qui post me venit ante me factus est: sed non inuideo: q: q̃d mihi deerat in eo me habere confido: q̃ non solũ post me/ sed etiã per me venit. Nã si dignaris quodãmodo p euãgeliũ ego te genui. Que ẽ ergo spes nr̃a: ⁊ gaudiũ nostrum: et corona glorie: nonne vos ante deum? Deniq̃ filius sapiens gloria est patris. Amodo tamen non vocaberis filius sed vocabitur tibi nomen nouũ: q̃d os dñi nominauit. Hec est mutatio dextere excelsi: et multi in mutatione ista gaudebũt. Nã quẽadmodũ olim abrã in abrahã iacob in israel/ ⁊ vt de tuis magis predecessoribus tibi p̃ponã: sicut symon in cephã/ saulus in paulum: sic filius meus bernardus in patrem meum eugeniũ: leta prorsus et vtili vt speram⁹ trãslatiõe promotus est. Digit⁹ dei est iste: suscitãs de puluere egenũ: ⁊ de stercore erigens pauperem: vt sedeat cũ principibus: ⁊ solium glorie teneat. Superest vt facta hac mutatiõe tui: ipsa quoq̃ que tibi cõmissa est dñi tui sponsa mutet̃ in melius: ⁊ iã nequaq̃ sarai sed sara de cetero nominetur. Intellige que dico. Dabit enim tibi dñs intellectũ. Si amicus sponsi es: ne dixeris dilectam eius principẽ meã: sed principẽ: nil tuũ in ea vendicãs/ nisi q̃ pro ea si oportuerit etiã animã dare debes. Si christus te misit: estimabis te nõ ministrari s; ministrare venisse: ⁊ ministrare non solũ substantiã: sed ipsam quoq̃ animam sicut prefatus sum. Verus successor pauli dicet cũ paulo. Nõ q: dñamur fidei vestre: sed adiutores sum⁹ gaudij vestri. Petri heres audiet: petrum dicẽtem. Neq̃ vt dñantes in clerum: sed forma facti gregis. Sic enim iam non ancilla: sed libera etiã ⁊ formosa speciosissimi spõsi p te in desideratos asciscet̃ amplexus. Alioqn per quẽ aliũ hec tam debita libertas sperabitur: si et tu (q̃d absit) in christi hereditate queras que tua sunt: qui iam ⁊ ante didiceras nõ dico tua nõ retinere: sed nec tuus esse? Ergo fiduciã talem habens in te/ qualẽ in nullo p̃decessoꝝ tuorum a multis retro tẽporibus visa est habuisse: exultat merito vbiq̃ ⁊ gloriat̃ in domino omnis ecclesia sanctoꝝ: ⁊ specialiter illa cuius vterus te portauit ⁊ cuius vbera tu suxisti. Quid ergo? Nonne et mihi licet gaudere cum gaudentibus? Nunquid non ero vnus de numero letãtiũ? Exultaui fateor: s; cũ tremore. Exultaui: s; in ipso exultationis mee articulo timor ⁊ tremor venerũt sup me. Ego etsi nomẽ p̃ris deposui/ s; nõ tiorẽ s; nõ ẽ ãxietat: postremo nec affectum/ nec viscera patris. Considero gradum: ⁊ casum vereor. Considero fastigium dignitatis: ⁊ intueor faciẽ abyssi iacentis deorsum Attendo celsitudinem honoris: et e vicino periculum reformido/ pro eo quod scriptum est. Homo cum in honore esset non intellexit. Quod quidem ad causam magis q̃ ad tẽpus arbitror esse referendum: vt sic intelligatur dictũ cũ in honore esset nõ intellexit/ ac si diceretur: honor absorbuit intellectũ. Et quidem elegeras abiectus esse in domo dei tui: ⁊ recũbere in nouissimo loco in cõuiuio eius: s; placuit dicere ei qui te inuitauit: amice ascende superius. Itaq̃ ascẽdisti in altũ: noli altũ sapere/ sed time: ne forte contingat sero miserabilẽ illã emittere vocem A facie ire indignationis tue/ eleuãs allisisti me. Altiorem quippe locum sortitus es: s; non tutiorem. Sublimiorem/ nõ securiorẽ. Terribilis prorsus/ terribilis est loc⁹ iste. Locus inq̃ in quo stas: terra sancta est: locus petri est: locus principis apostoloꝝ/ vbi steterũt pedes eius. Locus illius est quem cõstituit dominus dominũ dom⁹ sue/ ⁊ principẽ omnis possessionis sue. Si forte declinaueris a via dñi: sepultus est in eodẽ loco/ vt sit tibi contra te in testimoniũ. Merito tali pastori/ tali nutritio p̃missa est ecclesia: cũ adhuc tenera adhuc incunabilis esset: cuius docta magisterio ⁊ exẽplo educata/ oĩa terrena calcaret: vtpote q̃ excusserat manus suas ab om̃i munere: q̃ dicebat de corde puro ⁊ cõscientia bona. Argentũ ⁊ aurũ nõ est mihi Hec hactenus. Ceterũ causa quare ante tempus scripserim vobis: hec est. Vintoniensis episcopus/ ⁊ eboracensis archiepiscopus/ non gradiũtur vno spiritu cum cantuariensi archiepiscopo: sed incedũt sibi ex aduerso: ⁊ hec vetus est de legatione querela. Verũtamen quis est ille/ ⁊ q̃ sunt illi? Nõne eboracẽsis ipse est cui te presente cũ adhuc esses quasi vnus ex nobis/ fratres tui restiterunt in faciem/ eo q̃ reprehensibilis erat? Sed sperauit in multitudine diuitiarũ suarũ: ⁊ preualuit in vanitate sua. Certum est tamen q̃ non intrauit per ostium in ouile ouiũ sed ascendit aliunde. Si pastor fuisset: diligendus erat/ si mercẽnarius: tolerandus Nunc autẽ cauẽdus ⁊ repellendus: vtpote fur ⁊ latro. Quid dicã de dño vintoniẽsi? Opera que ipse facit/ testimoniũ perhibent de eo. Porro archiepiscopus cantuariensis cui aduersantur: vir religiosus est ⁊ suaue olentis opinionis Pro ipso petimus vt respondeat ei iusticia sua. Verũ illoꝝ iniquitas super eos vt sit sicut scriptũ est. Iusticia iusti super eum erit: ⁊ impietas impij erit super eũ. Cum acceperis tempus s̃m opera manuum illoꝝ retribues illis: vt sciãt p̃phetã esse in israel. Quis

Ps. lxxvi.

Gen. xvij
Marci. iij
Actu. xiij

j. Reg. ij.

ij. Cor. j.

j. Pet. v.

Ps. xlviij.

Lu. xiiij.

Ps. ci.

Eze. xviij

mihi det anteꝙ moriar: videre ecclesiam dei sicut in dieb⁹ antiquis: quando apostoli laxabant rhetia in capturã: non in capturam argenti vel auri: sed in capturam animarũ. Quã cupio illius te hereditare vocem: cuius adeptus es sedẽ? Pecuniã in quit tua: tecum sit in perditionẽ. [Act. viij.] O vox tonitrui/ o vox magnificentie et virtutis: ad cuius terrorẽ confundantur et conuertantur retrorsum oẽs q oderũt syon. Hoc vehemẽter expectat et omnino expetit a te mater tua: hoc filij matris tue pusilli cũ maioribus desiderant: hoc suspirant: vt omis plantatio quam nõ plantauit pater celestis: tuis manibus eradicetur. Ad hoc em̃ constitutus es super gentes et regna vt euellas/ et destruas: et edifices/ et plantes. Multi audito hoc verbo dixerũt apud se. Jam securis ad radicẽ arborũ posita est. Multi dicunt in corde suo. Flores apparuerũt in terra nostra: tempus putationis aduenit: in quo sarmenta sterilia recidenẽ/ vt ea que preualent vberius fructũ afferant. Cõfortare igitur et esto robustus: manus tue in ceruicibus inimicorũ tuorũ. Vendica tibi animi cõstantia: et vigore spiritus partẽ quã dedit extra fratres tuos tibi omipotens pater: quã et tulit de manu amorrei in gladio et arcu suo. Jn omibus tamen operibus tuis memẽto te esse hominẽ: et timor eius qui aufert spiritum principum semp sit ante oculos tuos. Quantorũ in breui romanorũ pontificuz mortes tuis oculis aspexisti. Ipsi te predecessores tui: tue certissime et citissime decessionis admoneant/ et modicũ tempus dominationis eorum/ paucitatẽ dierũ tuoꝝ nunciet tibi. Jugi proinde meditatione inter huius transeuntis glorie blandimenta: memorare nouissima tua: quia quibus successisti in sedem/ ipos sine dubio sequeris ad mortem.

Ad eundem de eboracensi intruso. Epistola. ccxxxviij.

Importunus sum sed habeo excusationẽ. Eugenij apostolatus/ excusat me. Aiunt nõ vos esse papam sed me/ et vndiꝙ ad me cõfluũt q habent negocia. Nec desunt in tanta multitudine amicorũ: quibus officiũ negare nõ possum: nõ solũ absꝙ scãdalo/ sz etiã absꝙ peccato. Et nunc est etiã alia excusatio nõ min⁹ idonea: qꝛ causa honestissima est. Cõtra idolũ illud eboracẽse iterato stilus dirigiẽ: ea scz necessitate/ ꝙ sepenumero hoc telo impetitũ a nobis/ necdũ cõfossum est. Cur hoc? Qꝛ nil forte a nobis tale directũ est: qualis fuit gladius ionathe qui nunꝙ rediit retrorsum. Nec sane fuit culpa iaculi: sed dirigentis iaculum. Patet em̃ ꝙ nõ in ea qua oportuit fortitudine missum est. Nec mirũ. Quis enim in manu forti sagittas mittere potest: nisi filius excussorũ? Qui locum petri tenet: põt vno ictu extinguere ananiã: vno symonẽ magũ: et vt plani⁹ qꝺ loquimur: fiat peremptoriã dare sententiã: ad depositionẽ episcopoꝝ/ solius romani pontificis nosciẽ esse: pro eo nimirũ qꝺ et si alij multi vocati sunt in partẽ sollicitudinis: solus ipse plenitudinẽ habeat potestatis. Solus proinde si dicere audeã in culpa est: si culpa non feritur q feriẽda est: et eo impetu quo fuerit feriẽda. Quo aũt impetu non dico feriẽda sed fulminãda fuerit predicti eboracensis culpa: vestre conscientie derelinquo. Ceterũ quod factũ nõ est/ vobis credimus reseruatũ: vt in eo experiaẽ ecclesia dei/ cui ipso auctore preestis: feruorẽ zeli vestri: potentiam brachij vestri/ et animi sapientiã: et timeat ois populus sacerdotem dñi: audiẽs sapientiã dei esse in illo ad faciendũ iudiciũ.

Ad eundem pro eodem. Epistola. ccxxxix.

Uã cupio semper illa de vobis audire/ in quibus glorificetur deus: honoretur ministeriũ vestrũ: et anima mea letificeẽ. Jnde est ꝙ audita responsione vestra/ de quibusdã qui ad officiũ legationis nimiũ videbantur: et ambitiose aspirare: et impudenter sperare: supra qz dicere possumus/ facti sumus letantes. Non aũt nos tantũ/ sed et oẽs q diligũt nomẽ vestrũ: gauisi sunt gaudio magno. Porro visis litteris vestris quas pro causa rutinensis ecclesie destinastis: tũc prorsus/ tũc repletũ est gaudio os nostrũ: et lingua nostra exultatione. Hec atꝙ huiusmodi digna sunt vestro apostolatu: summã sedẽ nobilitant/ decẽt plane orbis episcopũ. Unde et flecto genua mea ad ipsum vnici huius vestri primatus auctorẽ: vt det vobis sic sapere: et sic agere semper: in euellendo et plantando: in destruẽdo et edificãdo. Siquidẽ in ruinã/ et resurrectionẽ multorũ ascẽdistis hanc cathedrã. Ruãt ruant qui noxie stant: erigãtur digni. Ponatur securis ad radicẽ sterilium plantationũ: purgẽtur fructifere vt fructũ plus afferãt. Presidente inꝙ humili eugenio: deponantur superbi de sede et exaltenẽ humiles. Esurientes impleantur bonis: et diuites dimittanẽ inanes. Nuper nempe exultatiõe vniuerse terre ita factũ est: in causa cuiusdã pauperis epi. Age ergo trãseat iã sanctus hic pietatis zelus et ad miseriã illã ecclesiã transmarinã: qꝛ tempus miserendi eius. Ui nea dñi sabaoth est: vinea electa/ vinea speciosissima: sz heu in desertũ pene redacta: qꝛ singularis ferus depasciẽ eã. Cur dicunt inter gentes vbi est deus eius? Ubi quẽ posuerunt custodẽ in vineis? Ubi man⁹ putãs: vbi sarculus excolẽtis? Quousꝙ sarmento inutili occupaẽ tellus: suffocatur fructus? Et certe tempus putationis aduenit. Siquidẽ homo pacis eius in quo sperauit: ꝙ se purgare deberet: nõ purgatione/ sed amputatione opus esse testatur. Extant deniꝙ littere ipsius de eo ad apostolice sedis legatũ: in quibus manifeste manifestã asserit intrusionẽ: electionẽ negat. Jta ergo quẽ sibi parauerat defensorem: accusatorẽ sustinet. Ad hec q vbiꝙ de eo publica fama concelebrat etiã virũ militarẽ possent omi iure spoliare cingulo militari. Quomõ iã poterit stare vbi multiplex vobis subest ratio deijciendi et voluntas nõ deest? Legi siquidẽ zelũ vestrũ pro ecclesia illa in litteris vestris: et iã exigo de manib⁹ vestris. Qua nã via procedendũ sit ad eius deiectionẽ (neꝙ em̃ vna mihi esse videẽ) nõ est meũ dictare sapienti. Nec multũ nostra interest in qua parte arbor infructuosa cadat: dummodo cadat. Dico tamẽ. Qui sibi possessionẽ vendicat: furtiuarũ cõmertio litterarũ: nõne fur est et latro? Deniꝙ vbi asserit habuisse se clãdestinas litteras execrationis sue: aut veꝝ est aut falsum quod loquitur. Si verũ reus est furti/ et summi pontificis criminator. Si falsum: debet audire: occidisti et possedisti. Os em̃ qꝺ mentitur occidit animã. [Sapie. j.] Sed absit vt tanta de tali viro credaẽ duplicitas: quanta ab isto ei imponiẽ. Nempe innocentius hic erat: cui si ꝓ se respõdere liceret: ꝓculdubio diceret huic quia ego palã in te dedi sententiã: et in occulto locutus sum nihil.

Ad Hildefonsum comitem sancti Egidij de Henrico heretico. Epistola. ccxl.

Uanta audiuimus et cognouimus mala q in ecclesijs dei fecit et facit quotidie henricus hereticus. Uersatur in terra vestra: sub vestimentis ouiũ: lupus rapax: sed ad dñi designationẽ: a fructib⁹ ei⁹ cognoscimus illũ. [Mat. vij.] Basilice sine plebibus: plebes sine sacerdotibus: sacerdotes sine debita reuerẽtia sunt: et sine christo deinde christiani. Ecclesie synagoge reputanẽ: sanctuariũ dei sanctũ esse negaẽ: sacramenta nõ sacra censenẽ: dies festi festiuis frustranẽ solẽnijs. Moriunẽ hoies in peccatis suis rapiũtur anime passim ad tribunal terrificũ: heu nec penitentia recõciliati: nec sacra cõmunione muniti. Paruulis christianorũ: christi intercludiẽ vita dũ baptismi negaẽ gr̃a/ nec saluti ꝓpiquare sinunẽ: saluatore lz pie clamãte ꝓ eis. Sinite inquit paruulos venire ad me. [Mat. xix.] Ergo ne q hoies et iumenta saluauit: quẽadmodũ multiplicauit misericordiã suã deus: ad solos tamen innocentes nõ patiẽ eandã tam multã misericordiã peruenire? Quid queso: quid inuidet paruulis saluatorẽ paruulũ q natus est eis? Jnuidia hec diabolica est: inuidia hac mors intrauit in orbẽ terrarũ. An putat paruulos saluatore nõ egere: qꝛ paruuli sunt? Si ita est: ergo gratis magnus dñs factus est paruus: vt omittã/ ꝙ flagellat⁹ est: ꝙ sputis illitus/ ꝙ cruci affixus: ꝙ deniꝙ mortuus est. Nõ est hic homo a deo: qui sic contraria deo et facit et loquiẽ. Prohdolor: auditur tamẽ a pluribus: et populũ qui sibi credat habet. O infelicissimũ populum. Ad vocẽ vnius heretici siluerunt in eo oẽs prophetice et apostolice voces: que de conuocanda in vna christi fide e cunctis nationibus ecclesia: vno veritatis spiritu cecinerũt. Ergo fefellerunt diuina oracula/ falluntur omniũ oculi et animi: q qꝺ legunt predictũ intuenẽ impletum? Quã certe manifestã omibus veritatẽ solus iste stupendaz prorsus iudaica cecitate: aut non vidẽs/ aut inuidens adimpletã: simul nescio qua artẽ diabolica ꝑsuasit populo stulto et insipiẽti: de re manifesta nec suis credere oculis: fefellisse priores: errare posteros: totum mũdũ etiã post effusum christi sanguinẽ perditũ iri: et ad solos quos decipit/ totas miserationũ dei diuitias: et vniuersitatis gratiã peruenisse. Et nunc huius rei gratia licet in multa corporis infirmitate iter arripui ad has partes: quas potissimũ singularis ferus depasciẽ: dũ nõ est q resistat: neꝙ qui saluũ faciat. Quippe de tota francia ꝓ simili effugatus malicia/ has solas sibi inuenit expositas: in quib⁹ fiducialiter sub tuo dominatu in gregem christi toto furore bachaẽ. Quod tuo ne honori cõgruat princeps illustris ipse iudicato. Nec mirũ tamen si serpens ille callidus decepit te/ quippe speciẽ pietatis habẽs: cuius virtutẽ penitus abnegauit. Sed nunc audi quis ille sit. Hõ apostata est: qui relicto religiõis habitu (nã monachus extitit) ad spurcitias carnis et seculi: tanꝙ canis ad suũ vomitũ est reuersus. Pre confusione autẽ habitare inter cognatos et notos nõ sustinens: vel potius non permissus: ob magnitudinẽ criminis succinxit lumbos suos: et iter qua nesciebat arripuit: factus gyrouagus et profugus super terrã. Cunꝙ mendicare cepisset: posuit in sumptu euangeliũ: nã litteratus erat. Et venale distrahens verbum

heno verbū dei euangelizabat vt māducaret. Si quid supra victum elicere poterat a simplicioribus populi/vel ab aliqua matronarum: id ludēdo aleis aut certe in vinis turpiores turpiter effundebat. Frequenter siquidem post diurnū populi plausum nocte insecuta cū meretricib⁹ inuentus est p̄dicator insignis: et interdū etiā cū coniugatis. Inquire si placet vir nobilis quo modo de lausana ciuitate exierit: quomō de cenomānis: quomodo de pictaui: quomō de burdegali: nec patet ei vspiā reuersionis aditus: vtpote qui feda post se vbiqꝫ reliquerit vestigia. Tu de tali arbore tādem bonos sperabas fructus? Terre profecto in qua est: fecit fetere odorem in vniuersa terra: quia non potest iuxta sermonē domini arbor mala fructus bonos facere (Mat. vij.) Hec ergo vt dixi: causa aduētus mei. Nec a meipso nūc venio: sed vocatiōe pariter et miseratiōe ecclesie trahor: si forte spina illa: et parua ipsius dū adhuc parua sunt germina de agro dominico extirpari queant/ nō mea qui nullus: sed sanctorum cū quibus sum episcoporū manu: tua quoqꝫ potenti dextera cooperante. In quibus precipuus est venerabilis hostiēsis episcopus ab apostolica sede ad hoc ipsum directus: homo q̄ magna fecit in israel: et victoriam dedit ecclesie sue in multis per illū dominus omnipotens. Tua interest vir inclyte honorifice suscipere illū et eos q̄ cū ipso sunt: ac ne tātus labor tātorum virorum/ pro tua potissimū tuorūqꝫ salute susceptus/ inefficax sit: sm̄ potestatē desuper datam tibi/ operam dare.

Ad tolosanos post reditum suum. Epistola.ccxlj.

In aduētu charissimi fratris et coabbatis nostri Bernardi de grādi silua exultauim⁹ et delectati sumus in his que dicta sunt nobis ab illo de cōstantia et sinceritate fidei vestre in deū de perseuerantia dilectionis et deuotionis in nos: de zelo et odio aduersus hereticos: ita vt quisqꝫ vestrum merito dicere possit. Nōne qui oderunt te domine oderā et super inimicos tuos tabescebam? Perfecto odio oderā illos: inimici facti sunt mihi. (Psalm. cxxxviij.) Gratias agimus deo qui non fuit ociosus aduentus noster ad vos. Et mora quidem breuis apud vos: sed non infructuosa. Veritate nimirum per nos manifestata autē nō solū in sermone sed etiam in virtute deprehensi sunt lupi: qui venientes ad vos in vestimentis ouium deuorabant plebem vestrā sicut escam panis sicut oues occisionis: deprehense vulpes q̄ demoliebantur preciosissimā vineā domini ciuitatē vestrā. Deprehense sed nō comprehense. Propterea dilectissimi psequimini et cōprehendite eos: et nolite desistere donec penitus depereant et diffugiant de cunctis finibus vestris: quia nō est tutū dormire vicinis serpētibus. Sedēt in insidiis cū diuitibus in occultis: vt interficiāt innocentes. (Psal. ix.) Fures sunt et latrones: quales in euāgelio dn̄s notat. (Johā. x.) Subuersi sunt et parati ad subuertēdū: plane maculatores fame vestre: corruptores fidei vestre. Corrumpunt bonos mores colloquia mala. (j. Cor. xv) Presertim taliū sermo sicut dicit beatus apostolus serpit vt cancer. (ij. Thi. ij.) Quis dabit mihi vt habeā opportunitatē semel adhuc veniendi ad vos? Nam voluntatē habeo si quomodo possim in voluntate dn̄i secūdo videre vos: laborem nō reputaturus: q̄uis corpore infirmus et debilis pro vestra exhortatione et salute. Interim autē sic state in dn̄o charissimi: sicut cepistis et accepistis a nobis. (A) Obedite episcopo ceterisqꝫ prepositis vestris magistris ecclesie. Habete diligētiā hospitalitati: quia per hāc multi placuerūt deo. (Gen. xviij) Abraham pater vester p studio sancto quod in suscipiēdis peregrinis habere solit⁹ erat: angelos hospites suscipere meruit. Similiter et loth nepos eius pro simili deuotione et pia consuetudine de eorum susceptione exultauit. (Gene. xix) Et vos itaqꝫ simili forma nō angelos sꝫ dominū angelorum suscipite in peregrinis: pascite in egenis: operite in nudis: visitate in lāguentib⁹: redimite in captiuis. Talibus hostiis promeretur de⁹ qui in iudicio dicturus est. Quod vni ex his minimis meis fecistis mihi fecistis. (Mat. xxv) Hoc etiam moneo vos charissimi: qd̄ et dicebam vobis cū p̄sens essem vt nullum extraneū siue ignotū predicatorē recipiatis: nisi q̄ missus a summo seu a vestro permissus pōtifice predicauerit. Quomō inquit predicabunt nisi mittant? (Roma. x.) Ipsi sunt qui induentes sibi formā pietatis et virtutē eius penitus abnegantes/ pphanas nouitates vocū et sensuū tanq̄ melli venenū: verbis celestibus intermiscēt. Cauete proinde eos tanq̄ veneficos et cognoscite in vestimentis ouium lupos rapaces. Sit vobis commēdatus lator ep̄le venerabilis abbas grādis silue/ et domus eius que et nr̄a est: nup nobis et nostro ordini ab ipso tradita et ecclesie clareuallis specialiter. Ostēdite nobis in ipo et in sanctis qui cum eo sunt q̄tum profeceritis ex nostra admonitione in operibus misericordie et date in eis experimentū vestre charitatis et deuotionis quā habetis erga nos. Quicqd̄ illis feceritis mihi factum reputate. Gratia dei et pax sit vobiscum. Amen.

Ad Romanos quando discesserunt a domino papa Eugenio. Epistola.ccxlij.

Nobilibus et optimatibus atqꝫ vniuerso populo romano. Frater. B. clareuallis vocatus abbas: declinare a malo: et facere qd̄ bonū est. Sermo mihi est ad te popule sublimis et illustris cum sim vilis: exiguaqꝫ persona: ac nullius pene momēti homuncio. Id quidē verecūdū atqꝫ onerosum mihi cōsiderādi quis q̄bus scribam simulqꝫ q̄ aliter hoc alius iudicare possit. Sed leui⁹ reor verecundia apud homines periclitari q̄ condēnari apud deum silentio/ veri taciturnitate/ et absconsione iusticie. Ipse enim dicit. Annūcia populo meo scelera eorum. (Esa. lviij.) Erit mihi etiā in testimoniū ante faciē dn̄i si dicere potero. Iusticiā tuā non abscondi in corde meo: veritatē tuā et salutare tuum dixi. (Ps. xxxix.) Pro huiusmodi sane nō vereor q̄uis verecundia reluctante p mea ignobilitate scribere de longinquo ad populū gloriosum: atqꝫ his litteris transmontanis/ sui ipsorum periculi: atqꝫ peccati cōmonere romanos: si forte audiāt et quiescant. Quis scit si conuertantur ad precem pauperis: qui⁹ nō cedūt potentiū minis: non omni armature fortiū? Nōne quondā in babylone ad vocē pueri iunioris vnius/ ois ille populus, q̄ senibus iniqs iudicibus seductus fuerat: reuersus est ad iudiciū/ et sic seruatus est sanguis innoxius in die illa? (Dan. xiij.) Ita nunc quoqꝫ et si adolescentulus sum ego et cōtemptus: adolescentulus dico nō annorū paucitate sed meritorum: potens est tamen deus dare etiā voci mee vocem virtutis per quā fiat vt et is populus quē nihilominus cōstat esse seductū ad iudiciū reuertat. Mea ergo defensio ad eos: qui mihi hinc forte succensendū indignandumve putauerint/ hec sic. Si neqꝫ hoc satis est/ etiā istud adicio. Cōmunis est causa: et nō est distinctio pusilli et magni. Dolor nēpe in capite est: ac per hoc minime alienus/ ne a minimis quidem vel extremis quibusqꝫ corporis partibus. Nec a me ergo. Peruenit profecto vsqꝫ ad me q̄uis oim minimū/ dolor maxim⁹ iste (qui maximus est) et quia cū sit capitis nō potest nō esse et corporis cuius membrū sum ego. Nunqd̄ nō dolente capite clamat lingua pro omnibus corporis mēbris: in capite se dolere: et oia per ipsam suū caput suūqꝫ capitis fatent incōmodū? Dimittite pinde queso/ dimittite vt plangā paululū apud vos dolorē meum. Nec meū tantū/ sed et totius ecclesie. Nōne ipsius vox est hodie per vniuersum mundū: caput meū doleo: caput meū doleo? Quis nāqꝫ vel nouissimus christianorum in toto sit orbe: qui nō glorietur hoc capite/ qd̄ ambo illi gloriosi principes terre: alter amisso/ alter submisso i cruce capite/ suo triūpho extulerūt suo sanguine ornauerūt? Ad oēm itaqꝫ spectat christianū iniuria apostolorum: et sicut in oēm terrā exiuit son⁹ eorum: sic lesio eorūdem ab oibus vsqꝫquaqꝫ sentit/ vsqꝫquaqꝫ plangitur et doletur. (Ps. xviij.) Quid vobis visum est o romani offendere principes mūdi: vestros autē speciales patronos? Cur regē terre/ cur dn̄m celi: furore tam intolerabili q̄ irrationabili in vos pariter prouocatis: dū sacrā et apostolicā sedē diuinis regalibusqꝫ priuilegiis singulariter sublimatā: ausu sacrilego incessere: suoqꝫ minuere honore contenditis: quā vel soli contra oēs si oportuisset defendere debuistis? Sic fatui romani non iudicantes: neqꝫ qd̄ honestū est discernētes: caput vestrū atqꝫ omniū: qd̄ in vobis est deturpatis: pro quo magis nec vestris ipsis ceruicibus parcendū a vobis foret: si necessitas exegisset? Patres vestri vrbi orbē subiugauerunt: vos vrbē properatis orbi facere fabulam. En petri heres: petri sede: et vrbe a vobis expulsus est: en rebus et domibus suis: vestris manibus spoliati sunt cardinales: atqꝫ ep̄i ministri domini? O popule stulte et insipiens: o colūba seducta nō habēs cor. (Osee. vij.) Nonne ille caput: et illi oculi tui erant? Quid ergo nunc roma: nisi sine capite trūcum corpus/ sine oculis frons effossa/ facies tenebrosa? Aperi gens misera aperi oculos tuos: et vide desolationem tuā iāiāqꝫ imminentē. Quomō in breui mutatus est color optim⁹: facta est q̄si vidua dn̄a gētiū pnceps puinciarum? (Tren. iiij) Verū initia malorū sunt hec: grauiora timem⁹. Nunqd̄ nō ppe interitum es si persistis? Reuertere reuertere sunamitis: reuertere ad cor tuū: agnosce iam vel sero? que/ quanta a quibus patiaris vel passa sis. Recordare qua cā/ quo fine per quos et in quos vsus: non longe ante hos dies cunctarū que in te sunt ecclesiarū/ omis ornatus et census profligatus est: quicquid in altaribus et in altariū vasis/ qcq̄d in ipsis sacris imaginibus auri et argenti reperiri tunc potuit manibus impiorū direptū et asportatū est. Quid ex his omnibus tu in tuis nunc marsupiis inuenis? Porro decor dom⁹ domini irrecuperabile periit. Et nunc quid tibi visum est iterare maliciam: innouare denuo super te dies malos? Quid modo vel lucri amplioris/ vel certioris spei arridet tibi? Nisi q in eo nouissima tua cernūtur incautiora prioribus: q tunc quidē nō solū multi de plebe: sed etiā de clero et principib⁹ nonnulli

per orbem in scismate illo fauerũt tibi. Nunc vero sicut manus tue contra oẽs: sic man⁹ oĩm cõtra te. Mundus est a sanguine tuo mundus ois preter te solã: ⁊ filios tuos qui in te sunt. Ue ergo nunc tibi popule miserãde: ⁊ ve duplo q̃ ante: nõ ab exteris nationibus: non a feritate barbarorũ: nõ a milibus armatorum. Ue tãtum a facie tuorũ / tibi ve a domesticis ⁊ amicis: a clade intestina: a cruciatu pcordiorũ / a tortionibus viscerum. Agnoscis ne iã q: nõ oẽs pacifici qui domestici: nec oẽs amici qui videntur? Et si al's noueramus / sed nunc p te manifestius edocemur oẽm veritatem illius sermonis dñi quem dixit: qm̃ inimici hoĩs domestici eius. Ue fratri a fratre in medio tui: et filijs a parẽtib⁹. Ue nõ a gladijs sed a labijs iniquis ⁊ a lingua dolosa. Usq̃quo male in malo vos alterutrum confortatis: et gladijs labiorũ inuicem fternitis: inuicẽ pditis: vt ab inuicem consummamini? Cõgregamini oues dispersẽ: redite ad pascua redite ad pastorẽ ⁊ epm aĩarum vestrarũ. Redite preuaricatores ad cor. Quod loquor non quasi hostis conuiciãs: sed quasi amicus obiurgãs. Habet vera amicitia nõnunq̃ obiurgationẽ: adulationem nunq̃. Sed iungim⁹ ⁊ obsecrationẽ. Obsecram⁹ pro christo recõciliamini deo: recõciliamini principibus vestris (petrum loquor ⁊ paulum), quos vtiq̃ in vicario et successore suo eugenio suis sedibus ⁊ edibus effugastis. Reconciliamini inq̃ orbis principibus: ne forte incipiat pro eis pugnare orbis terre cõtra insensatos. An nescitis quia his offensis nihil oĩno valetis: his propicijs nihil omnino timetis? Nõ inq̃ non timebis sub horum tutela milia populi circũdantis te: vrbs inclyta ciuitas fortium. Recõciliare pinde illis simul et milibus martyrum: qui quidẽ apud te: sed cõtra te sunt ppter grande peccatum quod peccasti in quo et persistis. Reconciliare etiam omni ecclesie sanctorum qui vbiq̃ terrarum audito hoc verbo scandalizati sunt. Alioquin pagina ista contra te in testimoniũ erit: sed et ipsi apostoli et martyres tui stabunt in magna constãtia aduersus eos q̃ se angustiauerũt ⁊ q̃ abstulerũt labores eorum. Sed iam finem loquendi oẽs pariter audiamus. Annũciaui iusticiã / prenunciaui periculũ: veritatẽ nõ tacui: hortat⁹ sum ad meliora: superest vt aut de vestra citius correctione letemur: aut de iusta imminenti damnatione certi inconsolabiliter lugeam⁹: arescẽtes ⁊ tabescẽtes pre timore ⁊ expectatione que superuenient vniuerse vrbi.

Mich. vij — Sap. v.

Ad conradum regem Romanorum. Epistola. ccxliij.

Nec dulcius nec amicabilius sed nec artius omino regnũ sacerdotiũq̃ coniungi seu complãtari in inuicẽ potuerũt: q̃ vt in persona domini ambo hec pariter conuenirẽt: vtpote qui factus est nobis ex vtraq̃ tribu fm carnẽ summus et sacerdos et rex. Non solum autẽ sed ⁊ commiscuit ea nihilominus ac confederauit in suo corpore: quod est populus christianus ipse caput illius: ita vt hoc genus hominũ apostolica voce genus electũ regale sacerdotium appelletur. In alia q̃z scriptura quotquot sunt predestinati ad vitam: nonne omnes reges et sacerdotes nominantur? Ergo q̃ deus cõiunxit homo nõ separet. Magis autẽ qd̃ diuina sanxit auctoritas: humana studeat adimplere voluntas: et iungant se animis qui iũcti sunt institutis. Inuicẽ se foueant: inuicem se defendant: inuicem onera sua portent. Ait sapiens. Frater adiuuans fratrem ambo consolabuntur. Et si alterutrum se (quod absit) corroserint et momorderint nõne ambo desolabuntur? Non veniat anima mea in consilium eorum qui dicunt vel imperio pacem ⁊ libertatem ecclesiarum: vel ecclesijs prosperitatem ⁊ exaltationem imperij nocituram. Non enim vtriusq̃ institutor deus in destructionẽ ea cõnexuit / sed in edificationẽ. Si hoc scitis quousq̃ vos communem contumeliã: cõmunem dissimulatis iniuriã? Nõne vt apostolica sedes ita et caput imperij roma est? Ut ergo de ecclesia taceã: num honor regi est trũcum in manibus tenere imperium? Et quidem ignoro quid vobis super hoc cõsulant sapientes vestri et principes regni / sed ego insipientia mea loquens qd̃ sentio non tacebo. Ecclesia dei ab exortu sui vsq̃ ad hec tẽpora pluries tribulata est / et pluries liberata est. Denique audite quid ipsa de se loquat in psalmo. Ipsius eñ vox est. Sepe expugnauerũt me a iuuentute mea: etenim non potuerunt mihi. Supra dorsum meum fabricauerũt pctõres: prolõgauerũt iniquitatẽ suam: Cert⁹ esto o rex qm̃: nuñc quoq̃ relinq̃t dñs virgã pctõrum super sortẽ iustorum. Non est abbreuiata manus dñi: nec facta impotens ad saluandum. Liberabit et hoc tẽpore absq̃ dubio spõsam suam qui suo sanguine redemit eam: suo spiritu donauit / donis celestib⁹ exornauit / ditauit nihilominus et terrenis. Liberabit inq̃ liberabit: sed si man⁹ alterius viderit regni principes: id ne honor regis regnive vtilitas sit. Non est vtiq̃. Quamobrem accingere gladio tuo super femur tuum potentissime: et restituat sibi cesar q̃ cesaris sunt ⁊ q̃ sunt dei deo. Utruq̃ interesse cesaris constat: ⁊ propriã tueri coronã et ecclesiam defensare. Alterũ regi: alterum cõuenit ecclesie aduocato. Uictoria sicut in domino cõfidimus pre manibus est. Superbia et arrogãtia romanorũ plus q̃ fortitudo eorum. Quid enim? Nunquid quispiã manus vel potens verbi gratia imperator aut rex fedam rem istam in imperiũ pariter sacerdotiũq̃ presumit? Sed popul⁹ hic maledictus et tumultuosus q̃ suas nescit metiri vires: cogitare finem / ɔsiderare prouentum: in insipientia sua furore suo ausus est hoc grãde sacrilegiũ attentare. Absit vt vel ad momentum stare possit ante faciẽ regis popularis manus vulgi temeritas. Factus sum insipiẽs: qui cum sim vilis ignobilisq̃ persona tanq̃ aliquis magnus consilijs tante magnitudinis tãteq̃ sapiẽtie me ingessi: ⁊ de re magna. At quo ignobilior atq̃ abiectior / tãto liberior sum ad loquendum quod charitas suggerit. Unde ⁊ adhuc addo in eadem insipientia mea. Si quis aliud q̃ locutus sum vobis qd̃ non credimus suadere conabitur: is profecto aut non diligit regem aut paruz intelligit qd̃ regiã deceat maiestatem: aut certe que sua sunt q̃rit: ⁊ nõ valde q̃ vel dei vel regis sunt curare ɔuincit.

1. Pet. ij. — Mat. xix — Psalm. cxxviij. — ps. cxxiij — Esa. lix.

Ad dominum papã Eugenium pro aurelianensi episcopo. Epistola. ccxliiij.

Ita queso: ita facite. Semp consideret nõ a quo sed quid petat. Pro aurelianen. epo nõ est exauditus rex: minime tñ offensus q: cor ei⁹ in manu dei est. Qd̃ ⁊ si cõtigisset sustinẽdũ fuerat ne de⁹ offenderet / q̃ vtiq̃ ex hoc magis ppiciabit: et citius respirare faciet a tribulatione malorũ ⁊ dolore: si iusticia teneat: si nõ relinquat veritas. Hec ⁊ his similia q̃ de vobis per orbẽ celebri indies iocunditate crebrescunt quãta cor meũ suauitate repleãt nõ est facile dictu. Hec p his Decetero si suggestũ vobis a quopiã fuerit de me ampli⁹ onerando: scitote nihi vires non suppetere ad ea que porto. Quantum mihi tantum parcetis ⁊ vobis. Propositum meũ monasteriũ nõ egrediẽdi credo nõ latere vos. De fratre Balditio q̃uis dilecto q̃uis necessario obeditũ est sine mora. De abbate mittendo ad sanctũ anastasiũ: si factũ nõ est: fiet statim vt factum non esse sciemus. Porro de alia mittẽda persona: q: in vltimis litteris vestris nihil scripsistis: nihil presumpsimus. Ceterũ et hoc tam celeriter fiet: q̃ vobis accelerare placuerit. Plen⁹ vobis ⁊ manifestius de his omibus respondebũt dñs Antisiodorensis et frater balditius. Qd̃ sancte memorie balduinus pisanus archiepiscopus fecit in sarduna de excõmunicatione auorensis iudicis: q: non nisi iuste hoc virũ bonum fecisse credim⁹ vestra auctoritate ratũ ⁊ incõcussum manere rogamus. Porro turritanus iudex q: bonus dicitur esse princeps: sit vobis commendatus: ⁊ a vobis manuteneatur

Ad eundem pro eodem quãdo predictus aurelianẽsis depositus est. Epistola. ccxlv.

Tempus est vt ⁊ ego scribã nõ iã pro epo / sz p paupere et humili monacho: idq̃ qd̃ miserabili⁹ est: facto de diuite ⁊ sublimi. Hic iã nõ habet adulatio locũ: habet miseratio. Multi p eo scripserũt vt remaneret epo / sz multum hoc erat: nõ potui adduci ego vt id auderẽ. Nunc vero si res humanius estimet: ipsa nũc exigit qd̃ ante vitabã. Spes erat homini adhuc / nã sperãdi ratio suberat talis. Dicebat. Ualde immutatus est rerũ status ex quo mihi sentẽtia purgationis imposita fuit. Et quidẽ grauez illam satis accepi: ⁊ q̃ ab innocẽtissimo difficile impleri posset. Quid nũc cũ cuncta pene in impossibile versa sunt? Niuernis nõ est epo: sed ne trecis quidẽ. Antisiodorẽsis transalpinauit. Cõprouincialiũ sane episcoporum per quos me purgari oportuit: pars multa hec est. Non certe purgatores deficiunt mihi: sed episcopi vel desunt vel absunt. Quid q̃? Recte ne a me exigi potest: quod inueniri non potest? Si res ita iudici comperta fuerit: mirũ si de impossibili sententiã ferat. Aut si non ex toto impossibile: minimũ qd̃ forte minus est leuiter effugiet vltro negligẽtius perscrutatẽ. Nempe miam vult: nõ sacrificium. Que enim vtilitas in sanguine meo: vt querat iniquitatem meam et pctm̃ meũ scrutetur? Malue autẽ q: begnin⁹ et misericors est: aliquid obliuisceetur: aliquid dissimulabit: aliquid ⁊ de suo addet. Dño est. An non licet ei qd̃ vult facere? Etiam si non q̃tũ sat est: rõnẽ mihi suppeditare aduerterit: quidni tota tñ libertate vtetur prompteq̃ miam superexaltabit iudicio: vir apostolice mansuetudinis ⁊ auctoritatis? Ergo cum sic liceret sperare timenti: nec frustra vt sibi suisq̃ videbatur: cessit tamen: et nostro se totuz cõmisit arbitrio. Ac ne occasione ipsius diuti⁹ ecclesia fatigaretur consulente me anticipans terminum ⁊ securis ictum: vltro episcopum exuit. Unũ est clementissime pater vnde homini generoso ac verecundo in tam miseranda fortuna posset

tuis posset non parum cōsolationis afferri. Querētis quid ⁊ profecto non ambulat in magnis:nec in mirabilibus super se. Sufficit si vestra indulgentia possit retinere sacerdotem: qui epō fuit tantū a nota infamie:⁊ perpetue inustionis cauterio: scuto bone voluntatis vestre obūbretur sibi. O dignā oīm exauditu precē. Non rogat vt gloriosus:sed ne inglorius sit: qui extitit gloriosus. Quicquid illud sit qđ mediū est eo content⁹ est. Liceat cadēti a gloria:honesto quo poterit mediocritatꝭ se se excipere gradu:solūqꝫ nō descendere in extremitatē opprobrij. Juuenis est nobilis genere est in sublimitate positus fuit:nec tamē humilem refugit locū/sed probrum. Nihil ne merebitur vel ista humilitas? Humiliatus est impius achab et profuit ei et in viro fideli ac nobili humilitas pcium non habebit? Absit a summa sede:absit a sancta mēte vestra cor contritū ⁊ humiliatum despicere. Si diximus humiliauit se/exaltetur : nihil in hoc temere a nobis presumptum:possemus forsitan excusare: nimirū ex regula quam optime nostis. Nunc autē non dicimus exaltetur:sed ne cōculcetur ⁊ cōfundamur ab expectatione nostra. Immo vero si mala suscepim⁹ de manu domini:bona quare nō suscipiamus? Nunquid em ptātem habetis deponere potētes de sede:⁊ exaltare humiles nō habetis? Porro ptāte accepta malle in malo q̄ in bono vti/abuti est. Preterea angit debitis multis:cū sit pauper et inops. Jubeat auctoritas vestra/ de rebus episcopalibus ea solui. Durum est enim simul ⁊ honore priuari:/et onere premi debitorum.

Ad eundem pro remensi archiepō. Epistola.cclvi.

Amātissimo patri ⁊ domino eugenio dei gratia summo pontifici. B. clareuallēsis abbas modicum id quod est. Parcat vobis deus. Quid fecistis? Faciē hominis verecundissimi confudistis:et cuius laus est in ecclesia ipsum in facie ecclie humiliastis. Letificastis omnes inimicos eius:sed quātos vos contristastis putatis? Non est modus cōdolēdi quia amicorum nō est numer⁹. Dilect⁹ a deo ⁊ hominibus/grādis criminis luit penas:nulli⁹ conuictus : nullius confessus. Tenem⁹ phinees sentimus zeliū israelites perfoditur: sed non cū madianitide. Imponitur ei ꝙ regē coronauit:sed in hoc nō existimat excessisse se tenorē priuilegiorum suorum. Obijcitur ꝙ scienter diuina presumpserit celebrare in eccelesia interdicta. Negat. Suo tēpore pbabit illud. purgabit istud. Esto tamē. Putemus omnia cōstare:quecunqꝫ in absentem aduersarijs eius licuit aut libuit loqui. Debuit ne hoc solo excessu cuius cetera laudabilia extiterunt: tam dure feriri:tam seuere animaduerti? Semel excessisse etiā virtus poterat reputari si de vestro:non de vultu inimicorū ei⁹ iudiciū prodijsset. Deinde qđ in arto illo fieri oportebat? Dies celebris solennis curia/iuuenis rex:et quod his maius est dei negociū de hierosolimitana.s. expeditione: propter quod oēs cōuenerant. Prorsus hec oīa missarum et corone regie solēnis debitiqꝫ honoris:frustrationem nullatenus admittebāt. Sed nec ipsi bituricēsi archiepō omnino expediebat vt honor regis per eum impediretur. Que cū ita se habuerint estimam⁹ locum misericordie nō deesse vbi tanta necessitas typū excusat cōtumacie. Nunquid ptātem habetis tantū percutere ⁊ nequaq̄ sanare? Nostis qui dixerit:percutiam et ego sanabo. Absit vt cuius tenetis vicem nō vsurpetis et vocem pcipue pietatis. Ergo sola hac vice redeat sagitta ionathe retrorsuꝫ:⁊ si necesse fuerit in me magis mittatur. Tolerabili⁹ fateor habuissem interdici mihi missarū celebrationē:q̄ archiepiscopo pallij vsum Est etiam quod nō mediocriter vestro pio rigori obuiat in hac parte ꝙ filio vestro regi lodouico:possit hinc nō parue offensionis et irritationis occasio dari:cum ipe sibi tota malis huius videatur esse occasio. Quod plane tempore isto nō expedit:ne bonū quod vestro hortatu bono et magno animo cepit:dignū quod absit nō habeat exitū si in scandalo et animi pturbatiōe hoc egerit. De cetero mandastis:et obediui:⁊ secundauit obedientiam precipientis auctoritas. Siquidem annunciaui ⁊ locutus sum:multiplicati sunt super numerum. Vacuātur vrbes et castella:et pene iā non inueniunt quē apprehendant septem mulieres virum vnum adeo vbiqꝫ vidue viuis remanēt viris.

Deutero. xxxij. — ps. xxxix.

Ad eundem. Epistola.cclvij.

A

Non est mihi more multoꝝ proemijs vti ad vos ambitu verborum: a re ipsa incipio Homo fallax venit ad vos:credo vt fallat/sed absit vt vos. Hoc em non nisi in multorum discrimē:idqꝫ maximū posset accidere. Semper quidem sicut fallere malum: ita falli a malo est plerumqꝫ et malum. Sed interest quis et in quo fallitur. Quanto vr̄a potestas ⁊ dignitas maior/tanto ea que vobis forte subreptio fit/non modo periculosior sed et turpior est:presertim in eccliasticis causis. Si verbi gratia sagiensis hec vulpecula fraudulēta cōcinnās dolos(vobis sicut callide cogitat illudere)poterit ad vineam dn̄i sabaoth/quam breui tempore parte non modica demolita est: vestra auctoritate redire quanta putatis malignitate decetero seuituram? Heu qđ reliquū est deuorabit. Nempe qui venit vulpecula:redibit leena : et in quosqꝫ tam cleri q̄ populi non iā calliditate vtetur: sed crudelitate. ¶ Uigilandum vtiqꝫ aduersus astutiam:ne ad tantam seuictā denuo prorumpere possit. Nō erga vos moueat hoīs facies miserāda:vilis habit⁹:vult⁹ supplex:demissa supercilia/verborū humilitas:sed nec ipse quidē lachrymule:currentes vt aiūt ad nutum ei⁹:docet mētiri. Hec omnia in facie sunt ⁊ scitis quid dixerit. Nolite fm faciē iudicare. In his itaqꝫ similibus forma pietatis extitit : sed non semper ⁊ virtus Uestimenta ouiū sunt hec/frequēter sicut designauit dominus vsurpata a lupis in stragem maximā ouiū:dum non se abscondunt: quoniam illi abscondite veniunt. Inde est ꝙ aliqui etiam ex nostris pro eo scripserunt:talibus circūuenti mendacijs parū aduertētes qđ a sapiēte sapiēter ac veraciter dr̄. Est qui se humiliat nequiter: ⁊ interiora eius plena sunt dolo. Uos ergo non attēdatis ad verba eius:neqꝫ ad corporis gestus:opera interrogate. A fructibus eius cognoscetis eum. Multa⁊ grauia dicūtur de eo:dicētur et in eū:si est qui querat ⁊ iudicet. Nolo dicere oīa que audiui. Nec enim omnibus credendū est:sed nec, omnibus decredendū. Unā pono breuiter meā coniecturam:certi ne aliquid habeat:vos iudicabitis. Cur datos sibi iudices declinauit? Si personas causatur:non erant suspecti. Si loci importunitatem:erat hoc in terra sua et in cognatione sua:vbi ⁊ expensis paucis : ⁊ itinere non lōgo facile ⁊ absqꝫ labore totum negocium poterat explicari. Restat proinde nihil aliud suspicandum q̄ fugisse hominē subdolum accusantium multitudinem:qui extra patriā eum minime pre inopia sequi possent. Gratias agim⁹ dn̄o luxouiensi: qui zelo domus dn̄i tactus:nec marsupio pepcit/nec corpori Bon⁹ frater:cui studiū est semen defuncti fratri suscitare. Gratias et vos agite illi:ꝙ vestro quoqꝫ nomini hec eius cura non parum conferre videtur: qua fit vt conuincatur malignus:⁊ sic deijciatur / que est gloria vestra.

B — Joh. vij. — Eccli. xix — Mat. vij.

Ad eundem. Epistola.cclviij.

C

Si rebus raritas precium facit:nil in ecclia precíosius:nil optabilius bono vtiliqꝫ pastore. Nempe rara auis est ista. Proīde sicubi talis interdū reperiatur:et occasio detur cōfestim inijciende sunt man⁹ et totis nisibus satagendum:ne quavi ne qua arte malicie fructosa promotio valeat prepediri. Audiuimus in ecclesia valentina:pari voto cleri ⁊ populi electū esse priorem case dei. Mirum si bonus non fuerit ad opus: ad quod assumitur Scire vultis vnde id sperem? Boni hoc volūt:nec potest bon⁹ non esse qui bonis placet. Nec minus validū argumētum mihi videt ꝙ bon⁹ sit:si malis e regiōe displiceat. Decet sanctitatē vestram votis assentire bonorum:ne si ab isto forte resilire contingat : alium quem nolletis : studio et consensu prauorum cōtingat recipere.

Ad Bernardū priorem portarum. Epistola.cclix.

Reuerēdissimis patribus et dominis amantissimis Bernado pori protaꝝ ⁊ sanctis q̄ cū eo sunt. B.clareuallis vocat⁹ abbas salutem in domino. Ex quodam beatitudinis vestre rescripto cōperi/scripsisse aliqđ qđ me iudicaret ꝯmotū:vosqꝫ istud nō parū metuere. Uerum id frustra. Non est quod a puero vr̄o timendū sit vobis reuerēdissimi p̄res:q̄ vos in charitate diligo vt amicos et suspicio vt sctōs. Nisi forte non me sed mihi paterno timuistis affectu: ꝙ motus vobis viderer non ex rōne: aut si ex rōne forte plus q̄ oporteret. Motus fateor fui:sed pro vobis nō contra vos:atqꝫ id tenuiter satis. Si et hoc temere:sed non temere confiteor aduersum me iniusticiam meam:et vos remittetis temeritatē pcti mei. Ignoscite mihi/sic sum:zelus domus vr̄e comedit me. Non patior plane qđ in me est decolorari tāte specimen sctitatis:nā corrūpi posse absit vt verear. ¶ Prorsus aūt displicet in pulcherrimo corpore nō solum morbus:sed et neuus. Non plane bonus color:si sanctorum quispiam anxie ferre abiectionem suam videatur de qua etiam et non gaudere:et nō gloriari/minus est a perfecto. Porro in proposito perfectiōis apparere imperfectum neuus est. Ergo hic color mihi in fratre natali displicuit. Quid enim ⁊ si castum id fuerit corā deo? Nempe oportet prouidere bona etiam coram hominibus. Sed dicitis. Non ipse grauiter tulit:sed nos. Ad idem reuertitur Iterum dico qđ sentio. Cur vobis graue fuerit non video: nisi quia ipsi graue esse sensistis. Uos iudicate an hoc eum decuerit:presertim in nouitate vite Nā an̄ hanc vt salua eius pace dixerim non caruit hac nota:an vero nec culpa/suscipiētis relinquēduꝫ est. Et quid si forte hoc cogitauit dn̄s papa:cū

D

sicut dicitis electioni eius assentire renuerit: Uerit⁹ quippe vt estimo lingua obtrectatorum: veruit festinatam noui heremite promotionem/ ne vt dixi lingua maliloqua dicere posset: hunc esse quẽ semper optauerat heremi fructũ. Ueruntamẽ quicquid dñs papa intenderit siue hoc siue aliud/ me ignorasse sciatis illud eius cõsilium: ne quis dicat ꝙ meo instinctu id fecerit. Nã quod ad me pertinet mihi decretũ est vbi oportune possem nõ solũ non impedire: sed etiam totis viribus: ⁊ ambabus vt dicitur trahere manibus: vbi de grã que in eo est deo fructificare valeret. Quis dabit mihi homines litteratos et sanctos in ecclesijs dei preesse pastores: si non in omnibus: certe in plurib⁹/ certe in aliquib⁹ saltem? Quid enim si iuuenis aliqua olim iuueniliter egisse memoratur? Uetera transierũt: noua facta sunt omnia. Consepultus est iterũ xpo per heremi baptismum: ego olim sepulta vitia retractabo? Jam ꝙ abbas caz.acensis: siue trecẽsis dure dicuntur scripsisse vobis oino cũ audiui dure accepi: et cũ accepero tpe non dissimulabo: quantum quidem charitas postulabit ⁊ familiaritas que mihi pro eorũ religiositate ad ipsos est. Deo aũt gratias qui dedit vobis nõ vinci a malo: sed vincere in bono malũ: quia non rñdistis eis malum pro malo: aut maledictũ ꝑ maledicto. Porro illas quas ad me aduersus prefatos abbates ante scripseratis litteras: nec studio/ nec volũtate mea/ ad ipsorum noticiã peruenisse sciatis. Et de his satis: Tps est vt non obliuiscar mei. Clamat ad vos mea mõstruosa vita: mea erũnosa conscientia. Ego enim quedã chimera mei seculi: nec clericum gero/ nec laicũ. Nam monachi iamdudu exui cõuersationem: non habitum. Nolo scribere de me quod vos ꝑ alios audisse existimo/ quid agitem/ quid studeam: per que discrimina versor in mũdo: immo per que iacter precipitia. Si quominus audistis precor vt inquiratis: ⁊ sm qd audieritis: ⁊ cõsilium impendatis: ⁊ orationum suffragia.

[Margin: ij. Cor. v]

¶ Ad dominum papam Eugeniũ. Epistola. ccl.

Amantissimo patri domino eugenio dei grã summo pontifici. B. clareuallis dictus abbas: modicum id quod est. Baluicẽses mõachi grauiter deliquerũt sed nõ impune. Uobis pro hoc ipso laus et grarũ actio ab vniuersa debet eccłia: qz nõ siluistis: nõ dissimulastis nõ quieuistis. Efferbuistis vt debuistis: percussistis: sed vt sanaretis. Nec si obliuiscatur misereri dñs: ⁊ contineat in ira sua misericordias suas: vnde sanitas? Fiducialiter proinde post iudicium miam prestolamur: vt miam ⁊ iudiciũ cantemus dño. Scimus scimus nõ deuiabit vicarius a vestigijs eius cuius vicarius est/ nimirum cum ille dicat. Qui mihi ministrat me sequatur. Dicit aũt de illo ꝑpheta. Quis scit si cõuertat et ignoscat de⁹/ et relinquat post se bñdictionem? Hanc de vris qz posterioribus audacter exigimus. Alioquin non decet vt ꝑdatis innocentem cum impio. Etenim qui malũ fecerunt facti de medio sunt. Quid restat nisi vt reliquie salue fiant? Quidni saluentur qui obedierunt vobis: qui obedierunt predecessori vestro/ paulum loquor qui aiebat: auferte malum ex vobis? Itaqz misereminí illis et non preiudicet iniquitas sceleratorum/ iusticie innocentiũ. Hec dico: quia causa est eis cum eduensibus in presentia vestre maiestatis: ⁊ timent ne noceat sibi iniquitas aliorum. Sane id ꝑcipue obsecramus/ vt concordie et paci ipsorum operam detis: vtrisqz siquidem bene volumus/ atqz ita vtrisqz credimus expedire.

[Margin: Johã. xij. — Johel. ij. — j. Cor. v.]

¶ Ad eundem pro eboracensi. Epistola. cclj.

Euit frustrata ambitio: imo desperata furit. Currit ad laqueum homo perditionis: et debitam iam olim in se sententiam dãnationis accelerat. Uel nunc manifesta sunt peccata eius precedentia ad iudicium. Anticipat manum succisoris/ arbor maledicta et spinosa: ⁊ cunctantem securim in semet prouocat. Heu qz iustius illa tamdudum excidisset: qz sancti illi quos contra ius et phas male stando deiecit. Etenim si non staret: stãtes minime deiecisset. Et illi quidem in innocentia sua: et pro innocentia corruerunt: multo melius stantes: sed sanguis innoxius de manu illorum proculdubio requiretur: qui vires furtiuas tam noxie arbori ne statim corrueret ministrauerũt. Clamat contra eorũ capita sanguis sanctorum de terra: quorum anime in manu dei sunt/ ⁊ iam non tanget eos tormentum malicie. Ueruntamẽ viscera mea erant/ effusa sunt: non recipio de verbis consolationem. Et si possent esse qualicũqz solatio siue remedio: deficiunt tamẽ pre dolore merore precludũtur/ interrumpunt singultibus. Unum tamen ipmqz extremum quod vel qz magis scribere qz proloqui possum: adhuc audite/ vel poti⁹ legite. Si adhuc steterit prohdolor verendũ ne ipsius stat⁹ sit vester casus: dum quicquid adiecerit/ vtpote mala arbor que non potest nisi malos fruct⁹ facere: nõ illi iã/ sed vobis merito imputetur.

[Margin: Mat. vij.]

¶ Ad abbatem de premonstrato. Epistola. cclij.

Uadiui auditionem vestram: et timui. Scribitis enim contra me amaritudines: absit autem vt tã rationabiliter/ qz terribiliter. Quid peccaui? an ꝙ vestram personã semper amaui/ vestrũ ordinẽ fouí: et premoui semper quod in me fuit? Fidẽ si verbis non habetur: opera facient. Ut quidem mea mihi conscientia respondet: ego a vobis debui commẽdari. Sed quia contraria potius loqui ⁊ scribere libet dabo ego voci mee vocem virtutis: ex factorum testimonio. Id quidem graue. Uidear improperare beneficia: qd vtiqz nõ decuerat. Ut minus sapiens faciam: vos me cogitis. Cui vnqz vrm siue vestrorum nostra opera opus fuit: et defuit? Primo quidem locus ipse premonstrati in quo degitis noster fuit: ⁊ nro munere habuistis. Nã nobis frater vvido (hoc nomẽ primi incole loci) per manum episcopi ante donauerat. Deinde ꝙ hi de bello loco vobis se associauerũt nostri potissimũ studij fuit. Apd hierosolymã rex balduinus dũ adhuc viueret locum sancti samuelis donauit nobis/ et mille aureos simul de quibus edificaretur: vos dono nro et locum habetis et aureos habuistis. Apud virdunũ ꝑ ecclesia beati pauli vt eam vos haberetis quantũ laborauerim multi norũt: quantũ profecerim ipsi sentitis. Si quominus recognoscitis vos: extant epistole nre ad beate memorie papã innocentiũ huius rei veri iudices et quasi viui testes. Illis de septem fontibus locũ quẽ primũ inhabitauerũt/ franceuals nomen ei nos contulim⁹. Propter qd horum vultis recedere ab amicis? Nũquid redditur pro bono malũ: quia minamini violare pactũ: valedicere paci: societatem deserere: scindere vnitatem? Sed esto. De bono opere non me lapidatis sed de iniuria ꝙ fratrem robertum cũ esset de vestra professione susceperim habitum ei monachicum tradens. Non inficior apud nos est. Putauerã autem me super hoc satisfecisse vobis: cũ susceptionis illius rationẽ/ ordinem/ necessitatem/ viua ⁊ veridica voce exposui: idqz non semel. Quia vero needum quiescitis non erit mihi pigrũ rescribere: qd responderam quia vobis durum non est repetere quod excusauerã. ¶ Minime ego ꝑdictum fratrem robertum aliquando vt a vobis exiret sollicitaui: magis autẽ a multis annis id cupiẽtẽ: nõ semel/ sed sepe cõpressi. Quonã denique modo suspect⁹ haberi possum ꝙ fratrem robertum subduxerim vobis: cuius cõsilio ⁊ hortatu magrm ottonem habetis? Si nescitis ipm interrogate. Si bene noui hominem: non negabit: possem et alios forsitan non paucos notare siue conuersos ad vos/ siue reuersos quos hodie nõ haberetis: nisi a nobis suasi fuissent/ vel coacti. Parco autem nõ inops materie: sz verecũdie satisfaciẽs diues. Inueni ego in claustris vris qui ad verbum predicationis nostre compuncti: ⁊ conuersi ad nos venire disposuerant: cum ecce sollicitantibus vestris retrahẽtes pedem recepti ⁊ retẽti sunt in ordine ⁊ habitu vestro. Postmodũ vero remordente eos conscientia exire voluerunt: et nisi fallor exiuissent: nisi nostro firmarentur non assensu tantum sz ⁊ hortatu. Sed iam audite: quia iterũ vultis audire: quo tandẽ fratrem robertum receperim. Domin⁹ papa precepit: nempe rogat⁹ ab illo: et eius amicis. Dicebat vestrum sese et abbatis eius assensum prece sua obtinuisse: ne quis dicat ꝙ precepto extorsit. Negatis: quid ad nos? Ipse viderit. Si vobis summũ ⁊ sanctum pontificem falsitatis arguere libet: ignoscite nobis quia nos tãte sctitati non credere: et tante maiestati non obedire nefas ducimus. Quamqz ⁊ venerabilis abbas godescalcus qui de vestris est/ nam is a dño papa ad vos huius rei grã fuerat destinatus: non plane negauerat reportasse se a vobis ⁊ liberam fratris emancipationẽ: ⁊ vram ipsius spontaneã confessionẽ. Jã de fratre fromũdo non est qd nos lacescatis: cum nequaqz eũ sine voluntaria abbatis sui ꝯcessione receperim. Qd qdẽ nec vos latuisse: amara illa epła demõstrat: in q nobis de sola capli nõ expectata cõniuẽtia calũniã struitis. Quasi vero vel in mutua nra cõuẽtiõe id ꝓhibitum fuerit: vel emancipatio filij ad capitulũ: ⁊ non potius ad solũ spectet abbatem. Adijcitis ⁊ de domo quadã fratrũ vrorum de basso fonte: ꝙ eam nos de medio tulimus: sz extra statutos terminos cõstitutam. Atqz vtinã pri⁹ qz nos argueretis eosdẽ interrogassetis fratres nõ solũ qs eã de medio tulerit: sz et q de cã. Neqz eñ celassent vobis vt ꝯfidim⁹ hui⁹ rei veritatẽ. Ceterum audite eã nunc vel a nobis: ac deinde si ita placet eos interrogate. Ceperant edificare locũ/ vbi aliquas e sororib⁹ suis cõstituerẽt: lõge qdẽ ab abbatia sua: in ꝯfinio autẽ duarum grãgiarũ dom⁹ nre: ⁊ ꝓpe pascua ouiũ nostrarũ: rogauim⁹ eos tanqz amicos: ⁊ qb⁹ forte nõ inutiles fuissem⁹: ne seminariũ scãdali: ⁊ dissensionũ fomitẽ suis pariter ⁊ nostris parerẽt posteris relinquẽdũ. At illi nihilominu⁹ edificabãt. Hec fuit tota violẽtia nra: sic nos de medio tulim⁹ domũ illã. Inexcusabiles sumus si rogare vim irrogare est. Reuera

est. Reuera eps(qd negãdũ nõ est) indignatus nõ modo q ora
toriũ in suo episcopatu/ sed ꝛ q domũ in fundo ecclesie ꝛ terra
feudi sui edificare se incõsulto presumpsissent: cepto interue=
nit operi:quãuis frustra. Nam nec vetiti ab eo desiterũt. Exinde
transeunti mihi per terrã illã/is qui tunc erat abbas bassi fon
tis occurrens:indicauit q ab edificatione cessassent. Verũta=
men non tam propter nos sicut ex eius relatione cognoui/ q̃
propter militẽ illũ q̃ terram eis visus dedisse grauabat eos in
multis:itẽ vt de eo plurimũ quererent. Quãq̃ ꝛ si pro sola cha
ritate nostra id voluntarie dimisissent:nec religionẽ eorum de
decuisset/nec immeritis forsitan prestitisse beneficiũ viderent=
tur. Miror sane vnde hec tandẽ querela emerserit/cũ ꝛ abbas
in bona (nisi fallor)et deuota erga nos voluntate presentem fi
nierit vitã: et qui substitutus est ei/frequẽter ꝛ familiariter cõ
ueniens nos in necessitatib⁹ suis:nullã nobis querimonie hu=
ius aliq̃n fecerit mentionẽ. Deniq̃ ꝛ postea in eadẽ domo hũa
nissime suscept⁹ hospitio nihil hinc vel ab ipo abbate:vel alio
quoq̃ audiui. Sed ꝛ vobiscũ in claraualle postmoduz presens
fuit abbas:ꝛ nuperrime barri iã instante capitulo vestro/vnde
littere ille querule ne dicã calumniose venerunt: ꝛ nec hic nec
ibi super hoc/siue ab eo siue a vobis vel tenuiter quidẽ memi=
ni me fuisse conuentum. Preterea causamini q domũculam fra
trum vestroꝝ de brena cõuersus igniacensis cõbussit. O domũ
culã. Nempe vmbraculũ quoddã ramorũ erat:vbi sederet fra=
ter: qui stantes adhuc in agro segetes custodiret. Neq̃ hoc cõ
bustũ malitia:sicut fideli relatione cognouimus: sed q positũ
in agro quodã fratrũ igniacensiũ terrã occuparet : quã excoli
oportebat. Deniq̃ vix vno taxata est nũmulo domũcula hec:et
abbati de brena ita iã nisi fallimur super hoc satisfactũ:vt om
nino nec queratur/nec habeat vnde queratur. Si quomin⁹ vbi
id nos rescire feceritis : parati sumus ad oẽm satisfactionem.
Sic ꝛ de abbate longi pontis/vbi primo querelã vestrã accepi
mus q inter terminos vestros domũ vellet edificare phibui=
mus eũ:ꝛ iam credimus desitisse. Sin aũt ꝛ id fiet:vbi factum
non esse nouerimus. Super oia plãgitis q ecclesiã sancti foil=
lani:q̃ de ordine vestro est:abbas noster de villari fecerit imbã
niri. At forte iustius vobis fratris et coabbatis vestri de pre=
dicta domo sancti foillani incredibilis obstinatio/q̃ summi pon
tificis reprehensibilis animaduersio displiceret. Noui siquidẽ
q multis vestroꝝ ipsius abbatis animositas displiceat graui
ter:mirũ valde si nõ etiã vobis. Ita ergo dico vobis hic indi=
gnamini. Siquidem ipse est cuius aut cupiditas: aut contuma
cia/ fratribus vestris diuina fecerit officia interdici. Et quidẽ
prolixũ est hoc negociũ: et difficile esset vniuersa eius subter=
fugia epistolari breuitate concludi. Causam tamen interdicti
q̃ breuiter intimabo. Post duas aut plures conuentiones pa=
cis:post diffinitiuã sententiã iudicij iuxta mandatũ capituli ve
stri:per vestros ꝛ nostros abbates promulgatã : accitus demũ
episcopus cameracensis:ad cuius parrochiã locus sancti foil=
lani pertinere cognoscitur:cũ videret abbatẽ obstinato animo
oĩa violare:etiã sententia eũ ecclesiastica cogere voluit vt di
cebat. Ille vero vt redimeret tempus:summi pontificis audiẽ
tiam appellauit Ventũ est ante eũ. Qui postq̃ testimonio tam
vestrorũ abbatũ q̃ aliorũ religiosoꝝ indubitãter agnouit/ab=
batem sancti foillani nõ solũ resilire a cõpositionibus: sed ꝛ iu
dicio contraire ecclesiã eius imbanniri iussit donec satisfecis=
set. Demũ rogastis tam vos q̃ ipse/ dominum cisterciensem ꝛ
nos:multisq̃ tam vestris q̃ vestroꝝ precibus extorsistis:psen=
te ꝛ ipso episcopo q̃ promulgande sententie interdicti manda
tum acceperat: vt puideretur adhuc forma aliqua pacis. Ab=
sente abbate de villari:tractata cõpositio:dictũq̃ est epo vt si
vel ipsam obseruaret abbas sancti foillani abstineret ab inter
dicto. Discedẽs autẽ nec illã tenuit:sed domũ quã ꝛ iudicij sen
tentia/ꝛ cõpositiones oẽs diruendã esse diffinierant: ita vt se=
mel etiã diruta iam fuisset:atq̃ interim cõtra conuentionẽ ꝛ iu
diciũ reedificata: hanc inq̃ ꝛ tenuit ꝛ tenet ꝛ alterã quoq̃ su=
peredificauit. Quidni exequeref eps mandatũ apostolicuz qd
acceperat de promulgãda sententia interdicti presertim addi
ta preuaricatione: Ego tamẽ sperãs tandẽ aliq̃n vincere in bo
no malum:eandẽ sententiam differri feci vsq̃ ad octauas epy
phanie:si forte interim vir ille cogitaret:vt vel formam iudicij
exequeretur/vel cõpositionẽ aliquã obseruaret. Atq̃ vtinã sic
cõtingat: faciat deus pacis sit requiescat super eũ pax nostra.
Cũ hec ita se habeant:nõ est qd de nobis queri debeatis:cum
iustius nos de vobis vt apparet queri possimus Reliquũ est
vt diligentes vos diligatis:presertim solliciti seruare vnitatẽ
spiritus in vinculo pacis. Illo inq̃ vinculo:qd inter nos ꝛ vos
causa pacis caritatisq̃ firmatũ est: vtiliter quidẽ ꝛ non minus
forsitan vobis q̃ nobis. Si rumpẽdũ decernitis : non expedit
quidẽ. Sed nec licere vllatenus puto. Nempe vbi cõmunis est
causa:persone reatus preiudicare non deberet: ꝛ si vera essent

Ephe.iiij

que in nos dicitis. Ego aũt fratres quicquid faciatis:decreui
semper diligere vos etiã non dilectus. Occasiones querat q̃
vult recedere ab amico/mihi studiũ est ꝛ erit:nec cuiq̃ amicoꝝ
iustã in me discessionis causaz dare:nec scrutari in alio:q hoc
quidẽ ficte/illud vero neglecte amicitie sit. Et qꝛ s̃m prophe=
tã glutino bonũ est:soluere vel potius abrumpere vos poteri=
tis sed nõ me. Adherebo vobis:ꝛ si nolitis:adherebo:ꝛ si no=
lim ipse. Olim me alligaui forti vinculo : charitate non ficta:
illa que nunq̃ excidit. Cũ turbatis ero pacificus:conturbanti
bus quoq̃ dabo locũ ire : ne diabolo dem. Vincar iurgiis:vin
car obsequiis. Inuitis prestabo/ingratis adiciã/ honorabo et
contemnẽtes me. Et nũc tristis est anima mea q quacunq̃ oc=
casione offenderim vos:eritq̃ tristis vsq̃ dũ vestra indulgen=
tia releuetur. Si tardaueritis:ibo et excusabo pre foribus pse
uerabo pulsans:instabo oportune iportune:donec vel merear/
vel extorqueã benedictionem. Plusq̃ medium hyemis trãsijt
iam ꝛ tunicam nostram vsq̃ adhuc frustratus expecto.

Esa. xli.

Ad abbatem Garinũ alpensem. Epistola. ccliij.

Reuerendo patri ꝛ omni veneratione digno : do=
mino abbati alpensi garino:ꝛ vniuersis eiusdem
loci fratribus. Frater Bernardus vestre sancti=
tatis seruus : de bono in meli⁹ semper proficere.
Reuera nunc in te pater experior q in sacris lit=
teris legisse me memini: cũ cõsummat⁹ fuerit ho
mo tunc incipit. Iam seni requies/iam corona debebaf emeri
to: ꝛ ecce tanq̃ nouus in xpo miles:noua interim tibi excitas
bella prouoces aduersariũ:ꝛ rem fortiũ presumis fessus senex
dũ ad iterandũ certamen:antiquũ hostẽ/ ꝛ iã quodãmodo in=
uitũ compellis. Enimuero dũ propter morem tuũ maiorũq̃ pde
cessorum traditiones diuinitus inspirat⁹: ecclesias ꝛ ecclesia=
stica beneficia relinquis:synagogas sathane: idest cellulas ex
tra cenobiũ in quibus tres vel quattuor fratres sine ordine si=
ne disciplina habitare solẽt destruis: feminas a monasteriis ar
ces:ceterisq̃ pietatis ac discipline bonis studiosius inuigilas
solito:q̃d aliud prim⁹ ꝛ maximus ille peccator nisi videbit ꝛ ira
scetur:dentibus suis fremet ꝛ tabescet: Sed q̃ cura: Econtra
tu in eius cõfusione ꝛ tua cõsolatione cãtabis deo tuo. Qui ti
ment te videbunt me ꝛ letabũtur qꝛ in verbo tuo supsperaui.
Nec timendũ q succũbat hosti:q̃ nec cedit etati. Vincit ãnos
animus:ꝛ frigente iam corpore feruet sanctũ in corde deside=
rium:artubusq̃ fatiscentibus:durat tñ incolumis propositi vi=
gor:nec sentit rugose carnis infirma spiritus prompt⁹. Nec ni
mirum. Ut q̃d eñi metuat veterani domicilij ruinas:qui fabri=
cã spiritalẽ videt indies in sublime cõsurgere/ pficere in eter=
nitatẽ: Certus nanq̃ est:si terrestris dom⁹ ista dissoluif:q edi
ficationẽ habet ex deo domũ nõ manufactã eternam in celis.
Sz dicat aliqs. Quid si morte preuẽtus fuerit hõ:necdũ vi=
delicet spiritali edificio cõsummato: Perfectus q̃ppe:nõ ha=
bet quo pficiat. Et q̃ pficit:eoipo quo pficit pfect⁹ nõ esse cõ
uincif. Et qd securi de illo plena fide respõdeamus. Dicemus
nempe. Cõsummat⁹ in breui:expleuit tpa multa. Bene multa:
qꝛ ꝛ vniuersa cõplectif. Quomõ eñi nõ expleuit oia tpa/q̃ tran=
sit ad eternitatẽ: Quanta sane tempora non longeuitate sz lõ
ganimitate:hoc est nõ annorũ serie vel dierũ numero:sz mẽtis
deuotione et inextinguibili semp proficiendi desiderio:pcur=
rere potuit:tanta sibi in meritis nõ immerito vendicauit. Re=
tinet quippe virtute: qd amisit in tempore. Porro vera virtus
finem nescit:tempore non clauditur. Vnde est illud. Charitas
nunq̃ excidit. Et item: patientia pauperũ non peribit in finẽ.
Et timor domini sanctus permanet in seculũ seculi. Nunq̃ iu=
stus arbitratur se cõprehendisse: nunq̃ dicit satis est:sed sem=
per esurit sititq̃ iusticiã:ita vt si semp viueret semp quantũ in
se est iustior esse cõtenderet:semper de bono in melius pficere
totis virib⁹ conaref. Nõ enim ad annũ:vel ad tps instar mercẽ
narij:sz ineternũ diuino se mãcipat famulatui. Audi deniq̃ vo
cem iusti. In eternum non obliuiscar iustificationes tuas:qꝛ in
ipsis viuificasti me. Et rursum. Inclinaui cor meũ ad faciẽdas
iustificationes tuas ineternũ. Nõ igitur ad tẽpus. Proinde iu
sticia eius manet nõ aliquanto tempore sed in seculum seculi.
Sempiterna itaq̃ iusti esuries : sempiternam meretur refe=
ctionem. Et licet in breui cõsummef pro tẽpore:iudicaf tamen
explesse tempora multa:pro virtutis perpetuitate. Quo deniq̃
pacto tẽporis breuitas bonoꝝ preiudicet perpetue deuotioni
que pertinacẽ reproborũ maliciã excusare nõ sufficit. Ob hoc
enim proculdubio inflexibilis et obstinate mẽtis punif eterna
liter maluz:licet temporaliter perpetratũ:qꝛ qd breue fuit tem
pore vel opere longũ esse cõstat in pertinaci voluntate:ita vt si
nunq̃ morereĩ:nunq̃ velle peccare desineret: immo semper vi
uere vellet vt semper peccare posset. Proinde põt ꝛ de isto p cõ
trariũ itidem dici. Cõsummat⁹ in breui expleuit tpa multa: q

Ecli.xviij
Ps.cxi.
ps.cxviij.
ij. Cor.v.
B
Sap. iiij.
j.Co. xiij.
Ps.ix.
Ps. xviij.
Phil.iij.
ps.cxviij.
ps.cxi.
C

merito multorũ olim tẽporũ receperit vicẽ/ qui nullo tẽpore volue-rit mutare intentionẽ. Itaq̃ indefessum proficiendi studiũ et iugis conatus ad perfectionẽ: perfectio reputat. Et si studere perfectioni esse perfectũ est: profecto nolle proficere deficere est. Ubi ergo sunt q̄ dicere solent: sufficit nobis/ nolumus esse meliores q̃ patres nostri? O monache: nõ vis pficere? Nõ. Uis ergo deficere? Nequaq̃. Quid ergo? Sic mihi inquis viuere volo: ⁊ manere in quo perueni: nec peior fieri patior/ nec melior cupio. Hoc ergo vis/ qđ esse nõ potest. Quid eñ stat in

Job.xiiij. hoc seculo. Et certe de homine specialiter dictũ est: fugit velut vmbra: ⁊ nunq̃ in eodẽ statu permanet. Ipse deniq̃ hoĩs secu-liq̃ auctor q̃diu in terris visus est: ⁊ cũ hoĩbus cõuersatus est

Act.x. nunquid stetit? Et quidẽ teste scriptura: pertransiit benefaciẽdo ⁊ sanando oẽs. Pertransiit ergo sicut nõ infructuose: ita nõ remisse: non pigre: nõ lento gressu: sed quẽadmodũ item de eo

Ps.xviij. scriptũ est. Exultauit vt gygas ad currendã viã. Porro currentem nõ apprehẽdit: qui ⁊ ipse pariter nõ currit. Et qđ prodest

j.Cor.ix. xp̃m sequi si nõ contingat cõseq̃? Ideo paulus aiebat: Sic currite vt cõprehẽdatis. Ibi tu xp̃iane fige tui cursus profectusq̃

Phil.ij. metam: vbi xp̃s posuit suã. Factus est (inquit) obediẽs vsq̃ ad mortem. Et quãlibet ergo cucurreris: si vsq̃ ad mortẽ nõ perueneris/ brauium nõ apprehẽdis. Brauiũ xp̃s est. Et si illo currente: tu gradũ sistis: nõ xp̃o appropias/ sed te magis elongas

Ps.lxxij. timendũq̃ tibi est qđ ait dauid. Ecce q̄ elongant se a te dñe peribũt. Itaq̃ si pficere currere est vbi pficere: ibi ⁊ currere desinis. Ubi vero nõ currere: ibi ⁊ deficere incipis. Hinc plane colligitur: q᷑ nolle pficere nõ nisi deficere est. Uidit scalam iacob

Genesis xxviij. ⁊ in scala angelos: vbi nullus residens/ nullus subsistens apparuit sed vel ascendere vel descendere videbant vniuersi: quatenus palã daretur intelligi: inter profectũ ⁊ defectũ in hoc statu mortalis vite nihil mediũ inueniri: sed quomodo ipsum corpus nostrũ cõtinue aut crescere cõstat aut decrescere: sic necesse sit ⁊ spiritũ aut pficere semper aut deficere. Interest tamen q̄ nequaq̃ iuxta ordinẽ corporaliũ vicissitudinũ: etiã spiritus sua vel incrementa capit vel patitur detrimẽta. Nã semper in robusto et vegeto corpore animus mollior atq̃ tepidior iacet: ⁊ rursum in corpore debili ⁊ infirmo fortior viget promptiorq̃ spiritus. Quod se vtiq̃ in se expertũ contestans apostolus: qñ

ij.Cor.xij infirmor inquit tunc fortior sum. Sed et libenter gloriatur in infirmitatibus suis: vt inhabitet in me virtus christi. Quod quidẽ sic astruimus exemplis: vt pbemus ⁊ oculis: dũ in te pa-

ij.Cor.iiij ter manifestũ sit nobis qđ dicitur. Cuius quippe ⁊ si homo exterior corrũpitur: sed interior renouat de die in diẽ. Unde eñ tã-

Mat.xij. tus ardor innouãdi ordinis: nisi ex renouatiõe mẽtis? Sic bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bona: sic arbor bona fructus bonos facit. Primi ⁊ purissimi fructus tui. Sed quenã arbor hos protulit nisi puritas cordis? Alioqñ quando impurus animus tanto studio/ regule inquireret eligeretq̃ puritatẽ? Nec de turbido fonte limpid⁹ emanat riuus: nec de sordida mente mũda cogitatio. Intus est proculdubio: intus est qđ delectat: ⁊ ex illa plenitudine intrinseca erumpit totuz qđ foris exuberat: atq̃ in mente fulget qđ sic placet in opere. Sequimini filij patrẽ: imitatores eius estote sicut ⁊ ipse christi. Di-

Canti.j. cite. In odore vnguentorũ tuorũ curremus. Siquidem bonus odor christi est in omi loco. Nã vt taceã de vobis qui presentes

ij.Cor.ij. cominus percipitis fragrantiã/ tanta ad nos vsq̃ qui lõge absumus ex studijs eius bonis peruenit huius suauissime respersionis vbertas: vt nobis certissime fiat odor vite ad vitã. Puto q̄ ⁊ in celestibus id iam persenserint in odorẽ suauitatis: et

Canti.iij. quadã solito festiuiori exultatione decantent. Que est ista que ascendit per desertũ/ sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhe

Eiusd.iiij ⁊ thuris: ⁊ vniuersi pulueris pigmẽtarij? Et illud. Emissiones tue paradisus malorũ punicorũ cũ pomorũ fructib⁹. Quicunq̃ inter vos hunc in celis iubilum non audit: inuidet. Quisquis hunc nõ sentit odorẽ, vt omnium pace dixerim, putet.

¶ Ad Ludouicum regem francorum. Epistola.cclv.

Ludouico dei gratia excellentissimo regi francorũ B. clareuallis vocatus abbas fidelis suus. Salutem a rege regũ ⁊ dño dominantiũ ipsi ⁊ dilecte ⁊ filijs eius. Regna terre ⁊ iura regnorũ: tunc sane sana suis dominis atq̃ illesa persistunt: si diuinis ordinationibus ac dispositionibus non resistũt. Cur dñe irascit furor tuus contra dei electũ: quẽ tua quoq̃ sublimitas suscepit ⁊ preelegit: tibi quidẽ in patrem/ filio autẽ tuo in samuelẽ? Armat regia indignatio nõ plane in extraneos: sz i semetipsaz

Jaco.j. ⁊ suos. Nõ mirũ si iuxta scripturã. Ira viri iusticiã dei non operat: que proprie quoq̃ vtilitatis/ sed indignitatis/ sed salutis facit sepe vt nec manifestũ omnibus aduertas periculum: sentias damnum. Colligitur consiliũ. Quid in hoc detrahit regie glorie/ regni vtilitatibus? Ibi vniuerse ecclesie cõmendabitur ac rememorabitur excellentie vestre prompta ⁊ specialis deuotio: q̄ regũ primus aut certe inter primos rabiei persequentiũ eandẽ matrem vestrã strennuissime et christianissime defendendo obuiastis. Ibi gloriose ab ingenti illa multitudine debite gratie referentur vobis: ibi a milibus sanctorũ orabitur p vobis ⁊ vestris. Ars autẽ q̃ sit hoc tẽpore necessarius conuentus episcoporũ nullus ignorat: nisi qui durus corde matris ecclesie angustias non attendit. At calor inquiunt nimius est quasi nos glaciꝫ corpora habeamus. An corda nobis magis cõgel-

Amos.vj lata sunt: et nemo est qui iuxta prophetã cõpatiatur super contritione ioseph? Sed hec alias. Nunc autẽ ego minimus in regno vestro: sed dignitate nõ fidelitate: dico vobis: non expedit velle impedire tantũ et tam necessariũ bonuz. Nec desunt euidentes cause quib⁹ id manifestũ facere possem: quas ⁊ nũc proferre in mediũ ad manũ mihi est: nisi q̄ sat arbitror dictum sapienti. Tamen si quid ex apostolice auctoritatis rigore processit: vnde se merito esse turbatã celsitudinis vestre serenitas arbitratur: qualiter hocipsum reuocetur aut temperetur prout oportet ad honorem vestrum fideles vestri qui adherent totis viribus enitentur. Inter nos quoq̃ si quid possumus non dissimulabimus.

¶ Ad dominum papam Eugenium. Epistola.cclvj.

Non est leue verbũ qđ sonuit: triste satis ⁊ graue est. Et cui triste? Immo cui non triste? Soli filij ire: irã non sentiunt nec tristantur tristibus/ sed

Prou.j. letantur ⁊ exultant in rebus pessimis. Decetero cõmunis tristicia est: q᷑ cõmunis est causa. Bene fecistis iustissimuz zelũ nostre gallicane ecclesie collaudando ⁊ corroborando/ auctoritate litterarũ vestraruz. Non est dico vobis: in causa tam generali ⁊ tam graui tepide agendũ: sed, ne timide quidẽ. ¶ Legi apud quendã sapiẽtem.

C Non est vir fortis/ cui nõ crescit animus in ipsa rerũ difficultate. Ego autem dico: fideli homini: magis et inter flagella fidẽdum. Intrauerunt aque vsq̃ ad animã christi: tacta est pupilla oculi eius. Exerẽdus ⁊ nunc vterq̃ gladius in passione domini/ christo denuo patiente vbi ⁊ altera vice passus est. Per quẽ autez nisi p vos? Petri vterq̃ est: alter suo nutu/ alter sua manu quotiens necesse est euaginandus. Et quidem de quo min⁹

Jo.xviij. videbatur de ipso ad petrũ dictũ est. Conuerte gladium tuum in vaginam. Ergo suus erat ⁊ ille: sed non sua manu vtiq̃ educendus. Tempus et opus esse existimo: ambos educi in defensionem orientalis ecclesie. Cuius locum tenetis: zelum negligere non debetis. Quale est hoc principatum tenere/ ⁊ ministerium declinare? Uox clamantis. Uenio hierosolymã iterũ crucifigi. Ad quam vocem ⁊ si alij tepidi/ alij ⁊ surdi sint: successo-

Mat.xxvj ri petri dissimulare non licet. Loquetur ⁊ ipse. Et si omnes scãdalizati fuerint: sz nõ ego. Nec terrebitur damnis prioris exercitus: quibus magis resarciendis operam dabit. Nunquid idõ non debet facere homo quod debet quia de⁹ facit quod vult? Ego vero pro tantis malis/ tanq̃ christianus et fidelis me-

Jaco.j. liora sperabo: et omne gaudiũ existimabo: q̄ in varias tentationes incidimus. Reuera panẽ doloris comedimus: ⁊ potati sumus vino compunctionis. Quid diffidis amice sponsi: quasi non more suo vinum bonum seruauerit vsq̃ adhuc benignus ⁊

Joel.ij. sapiens sponsus? Quis scit si conuertat ⁊ ignoscat deus: et relinquat post se benedictionem? Et certe sic operari: sic iudicare superna diuinitas solet: scienti loquor. Quando autem magna bona mortalibus prouenerunt/ que non magna preuenerint mala? Nam vt cetera taceam: nõne illud vnicum ⁊ singulare beneficiũ nostre salutis precessit mors saluatoris. Tu ergo amice sponsi: amicum te in necessitate probabo. Si triplici il-

Joh.xxj lo amore de quo tuus interrogatus est predecessor: tu quoq̃ toto corde tota anima: tota virtute christum diligis vt oportet: nihil reseruabis: nihil dissimulabis in tanto periculo sponse eius: sed quicquid habes virtũ: quicquid zeli: quicquid sollicitudinis: quicquid auctoritatis: quicquid potestatis impendes. Singulare periculũ: singularem exigit operã. Fundamentum concutitur: ⁊ tanq̃ imminenti ruine: totis est nisibus occurrendũ. Et hec pp̃ter vos: fidẽter quidẽ: sed fideliter dicta. Decetero verbũ illud qđ iã ni fallor audistis: quomodo videlicet in carnotensi conuentu (quonã iudicio satis miror) me q̄si in ducem et principem militie elegerunt: certum sit vobis nec consilij mei: nec voluntatis mee fuisse vel esse: sed nec possibilitatis mee (quantũ metior vires meas) peruenire vsq̃ illuc. Quis sum ego vt disponam castrorum acies/ vt egrediar ante facies armatorum? aut quid tam remotum a professione mea: etiam si vires suppeterent: etiam si peritia non deesset: Sed neq̃ hoc meum est vestram docere sapientiam: nostris hec omnia. Tantum obsecro per illam caritatẽ/ qua mihi specialiter debitor estis: ne me humanis voluntatibus exponatis: sed

tis: sed sicut singulariter vobis incūbit diuinū consiliū perq̄rat̄is: ⁊ oper ā detis: vt sicut fuerit voluntas in celo sic fiat.

❡ Ad eundem pro fratre philippo. Epistola.cclvij.

Si negociū qđ ceteris nō miscemus: qm̄ ceteris amplius tangit ⁊ angit nos: ⁊ eget singulari pro p̄re precis instātia. Philippus noster cū se exaltauit/humiliatus est: sꝫ cū se hūiliauit nō est exaltatus: quasi vtrūqꝫ pariter dn̄s nō dixisset. Rigor est: sed sine dispensatione. Judiciū: sed sine misericordia. Multi qđ negandū nō est: sic mensurauerunt sed nullus ita sibi voluit mensurari. Si aūt in qua mensura mensi fuerimus remetietur nobis: erit ꝓfecto iudiciū sine misericordia: ei qui nō fecerit misericordiā. Capax est vester apostolat⁹ rei vtriusqꝫ: ⁊ zeli scꝫ ⁊ miserationis. Et honor quidē maiestatis iudiciū diligit: sꝫ absit vt ad p̄iudiciū mālsuetudinis. Neq̄ dispēsator ille cuius laus est in euangelio: elegit potius fraudē facere suo dn̄o q̄ꝫ proximo non misereri. Deniqꝫ pro centum nunc quidē octoginta: nunc vero quinquaginta redsbuit. Juste laudatus est: qui dn̄o suo rerū maluit q̄ꝫ personaꝝ iacturam facere. Et quia dignus est q̄ sic operatur mercede sua: vno tali opere quos ille retinuit seruos: iste sibi fecit amicos. Quid facim⁹? Uidemur intrasse cām/nō porrigere precē. Nō expedit ita. Si pergimus ista dicere iudiciū prouocamus: nō misericordiā. Nulla mihi fiducia in argumentationibus istis: nō plus q̄ꝫ in telis aranearū. Frustra iacit̄ rhete ante oculos pēnatorum. Noui q̄ꝫ validiora valeāt mihi responderi: presertim a tali ingenio. Quāobrē arma mea preces pauperū sunt: ⁊ abūdamus in genere isto. His cedat necesse est machinis turris fortitudinis ⁊ si alis inexpugnabilis. Nō repellet pauperū p̄ces: pauper ꝑ pater: paupertatis amator. Qui nā isti? Non sum solus: ⁊ si solus fortasse presumere possem. Oēs filij vestri q̄ mecū sunt: ⁊ q̄ mecum non sunt: mecū tamen sunt in hac supplicatione. Quis numeret eos? Solus sane frater philippus excipitur/ qui nec postulat nec petit postulari: ⁊ an velit ignoro: magis qđ in se est elegit abiectus esse in domo dei sui. Sꝫ nec nos quidē pro homine sed pro ordine postulamus: cui dispensationem in eo fecitam non parum ꝓfuturam confidimus.

Mat. vij.
Luc. xvj.
Prouerb. j.

❡ Ad eundē pro fratre Rualeno. Epistola.cclviij.

In veritate cōperim⁹ Rualenū nostrū nedū requiescere in quo posit⁹ est: sed nec aliquando requieturū cōfidimus. Quāobrem opus est maturato remedio/nō solū illi/sꝫ ⁊ mihi. Uror dico vobis: q̄ꝫdiu ille in scandalo est. Nolite mirari hoc vna anima fuimus: nisi q᷑ ego mater/ille filius: nā patris in eo cessi vobis: ⁊ nomen ⁊ auctoritatē. Solus q̄ trāsfundi nō potuit: mihi remāsit affectus q̄ me excruciat. Mater aūt nō pōt obliuisci filij vteri sui. Jd me fuisse quis dixerit: ego adhuc esse sentio. Clamat matrem pectus triste: ⁊ cōtinuus dolor cordis mei ꝑ eo. Queritis de quo querar? De me. De vobis mihi queror: sed vobis. Ego ego seua ⁊ pia mater propriꝭ visceribus nō peperci vt castificarē cor meū in obedientia charitatis. Jmmolaui de sinu meo cari ꝑ ignoris hostiā ⁊ nō in angaria fateor: sed in voluntate mea parui voluntati q̄ quos vult angariat. At ille nō ita. Renitebat̄ q̄ꝫuis frustra plane angariatus tam a me q̄ꝫ a vobis. ❡ Nunqđ ego timere potui: tāta obstinatione semꝑ renisurū? Pij cordis est cedere importunitati: q̄ ad id qđ oportet adduci non patitur. Alioqn̄ inuitū tenere ad qđ inuit⁹ tractus est: dudum pro illo: fructuosum nemini est. Porro occupare locū ⁊ nō facere fructū: nec loco expedit/nec vos decet: nec nos. Nemo (vt ait beatus ambrosius) inuit⁹ benefacit: etiā si bonū est qđ facit: q̄ nihil prodest spūs timoris: vbi non est spiritus charitatis. Obsecramus itaqꝫ per viscera misericordie dei nr̄i/exhibete viscera patris: ⁊ infantē dū adhuc viuit/remittite ad vbera matris: cuius fortassis hic totus languor est q᷑ sit ꝑpropere ablactatus. Melius eñ viuere simul q̄ꝫ diuidi. Que vtilitas in sanguine eius? Unū scio non patris non matris illa vox erit nec mihi nec tibi sit/sed diuidat̄. Hoc vos forte nō timetis: q̄ non creditis prouenturū. Sed scriptitationes ⁊ musitationes frequentissime venientes in manus nostras: plene sunt timore isto: minitantes hominis fugam ⁊ diuisionē: vel potius diruptionem: non modo a vobis/ sed et a nobis.

Ecc. xlix.

❡ Ad eundem pro eodem. Epistola. cclix.

Et si quid aliquando volui qđ velle me noluistis: māsuetudinis vestre dignatio eo me prouocat: vt qđ vultis nō modo velim: sed ⁊ auide velim. Placet vobis vt frater Rualenus abbas sit apud sanctū anastasiū: ⁊ mihi. Placuerat ⁊ ante: sed q̄ nimis ille nolebat: placitū in nō placitū venit. Porro vestro beneplacito nō conniuente rursum vt iustū est: non placitū in placitum redit. Experiri licet. Factū est qđ precepistis: nō q̄ precepistis: sꝫ q̄ voluistis. Et voluntate ergo: ⁊ nō quasi ex tristicia: vel ex necessitate. Executio maturata mandati obedientiā ꝓbat: de voluntate filius interrogetur. Si cōtentus nō forē mandatum facere: nōne iuxta verbū dn̄i seruus inutilis essem: soluens debitum? Nūc autē q̄ adieci velle: iam nō seruus/ sed filius.

Luc. xvij.

❡ Ad abbatem Rualenum. Epistola. cclx.

Satis supꝫ afflixit nos absentia tua rualene charissime sed longe magis cōperta tua tristicia/turbati sum⁹. Etenī iusti⁹ te q̄ꝫ nostrā de te desolationē seu destitutionē plangere nobis videmur: et desolatio q̄dē nō parū dānosa: ⁊ nō parū molesta: nempe tam dulci filio/tam vtili fratre: tam necessario auditore. Uerū quo veri⁹ ista de tua amabilitate memoram⁹: eo affectuosius compatimur merori tuo: pluris multo habentes tuū incommodū: et longe egrius ferentes: q̄ꝫ nostrū damnū. Deniqꝫ nō dissimulauimus: non quieuimus: non siluimus: tētātes super hoc deū pene vsqꝫ ad irritandū summū et sanctum pontificē: vt quomodocūqꝫ vel cū nostro periculo te reuocarem⁹. Sed quia adhuc frustrati sumus in cunctis molitionibus ⁊ conatibus nostris: supernis tandē iudicus vel fatigati cedētes: ⁊ dātes potentie manus: qm̄ qđ volumus non valemus: id velle cogimur qđ possumus. Tu igitur frater charissime ⁊ desiderantissime cōfortare in domino: ⁊ noli iā contra stimulū calcitrare: nedū cōpūgeris tu: plurimi q̄ te in dn̄o plurimū amant: pariter cōpungant̄. Parce tibi ⁊ nobis: qui tuo amore nec ipsi nobis pepcim⁹. Magis autē induere fortitudine: cōfidens et sciens q̄ gaudiū dn̄i fortitudo tua. Jnduere leticia salutari: vt et nos de tua iocunditate letantes: hilarem datorē diligenti deo: tū pro tua pacetum pro nostra cōsolatione laudes ⁊ gratias referamus.

❡ Ad dominum papam Eugenium pro quodam paupere abbate. Epistola. cclxi.

Unus de militibus templi voluit monachari in ordine nostro: nec defuerunt de nostris qui ei in tali voluntate assentirent. Sed cū non auderent euꝫ in suis claustris recipere: qm̄ nō licebat: occulte eum duxerunt ad quādā abbatiā que dicit̄ vallis: mandantes ⁊ suggerentes abbati: vt nigrū habitū de alio ordine monachorū faceret ei tradi: ⁊ sic eū reciperent: nostrūqꝫ illi dederent. Et factū est ita. Res nobis innotuit: ⁊ per nos delata ad capitulum est: capituli decreto frater ille foras missus est. At fratres de templo minime hoc cōtenti litteras nihilomin⁹ a vestra maiestate ep̄o cathalaunensi attulerūt: quibus abbatē sancti vrbani (nā is est qui militi habituꝫ tradiderat) ab introitu ecclesie suspēderet: donec se vestro conspectui presentaret. Jnde est q᷑ abbas de vallibus quo rogante ille hoc fecit: nil mali suspicatus: cōpulsus est in magno anxietate animi: fratrē latorē presentiū mittere ad pedes misericordie vestre: vt q̄ ꝑ euꝫ intricat⁹ est: per eū expediat̄: si tñ hoc tā ipse q̄ꝫ etiā nos aliq̄ illa vestri/a vestra sancta paternitate potuerimus promereri.

❡ Ad eundē pro monachis mosomēsib⁹. Ep̄la. cclxij.

Non possum esse denuo dn̄o remēsi petitione sua presertim cū digna sit exauditu. Rogamus pinde ⁊ om̄i instātia supplicamus ꝑ pauperib⁹ monachis mosomensibus/ vt ab oppressione quam sustinent: sicut per latorē presentiū nosse poteritis/citius liberentur: ⁊ ab eis iniurie siue calumnie malignantiū in manu vestra valida ꝓpulsent̄. Hoc eñ est ꝑ quo pauperes de longe miserūt clamātes ad vos. Jā quale responsum a vobis oporteat reportari: doceat vos amantiū tam iusticia q̄ꝫ paupertas: ⁊ prefati viri qui pro eis interuenit: ⁊ vos non parum diligit reuerentia.

❡ Ad eundē pro abbate caziacensi. Epistola. cclxiij.

Porrexerā preces: cū possem forte iubere ⁊ me putauerā exauditū. Sꝫ q̄ cōperi nō ita esse: mihi videor nō iā simpliciter fore cōtereqꝫ petēdū: sꝫ clamādū in vociferatione. Neqꝫ eñ tenuiter seu equanimiter fero repulsaꝫ: quā hactenu⁹ expertus nō sum. Facite itaqꝫ qđ debetis: facite qđ soletis: a mā ꝯsuetudo debitorem vos fecit: facite inq̄ ⁊ si nō q̄ rogamini: certe q̄ iubemini. Jtaqꝫ reuertimini ad iudiciū: nec eñ iusticie videt̄ ē/ vt vir religiosus ⁊ amicus nr̄ ⁊ filius vester abbas caziacēsis qđ iuris est monasterij sui pdat: ꝑpter vbū incaute a se incōsulteqꝫ plarū: ⁊ absqꝫ ecclie sue assensu. Neq̄ ⁊ si illi vbo oīno ꝑtinaciter adhereat aduersari⁹/ vtpote iusticie nō ꝯfidēs: iustovt putam⁹ iudicio p̄dicto abbati nō debebit obesse: cū viri illi in quoꝝ cōniuentia res posita est nō cōcordasse/sꝫ poti⁹ dissensisse sciant̄. Ex hoc credim⁹: q̄ nō ꝯtristabitis nos: neqꝫ ꝯturbabitis. Sic deus letificet aīam vestrā: sic vos ab om̄i perturbatione cōseruet: pater amande ⁊ honorande: si omnibus seruis christi sꝫ nobis specialiter.

¶ Petrus cluniacensis abbas ad Bernardum abbatem clareuallensem. Epistola.cclxiiii.

Uni ac splendide monastici ordinis immo totius ecclesie dei columne: dño Bernar. clareuallis abbati: petrus hūilis cluniacēsis abbas salutē/ quam repromisit deus diligentibus se. Si liceret: si dei dispositio nō obstaret: si in hōis potestate esset: via eius maluissem charissime beatitudini tue nexu indissolubili adherere: q̄ vel pncipari inter mortales alicubi: vel regnare. Quid enim? Nōne regnis oibus terrenis preferri a me deberet: grata nō solū hoibus: sed ⁊ angelis ipsis cohabitatio tua? Concluem te illorū si dixero: licz nondū spes in rē transierit: per misericordie dei gratiā mendax nō ero. Si plane mihi datū fuisset vsq ad vltimū spiritū tecū hic esse: dareł fortassis post hac et vbi esses etiā ppetuo esse. Quo em̄ currerē nisi post te: tractus odore vnguētorū tuorū a te? Qđ qz semp nō dat: vtinā sepe daretur. Et qz nec illud est: vtinā saltē frequēter videā nuncios a te. Et hoc quoq qz raro ɔtingit: volo vt vel in proximo, sanctitas tua amantē se p suū nūciū vsq ad octauas dñi mecū mānsurū visitet: in quo tuus vt mihi videł ex parte/ et meus ex toto spiritus requiescit. Uidebo te sancte frater in illo: audiā te per illū: ⁊ quedā q̄ secreto nota fieri volo sapientie tue mandabo per ipsum. Sancte anime tue sanctisq sub regimine tuo omnipotenti dño seruiētibus: me nostrosq quantis possum precib[9] quanta possum deuotione cōmendo.

¶ Ad petrum cluniacensem abbatem. Epistola.cclxv.

Quid facis o bone vir? Laudas peccatorē: miserum beatificas. Restat vt ores ne inducar in errorē. Inducor aūt si tantis delectatus preconijs: ignorare me cepero. Propemodū id mihi cōtigerat visis litteris beatitudinis tue et beatificationis mee. Et beatus nunc essem: si verbis beari possem. Beatū tn̄ me dixerim: sed fauore tuo nō meis laudibus. Beatū q diligor a te: q diligo te. Et ⁊ hanc mihi dulcē licet buccellā liquādam arbitror: nec qino plenis vt aiunt buccis admittēdā. Miraris cur hoc. Nēpe non video in me vñ tm̄ diligi meruerim/ presertim a tanto. Scio autē qz plus iusto velle diligi: minus est a iusto. Quis mihi det tāte hūilitatis insigne: tā imitari posse q̄ ammirari? Quis mihi tribuat sancta ⁊ desiderata presentia tua: non dico semper: nō dico sepe: sed vel semel in anno frui? Puto qz nulla vice reuerterer vacuus. Nō inq̄ frustra cōspicerē virtutis exēplar: discipline summa: speculū sanctitatis. Qđq minus vsq adhuc a christo didicisse me fateor non incassum sit de oculata perciperē q̄ sicz tu mitis ⁊ humilis corde. Uerum si tibi pergo facere qđ ad te mihi factū queror: ⁊ si veritatē dicam: veritatis tn̄ legi nō concordabo in qua legitur. Qđ tibi nō vis fieri alij ne feceris. Itaq iā respōdeamus petitiuncule vestre: qua epistola ɔclusistis. Is quē mitti vobis iubetis modo mecū nō est: sz cū dño antisiodorēsi: ⁊ ita infirm[9] vt sine nimio incōmodo/ nec ad nos vsq posse adhuc venire dicatur.

Tho. iiij.

¶ Ad Sugerium abbatē sancti dionysij in obitu eius consolatoria. Epistola.cclxvi.

Charissimo ⁊ intimo amico sugerio dei gratia abbati sancti dionysij: frater. B. gloriam que ab intus est: ⁊ gratiā que desuper venit. Homo dei ne trepides exuere hoiem illū qui de terra est: illū qui te deprimit vsq ad terrā: et conał deprimere vsq ad inferos. Iste est q̄ vexat: qui onerat: q̄ oppugnat. Quid tibi ⁊ terrenis exuuijs: qui ad celū iturus stola glorie mox indui habes? Presto est: sed vestito nō dabił. Ueste nouit illa: non superuestire. Sustine ergo patiēter: immo libenter accipe: nudus ⁊ nō vestitus inueniri. Denicq ⁊ deus ipse vult vestiri: sz cū nudus est nō cū vestitus. Homo dei nō reuertetur ad deū: nisi is q̄ de terra est: et terra est: in terrā ierit. Hi enim duo homines sibijnuicē aduersantur: nec erit pax donec abinuicē separantur. Et si pax fuerit: non erit pax domini: non erit pax cum domino. Non es tu de illis: qui dicūt pax/ ⁊ non est pax. Te expectat pax illa que exuperat omnē sensum: te expectant iusti donec retribuatur tibi: te expectat gaudium dñi tui. Et ego qdē charissime vehemēter afficior an videre te: vt bñdictio morituri veniat sup me. Et qm̄ nō est in hoie via eius: non audeo vñ certus non sum pro certo polliceri: sed qđ nondum video quō possum: satis ago vt possim. Forte veniā: forte non veniā. Sz qdlibet horū sit: dilexi a pncipio/ diligā sine fine. Fidenter dico nō possum pdere sic dilectū vsq in finē. Nō mihi perit/ sed preit: cui[9] anime aia mea adhesit glutino qđ non dissipabitur: et vinculo qđ nō dirumpetur. Tātum memēto nostri cum perueneris quo nos pcedis: vt ⁊ nobis cito detur venire post te: ⁊ ad te puenire. Interim tn̄ nullatenus putes: quia tu dulcis memoria recedas a nostra: ⁊ si presentia dolētibus subtrahitur. Et q̄ potens est deus te adhuc nobis donare rogantibus: seruare indigentibus: qđ vtiq non est diffitendum.

Eze. xiij.

¶ Abbati cluniacensi. Epistola.cclxvij.

Filius vester frater galterus: factus est ⁊ noster: sm regulā illā: oīa mea tua sunt: ⁊ tua mea. Non sit mi nus familiaris qz cōmunis: sz si est qđ possit alia gratia fit familiarior atq acceptior vt mihi: qz vester est: sic vobis quia noster est.

¶ Ad dominum papam Eugenium pro fratribus de corona. Epistola.cclxviij.

Alij vereantur maiestatē in vobis: ⁊ tremulis labijs ac digitis qđ ad rem pertinet vix ad idemq̄ lōgis ambagibus anfractibusq perueniāt. Ego certe vtilitatē vestram ⁊ honorē vestrū tantūmodo attendens: rē vt est nude ⁊ aperte illico aperio: ⁊ sine cunctatione ⁊ obuolutione tāq̄ vni nostrum: apostolico qđ opus est intimare nō vereor. Subreptum est vobis ⁊ grauiter: qđ nō dubius affirmauerim. Quis vobis suggessit hoiem de ambitione notatū: cōuictū/ cōdemnatū: ad ecclesiasticā cogere dignitatē? Quasi nō satis per se ipse se ingerere voluisset. Nōne is est quē sancte memorie lambert[9] episcopus deprehensum in maleficijs detestandis: que ipse stimulante ambitione perpetrarat: nō solū a gradu in quo erat: sz a spe totius promotionis solēniter vt debuit degradauit? Non est nisi reuocare sententiā. At ppter anxietatem sanctorū fratrum de corona qui pro hoc clamant ad vos: ⁊ ob reuerentiam episcopi sancti ⁊ docti: qui in hac re auctor extitit: sed propter conscientiā (conscientiā dico vestrā nō alterius) vnū restat vt hoc ⁊ pro mea conscientia inferā: irascimini ⁊ nolite peccare. Peccatis enim si nō irascimini tanti suggestori mendacij: tam indigne sententie subreptori.

Ps. iiij.

¶ Ad eundem. Epistola. cclxix.

Serpens decepit me. Homo versipellis ⁊ versut[9] iusticie inops/ audientiā fugitans: propter conscientie inimicus: fraterne incubans iniurie: me sciente mihi litteras pro se per dñm beluacēsem elicuit. Quid em̄ ille a me non obtineret? Si nō vultis vltra modū onerare cōscientiā meam: nil lucretur subreptiōe dolosus: nec de litteris nostris opprimat innocētes. Quāq̄ ne hoc qdē mihi satis fuerit: nisi ⁊ penā portet quā meruerit subreptor malignissim[9]: ⁊ auarissim[9] exactor.

¶ Ad eundem. Epistola.cclxx.

Qui tētant nos: nō dormitāt/ neq dormiūt. Quomodo nunc de nouo persecuti sunt in montib[9]: insidiati sunt in deserto? Cartusienses turbati sunt: turbati sunt ⁊ moti sunt sicut ebrius/ ⁊ ppe modū ois sapiētia eorū deuorata est. Scias domine mi inimicus homo hoc fecit. Quid dico fecit? Et adhuc facit. Adhuc fiduciā habet: vt ⁊ illa sanctitas influat in os eius. Esca eius electa: nosti optime. Quosdā iā preuaricatores cōstituit: alios quos per se expugnare nō poterat per illos impugnat bello domestico et intestino. Ab ipsa fundatione loci et ordinis nō est auditū vt q̄s exiens/ sine satisfactione reciperetł. Qui male exierāt/ peius reintrauerūt: addentes preuaricationē. Quid putas pater sancte illi facturi sunt: quorū egressio in transgressione: regressio in superbia est? Et nunc supbia eorū ascendit semper. Exultant in re pessima quā egerunt: insultant iniuriā patientibus. Uicere: triūphāt: prior iam nō est prior. Dū superbit impius/ incenditur pauper. Exire etiā vult non potest videre destructionem ordinis sui. Et iā exisset: si solus exire potuisset. Qui prior necesse est vt bon[9] sit: nam quorum innititur cōsilio: audiuimus a bonis: bonos esse. Uides ne clementissime pater quantum subreptum sit tibi? Nihil ne digni recipiat subreptiōis auctor? Si bene te noui portabit iudicium quicunq est ille. Uenerunt ad te in vestimentis ouium: in habitu sancto: species decepit te. Quid mirum? Et tu homo es. Sed iam prodita in lucem fraude: exurgat zelus et partes suas viriliter exequatur aduersus malignantes. Non veniat anima tua in consilium eorum: dissipetur consilium achitofel. Teipsum custodi. ¶ Non est paris periculi: sciente subripi zelū dormire. Illud excusat ignorātia: hoc negligentia inexcusabile facit. Forte ascēdat ex aduerso ⁊ aliud persuadere conetur. Mentiał iniquitas sibi: ⁊ nō dño meo. Nā ⁊ veritas ⁊ res sic se habet. Nil pro iocūdius/ nil iusti[9] in iudicijs vestris: q̄ cū se istiusmodi occasio prebet: si qui nocere voluit cadat ipse in foueā quā fecit: ⁊ conuertatur dolor ei[9] in caput eius: ⁊ in verticē ipsius iniqtas eius descendat. Zelus dñi mei faciet hoc. Et prior habitur iterum vt confido qui prior fuit

vt non

Mat. xiij.

Ps. lxxiij.

Ps. x.

ij. Re. xvi. B

vt non glorietur ois iniquitas. Alioquin (qd non frustra timemus) nisi prior restituatur in gradu suo: ordo nō diu erit i statu suo. Inspiret deus vobis paterne accipere ista/ ꝛ respondere bona ad nostrā omnium cōsolationē: qui valde desolati sumus et afflicti sup vires. Dn̄s cisterciensis deseruit nos: plaga magna in ordine. Mihi vero duplex incūbit meroris ratio: qui in vno homine et patrē amisi et filium. Et nunc habemus pro eo dominū gozuinū bone vallis abbatē. Sit beneplaciti vestri cōfortare eum litteris aplicis: ꝛ quod de eo factum est vestro roborare fauore. Nostis eū: et non est ei apud vos opus commendatore quem satis cōmēdat vita sua: et sapiētia sibi data a deo. Dominus valētinus conualēt: et vbi valet operatur bona. Propterea amatores boni diligūt eū: et ipse diligit bonos. In hoc apparet qꝛ bonus est. Vestrū est tales diligere ꝛ fouere. Puer vester plus solito infirmatur: guttatim defluit: forte minime dignus qui occidatur semel ꝛ cito ingrediatur ad vitam.

Ad comitem Theobadū. Epistola.cclxxi.

SCitis quia diligo vos/ sed q̄ntū/ nouit deus melius q̄ vos. Me quoq̄ diligi a vobis non dubito: sed propter deū. Quē si offēdero nō erit q me diligere debeatis: cū iam non fuerit in causa deus. Quis enim ego sū vt de me tantillo tantus princeps curetis: nisi q̄ndiu deum in me esse credetis? Ergo vt offendā eū fortassis nec vobis expedit. Offendo autē procuidubio si facio quod requiritis. Nam honores et dignitates ecclasticas non ignoro deberi his qui eas digne ac s̄m deum administrare et velint/ et possint. Porro eas acquiri paruulo filio vestro precibus meis vel vestris nec vobis iustum: nec mihi tutum esse noueritis. Nam nec cuiq̄ vel adulto plures in pluribus ecclesijs habere licet: nisi dispēsatorie quidem ob magnam vel ecclesie necessitatem vel personarum vtilitatem. Quobrem si vobis videtur hic durus sermo et placet qd cogitastis implere: parcite mihi in hoc: nā vos satis (ni fallor) per vos et per alios amicos vestros istud obtinere potestis. Ita nec vos minus quod vultis efficitis: nec ego peccaui. Sane vuillelmulo nostro cupio bene per omnia: sed ante omnia deū. Hinc est q contra deum nolo aliquid habeat ne nō habeat deum. Qz si alius secus voluerit nollo per me habeat: ne perdā et ego deū. Vbi vero emerserit qd s̄m deum habere possit: probabo me amicū: et operam meā si opus fuerit non negabo. Apud amatorem iusticie: in excusando eo q pro iusticia est/ non multum mihi laborandum. Vos autem apud comitissam per ea que vobis rescripsi: habete me excusatum.

Episcopo Laudunensi. Epistola.cclxxij.

VEstri sumus. Si hoc scitis: immo qꝛ nō ignoratis: lator presentiū per nos vobis/ ꝛ per vos alijs omnibus quos offendisse videt/ efficaciter firmiterq̄ reconcilietur. Alioquin offenditis: quem vestrum nō negatis: qd omnino facere nō audetis. Ex quo episcopari cepistis: nullam a vobis adhuc benedictionē accepimus: neq̄ sacculū/ neq̄ perā. neq̄ calciamenta in pedibus.

Ad dominum papā Eugenium. Epistola.cclxxiij.

AMantissimo patri et dn̄o eugenio dei gr̄a summo pontifici. Frater. B. clareuallis vocatus abbas: modicū id qd est. Vox turturis audita est in capitulo nostro: exultauimus/ et delectati sumus. Plane eloquiū castum: feruidum zelo: cautū scientia. Spiritus vite spirabat in litteris: spiritus vehemēs: intonās et increpās ꝛ emulās nos dei emulatione. Fateor nō facile dixerim q̄d me amplius delectaret i illis: vr̄a benignitas an vtilitas inclinata maiestas/ an erecta hūilitas: mordēs seueritas/ an mulcēs paternitas. Qui in nobis quantulumcunq̄ esuriebant iusticiā refecti sunt qui minus: cōpuncti sunt: qui minime: cōfusi sunt. Ita queso: ita iugiter faciatis. Sollicitudo que omnibus debet: nullo modo his quibus specialius debetur subtrahenda est: sꝫ propensius exhibēda est. Charitas benigna est dilatare se nō minorare nouit. Colligat sane ꝛ alios: sed nobiscum. Nec alienum a vestro apostolatu: fouere eiusmodi qui cū apostolis [illegible] qui possunt. Ecce nos reliquimus omnia: et secuti sumus te. Nō sunt relinquēdi qui ipsi se reliquerūt. Pusilli domini sunt/ in ipsum credētes: nō deseret eos fidelis seruus et prudens: is presertim cui credita vniuersitas est. Nempe vniuersitatis portio hic: ꝛ quidem pusillus grex: sed qui (ni fallor) meruerunt patrem habere deum: accepturi coronā glorie de manu domini/ et dyadema regni de manu dei sui. Nec enim rapinā arbitrant esse se heredes dei: coheredes autem xp̄i. Denique audierunt. Nolite timere pusillus grex: quia cōplacuit patri vestro dare vobis regnum. De his interim satis. Abbas trium fontium bn̄ plantatus erat: vtpote secus decursus aquarum. Vereor ego ne arbor bona faciens fructum bonū: explantata faciat nullū.

i.Co.xiij. Mat.xix. Esa.xxvi. Luce.xij.

Vidimus interdū vitē in prima plantatione fecūdam: in secūda sterilem. Vidimus lignū bene plantatū virescere/ transplātatum arescere. Grauiter pinde vulnerastis cor meum/ si non remittitis eū: qꝛ sumus cor vnum et anima vna. Quod diu diuisum erit: necesse erit vt vtraq̄ pars suo sanguine cruentet. Heu onus qd ambo vix portabamus: quomodo portabo solus subducto baculo senectutis mee? Si de me parū est: moueat vos totius ordinis plaga non parua ꝛ ne spe incerti boni/ tā certa interim mala fieri velitis. Qz si omnino vobis in eo complacuit vt reti neatis eū: placeat obsecro cōmendatū habere ipsum/ ac deinceps ad deum leuare manus vt dignetur idoneū pro eo virum prouidere domui illi. De cetero super his que pro cōmuni vtilitate totius ordinis ꝛ pro alijs quoq̄ negocijs eidē abbati dignum (immo ꝛ necessariū) iudicauimus ad vos perferenda cōmittere: festinatū exposcimus a benignitatis vestre responsum sꝫ responsum facti non verbi.

Abbati trium fontium contra nepotem episcopi antisiodorensis. Epistola. cclxxiiij.

PEnitet me scripsisse ꝓ iuuene illo: ꝛ vell si fieri posset reuocari precē: p quā videor approbasse iudiciū amici super collata ꝛ male collocata ab eo ꝓpositura. Qd vtiq̄ nō facio nec feci vnq̄. Sed vicit me fateor vt sic scriberē/ dilectio qua tenebar vehemēter astrictus auunculo adolescenti affectu grādi nimis: sꝫ minus spirituali in hac pte. Vrgebar maxime plaga recēs de morte illius. Videbar leuitate vsus: sꝫ malo periclitari apud dn̄m meū precipitatione scribendi: q̄ apud deū suspitione mendacij. Quāq̄ caute ac prouide de ꝓpositura scripsi nihil ad ipsū q indubitanter scirē duos vt memini ꝑdecessores eius ipsam aliter ordinasse: atq̄ als ꝛ suo ꝯfirmasse priuilegio. Tu autē si efficere poteris apud ipsum: vt ecclesie priuilegium: ꝛ priuilegio efficaciam reddat: bonum opus operatus es. Vtinam a neuo sanguinis huius sanctum purgaret episcopum: et adolescenti in alijs prouideret.

Ad dominum papam Eugenium pro antisiodorensi electione. Epistola.cclxxv.

IAm primū vobis ꝓ antisiodorensi ecclesia scripsi. de prima audierā electione: de secūda nihil. Et ecce me veluti prophetāte/ opprobriū qd suspicatus sum secutum est: ꝛ timor quē timebā euenit. Mementote quomodo actū sit niuernis: ꝛ videte si nō simili arte immo fraude nō dissimili/ eodem ꝓ auctore vt aiunt ꝛ nūc sc̄da electio presumpta est/ vt scilicet vno nominato duos eijciant ꝛ sic demum tertium quem volunt subinducant. Miserunt et isti ad me vt ꝓ sua parte scriberē: ꝛ visum est mihi mittere fratrē a latere meo q̄ de vtraq̄ certius actione cognosceret/ nosq̄ certificaret. Qui intrans ecclesiā ꝛ de oibus diligēter explorās: testimonio oim qui conuenerant inuenit nullum presbyterorū preter vnū: fratrē scꝫ ipsius fratris gaufridi hugonem: nullū de diaconibus preter stephanū solū: et parte illa esse: exceptis his q̄ auctores extiterāt personis ecclesie: cātore/ archydiacono: ꝛ vt dicebat thesaurario (neq̄ eñ ipse presens tunc affuit.) Porro in parte altera preter alios inferioris ordinis dyaconos nouē/ ꝛ p̄sbyteros vndecim ꝯsentire. Duodecimus q̄ ꝛ archipresbyter est ꝓ neutra parte velle se subscribere: ꝓ neutra scripsisse testabat [illegible] priorē plus vellet. Sigillū ecclesie ꝑlatus hugo tenebat/ hō non pacis sed partis aliene nec cōsiderauit in tradendo qd debuit: sꝫ qd voluit. Sic se res habet. Et ego solita presumptione vnū infero. Nec maliciā gloriari oportet: nec sapientiā decipi decet: nec ecclesiā suspendi diutius expedit.

Ad eundem pro obitu episcopi antisiodorensis. Epistola. cclxxvj.

ADhuc suggero aliqd qd aū nō tacuissem: si ante mihi ꝯpertū fuisset sicut nūc est. Adest hō q̄ peccare fecit israel: sanctū loquor ep̄m: q̄ cū in morte aliquātū stupidus esset ꝛ turbatus: iste eū fecit mori pene intestatū. Cū eñ pauperibus: ꝛ ecclesijs/ aut nihil aut parū daret: nepoti suo carnali adolescētulo seculari inutili/ totū pene qd acq̄sierat mēse ep̄ali: stephano suggerēte ꝛ sollicitāte dimisit. Aiūt septē ecclesias ꝛ decimas ꝛ prata in ꝓprijs illius ep̄i: insup qd pudor est oēm religiōi de mobilib aureos suos ꝛ ꝓprias eq̄taturas: ꝛ cū minus ille sufficerēt ad ꝯficiēdū iter: vt ꝓ his firmādis ad vos veniret: iussisse tradi ēt monasterij eq̄taturas. Quāq̄ qdā existimant ep̄m donatiōes istas nescisse: sꝫ stephanū fecisse ꝛ sigillasse q̄ voluit: ꝛ credendū. Nēpe ꝛ anno ꝑterito in articulo vt putabatur mortis positū ecclesiā quādam eidē nepoti donare fecerunt qd donū postea cōualescens/ sicut certissime cōperimus/ fecisse se minime recognouit. Quis denique credat virum [illegible]

otium spiritalē si sapuit: si cōpos sui fuit/ testamentū tale fecisse? Quis vel secularissimus hoc dixerit testamētū sacerdotis? Heccine dispositio hoīs sobrii ⁊ spiritalis illius qui oīa diiudicat: ⁊ ipse a nemine iudicat? A quo eīn si ita remanserit: siue in celo siue in terra iste nō iudicabit. Tu ergo serue dei qui te neo gladiū petri: ampute cōfusionē opprobrii a religione: scandalū ab ecclesia: crimen a persona: a spūalibus oīm qui eū in spū ⁊ nō carnaliter diligebāt: ⁊ tuo ipsius corde amaritudinē ⁊ dolorē. Exurge phinees: sta ⁊ placa vt sanet quassatio. Sta inq̄ inflexibilis aduersus carnē ⁊ sanguinē: q̄ ariete murū tue constantie filii huius seculi proculdubio cōcutere conabūtur. Vera pietas est in auunculū si sup huiōi extiteris impius in nepotem. Et hoc scitote q̄ viros religiosos decanū sancti petri antisiodorēsis: ⁊ priorē sancti eusebii: tā pro se q̄ pro abbate sancti laurentii ob primā antisiodorensis ecclesie electionē paratos venire ad vos: pars aduersa per comitē niuernensem detinuit/ ⁊ deterruit ne venirent. Siquidē comes ipse vocatis ad se denūciauit ne se intromitterent: ⁊ minis grauissimis ac manifestis phibuit eos: sicut prior ipse a pdicto abbate suo: fratre suo carnali: ⁊ a decano missus ad nos pter hocipsū cōfessus ⁊ cōquestus est nobis: rogans etiā per nos hocipsum innotescere vobis. Dixi et iterum dico memētote qd factum est niuernis. Ordinatissimū est: minus interdum ordinate aliquid fieri. Claues vestras qui sanum sapiūt: alteram in discretione; alteram in potestate constituunt.

Ad eundē pro abbate Cluniacēsi. Epla. cclxxvii.

Multū videtur scribere ad vos pro domino cluniacensi: ⁊ quasi velle patrociniū ferre: quē omnes sibi patronū habere desiderant. Sed scribo/ ⁊ si non necessarie illi: satisfaciēs tū affectui. Affectui dico meo: nō alterius. Ipso enim quia corpore non possum: psequor amicum pegrinātem. Quis nos separabit? Nec altitudo alpiū: nec niuium frigora/ nec lōgitudo itineris. Et nunc psens sum: in litteris his assistēs illi. Sine me poterit eē nulq̄. Debitor sum dignationi eius: per quā dignus habitus sum assumi in id gratie. Sed debito ipsa absoluit gratia/ quia necessitas in voluntatem transiit. Honorate virum: vt vere honorabile membrum in christi corpore. Vas est in honorē (ni fallor) plenum gratie ⁊ veritatis refertū pluribus bonis. Remittite eū cū leticia: q̄ plurimos de suo reditu letificaturum. Dignemini eum ampliori vt dignum est gratia: ⁊ ita vt de plenitudine eius omnes cum redierit accipiamus. Sane si qd petierit in noīe dñi iesu: nō debet apud vos pati difficultatem. Nā si nescitis: iste est q̄ manus suas extendit ad pauperes ordinis nostri/ iste est q̄ possessionibus ecclesie sue q̄tū cū pace potest suoꝝ: libēter frequenterq̄ largit aduictū. In noīe iesu eu [illegible] audite. Si eīn petierit qd suspicor vereorq̄ dimitti a regimine monasterii: qs illū noscens in noīe iesu petere putet? Fallor si nō solito timoratior: si non seipso melior factus sit: ex quo vidistis eū. Quāq̄ pene ab introitu suo in multis ordinē illū meliorasse cognoscit: vbi gratia in obseruantiis ieiuniorum/ silentii/ indumentorum preciosorum et curiosorum.

Ad eandem pro episcopo Beluacensi. Epistola. cclxxviii.

Petitiones filii vestri episcopi beluacensis q̄ digne sint exauditu/ nō est qd vos doceamus: ipse satis puto paternis visceribus vestris qd dignū ⁊ iustū est facile persuadebūt. Agim⁹ tamē. Fouēdus est deuotus iuuenis fauore paterno: ⁊ zelus bonus quē pro sua ecclesia gerit: non modo approbandus: sz ⁊ iuuandus. Sic seipso indies deuotior/ feruentior/ fortior fiet: cū vexationes ⁊ tribulationes q̄ nunq̄ desunt illi ecclesie a malis hominibus: manu indeficiētis auxilii vestri sibi senserit e regione leuari. Petitionē fratris arnulphi de maiole petimus exaudiri. Magister G. (hoc nomen nūcio) dicet eam vobis. Sed ⁊ quod petit abbatissa de paraclyto: per ipsum si dignamini scire potestis: et facere si dignū iudicatis.

Ad Henricum comitem Epistola. cclxxix.

Abbas de castellione vir religiosus romā proficiscens: in dei ⁊ nostri custodia sua omnia dereliquit: ⁊ ecce ministeriales symonis homines de bellefort abstulerūt porcos eorū. Maluissem dico vobis: vt nostros proprios rapuissent. A vobis requirimus illos. Ad hoc te constituit princeps super terrā princeps regum terre: vt sub eo ⁊ pro eo bonos foueas: malos coerceas: pauperes defendas: facias iudicium iniuriam patiētibus. Si hec facis: opus principis facis: et spes est vt tuū deus dilatare ⁊ roborare debeat principatū. Si non/ timendū tibi ne hocipsum quod videris habere honoris et potestatis: auferatur (quod absit) a te.

Ad dominum papam Eugenium pro antisiodorensi negocio. Epistola. cclxxx.

Benefacitis frequenti ⁊ benigno exauditu tempus breue quo hic sum: solando tedentē: pusillanimē erigendo. Facitis ⁊ si nō qd mereor ipse certe qd vos decet. Nō q̄ ad visum proprie voluntatis tanta abuti benignitate delecter: parat⁹ testē conscientia: tam equo accipere animo qd negare: q̄ qd prestare placuerit. Volo mihi geri morē sicut ⁊ omnis homo: sz nō qd iusticie obuiet: qd veritati preiudicet: quod vestre denique displiceat voluntati. Hoc pro eo ne me suspicemini aut non aduertere beneficiū: aut ingratū esse. Nunc qd res postulat audiat sanctitas vestra. Cū in me itur: leuis iactura est: ⁊ que leuari facili queat resarcitu. Ego plagis conscientie mee nullū iudicio accōmodatius medicamentū: probriis ⁊ cōtumeliis. Nō est proinde q̄ pro me moueat: homuncio omni opprobrio dignus et despectione. At si vsq̄ in ch istum domini malignatio forte peruenerit nutat fateor patiētia: ⁊ omnis pene cedit mansuetudo. Nunqd petiui a dño meo ordinari p me ecclesias: disponi episcopatus: creari episcopos? Aptū vides licet instrumentū: formica plaustrū trahens. Voluistis hominē promoueri digne sane (ni fallor) in quē nimirū quid dicāt non inueniūt: ne hi quidē qui cōtra volunt. Innotuit quibus oportuit mysteriū bone voluntatis. Et mysteriū quidē publicatū est: fructu vero vsq̄ adhuc ⁊ vtilitate fraudamur. Queritis quis fecit hoc? Homo pacis vre in quo sperabatis. Homo cui odio religio: cui oneri sapientia/ cui terrori iusticia est: q̄ domini sui nō est veritus secretū prodere: euacuare decretū. Nec miruz q̄ se talem aperire nō est confusus. Qui dum proprio concedit livori etiā vestre reuerētie nō pepercit. Cōfusus sum ego: sz que curat? Non recuso confusionē quam mihi obedientie zelus inuenerit. A me quidem nō transiit calix iste: sed per me plane vsq̄ ad vos pertransiit. In suggillatione ne dicā depravatione de te sententie: cui clarum non sit auctorē tangi/ potius q̄ denūciatorem. Cuius nō potuit infamari persona debuit ne infirmari promotio? Unū est e duobus: aut stabit sermo quem a vobis egressum testati sumus: aut nos mendaces reputabimur sicut iam reputamur. Sed melius vtroq̄ dignius apostolatu: non gloriabitur in malicia qui potens fuit in iniquitate. Obeditū tamen mandatū ex parte est: et parte maiori. Tribus cōmissum erat: vno cōtēnente/ duobus consentiētibus: quid restat nisi vt vox vestra suppleat quod minus est? Et quidem tute hoc. Non est qd timeatis a scandalo illoꝝ de quibus dominus dicit. Sinite illos: ceci sunt ⁊ duces cecoꝝ. Qd reliquū ē: letabit ppls letabitur sanior pars cleri: etiā ipse letabitur rex: letabitur denique omnis ecclesia sanctoruz. Multa bona opera ostendistis seculo nostro: ex gratia que data est vobis. At nullum (vt arbitror) quod magis pro gloria vestra faciat q̄ si sic feceritis. Testimoniū perhibeo eis/ q̄ multos de religione nominauerint: non religione delectari/ sed impotentia qui non possint malignitatem eorum coercere: qui vim vi repellere non sufficiant: vt quorum sanctitatem non amant non sit q̄ timeāt potestatem. Comes niuernensis vias patris non ambulat: aduersatur tum huic: tum omni bono. Incubat terris bonisq̄ ecclesiarum: sicut leo paratus ad predā. Paratus est recipere etiam sarracenū aut quēpiā ex iudeis vt isto careat: qd solus sibi videatur: qui malitie et calliditati eius resistere ⁊ nolit ⁊ possit. Inde est q̄ nōnullis clericorum minis ⁊ manifestis grauaminibus vt nobis ipsi confessi sunt silentium imposuit ne pars aduersa de multitudine glorietur. Et vt breuiter qd sentio exprimam: si indicatur operepreciū in illo episcopatu monasteria pauperari/ ecclesias conculcari/ religioni illudi: ipsam episcopalem sedem cuius precipue facultatibus et possessionibus inhiat in seruitutē redigi: regniacensis regnare nullatenus permittatur. Ubi est etiam nūc spūs ille quē habuistis in negocio eboracensi? Non sentiet illum qui simile opus tentauerit? Ecce is sicut accepimus in spiritu illius venit: qui curiam aduersum vos concitauit: si licuerit molliturus idipsum. De negocio domini lundensis: reducimus vobis ad memoriā. Causa dilationis sublata de medio: non est nisi vt fiat quod faciendum erat. Et hoc addiderim. Habere bonum iustum et bone fame cancellarium apostolice dignitatis non modica pars est: apostolice administrationis non paruum adminiculum est apostolice cōsciencie non mediocris custodia est. Semper quidem notabilis constitutio perniciosa: at post longā deliberationem etiam turpis.

Mat. xv.

Abbati Brunoni de claraualle. Epistola. cclxxxi.

Recte

Prouer. xxvij.

R Ecte ne irasceris tu modo? Non vt opinor. Cõuincũt te sermones tui: non dispositi in iudicio: sed precipitati in perturbatione. Nã iudiciũ quidem tale est. Meliora sunt verbera amici q̃ oscula inimici. At ego sine cã vapulo inqs. Esto. Attamen nihilominus tamẽ verbera verborũ nostrorũ amicabilẽ curã sonant. Parũ dixi: paternã loquũtur sollicitudinẽ. Itaq̃ si culpã non habes: nihil te lesimus: propria excusatũ cõscientia. Si habes: tibi potius irascendũ q̃ mihi fuerat. Que reris q̃ tibi nõ credidi: quasi tu mihi inde aliquid locutus fueris. Esto. Credidi querenti de te. Tibi quomõ credere aut decredere potui: qui dixeras nihil? Fac qđ locutus es. Solue qđ debes: q̃ ante poteris: ne forte nõ modo inter nos: sed t de nobis scandalũ oriat. De nobis aũt bene senti/ bene de te sentientib⁹ t nõ de credẽtib⁹ tibi: sicut pturbate loq̃ris: nesciens quid loquaris. Mea sunt verba: meũ loquũtur affectũ.

Ad Ludouicum regem francorum pro electo Antisiodorensi. Epistola. cclxxxij.

V Olui ego vnq̃ in aliquo imminui honorẽ regis: dignitatẽ regni: Deus scit: nec vr̃a vt cõfido cõscientia id vobis respõdet. Uidete ne illi magis contra vos faciant q̃ electiones disturbãt: ne sint in ecclesijs qui seruiant regi: sed ipsis de ecclesiarũ redditibus seruiat. Ego ego electioni antisiodorẽsi interfui. Concors fuit: q: clerici q̃ ante hac in partes dissilierant: sine cõtradictione nunc tandẽ deo miserante cõuenerũt. Electũ bñ nouimus: testimoniũ ei perhibemus qm̃ bon⁹ est. Neminẽ prorsus arbitror affuisse illi celebritati q̃ de ascẽsu vestro dubitaret: cũ iã idẽ assensus vestris litteris teneret. Quis eñ hoc vel cogitare: repetendum alterum assensum nec sufficere vnum presertim vbi nulla extunc interuenit altera electio? Nunquid quotiens dissenserint clerici: totiens erit requirẽdus fauor regis? Nec ratio: nec cõsuetudo hoc habet. Deniq̃ nup si recordamini in suessionensi ecclesia quotiens ad eligendũ clerici cõuenerunt: quotiens dissenserunt: et infecto negocio discesserũt: nec tamẽ existimo totiẽs repetisse assensum vestrũ quẽ semel pmeruerãt. Ita est dñe mi rex: nõ est q̃ debeatis reprobare factas electiones: quibus vt fierent semel vos assensisse pstiterit. Si sunt aliqui q̃ vos cõturbãt: t cõturbare nitunt ecclesias: sua lucra sectãtes: qđq̃ grauius est summi pontificis t serenissimi regis mutuã gratiã t amorẽ diabolico studio dirũpere molientes. Absit hoc: iudiciũ portabũt quicunq̃ sunt illi: t rex semp faciet qđ bonus rex: sicut hactenus fecit. Itaq̃ cito mandent iocũdiora: ne diutius sedeat in tristicia ecclesia tãdiu iã vexata t afflicta. De persona nulla subeat suspitio: aut ego nimius fallor: aut fidelis erit t regi bñplacitũ super ea. Cõfido in dño q: nõ pristabitis multitudinẽ sanctorũ q̃ sunt in illo epatu: nec me seruũ vestrũ: q̃ vt verũ fatear nihil eque vnq̃ a vobis molestum pertuli: q̃ si in hoc consilio qđ nõ eueniat pstiteritis.

Ad dominum papam Eugenium pro giniacẽsibus. Epistola. cclxxxiij.

A Pud cluniacũ occurrimus giniacẽsibus spe pacis. Pro qua laborarũ multũ: elaboratum nihil. Nez totũ quatriduanũ laborẽ nostrũ: sola demũ secuta est ruina spei. Repetita est iuxta tenorem litterarũ vestrarũ dãnorũ resarcitio: restitutio ablatorũ: sed incassum. Multũ visum est ad eos q: nouerant multũ: qppe vltra. xxx. milia solidorũ cõputatio facta est amissorũ. Siqdẽ abbatia vna (ne per singula euagemur) tota destructa est. Ceterũ de tãtis amissis: multa dimittere parati fuim⁹: cũ illi tã minimũ obtulerũt: vt venerabilis abbas cluniacẽsis q̃ affectuosius q̃ efficacius p reformãda pace laborabat: nec dignũ relatu iudicaret. Itaq̃ nõ puenit cõpositio: q: reparatio tã ridicula offerebat. Dicebant aũt. Quidã maligni de nostris torũ malũ fecerũt. Quid ad nos: Ipsi viderint. Atq̃ id quoq̃ ridiculũ. Clarũ erat in tota regione: p hoies ecclesie hoc grãde facin⁹ ppetratũ: monachos quoq̃ affuisse quosdam cõsensisse oẽs. Nã q̃ cõtradiceret malefactorib⁹: ne vnum quidẽ fuisse vsq̃ ad hoc tẽpus audiuimus. Deniq̃ ipse dominus abbas istiusmodi tergiuersatores palã refellebat t puincebat: affirmãs iuste ab ecclesia repeti: qđ per ecclesiã amissum esse cõstabat. Ultima expectatur manus vestra: in eo q̃ nõ nisi in manu valida posse emẽdari satis superq̃ probatum est.

Ad dominũ papã Eugeniũ p Remensi archiepiscopo t alijs personis. Epistola. cclxxxiiij.

D Omin⁹ samson remẽsis archiepiscopus versatur in domo magni patrisfamilias/ tanq̃ vas in honorem. Si hoc scitis: seruate honorẽ ei⁹: honorẽ ecclesie ei⁹. Si bene noui virũ: quo magis honorabitis eum: eo plus honorabitur deus per illũ t in illo. Dñs attrebatensis homo simplex t rectus: t adhuc permanẽs in humilitate sua. Nõ est opus vt per aliũ plus humiliet: ne perdat auctoritatẽ: ac p hoc t vtilitatẽ. Hãc si dignũ ducitis date ei vos: q: suo studio nunq̃ habebit: vtpote sui magis qđ in se est mediocritate cõtẽtus. Est q̃ aduersat t extollit: is plane vt hũiliet xp̃o opus est t eidẽ ipsi nõ minus. Supbis resistere t hũilib⁹ dare grãm familiare est dño vestro: t audistis eũ dicẽtẽ. Qui mihi ministrat me sequat. Abbas de auuecurt bon⁹ hõ est: s̃m bonitatẽ suã respondeat ei. Exaudiat p necessitatib⁹ suis: t cõtra eũ nõ audiat apostata. Betuniẽsis decanus volũtate episcopi t assensu aduocati bonã rem p ecclesia sua in ecclesia eadẽ cõstituit: bonũ est vt vestra auctoritate firmetur. Similiter t p decanis suessionẽsi t cameracensi rogamus vt digne preces eorũ exaudiant. Periclitati sumus in falsis fratribus: t multe littere falsate sub falsato sigillo nostro in man⁹ multorũ exierũt: t q̃ magis vereor etiã vsq̃ ad vos dicitur falsitas prouolasse. Hac necessitate abiecto illo nouello qđ cernitis de nouo vtimur: cõtinente t imaginẽ nostrã t nomen. Figurã aliam tanq̃ ex nostra parte iã nõ recipiatis: nisi forte pro epo clarimontis cui sub altero sigillo litteras dedi: cũ necdũ illud haberem.

Jaco. iiij. Johã. xij.

Ad eundem pro Odone abbate sancti Dionysij. Epistola. cclxxxv.

P Ro ecclesia sancti dionysij et p persona odonis abbatis: t si nemo alius scriberet: ego scribere nõ dubitarẽ. Cã bona est: t neutra ex parte nutãs ecclesia nobilis t abbas boni testimonij est. Illud etiã vbi hoc nobis q̃ vicini sumus notissimũ est. Ad hec t is t illa specialis res vestra est. Pro his omnibus: vel solus (vt dixi si opus sit scribere nõ confundor. Nunc vero tales mecum scribũt q̃bus minime decrederet: etiã me nõ scribẽte. Ipsi sunt quorũ manus satis superq̃ tractauerũt de verbo hoc. Ecce hi sciunt quid fecerit abbas: t qđ sciunt loquũtur. Secure prodeũt porrecte a nobis preces pro eo tã indubitatis fulte testimonijs. Securus vestrã sollicitudinẽ pro vestra ipsius proprietate sollicito t cõpello: nẽpe in vasa nequiter vexata atrociter. Rogo obsecro leuate manũ: extendite brachiũ: opponite scutum. Gladius petri defendet patrimonium petri. Frustra quidã insurrexerũt in hominẽ quẽ fama publica satis excusat immo celebris cõmendat opinio. Boni videlicet filij q̃ pris verecunda tam curiose scrutati sunt: nescio que incomperta omnibus crimina somniantes. Stupent qui audiunt ad subitã et inopinatã criminationem. Erubescunt: quia nunq̃ dictus fuerat sermo huiuscemodi de odone. Sãcti dionysij abbas nequaq̃ sub modio latet. Super cãdelabrũ stat: t vt si velit non possit dissimulare qđ est. Et lumen eius vt fumus eius ab omnib⁹ videatur necesse est. Nunquid isti linceos in eũ oculos intẽderunt vidẽtes que nemo adhuc videre alius potuit? Suspecta fateor mihi horũ delatio est. Magis aũt incredibilẽ reddit vn⁹ illorũ nomine raymundus: qui vt aiunt caput est huius artem prate malicie: homo vt cõperi palã loquax: clam susurro: anxie ambitiosus: adulatorie blandus: tot⁹ cõposit⁹ ad fallẽdũ: ad perturbandũ nõ minus. Notaui sub pelle ouina lupũ: ac certis designaui indicijs q̃ iam aut mordere non audeat: aut nocere non valeat.

Item ad eundẽ p eodem. Epistola. cclxxxvj.

S I susurrationes t surreptiões preualuerint aduersus abbatẽ sancti dionysij: mundus ego sum a sanguine eius: q̃ scripsi en alia vice aduersus malignãtes: verũtamẽ quã accusationem afferũt aduersus hominẽ illũ: An q̃ non inueniunt qđ accusent? Et quomodo si recte isti eũ accusant/ excusat a vicinis oibus qui recto sunt corde? Accusatur q̃ debita multa fecerit: impignorauerit terras: dilapidauerit bona quasi hec vel necessarijs vel iustis ex causis nõ potuerint contigisse. Mandauit nobis de his vniuersus conuentus illius ecclesie: t p fidelẽ psonã testatus est/ aliter q̃ vobis dicta sunt se habere. Uerũtamẽ ingratenã certius de his oculus: q̃ iuramentũ fidẽ faciet: t si inuẽta fuerint quẽadmodũ isti maliciose cõponũt: quoquo modo acciderint abbas nõ excusetur. Si non fuerint: delatores nihil de falsitate lucrentur. Insimulant eũ de morte hominis: q̃ si se purgare non potest/ moriatur. Nunquã quis non videat nec verisimile esse: vt quem paulo ante de morte eripuerat: in mortem tradiderit? Qua fronte hec audent insusurrare vobis qui viderunt et cognouerunt zelum abbatis in liberatione illorum qui prius homicidium perpetrauerant: et inuitionem eorũ qui sanguinem proximi victi erant. Postremo si bene nossetis istos posset profecto sufficere ad decredendũ quicquid non acciperetis nisi per eos. Adsit deus sancte menti vestre: ne quid illi lingua dolosa aduersus innocentiam subripere possit.

¶ Domino Hostiensi pro eodem abbate.

¶ Epistola.cclxxxvij.

DOminus abbas sancti dionysij accusat ab iniqꝫ hoibus: sꝫ a bonis oibus qui in ecclesia ⁊ in circuitu eius sunt excusatur. Pro quo tanto affectuosius rogamus charitatē vestrā: quāto meliorem de eo ⁊ habuim⁹ ⁊ habemus estimationem. Stet pro eo vestra benignitas: ⁊ si nō qꝛ amicus noster est: certe qꝛ nec vera sunt: nec verisimilia q̄ imponunt ei. Si grauatus est debitis: causa euidens fuit temporis ipsius q̄q̄ꝫ fere nulla sint debita ad id qđ impositū est. De terrarū distractione euidens falsitas cōprobat. Nā de morte G. ne ipsos quoqꝫ aduersarios reor eū potuisse habere suspectū: quippe q̄ eundē G. ⁊ suos oēs cōclusos ab hostibus: ab ipo mortis articulo multo quidē labore eripuit. Pro his omnib⁹ maximeqꝫ p raymundi non incognita nobis versutia attentius rogamus: vt abbatis innocentiam vestra sollicitudo tueatur.

¶ Ad Andream auunculum suum militem templi.

Epistola.cclxxxviij.

LItere tue quas nouissime transmisisti: inuenerunt me lectulo decibentem. Accepi eas obuijs manibus: libenter legi: libenter relegi: sed libentius te vidissem. Legi in illis tuū desideriū tuū videndi me/ legi et metum tuū pro periculo terre quā dominus sua presentia honorauit: periculo ciuitatis quam suo sanguine dedicauit. Ve principib⁹ nostris. In terra dñi nihil boni fecerunt: in suis ad quas velociter redierunt: incredibilē exercēt maliciā: ⁊ nō cōpatiuntur sup cōtritione ioseph. Potētes sunt vt faciant mala: bonū autē facere nequeunt. Cōfidimus autē qꝛ nō repellet dñs plebē suā ⁊ hereditatē suā nō derelinquet. Porro dextera dñi faciet virtutē: ⁊ brachiū suū auxiliabit ei: vt cognoscant oēs qꝛ bonū est sperare in dño q̄ꝫ sperare in principibus. Bene facis formice te cōparans. Quid enim aliud q̄ꝫ formice: quiqꝫ terrigene ⁊ filij hoim sum⁹: rebus inutilib⁹ atqꝫ inanibus insudantes? Que aūt abūdantia hoi de vniuerso labore quo ipse laborat sub sole? Ergo ascendamus super solē: ⁊ conuersatio nostra in celis sit: iam mente precedentes quo sumus ⁊ corpore secuturi. Ibi mi andrea: ibi fruct⁹ laboris tui: retributio tua. Sub sole militas: sed sedēti super solē. Hic militantes/ inde donatiua expectem⁹. Merces militie nr̄e non de terra: nō de deorsum est/ pcul ⁊ ab vltimis finib⁹ pciū ei⁹. Sub sole penuria est: super solē abūdantia est. Mensurā bonā ⁊ confertā: ⁊ coagitatā: ⁊ superfluentē/ dabūt in sinus vestros. Desideras me videre ⁊ de meo vt scribis arbitrio desiderij tui pēdet effect⁹. Nā mādatū sup hoc meū: te iudicas expectare. Et quid dicā tibi? Et cupio vt venias: et timeo ne venias. Ita inter velle ⁊ nolle positus: coartor e duobus: ⁊ q̄d eligā ignoro. Unū ne videlicet tuo satisfaciā desiderio ⁊ meo pariter: an credā magis celebri de te opinioni: qua terre ita pernecessarius predicaris: vt de tua absentia non mediocris illi desolatio imminere credat. Itaqꝫ qđ mādare nō audeo: opto tamē vt te videā anteq̄ꝫ moriar. Tu melius id videre ⁊ cognoscere potes: si quo modo sine dāno: ⁊ sine scandalo illius gētis venire possis. Et fieri posset qꝙ aduētus tuus oino non esset inutilis. Forte fauente deo nō deessent qui te sequerent reuertentē ad subueniendū ecclesie dei: qm̄ oibus notus es ⁊ dilect⁹. Pōt facere de⁹: vt ⁊ tu cū sctō patriarcha iacob loquaris. In baculo meo transiui iordanem istum: et ecce cum tribus turmis regredior. Unū dico: si vēturus es ne tardaueris/ ne forte venias ⁊ non inuenias. Ego enī iā deficio: nec puto me longū facere super terram. Quis mihi tribuat tua in volūtate domini amabili ⁊ dulci presentia: vel paululū refrigerari priusq̄ꝫ abeā? Regine scripsi sicut voluisti: et gaudeo de bono testimonio quod ei phibes. Magistrū ⁊ fratres vestros omnes de templo: necnon ⁊ eos de hospitali p te in dño salutam⁹. Inclusos quoqꝫ ⁊ sanctos oēs ad quos oportune loq̄ poteris: per te in domino salutantes eorū nos orationibus cōmendam⁹. Esto p me ad eos. Girardū nostrū q̄ in domo nostra aliquādo cōuersat⁹ est: ⁊ nūc audiuim⁹ eps factus est ⁊ ipsum affectu magno deuotissime salutemus.

Hiere.iij. — ps̄.xcij. — ps̄.cxxvij. — Luce.vi. — Ge.xxxij.

¶ Ad reginam Hierosolymitarum.

Epistola.cclxxxix.

DIlecte in xp̄o filie. M. regine hierosolymitane. B. clareuallis vocatus abbas: misericordiā a deo salutari suo. Miror qꝙ a multo iam tempore non vidimus litteras tuas: non solitas salutationes habuimus. Quasi nos obliti sim⁹ antique tue erga nos deuotionis: quam in multis probauimus. Audiuimus fateor nescio que sinistra: que ⁊ si nos pro certo credimus/ doluim⁹ tamē siue veritate siue mēdacio tuam aliquaten⁹ decolorari opinionē. Sane interuenit andreas charissim⁹ auuncul⁹ me⁹: cui in nullo decredere possum⁹: scripto suo nobis significans meliora: qꝙ scilicet pacifice ⁊ māsuete te habeas: sapienter: ⁊ cōsilio sapientium te ⁊ tua regas: fratres de tēplo diligas: et familiares habeas: periculis imminentibus terre sm̄ sapientiam tibi a deo datam salutaribus consilijs et auxilijs prouide et sapienter occurras. Talia prorsus talia decent opera/ mulierem fortem/ humilem viduam/ sublimē reginam. Neqꝫ enī qꝛ regina es: indignū tibi viduā eē: qđ si voluisses nō esses. Puto qꝙ ⁊ gloria tibi est precipue inter christianos: non min⁹ viuere viduam q̄ꝫ reginam. Illud successionis est/ hoc virtutis. Illud tibi ex genere/ istud ex munere dei. Illud feliciter nata es/ hoc viriliter nacta es. Duplex honor: alter sm̄ seculum/ alter sm̄ deū: vterqꝫ a deo. Nec paruus tibi videat honor viduitatis de quo apostolus: honora (inquit) viduas: que vere vidue sunt. Habes certe penes teipsam familiare cōmonitorium apostolice itep̄ salutaris sentētie: q̄ doceris ab eo puidere bona nō tm̄ corā deo sꝫ etiā corā hoib⁹. Corā deo vt vidua: corā hoib⁹ vt regina. Attēde reginā cui⁹ digna indignave non possunt latere sub modio. Sup candelabrū sunt: vt appareant omnibus. Memento viduā cui iā non est quod velit placere viro: vt soli possit placere deo. Beata es: si saluatorē ponas tibi murū ad protectionem ꝯscientie: ⁊ antemurale ad repulsionem infamie. Beatam inq̄ꝫ si veluti desolatā et viduam totā te deo regēdā cōmiseris. ¶ Alioquin bene non regis si bene non regeris. Regina austri venit audire sapientiā salomonis: vt regi disceret ⁊ sic regeret. Et ecce plusq̄ꝫ salomō hic: iesum loquor ⁊ hunc crucifixū. Huic te cōmitte regēdā: huic docendā quomodo regere debeas. Disce tanq̄ꝫ vidua qꝙ sit mitis ⁊ humilis corde: disce tanq̄ꝫ regina qꝙ iudicet in iusticia pauperes: ⁊ arguat in equitate pro mansuetis terre. Ergo cū cogites dignitatē: attende et viduitatē: qꝛ vt pure apud te qđ sentio proferā. nō potes eē regina bona si bona non fueris vidua. Queris vnde bona vidua estimetur? Et hoc profecto qđ apostolus dicit. Si filios educauit: si hospicio recepit: si sctōꝝ pedes lauit: si tribulationē patientibus subministrauit/ si oē opus bonū subsecuta est. Si hec facis beata es ⁊ bene tibi erit. Benedicat te dñs ex syon eximia in dño filia ⁊ omi veneratione digna. Ammonitio pmissa est: psecutio iam a vestra dignatione expectat. Occasio data est: excusatio iam nō admittit: si non renouata a nostra per te familiaritas: familiaribus deinceps a vobis verbis ⁊ litteris frequentetur.

.j. Thi.v. — .ij. Co.vi. — A — Mat.xij. — Mat.xj. — Esa.x. — .j. Thi.v.

¶ De Jordano cardinali: domino Hostiensi:

Epistola.ccxc.

PErtransijt legatus vester de gēte in gentem: ⁊ de regno ad populū alterū: feda ⁊ horrenda vestigia apud nos vbiqꝫ relinquēs. A radice alpiū ⁊ regno theutonicoꝝ per omnes pene ecclesias francie et normanie ⁊ circūquaqꝫ circuiens vsqꝫ rothomagū vir apostolicus repleuit nō euangelio sacrilegio. Turpia fert vbiqꝫ cōmisisse/ spolia ecclesiarū asportasse: formosulos pueros in ecclesiasticis honoribus vbi potuit promouisse: vbi non potuit voluisse. Multi se redemerūt: ne veniret ad eos. Ad q̄s peruenire non potuit: exegit ⁊ extorsit per nuncios. In scholis in curijs/ in triuijs/ fabulam seipsum fecit. Seculares: religiosi omnes male loquuntur de eo. Pauperes ⁊ monachi: et clerici conqueruntur de eo. Homines quoqꝫ sue professionis: ipsi sunt qui magis exhorreant ⁊ famam eius ⁊ vitam. Hoc testimonium habet ⁊ ab his qui intus ⁊ ab his qui foris sunt. Non sic dominus iohannes paperons non sic: cuius laus est in ecclesia: quippe honorificantis vbiqꝫ ministeriū suū. Legite litteras has domino meo. Ipse viderit quid de tali homine faciendū sit: ego liberaui animam meā. Dico tamē precipitatione qua soleo. Bonum est ei si purget ipse curiam suam: ⁊ si liberet conscientiam suam. Decreueram ista tacere: sed venerabilis prior mōtis dei ad hoc me impulit ⁊ animauit vt scriberem. Et scitote minus me dixisse/ q̄ꝫ publice predicatur.

¶ Ad dominum papam eugenium pro ecclesia sancti eugendi iurensis.

Epistola.ccxcj.

SAncti eugēdi nobile monasterium: olim diuitijs et religione famosum si vera sunt que dicuntur: prope interim est. Nec decredenda omnia. Domos vicinas nobis: vobis notas pertinentes ad ipsum: partim iaꝫ destructas: partim indies destrui cernimus et dolemus. Que in membris videmus: hec et his grauiora de capite fama nunciante percepimus. Sꝫ nūquid debeo ego nūc maloꝝ vobis quoꝝ nō est numerus retexere narrationē? Lator presentium monachus prefati monasterij/ ⁊ archegaudus prior domo nobis ab antiquo pro sua honestate ⁊ religione dilectus

poterunt

poteruntvobis intimare que plenius norunt: ⁊ si non oīa. Quis enim hoc posset: Tot et tanta pro certo que apostolicam securum ⁊ si dissimulantem ⁊ si dormitantem: mirū si non surgere et ferire compellant. Ego liberaui animā meam / sed non sufficit/ nisi ⁊ monasteriū liberet. In manibus vestris mors ⁊ vita illi⁹.

Ad quendam qui ausus est nouicium dehortari a proposito. Epistola.ccxcii.

E Et si ignotus nobis facie: sed non fama. Ipsa referente didicimus: q̄ sis homo sapiens ⁊ ſm seculum honoratus. Voluit aūt dilectus filius meus petr⁹: cui ⁊ notior ⁊ familiarior sanguinis affinitate videris: vt tibi scriberem: immo rescriberē. Tu eñ scripseras illi: ⁊ vtinam vt te decuisset: ⁊ illi expediret. Non sic fecisti. Nouū christi militē ausus es dehortari a seruitio domini sui. Dico tibi/ est qui querat ⁊ iudicet. Non sufficiebāt tibi peccata tua: nisi te ⁊ alienis inuolueres: ⁊ rursum ad peccata quod in te fuit penitentem iuuenē reuocares: ⁊ sic ſm duriciam tuā et cor impenitens thesaurizares tibi iram in die ire? Quasi non satis eum per se tentet diabolus: nisi tu iuueris illū: homo christianus dux eius ⁊ notus eius. Tu quidem illi serpentem alterum: sed non tibi ille alteram euā exhibuit. Tuis impulsus est manibus/ sed non euersus: fundatus est enim supra firmam petram. Veruntamen non reddimus tibi vicē/ sed vincimus in bono malum: orantes pro te/ optantes tibi meliora/ ⁊ meliora scribentes. Primo quidem qr sapiens diceris: vt quod diceris verius sis/ mitto te ad verū sapientem qui ait. Noli prohibere eū qui potest benefacere/ si vales ⁊ ipse benefac. Habes tēpus faciendi. Sed q̄diu habiturus? Quantulū superest vite tibi/ presertim iam senescenti: Vapor est ad modicū parens: ⁊ deinceps exterminabit. Si sapis non veniet super te illa maledictio. Vidi stultum firma radice/ et statim maledixi pulchritudini eius. Pulchre stultum pseudo sapientem verus sapiens appellauit: sciens sapientiam huius mundi stulticiam esse apud deum? O vtinā saperes ⁊ intelligeres ac nouissima prouideres: saperes que dei sunt: intelligeres que mūdi sunt/ prouideres que inferni sunt. Profecto iferna horreres: superna appeteres: que sunt ad malū contēneres. Multa suggerit animus: immo spirit⁹ / loqui tibi de salute anime tue: sed donec rescripto noueri tuo qualiter ista acceperis: non adiciam vltra ne fiam onerosus: cui de cetero volo esse amicus: ⁊ adiutor si volueris ad salutem. Dilectam nobis in christo vxorem tuā p te licet imeritā salutamus.

Prover.ix.

Job.v.
i.Cor.iii.

Deu.xxxi

Petro abbati de cella pro monacho caziacensi qui transierat apud claráuallem. Epistola.ccxciii.

V Vt ade mihi scripsistis: ita respondeo vobis. Molestiam domini caziacēsis nulli arbitror molestiorem esse q̄ mihi. Sed puto vos non latere: voluntate ⁊ precepto ipsius iam ex longo illū monachū factum nostrū: et mihi ipsum obedientiam promisisse: ⁊ me curam illius suscepisse. Quotiens extūc volentem venire repuli: venientem remisi: recordari facile non est. Tandem modo veniens me nolente remansit: ⁊ nullo modo ei persuadere reditū potui. Dicebat autē: quia si nos eū proiicere mus/ iturū se longius: ⁊ nullatenus rediturū. Sed nec sic assensum meū hēs immo ⁊ contra ꝯsiliū meū intrauit. A quo vtique introitu (salua conscientia) eū prohibere nō potui: nec ꝓīcere possum vt pote vt dixi iam olim in meam receptum curam: ⁊ de quo redditurus sum rationem. Diu fateor periculū hoc conscientie mee dissimulaueram propter molestiam boni illius hominis: ⁊ adhuc dissimulassē: si meo iste consilio quoquo modo acquiescere voluisset. Que cū ita sint: vestrū est consolari hominem/ delinire tristiciam eius: excusatū me habere de tam rationabili causa. Postremo ipse quoq̄ vt scitis in pēdulo est: ⁊ sepe cogitauit relinquere domū suam. Quod si vellet nunc effectui mancipare: ego non prohiberē: pro eo q̄ in ea non sine magna anxietate versetur.

Ad dominum papam eugenium pro episcopo cenomanensi. Epistola.ccxciiii.

T Testi episcopus cenomanensis. Ipse est si nescitis) de cuius veritate ⁊ honestate nullus dubitat: nisi q̄ bene non nouit hominem. Mihi quidem ab ineunte iuuentute sua notus et dilectus est: tam pro memoratis virtutibus: q̄ pro aliis bonis morib⁹ suis. Si quid aliud paternitati vestre de eo insusurratū est: aut ego fallor: aut ille mentitus est in caput suū. Audite eū: ⁊ cū plenitudine gratie vestre remittite. Deceptus sum enim si bene non fuerit collocata. Abbas vindocinēsis qui specialiter vester est/ rogamus vt ⁊ ipse specialem inueniat gratiam: et rationabilis eius petitio haud difficilem assequi mereatur effectū. Dñs andegauensis mittit nunciū suū: ⁊ per se ⁊ per nos aliquid petēs. Exaudiatur ⁊ ipse pro iusticia sua: et non exaudiatur contra eū susurro mendax. Dignū est enim vt qui omnibus viuitis: omnibus pro meritis valeatis.

Dño Henrico cardinali p eodē epo: Epistola.ccxcv.

S Sic tibi quasi mihi scribo: ⁊ hoc quotiens tibi scribo. Ubi enim tu es: me esse cōfido: quippe quē tam q̄ meipsum diligo. Si me tu eque diligis (immo qr diligis) vide ne dominus cenomanensis ex te qd in te est in aliquo redeat contristat⁹. Alioquin ego contristarer in homine quem satis pro sua honestate diligo: et a te diligi volo.

Domino hostiensi p eodem. Epistola.ccxcvi.

Q Quidam clericus dicitur aures domini mei circumuenisse: aliquid contra episcopū suū ⁊ nostrū amicū: pro sua cupiditate molitus. Si mei cura est vobis: immo iusticie dei: date operam vt nihil lucretur de suo mēdacio susurro malignus: nec ledatur in aliquo innocens episcopus ⁊ fidelis amicus.

Abbati arremarēsi p fugitiuo monacho. Epi.ccxcvii.

L Lator presentium ad petitionem nostram dudū susceptus in consortiū vestrū: stulticia ⁊ leuitate sua relecto habitu sancto a vobis exiit. Sed quia ductus penitētia vt videtur redire cupit: et se iterum recipi humiliter petit: petimus ⁊ nos vt iterum recipiatur: penitentiq̄ amore dei et nostro introitus et habitus non negetur.

Ad dñm papā Eugeniū: de Nicolao. Epi.ccxcviii.

N Nicolaus ille exiit a nobis: quia non erat ex nobis. Exiit aūt feda post se relinquens vestigia. Et ego longe ante hominem noueram: sed expectabam vt aut deus eū converteret: aut instar inde ipse se proderet. Quod ⁊ factū est. Preter libros/ denarios/ ⁊ aureos multos: in ipso exitu eius inuenta sunt super eū sigilla tria: vnū eius proprium: alterū prioris: tertiū nostrū ipsumq̄ non antiquum sz nouellum: quod ⁊ ob ipsius dolos ⁊ furtiuas subreptiones mutare nuper coactus fueram. Hoc enim est qd vobis tacito nomine scripsisse me memini: quia videlicet periclitati sumus in falsis fratribus. Quis possit dicere ad q̄s multas personas sub noīe meo me ignorante/ que voluit scripsit? Quis mihi det vt ipsa curia vestra ad purū purgetur fece mendaciorum eius? Quis mihi det vt vel eoꝝ innocentia qui mecū sunt satis valeat excusari: apud circumuentos ⁊ preuentos impudētissimis eius mendaciis? Vobis quoq̄ aliquotiens in eadē falsitate scripsisse: ⁊ non semel/ partim conuictus partim et confessus est. De turpitudinibus ei⁹ quibus terra sordet: ⁊ facte sunt omnibus in parabolā: supersedeo polluere labia mea ⁊ vestras aures. Si ad vos venerit (nam hoc gloriatur: et amicos se habere ꝯfidit in curia) mementote arnaldi de brixia: qr ecce plus q̄ arnaldus hic. Nullus perpetua dignior inclusione: nihil ei p petuo silentio iustius.

Comiti engolismensi p fratrib⁹ de brixia. Epi.ccxcix.

N Nolite mirari si grauis nobis videtur tam grandis redditus qui de terra illa brixie a fratrib⁹ nostris exigitur: quia tale aliquid non consueuimus. Nam multas fecimus abbatias: ⁊ nulla illarū tali subiacet exactioni. Sed quia vos ita vultis ⁊ deus plus acceptat voluntariū bonū q̄ coactū: sustinemus iuxta conuentionem quam fratres nostri vobiscū fecerunt: donec deus meliorem vobis inspiret voluntatem quod non diffidimus. De cetero diligite eos/ fouete/ defendite/ manutenete: quia tūc securius stabitis ante tribunal christi: si pauperes eius habueritis vestri dilectores ⁊ pro vobis intercessores.

Blesensi comitisse. Epistola.ccc.

S Si quando in vos filius vester visus est excessisse/ voluimus et dolemus non minus excessum filii q̄ matris iniuriam. Quod tamen ⁊ ipsum excusabile est in adolescente filio. Nempe delicta iuuentutis ipsa que commisit: excusat etas procliuior. An nescitis: quia proni sunt sensus hominis ⁊ cogitationes in malū ab adolescētia? Confidendū mutatū iri in melius: patris meritis/ et elemosynis. Propterea insistendū magis magisq̄ votis et precibus ad deum pro eo: quia ⁊ si ille minus interdū q̄ debuit filialem affectum exhibuit: mater tamen pro suis visceribus maternum deserere non debet: sed nec valet affectū. Num quid potest mater obliuisci filii vteri sui? Et si illa inquit oblita fuerit: ego tamen non obliuiscar tui. Oremus ⁊ ploremus coram domino: vt deus tante indolis iuuenem probitatis paterne imitatorem (quod non diffidimus) sua faciat pietate. Agendum cum eo in spiritu lenitatis: blandisq̄ obsequiis: qr sic me-

Gen.viii

Esaie.xl.

lius ad bona opera prouocabitur: ꝙ si irritationibus ⁊ increpationibus exasperet. Ita sane de eius cita letaqꝫ mutatione posse letificari confidimus cor vestrū ⁊ nostrū pariter. Quidni ego totis cupiam visceribus quotidie seipso fieri meliorem? Utinaꝫ qualem inueni in me: talem semper in omnes inueniam. Quid eñ ꝗtum ad nos vnqꝫ volui/ ⁊ non fecit? Retribuat illi dominus. Ceterum pro vobis sicut sepe petistis/ sepe prout oportuit et monui ⁊ monebo.

Sancie sororis imperatoris hyspanie. Epistola. ccci.

Quod factū est de receptiōe rholdanos monasteriȷ: sciatis per me non esse factum: vt pote absentem ⁊ ignorantem quid fieret. Factuꝫ autem per nostros non nego: consilio tamē multoꝝ religiosoꝝ episcopi cōniuentia ⁊ assensu: nobilis quoqꝫ domine que locum illum in propria possessione fundauit petitione ⁊ voluntate publice vt accepimus: ⁊ nihil in abscondito factū. Existimabant aūt se libere posse suscipere locū quem in dei libertate et sine alterius ecclesie subiectione fundatū ipsa que fundauerat/ asserebat: ⁊ priuilegia (vt aiunt) pre manibus erant. Ceterum quia carracenses fratres factam sibi in hoc iniuriā vt scribitis conqueruntur: nec audientes salomonem qui ait. Noli ꝓhibere eū qui bene vult facere: si potes ⁊ ipse benefac: nobis in tam sancto opere contradicunt: ⁊ quoniam seruos dei nō oportet litigare: consiliȷ nobis fuit ad vestrū potissimū consiliū causam remittere: vt vestra auctoritate ⁊ opera omnis inepta ⁊ iniusta (vt aiunt) calumnia conquiescat: ⁊ ordo in domo dei receptus ad eius gloriā ⁊ vestram ipsius salutem deinceps in pace permaneat. Nam ⁊ frater niuardus qui multum gratulatur de vobis: satis in hoc de vobis confidere monuit: tum propter vestram erga nos specialem deuotionem: tū etiam propter bonaꝫ quam audiuit a vobis de hoc ipso promissionem. Si autem vestris (quod non credimus) salutaribus monitis aut consiliȷs cōtradictores illi acquiescere nolunt tūc duoꝝ iudicio episcoporum ad quos duo illa loca iure parrochiali pertinere noscūtur omnis inter eos controuersia terminetur. Quodqꝫ ab eis iudicatum siue constitutū concorditer fuerit: vestrū erit ratū habere: ⁊ decetero firmiter manutenere. Si timetis deum non patiemini impediri tantū bonū: nec bonam illam mulierem frustrari a desiderio suo: nec fratres illos sue deuotionis priuari fructu: nec deū deniqꝫ tam accepto sibi reformati ordinis sacrificio defraudari. Obsecramus vos ⁊ pro nouella vestra plantatiōe (illos loquor de spina) vt eis viscera misericordie exhibeatis: quatinus vestro beneficio sustentati: in seruitio dei ⁊ suo ordine perseuerent.

Prouer. iii.

ii. Thes. ii.

Legatis apostolicis pro archiepiscopo maguntino. Epistola. cccii.

Dominis ⁊ patribus reuerendis apostolice sedis legatis: puer sanctitatis eoꝝ Bernardus clareuallis vocat⁹ abbas: per oīa deo placere: et gratos fructuose sue legationis manipulos reportare. Et si corpore remoti: sed affectu ⁊ bona volūtate vobis appropinquauimus: optantes et orantes dirigi actus ⁊ studia vestra ad omne qđ decet et expedit. Inde est ꝙ audientes miserandū illū archiepiscopuꝫ moguntinēsem: vocatū ad vestram presentiā: ibiqꝫ responsurū aduersariȷs suis ausi sum⁹ vestrā ꝓ eo interpellare bonitatē. In hoc ei credim⁹ honorificari ministeriū vestrū si quatin⁹ (salua iusticia) licet parieti inclinato et macerie depulse: humeros vestre auctoritatis supponitis: nec calamū quassatū conteri: nec linū fumigans qđ in vobis est extingui non pmitetitis. Sentiat obsecram⁹ sibi ꝓfuisse ⁊ precem nostram/ ⁊ suam simplicitatem: ob quam fertur a falsis fratribus circūuentus potius ꝗ̄ inuentus in aliquo dignus depositionis.

Esa. xlii.

Ludouico iuniori regi francorum. Epistola. ccciii.

Si homo ille de britania dimittere vellet adulterā: vt posset solui anathematis vinculo quo tenetur: vt illa paternam hereditatem suam sm̄ diuisionem suam quam fecit cū fratre suo/ a vobis requireret: et si hoc ipso indigna: non esset forsitan recusandū vt perinde potentis viri seruitiū ⁊ auxiliū haberetis. Alioquin non est consiliū humilis fidelis vestri concedi vllaten⁹ aut terram extraneo: aut vestri fauorem dominiȷ excommunicato ⁊ incestuoso: ne (quod deus auertat) quandoqꝫ ⁊ vos audiatis: si videbas furem currebas cū eo: ⁊ cū adulteris portionē tuam ponebas. Nec tamen verbū precipitanter ⁊ quasi ex abrupto rumpere consuluerim. Agendū autē per fidelem ⁊ prudentem nuncium: quatinus si fieri potest inducietur ⁊ tempus redimat. Et et si hoc ille renuerit ⁊ malignari maluerit: fidēdū in dn̄o quia non preualebit: quoniāquidē iusticia que cū rege est: erit ꝓ rege. Nescio autem an episcopus ad hoc conueniens satisqꝫ ydoneus sit: non quia fidelis non sit: ⁊ quidē fidelissimus: sed quia odit illū: nec suū vt vereor consiliū credet ei. Ipse tamen paratus est pro vestra voluntate ad omne quod cū dei voluntate facere poterit. Si quid est quod quasi ex parte mea vobis secreti suggerat: a me hoc illud accepisse sciatis: ⁊ tanqꝫ ex ore meo id accipiatis. Homo est enim quem multū diligo: ⁊ satis credo ei vosqꝫ illi (ni fallor) credere quod volueritis secure potestis.

Eidem pro ipsius infirmitate sollicito. Episto. ccciiii.

In litteris quas misit dignatio vestra letificastis animā meaꝫ: letificet vos ipse q̇ in causa est de⁹. Quis sum ego: aut que domus patris mei: vt de morte vel vita mea maiestas regia cogitet? Et nunc quia tanti habitus sum vt de meo esse scire curetis: sciatis me aliquantulū conualuisse: ⁊ vt me sentio mortis interim ereptū periculo/ debilē tamen ⁊ debilem valde. Decetero scire vos volo: dn̄m robertū germanum vestrū dignanter nos ⁊ deuote satis visitasse in infirmitate nostra. Sed ⁊ sic locutū in auribus nostris vt gaudiū nobis ⁊ spē de se meliorem reliquerit. Diligite eū: quia si dictis facta compenset complacebit vobis in illo: ⁊ si dignū iudicatis sciat vobis placere: ꝙ nostro ⁊ bonorum consiliȷs decetero se acquieturum promisit. Sigillum non erat ad manuꝫ: sed qui legit/ agnoscat stilum quia ipse dictaui.

Ad dominum papam Eugenium pro episcopo Beluacensi. Epistola. cccv.

Filius vester ille beluacensis (quem dicerem et nostrum nisi insolentiam redoleret) appellatus ad vestram presentiam veniebat: et libens vtpote de sua iusticia securus/ ⁊ de vestro paterno fauore non dubius. Sed obstiti ego: ⁊ vix eū potui retinere: quippe cupidū videndi faciem vestram. Quod autem retinere volui cum multe occurrerent cause: illud precipuum fuit ꝙ de vestra dubitauimus voluntate. Deinde preter alias incommoditates non paucas que obuiare viderentur: ipse et frater suus rex non ambulant in vno spiritu: ⁊ non erat satis tutum diu absentari a suis. Nolo a me queratis cuius sit culpa: non est meū inculpare quemqꝫ. Sufficit mihi excusare episcopū. Quicquid humilitatis quicquid obsequiȷ pro sua persona potuit: vidimus exhibētem ⁊ nihil proficientem. Scitote tamē quicquid timeat/ quicquid accidere debeat sine mora venturū: vbi vobis placituruꝫ cognouerit. Persona eius ⁊ causa eius in manu vestra. Nec eniꝫ in sibi credito ita agit/ vel ita conuersatur: vt se tali indignum putet prerogatiua. Itaqꝫ pro se direxit istū: sciens ꝙ ad patrem dirigeret. Scire placet quid iniunctuꝫ sit ei? Nihil ex iniuncto agere: sed totū committere vestro consilio: de quo totus pēdet ipse. Nempe fiduciam habet non modo iudicari causam suaꝫ a vobis: sed iuuari: sed foueri: sed manuteneri. Si placet eam cōmittere domino remensi archiepiscopo: maturū posse sortiri finem domino auxiliante confidimus: si tamen appellandi suffugium parti vtriqꝫ subtrahatur.

Domino hostiensi pro electiōe abbatis turoldi de tribus fontibus. Epistola. cccvi.

Ve mundo ab scandalis. Ego vos scandalizo? Ego vobis scandalo sum? Quis hoc crederet posse contingere: nisi cui nota nō esset nostra vnanimitas/ nostra mutua charitas: ⁊ quomodo in domo dei ābulauimus cū consensu? Subita ⁊ dolenda mihi mutatio. Qui me portabat/ nūc parat opprimere: qui me defensabat/ nūc terret minis/ blasphemiȷs impetit/ arguit preuaricationis. Prothoplasti super graui ⁊ singulari peccato confessioneꝫ requisiti sunt: niniuite ad penitentiā expectati sunt: sodomite non de auditu: sed magis de visu puniti sunt. Mecū eo differentius: quo contemptibilius actū est. Non sum reputatus qui ponerer ad rationē: qui inuitarer ad satisfactionē/ qui causam requireret: qui pro me respondendi facultatem acciperem. Nō cōuentus: iudicatus sum: non cōuictus/ condēnatus sum. Et nūc audite si dignamini excusationē nostram: ⁊ si forte minime sufficientē vobis: veram tamen. Voluistis loco vestri substitui fratrem nicolaū: ⁊ ego memini/ non diffiteor. Ita conuenit vobis pariter ⁊ mihi fore credidi propter quādo locutus sum. Quod ita non est factū necessitas fecit/ non duplicitas. Res in discordiam versa est. Quid dico in discordiam? Cōcordia magis fuit. Tam cōcorditer discordes ab hac nostra conuiuētia oēs inuēti sunt: vt nec vnus quidē monachus siue ꝯuersus preter duos aut tres q̇ vestrates erant/ acquieuerit assentire. Tentauimus nihilominus tū in multis argumentis: nūc blandiendo nūc terrendo/ quō res effectū sortiretur: sed vt vnanimiter/ ita ⁊ ptinaciter obstiterunt. Possemus vim facere: sed sic mihi parcat de⁹ quomodo parcendo illi omisimus: nc homo verecūdus ⁊ pusillus corde (vt nostis) et fugitans onus in hoc tanto turbine remaneret.

Matthei xviii.

Gen. iii.

Ione. iii.

Gen. xix.

maneret. Nam preter ea que extrinsecus sunt: que probastis et vos/supra vires eius esse omnia videbātur. Itaq̄ tollentes cū cuꝫ suis imposuimus onus quod eo leuius ferret: quo a nostris. pariter portaretur. Est enim non locus nouiter ordinatus de fratribus nostris ⁊ vicinior nobis: vt possit a nobis facilius frequentari. De abbatibus ad locū pertinentibus: quia assensum vestrū nō tenebam⁹: nihil ausi fratrē robertū quo nemo magis ydoneus ad manū esse tūc visus est: dare voluimus cū responsum est nobis a vestra discretiōe fuisse prohibitū. Quid plura? Acceperūt hominem: qui vestre sicut accepimus displicet sanctitati. Nec latet causa. Inhonestū (vt aiūt) publice predicatis ⁊ ob turpitudinis notā pori monasterio trusum cui añ p̄fuerat. Potest ita extitisse me (q̄ztū recordari valeo) vsq̄ ad hoc tēpus non audisse huiuscemodi verbū de illo: deum testor et angelos eius. Sed neq̄ ipse archiepiscopus cū eū amouere omnimodis niteretur: tale aliquid vel scripto vel nuncio nobis aliquando significauit. Ego ne tupitudinis assentator fotor inhonesti: Si ita de me sentitiꝫ: videte ne vestrā quoq̄ excellētiā pariter inuoluat hoc nubilū. Quippe qui cū eiusmodi tam notā omnibus familiaritatē atq̄ amicitiā semel initam/tanto studio hucusq̄ fouistis. Et de archiepiscopo quid dicitis: quid sentitis: an ⁊ ipse quem talē sciret (nec enim poterat nescire: cū notus esset ex longo) prior promoueret: ⁊ in loco cui ipse prefuerat. Minime ego vel tenuiter suspicer illud/de tali viro ⁊ tanto amatore honestatis. Et quidē qui promouit/ipse ⁊ amouit: nō negauerim. Qua ratione hoc fecerit/viderit ipse. Nā multis displicuisse factum cognoscitur/nēpe nec rationē: nec ordinē: nec consuetudinē: in eius amotione cernentibus. Tantū archiepiscopus sic voluit: et ne contristaremus eū nostro hortatu: iste in pace cessit ⁊ dedit locū ire. Unū dico/ex quo ad nos intrauit (sicut testimoniū habet ab omnib⁹) nihil in eo qđ promotioni huic obuiaret cōpertū est. Sine querela conuersat⁹ est. Adhuc nō deest homini litteratura cōgruēs: nō doctrina: non affabilitas: non gratia in vultu ⁊ sermone. Sed suspecta est vobis breuitas tēporis quod nobiscuꝫ fuit: fateor ⁊ mihi. Fortassis bñ faciet: fortassis male. Uereor omnia opa mea: et qđ operor nō intelligo. *(Job.ix.)* Unde certus non sum: certū vos facere minime possum. Factū est: ⁊ qđ factū est. non pōt non fieri. Si propheta fuissem/non profecto fecisseꝫ vnde amicū offenderem: sanctū turbarem: epm scandalizarem. Quid vultis vt faciā? Sic factū est tali necessitate: taliq̄ ordine. Hec excusatio mea. Si sufficit: tollatur de medio scandalū. Si minus/ego iudiciū portem quod ⁊ quale decreueritis. Naꝫ si qđ edificaui/tam cito iterū destruā graue: nisi forte causa cōueniens superuenerit: qđ fortasse processu tēporis accidere potest. Si vultis vos amouere eū: ⁊ potestatē habetis. Non obsisto/non me oppono torrenti. Inique nō egi/si insipiēter videor in prōptu est vobis insipiētiam meā corrigere: aut si hoc digni⁹ iudicatis: etiā ⁊ punire. Dico tamen. Si pie/si christiane mecuꝫ agitur corripiet me iustus in misericordia ⁊ increpabit me: non *(ps.cxlvij)* in ira apud alios diffamabit. Habetis formā meā hic nisi ⁊ hoc indignamini presentibus litteris. Nēpe comperta per alios et non per vos vestra indignatione cautū habui non repēdere vicem: sed mox vobis de vobis per presentia scripta conqueri. De cetero benedictus de⁹ qui ⁊ hoc qđ dederat/⁊ de quo mihi forte immoderatius blandiebar solatiū ante exitum tulit: vestram scilicet ⁊ dñi mei gratiā: vt vel proprio experimento discam: nō ponere spem meam in homine.

¶ Ad eundem. Epistola.cccvij.

Estine ista dicto/⁊ ob hoc minus festine: siquidē viator transire festinans viget. Res mira/ sꝫ magis leta. Frater. G. fulcherius cū litteris domini mei pariter ⁊ vestris/simulq̄ presentiū lator peregrinus vno pene momento affuerūt: deo ita sine dubio prouidente: vt haberem per quem festināter rescriberem: quod vtiq̄ cupienti mihi non poterat satis esse festinum. Inde est q̄ hec in infirmitate mea ipse dictaui: q̄ non esset tūc alter ad manū. De dño beluacensi quod primum posuistis: primū ita respondeo. Sui iuris est. Iam non est in mea potestate: sed in ciuitate vita eius ⁊ ɔuersatio. Si secus q̄ꝫ debet vel decet interdū agit/dolere possum: sed emendare prout volo non valeo. Uerūtamen quod vobis suggestuꝫ est de vagatione eius/nimiuꝫ extitisse in ea vsq̄ adhuc nos non cōperimus: nec inde notatū apud nos quandoq̄ audiuimus. Ex quo ad eū venit frater robert⁹ qui cū eo est/turpe ⁊ graue aliquid ꝑpetrasse aut epo persuasisse: ad aures nostras nondū oino ꝑuenit: ⁊ mirū si ad vos potuit ꝑuenire: qđ latere nos potuit. Dabo tñ operam facere qđ vultis de reuocatiōe ei⁹: si qñ honeste ⁊ oportune potuero. Iāq̄ fecisseꝫ si cū pace epi potuissem: ⁊ nō timuisseꝫ inutiliorē huic subrogādū. In quadragesima venit ad nos ipse eps parat⁹ ire ad curiā causa cuiusdā appellatōis: ⁊ venisset nisi nos dissuasissemus. Porro dissuasiōis intentio fuit: q̄ non ita videret esse parat⁹: siue in ɔsilio siue i comitatu: vt iuuenis epi personam decuisset. Propositū tamen eius est proficisci tempore oportuno. Frater vester est: facite cū illo misericordiā: vt aduersarii eius non preualeant aduersus eū. Velleꝫ vos ad ipsum poti⁹ q̄ꝫ ad nos scripsisse: et fraterne monuisse super his que de eo audistis. Deinde super statu corporis mei cognoui vos esse sollicitū. Uerū est quod audistis: infirmatus sum vsq̄ ad mortē sed interim reuocatus ad mortē: atq̄ hoc (vt me sentio) nō diu. Longe enim sum debilior q̄ꝫ credi possit. Quod tamen dixeri: absq̄ preiudicio diuine prouidentie: q̄ ⁊ mortuos suscitare potest. Et in hoc sit responsum non modo vobis: sꝫ ⁊ domino meo Cui volo ⁊ oro: vt in q̄ztacūq̄ deuotiōe poteritis accito vobis pariter dño tusculano/plenissimas grates referatis: pro tanta dignatione ⁊ sollicitudine tam pia. Iam de domino lugdunēsi audite quod verū est: ⁊ quod certū sit vobis. Uir ille aggressus est iter cum multa pecunia/⁊ honorabili comitatu prout decebat tantū archiepiscopum: ⁊ ecce vndiq̄ in ipso pene procinctu isidie inimicoꝝ. Quid faceret vir desiderij? Progredi nō licebat: et desistere a proposito sibi grauius oi captiuitate iudicabat. Comites suos partim remisit/partim dispersit: massa pecunie se exonerauit: modicū retinens vnde cū paucis posset perficere viam. Quid plura? Uenit cū tribus aut quattuor ministris/ipse nihilominus in habitu ministrantis: sicq̄ strata publica cū turba promiscua peregrinoꝝ tanq̄ꝫ vn⁹ ex illis: peruenit ad sanctū egidiū. Cunq̄ infirmaretur pertransijt vsq̄ ad montem pessulanum. Ibi aliq̄ꝫdiu commorat⁹ cū medicis expendit ⁊ quod habebat: ⁊ quod non habebat.

¶ Ad tres episcopos curie romane. Epistola.cccviij.

Ad hoc vos deus in sublimitate posuit vt tanto maiori ecclesie sue vtilitate viuatis q̄ꝫto in ea eminentiori auctoritate preestis. Alioquin deponet ille paterfamilias potentes de sede: qui pro accepta potestate inuēti fuerint suis vtilitatib⁹ defuisse. *(Luce.j.)* Quāta sustineat sponsa christi damna in episcopatu metensi: ⁊ si nos amplius horremus/quia viciniores sumus: tamen et vos arbitror nō latere. En quantus lupus illud ouile christi tū insidijs tum manifestis assultibus quotidie molitur irrūpere: ⁊ dispergere oues christi sanguine cōgregatas? Idq̄ non ab heri ⁊ nudiustertius: sed ex quo adhuc fuerat lupicellus non cessat illū dominicū gregem quibus potest viribus infestare et vastare rapinis: incendijs: homicidijs. Ego itaq̄ quod in me est demōstro lupū/instigo canes: iam quid intersit vestra vos videritis: meū non est docere doctores.

¶ Ad petrum abbatem cluniacensem. Epistola.cccix.

Domino ⁊ patri reuerentissimo Petro cluniacēsi abbati suus. B. quod suus. Uisitet te oriens ex alto o bone vir/quia visitasti me in terra aliena: et in loco peregrinationis mee consolatus es me. Bene fecisti/intelligens super egenum et pauperem. Absens eram/etiā longo tēpore absens: ⁊ recordat⁹ es nois mei: homo magnus occupatus in magnis. Bñdictus sanct⁹ angelus tu⁹: qui pio pectori tuo id suggessit. Bñdictus deus noster: qui persuasit. En teneo vñ glorier apđ extraneos litteras tuas: ⁊ illas litteras i quib⁹ tuā mihi animā effudisti. Glorior q̄ me habeas non modo in memoria/sed ⁊ in gratia. Glorior priuilegio amoris tui: refectus sum de abūdantia suauitatis pectoris tui. Nō solum aūt: sed ⁊ glorior in tribulationib⁹: si quas dignus habitus sum ꝓ ecclesia pati. Hec plane gloria mea/⁊ exaltās caput meū: ecclesie triūphus. Nā si socij sumus laboris: erim⁹ ⁊ consolationis. Collaborandū fuit ⁊ cōpatiendū matri: ne ⁊ de nobis quereret dicens. Qui iuxta me erāt de longe steterūt: ⁊ vim faciebant q̄ querebant animā meā. *(ps.xxxvij)* Deo aūt gratias qui dedit ei victoriā. Honestauit eā in laboribus: ⁊ cōpleuit labores illius. *(Sapiē.x.)* Tristicia nostra in gaudiū: et luctus noster versus est in cytharaꝫ. *(Canti.ij.)* Hyemis transit: imber abijt et recessit: flores apparuerunt in terra nostra: tēpus putationis aduenit. Amputatū est sarmētū inutile: putre mēbrū. Ille ille iniqu⁹ qui peccare fecit israel morte absorptus est: ⁊ traductus in vētrem inferi. Fecerat quippe s̄m prophetam pactū cū morte: ⁊ cum inferno fedus inierat. *(esa.xxviij)* Ideoq̄ iuxta ezechielem factus est perditio: ⁊ non subsistet in eternum. Alius quoq̄ omnium sicut maximus/ita ⁊ pessim⁹ inimicus: abscissus nihilominus est. Et is erat vnus ex amicis ecclesie: sed illis de quibus solet queri ⁊ dicere. Amici mei ⁊ proximi mei aduersum me appropinquauerunt et steterunt. *(ps.xxxvij)* Sed q̄ restant: cito speramus de similibus idem iudicium. Prope est vt reuertar ad fratres meos: si vita comes fuerit: per vos sicut intendo transiturus. Interim cōmēdo me sanctis orationib⁹ vestris. Salutamus fratrem. h. camerariū: ⁊ omnes qui circa vos sunt: cū reliqua sancta multitudine.

¶ Ad arnoldū carnotēseꝫ abbatē bō: vallis. Epi.cccx.

Suscepimus charitatem vestram in charitate: ⁊ nō in voluptate. Que enim voluptas vbi totū sibi vēdicat amaritudo? Nisi ꝙ solū nihil comedere: vtcūꝗ delectabile est. Somnꝰ recessit a me: ne vel beneficio sopiti sensus: dolor vnꝗ recedat. Defectꝰ stomachi: fere totū qđ patior est. Frequēter ⁊ i die ⁊ i nocte exigit confortari modico admodū qualicunꝗ liquore: nam ad solidū omne/inexorabiliter indignatur. Hoc parū quod dignatur admittere/non sine graui molestia sumit: sed timet grauiorē: si se vacuū omnino dimiserit. Et si plusculū quid interdū admittere acquiescat: id grauissimū. Pedes ⁊ crura intumuerunt: quemadmodū hydropicis contingere solet. Et in his omnibꝰ ne qđ lateat amicū de statu amici sollicitū: scḿ interiorē hominem (vt minus sapiens dico) spiritus promptus est in carne infirma. Orate saluatorem qui non vult mortē peccatoris: vt tempestiuum iam exitum non differat: sed custodiat. Curate munire votis: calcaneum nudū meritis: vt is qui insidiatur inuenire non possit vbi figat dentē: ⁊ vulnus infligat. Hec ipse dictaui/sic me habens: vt per notam vobis manū: agnoscatis affectū. Verūtamē rescripsisse ꝙ scripsisse maluerim.

Ezech. xxxiij.

¶ Hanc supradictam epistolam sanctus abbas bernardus iam in extremis positus vltimam dictauit.

¶ Ad fratres hybernienses in obitu sancti Malachie episcopi. Epistola. cccxj. que incipit. Religiosis fratribus: quam vide supra inter sermones.

¶ Ad Guidonem abbatem et fratres arremarenses. Epistola. cccxij.

Venerabili guidoni: abbati arremarensi: et sanctis qui cum eo sunt fratribus. Bernardus seruus sanctitatis eoꝝ: seruire domino in sctitate. Petis charissime mihi guido abbas: ⁊ te cū pariter qui tecū sunt fratres dictare me aliqua vobis legenda solēniter vel canenda in festiuitate sancti victoris: cuius apud vos corpus sacratissimū requiescit. Cunctanti instas/dissimulantē vrges: meam ⁊ si iustam verecūdiaꝫ dissimulans ipse. Adhibes mihi et alios precatores: quasi sit aliquid ad inclinandum me tue voluntati: tua ipsa volūtate conuenientius. Verū tu vel ꝓprio iudicio consulens/cogitare debueras: nō affectū tuū erga me: sꝫ meū in ecclesia locū. Sane altitudo negocij nō amicū desiderat/sed eruditū sed dignū: cuiꝰ auctoritas potior vita sanctior/stilus maturior: ⁊ opus illustret ⁊ ꝯsonet sanctitati. Quā tuius ego in populo christiano cuius littere in ecclesijs lectitētur. Aut q̄tula mihi ingenij eloquijve facultas: vt a me potissimum festiuat plausibilia requirantur. Quid? Quem celi habēt laudabilem ⁊ laudatū: ego de nouo laudare incipio superterram. Supnis velle addere laudibus detrahere est. Non ꝙ glorificatos ab angelis homines iam laudare non audeāt: sed ꝙ in solennitate celebri: non nouella audiri decet vel leuia: sꝫ certe autentica ⁊ antiqua: que et ecclesiā edificent: et ecclesiasticā redoleant grauitatem. Et si noua audire libet ⁊ causa requirit ea vt dixi recipienda censuerim que cordibus audientium quo gratiora eo vtiliora reddat/⁊ eloquij dignitas ⁊ auctoris. Porro sensa indubitata resplēdeant veritatē: sonēt iusticiā: hūilitatem suadeant: doceant equitatē: que etiā lumen veritatis mentibus pariant/formam moribus/crucem vitijs/affectibꝰ deuotionē/sensibus disciplinā. Cantus ipse si fuerit plenus sit grauitate: nec lasciuiā resonet nec rusticitatē. Sic suauis vt non sit leuis. Sic mulceat aures: vt moueat corda. Tristiciā leuet: irā mitiget: sensum littere non euacuet sed fecundet. Non est leuis iactura gratie spiritalis leuitate cantus abduci a sensuum vtilitate: ⁊ plus sinuandis intēdere vocibus ꝙ insinuandis rebꝰ. En qualia oportet esse que in audientiā ecclesie veniunt. Qualemve hoꝝ auctorē. Nunquid talis ego: aut talia q̄ paraui? Et tamen de paupertate mea te pulsante/te inquietante: et si nō ꝙ amicus es: certe ob tuam importunitatē surgens iuxta verbuꝫ dñi prestiti qđ petisti. Prestiti dico: non quod tibi ad votuꝫ sed quod mihi ad manuꝫ venire potuit: pro posse vtiꝗ meo non pro velle tuo. Seruata tamē antiquoꝝ veritate scriptoꝝ q̄ tu mihi transmiseras de vita sancti duos sermones dictaui qualicunꝗ sermone meo illud q̄tū potui cauēs: vt nec breuitas obscuros nec prolixitas redderet onerosos. Deinde quod ad cantū spectat hymnuꝫ composui metri negligens vt sensui non deessem. Responsoria. xij. cū antiphonis. xxvij. suis nō locis disposui addito responsorio vno quod prioribus vesperis assignaui: itemꝗ duobus alijs breuibus: ipso die festo pro vestra regulari cōsuetudine vno ad laudes: altero ad vesperas decantandis. Et pro his omnibus mercedem flagito/sequor retributionem. Quid: ni sequar? Siue placeant siue non mea non refert: quicquid habui dedi. Ergo merces mea oratio vestra.

Habētur ſ. iter sermones: q̄rum primꝰ incipit. Victoris vita: secundus vero Gaudete in dño dilectissimi

¶ Epistola beati Bernardi responsiua ad dubium sibi propositum cur festa machabeorum ab ecclesia habētur celebria in ordine aliarum. Epistola. cccxiij.

Queris itaꝗ quidnam visuꝫ patribus fuerit: vt solis ex omnibus antiquis iustis/singulari quodam priuilegio machabeis annuam celebritatē pari cū nostris martyribus veneratione decernerent in ecclesia solenniter exhibendam. Si dixero dignos merito martyrū gloria iudicatos: quibus non impar fuit in martyrio virtus: erit forsitan solutū cur ipsos: sed necdū plane cur solos: cū ⁊ alios nonnullos ex veteribus pari cōster zelo pietatis occubuisse: non tamen ⁊ pari tripudio recoli meruisse. Constat tamen vtrosꝗ quidem in morte communē habuisse cū martyribus nostris pietatis causam: sed non vtrosꝗ pariter eandē cū illis adeptos fuisse martyrij formam. Uniuersis nempe tam veteris ꝙ noui testamenti martyribus eque conuenit pro iusticia occubuisse: sed interest ꝙ isti passi sunt quia illam tenebāt/illi quia non tenentes reprehendebant. Et vt breuiter totū in quo differūt proferamus: hos cultus: illos zelus iusticie martyres fecit. Soli ex veteribus machabei: quia non solum causam sed et formam vt dixi martyrij noui testamenti tenuerunt: iure fortasse in ecclesia cū nouis ecclesie martyribꝰ eandem celebritatis gloriam assecuti sunt. Itaꝗ martyriū facit causa/tempus/genusꝗ discernunt. Tempus quippe machabeos a nouis martyribus disiungit/coniungit antiquis. Genus vero nouis aggregat: quia libare ⁊ ipsi dijs alienis cogebantur: ⁊ segregat a veteribus.

¶ Ad dominum ac venerabilem eskilum lundēsem archiepiscopum sedis apostolice in dacia ⁊ suetia legatū: cuius corpus gloriosum in claraualle regescit iuxta matrem eiusdem diui Bernardi. Epistola. cccxiiij.

Amantissimo patri ⁊ domino Eskilo dei gratia lūdensi archiepiscopo: frater Bernardus clareuallis vocatus abbas/invero salutari salutem. Scripta ⁊ salutationes vestras: immo affectiones cordis vestri tam libenter suscepi: ꝙ specialiter ⁊ diligo vos ⁊ diligor a vobis. Inde est ꝙ auditis tribulationibus vestris eas non solū meas feci: sed ⁊ inueni: quia non possum te dolente nō dolere dulcissime pr: nec nisi molestꝰ ⁊ anxius tuas molestias ⁊ anxietates audire. Tāgit ⁊ āgit cor meum quicquid tuū exasperat: ⁊ quicquid illud sit quod te persequitur/non solum te persequitur: sed me tecū. Quicquid eniꝫ gratie ⁊ dilectionis impendere sibi possunt absentes amici puto ⁊ me debere tibi: ⁊ mihi deberi a te. Audax sum/sed nō mendax: ⁊ in hanc audaciam me compulit tue sublimitatis dignatio. Quando enim id presumerem ego: quando tantam tantillus: ⁊ a tāto gratiam sperare auderem? Et si ego retribuere nō potero: non est mortuus retributor meus: quia dominus retribuet pro me. Dominus inquam: in quo ⁊ pro quo tanta nos deuotione complecteris: tanta stringis affectione. Benedictꝰ sanctus angelus tuus qui pio pectori tuo id suggessit. Benedictꝰ deus noster qui persuasit. Glorior priuilegio amoris tui. Refectus sum per charissimū fratrem nostrū filium tuū guillelmuꝫ: de abundantia suauitatis pectoris tui. Refectus sum per nuncium tuū: refectus sum per litteras tuas: refectus sum per omnes qui a te vsꝗ ad nos vel per nos euadere possunt. Utinā mihi datum esset desuper hec dicere non dictare: vt me potius loquens ꝙ scribens aperire valerē. Pro certo acceptior esset sermo viuus ꝙ scriptus: efficacior lingua ꝙ littera. Oculi quippe loquentis fidem facerent dictis: et melius affectum vultus exprimeret ꝙ digitus. Sed quia illud absens per me non possum per litteras que secundū in huiusmodi locū obtinēt: satisfactio quantum possum. Nuncium tuum cum magna exultatione vidimus: ⁊ negocium tuuꝫ quantumcūꝗ potuimus muniuimus ad dominum papam. De secreto autem verbo illo quod tam ardēter ascendit in cor tuum: respondebit tibi ex parte nostra guillelmus tuus: tuus inquam ⁊ specialiter tuus in visceribus iesu christi. Posui enim verba mea in ore eius ⁊ ipsum audies tanꝗ me in negocio isto. Heu auellor: abripior: non licet vltra. Auocat diei malicia: reuocat turba superuenientium: ⁊ epistolā potius rumpunt ꝙ finiunt. Sed nunquid quia faciunt vt paucis scribam/facere poterunt vt parum diligam? Actum excludunt a me: non affectum: ille semper tecum est: qui sui iuris est: ⁊ tecū erit ꝙdiu fuerit: omni mihi amicitie iure colende pie ac reuerentissime pater.

Psalm. cxxxv.

¶ Ad sanctum Malachiam hybernie archiepiscopum Epistola. cccxv.

Venerabili

Venerabili domino & beatissimo patri malachie dei gratia hybernensium archiepiscopo apostolice sedis legato: frater Bernardus clareuallis vocatus abbas: inuenire gratiā apud dn̄m. Inter multiplices estus & curas pectoris mei ꝓ multitudine quarū anima mea turbata est valde: fratres de terra longinqua venientes vt seruiant domino: epistola tua / & baculus tu⁹ ipsa me consolata sunt. Epistola in ostensione bone voluntatis: bacul⁹ ad sustentandum corpus infirmitatis: fratres qui deo seruiunt in spiritu humilitatis. Omnia suscepimus: omnia placent: omnia pariter cooperantur in bonū. Qd autem voluistis: duos de fratribus mitti vobis ad preuidendū locum: communicato cū fratribus consilio dignū duximus non eos separandos ab inuicē donec plenius in eis formetur christus: donec ad integrū doceant ꝑliari prelia dn̄i. Cū igitur fuerit in schola sancti spiritus eruditi: cum induti virtute ex alto: tūc demum ad patrem filii reuertentur: vt cantent canticum domini: non iam in terra aliena sed in sua. Uos autē interim iuxta sapientiam vobis datam a domino: ſm habitudinem locorum que vidistis apd̄ nos: preuidete & preparate eis locum a tumultib⁹ seculi separatum. Tempus enim prope est in quo vobis operante dei gratia nouos de veteribus homines producem⁹. Sit nomen domini benedictum in secula: de cuius munere venit vt cōmunes habeam filios vobiscum: quos vestra predicatio plantauit / nostra exhortatio rigauit: deus autem incrementum dedit. Sanctitatē vestram rogamus: vt verbum domini predicetis: ad dandam sciētiam salutis plebi eius. Duplex enim vobis incumbit necessitas: et ex officio legationis / et episcopali negocio. Decetero

Iaco.iii.

quoniam in multis offendimus omnes: et inter homines seculi frequenter positi multum de puluere mundi contrahimus: vestris & vestrorū orationibus me commendo: vt in fonte misericordie sue nos lauare & emaculare dignetur ipse fons pietatis

Ioh.xiii.

iesus christus: qui dixit petro. Nisi lauero te nō habebis partē mecū. Sed & hoc ipsum non solum precibus verūetiam quasi ex debito requiro: cū ego clamē ad dominū pro vobis si quid possit peccatoris oratio. In dn̄o valete.

Ad eundem. Epistola.cccxvi.

Malachie dei gr̄a ep̄o sedis apostolice legato frater Bernardus clareuallis vocatus abbas / si q̄d potest peccatoris oratio: & si quid pauperis deuotio prodest. Fecimus quod precepit sanctitas vr̄a & si non vt dignū: profecto vt possibile pro tēpore fuit. Tanta apud nos vbiq3 malicia grassatur: vt vix id tantillū quod factum est fieri licuerit. Misimus tam exiguum seminis quod videtis: ad seminandam vel modicā ꝑtem

Ge.xxiiii

agri illius in quem verus ysaac quondā exierat ad meditandū cum primum adducta est ei rebecca per puerū abrahā perhenni

Roh.ix.

coniugio feliciter copulanda. Nec cōtemnēdum semen: de quo illud in partibus vestris experimur impletum hoc tēpore. Nisi dominus sabaoth reliquisset nobis semen / quasi sodoma fuissem⁹: & sicut gomorra siles essem⁹. Itaq3 ego seminaui / rigate vos: & deus incrementum dabit. Sāctos omnes qui apud vos sunt per vos salutamus: humiliter ipsorum nos & vestris sanctis orationibus commendantes. Ualete.

Ad eundem. Epistola.cccxvii.

Mantissimo patri & domino reuerendissimo malachie dei gratia ep̄o sancte & apostolice sedis legato: suus sanctitatis frater Bernardus clareuallis vocatus abbas / salutem & qualescūq3 nostras orationes. Qm̄ dulcia faucibus meis eloquia tua dn̄e pater: q̄ iocunda tue memoria sanctitatis. Si q̄d affectionis / si quid deuotionis: si quid animi in nobis est: totū sine dubio sibi vendicat tue dilectiōis charitas. Nec opus est verborū multitudine: vbi multum viget affectus. Confido enī q̄ testimoniū perhibeat spiritui tuo / spiritus quē habes a deo: tuum esse modicum id quod sumus. Tu quoq3 pater amantissime & desiderantissime ne tradas obliuioni animam pauperis / charitatis nexibus adherentem tibi: & animā pauperis tui ne obliuiscaris in finem. Neq3 eñi quasi de nouo cōmēdamus nos tibi: cum in multo iam tempore gloriemur in domino: q̄ inueniꝛe meruit paruitas nostra gratiā in oculis sanctitatis tue. Sed oramus vt dilectio iam non noua / nouis quotidie proficiat incrementis. Filios nostros immo & vestros tanto obnoxius cōmendamus vobis quanto ampli⁹ remoti sunt a nobis. Uos scitis quoniam tota post deum fiducia nostra fuit vt mitteremus eos: quoniam sanctitatis vestre precibus non acquiescere illicitū videbatur. Facite quod vos decet: vt totis visceribus charitatis amplectamini eos & foueatis. Nequaq̄ occasiōe aliqua circa eos sollicitudo & diligentia tepescat: & pereat quod plantauit dextera tua. Iam quidem quia bene proficit domus & ex vestris litteris & ex fratrum nostrorum relatione didicimus: multiplicatur tam in temporalibus q̄ in spiritualibus. Unde & cōgratulamur plurimū: & toto animo gratias agimus deo et paterne sollicitudini vestre. Et quoniā multa adhuc opus est vigilantia / tanq̄ in loco nouo: & in terra tam insueta: immo & inexperta monastice religionis: obsecramus in domino ne retrahatis manū vestram: sed quod bene incepistis optime perficiatis. De fratribus nostris qui redierūt a loco illo: nobis bene placuisset si remansissent. Et fortasse nonnullam occasionem prebuerunt eis / fratrū q̄ de terra sunt minus disciplinari mores: in eo maxime q̄ minus facile eorū consilijs acquiescere videntur: in his rebus quarum prius fuerant inexperti. Charissimum filiū nostrū christianum & vestrū remisimus ad vos quantum potuimus instructum plenius in his que ad ordinē pertinent & decetero circa obseruantias eius sollicitiorem futurū vt speramus. Nec miremini q̄ non plures cum eo misimus fratres: quoniam nec idoneos inuenimus fratres qui facile acquiescerēt: nec multos cogere consiliū fuit. Dilectissimus frater noster Robertus precibus nostris acquieuit etiam hac vice: tanq̄ filius obedientie. Uestrū erit iuuare eū vt possit iam & in edificijs & in ceteris necessarijs promoueri domus vestra. Illud quoq3 paternitati vestre suggerimus / vt viris religiosis & quos speratis vtiles fore monasterio persuadetis: quatinus ad eorū ordinē veniant: quoniam hec erit summa vtilitas domus: & vobis facilius acquiescent. Ualeat sanctitas vestra nostri semper memor in christo.

Ad dominū papam innocentium. Epistola.cccxviii.

Mantissimo patri & domino innocentio summo pōtifici. Frater bernardus modicum id quod est. Cremonenses indurruerunt & prosperitas eorum perdit eos. Mediolanenses contemnūt: et confidentia ipsorum seducit eos. Hi in curribus et in equis spem

Prouer.i

suam ponentes / meam frustrauerūt & laborem meum exinanierunt. Abibam tristis: cū ecce non mediocris a vestra parte consolatio: vt & si abūdant tribulationes pro christo / abūdent & cōsolationes per ipsum. Accepi optatas litteras ferētes delicias cordis mei / certitudinem de vestra incolumitate: hostium infortunijs / successibus amicorum. Ceterum perlegenti rursum tristior finis leticiam temperauit. Quē enim non terreat vestra indignatio? Fateor iustam & eo plus terreor. Dico tamen quod factum nondum est / faciendū est: sed tempore quo preuiderit de⁹. Si quominus erit vobis eque in promptu quicquid intentatis inferre: & non eque forsan ꝑiculosum. Alioquin quod tantis dei miserationibus / tantis vestris & vestrorum laboribus in populo isto nouiter edificatum est: heu q̄ leuiter destrui potest. Mirum si ei qui misericordiam legitur superexaltare iudicio / placere potest. Sed o infelicem illum episcopū: qui in vrbe caldeorum de quodam quasi paradiso translat⁹ frater factus est draconum & socius strutionū. Quid faciet? Obedire vult: & ecce

A

bestie ephesi frēdent in eum dentibus. Dissimulare vult prudēter pro tempore: & omni feritate formidolosiorem vestram indignationem incurrit. Angustie sunt ei vndiq3: nisi q̄ tolerabilius iudicat sibi esse sine populo q̄ sine domino. Pluris habēs vt dignū est apostolicam gratiam q̄ mediolanensem cathedrā. An vos de eius fidelitate dubitatis? Si q̄s vobis aliud de eo maligna persuadere suggestione temptauit: se magis prodidit infidelem: qui virum tam boni testimonij lingua perfida in suo liuore persequitur. Parce pater benigne / parce fideli tuo / parce adhuc recenti structure: parce nouelle plantationi: ꝑce deniq3 populo acquisitionis tue: hisq3 ipsis beneficijs tuis qui te eidem veracissime contulisse commemoras. Memento pie domine sermonis dn̄i tui quē dixit. Ecce anni tres sunt (inquit) ex quo venio querens fructum in ficulnea hac / & nō inuenio. Tu vero vix

Luc.xiii.

tres expectasti menses & iam securim paras. Si tres annos sustinuisses: quartum adhuc a fideli seruo dominici iure exigeremus exempli. Dicimus ergo et nos. Dimitte et hoc anno / si quo modo forte circumfossa humo ligone penitentie adhibito q3 fimo lachrymarū suarū sterilitati mediolanensiū: is cui etiam credidisti consulere & fructū elicere queat.

Ad Lelbertū abbatē sancti michaelis: Epi.cccxix.

Patri & amico suo lelberto sancti michaelis abbati: frater Bernardus eorum qui in claraualle sunt seruorum dei inutilis seruus: debitum dilectionis affectum. Hic filius vester peregrinationem quam & si vestra licentia susceperat / nostro consilio deserens / ad vos reuersus est. Cum enim cognouissemus viam illam & eū requisisse per leuitatem / & vos ob illius improbitatem annuisse: dure (vt dignus erat) increpatum reuerti persuasimus: sue fidem q̄rum conijcere potuimus leuitatis et improbitatis penitentem: ac decetero emendationem pollicentem rectius iudi-

B

cantes quantumlibet reum in suo monasterio monachum peni

tentiam agere/ q̃ foris vagando prouincias circuire. Neq̃ enī terrenam sed celestem requirere hierosolimam monachoꝝ propositum est: et hoc non pedibus proficiscendo: sed affectibus proficiendo. Vos autem pater non molestam habeatis eius reuersionem/ et si suspectam habeatis eius cōuersationem: quin potius gaudete: quia hic filius vester mortuus fuerat et reuixit: perierat ⁊ inuentus est. [Luce.xv.]

¶ Ad priorem suum Godefridum: postea lingonēsem episcopum. Epistola.cccxx.

Patri Godefrido/ frater bernardus salutē. In octauis penthecostes ipsa die compleuit deus desideriū nostrum: ecclesie vnitatem/ ⁊ vrbi dando pacem. Nā illa die filij petri leonis omnes simul humiliauerunt se ad pedes domini pape: ⁊ facti homines eius ligij: iurauerūt ei ligiam fidelitatem. Clerici quoq̃ qui in scismate erant simul cum idolo quod erexerant/ humiliātes se ad pedes domini pape/ obedientiam ei iuxta morem promiserunt: ⁊ facta est leticia magna in populo. Hanc pacē nisi cū quadam securitate/ occultata tamen diu a nobis expectauissemus: iam dudū venissem⁹. De cetero iam nihil est quod nos hic detineat. Facio quod imperastis: veniam vertim⁹ in venio. Ecce enim venio cito: etiam ⁊ merces mea mecū est: victoria christi/ ⁊ pax ecclesie. Sexta feria post diem illū egressus est noster de ciuitate. Itaq̃ venientes veniem⁹ cū exultatione portātes manipulos pacis. Et hec quidē verba pulchra sunt: sed pulcriora sunt facta. Etenim tā pulcra sunt: vt quisquis nō letatur in eis: aut stultus sit aut nequā. Vale.

¶ Ad fratres de sancto anastasio: Epistola.cccxxi.

Dilectissimis in christo filijs nostris de sancto anastasio: frater Bernardus clareuallis vocatus abbas: salutem ⁊ deuotas orationes. Testem habeo in celis: q̃ multum omnes vos cupiam in visceribus iesu christi: quanto si fieri posset desiderio desiderarē videre vos: non propter vos tātum/ sed propter me cui magnum certe solatium et pregrandis esset leticia amplecti viscera mea gaudiū meū/ ⁊ coronam meā quod estis vos. At quoniam id nondū conceditur: concedetur enim sicut bene confido de misericordia dei: et erit quando videbimus vos ⁊ gaudebit cor nostrū: ⁊ gaudium nostrum nemo tollet a nobis. Interim certe magna mihi est consolatio ⁊ leticia multa: in his que de vobis audiui: per dilectissimū fratrē ⁊ coabbatem nostrū venerabilem Bernardum vestrum. Multam enim vobis habeo gratiam q᷑ tam bene sibi complacet in vobis: pro disciplina vestra ⁊ ordinis zelo: pro obedientia ⁊ volūtaria paupertate: pro quib⁹ sine dubio merces vestra multa est in celis. Unde rogo vos fratres et multum obsecro/ sic agite et sic state in domino dilectissimi: solliciti semper circa custodiā ordinis: vt ordo custodiat vos: solliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis: mutuā in vobismetipsis/ maximeq̃ ad prelatos charitatem humilem habentes: que est in vinculum perfectionis. Humilitatem autem omnia/ super omnia pacē sectamini: propter inhabitantem spiritum dei in vobis: qui non nisi super quietum ⁊ humilem requiescit. Ceterum vnum quidem a me petijt venerabilis abbas vester: quod mihi minime bonū videtur. Credo autem q᷑ ⁊ ego spiritū dei habeam/ ⁊ consiliū dei in hoc. Scio equidem q᷑ in regione habitatis infirma/ ⁊ multis aliqui ex vobis laborant infirmitatibus sed mementote quis dixerit. Libenter gloriabor in infirmitatibus meis: vt inhabitet in me virtus christi. Et cum infirmor (inquit) tunc fortior sum. Compatior vtiq̃ et multum ego compatior infirmitati corporum: sed timenda multomagis: ampliusq̃ cauēda infirmitas animarum. Propterea minime competit religioni vestre/ medicinas querere corporales: sed nec expedit saluti. Nam de vilib⁹ quidem herbis ⁊ que pauperes deceant/ interdum aliquid sumere: tolerabile est: ⁊ hoc aliquādo solet fieri. At vero species emere: querere medicos: accipere potiones: religioni indecens est ⁊ contrariū puritati: maximeq̃ ordinis nostri nec honestati congruit: nec puritati. Hec enim omnia gentes inquirunt. Scimus autē quia qui in carne viuūt: deo placere non possunt. Spiritalia proinde spiritalibus comparanda: ⁊ querenda potius humilitatis et clamandum in toto corde: sana animam meam domine: quia peccaui tibi. Huic sanitati fratres dilectissimi operam date: hanc sectamini: hanc seruate: quia vana salus hominum.

[Ephe.iiij] [Esa.lxvi.] [ij.Cor.xij] [Ibidem:] [Mat.vi.] [Rom.viij] [ij.Cor.ij.] [Ps.xl.] [Ps.lix.]

¶ Eiusdem ad episcopum clerū et populum spirensem hortans ad arma contra infideles suscipienda. Epistola.cccxxij.

Domino ⁊ patri charissimo venerabili episcopo spirensi ⁊ vniuerso clero ⁊ populo. Bernardus clareuallensis vocat⁹ abbas in spiritu fortitudinis abūdare. Sermo mihi ad vos de negocio christi in quo est vtiq̃ salus nostra. Hec dico vt excuset indignitatem persone loquentis auctoritas domini: excuset ⁊ consideratio proprie vtilitatis. Modicus quidem sum: sed non modicum cupio vos omnes in visceribus iesu christi. Ea nūc mihi ratio scribendi ad vos: ea causa vt vniuersitatem vestram litteris audeam conuenire. Agerem id libentius viua voce: si vt voluntas non deest/ suppeteret ⁊ facultas. Ecce nūc fratres acceptabile tempus: ecce nunc dies copiose salutis. Commota est siquidem ⁊ contremuit terra/ quia cepit deus celi perdere terrā suā. Suam: in qua est visus/ ⁊ annis plusq̃ triginta homo cū hominibus conuersat⁹. Suam vtiq̃ quā illustrauit miraculis/ quam dedicauit sanguine proprio/ in qua primi resurrectionis flores apparuerunt/ ⁊ nunc peccatis nostris exigentibus/ crucis aduersarij caput extulerunt sacrilegū depopulantes in ore gladij terram promissionis. Prope enim est si nō fuerit qui resistat/ vt in ipsam dei viuentis irruant ciuitatē: vt officinas nostre redēptionis euertāt: vt polluant loca sancta/ agni imaculati purpurata cruore. Ad ipm (proh dolor) religiōis xpiane sacrariū inhiāt ore sacrilego/ lectūq̃ ipm inuadere ⁊ conculcare conant/ in q̄ ꝓpt nos vita nostra obdormiuit in morte. Quid facitis viri fortes? Quid facitis serui crucis? Ita ne dabitis sanctū canib⁹ ⁊ margaritas porcis? Ex multi illic peccatores confitentes peccata sua cū lachrymis/ veniā obtinuerūt/ postq̃ patrū gladijs eliminata est spurcitia paganoꝝ. Videt homo malign⁹ ⁊ inuidet/ frēdet dentib⁹ ⁊ tabescit. Excitat vasa iniquitatis sue nec vlla quidem tante pietatis signa aut vestigia relictur⁹: si quando forte (qđ deus auertat) obtinere valuerit illa sancta sanctoꝝ. Veruū id quidem omnibus deinceps seculis inconsolabilis dolor q᷑ irrecuperabile damnū: specialiter aūt generationi huic impijssime: infinita confusio ⁊ opprobriū sempiternū. Quid tamen arbitramur fratres? Nūquid abbreuiata man⁹ domini: aut impotens facta est ad saluandū: q᷑ ad tuendū ⁊ restituendū sibi hereditatem suam: exiguos vermiculos vocat? Nunquid non potest mittere angelorum plusq̃ duodecim legiones: aut certe dicere verbo: ⁊ liberabitur terra? Omnino subest ei (cū voluerit posse. Sed dico vobis: tentat vos dn̄s deus vester. Respicit filios hominū si forte sit qui intelligat/ ⁊ requirat/ ⁊ doleat vicē eius. Miseratur enim dn̄s populum suū: ⁊ lapsis grauiter prouidet remediū salutare. Considerate quanto ad saluandos vos artificio vtitur: ⁊ obstupescite: intuemini pietatis eius abyssum: et confidite peccatores. Non vult mortē vestram: sed vt conuertamini ⁊ viuatis: quia sic querit occasionē: non aduersum vos sed pro vobis. Quid est enim nisi exquisita prorsus ⁊ inuentibilis soli deo occasio saluationis: q᷑ homicidas: raptores adulteros: periuros: ceterisq̃ obligatos criminib⁹ quasi gentem que iusticiā fecerit: de seruitio suo submouere dignatur omnipotens? Nolite diffidere peccatores: benignus est dn̄s. Si vellet punire vos seruitiū vestrū non modo non expeteret: sed nec susciperet quidem oblatū. Iterū dico pensate diuitias bonitatis dei altissimi: consiliū miserationis attendite: necessitatem se habere aut facit aut simulat: dū vestris cupit necessitatib⁹ subuenire. Teneri vult debitor: vt militantibus sibi stipendia reddat: indulgentiam delictoꝝ ⁊ gloriam sempiternā. Beatā ergo dixerim generationē quam apprehendit tam vber indulgentie tempus quam inuenit superstitē annus iste placabilis dn̄o/ ⁊ vere iubileus. Diffundit enim hec bn̄dictio in vniuersum mundum: ⁊ ad signū vite certatim conuolant vniuersi. Quia ergo fecūda viroꝝ fortiū terra vestra/ ⁊ robusta nascitur in iuuētute referta (sicut laus est vestra in vniuerso mundo/ ⁊ virtutis vestre fama repleuit vniuersum orbē) accingimini ⁊ vos viriliter/ et felicia arma accipite christiani nois zelo. Cesset pristina illa non militia/ sꝫ plane malicia: qua soletis inuicē sternere/ inuicem perdere/ vt ab inuicē consummamini. Que miseros tam dira libido excitat q᷑ primi corpus gladio cui⁹ fortassis ⁊ aīa perit transuerberēt sed nec effugit qui gloriat/ ⁊ ipsi⁹ animā pertransibit gladi⁹: cū solū hostem gaudeat cecidisse. Illi se dare discrimini insanie ē non virtutis: nec audacie: sꝫ amētie potius est ascribendū. Habes nūc fortis miles/ habes vir bellicose vbi dimices absq̃ periculo/ vbi ⁊ vicere gl'ia/ ⁊ nō mori lucrū. Si prudēs mercator es: si conquisitor hui⁹ seculi: magnas quasdam tibi nūdinas indico/ vide ne pereant. Suscipe crucis signū/ ⁊ oīm pariter de qb⁹ corde ↄtrito confessionē feceris indulgentiā obtinebis. Materia ipsa si emit: parui ↄstat si deuoto assumit humero/ valet sine dubio regnū dei. Bn̄ ergo fecerūt qui celeste iam signaculū susceperūt: bn̄ ceteri faciūt: sed nec ad insipientiā eis: si festinēt ipsi apphēdere qđ ⁊ eis in salutē existat. De cetero fratres moneo vos/ nō aūt ego sed apostolus dei mecū: non esse credendū omni spiritui.

[ij.Cor.vi.] [Mat.vij.] [Esaie.l.] [Eze.xxxiij] [Johel.ij.] [i.Joh.iiij.]

omni spiritui. Audiuimꝰ ⁊ gaudemus/ vt in vobis ferueat zelꝰ dei: sed oportet omnino tēperamentū sciētie non deesse. Non sunt persequēdi iudei non sunt trucidādi/ sed nec effugādi quidem. Interrogate eos diuinas paginas. Noui qd in psalmo legitur [Ps. lviij.] prophetatū de iudeis. Deꝰ ostendit mihi (inquit ecclesia) super inimicos meos ne occidas eos: neqn̄ obliuiscant̄ populi mei. Uiui quidē apices nobis sunt/ representantes dn̄icam passionem. Propter hoc dispsi sunt in oēs regiones: vt dum iustas tanti facinoris penas luūt: testes sint nostre redēptionis. Un̄ ⁊ addit in eodē psalmo loquens ecclesia [Ps. lviij.]. Disperge illos illos in virtute tua: ⁊ depone eos protector meus dn̄e. Ita factū est: dispersi sunt: depositi sunt: durant fellinent captiuitatē sub principibꝰ christianis. [Ibidem.] Conuertent̄ tamē ad vesperā: ⁊ in tpe erit respectus eoꝝ. [Rom. xi.] Deni ꝙ cū introierit gentiū multitudo: tūc omnis israel saluꝰ erit ait apostolꝰ. Interim sane q̄ moritur manet in morte. Taceo ꝙ sic vbi desunt: peius iudaizare dolemus christianos feneratores: si tamen christianos: ⁊ non magis baptisatos iudeos conuenit appellari. Si iudei penitus conterātur vn̄ iam prosperabitur eoꝝ in fine promissa salus siue ꝯuersio? Plane ⁊ gentiles si essent similiter expectādi: sustinēdi forent potiꝰ ꝙ gladijs expetēdi. Nūc aūt cum in nos ceperint esse violenti: oportet vim vi repellere eos qui non sine causa gladios portāt. Est aūt christiane pietatis: vt debellare superbos: sic ⁊ parcere subiectis: his presertim quoꝝ est legislatio repromissa: quorum patres: ⁊ ex quibus xp̄s ſm carnē/ qui est bn̄dictꝰ in secula. At tamen exigendū ab eis iuxta tenorē apostolici mandati: vt oēs qui crucis signū susceperint: ab vsuraꝝ exactione liberos omnino dimittant. Illud quoqꝫ admonitos vos esse est necesse fratres dilectissimi: vt si quis forte amans primatum gerere inter vos expeditione sua regi voluerit exercitū preuenire: nullatenus audeat: ⁊ si a nobis missum se simulet: non est verū: aut ostēdat litteras tanꝙ a nobis datas: sꝫ omnino falsas: ne dicā furtiuas esse dicatis. Uiros bellicosos ⁊ gnaros: talium duces eligere est: ⁊ simul proficisci exercitū dn̄i: vt vbiqꝫ habeat robur: ⁊ non possit a quibuslibet violētiā sustinere. Fuit em̄ in priori expeditione anteqꝫ hierosolima caperet̄: vir quidā petrꝰ nomine cuius ⁊ vos (nisi fallor) sepe mentionē audistis. Is populū qui sibi crediderat solꝰ cū suis incedens tantis periculis dedit: vt aut nulli aut paucissimi eoꝝ euaserint: q̄ nō corruerit aut fame aut gladio. Propterea omnino timendū est si similiter ⁊ vos feceritis: ne contingat ⁊ vobis similiter. Quod auertat a vobis deus qui est benedictus in secula. Amen.

Ad Henricum moguntinum archiepiscopum de fratre Radulfo qui neci iudeorum delatus est consensisse. Epistola.cccxxiij.

Uenerabili domino ⁊ charissimo patri henrico moguntino archiepiscopo Bernardus clareuallis abbas. Inuenire gratiā apud deū. Litteras dilectionis vestre debita veneratione suscepi: sed pre multitudine negocioꝝ breuis est rn̄sio. Depositū querele vestre apud nos signū est ⁊ pignꝰ dilectiōis: ⁊ pcipue hūilitatis indiciū. Quis em̄ ego sum: aut q̄ domus patris mei: vt ad me referat̄ archiepi contēptus: ⁊ metropolitane sedis iniuria? Nōne ego sum puer paruulꝰ: ignorās introitū ⁊ egressum meū? Uerumtn̄ non ignoro verbū veritatis vsquequaqꝫ: qꝺ ex ore altissimi procedit. [Mat. xviij] Necesse est vt veniat scandalū: ve aūt illi ꝑ quē venit. Homo ille de quo agit̄ in litteris vestris: neqꝫ ab homine: neqꝫ ꝑ hominē/ sed neqꝫ a deo missus venit. Et si se monachum aut heremitā iactat: ⁊ ex eo sibi assumit libertatē vel officiū p̄dicatiōis: pōt scire ⁊ dꝫ ꝙ monachꝰ nō hꝫ docētis sed plāgētis officiū: quippe cui oppidū carcer esse dꝫ/ ⁊ solitudo paradisus. Hic vero a cōtrarijs: ⁊ solitudinē ꝓ carcere: ⁊ oppidū habet ꝓ paradiso. O hominē sine pectore: o hominē sine frōte: cuiꝰ stultitia eleuata est sup candelabrū: vt appareat oibus q̄ sunt i domo. Tria sane sunt in eo rep̄hensione dignissima: vsurpatio predicationis: ꝯtemptꝰ ep̄oꝝ: homicidij approbati libertas. Nouū [Johā. x.] genus potētie. Nūquid tu maior es patre nostro abrahā: q̄ eodem ꝓhibente gladiū deposuit: quo iubēte leuauerat? Nunqd [Luc. xxij.] tu maior es pricipe apostoloꝝ: q̄ quesiuit a dn̄o: dn̄e si pcutimꝰ in gladio? Sꝫ instructꝰ es omni sapiētia egyptioꝝ .i. sapiētia huius mundi q̄ stultitia est apud deū. [j. Coꝝ. iij.] Aliter soluis q̄stionē petri: ꝙ̄ ille q̄ dicit. [Mat. xvj.] Mitte gladiū in locū suū. Ois em̄ q̄ accepit gladium gladio ꝑibit. Nōne copiosiꝰ triūphat ecclesia de iudeis ꝑ singulos dies: vel cōuincēs vel ꝯuertēs eos: ꝙ̄ si semel ⁊ simul consumeret eos in ore gladij? Nunqd incassum ꝯstituta est illa vniuersalis oratio ecclesie: q̄ offert̄ pro pfidis iudeis a solis ortu vsqꝫ ad occasuꝫ: vt deꝰ ⁊ dn̄s auferat velamē de cordibꝰ eoꝝ: vt ad lumē veritatis a suis tenebris eruant̄? Nisi em̄ eos qui increduli sunt credituros speret: supfluū videret̄ et vanum orare pro eis. Sed ꝯsiderat oculo pietatis ꝙ dn̄s hꝫ respectū gratie: apud eū qui reddit bona ꝓ malis: ⁊ dilectionem pro odio. Ubi est ergo illud qꝺ dictū est: videas ne occidas eos: [Ps. lviij.] vbi est cū plenitudo gentiū intrauerit: tūc ois israel saluus fiet. [Rom. xi.] Ubi est edificans hierusalē dn̄s: dispsiones israelis cōgregabit. [Ps. cxlvij.] Tu ne es ille qui mēdaces facies ꝓphetas: et euacuabis oēs thesauros pietatis ⁊ mie Iesu christi? Tua doctrina nō est tua: sed eiꝰ qui misit te patris. Sed credo sufficit tibi si sis sicut magister tuꝰ. Ille em̄ erat homicida ab initio. Ille mēdax ⁊ pater mendacij. O monstruosa sciētia. O sapiētia infernalis ꝯtraria ꝓphetis/ ⁊ apostolis inimica: submersio pietatis ⁊ gratie. O immūdissima heresis. O meretrix sacrilega q̄ imp̄gnata de spū falsitatis concepit dolorē ⁊ peperit iniquitatē: libet sed non licet vltra ꝓgredi. [Ps. vij.] Ad vltimū vt oia que sentio super his breuiter comprehēdam: homo est magnus in oculis suis: plenꝰ spiritu arrogātie: verba ⁊ opera eius pretendunt ꝙ conatur sibi facere nomē iuxta nomen magnoꝝ: qui sunt in terris: sed non habet sumptꝰ ad perficiendum. Uale.

Ad Leoniū abbatem sancti bertini ꝓ thoma de sancto audomaro. Epistola.cccxxiiij.

Dilecto ⁊ venerabili dn̄o leonio abbati: et vniuerso cōuentui ecclesie sancti bertini: frater bernardꝰ clareuallis vocatꝰ abbas: spm̄ veritatis quē mūdꝰ nō pōt accipere. Lr̄as dilectiōis vestre dilectissimi fratres suscepimꝰ: indiciū volūtatis ⁊ petitionis vr̄e. Beneficioꝝ q̄ nobis ⁊ nostris plena manu: hylari mēte vultu sereno exhibetis: ineternū non obliuiscar. Sed qd si nō sum oblitus: ⁊ ingratꝰ inuenior? Nūquid sola memoria habebit me excusatum? Immo acerbius accusabit. Nec immemorē nec ingratū amicis meis me exhibere noui. Si em̄ nō habeo quid retribuā pro omnibus que accepi a vobis (vt minus sapiēs loquor) dn̄s [Ps. cxxxv.] retribuet pro me. De alieno liberalis sum: qm̄ inops ⁊ paup sum ego. Honorē ecclesie vestre ⁊ decorē domus dn̄i q̄ in vobis est/ quantū diligā ipse nouit qui plus profunditatē humani cordis ingredit̄. Sꝫ nec ego vereor verū dicere in hac parte. Ego diligentes me diligo: sed non in hoc iustificatus sum. [Mat. v.] Nā ⁊ ethnici hoc faciūt. Nō multū laudis hꝫ/ si amātes me amauero: sꝫ si nō amauero ex scelératꝰ iudicabor. Dilexi vos ⁊ ante meritū: quare etiā post meritū non diligerē? Quos em̄ etiā si nulla merita precessissent honorari oportuit: post bn̄ficia non honorare plus ꝙ̄ iniuria est. Diligā vos semꝑ fratres charissimi in dn̄o: ⁊ cum omni amore seruiā vobis in eo cuius serui estis. Immo xp̄m cuius mēbra estis semꝑ in vobis honorabo. Uerūtn̄ vt rationabile sit obsequiū nostrū/ ⁊ honor irrep̄hensibilis/ quē vobis exhibere debemꝰ: prudēter ⁊ caute id fieri opꝫ: qꝛ honor regis iudicium diligit. [Ps. xcviij.] Sup his igit̄ que mihi rescribitis/ respōdeo charitati vestre: qꝛ nec ego audeo/ nec vos debetis ꝓhibere eū qui bn̄facere pōt. Quid em̄ respōdere habemꝰ aplo dicēti/ spm̄ nolite extinguere. [j. Thes. v.] Neqꝫ em̄ securū est extinguere/ qꝺ extinctū accēdere nō sit tue ptātis. Et vbi est illud/ vnusqsqꝫ i ea vocatiōe [j. Cor. vij.] qua vocatꝰ est in ea ꝑmaneat. Vocatꝰ est inqꝫ thomas nō a me: sꝫ ab eo q̄ vocat ea q̄ nō sunt: tanꝙ ea q̄ sunt. [Rom. iiij.] Quid ad nos respicitis: qd nos intuemini in hoc facto: tanꝙ opus hois sit/ ⁊ non dei? Non ab hoie neqꝫ ꝑ hominē sed a dn̄o factū est istud: nō ei homo sed deꝰ est qui operat̄ in cordibꝰ hominū: ad inclinādas eoꝝ volūtates quocūqꝫ voluerit. A dn̄o inqꝫ factum est istud/ ⁊ [Ps. cxvij.] ideo nō solū mirabile/ sꝫ imutabile esse dꝫ in oculis nr̄is. Quis em̄ vel qd est hō vt adiuuet sensum dn̄i: vel spm̄ eiꝰ? Nouit ille qui querit ouē perditā/ ⁊ qd querat/ ⁊ vbi querat: ⁊ quō ⁊ vn̄ reuocet: ⁊ vbi collocet: sic vt eā vlteriꝰ nō perdat. Quē ergo dn̄s vocauit: vide ne reuoces: quē deꝰ erexit: tu iclinare noli: nec ponas ei offendiculū cui deꝰ manū porrigit ascendēti. Sed iā videndū est qd ponderis habeat illud qꝺ dicitis eū oblatū a parentibꝰ. Uideat prudētia vestra quid habeat plus vigoris ⁊ rationis: vtrū illud qꝺ factū est de ipso per aliū ipso nesciente: an illud qꝺ sciens ⁊ prudens de se ip̄e fecit. Nō aūt ip̄e: sꝫ gr̄a dei que volentē preuenit vt velit: q̄ volentē subsequit̄ ne frustra velit. Ego aūt dico ꝙ votū parentū integrū manet: ⁊ oblatio eoꝝ non est exinanita: sꝫ cumulata. Nā ⁊ idē offert̄ qꝺ priꝰ oblatum est: ⁊ eidē offert̄ cui priꝰ oblatū est: ⁊ qꝺ prius a solis parentibꝰ oblatum fuerat: nūc offert̄ a filio. Preterea sup hoc verbo precipere vobis nihil habeo: consiliuꝫ autem do. A dn̄o egressus est sermo: nolite impedire cursum gratie dei: nolite reprimere primitias bone volūtatis: quod em̄ in eo ceptum est: de spiritu sancto est. Uos autem nolite dissimulare iniuriā quā nobis infertis: cū nūꝙ̄ vos leserimus in hac parte: vt fratres quos deꝰ misit ad vos/ vellemꝰ subtrahere vobis. Nouerit aūt ip̄e thomas si irritū fecerit votū suū: cuius me testē adhibuit: nouerit alius quicūqꝫ sit ille qui eū ad hoc impulerit: ꝙ ascendā ex aduerso/ et stabo contra eos in die dn̄i. Sed interim melius est ei vobis ⁊ nobis: seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. Uale. [Ephe. iiij]

¶ Ad alvisum attrebatensem episcopum pro eodem.
Epistola.cccxxv.

VEnerabili patri et amico nostro aluiso dei gratia attrebatensi epo frater Bernardus vocat⁹ abbas: salutē ⁊ nr̄as qualescūq; orationes. Rogastis nos pro ecclesia sancti Bertini/ quā ⁊ vos diligitis: et nos ipsi diligimus ⁊ dileximꝰ ab initio. Uerūtamē quod nūc rogat venerabilis abbas eiusdē monasterij: vtinā diligentius cōsiderasset prudētia vestra quale sit istud nō dicam facere: sed vel rogare. Neq; enim dubito qn redarguissetis eum tanq̄ qui delinqueret grauiter: ⁊ aduersum nos amicos suos: ⁊ aduersum ipsum cuius animā querit: immo ⁊ aduersus deū cuius conatur immutare cōsiliū. Quid enim dn̄e pater id vobis p̄suaderi potuit: vt ab amico vestro tale aliquid peteretis? Uocat deus thomā de celo: vocat vt exeat de terra sua: ⁊ de cognatione sua: ⁊ de domo patris sui ⁊ veniat in locū quem ipse ei ostēdit: ego quis sum qui prohibeam spiritum dei qui debeam impedire eum qui proprias oues vocat noīe proprio: ⁊ ipse añ eas vadit vt alium non sequantur/ sed ipsum? Thomas paupertatē elegit/ ego eū ad diuitias delicias q; remittam? Nec ignoro qn possint apud sanctū Bertinum fratres suā ipsorum operari salutem: sed quos illuc vocauerit deus/ vt vnusquisq; in qua vocatione vocatus est in ea p̄maneat. Scio scio vbi legerim. Nemo mittens manum suam ad aratrū: ⁊ respiciēs retro: aptus est regno celorum: quo nequaq̄ ego fraudare velim charissimum filium meum thomam: ⁊ animam que mihi a deo cōmissa est. Unde satis admiror quonā modo subripi potuerit tante discretioni rem huiusmodi postulare. Ego enim qm̄ de vestra sicut scitis dilectione presumo: paulominus respondeam/ quod ait dn̄s ad filios zebedei: nescitis quid petatis: nisi q̄ cogitaui: non sic de charitate presumendum: vt non etiam sacerdotali cathedre deferretur. Facite ergo morem vestrū: honorificate etiā in hac parte ministeriū vestrū: ⁊ viriliter iuuate etiam has xp̄i spōsas: vt eum ad quē vocant sponsi thalamū: sine offensione/ sine dilatione mereantur intrare. Agite inq̄ vt amicus sponsi: qui stat ⁊ gaudio gaudet propter vocem sponsi: ⁊ sicut bene soletis iuuare ceteros: sic iuuate ⁊ istos vt non solū non extinguatis (quod absit) spiritum dei: sed ⁊ coadiutorem eius fidelem vos esse p̄betis. Hoc enim omnino certum sit paternitati vestre/ qm̄ meo cōsilio siue permissione mea nusq̄ declinabunt: scio em̄ quoniā ipse peccarem/ ⁊ eos peccare facerem: si quid eis aliud consulerem aut cōcederem. Reddant ergo vota sua que distinxerūt labia sua. Alioquin viderint ipsi qbus credant dicentibus/ ecce hic est xp̄s ecce illic est: qm̄ oportebit eos mihi añ tribunal xp̄i super voto suo/ cuius ego testis sum/ respondere.

Luce.ix.
Mat.xx.
Mat.xiij.

¶ Ad abbatem lesciensem. Epistola.cccxxvi.

VEnerabili patri lesciensis monasterij: ac filijs eius/ frater Bernardus seruorum dei qui in claraualle sunt inutilis seruus: seruire domino in timore: ⁊ exultare ei cum tremore. Remisimus vobis fratrem robertum primum pro eo ⁊ cum eo precātes: vt clementius cū ipso agatur in recipiēdo: q̄ cum ceteris solet fugitiuis reuerētibus. Non em̄ par esse dz pena: vbi dispar est causa. Deinde vt ab obedientia in qua cum periculo (vt ipse dicit) aie sue diu inuitus detentus est amoueatur: ⁊ ad aliam in qua securius ⁊ salubrius viuat trāsferatur. Alioqn quātū intētionē hominis attēdo: timeo ne illū irreuocabiliter amittatis. Ceterū autem audiuimus dn̄m abbatē grauiter infirmari. Cuius nobis vitā vel mortē flagitamus citius renunciari: aut de vita licet mortali recipiamus gaudiū: aut de morte lz vitali luctum: siue vt verius fatear: de qualibet ⁊ gaudiū simul ⁊ luctū. De vita qdē ipsi condolentes q̄ sit retardatus: sed nobis gaudētes qbus est p̄seruatus. De morte vero ipsi nimirum congratulantes p̄ adepto p̄mio: nobis aūt gementes p̄ adēpto necessario.

¶ Ad papam Innocentiū: pro aluiso attrebatensi episcopo. Epistola.cccxxvij.

AMātissimo patri ⁊ dn̄o dei gr̄a summo pontifici Innocētio. Bernardus clareuallis abbas vocatus modicū id qd̄ est. Nec nouū nec mirū est: humanū aīm posse falli vel fallere. Cauendū et hoc ⁊ illud: qr vtrobiq; p̄iculū: ad vtrūq; cautelā vobis apposuit magni cōsilij angelus quādo dixit. Estote prudētes sicut serpētes: ⁊ simplices sicut colūbe: vt nec prudentia decipi: nec simplicitas decipere posset. Marcianenses monachi venerunt ad vos in spiritu mendacij: ⁊ spū erroris: aduersus dn̄m ⁊ aduersus xp̄m eius. Uerbū iniquū ꝯstituerunt aduersus attrebatēsem ep̄m: cuius cōuersationis ⁊ vite bonus odor fuit hactenꝰ in oī loco. Qui sunt isti q̄ vt canes mordēt/ q̄ dicunt bonum malum/ qui ponūt lucem tenebras? Qui sunt isti qui contra legem maledicunt surdo: et coram ceco ponunt offendiculū? Quare dn̄e irasceris in filiū tuū: quare letificasti inimicos eius? Ubi est illud apostoli. Nolite omni spiritui credere sed probate spiritus si ex deo sunt? In dn̄o confido: qr dissipabitur cōsiliū eorum: ⁊ cū apparuerit quod verum est/ euacuabitur quod ex falso est: vt mentita sit iniquitas sibi. Auribꝰ nostris audiuimus q̄ fideliter/ q̄ constanter locutus sit in conspectu regis ⁊ principū: pro fidelitate romane ecclesie/ veniet ad vos in innocentia sua/ in die vocationis sue: premisit ante filiū suum archidyaconum presentiū latorem: cuius personam ⁊ mores: vestre mansuetudini cōmendamus. De cetero venit ad vos abbas sancti vedasti: homo plane inimicus sibi: suis/ ⁊ ecclesie sue: homo qui accepit inuanū nomē abbatis: querit em̄ que sua sunt/ non q̄ iesu christi. Sed qualis pater/ talis ⁊ filius qui cum eo est: qui nec conscientie/ nec sue fame pepercit: sublannatio ⁊ illusio his qui in circuitu eius sunt. G. loquor monachū eius. Spūs veritatis det vobis diuidere lucē a tenebris: det vobis reprobare malū ⁊ eligere bonū.

Matt.x.
Esaie.v.
Leui.xix.
i. Joh.iiij.
Ps.lxxviij.

¶ Ad alardum monachum. Epistola.cccxxviij.

DIlecto filio suo Alardo/ frater Bernardꝰ paterne dilectionis affectū. Conqueritur frater Adamarꝰ q̄ cinunis amarus extiteris: non solū quia te agente domo expulsus sit: sed quia quoq; te prohibente reconciliari non possit. Et ego quidem non nisi bono zelo te id facere crediderim. Sed cū recordor tue illius obstinationis quam tibi amicissima vt scis fiducia soleo sepe improperare: vereor ne idē zelus tuus non sit s̄m scientiam. Nā vt ipsa regule verba ponam/ quante audacie est quemq̄ cedere aut excommunicare/ necdū eliminare: abbate scilicet absente et nesciente? An non magis tue humilitatis erat [illegible] non facere quod tibi nolles fieri? Immo tue perfectionis esse debuerat apostolū potius imitari dicentē: factus sum infirmis infirmus: vt infirmos lucrifacerē. Et rursum. Uos qui spūales estis instruite huiusmodi in spiritu lenitatis: considerans teipsū ne et tu tempteris. At prior inquies illum eiecit: non ego. Et hoc quidem ipse noui. Sed te suadente: te omnimodis compellente. Unde ⁊ nunc cū eum sicut audiui: ipse quoq; prior miseratus cupiat reuocare: te in tua perdurante duricia: non sinitur emendare quod compulsus est indiscretus egisse. Rogo que est hec securitas: vt ceteris omnibus miserantibus ipō quoq; domino abbate propitio: tu solus implacabilis flecti non queas vt recipiatur? An non legisti. Judiciū sine misericordia ei qui non fecit misericordiā? An oblitꝰ est quod rursum scriptū est. In qua mensura mensi fueritis/ remetietur vobis? An vero contemnis quod misericordibus promissum est: quoniā ipsi misericordiam consequentur? Sed nescis inquis q̄ iuste expulsus sit. Sed iuste an iniuste expulsus sit non quero: nec curo mō. Sed hoc tantum queror/ hoc causor/ hoc vehementer admiror: q̄ humiliter satisfaciens: instanter petens: patienter sustinens: emendationem promittens: nec sic quidem exaudiri meretur vt iuxta apostolum confirmetur in eo charitas: ⁊ s̄m magistrū nostrum probetur iterum in omni patientia. Certe si iniuste expulsus fuit: iustum est vt reuocetur. Si iuste: pium est vt recipiatur. Unde ⁊ hoc nostrū consiliū licet indiscussa causa arbitratꝰ sum esse securum: quo fit vt siue per iusticiā: siue per misericordiā: a iusto et misericorde deo non recedat. Rogo ergo te dilectissime fili: vt quod ille suis apud te precibus non meruit: vl̄ nostris quas tam longe quesiuit valeat adipisci.

i.Cor.ix.
Gal.vi.
Jacob.ij.
Mat.vij.
Matth.v.
ij.Cor.ij.

¶ Ad papam Innocentium: Epistola.cccxxix.

AMantissimo patri ⁊ dn̄o innocētio summo pōtifici: frater. B. clareuallis vocatꝰ abbas modicum id qd̄ est. Cadit in interitū remēsis ecclesia: data est in opprobriū ciuitas gloriosa: clamāt trāseuntibꝰ per viā: q̄ non sit dolor sicut dolor eius. Foris em̄ pugne: intus timores. Sed ⁊ intus pugne: qm̄ filij eius pugnant cōtra eā: nec habet gn̄atorē qui liberet eā vnica spes eiꝰ Innocētiꝰ: qui abstergat lachrymas a maxillis eiꝰ. Sz vsq;quo dn̄e clipeus p̄tectiōis vestre nō opponit vsq;quo cōculcabit: nec inueniet subleuantē? Ecce rex humiliauit se: ⁊ iā quieuit indignatio eiꝰ. Qd̄ ergo superest: nisi vt manus apostolica supponat afflicte: ⁊ plagis curā adhibēs ⁊ fomenta. Primū itaq; esse credimꝰ vt maturetur electio: ne insolentia remēsis populi disperdat si quid residuū est nisi in brachio excelso furori eius resistat. Si hec rite celebrata fuerit: confidimus q̄ in reliquis quoq; daturus sit dn̄s gratiā ⁊ effectū.

¶ Ad eundem. Epistola.cccxxx.

AMātissimo p̄ri ⁊ dn̄o dei gr̄a summo pontifici. Innocētio: frater B. clareuallis vocatꝰ abbas modicū id qd̄ est. Gratiā quā inueni i oculis vestris: nolo habere solꝰ: cū amicis eā volo diuidere: Nō enim timeo ne forte nō sufficiat mihi ⁊ illis. Magna ei est.

Multos

Nā paruulos ecclesie passim z publice deglutire festinat. Queris vbi sit hoc? Uestri q̄ terrā austri tā sepe visitāt ecce hi sciūt z possunt dicere tibi. Eunt z redeūt per medium illorum: aut trāseunt secus: sed quid boni adhuc cum illis egerint necdum audiuimus. Et forsitan audiuissemus nisi pre auro hispanie salus populi viluisset. Tuum est z plage huic remediū puidere. Sed est insipientia que ipam quoqz tā prope modū stultā fecit sapientiā fidei. ¶ Quō z ipsam catholicā pene totam hoc vir⁹ infecit? Nam dum z in ipa quiqz que nr̄a sunt querimus: fit vt inuicem inuidentes: inuicē prouocantes exerceamur ad odia: animemur ad iniurias: armemur ad lites: cauillem⁹ ad dolos: feriamur ad detractiones: prumpam⁹ ad maledicta: opprimamur a fortioribus: opprimamus infirmiores. Q̄ digne z laudabiliter occupatur meditatio cordis tui aduersus taz pestilens insipientie gen⁹: qd corpus (ipm xp̄i que est multitudo credentium) occupasse consideras. ¶ O ambitio ambiētiū crux quomodo oēs torquēs oibus places? Nil acerbius cruciat nil molestius inqetat: nil tn̄ apud miseros mortales celebri⁹ negocijs eius. An nō limina apostolorum plus iā ambitio q̄ deuotio terit? An non vocibus eius vestrum tota die resultat palatium? An non questibus eius tota legum canonumqz disciplina insudat? An non spolijs eius ois italica inhiat inexplebili auiditate rapacitas? Quid ita tua ipsius spūalia studia nō saltē intercidit sed abscidit. ¶ Quotiēs sctā ac fecūda tua abortiri ocia fecit inqetū z inqetās malū? Aliud est qd ab oppressis appellaf ad te: aliud aūt qd ābitio in eccl̄ia p te regnare molif. Nec deesse illis nec huic aliquatin⁹ assentire oportet. Q̄ vero inique fouet illa: spernitur illi. Utrisqz tamē debitor es: illis vt erigas: istis vt reprimas. Et qm incidit de appellationibus: psequi aliquatinus nō erit ab re. Magno in his z pio op⁹ intuitu est: ne qd magna fuit necessitate prouisuz: male vtēdo reddatur inutile. Mihi videf z in multā posse eas deuenire pnicie si nō summo moderamine actitenf. Appellaf de toto mundo ad te: id quidem in testimoniū singularis primat⁹ tui. At tu si sapis nō primatu gaudebis: sed fructu. Aplis dictū est. In hoc nolite gaudere q̄ spirit⁹ subijciunf vobis. Appellaf ad te vt dixi: z vtinā tam fructuose q̄ necessarie. Utinā cū oppressus clamat sentiat oppressor: z nō superbiat impi⁹ vnde incēditur paup. Quid taz decorum vt ad inuocationē tui nois oppressi effugiāt versuti nō refugiant? Quid e regione tā peruersum tā recti alienum: vt letetur qui malū fecit: z q̄ tulit inaniter fatigef? Inhumanissime non moueris erga hoiem: cui illate iniurie cumulauere dolorē z labor itineris z dān̄a expēsarum. Sed nihilomin⁹ ignauissime in illū nō moueris: q̄ huic tot calamitatū partim auctor partim extitit causa. Euigila homo dei cū hec contingūt moueaf miseratio: moueatur z indignatio tua. Alterā leso: alterā ledēti debes. Consoletur ille damnorum resarcitu suorum satisfactione iniuriarum: fine calūniarum. Cum isto ita agatur vt peniteat fecisse qd non timuit facere: z nō de penis innocētis rideat. Arbitror idē debere pati illū qui sine causa forte appellauit. Formulā hāc iustitie prefigit tibi z diuine incōmutabilis ratio equitatis: z ni fallor ipsa appellationū lex: vt illicite vsurpata appellatio: nec prosit appellanti: nec appellato obsit. Ut quid enim frustra fatigatus sit homo? Q̄ plenū iustitie vt sese potius leserit q̄ voluit proximū? Appellasse inique iniquū est: inique z impune iniquarū appellationū fomes. Iniqua aūt ois appellatio: ad quā iustitie inopia non coegit. Appellare non vt graues sed si grauetis licet. Appellandū a snia. Ante sententiā improbe oino: nisi ob manifestū grauamē presumitur appellatio. Qui igitur nō grauatus appellat: liquet quis aut grauare intendit: aut tp̄s redimere. Non est aūt suffugiū appellatio sed refugiū. Quātos nouimus appellasse pulsatos: quo interim liceret: qd nunq̄ licet? Nonnullis etiā quoad vixerunt licuisse appellationis suffragio nefaria scimus: verbi gratia incestum adulteriū. Quale est hoc turpitudini patrocinari: qd vel maxime formidari a turpibus oportebat? Quousqz murmur vniuerse terre aut dissimulas aut non aduertis? Quousqz dormitas: quousqz non euigilat consideratio tua ad tantā appellationum confusionē atqz abusionē? Preter ius z fas: preter morem z ordinē fiunt. Nō locus nō modus nō tēpus nō causa discernitur aut persona. Presumunf leuiter passim plerūqz z nequiter. Uolentes malignari nōne his potissimū terreri solebant? Nūc terrori ipsi ex his magis fiunt: atqz id bonis. Antidotū versum in venenū: nō mutatio dextere excelsi hec. Appellātur boni a malis: vt nō faciāt bona: z supsedēt a voce tonitrui tui formidātes. Deniqz appellātur episcopi: ne illicita audeant matrimonia soluere vel phibere. Appellātur: ne rapinas: ne furta: ne sacrilegia: z que eiusmodi sunt: punire vel coercere vel cohibere presumāt. Appellātur: ne indignas z infames personas a sacris officijs beneficijsve repellere seu amouere queāt. Quod tu inuenis remedium morbo huic: ne qd repertum ad remediū fuit reperiaf

[Marginalia, left: Mat. xvi. — ps. cxix. — ps. xvij. — Luc. xij. — Malach. — xxxviij. — ps. xliij. — ps. xlix. — ps. ij. — A — Matthei xxiiij — ps. cxviij. — Rome. j. — Lu. xvj. — Rome. j. — Rom. xj. — ps. cxlvij. — Rom. xj. — Rom. x. — Actu. x. — ps. xvij.]

[Marginalia, right: B — C — D — Lu. iiij. — Mat. xxj.]

Mat. xxi. tur ad mentē: Zelatus est dñe domū orationis factā speluncā
latronū. Tu eius minister dissimulas miseroꝝ refugiuz: datum
arma iniquitati. Uideas precipi passim partes oppressorum: et
prorumpere ad appellandum: non tam grauatos ꝙ grauare vo
lentes. Quid hoc mysterii? Tuū est considerare non meū com-
mentari istud. Et cur inquis male appellati nō veniūt ostēsuri
suam innocentiā: maliciam cōuicturi? Dico ꝙ dicere ad hoc so
lent. Nolumus vexari frustra. In curia esse: qui procliuius faue
ant appellātibus foueant appellationes. Cessuris rome: domi
cedere satius. Fateor me nō oino decredere his. Quez das mi
hi in tā crebris appellationib⁹ que hodie fiūt: ꝗ pro expēsis iti
neris vel nūmū restituerit illi quē forte appellarit? Mirum ve-
ro si ita omnes ꝛ appellantes iusti/ꝛ appellati rei vestro exami
Sap. i ne inuenti sunt. Diligite inquit iustitiam qui iudicatis terram.
Parum est iustitiam tenere: nisi ꝛ diligas: Qui tenēt/tenēt: qui
diligunt zelantur. Amator iusticie inquirit iusticiam. ꝛ ꝑsequit
eam. Porro omnē iniusticiā persequitur. Nihil tibi ꝛ illis: ꝗ ap-
pellationes venationes putāt. Pudet eloqui qđ apud ethnicos
iam vertitur in parabolā: duos mouimus seruos pingues. Ut
mitius loquar: plus facetie ꝙ iustitie hic. Tu si amas iusticiaz
appellationes non affectas/sed sustines. Uerūtamē quid emo-
lumenti affert ecclesie dei: tua vni⁹ hominis iusticia. vbi senten-
tia preualet aliter affectorū? At istud loci illius erit: cum cepe
rint versare que circa te sunt. ¶ Nūc vero nō te existimes ocio
se vacare cōsiderationi huic: qua appellationes ad legitimū si
fieri pōt reuoces vsum. Et si hinc mea queras vel potius cure
tur sententia: dico appellationes vt nō contēnēdas: sic nec vsur
pandas omnino. Porro horum quid insolētius censeam haud
facile dixerim: nisi ꝙ vsurpatio quandā videtur inducere con-
tēptus necessitatē: ac ꝑ hoc forte acrius insectāda ꝗ ampli⁹ no
cet. Aut nō vere nocentior est mala in se/in partu peior: Nonne
ipsa est que ipm ius quoqꝫ nature: aut extenuat aut exterminat
Nam sepe rebus etiam preciosissimis: precii gratiā nō modo de
mit/sed adimit. Quid sacramentis acceptius? Usurpata tamē
ab indignis/indigneve tractata: minime acceptantur. Magis/
habent damnationē: qꝛ debitam venerationē nō habent. Fate-
or grande ꝛ generale mūdo bonum esse appellationes: idqꝫ tā
necessarium ꝙ solem ipsum mortalib⁹. Reuera quidaz sol iusti
cie est: prodens ac redarguens opera tenebrarum. Prorsus fo-
uēde ꝛ manutenēde sunt: sed quas extorsit necessitas: nō callē
ditas adinuenit. Usurpatorie sunt hmōi oēs: non subueniētes
in necessitate: sed opitulantes iniqtati. Quidni veniāt in con
temptum? Quanti vt talibus quoqꝫ deferrent: etiā de proprio
cessere iure: ne longo cassoque itinere fatigarentur? Plures tamē
sua emittere non ferentes: appellationes minus oportunas: ꝛ
celsa nomina importunius contempserunt. Dico aliquid quod
ad rez pertinet exempli cā. Quidā sibi publice desponsauerat
vxorem: adest dies celebris nuptiarū. Parata omnia: inuitati
multi. Et ecce homo concupiscens vxorem proximi sui in vocē
appellationis inopinate prorūpit: affirmās sibi traditā prius:
suam potius esse debere. Stupet sponsus: herent omnes: sacer
dos nō audet progredi: frustratur omnis apparatus ille: descē
dit qꝫqꝫ in domū suā/suā cenam manducaturus: spōsa a mensa
ꝛ thalamo sponsi suspendit: quousqꝫ roma reditum est. Parisi⁹
ꝯtigit hoc nobili galliarū ciuitate sede regia. Rursum in ciui-
tate eadem quidā sibi desponsata vxore diem constituit nuptia
rum. Interim emergit calumnia: dicentibus quibusdam nō de
bere coniungi. Ad iudicium ecclie causa delata est: sed nō ex-
pectata sententia: appellatū est sine causa/sine grauamine/solo
frustratorie dilationis intuitu. At ille siue perdere que pararat/
siue dilecte tādiu frustrari consortio nolēs: nihilominus quod
proposuerat contempta siue dissimulata appellatione peregit.
Quid illud qđ in antisiodorensi ecclesia nuper a quodā adole-
scentulo presumptum est? Nempe defuncto sancto episcopo/vo
lentibus clericis alium vt moris est eligere sibi: interuenit ille
appellās ꝛ vetās ne fieret: quousqꝫ isset ꝛ redisset ab vrbe. Cui
tñ appellationi nec ipse detulit. Nam cum videret se contemni
tanꝗ qui irrationabiliter appellasset accitis quos potuit sibi
tertia die post factam ab aliis electionem: fecit suā. Cum itaqꝫ
ex his ꝛ innumeris talibus liqueat/non ex contēptu gigni vsur
pationem sed ex vsurpatione cōtemptū: videris tu quid sibi ve-
lit ꝙ zelus vester assidue pene vindicat illuz: istam dissimulat.
¶ Uis perfectius coercere contemptū? Cura in ipso vtero pes
sime matris prefocari germen nequā: quod ita fiet si vsurpatio di
gna animaduersione mulctetur. Tolle vsurpationem. ꝛ contem
ptus excusationem non habet. Porro inexcusabilitas ausuz ex
plodet. Non sit proinde vsurpator/ꝛ cōtemptor nullus erit: aut
admodum rarus. Bene facis tu ꝙ appellationum negato suf-
fragio immo suffugio: multa remittis negocia ad cognoscētes
vel qui noscere citius possunt. Ubi enim certior ac facilior no-
tio: ibi decisio tutior expeditiorqꝫ eē potest. O plenū gratie ꝙ

multorum quoqꝫ per hoc ꝛ laboribus parcis ꝛ sumptibus. Ut ꝗ
bus sic credas: id tibi omnimodis attendēdum. Poteram mul
ta de eodem vtiliter addere his: sed memor propositi mei/con
tentus interim occasione dedisse: ad alia transeo. Et primū qđ
occurrit minime transeundum reor. Preces ꝛ singulariter. Ad
quid? Eget tibi dico consideratione. Nunquid vt de subditis
crescas? Nequaꝗ: sed vt ipsi de te. Principem te constituerunt
sed sibi non tibi. Alioquin quo pacto te reputas superiorē: his
Lu. xxii. a quibus beneficium mendicas? Audi dominum. Qui potesta
tem habent super eos: benefici vocantur. Ad istud de his qui
foris sunt. Quid ad nos? Tu id mendaciter dixeris: si non tam
beneficus esse/ꝙ beneficiis preesse intendas. ¶ Parui deiecti-
qꝫ animi est: de subditis non profectum querere subditorum: sz
questum proprium. In summo presertim oim nihil turpius. Et
pulchre magister gentium parentes filiis non filios debere cen
suit thesaurizare parentibus. Nō mediocris glorie vox illa itē
Phil. iiii. eidem ipsius: non requiro datum sed fructum. At iam transea-
mus ꝛ hinc: ne quis moram in his meam auaricie in te notam
interpretet. Que ꝙ longe a te sit in libro secūdo testatus sum:
sciens ꝗ̄ra: ꝛ in quanta tua necessitate respueris. Ad te proin-
de scripserim ista: non propter te. Nempe quod tibi scribitur: so
li prodesse non decet. Hic locus auariciam carpit: a quo vitio
immunis satis tua opinio est: an ꝛ opus/ tu videris. Uidimus
tamen (vt oblata a pauperibus taceaz que tangere non acquie
scis) germanicos detinuisse saccos: sed precio non massa. Argē
tum reputatum est fenum: summarii non leuati sarcinis/ onusti
nihilominus repatriant vel inuiti. Noua res. Quando hacten⁹
aurum roma refudit? Et nunc romanorum consilio id vsurpatū
non credimus. Duo venerūt: ambo locupletes: ꝛ ambo rei. Si-
quidem vnus maguntinus. Coloniensis alter: alteri gratia gra
tis reddita est: alter indignus credo cui gratia redderetur/
audiuit. Cum quali veste intrasti: cum tali egredieris. O vocē
magnificam: vocem prorsus apostolice libertatis. Quid minus
Actu. viii ab illa hec habuit: pecūia tua tecum sit in perditione? Nisi ꝙ
in illa plus zeli/in ista plus modestie sonuit. Quid ille de trās-
marinis partibus pene a finibus terre: terra ꝛ mari currens ꝑ
episcopatu: suis ꝛ alienis facultatibus rursus emendo? Iam
enim emerat prius. Tulit multa: sed retulit/non omnia tamen.
Incidit miser in manus alias: accipere ꝙ dare potentiores.
Benefecisti tu in vtroqꝫ seruās innoxias: nec imponere scili-
cet ambitioso: nec supponere iniquo mammone acqescēs. Non
sic/a paupere episcopo continuisti: dans quod daret ne immu
nificus notaretur. Accepit clam: quod palaz dedit. Sic de tuo
sacculo consultum est verecundie viri. Sic quoqꝫ curie morem
gerens: tuo beneficio inuidiam declinauit eorum qui diligunt
munera. Non potes abscondere: ꝛ factum nouimus ꝛ personaz
Audire grauat? Et ego eo libentius predico: quo tu id molesti
us audis. Si tibi sic expedit: ꝛ mihi sic. Tam nam oportet christi
ani gloriam me silere: ꝙ nec te querere tuam. Et si pergis mur-
murare adhuc respondebitur tibi ex euangelio. Quanto eis pre-
Mat. vii. cipiebat: tanto magis plus predicabant dicētes. Bene omnia
fecit. Audi aliud si tamen aliud: Ad idem enim fortassis perti
nere quis dicat. Tua cōsideratio viderit hoc. Mihi videtur nō
longe a vero dissentire: qui id forte inter auaricie species locā-
dum putauerit. Ego vero illius aut speciem esse: aut speciem
habere non negauerim. Sane interest tue ꝑfectionis: ꝛ malas
res ꝛ malas pariter spēs deuitare. In altero ꝯscie/in altero fa
me consulis. Puta tibi non licere (ꝛ si alias fortasse liceat) quic-
Deu. xxii quid male fuerit coloratum. Denique interroga maiores tuos ꝛ
i. Thes. v dicent tibi. Ab omni specie mala abstinete vos. ¶ Sane mini
ster domini dominum imitetur: qꝛ ipse ait. Qui mihi ministrat
Jo. xii. me sequatur. Et habes de illo. Dominus regnauit decorem in
Ps. xcii. duit: induit dñs fortitudinē. Tu quoqꝫ esto fortis in fide/ deco
rus in gloria: ꝛ probasti te imitatorem dei. Fortitudo tua fidu-
cia fidelis conscientie decor tuus splēdor bone opinionis. Ita
quero induere fortitudinem: etenim gaudium dñi fortitudo tua.
Porro specie tua ꝛ pulchritudine tua nihilomin⁹ tanꝗ ꝑpria si-
Prouer. xxxi militudine delectatur. Induere vestimētis glorie tue: vestire
duplicib⁹ qb⁹ domesticos suos fortis illa mulier induere ꝯsue
uit. Nō sit in cōsciētia nutās infirmitas modice fidei: nō sit in
fama neuus male speciei: ꝛ vestiris duplicib⁹: ꝛ gaudebit spon
sus sup spōsam animā tuam: ꝛ gaudebit sup te deus tu⁹. ¶ Mi
raris quorsum hec: ignarus vsqꝫ adhuc qđ dicere velim. Nō te
tollo diutius. Murmur loquor: ꝛ ꝗrimoniā ecclesiaꝝ: Truncari se
clamitāt: ac demēbrari. Uel nulle vel pauce ad modū sūt ꝗ pla
gā istam aut nō doleāt/aut nō timeāt. Queris quā? Subtrahū
tur abbates episcopis: episcopi archiepiscopis: archiepiscopi
patriarchis/ siue primatibus. Bona ne species hec? Mirum si
excusari queat vel opus. Sic factitando probatis vos habere
plenitudinem potestatis: sed iustitie forte non ita. Facitis hoc
quia potestis: sed vtrum et debeatis questio est. Honorum ac
dignitatum

dignitatum gradus et ordines quibusque suos seruare posuisti estis non inuideret: vt quidam vestrorum ait. Cui honorem/ honorē.

A ¶ Spiritualis homo ille qui omnia diiudicat vt ipse a nemine diiudicetur [Rom. xii. i. Cor. ii]: omne opus suum trina quadam consideratione preueniet. Primum quidem an liceat: deinde an deceat: postremo an expediat. Nam et si constet in christiana vtique philosophia non decere nisi quod licet: non expedire nisi quod decet et licet: non continuo tamen omne quod licet/ decere aut expedire consequens erit. Age aptemus si possumus tria ista operi huic. Ut quo non indecens tibi voluntate pro lege vti/ et quia non est ad quem appelleris: potestatem exercere negligere rationem? Tu ne maior domino tuo qui ait: non veni facere voluntatem meam [Joh. vi.]? Quoque non minus deiecti quam elati animi est velut rationis expertem non pro ratione sed pro libitu agere: nec iudicio agi sed appetitu. Quid tam bestiale? Et si indignum cuiusvis vtenti ratione viuere vt pecus: quis in te rectore omnium tam tam contumeliam nature: honoris iniuriam ferat? Sic degenerando quod absit: generale opprobrium fecisti proprium tibi. Homo cum in honore esset nō intellexit [Ps. xlviii.]: comparatus est iumentis insipientibus: et similis factus est illis. Quid item tam indignum tibi quam vt totum tenens: nō sis contentus toto: nisi minutias quasdam atque exiguas portiones ipsius tibi credite vniuersitatis: tanquam non sint tue satagas nescio quomodo adhuc facere tuas. Ubi etiam meminisse te volo parabole nathan de homine [ii. reg. xii.] qui multas oues habens vnā que erat pauperis concupiuit. Huc quoque veniat factum immo facinus regis achab [iii. re. xxi.]: qui rerum summā tenebat et vnam vineam affectauit. Auertat deus a te quod ille audiuit [Ibidem.]: occidisti et possedisti. Nolo autem pretendas mihi fructū emancipationis ipsius: nullus est enim. Nisi quia inde episcopi insolentiores: monachi etiam dissolutiores fiunt. Quid quod et pauperiores? Inspice diligentius talium vbique libertorum: et facultates et vitas: si non pudenda admodum et tenuitas in his/ et in illis secularitas inuenitur: Matris noxie libertatis: gemina soboles hec. Quidni peccet: licentius vagum/ et malū liberum vulgus: cum non sit qui arguat? Quidni licenter quoque spolietur ac depredetur inermis religio: cum nō sit qui defendat? Quo enim refugium illis? Nunquid ad episcopos dolentes iniuriam? Ridentibus profecto aspiciunt oculis: siue que faciūt mala/ siue que patiuntur. Que demum vtilitas in sanguine isto? Uereor ne illa quam in propheta comminatus est deus [Ezech. iii]: ille inquiens in iniquitate sua morietur: sanguinem autem eius de manu tua requiram. Si enim extollitur qui subtrahitur: et cui subtrahitur vastatur: qui subtrahit quomodo innocens? Parum est: inuoluimus ignem. Audi apertius. Si is qui murmurat secundū animam mortuus est/ qui instigat quomodo viuit? Quomodo non reus mortis amborum et sue pariter: qui gladium dedit vnde ambo morerentur [iii. reg. xxi]? Hoc est quod dixeram occidisti et possedisti. Adde quia qui audiunt scandalizantur/ indignantur detrahunt et blasphemant: hoc est vulnerantur ad mortē. Non est bona arbor faciens fructus tales: insolentias/ dissolutiones/ dilapidationes/ simultates/ scandala/ odia quodque magis dolendum inter ecclesias: inimicitias graues perpetesque discordias. Uides quam verus sit sermo ille [i. Cor. x.]/ omnia mihi licent sed non omnia expediunt: Quid si forte nec licet. Ignosce mihi non facile adducor licitum consentire/ quod tot illicita parturit. Tu ne denique tibi licitum censeas/ suis ecclesias mutilare membris: confundere ordinem: perturbare terminos quos posuerunt patres tui? Si iustitie est ius cuique seruare suum: auferre cuique sua: iusto quomodo poterit conuenire? Erras: si vt summā ita et solā institutā a deo vestrā apostolicam potestatē existimas. Si hoc sentis: dissentis ab eo qui ait [Rom. xiii]. Nō est potestas nisi a deo. Proinde quod sequitur: qui potestati resistit dei ordinationi resistit: et si principaliter pro te facit: nō tamē singulariter. Denique idē ait [Ibidem.]: omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Nō ait sublimiori: tanquam in vno sed sublimioribus tanquam in multis. Nō ergo tua sola potestas a dño [Me. xix.]: sunt et mediocres/ sunt et inferiores. Et quomodo quos deus coniunxit nō sunt separandi: sic nec quos subiunxit comparandi. Monstrū facis: si manu submouens digitū: facis pendere de capite: superiorē manui brachio collateralē. Tale est si in christi corpore mēbra aliter locas/ quam disposuit ipse. Nisi tu putas aliū esse qui posuit in ecclesia quosdā quidē apostolos [i. Cor. xii]: quosdā autē prophetas alios vero euāgelistas: alios doctores et pastores/ ad cōsummationē sanctorum: in opus ministerij/ in edificationē corporis christi. Atque hoc corpus quod tibi ipse paulus suo vere apostolico figurans eloquio/ et capiti conuenientissime aptans totum ex eo cōpactum perhibet et connexum per omnem iuncturam subministrationis: secundum operationem in mensuram vniuscuiusque membri augmentum corporis faciens in edificationem sui/ in charitate Nec vilem reputes formam hanc quia in terra est: exemplar habet e celo. Neque enim filius potest facere quicquam nisi quod viderit patrem facientem [Joh. v.] presertim cum ei sub moysi nomine dictū sit. Uide omnia facias secundum exemplar quod tibi in monte mōstratum est [Exo. xxv]. Uiderat hoc qui dicebat. Uidi ciuitatem sanctam hierusalem [Ap. o. xxi.]: nouam/ descendentem de celo: a deo paratam. Ego enim propter similitudinē dictū reor: quia sicut illic seraphin et cherubin ac ceteri quique vsque ad angelos et archāgelos ordinantur sub vno capite deo: ita hic quoque sub vno summo pontifice primates: vel patriarche/ archiepiscopi/ episcopi presbyteri vel abbates: et reliqui in hunc modū Non est paruipendendū quod et deum habet auctorem: et de celo ducit originem. Quod si dicat episcopus: nolo esse sub archiepiscopo: aut abbas: nolo obedire episcopo: hoc de celo non est. Nisi tu forte angelorum quempiam dicentē audisti: nolo sub archangelis esse aut ex alio quolibet inferiorum ordinum aliquem nō ferentem subesse cuique nisi deo. Quid inquis? Prohibes dispensare? Non: sed dissipare Non sum tam rudis vt ignorem positos vos dispensatores: sed in edificationem: non in destructionem. Denique queritur inter dispensatores vt fidelis quis inueniatur [i. Cor. iiii]. Ubi necessitas vrget/ excusabilis dispensatio est. Ubi vtilitas prouocat/ dispensatio laudabilis est. Utilitas dico: communis/ nō propria. Nam cum nihil horum est: non plane fidelis dispensatio: sed crudelis dissipatio est. Nonnulla tamen monasteria sita in diuersis episcopatibus: quia specialius pertinuerint ab ipsa sui fundatione ad sedem apostolicam pro voluntate fundatorum: quis nesciat? Sed aliud est quod largitur deuotio: aliud quod molitur ambitio impatiens subiectionis. Et hec dicta de his. Superest vt generaliter super vniuersum ecclesie statum intendat cōsideratio tua: si plebes clericis: si clerici sacerdotibus: si sacerdotes deo in ea qua oportet humilitate subiecti sint: si in monasteriis et religiosis locis seruetur ordo/ vigilet disciplina si super prauis opera et dogmata censura ecclesiastica vigeat: si floreāt vinee honestate et sanctimonia sacerdotum: si flores fructus parturiant obedientia fidelium populorum: si demum vestra ipsorum apostolica mandata et instituta ea qua dignum est sollicitudine obseruentur: ne quid in agro domini tui: aut neglectu incultum: aut fraude surreptum inueniatur. Posse inueniri ne dubites. Mihi in promptu est vt multa et innumera pretermittam que passim neglecta iacent nonnulla etiam ex his que plātauit dextera tua conuulsa monstrare. Nonne os tuum in Remensi concilio/ subiecta capitula promulgauit? Quis ea tenet? Quis tenuit? Falleris: si teneri putas. Si nō putas: ipse peccasti: aut statuens que non tenerentur: aut quia non tenentur dissimulans. Precipimus aiunt vt tam episcopi quam clerici neque in superfluitate: seu inhonesta varietate colorum/ aut scissura vestiū: neque in tonsura intuentium quorū forma et exemplū esse debent) offendant aspectū: sed potius ita in suis actibus errata condemnēt: et amorem innocentie conuersatione demonstrent: sicut dignitas exigit ordinis clericorum. Quod si moniti ab episcopis suis infra quadraginta dies non obtemperauerint: ecclesiasticis beneficiis eorundem pontificum auctoritate priuentur. Episcopi vero si prefatam penam irrogare neglexerint: quia inferiorū culpe ad nullos magis referende sunt/ quam ad desides negligētesque rectores tandiu ab officio pontificali abstineant/ donec penā a nobis cōstitutam clericis sibi subiectis imponēt. Illud etiā duximus annectendū: vt nullus in archidyaconū: vel decanū: nisi dyaconus et presbyter ordinetur. Archidiaconi vero decani et prepositi qui infra ordines prenotatos sunt: si inobedientes ordinari cōtempserint: honore suscepto priuentur. Prohibemus autem ne adolescentibus/ vel infra sacros ordines cōstitutis: sed qui prudentia et vite merito clarescunt: predicti concedantur honores. Uerba tua hec tu sanxisti: quid effectui mācipatū? Adhuc adolescētes: adhuc qui infra sacros ordines sunt in ecclesiis promouentur. Quod ad primum capitulum pertinet: luxus vestiū interdictus: sed nō restrictus: pena dictata: sed minime secuta est. Iā quartus annus est: ex quo datum mandatum audiuimus: et neminem adhuc clericorum priuatum beneficio: neminem episcoporum suspēsum ab officio luximus. At luctu amarissimo dignū quod secutum est.

B Quid hoc? Impunitas incurie soboles: insolentie mater: radix impudentie: transgressionū nutrix. Et beatus si omni satagas cura malorum omnium primā parentem cauere incuriam. Sed ad hoc tu operam dabis. Et nunc leua oculos tuos et vide / si non eque vt prius pellicula discolor sacrū ordinē decolorat: si nō eque vt prius scissura enormis pene inguina nudat. Solent dicere. Nū de vestibus cura est deo: et nō magis de moribus? At forma hec vestium: deformitatis mentium et morum indicium est.

C ¶ Quid sibi vult quod clerici aliud esse aliud videri volunt. Id quidem castū minusque sincerū. Nempe habitu milites/ questu clericos: actu neutrum exhibent. Nam neque vt milites pugnāt: neque vt clerici euāgelizant. Cuius ordinis sunt? Cum vtriusque esse cupiūt: vtrūque deserunt: vtrūque confundūt. Unusquisque inquit in suo ordine resurget [i. Cor. xv]. Isti in quo? An qui sine ordine peccauerunt sine ordine peribunt? Aut si summe sapiens deus: veraciter creditur a summo vsque deorsum nihil inordinatum relinquere: vereor non alibi

ordinādos: q̄ vbi nullus ordo sed sempiternus horror inhabitet. O miserandā sponsam talibus creditam paranimphis: qui assignata cultui eius: proprio retinere questui non verentur. Nō amici profecto sponsi: sed emuli sunt. Et de his satis que sub te sunt: et si non ad materie copiā que est multa nimis: certe ad id qđ proposui ego. Visenda iam que circa te sunt: sed ad ea ostiū nobis quartus liber aperiet.

De Consideratione. Liber quartus.

Si mihi plenius innotuisset amātissime Eugeni pora qualiter acceptaris f̄m hoc vel fidentius in reliquum processissem: vel cautius aut certe substitissem omnino. Nunc vero q̄ ob locorum distantiam id minime datur: non mireris si prodit exilior sermo anceps: verecunde fateor ad medium veniens. Primis itaq̄ cōsiderationis partibus libris priorib*us* pertractatis: in mansibus est de his addere que circa te sunt. Et ipsa quidē sub te: sed quo propiora: eo importuniora tibi. Nempe coram posita incuriā non admittunt non dissimulationem/non obliuionem. Vehementius vigent: turbulentius irruunt: verendum ne obruent. Circa eiusmodi q̄ sobria et intenta consideratione opus sit proprio te experimento edoctum satis non ambigo. Alioquin si nō cauta oportunaq̄ interueniat cōsideratio: occupatio cōtinuabitur/et vexationis non erit modus et sollicitudinis nō erit finis. Non tempus vacuum: non liberū cor: plus laboris et minus vtilitatis. Dico autem instantia illa tua quotidiana: ab vrbe/a curia/a domestica ecclesia tua. Hec tamē circa te sunt clerus et populus tuus cui specialiter episcoparis: ac per hoc specialis cure teneris debitor. Illi quoq̄ qui tibi quotidie assistunt seniores populi orbis iudices qui itē de domo et mensa tua sunt capellani/cubicularij ministri quiq̄ diuersis deputati officiis in obsequiū tui: hi te familiarius visitāt frequētius pulsant: molestiusq̄ sollicitāt. Hi sunt qui nō verentur suscitare dilectam: et anteq̄ ipsa velit. Et primo quidem clerum illum ordinatissimū esse decet: ex quo precipue in omnem ecclesiā cleri forma processit. Deinde oē qđ perperā agit te presente: id tibi turpius. Interest glorie sanctitatis tue vt quos p̄ oculis habes: ita ordinati/ita sint informati: quatinus totius honestatis et ordinis/ipsi speculū ipsi sint forma. Inueniant p̄ ceteris oportet expediti ad officia/idonei ad sacramenta: ad plebes erudiendas solliciti: circunspecti ad sese custodiendos in omni castitate. Quid de populo loquar? Populus romanus est. Nec breuius potui/nec expressius tamen aperire de tuis parochianis qđ sentio. Quid tā notum seculis: q̄ proteruia et fastus romanorū? Gens insueta paci/tumultui assueta. Gens immitis et intractabilis vsq̄ adhuc subdi nescia: nisi cum non valet resistere. En plaga: tibi incumbit cura hec: dissimulare non licet. Rides me: forsitan fore incurabilem persuasus. Noli diffidere: curam exigeris/non curationem. Deniq̄ audisti curā illius habe: et non cura vel sana illum. Verum dixit quidam: non est in medico semp releuet vt eger. At melius propono de tuis tibi. Paulus loquitur: plus oībus laboraui. Non ait/plus oībus profui: aut plus oībus fructificaui: verbū insolēs religiosissime vitans. Alias aūt nouerat homo quē docuit deus: q̄ vnusquisq̄ f̄m suum laborem accipiet/nō f̄m prouentum. Et ob hoc in laboribus potius q̄ in profectibus gloriandū putauit: sicut alibi q̄ habes ipsum dicentē: in laboribus plurimis. Ita queso fac tu quod tuum est nā deus qđ suū est satis absq̄ tua sollicitudine et anxietate curabit. Plāta/riga/fer curā: et tuas explicuisti partes. Sane incrementū vbi voluerit dabit deus: non tu. Vbi forte noluerit: tibi deperit nihil: dicēte scriptura. Reddet deus mercedem laborū sanctorū suorū. Securus labor: quē nullus valet euacuare defectus. Et hoc dixerim: absq̄ preiudicio diuine potentie et bonitatis. Scio induratū cor populi huius: sed potens est deus de lapidibus istis suscitare filios abrahe. Quis scit si reuertatur et ignoscat: cōuertat et sanet eos? Sed non est propositi mei dictare deo quid facere debeat: tibi vtinam possim que oportet et prout oportet suadere. At locus dubius et scrupulosa incidit disputatio. Nam vbi adoriar dicere qđ sentio video satis quid imminet. Clamabitur insuetum: nam iustū negari nō poterit. Ego vero ne insuetum quidem assenserim. Nēpe assuetum fuisse scio/ac per hoc in dissuetum potuisse venire: sed non redire in insuetum. An vero assuetū quis neget/quod cōstat nō modo aliquā factū: sed aliquandiu factitatū? Quid illud si dicā et non proderit. Cur? Quia non placebit satrapis plus maiestati q̄ veritati fauentibus. Fuerunt ante te qui se totos ouibus pascendis exponerent/pastoris opere et nomine gloriantes: nil sibi reputantes indignum/nisi qđ saluti ouium obuiare putarent: nō querentes que sua sunt: sed impendētes. Impendere curam: impendere substantiam: impēdere et seipsos. Vnde vnus illorum: et ego (ait) superimpendar pro animabus vestris. Et tā q̄ dicerent: non venimus ministrari sed ministrare: ponebant quotiens oportuisset sine sumptu euangelium. Vnus erat de subditis questus/vna pompa: vnaq̄ voluptas: si quomodo eos possent parare dn̄o plebem perfectam. Id omnimodis satagebāt: etiam in multa contritione cordis et corporis in labore et erumna: in fame et siti: in frigore et nuditate. Vbi nunc queso consuetudo hec? Subijt dissimilis valde: longe in aliud mutata sunt studia: et vtinam non in peius. Cura tamen anxietas: et emulatio/et sollicitudo fateor perseuerant. Trāslata hec nō imminuta. Testimonium vobis perhibeo: q̄ nec substantie parcitis: nō magis q̄ ante. Diuersa autem locatio dissimilitudinem facit. Magna abusio: pauci ad os legislatoris: ad manus omnes respiciūt. Nō immerito tamen. Omne papale negociū ille agūt. Quem dabis mihi de tota maxima vrbe: qui te in papam recepetit: precio seu spe precij non interueniente? Et tunc potissimū volunt dominari: cū professi fuerint seruitutē. Fideles se spōdēt vt oportunius fidentibus noceant. Ex hoc non erit consilium tibi: a quo se arcendos putent: non secretum/quo se non ingerunt. Si stāte pre foribus quoq̄ illorū: moram vel modicam fecerit ostiarius: ego tunc pro illo esse noluerim. Et nūc experire paucis: nouerim ne et ego vel aliquatenus mores gentis. An te omnia sapientes sunt vt faciant mala: bonum autē facere nesciunt. Hi inuisi terre et celo: vtriq̄ iniecere manus: impij in deum temerarij in sancta: sediciosi in inuicem/emuli in vicinos/inhumani in extraneos: quos neminem amantes amat nemo: et cum timeri affectāt ab omnibus/omnes timeāt necesse est. Hi sunt qui subesse non sustinent: preesse non norūt: superiorib*us* infideles: inferioribus importabiles. Hi inuerecūdi ad petendū: ad negandum frontosi. Hi importuni vt accipiant: inquieti donec accipiant: ingrati vbi acceperint. Docuerunt linguā suam grandia loqui: cum operent exigua. Largissimi promissores: et parcissimi exhibitores. Blādissimi adulatores: et mordacissimi detractores. Simplicissimi dissimulatores: et malignissimi proditores. Excurrimus vsq̄ huc/plenius te atq̄ expressius admonendum putantes: horum que circa te sunt in hac parte. Iā ad ordinē recurramus. Quale est q̄ de spolijs ecclesiarū emuntur/qui dicunt tibi euge euge? Pauperum vita in plateis diuitum seminatur. Argentū micat in luto: accurritur vndiq̄: tollit illud nō pauperior/sed fortior: aut qui forte citius precucurrit. A te tamen mos iste: vel potius mors ista non cepit in te vtinam desinat. Sed reliqua prosequamur. Inter hec tu pastor procedis deauratus: tā multa circūdatus varietate. Oues quid capiūt? Si auderē dicere: demonū magis q̄ ouiū pascua hec. Scilicet sic factitabat petrus sic paulus ludebat? Vides omnē ecclesiasticum zelū feruere sola pro dignitate tuēda? Honori totū datur: sanctitati nihil: aut parū. Si causa requirente paulo summissius agere/ac socialius te habere temptaueris: absit inquiūt: nō decet/tempori nō congruit: maiestati non cōuenit: quā geras personam attendito. De placito deus vltima mentio est: pro iactura salutis nulla cūctatio. Nisi qđ sublime est: hoc salutare dicamus et qđ gloriā redolet/id iustum. Ita omne humile probro ducitur inter palatinos: vt facilius qui esse q̄ qui apparere humilis velit inuenias. Timor dn̄i simplicitas reputatur: ne dicā fatuitas. Virum circūspectum et amicū proprie conscientie calumniantur hypocritam. Porro amatorē quietis/et sibi interdū vacantē: inutilē dicunt. Quid ergo tu? Euigilas ne adhuc ad istos: q̄ circūdederunt te laqueos mortis? Queso sustine paulisper et supporta me. Immo da veniā: non tā temere q̄ timide hec loquēti. Emulor te emulatione bona: et vtinā q̄ vehementi tā vtili. Scio vbi habitas/increduli et subuersores sunt tecū. Lupi nō oues sunt: talium tamē tu pastor. Vtilis cōsideratio: qua forte inueneris quomodo si fieri possit conuertas eos: ne ipsi subuertāt te. Quid diffidimus posse reuerti in oues: e quibus verti in lupos potuerunt. Hic hic nō parco tibi: vt parcat deus. Pastorē te populo huic certe aut nega: aut exhibe. Nō negabis: ne cuius sedē tenes te neges heredē. Petrus hic est: q̄ nescitur processisse aliquā vel gemmis ornatus/vel sericis: nō tectus auro: nō vectus equo albo: nec stipatus milite: nec circūstrepentibus septus ministris. Absq̄ his tamen credidit satis posse impleri salutare mandatum: si amas me/pasce oues meas. In his successisti: nō petro/sed cōstātino. Consulo toleranda pro tempore: nō affectanda pro debito. Ad ea te potius incito quorum te scio debitorē. Et si purpuratus: et si deauratus incedens: non est tamen quod horreas operam curamve pastoralem pastoris heres: non est quod erubescas euangelium. Verū q̄ si volens euāgelizes inter apostolos quidem: etiam gloria est tibi. Euāgelizare: pascere est. Fac opus

euāgelisto

euangeliste: et pastoris opus implesti. Dracones inquis me mones pascere: et scorpiones non oues. Propter hoc inq̃ magis aggredere eos sed verbo non ferro. Quid tu denuo vsurpare gladium tentes: quem semel iussus es ponere in vaginã? Quẽ tamen qui tuum negat non satis mihi videtur attendere verbum dñi dicentis sic. [B] [Jo. xviij.] ¶ Conuerte gladium tuum in vaginam. Tuus ergo et ipse: tuo forsitan nutu/ et si non tua manu euaginandus. Alioquin si nullo modo ad te pertineret: et his dicentibus apostolis. [Lu. xxij.] Ecce gladij duo hic: non respondisset domin⁹ satis est: sed nimis est. Uterq; ergo ecclesie/ et spiritalis scilicet gladius et materialis: sed is quidem pro ecclesia: ille vero et ab ecclesia exerendus est. Ille sacerdotis/ is militis manu: sed sane ad nutũ sacerdotis/ et iussum imperatoris. Et de hoc alias. Nunc vero arripe illum: qui tibi ad feriendum creditus est/ et vulnera ad salutem: si non omnes: si non vel multos: certe quos possis. Nõ sum inquis melior q̃ patres mei. Quẽ illorum domus exasperans: nõ dico audiuit/ sed nõ irrisit? Nõ tu insiste magis: si forte audiant et quiescant: insiste et resistẽtibus. [i. Th. iiij] Dicẽdo hec: forte nimius dicar. Nõ nostra illa vox/ insta oportune importune: Hunc si audes nimiũ appellato. Prophete precipitur: [Esa. lviij.] clama ne cesses Ad quos nisi ad sceleratos et peccatores: [Ibidem.] Annũcia inquit populo meo scelera eorum et domui iacob peccata eorum. Prudenter aduerte: et sceleratos perhiberi/ et populum domini. Puta de his idem. Et si scelerati et si iniqui: [Mat. xxv] vide ne audias: qđ vni ex his meis nõ fecisti nec mihi fecisti. Fateor populum istum extitisse vsq; adhuc dura fronte: et indomita corde: sed vtrum etiam indomabili: nescio vnde liquido scire possis. Potest fore quod necdum fuit. Si diffidis tu: sed [Luce. j.] apud deũ nõ erit impossibile omne verbũ. Si dura fronte sunt: durator tu econtra tuã. Nil tã durum: qđ duriori nõ cedat dñs [Eze. iij.] ad prophetã. Dedi frontẽ tuã duriorẽ frõtib⁹ eorũ. Unum est qđ te absoluit: si egisti cum populo illo/ vt possis dicere. Popule meus quid tibi debui facere et non feci? Si sic fecisti: nec profecisti: est demum qđ facias: et qđ dicas. [Luce. iiij.] Exi de hur caldeorũ/ et dicito qr oportet me et alijs ciuitatibus euangelizare. [B.] Puto nec penitebit exilij: orbe pro vrbe cõmutato. ¶ Ueniamus ad collaterales et coadiutores tuos. Hi seduli tibi: hi intimi sũt. Quã obrem si boni sunt tibi potissimũ sunt: si mali/ eque plus tibi. Ne te dixeris sanum dolentem latera: hoc est ne te dixeris bonum malis innitentẽ. Aut si bonus sis bonitas tui solius quẽ fructum afferre potest? Sicut in superiore libro dixisse me memini. Quid inq̃ emolumẽti affert ecclesie dei tua vnius hois iusticia/ vbi sentẽtia preualet aliter affectorũ? Sed nec tuta tibi tua bonitas obsessa malis: nõ magis q̃ sanitas vicino serpẽte. Nõ est quo te subducas malo intestino. Et e regione bonum domesticũ eo amplius quo sepius iuuat. Sed siue leuent/ siue grauent: cui rectius imputandum q̃ tibi: qui tales aut elegisti aut admisisti? No de omnibus dico: nã sunt quos nõ elegisti sed ipsi te. At potestatẽ non habent: nisi quã tu eis aut tribueris: aut permiseris. Ad idem ergo reuertimur. Tibi imputa quicquid patieris ab eo: qui sine te potest facere nihil. His exceptis: decetero nõ incõsiderate vt vides eligendi quiq; seu colligendi sunt: in opus ministerij huius. Tuum est vndecũq; euocare et asciscere tibi exemplo moysi [Num. xi.] senes nõ iuuenes: sed senes non tam etate q̃ moribus: quos tu nosti: qr senes populi sunt. ¶ An non eligendi de toto orbe: orbem iudicaturi? Sane huic negocio: non se ingerat rogans. Consilio: non prece agendum est. Sunt que necessario a nobis rogantium aut extorquet importunitas/ aut necessitas meretur. At istud in his que nostra sunt. Ubi autem non licet quod volo facere/ quis locus roganti? Nisi forte qui me rogat: hic rogat vt quod vult hoc liceat mihi: et non magis vt velim. Alius pro alio: alius forte et pro se rogat Pro quo rogaris: sit suspectus. Qui ipse rogat pro se: iam iudicatus est. Nec interest per se an per alium quis roget. Clericum curiam frequentantẽ qui non sit de curia ad idem noris pertinere ambientium genus. Adulantem et ad placitũ cuiusq; loquentem/ vnũ de rogantibus puta etiam si nihil rogauerit. Scorpioni non est in facie qđ formideas: sed pũgit a cauda. Si ad taliũ blandicias: cor tuũ vt assolet molliri senseris: memineris scriptum. [Joh. ij.] Omnis homo primũ bonum vinũ ponit: cum autẽ inebriati fuerint: tunc id quod deterius est. [E] ¶ Pari pondere estimaueris eius humilitatem qui timet/ et eius qui sperat. Viri callidi et dolosi proprium esse solet tunc pretendere humilitatẽ cum aliquid obtinere voluerit. De qualib⁹ dicit scriptura: Est q̃ se humiliat neq̃ter: et interiora eius plena sunt dolo. [eccli. xix.] De vobis ipsis sume sententie huius euidens ac familiare exemplũ. Quãtos quos supplices admisistis: postmodũ sustinuistis graues/ insolentes/ cõtumaces/ et rebelles? Qđ quidem interius malũ: [D] tegunt principia/ posteriora produnt. ¶ Uerbosulum adolescẽtem: et studentem eloquentie cum sapientie sit inanis: nõ aliud q̃ iustitie hostez reputes. Pro huiusmodi falsis fratribus dicit tibi magr. [i. Thi. v] Manus cito nemini imposueris. Excluso itaq; vniuerso hoc pestilenti genere hominũ: cure tibi maxime sit introducere tales quos postmodũ introduxisse non peniteat. Turpe est tibi sepius retractare qđ feceris: et iudicium tuum frequenter periclitari non decet. Diligenter proinde omne quod faciẽdum erit tracta apud te: et cum his qui te diligunt Tracta aũt ante factũ: qr post factum sera retractatio est. Sapientis consilium est. [eccl. xxxij] Omnia fac cum consilio: et post factum non penitebis. Et hoc tibi persuade/ qui admittendi sunt difficile in curia posse probari: et ideo si fieri potest viros pbatos oportere deligi: non probandos. Nos in monasterijs omnes recipimus/ spe meliorandi. [E] ¶ At curia bonos facilius recipere magis q̃ facere placuit. Et si plures in ea defecisse bonos q̃ malos pfecisse pbauim⁹: q̃rẽdi sane q̃bus nec defect⁹ timeat: nec pfect⁹ optet: vtpote iã perfectis. Itaq; nõ volẽtes neq; currentes assumito: sed cunctantes: sed renuentes. [Luc. xiiij] Etiam coge illos et compelle intrare. In talibus vt opinor requiescet spiritus tuus: qui nõ sint attrite frontis: sed verecundi/ sed timorati preter dñm timeãt nihil/ nihil sperent nisi a deo. Qui aduentantium nõ manus attendant: sed necessitates. Qui stent viriliter pro afflictis: et iudicent in equitate pro mansuetis terre. Qui sint cõpositi ad mores/ probati ad sanctimoniam: parati ad obedientiã/ mãsueti ad patientiã: subiecti ad disciplinam/ rigidi ad censuraz: catholici ad fidem: fideles ad dispensationem: concordes ad pacem/ conformes ad vnitatẽ. Qui sint in iudicio recti: in cõsilio prouidi: in iubendo discreti: in disponendo industrij/ in agẽdo strenui: in loquẽdo modesti: in aduersitate securi/ in prosperitate deuoti: in zelo sobrij: in misericordia nõ remissi: in ocio non ociosi/ in hospitio nõ dissoluti: in conuiuio nõ effusi: in cura rei familiaris non anxij: aliene non cupidi: sue nõ prodigi: vbiq; et in omnibus circumspecti. Qui legatione pro christo fungi quotiens opus erit: nec iussi renuant: nec nõ iussi affectent. Qui qđ verecunde excusauit: obstinatius non recusent. Qui missi post aurum non eant: sed christum sequantur. [Phil. iij.] Qui questum legationem non estiment nec requirant datum: sed fructum. Qui regibus iohannem exhibeant: egyptijs moysen: fornicantibus phinees: helyam idolatris: helyseum auaris: petruz mentientib⁹: paulum blasphemantibus: negociantibus christum. Qui vulgus non spernãt: sed doceant/ diuites nõ palpent/ sed terreãt: pauperes non grauent/ sed foueant: minas principum non paueant/ sed contemnant. Qui non cum turba intrent/ nec cuz ira exeant: qui ecclesias non spolient/ sed emẽdent. Qui marsupia non exhauriant: sed corda reficiant: et crimina corrigant: fame prouideant sue: nec inuideant aliene. Qui orandi studium gerant: et vsum habeant: ac de omni re orationi plus fidant q̃ sue industrie vel labori. Quorum ingressus pacificus: non molest⁹ exitus sit. Quorum sermo edificatio: quorum vita iustitia: quorum presentia grata: quorum memoria in benedictione. Qui se amabiles prebeant: non verbo sed opere: reuerẽdos exhibeãt: sed actu non fastu. Qui humiles cum humilibus: et cum innocentibus innocentes: duros dure redarguant/ malignantes coerceant: reddant retributionem superbis. Qui non de dote viduae: et patrimonio crucifixi se vel suos ditare festinent: gratis [Mat. x.] dantes quod gratis acceperunt: gratis facientes iudicium iniuriam patiẽtibus: [Ps. cxlix.] vindictam in nationibus/ increpationes in populis. Qui de tuo deniq; spũ illorũ instar septuaginta moysi accepisse cernantur: per quem siue absentes/ siue presentes contendant placere tibi: placere deo Qui ad te redeãt fatigati quidem sed nõ suffarcinati. Simul et gloriãtes nõ q̃ curiosa seu preciosa queq; terrarũ attulerint: sed q̃ reliquerint pacẽ regnis: legem barbaris: quietem monasterijs: ecclesijs ordinem/ clericis disciplinam: deo populum acceptabilem sectatorem bonorum operum. Dignum nunc ad medium venire factuz dulcis memorie Martini nostri. Nosti hoc: sed an meminieris ignoro Is cardinalis presbyter/ functus aliquãdo legatione in datia: tam pauper remeauit: vt pene expensis et equis deficiẽtibus: vix peruenirit florentiam. Ibi episcopus loci donauit ei equum quo pisas vsq; vbi eramus tunc peruectus est. Postridie credo secutus episcopus (erat enim illi causa cum aduersario: et agendi aderat dies) cepit requirere suffragia amicorum. Cumq; per singulos sollicitaretur ventum est ad martinum. Fiducia erat maior in illo: qui non posset immemor esse recentis beneficij. Tũ martinus. Decepisti me (inquit) nesciebam tibi imminere negociũ. Tolle equum tuum: ecce in stabulo est. Et hora eadem resignauit illi Quid dicis mi Eugeni? Nonne alterius seculi res est/ redisse legatum de terra auri sine auro: transisse per terram argenti et argentum nescisse: donum insuper quod poterat esse suspectum illico reiecisse: Sed o mihi locum suauem vbi incidit occasio memorandi et nominandi suauissimi odoris virum. Episcopum loquor Gaufridum carnotensem: qui legationez in partibus aquitanie proprijs sumptibus strenue administrauit: idq;

annos plures. Rem loquor quam vidi ipse. Eram cum eo in terra illa: cum a quodam presbytero presentatus illi est piscis quē vulgo vocant sturgionem. Percunctatus legatus quanti valeret: non accipio inquit nisi receperis precium: ⁊ resignauit solidos quinq̄ inuito ⁊ verecundo. Item cum essemus in quodam oppido domina, filius oppidi obtulit ei pro deuotione cum manutergio duas vel tres parapsides pulchras: ligneas tñ. Quas aliquandiu intuens homo scrupulose conscientie: laudauit eas sed non acquieuit accipere. Quando argenteas recepisset qui ligneas refutauit? Non fuerunt qui possent legato dicere Dilatauimus abraham. Ipse vero cum samuele libere cōcionabat ad omnes. Loquimini de me coram domino: et coram christo eius: vtrum bouem cuiusq̄ tulerim aut asinum: si quempiam calumniatus sum: si oppressi aliquem: si de manu cuiusq̄ munus accepi: ⁊ contēnam illud hodie: vobisq̄ restituam. O si talium daretur virorum copia: quales perstrinximus nunc? Quid te felicius: quid illo iocundius seculo? Nonne secunda ab eternitate illorum tibi temporum beatitudo videret: cū te quaquauersum procedens, stipatum videres tam inclito agmine beatorum? Si te noui heres, ⁊ altum trahens suspirium tecum loqueris. Putas fore posse quod dicitur? Putas hic sumus quousq̄ hec fiant? Quis det viuere, vt videre contingat? O si viderem in vita mea ecclesiam dei: talibus innitem columnis. O si domini mei sponsam cernerem tante commissam fidei, tante creditā puritati. Quid me beatius quidve securius: cū eiusmodi circa me vite mee ⁊ custodes spectarem: simul ⁊ testes? Quibus omnia mea secreta secure committerem: communicarem consilia: quibus me totum refunderem tanq̄ alteri mihi. Qui si vellem aliquatenus deuiare non sinerent: frenarent precipitem: dormitātem excitarent. Quorum me reuerentia ⁊ libertas extollentem reprimeret: excedentem corrigeret. Quorum me constātia ⁊ fortitudo, nutantem firmaret: erigeret diffidentem. Quorum me fides ⁊ scitas: ad queq̄ sctā: ad queq̄ honesta: ad queq̄ pudica, ad queq̄ amabilia ⁊ bone fame prouocaret. Et nunc reduc oculos mi Eugeni ad eum qui nūc est curie siue ecclesie statum ⁊ studia prelatorum: eorum presertim qui sunt in circuitu tuo. Sed de his hactenus ego. Palpaui: nō fodi parietem. Tibi licet fodere ⁊ videre vtpote prophete filio. Mihi progredi nō est fas. Unum dico: qd in facie est. Ridicule ministri vestri: vestris se compresbyteris anteferre conātur. Non hoc ratio habet nō antiquitas habuit: non consentit auctoritas. Et si de sua consuetudine calūnia struitur: melius profecto illa q̄ summus ordo contemnitur. Friuolum tamē satis vnde maxime obtinere id volunt. Nos sumus inquiunt qui in omni celebritate dño pa..ꝛ coniunctiores assistimus sedenti propiores assidemus: precedentem posteriores precedimus. Hoc totū non dignitatis priuilegium: sed sedulitatis debitū est: dyaconi nomen solēni ipsa administratione interpretans. Denique presbyteris ordinata confessione ambientibus maiestatem: vos ad pedes sedetis. Propiores assistitis vt habeat paratiores. In euangelijs legimus qz facta est cōtentio inter discipulos, quis eorum videretur esse maior. Beatus esses si sic circa te cetera tenerentur.

¶ Tedet iam curie: exeundum palatio: domi expectant nos. Ibi non modo circa: sed quodammodo intra te sunt. Non est superuacua consideratio: qua intendis disponere domui tue prouidere his qui in sinu tuo ⁊ in gremio tuo sunt. Ego dico ⁊ necessaria. Paulum audi. Si quis domui sue preesse nescit: quomodo ecclesie dei diligentiam habebit? Item si quis suorum ⁊ maxime domesticorum curaz non habet: fidem negauit: ⁊ est infideli deterior. Et hec dicens: non te moneo summis occupatū intendere infimis: ⁊ quasi minutum fieri: in minimis impendere quod maximis debes. Quid te intrices vnde te eripuit deus? Hec inquit omnia adijcientur vobis. Ueruntamē ⁊ hec oportet facere: ⁊ illa nō omittere. At illa per te agens: per te etiaz oportet prouideas qui pro te de his prouideāt. Nam si vnus e seruis per se non sufficit simul ⁊ custodie iumentorum, ⁊ cure mensarū tu per te quomodo intendere valeas ⁊ tue domui ⁊ domini pariter de qua scriptum est. O israel q̄ magna est domus domini. Uacuum prorsus a sollicitudine rerum minorum ⁊ vilium oportet esse animum: tā magnis ⁊ tā multis intentū rebus. Oportet liberum: quē nulla sibi vendicet violenta occupatio. Oportet ingenuū quē nulla deorsum trahat indigna affectio. Oportet rectum quē nulla seorsum auertat sinistra intentio. Oportet cautum: quem nulla subeat furtiua suspicio. Oportet vigilē: quem nulla a sese abducat peregrina et curiosa cogitatio. Oportet firmum: quem nulla concutiat repentina turbatio. Oportet inuictum: quem nulla fatiget vel continua tribulatio. Oportet amplum: quem nulla coartet rei temporalis amissio. His te non dubites ⁊ bonis priuandum, ⁊ feriendum malis: si animuz diuidens: ⁊ dei rebus ⁊ tuis pariter recullis volueris impartiri. Procurandus quez implices: qui pro te molat. Pro te dico: nō tecum quedam per temet facies: quedam per te ⁊ alios simul: quedam per alios et absq̄ te. Quis sapiens et intelliget hec? Nō est qd inter ista dormitet consideratio tua. Ego vero agenda domus tue: sub eo genere quod nouissimuz posui locanda censuerim. Per alium vt dixi illa facies. At his si fidelis non fuerit fraudabit. Si nō fuerit prudēs fraudabit. Querēdus ergo inde fidelis ⁊ prudēs: quē constituas supra familiā tuam. Adhuc inutilis est: si tertiuz deest. Queris quid hoc? Autoritas. Quid enim prodest ei velle ⁊ scire quoq̄ disponere prout necesse est: si quod scit ⁊ vult non potest? Danda ergo facultas agendi pro libitu. Si in preiudiciū rationis putas hoc fieri: memēto fidelē qui agere nihilominus pro ratione volet: attende prudentez q̄ agere nihilominus pro ratione sciet. Sed fidelis solersq̄ voluntas tunc proderit: cum ei affatim suppetet, vnde tota facilitate mancipetur affectui: cunctis sine cunctatione parentibus. Subdendi igitur omnes. Nullum patiatur contradictorē. Nemo qui dicat: cur fecisti sic? Potestatem habeat excludere: ⁊ admittere quos voluerit: mutare ministros: transferre ministeria ad quos: ⁊ quando voluerit. Ita timori sit omnibus: vt sit ⁊ vtilitati. Presit omnibus vt omnibus prosit: ⁊ de omnibus. Clādestinas ⁊ susurratas delationes non recipias aduersus eum: magis detractiones censueris. Et hanc velim generalem tibi constituas regulam: vt omnem qui palam veretur dicere quod in aure locutus est suspectum habeas. Qz si te iudicāte dicendum coram ille renuerit: delatorem iudices non accusatorem. Itaq̄ vnus omnibus facienda iniungat: ⁊ vni omnes respondeant. Tu illi habeas fidem: vacans tibi ⁊ ecclesie dei. Si quo minus aut fidelis inueniatur: aut prudens, fideli potius committendum. Sane e duobus, tutius hoc. Quanq̄ si idoneus non reperitur: minus fidelem sustinere potius consulo: q̄ te immergere laberinto huic. Memēto saluatorem iudam economū habuisse.

¶ Quid episcopo turpius q̄ incumbere suppellecti: et substantiole sue scrutari omnia, sciscitari de singulis, morderi suspitionibus: moueri ad queq̄ perdita vel neglecta? Ad verecundiam dico: quorundā eiusmodi scrutantium quotidie omnē substantiaz suam numerantium singula: de minutis ⁊ quadrantibus exigentium rationem. Non ita ille egyptius: qui Ioseph omnibus traditis: ignorabat quid haberet in domo sua. Erubescat christianus: christiano sua non credens. Homo sine fide fidem tamen habuit seruo super omnia bona sua constituens eum. Et hic erat alienigena. Mira res. Satis superq̄ episcopi ad manum habent quibus animas credant: ⁊ cui suas committant facultatulas non inueniunt. Optimi videlicet estimatores rerum: qui magnam de minimis: paruam aut nullaz de maximis curam gerant. Sed vt liquido datur intelligi: patientius ferimus christi iacturam q̄ nostram. Quotidianas expensas quotidiano reciprocamus scrutinio: ⁊ continua dominici gregis detrimenta nescimus. De precio escarum: ⁊ numero panuz cum ministris quotidiana discussio est: rara admodum cuz presbyteris celebratur collatio de peccatis populorum. Cadit asina: ⁊ est qui subleuet eaz. Perit anima: ⁊ nemo qui reputet. Nec mirum: cum nec nostros quidem assiduos sentiamus defectus. Nōne ad singulas supputatiōes istas irascimur: vrimur: angimur? Qz tolerabilius rerū q̄ mētiū sustineremus iacturā. Quare inquit nō magis fraudem patimini? Queso tu q̄ alios doces doce teipsum: si tamen iaz non docuisti pluris te habere q̄ tua. Transitoria ista que stare tibi nullo pacto queunt: fac vt a te transeāt non per te. Riuus qua fluit cauat terraz: sic discursus temporalium conscientiam rodit. Si potest torrens in agros excurrere sine lesione satoruz: ⁊ tu te ista sine vulnere mētis posse tractare cōfidito. Omnimodis cōsulo studeas auertere a te concursum horum. Multa nescias: plurima dissimules: nonnulla obliuiscaris: Sūt tamē que ignorare te nolim: mores quorumq̄ ⁊ studia. Nō oportet vt vitia domus tue vltimus scias: qd q̄ plurimis nouimus cōtigisse. Quapropter vt dixi alius alia dispenset: de disciplina tu prouide. Illud nemini credas: si insolentior corā te vel sermo sonuerit: vel habitus apparuerit. Manus tua super eiusmodi: tu vlciscere iniuriā tuā.

¶ Impunitas ausuz parit: ausus excessuz. Domū epi decet scitudo: decet modestia: decet honestas: horum disciplina custos. Sacerdotes domestici: aut ceteris honestiores aut fabula oībus sunt. In vultu, i habitu, in incessu, illorum q̄ circa te sunt nihil residere impudicū: nil indecēs patiaris. Discāt a te coepi comatulos pueros: ⁊ cōptos adolescētes secū nō hr̄e.

¶ Certe iter mitratos discurrere calamistratos nō decet. Et memēto qd sapiens āmonet. Filie tibi sunt: noli faciē tuam hylarem ad eas ostendere. Nec austeritatem tamen suadeo tibi: sed grauitatem. Illa infirmiores fugat: hec reprimit leuiores. Illa si assit odibilem: hec si desit contemptibilez reddit: in omnibus tamen modus melior. Ego nec seuerius velim nec dissolutius. Quid hac mediocritate gratius: vt nō de seueritate sis oneri, nec de familiaritate cōtemptui? In palatio pa

pā domi

1. Reg. xij.

Luc. xxij.

1. Thi. iij.

1. Thim v

Mat. vj.

Baruc. iij

Mat. xxiiij

Iob. xij

Gen. xxxix

1. Cor. vj

Eccli. vij

pam domi te patremfamilias exhibe. Ament te domestici tui: si non / facito vt timeant. ¶ Utilis semper custodia oris: que tamen affabilitatis gratiam non excludat. Ergo vbiqȝ frenanda lingua precepe: maxime aūt ī conuiuio. Ille conuenientior habitus si tu actu quidem seuerus sis: vultu serenus: verbo serius. Capellani ꝛ qui tecū iugiter diuinis intersunt officijs: nō sint sine honore. Tuū est tales tibi puidere: qui digni sint. Seruiatur eis ab omnibus tanq̄ꝫ tibi. Necessaria de manu tua accipiant. His contenti sint que tu prouideris illis: tu vide ne egeant. Super hoc quem forte ab aduentantibus petere deprehē deris: iudica giezitam. Id de ostiarijs: id de ceteris officialibus decernendum. Uerum hoc ex abūdanti: nam formam istam iam olim a te positam recordamur. Quid tuo dignius apostolatu? Quid salubrius ad conscientiam: honestius ad famam / vtilius ad exemplum? Optimus canon qui proijcit auariciam ex calūnijs: et non a conscientia tantum. Libet iam ꝛ hunc claudere librum: sed in calce aliqua velim vel ante dicta quasi epilogando repetere: vel addere pretermissa. Cōsideres ante omnia sanctā romanam ecclesiam / cui deo auctore prees: ecclesiarum matrē esse non dominam: te vero non dominum episcoporum: sed vnū ex ipsis. Porro fratrem diligentium deum: ꝛ participem timentium eum. ¶ De cetero oportere te esse considera formam iusticie: sanctimonie speculum / pietatis exemplar / assertorem veritatis / fidei defensorem / doctorem gentium / christianorum ducem / amicum sponsi: sponse paranimphū: cleri ordinatorem / pastorem plebium: magistrum insipientium / refugium oppressorꝫ: pauperum aduocatum / miserorum spem / tutorem pupillorū: iudicem viduarum / oculum cecorum / linguam mutorum / baculuꝫ senum: vltorem scelerum / malorum metum / bonorum gloriam / virgam potentium / malleum tyrannorum / regum patrem: legū moderatorem / canonum dispensatorem: sal terre: orbis lumē: sacerdotem altissimi: vicarium christi: christum domini: postremo deum pharaonis. Intellige que dico. Dabit tibi dominus intellectum. Ubi malicie iuncta potētia est: aliquid tibi supra hominem presumendum. Uultus tuus super facientes mala. Timeat spiritum ire tue / qui hominem non veretur / gladiū nō formidat. Timeat orationem: qui admonitionem contempsit. Cui irasceris tu: deum sibi iratum non hominem putet. Qui te non audierit: auditurum deum / contra se paueat. Quod reliquū est de his que supra te sunt: incumbit iam disputatio. Quam vno libro deo adiuuante soluere spero: et me pariter absoluere promissione mea.

A
iiij. reg. v.
eccl. xxxiij
B
ps. xxxiij.

¶ De consideratione. Liber quintus.



Ibri superiores ꝛ si de consideratione inscribantur plurimum tamen habent actionis admixtum: dum res aliquas non considerandas tantum / sed agendas docent vel monent. At qui in manibus modo est sola in consideratione versabitur. Que enim supra sunt, id quidem instat, actu non indigent: sed inspectu. Non est quod in eis actites: que vno modo semper sunt et in eternum. Porro aliqua ꝛ ab eterno. Et hoc velim solerter aduertas vir sagacissime Eugeni: quia totiens peregrinatur consideratio tua: quotiens ab illis rebus ad ista deflectitur inferiora ꝛ visibilia: siue intuenda ad noticiā / siue appetenda ad vsum: siue pro officio disponenda vel actitanda. Si tamen ita versatur in his vt per hec illa requirat: haud procul exulat. Sic cōsiderare / repatriare est. Sublimior iste presentiū ac dignior vsus rerum: cum iuxta sapientiam Pauli. Inuisibilia dei per ea que facta sunt intellecta conspiciūtur. Sane hac scala ciues non egent sed exules. Quod vidit ipse huius sententie auctor qui cum diceret inuisibilia per visibilia conspici / signanter posuit a creatura mundi. Et vere quid opus scalis tenenti iam solum? Creatura celi illa est: presto habens per quod potius ista intueatur. Uidet verbum: et in verbo facta per verbum. Nec opus habet ex his que facta sunt: factoris noticiam mendicare. Neqȝ enim vt vel ipsa nouerit: ad ipsa descēdit / que ibi illa videt vbi longe melius sunt q̄ꝫ in seipsis. Unde nec medium requirit ad ea corporis sensum: sensus ipsa sibi: seipsa sentiens. Optimū videndi genus: si nulli⁹ egueris: ad omne quod nosce libuerit te contentus. Alioquin iuuari aliunde / obnoxiū fieri est: minusqȝ a perfecto istud ꝛ minus liberum. ¶ Quid q᷑ ꝛ inferioribus eges? Nonne prepostérum hoc ꝛ indignum? Plane superiorum quedam iniuria est inferiorum operam desiderare: qua iniuria nemo hominū perfecte vindicabitur: nisi cū q͛

Rom. j.
C

q̄ꝫ euaserit in libertatem filiorꝫ dei. Nempe erunt hi omnes docibiles dei / ꝛ nulla interueniēte creatura solo beati deo. Repatriasse erit hoc: exisse de patria corporꝫ in regionem spirituum. Ipsa est deus noster maximus spiritus / maxima mansio spirituū beatorꝫ: ꝛ ne quid hic sibi vsurpet carnis sensus seu imaginatio: veritas est: sapientia est virt⁹ / eternitas / summū bonū. A quo interim absum⁹ ꝛ vbi sum⁹ vallis ē: ꝛ vallis lachrymarꝫ in qua sensualitas regnat: ꝛ consideratio exulat. In qua libere quidem ꝛ potestatiue se exerit sensus corporeus: sed intricat⁹ caligat oculus spiritalis. Quid igitur mirū si ope indigene aduena indiget? Et felix ſm tempus viator qui ciuiū beneficiū sine quo transire non potest in obsequium conuertere potuit: vtens non fruens: exigens non petens: exactor non supplex. Magnus ille qui vsum sensuū quasdam veluti ciuiū opes expendere satagit: dispensando in suam ꝛ multorꝫ salutē. Nec ille minor qui hūc sibi gradū ad illa inuisibilia philosophando constituit: nisi q᷑ hoc dulcius: illud vtilius: hoc felici⁹: illud fortius esse constat. At omniū maximus: qui spreto ipso vsu rerū ꝛ sensuū quantum quidem humane fragilitati fas est: non ascensorijs gradibus sed inopinatis excessib⁹ auolare interdū contemplādo ad illa sublimia ꝯsueuit. Ad hoc vltimū genus illos pertinere reor excessus pauli. Excessus / non ascensus. Nam raptū potius fuisse q̄ꝫ ascendisse ipse se perhibet. Inde est qḋ dicebat. Siue mente excedimus deo. Porro hec tria ita contingunt: cum consideratio ꝛ si in loco peregrinationis sue: virtutis studio ꝛ adiutorio gratie facta superior / sensualitatē aut premit ne insolescat: aut cogit ne euagetur: aut fugit ne inquinet. In primo potentior: in secūdo liberior: in tertio purior. Puritatis siquidē ꝛ alacritatis pariter alis: fit ille volatus. ¶ Uis tibi has considerationis species proprijs distingui nominib⁹? Dicamus si placet primam dispensatiuam: secūdam estimatiuam: tertiam speculatiuam. Horum nominum rationes diffinitiones declarabūt. Dispensatiua est consideratio: sensibus sensibilibusqȝ rebus ordinate ꝛ socialiter vtens ad promerendū deū. Estimatiua est consideratio prudenter: ac diligenter queqȝ scrutans et ponderans ad vestigandū deum. Speculatiua est consideratio: se in se colligens: ꝛ quantum diuinit⁹ adiuuatur rebus humanis eximens ad contemplandum deū. Puto vigilanter aduertis aliarꝫ hanc esse fructū: ceteras si non referantur ad istam: quod dicitur videri posse: sed nō esse. Et prior quidem absqȝ intuitu hui⁹: multa serit / ꝛ nihil metit. Sequens vero nisi ad istam se dirigat: vadit / sed non euadit. Ergo quod prima optat: secūda odorat: tertia gustat. Ad quem tamen gustum perducūt ꝛ cetere: ꝛ si tardius. Nisi q᷑ prima laboriosi⁹: secūda quietius peruenit. ¶ Dixisti inquis satis qua ascendatur: etiam quo ascendendū dicere habes. Falleris si id speras: ineffabile est. Tu me existimas loqui quod oculus non vidit: nec auris audiuit: ꝛ in cor hominis non ascendit? Nobis inquit reuelauit deus per spiritū suū. Ergo que supra sunt non verbo docentur: sed spiritu reuelant. Uerū qḋ sermo nō explicat: ꝯsideratio q̄rat: oratio expetat / mereat vita: puritas assequat. Sane corꝫ admonitus q supra sunt non te existimes mitti a me: suspicere solē / lunam / stellas / non ipm firmamētū: non aquas q̄ sup celos sunt. Ista siquidē oia et si supra loco: ꝑcio infra sunt: ꝛ dignitate nature. Sūt eni corpa. Cui portio spūs est quo superius q̄ppiā frustra q̄ris: qḋ non sit spūs. ¶ Porro spūs est de⁹: sunt ꝛ āgeli sancti ꝛ hi supra te. Sꝫ deus natura: angeli gratia / supiores sunt. Unū siqdem tui ꝛ angeli optimū ratio est. De⁹ vero non sui aliqd optimuꝫ hꝫ: vnum optimū tot⁹. Is ꝛ qui cū eo sūt btī spūs trib⁹ modis veluti vijs totidē: nostra sunt ꝯsideratione vestigādi: opinione / fide / intellectu. Quorꝫ intellect⁹ rōni innitit: fides auctoritati: opinio sola verisimilitudine se tuet. Hñt illa duo certā veritatē: sꝫ fides clausam ꝛ inuolutā: intelligētia nudā ꝛ manifestā. Ceterū opinio certi nil hñs verū ꝑ verisimilia q̄rit poti⁹ quē apprehendit. Omnino in his cauēda cōfusio: ne aut incertū opinionis fides figat: aut qḋ firmū fixūqȝ est fidei / opinio reuocet in questionē. Et hoc sciendū q2 opinio si hꝫ assertionē temeraria est: fides si habet hesitationē infirma est. Itē intellect⁹ si signata fidei tētet irrūpere: reputat effractor: scrutator maiestatis. Multi suā opinionē intellectū putauerūt / ꝛ errauerūt. Et qdē opinio pōt putari intellect⁹: intellect⁹ opinio nō pōt. Unū hoc accidit? Pro fecto q2 hec falli ꝛ fallere pōt: ille nō pōt. Aut si falli potuit: intellect⁹ nō fuit: sed opinio. Uerus nēpe intellect⁹ certā hꝫ non mō veritatē / sꝫ noticiā veritatis. Intellect⁹ est rei. Possum⁹ singula hic ita diffinire. Fides est voluntaria q̄dā ꝛ certa plibatio necdū ꝓpalate veritatis. Intellect⁹ est rei cuiuscūqȝ inuisibilis certa ꝛ manifesta noticia. Opinio est quasi ꝓvero habere aliqd qḋ falsum est nescias. Ergo vt dixi fides ambiguū nō hꝫ: aut si hꝫ / fides nō est / sꝫ opinio. Quid igit distat ab intellectu? Nēpe q2 si non habet incertum non magis q̄ꝫ intellectus: habet tamē in

Johan.
Actiua.
Media.
Contemplatiua.
ij. Cor. xij
ij. Cor. v.
E
j. Cor. ij.
Ibidem.
F
Fides.
Intellect⁹.
Opinio.

volutum:quod non intellectus. Deniqȝ quod intellexisti/nō est
de eo quod vltra queras:aut si est/non intellexisti. Nil autē ma
lumus scire:q̄ que fide iam scimus. Nil supererit ad beatitudi
nem:cum que iam certa sunt nobis/ erunt eque et nuda. ¶ His
ita expeditis:age iā dirigatur consideratio in eam que sursum
B est hierusalem mater nostra:ac totis trib⁹ memoratis vijs cau
te ꝛ vigilanter inuestigemus inuestigabilia:quatenus tamen li
cet vel magis quatenus nobis donabitur. ¶ Et primo quidem ci
ues spiritus esse illic:potētes:gloriosos:beatos: distinctos in
personas:dispositos in dignitates / ab initio stantes in ordine
suo:perfectos in genere suo:corpore ethereos/imortalitate ꝑ
petuos:impassibiles non creatos/sed factos: id est gratia non
natura:mente puros:affectu benignos/religiōe pios:castimo
nia integros:vnanimitate indiuiduos:pace securos:a deo con
ditos:diuinis laudibus ꝛ obsequijs deditos. Hec omnia legē
do comperimus:fide tenemus. Quanq̄ᷓ de corporibus hoꝝ nō
modo vnde sint:sed an aliquatenus sint:heret sentētia aliquo
rum. Unde si quis inter opinabilia magis id ponendū cēsuerit
non contēdo. Porro intellectu preditos/nō fide/non opinione/
sed intellectu capimus:quia nō possunt huius expertes ꝛ dei si
mul participes esse. Sunt ꝛ nomina quedam nota nobis simili
ter ex auditu:per que harū beatitudinū (etiam que nō liquido
mortaliū percepit auditus) officia:merita/gradus/ordines/vt
Rom.x. cunqȝ a nobis cōnci ꝛ discerni queūt. Sed enim quod ex auditu
non est:iam nō ex fide. Nā fides ex auditu. Itaqȝ opinando ista
diximus. Ad quid enim celestiū nomina innotuerūt:si ne opi
nari quidem salua fide aliquid licet:de rebus quarum nomina
sunt: Angeli/archangeli/virtutes/potestates/principatus/do
minationes/throni/cherubin/seraphin:hec nomina. Que signi
ficata eoꝝ: Nulla ne inter illos spirit⁹ simpliciter angeli:ꝛ eos
qui archangeli nūcupantur distantia? Quid ergo sibi vult gra
Angeli. dalis distinctio hec? Putemus angelos dici nisi tu conuenien
tius aliquid considerasti) qui singuli singulis hominibus dari
Hebre. i. creduntur:missi in ministeriū ſm Pauli doctrinam: propter eos
mat. xviii qui hereditatē capiūt salutis. De quibus saluator. Angeli eoꝝ
Archan- semper vident faciem patris . Putemus his preesse archange
geli. los:qui non nisi mysterioꝝ diuinoꝝ non nisi ob precipuas ꝛ ma
ximas causas mittūtur. E quib⁹ magnus ille archāgelus Ga
briel missus legitur ad mariam: ob causam vtiqȝ qua maior esse
Uirtutes non potuit. Putem⁹ sup istos virtutes esse:quoꝝ nutu vel ope
re signa ꝛ prodigia in elemētis siue ex elemētis facta apparēt
ad commotionē mortaliū. Inde est fortassis q̄ cū in euāgelijs
Luce.xxi legas. Erūt signa in sole ꝛ luna ꝛ stellis:paulo post habes. Nā
virtutes celoꝝ mouebūtur. Hi nimirū spiritus per quos signa
Ptātes. fiunt. Putemus potestates superiores istis:quaꝝ virtute pote
stas tenebrarū comprimit:ꝛ coercetur malignitas aeris huius
ne quantū vult noceat:ne malignari nisi vt prosit possit. Pute
Principa mus principatus his quoqȝ prelatos:quoꝝ moderamine et sa
tus. pientia omnia in terris principatus cōstituitur/regitur: limita
Dn̄atōes tur/trāsfertur:mutilatur/mutatur. Putemus dn̄ationes adeo
cūctis supereminere prefatis ordinibus:vt respectu hoꝝ cete
ri videātur omnes administratorij spiritus:et ad istos tanq̄ ad
dominos referri regimina pricipatuū:tutamina potestatū ope
rationes virtutū:reuelatiōes archāgeloꝝ:curam ꝛ prouidētiā
Throni. angeloꝝ. Putemus thronos alto etiam ab his euolasse recessu
q̄ ex eo q̄ sedēt throni dicūtur:ꝛ ex eo sedēt:q̄ sedet in eis de⁹.
Neqȝ eñ sedere in eis qui nō sederēt posset. Queris quid illam
sentiam sessionē? Sūmam tranquillitatē:placidissimā serenita
tem:pacē que exuperat omnē intellectū. Talis est qui sedet in
thronis dominus sabaoth:iudicans omnia cū tranquillitate:
placidissimus:serenissimus/pacatissimus. Et tales sibi consti
Cherubi tuit thronos simillimos sibi. Putemus cherubin ex ipso sapien
tie fonte ore altissimi:haurientes ꝛ refundētes fluēta sciētie vni
uersis ciuibus suis. Et vide ne is sit quē propheta loquebatur
Ps̄.xlv. fluminis impet⁹ letificās ciuitatē dei. Putem⁹ seraphin: spiri
Seraphi tus totos diuino igne succēsos succendere vniuersa/vt singuli
ciues/singule sint lucerne ardētes ꝛ lucētes. Ardētes charita
te:lucētes cognitiōe. O eugeni:q̄ bonū est nos hic esse/ q̄ fo
re meli⁹:si qn̄ tn̄ toti sequamur quo ex parte precessim⁹. Prece
dimus animo:ꝛ ne ipso quidē toto:sed parte ꝛ parte modica ni
mis. Affectus iacēt mole corporea pregrauati:et luto herētib⁹
desiderijs:sola interim arida ꝛ tenuis cōsideratio preuolat. Et
Ps.xxv. tamē ex tantillo quod iam daẜ:libet exclamare. Dn̄e dilexi de
M corē domus tue/ꝛ locū habitationis glorie tue. ¶ Quid si totā
se colligat anima:ꝛ reductis affectib⁹ e cūctis locis quib⁹ ca
ptiui teneñẜ:timendo q̄ nō opꝫ:amādo q̄ non decet: dolēdo va
ne:gaudendo vani⁹:cū his ineat tota libertate volatū: pulset
cū impetu spūs:ꝛ in pinguedine gratie illabaẜ? Nōne cū cepe
rit circuire lucidas māsiones:ꝛ sinū illū etiā abrahe curiosi⁹ ꝑ
scrutari:ꝛ sub altari quēcūqȝ illud est martyꝝ reuisere alas:i pri
ma stola secūdam patiētissime expectātes multo magis tūc in
Ps.xxvi. stabit loquēs cū propheta. Unā pet i a dn̄o hāc requirā: vt in
habitē in domo dn̄i oibus dieb⁹ vite mee:vt videā voluntatē
N dn̄i ac visitē tēplū ei⁹? ¶ Quidni ibi videaẜ cor dei: quidni ibi
probeẜ que sit volūtas dei bona ꝛ bn̄placēs ꝛ perfecta? Bona
in se placēs in effectib⁹ bn̄placens fruētib⁹ perfecta perfectis ꝛ
nihil vltra querentib⁹. Patent viscera mie:patēt cogitationes
pacis/diuitie salutis/mysteria bone volūtatis:benignitatis ar
chana:q̄ clausa mortalibus etiā ipsis electis suspecta sunt. Id
quidē salubriter ne desinant timere dū necdū digne amare ido
nei inueniūtur. Cernere est in his qui seraphin appellātur quō
amet qui vn̄ amet non habet:sed est:ꝛ qui nihil hoꝝ que fecerit
odit:quos saluādos fecit quō foueat:quō ꝓuehat:quō ample
xetur:quō delicta electe iuuētutis ꝛ paleas ignorātiarum eius
ignis ille cōsumēs:ipsam sibi purgatissimā/ꝛ suo amore digni
simā reddat. Cernere est in cherubin:qui plenitudo sciētie dici
tur:deū sciētiarū dn̄m esse:qui solus solam nesciat ignorātiam
qui totus sit lux:ꝛ tenebre in eo nō sint vlle:totus sit oculus/ ꝛ
i. Iohi.i. qui minime aliquādo fallitur/quia minime clauditur:qui extra
se nō querat lumē cui admoueatur vt videat. ipse qui videt/ipe
vnde videt. Cernere est in thronis q̄ nō suspect⁹ omni innocē
tie iudex sedeat in his qui circumuenire nolit/circūuenīri non
possit:quippe sit amans ꝛ videns. Nec vacat sessio trāquillita
tis insigne est. ¶ De vultu tali iudiciū meū ꝓdeat:opto:cui in
Ps.xvi. sit amor/error absit:absit ꝛ perturbatio. Cernere est in domina
O tionibus quāte sit dominus maiestatis:cuius nutu imperiū cō
stat:ꝛ imperio vniuersitas atqȝ eternitas termini sunt. Cernere
est in principatibus principiū:ex quo omnia: ꝛ quomodo a car
dine ostium sic ab ipso regi vniuersitatem. Cernere est in pote
statibus q̄ potestatiue idem princeps quos regit protegit: cō
trarias potestates arcēs ꝛ propulsans. Cernere est in virtutib⁹
vnam vbiqȝ equaliter presto esse virtutē per quam oia:viuificā/
efficacē/inuisibilē/immobilēqȝ/oia tamē mouētem vtiliter te
nētem fortiter. Que cū in iniquis vsitata effecta apud mortales
eruperit miracula siue prodigia vocāt. Cernere postremo ꝛ mi
rari est in angelis ꝛ archāgelis veritatē atqȝ experientiā vocis
i.Pe.v. illius:quonia ipsi cura est de nobis:qui talium nos ꝛ tantoꝝ nō
desinit iocūdare visitatiōibus:instruere reuelationib⁹/sugge
stionibus commonere:sedulitate solaciari. Hec omnia contulit
illis spiritibus ipse qui cōdidit illos:vnus atqȝ idem sūm⁹ spi
ritus:diuidēs singulis prout vult:hec operatur in illis: hec de
dit operari ꝛ illis:sed aliter. Ardent seraphin:sed igne dei/ vel
potius igne deo. Quod precipuū est in eis:amant:sed nō quan
tum deus nec quō. Lucēt cherubin ꝛ sciētia eminēt:sed partici
pio veritatis:ac per hoc nō vt veritas/nec q̄tum. Sedēt thro
ni: sed insidētis beneficio. Iudicāt ꝛ ipsi cū trāquillitate:sed
non ad mēsuram modū de pacis pacantis/pacis que exuperat
omnē sensum. Dominātur dn̄atiōes:sed sub domino dn̄antur:
Phil.iii. sed seruiūt pariter. Quid hoc ad summū sempiternū/singulare
q̄ dn̄itum? Presunt principat⁹ ꝛ regūt:sꝫ regūtur ꝛ ipsi:ita vt re
gere iā nō norint/si regi desierint. Precellit in potestatib⁹ forti
tudo:sed cui dn̄t q̄ fortes sunt ꝛ aliter ē fortis/ꝛ plus. Nec tā
fortis q̄ ipsa fortitudo ē. Uirtutes ꝓ suo ministerio et potētatu
satagūt excitare corda torpētia hoim/inouatiōe signoꝝ / virt⁹
ꝓo in eis manēs ipa facit opa. Faciūt ꝛ ille:sꝫ in coopatiōe eius
nō faciūt. Deniqȝ tn̄ interest:vt qua i singulariter ꝓpheta dicat
ad eū. Tu es de⁹ qui facis mirabilia. Et itē de eo. Qui facit mi
Ps. lxxv. rabilia magna solus. Adsunt angeli ꝛ archāgeli sed ille germa
Ps cxxxv nior nobis:q̄ nō mō adest sed inest. Nā si dicas posse inesse ꝛ an
Zacha.i. gelū:nō inficior. Memini scriptū ꝛ angel⁹ qui loquebaẜ in me.
P ¶ At qui differentia in hoc. Inest angelus suggerēs bona: nō
ingerēs:inest hortās ad bonū:nō bona creās. Deus sic inest:vt
afficiat/vt infundat:vel potius vt infundatur ꝛ participetur:ita
vt vnū perinde cū nostro spiritū esse dicere quis nō timuerit:et
si non vnā personā vnā ve substātiam. Habes eñ. Qui adheret
i.Coꝛ.vi deo/vnus spūs est. Angelus ergo cū anima:deus i anima. Ille
vt contubernalis anime inest:de⁹ vt vita. Itaqȝ sicut aīa videt
in oculis/audit in aurib⁹:odorat in narib⁹ in faucib⁹ gustat tā
git in toto reliquo corpore:sic de⁹ diuersa in diuersis spiritib⁹
operaẜ:verbi gratia in alijs amantem se exhibēs/in alijs agno
scentem/in alijs alta facientem:sicut vnicuiqȝ datur manifesta
i.Cor.xii tio spiritus ad vtilitatem. ¶ Quis est iste tam cōmunis in voci
Q bus: tā longe in reb⁹? Quomodo quē nostris loquimur verbis:
in sua recōditus maiestate nostros penitus ꝛ aspectus effugit/
et affectus? Audi ipsum quid loquatur hominibus. Sicut exal
Esaie.lv. tantur celi a terra:sic exaltate sunt vie mee a vijs vestris: ꝛ co
gitatiōes mee a cogitatiōib⁹ vestris. Dicimur amare:ꝛ de⁹ di
cimur nosse:ꝛ deus. Et multa in hūc modū. Sꝫ de⁹ amat vt cha
ritas:nouit vt veritas:sedet vt eq̄tas:dn̄atur vt maiestas:regit
vt principiū:tueẜ vt salus:opaẜ vt virtus:reuelat vt lux:assistit
vt pietas.

vt pietas. Que omnia faciūt ⁊ angeli: facimus ⁊ nos: sed longe inferiori modo: nō vtiq; bono qđ sumus: sed qđ participamus. Nunc iam transi spiritus istos: si forte cū sponsa dicere possis et tu. Paululū cū pertransissem eos: inueni quem diligit anima mea. Quis est: Non sane occurrit melius q̄ qui est. Hoc ipse de se voluit responderi: hoc docuit: dicente moyse ad populū ipso quidē iniūgente: qui est misit me ad vos. Merito quidē. Nil cō petentius eternitati/ que deus est. Si bonū/ si magnum/ si beatū/ si sapientē: vel quicquid tale de eo dixeris/ in hoc verbo instauratur: quod est/ est. Nempe hoc est ei esse qđ hec omnia esse Si ⁊ centū talia addas: non recessisti ab esse. Si ea dixeris: nihil addidisti. Si non dixeris: nihil minuisti. Iā si vidisti hoc tā singulare: tam summū esse: nonne in comparatione huius quicquid hoc nō est: iudicas potius non esse q̄ esse? Quid itē deꝰ? Sine quo nihil est. Tam nihil esse sine ipso: q̄ nec ipse sine se potest. Ipse sibi/ ipse oibus est. Ac per hoc quodammodo solus est ipse: qui suū ip[...] est ⁊ omniū esse. Quid est deus? Principiū/ et hoc ipse de se responsum dedit. Multa in rebꝰ dicūtur principia: sed respectu posteriorꝫ. Alioquin si ad aliquid precedens respicias: ipsum potius principiū dabis. Quobrem si queras verū simplexq; principiū: inuenias oportet quod principiū non habuerit. Ex quo vniuersum cepit: ipsum profecto minime cepit. Nam si cepit: aliūde ceperit necesse est. A se enim cepit nihil. Nisi forte quis putauerit: quod non erat dare sibi potuisse vt esse inciperet: aut fuisse aliquid anteq̄ esset. Quod vtrumq; quia ratio non consentit constat nihil sibimet extitisse principium. Quod vero aliud principiū habuit: primū non fuit. Verū ergo principiū nequaq̄ cepit: sed totū ab ipso cepit. Quid est deus? Cui secula nec accesserunt: nec decesserūt: nec coeterna tamen. ¶ Quid est deus? Ex quo omnia/ per quē omnia/ in quo omnia/ ex quo omnia creabiliter: non seminabiliter. Per quem omnia: ne aliū auctorē atq; aliū opificē arbitreris. In quo omnia: non quasi in loco: sed quasi in virtute/ ex quo omnia: tanq̄ vno principio auctore omniū. Per quem omnia: ne alterū inducatur principiū artifex In quo omnia ne tertiū inducatur/ locus. Ex quo omnia: non de quo: quia non est materia deus/ efficiens causa est: nō materialis. Frustra philosophi materiā querunt: non eguit materia deus. Non enim officinam quesiuit: nō artificem/ ipse per se: in se omnia fecit. Unde? De nihilo/ nam si ex aliquo fecit: illud nō fecit: ac per hoc nec omnia. Absit vt de sua incorrupta incorruptibiliq; substantia tam multa fecerit: et si bona/ corruptibilia tamen/ queris si in ipso omnia: ipse vbi? Nihil non minus inuenio. Quis capiat locus? q̄ris vbi non sit? Ne hoc quidem dixerim/ quis sine deo locus? Incomprehensibilis est deus: sed non parū apprehendisti: si hoc tibi de eo compertum est/ q̄ nusq̄ sit qui non clauditur loco: ⁊ nusq̄ tamē nō sit/ qui non excluditur loco. Suo autem sublimi atq; incomprehensibili modo: sicut omnia in ipso: sic ipse in omnibus est. Deniq; sicut ait euangelista in mūdo erat. Alias vero vbi erat anteq̄ mūdus fieret/ ibi est. Non est q̄ queras vltra vbi erat: preter ipsum nihil erat/ ergo in seipso erat. Quid est deus? quo nihil melius cogitari potest. Si approbas: non oportet assentiaris esse aliquid quod deus sit: ⁊ quod deus nō sit. Hoc eiꝰ sine dubio melius: quomodo non melius deo/ si deus non est: quod dat deo vt sit? At melius illam diuinitatem qua dicūt deū esse: non aliud q̄ deū esse fatemur. Nō est ergo in deo/ nisi deꝰ: quid inquiūt. Negas deū habere diuinitatē? non/ sed q̄ habet: hoc est. Negas diuinitatē deū esse? non: sed non aliā q̄ que ipse est. Aut si tu aliam inuenisti: adiuuet me trinitas deꝰ: aduersus illam tota me contumacia erigo: quaternitas orbē disterminat: non signat deitatem. ¶ Deus trinitas est: deus triū singula personarum. Si quartā diuinitatē adiicere placet: interim ego hāc que deus non est persuasi mihi minime adorandam. Puto q̄ et tu: nempe dominū deū tuū adorabis: ⁊ illi soli seruies. Gloriosa vero diuinitas: que sibi honorem non audeat arrogare diuinum. At melius quartū hoc omnino respuimus: quam sine honore recipimꝰ. ¶ Multa dicūtur esse in deo: et quidem sane catholiceq; sed multa vnū. Alioquin si diuersa putemus non quaternitatem habueris: sed centenitatem. Verbi causa. Dicimus magnū/ bonū/ iustū/ ⁊ innumera talia: sed nisi omnia vnū in deo et cū deo consideres: habebis multiplicē deū. Mihi vero nō deest: qđ cogitē meliꝰ eiusmodi deo tuo. Queris quid? Vera simplicitas. Vero iudicio: natura simplex multiplici āteferꝰ. Scio quod ad id respondere solent. Non multa inquiūt: sed vnā tantum diuinitatē: que omnia illa sunt/ deo vt sit cōferre asserimꝰ. Asseritis ergo: ⁊ si non multiplicē: duplicē deū: ⁊ non ad merum simplex peruenistis: neq; ad id quo melius cogitari non potest. Tam non est simplex: quod vel vni fuerit obnoxiū forme: q̄ nec virgo vel vni cognita viro. Securus loquor: ne is quidē qui vꝰ duplex est erit meus. Habeo enī meliorē. Esto q̄ hūc numeroso et multiplici āteponā: sed plane pre simplici sperno. Meus deꝰ ipse catholice est. Tam non habet hoc ⁊ illud: q̄ non hec ⁊ illa est qui est: non que est. Purus/ simplex/ integer/ perfectus/ constans sibi: nihil de temporibus: nihil de locis: nihil de rebꝰ trahens in se: nihil ex se deponens in eis: non habens quod ad numerum diuidat: non que colligat ad vnum. Unū quippe est: sed non vnitū. Non partibus constat vt corpus: non affectibus distat vt anima: non formis substat vt omne quod factū est. Sed neq; forme vt istis visum est. Magna laus videlicet deo: vt se ab informitate vendicet/ forma vna esse contētum. Hoc est dicere Cetera pluribus: deū non nisi vni debere quod est. Quid? Cuius beneficio sunt que sunt: ipse pro suo esse alterius beneficio inclinabit? Laus ista (vt vulgo dicitur) blasphemiā valet. An non pluris est nullo indigere q̄ vno? Habere reuerentiam deo vt quod pluris est illi tribuas Si cor tuū vsq; huc ascēdere potuit: deū tuum infra quomodo collocabit. Ipse sibi forma/ ipse sibi essentia est. In hoc iterim gradu suspicio illū: ⁊ si aliter potior appareret: illū potius darē. Nūquid verendum ne cogitatio transuolet illum? Quantumcūq; in altū proficiat: vltra est. Infra quod homo cogitare possit: altissimū querere/ ridiculum est: statuere/ impiū. Ultra: nō citra querendus est. Ascēde si adhuc potes ad cor altius: ⁊ exaltabitur deus Non est formatꝰ deus/ forma est. Non est affectus deus/ affectio est. Non est compositꝰ deus: merū simplex est. Et vt liquido noueris quid simplex dicam: idem quod vnū. Tam simplex deus: q̄ vnus est. Est autē vnus: ⁊ quomodo aliud nihil. Si dici possit/ vnissimus est. Unꝰ est sol: q̄ nō sit alter: vna luna: q̄ eque altera non sit. Atq; id quidem deus sed plus: quid plus? Unus est etiam sibi. Et hoc vis tibi declarari. Idem est semper: ⁊ vno modo. Non sic vnus sol: non sic vna luna: clamat vterq; non esse se vnum sibi. Ille motibus: illa ⁊ defectibus suis. Deus autem non modo vnus sibi: ⁊ in se vnus est. Nihil in se: nisi se habet. Non ex tēpore alterationem habet: non in substantia alteritatem. Hinc de eo. Boetiꝰ. Hoc vere vnum: in quo nullus est numerus: nullū in eo aliud p̄ter id quod est. Neq; enim subiectū fieri potest: forma enim est. Compara huic vni omne quod vnum dici potest: ⁊ vnum nō erit. Trinitas est tamen deus Quid ergo. Destruimus quod dictum est de vnitate: quia inducimus trinitatem. Non: sed statuimus vnitatem. Dicimus patrem: dicimus filium dicimus spiritū sanctum: non tamen tres deos: sed vnum. Quid sibi vult iste (vt sic loquar) absq; numero numerus? Si tria: quomodo non numerus. Si vnum: vbi numerus: sed habeo (inquis) quid numerem: et quid non numerē. Substantia vna est: psone tres sunt. Quid mirū: quid vel obscurū in hoc? Nihil si persone seorsum a substātia cogitentur. Nunc vero cum tres ille persone illa substantia sint: ⁊ illa vna substantia tres ille persone: quis numerum neget: nam vere tres sunt. Quis numeret tamen: nam vere vnum sunt. Aut si tu facile explicatu id putas dicēdo tres: dicito qđ numerasti? Naturas? vna est. Essentias? vna est. Substantias? vna est. Deitates? vna est. Non hec: sꝫ personas numero inquis. Que non sint: illa vna natura: illa vna essentia: illa vna substantia: illa vna diuinitas. Catholicus es/ minime hoc dabis. Personarum proprietates: non aliud q̄ personas: ipsasq; non aliud q̄ vnum deū/ vnam diuinam substantiam: vnam diuinā naturā: vnam diuinam ⁊ summā maiestatem fides catholica cōfitetur. Numera ergo si potes aut sine substātia psonas: que ipsa sunt: aut sine personis proprietates: que ipse sunt. Aut si diuidere quis conetur vel personas a substantia: vel proprietates a personis nescio quō trinitatis se profiteri cultorem possit: qui in tātam rerū nūerositatē excesserit. Dicamꝰ itaq; tres: sꝫ non ad p̄iudicium vnitatis. Dicamus vnū: sed non ad confusionē trinitatis. Neq; enim nomina vacua sunt nec absq; significantia casse voces. Sabellianum hoc. Querit quis quomodo illud quod catholicum esse dicimus possit esse? Sufficiat ei tenere sic esse. Atq; hoc non rationi perspicuū: nec tamen opinioni ambiguū: sed fidei persuasum. Sacramentum hoc magnum est: et quidem venerandum non scrutandum. Quomodo pluralitas in vnitate: ⁊ hec vnitate: aut ipsa in pluralitate? ¶ Scrutari hoc temeritas est: credere pietas est: nosse vita: et vita eterna est. Unde si operepreciū censes o Eugeni: pcurrat nūc consideratio multa vna: quo eminentia huius singularis vnius: fiat euidentior. Est vnitas que collectiua potest dici: cum verbi causa multi lapides faciunt aceruum vnum. Et est vnitas cōstitutiua: cū multa membra vnū corpus: vel multe partes vnū quodcunq; totum constituūt. Est et coniugatiua: qua fit vt duo iam non duo sint: sed vna caro. Et est natiua qua anima et caro vnꝰ nascitur hō. Est vnitas potestatiua: qua homo virtutis/ non instabilis: non dissimilis/ sed vnus sibimet semper nititur inueniri. Est consentanea: cum per charitatem multorum hominum est cor vnum et anima vna. Est et votiua: cum anima votis omnibus adhe-

Marginalia (left column): Canti. iij — Exo. iij — Joh. viij — Rom. xj — quid est deus — Johan. j — B — Luce. iiij — C

Marginalia (right column): Ps. lxij — Boetius — De Trinitate — D Modi vnius nouē.

rens deo vnus spiritus est. Est et dignatiua vnitas: qua limus
noster a dei verbo in vnã assumptus est personã. Uerũ hec oia
quid ad illud summũ: atqꝫ/ vt ita dicam vnice vnũ vbi vnitatez
consubstantialitas facit? Huic vni quoduis illorũ si assimiles:
erit quoquo modo vnũ/si cõpares/nullo. Igitur inter omnia q̃
recte vnũ dicuntur: arcẽ tenet vnitas trinitatis: qua tres psone
vna substantia sunt. Secũdo loco illa precellit: qua econuerso
tres substantie vna in christo persona sunt. Porro hec ꝛ quecũ=
qꝫ alia dici vna possunt: summe illius vnitatis imitatione / non
comparatione: vna appellari vera sobriaqꝫ probat cõsideratio.
Nec abducimur ab hac vnitatis professione assertione triũ: cũ
in hac trinitate non recipiamus multiplicitatẽ sicut nec solitu=
dinẽ in vnitate. Quobrem cũ dico vnũ: non me trinitatis turbat
numerus: qui essentiã non multiplicat: non variat: nec partitur
Rursum cũ dico tria: non me arguit intuitus vnitatis: que illa
quecunqꝫ tria: seu illos tres: nec in confusionẽ cogit: nec in sin=
gularitatem redigit. Idem me sentire fateor et de illa vnitate:
cui secundũ ab ista inter cetera vna honorẽ dedi. ¶ Dico in chri
sto verbũ/animam: ꝛ carnem sine confusione essentiarũ vnã esse
personam: ꝛ item absqꝫ preiudicio psonalis vnitatis in sua nu=
merositate manere. Nec negauerim hanc ad illud quoqꝫ genus
vnitatis pertinere: qua anima ꝛ caro vnus est hõ. Decuit quip=
pe familiarius similiusqꝫ cũ hominis conuenire ꝯstitutione: qđ
pro homine constitutuz est sacramentum. Decuit ꝛ cum summa
que in deo est: ꝛ deus est: vnitate congruere: vt quomõ ibi tres
persone vna essentia: ita hic conuenientissima quadam contra=
rietate tres essentie sint vna psona. Uides ne pulchre inter vtrã
qꝫ vnitatẽ hanc collocari: in eo vtiqꝫ qui constitutus est media
tor dei hominisqꝫ homo christus iesus? Pulcherrima inqꝫ con=
uenientia: vt salutare sacramentũ congrua quadam similitudi=
ne ambobus respõdeat: ꝛ saluanti videlicet/ꝛ saluato. Ita hec
vnitas duarũ consistens media vnitatũ: alteri succũbere: alteri
preminere cognoscitur: q̃tuz superiore inferior: tantũ inferiore
superior. Tantam denicqꝫ tamqꝫ expressam vnionis vim in se pre
fert ea persona: in qua deus ꝛ homo vnus est christus: vt si duo
illa de se inuicem predices/non erraueris: deum videlicet ho=
minem: ꝛ hominem deũ: vere catholiceqꝫ pronũcians. Non autẽ
similiter vel carnem de anima: vel animam de carne: nisi absur
dissime predicas: ꝛ si similiter anima ꝛ caro vnus sit homo. Nec
mirum si non eque potis anima sit sua illa vitali ꝛ si non parum
valida intentione connectere atqꝫ suis affectibꝰ astringere sibi
carnem: vt sibi diuinitas hominem illum qui predestinatus est
filius dei in virtute. Longa cathena ꝛ fortis ad stringendũ di=
uina predestinatio: ab eterno est enim. Quid longius eternita=
te? Quid diuinitate potentius? Inde est ꝙ nec morte incidẽte
vllatenus intercidi hec vnitas potuit: ꝛ si carne ꝛ anima ab in=
uicem separatis. Et fortassis hoc sensit ille: qui se indignũ pro

Marci. i.
Mat. xiij.

fessus est soluere corrigiam calciamenti huius. Sed et illa tria
sata de euangelio mixta ꝛ fermentata in panem vnũ: si quis ad
hec tria dixerit pertinere: non incongrue id mihi facere videbi
tur. Et bene ea mulier fermentauit: vt nec diuisione quidẽ fa=
cta carnis ꝛ anime/a carne vel anima verbũ diuideretur. Man
sit ꝛ in separatione inseparabilis vnitas. Nec enim que ex par=
te contigit separatio potuit vnitati prescribere: permanenti in
totis tribus. Siue coniunctis siue disiũctis duobus: nihilomi
nus perseuerauit in tribus vnitas personalis. Eque vnus chri=
stus: vnaqꝫ persona: verbum anima: ꝛ caro etiam mortuo homi=
ne perdurauit. In vtero virginis/ vt sentio ego/ commixtio hec
et fermentatio facta est: ꝛ ipsa mulier que miscuit ꝛ fermenta=
uit. Nam fermentum non immerito fortasse dixerim fidem ma=

Luce. i.

rie. Plane beata que credidit: quoniam perfecta sunt in ea que
dicta sunt ei a domino. Perfecta autez non essent: si quominus
iuxta verbum domini esset fermentatum totum: ꝛ perpetuo fer
mentatum: seruans nobis tam in morte q̃ in vita/pariter vnuz
atqꝫ integrum mediatorem dei ꝛ hominum cum sua deitate ho
minem iesum christũ. ¶ Aduertere est in hoc admirabili sacra=
mento iuxta numerum satorꝫ: mire ꝛ decentissime distinctionis
gradus. Nouum/antiquum/eternũ. Nouũ animam: que de nihi
lo tunc creata creditur/cum infusa. Antiquum: carnem q̃ a pri=
mo vsqꝫ hominum (id est ex adam) traducta cognoscitur. Eter=
num/ verbum quod ab eterno patre coeternum illi genitum in
dubitata veritate asseritur. Et in his triplex (si diligenter ad=
uertas) diuine potentie genus: ꝙ factum sit de nihilo aliquid:
de vetusto nouum: eternum beatumqꝫ de damnato et mortuo.
Quid hoc ad nostram salutem. Multum per omnem modum.
Primum quidem ꝙ peccato redacti in nihili: per hoc quodam
modo iterato creati sumus: vt simus initium aliquod crea=
ture eius. Deinde ꝙ ex vetusta seruitute in libertatem filiorum
dei translati in nouitate spiritus ambulantes. Postremo ꝙ de
potestate tenebrarum vocati: ad regnũ claritatis eterne in quo
iam et consedere nos fecit in christo. Alieni sint a nobis q̃ chri

sti a nobis carnem alienare conantur: nouam creatam in vir=
gine: ꝛ non de virgine sumptam impie asserentes. Pulchre pro=
pheticus spiritꝰ longe ante occurrit huic sententie: immo blas=
phemie impiorum. Egredietur inquiens virga de radice iesse

Esa. xi.

et flos de radice eius ascendet. Dixisse poterat: ꝛ flos de virga:
sed maluit de radice: vt vnde virgam/inde florem duxisse origi
nem demonstraret. Inde ẽ igit sumpta caro vnde orta virgo: nec
noua i virgine: que prodit ex radice. ¶ Forte substomacharis:
si adhuc pergimus querere quid est deus: tum quia totiens iaz
quesitum est: tum quia diffidis inuentũ iri. Dico tibi pater Eu=
geni: solus est deus/qui frustra nunq̃ queri potest: nec cum in=
ueniri non potest. Doceat te de hoc experimentum tuum: aut si
non/experto credito: non mihi/sed sancto qui ait. Bonꝰ es do

Tren. iij.

mine sperantibus in te: anime querenti te. Quid ergo est deꝰ?
Quod ad vniuersum spectat finis. Quod ad electionem: salus.
Quod ad se: ipse nouit. Quid est deus? Uoluntas omnipotens
beniuolentissima virtus: lumen eternũ: incommutabilis ratio:
summa beatitudo: creans mentes ad se participandum: viuifi=
cans ad sentiendum: afficiens ad appetendum: dilatans ad ca
piendum: iustificans ad promerendum: accendens ad zelum: fe
cundans ad fructum: dirigens ad equitatem: formans ad beni
uolentiam: moderans ad sapientiam: roborans ad virtutem: vi
sitans ad consolationem: illuminans ad cognitionem: perpe=
tuans ad immortalitatem: implens ad felicitatem: circundans
ad securitatem. ¶ Quid est deus? Non minus pena peruerso=

g

rum/q̃ humilium gloria. Est enim rationabilis quedam equi=
tatis directio inconuertibilis atqꝫ indeclinabilis quippe attin
gens vbiqꝫ: cui illisa omnis prauitas: conturbetur necesse est.
Quidni in hanc omne tumidum vel distortum impinguat et cõ
quassetur? Ue vniuerso quod obuiũ forte offenderit: cedere ne=
scia rectitudo. Nam ꝛ fortitudo est. Quid iniquis voluntatibus
tam contrarium ꝛ aduersum: q̃ semper conari: impingere sem=
per/ꝛ frustra? ¶ Ue oppositis voluntatibus/solaz sue profecto

h

auersionis referentibus penaz. Quid tam penale: q̃ semper velle
quod nunq̃ erit: ꝛ semper nolle: quod nunq̃ nõ erit? Quid tam
damnatum: q̃ voluntas addicta huic necessitati volendi nolẽ=
diqꝫ: vt ad vtrũlibet tam sicut non nisi puerse/ita non nisi mise=
re moueatur? In eternum non obtinebit quod vult: ꝛ quod non
vult in eternum nihilominus sustinebit. Digne omnino: vt q̃ ad
nihil afficitur vnq̃ quod deceat: ad nihil vnq̃ quod libeat eue
dat. Quid hoc facit? Rectus dominus deus noster/qui et cum
peruerso peruertitur? Nunq̃ recto prauoqꝫ conueniet. Hec enim
sibi inuicem aduersantur: ꝛ si non inuicem ledant. Lesio alteriꝰ

Actu. ix.

est: absit vt dei. Durum tibi est inquit: contra stimulum calcitra
re: hoc est non stimulo durum: sed calcitranti. Est et turpium
pena deus. Lux est enim. Et quid tam inuisuz obscenis flagitio

Johã. iii.

sisqꝫ mentibus? Profecto omnis qui male agit: odit lucem. Sz
dico. Nunquid non poterunt declinare? Minime omnino. Lu=

Johã. i.

cet vbiqꝫ: ꝛ si non omnibus. Deniqꝫ in tenebris lucet: ꝛ tenebre
eam non comprehendunt. Uidet tenebras lux cui hoc est vide=
re quod lucere: sed non vicissim a tenebris ipsa videtur: quia te
nebre eam non comprehenderunt. Et videntur ergo vt confun=
dantur: ꝛ non vident ne consolentur. Nec modo a luce: ꝛ in luce
videntur. A quo vel a quibus? Ab omni vidente: vt pro multi=
tudine intuentium sit confusio multa. At nullus de tanta nu=
merositate spectantium molestior oculus: suo cuiusqꝫ. Non est
aspectus siue in celo siue in terra: quem tenebrosa conscientia
suffugere magis velit: minus possit. Non latent tenebre vel se=
ipsas. Se vident: que aliud non vident. Opera tenebrarum se=
quuntur illas: nec est quo se abscondant ab illis: ne in tenebris

esa. lxvi.

quidem. Hic est vermis qui non moritur: memoria preteritorũ.
Semel iniectus vel potius innatus per peccatum: heset fir=
miter: nequaq̃ deinceps auellendus. Nec cessat rodere con=
scientiam: eaqꝫ pastus: esca vtiqꝫ inconsumptibili perpetuat vi=
tam. Horreo vermem mordacem/ꝛ mortem viuacem. ¶ Horreo

i

incidere in manus mortis viuentis: ꝛ vite morientis. Hec est se=
cũda mors: que nunq̃ peroccidit: sed semper occidit. Quis det
illis semel mori/et non moriantur in eternum? Qui dicunt mon

Lu. xxiii.

tibus cadite super nos: et collibus operite nos: quid nisi mor=
tem mortis beneficio aut finire: aut euadere volunt? Deniqꝫ in=

Apo. ix.

uocabunt mortem ait et non veniet. Intuere id clarius. Con=
stat immortalem animam esse/nec aliquando absqꝫ sua memo=
ria viuere ne non animam aliquando esse contingat. Itaqꝫ du=
rante anima/durat et memoria. Sz qualis? Feda flagitiis/hor=
rida facinoribus: vanitate tumida: contemptu hispida ꝛ negle
cta. Que priora: transierunt et non transierunt. Transierunt a
manu: sed non a mente. Quod factum est: factum non esse non
potest. Proinde et si facere in tempore fuit: sed fecisse in sempi
ternum manet. Non transibit cum tempore: quod tempora tran
sit. In eternum ergo necesse est cruciet: quod perperam te egis=
se in eternum memineris. Experiri erit hoc veritatem vocis
illius.

Ps. xlix. Job. vii.

lius. Arguam te et statuam contra faciem tuam. Dominus locutus est: cui omne aduersum: et sibi aduersari necesse est: vt sit fera querela. O custos hominū: quare posuisti me contrariū tibi: et factus sum mihimetipsi grauis? Ita est o eugeni: non potest deo esse contrariū quid et sibimet cohererere: sed qui arguetur a deo: arguetur et a seipso. Non est sane iam tunc q̄ aut veritatem dissimulet ratio: aut rationis intuitū anima declinet membris auulsa corporeis/ et in sese collecta. Quo enim id valeat sopitis conclusisq̄ in morte sensibus: per quos vtiq̄ curiosius exire et a se ire solebat in eam que preterit mundi istius figuram? Uides turpibus nihil deesse ad confusionem: cū producentur spectaculum fieri deo/ angelis/ hominib9/ sibi ipsis. O q̄ male mali oēs locati sunt: vtiq̄ oppositi torrenti huic directe equitatis et huic lumini propalate veritatis expositi. Nonne hoc est perpetuo tundi/ perpetuoq̄ confundi? Duplici contritione ait ille contere eos domine deus noster.

Hiere. xvii. A

¶ Quid est deus: longitudo/ latitudo/ sublimitas/ et profundum. Quid inquis? Tenemus te quaternitatis quam abominatus es professorē? Minime. Abominatus sum et abominor. Uisus sum protulisse plura: sed vnū est. Unus deus signatus est pro captu nostro: nō pro suo statu. Diuisus est hic: non ille. Uoces diuerse: semite multe: sed vnus per eas significat: vnus queritur. Non diuisiones substantie in quaternario isto expresse sunt: non dimensiones: quales in corporibus intuemur: non distinctio personalis: qualem in trinitate adoramus: non numer9 proprietatū/ qualē personis ipsis inesse fatemur: et si non aliud a personis. Alioquin hoc singulū horum video quod quattuor simul: hec quattuor ipsa quod singulum est. Nobis aūt q̄ non possumus: cū deo simplicitate contēdere: dū contendimus apprehendere vnū: occurrit veluti quadruplicatum. Facit hoc speculū et enigma: per qđ solū interim videre daf. Cū aūt videbim9 facie ad faciē: videbim9 sicuti est. Nec em̄ iā tunc fragilis facies mētis nostre quantūlibet vehemēter intēdens: aliquatinus resiliet/ dissilietve in suā pluralitatē. Colliget se magis: adiuuabit/ conformabitq̄ vnitati illi9: vel poti9 vnitati illi: vt vna vni facies respondeat faciei. Nēpe similes ei erimus: q̄ videbimus eū sicuti est. Beata visio ad quā merito suspirabat qui ait Exquisiuit te facies mea: faciē tuā dñe requiram. Et q̄ adhuc in querēdo res est: interim ascēdam9 quadrigam istā: vt pote infirmi: et imbecilles indigentes tali vehiculo Ascendam9 si forte vel sic apprehendam9 in quo apprehensi sumus. i. huiusipsius vehiculi rationē. Nam hoc monitū habem9 ab ipso auriga: et primo currus huius exhibitore: vt studeamus comprehendere cū omnib9 sanctis: que sit lōgitudo/ latitudo/ sublimitas/ et profundū. Comprehendere dixit, nō cognoscere: vt non curiositate contēti scientie: tota cura fructui inhiemus. Non in cognitione est fructus sed in cōprehensione. Alioquin scienti bonū et non facienti, vt ait quidā, peccatū est ei. Et ipse paulus alio loco. Sic currite (inquit) vt cōprehendatis. Quid sit comprehēdere inferius declarabo. Quid igif est de9? longitudo inq̄. Quid ipsa? Eternitas. Hec tā longa vt non habeat terminū: non magis loci q̄ tēporis. Est et latitudo. Et ipsa qđ? Charitas. Quibus et ista terminis angustef in deo: q̄ nihil odit horum que fecerit. Deniq̄ solē suū oriri facit sup bonos et malos: et pluit super iustos et iniustos. Ergo et inimicos cōcludit sinus ille. Nec hoc quoq̄ contētus: euadit in infinitum. Omnem non modo affectionem: sed et cognitionē excedit: adijciēte apostolo et dicente. Scire etiam supereminentem scientie charitatem xpi. Quid plus dicā? Eterna est. Nisi q̄ hoc plus forsitan est: q̄ eternitas est. Uides tantā esse latitudinē quantā et lōgitudinē? Utinā sic videas nō tantā esse: sed ipsam id esse vnā qđ alterā: non minus vnā q̄ duas: nec plus duas q̄ vnā. Deus eternitas: deus charitas est: longitudo sine protensione: latitudo sine distensione. In vtroq̄ pariter locales quidē excedit tēporalesq̄ angustias: sed libertate nature: non enormitate substantie. Tali mō immensus est qui omnia fecit in mensura: et q̄uis immēsus: hic tñ modus et ipsi9 immēsitatis. Quid itē de9? Sublimitas et profundum. In altero supra oīa/ in altero intra oīa. Liquet in deitate nusq̄ claudicare equalitatē: stare eā vndiq̄ firmiter: constare immobiliter sibi. Sublime/ potentiā/ profundū/ sapientiam eius considera. Ex equo et ista respondent sibi: dū et sublimitas inattingibilis: et profunditas eque inscrutabilis cognoscatur: paulo admirante et exclamāte. O altitudo diuitiarū sapiētie et scientie dei: q̄ inscrutabilia sunt iudicia eius: et inuestigabiles vie illi9. Libet et nos exclamare cū paulo: horum vtrūq̄ intuētes in deo et cū deo simplicissimā vnitatē. O sapientia potēs: attingens vtiq̄ fortiter. O potentia sapiēs: disponens oīa suauiter. Res vna: effectus multiplex: operationesq̄ diuerse. Et illa vna res est longitudo: propter eternitatē: latitudo propter charitatē: sublimitas propter maiestatē: profunditas propter sapientiā. Nouimus hec. Nū ideo et arbitramur nos cōprehendisse? Nō ea disputatio cōprehendit: sed sanctitas: si quo modo tñ comprehēdi potest/ qđ incōprehensibile est. At nisi posset nō dixisset apostolus: vt cōprehendamus cū omnib9 sanctis. Sancti igif comprehendunt. Queris quō? Si sanctus es/ cōprehendisti: et nosti. Si nō/ esto: et tuo experimento scies.

Gal. v. Ibidem. Ro. xi. Sap. viii. Ibidem.

Ephe. iii.

C

¶ Sanctū facit affectio sancta: et ipsa gemina: timor dñi sanct9 et sanctus amor. His perfecte affecta anima: veluti quibusdam duobus brachijs suis comprehendit/ amplectitur/ stringit/ tenet: et ait. Tenui eum: nec dimittam. Et timor quidem sublimi profundo: amor lato longo respondet. Quid tā timendū q̄ potestas cui non potes resistere: q̄ sapiētia cui abscondi nō potes? Poterat min9 timeri de9 alterutro carens. Nūc aūt perfecte oportet timeas illū cui nec oculus deest oīa videns: nec manus potens omnia. Quid item tam amabile q̄ amor ipse quo amas: et quo amaris? Amabiliorem tñ iuncta eternitas facit: que dū non excidit/ foras mittit suspitionē. Ama igitur perseuerāter et longanimiter: et habes lōgitudinē. Dilata amorē tuū vsq̄ ad inimicos: et latitudinem tenes. Esto etiā in omni sollicitudine timoratus: et sublime profundum apprehēdisti. Aut si mauis quattuor eq̄ tuis diuinis quattuor respondere: facis hoc: si stupes/ si paues/ si ferues/ si sustines. Stupenda plane sublimitas maiestatis: pauenda abyssus iudiciorum: feruorē exigit charitas/ eternitas perseuerantiā sustinendi. Quis stupet: nisi qui cōtēplatur gloriā dei? Quis pauet nisi qui scrutatur profundū sapientie? Quis feruet: nisi qui meditatur charitatē dei? Quis sustinet et perseuerat in amore: nisi qui emulaf eternitatē charitatis? Nēpe eternitatis quandam imaginē perseuerātia prefert. Deniq̄ sola est cui eternitas redditur: vel poti9 que eternitati hominē reddit/ dicente dño. Qui perseuerauerit vsq̄ in finē/ hic saluus erit.

Cant. iii. Mat. x. D

¶ Et nunc aduerte in quattuor istis contēplationis species quattuor. Prima et maxima contēplatio est: admiratio maiestatis. Hec requirit cor purgatū: vt a vitijs liberū atq̄ exoneratū peccatis/ facile ad superna leuet: interdū quoq̄ vel per aliquas morulas stupore et extasi suspensum teneat admirantē. Secūda aūt necessaria est huic. Est em̄ intuens iudicia dei. Quo sane pauido aspectu dū vehementius cōcutit intuentē: fugat vitia: fundat virtutes: initiat ad sapientiā: humilitatē seruat. Uirtutū siquidē bonū quoddā ac stabile fundamētū: humilitas. Nēpe si nutet illa virtutū aggregatio/ nō nisi ruina est. Tertia contēplatio occupaf vel potius ociaf circa memoriā bñficiorum: et ne dimittat ingratū: sollicitat memorantē ad amorē bñfactoris. De talib9 dicit propheta loquens ad dñm. Memoriam abundantie suauitatis tue eructabunt. Eructatio gratiarum actio est. Quarta q̄ retro sunt obliuiscens: in sola requiescit expectatione promissorum. Que cū sit meditatio eternitatis (siquidē que promittūtur eterna sunt) lōganimitatē alit: et perseuerātie dat vigorē. Puto iā facile est quattuor nostra hec: quattuor illis apostoli assignare: dum longitudinem comprehendit: meditatio promissorum: latitudinem/ recordatio bñficiorum: sublimitatē/ contēplatio maiestatis: profundū/ inspectio iudiciorum. Querēdus adhuc fuerat q̄ nec satis adhuc inuentus est: nec queri nimis potest: at orando forte q̄ disputādo dignius queritur: et inuenitur facilius. Proinde is sit finis libri: sed non finis querendi.

Contēplationis. iiii. species. Ps. cxliiii.

¶ Explicit liber beati Bernardi de Consideratione in quinq̄ partiales diuisus.

¶ Diui Bernardi abbatis in tractatum de gratia et libero arbitrio.

Prologus.

Domino vvillermo abbati sancti Theodorici frater Bernardus opusculū de gratia et libero arbitrio: quod illa qua scitis occasione nup aggressus sum: eadem gratia adiuuante peregi vt potui. Vereor autem ne aut grādia minus digne locutus inueniar: aut pertractata a pluribus superfluo retractasse. Proinde legite illud primus: et si iudicatis sol⁹: ne si proferatur in medium: magis forte scriptoris publicet temeritas/ q̄ȝ lectoris edificetur charitas. Quod si palā fieri vtile probaueritis: tūc si quid obscurius dictū aduerteritis: quod in re obscura seruata congrua breuitate dici planius potuisset: non sit vobis pigrum aut emendare p vos: aut mihi resignare emendandū: si fraudari nō vultis promissione illa sapiētie: qua ait. Qui elucidant me: vitam eternam habebunt. (Ecclesia. xxiiij.)

¶ Tractatus de Gratia et libero arbitrio.

Loquente me coram aliquando et dei in me gratiam cōmendante: q scilicet ab ipsa me in bono et preuentum agnoscerē/ et prouehi sentirem: et sperarem perficiendum: quid tu ergo (ait vnus ex circunstantibus) operaris: aut quid mercedis spas: vel premij: si totum facit deus? Quid enim inq̄ȝ tu consulis? Da (inquit) gloriam deo: qui gratis te preuenit/ excitauit/ initiauit: et viue digne de cetero: quo te probes et perceptis beneficijs non ingratum: et percipiendis idoneum. (Joh. ix.) Et ego. Bonū inq̄ȝ consilium das: sed et si dederis posse teneri. Siquidem non est eiusdem facilitatis scire quid faciendum sit: et facere. Quoniam et diuersa sunt: ceco ducatum/ ac fesso prebere vehiculū. Non quicunq̄ȝ ostendit viam/ prebet etiam viaticum itineranti. Aliud illi exhibet qui facit ne deuiet: et aliud qui prestat ne deficiat in via. Ita nec quis doctor statim et dator erit boni/ quodcunq̄ȝ docuerit. Porro duo mihi sunt necessaria: doceri / ac iuuari. (Roñ. viij) Tu quidem homo recte consulis ignorantie: sed (si verum sentit apostolus) spirit⁹ adiuuat infirmitatem nostram. Immo vero qui mihi per os tuum ministrat consilium ipse mihi necesse est ministret per spiritum suum adiutorium: quo valeam implere quod consulis. (Roñ. vij.) Ecce enim iam ex eius munere velle adiacet mihi: perficere autem non inuenio. Sed nec aliquando me inuenturum confido: nisi qui dedit velle/ det et perficere pro bona voluntate. (Phil. ij.) Ubi ergo (ais) sunt merita nostra: aut vbi est spes nostra? Audi inq̄ȝ. Non ex operibus iusticie q̄ fecimus nos: sed s̄m suam misericordiam/ saluos nos fecit. (Titū. iij.) Quid enim? Tu forte putaueras tua te creasse merita: tua posse saluari iusticia q̄ nec saltem dominum iesum dicere potes nisi in spiritu sancto? (j. Cor. xij.) Ita ne oblitus es q̄s dixerit: sine me nihil potestis facere? (Joh. xv.) Et neq̄ȝ currētis neq̄ȝ volētis: s̄ȝ dei miserātis est? Quid igitur agit (ais) liberū arbitrium? Breuiter rñdeo. Saluatur. Tolle liberū arbitrium: non erit quod saluetur. Tolle gratiam non erit vnde saluetur. Opus hoc sine duobus effici nō potest/ vno: a quo fit: altero cui vel in quo fit. Deus auctor est salutis: liberum arbitriū tantum capax: nec dare illam nisi deus: nec capere valet nisi liberū arbitriū. Quod ergo a solo deo et soli dat libero arbitrio: tam absq̄ȝ consensu esse non potest accipientis/ q̄ȝ absq̄ȝ gratia dantis. Et ita gratie operanti salutem: cooperari dicitur liberum arbitrium: dum consentit: hoc est dum saluatur. Consentire enim saluare est. Proinde pecoris spiritus salutem huiuscemodi minime capit: eo q illi voluntarius consensus deest: quo saluanti videlicet deo placide obtemperet: siue iubenti acquiescendo: siue pollicenti credendo: siue reddēti gratias agendo. Enimuero aliud est voluntarius consensus: aliud naturalis appetitus. Posterior quippe nobis communis est cum irrationalibus: nec valet consentire spiritui/ carnis irretit⁹ illecebris. (Roñ. viij) Et fortassis ipse est qui alio nomine ab apostolo sapientia carnis appellatur: vbi ait. Sapientia carnis inimica est deo: legi enim dei non est subiecta: nec enim potest. Hunc ergo (vt dixi) communem habentes cum bestijs: consensus voluntarius nos discernit. Est enim habitus animi: liber sui. Siquidem non cogitur: non extorquetur. Est quippe voluntatis: non necessitatis. Nec negat se nec prebet cuiq̄ȝ: nisi ex voluntate. Alioquin si cōpelli valet inuitus: violentus est: non voluntarius. Ubi autem volūtas non est: nec consensus. Non enim est consensus: nisi voluntarius. Ubi ergo consensus: ibi voluntas. Porro vbi voluntas: ibi libertas. Et hoc est quod dici puto liberum arbitrium.

(E) Sed vt manifestius fiat quod dicitur competentius ad id q̄d volumus veniamus/ paulo altius estimo repetendum. ¶ In rebus naturalibus non idem est vita quod sensus: non sensus q̄d appetitus: nec ille quod consensus. Quod ex singulorum diffinitionibus clarius elucebit. Est enim in quolibet corpore vita: internus ac naturalis motus/ vigens tantum intrinsecus. Sensus vero vitalis in corpore motus vigens et extrinsecus. Appetitus autem naturalis vis in animante: mouendis auide sensibus attributa. Uerum consensus nutus est voluntatis spontaneus: vel certe (quod superius dixisse memini) habitus animi liber sui. Porro voluntas est motus rationalis: et sensui presidens: et appetitui. Habet sane quocunq̄ȝ se voluerit semper rationem comitem et quodammodo pedissequam: non q semp ex ratione sed q nūq̄ȝ absq̄ȝ ratione moueatur: ita vt multa faciat per ipsam contra ipsam: hoc est quasi per eius ministerium: contra eius consilium: siue iudicium. (Luce. xvj) Unde est illud. Prudentiores sunt filij huius seculi filijs lucis in generatione sua. (Hier. iiij.) Et rursuȝ. Sapientes sunt: vt faciant mala. Neq̄ȝ enim prudētia seu sapiētia inesse creature potest: vel in malo: nisi vtiq̄ȝ per rationē. Est vero ratio data volūtati: vt instruat illam: nō destruat. Destrueret autem: si necessitatem ei vllam imponeret/ quo minus libere pro arbitrio sese volueret: siue in malum consentiens appetitui aut neq̄ȝ spiritui vt sit animalis non percipiens vel certe et persequēs/ ea que sunt spiritus dei: siue ad bonū gratiā sequēs et fiat spiritualis: que omnia dijudicans ipsa minime iudicetur (j. Cor. ij. Ibidem.) Si inq̄ȝ horum quodlibet prohibente ratione voluntas nō posset: voluntas iam non esset. Ubi quippe necessitas: iam non voluntas.

(F) ¶ Ex si ex necessitate/ et absq̄ȝ consensu proprie voluntatis: mala bona ve fieri possent: rōnalis creatura aut misera pfecto esse nulla ratiōe deberet: aut beā penitus esse nō posset cui nimiruȝ in vtrauis parte id deesset/ quod solū in ea miserie siue beatitudinis capax est: id est voluntas. Cetera siquidē que supra memorata sunt vita: sensus/ vel appetitus: nec miserum per se faciunt: nec beatum. Alioquin et arbores ex vita: et pecudes ex reliquis duobus vel miserie possent esse obnoxie/ vel idonee beatitudini: quod omnino impossibile est. Communē itaq̄ȝ habentes vitam quidem cum arboribus/ sensum vero et appetitū: et eque vitam cum pecoribus id quod dicitur voluntas: nos ab vtrisq̄ȝ discernit. Cuius voluntatis consensus (vtiq̄ȝ voluntari⁹ non necessarius) dum aut iustos probat: aut iniustos: etiam merito beatos facit vel miseros. Is ergo talis consensus ob volūtatis inamissibilem libertatem: et rationis quod semper secum portat/ et vbiq̄ȝ indeclinabile iudicium: non incongrue dicitur (vt arbitror) liberum arbitrium: ipse liber sui propter voluntatem: ipse iudex sui/ propter rationem. Et merito libertatē comitatur iudicium: quoniam quidem quod liberum sui est: profecto vbi peccat: ibi se iudicat. Est autem iudicium: quia iuste pfecto si peccat/ patitur quod nolit: qui non peccat nisi velit. Ceterū quod sui liberū non esse cognoscit: quo pacto vel bonuȝ ei vel maluȝ imputatur? Excusat nempe vtrumq̄ȝ necessitas. Porro vbi necessitas: ibi libertas non est: vbi libertas non est: nec meritum: ac per hoc nec iudiciū Excepto sane per omnia originali peccato: quod aliam constat habere rationē. Decetero quicquid hanc non habet voluntarij consensus libertatem: proculdubio et merito caret/ et iudicio. Proinde vniuersa que sunt hominis preter solam volūtatem: ab vtroq̄ȝ libera sunt: q̄ sui libera non sunt. Uita/ sensus/ appetitus/ memoria/ ingeniū: et si qua talia sunt/ eoipso subiacent necessitati: quo non plane subdita sunt voluntati. Ipsam vero quia impossibile est de seipsa sibi non obedire: nemo quippe aut non vult quod vult / aut vult q̄d non vult: etiam impossibile est sua priuari libertate Potest quidem mutari voluntas/ sed non nisi in aliam voluntatem: vt nunq̄ȝ amittat libertatem. Tam ergo non potest priuari illa: q̄ȝ nec seipsa. Si poterit homo aliquando aut nihil omnino velle/ aut velle aliquid et non voluntate: poterit et carere libertate voluntas. Hinc est q insanis: vel infantibus: itemq̄ȝ dormientibus / nihil quod faciunt vel bonum vel malum imputatur: quia nimirum sicut sue non sunt compotes rationis: sic nec vsum retinent proprie voluntatis: ac per hoc nec iudicium libertatis. Cum igitur voluntas nil liberum habeat/ nisi se: merito non iudicatur/ nisi ex se. Siquidem nec tardum ingenium nec labilis memoria/ nec inquietus appetitus/ nec sensus obtusus: nec vita languens: reum per se statuunt hominem: sicut nec contraria innocentem: et hoc non ob aliud nisi quia hec necessarie: ac preter voluntatem posse prouenire probantur.

(G) ¶ Sola ergo voluntas

tas quoniam pro sui ingenita libertate/ aut dissentire sibi : aut
preter se in aliquo consentire: nulla vi/ nulla cogitur necessita=
te: non immerito iustā vel iniustam/ beatitudine seu miseria di
gnam ac capacē creaturam ꝯstituit/ prout. s. iusticie iiusticieve
consenserit. Quapropter huiusmodi voluntarium/ liberūq; con
sensum: ex quo ⁊ omne sui (ex his que predicta sunt) constat pē=
dere iudicium: puto non incongrue/ vt supra diffiniuimus esse:
quod solet liberum arbitriū appellari: vt liberum referatur ad
voluntatem: arbitriū ad rationem. Sed sane liberū: non illa li=
i. Cor. iij. bertate de qua dicit apostolus. Ubi spirit⁹ domini: ibi libertas
Rom. vi. Est enim illa libertas a peccato: sicut alibi dicit. Cū enī serui
essetis peccati/ liberi fuistis iusticie. Nunc autem liberati a pec
Ibidem. cato/ serui autem facti deo: habetis fructum vestrum in sancti=
ficationem: finem vero vitam eternam. Quis vero in carne pec
cati a peccato sibi vendicat libertatē? Hac ergo libertate me=
rito nequaq̄ dictū arbitror liberum arbitriū. Est item libertas
Rom. viij a miseria: de qua idem apostolus. Et ipsa inquit creatura libe=
rabitur a seruitute corruptionis : in libertatem glorie filiorum
dei. Sed nunquid ⁊ istam sibi quispiam in hac mortalitate pre=
sumit? Et hac itaq; liberum nominari arbitrium: non immerito
abnuimus. Est vero quam magis ei congruere arbitror liberta
tem: quam dicere possumus a necessitate eo q̄ necessarium vo=
luntario contrarium esse videatur. Si quidem quod ex necessi
tate fit non iam ex voluntate: ⁊ econuerso similiter. Cū igitur
prout interim potuit occurrere nobis: triplex sit nobis proposi
ta libertas: a peccato/ a miseria/ a necessitate/ hanc vltimo loco
positam contulit nobis in conditione natura : in prima restau=
ramur a gratia: media nobis reseruatur in patria. Dicatur igi=
tur prima libertas nature: secūda gratie/ tertia vite vel glorie.
Primo nempe in liberam voluntatem/ ac voluntariam liberta=
tē conditi sumus: nobilis deo creatura. Secundo reformamur
in innocētiam: noua in christo creatura. Tertio sublimamur in
gloriam: perfecta in spiritu creatura . Prima ergo libertas ha=
bet multum honoris: secunda plurimum etiam virtutis: nouis=
sima cumulū iocūditatis. Ex prima quippe prestamus ceteris
animantibus. In secunda carnem: per tertiam mortem subiici=
mus. Uel certe sicut in prima subiecit deus pedibus nr̄is oues
Ps. lxxiij. et boues ⁊ pecora campi: ita quoq; per secūdam spirituales be
stias huius aeris: de quibus dicitur. Ne tradas bestijs animas
confitentes tibi/ prosternit eque ⁊ conterit sub pedib⁹ nostris:
in vltima tandem ipsos nobis plenius submissurus per victo=
riam corruptionis ⁊ mortis: quando scilicet nouissima destrue=
tur mors/ et nos transibimus in libertatem glorie filiorum dei.
Qua libertate christus nos liberabit: cum nos vtiq; tradet re=
Joh. viij. gnum deo et patri. De hac enim: et item de illa quam diximus
a peccato: puto q̄ iudeis aiebat: si vos filius liberauerit vere li
beri eritis. Liberū arbitrium liberatore indigere significabat
sed plane qui illud liberaret non a necessitate: quam volūtatis
esse penitus non nouerat: sed a peccato : in quod tam libere q̄
Psalm. voluntarie corruerat: simulq; a pena peccati: quam incautū in=
lxxxvij. currerat inuitū ꝑ ferebat: quo vtroq; malo liberari omnino nō
poterat: nisi per illum qui solus hominum factus est inter mor
i. Petri. ij tuos liber: liber videlicet a peccato inter peccatores. Sol⁹ nā=
q; inter filios adam: libertatē sibi vendicat a peccato: qui pec=
catum non fecit: nec inuentus est dolus in ore eius. Porro et a
Joh. x. miseria que est pena peccati: habuit nihilominus libertatē: sed
potentia/ non actu. Nemo quippe tollebat animam eius ab eo:
Esa. liij. sed ipse ponebat eam. Deniq; teste propheta. Oblatus est quia
Gal. iiij. ipse voluit: sicut ⁊ cum voluit natus ex muliere: factus sub lege
vt eos qui sub lege erant redimeret . Fuit itaq; et ipse sub lege
miserie: sed fuit quia voluit: vt liber inter miseros ⁊ peccatores
vtrumq; iugum fraternis a ceruicibus excuteret. Habuit itaq;
tota tres libertates: primam ex humana simul ⁊ diuina natura:
reliquas ex diuina potentia. Quarum duas posteriores: vtrū
et primus homo in paradiso habuerit: vel quomodo: ⁊ quatin⁹
eas habuerit/ postea videbimus. Hoc autem indubitanter sciē
dum: vtramq; plenam ac perfectam perfectis inesse animabus
carne solutis : cum deo pariter ⁊ christo eius: atq; angelis sup
celestibus. Nam sanctis animabus: et si necdum corpora rece=
perunt: deest quidem de gloria : sed nihil prorsus inest de mise=
ria. Uerum libertas a necessitate: eque ⁊ indifferenter deo: vni=
uersisq; tam male q̄ bone rationali conuenit creature . Nec pec
cato nec miseria amittitur/ vel minuitur: nec maior i iusto est q̄
in peccatore: nec plenior in angelo q̄ in homine . Quomō nam
q; ad bonum conuersus per gratiam humane voluntatis con=
sensus: eo libere bonum ⁊ in bono liberum hominem facit : quo
volūtarius efficitur non inuitus pertrahitur: sic sponte deuolu
tus in malum: in malo nihilominus tam liberum q̄ spontaneū
constituit: sua vtiq; voluntate ductum: non aliunde coactum vt
malus sit. Et sicut celestis angelus: aut etiam deus ipse perma
net libere bonus/ propria videlicet voluntate/ nō aliqua extrin

seca necessitate: sic profecto diabolus eque libere in malum et
corruit: ⁊ persistit: suo vtiq; voluntario nutu: non alieno impul=
su. Manet ergo libertas volūtatis: vbi etiam fit captiuitas mē
tis: tam plena quidem in malis: q̄ ⁊ in bonis: sed in bonis ordi
natior. Tam integra quoq; pro suo modo in creatura q̄ in cre=
atore: sed in illo potentior. Quod autem homines solēt conque=
ri ⁊ dicere: volo habere bonam voluntatē ⁊ non possum: nequa=
q̄ huic prescribit voluntatis libertati: vt quasi vim: aut neces=
sitatem in hac parte patiatur voluntas: sed plane illa libertate
que dicitur a peccato/ se carere testantur . Nam qui vult habe=
re bonam voluntatem probat se habere voluntatem. Non enim
vult habere bonam: nisi per voluntatem. Quod si voluntatem: ⁊ li=
bertatem: sed libertatem a necessitate/ nō a peccato. Nempe vt
non valeat cū velit habere bonam: sentit quidem sibi deesse li=
bertatem: sed profecto libertatē a peccato: quo vtiq; dolet pre
mi/ non perimi voluntatem. Quod q̄ iam proculdubio vtcunq; bo
nam habet: vbi habere vult. Bonum quippe est quod vult. Nec
posset bonum velle/ nisi bona voluntate: sicut nec velle malum:
nisi mala voluntate. Cum bonum volumus: bona est voluntas:
cum malum/ mala voluntas. Utrobiq; voluntas: et vbiq; liber=
tas: cedit siquidem voluntati necessitas. Cum autem non vale
mus quod volumus: sentimus quidem ipsam quodammodo li
bertatem peccato esse captiuam vel miseram: non tamen amis=
sam. Ex hac ergo tantum libertate qua liberū est voluntati se=
ipsam iudicare vel bonam/ si bono: vel malam/ si malo consense
rit: quippe que in neutro nisi certe volendo: consentire se sentit
liberum arbitriū credimus nominari. Nam ex illa que dicitur
a peccato: congruentius forsitan liberum consilium: et item ex
illa que dicta est a miseria: liberum potius complacitū posset
dici/ q̄ liberum arbitrium. Arbitrium quippe iudiciū est. Si=
cut vero iudiciū est discernere quod liceat: quod non liceat : sic
profecto consilij probare quod expediat: vel non expediat : sic
complaciti quoq; experiri quod libeat: vel non libeat. Utinam
tam libere nobis consuleremus: q̄ libere de nobis iudicamus
vt quemadmodum libere per iudicium licita illicitaq; decerni=
mus: ita per consilium ⁊ licita tanq̄ commoda nobis eligere: ⁊
illicita tanq̄ noxia respuere liberum haberemus. Jam enī non
solum liberi arbitrij/ sed ⁊ liberi proculdubio cōsilij: ac per hoc
et a peccato liberi essemus. Sed quid si totum: soliūq; quod ex
pediret vel liceret/ etiam liberet? Nonne liberi quoq; esse com=
placiti merito diceremus: quippe qui ab omni pinde quod di=
splicere potest: hoc est ab omni nos miseria liberos sentiremus.
Nunc autem cū multa per iudiciū vel admittenda vel omitten
da esse decernamus: que tamen per consilium nequaq̄ pro iudi
cij rectitudine aut eligimus aut contēnimus: rursumq; non om
nia que tanq̄ recta ⁊ commoda consulte obseruamus: etiam vt
beneplacita libenter amplectimur: sed insuper quasi dura : ac
molesta vix equanimiter ferre perduramus: liquet quia liberū
nec consiliū habemus/ nec complacitum. Alia questio est/ si vel
ante peccatū in primo homine habuimus: qd̄ loco suo discutie
tur. Certissime autem habituri sumus: cū deo miserāte obtine=
Matt. vi. mus quod oramus. Fiat voluntas tua: sicut in celo et in terra.
Hoc namq; complebitur : quando id quod nunc cuncte passim
rationali (vt iam dictum est) creature commune videtur / libe=
rum scilicet a necessitate arbitrium: erit etiam in electis homi=
nibus/ vel iam in sanctis est angelis: ⁊ cautum a peccato: et tu
Rom. xij. tum a miseria: probantibus tādem triplicis libertatis felici ex
perientia: que sit bona voluntas dei/ ac beneplacens/ et perfe=
cta. Quod quia necdum est: sola interim plena / integraq; ma=
net in hominibus libertas arbitrij. Nam libertas consilij ex par=
te tantum: ⁊ hoc in paucis spiritualibus: qui carnem crucifixe=
Gala. v. runt cū vitijs et concupiscentijs: quatinus iam non regnet pec=
Rom. vi. catum in eorum mortali corpore. Porro vt non regnet: libertas
facit consilij. Ut tamē non desit ex integro: captiuitas est liberi
i. Cor. xiij arbitrij. Cum autem venerit quod perfectum est: tunc euacua=
bitur quod ex parte est: hoc est cum plenā fuerit libertas consi
lij: nulla iam erit captiuitas arbitrij . Et hoc est quod quotidie
Mat. vi. petimus in oratione cum dicimus deo. Adueniat regnum tuū.
Regnum hoc necdum ex toto peruenit in nos. Quotidie tamē
paulatī aduētat/ sensimq; in dies magis ac magis dilatat ter
minos suos: in his dumtaxat: quorum per dei adiutorium inte
ij. Cor. iiij rior homo renouatur de die in diem. Inquantum ergo regnum
gratie dilatatur: intantum peccati potestas minuitur. Inquan
tum vero minus est adhuc propter corpus mortis quod aggra
uat animā: et ob necessitatem terrene inhabitationis vtiq; de=
primentis sensum multa cogitantem: necesse habent etiam qui
perfectiores in hac mortalitate videntur / confiteri et dicere.
Jaco. iij. In multis offendimus omnes : et si dixerimus quia peccatum
i. Johā. i. non habemus: nosipsos seducimus: et veritas in nobis non est.
Quapropter errant et ipsi sine intermissione dicentes. Adue=
Mat. vi. niat regnū tuū . Quod nō erit vel in ipsis cōsummatū: quousq;

peccatum: non solū non regnet in eoꝝ mortali corpore: sed nec sit omnino: nec esse possit in immortali iam corpore. Jam de libertate cōplaciti in hoc seculo nequā quid dicemus: vbi vix sufficit diei malicia sua: vbi omnis creatura ingemiscit ⁊ parturit vsqꝫ adhuc: vanitati nimirū subiecta non volens: vbi vita hominis tentatio est sup terrā: vbi viri quoqꝫ spirituales: qui primitias spiritus iam acceperūt: ingemiscūt ⁊ ipsi intra semetipsos expectātes redemptionē corporis sui? Nūquid nō inter ista locus vllus est huiuscemodi libertati? Quid inqꝫ liberū nostro relinquitur complacito: vbi totum occupare videt miseria? Neqꝫ enim vel innocentia seu iusticia quēadmodū a peccato/ita etiā a miseria tute esse hic poterunt: vbi iust⁹ exclamat. Infelix ego homo: quis me liberabit de corpore mortis huius? Et itez. Facte sūt mihi lachryme mee panes die ac nocte. Ubi noctes diesqꝫ in merore continuantur: nullū profecto temporis paciū cōplacito vacuū relinquit. ¶ Deniqꝫ qui pie volūt viuere in christo: ipsi magis persecutionē patiuntur quoniaz iudiciū a domo dei incipit. Quod ⁊ precepit: a meis (inquiens) incipite. Sed ⁊ si non virtus vitiū forte in tuto est: et aliqua interim ex pte frui potest complacito/ cauere miseriam? Absit. Nam qui letantur cum male fecerint ⁊ exultant in reb⁹ pessimis: tale est quod faciunt: quale cū rident frenetici. Nulla aūt verior miseria: ꝗ falsa leticia. Deniqꝫ intantū miseria est: quod videtur felicitas in hoc seculo: vt sapiens dicat. Melius est ire ad domū luctus: ꝗ ad domum conuiuij. ¶ Est quidem in bonis corporis nonnulla iocūditas: videlicet in edendo/bibendo/calefaciendo: ceterisqꝫ talibus fomentis: vel tegumētis carnis. Sed nūquid vel ista vacant aliquatenus a miseria? Bonus est panis: sed esurienti. Potus delectat: sed sitientē. Deniqꝫ saturato: cibus/potusqꝫ iā nequaqꝫ sunt grata: sed grauia. Tolle famē: ⁊ panem non curabis. Tolle sitim: ⁊ limpidissimū fontē: ac si paludem respicies. Similiter vmbram nō querit: nisi estuans. Solem nō curat: nisi algens: siue caligans. Alioquin nihil hoꝝ libebit: si non precesserit vrgens necessitas. Que si perfecte tollatur e rebus: statim in tediū atqꝫ molestiam conuertetur: ipsa quoqꝫ que videtur in his esse iocūditas. Fatendū igitur ⁊ in hac parte/omne qđ presentis vite est: occupare miseriam: nisi ꝙ in tribulationibus cōtinuis grauioꝝ laboꝝ: leuiores vtiqꝫ sunt qualescūqꝫ cōsolationes: et dum forte pro tempore ac rerum euentibus vicissim sibi grauia leuiaqꝫ succedūt/minoꝝ experientia aliqua miserie videtur interpolatio: vt dū aliquando post experta plura grauissima in minus forte molesta euaditur: felicitas putetur. An tamen fatendum est eos qui per excessum contemplationis rapti quandoqꝫ in spiritu quantulūcunqꝫ de superne felicitatis dulcedine degustare sufficiunt: totiens esse liberos a miseria/quotiens sic excedūt? Ubi plane (quod negandū non est) etiā in hac carne (raro licet raptimqꝫ) complaciti libertate fruūtur: qui cuz maria optimam partem elegerunt que non auferet ab eis. Qui autem iam tenent: quod auferendum non est / experiūtur vtiqꝫ quod futurū est. Sed quod futurū est/ felicitas est. Porro felicitas ⁊ miseria: eodem tempore simul esse non possunt. Quotiens igitur per spiritū illam participant: totiens istam non sentiunt. Itaqꝫ in hac vita soli ꝯtemplatiui possunt vtcūqꝫ frui libertate complaciti: ⁊ hoc ex parte: et parte satis modica: viceqꝫ rarissima. Porro libertate consilij fruūtur etiam quilibet iusti: ex parte quidem/sed non modica. Ceterū libertas arbitrij (vt supra liquido apparuit) cūctis pariter ratione vtentibus conuenit: nō minor ꝗ tum in se est: in malis ꝗ in bonis: tā plena in hoc seculo/ꝗ ⁊ in futuro. Sed ⁊ hoc aperte monstratū esse puto / ꝙ hec ipsa tamen libertas tamdiu quodammodo captiua tenetur/ꝗdiu illam due alie libertates minime aut minus plene comitantur nec aliunde noster ille defectus venit: de quo apostolus: vt non quecūqꝫ vultis ait: illa faciatis. ¶ Uelle siquidem inest nobis ex libero arbitrio non etiam posse quod volumus. Non dico velle bonū aut velle malū: sed tantū velle. Uelle etenī bonuz profectus est: velle malū defectus. Uelle vero simpliciter ipsuz est: quod vel proficit: vel deficit. Porro ipm vt esset: creans gratia fecit. Ut proficiat: saluans gratia facit. Ut deficiat/ipsuz se deijcit. Itaqꝫ liberum arbitriū nos facit volentes: gratia beniuolos. Ex ipso nobis est velle: ex ipsa bonū velle. Quemadmodum namqꝫ aliud est timere simpliciter/aliđ timere deū: ⁊ aliđ amare simpliciter/aliud est amare deum: quippe timere et amare simpliciter quidem prolata: affectiones cum additamento autem virtutes significant: ita quoqꝫ aliud est velle / aliud velle bonum. ¶ Simplices nempe affectiones insunt naturaliter/tanqꝫ ex nobis: additamenta ex gratia. Nec aliud profecto est nisi quod gratia ordinat quas donauit creatio: vt nil aliud sint virtutes nisi ordinate affectiones. Scriptū est de quibusdam ꝙ illic trepidassent timore/vbi non erat timor. Timor fuit: sed inordinatus. Ordinare illū volebat dominus in discipulis: cum diceret. Ostēdam vobis: quem timere debeatis. Et

(Marginalia: Rom. viij. — Job. vij. — Rom. viij. — Rom. vij. — Ps. xlj. — B — ij. Thi. iij. — Ezec. ix. — Prouerb. ij. — Eccl. vij. — C — D — Gala. v. — E — Ps. xiij. — Luce. xij.)

dauid. Uenite (ait) filij audite me: timorez domini docebo vos. Itē de amore inordinato arguebat homines: qui dicebat. Ego lux veni in hunc mundum: et dilexerunt homines magis tenebras ꝗ lucem. Idcirco postulat sponsa in canticis dicens. Ordinate in me charitatem. Similiter quoqꝫ de inordinata voluntate arguebantur: quibus dicebatur: nescitis qđ petatis. Sed ad lineam rectitudinis edocti sunt distortam reducere voluntatem: cum audierunt. Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum? Et tunc quidem verbo: sed postmodum etiam exēplo: voluntatem ordinare docebat: cum orans instante passione: vt transferretur ab eo calix/statim subijceret. Ueruntamē non qđ ego volo: sed quod tu vis. A deo igitur velle: quomodo ⁊ timere: quomodo ⁊ amare: accepimus in conditione nature: vt essemus aliqua creatura. Uelle autem bonuz: quomō ⁊ timere deū: quomodo ⁊ amare deum: accipimus in visitatione gratie: vt simus dei creatura. ¶ Creati quippe quodāmodo nostri in liberam voluntatem: quasi dei efficimur per bonam voluntatē. Porro bonam facit: qui liberam fecit: ⁊ ad hoc bonam: vt simus initium aliquod creature eius. Quoniam expedit profecto nobis magis omnino nō fuisse: ꝗ nostros permanere. Nam qui voluerunt sui esse: vtiqꝫ sicut dij scientes bonum et malum: facti sunt non tantū iam sui: sed ⁊ diaboli. Itaqꝫ libera voluntas nos facit nostros/mala diaboli: bona dei. Ad hoc pertinet quod dicitur. Nouit dominus qui sunt eius. Nam illis qui eius non sunt amen dico vobis (inquit) nescio vos. Dum ergo per malam voluntatem sumus diaboli: quodammodo interim nō sumus dei. Sicut cum per bonam voluntatem efficimur dei: desinimus iā esse diaboli. Nemo siquidē potest duobus dominis seruire. Ceteruz siue dei simus: siue diaboli: non tamen similiter desinim⁹ esse et nostri. Manet quippe vtrobiqꝫ libertas arbitrij per quaz maneat ⁊ causa meriti quatinus merito vel puniamur mali: qđ tanqꝫ liberi ex propria volūtate efficimur: vel glorificemur boni: quod nisi eque voluntarij esse non possumus. Sane diabolo nostra nos mancipat voluntas nō ipsius potestas. Deo subijcit eius gratia: non nostra voluntas. Nostra quippe volūtas bona (quod fatendū est) a bono deo creata: perfecta tamen non erit quousqꝫ suo creatori perfecte subiecta sit. Absit tamen vt ipsi sui ipsius perfectionem: deo autem tantum creationem tribuamus: cum longe nimirū melius sit esse perfectam/ꝗ factam: et dictu ipo nephas videatur: deo quod minus/nobis quod excellentius sit attribuere. Sētiens deniqꝫ apostolus quid ex natura esset: quid ex gratia expectaret aiebat. Uelle adiacet mihi pficere non inuenio. Sciebat profecto velle quidez sibi inesse ex libero arbitrio: sed vt ipsum velle perfectū haberet: gratiam se habere necessariam. Si enim velle malū/defect⁹ quidam est voluntatis: vtiqꝫ bonum velle profectus eiusdem erit: sufficere vero ad omne quod volumus bonum: ipsius perfectio. Ut ergo velle nostrum/quod ex libero arbitrio habemus perfectū habeam⁹: duplici gratie munere indigemus: ⁊ vero videlicet sapere quod est voluntatis ad bonum conuersio: et pleno etiam posse: qđ est eiusdem in bonum confirmatio. ¶ Porro perfecta conuersio est ad bonum vt nil libeat: nisi quod deceat/vel liceat: perfecta in bono confirmatio: vt nil desit iam quod libeat. Tunc demū pfecta erit voluntas: cuz plene fuerit bona: ⁊ bene plena. Habet siquidem duplex in se bonum ab initio sui. Unum quidem generale ex sola creatione quod a bono scilicet deo non potuit creari nisi bona: fm quod vidit deus cuncta que fecerat/⁊ erant valde bona. Alterum speciale ex libertate arbitrij: in qua ad imaginem vtiqꝫ ipsius qui creauit est condita. Et si duob⁹ his bonis accedat ⁊ tertium: conuersio scilicet ad creatorem: reputabitur non immerito perfecte bona. Bona nimirum in vniuersitate melior in suo genere: optima ex sui ordinatiōe ad deū. Est autem ordinatio omnimoda conuersio voluntatis ad deum: et ex tota se voluntaria deuotaqꝫ subiectio. Huic vero tam perfecte iusticie debetur immo iungitur glorie plenitudo: quia sic se comitantur duo ista: vt nec iusticie possit habere perfectio nisi in plena gloria: nec glorie plenitudo absqꝫ pfecta iusticia. Merito deniqꝫ talis iusticia non erit sine gloria cum gloria vera nō sit nisi de tali iusticia. Unde recte dicitur. Beati qui esuriunt ⁊ sitiunt iusticiam: quoniam ipsi saturabunt. Hec autez sunt illa duo que supra nominauimus: verum sapere: ⁊ plenū posse: vt sapere ad iusticiam/posse referatur ad gloriam. Sed verum ⁊ plenum addita sunt: alterum ad distinctionē sapientie carnis: que mors est: itemqꝫ sapientie mundi: que stulticia est apud deum: qua ⁊ sapientes sunt apud semetipsos sunt homines sapientes sinqꝫ vt faciant mala: alterum ad illorum differentiam de quibus dicitur: potentes potenter tormenta patientur. Nam verū sapere: aut plenum posse: omnino non inueniuntur: nisi vbi libero arbitrio iam illa duo coniuncta sunt que item superius memorauimus liberū videlicet consiliū liberumqꝫ cōplacituz. Solum profecto dixerim vere sapientem: pleneqꝫ potentē: cui iam

non tantū

(Marginalia: Ps. xxxiij. — Joh. iij. — Canti. ij. — Marci. x. — Ibidem. — Mar. xiiij. — F — ij. Thi. ij. — Mat. xxv. — Matt. vj. — Rom. vij. — G — Genesis. — Mat. v. — Rom. viij. — j. Cor. iij. — Iheri. iiij. — Sap. vj.)

non tñ velle adiacet ex libero arbitrio: sed ex reliquis quoq̄ duobus inuenit ⁊ perficere: dū nec velle valeat q̄d malum sit: nec carere q̄d velit: quorum alterū est ex libertate cōsilij / idest verū sapere: alterū ex libertate cōplaciti. s. plenum posse: Sed quis talis est ac tātus in hoibus / qui in hoc glorietur: Aut vbi aut qñ istud obtinet: nūquid nā in hoc seculo? Sed si q̄s esset hmōi: maior esset paulo: qui cōfitetur dicens. Perficere autem non inuenio. Nūquid adā in paradiso? Sed si habuisset: nunq̄ exulasset a paradiso. Nunc locus est peruidendi q̄d supra distulimus. Utrum scʒ totas tres libertates illas quas supradiximus. s. arbitrij: ꝯsilij: ꝯplaciti: vel alijs noib⁹: a necessitate a peccato: a miseria / pmi homies habuerint in paradiso: aut tātū duas: aut vnam solūmodo. Et de prima quidem questio nulla erit: si meminerimus q̄ aperte / et iustis eā et peccatoribus inesse equaliter / ratio superior edocuerit. De duabus reliquis queritur nō immerito an vtraq̄ eas adam habuerit: aut ambas vel vnam. Nā si nullā habuit: quid amisit? Arbitrij vtiq̄ libertatē tā post peccatū q̄ añ / semper tenuit inconcussam. Si ḡ nil amisit quid ei obfuit eiectū fuisse de padiso? Quid si vnā quālibet illarum habuit / quomodo amisit? Nā certū est quia ex quo peccauit: nec a pctō prorsus / nec a miseria / manēs in corpore liber fuit. Ceterum nullatenus quācūq̄ illaꝝ semel acceperit / amittere potuit. Alioq̄n perfectum nec sapere / nec posse iuxta quod quidē duo hec superius diffinita sunt / habuisse cōuincitur. Qui nimirū ⁊ velle potuit q̄d non debuit: ⁊ recipere quod noluit: an dicēdus est aliquo quidē modo illas habuisse sed q̄ nō plenarie / potuisse amittere? Habet siquidē vnaqueq̄ illarum duos gradus superiorē et inferiorem. Superior libertas ꝯsilij est: non posse peccare. Inferior: posse nō peccare. Itē superior libertas complaciti non posse turbari inferior / posse non turbari. Itaq̄ inferiorem vtriusq̄ libertatis gradū: simul cum plena libertate arbitrij homo in sui conditione accepit: ⁊ de vtroq̄ corruit: cū peccauit. Corruit autē de posse nō peccare: i nō posse nō peccare: amissa ex toto cōsilij libertate. Itēq̄ de posse non turbari: in non posse non turbari amissa ex toto complaciti libertate. Sola remāsit ad penam libertas arbitrij per quā vtiq̄ ceteras amisit: ipāʒ tamē amittere nō potuit. Per propriam quippe volūtatem seruus peccati factus: merito perdidit libertatem cōsilij. Porro per peccatum factus debitor mortis: quomō iā libertatem valebat retinere complaciti? De tribus ergo libertatibus / quas acceperat / abutendo illa que dicitur arbitrij: reliquis sese priuauit. In eo autē abusus est q̄ illā cū accepisset ad gloriā ꝯuertit sibi in cōtumeliā: iuxta testimoniū scripture dicētis. Homo cū in honore eēt / nō intellexit comparatus est iumētis insipiētibus: ⁊ similis factus est illis. Soli inter animātia datum est homini posse peccare: ob prerogatiuam liberi arbitrij Datū autē non vt perinde peccaret: sed vt gloriosior inde appareret: si nō peccaret / cū peccare posset. Quid nāq̄ gl'iosius ei esse poterat: q̄ si de ipō diceretur: quod scriptura ꝓhibet dicēs. Quis est hic ⁊ laudabim⁹ eum: Unde ita laudādus? Fecit eñ mirabilia in vita sua. Que? Qui potuit transgredi ⁊ non est trangressus: facere mala / ⁊ non fecit. Hunc ergo honorē: q̄diu absq̄ peccato fuit: seruauit. Amisit / cū peccauit. Pecauit autem quia liberū ei fuit. Nec aliunde profecto liberū: nisi ex libertate arbitrij: de qua vtiq̄ inerat ei possibilitas peccandi. Nec tamen fuit culpa dantis / sed abutentis: qui ipsam videlʒ facultatem cōuertit in vsum peccandi: quā acceperat ad gloriam non peccandi. Nam et si peccauit ex posse q̄d accepit: non tamen quia potuit sed quia voluit. Nec enim preuaricante diabolo / ⁊ angelis eius: etiam alij preuaricati sunt: non quia non potuerunt: sed quia noluerunt. ¶ Peccantis igit̄ lapsus non dono ascribendus est potestatis / sed vitio voluntatis. Lapsus tamē ex voluntate / non eque ex volūtate resurgere iam liberum habet: quia ⁊ si datū fuit voluntati posse stare ne caderet: nō tñ resurgere si caderet. Nō enim tā facile q̄s valet exire de fouea: q̄ facile in ea labi. Cecidit sola voluntate hō in foueā peccati: sʒ nō ex volūtate sufficit ⁊ posse resurgere: cū iā ⁊ si velit non possit nō peccare. Quid ergo? Perijt liberum arbitrium: quoniam nō potest peccare? Nequaq̄: sed liberum perdidit cōsiliū per quod prius habebat posse non peccare: quomodo et q̄ iam nō valet vtiq̄ non turbari: inde misero accidit q̄ complaciti quoq̄ libertatē amiserit: per quā et ante habuit posse non turbari. Manet ergo etiam post peccatum liberum arbitrium: ⁊ si miserum: tamen integrum. Et q̄ se per se homo non sufficit excutere a peccato: siue miseria: non liberi arbitrij signat destructionem: sed duarum reliquarum libertatum priuationem. Neq̄ enim ad liberum arbitrium (quātum in se est) pertinet: aut aliquando pertinuit posse: vel sapere: sed tantum velle: nec potentem facit creaturam / nec sapientem sed tantum volētem. Non ergo si potens: aut sapiens / sed tantum si volēs esse desierit: liberum arbitrium amisisse putanda erit. Ubi eñ non est voluntas: nec libertas. Non dico si velle bonum sed si velle oīno creatura desierit: fatēdum sine cōtradictione: vbi non tam ex voluntate bonitas: sed ipsa ex toto voluntas perijt etiam liberum deperire arbitrium. Q̄ si velle bonum tantum perit: signū est q̄ ei desit liberum: non arbitrium / sed consiliū. Si autem non quidem velle: sed ad id quod iam vult bonum ei posse defuerit nouerit sibi deesse liberum complacitum: non liberum perijsse arbitrium. Si ergo liberum arbitrium ita vbiq̄ sequitur volūtatem: vt nisi illa penitus esse desinat: isto non careat. voluntas vero sicut in bono ita etiam in malo eque perdurat: eque profecto ⁊ liberum arbitriū tam in malo / q̄ in bono / integrum perseuerat. Et quomodo voluntas etiam posita in miseria non desinit esse voluntas: sed dicitur et est misera voluntas: sicut et beata voluntas: ita nec liberum arbitriū destruere / siue quantum in se est aliquaten⁹ imminuere poterit / quecunq̄ aduersitas vel necessitas. Sed licet vbiq̄ pariter sine sui diminutiōe perduret: nō tñ pariter sicut de bono potuit per se in malū corruere: ita quoq̄ per se de malo in bonū poterit respirare. Et quid mirū si iacens non valet per se resurgere: quod stās in aliq̄d melius nullo suo conatu valebat perficere? Deniq̄ dum adhuc duas alias libertates ex aliqua parte secū haberet non potuit de inferioribus illarū gradibus ad superiora ascēdere: hoc est de posse non peccare: ⁊ de posse non turbari: ad non posse peccare / et nō posse turbari. Q̄ si libertatibus illis etiam vtcunq̄ adiutū: non preualuit tamen de bono in melius se extēdere: quanto minus eisdem prorsus destitutū de malo iam in id q̄d fuit bonum poterit per seipm̄ emergere? Habet igitur homo necessariū dei virtutē et dei sapiētiā xpm̄ qui ex eo q̄ sapientia est / verū ei sapere reinfundat: in restaurationē liberi consilij: ⁊ ex eo q̄d virtus est / plenū posse restituat in reparationem liberi cōplaciti: quatinus ex altero perfecte bon⁹ / peccatū iam nesciat: ex altero plene beatus nil aduersuʒ sentiat. Sed sane ista perfectio in futura vita expectetur qñ vtraq̄ nūc amissa libertas / libero arbitrio plene restaurabitur non quomodo iusto cui⁹ in hoc seculo quantūcunq̄ perfecto: non q̄uo vel ipsis pmis hominibus datum fuit eas habere in paradiso: sed sicut iam nūc angeli possidēt in celo. Interim ꝓ sufficiat in hoc corpore mortis: atq̄ in hoc seculo neq̄ / ex libertate quidem consilij pctō non obedire, in concupiscentia: ex libertate autē cōplaciti aduersa non formidare pro iusticia. Est autē in hac carne peccati ⁊ in hac diei malicia non mediocre sapere / peccato ⁊ si nondū ex toto carere / certe non consentire et est posse non paruum aduersa ⁊ si necdū feliciter omnino nō sentire: viriliter tamen pro veritate cōtēnere. Discendum sane hic interim nobis est ex libertate consilij iam libertate arbitrij non abuti vt plene quandoq̄ frui possimus libertate ꝯplaciti. Sic profecto dei in nobis reparam⁹ imaginē: sic antiquo honori illi capescendo / quē per peccatuʒ amisimus: per gratiā preparamur. Et beatus q̄ de se audire merebitur. Quis est hic ⁊ laudabimus euʒ? Mirabilia enim fecit in vita sua qui potuit transgredi ⁊ nō est transgressus: facere malum ⁊ nō fecit. Puto autem in his tribus libertatibus ipsam ad quam conditi sumus conditoris imaginem atq̄ similitudinem contineri: ⁊ imaginem quidem in libertate arbitrij: in reliquis autem duabus bipertitam quandam consignari similitudinem. Hic est fortassis q̄ solum liberum arbitriū sui omnino defectum seu diminutionem non patitur: q̄ in ipso potissimum eterne et incōmutabilis diuinitatis substantiua quedam imago impressa videat̄. Nam ⁊ si habuerit initium nescit tamen occasum: nec de iusticia vel gloria capit augmētum: nec de peccato siue miseria detrimentum. Quid eternitati similius q̄ non sit eternitas? Porro in alijs duabus libertatibus quoniam non solum ex parte minui / sed ex toto amitti possunt: accidētalis quedam magis similitudo sapientie atq̄ potentie diuine imagini superducta cognoscitur. Deniq̄ ⁊ amisimus illas per culpā: ⁊ per gratiam recuperamus: ⁊ quotidie quidē alij plus alij minus: aut in ipsis proficimus / aut ab ipsis deficimus. Possunt etiam sic amitti: vt iam non valeant recuperari: possunt et ita possideri: vt nec amitti queant aliquando nec minui. Huius bipertite similitudinis sapientie et potentie dei: non quidem in gradu summo: sed qui ipsi tamen esset proximior / homo conditus est in paradiso. Quid enim vicinius ad non posse peccare vel turbari (in quo vtiq̄ iam sanctos: et angelos stare / et deum semꝑ esse dubium nō est) q̄ posse et non peccare et non turbari: in quo homo profecto creatus est: A quo: illo per peccatuʒ: immo nobis in illo ⁊ cum illo corruētibus / rursus per gratiam non quidem ipsum: sed pro ipso quendā inferiorem gradū recepimus. Neq̄ enim hic possumus penitus esse sine peccato et miseria: possumus tamen gratia iuuante: nec peccato superari / nec miseria. Quanq̄ tamen scriptura loquatur. Omne quod natum est ex deo non peccat. Sed hoc dictum est de predestinatis ad vitā

Rom. vij. — ps. xlviij. — Eccli. xxxi. — Ibidem. — Ibidem. — eccli. xxxi — i. Joh. i

non q̃ omnino non peccent: sed q̃ peccatum ipsis non imputetur: qđ vel punitur condigna pnia: vel in charitate absconditur. Charitas qđe cooperit multitudinē pctōȝ: ꝛ beati quoȝ remisse sunt iniquitates: ꝛ quoȝ tecta sunt peccata: beatus vir cui nō imputabit deus pctm. Diuine ergo similitudinis sūmū gradū summi angeli tenēt: nos infimū: adā tenuit mediū. Porro demones nullū. Superioribus nēpe spiritib⁹ datum est sine pctō et miseria perdurare: ade aūt absq; his quidem esse/ sed non etiam permanere nobis vero ne esse quidem absq; his/ sed ipsis tamen non cedere. Ceterum diabolus ꝛ membra eius: sicut nūq̄ volunt reluctari pctō: sic nunq̄ pñt penam declinare pcti. Cum ergo iste due libertates cōsilij scȝ et cōplaciti: per quas rōnali creature vera sapia ꝛ potētia ministrat: ita deo prout vult dispensante quibuscūq; pro causis/ locis/ tēporibus/ varientur: quatinus in terris modice: in celestib⁹ plenarie/ mediocriter in paradiso: apud inferos nullatenus habeantur: libertas vero arbitrij de ipo quo condita est statu aliquatenus nō mutetur: sed qualiter semper q̄tū in se est/ a celis: terris inferis possideatur: merito ille similitudini/ hec imagini deputantur. Et quidem apud inferos: q̃ vtraq; libertas perierit: ille scȝ que ad similitudinē pertinere dicuntur: scripturarū testatur auctoritas. Nā verum illic sapere (qđ vtiq; de consilij libertate concipitur) oīno non esse locus ille manifestat: vbi legitur. Quecūq; pōt manus tua facere: instanter operare: q2 nec opus/ nec ratio/ nec sapientia est apud inferos quo tu properas. Porro de potentia/ que per libertatem cōplaciti datur: euangelium sic loquitur. Ligatis manibus ac pedib⁹: proiicite eū in tenebras exteriores. Quid enim ipa est manuū pedūq; ligatio: nisi oīmimoda potestatis ablatio? Sed dicit aliquis. Quo nō est ibi aliquid sapere: vbi mala que tolerātur cōgūt penitere maloȝ que facta sunt? Num quid aut in tormentis quispiam nō penitere: aut penitere mali non esse sapere pōt? Hoc aūt recte opponeretur: si opus tantū peccati ꝛ non etiā volūtas mala puniref. Nulli quippe dubiū est q̃ nemo in tormentis posit⁹ actuȝ iterare peccati delectef. Veruntamen si voluntas etiam in tormentis mala pdurat: qđ ponderis habet operis abnegatio: vt ideo sapere quis putetur q̃ iam in medijs flammis luxuriari nō libeat? Deniq; in maliuolam aīam non introibit sapientia. Unde aūt pbabimus q̃ mala et in penis voluntas perseueret? Certe vt cetera omittā: nollent oīno puniri. Justuȝ est autē puniri qui puniēda gesserunt. Nolūt igitur quod iustū est. Sed qui non vult qđ iustū est/ iusta eius voluntas non est. Eo ergo iniusta/ ac per hoc et mala est voluntas: quo iusticie nō concordat. Duo sunt que iniustam cōprobāt voluntatē: vel cum impune peccasse libet. Quib⁹ ergo peccare libuit/ quādiu licuit: et cū iam nō possunt multū manere volūt qđ peccauerūt: quid in hoc sapientie vere/ quid bone voluntatis apparet? Sed esto penitet eos peccasse: nūquid nō tamē si optio detur: maluit adhuc peccare: q̄ penam sustinere pcti? Et mi illud iniquū est: hoc iustum. Quā vero volūtas bona magis quod iniquū q̄ quod iustum est eligeret? Ceterum nō vere penitent: qui non tā dolent se sibi vixisse: q̄ hoc ipm iā nō posse. Deniq; foris ostēditur: quid int⁹ agaf. Nā q̄diu corpus viuit in flāma: tandiu constat in malicia persistere voluntatē. Itaq; de similitudine que in cōsilij: ꝛ item cōplaciti libertate continetur: apđ inferos penitus nihil est: nec esse pōt imagine tamen etiā illic per liberū arbitrium immobili pmanēte. Sed neq; in hoc seculo inueniri vspiā posset simitudo: sed adhuc hic feda: ꝛ deformis iacuisset imago: si non euangelica illa mulier lucernā accēderet: id est sapiētia in carne appareret: euerteret domū: videlicȝ vitiorum: dragmā suam requireret quā pdiderat: hoc est imaginē suā que natiuo spoliata decore/ sub pelle pcti sordens tanq̄ in puluere latitabat: inuentā tergeret ꝛ tolleret de regiōe dissimilitudinis: pristināq; in speciē reformatā similē faceret illā in gloria sanctorum: imo sibipsi per oīa redderet qnq; conformē: cum illud scripture videlicȝ implef. Scimus quoniam cum apparuerit/ similes ei erimus: quoniam videbimus eum sicuti est. Et re vera cui potius id opeis congruebat q̄ dei filio: qui cum sit splendor glie/ ꝛ figura substantie patris: portās verbo vniuersa: ex vtroq; facile munitus apparuit: et vnde reformaret deformē: et vnde debilē confortaret: dū et de splēdore figure fugās tenebras vitiorū/ redderet et sapientem: et ex virtute verbi contra tyrānidem demonum potētē efficeret. Uenit ergo ipsa forma cui cōformādū erat liberū arbitriū: q2 vt pristinā reciperet formā: ex illa erat reformādū ex qua fuerat ꝛ formatū. Forma aūt/ sapientia est. Conformatio: vt faciat imago in corpore/ quod forma facit in orbe. Porro illa attingit a fine vsq; ad finē fortiter: et disponit oīa suauiter. Attingit a fine vsq; ad finē: hoc est a summo celo vsq; ad inferiores partes terre. A maximo angelo vsq; ad minimū vermiculum. Attingit aūt fortiter: non quidem mobili discursione: vel locali diffusione/ vel subiecte creature tātū officiali administratiōe: sed substantiali quadam/ ꝛ vbiq; presenti fortitudine: quia vtiq; vniuersa potētissime mouet/ ordinat: administrat. Et hec oīa nulla sui cogif facere necessitate. Nec eīn aliq̄ in his laborat difficultate: sȝ disponit oīa suauiter placida voluntate. Uel certe attigit a fine vsq; ad finem: hoc est ab ortu creature vsq; ad finē destinatū a creatore: siue in quē viget natura: siue quem accelerat causa/ siue quem cōcedit gratia. Attingit fortiter: dū nil horum euenit/ qđ non prout vult potēti preordinet prouidentia. Sic ergo ꝛ liberum arbitriuȝ suo conetur preesse corpori: vt preest sapientia orbi/ attingens ꝛ ipm a fine vsq; ad finem fortiter: imperās scȝ singulis sensibus/ et artubus tam potenter: quatinus non sinat regnare peccatū in suo mortali corpe: nec mēbra sua det arma iniqtati/ sȝ exhibeat seruire iusticie. Et ita iā nō erit hō seruus peccati: cū pctm nō fecerit: a q̄ vtiq; liberatus: iā libertatē recupare cōsilij: iā suā incipiet vēdicare dignitatē: dū diuine in se imagini cōdignā vestierit similitudinem: imo antiquam reparauerit venustatem. Curet autem hec agere non min⁹ suauiter/ q̄ fortiter: hoc est nō ex tristicia: aut ex necessitate qđ est initiū: nō plenitudo sapientie: sed prōpta ꝛ alacri volūtate: qđ facit acceptū sacrificiū: qm hilarē datorē diligit deus. Sicq; per oīa imitabitur sapientiā: dum delictis resistet fortiter/ ꝛ in consciētia requiescet suauiter. Uerum cuius ad talia prouocamur exemplo: indigemus ꝛ auxilio: quo ipsi videlicet per ipsum conformemur: atq; in eandē imaginem transformemur a claritate in claritatē: tanq̄ a domini spiritu. Ergo si a domini spiritu: iam non a libero arbitrio. Nemo proinde putet ideo dictū liberū arbitriū/ q̃ equa inter bonū ꝛ malum potestate aut facultate versetur: cū cadere per se quidē potuerit: nō autem resurgere nisi per domini spiritū. Alioqn nec deus nec angeli sancti: cū ita sint boni vt non possint esse ꝛ mali: nec preuaricatores item angeli/ cum ita sint mali vt iam nō valeant esse boni: liberi arbitrij esse dicunf. Sȝ ꝛ nos illud post resurrectionē amissuri sum⁹: qm vtiq; inseparabiliter alij bonis alij malis admixti fuerimus. Ceteȝ nec deus caret libero arbitrio nec diabolus: quoniā q̃ ille esse nō potest malus/ non infirma facit necessitas: sed firma in bono voluntas et voluntaria firmitas q̃ q; is nō valet in bonū respirare/ non aliena facit violēta oppressio/ sed sua ipsius in malo obstinata voluntas: ac voluntaria obstinatio. Nunc igitur ex eo potius liberū arbitriuȝ dicitur: q̃ siue in bono siue in malo eque liberā facit voluntatem: cū nec bonus quispiam: nec item malus dici debeat/ aut esse valeat/ nisi volens. Tali iam ratione non incōgrue dicetur ad bonū se: et ad malum habere equaliter: q̃ vtrobiq; videlicet par sit et non quidem in electione facilitas: sed in voluntate libertas. ¶ Hac sane (vt dictū est) dignitatis prerogatiua rationalem singulariter creaturā cōditor insigniuit: q̃ quēad modū ipse sui iuris erat: sue q; ipsius voluntatis non necessitatis erat q̃ bonus erat: ita ꝛ illa quoq; sui quodāmodo iuris in hoc parte existeret: quatinus nō nisi sua volūtate aut mala fieret: et iuste damnaretur: aut bona maneret: et merito saluaretur. Non q̃ ei propria posset sufficere ad salutem voluntas: sed q̃ eam nullatenus sine sua voluntate consequeref. Nemo quippe saluatur inuitus. Nam quod legitur in euangelio: nemo venit ad me nisi pater meus traxerit eum: item in alio loco: cōpelle intrare: nihil impedit: quia profecto quantoscunq; compellere vel trahere videatur ad salutem benignus pater: qui oīes vult saluos fieri: nullum tamen iudicat salute dignum/ quē ante non probauerit voluntarium. Hoc quippe intendit cum terret aut percutit: vt faciat voluntarios non saluet inuitos: quatinus dum de malo mutat voluntatem in bonum: transferat nō auferat libertatem. Quāq; tamen non semper inuiti trahimur nec enim cecus aut fessus cōtristatur cum trahitur. Et paulus ad manus tractus est damascū: vtiq; non inuitus. Trahi deniq; spiritualiter volebat: q̄ et hocipsum magnopere flagitabat in cāticis. Trahe me inquit: post te in odorē curem⁹ vnguētorum tuoꝝ. Deinde qđ e regiōe scriptū est. Unusquisq; tentatur a propria cōcupiscentia abstractus ꝛ illectus: ꝛ illud. Corpus quod corrumpitur aggrauat animā/ ꝛ deprimit terrena inhabitatio sensū multa cogitantē: et item illud apostoli. Uideo aliā legem in membris meis repugnātem legi mētis mee: ꝛ captiuū me ducētem in legeȝ peccati: que est in mēbris meis hec omnia putari possunt cogere volūtatē/ ꝛ preripere libertatem. At vero quātūlibet quis intus forisve tētatiōibus vrgeatur/ libera profecto semper quantū ad arbitrium spectat volūtas erit: libere quippe de suo nihilominus consensu iudicabit. Quantum autem pertinet ad consilium siue complacitum: carnis interim concupiscentia: vireq; miseria reluctante: min⁹ q̄dem se liberam sentit: sed prorsus non malā dum malo non consentit. Deniq; paulus qui captiuū se in legem peccati trahi cōqueritur: haud dubiū quin ex minus plena libertate cōsilij: cōsensum tamē sanū atq; in bono quoq; iam ex magna parte se habere

(Marginal notes: j. Pet. iiij. — Ps. xxxi. — Ibidem. — Eccle. ix. — Mat. xxij. — Sap. j. — Luce. xv. — j. Joh. iij. — Hebre. j. — Sap. viij. — Rom. vj. — ij. Co. ix. — ij. Co. iij. — Job. vj. — Luc. xiiij. — j. Thi. ij. — Actuū. ix. — Cant. j. — Jacob. j. — Sapiē. ix. — Rom. vij.)

habere liberum gloriatur iam non ego inquiens operor illud. Unde hoc confidis o paule: Quoniā consentio inquit legi dei quoniam bona est. Et rursum. Condelector enim legi dei sm interiorem hominē. Oculo existēte simplici: totum corpus lucidum esse presumit. Sano consensu tractum licet peccato: vel captiuū miseria: liberū se in bono profiteri non dubitat. Unde et fidens generaliter infert. Nihil ergo dānationis est his qui sunt in christo iesu. Sed videamus/ de his qui penarū mortis ve timore/ fidē verbotenus negare compulsi sunt: ne forte iuxta hanc assertionem: aut culpa non fuerit q vel voce negauerūt: aut cogi in culpam et voluntas potuerit: vt vellet videlicet homo quod eū et nolle constiterit: et sic perierit liberum arbitriū. Quod quia impossibile erat: velle quippe et nolle idem eodem tempore non poterat: queritur vnde malū nequaq̄ volentibus malū debuit imputari. Neq̄ enim tale est hoc quale originale peccatū: quo nō solū nō ꝯsentiens/ verū plerumq̄ et nesciens/ alia rōne ꝯstringitur: necdū renatus baptismate. Exempli causa veniat in mediū petrus apl's. Ipse quippe visus est negare veritatē cōtra ꝓpriā volūtatē. Siquidē aut negare/ aut mori necesse erat. Mori timēs negauit. Negare nolebat sz magis nolebat mori. Itaq̄ inuitus quidē: sed negauit tamē ne moreretur. Et si lingua et non voluntate loqui homo compulsus est quod nolebat: non tamē velle aliud q̄ volebat. Lingua mota est contra voluntatem: sed nunquid et mutata voluntas? Quid enim volebat? Prorsus qd erat christi esse discipulus. Quid loquebatur? Non noui hominē. Cur ita? Mortē euadere volebat. Sz quid illud criminis fuit. Duas apostoli tenemus voluntates. Unam qua voluit non mori: penitus inculpabilē. Alterā/ et multū laudabilē: qua sibi cōplacebat q esset xpianus. In quo ergo culpabitur? An in eo q mētiri q̄ mori maluit? Hec plane volūtas reprehensione digna fuit: quia corporis magis q̄ aie voluit seruare vitā. Os nempe qd mētitur: occidit animam. Et peccauit ergo: et non absq̄ consensu proprie voluntatis: infirme quidem et misere sed plane libere. Peccauit aūt nō spernēdo: aut odiēdo christum sed se nimis amādo. Nec in hūc peruersum amorē sui/ voluntatē metus ille subitus compulit: sed esse cōuicit. Iā tunc proculdubio talis erat sed nesciebat: cum ab illo quē latere nō poterat audiuit. Priusq̄ gallus cantet: ter me negabis. Illa itaq̄ voluntatis infirmitas per incussum timorē nota: nō orta: notum fecit quatinus se/ quatinus christū amauerit. Notū aūt: non christo/ sed petro. Nā xps et ante sciebat quid esset in hoie. Quatinus ergo xpm diligebat: vi prorsus qd negādū nō est passa est illa volūtas vt contra se loqueretur: quatinus vero se volūtarie proculdubio cōsensit/ vt pro se loqueretur. Si xpm non amasset: non negasset inuitus. Uerū si se amplius nō amasset: non aliquatinus negasset. Fatendum igitur hominem fuisse cōpulsum: volūtatē ꝓpriā et si nō mutare: occultare tamē. Cōpulsum inq̄ non quidem recedere ab amore dei: cedere tamen aliquātulum amore sui. Quid ergo? Forte dissoluta est tota superior assertio de libertate volūtatis: quia nimirū inuenta est cogi potuisse voluntas? Est plane: sed si cogi ab alio potuit q̄ a seipsa. Et si sese ipsa cogit: compulsa/ et cōpellens: vbi amittere ibi et recipere visa est libertatem. Uim quippe quam ipsa sibi intulit: a se pertulit. Porro qd a se voluntas pertulit: ex voluntate fuit. Qd ex volūtate fuit: iā nō ex necessitate/ sz volūtariū fuit. Si aūt volūtariū: et liberū. Quē sua deniq̄ ad negādū volūtas cōpulit: cōpulsus est q volult: imo nō cōpulsus est sed cōsensit: et nō aliene potētie/ sed proprie volūtati: illi vtiq̄ qua mortē omnimodis euadere voluit. Alioqn quando vox mulier cule: linguam sacram in verba formare nefanda valuisset: si nō lingue dn̄a voluntas annuisset. Deniq̄ cum se a sui postmodū nimio illo temperauit amore et xpm cepit vt debuit/ toto corde: toto anima: tota virtute diligere iam nullis valuit minis vel penis extorqueri aliquatenus volūtas dare linguam arma iniquitati: sed potius audacter accōmodās veritati. Obedire inquit opz deo/ magis q̄ hoibus. Est sane gemina cōpulsio: sm q aut pati aliquid/ aut agere: contra propriam cogimur voluntatē. Quarū passiua quidē (sic enim prior illa recte noiatur) pōt nōnunq̄ fieri absq̄ consensu voluntario patiētis: sed actiua nūq̄. Proinde malū qd fit in nos: sine de nobis: nō est imputādū nobis si tamen inuitis. Ceterum quod fit et a nobis: iam non sine culpa est voluntatis. Uelle plane conuincimur quod non fieret si nollemus. Est ergo compulsio quedam etiam actiua: sz nō habet excusationem: cum sit et voluntaria. Cogebatur xpianus negare xpm: et quidē dolens: non tamen nisi volens. Uolebat nimis gladium vitare ferientis: atq̄ illa talis voluntas intus presidens: os aplebat/ non gladius qui foris apparebat. Porro talem esse illā voluntatem conuincebat gladius: non cogebat. Ipsa igitur se culpa/ nō gladius impellebat. Deniq̄ in quibus sana erat illa voluntas occidi poterant: flecti nequibant. Hoc est qd dictū est de iohanne. Fecerūt ei quecūq̄ voluerūt.

Ibidem. | Ibidem. | Mat. vi. | Rō. viij. | Mat. xiiij | Mat. xiiij. | Ibidem. | Sap. j. | Mat. xxvi. | Mat. xxvi | Actuū. v.

Nunquid quod voluit ille? Ita et in reliquos martyres fecerunt: non quod martyres voluerunt/ sed qd ipsi. Fecerunt inq̄ in eos q̄ voluerūt: sz in mēbra nō corda. Mēbra cruciauerunt: sed voluntatem non mutauerunt. Seuierunt in carnē: aie aūt non habuerunt quid facerēt. Sit licet patientis corpus in potestate torquentis: sed volūtas est libera. Infirma si fuerit: sentiēdo cognoscēt/ nō esse cogēt si nō fuerit. Sane infirmitas eius a seipsa est: sanitas vero nō a se: sed a dn̄i spiritu. Sanatur aūt cum renouatur. Porro renouatur cum quēadmodū docet apostolus speculādo gl'iam dei in eandem imaginē transformamur claritate in claritatem: hoc est de virtute in virtutē: tāq̄ a dn̄i spiritu. Inter quē vtiq̄ diuinum spiritum: et carnis appetitū/ tenet medium quēdam locum id quod dicitur in hoie liberum arbitriū id est humana voluntas: et tanq̄ in deuexo latere montis admodū ardui inter vtrūq̄ pendēs: ita appetitu infirmatur per carnē: vt nisi sedulo spūs adiuuet infirmitatē eius per grām non solum nō valeat sufficere: que est iuxta prophetā sicut montes dei: ascendēdo de virtute in virtutem apprehendere culmen: sed etiam de vitio semper in vitiū suo ipsius pōdere deuoluta: ruat in preceps pregrauata nimirū nō solum lege pcti originaliter membris insita verūt consuetudine terrene inhabitationis vsualiter affectionibus inolita. Quod humane voluntatis videlz vtrunq̄ grauamen vno breuiter versiculo scripture commemorat dicens. Corpus qd corrūpitur aggrauat aīam: et deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitātem. Et hec duo huius mortalitatis mala sicut nō nocēt sz exercēt nō cōsentientes: sic non excusant sed dānant ꝯsentientes vt nec salus/ nec dānatio vlla rōne sine precedēti consensu voluntario possit haberi: ne qua forte ex parte prescribi videatur libertati arbitrij. Quāobrē id qd in creatura dr liberū arbitriū: aut iuste profecto dānetur/ dum ei ad pctm̄ nulla vi ꝑiudicetur extrinseca: aut misericorditer saluatur: cui ad iusticiam nulla virtus sufficit sua. Sane in his oibus cogitet lector originalis pcti prorsus excipi rationem. Decetero libero arbitrio nec extra ipm queratur dānationis cā: quod iam nō dānat nisi propria culpa: nec ab ipso salutis merita: quod sola saluat misericordia. Cuius quippe conatus ad bonum/ et cassi sunt: si a grā non adiuuentur: et nulli/ si non excitētur. Ceterum in malum sunt proni dicente scriptura: sensus et cogitationes hoim. ¶ Proinde non ei a se (vt dictum est) sed desursum potius a patre luminū descēdere merita putentur: si tamen inter data optima et dona perfecta: ipsa merito per que salus eterna cōquiritur merita deputētur. Deus autem rex noster ante secula cum operatus est salutē in medio terre: dona sua que dedit hoibus: in merita diuisit: et premia: vt et presentia per liberā possessionem nostra interim fierent merita: et futura per gratuitā sponsionē expectaremus: imo expeteremus vt debita. Que vtraq̄ paulus commemorans: habetis inquit fructum vestrum in sanctificationem finem vero vitam eternā. Itē et nos ipi ait primitias spūs habētes/ ingemiscimus adoptionē expectātes filiorū dei: primitias spūs vocās sanctificationem .i. virtutes quibus in presentiarum sanctificamur a spiritu: vt merito consequamur adoptionem. Rursum in euāgelio/ eadem seculo abrenūciantī promittūtur: vbi dicitur. Centuplū accipiet: et vitā eternā possidebit. ¶ Ita q̄ non liberi arbitrij: sed dn̄i est salus: immo ipse salus/ ipse et via est ad salutem/ qui ait. Salus populi ego sum. Qui item perhibet. Ego sum via. Se fecit viam/ q̄ et salus erat/ et vita: vt nō glorietur omnis caro. Si ergo bona vie sunt merita: sicut et patrie salus et vita: et verum est quod ait Dauid: non est qui faciat bonum/ non est vsq̄ ad vnū: illum videlicet vnum de quo item dicitur: nemo bonus nisi solus deus: dei sunt: proculdubio munera tam nostra opa q̄ eius premia: et qui fecit se debitorē in illis fecit et nos promeritores ex his. Ad que tamē condenda merita dignatur sibi adhibere creaturarum ministeria: nō quibus egeat/ sed quibus per hoc vel de quibus prosit. Operatur ergo illorum salutem: quorum noia sunt in libro vite: aliquādo per creaturā sine ipsa/ aliquādo per creaturam contra ipsam: aliquādo per creaturam cum ipsa. Multa profecto fiunt hoibus salubria per insensibilem: et item per irrationalē creaturam: que idcirco dixi fieri sine ipa: q non queat intellectu carens/ esse vel ꝯscia. Multa quoq̄ multorum saluti vtilia facit deus per malos siue hoies: siue angelos sed quoniam inuitos ideo contra ipsos. Nam dum nocere cupientes iuuant: quātum aliis valeat vtilis actio: tātum ipis puersa nocet intētio. Porro per quos et cum quibus operatur deus boni sunt vel angeli/ vel hoies: qui quod vult deus: et agūt pariter et volunt. Qui enim bono quod opere cōplent/ volūtate cōsentiunt: opus omnino/ qd per eos deus explicat: ipis cōicat. Unde paulus cū bona plurima q̄ deus per ipsum fecerat enarrasset: non aūt ego ait: sed gratia dei mecū. Potuit dicere per me: sed quia minus erat/ maluit dicere mecum: presumēs se non solum operis esse ministrum p effectum:

ij. Cor. iij | ps. lxxxiij. | Sap. ix. | Gen. viij. | Jacobi. j. | ps. lxxiij. | Rome. vi | Rom. viij. | Mat. xix. | ps. xxxiiij | Ioh. xiiij. | j. Cor. j. | ps. xiij. | Mar. x. | j. Cor. xv

sed ⁊ operantis quodammodo socium per cõsensum. Uideamꝰ nunc s̃m dei triplicem operationem quam posuimus: q̃d creatura queqꝫ pro suo ministerio mereatur. Et illa quidẽ per quã ⁊ sine qua fit/ quod fit/ quid mereri põt? Quid illa contra quẽ fit/ nisi iram? Quid et cũ qua fit/ nisi grãm. In prima itaqꝫ nulla: in sequẽti mala: in vltima bona merita cõquirũtur. Nec eñ pecudes/ cum per eas bonum quodcunqꝫ fit: aut malum: boni quippiam merentur/ aut mali. Non habent quippe vñ bono: malove consentiant. Multo autem minus lapides: cum nec sentiant. Ceterum diabolus: vel homo malus: cũ vigeãt ⁊ vigilent ratione: iam quidẽ merent̃: sed non nisi penã: pro eo ꝙ a bono dissentiant. Paulus aũt qui volens euãgelizat: ne si inuitus dispensatio ei tantũ credita sit: ⁊ quicũqꝫ similiter sapiũt: quoniã quidem ex consensu voluntatis obediũt: repositam sibi esse cõfidunt coronam iusticie. [i. Cor. ix.] Utitur ergo deus in salutem suorum: irrationabili et itẽ insensibili creatura tanq̃ꝫ iumento vel instrumento que iam expleto opere nusq̃ꝫ erunt. Utitur creatura rationali/ sꝫ maliuola: quasi discipline virga: quã correcto filio in ignem proiiciet: tanq̃ꝫ sarmentum inutile. Utitur ⁊ angelis ⁊ hoĩbus bone voluntatis: tanq̃ꝫ cõmilitonibus ⁊ coadiutoribꝰ suis: quos peracta victoria ãplissime munerabit. ❡ Deniqꝫ et paulus de se: suisqꝫ similibus: audacter pronunciat. Coadiutores eñ dei sumus. [i. Cor. iii. C] Ibi itaqꝫ deus hoĩ benigne merita cõstituit vbi per ipm/ et cum ipso/ boni quippiam opari dignanter instituit. Hinc coadiutores dei: ⁊ cooperatores spũsancti/ promeritores regni nos esse p̃sumimus: ꝙ p ꝯsensum vtiqꝫ voluntariũ diuine voluntati ꝯiungimur. Quid igit̃? Hoc ergo totũ liberi arbitrij opus: hoc solum eius est meritum quod consentit? Est prorsus. Non quidem ꝙ vel ipse consensus: in quo omne meritum consistit: ab ipso sit/ cum nec cogitare (quod minus est q̃ꝫ consentire) aliquid a nobis quasi ex nobis sufficientes simus. [ij. Cor. iij. D]

❡ Uerba sunt non mea/ sed apostoli: qui om̃e qđ boni esse põt: idest cogitare: ⁊ velle/ ⁊ pficere p bona volũtate: attribuit deo non suo arbitrio. [Phil. ij.] Si ergo deꝰ tria hec: hoc est bonũ cogitare/ velle: pficere: opat̃ in nobis: p̃mũ pfecto sine nobis: scđm nobiscũ: tertiũ p nos facit. Siq̃dẽ immittẽdo bonã cogitationem/ nos p̃uenit: immutãdo etiã malã volũtatẽ/ sibi p ꝯsensuꝫ iũgit: ministrando et consensui facultatem/ foris per apertum opus nostrum internꝰ opifex innotescit. Sane ipsi nos preuenire nequaq̃ꝫ possumus. Qui aũt bonum neminem inuenit: neminẽ saluat: quẽ non preuenit. A deo ergo sine dubio nostre fit salutis exordium: nec per nos vtiqꝫ nec nobiscum. Uerum consensus: ⁊ opus/ et si nõ ex nobis: non iã tñ sine nobis. Neqꝫ primuꝫ itaqꝫ in quo q̃ppe nos nil facimꝰ: nec vltimũ qđ ⁊ plerũqꝫ extorquet aut timor inutilis/ aut simulatio dãnabilis: sꝫ tm̃ mediũ nobis reputat̃ in meritũ. Sola nẽpe interdũ bona volũtas sufficit: cetera non prosunt si sola defuerit. Non prosunt dixerim: sed agẽti non cernenti. Ualet itaqꝫ intẽtio ad meritum: actio ad exẽplum: vtramqꝫ preueniens cogitatio: tantummodo ad excitandum. Cauendum ergo ne cum hec inuisibiliter intra nos/ ac nobiscum actitari sentimꝰ: aut nostre volũtati attribuamꝰ/ que infirma est: aut dei necessitati/ q̃ nulla est: sed soli grẽ/ qua plenus est. Ipsa liberũ excitat arbitriũ: cũ seminat cogitatũ: sanat cũ imutat affectũ: roborat vt pducat ad actũ: seruat ne sentiat defectũ. Sic aũt ista cũ libero arbitrio opat̃: vt tm̃ illđ primo p̃ueniat: in ceteris comitet̃. Ad h̃ vtiqꝫ p̃ueniẽs/ vt iã sibi deinceps cooperet̃. Ita tamen quod a sola gratia ceptum est: pariter ab vtroqꝫ perficitur: vt mixtim nõ singillatim/ simul nõ vicissim: p singulos pfectꝰ operẽtur. Nõ prim grã ptim liberũ arbitriũ sed totum singula opere indiuiduo peragunt. Totum quidẽ hoc/ ⁊ totũ illa: sed vt totuꝫ in illo/ sic totum ex illa. Credimus placere lectori: ꝙ a sensu apostoli nusq̃ꝫ recedimꝰ: et quaquauersum euagetur oratio: in eadẽ pene ipsius verba frequẽter recidimꝰ. Quid eñ nr̃a aliud sonat q̃ꝫ illud: ergo neqꝫ volentis/ neqꝫ currentis: sed miserẽtis est dei? [Rom. ix.] Quod sane non ideo dicit: quasi quis velle aut currere possit in vanum: sed ꝙ is qui vult/ ⁊ currit: non in se sed in eo a quo accipit ⁊ velle: ⁊ currere/ debeat gloriari. ❡ Deniqꝫ ait. Quid habes quod nõ accepisti? [i. Co. iiij. E] Creatis/ sanaris/ saluaris quid hor̃ tibi ex te hõ? Quid horũ nõ impossibile libero arbitrio? Nec creare qui non eras: nec iustificare pctõr: nec mortuꝰ poteras teipm̃ resuscitare: vt cetera pretermittã bona que aut sanandis necessaria sunt: aut saluandis reposita. Qđ dicimꝰ: de primo patet ⁊ vltimo. Sꝫ ⁊ de medio nemo dubitat: nisi qui ignorãs dei iusticiam/ ⁊ suam volens cõstituere iusticie dei nõ est subiectꝰ. [Roma. x.] Quid enim ⁊ Agnoscis creantis potẽtiam: saluantis gratiam: et sanãtis ignoras iusticiam? Sana me ait et sanabor: saluum me fac ⁊ saluus ero: quoniam laus mea tu es. [Hier. xvij.] Iste iusticiam dei agnoscebat: a quo eque sperabat: tã saluari a pctõ/ q̃ꝫ a miseria liberari. Et ideo laudem suam illũ/ nõ se merito statuebat. Propter hoc ⁊ dauid ingeminans: non nobis inquit dñe non nobis/ sed nomini tuo [ps. cxiij.] da gloriam: ꝙ vtrãqꝫ a deo stolam: et iusticie scꝫ expectaret et glorie. Quis est qui ignorat dei iusticiam? Qui seipsum iustificat. Quis est qui seipm̃ iustificat? Qui merita sibi aliunde q̃ꝫ a gratia presumit. Ceterum qui fecit quod saluaret: etiã dat vnde saluet. Ipse inquã merita donat/ qui fecit quibus donaret. Quid retribuã inquit dño pro omnibus: non que tribuit: sed que retribuit mihi? [Ps. cxv.] Et ꝙ est: et ꝙ iustus est/ a deo confitet̃/ ne si vtrumlibet negaret vtrumqꝫ perderet amittẽdo vtiqꝫ vnde iustus est: et sic dãnãdo qđ est. Sed si vel tertio loco inuenit qđ vicissim repẽderet. Calicẽ ait salutaris accipiã. [Ibidem.] Calix salutaris sanguis est saluatoris. Ergo si deest tibi oĩno de tuo: qđ vel sc esidis dei donis retribuas: vñ tibi salutẽ p̃sumis? Nomẽ dñi inquit inuocabo: qđ nimirũ quicũqꝫ inuocauerit: saluꝰ erit. [Roma. x.] Igit̃ qui recte sapiũt/ triplicem confitentur operationem: non quidem liberi arbitrij/ sꝫ diuine gratie in ipso/ siue de ipso. Prima creatio: secũda reformatio: tertia consummatio. Primo nãqꝫ in xp̃o creati sumus in libertatem voluntatis: secundo reformamur per christum in spiritum libertatis: cum christo deinde cõsummandi in statum eternitatis. Siquidem quod non erat: in illo creari oportuit qđ erat per formã reformari deformẽ: membra non perfici nisi cum capite. Quod vtiqꝫ tunc complebitur: cum omnes occurremꝰ in viruꝫ perfectum in mensuram etatis plenitudinis christi: quando apparente xp̃o vita nostra: apparebimus et nos cum ipso in gloria. [Ephe. iiij. Colloss. iij. F.] ❡ Cũ igitur consummatio fieri habeat de nobis: siue etiam in nobis: nõ autem a nobis: creatio vero facta sit et sine nobis: sola que nobiscum quodammodo fit propter consensum voluntarium nostrũ in merita nobis reputabitur reformatio. Ipsa sint ieiunia nostra/ vigilie/ continẽtia/ operaqꝫ misericordie/ ceteraqꝫ virtutum exercitia: per que vtiqꝫ constat interiorẽ hominem nostrum renouari de die in diem dum et intentio terrenis incuruata curis: de imis paulatim ad supna resurgit: et affectio circa carnis desideria languens: sensim in amorem spiritus conualescit: et memoria veterum operum turpitudine sordens nouis bonisqꝫ actibus candidata indies hilarescit. ❡ In his nempe tribus interior renouatio consistit: rectitudine scꝫ intẽtionis: puritate affectionis: recordatione bone operationis: per quam sibi bene conscia memoria enitescit. Uerũ hec cuꝫ certũ sit diuino in nobis actitari spiritu: dei sunt munera. Quia vero cum nostre voluntatis assensu: nostra sunt merita. Nõ enim vos estis (inquit) qui loquimini: sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. [Mat. x.] Et apostolus An experimẽtum eius queritis inquit q̇ in me loquitur christus? [ij. Cor. xiij.] Si ergo christus/ aut spiritus sanctus loquitur in paulo: non etiam itidem operatur in ipso? Non enim loquor ait que per me non efficit deus. [Rom. xv.] Quid ergo? Si non pauli sed dei loquentis in paulo: vel operãtis per paulũ ⁊ verba sunt/ ⁊ opera: vbi/ iã pauli merita? Ubi est quod tam fidenter alebat bonũ certamẽ certaui: cursum cõsummaui: fidem seruaui de reliquo reposita est mihi corona iusticie/ quam reddet mihi dominꝰ in illa die iustus iudex? [ij. Thi. iiij.] An in eo cõfidit forte coronam esse repositã sibi: ꝙ per ipsum illa fiebãt? Sed multa per malos siue angelos/ siue homines fiunt bona: nec tamẽ reputãtur illis in merita. An quia potiꝰ ⁊ cum ipso/ hoc est cũ eius bona voluntate fiebãt? Nã si inuitus inquit euãgelizauero dispẽsatio mihi credita est: si autem volẽs gloria est mihi. [i. Cor. ix.] Ceterum si vel ipsa voluntas/ de qua omne meritum pendet: ab ipso paulo non est: quo pacto eã quã sibi repositam p̃sumit: coronã vocat iusticie? An quoniã iuste iã ex debito requiritur/ quodcũqꝫ vel gratis promittitur? Deniqꝫ ait. Scio cui credidi: et certus sum/ quia potens est depositũ meum seruare. [ij. Thi. j.] Dei promissum suum appellat depositũ: ⁊ qr credidit pmittenti fidẽter pmissum repetit. Promissum q̃dẽ ex misericordia: sꝫ iã ex iusticia psoluẽdũ. Est ergo quã paulus expectat: corona iusticie sed iusticie dei non sue. Iustum quippe est vt reddat quod debet. Debet autem qđ pollicitꝰ est. Et hec est iusticia de qua presumit apostolus promissio dei: ne si hanc cõtemnẽs/ suam velit statuere: iusticie dei non sit subiectus: cuius tamen sue iusticie ipsum deus voluit habere consortem: vt ⁊ corone faceret promeritorẽ. In eo eñ sibi iusticie consortem: et corone statuit promeritorem: cũ operum quibus erat illa repromissa corona habere dignatꝰ est coadiutorem. Porro coadiutorem fecit cum fecit volentem: hoc est sue volũtati ꝯsentientẽ. Itaqꝫ voluntas in auxiliũ: auxiliũ reputatur in meritum. Si ergo a deo voluntas est: ⁊ meritum. Nec dubium quin a deo sit ⁊ velle et perficere pro bona voluntate. Deus igit̃ auctor est meriti: q̇ ⁊ volũtatẽ applicat operi: ⁊ opus explicat volũtati. Alioq̃n si proprie appellent̃/ ea q̄ dicimus nostra merita: spei quedã sunt seminaria charitatis incentiua/ occulte p̃destinationis indicia/ future felicitatis presagia/ via regni nõ causa regnandi. Deniqꝫ quos iustificauit/ non quos iustos inuenit: hos ⁊ magnificauit. [Rom. viij.]

❡ Explicit tractatus de gratia et libero arbitrio.

Diui Bernardi

¶ Diui Bernardi abbatis ad dominū abbatem Colū bensem in tractatum sequentem. Epistola.

Domino abbati Colūbēsi: frater Bernadus abbas dict⁹ de claraualle: valere in domino semper. Rescriptū meum ad epistolas duorum carnotensium monachorū/vobis primū (vt promiserā) destinare curaui. Ubi et aliud quoq; impletum est quod iussistis. Nam cū breuiter rescribere decreuissem: et epistolis epistolā tantum reddere velle cepissem: hortatu vestro in libri (vt cernitis) lōgitudinem protraxi stilū: et vt in pluribus plures possint edificari. Quod opus cū a vobis perlectum fuerit: tunc non ipsis ad quod factum est: sȝ eorum pri⁹ reddatur abbati: ⁊ sic demū ad ipsos si iusserit abbas perueniat. Monachi enim sunt et ex lege sue regule sine nutu sui abbatis sicut dare: ita ⁊ accipere datas ꝓhibētur epistolas. Nam ⁊ ob hoc maxime diu sicut scitis: multum licet rogatus ab eis: respondere tardaui: q̄ vt mihi videbatur ignorante abbate scribere illas epistolas/et mittere presumpsissent. Nec falso id suspicatus suȝ vti post modū liquido comperi. Ego cepto operi (quod quidem legētibus apparebit) epistole nomen indideram/sed quoniam pro nomine modū vestro obuiante mādato (vt promiseram) non seruaui: liber si iudicatis non epistola cēseatur. Et q̄ inter multas questiones/que ibi a me soluuntur/id precipue subtilius vtiliusq; pertractatur: quenā liceat precepta: ⁊ per quos/⁊ quatinus dispensari: detur ei titul⁹ de precepto ⁊ dispensatione: nisi vobis aliud forte congruentius videatur.

¶ Diui Bernardi abbatis in tractatū de precepto ⁊ dispensatione Prologus.

Qua mente iam tacebo? Qua fronte tamen loquar? Crebris epistolis ⁊ nūcijs cogitis me: aut propriā prodere imperitiaȝ: aut officiū renuere charitatis. Ast ego malēs sine illa que inflat: q̄ absq; illa que edificat inueniri: victus tandem precibus vestris: duris initio nodis vngues teneros: et vt vereor ego nō aliud q̄ terēdos. Sȝ hoc incassum. Nā mea me/vt scribitis ⁊ perscribitis: tā absentis scripta: q̄ verba presentis arguūt excusantē. Quis enim iam relinquitur mihi in illis de impossibilitate causandi loc⁹ presertim apud vos/qui ex ore ⁊ ex corde meo satis certum tenere vos creditis quantum possim in talibus? Fidei proinde vestre/nō meo fidens ingenio: abyssum ingredior questionum: nesciēs/de⁹ scit qua emersurus. Presto charitas erit: vtinam ita ⁊ veritas. Si quominus excuset effectum defectus potius ingenij: voluntatē certe non culpabitis. Tentabo autē easdē (si potero) questiūculas sub epistolari cūctas breuitate redigere: ⁊ si non epistola breui. Mirum si quidem nō est/si fuero ego longior in exponēdo: cum vos tātum eas ponēdo duas et ipsas satis longuas epistolas texueritis.

¶ Tractatus.

Prima igit̄ questio circa regulā nostram versatur/de qua (nisi fallor) et reliqué omēs aut pene omnes oriuntur. Queritis nempe: regularis illa institutio quomodo ⁊ quatinus sit pensanda profitentibus eam vtrū videlicet cūcta que continet/putanda sint esse precepta: cōsequenter ⁊ dānosa transgredienti: an consilia tantum vel monita: et ob hoc nulli⁹/aut nō magni pōderis sit ipsoꝝ ꝓfessio: nullius aut non grauis culpe ipsoꝝ p̄uaricatio: an certe q̄dā sint deputāda ip̄ceptis q̄dā ꝓ ꝯsilijs reputāda: quo p̄im ea liceat p̄im nō liceat oīno p̄tergredi. Et si hoc vltimū detur distingui a me tunc demum certos ac proprie cuiusq; partis limites flagitatis: ne cui forte ꝑ varias sui sensus opiniones licentius vagandi detur occasio: sicq; liquare culicē/et camelum glutire cōtingat: si nesciat quantum cure: vel opere sue/quibusq; debeat obseruantijs. Hic est quantum recolo totus vestre illius partitionis sensus: et si non verba. Quod autem subiungitis ⁊ pergitis inquirere de obediētia quibus gradibus distinguatur: quibus claudat̄ limitibus: ad eandem arbitror pertinere diuisionem quippe q̄ in decretis regularibus precipua hebetur: et puto cum ad illā satis respōsum fuerit: de ista iā nil superesit quod ambigatur. Itaq; vt sentio ego/regula sancti Bndicti omi hoi proponit̄/imponitur nulli: prodest si deuote suscipitur et tenetur: non tamen si non suscipitur obest. Quod autem in volūtate est suscipiētis: non in potestate proponētis: voluntarium merito dixerim/non necessarium. Attamen hoc ipsum quod dico voluntariū: si quis ex propria voluntate semel admiserit ⁊ ꝓmiserit deinceps tenēdum: profecto in necessarium sibi ipse cōuertit: nec iam liberū habet dimittere: q̄ ante tamē nō suscipere liberum habuit. Ideoq; qđ ex voluntate suscepit/ex necessitate iam tenebit: quia omino necesse est eum reddere vota sua: que distinxerunt labia sua: ⁊ ex ore suo aut cōdemnari iam aut iustificari.

¶ Ceterum felix (vt quidam sanctorum ait) necessitas/que cogit in melius. Omnia proinde sancti benedicti instituta: exceptis sane nonnullis de spiritualibus: verbi causa charitate/humilitate/mansuetudine: que non tam ipsum constat instituisse q̄ deum: et ob hoc penit⁹ non esse mutanda: de cetero reliqua vniuersa nō profitentibus quidem monita tantum: seu consilia censenda sunt: nec grauant nō obseruata: cum tamen profitentibus in precepta: preuaricantibus in crimina fiant: sine (vt vestra vobis reddā) illis voluntaria vel facticia: istis necessaria/et tanq̄ naturalia nō imerito reputant̄. Ita sane necessaria dixerim: vt ex eis minime preiudicetur necessarijs: rationalibusq; dispensationibus. Sed non omnibus in huiusmodi credita est dispēsatio: nisi his dumtaxat/qui cū apostolis dicere possunt. Sic nos existimet homo vt ministros christi: ⁊ dispēsatores misteriorū dei. Nouit autem fidelis seruus et prudēs/quem cōstituit dn̄s super familiam suam/ibi tantum vsurpare dispensationem: vnde bonaȝ possit habere recōpēsationem. Hoc quippe queritur inter dispensatores: vt fidelis quis inueniatur. Et eadem fortasse fidelitas a subditis nihilomin⁹ exigitur in obtemperando: que a ꝑpositis in dispensando. Constat igitur ex his que dicta sunt: vestram illam diuisionem intergram esse ac sufficiētem: si modo persone distinguātur ⁊ tempora: dum subiectis si quidem omnis regularis institutio (quantum dumtaxat ad corporales obseruātias ꝑtinet) ante professionem volūtaria: post professionem necessaria: prelatis vero partim volūtaria/vt que inuenta ab homine: partim necessaria: vt que fuerint diuinitus instituta. Quam ob rem fortassis tunc potissimū congrua ⁊ luculenta magis eadem diuisio apparebit: si ei⁹ mēbrum quod dictum est necessarium: rursum in tria hec subdiuidatur stabile inuiolabile/incommutabile. Et quidem stabile dixerim quod ita est necessarium: q̄ non cuilibet hominum illud mutare phas sit nisi solis dispēsatoribus mysteriorū dei. i. prepositis vt verbi gratia regule sanctorum/basilij: augustini/benedicti: necnō autentici canones: et si qua sunt alia ecclesiastica instituta digne auctoritatis. Que quoniā a sanctis tradita sunt/sancita stabiliter perseuerant: nec oīno cuius subiectorum ea aliquo mō variare vel mutare conceditur. Quia tamen ab hominibus etiam per homines loco et officio illis canonica electione succedētes/licite interdū innoxie pro causis/personis/locis ⁊ temporibus dispēsantur. Ubi sane q̄ hec legit attendat: me caute nō dicere: ea posse vel ab istis leuiter ꝑ volūtate mutari: sȝ ex ratione fideliter dispensari. Ideo autē hāc ipsam mutationē taliter ⁊ a talibus recipere possunt: q̄m nō naturaliter nec per se bona sunt. Porro inuenta atq; instituta fuerunt: non q̄ aliter viuere nō liceret/sed q̄ ita magis expediret: nec plane ad aliud q̄ ad lucrū ⁊ custodiā charitatis. Quādiu ergo charitati militāt immobiliter fixa sunt: mutariq; omnino ne ab ipsis quidē prepositis sine offensa possunt. At si ecōtrario ꝯtraria forte aliq̄ charitati visa fuerint: his dūtaxat quibus hoc posse videre datum est: et prouidere creditū est nōne iustissimū esse liquet/vt q̄ pro charitate inuēta fuerunt ꝑ charitate quoq; vbi expedire videtur: vel omittantur vel intermittātur vel in aliud forte cōmodius demutētur? Sicut e regione iniquum proculdubio foret: si statuta pro sola charitate cōtra charitatē tenerent̄. Tenēt ergo fixā firmāq; imobilitatē etiam apud prelatos: que ex stabili necessario sunt: sȝ quatin⁹ charitati deseruiunt. Nunquid autem hoc ego vel solus sentio vel prim⁹ dico? An non hoc ipsum ⁊ papa gelasius sensit? Ait siquidem. Ubi necessitas non est: inconuertibilia maneant patrum sanctorū decreta. Leo quoq; papa. Ubi inquit necessitas non est: nullo modo sanctorum patrū instituta violentur. Et infert. Ubi ergo necessitas fuerit ad vtilitatē ecclesie: qui potestatem habet/ea dispenset. Ex necessitate enim fit mutatio legis.

¶ Necessarium deinde quod inuiolabile nominaui/illud intelligo: quod nō ab homine traditum: sed diuinitus promulgatū/nisi a deo qui tradidit mutari omnino non patitur. Ut exempli causa: non occides: non mechaberis: non furtum facies: et reliqua illius tabule legis scita: que et si nullam prorsus humanam dispensationem admittunt/nec cuiq̄ hominum ex his aliquo modo soluere: aut licuit: aut licebit dn̄s tamē hoꝝ qđ voluit/⁊ quādo voluit soluit: siue cum ab hebreis egyptios spoliari: siue quando prophetam cuȝ muliere fornicaria misceri precepit. Quorum vtiq; alterū quid nisi graue furti facin⁹/alterum q̄d nisi flagitij turpitudo reputare: ut si non excusasset vtrunq;

Ps. lxv. A Luce. ix. I Co. iiij. Ibidem. B Exod. xij.

factū auctoritas imperantis? Sane vbi simile aliquid aliquā do a sanctis hominibus fuisse legitur vsurpatum/ scriptura nō indicante q deus ita preceperit: aut eos peccasse fatēdum est sicut homines: aut certe sicut prophetas familiare dei cōsiliū accepisse. Unde ⁊ vnū exēplum pono quod occurit de samsone: qui seipsum vna cū hostibus opprimēs interfecit. Quod vtiqȝ factum/ si defenditur non fuisse peccatū: priuatum habuisse cōsilium indubitanter credendus est: ⁊ si de scriptura hoc nō habemus. Jam vero necessariū incōmutabile quid accepi velim? Equidem nil cōgruentiꝰ q̄ȝ quod diuina ita constat: ⁊ eterna ratione firmatū: vt nulla ex causa possit vel ab ipso deo aliquatenus immutari. Sub hoc genere est oīs illa sermonis dn̄ici in mōte habiti spiritalis traditio: ⁊ quicquid de dilectione/ humilitate/ mansuetudine/ ceterisqȝ virtutibus tam in nouo q̄ȝ in veteri testamento spiritaliter obseruandū cōtraditur. Hec quippe talia sunt: que nec liceat/ nec expediat aliquando non haberi. Eo siquidē immobiliter/ quo ⁊ naturaliter bona: nūq̄ȝ nisi innocenter: nunq̄ȝ nisi salubriter aut imperantur/ aut obseruātur. Omni tempore/ omni persone: mortem contempta custodita salutem operantur. Primā ergo necessitatem sua cuiqȝ facit in promittendo voluntas: secundam precipientis auctoritas: terciam precipit dignitas. Differunt aūt vt iam dictū est quibusdam a se inuicē gradibꝰ tres iste necessitates: nec vna omnes sequit immutabilitatis firmitas. Nā ex prīa q̄dē qđ efficit ⁊ si non penitus immutabile tn̄ vix mutabile esse cōstat: dū solis illud liceat mutare prelatis: ⁊ hoc non nisi fideli: ⁊ prouida dispensatione. Quod vero fit ex sequenti: que ⁊ maior ista/ ē pene iam incommutabile soli quippe deo esse mutabile superius demonstratū est. Porro quod de nouissima fit tanq̄ȝ oīm maxima: oīno incōmutabile est: vtpote quod ne ipsi quidē deo mutare liberū est. Quod igit nulli hoīm phas est nisi solis mutare prelatis: dici vix mutabile cōgrue pōt: quod soli constat licere deo/ dicatur pene immutabile: quod ne: ipsi quidem penitus immutabile noīetur. Que cum ita sint: vt ad ea redeā de quibꝰ potissimū queritur: patet q ex magna parte regularis traditio subest eius qui pest: ⁊ si non voluntati/ certe discretioni. Sed dicitis. Quid ergo relinquitur necessitati? Audite: q̄ȝplurimū. Primo quidem quicquid de spūalibꝰ in ipsa regla traditū est: in manu abbatis (vt supra taxatū est) nequaq̄ȝ relinquitur. Deinde reliqua pars que in corporalibus constat obseruantijs: ne ipsa quidem in eius ita voluntate posita est/ vt eiusdē deseruiat voluntati: sed magis charitati. Neqȝ em̄ abbas supra regulam est cui semel ⁊ ipse spontanea se professione submisit: et si (quod negādū non est) dei regula charitas: regule sancti bn̄dicti iure preponitur. Esto proinde vt interdū regule littera/ cedat pro tempore charitati: cū ratio necessitatis vel charitatis exegerit: absit tamen vt hoīs cuiuspiā subdatur voluntati. Super fratrum sane trangressiones/ nō super patrum traditiones constituitur qui abbas eligitur: mandatorum custos/ et victor viciorum. Arbitror nāqȝ sctās illas obseruantias/ prelatorū prudētie/ ⁊ fidei creditas nō subditas volūtati. Hinc est q idē legislator in his q̄ abbati dispēsanda reliquit: caute nusq̄ȝ (vt memini) volūtatem/ sed aut cōsiderationem: aut dispositionē/ aut prouidentiam: aut certe arbitrium aliquid hm̄oi ponit: volens nimirum prouidū fidumqȝ dispensatorem: rationis vbi forte dispensat sequi iudicium: non sue placitum voluntatis. Unde et intimat ei nō semel: q de oibꝰ iudicijs suis deo redditurus sit rōnē. Lego pfecto in regula. Hec cōsideratio penes abbatē sit: ⁊ hoc vel illud esse in prudētia: vel arbitrio/ seu dipositione abbatis. Ut autem pro sua voluntate aliquid mutet: me ibi legisse non recolo: quinimo in omnibus inquit oēs magistram sequātur regulam: nec ab ea temere deuietur a quoq̄ȝ. Ergo nec ab ipso abbate. Oēs inquit magistram sequantur regulam: nemo ergo suam volūtatē. Ubi sane: nec abbatē excipi puto. Videtis quantum necessitati tribuitur: subtrahitur volūtati? Quid etiam? Nōne regularis ipsa professio qua se iunior subdit spōte priori: eque alligat ⁊ priorem? Cōis equidem pacti pari reor vtrumqȝ necessitate teneri: fieriqȝ duos p vnius spōsionē alterutrum debitores: fidelis cure vnum: alterum humilis obediētie. Quid nam igitur iam voluntati relinquitur: vbi ⁊ prelatus debiti necessitate tenetur. Sed et de hoc item nō parum prelati prescribitur voluntati: q is qui profitetur spondet quidem obedientiam: non tamē omnimodam/ sed determinate sm̄ regulā: nec aliam q̄ȝ sancti benedicti: vt oporteat eum qui preest non frena sue laxare voluntati super subditos: sed prefixam ex regula sibi scire mēsuram: ⁊ sic demū sua imperia moderari: circa id solum quod rectum esse cōstiterit: nec quodlibet rectum: sed hoc tantum quod predictus pater instituit/ aut certe q sit sm̄ quod instituit. Sic se quippe habet professio. ¶ Promitto non quidem regulam: sed obedientiam sm̄ regulam sancti Benedicti. Non ergo sm̄ volūtatem prepositi. Proinde si professo sm̄ illam regulam abbas meus mihi aliud forte imponere temptauerit/ quod non sit sm̄ regulā/ aut etiam quod non sit sm̄ ista instituta: verbi causa Basilij/ Augustini/ Pacomij: que nam mihi queso in hac re necessitas imminet obsequēdi? Solū quippe id a me posse exigi arbitror quod promisi. Videtis iam ergo obedientie limites quos requiritis. Si modus est obeditionis tenor professionis: nec se valeat extendere potestas imperantis/ nisi quatinus attigerit votum profitentis: profecto citra: et vltra: necnō etiam contra/ quid aliud q̄ȝ obedientie limites quosdā censuerim: ⁊ his suis terminis virtutem eādē circūcludi? Quamobrem quisqȝ professus in quouis genere salutifere vite/ nec vltra obediētie legē cogendus: nec citra est inhibendus q̄ȝ sua ipsius videtur complecti professio. Quantominus contra? Is ergo qui medius est vite modus prefixus voto pfessione firmatus: tanq̄ȝ lignū quod erat in medio paradisi: solus sine dubio legi erit subiectus obnoxius iussioni. Ergo plati iussio: vel phibitio: nō pteréat terminos pfessiōis. Nec vltra extēdi pōt: nec ꝯtrahi citra. Nil me platꝰ phibeat horū q̄ promisi: nec plus exigat q̄ȝ pmisi. Vota mea nec augeat sine mea volūtate: nec minuat sine certa necessitate. Necessitas quippe non habet legem: ⁊ ob h̄ excusat dispensationem.

¶ Uoluntas vero quia sola meretur retributionē: etiam sola non immerito graduȝ altiorem vsurpat. Alioquin ⁊ absqȝ necessitate remissio voti: non dispensatio sȝ preuaricatio est: et restrictio contra voluntatē: murmur est: non pfectus. Ponāt ergo prepositi metā obediētie subiectorū ex votis labiorū ipsorum: nō suorū desideriorum: monētes eos non cogentes ad celsiora condescendentes eis cum necesse fuerit ad remissiora: non cadētes cum eis. Ceterum subiectus huiusmodi obedientiam que voti finibus cohibetur: nouerit imperfectam.

¶ Nam perfecta obedientia legem nescit terminis non artatur: neqȝ contenta angustijs pfessionis largiori voluntate fertur in latitudinem charitatis: ⁊ ad omne qđ iniungitur spontanea/ vigore liberalis alacrisqȝ animi modum nō considerans: in infinitā libertatem extenditur. Hec est illa de qua signanter apostolus petrus/ castificantes inquit: corda vestra in obediētia charitatis: pulchre ipsam per hoc sequestrās ab illa inerti ⁊ seruili obedientia: quodammodo nec charitati prōpta/ sed obnoxia necessitati. Hec iusti illius cui lex posita non est/ propria est: non q vel ille perfectꝰ viuere debeat sine lege: sed qr non sit sub lege: minime quippe contentus voto sue cuiuscūqȝ professionis: quā superat animi deuotiōe. Et q̄ȝ nec istam regula ipsa tacuerit vbi monet/ si fratri impossibilia iniūgūtur: vt cōfidēs de adiutorio dei obediat ex charitate. In eadem deniqȝ regula tertius humilitatis describitur gradus: vt omni obedientia monachus se subdat maiori. Dicens quippe omni/ non vult nos in obediendo mensura esse contentos professionis: non attendere promissi debitū: nō de pacto sumere modum: sed transire alacriter etiam votum: ⁊ obedire in omnibꝰ. Est sane quidā obedientie limes sm̄ tempꝰ ipsa temporis extremitas: vt is sit terminus obedientie: qui et vite. Hūc nobis maxime vnigeniti commēdat exemplum: qui factus est patri obediens vsqȝ ad mortem. Hec ergo quotiens interrumpitur/ inobedientia dicitur: et peccatū/ ⁊ trangressio seu preuaricatio.

¶ Sed interest sane: qua causa quo affectu/ q̄ intentione/ quo precipiente/ in quoue precepto malum hoc cōmittatur. Et quidem nullam prorsus inobediētiam dico paruiducendam: non tamē omnē pari estimandā periculo. Enimuero mandatum dei est: non occides. Fac ergo duos homicidas: et vnū quidem spoliandi cupiditate: alterum vero necessitate sese defendēdi facinus perpetrasse. An non hic satis euidēter inter lepram ⁊ leprā causa separat: faciens vtiqȝ disparem valde culpam vnius eiusdemqȝ trangressionis? Quid vero si hunc subita ira: illum studiosa malicia aut vetus odium forte ad idē scelus impulerit? Nunquid nam simili pensandū erit iudicio/ quod tam dissimili factum constabit affectu? Nil deinceps incestiꝰ/ obsceniusve/ q̄ȝ illas filias Loth paternū vsurpasse concubitum: et tamen quis nō videat quātum euacuauerit/ aut attenuauerit turpis nefandiqȝ reatum flagitij/ pietas intētionis: et intētio pietatis?

¶ Jam vero de illo qui precipit: et item de eo quod precipitur huiuscemodi aduertēda erit sm̄ rationem distinctio: vt cuius inter preceptores reuerentior nobis immi nebit auctoritas: eius grauior formidetur offensio: ac maioris cuiusqȝ mandati trangressio: damnabilior estimetur. Melius siquidem est obedire deo q̄ȝ hominibus: ⁊ ipsis melius magistris q̄ȝ condiscipulis. Porro magistris: melius nostris/ q̄ȝ extraneis. Quibus autem melius constat obedire ipsis proculdubio et nō obedire detestabilius est. Est de mandatis similiter. Maioribus quippe maior: minoribus minor opera nostra ⁊ cura debetur: de quorum etiam contemptu iuxta eādem considerationē grauior leuiorve offensa contrahitur.

¶ Porro maiora minoraqȝ mādata dixerim/ sm̄ q maꝰ minusve velle consisten se

Judi. xvi.

D

E

j. Pet. j.

j. Thim. j.

Caplo ij fratri aliquid impossibile; Capitulo de gradibus humilitatis

F

Gen. xix.

G

Actuū v.

H

sisterit ipsum qui precipit: siue hominem: siue deum. Est verbi gratia mandatum: non furaberis: et est mādatum omni petēti te da: vtrumq; quidem magnum: quoniā vtrumq; diuinum sed de non furādo maius. Quis enim nesciat equissimo deo nō eq; displicere tenaces: atq; fures: et qr de duobus malis plus velit nos tenere nostra q̄ tollere aliena: et ita min⁹ peccaret qui nō tribuit sua: q̄ qui non sua furatur. Sed in mandatis hoim raa equalitas inuenitur: cū pro varijs necessitatibus vel vtilitatibus agendorum iniungentium affectio varietur: quodq; putauerint rectius vel cōmodius: hoc amplius cupiant et exigant obseruari. Tam ergo qualitas preceptorum q̄ auctoritas precipiētium et obedientie prefigit metam: et inobediētie terminat culpam: quando (vt dictum est) in prelatis quibusq; grauioris auctoritatis: et eorū mādatis quibusq; maioris vtilitatis: quo diligētior debetur obsequēdi cura: eo et culpa grauior incurritur de contēptu. ¶ His itaq; distinctionibus animaduersis: et obedientie modus et pōdus inobedientie facile reperitur. His gradibus non solum inter diem et noctem: hoc est bonum obedientie et inobediētie malū discernitur: sed etiam inter diem et diē: itēq; inter noctē et noctē: inter bonū videlicet et melius/ inter malum et peius. Bonus quidem obedientie gradus est: si iuxta magistri nostri sententiam propter metum gehenne seu propter professionem sanctam quā professus est: quispiam obedierit: melior tamē cum ex dei amore obeditur. ¶ Ille quippe obedientia necessitatis ē: ista charitatis. Illum aūt optimū dixerim obediētie graduz: cū eo aio iniunctū opus recipit quo percipit. Cū eim ex volūtate iubentis/ pēdet intentio exequētis: fit vt nec maius minoribus: nec minus maioribus cōfuse (vt assolet) ad implendum quos iniungitur/ subiecti studium impendatur: sed moderante animo queq; pro sua dignitate imperia: modum sciat vtrobiq; seruare: tam in obseruando videlicet iussa: q̄ in cauendo phibita: nō qr vel minimum horum que iubentur contemnendum putet: et si tamen minimū quod minimum est reputet: sed minimum est ex comparatione maiorum. Nouit verus humilisq; obediens/ et minima non contemnere: et maxime curare que maxima sunt: intimo quodam deuoti sincerisq; animi sapore discernēs: quibus de mandatis ei qui preest: suis quodammodo factis respondeat cum propheta: tu mādasti mādata tua custodiri nimis. Ubi quia non dicit vniuersaliter oia: illa tantum oportet intelligi/ que quoniam non sine grandi culpa quacūq; occasione violantur ideo non sine graui pena quomodocūq; violata donātur: vtputa non occides: et si qua huiusmodi sunt: quorum nunq; potest esse obseruatio iniusta vel mala: nunq; bona licitave trangressio dispensatione dūtaxat humana. Cetera que vel a prepositis dispensationem admittunt quia leniori censura neglecta puniuntur: leuiora dicuntur. Ex his verbi gratia dico esse vel risum interdictum: vel indictum silentium. Hec siquidem si contra mandatum non veniunt: nec peccata sunt. Accedente mandato si quominus iam obseruantur: in peccatum reputantur: nō tamē in crimen. Ita sane: si per subreptionem aut obliuionē non autem per contemptum horū transgressio contigerit. Media quippe sunt/ e quibus illa videlicet precepta constituuntur/ que vos factitia nominatis: longe vtiq; disparem a naturalibus quantum in ipsis est gerentia necessitatem: cum tamen nec sine offensa negligi: nec contemni sine crimine/ vel ipsa queant iniuncta ab his dumtaxat quibus ppri(e) dr: q vos audit me audit/ et q vos spernit me spernit. Licet nāq; ipsa per se iniuncti operis qualitas innoxia sit: adiuncte tamē auctoritatis pondus obnoxium mandato/ mandatiq; peccato obnoxium facit: non magno tamē si cōtemptus defuerit. ¶ Hec ergo generalis regula [illegible] q̄ per se vel ppter se nec bona nec mala sunt: aut diuina institutiōe aut propria cuiusq; pfessione fixa nō sunt: vt nō iussa qdē/ licite vtrūlibet vel admittātur: vel omittant iussa vo sine culpa nō negligant sine crimine nō ptēnant. ¶ Ubiq; eim et culpabilis neglectus et cōtēptus dānabilis est. Differūt aūt qr neglect⁹ qdā languor inertie est: contēptus vo superbie tumor. Porro cōtēptus in omni specie mādatorum pari pondere grauis: et cōmuniter danabilis est: neglectus autem infixis grauior: tolerabilior immobilibus mandatis. Siquidem adulterium quocunq; modo: quocūq; perpetres animo turpe flagitium est ac criminale peccatum: cum tamen leue verbum in tempore vel loco silentij forte per obliuionem subreptū: risusve per impetum magis excussus q̄ presumptus contra preceptum: quod vtiq; animi negligentis aut dissoluti spiritus indicium est eo facillime veniam promeretur/ quo vix vel peccatum reputatur. Quid cum scienter et ex deliberatione: in verba ociosa silentio licet nō indicto lingua laxat: Nunquid hoc tamen neget qspiam vsurpari contra regulam veritatis? Unde nimirum et ratio exigenda est in futuro iudicio: iudice ipso terrifice admodum comminante: qr de omni vbo ocioso reddēt hoies ratiōē in die iudicij. Hec nobis: quenā poterit reddi ratio de ocio? Alioquin ociosum nō est: si non oīno ratione vacuum est. Et tamē quis nesciat vnū detractionis verbum quantum etiam innumeris talibus: id est ociosis: preponderet ad delictū meritūq; damnationis? Quid ita? Uidelicet quia discretio est in mandatis consequenter et in culpis: vt (sicut dixeram) maiorum grauior/ leuiorq; minorū censeatur trangressio mandatorum. ¶ Sed mandant tum non ita. Siue enim deus: siue homo vicarius dei mandatuz quodcūq; tradiderit: pari profecto obsequendum est cura: pari reuerētia deferendum: vbi tamen deo cōtraria nō precipit homo. Qd si contigerit: pergendum indubitanter cōsulo in Petri sententiam: quia obedire oportet deo magis q̄ homin⁹. Aut enim hoc respōdendū cum aplis: aut cū pharisels certe audiēdum. Quare et vos transgredimini mandatum dei/ propter traditiones vestras? Si autem dolet se contemni magister homo pre illo qui docet hominē scientiam: consoletur illa quam et vos posuistis samuelis sententia: qua inter lepram et leprā videtur discernere sic. Si peccauerit vir in virum: propicius ei poterit esse de⁹. Si aūt in deū peccauerit: quis orabit pro eo? Ego igitur si me hoc angi articulo sentiam/ vt aut deum: aut hominē offendere necesse sit deum potius libenter eligo nō offendere: et quidem tutius iustiusq;. Habeo nempe ex pnti prophete capitulo de hominis lesione meam consolationem: dei scilz propiciationē. Ceterū deo offenso: qs orabit pro me? Si ad hominem confugero: id quidem scriptura nō cōsulit: quinimo maledictus homo (ait) qui spem ponit in homine. Uerto proinde Si autem in deuz peccauerit: etiam si subintelligatur propter hominē qs inqt orabit p eo: Neuter eqdem. Nā et ob quē offendit a quo offendit: eque vtriusq; oratio execranda decernitur apud ipsum qui offenditur: hoc est apud deū. Talis ergo requirendus est ad orandū: qui sit idoneus ad placandū. Porro culpam si qua est qr homo offenditur, cum ei nō obeditur: aut multum extenuat/ aut penitus annullat causa melior. Quapropter cum dicitur/ si peccauerit vir in virū: subaudiendū est propter deum: qr nullatenus lesio cuiuscunq; proximi: necdum prelati excusetur a culpa: si solus defuerit in causa deus. Alioqn paulo contradicis: qui ait. Sic enim in fratrē peccantes: in christum peccatis. Nam de prepositis certum tenemus ipsius veritatis testimonium: sic loquentis ad ipsos. Qui vos spernit me spernit. Sed et de quolibet fratre: nolite ait contemnere vnum ex his pusillis. Et qui scandalizauerit vnuz ex his pusillis: quod sequitur auertat deus a nobis. Sed non omnium scandala equa sunt lance pensanda. Aliter nanq; accipienda sunt scandala pusillorū aliter phariseorum de quibus apostolis timentibus et intimentibus qr scandalizati essent in sermone veritatis: responsum est: sinite illos: ceci sunt et duces cecorum. Illorū quippe scandalum de ignorantia: istorum de malicia descendit. Illi scandalizantur quia veritatem nesciunt: isti quia oderunt. Unde et pusillos illos arbitror appellari: qr voluntatis quidem bone: sed non magne scientie existentes: zelū dei habeant sed non sm scientiam. Talium scandala curam nō iram prouocare solent: spiritualiū dūtaxat virorum: paulo ita docente. Uos qui spirituales estis: huiusmodi instruite in spiritu lenitatis. Indignū siquidē est valde humanā eos mereri indignationem: qui diuinam tam facile consequūtur miserationem. Nam hi quoq; qui dominum crucifixerūt: magni quidem peccatores: sed pusilli estimatores: et si ex vno irā nunquid nō tamen ex altero veniam meruerūt. Beati siquidē fuissent: si iuxta verbum domini in ipso scandalizati non essent. Nunc vero quid nisi miseri. Sed tamen et miserandi. Probat hoc pia illa in cruce patientis/ sed nihilominus compatientis supplicatio. Pater inquit ignosce illis. Et quasi quereretur indulgētie ratio in tam horrendo facinore: sequitur: quia nesciunt quid faciūt. Acsi diceret. Eo digni venia: q et pusilli sciētia sunt. Ideo ignosco illis: quia nō agnoscor ab illis. Si enim cognouissent: nunq; dominum glorie crucifixissent. Sunt quibus nō ita ignosco: quos vtiq; non ignoro et vidisse: et odisse: et me et patrē meū. Pro huiusmodi pusillo in scientia terrens paulus eum qui cū habeat scientiam nescit tamē condescendere infirmioribus: et perhibit inquit in tua sciētia frater: pro quo christus mortuus est. Qd si tantopere cauenda sunt scandala paruulorum: quāto amplius prelatorū: quos sibi de⁹ equare quodāmodo in vtraq; parte dignatus: sibimet imputat illorum et reuerentiam et contemptum/ specialiter cōtestās eis: qui vos audit me audit: et qui vos spernit me spernit. An nō deniq; hoc ipsum et regula nostra perhibet/ vbi ait: obedientia que maioribus prebetur: deo exhibetur. Quamobrem quicquid vice dei precipit homo quod non sit tamen certum displicere deo. haud secus oīno accipiendum est q̄ si precipiat deus. Quid enim interest verū per se: an per suos ministros: siue homines: siue angelos: hominibus innotescat suum placitum deus? Sed homines niquis

Marginal notes (left): Marci. x. Luce. vi. — B — B — ps. cxviij. — C — D — Mat. xij.

Marginal notes (right): C — Actuū. v. — Mat. xv. — j. Re. ij. — Hier. xvij — j. Co. viij — Luce. x. mat. xviij. — Mat. xvj. — Gal. vj. — Mat. xj. — Luc. xxiij — j. Cor. ij. — j. Co. viij. — Caplo de obedientia.

facile falli in dei voluntate de rebus dubijs percipienda: et in precipienda fallere possunt. Sed enim quid hoc refert tua qui conscius non es: presertim cū teneas de scripturis/ quia labia sacerdotis custodiunt scientiā: et legem ex ore eius requirunt

Mala. ij.

quia angelus domini exercituū est. Requirunt dixerim legem non quam vel autentica vlla scriptura tradiderit: vel ratio manifesta probauerit: de huiusmodi quippe/ nec preceptor expectandus: nec prohibitor auscultandus est: sed qḋ ita latere aut obscurum esse cognoscitur/ vt in dubiū venire possit vtrumnaȝ deus sic: aut aliter forte velit: si non de labijs custodientibus scientiam/ et ex ore angeli domini exercituum certum reddatur. A quo deniq̄ diuina potius consilia requiruntur q̄ ab illo cui credita est dispensatio mysteriorum dei? Ipsum profecto quem pro deo habemus: tanq̄ deum in his que aperte nō sunt contra deum audire debem⁹. Nec sane cōtraria loquimur sancto prophete samueli/ quasi nos in hac parte diuinā hominibus tribuentes auctoritatē: cū ille in supra memorato capitulo plane discernere inter vtrūq̄ videatur. Siquidem qḋ nos asserimus de dubijs: hoc ille negat de manifestis: vt cuȝ ait: si

j. Reg. ij.

peccauerit vir in virum: subaudiatur/ propter deum: cui aperte contraria homines hominibus frequenter mandare presumunt. Sed hinc vos sumētes materiam siue occasionem argumentandi: asseritis. Sed hoc constiterit/ vt iussa hominuȝ quelibet vel instituta diuine auctoritatis pondere estimanda sint hominem sub homine aut vix aut nequaq̄ posse saluari: cuȝ in tanto cumulo mandatorū/ que prelati etiam per incuriam sepe precipiunt/ interdum non preuaricari: aut difficile admodū aut omnino impossibile videatur. Et quidem non nego difficultatem tante inesse perfectioni: sed cū ipa corde imperfecto presumitur. ¶ Porro imperfecti cordis / et infirme prorsus voluntatis indicium est: statuta seniorum studiosius discutere: herere ad singula que iniunguntur/ exigere de quibusq̄ rationem: et male suspicari de omni precepto cuius causa latuerit/ nec vnq̄ libenter obedire nisi cum audire cōtigerit quod forte libuerit: aut quod non aliter licere seu expedire monstrauerit: vel aperta ratio vel indubitata auctoritas. Delicata satis imo nimis molesta est huiuscemodi obediētia. Nō plane hec illa est q̄ ex regula traditur: obedientia sine mora. Disputare profecto hoc est in estu cordis: non in auditu auris obedire. Istiusmodi ergo carnalem animam non modo premi: sed etiam opprimi pondere presumpte perfectionis necesse est: quia nō potest portare caro infirma/ quod solus spiritus prōptus experitur iugū esse suaue et onus leue. Christi quippe iugū: et onus est: et omnino importabile/ nisi christi eque spiritui. Hinc itaq̄ si dicitis legem regule subintrasse: vt abundaret delictū: verum dicitis. Ceterum culpa hec non est date legis/ aut dantis legem: sed

Roma. vij.

improuide profitentis/ et impie preuaricantis. Mādatum quidem sanctum et iustū: sed tu te noris esse carnalem venundatū sub peccato. Verū hoc an̄ preuidisse debueras: quo turris huius euangelice non prius iaceres fundamenta q̄ sedens conputares si haberes sumptus ad perficiendum. Nunc autē quid restat nisi vt aut correctus obedias senioribus: aut confusus

Luc. xiiij.

audias ab illusoribus: hic homo cepit edificare: et nō potuit consummare? Sed forsan dicitis. Ergo ne ita perfectus quispiam inuenitur: cui non vel minimum aliquid interdum subripiatur de tam multis ac minutis: que passim vel a negligentibus prepositis imperantur? Minime quidem cuiq̄ hoc ego de

Jaco. iij.
j. Johā. j.

derim: cum ipsi quoq̄ de se fateantur apostoli. In multis offendimus omnes. Et si dixerimus quia peccatum non habemus: ipsi nos seducimus. Sed non continuo vt aliquid preterimus perimus/ presertim cum nos scriptura consoletur si quis peccauerit inquiens: aduocatū habem⁹ iesum christū iustū: et ipe est

j. Johā. ij.
Esa. liij.

propiciatio pro peccatis nostris. Deniq̄ propheta de ipso testatur ꝙ pro transgressoribus rogauit vt non perirent. Ubi sane notandum: quia et si pro transgressoribus: non tamen pro contemptorib⁹ legitur supplicasse. Verū illi quomodo perire possunt pro quibus saluator rogat ne pereant? Quāobrem non video cur ita omnem inobedientiam et transgressionem: vel minorum quorūlibet mandatorum exaggerandam putaueritis et exclamaretis. Quod ergo iam monacho poterit veniale peccatum esse vel leue: cuius vniuerse actioni crimen insidiatur inobedientie? Sed hoc inde videlicet constare creditis/ quod prelatorū iussionibus tātū tribuendū asseritur/ quantū si diuinitus traderētur. Quasi vero et ipsa euangelica precepta nō multū inter se discrepēt: et merito obseruationis: et trāsgressionis periculo. Ceterū sicut nō oia vni⁹ esse cōstat vel necessitatis vel vtilitatis vel dignitatis: sic nō vna de oim trāsgressiōe fertur sentētia: nec paria manēt discrimina dispares culpas. Porro nec pari culpa negligūtur/ que nō pari cura precipiunt: nec pari proinde pena puniunt. Ecce em̄ euangeliū tam flagitium crapule q̄ fornicationis turpitudinē damnat. Verum quis magis non horreat e duob⁹ malis: turpitudine fedari/ q̄ cibo exsaturari? Nōne deniq̄ veritas in euangelio sub nominib⁹ trabis et festuce: graues leuesq̄ discernit inobedientie culpas? Nōne ipsa disputante immo diffiniente gradatim nobis distinguitur: que cuiq̄ reatui pena debeatur duȝ alium iudicio: aliū consilio: alium et gehēna reum esse protestetur? Quenam ergo consequendi necessitas cogit: vt si magistris diuina detur in suis preceptis auctoritas: nullum ideo iam monacho leue aut veniale peccatum inueniri posse putetur: et ꝙ eius vniuerse actioni crimen insidietur inobedientie? Esto: sit crimen cui penalis illa gehenna vel gehennalis pena assignatur: quale quero illud diffiniemus esse crimen: qḋ veritate iudice reum tantum facit iudicio. Nec tamen diffitebimur esse reatum: qḋ vel hactenus reum statuit. Ac si reatum et peccatū. ¶ Porro omne peccatum: contra dei mandatuȝ presumitur. Quod autem contra mandatum presumitur: inobedientia dicitur. Hinc colligitur ꝙ irasci fratri: et inobedientia sit: et crimen non sit. En vnum inuentum est monacho leue ac veniale peccatum: quod q̄ non humani: sed diuini mandati statuat transgressorem. In hoc genere sunt transgressionis nōnulla stultiloquia: seu vaniloquia: et queq̄ ociose dicta facta et cogitata. Huiusmodi em̄ nunq̄ nisi contra mandatum: et dei mandatum vsurpant. Peccata quippe sunt et deus prohibet omne peccatum: et tamē venialia non criminalia reputantur: excepto cum per contemptū vertuntur in vsum et consuetudinem: et tunc non peccati species/ sed peccantis intentio pensatur. Elatio quippe contemnentis: atq̄ impenitentis obstinatio/ in minimis quoq̄ mandatis culpam facit non minimā: et conuertit in crimen grauis rebellionis neuum satis leuem simplicis transgressionis. Deniq̄ in quo inobediētie crimen absq̄ dubio sit: apud Samuelē

j. Reg. xv.

aduertite. Quasi inquit peccatum ariolandi est repugnare: et quasi scelus idolatrie nolle acq̄escere. Nō ait nō acq̄escere: sȝ nolle acq̄escere: vt nō iussionis simplex ipa trāsgressio: sȝ voluntatis supba contemptio: scelus idolatrie reputetur. Nō est em̄ idipsum nolle obedire: et non obedire. Hoc quippe interdum erroris est: nōnunq̄ et infirmitatis: illud vero aut odiose pertinacie aut contumacie non ferende. Quod et ipsum repugnare est: et resistere spiritui sancto: et si ad mortem vsq̄ perdurauerit blasphemia est non remittenda siue in hoc seculo: siue in futuro. Non ergo qualiscunq̄ mandati preteritio criminalem facit inobedientiam: sed repugnare: sed nolle obedire. Ceterum quanti absq̄ illa pessima et rebelli voluntate non obediunt. Quomodo itaq̄ monacho crimen insidiatur inobedientie: si totiens sine crimine transgreditur/ quotiens in transgressione defuerit huiuscemodi recalcitrans et contentiosa voluntas? Frustra autem comparant quidam (vt dicitis) quaslibet inobedientias antique illi que facta est in paradiso: que nimirum valuit / non solum obligare personam: sed et viciare naturam. Arbitror tamen et ipsam primam grauissimāq̄ preuaricationem: aut non aliūde: aut inde maxime iudicatam grauissimā: hoc est ex rebellione defensionis que secuta est: quando deo causam requirente peccati: vt peccatores ad penitentiam prouocaret: nolebat quippe mortem eorū sed magis vt conuerterētur et viuerent: ipsi maluerunt declinare cor suū in verba malicie ad excusandas excusationes in peccatis. Et quidem gemina malicia peccatoris. Primum ꝙ nec sui misertus est: vt culpam propriam fateretur et sanaretur: deinde ꝙ et vxorem vt se fallaciter excusaret/ crudeliter accusauit. Quid est ꝙ deniq̄ dicitis in omi actione monacho crimen insidiari inobedientie: quasi aut furtim subrepat nescienti: aut casu accidat infelici: aut non valēti implere qḋ precipitur criminis calumnia struatur de impossibili: Ita ne inq̄ monacho crimen insidiatur inobedientie: cum et antiqua illa tam nota et tam noxia preuaricatio: facile vt creditur indulgentiam consequeretur: dummodo confessio et non defensio sequeretur? Neq̄ enim tantum (vt dictū est) nocuit simplicis actionis (q̄uis ex deliberatione) trangressio: q̄tum adiūcte excusationis cum premeditatione obstinatio. Sed nunquid forte in lege quidem diuina habēda est hec consideratio grauioris leuiorisq̄ inobediētie: non aūt ita et in regula nostra? Sed quis sane dicat plus tribuendū humanis q̄ diuinis traditionib⁹: plurisq̄ qḋ per suos de⁹: q̄ qḋ per seipsum imperat estimandū? An non deniq̄ et apud sanctū Benedictū proprie et distincte abinuicem sentētie inueniunt alia de leuiorib⁹: alia de grauiorib⁹ inscripta culpis. ¶ Quid est aūt leuior culpa: nisi leuior inobedientia? Tradūtur igitur a prelatis interdum minora mandata: quorū transgressio leuiora sm̄ regulam parit et peccata: et tamen in deū nihilominus preuaricatio fit: quotiens abbatis iussio preteritur. Siquidē et ex ore ipso dei non equalia sunt promulgata: et ideo nō equali cuncta vigilantia obseruanda: sed alia cura exhibenda est ei proculdubio quod ipe perhibet primum maximum mādatum:

ps. cxl.

alia his

Mat. v.

alis his que alibi discernes: qui soluerit (inquit) vnum de his minimis meis mandatis. Quid ergo? Audiuimus ex regula grauiores et leuiores culpas: legimus et in euangelio maxima minimaque mandata: et mandatorum trangressiones vniuersas dicemus equaliter maximas? Non est igitur necesse vt concedam quod dicitis: aut deo scilicet non tribui omne quod ab homine magistro accipitur quod nõ sit cõtra deum aut monacho nullum inueniri posse leue seu veniale peccatum: quia et si totiens deo quod fatendum est inobediens esse conuincitur: quotiens eius qui pro deo sibi preest hominibus mandatum: quod quidem iusticie non repugnet/ pretergreditur: sicut tamen non par cura in executione exigitur: sic nec par culpa cõtrahitur ex transgressione. Et si quippe vnus est qui offenditur: non tamen vnius ponderis que iubentur: nec vnius subinde discriminis iussorum est omnium censenda transgressio. Unde pater. Benedictus sm (inquit) mensuram culpe/ excõmunicationis extendatur mensura. Frustra proinde vt videtis aut terremini: aut terrere conamini de obediẽtie promissione: que fit ex regulari professione: quasi non oporteat promittere quam constat nec integre posse teneri: nec sine crimine preteriri: siquidẽ deo quicquid dei minister homo non perperam iusserit imputandum cõstiterit. Frustra inquã ex hac occasione malum ita inobediẽtie exaggeratis: vt a tam necessario bono promittende obedientie terreatis: quia etsi difficile cauetur vbique subrepens vel insidians (vt vos dicitis) inobedientia in tam varijs et innumeris que a senioribus indicuntur: non semper tamen dãnabiliter seu criminaliter quod precipitur non impletur. Et si enim omnis inobedientia inexcusabiliter sit culpabilis: nulla tamen eternaliter dãnabilis/ nisi quam remediũ penitentie non sanat. Nulla est letaliter criminalis: nisi que contemptum superbie non euitat. Magna igitur securitas filijs obediẽtie: et reuera pax hominibus bone volũtatis: quando in omni obedientia sola damnatur impenitentia quam nescit qui diligit deum: sola incriminatur superbia: quam facile cauet qui timet gehennam. Sed exẽplis clarius elucescet quod dicimus. Si iubente seniore vt sileã verbũ mihi forte per obliuionẽ elabitur reum me fateor inobẽdientie: sed venialiter. Si ex cõtemptu sciens et deliberãs spõte in verba prorupero: et rupero silentij legẽ: preuaricatorẽ me constituo et criminaliter: et si impenitens perseuero vsque ad mortem peccaui et dãnabiliter. An et hoc durum fortasse videatur? Hec quippe sunt vestra si bene recolo verba: cum difficultatem seu impossibilitatem (vt vobis videtur) tenende obedientie: vel cauẽde inobedientie considerantes in vitam ita monachicam exclamastis: heccine est illa eo securior quo artior: eo certior quo magis ardua veniendi ad deum via: vt monacho naturaliter mala vix cauere: naturaliter bona vix pro communi infirmitate valenti implere: non minor tamen necessaria sit cautela ad cauenda vel obseruãda que sibi prelatus suus vel prohibere voluerit vel iubere? Et subditis. Quod cũ a multis credatur: licet a paucis vel etiam a nullis ad integrum obseruetur: quid aliud operatur talis sententie credulitas: quam quod illa ab apostolo tantũ culpata mãducandi ydolotita libertas? Nisi plane aliud: si ita esset vt dicitis. Bene prorsus non potest conscius esse sibi qui se non implere confidit quod debere se credit. Creditis itaque vt verborum vestrorum sensum breuiter colligam: quod ad integrum mãdata obseruari dei vix valeant/ abbatis non valeant: cum veritas ipsa testetur: ne vnum quidem iota preteritum iri.

Mat. v.

Ceterum qui ita sentit: videtur mihi (vt pace vestra dixerim) necdum gustasse quam suauis est dominus: sub iugo legis gemere adhuc nõdum respirare sub gratia suaue christi iugũ nequaquam esse expertus: ideoque certissime adhuc infirmari per carnem: quia spiritus non adiuuat eius infirmitatem. Quid vero sibi vult illa distinctio: quod dei quidem vix/ prelati vero hominis nequaquam omino: a quolibet iussa posse teneri prohibitave concedatis: quasi vero illa queant absque istis integre custodiri? Sed si attenditis: de male quoque viuentibus prelatis dei preceptũ est que dicunt facite. Igitur qui non facit aperte non in hominem tantũ: sed et in deum preuaricator existit. Ita ne ergo nullus mandata perfecte exequitur sui magistri? Quobrem putatis? Quia nolumus aut quia non possumus? Sed si volumus et nõ possumus / securi sumus. Si possumus et nolumus / superbi sumus. Porro ad cauendam superbiam: illam vere annuerim necessariam esse cautelam quam dicitis ne forte incurratur inobedientie crimẽ. Quod si impossibile vos putatis: vt non videlicet imperijs prelatorum per contemptum interdum superbie resistatur: scitote non paucos: sed innumeros aliter omnino sentire: nec aliud/ quam quod proprio didicerint experimento. Si autem non impossibile quidem: sed tamẽ difficile esse sentitis magistros non contemnere: et dum ideo consentitis quoniã grauamini non superbe sapere: murmuratis aduersus obedientie legem: affirmantes periculosum promittere: quod iam laboriosum est obseruare: ad hoc ego respondeo: immo non ego/ sed dominus. Qui potest (inquit) capere capiat. Hoc quippe est quod paulo superius dixi: quia antequam edificiũ inchoares prouidisse debueras vnde perficeres. Nũc autem (vt ait quidam) aut non tẽptasses: aut perfice.

Mat. xix.

A

¶ Veruntamen nemo si caute profitetur/ pollicetur se vltra in nullo trãsgressurum: hoc est iam non peccaturum. Alioquin aut periurat qui ita iurat: aut sanctior est illo qui ait in multis offendimus omnes. Quod si consequens falsum esse videtur: videndum est et de eo quod antecedit: ne forte lex que data est propter trangressiones cohibẽdas: nõ solũ non eas coerceat: sed et augeat insuper crimine periurij siquidẽ id promittere nos in nostra professione credamus: quod certũ est non posse teneri. Partienda est proinde nobis in duo vniuersa hec obseruatio regularis: in precepta videlicet et remedia. Preceptis instituitur vita contra peccatum: remedijs restituitur post peccatum innocentia. Sic ergo vtraque ista complectitur nostra professio: vt professus quisque cum in aliquo forte regularium mandatorum deliquerit: si ad remedium eque regulare confugerit: et si conuincitur trangressor mandati: nõ tamẽ pacti preuaricator. Solum itaque censuerim fregisse votum: violasse propositum: pactum preuaricasse: qui et preceptum contẽpserit et remedium. Nam illum sane dico securum: qui etiam si interdum obedientie limitem preterit/ consilium non respuit penitentie. Regulares namque terminos et si ipse dereliquerit non euadit: qui cẽsure que ex regula est disciplinam non subterfugit. Pars siquidem regule est regularis correctio et in ea reperitur non solum bone vite instructio/ sed etiam emendatio praue. Inueniuntur in ea et precepta obedientie: et inobedientie remedia vt ne peccando quidem a regula recedatur.

Jacob. iij.

Fateor sane impossibile cuiuis mortalium vel venialiter interdum non delinquere in preceptis obedientie: sed nulla iam de impossibilitate querela: quandoquidem et ex regula licet id quoque quod criminaliter delinqui contigerit emendare. Quod ergo dicitis: a nullis posse obseruari ad integrum quicquid a magistris precipitur: verum est. Sed leuis culpa inobedientie est et facilis cura eius inuenitur in regula: siquidem sit transgressio absque contemptu. Si autem et ipsum deesse aliquando nõ posse contenditis: id quidem falsum est: sed nec talẽ tamen inobedientiã sine cura relinquit diligentia regularis. Et licet fortiori egeat curationis medicamento caret tamen morbo preuaricationis: nisi cum et ipsum forte medicamentum contemnitur. Que cum ita sint: frustra de impossibilitate causamur qui regulam profitemur: frustra nobis de peccãdi necessitate blandimur: vt ideo iusta imperia prelatorum deo non imputanda: tanquam hominũ contemnẽda putemus: ne rem videlicet impossibilem cõtinere nostra professio videatur: si tãtum ex ea hominibus quantum deo obedientie deberi asserimus. Cui enim iam vel ita professo impossibile: immo per dei gratiam non perfacile sit cauere preuaricationem: vbi non inobedientia: sed impenitẽtia facit preuaricatorem? Hoc quippe (vt iam dixi) profitentium nemo spondet: vt non iam peccet: et ob hoc non continuo vt quispiam aliquo modo nõ obedit preuaricatorem se cõstituit nisi qui se forte sic professum falso existimat: quales vos vtique asseritis esse non paucos. De quibus etiam si qui tamen sunt vt dicitis: verum est/ et quod subditis: quod nil vtique aliud illa talis eorum credulitas vel potius crudelitas/ in suis ipsorum operatur conscientijs: quam noxia illa recumbẽtium in idolio libertas in alienis. Necesse est enim qui huiusmodi est ex propria perire sententia: quemadmodum in illius sciẽtia clamat apostolus infirmum perire fratrem. Et quomodo nihil esse commune/ item ipse perhibet quod cum gratiarum actione percipitur: nisi ei qui putat aliquid esse commune: ita et regularis professio quantum in se est damnabilis non est nisi ei qui damnabilem putat. Quod quatinus putari oporteat puto satis superius demonstratum.

j. Co. viij.
j. Thi. iiij

¶ Nunc iam respondendum est questiuncule que incidit vobis ex occasione apostolici presentis capituli. Queritis nempe vtrũnam ista de idolotitis pauli sententia/ puto quia nihil commune est in christo nisi ei qui putat quid commune esse: Et rursum: si comederit damnatus est/ quia non est ex fide: in generalem regulam trahi possit/ quatinus malum cuique sit bonum quodque quod agit si malum esse crediderit/ ac tantũ malum quantum crediderit. Quod si annuero / rursum pergitis inquirere cur non econtrario tantum cuique bonum sit quod operatur / quantum vel falso opinatur. Mirum quippe vobis immo et iniustũ videtur: vt plus in malo quam in bono humane valeat intentionis opinio. Si respondero de malis quidem merito ita credi propter oculum nequam respondebitis: et mihi nõ immerito quoque propter simplicem oculum idem eque putandum et de bonis. Nam qui dicit ex oculo nequam corporis tenebras estimari: indicauit et de simplici lucem eque corporis approbari. Sed videte ne forte nõ sit vere oculus simplex

Ro. xiiij.
Ibidem.

Mat. vj.

qui fallitur. Fallitur enim tam qui bonum malum q̃ q̃ malum bonum putauerit. Scitis autem neutrum horum / ve illud euitare propheticũ: ve qui dicitis bonũ malũ / z malum bonuȝ: cum tamen nemo qui hoc velit cauere maledictũ de quo veritas pronũciat: q̄ sit lucis toti⁹ corporis / idest operis argumentum. Sed absit vt preco veritatis clamet cõtra veritatẽ: maledicatis qđ illa probauerit.

Esa. v.

B

¶ Ego vero vt interior oculus vere simplex sit: duo illi esse arbitror necessaria: charitatẽ in intẽtione / z in electione veritatẽ. Nam si bonũ quidẽ diligat sed verũ non eligat: habet quidẽ zelũ dei: sȝ nõ ſm sciẽtiã: z nescio quẽadmodũ iudicio veritatis vera esse possit cũ falsitate simplicitas. Volens deniqȝ ad verã discipulos instruere simplicitatem magistra veritas. Estote inquit prudẽtes sicut serpentes: z simplices sicut columbe. Premisit ergo prudentiã sine qua neminem satis esse posse simplicẽ sciret. Quomodo deniqȝ vere simplex erit oculus: cũ ignorantia veritatis? Aut vero vera potest dici simplicitas: quã simplex ignorat vitas? Scriptũ est enim. Ignorans ignorabitur. Patet ergo laudabilẽ illã z a domino laudatã simplicitatẽ absqȝ his duobus nõ esse bonis: beniuolẽtia atqȝ prudentia / vt oculus videlicet cordis nõ solũ pius qui fallere nollit: sed z cautus sit qui falli nõ possit. Ceterum sicut oculum simplicẽ duo ista faciũt bona amor boni z cognitio veri: sic neqȝ oculũ duo e regione mala cõstituũt: cecitas / qua fit vt veritatẽ nõ agnoscat: z peruersitas / qua fit vt diligat iniquitatem.

Mat. x.

i. Co. xiiij

C

¶ Porro inter duo hec bona: que nec fallere nec falli sinunt et duo illa mala que tam falli q̃ fallere faciunt: duo sunt media. Unũ quidẽ bonũ per qđ oculus interior z si falli queat ignorantia veri: zelo tamen boni fallere penitus nõ consentit: alterũ vero malũ qđ licet veri noticiã non impediat: amorẽ tamen boni pre malicia minime sentit. Et q̃m omnis res melius diuisione innotescit: ſm hoc / duplex malũ: z illud itẽ geminum bonũ quadrifariã diuidamus oculũ cordis: in bonũ / z meliorẽ in malũ et peiorem. Et subdamus exempla. Est qui bonũ diligit et malum nescius agit. Huius quidem bonus est oculus: q̄ pius / nõ tamen simplex: q̄ cecus. Et est q̃ bonũ z libenter agit z prudenter intelligit. Istius reuera oculũ nõ immerito simplicem dixerim: vtpote cui neutrũ bonũ desit: nec zelus scȝ boni nec scientia. Hunc profecto requirit oculũ deus cũ respicit sup filios hominuȝ: vt videat si est intelligens aut requirẽs deuȝ. Est econtrario qui bonũ minime diligens ex malicia quidem peruersus est: sed sapiens vt faciat malum per ignorantiam cecus non est. Quẽ quidẽ ideo nõdũ appellauerim nequã: q̄ vnũ et licet ad suũ malũ non desit bonũ: idest scientia. Sed est qui bonũ forte nescius: qđ nõ diligit / agit: cui profecto nõ incongrue id qđ dicitur nequã assignauerim: eo q̄ neutro careat malo: nec cecitate nec peruersitate. Dicitur siquidem neqȝ: quasi nequaqȝ: vt is solũmodo neqȝ appelletur / qui nequaqȝ hoc est in nullo penitus appareat bonus: sed sit vtroqȝ bono vacuus tam videlicet veri noticia q̃ z beniuolẽtia. Ali⁹ est itaqȝ pius oculus non quidẽ fallere promptus: sed tamen falli vt dictuȝ est pronus: de quo propheta. Effraim (inquit) quasi columba seducta nõ habẽs cor. Alius is quẽ dñs simplicẽ dicit tã nec fallere facilis q̃ nec falli: de quo z apostoli docentur cũ eis dicitur. Estote prudentes sicut serpentes z simplices sicut columbe. Et item alius est oculus simpliciter malus: fallens vtiqȝ libenter sed nõ facile falsus qualẽ profecto habent illi qui ore dominico astruuntur prudentiores esse filii lucis in generatione sua: z alius quem neqȝ esse diffiniuimus quia sit dupliciter malus cui quippe et malicia parit ignorantiã: et ignorãtia maliciam operit: ita vt sepe nesciens et malũ qđ vult non faciat: z bonũ faciat qđ non vult. Obscuratũ nempe est insipiens cor eorum qui istiusmodi sunt: z quasi iã traditi in reprobũ sensum bonũ omnino nec diligere nec dinoscere queũt. De talibus scriptum est: impius cũ venerit in profundũ malorum contemnit. Nam qui huiusmodi est cauere profecto malũ nec vult etiã si possit nec si velit scit. Quobrem hunc oculũ in superiori diuisione illo altero censui non immerito peiorẽ: non q̄ malignior sit sed quia periculosior. Ignorantia quippe securiorẽ: securitas segniorem facit: nõ nequiorem. Est tamen et hoc procuidubio deterior q̄ ille solum habet malũ: malã intentionẽ: iste z falsaȝ cõsiderationẽ. Ille vno caret e duobus bonis: bono zelo: iste z vero iudicio. Ex hoc itaqȝ pessimo oculo qui neutrũ bonũ habet: et item ex illo optimo qui neutro caret: sentiendũ est veritatẽ disseruisse aut tenebris obuolui totũ corpus aut luce perfundi. Nã reliqui duo quoqȝ neuter vtrũqȝ aut bonũ hȝ aut malum: et si ex parte possunt / non tamen toti sufficiũt vel lucẽ dare vel tenebras corpori. Si igitur (vt ad propositã questiunculam reuertamur) is vere oculus neqȝ est: qui peruersus pariter et cecus bonum agit et malum credit / vtiqȝ recte operando: sȝ opinando inique bonum sibi in malum vertit: et tantum malũ quantum crediderit: quandoqđem iuxta sentẽtiam domini totum corpus tenebrosum reddit oculus neqȝ. Quid enim luci relinquitur: vbi nec pia intentio: nec vera opinio inuenitur? At non ideo sequitur: vt qui econtrario malum facit et bonũ putat iuxta suam fidem similiter et ipse inueniat. Quare? Nõ est quippe simplex oculus ille qui ex iudicio veritatis totũ corpus lucidum reddat: qualem profecto superius diffiniuimus. Neqȝ enim ex toto adhuc tenebre desunt: vbi ignorantia veritatis lucem obscurat voluntatis. Cum itaqȝ ille oculus vtrũqȝ malum: is vero minime vtrumqȝ habeat bonum: nonne ratio videtur exigere: vt plus ille noceat: q̃ prosit iste? Neqȝ enim consequens est vt tantum valeat in bonum bonum vnum: quantum duo mala in malum. Et quidem laude dignam dixerim vel solam intentionem piam: nec plane condigna remuneratione fraudabitur: in opere quoqȝ non bono ipsa bona volũtas. Attamen sine malo quocũqȝ non erit decepta simplicitas. Cur inquis? Nunquid non ex fide? Prorsus ex fide: sed falsa: vel certe potius non ex fide: quia fides falsa fides non est. Deniqȝ de fide vera non falsa puto dixisse apostolum. Omne quod non est ex fide peccatum est. Non autem ex fide vera bonum creditur quod malum est. Est enim falsum. Peccatũ igitur est. Utrũqȝ proinde complectitur presens capitulum: omne quod nõ est ex fide peccatum est zc. et cecam videlicet maliciam / et deceptam innocentiam: quia quod a nesciente fit / et bonum prorsus condemnat intentio praua: et malum non penitus excusat recta. Siue itaqȝ malum putes / bonum qđ forte agis siue bonum / malum qđ operaris vtrũqȝ peccatũ: est q̄ est neutrum ex fide: licet sane leuius ad modum peccetur: vbi sana intentione sola reprehensibilis actio foris apparet q̃ vbi maligna latet etiã in non mala actione intentio. Uerum quod absqȝ vel minimo peccato non est: purũ bonũ minime est. Quo pacto ergo bonuȝ non purum puro malo comparabitur in efficientia: hoc est vt tam efficax ad bonum illud sit: q̃ ad malum istud? Et hec super hac questione sufficiant. Nam ad superiores quoqȝ satis reor esse responsum superius. Et quidem vos easdẽ sepius dubitationes iteratis atqȝ reuoluitis: sed mea non interest ipsarum totiens repetere solutiones. Sufficit enim semel soluisse etiam quod crebrius in questione versatum fuerit.

Ro. xiiij.

D

¶ Querentibus item de obedientie pondere: seu discrimine inobedientie: a latere incidit vobis: et de merito vtriusqȝ querendum: vtrum videlicet in quibusqȝ preceptis quantum obedientia valet: tantum grauet inobedientia: vt verbi gratia: vel abrahã de imolando filio: vel ille (nescio quis) de filio itidẽ / fumi incendiis exponendo: tantũ diuine indignationis z vltionis merito incurrissent: si non obedissent / quantũ laudis z gratie receperunt pro eo qđ obedierunt. Qđ vobis quidẽ et durũ videtur et necessariũ: sed nõ est ita. Enimuero cõstat nõnulla nec fieri sine gloria: z posse nõ fieri sine culpa: idqȝ si fiãt digna esse premiis: non tamen suppliciis / si nõ fiant. Nam et non tãgere mulierem meriti est non mediocris: et nullius tamen delicti propriam amplecti coniugem. Istiusmodi sunt quecunqȝ euangelico illi capitulo congruere possunt: qui potest capere capiat. Et rursum quedam per cõtrarium neglecta quidem offensam contrahunt: sed impleta gloriam non merentur et dãnant contemptorem: et auctorem non glorificant. Talia sunt quecunqȝ diuinitus lege publica imponuntur hominibus sine quib⁹ nec saluari queunt. Hinc illud apud gẽtilem. Non feci furtum: nõ pasces in cruce coruos. Et in euangelio. Si diligitis eos qui vos diligunt quam mercedem habebitis? Si salutaueritis fratres vestros tantum / qđ amplius facitis. Deniqȝ et vniuersaliter. Cum feceritis omnia que mandata sunt vobis dicite quia serui inutiles sumus: que facere debueramus fecim⁹. Ac si diceret. Si solis contenti estis preceptis et traditionibus impositе legis: et nõ sponte etiã perfectionis vos consiliis z suasionibus mancipatis: liberi quidem estis a debito: non tamen pro merito gloriosi. Euasistis penam: sed non acquisistis coronã. Quenam ergo vos necessitas cogit parere in singulis q̃ iniuncta fuerint et formidare vltionem: de transgressione et de obseruatione sperare remunerationem? Ea propter in talibus generalis hec regula teneatur: vt in difficilioribus quidem agẽdis obeditio gratior: q̃ grauior: preuaricatio iudicetur: z in facilioribus minusqȝ onerosis contẽptus damnabilior q̃ act⁹ laudabilior estimetur. Iam et si de hoc satis est videamus quatinus etiam tenenda sit ipsa (que in professione firmari solet) loci stabilitas: et quibus si quibus tamen ex causis rumpere illam vel liceat cuiq̃ vel expediat. Et hinc siquidem dubitare vos dicitis. Ad qđ interim nunc securus respõderim: a bono qđ semel qs vouerit descendere nõ licere: z ad hoc mutare locũ quẽ sibi quisqȝ delegerit: et cui se sua volũtate z voce firmauerit omnino nõ cõsulo. Sȝ nec sanctus papa Gregori⁹. Ait enim. Perfecti quiqȝ magna se discretionis subtilitate cõspiciũt: ne ad deteriora vnqȝ vel in ope vel in cogitatiõe dilabant.

Ose. vij.

Mat. x.

Luce. xvi

Pro. xviij

Mat. vi.

Mat. v.

Luce. vi.

Mat. v.

Sed qđ

Phil. iij. Sed q̄ hinc sensit vir apostolicus: hoc se apostolus implere gloriatur: que inquiēs retro oblitus: ⁊ ad ea q̄ ante sunt extentus. An ⁊ propheta ezechiel idem non significauit: cum de sanctis animalibus diceret. Non reuertebantur cum incederent: sed vnūquodq̄ ante faciem suam gradiebatur. Et hi omēs id sentiēdo: nō aliud q̄ magistri sui sentētiam secuti sunt: dicētis in euāgelio. Luce. ix. Nemo mittēs manum suam ad aratrū ⁊ respiciens retro apt⁹ est regno dei. Prescribat proinde stabilitatis pactū omī deinceps remissioi desensui contentioso discessui: vago et curioso discursui: totius deniq̄ incōstantie leuitati: non tamē his que in professionis serie sequūtur: morū videlicet conuersioni, et obedientie que s̄m regulā fit. Nam si hec ibidem pro improbitate nimirū atq̄ irreligiositate cohabitantiū obtineri forte nequiuerint: duce spiritu libertatis transire indubitanter suadeo ad locū aliū: vbi nō impediatur homo reddere deo vota sua: q̄ distinxerunt labia sua. ps. lxv. ps. cxv. Equidem cū sancto sanctus eris: et cū peruerso peruerteris. Sane de religiosis ac bene ordinatis monasteriis nullus professorū meo consilio ne artioris quidē vite desiderio sine licentia sui senioris egrediet. Egressus tamen si melius inuenerit: et elegerit: meo nihilomin⁹ iam consilio nō regrediatur ad inferius bonū: q̄ reliquerat ⁊ contempserat pre meliori: presertim si illud melius tale fuerit q̄ eius prime professioni congruere videatur. Ipse nempe viderit qua ratione queve intentione altiora seu artiora presumpserit: nā ad inferiora vel remissiora me cōsulente nequaq̄ apostatabit: si non tamen loci prioris vicinia reuocet: q̄ de noto monasterio nec retineri quis regulariter potest: nec recipi sine cōsensu abbatis sui. Et accipite manifestius: huius sententie rationem. ¶ Forte vult aliquis de cluniacensib⁹ institutis ad cistercensium sese stringere paupertatē: eligens pre illis nimirū cōsuetudinibus magis regule puritatē. Si me consulit: nō cōsulo: si non sane id abbatis sui vsurparit assensu. Quāobrem? Primo propter scandalū ipsorū quos deserit: deinde quia certa pro dubiis relinquere tutū non est. Forsan enim hoc tenere potest: illud nō poterit. Tertio suspectā habeo leuitatem: qua id sepe q̄ facile volumus anteq̄ probemus experti iam nolumus: vno prope momento idipsum ⁊ cupientes ⁊ respuentes tā leuiter q̄ ⁊ irrationabiliter. Quales vtiq̄ nō paucos frequenter experimur: qui vna vix hora in vna voluntate durantes aura leuitatis impulsi vagi et instabiles hac ⁊ illac velut ebrii nutant: mutantq̄ pro experimento iudiciū: immo sine iudicio fluctuantes et tumultuantes: tot de se consilia presumūt quot loca reuisunt: semper q̄ non habent cupientes: ⁊ q̄ habent fastidientes. Et quomodo ego ait aliquis professus regulā: nō s̄m regulam cū bona queam degere conscientia? Siquidem vouēs et non soluēs quid nisi peiero? Quasi nō multomagis habeas vnde cōqueri: alibi quoq̄ cū ceperis pure iuxta regulā cōuersari. Profecto etiā tunc ⁊ quana inquies cōsciētia habitare sustineam extra domū meā priorem: que me de seculo fugiētē excepit: initiauit ad bonū, signauit in salutē: molestus fratribus inobediens seniori: stabilitatis insuper preuaricans pactum, ⁊ primam irritā faciens fidem? Verūtamē neutra iusta querimonia est. Nam q̄ se ideo periurū putat q̄ ad punctū regulā nō obseruat: videtur mihi non satis attendere quid iurauerit. Nemo quippe cū profitetur spondet regulā: sed determinate s̄m regulam: sibi quisq̄ conuersionem, suāq̄ deinceps conuersationē sese pollicetur dirigere. Hec profecto huius tēporis omnibus ferme monachis cōmunis professio est. Et licet in diuersis monasteriis diuersis ⁊ obseruantiis deo seruiatur: q̄diu tamē sui quisq̄ loci bonos vsus seruat: haud dubiū quin s̄m regulam viuat: quoniā quidem boni vsus a regula nō discordant. Quisq̄ itaq̄ tenet q̄ teneri inuenerit bonum vbi profitetur: profecto viuit sicut promittit: q̄ non aliud proculdubio quisq̄ promittit q̄ q̄ habere eorū pia videtur vita cum quibus deinceps viuere disponit et eligit. Quid enim? Nunquid verbi gratia aut in maiori monasterio vs⁹ cluniacensiū, aut isti forte illorum ritus, aut vero vtriq̄ cistercensium districtionē litteratoriā profitentur? Attamen oēs s̄m regulā profitemur. Vna quidem oīs vbiq̄ promissio: sed q̄ non vna est omnibus cordis intētio: potest indubitanter sine detrimento salutis, ⁊ sine dāno professionis operis quoq̄ nō vna vbiq̄ obseruatio celebrari. Sicut enī non oēs omnia tenent (etiam boni christiani) que in euangelio sunt omnes tamen s̄m euangelium viuunt. Nam qui concessis alligari coniugiis contenti sunt, non ideo tamen credunt se recessisse ab euangelio, q̄ euangelici sublimitatem consilii de celibe ducenda vita non elegerunt: ita sane si in gradu illo inferiori legitime ac fideliter conuersentur: sic quoq̄ qui s̄m regulam viuere statuunt, ⁊ si nō ad vnguem (vt dicit) totā custodiūt ⁊ si pro sui claustri ritu vel mutant vel pretermittūt: a regulari tamen omnino professione non discedunt: donec tamen sobrie, et iuste, ⁊ pie: pro suorū moribus viuere non desistūt. Deniq̄ regula ipsa tradit octauū hūilitatis gradū: vt nihil agat monachus nisi q̄ cōmunis monasterii regula: vel maiorū cohortantur exempla. Exceptis proinde cistercensibus ⁊ qui illorū forte ritu non tam viuere s̄m regulam q̄ ipsam ex integro pure ad litterā (vti se sane professos esse putāt) tenere curāt: de cetero: neminē obedienter degentē: regularis moueat solemnisq̄ professio: in qua non fit de tota regula promissio in his dūtaxat monasteriis in quibus ordo ⁊ disciplina seruatur cū bonis consuetudinib⁹. Salua igitur cuiq̄ sua manet in cenobiis bene ordinatis professio: tantū si sana fuerit ⁊ intentio. Ceterū q̄ inde tus est: et ita credere non potest: sed magis credēs ⁊ cedēs stimulanti cōscientie exit: ⁊ querit vbi soluat vota sua que suo in loco: suo vtiq̄ iudicio vouerat quidem: sed non soluerat: sicut non laudo q̄ egrediet: ita vt regrediatur nō consulo: si tamē ad remotū ignotūq̄ monasteriū migrauerit. Cur ita? Tū propter pauli sententiā: que beatū manifeste pronūciat, qui seipsū nō iudicat in eo q̄ probat: tum et nostri auctoritate magistri: qui talem ⁊ suscipi iubet: et retineri: inuentū quoq̄ bonū et vtilem suasione allici: professione ligari. Deniq̄ suadeat, inquit, et vt stet. Et ne forte prioris sui monasterii memor, remordēte (vt assolet) cōsciētia incipiat denuo de rupta stabilitate causari: generalem super huiusmodi scrupulo consolatoriam profert sententiā dicens. Vbiq̄ enim vni deo seruitur: vni regi militatur. Capitulo de monachis peregrinis. Porro de vicino prohibet: q̄ iubet de peregrino: ne vicinitas inter monasteria fomes scandali: rixe materia sit: si alterutrum recipere monachos acquieuerint: absq̄ mutuo dūtaxat assensu. Quod totiēs equidem experimur quotiēs talis vspiam monachorum susceptio plane non nisi contra decretum regulare presumitur. Q̄ si etiā post hec fratris ita regulariter suscepti inquietiorem forte animum pulsauerit recordatio scandali: q̄ discedēs fratribus, quos deseruit fecit: et quia oporteat emēdari suo reditu q̄ ex discessu deliquerit: prudenter aduertat qui hoc cogitat: scandalum scandalo non bene emēdari. Qualis deniq̄ emendatio erit: si vt aliis scādalum tollas, alios scādalizas? Q̄ q̄ profecto et tolerabilius scandalum illud sit et venialius: quod factum est intentione proficiendi in melius: q̄ quod facere cogitas ad deterius apostatando. Sed ante quoq̄ (licet non sine scandalo) tutius tuam sine dubio ad id quod putasti melius secutus es conscientiam q̄ si in priori bonor loco contra conscientiam permaneres: q̄uoq̄ secure id posses: si sane hinc eadem tuipsius consciētiam reddere securam posses. Quapropter quod de manducante et non manducante decernit apostolus: vsurpemus et nos in nostre huius disputatiuncule conclusione: vt et qui propria impellente conscientia suū deserit: locum, ne suum (quod putat) deserat votum: non deserentem non spernat: et qui secura conscientia fraternum scandalum timens fratres non deserit: deserentem nō iudicet. Ro. xiiij. Et de his me accipite sane quod sentio respondisse: sine preiudicio sanius sentientis. ¶ Item postulatis absolui vobis: cur vel beatus Gregorius nescio quem venantium: habitū monachalem, quem pie susceperat, impieq̄ reiecerat: non solum resumere nō coegit: sed etiam omnem legitur indulsisse cōmunionem apostate perduranti: vel sanctus Augustinus coniugii legi votum quodammodo subiiciat continentie: ita vt in libro de virginitate asserere videatur, nec celibis quidem vite propositū copule posse prescribere cōiugali: quominus indissolubile maneat etiam quod a continentibus fallente diabolo fracto sanctitatis voto initum fuerit matrimonium. Et ad hec nihil ad presens certius breuiusq̄ respondēdum occurrit: nisi q̄ ita sancti antistites sapuerunt recte ne ipsi viderint. Nam ego in sensibus actibusq̄ illustrium patrum cautus profecto sum omnino non aliud estimare: q̄ q̄ beato apostolo teste queritur iam inter dispensatores: vt videlicet fidelis quis inueniatur. i. Cor. iiij. Certus sum enim siue in suo abundauerint sensu siue in dei spiritu: sicut et in ceteris: ita et in his ambos extitisse fideles: illū in dispensando quod pre manibus erat: istum in scribēdo quod sentiebat. Quod deniq̄ querītis de quibusdam episcopis: quos sanctus item papa Gregorius ad tempus in monasteriis pro eorū excessibus legitur: reclusisse: vtrum nam in suo: an in monastico interim habitu habitarint cum monachis: ego nescio nisi q̄ credibilius videtur nequaq̄ illos insignem religionis habitum suscepisse: quem non erant perpetuo habituri: sed tantum quesisse quietem in secretis monasteriorum et opportunitatem penitentie. ¶ Audire et hoc vultis a me: vnde inter cetera penitentie instituta monasterialis disciplina meruerit hanc prerogatiuam vt s̄m baptisma nuncupetur. Arbitror ob perfectam mundi abrenunciationem: ac singularem excellentiam vite spiritalis: qua preminens vniuersis vite humane generibus huiuscemodi conuersatio: professores et amatores suos angelis similes: dissimiles hominibus facit: immo diuinamq̄ in homine reformat imaginem, configurans nos

christo instar baptismi. Et quasi deniq₃ secūdo baptizamur dū per id ꝙ mortificamus mēbra nostra q̄ sunt sup terram: rursum christū induimus: cōplantati denuo similitudini mortis eius. Sed ⁊ quomodo in baptismo eruimur de potestate tenebrarū: ⁊ in regnū transferimur claritatis eterne: ita ⁊ in sancti huius secūda quadā regeneratione ꝓpositi: de tenebris eque nō vni⁹ originalis/ sed multorū actualiū delictorū in lumē virtutū euadimus: recaptantes nobis illud apostoli: nox precessit/ dies autem appropinquauit. Id quoq₃ vobis insinuari precamini: an abbatis mutatio monasteriū suū mutare volentib⁹ monachis in aliquo patrocinetur: hoc est si in morte vel depositione prelati plus aliquid libertatis subditis relaxetur: quo vtiq₃ licentius possint eo articulo tēporis migrare quo voluerint: altero necdū videlicet substituto. Ad qḋ respondeo. Nequaq̄₃. Etenim sponsio professionis quādo ex more fit in oratorio: de abbatis vita nō sumit terminū: sed de presentia testimoniū. ¶ Profitenti itaq₃ modus sit sua vita/ nō aliena. Attēdat deniq₃ ꝙ legislator ipse nō solū senserit sed ⁊ tradiderit: vt si quando (inquit) aliter fecerit (videlicet q̄₃ promittit) a deo se sciat damnandū quē irridet. Item dicit ꝙ nec sui iā corporis nouitius habiturus sit potestatē. Et itē. Perseuerantes (ait) in monasterio vsq₃ ad mortē. Saluis igitur exceptionibus quas superior disputatio perstrinxit: decetero nulla liceat occasione monacho locū cui professus est citra suā mortē deserere/ suo dūtaxat arbitrio alioquin preuaricator est: dānationē habēs q₂ primā fidē irritam facit. Sed vos pergitis amplius sciscitari ⁊ dicitis. Quid si nō potest nisi cū rancore perpetuo animi ibidē manere: ob minus videlicet regularē: minusve amabilem abbatis electionē? Subit animo nunc illud de euangelio qḋ de coniugii lege docēti discipuli dn̄o respōderūt. Si ita est (inquiūt) nō expedit nubere. Magne reuera angustie. Si tenuerit exosam: nihil onerosius. Si dimiserit inuitā: nihil inchristianius. An non simili necessitate constringitur qui nec deserere valet locū/ ne frangat votū: nec manere in loco ne cū rancore viuat/ ⁊ vitam perdat? Quid consulā huic? Ut discedat? Nō licet ꝓpter professionē. Ut stet? Propter rancorē non expedit. Duo mihi eque inconuenientia: eque periculosa proponitis: vt quicq̄d respondero vobis minime prosit. Queritis nempe quid e duobus monacho tutius sit: residere in proprio monasterio sub irregulariter electo cū rancore: an ad quietius viuendū alio migrare. Qḋ quidem haud secus accipio q̄₃ si requirar quanā morte perire consulam eū qui seipsum forte perimere vult incendio an precipitio. Reuera nanq₃ et viuit qui in odiū manet: ⁊ qui frangit ꝓpositum in preceps ruit. Sed vos me in hac difficultate cōsilii facile expeditis: cū deinde sequimini: et quatinus accipi hoc ip̄₃ velitis qḋ appellatis irregulare/ aperiendo subiungitis presertim si electionis irregularitas adeo inuoluta sit et intorta: vt licet de ea corā deo non dubitetur: corā hoibus tamen aut vix aut nullatenus cōuincat. Uenit nunc quoq₃ in mentē sapientis eulogiū: occasionē q̄rit qui vult recedere ab amico. Quonam modo vos irregularē dicitis electionē: que cassari regulariter non valet: aut reprobari? Et quidē legi. Quod probari nō potest/ mihi infectū est. Sed dicitis. Et quis obediat scienter indigno: ⁊ si non manifesto? Fratres: nōne legistis ⁊ in vestra et in veritatis regula. Super cathedrā moysi sederunt scribe et pharisei: q̄ dicūt facite: s̄m aūt opera eorū nolite facere. ¶ Iā de mutandis vestibus vel lauandis ob nocturnā illusionē accipite breue consiliū. Iuxta ritū sui loci quēq₃ facere consulo de huiusmodi: que diuersis modis diuersis in monasteriis certum est obseruari. De his qui in pluribus monasteriis ꝓfitent (qḋ pene oblitus fuerā) puto satis esse responsum superius: cū de loci stabilitate disputatū est: ⁊ nō est necesse vt repetā. Pretermitto et aliqua de canonibus que vos requiritis: tum quoniam taliū nostra non refert q̄ monachi sumus: tum q₂ in libris ipsi facile reperire potestis si querere nō grauemini. ¶ Uenio ad tria illa que in altera vestra rursum epistola continent: vbi primū interrogatis quidnā cōsulā homini q̄ aduersus quēpiā cōmotus fuerit: sed nō adeo vt eū ledere ipse velit: adeo tamē vt libenter accipiat si quomodo aliunde ledi contigerit: si ne videlicet tutū ita cōmotū accedere ad altare: an se subtrahere interim debeat: donec cōpescatur cōmotio. Nunq₃ mihi contingat turbatū ad pacis accedere sacrificiū: cū ira ⁊ disceptatione contingere sacramētū: in quo deus indubitanter est mūdum recōcilians sibi. Certe non recipitur munus qḋcunq₃ meū quod defero ad altare: nisi ante placato fratre quē me forte lesisse meminero: q̄₃to minus si meipsum non pacauero prius? ¶ Quod deinde queritis de cōtrarietate que inesse videt duobus illis pauli sententiis: cōuersatio nostra in celis est: ⁊ q̄₃diu sumus in corpore peregrinamur a dn̄o: quomodo videlicet anima eodē tempore possit et in corpore peregrinari a domino: et in celis simul esse cū dn̄o: ipse soluit apostolus: cū alibi dicit. Ex parte cognoscimus ⁊ ex p̄te prophetam⁹. Inquantū quidē cognoscimus tanq̄₃ presentia contemplantes: iā cū dn̄o sumus. Inquantū adhuc tanq̄₃ de futuris prophetamus/ credentes q̄ nō intelligimus/ sperātes q̄ non videmus: adeo peregrinamur et in corpore. Cū autē venerit qḋ ꝑfectū est: hoc est glorie plenitudo que in resurrectione futura est: tunc euacuabitur qḋ ex p̄te est/ corporis videlicet ois corruptio: ex qua sine dubio contingit hec q̄ adhuc ex parte manet nostra in corpore peregrinatio. Hoc est qḋ in se miserabiliter ingemiscens plāgit: ⁊ ait. Infelix ego homo q̄s me liberabit de corpore mortis huius? Non conqueritur de corpore tantū: sed de corpore mortis hui⁹ hoc est eius q̄ adhuc durat corruptionis: mōstrans nō corpus sed corporis molestias esse causam peregrinationis. Corpus quippe qḋ corrūpit aggrauat aīam. Non corpus simpliciter: sed corpus qḋ corrūpit aggrauat animā: vt corruptio corporis oneri sit/ nō natura. Uñ ⁊ qui intra semetipsos ingemiscūt: redemptionē expectant corporis sui/ non amissionem. Merito proinde grauati corporis necessitate/ nō societate: cupim⁹ dissolui ⁊ esse cū christo: vt id qḋ manet ex parte adhuc exilium finiatur: ⁊ que ex parte iam cepit celestis habitatio perficiatur. Aut certe ꝯuersatio nostra in celis est: quomodo idē dicit apostolus. Spe enim salui facti sumus. Spe itaq₃ iam in celestib⁹ habitamus: cū adhuc re ipsa in terris peregrinemur ⁊ in corpore. Uel aliter. Habemus ⁊ vnde corpori: et vnde dn̄o inhereamus. Illud viuificando ⁊ sensificando: illum credendo et diligendo. Neq₃ enim presentior spiritus noster est vbi animat q̄₃ vbi amat: nisi forte putetur esse magis vbi inuitus et necessitate tenetur: q̄₃ quo sponte ⁊ alacri fert volūtate. Deniq₃ vbi est thesaurus tuus/ ibi est et cor tuum. Item si deū amans anima ex ipso viuit: vti corpus ex ipā: quo pacto queso presentior esse contenditur vbi dat: q̄₃ vnde accipit vitā? Fons siquidem vite charitas est: nec viuere animā dixerim que de illo nō hauserit. Haurire porro quomodo potest nisi fuerit presens ipsi fonti q̄ charitas est/ q̄ deus est? Presens igitur deo est qui deū amat inquātū amat. In quo enim minus amat: absens profecto est. In eo autē minus deū amare conuincitur: ꝙ carnis adhuc necessitatib⁹ occupatur. Illa vero circa corpus occupatio quid est nisi a deo quedā absentatio: ⁊ absentatio quid nisi peregrinatio? Et peregrinamur ergo a domino: et in corpore peregrinamur: cuius nostra nimirū et intentio ı̄pediţur: erumnis ⁊ curis charitas fatigatur. ¶ In fine secūde epistole interrogatis quid sentiendū arbitror de eo quod in euāgelio nobis promittitur: ecce enim merces vestra multa est in celis: mirātes mari me sanctū Augustinū dixisse super hoc: non celos istos visibiles et corporeos oportere intelligi: ne merces nostra in rebus mobilibus volubilibusq₃ videatur collocari: ideoq₃ spiritualia queda firmamenta esse intelligenda: de quibus nescitis (vt dicitis) quid vel suspicari debeatis. Sed si attēdistis qḋ legistis Regnum dei intra vos est/ ⁊ habitare christum per fidē in cordibus vestris: tanq̄₃ vtiq₃ regē in regno suo: et non sunt condigne passiones hui⁹ t̄pis ad futurā gloriā q̄ reuelabitur in nobis: nō q̄dē q̄ reuelabit nobis velut aliq̄d exterius: s₃ in nobis quasi intus iā manēs sed nondū apparens. Et itē. Ois gloria eius filie regis ab intus: ⁊ ascendit homo ad cor altū: s₃ ⁊ ascēsiones in corde suo disposuit: rursumq₃ anima iusti sedes est sapientie: cuius sine dubio illa vox est: celū mihi sedes est: si hec inq̄₃ hisq₃ similia non pauca in scriptis aduertitis: profecto studebitis ad requirendum regnum dei et iusticiam eius: intrare potius ad vos: q̄₃ vel extra exire vel ascendere supra. Sed supra sane vel extra dixerim loci positione: sicut celum et terra locum tenet exteriorem: sol/ luna/ ⁊ sidera superiorem. Nam eadem ipsa que intra nos sunt subtiliori sue nature inuisibilitate etiam supra nos sunt sublimiori excellentie dignitate: ⁊ extra quoq₃ immensitate maiestatis. Sed altissima sunt hec: egentia vtiq₃ et diligentiori disputatione: et doctiori disputatore et opere prolixiori. Ego enim putaueram modum in his tractandis epistolarem nequaq̄₃ excessurum iri: sed sermo (vt video) processit in longius q̄₃ speraui. Proinde vos si placet librum: si placet epistolam nominate: nā ego siue in paucis: siue in multis vestre debui (qḋ ⁊ studui) satisfacere voluntati.

¶ Explicit liber de precepto et dispensatione.

Diui Bernardi

Marginalia: C — Capitulo de monachis ꝑegrinis. — Mat. xix. — Pro. xviii. — Mat. xxiii. — D — E — Phil. iii. — i. Cor. v. — i. Co. xiii. — Ibidem. — Rom. vii. — Sap. ix. — Rom. viii. — Phil. iii. — Rom. viii. — Mat. vi. — F — Luc. xvii. — Ephe. iii. — Rom. viii. — Ps. xliiii. — Ps. lxxiii. — Ps. lxxxiii.

¶ Diui Bernardi abbatis in tractatum de diligendo deo Prologus.

Viro illustri domino haymerico ecclesie romane
dyacono cardinali: z cācellario Bernardus abbas
dictus de claraualle: domino viuere: et in domino
mori. Orationes a me z non questiones poscere so
lebatis: z quidē ego ad neutrū ydoneū me esse cō-
fido. Verū3 illud indicit professio: z si non ita conuersatio Ad
hoc vo (vt verū fatear) ea mihi deesse video q̄ maxie necessaria
viderentur: diligentiam z ingenium. Placet tamen fateor: q
pro carnalib⁹ spiritualia: repetitis si sane apud locupletiorem
id facere libuisset. Quia vo doctis z indoctis pariter in istius-
modi excusandi mos est: nec facile scitur que vere ex imperi-
tia: queve ex verecundia excusatio prodeat: si nō iniuncti ope
ris obeditio probat. Accipite de mea paupertate quod habeo
ne tacēdo philosophus puter. Nec tamē ad omnia spōdeo me
responsurum. Ad id solum quod de diligendo deo queritis: re
spondebo quod ipse dabit. Hoc eīn z sapit dulcius z tractatur
securius: z auditur vtilius. Reliqua diligētioribus reseruate.

¶ Tractatus.

A

Vultis ergo a me
audire quare z quomodo diligendus
sit deus? Et ego Causa diligēdi deū
de⁹ est. Modus: sine modo diligere.
Est ne hoc satis? Fortassis vtiq3: s3 sa
pienti. Ceterum si et insipientib⁹ de-
bitor sum: vbi sat est dictu3 sapienti:
etiā illis gerēdus mos est. Itaq3 pro
pter tardiores / idē profusius q̄ pfun
dius repetere nō grauabor. Ob duplicem ergo cām deū dixe-
rim propter seipsum diligendū: siue q2 nihil iustius / siue q2 nil
diligi fructuosius potest. Duplicē siquidē parit sensum: cū que
ritur de deo cur diligendus sit. Dubitari nanq3 potest: quid po
tissimū dubitetur: vtrū nā quo suo merito deus: aut certe quo
nostro sit quomodo diligendus. Sane ad vtrūq3 idē responde
rim: non plane aliā mihi dignā occurrere causam diligēdi ipm
preter ipsum. Et prius de merito videamus. Multū quippe me

Roma.v.

ruit de nobis: qui z immeritis dedit seipsum nobis. Quid eīn
melius seipso poterat dare vel ipse? Ergo si dei meritū querit
cum ipsu3 diligēdi causa querit: illud est precipuū: q2 ipse prior
dilexit nos. Dignus plane: qui redamet: presertim si aduertat

Ps.xv.

quis quos: quantūq3 amauerit. Quis enim? Num is cui omis
spiritus cōfitetur deus meus es tu: qm̄ bonorū meorum non
eges: Est vera huius charitas maiestatis: quippe non queren
tis que sua sunt. Quibus autē tante puritas exhibet? Cū ad-

Roma.v.

huc (inquit) inimici essemus: recōciliati sumus deo. Dilexit er
go deus et gratis z inimicos. Sed quantū? Quantum dicit Io-

Johā.iij. Rom.viij. Johā.xv.

hannes. Sic deus dilexit mundū: vt vnigenitū daret. Et pau-
lus. Qui proprio (ait) filio nō pepercit: sed pro nobis tradidit
illum. Ipse nanq3 filius pro se. Maiorē (inquit) charitatē nemo
habet q3 vt animam suā ponat quis pro amicis suis. Sic me-
ruit iustus ab impijs: summus ab infimis: ab infirmis omnipo
tens. Sed dicet aliquis: ita quidē ab hoibus / sed ab angelis
non ita. Verum est quia necesse nō fuit. Ceterum qui homini-
bus subuenit in tali necessitate: seruauit angelos a tali necessi
tate. Et qui homines diligendo tales fecit ne tales remanerēt
ipse eque diligendo: dedit z angelis ne tales fierent. Quibus
hec palā sunt: palam arbitror esse: et cur deus diligendus sit:
hoc est vnde diligi meruerit. Que si infideles hec latent: deo ta
men in promptu est ingratos confundere super innumeris be-
neficijs suis: humano nimirū et vsui prestitis: et sensui manife

B

stis. ¶ Nempe quis alius administrat cibū omi vescēti: cernē
ti lucē: spiranti flatū? S3 stultū est velle modo enumerare: que
innumera esse non lōge ante pfatus sum: satis est ad exemplū
precipua protulisse: panē / solem / z aerē. Precipua dico: nō quia
excellentiora: sed quia necessariora sunt quippe corpori. Que
rat enim homo eminentiora bona sua in ea parte sui qua premi
net sibi: hoc est in anima: que sunt dignitas / scientia / virtus.
Dignitatem in homine liberū arbitriū dico: in quo ei nimiru3
datum est ceteris non solū preminere / sed et presidere animan
tibus. Scientiā vero qua eandē in se dignitatem agnoscat: nō
a se tamen. Porro virtutē qua subinde ipsum a quo est: z inqui
rat non segniter: et teneat fortiter cū inuenerit. Itaq3 geminū
vnūquodq3 trium horum apparet. Dignitatem siquidem demō
strat humanā non solū nature prerogatiua / sed et potentia do
minatus: q3 terror hominis super cuncta animantia terre im
minere decernitur. Scientia quoq3 duplex erit: si hanc ipsam
dignitatem / vel aliud quodq3 bonum in nobis: et nobis inesse
et a nobis non esse nouerimus. Porro virtus et ipsa eque bifa
ria cognoscetur: si auctorē consequenter inquirimus: inuētoq3
inseparabiliter inheremus. Dignitas ergo sine scientia nō pro
dest: illa vero etiam obest si virtus defuerit: quod vtrūq3 ratio
declarat subiecta. ¶ Habere eīn quod habere te nescias: quā

C

gloriam habet? Porro nosse quod habeas: sed quia a te non ha
beas ignorare: habet gloriam: sed non apud deum. Apud autē

j.Cor.iiij.

se glorianti dicitur ab apostolo. Quid habes quod non acce-
pisti? Si autem accepisti: quid gloriaris / quasi non acceperis?
Non ait simpliciter quid gloriaris: sed addit quasi non acce-
peris: vt asserat reprehensibilem non qui in habitis / sed qui tā
q3 in non acceptis gloriatur. Merito vana gloria nuncupatur
huiusmodi veritatis nimirū solido carens fundamento. Veru3

j.Cor.j.

enim gloriam ab hac ita discernit. Qui gloriatur ait in domi-
no glorietur: hoc est in veritate. Veritas quippe dominus est.
Vtrūq3 q̄ scias necesse est: z qd sis: et q a teipso nō sis: ne aut

D

oīno ve3 nō glorieris: aut inaniter glorieris. ¶ Deniq3 si nō co
gnoueris inquit teipsam: egredere post greges sodaliū tuorū.

Cant.j.

Reuera ita fit: homo factus in honore cum honorem ipsum nō
intelligit: talis sue ignorantie merito comparatur pecoribus /
velut quibusdā presentis sue corruptionis et mortalitatis cō-
sortibus. Fit igitur vt sese non agnoscendo / egregia rationis
munere creatura: irrationabiliū gregibus aggregari incipiat
dum ignara proprie glorie / que ab intus est conformanda: fo-
ris rebus sensibilibus sua ipsius curiositate abducitur: effi-
citurq3 vna de ceteris: q se pre ceteris nihil accepisse intelli-
gat. Itaq3 valde cauenda hec ignorantia / qua de nobis minus
nobis forte sentimus: sed nō min⁹ immo et plus illa qua plus
nobis tribuimus: quod fit si bonū quodcunq3 in nobis esse: et
a nobis decepti putemus. At vero super vtramq3 ignorantiam
declinanda et execranda illa presumptio est qua sciens et pru
dens forte audeas de bonis non tuis / tuam querere gloriam: z
quod certus es a te tibi non esse: inde tamen alterius rapere
non verearis honorem. Prior equidem ignorantia gloriam nō
habet: posterior vero habet quidem / sed non apud deum. Ce-
terum hoc tertium malu3 quod iā scienter cōmittitur vsurpat
et cōtra deū. Intantum deniq3 ignorātia illa posteriori hec ar
rogantia grauior atq3 periculosior apparet / quo per illā quidē
deus nescitur: per istam et contemnitur. Intantū et priori de-
terior ac detestabilior: vt cum per illam pecoribus per istam et
demonibus sociemur. Est quippe superbia z delictum maximū
vti datis tanq3 innatis: z in acceptis bñficijs gloriā vsurpare
benefici. Quobrem cum duabus istis: dignitate atq3 scientia /
opus est et virtute: que vtriusq3 fructus est: per quā ille inquiri
tur ac tenetur / qui omnium actor et dator merito glorificetur
de omnibus. Alioquin sciens et non faciens digna multis va-
pulabit. Quare? Vtiq3 quia noluit intelligere vt bene ageret.

Ps.xxxv

Magis autem iniq̄tatem meditatus est in cubili suo: dum de
bonis q̄ a se non esse ex scientie dono certissime competit: boni
domini gloriam seruus impius captare sibi immo et raptare
molitur. Liquet igitur et absq3 scientia dignitatem esse omi-
no inutilem: et scientiam absq3 virtute damnabilem. Veru3 ho
mo virtutis / cui nec damnosa scientia: nec infructuosa digni-
tas manet: clamat deo et ingenue confitetur: nō nobis inq̄ens
nobis domine: sed nomini tuo da gloriam. Hoc est nil nobis o
domine de sciētia / nil nobis de dignitate tribuimus: s3 tuo to-
tum (a quo totum est) nomini deputamus. ¶ Ceterū pene a pro-
posito longe nimis digressi sumus: dum demonstrare satagi-
mus eos quoq3 qui christum nesciunt: satis per legem natura-
lem ex pceptis bonis corpis animeq3 moneri: quatinus deum
propter deu3 et ipsi diligere debeāt. Nāq3 vt breuiter q̄ super
hoc dicta sunt iterent q̄s vel infidelis ignoret suo corpori nō
ab alio in hac mortali vita supradicta illa necessaria ministra-
ri: vnde videlicet subsistat: vnde videat: vnde spiret: q̄ ab il-

Ps.cxxxv Mat.v.

lo qui dat escam omni carni / qui solem suum oriri facit sup bo
nos et malos / et pluit super iustos et iniustos? Quis item vel
impius putet aliū eius que in anima splendet humane digni-

Gene.j.

tatis auctorem: preter illū ipsum qui in genesi loquitur / facia
mus hominē ad imaginē z similitudinē nostrā? Quis aliū sciē

Ps.xciij.

tie largitorē existimet: nisi eque ipsum qui docet hominē sciē-
tiam? Quis rursum munus sibi aliunde virtutis aut putet da-
tum: aut speret dandū: q̄ de manu itidem domini virtutum?
Meretur ergo amari propter seipsum deus: et ab infideli: qui
et si nesciat christum: scit tamen seipsum. Proinde inexcusabi-
lis est omnis etiā infidelis: si non diligit dominum deum suu3
toto corde / tota anima / tota virtute sua. Clamat nempe intus
ei innata et non ignota rationi iusticia: q2 ex toto se illū dilige
re debeat: cui se totū debere nō ignorat. Ver3 id difficile immo

impossibile est / suis scilicet quempiam liberive arbitrij viribus semel accepta a deo: ad dei ex toto conuertere voluntatem: ⁊ nō magis ad propriā retorquere / eaq̄z sibi tanq̄z propria

[Phil.ij.]
retinere: sicut scriptū est. Oēs que sua sunt querūt. Et itē. Proni sunt sensus ⁊ cogitationes hominis in malū. ❡ Contra qꝺ plane fideles norūt q̄ꝫ omnino necessariū habeant iesum ⁊ hūc crucifixum: dū admirātes ⁊ amplexantes supereminētem sciētie charitatem in ipso id vel tantillū qꝺ sunt / in tante dilectionis et dignationis vicē nō rependere cōfundūtur. Facile proinde

[Luce.vij.]
plus diligunt: qui se amplius dilectos intelligūt. Cui autē minus donatū est: minus diligit. Iudeus sane: siue paganꝯ: nequaq̄z talibꝯ aculeis incitatur amoris / quales ecclesia experi-

[Canti.ij.]
tur q̄ ait. Uulnerata charitate ego sum. Et rursum. Fulcite me

[Canti.iij.]
floribus: stipate me malis: q̄ꝛ amore langueo. Cernit regē salomonē in diademate: quo coronauit eū mater sua. Cernit vnicū patris / crucē sibi baiulantē. Cernit cesum ⁊ cōsputū dominuz maiestatis. Cernit auctoritatē vitez glorie confixū clauis: perfossum lancea: opprobrijs saturatū: tandē illā dilectā animam suā ponere pro amicis suis. Cernit hec: ⁊ suā magis ipsius animam gladius amoris transuerberat: ⁊ dicit. Fulcite me floribꝯ

[Canti.ij.]
stipate me malis: q̄ꝛ amore langueo. Hec sunt quippe mala punica: que in ortū introducta dilecti sponsa carpit ex ligno vite a celesti pane ꝓpriū mutuata saporē colorē a sanguine christi. Uidet deinde mortē mortuā: et mortis auctorē triumphatum. Uidet de inferis ad terras: de terris ad superos captiuā duci

[Phil.ij.]
captiuitatē vt in nomine iesu oē genu flectatur / celestiū / terrestriū / ⁊ infernorū. Aduertit terrā que spinas ⁊ tribulos sub antiquo maledicto ꝓduxerat: ad noue benedictionis gratiā / innouatā refloruisse. Et in his oībus illius recordata versiculi

[ps.xxvij.]
⁊ refloruit caro mea: ⁊ ex voluntate mea cōfitebor ei: passionis malis que de arbore tulerat crucis: cupit iungere ⁊ de floribꝯ resurrectionis: quorū presertim fragrantia sponsum ad se crebrius reuisendā inuitet. Deniq̄z ait. Ecce tu pulcher es dilecte

[Canti.j.]
mi ⁊ decorus: lectulus noster floridus. Que lectulū monstrat: satis quid desideret aperit: ⁊ cum floridū nunciat satis indicat / vnde qꝺ desiderat obtinere presumat. Non enim de suis

[Ge.xxvij.]
meritis: sed de floribus agri: cui benedixit deus. Delectat floribus christus: qui in nazareth ⁊ cōcipi voluit et nutriri. Gaudet sponsus celestis talibus odoramentis: ⁊ cordis thalamum frequenter libenterq̄z ingredit: qꝺ istiusmodi refertū fructibꝯ floribusq̄z respersum inuenerit. Ubi sue videlicet aut passionis gratiā: aut resurrectionis gloriā sedula inspicit cogitatiōe versari: ibi profecto adest sedulus: adest libens. ❡ Monimenta siquidem passionis fructus agnosce quasi anni preteriti: omniū vtiq̄z retro temporū sub peccati mortisq̄z imperio decursorum tandem in plenitudine temporis apparentes. Porro autem resurrectionis insignia: nouos aduerte flores sequentis temporis: in nouā sub gratia reuirescentis estatē: quorū fructū generalis futura resurrectio in fine parturiet sine fine mansurū. Iā

[Canti.ij.]
(inquit) hyems transijt: imber abijt ⁊ recessit: flores apparuerunt in terra nostra: estiuū tempus aduenisse cū illo significās qui de mortis gelu in vernalē quandā noue vite temperiem re

[Apoc.xxi]
solutus: ecce (ait) noua facio oīa. Cuius caro seminata est in morte / refloruit in resurrectione. Ad cuꝯ mox odorē: in campo conuallis nostre reuirescūt arida: recalescunt frigida / mortua reuiuiscunt. Horū ergo nouitate florū ac fructuū: ⁊ plenitudine agri suauissimū spirantis odorē: ipse quoq̄z pater in filio in-

[Ge.xxvij.]
nouante oīa delectat ita vt dicat. Ecce odor filij mei: sicut odor agri pleni cui benedixit dñs. Bene pleni: de cuius plenitudine oēs accepimus. Sponsa tamen familiarius ex eo sibi cum vult: flores legit / ⁊ carpit poma: q̄bus propriie aspergat intima conscientie: et intranti sponso cordis lectulus suaue redoleat. Oportet enim nos si crebrum volumus habere hospitem christum: corda nostra semper habere munita fidelibus testimonijs: tam de misericordia: scilicet morientis q̄ꝫ de potentia resurgentis / quomodo dauid aiebat. Duo hec audiui quia po-

[ps.lxi.]
testas dei est: et tibi domine misericordia. Siquidē vtriusq̄z rei testimonia credibilia facta sunt nimis. Christo itaq̄z moriente propter delicta nostra: et resurgente propter iustificationē nostram: et ascendente ad protectionem nostrā: ⁊ mittente spiritum ad consolationem nostrā: et quandoq̄z redituro ad cōsummationem nostram. Nempe in morte misericordiā: potentiā in resurrectione: vtrāq̄z in singulis exhibuit reliquorū. Hec mala hi flores: quibus sponsa se interim stipari postulat et fulciri: credo sentiens facile vim in se amoris posse tepescere et languescere quodāmodo si non talibus iugiter foueatur incentiuis: donec introducta quādoq̄z in cubiculum: diu cupitis excipia-

[Can.ij.]
tur amplexibus: et dicat. Leua eius sub capite meo: et dextera illius amplexata est me. Sentiet quippe tūc: et probabit vniuersa dilectionis testimonia: que in priori aduentu tanq̄z de sinistra dilecti acceperat pre multitudine dulcedinis amplexantis dextere contemnenda: et omnino iam quasi subtus haben-

[Ioh.vi.]
da. Sentiet quod audierat. Caro non prodest quicq̄: spiritꝯ

[eccl.xxiiij]
est qui viuificat. Probabit quod legerat: spiritus meus super

[Ibidem.]
mel dulcis: et hereditas mea super mel et fauū. ❡ Quod vero sequitur. Memoria mea in generatione seculoꝝ: hoc dicit quia q̄diu stare presens cernitur seculum: in quo generatio aduenit: et generatio preterit: non deerit electis consolatio de memoria quibus nondum de presentia plena refectio indulgetur.

[ps.cxliiij]
Unde scriptum est. Memoriam abundantie suauitatis tue eru-

[Ibidem.]
ctabunt: haud dubiū quin hi quos paulo superius dixerat: generatio et generatio laudabit opera tua. Memoria ergo in generatione seculorum: presentia in regno celorum. Ex ista glorificatur iam assumpta electio: de illa interim peregrinans generatio consolatur. Sed interest quenam generatio ex dei capiat recordatione solamen. Non enim generatio praua et exa-

[Luce.vi.]
sperans: cui dicitur. Ue vobis diuites: qui habetis consolationem vestram: sed que dicere veraciter potest: renuit consola-

[ps.lxxvi.]
ri anima mea. Huic plane et credimus: si secuta adiecerit: me-

[Ibidem.]
mor fui dei: et delectatus sum. Iustuz quippe est vt quos presentia non delectant / presto eis sit memoria futurorum. Et qui de rerum fluentium qualibet affluentia despiciunt consolari: recordatio illos delectet eternitatis. Et hec est generatio que-

[ps.xxiij.]
rentiū dominū: querentium non que sua sunt: sed faciem dei iacob. Dei ergo querentibus ⁊ suspirantibus presentiam: presto interim et dulcis memoria est. Non tamen qua satientur: sꝫ qua magis esuriant vnde satientur. Hocipsum de se cibus ipse testatur ita dicens. Qui edit me adhuc esuriet: et qui eo cibatus est satiabor (inquit) cū apparuerit gloria tua. Beati tamē

[eccl.xxiiij]
iam nunc qui esuriunt et sitiunt iusticiam: quoniam quandoq̄z

[ps.xvi.]
ipsi et non alij saturabuntur. ❡ Ue tibi generatio praua atq̄z

[Mat.v.]
peruersa: ve tibi popule stulte et insipiens: qui et memoriā fastidis et presentiam expauescis. Merito quidē. Nec modo enī liberari vis de laqueo venantium: siquidem qui volunt diuites

[j. Thi.vi.]
fieri in hoc seculo: incidunt in laqueum diaboli. Nec tūc a verbo aspero poteris liberari. O verbuz asperum / o sermo durus

[Mat.xxv]
Ite maledicti in ignem eternum. Durior plane atq̄z asperior illo qui quotidie nobis de memoria passionis in ecclesia repli-

[Iohā.vi.]
catur. Qui manducat carnem meā / et bibit sanguinem meum habet vitam eternam: hoc est qui recolit mortem meam: ⁊ exēplo meo mortificat membra sua que sunt super terram / habet vitam eternam. Hoc est si compatimini / et conregnabitis. Et tamen plerīq̄z ab hac voce resilientes et abeuntes: hodieq̄z re-

[Ibidem.]
trorsum / respondent non verbo sed facto. Durus est hic sermo

[ps.lxxvij]
quis potest eum audire? Itaq̄z generatio que non direxit cor suū: et non est creditus cum deo spiritus eius: sed magis sperans in incerto diuitiarum. Uerbum modo crucis audire gra-

[Mat.xxv]
uatur: ac memoriam passionis sibi iudicat onerosam. Uerum qualiter verbi illius pondus in presentia sustinebit. Ite maledictū in ignem eternū: qui paratus est diabolo et angelis eiꝯ? Super quem profecto ceciderit lapis iste: conteret eum. Atvero generatio rectorum benedicetur: qui vtiq̄z cum apostolo si-

[ps.cxi.]
[ij.Co.v.]
ue absentes: siue presentes cōtendunt placere deo. Deniq̄z au-

[Mat.xxv]
dient. Uenite benedicti patris mei ⁊c. Tunc illa que non direxit cor suum: sero quidem experietur: q̄ꝫ in illius comparatione doloris iuguz christi suaue: ⁊ onus leue fuerit: cui tanq̄z graui ⁊ aspero durā ceruicē superbe subduxit. Non potestis o miseri serui mammone / simul gloriari in cruce domini nostri iesu christi: et sperare in pecunie thesauris. Post aurum abire et probare q̄ꝫ suauis est dominus. Proinde quem suauem in memoria non sentitis: asperum proculdubio in presentia sentietis. Ceterum fidelis anima et suspirat presentiam inhianter: et in memoria requiescit suauiter: et donec idonea sit reuelata facie speculari gloriam dei: crucis ignominia gloriatur. Sic profecto sic sponsa et columba christi pausat sibi interim: ⁊ dor-

[ps.lxvij.]
mit inter medios cleros: sortita iam in presentiarum de memoria abundantie suauitatis tue domine iesu pennas deargentatas: innocentie videlicet pudicitieq̄z candorem: et sperans insuper adimpleri leticia cum vultu tuo: vbi etiam fiant posteriora dorsi eius in pallore auri: quando in splendoribus sanctoruz introducta cum gaudio: sapientie plenius fuerit illustrata ful-

[Canti.ij.]
goribus. Merito proinde iam nunc gloriatur: et dicit. Leua eius sub capite meo: et dextera illius amplexabitur me. In leua reputans recordationem illius charitatis: qua nulla maior est qꝺ animam suam posuit pro amicis suis. In dextera vero beatam visionem quam promisit amicis suis: et gaudium de presentia maiestatis. Merito illa dei et deifica visio: illa diuine presentie inestimabilis delectatio in dextera deputatur: de qua et delectabiliter canitur. Delectatio-

[ps.xv.]
nes in dextera tua: vsq̄z in finem. Merito in leua / admirabilis illa memorata et semper memoranda dilectio collocatur: quod donec transeat iniquitas: super eam sponsa recumbat: ⁊ requiescat.

requiescat. Merito ergo leua sponsi sub capite sponse: super quam videlicet caput suum reclinata sustentet: hoc est mentis sue intentionem: ne incuruetur et inclinetur in carnalia et secularia desideria: quia corpus qđ corrūpitur aggrauat animā et deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. [Sap. ix.] [A]

Quid nanq; aliud faciat considerata tanta ⁊ tam indebita miseratio: tā gratuitaq; sic probata dilectio tam inopinata dignatio: tam inuicta mansuetudo: tā stupenda dulcedo? Quid inq; hec omnia faciāt diligenter cōsiderata nisi vt cōsiderātis animum ab omi penitus prauo vendicatū amore: ad se miserabiliter rapiāt: vehemēter afficiāt: faciātq; pre se cōtemnere quicquid nisi in contemptu horū appeti nō potest: Nimirū proinde in odore vnguentorū horū sponsa currit alacriter/ amat ardenter et parū sibi amare sic amata videtur: etiā cū se tota in amore perstrinxerit. Nec in merito. Quid magnū eni tanto ⁊ tanti rependatur amori si puluis exiguus totū se ad redamandū collegerit: quē illa nimirū maiestas in amore preueniēs: tota in opus salutis eius intēsa conspicitur. Deniq; sic deus dilexit mundū vt vnigenitū daret: haud dubiū quin de patre dicat. Itē tradidit in mortē animā suā: nec dubiū q° filium loquatur. Ait ⁊ de spiritusancto. Spiritus paraclitus quē mittet pater in nomine meo ille vos docebit omnia: ⁊ suggeret vobis oia quecunq; dixero vobis. Amat ergo deus: ⁊ ex se toto amat: quia tota trinitas amat: si tamen totū dici potest de infinito ⁊ incōprehensibili: aut certe de simplici. Intuēs ergo hec: credo satis cognoscit quare deus diligendus sit: hoc est vnde diligi mereatur. [Johā. iii.] [Esa. xxxv] [Joh. xiiii.]

[B] ¶ Ceterū infidelis nō habens filium: nec patrem perinde habet nec spiritūsanctū. Qui enim non honorificat filiū: non honorificat patrē qui misit illū: sed nec spiritūsanctū quem misit ille. Is itaq; mirū nō est si quā minus agnoscit: minus et diligit. Attamē ⁊ ipse totū ei sese debere nō ignorat: quem sui totius non ignorat auctorem. Quid ergo ego qui deū meum tenco/ vite mee non solū gratuitū largitorē: largissimū administratorem: piū consolatorē: sollicitū gubernatorē: sed insuper etiā copiosissimum redemptorē/ eternū conseruatorē: ditatorē glorificatorē? Sicut scriptū est. Copiosa apud eū redemptio. Et item. Introiuit semel in sancta eterna redemptione inuenta. Et de conseruatione. Non relinquet sanctos suos: ineternū conseruabuntur. Et de locupletatione. Mensurā bonā ⁊ cōfertā ⁊ coagitatā ⁊ supereffluentē: dabunt in sinū vestrū. Et rursum. Nec oculus vidit/ nec auris audiuit: nec in cor hois ascendit: que preparauit deus diligentibus se. Et de glorificatione Saluatorē expectamus dominum nostrū iesum christū: qui reformabit corpus humilitatis nostre: cōfiguratū corpori claritatis sue. Et illud. Nō sunt condigne passiones huius tēporis ad futurā gloriā que reuelabitur in nobis: Et iterū. Id quod in presenti est momentaneū ⁊ leue tribulationis nostre: supra modum in sublimitate eternū glorie pondus operatur in nobis: nō contemplantibus que videntur: sed que non videntur. Quid retribuā domino pro omibus his? Illū ratio vrget: ⁊ iusticia naturalis totū se tradere illi a quo se totū habet: ⁊ ex se toto debere diligere. Mihi profecto fides tāto plus indicit amādum: quanto ⁊ eū meipso pluris estimandum intelligo: quippe qui illū non solū mei/ sed sui quoq; ipsius teneo largitorem. Deniq; nondū tempus fidei aduenerat: nondū innotuerat in carne deus: obierat in cruce: prodierat de sepulchro: redierat ad patrem: nondū inq; cōmendauerat in nobis suā multā dilectionem: illam de qua iam multa locuti sumus: cū iam mandatum est homini diligere dominū deū suum toto corde/ tota anima/ tota virtute sua: idest et omi quod est: qđ scit: qđ potest. Nec tamen iniustus de° suū sibi vendicans opus ⁊ dona. Ut quid eni non amaret opus artificem/ cum haberet vnde id posset? Et cur non quantū omnino posset cum nihil omnino nisi eius munere posset? Ad hec q° de nihilo/ qđ gratis/ q° in hac dignitate conditum est: et debitum dilectionis manifestius facit: et exactum iustiorem ostendit. Ceterum quantum putamus adiecisse beneficij: cum homines et iumēta saluauit: quēadmodū multiplicauit misericordiam suam deus? Nos dico qui mutauimus gloriam nostram in similitudinem vituli comedentis fenum: peccando comparati iumentis insipientibus. Quod si totū me debeo pro me facto: quid addam iam et pro refecto et refecto hoc modo? Nec enim tam facile refectus q° factus. Siquidem non solum de me: sed de omni quoq; quod factum est: scriptum est. Dixit et facta sunt: At vero qui me tantum et semel dicendo fecit: in reficiendo profecto ⁊ dixit multa: ⁊ gessit mira: et pertulit dura: nec tantum dura: sed et indigna. Quid ergo retribuam domino pro omnib° que retribuit mihi? In primo opere me mihi dedit: in secundo se. Et vbi se dedit: me mihi reddidit. Datus ergo ⁊ redditus: me pro me debeo: et bis debeo. Quid deo retribuam pro se? Nam etiam si me millies rependere possem: quid sum ego ad deum? [Phil. iii.] [Rom. viii] [ii. Cor. iiii.] [ps. cxxix.] [Hebre. ix] [ps. xxxvi.] [Luce. vi.] [ps. xxxv.] [ps. cv.] [ps. cxlviii] [ps. cxv.]

Hic primū vide quomodo: immo q° sine modo a nobis deus amari meruerit: qui vt paucis qđ dictum est repetā: prior ipse dilexit nos tantus ⁊ tantum: et gratis tantillos et tales. En qđ in principio dixisse me memini: modum esse diligendi deum sine modo diligere. Deniq; cum dilectio que tendit in deum: tēdat in immensum: tendat in infinitum: nam et infinitus deus est et immensus: quis nam queso debeat finis esse nostri. vel modus amoris? Quid: q° amor ipse noster nō iam gratuitus impenditur sed rependitur debitus? Amat ergo immensitas: amat eternitas: amat supereminens scientie charitas: amat deus cui° magnitudinis non est finis: cuius sapientie non est numerus: cui° pax exuperat omnē intellectū: ⁊ vicē rependimus cū mensura? Diligā te dñe fortitudo mea: firmamentū meū: ⁊ refugiū meū ⁊ liberator meus: ⁊ meū deniq; quicquid optabile: atq; amabile dici potest. Deus meus adiutor meus: diligam te pro dono tuo et modo meo minus quidē iusto: sed plane nō minus posse meo. Qui ⁊ si quantū debeo non possum: non possum tamen vltra q° possum. Potero vero plus/ cū plus donare dignaberis: nunq; tamen prout dignus haberis. Imperfectū meū viderūt oculi tui: sed tamen in libro tuo omnes scribentur qui qđ possunt faciunt: ⁊ si qđ debent non possunt. Satis quātū reor apparet: ⁊ quonāmodo deus diligendus sit: ⁊ quo merito suo. Quo inq; merito suo. Nā quāto: cui sane appareat: quis dicat: quis sapiat? Nunc quo nostro cōmodo diligēdus sit videamus. Sz quantum est ⁊ in hoc videre nostrum ad id qđ est? Nec tamen quod videtur tacendum est: et si non omnino videtur vt est. Superius cum propositum esset quare et quomodo diligendus sit deus: duplicem dixi parere intellectum: id quod queritur quare: vt aut quo suo merito: aut quo nostro commodo diligendus sit: vtrumlibet queri posse perinde videatur. Dicto proinde de merito dei non prout dignum ei: sed prout: datum mihi: superest vt et de premio: quod item dabitur dicam. [Quomodo sine modo deus amari meruerit] [ps. cxliiii.] [ps. cxlvi.] [Phil. iiii.] [ps. xvii.] [Psalmo cxxxviii.]

Non enim sine premio diligitur deus: ⁊ si absq; premij intuitu diligendus sit. Uacua namq; vera charitas esse non potest: nec tamen mercennaria est. Quippe non querit que sua sunt. Affectus est: non cōtractus: nec acquiritur pacto: nec acquirit. Sponte afficit: et spontaneum facit. ¶ Uerus amor seipso contētus est. Habet premium/ sed id quod amatur. Nam quicquid propter aliud amare videaris/ id plane amas quo amoris finis pertendit: non per quod tendit. Paulus nō euangelizat vt comedat/ sed comedit vt euangelizet: eo q° amet non cibum sed euāgelium. Uerus amor premium non requirit: sed meretur. Premium sane necdum amanti proponitur: amanti debetur: perseueranti redditur. Deniq; in rebus inferioribus suadendis/ inuitos promissis vel premijs inuitam°: ⁊ non spōtaneos. Quis enim munerandū hominem putet/ vt faciat qđ ⁊ sponte cupit? Nemo verbi causa conducit aut esurientem vt comedat: aut sitientem/ vt bibat: aut certe matrem: vt paruulum lactet filium vteri sui. An vero quis putet prece vel precio quēpiam cōmonendum: suam ipsius vel sepire vineam: vel arborem circunfodere: vel structuram proprie domus erigere? Quantomagis deum amans anima: aliud preter deum sui amoris premium non requirit. Aut si aliud requirit: illud pro certo nō deū diligit Inest omni vtenti ratione naturaliter pro sua semper estimatione atq; intentione appetere potiora: et nulla re esse contentum cui quod deest iudicet preferendum. Nam et qui verbi gratia vxorem habet speciosam/ petulanti oculo vel animo respicit pulchriorem: et qui veste preciosa indutus est preciosiorem affectat: et possidens multas diuitias: inuidet ditiori. Uideas iam multos predijs et possessionibus ampliatos: adhuc tamē indies agrum agro copulare: atq; infinita cupiditate dilatare terminos suos. Uideas ⁊ q° regalib° domib° amplisq; habitāt palatijs: nihilomin° quotidie coniūgere domū ad domū: ⁊ inquieta curiositate edificare/ diruere/ mutare: quadrata rotundis. Quid hoies sublimatos honorib°: an nō insatiabili ābitiōe magis ac magis totis virib° conari ad altiora videm°? Et horū oim idcirco nō est finis quia nil in eis summū singulariter reperit vel optimū. Et qđ mirū si inferiorib° ⁊ deterioribus cōtēt° nō sit: q° citra summū vel optimū quiescere nō pōt? Sz hoc stultū et extreme dementie est: ea semp appetere q° nunq; nō dico satient/ sed nec tēperēt appetitū: dū quicquid taliū habueris: nihilomin° nō habita cōcupiscas: ⁊ ad quoq; defuerint semp inquiet° anheles. Ita eni fit vt per varia et fallacia mūdi oblectamēta: vagabundus anim° inani labore discurrēs fatiget: non satietur: dū quicquid famelicus ingluticrit: parū reputet ad id qđ superest deuorandū: semperq; nō min° anxie cupiat q° desunt q° q° adsunt lete possideat. Quis eni obtineat vniuersa? Quāq; ⁊ modicū id qđ quisq; cū labore obtinuerit: cū timore possederit: certus quidē [Quia premio diligitur deus] [i. Co. xiii.] [C]

nō sit quādo cū dolore amittat: certus aūt q͡ quādoq͡ȝ amittat. Sic directo tramite voluptas peruersa contendit ad optimū festinat ad id vnde possit impleri. Immo vero his anfractib⁹ ludit secū vanitas: mentitur iniquitas sibi. Si ita vis adimplere q̄d vis: hoc est si illud apprehendere vis: quo apprehēso nil iam amplius velis: quid tentare opus est ⁊c. Curris per deuia ⁊ longe ante morieris q̄ҫ hoc circuitu peruenias ad optatum.

ps. xi. Hoc ergo in circuitu impij ambulant: naturaliter appetentes vnde finiant appetitū: ⁊ insipienter respuentes vnde ꝓpinquēt fini: fini dico: nō cōsumptionis sed cōsummationis. Quāobrē non beato fine cōsummari: sed cōsumi vacuo labore accelerāt qui rerū magis specie: q̄ҫ auctore delectati: prius vniuersa percurrere ⁊ de singulis cupiunt experiri: q̄ҫ ad ipsum curent vniuersitatis dn̄m peruenire. Et quidē peruenirent: si quādo voti cōpotes effici possent: vt oia sc͡ȝ preter oīm principiū vnus aliqs obtineret. Ea nanq͡ȝ sue cupiditatis lege qua in rebus ceteris non habita pre habitis esurire: ⁊ pro non habitis habita fastidire solebat: mox omibus que in celo ⁊ q̄ in terra sunt obtētis ⁊ cōtemptis: tandē ad ipsum procul dubio curreret: q̄ solus deesset oim de⁹. Porro ibi quiesceret: q͡r sicut citra nulla reuocat quies: sic nulla vltra iam inquietudo sollicitat. Diceret ꝓ certo. Mihi aūt adherere deo bonū est. Diceret. Quid enim mihi est in celo: ⁊ a te quid volui super terrā. Et itē. De⁹ cordis mei: ⁊ pars mea deus in eternū. Sic ergo (vt dictū est) ad id q̄d optimū est quiuis cupidus ꝑueniret: siquidē ante q̄d citra cuꝑ

ps. lxxij. Ibidem.

pit assequi posset. Uerū quoniā id omnino impossibile perstruit ⁊ vita breuior: ⁊ virtus infirmior: ⁊ cōsors numerosior: lōgo ꝑfecto itinere ⁊ casso labore desudāt q̄ dū queq͡ȝ desiderant attingere volunt: ad cunctorū desiderabiliū nequeūt pertingere finem. Et vtinā attingere vniuersa animo: nō experimento vellent. Hoc enim facile possent: ⁊ nō incassum. Nam ⁊ animus sensu quidē carnali tanto velocior quanto ⁊ perspicacior: ad hoc datus est vt illū ad oia preueniat: nil͡ȝ audeat contingere sensus: q͡ animus precurrens ante vtile non probauerit. Hinc eīm arbitror dictū: omia probate/ q̄d bonū est tenete: vt videlicet ille hinc prouideat: nec is suum votū nisi ad illius iudiciū consequatur. Alioquin nō ascēdes in montē dn̄i/ nec stabis in loco sancto eius: pro eo q͡ in vano acceperis animā tuā: hoc est animam rationalē: dū instar pecoris sensum sequeris: ratione q̄dē ociosa ⁊ nō resistente in aliquo. Quorū itaq͡ȝ ratio nō preuenit gressus: currunt/ sed extra viā: ac perinde apostoli spreto consilio: nō sic currunt vt apprehendant. Quando etem apprehendent quē apprehendere nisi post omia nolunt: Distortū iter/ ⁊ circuitus infinitus: cūcta primitus attentare velle. Justus autem non ita. Audiens nempe vituperationem multorū cōmorantiū in circuitu (multi enim sunt viā latā pergentes que ducit ad mortē) ipse sibi regiā elegit viā: nō declinans ad dexteram vel ad sinistrā. Denique attestante propheta/ semita iusti recta est: rectus callis iusti ad ambulandū. Hi sunt q̄ salubri cōpendio cauti sunt molestū hunc ⁊ infructuosum vitare circuitum: verbū abbreuiatū ⁊ abbreuians eligentes: non cupere quecunq͡ȝ vident/ sed vendere magis que possident: ⁊ dare pauperibus. Beati plane pauperes: quoniā ipso͡ȝ est regnū celo͡ȝ. Omnes quidē currūt: sed inter currentes discernitur. Denique nouit dn̄s viā iusto͡ȝ: ⁊ iter impiorū peribit. Ideo aūt melius est modicū iusto super diuitias peccatorū multas: quoniā quidem vt sapiens loquitur/ ⁊ insipiens experitur/ qui diligit pecuniam nō saturabitur pecunia: qui aūt esuriunt ⁊ sitiūt iusticiam ipsi saturabuntur. Justicia siquidē rationis vtentis spiritus cibus est vitalis et naturalis: pecunia vero sic nō replet vel minuit animi famē: quomodo nec corporis vētus. Denique si famelicū hominem apertis faucibus vento/ inflatis haurire bucis aerē cernas: quo quasi cōsulat fami: nōne credas insanire: Sic nō minoris insanie est: si spiritū rationalem rebus putes quibuscūq͡ȝ corporalibus nō magis inflari q̄ҫ satiari. Quid nanq͡ȝ de corporibus ad spiritus: Nec illa sane spiritualib⁹ nec isti e regione refici corporalibus queūt. Benedic anima mea domino: qui replet in bonis desideriū tuū. Replet in bonis: excitat ad bonū: tenet in bono: preuenit/ sustinet/ implet. Ipse facit vt desideres: ipse est q̄d desideras. Dixi supra causa diligēdi deum: deus est. Uerū dixi: nā et efficiens ⁊ finalis. Ipse dat occasionē: ipse creat affectionē: desideriū ipse cōsumat. Ipse fecit vel potius factus est vt amaret: ipse speratur amandus feliciter: ne in vacuū sit amatus. Eius amor nostrū ⁊ preparat et remunerat. Precedit benignior: rependitur iustior: expectatur suauior. Diues est omnibus qui inuocant eū: nec tamen habet quicq͡ȝ seipso melius. Se dedit in meritū: se seruat in premium: se apponit in refectione animarū sanctarū: se in redēptione distrahit captiuarum. Bonus es dn̄e anime querenti te. Quid ergo inuenienti: Sed enim in hoc est mirū: q͡ nemo te querere valet: nisi qui prius inuenerit. Uis igitur inueniri vt queraris: queri vt inueniaris: Potes quidem queri et inueniri: non tamen preueniri. Nam ⁊ si dicimus mane oratio mea preueniet te non dubiū tamen q͡ tepida sit omnis oratio/ quā non preuenerit inspiratio. Dicendū iam vnde inchoet amor noster: qm̄ vbi consummetur dictum est.

Mor est affectio naturalis vna de quattuor. Note sunt non opus est nominare. Quod ergo naturale est: iustum quidem foret primo omnium auctori deseruire nature: vnde ⁊ dictū est primum ⁊ maximū mandatum: diliges dominum deum tuū. Sed quoniam natura fragilior atq͡ȝ infirmior est: ipsi primum imperante necessitate ꝯpellitur inseruire. Et est amor carnalis: quo ante omnia homo diligit seipsum propter seipsum. Nondum quippe sapit nisi seipsum: sicut scriptū est. Prius quod animale/ deinde quod spiritale. Nec precepto indicitur: sed nature inseritur. Quis nempe carnē suam odio habuit: At vero si ceperit amor idem (vt assolet) procliuior esse: siue profusior: ⁊ necessitatis alueo minime contentus: campos etiā voluptatis exundans latius visus fuerit occupare: statim superfluitas obuiante mandato cohibetur cum dicitur: diliges proximū tuū sicut teipsm̄. Justissime quidē vt consors nature non sit exors ⁊ gratie illius presertim gratie que nature insita est. Que si grauatur homo fraternis nō dico necessitatibus subuenire: sed voluptatibus deseruire: castiget ipse suas si non vult esse transgressor. Quantum vult sibi indulgeat: dum eque et proximo tantundem meminerit exhibendū. Frenum tibi temperantie imponit o homo ex lege vite et discipline/ ne post concupiscētias tuas eas ⁊ pereas: ne de bonis nature hosti seruias anime: hoc est libidini. Que iustius atq͡ȝ honestius cōmunicas illa consorti/ id est proximo q̄ҫ hosti. Et quidē si ex sapientis cōsilio a voluptatibus tuis aduerteris: ⁊ iuxta doctrinā apostoli: sis victu vestituq͡ȝ contentus paulisper suspendere non grauaris amorem tuum a carnalibus desiderijs: que militant aduersus animam. Sane quod subtrahis hosti anime tue: cōsorti nature puto nō grauaberis impartiri. Tunc amor tuus et temperans erit/ ⁊ iustus: si quod proprijs subtrahitur voluptatibus/ fratris necessitatibus non negetur. Sic amor carnalis efficitur et socialis: cum in commune protrahitur. Si autem dum cōmunicas proximo: forte tibi defuerint etiā necessaria: q̄d facies: Quid enim: nisi vt cum omni fiducia postules ab eo qui dat omnib⁹ affluenter: ⁊ non improperat: qui aperit manū suam et implet omne animal benedictione: Dubium siquidem non est q͡ assit libenter in necessarijs: qui plerisq͡ȝ et in superfluis non deest. Denique ait primum querite regnum dei et iusticiam eius: ⁊ hec omnia adijcientur vobis. Sponte daturum se pollicetur necessaria/ superflua restringenti/ et proximum diligenti. Hoc quippe est primum querere regnum dei: et aduersus peccati imperare tyrannidem: pudicitie potius ac sobrietatis subire iugū q̄ҫ regnare peccatū in tuo mortali corpore patiaris. Porro autem et hoc iusticie est: cum quo tibi est natura cōmunis: nature quoq͡ȝ cum eo munus nō habere diuisum. At tamen perfecta iusticia sit diligere proximum: deum in causa habere necesse est. Alioquin proximum pure diligere quomodo potest: qui in deo non diligit: Porro in deo diligere nō potest: q̄ deū non diligit. Oportet ergo deum diligi prius: vt in deo diligi possit et proximus. Facit ergo etiam se diligi deus/ qui et cetera bona facit. Facit autem sic. Qui naturam condidit ipse ⁊ protegit. Nam et ista condita fuit: vt habeat iugiter necessarium protectorem/ quem habuit et conditorem: vt que nisi per ipsum nō valuit esse/ nec sine ipso valeat omino subsistere. Quod ne sane de se creatura ignoret: ac perinde sibi (quod absit) superbe arroget beneficia creatoris: vult hominem isdem conditor alto quidem salubriq͡ȝ consilio tribulationibus exerceri: vt cum defecerit homo et subuenerit deus: dum homo liberatur a deo: deus ab homine vt dignum est honoretur. Hoc enim dicit. Inuoca me in die tribulationis: eruam te: et honorificabis me. Fit itaq͡ȝ hoc tali modo vt homo animalis et carnalis/ qui preter se neminem diligere nouerat: etiam deum vel propter se amare incipiat: quod in ipso nimirum vt sepe expertus est: omnia possit: que posse tamē prosit: ⁊ sine ipso possit nihil.

Mat ergo iam deum: sed propter se interim: adhuc non propter ipsum. Est tamen quedam prudētia scire quid ex te/ quid ex dei adiutorio possis ⁊ ipsi seruare te infensum: qui te tibi seruat illesum. At si frequēs ingruerit tribulatio: ob quā ⁊ frequens ad deū conuersio fiat ⁊ a deo eque frequens liberatio consequatur: nōne ⁊ si fuerit ferreum pectus: vel cor lapideū tociens liberati/ emolliri necesse est ad gratiā liberantis: quatinus deum homo diligat non propter se tantū sed propter ipsum.

Ex occasione

Margin references: ps. xxvj. — ps. xi. — ps. lxxij. — Ibidem. — j. Thes. v. — ps. xxiij. — j. Cor. ix. — ps. xxx. — Esa. xxvj. — Mat. v. — j. Cor. ix. — ps. j. — ps. xxxvj. — Eccle. v. — Mat. v. — D — ps. cij. — Treni. iij. — ps. lxxxvj. — E — Mat. xxij. — Ephe. v. — Mat. xxij. — F — Ec. xviij. — j. Thim. v. — Jaco. j. — ps. cxliij. — Luce. xij. — ps. xlix.

Ex occasione quippe frequentium necessitatū crebris necesse est imprecationibus deum ab homine frequētari: frequentando gustari: gustando probari ꝙ suauis est dn̄s. Ita fit vt ad diligendum pure deū plus iam ipsius gustata illiciat suauitas: ꝙ vrgeat nostra necessitas: ita vt exemplo samaritanoꝝ dicentium mulieri que adesse dominū nūciauerat: iam non propter tuā loquelam credimus: ipsi enim audiuimus: et scim⁹ quia ipse est vere saluator mūdi. Ita inꝗ̃ z nos illoꝝ exemplo carnem nostram alloquentes dicamus merito. Iam non propter tuam necessitatem deuz diligimus: ipsi enim gustauimus et scimus quoniam suauis est dominus. Est enim carnis quedam loquela necessitas: z beneficia que experiendo probat gestiendo renunciat. Itaqꝫ sic affecto iam de diligendo proximo implere mandatū non erit difficile. Amat quippe veraciter deū: ac per hoc que dei sunt. Amat caste: z casto nō grauatur obedire mandato: castificans magis cor suū (vt scriptū est) in obediētia charitatis. Amat iuste: z mandatum iustū libenter amplectitur. Amor iste merito gratus: quia gratuitus. Castus est: quia non impenditur verbo/neqꝫ lingua: sed opere z veritate. Iustus est: quoniam qualis suscipitur talis z redditur. Qui enim sic amat: haud secus profecto ꝙ amatus est amat: querens et ipse vicissim non que sua sunt: sed que iesu christi: quemadmodum ille nostra: vel potius nos z nō sua quesiuit. Sic amat qui dicit: confitemini domino quoniam bonus. Qui domino confitetur: non quoniā sibi bon⁹ est: sed quoniam bonus est: hic vere diligit deū propter deū: z non propter seipsum. Non sic amat: de quo dicitur. Confitebitur tibi: cū benefeceris ei. Iste est tertius amoris gradus: quo iam propter seipsum deus diligitur.

Felix qui meruit ad quartum vsqꝫ pertingere quatinus nec seipsum diligat homo nisi propter deū. Iusticia tua de⁹ sicut montes dei. Amor iste mons est: z mons dei excelsus. Reuera mons coagulatus: mons pinguis. Quis ascendet in montē domini? Quis dabit pennas mihi sicut columbe: z volabo z requiescam? Factus est in pace locus iste: z habitatio hec in syon. Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est. Caro z sanguis vas luteum: terrena inhabitatio quando capit hoc? Quando huiuscemodi experitur affectū: vt diuino debriatus amore animus: oblitus sui factusqꝫ sibimetipsi tanꝙ vas perditum: totus pergat in deū: z adherens deo vnus cū eo spiritus fiat z dicat: defecit caro mea z cor meū deus cordis mei z pars mea deus in eternū? Beatū dixerim z sanctū: cui tale aliquid in hac mortali vita raro interdū: aut vel semel: et hoc ipm raptim atqꝫ vnius vix momenti spacio experiri donatū est. Te enim quodammodo perdere tanꝙ qui non sis: z omnino non sentire teipsum: et a temetipso exinaniri: z pene ānullari: celestis est conuersationis: non humane affectionis. Et siquidem e mortalibus quispiam ad illud raptim interdum (vt dictū est) z ad momentū admittitur: subito inuidet seculū nequam: perturbat diei malicia: corp⁹ mortis aggrauat: sollicitat carnis necessitas: defect⁹ corruptionis non sustinet: quodqꝫ his violentius est: fraterna reuocat charitas. Heu redire in se: recidere in sua compellitur: z miserabiliter exclamare. Domine vim patior responde pro me. Et illud. Infelix ego homo: quis me liberabit de corpore mortis huius? Quoniam tamē scriptura loquitur deū omnia fecisse propter semetipsum: erit profecto vt factura sese quandoqꝫ conformet z concordet auctori. Oportet proinde in eūdem nos affectū quandocūqꝫ transire: vt quomodo deus omnia esse voluit propter semetipsum: sic nos quoqꝫ nec nosipsos: nec aliud aliquid fuisse vel esse velimus nisi eque propter ipsum: ob solam videlicet ipsius volūtatem non nostram voluptatem. Delectabit sane non tam nostra vel sopita necessitas: vel sortita felicitas: ꝙ quod eius in nobis: z de nobis volūtas adimpleta videbitur: quod z quotidie postulamus in oratione cū dicimus: fiat volūtas tua sicut in celo z in terra. O amor sanctus z castus: o dulcis z suauis affectio. O pura z defecata intentio volūtatis: eo certe defecatior z purior: quo in ea de proprio nil iam admixtū relinquitur: eo suauior z dulcior quo totū diuinū est quod sentitur. Sic affici: deificari est. Quomodo stilla aque modica multo infusa vino: deficere se tota videtur: dum et saporem vini induit z colorē: z quomodo ferrū ignitū z candens: igni simillimū fit: pristina propriaqꝫ forma exutum: z quomodo solis luce perfusus aer in eādem transformatur luminis claritatem: adeo vt non tam illuminatus ꝙ ipsum lumen esse videatur: sic omnē tunc in sanctis humanam affectionem quodā ineffabili modo necesse erit a semetipsa liquescere: atqꝫ in dei penitus transfundi volūtatē. Alioquin quomodo omnia in omnibus erit de⁹: si in homine de homine quicꝙ supererit? Manebit quidē substantia sed in alia forma/alia gloria: aliaqꝫ potentia. Quando hoc erit? Quis hoc videbit? Quis possidebit? Quando veniam z apparebo ante faciē dei? Domine de⁹ meus

Joh.iiij. j.Pet.j. Ps.cxvij. Ps.xlviij. Ps.xxxv. Ps.lxvij. Ps.xxiiij. Ps.liiij. Ps.lxxv. Ps.cxix. j.Cor.vj. Ps.lxxij. Esaie.xxxviij. Rom.vij. B Matt.vj. Ps.xlj. Ps.xxvj.

tibi dixit cor meū: exquisiuit te facies mea: faciē tuam domine requiram. Putas videbo templū sanctū tuū? Ego puto non ante perfecte impletū iri: diliges dominū deū tuū ex toto corde tuo: z ex tota anima tua: z ex tota virtute tua: quousqꝫ ipsum cor cogitare iam non cogatur de corpore: z anima eidem in hoc statu viuificando z sensificando intendere desinat: z virt⁹ eiusdem releuata molestijs: in dei potentia roboretur. Impossibile nāqꝫ est tota hec ex toto ad deū colligere: z diuino infigere vultui: ꝙdiu ea huic fragili z erūnoso corpori intēta z distenta necesse est subseruire. Itaqꝫ in corpore spirituali z immortali: in corpore integro placido placitoqꝫ z per omnia subiecto spiritui: speret se anima quartū apprehendere amoris gradum: vel poti⁹ in ipso apprehendi: quippe quod dei potentie est dare cui vult: nō humane industrie assequi. Tūc inꝗ̃ summum obtinebit facile gradum cū in gaudiū domini sui prōptissime z auidissime festinantem: nulla iam retardabit carnis illecebra: nulla molestia conturbabit. Putamus ne tamen hanc gratiā vel ex parte sanctos martyres assecutos: in illis adhuc victoriosis corporibus constitutos? ¶ Magna vis prorsus amoris illas animas introrsum rapuerat: que ita sua: corpora foris exponere: z tormenta contemnere valuerunt. At profecto doloris acerrimi sensus nō potuit nisi turbare serenū: z si nō perturbare. Quid autē iam solutas corporibus? Immersas ex toto credimus: immenso illi pelago eterni luminis: z luminose eternitatis.

Sed si quod non negatur velint sua corpora recepisse: aut certe recipere desiderent z sperent/ liquet procul dubio necdum a seipsis penitus immutatas: quibus constat necdū penitus decesse de proprio: quo vel modice intentio reflectatur. Donec ergo absorpta sit mors in victoria: et noctis vndiqꝫ terminos lux perennis inuadat z occupet vsqꝫ quaqꝫ: quatinus et in corporibus gloria celestis effulgeat: non possunt ex toto anime seipsas exponere et transire in deū: nimirū ligate corporibus etiam tūc: et si non vita vel sensu: certe affectu naturali: ita vt absqꝫ his nec velint nec valeant consummari. Itaqꝫ ante restaurationē corporꝫ non erit ille defectus animoꝝ: qui perfectus z summus est ipsoꝝ status: nec carnis iam sane consortium spiritus requireret si absqꝫ illa consummaretur. Enimuero absqꝫ profectu anime: nec ponitur corpus nec sumitur. Denique preciosa in conspectu dn̄i mors sanctoꝝ eius. Quod si mors preciosa: quid vita: z illa vita? Nec mirum si corpus iam glorie conferre videtur spiritui: quod z infirmum z mortale constat ipsi non mediocriter valuisse. O ꝙ verū locutus est qui dixit: diligentibus deū omnia cooperari in bonum. Valet deū diligenti anime corp⁹ suū infirmū: valet z mortuum: valet z resuscitatū. Primo quidē ad fructū penitentie: secundo ad requiē: postremo ad cōsummationē. Merito sine illo perfici non vult: quod in omni statu in bonū sibi subseruire persentit. ¶ Bonus plane fidusqꝫ comes caro spiritui bono: qui sibi aut si onerat iuuat: aut si non iuuat exonerat: aut certe iuuat et minime onerat. Primus status laboriosus: sed fructuosus. Secundus ociosus: sed minime fastidiosus. Tertius et gloriosus. Audi z sponsum in canticis ad profectū hunc trimodū inuitantem. Comedite inquit amici/z bibite/z inebriamini charissimi. Laborantes in corpore vocat ad cibū: iam posito corpore quiescentes ad potū inuitat: resumentes corpora etiam vt inebrientur impellit. Quos z vocat carissimos: nimirū charitate plenissimos. Nam z in ceteris quos non charissimos sed amicos appellat: differentia est: vt hi quidem qui in carne adhuc grauati gemunt: cari habeantur pro charitate quam habent: qui vero soluti iam carnis compede sunt: eo sint cariores quo z promptiores atqꝫ expeditiores ad amandū. Porro pre vtrisqꝫ merito nominantur z sunt charissimi: qui recepta iam secūda stola: in corporibus vtiqꝫ cū gloria resumptis: tanto in dei ferūtur amorem liberiores z alacriores: quanto z de proprio nil iam residuū est quod eos aliquatinus sollicitet vel retardet. Quod quidē neuter sibi reliquoꝝ statuū vendicat: cū z in priori corp⁹ cū labore portetur: z in secūdo quoqꝫ non sine proprietate aliqua desiderij expectetur. Primo ergo fidelis anima comedit panē suū: sed heu in sudore vult⁹ sui. In carne quippe manens adhuc ambulat per fidē: quā sane operari per dilectionē necesse est: quia si non operatur mortua est. Porro ipsum opus cibus est: dicente dn̄o: meus cibus est vt faciā voluntatē patris mei. Dehinc carne exuta: iam pane doloris non cibatur: sed vinū amoris tanꝙ post cibum plenius haurire permittitur: non purū tamē: sed quomodo sub sponsi nomine in canticis dictū legit. Bibi vinū meum cū lacte meo. Vino enī diuini amoris etiam tūc anima suauitatem naturalis immiscet affectionis: qua resumere corpus suum ipsumqꝫ glorificatū desiderat. Estuat ergo iam tunc sancte charitatis potata vino: sed plane nondū vsqꝫ ad ebrietatē: quoniā temperat interim ardorē illū huius lactis permixtio. Ebrietas denique solet euertere mētes: atqꝫ omnino reddere immemores

Luce.x. C Ps.cxv. Rom.viij. D Cant.v. Gen.iij. Joh.iiij. Cant.v.

sui. At non ex toto sui oblita est: que adhuc de proprio corpore
cogitat suscitando. Ceterū hoc adepto: quod solum vtiq̄ de-
erat: quid iam impedit a seipsa quodammodo abire: ⁊ ire totaꝫ
in deum: eoq̄ sibi penitus dissimillimam fieri quo deo simill-
mam effici donatur? Tum demū ad crateraꝫ admissa sapientie
Ps. xxi. illam de qua legitur: et calix meus inebrians ꝙ̄ preclarus est.
Quid mirū iam si inebriatur ab vbertate domus dei: cū nulla
mordente cura: de proprio secura bibit purū ⁊ nouum illud cū
christo in regno patris eius? Hoc vero conuiuium triplex cele
brat sapientia: ⁊ ex vna cōplet charitate: ipsa cibans laboran-
tes: ipsa potans quiescentes: ipsa regnantes inebrians. Quo-
modo autem in conuiuio corporali: ante cibus ꝙ̄ potus appo-
nitur: quoniam ⁊ tali ordine natura requirit: ita ⁊ hic primo qui-
dem ante mortem in carne mortali labores manuū nostrarum
manducamus: cū labore quod glutiendū est masticantes post
mortem vero in vita spirituali iam bibimus: suauissima quadaꝫ
facilitate quod percipitur colantes: tandem rediuiuis corpori
bus in vita immortali inebriamur: mira plenitudine exuberan-
Canti. v. tes. Hec pro eo quod sponsus in canticis dicit: comedite ami-
ci ⁊ bibite ⁊ inebriamini charissimi. Comedite ante mortem: bi
bite post mortem: inebriamini post resurrectionem. Merito iaꝫ
carissimi: qui charitate inebriantur: et merito inebriati: qui ad
nuptias agni introduci merentur: edentes ⁊ bibentes sup men
sam illius in regno suo: quando sibi iam exhibet gloriosam ec-
clesiam: non habentē maculam neq̄ rugam / aut aliquid huius-
Ps. xxxv. modi. Tūc prorsus inebriat charissimos suos: tunc torrente vo
luptatis sue potat: quoniam quideꝫ in complexu illo artissimo
Ps. xlv. ⁊ castissimo sponsi ⁊ sponse: fluminis impet⁹ letificat ciuitatem
dei. Quod non aliud esse arbitror ꝙ̄ dei filiū qui transiens mi-
nistrat: quemadmodū ipse promisit: vt ex hoc iam iusti epulent
Luce. xii. et exultent in conspectu dei: et delectentur in leticia. Hinc illa
sacietas sine fastidio. Hinc insatiabilis illa sine inquietudine
curiositas. Hinc eternum illud atq̄ inexplebile desiderium ne
sciens egestatem. Hinc deniq̄ sobria illa ebrietas: vero nō me-
ro ingurgitans: non madens vino: sed ardens deo. Et hoc iam
quartus ille amoris gradus perpetuo possidetur: cū summe et
solus diligitur de⁹: quia nec nosipos iam nisi propter ipsum di
ligimus: vt sit ipse premiū amantium se: premium eternū: aman
tium ineternū. Memini me dudū ad sanctos fratres carthusiē-
ses scripsisse epistolam: ac de his ipsis in ea gradibus inter ce-
tera disseruisse. Forte autem alia ibi (⁊ si nō aliena) de charita-
te locutus sum: ⁊ ob hoc quedam illoꝝ huic quoq̄ sermoni sub
iugere non inutile duco: presertim cū facilius ad manū habeā
transcribere iam dictata ꝙ̄ noua iterū dictare. Illa inq̄ vera ⁊
sincera est charitas: ⁊ omnino de corde puro ⁊ consciētia bona
et fide non ficta: fatenda est procedere: qua proximum bonum
eque vt nostrū diligimus. Nam qui magis aut certe solum dili-
git suū: conuincitur nō caste diligere bonū quod vtiq̄ propter
se diligit non propter ipsum. Et hic talis non potest obedire p
Ps. cxvii. phete qui ait. Confitemini domino quoniam bonus. Cōfitetur
quidem quia fortasse bonus est sibi: non autem quoniam bon⁹
Ps. xlviii. est in se. Quapropter nouerit in se dirigi illud ab eodē prophe-
E ta opprobriū. Cōfitebitur tibi cū benefeceris ei. Est qui cōfi
tetur domino quoniam potens est: ⁊ est qui confitetur quoniam
sibi bonus est: ⁊ item qui confitetur quoniaꝫ simpliciter bon⁹ est.
Primus seruus est: ⁊ timet sibi. Secundus mercennarius: et cu
pit sibi. Terti⁹ filius: ⁊ defert patri. Itaq̄ ⁊ qui timet: ⁊ qui cu
i. Cor. xiii pit: vtriq̄ pro se agunt. Sola que in filio est charitas non que-
Ps. xviii. rit que sua sunt. Ob hoc puto de illa dictū: lex domini imma
culata cōuertens animas: q⁊ sola videlicet sit que ab amore sui
et mundi auertere possit animū: ⁊ in deum dirigere. Nec timor
quippe: nec amor priuatus conuertunt animam. Mutant inter-
dum vultū vel actum / affectū nunq̄. Facit quidem nonnunq̄ ⁊
seruus opus dei: sed quia non sponte: in sua adhuc duricia per
manere cognoscitur. Facit ⁊ mercennarius: sed quia nō gratis /
F. propria trahi cupiditate conuincitur. Porro vbi proprietas:
ibi singularitas. Ubi auteꝫ singularitas: ibi angulus. Ubi vero
angulus ibi sine dubio sordes siue rubigo. Sit itaq̄ seruo sua
lex: timor ipse quo constringitur. Sit sua mercēnario cupiditas
qua ⁊ ipse artatur: quando tentatur abstractus ⁊ illectus. Sed
harū nulla aut sine macula est: aut animas cōuertere pōt. Cha-
ritas vero conuertit animas: quas facit ⁊ voluntarias. Porro
in eo eam dixerim immaculataꝫ: q nil sibi de suo retinere con
sueuit. Cui nēpe de proprio nihil est: totū profecto quod habet
G dei est. Quod autem dei est: immundum esse non potest. Lex
ergo dei immaculata charitas est: que non qđ sibi vtile est que
rit: sed quod multis. Lex autē domini dicitur: siue q ipse ex ea
viuat: siue q eam nullus nisi eius dono possideat. Nec absurdū
videatur quod dixi: etiam deuꝫ viuere ex lege: cum non alia ꝙ̄
charitate dixerim. Quid vero in summa et beata illa trinitate:
summam ⁊ ineffabilem illam conseruat vnitatem: nisi charitas?
Lex est ergo: et lex domini charitas: que trinitatem in vnitate
quodāmodo cohibet ⁊ colligat in vinculo pacis. Nemo tamen
me estimet charitatem hic accipere qualitatem: vel aliquod ac
cidens: alioquin in deo dicerem (quod absit) esse aliquid quod
deus non est sed substantiam illam diuinam: quod vtiq̄ nec no
i. Joh. iiii uum / nec insolitū est dicente Johanne. Deus charitas est. Di-
citur ergo recte charitas: ⁊ deus: ⁊ dei donum: Itaq̄ charitas
dat charitatem: substantiua accidentalem. Ubi dantem signifi
cat nomen substantie est. Ubi donū qualitatis. Hec est lex eter-
na: creatrix ⁊ gubernatrix vniuersitatis. Siquidē in pondere ⁊
mensura ⁊ numero per eam facta sunt vniuersa: ⁊ nihil sine lege
relinquitur: cū ipsa quoq̄ lex omniū sine lege non sit: non tamē
H alia ꝙ̄ seipsa: qua ⁊ seipsam ⁊ si non creauit: regit tamen. Ce
terū seruus et mercennarius habent legem: non a domino / sed
quā ipsi sibi fecerunt: ille deū non amādo: iste plus aliud aman
do. Habent inq̄ legem non domini / sed suam: illi tamen que do
mini est subiectam. Et quidem suam sibi quisq̄ legē facere po-
tuerunt: non tamen eam incōmutabili eterne legis ordini sub-
ducere potuerunt. Tunc autem dixerim quemq̄ sibi fecisse suam
legem: quando communi ⁊ eterne legi propriam pretulit volun
tatem: peruerse vtiq̄ volens suū imitari creatorem: vt sicut ipse
sibi lex suiq̄ iuris est: ita is quoq̄ seipsum regeret: et legem sibi
suam faceret voluntatem: graue vtiq̄ ⁊ importabile iugū super
omnes filios Adam: heu inclinās ⁊ incuruās ceruices nostras
Ps. lxxxvii. adeo vt vita nostra inferno appropinquarit. Infelix ego homo
Rom. vii. quis me liberabit de corpore mortis huius? Quo vtiq̄ premor
Ps. xciii. et pene opprimor: ita vt nisi quia dominus adiuuit me / paulo-
minus habitasset in inferno anima mea. Sub hoc onere graua
Job. vii. tus gemebat qui dicebat. Quare me posuisti contrariū tibi: et
factus sum mihimetipsi grauis? Ubi dixit factus sum mihimet
ipsi grauis: ostendit q lex ipse sibi esset nec alius hoc ꝙ̄ sibi ipse
fecisset. Quod autem loquens deo: premisit posuisti me contra
rium tibi: dei se tamē non effugisse legem indicauit. Hoc quip-
pe ad eternam iustamq̄ dei legem pertinuit: vt qui a deo noluit
suauiter regi / penaliter a seipso regeretur quiq̄ sponte iugum
suaue et onus leue charitatis abiecit proprie voluntatis onus
importabile sustineret inuitus. Miro itaq̄ ⁊ iusto modo eterna
lex fugitiuū suum et posuit sibi contrariū: et retinuit subiectū:
dum videlicet nec iusticie pro meritis legem euasit: nec tamen
cum deo in sua luce / in sua requie / in sua gloria remansit: subie-
Job. vii. ctus potestati: ⁊ submotus felicitati. Domine de⁹ meus cur nō
tollis peccatum meū: ⁊ quare non aufers iniquitateꝫ meam: vt
abiecta graui sarcina proprie voluntatis / sub leui onere chari
tatis respirē: nec iā seruili timore coercear / nec mercennaria cu
piditate illicear: sꝫ agar spiritu tuo: spiritu libertatis: quo agū-
tur filii tui: qui testimoniū reddat spiritui meo q ⁊ ego sim vnus
ex filiis: dū eadem mihi lex fuerit que ⁊ tibi: ⁊ sicut tu es ita et
ipse sim in hoc mūdo. Hi siquidem qui hoc faciūt quod ait apo
Rom. xiii stolus: nemini quicq̄ debeatis nisi vt inuicē diligatis: procul-
dubio sicut deus est: ⁊ ipsi sunt in hoc mūdo: nec serui: aut mer
cennarii sunt: sed filii. Itaq̄ nec filii sunt sine lege: nisi forte ali-
quis aliter sentiat: propter hoc quod scriptuꝫ est / iustis non est
i. Tim. i. lex posita. Sed sciendū q alia est lex promulgata a spiritu ser-
uitutis i timore: alia a spiritu libertatis data in suauitate. Nec
sub illa coguntur esse filii: nec sine ista esse patiuntur. Uis audi-
Rom. viii re quia iustis nō est lex posita? Non accepistis (ait) spiritū serui
tutis iterū in timore. Uis audire q tamen sine lege charitatis
non sint? Sed accepistis inquit spiritū adoptionis filioꝝ. Deni
q̄ audi iustū virum de se fatentem: ⁊ q non sit sub lege: nec ta-
i. Cor. ix. men sit sine lege. Factus suꝫ inquit his qui sub lege erant / quasi
sub lege essem: cū ipse non essem sub lege. His qui sine lege erāt
tanq̄ sine lege essem: cū sine lege dei non essem: sed in lege essē
christi. Unde apte non dicitur / iusti non habent legem aut iusti
i. Tim. i. sunt sine lege: sed iustis non est lex posita: hoc est non tanq̄ inui
tis posita: sed voluntarijs eo liberaliter data quo suauiter inspi
Mat. xi. rata. Unde ⁊ pulchre dominus: Tollite (ait) iugum meuꝫ super
vos. Ac si diceret. Non impono inuitis: sed vos tollite si voltis
Alioquin non requiem sed laborem inuenietis animabus ve-
stris. Bona itaq̄ lex charitas ⁊ suauis: que nō solū leuiter suas
viterq̄ portatur: sed ⁊ seruoꝝ ⁊ mercennariorum leges portabi
les ac leues reddit: quas vtiq̄ non destruit: sed facit vt impleā
Matth. v tur: dicente domino. Non veni legem soluere sed adimplere. Il-
lam temperat: istam ordinat: vtramq̄ leuigat. Nunq̄ erit cha-
ritas sine timore: sed casto: nunq̄ sine cupiditate: sed ordinata.
Implet ergo charitas legem serui cū infundit deuotionem: im
plet ⁊ mercennarii cū ordinat cupiditatem. Porro timori pmix-
ta deuotio ipsum non annullat: sed castificat. Pena tantū tolli
tur: sine qua esse non potuit dum fuit seruilis: ⁊ timor manet in
i. Joh. iiii seculum seculi castus ⁊ filialis. Nā quod legitur: perfecta cha-
ritas foras mittit timorem: pena intelligenda est que seruili vt
diximus nunq̄ deest timori: illo scilicet genere locutiōis quo
sepe causa

sepe causa ponitur pro effectu. Deniq3 cupiditas tũc recte a superueniente charitate ordinatur: cum mala quidem penitus respuuntur: bonis vero meliora preferuntur nec bona nisi ppter meliora appetuntur. Quod cũ plene per dei gratiam assecutuz fuerit: diligetur corpus z vniuersa corporis bona tantum propter animam: anima propter deũ: deus autem propter seipsum. Verũtamen quia carnales sumus z de carnis cõcupiscentia nascimur: necesse est vt cupiditas nostra vel amor noster a carne incipiat: que si recto ordine dirigitur/quibusdam suis gradib9 duce gratia proficiens: spiritu tandem consummabitur: qr non [i. Cor. xv.] prius quod spirituale: sed quod animale: deinde quod spirituale. Et prius necesse est portemus imaginẽ terrestris: deinde celestis. In primis ergo diligit seipsum homo ppter se. Caro quippe est: z nil sapere valet preter se. Cunq3 se videt per se non posse subsistere: deũ quasi sibi necessariũ incipit per fidem inquirere z diligere. Diligit itaq3 in secundo gradu deum: sed propter se non propter ipsum. At vero cum ipsum ceperit occasione proprie necessitatis colere z frequentare: cogitando/legendo/orãdo/obediendo: quadã huiuscemodi familiaritate paulatim sensimq3 deus innotescit: consequenter z dulcescit: z sic gustato q̃ suauis est dominus: transit ad tertiũ gradum: vt diligat deum non tã propter se sed propter ipsum. Sane in hoc gradu diu statur z nescio si a quoq3 hominũ quart9 in hac vita pfecte apprehenditur: vt se scilicet diligat homo tantum propter deũ. Asserant hoc si qui experti sunt: mihi fateor impossibile videt. Erit autem proculdubio cũ introductus fuerit seruus bonus z fide- [Mat. xxv.] lis in gaudiũ domini sui: z inebriatus ab vbertate domus dei. [ps. xxxv.] Quasi enim miro quodammodo oblitus sui: z a se penitus velut deficiens: totus pergit in deũ z deinceps adherens ei: vn9 [i. Cor. vi.] cũ eo spiritus erit. Arbitror hoc sensisse prophetam cũ diceret. [ps. lxx.] Introibo in potentias domini: domine memorabor iusticie tue solius. Sciebat profecto cuz introiret in spirituales potentias domini exutũ se iri ab vniuersis carnis infirmitatibus: vt iam nil de carne haberet cogitare: sed totus i spiritu memoraretur iusticie domini solius. Tunc pro certo singula christi mẽbra di- [ii. Cor. v.] cere poterunt de se quod paulus aiebat de capite. Et si cognouimus sm carnem christuz: sed nunc iam non nouim9. Nemo sibi se cognoscet sm carnem: quia caro z sanguis regnũ dei non pos- [i. Cor. xv.] sidebunt. Non q carnis illic substantia futura nõ sit: sed q carnalis omnis necessitudo sit defutura: carnisq3 amor/amore spiritus absorbendus: z infirme que nunc sunt humane affectiões in diuinas quasdam habeant commutari. Tunc sagena charitatis que nũc tracta per hoc mare magnũ z spaciosuz: ex omni [Mat. xiii.] genere pisciũ congregare non desinit: cũ pducta ad littus fuerit malos foras mittens: bonos solũmodo retinebit. Siqdẽ in hac vita ex omni genere pisciũ intra sinũ sue latitudinis charitas recte concludit vbi se pro tempore omnibus conformans omniũ in se siue aduersa siue prospera tranciens ac sua quodam modo faciens non solũ gaudere cũ gaudentibus/sed z flere cuz [Rom. xii.] flentibus consueuit. Sed cuz peruenerit ad littus velut malos pisces omne quod triste patitur foras mittens: sola que placere iocundas esse poterunt retinebit. Nunquid enim tunc verbi [ii. Cor. x.] gratia paulus aut infirmabitur cũ infirmis: aut vretur cũ scandalizatis: vbi scandala z infirmitas procul erunt? Aut certe lugebit eos qui non agent penitentiam vbi certum est peccantez fore: nec penitentem? Absit autem vt vel eos qui ignibus eternis cum diabolo z angelis eius deputandi sunt plangat et defleat in illa ciuitate quam fluminis ipetus letificat: cuius z di- [ps. xlv.] ligit dominus portas super omnia tabernacula iacob: q vide- [ps. lxxxvi.] licet in tabernaculis z si quando gaudetur de victoria: laborat tamen in pugna z plerumq3 periclitatur de vita: in illa autẽ patria nulla prorsus admittatur aduersitas siue tristicia: quemadmodum de illa canitur. Sicut letantium omnium habitatio in [Ibidem.] te. Et rursum. Leticia sempiterna erit eis. Deniq3 quomodo mi- [Esa. lxi.] sericordie recordabitur: vbi memorabit iusticie dei solius? Proinde vbi iam non erit miserie locus: aut mie tempus: null9 profecto esse poterit miserationis affectus.

¶ Finis libri de diligendo deo.

¶ Retractatio beati Bernardi in librum sequētem de
gradibus humilitatis.

In hoc opusculo cum illud de euangelio quod do⸗
minus ait. Diem vltimi iudicij se nescire ad aliquā
sententiam confirmandā atqꝫ corroborandā pro⸗
ferrem in mediū: improuide quidē apposui: quod
in euangelio scriptum non esse postea deprehendi.
Nā cū textus habeat tantummodo neqꝫ filius scit: ego dece⸗
ptus magis ꝙ̄ fallere volēs: littere quippe immemor sed nō sen⸗
sus: nec ipse inqꝫ filius hoīs scit. Unde etiam totā ordiens se⸗
quentem disputationem: ex eo quod non veraciter posui: verā
conatus sum approbare assertionem. Sed quia talem errorem
meum multo post ꝙ̄ a me idem libellus editus: ⁊ a pluribus iā
trāscriptus fuit deprehendi: cū non potui per tot iam libellos
sparsim persequi mendaciū: necessariū credidi confugere ad cō
fessionis remediū. Alio quoqꝫ in loco quandā de seraphin opi
nionem posui quā nunqꝫ audiui nusqꝫ legi. Ubi sane lector meꝰ
attendat ꝙ proinde temperanter puto dixerim: volens videli⸗
cet non aliud ꝙ̄ putari: quod certum reddere de scripturis nō
valui. Titulus quoqꝫ ipse qui de gradibus humilitatis inscribi
tur: pro eo forsitan ꝙ non humilitatis sed superbie potiꝰ hic di⸗
stingui: describiqꝫ gradus videntur: calumniam patietur: sed
hoc animus vel intelligentibus vel attendentibus eius tituli
rationem quam tamen in fine opusculi ipse breuiter intimare
curaui.

¶ Bernardi abbatis in tractatū de duodecim gradibus hūilitatis et sup̄bie. Prefatio.

Rogasti me frater Godefride vt ea q̄ de gradibus
humilitatis coram fratribus locutus fueram: ple
niori tibi tractatu dissererē. Cui tue petitioni di
gne/ vt dignū erat/ ⁊ volens satisfacere: et timens
non posse: euangelici consilij memor non prius fa
cere facere ausus sum: ꝙ̄ sedēs computaui: si suf⸗

Luc. xiiij.

ficerent sumptus ad perficiendū. Cū autem charitas hunc fo⸗
ras misisset timorem quo mihi timebam illud de opere non cō⸗
summando: subintrauit alius timor de cōtrario: quo cepi time⸗
re grauius periculū de gloria si perfecissem: ꝙ̄ de ignominia si
defecissem. Unde inter hunc timorem ⁊ charitatē: velut in quo
dam biuio positus: diu hesitaui cui viarū tuto me crederē: me⸗
tuens aut loquendo vtiliter de humilitate/ ipse humilis nō in⸗
ueniri: aut tacendo humiliter/ inutilis fieri. Cumqꝫ neutram viā
tutam: alterutram tamen mihi tenendam esse conspicerē: ele⸗
gi potius tibi (si quem possem) cōmunicare fructū sermonis: ꝙ̄
tutari me solū portu silentij: simul fiduciam habens si quid for⸗
te quod approbes dixerim tuis precibus posse me non super⸗
bire: sin autem (quod magis puto) nil tuo studio dignū effeceri:
de nihilo superbire non posse.

¶ Explicit prefatio.

Locuturus ergo de
gradibꝰ hūilitatis: quos beatꝰ bene⸗
dictus non numerandos sed ascendē⸗
dos proponit: prius ostendo si possū
quo per illos perueniendum sit: vt au
dito fructu perueniionis: minus gra⸗
uet labor ascensionis. Proponit itaqꝫ
dominus nobis vie laborem: laboris

Jo. xiiij.

mercedem. Ego sum (inquit) via/ veri
tas/ ⁊ vita. Uiam dicit humilitatem:
que ducit ad veritatem. Altera labor: altera fructꝰ laboris est
Unde sciā inquis ꝙ ibi de humilitate locutꝰ sit: cū indetermi⸗

Mat. xi.

nate dixerit: ego sum via? Audi apertius. Discite a me quia mi⸗
tis sum ⁊ humilis corde. Se ergo proponit humilitatis exem⸗

Joh. viij.

plum: mansuetudinis formam. Si imitaris eū: non ambulas in
tenebris: sed habebis lumen vite. Quid est lumen vite nisi veri

Johan. i.

tas: que illuminans omnem venientem in hunc mundū: osten⸗
dit vbi sit vera vita? Ideo cū dixisset ego sum via ⁊ veritas: sub
didit et vita. Ac si diceret. Ego sum via: q̄ ad veritatem duco.
Ego sum veritas: que vitam promitto. Ego sum vita: quam do.

Jo. xvij.

Hec enim ait vita eterna: vt cognoscant te verū deū: et quē mi⸗
sisti iesum christū. Uel sic: quasi tu dicas. Uiam considero id est
humilitatem: fructū desidero: veritatem. Sed quid si tantꝰ est
labor vie/ vt ad optatū lucrū non possim peruenire? Respondet
Ego sum via id est viaticū: quo sustenteris in via. Clamat igit̄
errantibus ⁊ viam ignorantibus: ego sum via. Dubitātibꝰ ⁊ nō
credentibus: ego sum veritas. Iam ascendentibꝰ: sed lacescen
bus: ego sum vita. Satis vt reor: ostensum est ex proposito capi
tulo euangelij: cognitionem veritatis: fructū esse humilitatis.

Luce x.

Accipe ⁊ aliud. Confitebor tibi pater domine celi ⁊ terre: quia
abscōdisti hec: haud dubiū quin veritatis secreta a sapiētibus
et prudētibus id est a superbis: ⁊ reuelasti ea paruulis: hoc est
humilibus. Et in hoc apparet ꝙ veritas/ que superbis abscon⸗
ditur: humilibus reuelatur. ¶ Hūilitatis vero talis potest esse

Hūilitatis diffinitio.

diffinitio. Humilitas est virtus qua homo verissima sui agnitio
ne sibijpsi vilescit. Hec autem conuenit his qui ascensionibus
in corde suo dispositis: de virtute in virtutem id est de gradu in
gradum proficiunt: donec ad culmen humilitatis perueniant:
in quo velut in syon id est in speculatione positi: veritatem pro⸗
spiciant. Etenī inq̄t benedictionē dabit legislator: quia qui de

Ps. lxxx.

dit legem: dabit ⁊ benedictionem. hoc est qui iussit humilitatē:
perducet ad veritatē. Quis vero est hic legislator: nisi dulcis

Ps. xxiiij.

et rectus dominus: qui legem dedit delinquentibus in via? In
via quippe delinquūt qui veritatem derelinquūt. Sed nunqd
vel sic a dulci domino derelinquūtur? Ipsis ergo dulcis et re⸗
ctus dn̄s legem dat: viam hūilitatis per quam redeant ad agni
tionem veritatis. Dat occasionem recuperande salutis: qr dul⸗
cis est: non tamē absqꝫ disciplina legis: quia rectus est. Dulcis:
quia perire non patitur. Rectus: quia punire non obliuiscitur.
Hanc itaqꝫ legem qua reditur ad veritatē: beatus benedictus
per duodecim gradꝰ disponit/ vt sicut per decem precepta le⸗
gis ac geminam circūcisionem: in quo duodenarius numerꝰ ad
impletur/ ad christū venitur: ita his duodecim gradibus ascen

Ge. xxviij.

sis/ veritas apprehendatur. Illud quoqꝫ quod in scala illa que
in typo humilitatis iacob monstrata est: dominus desuper inni
xus apparuit: quid nobis aliud innuit/ nisi ꝙ in culmine humi⸗

Ps. xiij.

litatis constituitur cognitio veritatis? Dominꝰ quippe de sum
mitate scale prospiciebat super filios hominū tanqꝫ veritas: cu
ius oculi sicut fallere nollūt ita falli non norūt: vt videret si est
intelligens aut requirens deū. An non tibi de alto videtur cla

Ec. xxiiij.

mare ac dicere requirentibꝰ se (nouit enim qui sunt eius) transi
te ad me omnes qui concupiscitis me: ⁊ a generationibus meis

Mat. xi.

implemini? Et illud. Uenite ad me q̄ laboratis: ⁊ onerati estis:
et ego vos reficiam. Uenite inquit. Quo? Ad me veritatē. Qua?
Per humilitatem. Quo fructu? Ego vos reficiam. Sed que est
refectio quam veritas ascendentibꝰ promittit: peruenientibus
reddit? An forte illa est charitas? Ad hanc quippe vt ait beatꝰ
benedictꝰ: ascensis omnibꝰ humilitatis gradibus monachus

De charitate.

mox perueniet. Uere dulcis ⁊ suauis cibus charitas que fessos
alleuat/ debiles roborat/ mestos letificat. Iugū deniqꝫ verita⸗
tis facit suaue: ⁊ onus leue. Bonus cibus charitas: que media

Cant. iij.

in ferculo salomonis consistens: diuersarū odore virtutū velut
diuersi generis fragrantia pigmentorū/ esurientes reficit: iocū
dat reficientes. Ibi siquidem apponitur pax/ patiētia/ benigni
tas/ longanimitas/ gaudium in spiritu sancto: ⁊ si que sunt alie
veritatis seu sapientie generationes apponūtur in illa. Habet
et humilitas in eodem ferculo suas epulas: panem scilicet do⸗
loris ⁊ vinū compunctionis: quas primo veritas incipientibus

Ps. cxxvi.

offert: quibꝰ vtiqꝫ dicitur. Surgite postqꝫ sederitis qui mandu
catis panem doloris. Habet ibidem contemplatio ex adipe fru
menti solidū cibū sapiētie: cū vino quod letificat cor hominis:

Ps. ciij.

ad que veritas perfectos inuitat dicens. Comedite amici mei:

Cant. v.

et bibite: ⁊ inebriamini charissimi. Media inquit charitate cō⸗

Cant. iij.

strauit propter filias hierusalē: propter imperfectas videlicet
animas: que dū adhuc illū solidū cibū minus capere possunt:
lacte interim charitatis pro pane/ oleo pro vino nutriēde sunt.
Que recte media describitur: quia eius suauitas nec insipienti
bus presto est: prohibente timore nec perfectis satis est: ꝓ abū
dantiori contemplationis dulcedine. Illi adhuc a noxijs carna
liū delectationū humoribꝰ: timoris amarissima potione purgā
di: nondū lactis dulcedinem experiūtur: illi iam auulsi a lacte:
epulari ab introitu glorie gloriosiꝰ delectantur: solis medijs id
est proficientibꝰ ita iam melleas quasdam sorbitiūculas chari⸗
tatis expertis: vt illis interim pro sui teneritudine contēti sint.

C

¶ Primus ergo cibus est humilitatis purgatoriꝰ cū amaritu⸗
dine secūdus charitatis consolatoriꝰ cū dulcedine: tertius con
templationis/ solidus cū fortitudine. Heu mihi: domine deus

Ps. lxxix.

virtutū quousqꝫ irasceris super orationē serui tui: cibabis me
pane lachrymarū: ⁊ potū dabis mihi in lachrymis? Quis me in

Ps. lxv.

uitabit ad illud vel mediū ac dulce charitatis conuiuiū: vbi iu
sti epulantur in conspectu dei/ ⁊ delectantur in leticia: vt iā nō

Job. x.

loquens in amaritudine anime mee dicam deo noli me condem
nare: sed epulando in azimis sinceritatis ⁊ veritatis: letus can

Ps. cxxxvij.

tem in vijs domini quoniam magna est gloria domini? Bona ta
men via hūilitatis: qua veritas inquiritur charitas acquiritur:
generationes sapientie participantur. Deniqꝫ sicut finis legis
xp̄s: sic ꝑfectio hūilitatis cognitio ꝟitatis. Christꝰ cū venit at
tulit gratiam. Ueritas quibus innotuerit: dat charitatem. In⸗
notescit

Jaco.iiij. notescit autem humilibus: humilib⁹ ergo dat gratiam. Dixi vt
potui: quo fructu hũilitatis gradus ascendi debeant: dicam vt
potero: quo ordine ad propositũ brauii veritatis perducant.
Sed quia ipsa quoq; veritatis agnitio in trib⁹ gradibus consi
stit: ipsos breuiter si possum distinguo: quatin⁹ ex hoc clarius
innotescat: ad quem trium veritatis: duodecimus humilitatis
pertingat.

B

Inquirimus namq; veritatem in nobis: in proximis: in sui natura. In nobis: nosmetipsos diiudicando. In proximis: eorũ malis compatiendo. In sui natura: mũdo corde contemplãdo. Obserua sicut numerum: ita et ordinem. Primo te doceat veritas ipsa: q prius in proximis q̃ in sui debeat inquiri natura. Post hoc accipies: cur prius in te q̃ in proximis inquirere debeas. In numero siquidem beatitudinũ quas suo sermone distinxit: pri⁹ misericordes q̃ mũdicordes posuit. (Matt. v.) Misericordes quippe cito in proximis veritatẽ deprehendũt: dum suos affect⁹ in illos extẽdunt: dũ sic per charitatẽ se illis conformant vt illorũ vel bona vel mala tanq̃ propria sentiant. Cũ infirmis infirmantur: cum scandalizatis vrũtur. (ij. Cor. xj.) Gaudere cũ gaudentibus: flere cũ flentibus consueuerũt. (Rom. xij.) Hac charitate fraterna: cordis acie mũdata: veritatem delectantur in sui contemplari natura: pro cui⁹ amore mala tolerant aliena. Qui vero ita se fratrib⁹ non consociãt sed econtrario aut flentib⁹ insultant: aut gaudentib⁹ derogãt: dum quod in illis est in se esse non sentiũt: quia similiter affecti non sunt: veritatẽ in proximis qualiter deprehendere possunt?

B

Bene namq; conuenit illis illud vulgare prouerbiũ. ¶ Nescit sanus quid sentiat eger: aut plenus quid patiatur ieiunus. (Pꝛouerbiũ.) Et eger egro: et ieiunus ieiuno quanto propinquius tanto familiarius compatiũtur. Sicut enim pura veritas/ nõ nisi puro corde videtur sic miseria fratris veri⁹ misero corde sentitur. Sz vt ob alienam miseriã miserũ cor habeas: oportet vt tuam pri⁹ agnoscas: vt proximi mentem in tua inuenias: et ex te noueris qualiter illi subuenias: exemplo scilicet saluatoris nostri qui pati voluit vt compati sciret miser fieri/ vt misereri disceret: vt quomodo de ipso scriptũ est: didicit ex his que passus est obedientiam (Hebre. v.) ita et misericordiam disceret. Nõ q ante misereri nesciret: cuius misericordia ab eterno et vsq; in eternum: sed quod natura sciebat ab eterno temporali didicit experimento.

C

¶ Sed forte durum tibi videtur q dixi dei sapientiam christũ didicisse misericordiam: quasi is per quem omnia facta sunt/ aliquid aliquando ignorasset ex his que sunt maxime cũ illud quod ex epistola ad hebreos: ad id comprobandũ commemoraui: alio sensu/ qui non ita videatur absurdus possit intelligi: vt hoc quod dictum est/ didicit: non ad ipsum caput referatur: in sui persona: sed ad corpus ei⁹/ quod est ecclesia: vt sit ita sensus. Et didicit ex his que passus est obedientiam: hoc est obedientiam didicit in suo corpore ex his que passus est in capite. Nam illa mors: illa crux opprobria sputa: flagella: que omnia caput nostrũ christus pertransijt: quid aliud corpori ei⁹ id est nobis/ q̃ preclara obediẽtie documenta fuerũt? Christ⁹ enim ait paulus factus est obediens patri vsq; ad mortem: mortem autem crucis. (Phil. ij.) Qua necessitate. Respondeat apostolus petr⁹. Christ⁹ passus est pro nobis vobis relinquẽs exẽplũ/ vt seq̃mini inquit vestigia ei⁹: id est vt imitemini obedientiam ei⁹. (j. Pet. ij.) Ex his ergo que passus est discim⁹ quanta nos qui puri homines sumus oporteat pro obedientia perpeti: pro qua is qui et de⁹ erat non dubitauerit mori. Et hoc modo inquis non inconueniens erit si dicatur christus vel obedientiam: vel misericordiam: seu aliquid in suo corpore didicisse: dũ tamen sibi in sua persona/ nil quod se ante latuerit credatur ex tempore potuisse accedere. Sicq; ipse sit qui misereri doceat: aut obedire: ipse qui discat: quia caput et corpus vnus est christus. Non nego hũc intellectũ/ quin rect⁹ sit. Sed ex alio loco ipsi⁹ epistole superior interpretatio videtur approbari vbi dicitur. (Hebre. ij.) Nusq̃ enim angelos apprehendit: sed semen abrahe apprehendit: vnde debuit per omnia fratrib⁹ similari vt misericors fieret. Puto q hec verba sic ad caput referenda sunt: vt corpori penitus aptari non possint. De verbo vtiq; dei dictũ est: q non angelos apprehendit: hoc est non in vnam sibi personam assumpsit/ sed semen abrahe. Neq; enim legitur/ verbũ angelus factũ est: sed verbũ caro factũ est: et caro de carne abrahe: iuxta promissionem que illi primũ facta est: (Johan. j.) vnde id est ex qua seminis assumptione debuit per omnia fratribus similari: id est oportuit: ac necesse fuit/ vt similis nobis passibilis/ nostrarum omnia excepto peccato genera miseriarũ pcurreret. Si queris qua necessitate: vt misericors inquit fieret. Et hoc ais cur nõ recte ad corpus referri potest? (Hebre. ij.) Sed audi quod paulo post sequit. In eo enim in quo passus est ipse: et tentatus: potẽs est et in eis qui tentantur auxiliari. In quibus verbis quid melius intelligi possit non video: nisi q ideo pati ac tentari omnibusq; absq; peccato humanis voluit ꝯmunicare miserijs: quod est per omnia fratribus similari: vt similiter passis ac tentatis misereri ac compati ipso disceret experimento. (Hebre. ij.) Quo quidem experimento non dico vt sapientior efficeretur: sed propinquior videretur: quatin⁹ infirmi filij adã: quos suos fieri et appellari fratres nõ dedignat⁹ est: suas illi infirmitates committere non dubitarẽt: qui sanare illas et posset vt deus: et vellet vt proxim⁹: et cognosceret vt eadem passus. Unde Esayas virum eum appellat dolorum: et sciẽtem infirmitatem. (Esaie. liij.) Et apostolus. Non enim habemus (inquit) pontificem qui non possit cõpati infirmitatibus nostris. (Heb. iiij.) Unde aũt possit indicans adiungit. Tentatũ aũt per omnia ꝓ similitudine absq; peccato. (Ibidem.) Beatus quippe deus: beatus dei filius: in ea forma qua non rapinam arbitratus est esse se equalem pri: proculdubio impassibilis: priusq̃ se exinanisset formã serui accipiens: sicut miseriam et subiectionem expertus nõ erat: sic misericordiam vel obedientiã non nouerat experimento. (Phil. ij.) Sciebat quidem per naturam: non autem sciebat per experientiam. At vbi minoratus est non solum a seipso: sed etiam paulominus ab angelis: qui et ipsi impassibiles sunt per gratiam nõ per naturã vsq; ad illam formã in qua pati et subijci posset qd vtiq; (sicut dictum est) in sua non posset et in passione exptus est misericordiã et in subiectione obedientiã. Per quã tamen experientiã non illi (vt dixi) scia: sed nobis fiducia creuit: dũ ex hoc misero genere cognitionis: is a quo longe errraueramus fact⁹ est propior nobis. Quando em̃ illi appropinquare auderem⁹ in sua impassibilitate manenti? Nũc autem apostolo suadente: monemur cũ fiducia adire thronũ gratie ipsi⁹: (Hebr. iiij.) quem nimirũ sicut alibi scriptũ est languores nostros tulisse: et dolores nostros portasse cognoscim⁹: (Esa. liij.) et in eo quo passus est ipse: nobis compati posse non dubitam⁹. Non ergo debet absurdũ videri: si dicit christum non quidẽ aliquid scire cepisse qd aliquando nescierit: scire tamen alio modo misericordiam ab eterno per diuinitatem/ et aliter in tempore didicisse per carnẽ. Uide ne et simili locutionis modo illud dictum sit quod dominus requirentibus discipulis de die vltimo se nescire respondit. (Mar. xiij.) Nam quomodo diem illum ille nesciebat: in quo omnes sapientie et sciẽtie thesauri sunt absconditi. (Coll. ij.) Cur ergo se scire negabat: quod certũ est quia nescire non poterat? Nũquid forte mendaciter eis voluit celare: quod vtiliter non valuit innotescere? Absit. Sicut nihil ignorare poterat/ cũ sapientia sit sic nec mentiri: cũ veritas sit. Sed volens discipulos ab inutilis inquisitionis curiositate compescere: quod inq̃rebant se scire negauit: non omnimodo quidẽ: sed tali quodam modo/ quo negare veraciter potuit. Nam et si sue diuinitatis intuitu eque omnia preterita scilicet presentia atq; futura perlustrando/ diem quoq; illũ palã habebat: non tamen illis carnis sue sensib⁹ experiẽdo agnouerat. Alioquin iam spiritu oris sui antichristũ interfecerat: iam aurib⁹ sui corporis archangelũ vociferantem/ et tubam sonantem: in quo strepitu mortui suscitandi sunt audierat: iam oculis sue carnis oues hedosq; qui ab inuicem segregandi sunt perspexerat. Deniq; vt intelligas q illa tantũ cognitione que per carnem fit/ se illũ diem nescire perhibuerit: vigilanter respondens: non ait/ nec ego scio: sed nec ipse inquit fili⁹ hominis scit. (Mar. xiij.) Quid est fili⁹ hominis/ nisi nomen assumpte carnis? Quo si quidẽ nomine intelligi datur: q dicens aliquid nescire: non iuxta q deus est: sed ſm hominẽ loquitur. Alias quippe loquens de se/ ſm suã diuinitatẽ: non fili⁹: vel filium hois: sed ego/ vel me/ sepi⁹ ponere consueuit. (Joh. viij.) Ut ibi. Amẽ dico vobis: anteq̃ abraã fieret ego sum. Ego sum ait: non fili⁹ hois est. Nec dubiũ quin de illa essentia diceret: qua ãte abraã et sine initio est: nõ qua post abraam/ et ex abraam fact⁹ est. Alibi quoq; hoim de se opinionẽ a discipulis inquirens: quem dicũt inquit hoies esse: non me/ sed filiũ hois? (Mat. xvj.) Rursus eosdem interrogans: q̃d de se ipsi quoq; sentirent: vos autẽ non quẽ filiũ hominis: sz quẽ me ait esse dicitis? (Ibidem.) Carnalis videlicet populi sententiam de carne inquirens: nomen carnis: qd proprie est filius hois posuit: spirituales vero discipulos de sua diuinitate interrogans: nõ filiũ hominis: sed signanter me dixit. Qd deniq; petrus intelligens/ q̃d ꝑ hoc qd dixerat me req̃siti fuissent: sua responsione aperuit: tu es inquiens non iesus fili⁹ virginis: sz xp̃s filius dei. (Mat. xvj.) Quod vtiq; si respondisset nihilomin⁹ veritatẽ dixisset: sed in verbis interrogationis sensum interrogantis prudenter aduertens: cõpetẽter proprieq; ad interrogata respõdit dicens: tu es xp̃s fili⁹ dei. Cũ igitur videas xp̃m in vna quidẽ ꝑsona duas habere naturas: vnã qua semꝑ fuit/ alteram qua esse cepit: et ſm sempiternũ suũ quidẽ esse/ semper oĩa nosse: ſm tẽporalem vero/ multa tẽporaliter expertũ fuisse: cur fateri dubitas vt esse in tpe cepit ex carne/ sic carnis quoq; miserias scire cepisse: illo dũtaxat mõ cognitiõis: quem docet defectio carnis? Quod vtiq; gen⁹ scientie/ ꝓthoplasti sapienti⁹ feliciusq; nescirent: qñ id attingere nisi stulte mísereq; non poterãt.

D

¶ Sz plasmator eorũ de⁹ requirens qd perierat: opus suũ miseratus: prosecutus est: descendens et ipse misericorditer: quo illi ceciderãt

miserabiliter. Voluit experiri in se: quod illi faciendo contra se merito paterentur. Non simili quidem curiositate/sed mirabili charitate. Non vt miser cũ miseris remaneret: sʒ vt misericors factus miseros liberaret. Factus inq̃ misericors non illa misericordia q̃ felix manens habuit ab eterno: sed quam mediante miseria reperit i habitu nostro. Porro pietatis opus quod per illam cepit: in ista p erfecit. Non q̃ sola illa non posset perficere sed q: nobis non potuit absq̃ ista sufficere. Utraq̃ siquidem necessaria: sed nobis hec magis congrua fuit. O ineffabilis pietatis excogitatio. Quando nos illam miram miam cogitaremus quam precedens miseria nõ informat? Quando illam aduerteremus incognitã nobis compassionẽ: que non passione preuenta/cũ impassibilitate perdurat? Attamen si illa que miseriã nescit mia non precessisset ad hanc cui⁹ miseria mater est: non accessisset. Si non accessisset: non attraxisset. Si non attraxisset: [Ps.xxxix.] non extraxisset. Vñ aũt extraxit: nisi de lacu miserie: et de luto fecis? Nec illam tamen misericordiã deseruit: sed hanc inseruit Non mutauit: sed multiplicauit: sicut scriptũ est. Homines ꝛ iumenta saluabis dñe: queadmodũ multiplicasti miam tuã deus. [Ps.xxxv.] ¶ Sed iam ad propositũ redeam⁹. Si ergo se miserũ fecit qui miser non erat: vt experiretur quod ꝛ ante sciebat: quanto magis tu: non dico vt te facias quod non es: sed vt attẽdas quod es: quia vere miser es: ꝛ sic discas misereri q̃ hoc aliter scire nõ potes. Ne forte si proximi mali consideres: ꝛ tuũ non attẽdas/ mouearis nõ ad miserationẽ sʒ ad indignationẽ: nõ ad adiuuandum sed ad iudicandũ: deniq̃ non ad instruendũ in spiritu lenitatis: sed ad destruendũ in spiritu furoris. Vos qui spirituales [Gala.vi.] estis ait apostol⁹: huiusmodi instruite in spiritu lenitatis. Apostoli consiliũ siue etiam preceptũ est/ vt mansueto id est eo spiritu fratri egrotanti subuenias: quo tibi vis subueniri cũ egrotas. Et vt scias qualiter erga delinquentẽ mansuescere possis: [Ibidem.] considerans inquit teipsum: ne ꝛ tu tenteris. Cõsiderare libet q̃ bene discipulus veritatis ordinẽ sequat magistri. In beatitudinib⁹ quas supra memoraui: sicut prius misericordes q̃ mũdicordes: sic prius mites q̃ misericordes pronunciati sunt. Et apostolus cũ spirituales hortaretur ad instruendum carnales/ adiũxit: in spiritu lenitatis. Instructio quippe fratrũ pertinet ad misericordes: spiritus lenitatis ad mites. Ac si diceret. Inter misericordes deputari non potest: qui in semetipso mitis nõ est: Ecce apostolus aperte ostendit: qd superius me ostensuruʒ promisi: prius videlicet veritatẽ inquirendã esse in nobis q̃ in proximis cõsiderans inquiens te ipsum id est q̃ facilis ad tentandũ: q̃ pronus ad peccandũ: quatin⁹ ex tui consideratiõe mitescas: sicq̃ ad succurrendũ alijs in spũ lenitatis accedas. Alioquin si monentẽ non audis discipulũ: arguentẽ time magistrũ. [Mat.vij.] Hypocrita eijce primũ trabem de oculo tuo: ꝛ sic videbis festucã eijcere de oculo fratris tui. Trabes in oculo grandis/ꝛ grossa/superbia in mente est: que quadam corpulentia sui vana non sana/tumida non solida/oculũ mentis obscurat: veritatẽ obũbrat: ita vt si tuam occupauerit mentẽ: iam tu te videre / iam te talem qualis es vel qualis esse potes non possis sentire: sʒ qua-[Supbia.]lem te amas/taleʒ te vel putes esse: vel speres fore. Quid enim aliud est superbia: q̃ vt quidam sanct⁹ diffinit amor proprie excellentie? Unde ꝛ nos possum⁹ dicere per contrariũ: humilitatem proprie excellentie esse contemptũ. [5] ¶ Amor vero sicut nec odiũ veritatis iudiciũ nescit. Vis iudiciũ veritatis audire? Sicut audio sic iudico. Non sicut odi/nõ sicut amo: nõ sicut timeo [Joh.xix.] Est iudiciũ odij vt illud. Nos legem habem⁹ ꝛ sm legem nostrã debet mori. Est ꝛ timoris: vt illud. Si dimittim⁹ eũ sic/venient [Joh.xj.] romani ꝛ tollent nostrũ locum ꝛ gentem. Iudicium vero amoris: vt dauid de filio parricida. Parcite inquit filio absalon. Et le-[ij.Regum xviij.]gibus humanis statutum: ꝛ in causis tam ecclesiasticis q̃ secularibus seruatum scio: speciales amicos causantiũ non debere admitti ad iudiciũ: ne vel fallant/vel fallantur amore suorum. Q̃ si culpam amici tuo iudicio amor illius aut minuit aut prorsus abscondit: q̃to magis amor tui tuũ cõtra te iudiciuʒ fallit? [6] ¶ Qui ergo plene veritatẽ in se cognoscere curat necesse est vt remota trabe superbie que oculũ arcet a luce: ascensiões in corde suo disponat: per quas seipsum in seipso inquirat: ꝛ et sic post duodecimũ humilitatis ad primũ veritatis graduʒ pertingat. [Ps.cxv.] [Ps.lxix.] Cũ autem veritate inuenta in se imo se inuento in veritate dicere potuerit: credidi propter quod locutus suʒ/ego aũt humiliatus sum nimis: ascendat homo ad cor altũ/ꝛ exaltetur veritas: ꝛ ad gradũ scdm puentens dicat in excessu suo: ois homo men-[Ps.cxv.]dax. Putas hũc ordinẽ dauid nõ tenuit? Putas hoc nõ sensit ppheta qd dñs/qd aplus/qd ꝛ nos post ipsos ꝛ p ipsos sentim⁹? [Jo.] Credidi indꝫ veritati dicẽti. ¶ Qui sequit me: nõ ãbulat i tene-[Joh.viij.]bris. Credidi q̃ scdo ppter qd locut⁹ sũ ꝯfitẽdo. Quid ꝯfitẽdo? Veritatẽ: quã cogui credẽdo. Postq̃ aũt ꝛ credidi ad iusticiã: ꝛ locut⁹ sũ ad salutẽ humiliat⁹ sũ nimis: hoc ẽ pfecte. tãq̃ diceret. Quia veritatẽ cognitã in me ꝯfiteri contra me non eru-buí: ad perfectionem hũilitatis profeci. Nimis enim pro perfecte potest intelligi: vt ibi. In mandatis ei⁹ volet nimis. Quod [Ps.cxj.] si quis contendat nimis: hic pro valde positũ: non p pfecte: q: ꝛ expositores idipsum videntur astruere: neq̃ hoc discordat a sensu prophete: vt sic sentiam⁹ eũ dixisse. Ego quidem cum adhuc veritatem non nossem: aliquid me putabam esse: cũ nihil essem. At postq̃ in christũ credendo id est ei⁹ humilitatem imitando/ veritatem agnoui: ipsa quidem exaltata est in me ex mea cõfessione sed ego hũiliat⁹ sum nimis id est valde vilui mihi ex mei consideratione. Humiliat⁹ ergo propheta in hoc primo gradu veritatis: vt ait in alio psalmo: ꝛ in veritate tua hũiliasti me: semet [Ps.cxviij.] ipsum attendat: ꝛ ex propria miseria generalem perpendat: sicq̃ ad secundũ transiens dicat in excessu suo omnis homo mendax: In quo excessu suo? In illo pculdubio: quo sese excedens ac veritati adherens/seipm diudicat. In illo ergo excessu suo dicat non indignando: aut insultando: sed miserando: ꝛ compatiendo ois hõ mendax. Quid est omnis hõ mẽdax. Omnis hõ infirm⁹: omnis hõ miser: ꝛ impotẽs: q̃ nec se nec aliũ possit saluare. Sicut dicitur: fallax equus ad salutem: non q̃ equus ali-[Ps.xxxij.]quem fallat: sed q: is seipm fallit qui in fortitudine ei⁹ cõfidit: sic omnis hõ dicit mendax id est fragilis/mutabilis/a quo sal⁹ non possit vel sua vel aliena sperari: quin poti⁹ maledictionem incurrat q̃ spẽ suã in hoie ponit. Proficiẽs itaq̃ hũilis prophe-[Hie.xvij.]ta per ducatũ veritatis quodq̃ in se lugebat vidẽs in alijs: duʒ apponit sciam: apponat ꝛ dolorem: ac generaliter sed veraciter dicat: ois hõ mendax. Vide q̃ longe aliud senserit de se pharise-[luc.xviij.]us ille superb⁹. Quid deprompsit in excessu suo? Deus grãs ago tibi: q: non sum sicut ceteri hoim. Dũ in se singulariter ex-[Ps.cxv.]ultat: alijs arroganter insultat. Dauid aũt aliter. Ait eñ. Ois [Rom.iij.] homo mendax. Nemineʒ excipit ne queẽ decipiat: sciens q: oẽs peccauerunt: ꝛ oẽs egent gloria dei. Phariseus se solũ decipit: quẽ solũ excepit dũ ceteros damnat. Propheta se nõ excipit a cõi miseria: ne excipiat a mia. Pharise⁹ exufflat miam: dũ dissimulat miseriã. Propheta affirmat tã de oib⁹ q̃ de se: ois homo mẽdax. Pharise⁹ ꝯfirmat de oib⁹ preter se: nõ sum inquens sicut ceteri hoim. Et gratias agit non q: bonus/sed q: solus: non tã de bonis q̃ hʒ: q̃ de malis q̃ in alijs videt. Nõdũ de suo trabeʒ eiecerat: et festucas i ocłis fratrũ enumerat. Nã subdit. Iniusti [luc.xviij.] raptores. Non frustra (vt arbitror) excessum a proposito feci: si vtriusq̃ excessus differentiã intellexisti. Iam ad propositum redeundũ est. Quos itaq̃ veritas sibi iaʒ innotescere/ac p hoc vilescere fecit/necesse est vt cũcta q̃ amare solebant: et ipsi sibi amarescant. Statuẽtes nimiꝝ se ante se: tales se videre cogãt quales vel a se videri erubescant. Dũq̃ sibi displicet qd sunt: ꝛ ad id suspirant qd nõ sunt: quod vtiq̃ per se fore diffidũt vehementer sese lugẽtes: id solũ ꝯsolationis inueniũt: vt seueri iudices sui qui scʒ amore veri esuriant ꝛ sitiant iusticiam/vsq̃ ad contemptũ sui districtissimã de se exigãt satisfactionẽ et decetero emendationẽ. Sed cũ se ad id sufficere non posse ꝯspiciũt (cũ eñ fecerint oia q̃ mãdata fuerint sibi seruos se inutiles di-[Luc.xvij.]cũt) de iusticia ad miam cõfugiũt. Ut aũt illam consequantur: consiliũ veritatis sequũtur. Beati misericordes: qm ipsi miaʒ [Math.v] consequent. Et hic est secũdus gradus veritatis: quo eã in proximis inquirũt: dũ de suis alioꝝ necessitates exquirũt: dum ex his que patiunt patientibus compati sciũt. [7] ¶ In his ergo tribus que dicta sunt: id est in luctu penitentie: in desiderio iusticie: in operibus misericordie si perseuerant: a trib⁹ impedimentis/que aut ignorantia/aut infirmitate: aut studio contraxerũt cordis aciẽ mũdant: quo per contẽplationẽ ad tertiũ veritatis gradũ pertranseant. He sunt vie que videnẽ homib⁹ bone/illis dũtaxat exceptis qui letanẽ cũ malefecerint ꝛ exultant in reb⁹ [pverb.ij.] pessimis: ac se infirmitate vel ignorantia tegũt: ad excusandas excusatiões in peccatis. Sʒ frustra sibi de infirmitate vel igno-[Ps.cxl.]rantia blandiunẽ: qui vt liberius peccent: libenter ignorant vel infirmantur. Putas primo homini profuit: licet ipẽ nõ libenter peccauit: q̃ se per vxorẽ tanq̃ per carnis infirmitatẽ defendit? Aut primi martyris lapidatores: qm aures suas continuerunt per ignorantiã excusabiles erũt? Qui igitur studio amore peccandi a veritate se sentiũt alienatos ꝛ infirmitate ꝛ ignorantia pressos: studiũ in gemitũ/amorẽ in merorem conuertant: infirmitatem carnis feruore iusticie vincant: ignorantiam liberalitate repellant: ne si nũc egentem nudã infirmam veritatẽ ignorant: cũ potestate magna ꝛ virtute venientẽ/terrentẽ / arguentem/sero cũ rubore cognoscant frustra cũ tremore respondeant quando te vidimus egere/ꝛ non ministrauim⁹ tibi? Cognosce-[Mat.xxv] [Psalm.ix] [Job.xx.]tur certe dñs iudicia faciens: qui nũc ignoratur misericordiam querens. Deniq̃ videbũt in quẽ trãsfixerũt. Similiter ꝛ auari/ quem contempserunt. Ab omni ergo labe: infirmitate/ignorantia: studiove contracta: flẽdo: iusticiã esuriendo/operib⁹ misericordie insistendo/mũdatur oculus cordis: cui se in sui puritate veritas vidẽdã ꝓmittit. Beati mũdo corde: qm ipi deũ videbũt [Math.v]

¶ Cum sint

¶ Cum sint itaq; tres gradus seu status veritatis: ad primum ascendimus per laborẽ humilitatis: ad secũdũ per affectũ cõpassionis: ad tertiũ per excessum contemplationis. In primo veritas reperitur severa: in secũdo pia: in tertio pura. Ad primũ ratio ducit: qua nos discutimus. ad scd̃m affectꝰ pducit: quo aliis miseremur. ad tertiũ puritas rapit: q̃ ad inuisibilia sublevamur.

Interlucet hic mihi mira quedam ac diuisa indiuidue trinitatis operatio: si quo modo tamen ab homine sedente in tenebris ineffabilis illa possit capi cooperantiũ sibi personarũ diuisio. In primo siquidem gradu filius: in secũdo spiritussanctus: in tertio pater operari videt. Vis audire filii operationẽ. Si ergo inquit laui vobis pedes dñs ⁊ magister: quanto magis ⁊ vos debetis alter alterius lauare pedes? Tradebat discipulis humilitatis formam: veritatis magister: qua in primo gradu primum eis veritas innotesceret. Attende ⁊ opus spũs sancti ¶ Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritũ sanctũ qui datus est nobis. Charitas quippe donũ est spũs sancti: qua fit vt qui sub disciplina filii per humilitatẽ ad primũ vsq; gradũ veritatis iam pfecerũt: ad secundũ per cõpassionẽ proximi/ sub magisterio spiritussancti pueniant. Audi ⁊ de patre. Beatus es symon bariona: q: caro ⁊ sanguis non reuelauit tibi: sed pr̃ meus qui est in celis. Et illud Pater filiis notã faciet veritatẽ tuam. Et confiteor tibi pater/ quia abscondisti hec a sapientibꝰ: ⁊ reuelasti ea paruulis. Et hi des q: quos verbo ⁊ exemplo prius filiꝰ humiliauit: super quos deinde spiritꝰ charitatẽ effudit: hos tandem in gloria pater recepit. Filius facit discipulos: paraclytꝰ consolatur amicos: pater exaltat filios. Quia vero non solũ filius ⁊ pater ⁊ spũs sanctꝰ veraciter veritas appellant: constat q; vna eadẽq; veritas seruata proprietate personarũ/ tria hec in tribus gradibus operat. Primo scz instruit vt magister: scd̃o cõsolatur vt amicus vel frater: tertio astringit vt filios pater. Dei quippe filius verbũ/ scz ac sapientia patris: primũ quidem illã anime nostre potentiam que ratio dicitur cũ reperit carne depssam/ peccato captiuam: ignorantia cecã/ exterioribus deditã: clementer assumens/ potenter erigens/ prudenter instruẽs: introrsum trahens: ac mirabiliter vtens tanq; pro se vicaria ipsam sibi iudicẽ statuit ita vt pro reuerẽtia verbi cui coniũgitur ipsa sui accusatrix: testis ⁊ iudex: contra se veritatis fungat officio. ¶ Ex qua prima cõiunctione verbi/ rationis: humilitas nascitur. Aliam deinde partẽ que dicitur voluntas/ veneno quidẽ carnis infectam: sed iã ratione discussas/ spiritꝰ sanctus dignãter visitãs/ suauiter purgãs ardenter afficiens: misericordẽ facit: ita vt more pellis: que vncta extenditur: ipa quoq; vnctione perfusa celesti: vsq; ad inimicos per affectũ dilatet. Et sic ex hac secunda coniunctione spiritus dei: ⁊ voluntatis humane: charitas efficitur. Vtrãq; vero partem rõnem scilicet et voluntatem: alteram verbo veritatis instructã: alterã spiritu veritatis afflatam: illam ysopo humilitatis aspersam: hãc igne charitatis succensam: tandẽ iam perfectam animã: pꝑter humilitatẽ sine macula: propter charitatẽ sine ruga: cũ nec voluntas rationi repugnat: nec ratio veritatẽ dissimulat: gloriosam sibi spõsam pater conglutinat: ita vt nec ratio de se/ nec voluntas de proximo cogitare sinatur: sed hoc solũ beata illa aĩa dicere delectet Introduxit me rex in cubiculũ suũ. Digna certe que de schola humilitatis/ in qua primũ sub magr̃o filio ad seipsam intrare didicit: iuxta cõminationẽ ad se factam: si ignoras te egredere ⁊ pasce edos tuos: digna ergo que de schola illa humilitatis duce spũsancto in cellaria charitatis: que nimirũ proximorũ pectora intelligenda sunt/ per affectionẽ introduceretur: vnde suffulta floribus: ac stipata malis: bonis scilicet moribus ⁊ virtutibus sctis ad regis demũ cubiculũ: cuius amore languet: admitteret. Ibi modicum hora videlicet quasi dimidia silẽtio facto in celo: inter desideratos amplexus suauiter quiescens ipsa quidem dormit sed cor eius vigilat quo vtiq; interim veritatis archana rimat quorũ postmodũ memoria stati ad se reditura pascatur. Ibi videt inuisibilia: audit ineffabilia: que nõ licz hoĩ loqui. Excedũt quippe oẽm illã quã nox nocti indicat sciẽtiã. Dies tamẽ diei eructat v̄bũ et inter sapientes sapientiã loquitur: ⁊ spũalibus spiritualia licet conferri Putas hos gradus paulus nõ transierit: qui vsq; ad tertium celuz se raptũ fuisse testatur? Sed quare raptum: non potius ductum? Vt videlicet si tantus apostolus raptũ se dicit fuisse: quo nec doctus sciuit/ nec ductus potuit ire: me qui proculdubio minor sum paulo: ad tertium celum nulla mea virtute/ nullo meo labore peruenire posse presumam: ne vel de virtute confidam: vel pro labore diffidam. Qui enim docetur aut ducitur ex hoc ipso q; docentem: vel ducentem sequitur: laborare conuincitur: ⁊ aliquid ex se agit vt ad destinatũ locũ: vel sensum pertrahatur: ita vt dicere possit: non aũt ego sed gratia dei mecũ. Qui vero rapitur: non suis viribꝰ sed alienis innixus ignarus nescius quocunq; portatur: nec de toto in se: nec de parte

Marginal references (left column): Joh. xiij. — Rom. v. — Mat. xvi. — Esa. xxv. — Matt. xi. — Genesis xxxiiij. — Ps. xviij. — ij. cor. xij. — j. cor. xv.

gloriatur: vbi nec per se nec cũ alio aliquid operatur. Ad primũ itaq; siue ad mediũ celum ductꝰ vel adiutus apostolus ascendere potuit: ad tertiũ autẽ vt perueniret rapi oportuit. Naz ad hoc ⁊ filius legitur descendisse vt vocaret: ⁊ iuuaret ascensuros ad primũ: ⁊ spiritus sanctus missus fuisse: q̃ pduceret ad scd̃m. Pater vero licet filio ⁊ spiritui sancto semper cooperet: nunq; tamen aut de celo descendisse: aut ad terras legit missus fuisse. Lego certe q; mia dñi plena est terra: et pleni sunt celi et terra gloria tua: ⁊ multa huiusmodi. Lego ⁊ de filio Postq; venit plenitudo temporis: misit deus filiũ suũ. Et ipe filius loquit de se Spiritus dñi misit me. Et per eundẽ prophetã Et nunc inquit dominus misit me ⁊ spiritus eiꝰ. Lego ⁊ de spiritu sancto Paraclytus autẽ spiritꝰ sanctus: quẽ mittet pater in nomine meo. Et cũ assumptus fuero/ mittã vobis eũ: haud dubiũ quin spiritum sanctum. Patrem autem in sua persona licet nusq; non sit: nusq; tamen inuenio nisi in celis: vt in euangelio Et pater meꝰ qui in celis est Et in oratione. Pater noster qui es in celis. Vñ nimirũ colligo: q; q: pater non descendit: apostolus vt eũ videret: ad tertiũ celũ ascendere quidẽ non potuit quo tamen se raptum memorauit. Deniq; nemo ascendit in celũ nisi qui descẽdit de celo filius hoĩs. Et ne putes de primo dictũ vel secundo dicit tibi dauid. A summo celo egressio eiꝰ. Ad quod iterũ nõ subito raptus: non furtim sublatus: sed videntibus inquit illis id est apostolis eleuatꝰ est. Non sicut helyas: qui vaũ: non sicut paulus qui nullũ/ vix enim vel seipm̃ testẽ aut arbitrum habere potuit ipo perhibẽte: nescio deꝰ scit: sed vt omnipotens: qui qñ voluit descẽdit: qñ voluit ascẽdit: pro suo arbitrio arbitros et spectatores/ locũ ⁊ tempus: diẽ ⁊ horã expectans: videntibꝰ illis quos scilicet tanta visione dignat: eleuatꝰ est Raptus est paulus: raptus est helyas: trãslatꝰ est enoch. Redẽptor noster legitur eleuatꝰ: hoc est ex seipso leuatus: nõ aliũde adiutꝰ. Deniq; non currus vehiculo: non angeli amminiculo: sed propria virtute subnixũ suscepit eũ nubes ab oculis eorũ Cur hoc? An fessum iuuit? An pigrũ impulit? An cadentem sustinuit? Absit. Sed suscepit eũ ab oculis carnalibꝰ discipulorũ: qui ⁊ si christũ nouerant ẽm carnẽ: sed vltra iam non noscerẽt. Quos ergo per humilitatẽ ad primũ celũ filius vocat: hos in secũdo per charitatem spiritꝰ aggregat: ad tertiũ per contẽplationẽ pater exaltat. Primo humiliant in veritate: ⁊ dicũt. In veritate tua humiliasti me. Scd̃o congaudent veritati: ⁊ psallũt. Ecce q̃ bonum ⁊ q̃ iocundũ habitare fratres in vnũ. De charitate quippe scriptũ est. Congaudet aũt veritati. Tertio ad archana veritatis rapiunt ⁊ aiunt. Secretũ meũ mihi secretũ meum mihi. Sed quid ego miser superflua magis loquacitate q̃ spiritꝰ viuacitate/ duos celos superiores pcurro: qui manibus pedibusq; repens adhuc sub inferiore laboro? Ad quod tamen iam ipo iuuante quo ⁊ vocante mihi scalam erexi. Illic siquidẽ iter est quo ostendat mihi salutare dei. Iam dominũ desuper innixum suspicio: iam ad vocẽ veritatis ex alto vocauit me: ⁊ ego respõdi illi. Operi manuum tuarum porriges dexteram. Tu quidem dñe gressus meos dinumeras: sed ego lentꝰ ascensor: fessus viator/ diuerticula quero. Ve mihi si tenebre me comprehendant: aut si mea fuga fiat in hyeme vel in sabbato: dũ nunc ad lucem cum tempus acceptabile ⁊ dies salutis sunt / proficisci dissimulo. Quid moror? Ora pro me fili/ frater/ socie/ ⁊ particeps profectus mei si quis est in domino. Ora omnipotentẽ quatinꝰ sic pigrum roboret pedem: vt tamen non veniat mihi pes superbie. Et si enim pes piger: vt ad veritatis gradum ascendat idoneus non est: tolerabilior tamen est isto: qui in ea stare non põt: vt habes ibi. Expulsi sunt nec potuerunt stare. Et hoc quidem de superbis. Sz quid de illorũ capite? Quid de illo qui dicitur rex super omnes filios superbie? Et ipe inquit in veritate nõ stetit Et alibi. Videbam sathanam cadẽtem de celo. Quare hoc/ nisi propter superbiam? Ve mihi: si et me viderit qui alta a longe cognoscit superbientem: et illam in me terribilẽ intonet vocem. Tu quidem filius excelsi eras sed sicut homo morieris: et sicut vnus de principibus cades. Quis non ab huius toni tui voce formidet? O q̃ salubrius ad tactum angeli neruꝰ femoris iacob emarcuit: q̃ angeli superbientis intumuit/ euanuit: ruit. Vtinam ⁊ meum neruum angelus tangat vt marcescat: si forte ex hac infirmitate incipiam proficere: qui ex mea firmitate non possum nisi deficere. Lego profecto. Quod infirmuz est dei: fortius est hominibus. Sic quoq; apostolus de suo neruo conquestus quẽ angelus non domini sed sathane colaphisabat: responsum audiuit. Sufficit tibi gratia mea nam virtus in infirmitate perficitur. Que virtus? Ipse apostolus respondeat. Libẽter gloriabor in infirmitatibus meis: vt inhabitet in me virtꝰ christi. Sed nondum forsitan intelligis de qua specialiter dixerit: quia christus omnes virtutes habuit: Sed cum omnes habuerit: pre omnibus tamen vnam id est humilitatem nobis in se cõmendauit: cum ait. Discite a me: quia mitis sum ⁊ humilis cor-

Marginal references (right column): Ps. xxxij. — Gala. iiij. — Esa. lxj. — Esa. xlviij. — Joh. xiiij. — Joh. xvj. — Mat. xxiij. — Matt. vj. — Johã. iij. — Ps. xviij. — Actum. j. — iiij. reg. ij. — ij. cor. xij. — vbi supra — iiij. reg. ij. — eccl. xliiij. — Actuũ. j. — Ibidem. — Ps. cxviij. — Ps. cxxxij. — j. cor. xiij. — esa. xxiiij. — Ps. xlix. — Job. xiiij. — Job. xxx. — Ps. xxxv. — Ibidem. — Joh. viij. — Luce. x. — Ps. lxxxj. — ps. lxxxj. — geñ. xxxij. — ij. Cor. xij. — ij. cor. xij. — Ibidem. — Mat. xj.

de. Libenter igitur et ego domine iesu gloriabor si potero / in mea infirmitate: in mei nerui contractione: vt tua virtus: id est humilitas perficiatur in me. Nam sufficit mihi gratia tua cum defecerit virtus mea. Pedem profecto gratie fortiter figens: et meum qui infirmus est: leniter trahens: securus ascendam per scalam humilitatis: donec veritati adherens: ad latitudinem transeam charitatis. Tunc psallam cum gratiarum actione et dicam: statuisti in loco spacioso pedes meos. Sic arta via cautius ceditur strictum: sic ardua scala tutius pedetentim ascenditur: sic miro modo licet pigrius / ad veritatem tamen firmius claudicando ascenditur. Sed heu mihi: quia incolatus meus prolongatus est. Quis dabit mihi pennas sicut columbe: quibus celerius volem ad veritatem: vt iam requiescam in charitate? Que quoniam desunt: deduc me domine in via tua et ingrediar in veritate tua / et veritas liberabit me. Ve mihi quod de illa descendi. Nisi enim prius leuiter: inaniter descendissem: in ascendendo tandiu tam grauiter non laborassem. Sed quid dico descendi? Nam fortasse rectius cecidi dixerim: nisi quia forte sicut nemo repente fit summus: sed gradatim quisque ascendit: sic nemo repente fit pessimus sed paulatim descendit. Alioquin quomodo stabit illud impius cunctis diebus vite sue superbit: Denique sunt vie que videntur hominibus bone: et tamen ad malum deducunt. Est ergo via descensionis: sicut et ascensionis. Et via est ad bonum et via est ad malum. Caue malam: elige bonam. Si per te non potes: ora cum propheta: et dic. Viam iniquitatis amoue a me. Quomodo? Et de lege tua miserere mei illa scilicet lege quam dedisti delinquentibus in via / id est derelinquentibus veritatem. De quibus vnus ego sum: qui vere a veritate cecidi. Sed nunquid qui cadit: non adiiciet vt resurgat? Propter hoc viam veritatis elegi: qua ascendam humiliatus / vnde superbiendo descendi. Ascendam inquam et psallam. Bonum mihi domine quod humiliasti me: bonum mihi lex oris tui super milia auri et argenti. Duas tibi vias videtur dauid: proposuisse: sed vnam noueris esse: ipsam tamen a se diuersam et diuersis nominibus appellatam: aut iniquitatis propter descendentes aut veritatis propter ascendentes. Quia et iidem gradus sunt ascendentium in solium: et descendentium: et eadem via accedentium ad ciuitatem et recedentium: et vnum ostium est ingredientium domum / et egredientium. Per vnam denique scalam ascendentes angeli et descendentes: iacob apparuerunt. Quorsum spectant hec? Vt videlicet si ad veritatem redire cupis: non necesse sit viam querere nouam quam non nosti: sed notam qua descendisti: quatinus reciprocis gressibus tua ipse vestigia sequens: per eosdem gradus humiliatus ascendas / per quos superbiendo descenderas: ita vt qui duodecimus superbie fuit descendenti / primus humilitatis sit ascendenti. Vndecimus inueniatur secundus. Decimus / tertius. Nonus quartus Octauus / quintus. Septimus / sextus. Sextus / septimus. Quintus: octauus. Quartus / nonus. Tertius: decimus. Secundus / vndecimus. Primus / duodecimus. Quibus superbie gradibus in te inuentis: immo recognitis iam non laborans in querendo viam humilitatis.

Ps. xxx. — Ps. cxix. — Ps. liiij. — Ps. lxxxv. — Joh. viij. — Job. xv. — Ps. cxviij. — Ps. xl. — Ps. cxviij. — D — Ibidem. — Genesis xxviij.

Primus superbie gradus Curiositas.

C

Primus itaque superbie gradus est curiositas. Hanc autem talibus indiciis deprehendes. Si videris monachum de quo prius bene confidebas / vbicunque stat / ambulat: sedet: oculis incipientem vagari / caput erectum / aures portare suspensas: e motibus exterioris hominis interiorem immutatum agnoscas. Vir quippe peruersus annuit oculo: terit pede: digito loquitur: et ex insolenti corporis motu: recens anime morbus deprehenditur. Quam dum a sui circumspectione torpescit: in curia sui curiosam in alios facit. Quia enim seipsam ignorat: foras mittitur: vt hedos pascat. Hedos quippe qui peccatum significant / recte oculos auresque appellauerim / quoniam sicut mors per peccatum in orbem: sic per has fenestras intrat ad mentem. In his ergo pascendis se occupat curiosus: dum scire non curat qualem se reliquerit intus. Et vere si te vigilanter homo attendas: mirum est si ad aliud vnquam intendas.

Audi curiose Salomonem: audi stulte sapientem. Omni custodia (inquit) custodi cor tuum: vt omnes videlicet sensus tui vigilent / ad id vnde vita procedit custodiendum. Quo enim a te o curiose recedis? Cui te interim committis? Vt quid audes oculos leuare ad celum: qui peccasti in celum? Terram intuere: vt cognoscas teipsum. Ipsa te tibi representabit: quia terra es: et in terram ibis. Duabus tamen causis inculpabiliter oculos leuas: vel petens auxilium / vel impendas. Leuauit oculos dauid in montes: vt peteret. Leuauit et dominus super turbas: vt impenderet. Alter miserabiliter: alter misericorditer: ambo inculpabiliter. Tu quoque si locum: tempus et causam considerans: tua vel fratris necessitate oculos leuas: non solum non culpo: sed et plurimum laudo: Hoc enim excusat miseria: illud commendat misericordia. Sin alias: non prophete / non domini: sed dine: aut eue / immo ipsius sathane imitatorem te dixerim. Dina namque dum ad pascendos hedos egreditur: ipsa patri: et sua sibi virginitas rapitur. O dina quid necesse est / vt videas mulieres alienigenas? Qua necessitate? Qua vtilitate? An sola curiositate? Et si tu ociose vides: sed non ociose videris. Tu curiose spectas: sed curiosius spectaris. Quis crederet tunc illam tuam curiosam ociositatem vel ociosam curiositatem / fore post sic non ociosam: sed tibi / tuis: hostibusque tam perniciosam.

Canti. j. — Puer. iiij. — Ps. cxx. — Mat. xiiij. — Genesis. xxxiiij.

Tu quoque o eua in paradiso posita es vt cum viro tuo operis / et custodias illum: si iniunctum perfeceris: quandoque transitura ad melius: vbi nec opus sit te in aliquo opere occupari / nec custodia sollicitari. Omne lignum paradisi tibi conceditur ad vescendum: preter illud quod dicitur scientie boni et mali Si enim cetera bona sunt et sapiunt bonum quid est opus edere de ligno quod sapit etiam malum: Non plus sapere: quam oportet sapere. Sapere enim malum: sapere non est: sed desipere. Serua ergo commissum: expecta promissum: caue prohibitum: ne perdas concessum. Quid tuam mortem tam intente intueris? Quid illo tam crebro vagantia lumina iacis? Quid spectare libet: quod manducare non licet? Oculos inquis tendo: non manum. Non est interdictum ne videam: sed ne comedam. An non licet oculos quo volo leuare: quos deus in mea posuit potestate? Ad quod apostolus. Omnia mihi licent: sed non omnia expediunt. Et si culpa non est: culpe tamen inditium est. Nisi enim mens minus securiose seruaret: tua curiositas tempus vacuum non haberet. Et si culpa non est: culpe tamen occasio est / et inditium commisse: et causa est committende. Te enim intenta ad aliud: latenter interim in cor tuum serpens illabitur: blande alloquitur. Blanditiis rationem: mendaciis timorem compescit: nequaquam inquiens morieris. Auget curam: dum irritat gulam. Acuit curiositatem: dum suggerit cupiditatem. Offert tandem prohibitum: et aufert concessum. Porrigit pomum / et surripit paradisum. Haurisvirus pitura et pituros paritura. Perit salus: non desinit partus. Nascimur / morimur: ideoque nascimur morituri: quia prius morimur nascituri. Propterea graue iugum super omnes filios tuos / vsque in hodiernum diem.

Gene. ij. — Ibidem. — Rom. xij. — j. Cor. vj. — Gene. iij. — G

Sed et tu signaculum similitudinis: non in paradiso sed in deliciis paradisi dei positus es. Quid amplius querere debes? Plenus ergo sapientia: et perfectus decore / altiora te ne quesieris: et fortiora te ne scrutatus fueris. Sta in te ne cadas a te: si ambulas in magnis et in mirabilibus super te. Sed quid interim ex obliquo intendis ad aquilonem? Iam te video iam te prospicio nescio quid supra te curiosius alta rimantem: ponam inquis sedem meam ad aquilonem. Ceteris astantibus celicolis / dum tu solus sedere affectas: fratrum concordiam: totius celestis patrie pacem / ipsius quantum in te est quietem trinitatis infestas. Quo te tua miser curiositas ducit: vt presumptione singulari non dubites ciuibus scandalum: iniuriam facere regi? Milia milium ministrant ei / et decies centena milia assistunt ei vbi nemo sedere prohibetur: nisi solus is qui sedet super cherubin: cui a ceteris ministratur: et tu nescio quid pre ceteris prospiciendo differentius / curiosius inquirendo: irreuerentius peruadendo: sedem tibi collocas in celo / vt sis similis altissimo? Quo fine? Qua fiducia? Metire incipiens vires: pensa finem: excogita modum. Sciente hoc altissimo presumis / an nesciente? Volente: an non volente? Sed quomodo malum quodcunque machinaris aut velle: aut ignorare potest: cuius optima voluntas cuius perfecta scientia est? Nunquid autem et scire et nolle non dubitas: sed non posse resistere putas? Ergo nisi te conditum esse dubitaueris dubitare te non crediderim de omnipotentia / siue de omnimoda scientia ac bonitate conditoris: qui te de nihilo potuit / talem sciuit: tamen condere voluit. Quomodo ergo deum consentire estimas: quod fieri nolit ac refellere possit? An forte in te video compleri immo a te initiari: quod post te et per te a tui similibus in terris frequentatum solet vulgariter dici: priuatus dominus temerarios nutrit. An oculus tuus nequam est: quia ille bonus? De cuius bonitate dum fiduciam nefariam sumis: factus es et contra scientiam impudens: et contra potentiam audax.

Eccli. iij. — Esa. xiiij. — Dan. vij. — Puerbia. — Mat. xx.

Hoc est enim o impie / hoc est quod cogitas: hec est iniquitas quam meditaris in cubili tuo: et dicis. Putas creator opus suum destruat? Scio quidem quia non latet deum qualiscunque cogitatio mea: deus enim est. Nec placet ei talis cogitatio mea: quia bonus est. Sed nec si velit effugiam manus eius: quia potens est Nunquid tamen mihi timendum est? Si enim cum bonus sit / non potest illi placere malum meum: quanto minus suum? Meum quippe dixerim contra eius voluntatem aliquid velle: suum autem si vindicet sese. Tam ergo quodcunque scelus non valet velle vicisci / quam nec vult nec valet sua

Ps. xxxvi. let sua bonitate priuari. Fallis te miser: fallis/ te non deū. Te
inq̄ fallis: ⁊ mētitur iniquitas sibi non deo. Dolose quidē agis
sed in conspectu eius. Te ergo fallis: non deuȝ. Et quia de ma
Ps. xxxv. gno eius bono in te tu magnuȝ in eum excogitas malū: merito
iniquitas tua inuenitur ad odium. Que maior nāq̄ iniquitas
q̄ vt inde a te creator cōtemnatur/ vnde plus amari merebatur?
Que maior iniquitas q̄ cum de potentia dei nō dubites quin
te scilicet destruere possit/ q̄ cōdere potuit/ cōfisus tñ de multa
Ps. cviij. eius dulcedine: qua spas eum nolle vindicare. cū possit: mala p
bonis/ odium pro dilectione retribuas?

Hec inq̄ iniquitas/ nō ira momentanea: sed odio di
gna ē sempiterno: qua tuo dulcissimo ⁊ altissimo do
mino licet inuito desideras tñ ac speras equari qua
tinus semper videat quod doleat: dū te sociū hēat
cum nolit: nec deiiciat cum possit: quin potius eli
gat ipse dolere q̄ te patiatur perire. Possit quidē deiicere si ve
lit: sȝ pre dulcedine vt estimas velle nō possit. Certe si talis est
qualem putas: tanto nequius agis si non amas. Et si ille patitur
aliquid fieri contra se/ potius q̄ ipse aliquid faciat contra te:
quanta malicia est vt vel tu non parcas illi/ qui sibi non parcit
parcendo tibi? Absit tamē ab eius perfectione vt qr dulcis est
iustus non sit: quasi simul dulcis ⁊ iustus esse nō possit: cum me
lior sit iusta dulcedo/ q̄ remissa: immo virtus nō sit dulcedo si
ne iusticia. Quia igitur gratuite dei bonitati/ qua gratis factus
es: ingratus existis: iusticiā vero quā expertus non es/ nō me
tuis: ideoq̄ audacter cōmittis culpam: de qua falso tibi pmit
tis impunitatem: iam ecce iustum senties: quē bonum nosti: ca
dens in foueā quā paras auctori: vt dum scilicet talem in eum
penam machinaris: qua tamē valeat carere si velit: sed vt pu
tas non valeat velle ⁊ idō nec carere ex vtriq̄ bonitate qua nemi
nem expertus es illū punisse: taleȝ iustus deus iustissime in te
retorqueat penam: qui nec valet nec debet pati, suam impune
bonitatem offendi: sic vtriq̄ tēperans invindicta sententiam: vt
si velis resipiscere non neget veniaȝ: s̄m tamen duriciam tuam
⁊ cor impenitens: non possis velle: ⁊ ideo nec pena carere.

Esa. lxvi. Sed iam audi calumniam. Celum (inquit) mihi se
des est terra autem scabellum pedum meorū. Nō
dixit oriens: aut occidens/ aut vna aliqua celi pla
ga: sed totum celum mihi sedes est. Non potes
ergo in pte sedere celi: cum ille totum elegerit si
bi. In terra non potes: qr scabellum pedum eius
est. Terra etenim locus solidus est: vbi sedet ecclesia/ fundata
supra firmā petram. Quid facies? E celo pulsus in terra rema
nere non potes. Elige ergo tibi in aere locum non ad sedendū
sed ad volitandum: vt qui tentasti concutere statum eternitatis
Esaie. vi. penam senties proprie fluctuationis. Te ergo fluctuante inter
celū ⁊ terrā: sedet dñs super solium excelsum ⁊ eleuatum: ⁊ ple
na est oīs terra maiestate ei⁹: vt nusq̄ nisi i aere inuenias locū.

Seraphin nāq̄ alijs quidē alis sue contemplationis
de throno ad scabellū: de scabello ad thronū volā
tia: alijs caput dñi pedesq̄ velantia: ad hoc ibi po
sita puto vt sicut homini peccanti/ paradisi per che
rubin prohibetur ingressus/ ita ⁊ per seraphin tue
curiositati mod⁹ imponatur: q̄tinus nec celi iā magis impudēter
q̄ pudēter archana rimeris: nec eccl'ie mysteria cognoscas in
terris: sed solis contentus sis cordibus superborum: qui nec in
terra dignātur esse sicut ceteri hominum: nec sicut angeli vo
lant ad celū Licet vero ⁊ caput in celo ⁊ pedes in terra a te ab
scondantur q̄dam tñ tibi medium videnduȝ ad inuidendū dū
taxat permittitur: dū suspēsus in aere descēdētes quidē per te ⁊
ascendētes angelos intueris: sed quid vel audiāt in celis: vel
nuncient terris: penitus nescis.

O Lucifer qui mane oriebaris: immo non iaȝ lucifer
sed noctifer: aut etiā mortifer: rectus cursus tuus
erat ab oriente ad meridiē: ⁊ tu preposterō ordine
tendis ad aquilonem: Quanto magis ad alta festi
nas: tanto celerius ad occasum declinas. Uelim tñ
Esa. xiiij. curiosius o curiose intētionē tue curiositatis: inquirere. Ponā
inquis sedē meā ad aquilonē. Nec aquilonem hunc corporaleȝ
nec sedē hanc (cum sis spiritus) intelligo materialem puto aūt
per aquilonem/ reprobandos homines fuisse designatos: per
sedem: potestatem in illos. Quos vtiq̄ in prescientia dei/ quā
to ei vicinior tanto ceteris perspicacior preuidens/ nullo qui
dem sapientie radio coruscantes: nullo spiritus amore feruen
tes: velut vacuū repereris locū: affectasti sup illos dñm/ quos
quadā tue astutie claritate perfunderes: tue malicie estibus infla
mares: vt quomō altissimus sua sapiētia ac bonitate oībus fi
lijs obedientie preerat: ita ⁊ tu sup oēs filios supbie rex con
stitutus tua eos astuta malicia ac maliciosa astucia regeres: p
quod altissimo similis esses. Sed miror cū in presentia dei tuū
preuideris principatū cur nō in eadē preuidisti ⁊ precipitium?

Nam si preuidisti: que insania fuit/ vt cū tanta miseria cuperes
principari: vt malles misere preesse q̄ feliciter subesse? An nō
expediebat participē esse plagaȝ illarū luminosarum/ q̄ princi
pem tenebrarū haberi? Sed credibilius est q̄ nō preuidisti: aut
propter illā cām quā superius dixi/ qr dei bonitatem attēdēs
Ps. x. dixisti in corde tuo: nō requiret: ppter qd̄ o ipie deum irritasti:
aut cōceiso pncipatu statim i oculo supbie trabes excreuit: qua
interposita casum videre non potuisti.

Genesis. xxxvij. Sic ioseph cū preuidisset exaltationē suā: nō tñ pre
sciuit sui venditionem: q̄uis ppior eēt venditio q̄
exaltatio. Nō q̄ tm̄ patriarcham in supbiam credi
derim incidisse sed vt eius exēplo pateat q̄ hi q̄ fu
tura preuidēt p spm̄ prophetie: ⁊ si nō oīa: non ideo
tamen putandi sunt nulla puidisse. Or si quis cōtendat in eo q̄
somnia sua adhuc adolescentulus narrabat: quoȝ tūc mysteri
um ignorabat: vanitatem posse notari: ego tñ mysterio magis
siue simplicitati pueri deputandū arbitror q̄ vanitati. Que tñ
si qua fuit: per ea q̄ passus legitur potuit expiari Nonnullis eñ
aliqua aliqñ de se p reuelationē iocūda monstrātur: q̄ ⁊ si hūa
nus aīmus absq̄ vlla vanitate scire nō pōt: nō minus ideo eue
niet qd̄ monstratum est: sic tñ vt illa vanitas impunita nō sit: q̄
de magnitudine reuelationis aut pmissionis in se vel leuiter
exultauit. Sicut eñ medicus nō solum vnguēto: sed igne vtitur
⁊ ferro: quo oē quod in vulnere sanādo supfluū excreuerit: se
cet ⁊ vrat: ne sanitatem que ex vnguento pcedit impediat: sic
medicus animarū de⁹ huiusmodi anime pcurat tētationes: im
mittit tribulationes: q̄bus afflicta/ ⁊ humiliata: gaudiū vertat
in luctū: reuelationē putet illusionē. Uñ fit vt ⁊ vanitate careat
ij. cor. xij. ⁊ veritas reuelationis nō pereat. Sic pauli extollentia p stimu
lum carnis reprimitur: ⁊ ipse reuelationibus crebris attollitur.
Luce. j. Sic zacharie infidelitas: lingue obligatione mulctatur: ⁊ ange
li veritas suo in tempore manifestanda non mutatur. Sic per
gloriam ⁊ ignobilitatem sancti pficiunt: dum inter singularia
dona que recipiunt: cōmuni hominum vanitate pulsari se senti
unt: vt dum per grām supra se aliquid cernunt: nō obliuiscātur
quod sunt. Sed quid de reuelationibus: ad curiositatem? De
quibus vt hec per excessum intermiscerem: inde occasio sum
pta est: cum ostendere vellem reprobum angelum ante casum
suum sic potuisse preuidere illā quam post accepit in reprobos
homines dñationē: vt tñ suam non presciret damnationem De
quo etiam nonnullis questiūculis motis magis q̄ solutis: to
tius disputatiuncule hec summa sit: q̄ per curiositatem a veri
tate ceciderit: quia prius spectauit curiose: quod affectauit illi
cite/ sperauit presumptuose. Iure igitur in gradibus supbie p
mum curiositas vendicat sibi: que etiā inuenta est initium esse
oīs peccati. Sed nisi hec citius cohibeatur in leuitateȝ animi
que secundus gradus est cito dilabitur.

¶ Secundus gradus Leuitas animi.

Monachus eñ q̄ sui negligēs: alios curiose circū
spicit dū quosdā suspicit supiores quosdā despi
cit inferiores ⁊ in alijs q̄dē videt qd̄ inuidet: i alijs
qd̄ irridet: inde fit vt p mobilitate oculoȝ leui
gat⁹ aīus: nulla vtiq̄ sui cura aggrauat⁹: mō p su
perbiaȝ ad alta se erigat/ modo p inuidiam in ima
demergat. Nūc per inuidiā nequiter tabescit: nūc p excellētiā pue
riliter hylarescit. In altero neq̄/ in altero van⁹/ in vtroq̄ sup
bus existit: qr ⁊ q̄ superari se dolet/ ⁊ q̄ superare se gaudet/ amor p
prie excellētie facit: Has sūt animi vicissitudines: nūc pauca ⁊
mordacia: nūc multa ⁊ inania: nūc risu/ nūc luctu plena/ semp vo
irrōnabilia indicāt vba. Cōpara si vis duos pmos supbie gra
dus/ supmis duob⁹ humilitatis: ⁊ vide si nō in vltimo curiositas ⁊
in penultimo leuitas cohibetur. Idipm i ceteris repies si alter
utrū cōparetur. Sȝ iā ad tertiū docēdo: nō descēdēdo veniam⁹.

¶ Tertius gradus: inepta leticia.

B Superbor. p[illegible]
Eccl. vij. Proprium est supboȝ: leta semp appetere: ⁊ tristia de
uitare: iuxta illud. Cor stultoȝ vbi leticia. Uñ ⁊ mo
nach⁹ q̄ duos iā supbie grad⁹ descēdit: dū p curio
sitatē ad animi leuitatē deuenit cū gaudiū qd̄ semp
appetit: frequēti videt interpollari tristicia/ quā de
bonis alteri⁹ cōtrahit ipatiēs sue humiliationis/ fugit ad ↄsiliū
false ↄsolationis. Ex illa denique parte qua sibi sua vilitas ⁊ alie
na excellētia mōstratur/ restringit curiositatem: vt totū se trāsfe
rat in cōtrariā prē q̄tin⁹ in quo ipe videtur pcellere: curiosius no
tet: in quo alter pcellit/ semp dissimulet: vt dū deuitat qd̄ triste
putatur: leticia cōtinuetur. Sicq̄ fit: vt quē sibi vicissim vēdicabāt
gaudiū ⁊ tristicia: sola possidere icipiat inepta leticia. In hac
autem tertium tibi gradum constituo. Accipe quibus eam si
gnis vel in te deprehendas vel in altero. Illum qui eiusmodi
est aut nunq̄ aut raro gementem audies: aut lachrymantem
videbis. Putes si attendas: aut sui oblitū/ aut ablutum a cul

pis. In signis scurrilitas: in fronte hylaritas: vanitas appa-ret in incessu. Pronus ad iocū: facilis ac promptus in risu. Cū cris quippe que in se contemptibilia/ et ideo tristia nouerat: a memoria rasis: bonisqꝫ si qua sentit in se: adunatis vel simula-tis ante oculos mentis: dum nil cogitat nisi qđ iuuet: nec atten-dit si licet: iam risum tenere iā ineptam leticiaꝫ dissimulare nō valet. Et enim vesica collecto turgida vento: punctoqꝫ perfora-ta exiguo/ si stringitur crepitat dum detumescit: ac ventus egre-diens non passim effutus: sed stricti emissus crebros quosdam sonitus reddit: sic monachus vbi vanis scurrilibusqꝫ cor suum cogitationibus impleuerit: propter disciplinam silentij: nō in-ueniens ventus vanitatis qua plenius egrediatur: inter angu-stias faucium per cachinnos excutitur. Sepe vultuꝫ pudibundus abscōdit: claudit labia: dentes stringit/ ridet non volēs: cachi-nat inuitus. Cūqꝫ os pugnis obstruxerit suis: per nares adhuc sternutare auditur.

Quartus gradus Iactantia.

At postqꝫ vanitas crescere: et vesica grossescere ce-perit: necesse est vt ampliori foramine laxato sinu ventositas eructuetur alioquin rumpetur. Sic mo-nachus inepta redūdante leticia: dū risu vel signis eam aperire non sufficit: in vocem verba prorūpit. En venter meus quasi mustum absqꝫ spiraculo: quod nouas lagū-culas dirumpit. Aut loquetur ergo: aut rumpetur. Plenus est enim sermonibus: et coartat eum spiritus vteri sui. Esurit et si-tit auditores quibus suas iactitet vanitates: quibus omne qđ sentit effundat: quibus qualis et quātus sit innotescat. Inuēta aūt occasione loquendi si de litteris sermo exoritur: vetera pro-feruntur et noua volāt sententie: verba resonāt ampullosa. Pre-uenit interrogantē: nō querenti respōdet. Ipse querit: ipse sol-uit: et verba collocutoris imperfecta precidit. Cū autē pulsato signo necesse est interrūpi colloquium: horā lōgam/ breue que-ritur interuallum: querit licentiā vt ad fabulas reuertatur post horam: non vt quēpiam edificet: sed vt scientiā iactet. Edifica-re potest: sed nō edificare intendit. Non curat te docere/ vel a te doceri ipse qđ nescit: sꝫ vt scire sciat qđ scit. Et si de religio-ne agitur: statim visiones et somnia proferuntur. Deinde laudat ieiunia: cōmendat vigilias: super oia orationes exaltat: de patiē-tia/ de humilitate: et de singulis virtutibus plenissime sed vanis-sime disputat: vt tu scꝫ si audieris dicas: quia ex abundātia cordis os loquitur: et quia bonus hō de bono thesauro suo profert bona. Si ad iocularia sermo cōuertitur: in his quāto assuetior: tanto loquacior inuenitur. Dicas si audias riuum vanitatis: fluuiū esse scurrilita-tis os eius: ita vt seueros quoqꝫ et graues animos in leuitatem concitet risus. Et vt totum in breui colligam: in multiloquio nota iactantiam. In hoc habes quartum gradū et descriptū et nomina-tum. Fuge rem: et tene nomē. Hac eadē cautela iā accede ad quin-tum: quē nomino singularitatem.

Job.xxxij.
Ibidem.
Luce.vi.
Mat.xij.

Quintus gradus Singularitas.

Turpe est ei qui se supra ceteros iactat: si non plus ceteris aliquid agat per quod vltra ceteros appa-reat. Proinde nō sufficit ei qđ communis monaste-rij regula: vel maiorū cohortantur exempla. Nec ta-men melior esse studet: sed videri. Nō melius viue-re/ sed videri viuere gestit: quatinus dicere possit. Nō sum sicut ceteri hominū. Plus sibi blāditur de vno ieiunio qđ ceteris prā-dentibus facit: qꝫ si cū ceteris septē dies ieiunauerit. Cōmodi-or sibi videtur vna oratiūcula peculiaris: qꝫ tota psalmodia vni-us noctis. Inter prandendū crebro solet oculos iactare per mēsas/ vt si quē minus comedere viderit: victū se doleat: et incipiat id ipsum sibi crudeliter subtrahere/ qđ necessariū victui/ indulgē-dum prouiderat: plus glorie metuēs detrimētuꝫ qꝫ famis cruciatuꝫ. Si quē macriorē: si quē pallidiorē: prospexerit vilē se estimat: nūqꝫ requiescit. Et quia vultū ipse suū videre nō pōt: qualē. s. se in-tuentibus offert: manus quas pōt et brachia speciās: palpat co-stas: humeros attrectat et lūbos: vt secundum quod corporis sui membra vel minus vel satis exilia probat pallorē oris ac colorē discernat. Ad omnia deniqꝫ sua strenuus/ ad cōia piger. Vigilat in lecto: dormit in choro. Cūqꝫ aliis psallentibus: ad vigilias tota no-cte dormiter: post vigilias aliis quiescētibus: solus in oratorio remanet: excreat/ et tussit: gemitibus ac suspirijs aures foris se-dentium de angulo implet. Cū aūt ex his que singulariter sed inaniter agit: apud simpliciores eius opinio excreuerit: qui pro-fecto opera probāt que cernūt: sed vn prodeant non discernūt dum miserum beatificant: in errorē inducunt.

Lu.xviij.
Eccle.ij.

Sextus gradus Arrogantia.

Credit qđ audit: laudat qđ agit/ et quod intendat non attendit. Obliuiscitur intentionē: dum amplectitur opi-nionem. Qui qꝫ de omni alia re plus sibi credit qꝫ aliis de se solo plus aliis credit qꝫ sibi: vt non iam verbo-tenus aut sola operum ostentatione suam preferat religionē: sed intimo cordis credat affectu omnibus se sanctiorē. Et quicqđ de se laudatum agnouerit: nō ignorantie aut beniuolentie lau-datoris: sed suis meritis arroganter ascribit. Unde post singu-laritatem: sextum sibi gradum iure arrogantia sibi vendicat. Post hanc presumptio inuenitur: in qua septimus gradus con-stituitur.

Septimus gradus Presumptio.

Qui enim alios se precellere putat: quō non plus de se qꝫ de aliis presumat? Primus in cōuentibus resi-det in consilijs primus respondet: non vocatus ac-cedit: nō missus se intromittit: reordinat ordinata: reficit facta. Quicquid ipse non fecerit aut ordina-uerit: nec recte factū/ nec pulchre existimat ordinatuꝫ. Iudicat iudicantes: preiudicat iudicaturis. Si cum tempus aduenerit nō promoueatur ad prioratū: suum abbatē aut inuiduꝫ iudicat aut deceptū. Et si mediocris ei aliqua obedientia iniucta fue-rit: indignatur/ aspernatur: arbitrans se non esse minoribus occu-pandum: qui se ad maiora sentit idoneum. Sed qui sic promptu-lus ad oia se magis temere qꝫ libere consueuit ingerere: impos-sibile est eū aliqñ nō errare: ad prelatū aūt pertinet errantē argue-re. Sed quō culpam suā confitebitur/ qui nec esse putat nec puta-ri culpabilis patitur? Propterea cū ei culpa imputatur: crescit/ non amputatur. Si ergo cum argutus fuerit: declinare cor eius vi-deris in verba malicie: in octauuꝫ gradū qui dicitur defensio pec-catorum nouerís corruisse.

Octauus gradus Defensio peccatorum.

Multis vero modis fiunt excusationes in peccatis. Aut enim dicit qui se excusat/ nō feci: aut feci quidem sed bene feci: aut si male/ nō multū male/ aut si multum male/ nō mala intētione. Si aūt et de illa sicut adaꝫ vel eua conuincitur: aliena suasione excusare se niti-tur. Sed qui procaciter etiaꝫ aperta defendit: quādo occultas et malas cogitationes cordi suo aduenientes: humiliter reuela-ret abbati?

Nonus gradus Simulata confessio.

Licet vero genera hec excusationis eatenus mala iudicentur: quatinus ore prophetico verba malicie appellantur: multo tamen periculosior est fallax ac superba confessio qꝫ procax et obstinata defensio. Nonnulli enim cum de apertioribus arguuntur: scien-tes quia si se defenderent: sibi nō crederetur: subtilius inueniunt argumētuꝫ defensionis: verba respondētes dolose cōfessionis. Est quippe vt scriptum est qui nequiter humiliat se: et interio-ra eius plena sunt dolo. Uultus demittitur: prosternitur corpus aliquas sibi lachrimulas extorquent si possunt: vocem suspirijs verba gemitibus interrumpūt. Nec solum qui eiusmodi est: obie-cta non excusat: sed ipse quoqꝫ culpam exaggerat: vt dum im-possibile aliquid aut incredibile culpe sue/ ore ipsius additum audis: etiam illud quod ratuꝫ putabas discredere possis: et ex eo quod falsum esse non dubitas: dum confitetur: in dubium veniat/ quod quasi certū tenebatur. Dumqꝫ affirmāt/ quod cre-di nolunt: confitendo culpam defendunt: et aperiēdo tegūt quā-do et confessio laudabiliter sonat in ore/ et adhuc iniquitas oc-cultatur in corde: quatinus magis ex humilitate qꝫ ex verita-te cōfiteri putet qui audit: aptans eis illud scripture. Iustus in principio sermonis accusator est sui. Malunt enim apud hoies veritate periclitari qꝫ humilitate: cum apud deū periclitentur vtrinqꝫ. Aut si adeo culpa manifesta sit quia nulla penitus versu-tia tegi possit: nihilominus tñ vocē nō cor penitētis assumunt: qua notā nō culpā deleāt: dū ignorantiā manifeste transgressio-nis/ decore recōpensant publice cōfessionis. Gloriosa res hu-militas/ qua ipsa quoqꝫ superbia palliare se appetit ne vilescat. Sed hec cito tergiuersatio a prelato deprehenditur: si ad hāc su-perbā humilitatē nō leuiter flectitur: quo magis dissimulet cul-pam: vel differat penā. Vasa figuli probat fornax: et tribulatio ve-re penitentes discernit. Qui enim veraciter penitet/ laborem pe-nitentie non abhorret: sed quicquid sibi pro culpa quā odit in-iungitur: tacita conscientia patienter amplectitur. In ipsa quoqꝫ obedientia duris ac contrarijs rebus obortis: quibuslibet irro-gatis iniurijs sustinens nō lassescit: vt in quarto gradu se stare indicet humilitatis. Cuius vero simulata confessio est: vna vel leui contumelia/ aut exigua pena interrogatus: iaꝫ humilitatē simulare/ iam simulationē dissimulare non potest. Murmurat/ frendet/ irascitur: nec in quarto stare humilitatis/ sed in nonuꝫ superbie gradum corruisse probatur. Qui secundum quod descriptus est: recte simulata cōfessio appellari potest. Quanta putas tunc confusio fit in corde superbi: cum fraus decipitur/ pax amitti-tur: laus minuitur/ nec culpa diluitur? Tandem notatur ab omnibus: iudicatur ab omnibus/ eoqꝫ vehementius omnes indignantur

Ps.cxl.
Eccli.xix.
Prover.xviij.
Eccli.xxvij.

indignãtur:quo falsum conspiciunt/quicquid de eo prius opi- nabantur. Tũc opus est prelato : vt eo minus illi parcendũ pa tet:quo magis omnes offenderet si nil parceret.

¶ Decimus gradus Rebellio.

Hic nisi cũ miseratio superna respiciat:vt/ quod val de difficile talibus est, vniuersorum iudicijs tacit⁹ acquiescat: frontosus mox ꝛ impudens factus/ tan to deterius quanto desperatius in decimũ gradum per rebellionem corruit:quiq; prius latenter arro- gans fratres contempserat:iam patenter inobediens etiã ma gistrum contemnit.

Sciendum autem est q̃ omnes gradus quos in .xij. partitus sum in tres tantũmodo colligi possunt: vt in sex superioribus contemptus fratrũ: in quattuor sequentibus contemptus magistri:in duobus q̃ re- stant consumetur contemptus dei. Notandũ quoq; q̃ hi duo superbie gradus vltimi qui ꝛ hũilitatis ascendendo primi inueniuntur:sicut extra congregationem ascẽdendi sunt ita in ꝯgregatione descendi non possunt. Qđ aũt ante ascẽdi de beant:ex hoc aperte datur intelligi quod de tertio gradu in re gula legitur. Tertius inq̃t gradus est:vt quis ꝓ dei amore om ni obedientia se subdat maiori. Si ergo in tertio gradu subie- ctio collocatur:que proculdubio fit quando nouitius primum conuentui sociatur:cõsequẽs est q̃ duo iã anteriores transcẽsi intelligantur. Deniq; vbi fratrum concordiam: ꝛ magistri sentẽ tiam monachus spernit: quid vltra in monasterio nisi scanda- lum facit?

¶ Undecimus Libertas peccandi.

Post decimum itaq; gradum qui rebellio dictus est expulsus vel egressus de monasterio statim excipi- tur ab vndecimo. Et tunc ingreditur vias: que vi- dentur hominibus bone:quarũ finis; nisi forte de⁹ eas illi sepierit demerget eum in pro fundum infer ni:id est in contemptum dei. Impius siquidem cum venerit in profundum malorum:contẽnit. Põt autẽ vndecimus gradus appellari libertas peccandi:per quam monachus cũ iã nec ma gistrum videt quẽ timeat:nec fratres quos vereatur:tãto secu rius quãto liberius sua desideria implere delectat : a q̃bus in monasterio tã pudore q̃ timore ꝓhibebat. Sed ꝛ si iam vel fra tres:vel abbatem nõ timet:nondũ tñ dei penitus formidine ca ret:Hanc ratio tenuiter adhuc submurmurans voluntati ꝓpo nit:nec sine aliqua dubitatione queq; primũ illicita ꝑficit:sed sicut is qui vadum tentat:pedetentim non cursim vitiorũ gur- gitem intrat.

Puer.xiiij. / Pro.xviij.

¶ Duodecimus gradus Cõsuetudo peccandi.

At postq̃ terribili dei iudicio prima flagitia impu- nitas sequitur:experta voluptas libẽter repetit:re petita blandit. Concupiscentia reuiuiscẽte sopit ra tio:ligat ꝯsuetudo. Trahitur miser in ꝓfundũ ma- lorũ:tradit captiuus tyrãnidi vitiorũ vt carnaliũ ita voragine desideriorũ absorptus sue rõnis diuiniq; timoris obli tus:dicat insipiens in corde suo non est deus. Iã indifferenter libitis pro licitis vtitur:iam ab illicitis cogitandis/patrãdis/ inuestigandis/animus/manus vel pedes non prohibentur:sed quicquid in cor :in buccam ad manum venerit:machinatur: garrit:ꝛ operat:maliuolus/vaniloquus:facinorosus. Quẽad- modum deniq; ascensis his omnibus gradibus:corde iam ala cri ꝛ absq; labore pro bona cõsuetudine iustus currit ad vitã: sic descensis impius eisdẽ ꝓ malo vsu nõ ratione se gubernãs: non timoris freno retẽtans:intrepidus festinat ad mortẽ. Me- dij sunt qui fatigant:angustiant:qui nũc metu cruciant gehẽne nunc pristina retardati cõsuetudine: descendẽdo vel ascẽdẽdo laborãt. Supremus tantũ ꝛ infimus currũt absq; impedimẽto/ ꝛ absq; labore:ad mortẽ hic:ad vitã ille festinat: alter alacrior alter procliuior. Illum alacrẽ charitas:hunc ꝓcliuem cupidi tas facit. In altero amor: in altero stupor laborẽ nõ sentit. In illo deniq; perfecta charitas:in isto consummata iniquitas fo- ras mittit timorẽ. Illi veritas:huic cecitas dat securitatem.

Psal.xiij.

A ¶ Potest ergo duodecimus gradus appellari consuetudo pec candi qua dei met⁹ amittitur/contemptus incurritur.

i.Johã.v.

Non tali iam inquit iohãnes ap̃ls;nõ dico vt q̃s oret. Sed nunquid dicis o apostole:vt quis de- speret? Immo gemat: qui illum amat. Non pre- sumat orare:nec desistat plorare. Quid est qđ di co? An forte vllũ remanet spei refugiũ: vbi oõ nõ inuenit locũ? Audi credẽtẽ audi sperãtẽ : nec tñ orãtẽ. Dñe inq̃t si fuisses hic:frater meus nõ fuisset mortu⁹. Magna aũt fides:qua credidit sua pñtia dñm mortẽ ꝓhibere potuisse si affuisset. Modo autem quid. Absit vt quem credidit

Joh.xj.

viuum potuisse seruare:mortuũ dubitet posse resuscitare. Sed nunc inquit scio:q: quecunq; poposceris a deo dabit tibi de⁹. Deinde querẽti vbi posuissent eũ respondet. Ueni ꝛ vide. Quã obrem? O martha magna nobis tue fidei insignia tribuis. Sz quõ cũ tãta fide diffidis? Ueni inq̃s ꝛ vide. Cur si nõ despas:nõ sequeris/ꝛ dicis:ꝛ resuscita? Si autem desperas:cur magistrũ sine cã fatigas? An forte fides aliquando recipit:qđ oratio nõ presumit? Deniq; appropinquantẽ cadaueri ꝓhibes/ ꝛ dicis: dñe iã fetet:quatriduanus em̃ est. Desperando dicis hoc:an dis simulãdo? Sic quippe ipse dñs post resurrectionem finxit se lõ gi⁹ ire:cũ mallet cũ discipulis remanere. O sctẽ mulieres/xp̃i familiares:si fratrem vestrum amatis/cur eius miam nõ flagi- tatis:de cuius potentia dubitare:pietate diffidere nõ potestis. Respondent. Sic melius tanq̃ nõ orãtes oramus:sic efficaci⁹ tanq̃ diffidentes cõfidimus. Exhibemus fidẽ: perhibemus af fectũ:scit ipe cui nõ est op⁹ vt aliq̃d dicat/q̃d desiderem⁹. Sci mus quidẽ q̃ oĩa põt: sed hoc tã grãde,miraculũ/ tã nouum/ tã inauditũ. Et si eius subest potentie:multum tamen excedit vni uersa merita humilitatis nostre. Sufficit nobis potentie locũ pietati dedisse occasionẽ:malentes patiẽter expectare quid ve lit/q̃ impudẽter querere qđ forsitã nolit: deniq; qđ nostris me ritis deest:verecũdia fortasse supplebit. Petri quoq; post gra- uem lapsum lachrymã quidẽ video:sed precẽ nõ audio: nec tñ de indulgentia dubito. Disce ꝛ in matre dñi magnã in mirabi- libus fidem habere:in magna fide verecũdiã retinere. Disce ve recundia decorare fidẽ:reprimere presumptionẽ. Uinũ inquit non habent. Qđ breuiter:q̃ reuerẽter suggessit:vbi pie fuit sol- licita. Et vt discas in huiusmodi magis pie gemere:q̃ petere ꝓ sumptuose:pietatis estum pudoris tẽperans vmbra/ cõceptã ꝑ ces fiduciã verecũde suppressit. Nõ frõtose accessit:nõ palã lo- cuta est:vt audacter corã omnibus diceret:obsecro fili/deficit vinum:contristantur conuiue confunditur spõsus: ostẽde quid possis. Sz lz hec aut multo plura pectus estuãs/feruẽs loq̃ret affectus:priuatim tamẽ porẽtẽ pia filium mater adijt : non po- tentiã tẽtans:sed voluntatẽ explorans. Uinũ inquit nõ habẽt. Quid modestius? Quid fidelius? Non defuit pietati fides:vo ci grauitas:efficacia voto. Si ergo illa cũ mater sit:se matrem oblita nõ audet petere miraculũ vini:ego vile mãcipium cui ꝑ magnum est filij simul ac matris esse vernaculũ/qua fronte pre sumo ꝓ vita petere quatriduani? Duo etiã in euangelio cecivi sum:alter accepisse:alter recepisse leguntur:alter quẽ amiserat/ alter quẽ nunq; habuerat:vnus scilicet excecatus:alter cecus natus. Sed qui excecatus miserabilibus mirisq; clamorib⁹ mi ram misericordiã meruit:qui vero cec⁹ natus tanto misericor- dius quãto mirabilibus:nullis suis precibus preuentum:sui il luminatoris beneficium nihilominus sensit. Illi deniq; dictuz est:fides tua te saluum fecit:huic autẽ non. Duos quoq; recen- ter mortuos tertium iam quatriduanum/lego resuscitatos:so- lam tamẽ archisinagogi filiam in domo adhuc positaz precib⁹ patris:duos autem ex insperata magnitudine pietatis. Simili etiaz forma si contigerit. qđ deus auertat aliquez de fratrib⁹ nostris non in corpore: sz in aĩa mori: q̃diu adhuc iter nos erit pulsabo ꝛ ego meis qualiscunq; peccator:pulsabo ꝛ fratrum ꝑ- cibus saluatorem. Si reuixerit:lucrati erimus fratrem. Sin ve ro nõ mereamur exaudiri:vbi iã vel tolerare viuos vl tolerari a viuis non poterit:sed incipiet efferri:semp q̃dẽ fideliter gemo sed iã non ita fiducialiter oro. Nõ apte audeo dicere: veni dñe suscita mortuum nñm:corde tamẽ suspenso tremul⁹ int⁹ clama- re nõ cesso. Si forte/si forte/si forte desideriũ pauperũ exaudiet dñs ꝑparationez cordis eorũ audiet auris ei⁹? Et illud Nunq̃d mortuis facies mirabilia:aut medici suscitabũt/ ꝛ cõfitebũtur tibi? Et de quatriduano. Nunq̃d narrabit aliq̃s i sepulchro mi sericordiã tuã:ꝛ veritatẽ tuã. in ꝑditiõe. ¶ Põt interi saluator si vult inspãte ꝛ ipꝛouise occurrere nobis/ lachrymisq; portãtiũ mor⁹ nõ pcib⁹ mortuo vitã reddere:aut certe iã sepultũ reuoca re a mortuis. Mortuũ aũt dixeri illũ:q̃ sua peccata defendẽs:i octauũ iã corruit gradũ. A mortuo em̃ tãq̃ q̃ nõ est perit ꝯfessio. Post decimũ ꝟo q̃ tertius est ab octauo/iã effertur i libertatẽ peccãdi:qñ expellitur a cõsortio monasterij. At postq̃ quartũ transierit:iã recte q̃triduanus dicit dũ in q̃rtũ decidẽs ꝑ con suetudinẽ sepelit. Absit aũt a nobis vt etiã ꝓ talib⁹ ꝛ si palam nõ ꝑsumim⁹:vel i cordib⁹ nostris orare cessem⁹:cũ paulus eos quoq; lugeret q̃s sine penitẽtia mortuos sciret. Et si em̃ a cõi- bus orationib⁹ ipi se excludũt:sz ab affectib⁹ oĩno nõ pñt. Ui- derint tñ i quãto periculo sint: ꝓ q̃b⁹ eccl̃a palã orare nõ aude at:q̃ fidẽter etiã ꝓ iudeis:ꝓ hereticis ꝓ gentilib⁹ orat. Cum enim in parasceue nominatim oret pro q̃buslibet malis : nulla tñ mẽtio fit d̃ excõicatis. Dicis forte frater godefrede me aliđ q̃ tu q̃sisti:q̃ ipe ꝓmisi tãdẽ exhibuisse: cũ ꝓ gradibus humilita tis/superbie gradus videar descripsisse. Ad qđ ego. Non po-

Ibidem. / Ibidem. / Ibidem. / Lu.xxiiij / Joh.ij. / Lu.xviij. / Joh.ix. / Lu.xviij. / Psal.ix. / Psal.lxxxvij / Ibidem. / B / eccl.xvij / ij.cor.xij

rui docere nisi qđ didici. Non putaui congruum me describere ascensionẽ: qui plus descendere q̃ ascẽdere noui. Proponat tibi beatus benedictus gradus humilitatis: quos ipse prius in corde suo disposuit: ego quid proponam non habeo nisi ordinem mee descensionis. In quo tñ si diligẽter inspicitur: via forsitan ascensionis reperitur. Si enim tibi romam tendẽti homo inde veniens obuiaret: quesitus viam / quid melius q̃ illã quã venit ostenderet? Dum castella / villas / vrbes / fluuios ac montes / per quos transierit nominat suum denuncians iter: tuum tibi prenunciat: ita vt eadem loca recognoscas eundo: que ille pertrãsijt veniendo. In hac similiter nostra descensione gradus ascensorios fortasse reperies: quos ascẽdendo melius tu in tuo corde q̃ in nostro codice leges. Amen.

¶ Diui Bernardi abba. epistola ad Uuillermum abbatem sancti Theodorici.

Quod me huiusmodi operi operam dare iubes per quod tollendum sit scandalum de regno dei libenter accipio: sed quomodo id velis fieri necdum satis elucet mihi. Nam illam tuam dulcissimam epistolam legens ac relegẽs / sepius repetita placebat. Intellexi quidem te velle vt illis qui de nobis tanq̃ detractoribus Cluniacẽsis ordinis cõqueruntur satisfaciam: quatinus sciatur nõ esse veruz quod male hucusq̃ de nobis putarũt / vel putari voluerunt. At si post hanc satisfactionẽ rursus victus eorum ac vestitus superfluitatem / et cetera que iniungis: et quẽadmodum iniungis: carpere voluero: et mihi videbor contrarius: et quomodo sine scandalo facere queam nõ video nisi forte et ordinem quidem laudabilem: et ordinis reprehensores reprehensibiles doceam / et nihilominus tamẽ ipsius superflua reprehendam. Si hoc mõ vis: aut forte aliter magis expedire vides / manda apertius: et vt valeam quod vis: eo modo quo vis: ora instantius. Scito tamẽ non modico me huiusmodi scriptitationibus ferri detrimento: quia multuz hinc deuotionis subtrahitur / dum studium orationis intermittitur: presertim cum nec vsus suppetat dictandi: nec ocium.

¶ Diui Bernardi abbatis ad Uuillermum abbatem Apologia.

Uenerabili p̃ri Uuillermo frater Bernardus fratrum qui in claraualle sunt inutilis seruus: salutem in dño. Usq̃ mõ si qua me scriptitare iussistis: aut inuitus / aut nullatenus acquieui: non q2 negligerez qđ iubebar: sed ne p̃sumerem qđ nesciebã. Nũc v̾o noua vrgẽte causa pristina fugatur verecũdia: et vel perite vel imperite dolori meo satisfacere cogor: fiduciam dante ipsa necessitate. ¶ Quõ nãq̃ silẽter audire possum vestrã huiuscemodi de nobis querimoniã: qua. s. miserrimi hominũ / in pannis et semicincijs: de cauernis (vt ait ille) dicimur iudicare mundũ: quodq̃ inter cetera intolerabilius est: etiam gloriosissimo ordini vestro derogare: scẽis qui in eo laudabiliter viuunt impudẽter detrahere: et de vmbra nostre ignobilitatis / mũdi luminaribus insultare? Ita ne sub vestimẽtis ouium non quidẽ lupi rapaces: sed pulices mordaces: immo tinee demolientes bonoꝝ vitã: q2 palam non audemus / in occulto corrodimus: nec saltim clamorẽ inuectiõis: sed susurriũ detractionis emittimus? Si hoc ita est: vt quid sine causa mortificamur tota die: estimati sumus sicut oues occisiõis? Si ita inquã pharisaica iactantia: ceteros hoies / et (qđ superbius est) nobis meliores despicimus: quid nobis prodest tãta in nostro victu parcitas et asperitas: in vestitu notabilis illa vilitas ac diuersitas: in opere manuum quotidiana desudatio in ieiunijs et vigilijs iugis exercitatio: totius deniq̃ vite nostre singularis quedã atq̃ austerior conuersatio? Nisi forte oĩa opera nostra facimus vt videamur ab hoibus? Sed dicit xp̃s. Amẽ dico vobis: receperũt mercedez suã. Nõne si in hac vita tantũ in xp̃o sperantes sum⁹: miserabiliores sumus oibus hoibus? An v̾o nũ in hac vita tñ in xp̃o speramus si de xp̃i seruitio tẽporalẽ tñ gloriã querim⁹? Miser ego homuncio: qui tãto labore et industria studeo nõ esse / vel potius non videri sicut ceteri hoim: minus tñ accepturus / immo grauius cruciandus q̃ quilibet hoim. Siccine ergo non inueniebat nobis via (vt ita dicã) vtcũq̃ tolerabilior ad infernuz? Si ita necesse erat vt illo descẽderemus: cur saltẽ illã quã multi incedũt viã. s. latã q̃ ducit ad mortẽ / nõ eligimus: quatin⁹ vel de gaudio et nõ de luctu ad luctũ trãsiremus? O q̃ felicius

est illis quoꝝ nõ est respectus morti eoꝝ et firmamẽtũ in plaga eoꝝ: qui in labore hoim nõ sunt / et cũ hoibus nõ flagellant: qui et si peccatores / ac pro gaudijs tẽpalibus perpetuis cruciatibus addicti: saltim abũdãtes in seculo obtinuerũt diuitias. ¶ Ue portantibus crucem nõ sicut saluator suam: sed sicut ille cyreneus alienam. Ue cytharedis cytarizantibus nõ vt illi de apocalipsi in cytaris suis: sed vere vt hypocrite in alienis. Ue semel: et ve iterum: pauperibus superbis. Ue in q̃ semel et ve iterum / portãtibus crucẽ christi et nõ sequẽtib⁹ christũ: qui nimirũ cuius passionibus participant: humilitatem sectari negligunt. Duplici quippe cõtritione conteruntur / qui huiusmodi sunt: quãdo et hic pro temporali gloria tẽporaliter se affligunt: et in futuro p̃ interna superbia ad eterna supplicia pertrahunt. Laborãt cuz christo: sed cũ christo nõ regnãt. Sequuntur christum in paupertate sua: sed in gloria nõ sequuntur. De torrente in via bibũt: sz non exaltabunt caput i patria. Lugent nũc: sed tunc nõ cõsolabuntur. Et merito. Quid eniz facit superbia sub pannis humilitatis iesu? Nunquid nõ habet quo se palliet humana malitia nisi vnde inuoluta est infantia saluatoris? Et quomodo intra presepium dñi simulatrix arrogantia se coartat: ac pro vagitibus innocentie / malũ inibi detractionis immurmurat? An nõ illi superbissimi de psalmo: quoꝝ prodijt ex adipe iniquitas eorum: multo tuti⁹ operti sunt iniquitate et impietate sua: q̃ nos latemus sub sanctitate aliena? Quis eñ magis impius: an p̃fitens impietatẽ: an mentiens sanctitatem? Nonne is qui etiam mendacium addens: geminat impietatem? Et quid dicã? Uereor ne forte et ego suspectus habear / non quidez vobis pater / non vobis: cui vtiq̃ notum me noui: quãtũ in hac caligine homo hoi innotescere põt: et specialiter de hac re scio vos nõ ignorare quid sentiam. Sed propter illos qui me nec ita vt vos cognouerunt: nec sicut vobis hinc loqui soleo loquentẽ audierũt. Scribo vobis qđ et frequẽter audistis: vt qm̃ ego per singulos ire et singulis satisfacere nequeo ex me habeatis: vñ qđ de me certissime scitis / eis p̃ me verissime p̃suadeatis. Neq̃ eñ timeo omniũ oculis scribere: quicquid de hac re vobis in aure locutus sum. Quis vnq̃ me aduersus ordinẽ illũ: vel coraz audiuit disputantẽ / vel clam susurrantẽ? Quem vnq̃ de ordine illo nisi cũ gaudio vidi: nisi cũ honore suscepi: nisi cũ reuerentia allocutus: nisi cum humilitate adhortatus sum? Dixi: et dico. Modus quidem vite est sanctus / honestus / castitate decorus / discretione precipuus / a patribus institutus / a spiritu sancto preordinatus: animabus saluandis non mediocriter idoneus. Egone vel damno / vel despicio: quem sic predico? Memini me aliquando in aliquibus eiusdem ordinis monasterijs: hospitio susceptum fuisse reddat dominus seruis suis humanitatem quã infirmanti mihi: vltra etiã q̃ necesse fuit exhibuerunt: et honorez quo me pl⁹ quoq̃ q̃ dignus fui / dignati sunt. Ipsorũ me cõmẽdaui orationib⁹: interfui collationib⁹ sepe et de scripturis: et salute animarũ habui sermonẽ cũ multis: et publicũ in capitulis et priuatũ in cameris. Quẽ vnq̃ vel clã vel palã: aut ab illo ordine dissuadere / aut ad nostrum vt veniret persuadere tentaui? An non potius multos cupientes venire repressi: venientes et pulsantes repuli? An non fratrem Nicolaum / ad sanctum nicolaum: et vobis duos de vestris vobis teste remisi? Sz et duobus quibusdam eiusdem ordinis abbatibus: quorum ne nomina prodam ipse eos optime nostis: et nihilominus q̃ amica mihi familiaritate iungãtur scitis: nunquid non tamen ad alium ordinem (quod et vos non latuit) migrare desiderantibus: iamiamq̃ deliberantibus: nostruz eis dissuasoriũ consilium obuiauit: ac ne suas desererent cathedras effecit? Cur igitur ordinẽ dãnare puto vel dico: cui amicos meos deseruire suadeo: cui suos ad nos venientes monachos reddo: de quo et mihi orationes tã sollicite requiro: tã deuote suscipio? An forte quia iuxta alium ordinem cõuersari videor: propterea suspectus hinc habeor? Sed eadem ratione et vos nostro derogatis quicũq̃ aliter viuitis. Ergo et cõtinẽtes et cõiuges inuicẽ se damnare putentur: q2 suis quiq̃ legibus in ecclesia cõuersentur. Monachi quoq̃ ac regulares clerici sibi inuicem derogare dicantur: q2 proprijs abinuicem obseruantijs separant. Sed et noe / et danielem / et iob in vno se regno pati nõ posse suspicemur: ad qđ vtiq̃ non eos vno tramite iusticie cognouimus peruenisse. Mariam deniq̃ et martham necesse sit aut vtrãq̃ aut alterã saluatori displicere: cui nimirum tam dissimili studio deuotionis cõtendũt ambe placere. Et hac rõne in tota ecclesia q̃ vtiq̃ tam pluribus tãq̃ variatur dissimilibus ordinibus: vtpote regina que in psalmo legitur circũamicta varietatibus: nulla pax nulla prorsus cõcordia esse putabitur. Que etenim secura quies / quis tutus in ea stat⁹ inuenietur: si vn⁹ quilibz homo vnũ quẽlibet ordinem eligẽs: alios aliter viuẽtes aut ip̃e aspiciet: aut se ab ipsis sp̃ni suspicietur: p̃sertim cũ tenere impossibile sit: vt vnũ hoiem oẽs ordines / vt vnũ ordinẽ oẽs hoies? Non sum tã hebes: vt nõ agnoscam tunicam

Marginal notes: Ps. xliij. · Mat. vi. · j. Cor. xv · Ps. lxxij. · Ibidem. · D · Mat. xxvij · Apo. xiiij · Ps. lxxij. · Ps. xliiij. · De ordine cluniacensi (manuscript) · Compara tio ... (manuscript)

ſcam tunicaꝫ ioſeph:non ſilius qui liberauit egyptum/ſed qui ſaluauit mundū:⁊ hoc non a fame corporis:ſed a morte ſimul anime ⁊ corporis. Notiſſima quippe eſt qꝛ polymita:id eſt pulcherrima varietate diſticta:ſꝫ ⁊ ſanguine apparet intincta: nō q̄dē hedi q̄ pctm̄ ſignificat ſꝫ agni q̄ deſignat inocentiā:hoc ē ſuo ipſius nō alieno. Ipſe eſt pfecto agn⁹ māſuetiſſimus:q̄ corā non quidem tondente ſed occidente ſe obmutuit:qui peccatū non fecit:ſed abſtulit peccata mundi. Miſerunt autem qui dicerent ad iacob. Hanc inuenimus: vide vtrū tunica filij tui ſit an non. Vide ⁊ tu domine vtrum hec ſit tunica dilecti filij tui. Recognoſce omnipotens pater eaꝫ quā feciſti chriſto filio tuo polymitam:dando quidem quoſdam aplos:quoſdā autem prophetas:alios vero euangeliſtas:alios paſtores ⁊ doctores: ⁊ cetera que in ei⁹ ornatu mirifico decēter appoſuiſti:ad conſummationem vtiqꝫ ſanctorum occurrentium in virum perfectum/ in menſurā etatis plenitudinis chriſti. Dignare etiā deus precioſiſſimi purpuram ſanguinis quo aſperſa eſt recognoſcere:⁊ in purpura preclarum inſigne ac glorioſiſſimum indiciū obedientie. Quare ergo inquit rubrum eſt veſtimentum tuū? Torcular ſ calcaui ſolus:⁊ de gentibus non eſt vir mecum. Itaqꝫ quandoquidem factus eſt obediens patri vſqꝫ ad torcular crucis: quod vtiqꝫ ſolus calcauit:ſolum quippe brachium ſuum auxiliatum eſt ei:iuxta illud in alio loco ſingulariter ſuꝫ ego donec tranſeam. Iam ergo exalta eum deus:⁊ da ei nomen qđ eſt ſup oīe nomen:vt in nomine Ieſu oīe genu flectatur: celeſtium terreſtrium:⁊ infernorum. Aſcendat in altū/captiuā ducat captiuitatem:⁊ donet dona hominibus. Que dona? Relinquat videlicet ſpōſe ſue eccleſie pignus hereditatis: ipſam tunicā ſuā/ tunicam ſcilicet polymitā:eandēqꝫ inconſutilem ⁊ deſuper contextam per totum. Sed polymitam ob multorum ordinum qui in ea ſunt multimodam diſtinctionem:incōſutilē vero propter indiſſolubilis charitatis indiuiduam vnitatem. Quis me inquit ſeparabit a charitate chriſti? ¶ Audi quō polymitam. Diuiſiones ait gratiarū ſunt:idem aūt ſpiritus:⁊ diuiſiones operationum ſunt:idem ꝟo dn̄s. Deinde diuerſis enumeratis chariſmatibus/tanqꝫ varijs tunice coloribus: quibus conſtet eam eſſe polymitā/vt oſtendat etiaꝫ inconſutilem/⁊ deſuper contextam per totū:adiungit. Hec autem operatur vnus atqꝫ idem ſpiritus:diuidens ſingulis prout vult. Charitas qppe diffuſa eſt in cordibus noſtris:p ſpm̄ ſctm̄ qui datus eſt nobis. Non ergo diuidatur:ſed totam ⁊ integram hereditario iure ſortiatur eccleſia:qꝛ ⁊ de illa ſcriptum eſt. Aſtitit regina a dextris tuis in veſtitu deaurato:circūdata varietate. Itaqꝫ diuerſi diuerſa accipientes dona:alius quidē ſic/alius vero ſic:ſiue cluniacenſes ſiue ciſtercienſes/ſiue clerici regulares/ſiue etiā laici fideles: omnis denicꝫ ordo:omnis lingua:omnis ſexus/oīs etas/omnis cōditio:in omni loco/p omne tempus:a primo homine vſqꝫ ad nouiſſimū. Nam ⁊ propter hoc talaris dicta eſt ꝙ ad finem vſqꝫ pertingat:dicente ꝓpheta. Non eſt qui ſe abſcōdat a calore eius:nimirum cōgruens ei cui et facta eſt: qui perhibente videlicet alia ſcriptura. Et ipſe attigit a fine vſqꝫ ad finē fortiter ⁊ diſponit omnia ſuauiter. Omnes ergo concurramus pariter in vnam tunicam:⁊ ex omnibus conſtet vna. Ex oībus inqꝫ vna. Naꝫ ⁊ ſi ex plurib⁹ ⁊ diuerſis vna eſt tamen columba mea formoſa mea/pfecta mea. Alioquin nec ego ſolus:nec tu ſine me nec ille ſine vtroqꝫ:ſed ſimul omnes ſumus illa vna: ſi tamē ſolliciti ſumus ſeruare vnitatē ſpiritus in vinculo pacis. Nō inqꝫ tantum ordo noſter:aut ſolus veſter:ad illam pertinet vnā:ſed noſter ſimul ⁊ veſter:niſi forte(quod abſit) inuicem inuidentes inuicem prouocātes:inuicem mordeam⁹ ⁊ ab inuicē conſumamur:⁊ ſic non poſſit nos apoſtolus vni illi viro:cui deſpondit virginē caſtam:exhibere chriſto. Veruntamen illa vna dicit in canticis. Ordinauit in me charitatem: vt ⁊ ſi vna in charitate:diuiſa tamen ſi ordinatione. Quid ergo? Ciſtercienſis ſum. Damno igitur Cluniacenſes? Abſit. Sed diligo:ſed predico: ſed magnifico. Cur ergo inquis ordinem illum non tenes: ſi ſic laudas? Audi. Propter hoc quod apoſtolus ait. Vnuſquiſqꝫ in ea vocatiōe in qua vocatus eſt/permaneat. Et ſi queris cur ⁊ a principio non elegerim:ſi talem ſciebam? Reſpondeo. Propter id quod rurſus ait apoſtolus. Omnia licent:ſed nō omnia expediunt. Non ꝙ ſcilicet ordo ſanctus ⁊ iuſtus non ſit: ſed qꝛ ego carnalis eram/venundatus ſub peccato:⁊ talem aīe mee languorem ſentiebaꝫ:cui fortior eſſet potio neceſſaria. Et diuerſis morbis diuerſa conueniunt medicamenta:⁊ fortioribus fortiora. Fac duos homines febribus anxiari quartanis vnum:alterum tertianis. Commendet autem qui quartanis laborat/tertiano aquam:pira:⁊ frigida queqꝫ ſumenda:cum tamen ab his ipſe abſtineat:vinumqꝫ ⁊ cetera calida vtpote ſibi congruentia ſumat. Quis rogo hinc eum recte reprehendat? Si diceret ille/cur tu aquam non bibis quam ita laudas:an non recte reſpōderet:⁊ tibi eā fideliter tribuo/ ⁊ mihi ſalubriter ſubtraho? De

Geneſis. xxxvii.
Ephe. iiii.
Eſa. lxiii.
pſ. cxl.
phil. ii.
Ephe. iiii.
Rom. viii.
B
i. Cor. xii.
Ibidem.
Rom. v.
pſ. xliiii.
pſ. xviii.
Sap. viii.
Can. vi.
Ephe. iiii.
i. Cor. xi.
Can. ii.
i. Cor. x.
Rom. vii.

nicꝫ requiratur etiaꝫ a me:cur cum omnes ordines laudem omnes non teneo. Laudo enim omnes ⁊ diligo: vbicunqꝫ pie ⁊ iuſte viuitur in eccleſia. Vnum opere teneo: ceteros charitate. Faciet autem charitas(fidenter loquor) vt ne illorum quidem fructu frauder:quorum inſtituta non ſequor. Plus aliquid dicam. Tu tibi caute age. Poteſt namqꝫ fieri: qꝛ fruſtra tu laboraueris:vt auteꝫ ego fruſtra diligā bonuꝫ qđ operis: fieri omnino non poteſt. O quanta fiducia charitatis. Alius operatur non amans:⁊ alius amat nihil operans. Ille quidem ſuum opus perdit:illius vero charitas nūqꝫ excidit. Et qđ mirum ſi in hoc exilio peregrinante adhuc eccleſia: quedam huiuſcemodi ſit pluralis(vt ita dixerim) vnitas vnaqꝫ pluralitas:cum in illa quoqꝫ patria qn̄ iā ipſa regnabit: nihilomin⁹ forte talis aliqua diſpar quodāmō equalitas futura ſit: Inde etenim ſcriptū eſt. In domo pr̄is mei manſiones multe ſunt. Sicut itaqꝫ illic multe māſiones in vna domo: ita hic multi ordines ſunt in eccl̄ia vna: ⁊ quō hic diuiſiones gratiarū ſunt: idē autem ſpiritus:ita ibi diſtinctiones quidem gloriarum: ſed vna domus. Porro vnitas tam hic ꝙ ibi:vna conſiſtit in vna charitate: diuerſitas autem hic quidem in ordinum vel operationum multifaria diuiſione illic vero in quadam meritorum notiſſima ſed ⁊ ordinatiſſima diſtinctione. Intelligēs denicꝫ eccleſia hanc ſuam quodammō diſcordem concordiam:concordemve diſcordiam: deduxit me inquit ſuper ſemitas iuſticie propter nomen ſuū. Ponens quippe ſemitas pluraliter: ⁊ iuſticie ſingulariter: nec diuerſitatem pretermiſit operationum:nec vnitatem operantium. Preuidēs quoqꝫ ⁊ illā in celeſtibus diſcretam vnitatem futuram:deuotiſſime leta decantat. Platee tue hieruſalem ſternentur auro mūdo:⁊ per omnes vicos tuos Alleluya cantabitur. Audiens eñ plateas ⁊ vicos:coronas/⁊ glorias diuerſas intellige. In auro quo vno metallo illa ciuitas ornata deſcribitur:⁊ vno alleluya quod cantandum perhibetur: diſſimilium ſpecierum ſimilem pulchritudinem:et multarū mentiū vnam deuotionē attende. Non igitur vna tantum ſemita inceditur:qꝛ nec vna eſt manſio quo tenditur. Viderit autē quiſqꝫ quacunqꝫ incedat: ne pro diuerſitate ſemitarum ab vna iuſtitia recedat:quoniam ad quamlibet manſionem ſua quiſqꝫ ſemita peruenerit:ab vna domo patris extors nō erit. Verūtamen vt ſtella ab ſtella differt in claritate:ſic erit atqꝫ reſurrectio mortuorū. Nam et ſi fulgebunt iuſti ſicut ſol in regno patris eorū:alij tamen alijs amplius pro diuerſitate meritorum. Que ſane merita ſciendum non ſic in hoc ſeculo vt in illo facile ab homine poſſe diſcerni:quippe cuꝫ hic tantum opera videantur:illic etiā corda nihil impediat intueri. Siquidem radiante vbiqꝫ ſole iuſticie:tunc manifeſta erunt abſcondita cordium. Et ſicut non eſt nūc qui ſe abſcondat a calore eius/ ita tunc non erit qui ſe occultet a ſplendore ipſius. Et de operibus quidem ſepe incerta/et ob hoc periculoſa ſententia fertur:cum multotiens minus iuſticie habeant: qui magis operantur.

Vade nunc mihi conueniendi ſunt quidam de ordine noſtro:qui contra illam ſententiaꝫ nolite ante tēpus iudicare/quoadusqꝫ veniat dominus:qui ⁊ illuminabit abſcondita tenebrarum/ ⁊ manifeſtabit cōſilia cordium:alijs ordinibus derogare dicuntur: ⁊ ſuam iuſticiam ſolam volentes conſtituere:iuſticie dei nō ſunt ſubiecti:quos profecto(ſi qui tamen huiuſcemodi ſunt)nec noſtri/nec cuiuſpiam eſſe ordinis verius dixerim. Quippe qui ⁊ ſi ordinate viuentes/ ſuperbe tamen loquentes/ ciues ſe faciunt babylonis:id eſt confuſionis:immo filios tenebrarum/ipſiuſqꝫ gehenne:vbi nullus ordo/ſed ſempiternus horror inhabitat. Vobis ergo inqꝫ fratres qui etiam poſt auditam illam domini de phariſeo ⁊ publicano parabolam de veſtra iuſticia preſumētes/ceteros aſpernamini dicitis(vt dicitur)ſolos vos hominū eſſe iuſtos:aut omnibus ſanctiores:ſolos vos monachorum regulariter viuere:ceteros vero regule potius exiſtere trangreſſores. Primo quid ad vos de alienis ſeruis? Suo domino ſtāt aut cadūt. Quis vos conſtituit iudices ſup eos? Deinde ſi ita vt dicit de ordine veſtro preſumitis: qualis ordo eſt: vt anteqꝫ de ſuo quiſqꝫ trabem eijciat:in fratrū oculis tam curioſe feſtucas pquiratis? Qui in regula gloriamini:cur contra regulā detrahitis? Cur cōtra euangelium:ante tēpus: ⁊ cōtra apoſtolū alienos ſeruos iudicatis? An regula nō cōcordat euāgelio vel aplo? Alioquin regula iam nō eſt regula:qꝛ nō recta. Audite/ ⁊ dicite ordinem qui cōtra ordinem alijs ordinibus derogatis. Hypocrita inqt eijce primū trabem de oculo tuo:⁊ ſic videbis eijcere feſtucā de oculo fratris tui. Queris quā trabē? An non grādis ⁊ groſſa trabes eſt ſupbia:qua te putas eſſe aliqd cū nihil ſis? Inſaniſſime tibi tanqꝫ ſan⁹ exultas: ⁊ alijs vaniſſime trabē portās de feſtucis inſultas? Grās inqꝫ ago tibi de⁹:qꝛ nō ſuꝫ ſicut ceteri hoīm:iniuſti/raptores/adulteri. Seqre ꝙ ⁊ dic detractores. Necꝫ ei minima ē hec feſtuca int̄ ceteras. Quare cū tā di

Ioh. xiiii.
i. Cor. xii.
pſ. xxii.
thob. xiii.
i. Cor. xv.
i. Cor. iiii.
pſ. xviii.
i. Cor. iiii.
Rom. x.
Iob. x.
Ro. xiiii.
Mat. vii.
i. cor. xiiii.
Ro. xiiii.
Mat. v. [?]
lu. xviii.

ligenter alias enumeres:istam taces? Si pro nulla: vel minima
[.Cor.vi.] habes: audi apl̃m. Nec maledici (ait) regnum dei possidebūt.
[Ps. xlix.] Audi ⁊ deum in psalmo comminantē. Arguam te inquit: ⁊ sta-
tuam ↄtra faciem tuam. Quod quia detractori loquatur: certū
est ex precedentibus. Et quidem iuste ad se retorquēdus: et se
compellendus est intueri: qui auertens faciem suam a se: alie-
na potius mala q̄ sua solet curiosius perscrutari. At inquiunt
quomodo regulam tenēt: qui pelliceis induuntur sani carnibus
seu carnium pinguedine vescuntur: tria vel quattuor pulmēta
ria vna die (qđ regula ꝓhibet) admittunt: opus manuum quod
iubet/non faciunt: multa denique pro libitu suo/vel mutant: vel
augent vel minuūt? Recte. Nō p̄t hec negari. Sed attendite
in regulam dei: cui vtique non dissonat institutio sancti Benedi
cti. Regnum dei (inquit) intra vos est: hoc est nō exterius in ve
stimentis aut alimentis corporis: sed in virtutibus interioris
[Ro. xiiij.] hois. Unde apl̃s. Regnum dei nō est esca ⁊ potus: sed iusticia/⁊
[j.cor. iiij.] pax/⁊ gaudium in spiritu sancto. Et rursus. Regnum dei nō est
in sermone: sed in virtute. De corporalibus itaque obseruantiis:
fratribus calumniaȝ struitis: ⁊ que maiora sunt regule spūalia
scilicet instituta relinquitis/cameliūque glutientes: culicē liqua
tis: Magna abusio. Maxima cura est vt corpus regulariter in-
duatur: ⁊ contra regulam suis vestibus anima nuda deseritur.
Cum tāto studio tunica ⁊ cuculla corpori procurentur quatin⁹
cui deerunt: monachus nō puteṫ: cur similiter spiritui pietas: ⁊
humilitas: que profecto spiritualia indumēta sunt nō prouidē-
tur? Tunicati ⁊ elati abhorremus pellicias: tanq̄ nō melior sit
pellibus inuoluta humilitas/q̄ tunicata superbia: presertiȝ cū
[Gen.iij.] ⁊ de⁹ tunicas pelliceas primis hominibus fecerit: ⁊ iohannes
[Mat.iij.] in heremo zona pellicea lūbos accinxerit: ⁊ ipse tunicarum in
stitutor in solitudine nō tunicis sed pellibus sese induerit. Re-
pleti deinde ventrem faba mentem superbia: cibos damnamus
saginatos: quasi non melius sit exiguo sagimine ad vsum vesci:
[Heb.xij.] q̄ ventoso legumine vsque ad ructum exsaturari: ⁊ precipue cuȝ
[Gen.iiij.] esau non de carne: sed de lente sit reprehensus/⁊ de ligno Adā
[j.reg.xiiij] non de carne damnatus/⁊ ionathas ex gustu mellis non carnis
[iij.re.xvij.] morti adiudicatus: econtra vero Helias innoxie carnem come
[gen.xviij.] derit: Abraham gratissime carnibus angelos pauerit: ⁊ de ip-
[Exo.xxix] sis sua fieri sacrificia de⁹ preceperit. Sed ⁊ sati⁹ est modico vi-
no vti propter infirmitatem: q̄ multa aqua ingurgitari per aui
[j.Cor.iiij.] ditatem: qr ⁊ paulus thimotheo modico vtendum vino consu-
[Mat.xj.] luit: ⁊ dominus ipse bibit: ita vt vini potator appellat⁹ sit apo
[Joh.ij.] stolisque bibendum dedit: insuper ⁊ ex eo sacramenta sui sangui
[mat. xxvj] nis condidit: cum econtrario aquam ad nuptias bibi nō passus
[Johā. ij.] sit: ⁊ ad aquas contradictionis populi murmur terribiliter ca-
[Nūe. xvj.] stigauerit: dauid quoque aquam quam desiderauerat/potare ti-
[ij.re. xxiij] muerit: viri que illi gedeonis qui pre auiditate toto corpore pro-
[Judi. vij.] strato de flumine biberunt: digni ad prelium ire nō fuerint. De
[Luce.x.] vero de labore manuum quid gloriamini: cum ⁊ martha labo-
rans increpata ⁊ maria quiescens laudata sit: et paulus aper-
[j.Thi.iiij.] te dicat: labor corporis ad modicum valet: pietas autē ad oia
[Ps.vj.] Optimus labor de quo propheta dicebat: laboraui in gemitu
[ps. lxxvj.] meo. Et de quo alibi. Memor fui dei: ⁊ delectat⁹ sum ⁊ exercita
[Jbidem.] tus suȝ. At ne corpale intelligas exercitiū: ⁊ defecit inq̄t spūs
me⁹. Ubi aūt nō corp⁹: sed spūs fatigaṫ: spūalis ꝓculdubio la-
bor itelligiṫ. Quid ergo inqs? Siccine illa spūalia ꝑsuades: vt
etiā hec q̄ ex regula habem⁹ corporalia dānes. Nequaq̄ sed il
la opȝ agere ⁊ ista nō omittere. Alioqn cū aut ista omitti neces
se est: aut illa ista potius omittēda sunt q̄ illa. Quāto eni⁹ spūs
corpore melior est tanto spūalis q̄ corporalis exercitatio fru-
ctuosior. Tu ergo cum de horum obseruatione elatus: aliis ea
dem nō obseruātibus derogas: nōne te magis transgressorem
regule iudicas: cuius licet minima quedam tenens meliora de
[j.Cor.xij.] uitas? De quib⁹ paulus. Emulamini ait carismata meliora. De
trahēdo q̄ppe fratribus: in quo temetipsuȝ extollis/perdis hu
militatem: in quo alios deprimis/ charitatē: que sunt ꝓculdu-
bio charismata meliora. Tu tuū corpus multis ⁊ nimiis labo-
ribus atteris: ac regularibus asperitatibus mortificas mēbra
tua que sunt sup terram: bene facis. Sed quid si ille: quē simili
ter non laborātem ↄiudicas: modicum quidem habeat de hac
que ad modicum est vtilis: corporali videlicet exercitatione:
amplius autem q̄ tu/de illa que ad omnia valet: id est pietate?
Quis queso vestrum regulam melius tenet? An nō melius qui
melior? Quis vero melior: humilior: an fatigatior? An nō is/q̄
[Mat.xj.] a domino didicit mitis esse ⁊ humilis corde: qr cū Marta opti
[Luce.x.] mam partem elegit: q̄ non auferetur ab eo? Tu si regulam ab
omnibus qui eam professi sunt sic ad litteram tenendaȝ censes
vt nullam omnino dispensationem admitti patiaris: audacter
dico: nec tu eam/nec ille tenetis. Nā ⁊ si ille quantum quidem
pertinet ad obseruationes corporeas in pluribus offendit: im-
possibile est tamen te quoque vel in vno non transgredi. Scis au

tem quia: qui in vno offendit: omnium est reus. Sin vero conce-
das aliqua posse mutari dispensatorie: proculdubio ⁊ tu illam
tenes/⁊ ille: q̄q̄ dissimiliter. Nam tu quideȝ districtius: at ille
fortasse discretius. Neque hoc dico: quia hec exteriora negligen
da sint: aut qui se in illis non exercuerit/mox ideo spiritualis ef
ficiatur: cū potius spiritualia q̄q̄ meliora, nisi per ista aut vix
aut nullatenus vel acquirantur/vel obtineantur sicut scriptum
[j.Cor.xv.] est. Non prius quod spirituale: sed quod animale: deinde quod
spirituale. Sicut nec iacob nisi prius cognita lya desideratos
Rachelis amplexus meruit obtinere. Unde rursus in psalmo.
[Ps. lxxx.] Sumite psalmum: ⁊ date tympanum. Quod est dicere. Sumite
spiritualia: sed prius date corporalia. Optimus autem ille: qui
discrete ⁊ congrue hec ⁊ illa operatur.

Iam vero epistola vt epistola remaneat: finiēda erat
quandoquidem ⁊ nostros (de quibus pater conque
stus estis q̄ ordini vestro detraherent) satis quan-
tum potui stilo corripui: ⁊ me quoque ab huiusmodi
[B] falsa suspitione purgaui: vt debui. ¶ Sed quoniam
dum nostris minime parco: nonnullis de vestris nimium (in qui-
bus non decet) videor assentire: pauca que ⁊ vobis displicere
cognoui: ⁊ omnibus bonis vitanda esse non dubito: necessa-
rium reor subiungere: que quidem ⁊ si fieri videntur in ordine
absit tamen vt sint de ordine. Nullus quippe ordo quippiam re
cipit inordinatum: quod vero inordinatum est/ordo non est. Un
de non aduersum ordinem/sed pro ordine disputare putandus
ero: si non ordinem in hominibus/sed hominum vitia reprehē-
do. Et quideȝ diligentibus ordinem: in hac re molestum me fo
re non timeo: quinimmo gratum proculdubio accepturi sunt
si persequimur quod ⁊ ipsi oderunt. Si quibus vero displicue-
rit: ipsi se manifestant quia ordinem non diligunt / cuius vitia
corruptionem id est vitia dānari nolunt. Ipsis itaque illud Gre
gorianum respondeo. Melius est vt scandalum oriatur: q̄ ve-
ritas relinquatur.

Dicitur ⁊ veraciter creditur sanctos patres illam
[C] vitam instituisse: ⁊ vt in ea plures saluarenṫ vsque
ad infirmos regule temperasse rigorem: nō regu-
lam destruxisse. Absit autē vt credam: tantas eos
quantas video in plerisque monasteriis vanitates
ac superfluitates precepisse: vel cōcessisse. Miror
etenim vnde inter monachos tanta intemperantia in commes-
sationibus ⁊ potationibus/in vestimentis ⁊ lectisterniis ⁊ equi
taturis: ⁊ cōstruendis edificiis inolescere potuit/quatinus vbi
hec studiosius voluptuosius atque effusius fiunt ibi ordo melius
teneri dicatur: ibi maior putetur religio. Ecce enim parcitas:
putatur auaricia: sobrietas/austeritas creditur: silentium tri-
sticia reputatur. Econtra remissio/discretio dicitur: effusio/li-
beralitas: loquacitas/affabilitas: cachinnatio/iocūditas: mol
licies vestimentorum ⁊ equorum fastus/honestas: lectorum su-
perfluus cultus: mūdicia. Cumque hec alterutrū impendimus:
charitas appellaṫ. Ista charitas destruit charitatē: hec discre
tio discretionē ↄfundit. Talis mia crudelitate plena est: qua vi
deliȝ ita corpori seruiṫ/vt aia iuguletur. Que enim charitas est
carnem diligere: ⁊ spiritum negligere? Que ve discretio totum
dare corpori ⁊ anime nihil? Qualis vero misericordia: ancillā
reficere: ⁊ dominam interficere? Nemo pro huiusmodi miseri-
cordia speret se ↄseq̄ misericordiā/q̄ misericordibus promitti-
[Mat.v.] tur in euangelio: veritatis ore dicentis. Beati misericordes:
quoniam ipsi misericordiam consequentur. Sed certissime po-
tius penam expectet: quam tali (vt ita dicam) impio misericor
[iob.xxiiij] di sanctus Job magis prophetisando q̄ affectādo imprecatur
non sit inquiens in recordatione sed conteratur quasi lignū in-
fructuosum. Digne plane retributionis causam mox subinfert
[Jbidem.] satis idoneam: dicens. Pauit enim sterilem ⁊ que non parit: ⁊ vi
[D] due non benefecit. ¶ Inordinata profecto atque irrationalis mi
sericordia est/sterilis et infructuose carnis: que iuxta domini
[Joh.vj.] verbum: non prodest quicq̄: ⁊ sm̄ apostolum: regnum dei non
[j.Cor.xv] possidebit: adimplendis inuigilare desideriis: ⁊ de anime cura
sapientis saluberrimum non curare consiliū: admonētis atque di
[Eccl.xxx] centis. Miserere anime tue: placēs deo. Bona misericordia mi
sereri aīe tue: nec pōt nō mereri misericordiā qua fit vt placeas
deo. Alias autē nō est misericordia (sicut iā dixi) sȝ crudelitas:
nō est charitas sȝ iniq̄tas: nō discretio: sȝ ↄfusio: sterilem q̄ non
parit pascere/id est inutilis carnis ↄcupiscētiis inseruire: ⁊ vidue
nil boni facere: aīe videlȝ excolēdis virtutibus nullā operā da
re. Que vtique licet sponso interim sit viduata celesti: sensus tā
de spiritu sancto cōcipere ⁊ parere non desinit immortales: qui
videlicet incorruptibilis celestisque hereditatis valeāt esse capa
ces: sed si pium habeant studiosumque cultoreȝ. Sub hac tamen
abusione iam fere vbique sic pro ordine tenentur: vt iam ita ab
omnibus sine querela atque irreprehensibiliter obseruanṫ: q̄q̄
dissimiliter

dissimiliter. Nonnulli quippe his omnibus tanq̄ non vtentes vtuntur: et ideo aut cum nulla offensa/ aut cum minima. Aliquāti quippe hec agunt ex simplicitate: aliquāti ex charitate: aliquāti ex necessitate. Quidam namq̄ simpliciter ista tenent: quoniam sic eis precipitur parati aliter agere si aliter preciperetur. Quidam autem ne discorditer viuant ab eis cum quibus habitant: iectantes in his non suam libidinem: sed aliorum pacē. Alij vero qui resistere non valent multitudini contradicentium qui hec vtiq̄ tanq̄ pro ordine libera voce defendunt: et quotiens isti aliqua (prout ratio dictat) restringere/ vel mutare incipiunt: illi mox tota eis auctoritate resistunt. ¶ Quis in principio cum ordo cepit monasticus: an tantam crederet monachos inertiam deuenire? O quantum distamus ab his qui in diebus Antonij extitere monachi? Siquidem illi cum se inuicem per tempus ex charitate reuiserent/ tanta ab inuicem auiditate panē animarum percipiebant: vt corporis cibum penitus obliti: diē plerunq̄ totum ieiunis ventribus: sed non mentibus transigerent. Et hic erat rectus ordo: quando digniori parti prius inseruiebatur. Hec summa discretio: cum amplius sumebat que maior erat. Hec deniq̄ vera charitas: vbi anime/ quarum charitate christus mortuus est: tanta sollicitudine refocilabantur. Nobis autem conuenientib⁹ in vnum (vt verbis apostoli vtar)

i. Cor. xi.

iam non est dominicam cenam manducare. Panem quippe celestem nemo qui requirat: nemo qui tribuat. Nihil de scripturis/ nihil de salute agitur animarum: sed nuge/ et risus: et verba proferuntur in ventum. Inter prandendū quātum fauces dapibus: tantū aures pascuntur rumoribus: quibus totus intētus modum nescias in edēdo. Interim autem fercula ferculis apponuntur: et pro solis carnibus: a quibus abstinetur: grandia piscium corpora duplicantur. Cumq̄ prioribus fueris satiatus: si secundos attigeris: videberis tibi necdum gustasse pisces. Tanta quippe accuratione et arte coquorum cūcta parantur: quatinus quattuor aut quinq̄ ferculis deuoratis/ prima non impediant nouissima: nec satietas minuat appetitum. Palatum quippe dum nouellis seducitur condimentis: paulatim dissuescere cognita: et ad succos extraneos/ veluti adhuc ieiunū auide renouatur in desideria. Venter quidē dum nescit oneratur: sed varietas tollit fastidium. Quia enim puras (vt eas natura creauit) epulas fastidimus: dum alie aliis multifarie permiscentur: et spretis naturalibus quos deus indidit rebus: quibusdā adulterinis gula prouocatur saporibus: transitur nimirum meta necessitatis: sed necdū delectatio superatur. Quis enim dicere sufficit quot modis (vt cetera taceā) sola oua versantur et vexantur: quāto studio euertuntur/ subuertuntur/ liquantur/ durātur diminuuntur: et nunc quidem frixa/ nunc assa: nunc farsa/ nunc mixtim/ nunc singillatim apponuntur. Vt quid autem hec omnia: nisi vt soli fastidio cōsulatur? Ipsa deinde qualitas rerum talis deforis apparere curatur: vt non minus aspectus q̄ gustus delectetur: et cū iam stomachus crebris ructibus repletum se indicet: necdum tamen curiositas satiatur. Sed dū oculi coloribus: palatū saporibus illiciuntur: infelix stomachus cui nec colores lucent: nec sapores demulcent: dum omnia suscipere cogitur: oppressus magis obruitur q̄ reficitur. ¶ Iamvero de aque potu quid dicā: quando ne vllo quidē pacto vinū aquatum admittitur? Omnes nimirum ex quo monachi sumus: infirmos stomachos habem⁹ et tā necessarium apostoli de vtendo vino consilium merito non negligimus: modico tā qd ille premisit: nescio cur pretermisso. Et vtinā vel solo cū etiā purū est contēti essemus. Pudet dicere: sed magis pudeat actitari: et si pudet audiri nō pudeat emēdari. Videas vno in prādio/ ter vel quater semiplenū calicē reportari: quatin⁹ diuersis vinis magis odoratis/ q̄ potatis: nec tā haustis/ q̄ attactis: sagaci probatione et celeri cognitione vnum tādē e pluribus/ qd fortius sit: eligatur. Quale est aūt illud qd nonnulla monasteria ex more obseruare dicūtur: in magnis videlicet festis vina delibuta melle: pigmentorū respersa pulueribus in cōuentu bibere? Nūquid et hoc fieri dicemus: propter infirmitatem stomachi? Ego vero ad nihil aliud valere video: nisi vt vel amplius bibatur: vel delectabilius. Sed cum vene fuerint vino ingurgitate: toto in capite palpitantes: sic surgētibus a mēsa quid aliud libet nisi dormire? Si autē ad vigilias surgere indigestum cogis: non cantū: sed plāctum potius extorquebis. ¶ Cum vero ad lectū deuenero: requisitus incōmodū plangor non crapule peccatū: sed q̄ manducare nō queo. Ridiculū vero (si tamen verū est) qd relatum est mihi a pluribus: qui hec se pro certo scire dicebant: reticendum esse non arbitror. Aiunt enim/ incolumes ac validos iuuenes conuētu solere deserere: in domo se infirmorū: qui nō sunt infirmi collocare: carniū esu/ quē egrotis ditaxat/ et omnino debilibus: ex regule discretione pro virtū reparatione cōceditur/ nō quidē corporis infirmātis ruinas reficere pro incōmodo/ sed carnis luxuriātis curā perficere in desiderio. Rogo que est hec securitas inter frendentium vndiq̄ hostium fulgurantes hastas et circumuolantia spicula/ tanq̄ finito iam bello et triumphato aduersario proicere arma: et aut prādijs incubare lōgioribus: aut nudū molli volutari in lectulo? Quid hoc ignauie est o boni milites? Socijs in sanguine et cede versantibus: vos aut cibos diligitis delicatos: aut somnos capitis matutinos? Alijs inquā nocte et die cura peruigili festinātibus redimere tempus/ quoniam dies mali sunt: vos econtrario et longas noctes dormitando cōsumitis: et dies fabulando ducitis ociosos? An dicitis pax/ et nō est pax? Cur non verecūdamini ad exprobrationem apostolice indignationis? Nondum

Hebre. xii.

enim ait restitistis vsq̄ ad sanguinē. Immo iā ad eiusdem terribilia valde cōminationis tonitruū/ cur nō expergiscimini? Cū

i. Thes. v.

dixerint inquit pax et securitas: tunc repētinus eis superueniet interitus: sicut dolor in vtero habentis et nō effugiēt. Delicata nimis medicina est prius alligari q̄ vulnerari: mēbrū nō percussum plangere: et necdum suscepto ictu admouere manū/ fouere vnguento vbi non dolet: emplastrum adhibere vbi cesura nō est. Ad discernendum deinde inter sanos et male habentes: baculos in manibus portare iubentur egrotātes: plane necessarios vt quam pallor in vultu/ macies q̄ non indicat: baculus sustentās mētiatur inualitudinē. Ridendas an lugēdas dixerim huiusmodi ineptias? Sic macharius vixit? Sic basilius docuit? Sic antonius instituit? Sic patres in egypto conuersati sunt? Sic deniq̄ scti odo/ maiolus/ odilo/ hugo/ quos se sui vtiq̄ ordinis princip. et preceptores habere gloriantur: aut tenuerunt/ aut teneri censuerunt? Sed hi oēs sicut sancti immo qui sancti fuerunt a sancto apostolo nō dissenserunt: qui nimirum ita loquitur. Habentes victum et vestitum/ his contenti simus. Nobis autē

i. Thi. vi.

est pro victu satietas: nec vestitū appetim⁹: sed ornatū. ¶ Queritur ad induendum/ nō qd vtilius/ sed quod subtilius inuenitur: non qd repellat frigus: sed quod superbire compellat: non deniq̄ (iuxta regulā) qd vilius comparari pōt: sed qd venustius immo vanius ostentari. Heu me miserū qualēcunq̄ monachum. Cur adhuc viuo videre ad id deuenisse ordinē nostrū: ordinē scilicet qui prim⁹ fuit in ecclesia: imo a quo cepit ecclesia quo nullus in terra similior angelicis ordinibus: nullus vicinior ei que in celis est hierusalem mater nostra: siue ob decorem castitatis: siue propter charitatis ardorē cuius apostoli institutores cui⁹ hi quos paulus tā sepe sanctos appellat: inchoatores extiterunt? Et quidem inter illos cum nihil qd suum esset quispiam retinuisset: diuidebatur (vt scriptum est) singulis prout cuiq̄ opus erat: non

Actu. iiii.

igitur qd quisq̄ pueriliter gestire poterat. Sane vbi tm quod opus erat accipiebatur: ibi nihil procul dubio ociosum admittebatur. Quāto magis nihil curiosum: quāto magis nihil superbum? Quod inquit opus erat. Hoc est quātū ad indumēta: qd et nuditatem tegeret: et frig⁹ repelleret. Putasne ibi cuiq̄ galabrunum aut isembrunum querebatur ad induēdū: cuiq̄ ducētorum solidorum mula parabatur ad equitandū? Putasne lineq̄ cuiuspiam ibi lectuli opertoriū cattinum: aut discolor barricanus operiebat: vbi singulis diuidebatur: tantū prout cuiq̄ op⁹ erat? Non illic arbitror valde curatum fuisse de precio: de colore/ de cultu vestimentorū: vbi tam indefessum inerat studium in concordia morum: animorum coherētia: profectuq̄ virtutum. Multitudinis inquit credētium erat cor vnum: et anima vna. Vbi

Actu. iiii.
Luc. xvii.

nunc illud vnanimitatis exercitium? Fusi sumus exterius: et de regno dei (qd intra nos est) relictis veris ac perēnib⁹ bonis: foris querim⁹ vanā cōsolationē/ de vanitatib⁹ et insanijs falsis: ac iam religionis antiquē nō solū virtutē amisimus: sed nec speciē retinem⁹. Ecce enim ipse habit⁹ noster (qd et dolēs dico) qui humilitatis esse solebat insigne: a monachis nostri tēporis in signū gestatur superbie. Vix iā in nostris prouincijs inuenim⁹ quo vestiri dignemur. Miles et monach⁹ ex eodē pāno partiūtur sibi cucullā et clamidē: Quiuis de seculo quātūlibet honorat⁹ etiā si rex etiā si imperator ille fuerit: nō tā nostra horrebit indumēta: si suo sibi mō preparata fuerint et aptata. Ceterū in habitu inquis nō est religio: sed in corde. Bene. At tu quando cucullam empturus lustras vrbes/ fora circuis: percurris nundinas: domos scrutaris negociatorum: cunctam euertis singulorum supellectilem ingētes explicas cumulos pānorum/ attrectas digitis/ admoues oculis/ solis opponis radio: quicquid grossum: quicquid pallidum occurrerit respuis. Si quid autem sui puritate ac nitore placuerit illud mox quantolibet precio satagis tibi retinere. Rogo te: ex corde facis hec: an simpliciter? Cum deniq̄ contra regulam: non quod vilius occurrerit: sed studiosissime queris quod quia rarius inuenitur preciosius emitur: ignorans facis hec/ an ex industria? Ex cordis thesauro sine dubio procedit: quicquid foris apparet vitiosum. ¶ Vanū cor vanitatis notā ingerit corpori: et exterior superfluitas interioris vanitatis indiciū est. Mollia indumēta: animi mollitiē indicāt. Nō tanto curaretur corporis cultus: nisi prius neglecta fuisset mēs inculta virtutibus. Vtrum aūt cum regula dicat ad magistrum respicere quicquid a

Ezech. iij.

discipulis delinquit: ⁊ dominus per prophetam sanguinem in peccato morientium de manu pastorum requirendum esse minetur quomodo abbates nostri patiuntur fieri talia: nisi forte (si audeam dicere) nemo fidenter reprehendit in quo se esse irreprehensibilem non confidit. Siquidem humanitatis est oim in quo sibi quisq₃ indulget alijs non vehementer irasci. Dicam/ dicam: presumptuosus dicar: sed verum dicam. Quomō lux mundi obtenebrata est? Quomodo sal terre infatuatum est? Quorum nobis vita: via vite debuit esse: dum exemplū in suis actibus ostendunt superbie: ceci facti sunt duces cecorum. Quod enim (vt cetera taceam) specimen humilitatis est cum tanta pōpa ⁊ equitatu incedere: tantis hominum crinitorum stipari obsequijs: quatinus duobus episcopis vnius abbatis multitudo sufficiat? Mentior si nō vidi abbatem sexaginta equos ⁊ eo amplius in suo ducere comitatu. Dicas si videas eos transeuntes: non patres esse monasteriorum: sed dominos castellorum: non rectores animarum/ sed principes prouinciarum. Tum deinde gestari iubētur mapule: cyphi: bacini: candelebra: ⁊ mantice suffarcinate: non stramentis: sed ornamentis lectulorum. Vix deniq₃ quattuor leucis a sua quispiam domo recedit / nisi cum tota suppellectili sua tanq̄₃ sit vel iturus ad exercitum vel transiturus per desertum: vbi non valeant inueniri necessaria. An non posset eodem vasculo ⁊ aqua manibus vergi: et vinum bibi? An non posset ardens lucere lucerna : nisi in tuo q̄ portas candelabro: ⁊ hoc aureo/ vel argēteo? An nō posset dormiri: nisi super varium stratum/ aut sub peregrino coopertorio? An non vnus aliquis minister posset ⁊ iumentum ligare: et ad mensam seruire: ⁊ lectulum preparare? Nunc ergo tante multitudini garcionum ac iumentorum: cur (vel ad solatiu₃ mali) nobiscum non ferimus necessaria : quatinus hospites non grauemus? Sed hec parua sunt. Veniam ad maiora: sed ideo visa minora: quia vsitatiora. ¶ Omitto oratoriorū immensas altitudines: immoderatas longitudines: superuacuas latitudines: sumptuosas depolitiones: curiosas depictiones: que dum orātium in se retorquent aspectum: impediunt ⁊ affectum: ⁊ mihi quodammodo representant antiquum ritum iudeorum. Sed esto fiant hec ad honorem dei. Illud autem interrogo monachus monachos: quod in gentilibus gentilis arguebat. Dicite ait ille: pontifices in sancto quid facit aurum? Ego autem dico. Dicite pauperes. Non enim attendo versum: sed sensum. Dicite inq̄₃ pauperes: si tamen pauperes: in sctō quid facit aurum? Et quidē alia causa est epōrum: alia monachoru₃. Scimus nāq₃ q̄ illi sapientibus ⁊ insipiētib⁹ debitores cū sint/ carnalis populi deuotionem: quia spiritualibus non possunt corporalibus excitant ornamentis. Nos vero qui iam de populo exiuimus: qui mundi queq₃ preciosa ac speciosa pro christo reliquimus: qui omnia pulchre lucentia: canore mulcentia/ suaue olentia : dulce sapientia / tactu placentia / cuncta deniq₃ oblectamenta corporea arbitrati sumus vt stercora/ vt christum lucrifaciamus: quorum queso in his deuotionem excitare intendim⁹? quem inquam ex his fructum requirimus: stultorum admirationem/ an simplicium oblectationem? An quoniam commixti sumus inter gentes: forte didicimus opera eorum: ⁊ seruimus adhuc sculptilibus eorum? Et vt aperte loquar: an hoc totum facit auaricia que est idolorum seruitus: ⁊ non requirimus fructum/ s₃ datū? Si queris quomō: miro inq̄₃ modo. Tali quadā arte spargitur es/ vt multiplicet. Expendit vt augeatur: ⁊ effusio copiā parit. Ipso q̄ppe visu sumptuosarū sed mirandarū vanitatū: accenduntur homines magis ad offerendum q̄₃ ad adorandu₃. Sic opes opibus hauriunt: sic pecunia pecuniā trahit: q₃ nescio quo pacto vbi amplī⁹ diuitiarū cernit: ibi offertur libentius. Auro tectis reliquijs signātur oculi: ⁊ loculi aperiunt. Ostēdit pulcherrima forma scti vel scte alicui⁹: ⁊ eo credit sanctior quo coloratior. Currunt homines ad osculādum: inuitātur ad donādum: ⁊ magis mirant pulchra q̄₃ venerātur sacra. Ponunt dehinc in ecclesia gēmate nō corone/ s₃ rote: circūsepte lāpadib⁹/ sed nō minus fulgētes insertis lapidib⁹. Cernimus ⁊ p̄ cādelabris arbores quasdā erectas: multo eris pōdere miro artificis opere fabricatas: nec magis coruscantes superpositis lucernis: q̄₃ suis gemmis. Quid putas in his omnibus queritur: penitentium compunctio/ an intuentium admiratio?

ps. cv.

Coll. iij.

O Vanitas vanitatum: sed nō vanior q̄₃ insanior. Fulget ecclesia in parietibus : ⁊ in pauperibus eget. Suos lapides induit auro: ⁊ suos filios nudos deserit. De sumptibus egenorum seruitur oculis diuitum. Inueniunt curiosi: quo delectentur: ⁊ non inueniunt miseri quo sustententur. Ut quid saltem sanctor̄ imagines non reueremur: quibus vtiq₃ ipsum quod pedibus conculcatur/ scatet pauimentum? Sepe spuitur in ore angeli: sepe alicuius sanctorum facies calcibus tunditur transeuntium. Et si nō sacris his imaginibus/ cur vel non parcitur pulchris coloribus. Cur decoras: quod mox fedandu₃ est? Cur depingis: q̄ necesse est conculcari? Quid ibi valent venuste forme: vbi puluere maculantur assiduo. Deniq₃ quid hec ad pauperes: ad monachos: ad spirituales viros? Nisi forte ⁊ hic aduersus memoratum poete versiculum: propheticus ille respondeatur. Domine dilexi decorem domus tue: ⁊ locum habitationis glorie tue.

ps. xxv.

Assentio. Patiamur ⁊ hec fieri in ecclesia: quia et si noxia sunt vanis ⁊ auaris/ non tamen simplicibus ⁊ deuotis. Ceterum in claustris coram legentibus fratribus: quid facit illa ridiculosa monstruositas: mira quedam deformis formositas: ac formosa deformitas? Quid ibi immunde simie / quid feri leones: quid monstruosi centauri: quid semihomines / quid maculose tigrides / quid milites pugnātes: quid venatores tubicinātes? Videas sub vno capite multa corpora: ⁊ rursus in vno corpore capita multa. Cernitur hinc in quadrupede cauda serpentis : illinc in pisce caput quadrupedis. Ibi bestia prefert equū caprā trahens retro dimidiam : hic cornutum animal equum gestat posterius. Tam multa deniq₃ tamq₃ mira diuersarum formarū vbiq₃ varietas apparet/ vt magis legere libeat in marmorib⁹ q̄₃ in codicibus: totumq₃ diem occupare singula ista mirando: q̄₃ in lege dei meditando. Pro deo si non pudet ineptiarum: cur vel non piget expensarum? Multa quidem ⁊ alia suggerebat addenda larga materia: sed auellit me ⁊ propria satis anxia occupatio/ ⁊ tua frater Ogeri nimis festina discessio: qui videlicet nec morari diutius acquiescis: nec abire tamē vis absq₃ recenti opusculo. Facio itaq₃ quod vis: ⁊ te dimitto/ ⁊ sermonem breuio. Presertim quia vtiliora sunt pauca in pace: q̄₃ multa cū scandalo. Et vtina₃ hec pauca scripserim sine scandalo. Enim uero vitia carpens : scio me offendere vitiosos. Potest tamen fieri volente deo aliquibus quos me timeo exasperasse/ poti⁹ placiturum esse: sed si desinant esse vitiosi. Si videlicet ⁊ districtiores desinant esse detractores/ ⁊ remissiores amputent superfluitates. Si sic quisq₃ bonū teneat quod tenet: vt alium aliud tenentem non iudicet. Si quis accepit iam esse bonus: non inuideat melioribus: ⁊ qui sibi videtur agere melius: bonū nō spernat alterius. Si qui districtius viuere possunt: eos qui non possunt nec aspernentur/ nec emulentur: ⁊ qui non possunt eos qui possunt sic mirentur/ vt temere non imitentur. Sicut enim non licet his qui maius aliquid forte vouerunt: ad id quod minus est descendere ne apostatentur: sic non omnibus expedit de bonis minoribus ad maiora transire ne precipitentur. Scio quippe nonnullos de alijs ⁊ congregationibus ⁊ institutionibus ad nostrum ordinem peruolasse/ pulsasse/ intrasse. Qui hoc quide₃ agendo: ⁊ suis scandala reliquerunt/ ⁊ nobis nihilominus attulerunt: dū quantu₃ illos sua temeraria discessione: tantū nos turbarunt sua misera conuersatione. Et quoniam superbe spreuerunt quod tenebant: ⁊ temere presumpserunt quod non valebant: digno deus exitu eorum tandem patefecit ignauiam: q₃ ⁊ impudenter deseruerunt quod imprudenter arripuerāt: ⁊ turpiter redierunt ad id quod leuiter deseruerant. Cu₃ enim claustra nostra sui potius ordinis impatiētia: q̄₃ desiderio nostri expetierint: ostendūt q̄ sunt: dū a vobis ad nos/ a nobis ad vos instabili leuitate peruolantes: ⁊ nobis/ ⁊ vobis/ ⁊ omnibus bonis scandala faciunt. Quāq̄₃ ergo nonnullos eorum nouerim⁹ qui ⁊ fortiter deo auctore ceperunt: ⁊ ipso protectore fortius p̄seuerant: securius est tamen vt perseueremus in bono quod cepimus q̄₃ q̄ incipiamus vbi nō perseueremus: ⁊ hoc pariter oēs studeamus: q̄ s̄m apostoli cōsilium oia nostra in charitate fiant. Hec est nostra de nostro ⁊ de vestro ordine sentētia: hec nostris ⁊ vestris: hec non de vobis sed vobis/ me solere dicere nullus meli⁹ mihi testis erit q̄₃ vos: ⁊ si quis me nouit sicut vos. Que in vestris laudabilia sunt laudo: ⁊ predico: si qua reprehendenda sunt vt emendent: vobis ⁊ alijs amicis meis suadere soleo. Hoc non est detractio : sed attractio. Quod vt nobis a vobis semper fiat: oino precor ⁊ supplico. Valete.

i. Cor. xvi.

¶ Diui bernardi abbatis super euangelio Ecce nos reliquimus omnia declamationes.

Prologus.

VT tibi dilectissime presentes exhortatiōis cedulas destinarem: que ociosa esse nō patitur/ nimirum credens oia ⁊ oia sperans/ charitas persuasit. Ubi sane non tibi me propria tradidisse putes: nec tanq̄₃ nostra suscipias: sed e multis sermonibus patrum quorum digna satis laus est in ecclesia/ que huic videbantur apte negocio noueris decerpisse sententias: ⁊ sub vnam vtcunq₃ formulam redigendo: cuiusdam copiosi declamatorij sermonis instar: hunc tue dilectioni libellum edidisse. Hoc nimirum scribendi genus ad persuadendum efficacius arbitrabar: quod solet amplius mouere lectorem viuidas magis voces/ q̄₃ mutos apices representans.

apices representans. Ceterū q̄m suspecta mihi ignorantia propria / propriaq̄ obliuio est. ¶ Hortor ⁊ moneo: vt si qua deprehenderis digna reprehēsiōe: aut ipse ea corrigere studeas / aut si id forsitan ex māsuetudine refugis ⁊ hūilitate mihi saltē que cunq̄ te mouerint non dissimules amicabiliter intimare. Atq̄ id quidem de sententia dixerim. Nā de verbis: erit forsitā inuenire nonnullos ad quorū aures si venerint / subsannent ea dicentes. Quis est iste inuoluens sententias sermōibus imperitis? Uerum nil tale mihi super tua reor eruditione verendum. Quippe ⁊ metum hunc ⁊ pudorem: suspitiōe carens charitas foras mittit. Affectum magis ni fallor / in his q̄ verba pensabit amicus presertim quod non ostentationis / sed edificationis edere paginam cogitarim: optans magis (si possibile videretur) ⁊ sine verbis hec imprimere cordi tuo. Faciat hoc qui inuisibiliter operatur in cordibus electorum: ⁊ pia dignatione sua suā hanc vocem reputans / vocem ei virtutis ⁊ efficacie largiatur. Agit enim qđ pōt operosa dilectio: oportune instans fortassis ⁊ importune. Nulla sane huic operi idonea magis occurrit dignior ve materia q̄ euangelica lectio: vbi felicissimum illud Symonis ⁊ Jesu eulogium continetur. Hac ergo suscipere libuit: sz exortationis magis gratia q̄ expositionis vt scilicet ex ea sermonis occasio sumeretur. Sed ⁊ sententias breuibus distinguere studui lectionem: vt distinctio ipsa fastidium non admittat.

¶ Sermo de verbis euangelij. dixit Simon petrus ad Jesum.

[A] [Mat. xix.] Dixit symon petrus ad Jesum. Ecce nos reliquimus omnia ⁊ secuti sumus te. Fidelis sermo ⁊ dignum omni acceptione colloquium Symonis petri ⁊ Jesu. Familiaris siquidem ⁊ amica saluti obedientia est: sed obedientia firma ⁊ stabilis: que fundata est sup petrā. [j. Reg. xv] Melior est enim obedientia q̄ victime: ⁊ acquiescere nolle / vt peccatum ariolādi est. Unde ⁊ vite quoq̄ ipse saluator pretulit hanc virtutem: eligens magis animā ponere: q̄ obedientiam non implere. [Phil. ij.] Postremo ⁊ ipsum nomē Jesu / quod est super omne nomē: ⁊ in quo flectitur omne genu: apostolo teste: obedientie remuneratio est. Libet proinde sacratissimo huic interesse colloquio ⁊ intima cordis aure percipere que dicūtur. Arbitror enim verba lectionis huius ea esse: de quibus ad immortalē sponsum a finibus terre clamat ecclesia: [Ps. xvi.] propter verba labiorum tuorum ego custodiui vias duras. Hec nēpe sunt verba que contemptum mundi in vniuerso mundo: et voluntariam persuasere hominibus paupertatem. Hec sunt que monachis claustra replent: deserta anachoritis. [Exo. xij] Hec inq̄ sunt verba que egyptum spoliant: et optima queq̄ eius vasa diripiunt. Hic sermo viuus et efficax: conuertens animas: felici emulatione sanctitatis: et veritatis promissione fideli. Dixit enim symon petrus ad Jesum. Ecce nos reliquimus oīa. Bene: optime: ⁊ nō ad insipientiam tibi. Nam et mundus transit et concupiscētia eius: ⁊ relinquere hec magis expedit: q̄ relinqui. Ecce inquit nos reliquimus omnia: ⁊ secuti sumus te. [Ps. xviij.] Nimirum quia exultauit vt gygas ad currendā viam: nec currentem sequi poteras oneratus. Sed nec inutilis cōmutatio: pro eo qui sup omnia est / oia reliquisse. [B] ¶ Nam et simul cum eo donātur oīa: ⁊ vbi apprehēderis eum / erit vnus ipse omnia in omnibus / qui pro ipso omnia reliquerunt. Omnia sane dixerim: non tantum possessiones sed etiam cupiditates: et eas maxime. Plus enim concupiscentia mundi q̄ substātia nocet. Et hec fugiendarū causa diuitiarum precipua est: q̄ aut vix: aut nunq̄ sine amore valeāt possideri: limosa siquidē et glutinosa nimis: non modo exterior: verūetiam interior substantia nostra videtur: ⁊ facile cor humanum omnibus que frequentat / adheret. [C] ¶ Age ergo qui relinquere vniuersa disponis: te quoq̄ inter relinquenda numerare memēto. Immo vero maxime et principaliter abnega temetipsum: si desideras sequi eum q̄ exinaniuit propter te semetipsum: pone grauissimam sarcinā: pone asinariā molam: terrenā molem: pone illa quinq̄ nō hominū plane iuga / sed boū: que tibi insipienter emisti. Alioquin sequi spōsum ⁊ venire ad nuptias spūales quinaria hac pressus ⁊ oppressus corporis sensualitate nō poteris: sed ⁊ si nouissime veneris et pulsaueris / minime profecto aperietur tibi: sed respōdebitur de intus: q̄ nō sit de bobus et asinis ceterisq̄ iumentis insipientibus cura deo. [j. Cor. ix.] An vero comparatū iumentis esse quis dubitet hominē: q̄ sibi iuga emerit iumētorum: nisi q̄ eo sane ipsis quoq̄ iumētis conuincitur stolidior: et bestialior bestiis comprobatur: q̄ iuga necessitatis ea sua propria ipse subeat voluntate. Qđ enim illis natura est: huic culpa / dum tanq̄ vnum ex his que ratione carēt / sine rōne degēs ⁊ ipse sub corporeis similiter sensibus incuruat. Sed qđ eū iuga subisse causamur? Arguamus magis emisse. Illud enī stoliditatis miserāde: illud extreme demētie est. [j. Thim. v] Dignus est operarius mercede sua. Nam vt mercedem pro opere tribuat inauditum. Deniq̄ loquitur super hoc verbo dominus per prophetam: sub typo mulieris fornicarie: scelera arguens israelis. [Eze. xvi.] Omnibus inquit meretricibus dantur mercedes: tu autem dedisti mercedes cunctis amatoribus tuis: et donabas eis vt intrarent ad te vndiq̄ ad fornicandum. Factumq̄ est in te contra consuetudinem mulierum / in fornicationibus tuis et post te non erit fornicatio. In eo enim q̄ dedisti mercedes: ⁊ nō accepisti: factum est in te cōtrariū. Plane ⁊ in eo qui iuga emit / cōtrarium fieri manifestum est. Quid enī iuga emit: ⁊ iuga boum / cui iugum suaue gratis offertur? Nā iugū xpi iugum hominis est: siquidem ⁊ xps homo. Nec mō gratis tribuitur: sed ⁊ copiosa his qui tulerint illud remuneratio est: vt a nemine non dico emi: sed gratis sustineri queat. Quid ergo miser pro iugo boum distrahis animam tuā: qui iugū christi suscipiens: emere poteras regnū dei: mercari vitā: lucrifacere christum? [Job. v] Nam sine iugo interim esse nō potes: homo nimirum qui natus es ad laborē. [Eccli. xl.] Sed graue iugum sup omnes filios adam [Mat. xj.] vtiq̄ qui sequūtur eū. Nā super eos qui christum sequūtur: leue est ⁊ suaue. Postremo vt cetera sileam cū sine iugo esse non possint: quale hoc ipsum est eligere potius quinq̄ q̄ vnū? Quis enim potest seruire quinq̄ dn̄is: nedū quinq̄ tyrannis: quinq̄ predonibus: [Tren. iij.] Siquidem oculus meus depredatur aīam meā. An non sepe aliud gula exigit: ad aliud pruritus aurium vocat Sic ⁊ odoratus ⁊ tactus diuersa imperāt: interdum forsitan ⁊ aduersa: dum vterq̄ cōem sibi gestit preripere seruum: ⁊ trahit sua quēq̄ voluptas. Uides excusationē hominis: qui propterea xpm non sequitur: propterea se excusat a nuptijs: q̄ iuga boum emerit quinq̄. [D] Quid si eorum laborem ⁊ dolorem cōsideres: si numeres iuga: qui varijs seruiūt vitijs morū / magis q̄ corporū sensibus? Erit profecto inuenire tā homines qui multo magis in labore hominum non sunt: sed longe amplius aliena ab homine flagella sustineant. Erit inuenire emētes: nō modo quinq̄ sed plusq̄ quinquagintaq̄ / nō plane iumentorū iuga / sed demonum. Contendūt ambitio: ⁊ elatio cordis: altera nidū: altera foueā parat. Uolare altera iubet repere monet altera cū neutrum profecto sit hominis. Quis enī es tu ait hec: quis vero ille vel ille est: aut q̄ domus patris eorū vt eis in aliquo cedas: vt reuerearis eos: vt aliquatinus eis blandiaris? At bonus sermo bonum inuenit locū ait ambitio: ⁊ interdū quoq̄ qui prodesse non potest / potest obesse: vnde dissimula primū vinū bonū pone: donec veniat hora tua. Auaricia quoq̄ ⁊ appetitus laudis sibi inuicē aduersantur: quod hec cōgregat hic dispergit. Nec minus cōtraria sunt que simulatio ⁊ pusillanimitas suggerunt impudentie impatientieq̄ clamoribus: ⁊ vtraq̄ labor / ⁊ dolor / ⁊ afflictio spiritus. [E] ¶ Hec aūt oia similiaq̄ ac dissimilia mala / ex vna radice pullulāt: propria s. voluntate. Huius enim sanguisuge due sunt insatiabiles filie: clamātes affer / affer. [Prouer. xxx] Siquidem nec animus vanitate: nec voluptate corpus aliq̄n satiatur vt scriptū est. [Eccle. j.] Non satiat oculus visu: nec auris implet auditu. Fuge sanguisugā hāc: ⁊ oia reliquisti. Hec enī oia trahit ad se. Pone hanc: ⁊ iugū tā importabile q̄ multiplex abiecisti. Non est enī dominus crudelis ad illam: nō ē tyrannus tam impius ⁊ inhumanus: sic vrgens seruulū: ⁊ non parcēs. Fatigatū magis instigat: subditū premit durius. In quietū malū: qđ spūi semper incubans inexcogitabilia meditatur. [Job. vij.] O custos hominū / quare posuisti me cōtrariū tibi: ⁊ factus sum mihimet ipsi grauis: Nullum mihi onus importabilius: nulla grauior sarcina est. Factus sum mihi talentū plūbi: ⁊ recedit iniquitas sup illud. Sz audiā vocē solatij: audiā quid loquat magni cōsilij angelus. [Zach. v.] [matth. xj] Uenite inquit ad me / q̄ laboratis ⁊ onerati estis: ⁊ ego vos reficiā. Tollite iugū meum sup vos: ⁊ inuenietis requiē aīabus vestris. Uerum hec aīas. Inuenient forte in nouissimis locū sibi. Interi sane felices liquet esse: q̄ exonerati sunt: ⁊ sequūtur dn̄z expediti Artissimū enim nos foramē expectat. Si quē sequimur psequi volumus: per angustā cōtendamus ingredi portam necesse est Quid tu cameli gybbum: quid tu pecuniosi proditoris loculos tollis? Non sic impie: nō sic ingredieris. Foramē acus / huiusmōi sarcinas nō admittit. Excusant aliq̄ fortasse dicētes Abrahā / ysaac / ⁊ Jacob: ceterosq̄ sancti / nunq̄d nō terrenas diuitias habuisse leguntur? Sufficit nobis esse sicut illi fuerūt: neq̄ enī sumus nos patribus meliores. Si culpabilis esset possessio diuitiarū: nūq̄ illi i diuitijs tantā a dn̄o gratiā obtinuissent: aut tantam gratiā psecuti diuitias nihilominus possedissent. Quid respōdebimus nouis imitatoribus sanctorū veterū? Imponāt certe vitulos sup altare dn̄i mactēt arietes: hircos immolēt: q̄ ⁊ hoc

abrahā fecit:⁊ hic ritus patrū: qbꝰ nō modo meliores nō sumꝰ
sed ne digni quidem soluere corrigiam calciamentorum eorū.
Sed hec inquiūt statumvltra nō habent/ vbi reuelata est veri-
tas: transiere. Quid si ipsas quoq sanctorū diuitias tempora-
(i. Cor. x.) les/ vmbrā fuisse dixerimus futurorū? In figura siquidē eis om
nia legimus cōtigisse. Denique qdni terrenas palā diuitias pos-
siderent sancti ⁊ perfecti viri: cū sola adhuc terrena palā pro-
mitterentur a deo? Sicut em̄ sacrificiis illis: sic ⁊ diuitiis/ car-
nalibus adhuc ppls dispēsatio diuina morē gerebat: nimirū
vt tāq paruuli paulatim a gentilium secederēt ritu eadē que
gentes demoniis/ dño immolantes: eademq ⁊ illi: sed a domi-
no: non a demoniis expectantes. Ubi sane celestis promissio so
nuit/ spiritalia iā necesse est spiritalibꝰ cōparari: ⁊ mutari sacri
ficium spe mutata. Nouerāt hec quicūqvel eo tpe fuere perfe-
cti: sed ex charitate pplo coherebant: vt in manifesto quidē ⁊
agere eadem ⁊ eadē querere viderent. An forte violēta videt
extorsio: qd de vmbra dicimꝰ ⁊ significatione. Olim alter super
hec scripserat in hūc modū. Nullus mihi opponat aurū templi
iudeorū. Tūc em̄ hoc fuit qn sanguis imolabat: qd totū figura
fuit. Aurū ergo repudiemus/ cū ceteris superstitionibꝰ iudeo-
rum: aut si aurum placet/ placeāt ⁊ iudei. Postremo nō multos
legisse me recolo/ aut nō afflictos grauiter: aut nō grauiter in
ipsa seculi huius prosperitate tentatos: forte ⁊ periclitatos. Ni
mirum longe aliud est in luto aquarū multarū diuisi fundo ma
ris iter capere/ terrena licite possidendo: aliud ipsam quoq no
uis gressibus vndam calcare: omnia relinquēdo. Sed tempo
ri gratie prerogatiua hec debebatur: petro nouum iter ⁊ noui
typus itineris seruabatur. Antiquorū sane patrū diebus/ do
nec in terris videretur ⁊ cōuersaretur inter homines dominus
maiestatis: non erat euangelice forma perfectionis: sed spiritū
domini solo interim spiritu sequebant. Ad vbi verbum caro fa
ctum est: ⁊ habitauit in nobis: iam nobis in eo tradita est ima-
go vite/ ⁊ conuersationis exēplar: qd oporteat etiam corporali
ter imitari: vt vtroq sequentes vestigio: non vlterius cum pa-
(Gen. xxxii.) triarcha iacob altero femore claudicemus. Ubi em̄ audiuimus
(Luc. xiiii.) quia dictum sit antiquis/ nisi quis renunciauerit omnibus que
possidet non potest meus esse discipulus? Et item. Si vis esse
perfectus: vade ⁊ vende omnia que habes ⁊ da pauperibus: ⁊
habebis thesaurum in celo/ ⁊ veni sequere me: Neq id dicimꝰ
tanq saluari quis vel hoc tempore nequeat: si secus egerit: sed
vt gradum agnoscat proprium/ ⁊ locum perfectionis: aut disci
pulatus officium non vsurpet. Habent euangelia ⁊ perfectiōis
(Matt. vi.) consilium: ⁊ remedium infirmitatis. Nolite thesaurizare vobis
(Luce. ix.) thesauros in terra: hec pfectio est. Siquidē filius hois: vbi ca-
(Actuū. iii.) put reclinaret non habebat. Petro ⁊ iohanni: nec argentū/ nec
aurū erat. Paulus victu simplici vestituq contentus: hec ipsa
labore manuum acquirebat. Sed non oēs capiunt verbū hoc si
(Luce. xvi.) cut nec consilium castitatis. Quid dicit populo? Facite vobis
amicos de māmona iniquitatis: vt cū defeceritis recipiāt vos
in eterna tabernacula. Verba dñi sunt: ⁊ qd loquit tale est. Fir-
(i. Thi. vi.) ma equidē stat immobilisq snia: eos q volūt in hoc seculo diui
tes fieri/ incidere in tentationē laqueumq diaboli: sed ꝙ mise
reor sup turbā: ⁊ ipsum quoq camelū (qd hō nō pōt) p foramen
acus traducere possum. Cauete saltē a verbo aspero: q laqueū
venantium minime declinatis. Vestite nudū: egenū alite: visita
te infirmū: ne forte audire ꝯtingat sermonē durū/ asperū verbū
(Mat. xxv.) auditionē malā. Ite maledicti in ignē eternū: q paratus est dia
(Lu. xvi.) bolo ⁊ angelis eius. Facite vobis amicos de mammona iniqta
(Luce. vi.) tis: ac si manifestius dicat. Ve vobis diuites: q habetis ꝯsola-
tionē vestrā. Atrū vnū iā superesse videt. Cōmunicate cū pau-
peribus quorū est regnū dei: vt cū venerit hora eorū reminiscan
tur: ⁊ deficiētes vos recipiāt in tabernacula sua: ⁊ ꝯsolationē
suā quā modo prudēter expectant/ dū vestrā ipsi percipitis: mi
sericorditer cōicent desolatis. Mensurā enim bonā ⁊ coagita-
(Ibidem.) tam: ⁊ supefluētē/ dabūt in sinus eorū: nec erit illud palliū bre
(Esa. xxviii.) ue qd duos operire nō possit: aut stratū coāgustatū vn̄ decidat
alter. Hinc est ꝙ dotatas ⁊ ditatas videmꝰ ecclias a potētibꝰ ⁊
diuitibus huius scli: q in opibus bonis diuites: iuxta euāgelii
(Luce. xvi.) admonitionē amicos sibi facere studuerūt de māmona iniqta-
tis: a qbus in eterna tabernacula recipiant. ¶ Quidni sperarēt
ab his recipi: qui claues videntur habere? Sed heu data est ip
sa prouidentia eorū in occasionem carnis: ⁊ q sibi pariter atq
aliis in celo tabernacula eterna parare debuerant in terra cō-
iungunt domū ad domū: ⁊ agrum copulant agro. Quis rapuit
ab ore apostolorum tēpore huius verbū gratie fiducie verbū:
(Esa. xxiiii.) ecce nos reliquimus omnia ⁊ secuti sumus te? Ecce em̄ vt pplꝰ
sic sacerdos. Similiter volunt in hoc seculo fieri diuites simili
ter immo abundantius suā hic percipiunt consolationē. Simi
liter amicis egent ⁊ ipsi: vt aliena saltem tabernacula suscipiā
tur vtpote propria nō habētes. Beati em̄ pauperes spiritu: qm̄
(Mat. v.) ipsorū est regnum celorum. Ceterum hominibus qui perfectio
nis obtinent locum dignitate pollent auctoritate preminent:
funguntur officio: an inter hec infirmitatis ⁊ imperfectionis/
quamuisq adeo diffidentur: liceat saltem sperare remedium/ ip
si hinc quoq sint iudices. Nā ꝙ minime deceat/ manifestū est:
(Ibidem.) nobis sane liceat vel audire dicentem. Si sal infatuatum fue-
rit: in quo salietur? Ad nihilum valet vltra: nisi vt mittatur fo-
ras ⁊ cōculcetur. Sed ⁊ pbytero cui forsitā derogare timebūt
qm̄ sanctus est: vti liceat solita spūs libertate: nulli blandiris
palpare neminem: sed nude nudā pmere veritatē. ¶ Clericus
inquit qui partē habet in terra: nō habebit partē in celo. Itēq
clericus si quippiā habuerit preter dñm: pars eiꝰ nō erit dñs.
Verbi gratia: si aurū/ si argentū/ si possessiones/ si variā suppel
lectilē: cū istis dñs pars eius fieri nō dignat. Videt ⁊ sctūs da
uid cauterio graui inurere quosdā: ipi viderint/ quos hec para
(Ps. lxxii.) bola tangat. In labore inqt hoim nō sunt: ⁊ cū hominibus non
flagellabuntur. Ideo tenuit eos superbia. Habent em̄ singula
queq gnā hoim laboris aliqd/ aliqd voluptatis. Sz aduerte-
re est prudentiā aliquorū: ⁊ mirari queadmodū nouo inter hec
artificio discernētes: ⁊ abinuicē sequestrātes ea totū qd delectat
eligūt ⁊ amplectunt: qd molestū est fugiunt/ ⁊ declinant cū mi-
litibus nēpe supbie fastus: amplā familiā: ⁊ nobiles apparatꝰ:
equorū faleras: accipitres: aleas ⁊ similia queq frequentāt: ali
qui forte et depēdentes a collo rubricatas murium pelles: or-
natos thalamos: balnea: ⁊ mollitiē oēm atq gloriam vestiū a
mulierculis mutuātur. Caute oino lorice pondus: ⁊ insomnes
in castris noctes: incertaq discrimina preliorum: muliebrē qq
verecūdiā ⁊ disciplinam: aut si qd aliud sexus ille laboris ha-
bere cernit declinātes. Sudant agricole: putant ⁊ fodiūt vinis
tores: ⁊ qui inter hec torpēt ocio: accedēte fructuum tpe inno-
uari sibi horrea iubent: ⁊ prōptuaria eorū plena: vtinā nō pre il
lis: vtinam vel cū illis viuūt tritico: bibūt vue sanguinem mer
cacissimū: parum eū: impinguantur et dilatant adipe frumēti.
Herbarum viribus peregrinū mutuant vina saporem: et addit
oleum camino. Sed cōsidera ⁊ negociatores. Circueūt mare ⁊
aridam in labore corporis: ⁊ periculo vite perituras sibi diuitias
congregantes. Dura sunt hec: caueant prudētes nři: dulces in
terea capiāt somnos: ne dicā in stratis lasciuiāt suis. Erit tn̄ in
uenire in die festo graues vasis aureis ⁊ argēteis ministrorum
dextras: refertas variis opibus manticas perticas oneratas: ⁊
in scriniis tā multiplices loculos: vt si mensas adhibueris nū-
mularios putes: Quid fabros aut cemētarios: ceterosq eius-
modi oparios necesse est numerare? Victū sibi multo labore q-
runt: illi madent deliciis: copiis affluūt ociosi. An nō merito ta
les poeta subsannet: ne cū forte suas repetitū venerit olī grex
auium plumas: moueat cornicula risum furtiuis nudata colori
bus? Magis aūt magnus ille ppheta ⁊ plus q ppheta terribi
liter increpat dicēs. Genimina viperarū quis demonstrauit vo
bis fugere a ventura ira? Ubi em̄ sunt pnie fructus? Cū cepe-
rint resurgere hoies vnusquisq in ordine suo: vbi putas gene-
ratio ista locabitur? Si ad milites forte diuerterint: exsuffla-
bunt eos ꝙ minime secū laborē aut picula tolerarint. Sic agri
cole: sic negociatores: ⁊ singuli qq ordines hominū a suis eos
similiter arcebūt finibus: vtpote qui in hoim labore non fue-
rint. Quid igit restat: nisi vt quos oīs ordo repellit pariter ⁊
accusat: eū sortiant locū vbi nullus ordo sed sempiternꝰ horror
inhabitat? An forte ad electionē clerici audeāt aspirare? Ma
gnus enimvere eorum locus in regno dei ⁊ bonum sibi: sed qui
bene ministrauerint: gradū acquirūt. Ceterū suus ⁊ ipsis nec
modicus labor esse videt: ⁊ dicebat qui plus omnibus labora
uit. Qui nō laborat: nō manducet. Et petro dictū est: symō io-
hannis amas me: pasce oues meas. Idēq tertio repetitū. Ter
tio dictū: pasce/ nec mulge: seu tōde: vel semel additū est. Spe-
ret ergo discipuli locū/ gradū ministri: q dñicū pascere gregē
satagit q tōdere: pascere pō tripli/ exēplo ꝯuersationis: verbo
pdicatiōis: fructu orōis. Et pascere ad mādatū xpi vt nemo si
bi hūc sumat honorē: sz q vocatꝰ fuerit a deo tāq aarō. Perneū
nempe si qs introierit saluabit: ⁊ inueniet pascua. Si vero ascē
derit aliūde: plane fur est ⁊ latro. Atq vtinā vel queratur iam
inter dispēsatores: vt fidelis quis inueniat. Nemo tn̄ indignet
nobis aut moleste accipiat que dicunt. Si sanctꝰ est ⁊ minime
sibi cōscius horū: cōgratulamur ei: doleat ⁊ ipse nobiscū in plu
ribꝰ hec inueniri. Nec em̄ reuelamꝰ nūc occulta dedecoris: nec
(Eze. xi.) parietē fodimus vt abhominatio maior appareat: nullum ad-
huc de fornicatione fecimus verbū: q̄uis ⁊ hec in multis etiā
⁊ multipliciter regnet: qui puritatis auctori īpuro corde ⁊ cor-
(Dani. xiii.) pore ministrātes/ nō verētur stare angelū dñi qui secet medios
⁊ disperdat sed omnino audēt agni immaculati sacras cōtinge
re carnes: ⁊ intingere in sanguine saluatoris manus nefarias:
qbꝰ pauloante carnes prohdolor meretricias attrectarunt: sic
(Ps. cviii.) altaria circuire: sic frequētare psalmos: cū ⁊ eiusmodi laus exe
crabilis: et oratio fit in peccatum. Sed nec eorum sacrilegia

recensemus

recensemus: qui diligunt munera: sequuntur retributiones. vendunt sacramenta: iusticiam produnt: quorum guttur necdum traxit ad laqueum: necdum prouocauit fauces verbum blasphemie: vox sacrilega/ sermo vetus: quid vultis mihi dare ⁊ ego eum vobis tradam. [Mat. xxvi] Uidemus hec omnia sed quodammodo non videntes: quippe quibus nec flagellum est: nec ille comedens zelus. Manifesta loquimur: ⁊ que vix aliqui erubescant. Postremo ⁊ nos in clero fuimus: liceat vel nostra scrutari. Uidete vocationem vestram ait vocatus apostolus. [i. Corin. i.] Consideremus ⁊ nos: an vocati venerimus: ⁊ vocati a deo cuius nimirum hec vocatio est. Nec communem modo vocationem dixerim qua sane iuxta eundem apostolum/ quos predestinauit hos ⁊ vocauit. [Rom. viii] Si quis vocauerit nos in honorem cleri: conuenire velim conscientias singulorum: vt secundum preceptum domini ad cor hierusalem loquar. [Isaie. xl.] Huic enim paruulo adhuc: aut forsitan necdum nato: ecclesiastica iam beneficia prouida sane parentum sollicitudo parabat. Hunc nos inquiens illi vel illi tradamus episcopo: apud quem habemus gratiam/ aut cui forte seruiuimus: vt ditetur de bonis domini: nec in tot liberos nostra diuidatur hereditas. Illum prepositus aut decanus vt sibi succederet plusquam materno educauit affectu: in deliciis enutriens/ ⁊ delictis. Ille dignus archidyaconatu: vtpote filius principis magis autem si sit episcopi consobrinus: in quo nimirum tota est episcopatus progenies. Alius vndique circuit sedulus explorator: blanditur: obsequitur/ simulat/ ⁊ dissimulat: miseraque sibi suffragia mendicare non erubescit: manibus ⁊ pedibus repens si quo modo tandem aliquando sese ingerere queat in patrimonium crucifixi: ⁊ bona domini: que sola ex omnibus hodie inueniuntur exposita. Nimirum pergere profectus est: sed in plenilunio forte/ vt sua districte repetat rediturus. [A] ¶ Quis ea intentione gradus ecclesiasticos ⁊ ministeria sanctuarii querit: immo queritur (queri nempe/ quem querere ipse debuerat) vt sine curis seculi/ in sanctimonia cordis ⁊ corporis illuminandus accedat ad dominum: ⁊ suam pariter ac proximorum operetur salutem orationis studio deditus: ⁊ verbo predicationis. Nam si eos eo querit aut tenet animo/ eoque intuitu: vt honeste habeat necessaria: euangelizat vt manducet: ⁊ peruerso nimis ordine: celestibus terrena mercatur. Quam certe dignius ampliusque consentaneum rationi/ vt pro carnalibus eum carnalia magis opera ⁊ negocia exerceret: nec fieret inuersor rerum: aut inhonoraret ministerium spiritale. Sed modico est natura contenta: nec multi sola in his necessaria querunt: quippe minori facile satis obtinenda periculo. Honorati incedere volunt: placere student hominibus: delectari ⁊ superbire: ⁊ huic seculo per omnia conformari. Audi querelas domini/ quid super hac tanta hominum temeritate loquatur patiens redditor: penitentiam cupiens/ quam vindictam. Ipsi inquit regnauerunt ⁊ non ex me: principes extiterunt/ ⁊ ego non vocaui eos. [Osee. viii] [B] ¶ Uniuersos siquidem in ordinibus ecclesiasticis ceterisque ad sanctuarium pertinentibus honorem querentes proprium: aut diuitias seu corporis voluptatem: postremo que sua sunt non que iesu christi: manifeste prorsus ⁊ indubitanter: non ea (que deus est) charitas: sed aliena a deo et que omnium radix malorum cupiditas/ introducit. Quid istud temeritatis: immo quid insanie est? Ubi timor dei/ vbi mortis memoria/ vbi gehenne metus/ ⁊ terribilis expectatio illa iudicii? [i. Thi. vi.] Sponsa nec cubiculum nec cellam ingredi/ nisi rege introducente presumit: tu irreuerentes irruis nec vocatus/ nec introductus. Trahe me post te ait illa/ in odorem vnguentorum tuorum curremus: [Cant. i.] nunc autem trahit sua quemque voluptas: ⁊ odorem turpis lucri sectantes/ questum estimant pietatem: quorum certa est damnatio. [i. Thi. vi.] Uerum ⁊ si irreprehensibilis videatur ingressus/ ⁊ intentio casta: nihil neuitra timendum est? Timendum quidem: ⁊ maxime. Neque enim quicunque spiritu ceperint/ etiam spiritu consummantur: sed carne nonnulli. [Gal. iii.] Denique ⁊ saul princeps constitutus a domino: ⁊ iudas non ab alio electus in apostolum memoratur. [i. Reg. ix.] [C] ¶ Nonne ego, inquit) vos duodecim elegi/ ⁊ vnus ex vobis diabolus est? [Johan. vi.] Utinam in duodecim vnus hodie petrus/ vnus qui reliquerit omnia: vnus qui loculis careat inueniatur: vnus (inquit) ex vobis diabolus est. A duobus vtique bonis diabolus vincitur: ⁊ iudas non loculum/ sed loculos habet. Utinam saperes miser ⁊ intelligeres cum thesauro pecunie/ thesaurum tre pariter cumulari: vtinam nouissima prouidens animaduerteres facilius per foramen acus transituros non diuitiarum cumulos/ sed delictorum. Nihil enim intulimus in hunc mundum: haud dubium quia nec auferre quid possumus. [i. Thi. vi.] Sane argentum ⁊ aurum non nihil est: sibi vtrunque retinet mundus. Inexorabilem constituit ianitorem: foramen angustum est: nihil ex omnibus asportare licebit. Nam peccatum quoniam nihil est nulla potest foraminis angustia retineri. Solum hoc te sequitur quocunque ieris: quocunque transieris pellem hanc non depones. [D] ¶ Que autem parasti incipiens: cuius erunt? [Luce. xii.] Ue/ ve/ in domo dei horrendum videmus. Quid ni idolatras ministrantes. [Coll. iii.] Mentior si non idolorum seruitus auaricia est: si non quibusdam etiam venter suus factus est deus. [Phil. iii.] Quod enim quisque pre ceteris colit/ id sibi deum constituisse probatur. Quantos sane vidimus qui diligunt munera sequuntur retributiones? Quantos qui christo domino non seruiunt: sed suo ventri? Quis putas est fidelis seruus ⁊ prudens: quem constituit dominus super familiam suam/ vt det illis escam in tempore? [Mat. xxiiii] Queris forte quam escam? Meus (inquit) cibus est vt faciam voluntatem patris mei. [Joh. iiii.] [Ps. xxi.] Nimirum vita in voluntate eius: qua quidem nec pasci ipse/ nec alios pascere poterit/ nisi fidelis sit ⁊ prudens vt eam ⁊ intelligat ⁊ diligat: diligat autem fortiter/ diligat ⁊ feruenter. Quis enim excusare ignorantia possit hominem: qui se magistrum infantium/ doctorem insipientium profitetur? Ignorans vtique ignorabitur: immo ⁊ multos ignorare faciet ⁊ ignorari. [i. cor. xiiii.] Quid enim periculi sit vbi non inuenit pastor pascua/ ignorat dux itineris viam: vicarius nescit domini voluntatem: ecclesia quotidie multipliciter/ ⁊ miserabiliter experitur. Est enim vt sanctissima sic ⁊ sacratissima res voluntas dei: ⁊ occultum omnino consilium/ de quo et apostolus gloriatur: puto inquiens quod ⁊ ego consilium dei habeam. [i. Cor. vii.] Unde ⁊ ipsa veritas. Nemo scit que sunt in homine: nisi spiritus hominis qui est in ipso. [i. Cor. ii.] Sic ⁊ que dei sunt nemo nouit: nisi spiritus dei qui in ipso est. Utilis proinde lectio/ vtilis eruditio est: sed multomagis vnctio necessaria: quippe que sola docet de omnibus. [i. Joh. ii.] Unde autem scire videbitur que sit voluntas dei bona/ et beneplacens/ ⁊ perfecta: qui nec pulsare/ nec querere/ nec petere consueuit: qui donec alienarum curam susciperet animarum/ nunquam sue gessisse curam: sed in vano eam visus est accepisse? Atque vtinam vel tunc curaret suam: vt meam quoque postea curaturum sperare liceret: ⁊ de suo prius oculo festucam eiiceret: vt de meo videret eiicere trabem. [Mat. vii.] Nam de his quidem qui ⁊ vbi forte intelligunt domini voluntatem negligunt tamen: ⁊ quantum preualent aduersantur ei: qui dederunt manus morti/ ⁊ cum inferno iniere fedus: vt odientes bonum adherentes malo: parati sint gratis consentire peccato: fouere maliciam/ fauere iniquitati quam odibiles deo: ⁊ mundo execrabiles esse constat: melius est silere quam loqui. [E] ¶ Sane nemo repente fit turpissimus: ⁊ vix aliquis in hunc affectum nequitie: nisi praua consuetudine pertransiuit. Sunt enim infirmi ⁊ tepidi amatores iusticie: quibus aut vigor/ aut feruor deest: aut fortassis vterque: cum vterque sit summopere necessarius. Inter prospera quippe ⁊ aduersa versanti etenim vigoris esse dignoscitur nequaquam cedere tribulationi: sed pro iusticia persecutionem viriliter sustinere: sic feruori videtur attribuendum nullis capi voluptatibus: nullis illecebris eneruari. Que quidem tum omni populo/ tum maxime ⁊ specialiter ducibus populi sunt necessaria: ne forte in perniciem omnium errare contingat. Quid enim refert qua occasione viam deserant veritatis/ seducantur ignari: sequantur spontanei: compellantur inuiti: seu attrahantur illecti: quid interest dummodo eant in perditionem? Sic enim eue prudentia: ade temperantia/ cayn omnino iusticia: petro defuit fortitudo. Quam quidem virtutis quadrifarie perfectionem ⁊ cathedram sanctitatis omnimodo exigit ministerium hoc de quo loquimur vt hac dote carens: frustra sibi tanquam per christum introierit blandiatur. Siquidem dicitur ignoranti. Si cecus ceco ducatum prestet: nonne ambo in foueam cadunt? [Mat. xv.] Et item. Sacerdotes non dixerunt vbi est dominus: ⁊ tenentes legem nescierunt me. [Hiere. ii.] Ipsi prophete ⁊ pastores abierunt in terram quam ignorauerunt. Dicitur ⁊ iniquo. Fur non venit: nisi vt mactet ⁊ perdat. [Johan. x] Et illud. Dilexisti maliciam super benignitatem. [Ps. li.] Dicitur pusillanimi. Mercenarius est qui non est pastor. videt lupum venientem ⁊ fugit. [Joh. x.] Dicitur ei qui post concupiscentias suas vadit. Mors est posita secus introitum delectationis. Dicitur item. Omnes que sua sunt querunt non que Jesu christi. [Phil. ii.] Uerum hoc hactenus.

[F] ¶ Jam qui per christum sibi in sortem ministerii huius introisse videtur decetero quemadmodum ei seruiat: quemadmodum ministret quemadmodum pascat tripliciter vt prediximus gregem domini: sollicita secum examinatione discutiat. Indignus enim lacte ⁊ lana conuincitur: si non pascit oues. Si non vigilat in custodia gregis: iudicium sibi manducat ⁊ vestit. Ue ve tibi clerice: mors in olla. [iiii. re. iiii.] Mors in ollis carnium mors in huiusmodi deliciis est. Non modo quia secus introitum delectationis posita esse cognoscitur: sed ob id maxime: quia populi constat esse peccata que comedis. Sumptus ecclesiasticos gratis habere te reputas? [Osee. iiii.] Comedendo (vt aiunt) tibi prouenire videntur: sed bonum erat magis fodere: aut etiam mendicare. [G] ¶ Peccata enim populi comedis: ac si propria tibi minus sufficere viderentur. Sollicitus esto/ tanquam redditurus rationem pro eis: gemitus fundere dignos: agere penitentie fructus. Alioquin tibi ea noueris imputanda: que modo inter delitias comedis/ ⁊ paruipendis: ⁊ dissimulas tanquam nihil attinentia tibi. O iudiciorum dei abyssus multa. O terribilis deus in consiliis super filios hominum. [Ps. lxv.] Frustra incipient miseri dicere montibus cadite super nos: ⁊ collibus operite nos. [Luc. xxiii] Ueniens venient ante tribunal christi: audietur populorum querela grauis: accusatio dura: quorum vixere stipendiis: nec diluere peccata quibus facti sunt duces ceci: fraudulenti mediatores. Quid tibi insipiens delitie sapiunt: quid diuitie ille cecos delectant

oculos:quibus mercaris tam graue iudicium:tam dure temet ipsum obligas rõni? Uniuersa siquidẽ vsqꝫ ad quadrantem no- [i. Thim. v] uissimũ exigeris. Sed esto studiose quis ⁊ fructuose laboret: di- [i. Cor. ix.] gnus plane est operarius mercede sua: vt qui altario seruit de altario viuat. Uiuat inquã de altario: vt iuxta eũdẽ apostolum [i. thim. vi.] alimenta ⁊ quibus tegat͛ habẽs: his ꝯtentus sit. Tertiũ ei hoc periculũ est. De altario inq̃t viuat. Nõ supbiat: nõ luxuriet͛/ de- niqꝫ nõ ditet͛: nec ꝯtra sc̃i cuiusdã plane dignã omni acceptiõe sententiã ex clericatu ditior fiat. Nõ sibi de bonis ecclesie am- pla palacia fabricet: mutãs quadrata rotũdis: nec loculos in- de ꝯgreget: nec in vanitate aut supfluitate dispergat: nõ extol- lat de facultatibus ecclesie consanguineos suos / aut neptes [h] (ne filias dixerim) nuptui tradat. ¶ Res pauperũ nõ pauperi- bus dare par sacrilegij crimen esse dignoscit͛. Sane patrimonia pauperũ: facultates ecclesiarũ: ⁊ sacrilega eis crudelitate sur- ripitur/ quicquid sibi ministri ⁊ dispensatores: non vtiqꝫ dñi vel possessores: vltra victum accipiunt ⁊ vestitũ: Nec eñ ordinauit deus his qui euangelio seruiunt/ de euãgelio querere aut habe- [i. Cor. ix.] re delitias/ vel ornatum: sed viuere (ait Paulus) ex eo: vt vide licet sint contenti alimenta corporis non irritamenta gule aut incentiua libidinis: ⁊ quibus tegantur nõ quibus ornẽtur acci pere. Sane qui nõ fideliter introiuit: neqꝫ per christum: quidni infideliter agat ⁊ contra christũ? Manifestam sine dubio faciet arborem fructus: radicẽ palmes: opus intentionem. Faciet ad quod venit vt mactet vtiqꝫ/ ⁊ disperdat. Quando vtiqꝫ altario [Joh. iiij.] seruiat qui eiusmodi est: seruiat autẽ in spiritu ⁊ veritate? Ta- les nimirum pater adoratores q̃rit. Alioquin ministratio mor- tis est: in iudicium ⁊ cõdemnationẽ. Aut quando poterit neces sarijs esse contẽtus: qui eo animo introiuit vt stipendia cleri in vsus voluptatis curiositatis ⁊ vanitatis cõgreget/ seruet/ expẽ [Eccs. iiij.] dat? Triplex ergo funiculus qui difficile rumpit͛: hoiem miserũ in perniciẽ trahit: q̃ impure intrat: indigne ministrat: sed ⁊ ipso fructu abutit͛ tẽporali. Quid enim si in hoc mũdo floret ⁊ ꝓspe- [ps. xxxvi.] rat͛ in via sua? Arescet velociter: cito decidet flos feni: ⁊ vapor [ps. xxxv.] ad modicũ parens. Parcitur virge qñ inuenitur iniquitas ei⁹ [ps. xxij.] ad odiũ vtiqꝫ/ non ad iram. Uirga (inquit) tua ⁊ baculus tuus: ipsa me ꝯsolata sunt. Habet enim virgam: sed habet etiam ba- culum. Et hec consolatio est q̃ is qui virga ceditur: baculo su- stentet͛. Aut certe portat pastor virgam ⁊ baculũ: illaꝫ ouibus/ illum lupo: oĩa aũt propter electos. Siquidẽ ⁊ virga eos ꝯsola tur a stimulis conscientie: dũ hoc modo sentiũt sibi peccata: di- [Esa. xliij.] mitti dicẽte dño: ego sum ego sum ipse q̃ deleo iniq̃tates tuas: ⁊ baculus iuuat ad tolerantiã virge: duꝫ illius cõparatione fit [Hiere. iij.] leuior. Econtra ꝓo dicit͛ induratis. Frons mulieris meretricis [Eze. xvi.] facta est tibi: erubescere noluisti. Et addit. Recessit zelus me⁹ [Heb. xij.] a te; vltra nõ irascar tibi. Quem enim diligit arguit: ⁊ flagellat [Ps. lxxij.] oẽm filium quem recipit. Liquet proinde eos qui in labore ho minum nõ sunt ⁊ cum filijs non flagellãtur: nec diligi a deo nec recipi. An tu forte quos in mundo florere conspicis: ab auctore mundi diligi putas? Audi quid super hec scriptura loquatur. [I] ¶ Omnis qui voluerit amicus esse huius mundi: inimicus dei [Jaco. iiij.] constituit͛. Et alio loco. Charissimi nolite diligere mũdũ: neqꝫ [i. Joh. ij.] ea que in mundo sunt. Si quis diligit mundũ: non est charitas patris in eo. Uerba sunt apostolorum. Primũ quidem verbum iacobi: secundum eius discipuli quẽ diligebat iesus: qui ⁊ ipsi⁹ ignorare non posset animum. Sed vis nosse quis sit qui diligat mundum? Neqꝫ eñ creaturas dei iuberis odisse: sed que a deo non sunt: ea diligere prohiberis. Que vero sint hec iohannes [K] ipse loquatur adijciẽs. ¶ Nolite ait diligere mundũ: neqꝫ ea q̃ [Ibidem.] in mundo sunt. Omnia eñ que in mundo sunt/ concupiscentia carnis est: ⁊ concupiscentia oculorum: ⁊ ambitio seculi: que nõ sunt inquit ex patre: sed ex mundo. Uiderit hic quisqꝫ cuius sit spiritus: quid diligat/ quid cupiat/ quid sectetur. Ecce eñ spe- culum veritatis: tñ ne quis considerato vultu conscientie sue preteread ⁊ qualis fuerit obliuiscatur. Ambitio/ curiositas ⁊ vo luptas: nõ ex patre sunt/ sed ex mũdo. Aut certe q̃r multi codi- ces habent non ambitioneꝫ seculi: sed superbiam vite: concupi scentiam carnis vniuersam accipe corporalium sensuuꝫ delecta tionem: qua quidem ne ipsa curiositas caret. Ac deinceps con cupiscentiam oculorum: quecũqꝫ ad humanum dicẽ (quẽ prophe [Ezech. xvi] ta minime cõcupiuit) ⁊ secularẽ gloriã: ⁊ extrinsecam pertinet [L] vanitatẽ. ¶ Porro in superbia vita: elationem cordis intellige. Hec eñ tria qui diligit: munduꝫ diligit: ⁊ dei constitutus est in imicus. Suscipiat autem q̃ eiusmodi est recõciliationis officiuꝫ non mediatoris q̃ etiaꝫ proditoris scelere inimicitias cumula- uit: vt merito iã non vt hostis/ ſꝫ vt traditor iudicetur: vt iudas vtiqꝫ/ nõ vt saulus. Nã impudentia ⁊ frontositas cum obdurue rit vt non paueat/ non horeat: nõ cõtremiscat ea iã demũ despe ratio est. Quid eñ: Horum sibi conscius homo/ tanq̃ qui iusti ciam fecerit: diuino sese vultui sistere non veretur: tanq̃ dome sticus intrat ⁊ exit: magistrum salutat/ genua flectit/ osculatur

ore sacrilego/ dolose agit: sed in conspectu dei: vt inueniat͛ ini- [ps. xxxv.] quitas eius ad odiuꝫ. Odibilis plane deo frontosa temeritas: [Ps. ix.] ⁊ impudẽtia execrãda. Propter quid enim irritauit impi⁹ deũ: exacerbauit dñm peccator: vt ẽm multitudinem ire sue nõ que- rat? Num propter fornicationes: incestus/ aut sacrilegia? Nihil [Ibidem.] horum propheta memorat: sed q̃ in corde suo dixerit nõ req̃ret. Sermo cordis affectio est. Corde eñ dicere nõ requiret: est nõ expauescere exquisiturum. Hec impietas: cui ẽm multitudinem ire sue nõ miseretur deus/ nec querit nec arguit / nec flagellat/ nec vlciscitur in adinuentiones eorum: sicut de moyse ⁊ aaron ⁊ samuele legimus: quibus nimiruꝫ propitius fuit. Sed expresse ⁊ signanter cuius sit hec impietas audiamus. Misereamur im- [Esa. xxvi] pio (ait dñs) velut in consilio angelorũ ⁊ cõgregatione delibe- rans. Nec eos latuit crudeliorem omni indignatione misericor diam iudicem meditari: qua nõ discat homo iusticiam facere: ſꝫ obdormiscens miser ⁊ dicens: oblitus est deus auertit faciem [Ps. ix.] suam: dies suos ducat in bonis: in puncto ad inferos descensu- [Job. xxi.] rus. Et cum dixerit pax ⁊ securitas: tunc subitaneus ei super [i. Thes. v.] ueniat interitus: nec effugiat. Et nõ discet (inquiunt) facere iu- [Esa. xxvi] sticiam. In terra sanctorum iniqua gessit ait dñs: acsi diceret. Nolo discat iusticiam facere inuẽta est iniquitas eius ad odiũ. An adhuc querẽdum est: quis iste sit impius? In terra (inquit) sanctoruꝫ iniqua gessit: in ecclesiasticis possessionibus/ que san ctorum fuerant vsibus assignate in domo dei: quã sanctitudo decet: de qua paulus discipulum studiose sollicitans: vt scias [i. Thi. iij.] inquit quomodo te oporteat conuersari in domo dei: que est ec [M] clesia dei viui: columna ⁊ firmamentum veritatis. ¶ In clero quippe tanq̃ in celo gerẽs iniqua: q̃d nisi de misterio iudicet͛? Celeste tenet officiũ: angelus dñi exercituũ factus est: tãq̃ an gelus aut eligitur: aut reprobat͛. Inuẽta quippe in angelis pra uitas: ⁊ districtius iudicet͛ necesse est: ⁊ inexorabilius q̃ huma [Sap. vi.] na. Age ergo: qñ iudiciũ graue his q̃ presunt: ⁊ potẽtes potẽ ter tormẽta patient͛. Ascẽdat superbia tua semper: sequere re- [ps. lxxiij.] gem tuuꝫ. Omne sublime videãt oculi tui. Festina multiplicare prebendas: inde ad archidyaconatus euola: demum aspira ad episcopatum: ne ibi quidẽ requiẽ habitur⁹: qñ sic itur ad astra. Quo ꝓgrederis miser? An vt ab altiori gradu sit casus graui- or? Neqꝫ eñ sic paulatim decides: sed tanq̃ fulgur in impetu [ps. lxxij.] vehementi: quasi alter sathanas subito deicieris. In labore hoim nõ sunt inq̃t: ⁊ cum hoibus non flagellabunt͛: ideo tenuit eos supbia: pctm̃ diaboli quo ceciderũt q̃ operantur iniq̃tatẽ. Hec est que non recipit disciplinam. Curari renuit: medelam non sustinet. Ulcus pessimũ: q̃d nec summis saltẽ digitis patit͛ attrectari. Huius ⁊ ipse indignationẽ vereor sup his: ⁊ graue iudiciũ. Quidni timeam morbus: feralem insaniam: ⁊ animarũ frenesim non ignorãs? Sed dñi sunt verba q̃ replico: ⁊ eadẽ ipsi quoqꝫ legunt ⁊ intelligũt pariter: legẽ q̃ppe scientes. In terra [Esa. xxvi] inquit sanctorum iniqua gessit: ⁊ non videbit gloriam dñi. Du- rus est hic sermo: ⁊ cõminatio valde terribilis: nõ videbit glo riam dñi. Quid igitur cetera vidisse prestat? Hiccine totus mi sericordie finis? Hanc ergo misericordiã nolo: procul fiat mi- [N] seratio tã crudelis: ne veniat in eorũ cõsortiũ aĩa mea. ¶ Quis enim vobis miseri demõstrauit fugere a ventura ira? Quid pre sentem tantopere fugitis iram: flagellum timetis: declinatis virgam? Et quidẽ in hac die vestra: que ad pacem vobis: sed si cognouissetis ⁊ vos/ mutatis: nõ effugitis penitẽtiam. Nã ma- lum impunitum esse nõ potest. Non punitur hic propria volũta- te: punietur alibi sine fine. Misera sane ⁊ extreme plena demen tie cõmutatio: humanum declinare laborem/ ⁊ paratum diabo lo stridorem eligere sempiternuꝫ. Animaduertite siquidem ⁊ vi dete: non hominibus: sed diabolo: ⁊ angelis eius ignẽ illũ esse paratum. Ille eñ hostis ⁊ lupus: nos aũt ppl̃s eius ⁊ oues pa- scue eius. Illi securis ⁊ malleus/ nobis flagellum ⁊ virga debe tur. Illius iniquitas inuenta ad odium: suum habeat carcereꝫ vbi nulla redemptio/ vnde nemini liceat respirare. Mihi sane ⁊ labore tolerabilior carcer/ ⁊ tpe breuior assignatur: vbi cum ira tus fuerit dominus: mie recordetur: redẽptionem suo mittens populo copiosam. Deniqꝫ tempus mihi cõstituit. Mihi dicit do [Gen. iij.] nec illi parat eternum. In sudore inquit vultus tui comedes pa nem tuum: donec in terram de qua sumptus es reuertaris. Pes simus ille angelus de terra sumptus nõ est/ nec in terram aliq̃ñ rediturus: propterea non hꝫ donec: sed ignis ei parat͛ eternus. Minime igit͛ expedit: vt in sapiã hui⁹ seculi auctoris sc̃i nõ ve reamur frustrari iudicium ⁊ deludere velle sententiam: declinã do videlicet laborem hominum ⁊ sudorem/ ac si nullo mõ nos cõtingere videat͛ quod ade dictũ est: aut nõ in eo sententiaꝫ la boris excepimus/ in quo sine exceptiõe peccauim⁹ oẽs: aut nõ communis culpe nihilominus esse debeat pena cõmunis. For- te eñ aliqui dicãt. Quid peccauimus? Bona est omnis creatu- ra dei: nostra licite possidemus: nostris vtimur facultatibus: a rapinis ⁊ latrocinijs abstinẽtes. Enimuero nõ pasceris i cruce

cruor.

Luce.xvi

cornos. Ego sane diuitem illum cuius saluator meminit in euā
gelio: in nullo horum audio accusari. Induebatur purpura et
bysso: quotidie epulabatur splēdide. Si crudelitatis arguitur
q̄ substantiam mundi habens/ ꝛ videns fratrem suum egere/
clauserit viscera sua ab eo: quando hec diuiti deest? Quantos
videris ꝛ ipsi lazaros/ esurientes: nudos egrotos: ꝛ plus de iu-
mentis vestris/ plus de eorum phaleris/ q̄ de istorum miserijs
cogitatis? Sed ad tremendum abrahe iudiciū veniamus: nō

Ibidem.

enim abrahe sed dei sententia est. Memento inquit fili q̄ rece-
pisti bona in vita tua: ꝛ lazarus similiter mala. Uerum vtrumq̄
est: nō potest omnino negari. Fer sententiam: qꝛ paucis expre-

Ibidem.

sa totꝰ summa negocij est. Ille bona: ꝛ iste mala recepit. Quid
modo? Nunc aūt inquit: hic consolatur: tu vero cruciaris. Ex-
pergiscimini ebrij/ ꝛ flete. Terribilis enim deus in iudicijs sup
filios hominum. Heccine cruciatum causa tota q̄ in hoc secu-

R.

lo bona recepit? ¶ Ipsa plane. Neq̄ eniꝫ ad hoc nos de paradi
so voluptatis animaduersio diuina eiecisse videtur: vt alteruꝫ
sibi hic paradisuꝫ adinuentio humana pararet. Homo ad labo
rem natus/ si laborem refugit non facit ad quod natus est: ad
quod venit in mundum. Quid respondebit ei qui misit eum: q̄
instituit vt laboraret? Memēto ait q̄ recepisti bona in vita tua
ꝛ lazarus similiter mala. Nunc autē hic consolatur: tu vero cru
ciaris. Quid dicemus ad hec? Si talis finis: ꝛ tale iudicium:

puer.xiiij

vt extrema gaudij luctus occupet: nunquid nō preferenda sunt
in hoc seculo mala bonis? Quippe nec illa vera bona: nec illa
vera mala esse manifestum est. Uera potius sententia salomo-

Eccle.vij

nis. Melius est ire ad domum luctus/ q̄ ad domum conuiuij.
Ceteruꝫ si sic cruciandi sunt qui in vita sua bona receperint/ ꝛ
habentibus consolationem presentem: ve repositum est sempi-
ternum: cum in superioribus inuenti sint aliqui: de sapiētia car
nis scientes in omnibus ꝛ per omnia reprobare malum ꝛ elige
re bonū: quisnam eorum poterit esse finis si ſm multitudinē cō-
solationum suarum dolores apprehenderint animas miserorū?
Consequens enim videtur vt bona omnia: ꝛ omnem seculi hu
ius recipientes consolationem nihilominꝰ vniuersum ve: ꝛ vni-
uersi maneant cruciatus. An vero ꝛ illud eque ex eadem abra-
he sententia conijciendum videtur: eos qui contrario ducti spi
ritu/ vite presentis omnia bona respuūt ꝛ eligunt mala: omnia
quoq̄ bona domini: ꝛ omnē habituros consolationē? Forte eñ
hoc erat quod petrus audire voluit: cum tanta fiducia domi-
num tantaq̄ libertate conuenit. Ecce inquit nos reliquimꝰ oīa
ꝛ secuti sumus te. Quid ergo erit nobis? Nota admodū q̄stio
est: quēadmodū petrus cū nil fere ex omnibꝰ habuisse sciatur:
tam fiducialiter glorietur sese oīa reliquisse. Unde sanctorum
quispiā. Multū inq̄t deseruit q̄ voluntatē habendi dereliq̄t. Et
post pauca. A sequētibus tāta relicta sunt: q̄ta a nō sequētibꝰ
desiderari potuerint. Fidelis sermo ꝫ forsitan clausus ꝛ ipse est
Nunq̄d eñ voluntas habendi tā multa cōplectit: vt reliq̄sse il-
lam sit oīa deseruisse? Quis hominum oīa desiderare possit:
nedū piscator ille/ ille pauꝑ ꝛ modicus? Sed q̄d cuiq̄ sufficere
possit diligētius vestigato/ ꝛ facile est inuenire oīa desiderāteꝫ.
Neq̄ eñ ponere est cōcupiscentie modū/ donec videat impleta
donec adepta sit q̄bus valeat esse cōtenta. Ceterū nec amator
pecunie dicet aliq̄n sufficit: nec libidinosus satiabitur volupta
te. Sic ꝛ crudelis quisq̄ semꝑ sanguinē sitit: ꝛ ambitiosus: aut
cupidus laudis humane/ adeptis dignitatū titulis seu fauori
bus: nullū exinde capit omnino remediū: sed desiderio estuat
ampliori. Minꝰ autē inuenit requiē: q̄ sibi placere cupit: ꝛ suis

deu.xxxij

idest quibusdā fatuis de semetipso testimonijs gloriatur dicēs
manꝰ mea excelsa/ putās sese aliquid esse cū nihil sit. Uidi ego
aliq̄n quinq̄ viros/ q̄dni freneticos arbitrer? Primꝰ siquidem
buccis tumentibꝰ marinā masticabat arenā. Secūdus sulphu
reo astās lacui exalantē teterrimū fetidissimūq̄ gestiebat hau
rire vaporē. Porro tertius fornaci incubās vehemēter accen-
se/ micantes scintillas hiātibus excipere faucibus letabatur.
Quartꝰ supra pinnaculum tēpli residens/ leuiorio aure spiritū
aperto attrahebat ore: ꝛ si quominus influere videretur flabel
lo sibi ventū ipse ciebat: ac si totū speraret aerem deglutire.
Quintus seorsum positꝰ ridebat ceteros: ipse quoq̄ ridēdus/ ꝛ
maxime. Proprias eñ carnes incredibili quodā studio sugere
laborabat nunc manꝰ: nūc brachiuꝫ: nūc alias partes applicās
ori. Miseratus homines: causamq̄ miserie sciscitatus a singu-
lis: vnā omnibꝰ esse reperio: validissimā vtiq̄ famē. Tunc vero
macilentissimas eorū facies contēplatus: recordabar ꝓphete

Ps. ci.

gemētis miserabiliter ꝛ dicētis. Aruit cor meū: qꝛ oblitus sum
comedere panē meū. Quid hec vobis (inquio) prosunt? Nō sunt
naturales cibi: magis famē hec ꝓuocant q̄ extinguūt. Panis

Mat.v.

namq̄ anime iusticia est: ꝛ soli beati qui esuriūt illum: quoniam
ipsi saturabuntur. Nimirū ad imaginē dei facta anima rationa
lis: ceteris omnibꝰ occupari potest: repleri omnino nō pōt. Ca
pacem dei: quicq̄d deo minus est nō implebit. Inde est q̄ natu

rali quidem desiderio summum quiuis probatur appetere bo-
num: nullam nisi adepto eo requiem habiturus. Ceterū errant
miseri non inuenientes viam: ꝛ vt scriptum est. Ambulant im-

Ps.xi.

pij in circuitu: dum minora queq̄ bona querentes: illud semper
desiderant quod sibi vicinius necdū videntur adepti. Atq̄ vti
nam si fieri posset cetera omnia obtinuisset vnus: eodemq̄ pro-
culdubio ꝛ ipsum (quod sibi solum deesse videret) summū vtiq̄
bonum desiderio quesiturus: quo cetera quoq̄ semper expetit
non adepta. Sed innumera sunt hec. ꝛ a ceteris quoq̄ pariter
requiruntur. Quod valet quisq̄ trahit in partem: nec aliquan-
do poterit hic circuitus peragrari. Uis peruenire? Incipe trā-
silire. Alioquin prosperis miser in desiderio terrenoꝝ: ꝛ a sum
mo bono eo longius inueniris: quo te amplius dederis cadu
cis rebus ꝛ transitorijs appetendis. In circuitu siquidem am-
bulas: ꝛ quod prope erat in corde ꝛ in ore tuo si corde crederes
ꝛ ore ꝯfitereris: tergavertēs declinas: ꝛ elongaris ab eo. Hinc
est quod vociferatur dicens. Conuertimini filij hoim. Et item.

ps.lxxxix
Can.vj.

Reuertere reuertere sunamitis: reuertere reuertere vt intuea-
mur te. Amfractuosa siquidē via est/ ꝛ inambulabilis: faciliusq̄
peruenies spretis omnibus q̄ adeptis. Ecce nos reliquimus
omnia: ꝛ secuti sumus te. Quid ergo erit nobis? Dignuꝫ plane
aplica fide: ꝛ deuotione verbū. Iam reliquisti oīa: iam dñm pe-
tre secutus es: ꝛ nunc demum quid sis accepturus interrogas?
Uere simon: vere obediens in auditione auris: sine pacti ꝯuen-

ps.xvij.

tione. Ad vnius eñ iussionis vocem: petrus ꝛ andreas relictis
omnibus secuti sunt redemptorem. Et si homini carnali stulti
cia forte videtur: audiat q̄d stultuꝫ est dei sapientius est homi-

j. Cor j

nibꝰ: ꝛ q̄m placuit deo ꝑ stulticiā ꝑdicatiōis saluare credētes
quippe cū mūdus eū in sapiētia minime cognouisset. Etos eñ
mundi sapiētia maledicta supplantat: ꝛ conceptū in eis extin-
guit spiritum quem voluerat dominus vehementer accēdi: No
li (inquit) precipitanter agere: diu cōsidera/ diligentius intue
re. Magnum est quod ꝓponis: ꝛ opus habens multa delibera
tione. Reperire quid possis: amicos consule/ ne post factuꝫ pe-
nitere contingat. Hec sapientia mundi terrena/ animalis dia-
bolica/ inimica salutis/ suffocatrix vite/ mater tepiditatis: que
solet deo vomitum prouocare. Caue tibi ait. Ut quid eñ: Cum
a deo verbum esse nō dubites: quid opus est deliberatiōe? Uo
cat magni consilij angelꝰ: quid aliena consilia ꝓstolaris? Quis
enim fidelior: quisve sapientior illo? Deduc me dñe: ꝛ deducar:
fortior esto ꝛ inualesce. Noui ego que nā sint: que oportet fieri
cito. Ab ore putei gehenne eripior: ꝛ inducias petā: ꝛ retarda
bor: ꝛ cunctabor exire si forte interim fiat aliquid? Abscondi
ignem in sinu meo: ꝛ exusto iam latere: iā nudatis visceribus:
iam sanie defluente: diu mihi ꝛ deliberandū est an expergiscar:
an excutiam: an abijciam illuꝫ? Magnū omnino est quod offert
sed eo vtiq̄ libentius ꝛ festinātius suscipiendum ꝛ obuijs arri
ꝑpiendū manibus: cum feruore ꝛ hylaritate. Probet autem se
ipsum/ qui de ꝓpria virtute presumit. Nam diuina quidē omni-
no probata est. Amicos consulat/ qui non legit. Inimici homi-

Mich.vij.

nis domestici eius. Quid frequentat euangelium/ qui euange-
lio non obedit? At in eo sane legimus ꝓmittenti cuidā seq̄ do
minum: sed defunctum prius patrem sepelire volenti: respōsum

Mat. viij

ab eo: vt sineret mortuos sepelire mortuos suos. Alteri quoq̄
tantum suis qui in domo erant vale dicere cupiēti: nemo (inq̄t)

Luce. ix.

mittens manum ad aratrum ꝛ respiciens retro/ aptus est regno
dei. Sed quid audierat primus? Magister ait: volo te seq̄ quo

Mat.viij.

cunq̄ ieris. Cui respondit dñs vulpes (inquit) foueas habent
ꝛ volucres celi nidum: filius autem hominis nō habet vbi ca-
put reclinet: prudentiam carnis in foueis vulpis: in nido volu-
cris arguens cordis elationem. Est enim interdum videre non
nullos qui relictis omnibus abrenunciare seculo disponentes
cum recte offerre velint: nolunt diuidere recte/ calliditate hu-
mana totos sese diuino committere nutui formidantes: sed re-
seruantes nescio quid fermenti vt totam massam corrumpat:

j. Cor.v.

quod in multis frequenter expertum est. Alius sine duce ꝛ pre
ceptore spiritale studium apprehendere facile cogitans: ambu
lat in magnis ꝛ mirabilibus super se: vt vulgo dicitur saliens
anteq̄ videat: casurus anteq̄ debeat. Petrus cogitatum suuꝫ

puerbiā

iactans in domino: ꝛ omnem sollicitudinem suam in eum ꝓici-
ens: certus q̄ illi foret cura de eo/ reliquit omnia: secutꝰ est do
minum: ne interrogans quideꝫ de premio: donec ex periculo di
uitum: quod saluator prosequebatur/ sumeret occasionem per
contandi. Quid ergo erit nobis? Ait illi iesus. Amen dico vo-
bis. Uerbum confirmationis premittitur: magnum noueris es-
se quod sequitur. Amen dico vobis: q̄ vos qui secuti estis me
in regeneratione cuꝫ sederit filius hominis ꝛc. Quid est quod
dicit in regeneratiōe; aut que est hec noua regeneratio? Neq̄

Joh. iij.

enim iam ignoramus quoniam oportet hominem nasci denuo
non ex sanguinibus: neq̄ ex voluntate viri: sed ex aqua ꝛ spiri
tu sancto. Ceterum cum nullas etiam ad eam regeneratione va

leat hec promissio pertinere: forte ⁊ altera regeneratione op⁹ esse videtur: nec solum denuo: sed ⁊ tertio hominem nasci ne-

B

cesse est. ¶ Infelix ego homo: ⁊ miserabilis casus meus: cui nō vna sufficit: cui duplex est necessaria regeneratio. Nimirum ex corpore ⁊ aīa ɔstitutus/ cecidi totus sil: sil tot⁹ oīno resurgere non possum. An vero dignum non est: vt ea que videtur potior priorq̄ portio repare̅t? At ipsam sane aīam esse: nemo sane mētis ignorat. Prior ergo reficiatur: que prior corruit: presertim q̄ ab eius culpa alterius pena prodierit: ⁊ ipsi⁹ corruptio corporee quoq̄ fuerit causa corruptionis. Hinc est quod animabus primum saluator aduenit: tollere vtiq̄ peccata mundi: non molestias carnis. Quod sane manifestius docuit in seipso: penis omnibus corpus exponens: animam aūt immunē prsus custodiens a peccato. Non sic hodie filii hominum non sic: sed anime curam negligunt: curam autē carnis perficiunt in omni desiderio. Neq̄ enim peccare metuunt: sed puniri: nec virtuti cordis opera datur: sed valitudini corporis: immo etiam voluptati. De schola hypocratis ⁊ epicuri didicerunt hec: neq̄ enī

Mat. xi.

suis christus discipulis horū quippiam tradit: s3 discite (inq̄t) a me: q̄ mitis sum ⁊ humilis corde. Filii hominum vsq̄quo gra-

Ps. iiii.

ui corde: vt quid diligitis vanitatem: ⁊ queritis mendacium?

C

¶ Tempus hoc animabus nō corporibus est assignatum: dies

Eccl'a. iii.

salutis vtiq̄ non voluptatis. Omnia tempus habent: animab⁹

Gala. vi.

nunc operam dare necesse est. Nam in carne qui seminat solam

Ephe. v.

exinde metet corruptionem. At nemo inquiunt carnem suam odio habuit. Verū est. Sed zelum habens absq̄ scientia du3 prodesse festinat: inuenitur obesse. Cum enim iudicium carnis ex aīa pēdeat: carni nihil pōt vtili⁹ q̄ salus aīe prouideri: vt videlicet in tēpore sit respectus illius: ⁊ socia passionis/ felicita-

Phil. iii.

tis quoq̄ cōsortium mereatur. Unde apostolus inquit. Saluatorē expectamus dn̄m nostrum iesum xp̄m: q̄ reformabit corp⁹ humilitatis nr̄e ɔfiguratū corpi claritatis sue. Acquiesce in hac spe caro misere: qui ꝓpter aīam venit: pro te quoq̄ ventur⁹ est: qui reformauit illam: tui quoq̄ non obliuiscetur in finē. Regeneretur interim anima: ⁊ tanq̄ prescita ⁊ predestinata a dn̄o cōformis fiat imagini filii eius: in mansuetudine cordis: ⁊ humilitate. Ipsius enim merito te quoq̄ noueris aliquādo regenerādam: ⁊ conformandam corpori eius in gloria ⁊ claritate. In regeneratione (inquit) cum sederit filius hoīs in sede maiestatis sue/ sedebitis ⁊ vos ⁊c. Consequimini: ait quem sequimini: vt cū ipse sederit/ ⁊ vos pariter sedeatis. Quando enī ille resedit in

Ps. xviii.

mundo: qn̄ substitit: qn̄ reclinauit caput? Exultauit ad curren-

Actu. x.

dam viam: benefaciendo pertrāsiit: quippe nec nidū nec foueā/ nec locum habens in diuersorio: donec opere tandē qđ susceperat consummato sedendi preceptum mereretur accipere: ⁊ diceret dominus domino meo sede a dextris meis. Insipiens tu qui presidere eligis q̄ considere: querens in itinere diuersicula. Ille ministrare venit/ nō ministrari: tu supra magistrū/ ⁊ dn̄o maior: immo nec discipulus profecto nec seruus: recumbere iam festinas. Paululum dormies: paululum dormitabis/ paululum cōseres manus: ille salit in montibus/ transilit col-

Cant. i.

les. Clamat ad eū aīa mea: trahe me post te: in odorem vnguētorū tuorū curremus. Alioquin qn̄ eū remorādo: tepescēdo/ pau-

Ps. xviii.

sando cōsequi speras? Exultauit ad currendā viam. Hilarē si ne dubio diligit secutorem. Necdum ad brauium puenisti: necdum apprehēdisti metā. Grādis adhuc restat via: noli sistere

D

gradum: noli in medio itinere residere. ¶ In sudore inquit vul-

Gen. iii.

tus tui comedes panē tuum: donec in terram de qua sumptus es reuertaris. Extunc sane tempus erit quietis: nimirum quādo iam spiritus ipse dicet: vt requiescas a laboribus tuis. Necdum tamen erit consummata pax necdū perfecta quies: denique necdum sessio plena. In regeneratione inquit cū sederit filius hoīs in sede maiestatis sue: sedebitis ⁊ vos. Felix regeneratio. Qn̄ enim renascar ad sessionem/ miser homo natus ad laborē? O si vnq̄ sedero tot⁹: cuius modo ne minima quidē portio sedet in quo nil trāquillū: nihil q̄etū sedatū nihil: nihil vnq̄ in eodem permanēs statu. Sedebitis ⁊ vos. O sessio. Quis mihi tribuat vt dignis exprimam verbis/ quod de sessione hac cordis affectione concipio: Immo quis tribuat mihi sessionis huius impertiri beatitudinē: requie quam desidero/ quā cupio: qua requiro? Ecce enim dixi: nil in me sedet: sed cuncta in motu sunt/ oīa nutant/ fluctuant vniuersa. Postremo vbi cōcupiscit adhuc caro aduersus spiritum: spiritus aduersus carnem: quidnā hoīs sedere vis? Nec sola iam cōcupiscentia pacē impedit/ turbat sessionem vetat esse sedatum: sed duplex quoq̄ fm̄ corpus miserū hominem cōtritio vexat: presentis videlicet sensus doloris: ⁊ mortis metus future. Nimirū cum ⁊ passibile sit: ⁊ mortale: duplex nihilominus animam agitare sollicitudo videt̄: spei vtiq̄ ⁊ timoris. Inter hec nempe fluctuat iugiter/ Donec peccati corpus inhabitat: ascendens vsq̄ ad celos: ⁊ iterum vsq̄ ad abyssos descendens: tabescens in malis: ⁊ ad bona nihilominus inardescens. Erit autem cum luteum hoc egrediens domicilium a timore quidem penitus liberabitur: sed necdum ab expectatione. Extunc enī iam non erit timor in finibus nostris: sed in spe singulariter constituti, psallemus singuli mente: spiritu qđ preliberauerat quodam modo qui dicebat. Conuertere anima

Ps. cxiiii.

mea in requiem tuam quia dominus benefecit tibi. Quia eripuit animam meam de morte: oculos meos a lachrymis: pedes

Ps. cxli.

meos a lapsu. Ceterum de expectatione idem ipse sic ait. Me expectant iusti: donec retribuas mihi. Nec modo numerum fratrum vt compleatur/ sed ⁊ ipsū corpus vt sua regeneratione restituatur expectant. Immo vero ⁊ expetunt cum desiderio: sub

Apoc. vi.

altare dei vociferantes ad ipsū. At qui audire meruit: potuit ⁊ testificari. Nam corpus quidē illo in tempore sedere quis dicat dum effluit: ⁊ in saniem puluerem q̄ redigitur? ¶ In rege-

E

neratione (inquit) sedebitis ⁊ vos. Seminatur enim corpus ani-

i. Cor. xv

male resurget corpus spiritale. Seminatur in ignominia surget in gloria vbi iam tunc mors victoria tua? Siquidem ⁊ tu inimica nouissima destrueris. Corp⁹ enim resurrectionis iam nō moritur: mors illi vltra non dominabitur. Sed ⁊ dolor: ⁊ gemitus

Rom. vi.

omnis abscedet: qm̄ absterget deus omnē lachrymam ab ocu-

Apoc. xxi

lis sctōꝝ: ⁊ iā nō erit amplius neq̄ luctus: neq̄ clamor: neq̄ vll⁹ dolor: quoniā priora transierunt. Felices lachryme: quas benigna manus conditoris absterget: ⁊ beati oculi qui in talib⁹ liquefieri fletibus elegerunt. q̄ eleuari in superbia: q̄ omne sublime videre: q̄ auaricie ⁊ petulantie famulari. Sedebit igit̄ corpus immortalitatis ⁊ impassibilitatis: gemina quadam felicitate dotatum: liberū ab omni necessitate: ab omni corruptione securum: alienum ⁊ immune ab oī conpiscentia: plenum gloria: configuratum denique claritati corporis christi. Sedebit et anima sicut nil metuens: sic nec cupiens vltra: nimirum plena beatitudine/ ⁊ secura plenitudine fruens: nullos iam cogitationum fluctus/ nullos tentationum conflictus/ nullos affectionū sentiens motus: sed eterne illi incommutabilitati prorsus immersa/ ⁊ sic adherens deo vt vnus iam spūs sit facta cū eo. S3 quando hec/ aut quibus hec erunt? Vos inquit qui secuti estis me: cum sederit filius hominis in sede maiestatis sue/ sedebitis ⁊ vos. Iam quidem sedet filius hominis in sede maiestatis: siquidem ascendens in celum sedit a dextris dei. Sed cum sederit dictum est: hoc est cum apparuerit sedens: sicut ap̄ls ait.

Col. iii.

Cum enim christus apparuerit vita vestra: tunc ⁊ vos apparebitis cum illo in gloria. An magis audebimus dicere ⁊ ipsum adhuc stare quodammodo: vtpote cuius necdum sedes consummata videtur: necdum pedibus eius scabello supposito: quod a patre promissum est. Non q̄ illi plenitudini quippiā desit: sed q̄ mēbra caput expectet. Audeat hoc testari: qui meruit

Act. vii.

intueri. Ecce ait stephanus/ video celos apertos: ⁊ filium hominis stantem a dextris virtutis dei. Paulus quoq̄ sic scribit

Hebre. ix

xp̄s assistens pontifex futurorum bonorum/ introiuit semel in sancta eterna redemptione inuenta. Ceterum in regeneratiōe corporum sedebit in sede maiestatis: qui pro animarum regeneratione stetit ignominioso supplicio crucis: interrogatus contumeliis pariter ⁊ tormentis: nec modo durissima morte: sed ⁊

Phil. ii.

turpissima cōdemnatus. Quoniam enim obediens patri factus vsq̄ ad mortem/ mortē aūt crucis: propter hoc exaltauit illū: ⁊ donauit illi nomen quod est super omne nomē: vt in nomine iesu omne genu flectatur: Hec aūt dixerim fratres: vt noueritis quenam sunt duo latera scale/ q̄ volentibus sequi dn̄m ꝓponūtur ascendenda: que bases eorum: que capita: quiue gradus: quorū summitati deus innixus est. Oportet nos siquidē domare carnem: calcare mundū: vt voluptatē corporis declinantes

Exo. viii.

caueamus nihilominus seculi vanitatē. Hec nimirū abominationes egyptiorū: quas immolamus dn̄o deo nostro. Et totum quod a via vite ⁊ discipline deterret filios huius seculi: totum qđ exercet interim seruos dei: in his duobus est: que sub vno versu ꝓpheta cōmēdat. ¶ Uide inquiēs humilitatē meā ⁊ labo-

Ps. xxiiii.

F

rem meū. Hec ergo sint latera scale/ vilitas/ ⁊ asperitas: quib⁹ deinceps interne virtutis ⁊ gratie gradus firmiter inserantur. Est enī videre homines mundanā gloriam contēnentes: fauorē calcantes populi: non desiderantes humanū diem sed nō adeo fortes intolerantia molestie corporalis: non adeo reiicientes mollia: non adeo carnis illecebras superantes. Quid istos dixerim/ nisi latus alterum nō tenere? Porro vni tm̄ lateri innitē tis periculosus nimis ascēsus: ⁊ proximus est ruine. Qđ si periclitatur qui circa carnem videtur plusq̄ oporteat infirmari: li3 mundi respuat gloriā: nec contumeliis moueatur: ꝓfecto lōge horribilius est periculum ⁊ multomagis inexcusabile/ si quis forte licet castigans viriliter corpus ⁊ non parcens eius afflictioni/ inueniatur tm̄ minus resistens glorie desiderio: min⁹ patiens iniuriarū: minus puritatis: ⁊ solide humilitatis habēs:

minus

minus immunis a seculi vanitate. Quid enim tibi infelix homo cum his nugis ⁊ calamitatibus: cum hoc fastu ⁊ vanitate ista: que nec anime nec corpori prodest? Quid irritaris: quid inflāmaris ad verbi flatum: quod nec carnem vulnerat: nec inquinat mentem: Nihil sic alienum a natura tua: nil tam contrarium rationi. Neqȝ enim sic dicere possum quid tibi cum cibis ⁊ vestibus aut frigore: vel esurie quid noueris? Cum vnita personaliter anima non huic mūdo sed corpori: longe minus carnē possit odisse q̄ mundum: quippe que huic multum debeat illi nihil. Quod quidem dixerim: non vt voluptas perinde excusetur: sed vt vanitas ⁊ impuritas ante omnia fugiatur. Sane vbi sic stabilieris ⁊ firmaueris in corde tuo, asperitatem corporalis abstinentie ⁊ laboris amplecti: ⁊ omni vilitate et extremitate esse contentus: bona sunt latera: securus iam insere gradus exercitij spiritalis: vt totū qd̄ mūdo ⁊ carni subtrahis studio pietatis impendas: oblitus que retro sunt extentus in anteriora vt ascensionibus dispositis: de virtute proficias in virtutem: vt videre deum deorum in syon merearis. Et primum quidem per desertum proprij cordis: ⁊ conuallem plorationis ascendes vt virgula fumi: dehinc iam in serenis quidē elapsus ascēdes etiam de deserto delitijs affluens: innixus super dilectum: ducetur de claritate in claritatem tanq̄ a domini spiritu illo vtiqȝ qui scrutatur etiam alta dei. Nec paucos in his gradus inuenies gratie multiformis. Uerum hec spiritualia sunt: ⁊ spiritualibus vtiqȝ comparanda. Nunc vero ad initiandos potius sermo dirigatur: cuius tota intentio est reuocare ad cor preuaricatores. Ceterum habent proficientes editum olim de duodecim gradibus humilitatis ex sermonis occasione libellum: quos videlicet gradus ille iustorum omnium spiritu plenus in regula sua tradidit vere per omnia benedictus. Ille enim spiritualē nobis erexit scalam/cuius vtiqȝ summitas celos tangit: quod in eius glorioso transitu euidenti legimus miraculo commendatum: beato pape Gregorio sic scribente. Inter discipulorū manus imbecillia membra sustētans: erectis in celum manibus stetit: ⁊ vltimum spiritum inter verba orationis efflauit. Qua scilicet die duobus fratribus vni longius posito/alteri aūt in cella commoranti: reuelatio vnius atqȝ indissimilis visionis apparuit. Uiderunt nāqȝ qr strata palliis ⁊ innumeris corusca lāpadibus via recta: orientis tramite ab eius cella in celum vsqȝ tendebat. Cui venerando habitu vir desuper clarus assistens cuius esset via quam cernerent inquisiuit. Illi vero se nescire professi sunt. Quibus ille ait. Hec est via qua dilectus dn̄i celū benedictus ascendit. Que est eīn via ab eius cella progrediens: nisi ordo quem idem vir beatus instituit: ⁊ formauit? e que ab eo sumpsit exordium? Qua nimirum via dn̄i dilectus ascendit: qr non potuit vir sanctus aliter docere q̄ vixit. Et hec quidē eorum vel maxima fiducia est: qui ipsius vestigiis student inherere vestigiis: ipsum preceptorem preuiumqȝ sequuntur. Neqȝ enim venire aliquatenus in dubium potest: quin omnino sacer sit modus conuersationis: ⁊ diuina magis inspiratione atqȝ cōsilio/q̄ humana prudentia vel adinuentione formatus: quo nimirum tantam in vita gratiam sanctitatis: tantam post obitum gloriā felicitatis idem vere benedictus obtinuit. Sed hec hactenus ne quis forte (quod longe sit semper a cordibus nostris) derogare nos potius eis qui sibi varios prout cuiqȝ visum est: religiose viuendi formauere modos q̄ alios consolari ⁊ animare voluisse caueatur. Eam tamen quam videmus in ecclesiis hodie formam cleri (ne informem dixerim vitam) a quo sanctorum habuerint/quis vnq̄ vel in nouo vel in veteri testamēto sic vixerit: sic viuere docuerit homines? Utinā ipsi sese interrogent singuli: nec conscientias super hec cōuenire proprias dissimulēt. Quātos eīn videmus sectatores viarum: que videntur quidē hominibus bone: sed in profundum finis earum inferni descēdit? Quātos ascensores scale non cuius summitas celos tangit: sed que illi omnino contraria est: habens latera concupiscentiam carnis/⁊ concupiscentiam oculorum: gradus vero superbiā vite: que ex mundo sunt/non ex patre? At eius sane quā vobis commēdare volumus scale gradus ⁊ latera ex parte vtiqȝ sunt/nō ex mūdo: cui nimirum innixus apparuit. Sobrie ait apostolus/⁊ pie ⁊ iuste viuamus in hoc seculo. Sobrietas voluptatem carnis impugnat: iusticia seculi vanitatem: dū videlicet cuiqȝ reddit q̄d suum est ⁊ adulantē deplorat: ⁊ cōpatitur irascenti. Denique ⁊ ipse saluator dū baptiste manibus celsum illum verticē inclinaret: sic inquit decet nos implere omnem iustitiam: solam nimirū humilitatem iustitiam reputans. Exhibeatur ergo sobrietas nobis: iusticia proximo: pietas deo. Pietas enim cultus dei est. Sane vt voluptas ⁊ vanitas elationē cordis fouere noscuntur: sic sobrietas ⁊ iustitia pietatē: vt inter hec latera de fide in fidem spe mediante proficiens: supereminentiā aliqn̄ teneat charitatis. ¶ Innituntur hec latera basibus quas supposuit artifex sapientia: duobus forsitā lignis crucis. Ubi eīn ille [illegible] crucifixus est: dum cruce turpatur: q̄s suorum delicias seu gloriā sustinere queat: ne dum audeat querere? Flagellatus xp̄s: ⁊ sputis illitus: baiulat sibi crucem: ⁊ ludibrio factus irrisoria veste: arūdineo sceptro/corona spinea: foditur clauis: annumeratur sceleratis: in ligno extenditur: etiā mortuus vulneratur: ⁊ hec intuens qui dicitur christianus: propriis nihilominus voluptatibus indulgere: ⁊ florere velle in seculo nullatenus erubescit? Ceterum si omnis qui se dicit in christo manere/debet sicut ille ambulauit ⁊ ipse ambulare multo magis q̄ pro eo manere se dicit: q̄ pro eo legatione fungitur: q̄ ei ministrat: si eū nō sequitur inexcusabilis est. Sane nisi abnegauerit semetipsum/⁊ tulerit crucem suam: sequi eū omnino non pōt. Quid vero crucem tollere est/nisi laborem amplecti ⁊ humilitatē? Sicut scriptū est. Elegi abiectus esse in domo dei. Sed fortasse minus adhuc firmiter stabilita hec videātur: si tm̄ fuerint subnixa basibus: nō etiam desup coherentia capitellis. Hinc est q̄ minime suis contētus exemplis saluator etiā premia repromittit: vt quem forte non prouocat inuitatio precedentis/trahat vel desiderium retributionis: ⁊ si quis voluptuosus est: illum sitiat torrentē voluptatis: si glorie cupidus: aspiret ad illam celsitudinē iudiciarie potestatis. Sedebitis ait ⁊ vos sup sedes duodecim iudicātes duodecim tribus israel. Ac si dicat: pro confusione vr̄a duplici ⁊ rubore pars vestra laudabitur. Propterea enim in terra sua duplicia possidebunt: ⁊ leticia sempiterna erit i xp̄o. In exilio vobis afflictio duplex: humilitatis vtiqȝ ⁊ laboris. Sed consolamini/⁊ nolite deficere: qm̄ in terra vr̄a strauitiqȝ viuētiū: duplex vos nihilominus remuneratio manet: sublimitatis ⁊ delectationis. In sedibus eīn quies imperturbata est in iudicio dignitatis eminentia cōmēdatur. Quis vero secularis honor excogitari potest: qui non prorsus in tāte sublimitatis cōparatione vilescat? Nō vnius siquidem ciuitatis aut populi/seu regionis vnius sed vniuersitatis iudices habēt presidere cū xp̄o: nec solum homines: sed ⁊ ipos angelos iudicabunt: qui parentē ad modicum vaporē p̄sentis glorie dedignātes ⁊ exufflantes: improperiū xp̄i vniuersis p̄ferūt titulis dignitatum. Nolite timere pusillus grex: qm̄ cōplacuit patri vestro dare vobis regnū. Diffinitū est consiliū: q̄d non euacuabitur. Propositum immutabile perseuerat. Denique iurauit dn̄s: ⁊ nō penitebit eum. Amen dico vobis: q̄ vos qui secuti estis me in regeneratione: cum sederit filius hois in sede maiestatis sue: sedebitis ⁊ vos iudicātes. Quid gloriosius? Iudicēt nunc ⁊ p̄iudicēt superbie filij: cum rege suo sedeant: q̄ sibi latera aquilonis elegit. Exaltentur ⁊ leuentur sicut cedri libani. Transiuimus: ⁊ ecce non erunt. Opprimāt nūc quos possunt: blasphemēt congregēt maledicta: veniāt super nos opprobria exprobrantiū xp̄o: qm̄ merces nostra copiosa est in celis. Gloriāqȝ ab inuicē habeāt: vtiqȝ vanam ⁊ mendacē: qm̄ vani filij hominum: mēdaces filij hominum. Gloriam eīn que a solo deo est nolūt: veram vtiqȝ ⁊ manētem: qm̄ ipse est veritas: ⁊ ipse est qui est. Infelix prorsus ambitio q̄ ambire magna nō nouit: querens de modico crescere ⁊ de maximo minui. Amāt eīn cathedras p̄mas: que velut grossi ficuū velociter sunt casure. Sūt eīn grossi p̄me quedā ficus prius inutiles: solam habētes speciē ficuum nō saporem: nec tam fructus: q̄ futurorū quedā presagia fructuū: quas ⁊ decidere necesse est: vt eis alie humano visui et esui apte succedant? Unde sponsa in cantico canticorum. Hyems transijt: imber abijt et recessit. Et post pauca. Ficus inquit protulit grossos suos: q̄ videlicet persecutione cessante/inclyta facta sit ecclesia: posita in superbiam seculorū. Quā sane sublimitatē ⁊ excellentiā dignitatū congrue satis grossos vocat: vt futura in his moneat q̄ presentia cogitare. Que enim videntur/tēporalia sunt: que nō videntur eterna. Caueant igitur qui primas cathedras amāt: ne cōtingat carere secūdis: ⁊ qui primos nūc recubitus eligūt: incipiāt cū rubore locū tenere nouissimum. Sedebitis inquit super sedes duodecim: iudicātes duodecim tribus israel. He iam ficus erunt non vtiqȝ grossi. Has nimirū sedes preuiderat: qui de superna ciuitate dicebat. Illic sederunt sedes i iudicio sedes super domum dauid. Illic plane: non hic. Quomodo eīn sedēt quas hic videmus sedes que totiens nutant: totiens titubant totiens subuertuntur? Nimirum ergo grossi ficuum sunt quos tenuis aura deijcit ⁊ disperdit. Ceterum quid sibi vult/q̄ duodecim tribus israel iudicaturos fore promittit: in quibus etiam mundus ipse cognoscitur iudicandus? An qr notus tantū adhuc in iudea deus/vniuersitatem fidelium appellatione .xij. tribuum voluit designari: ⁊ quasi solas meminit iudicandas: propter illud/qui non credit iam iudicatus est? Hec enim est perfectorum gloria singularis: inter ipos etiā eminere fideles: ⁊ ceteris quoqȝ saluandis preeminere auctoritate iudiciarie potestatis: vt iuxta illud de psalmo: sedeant supra domum dauid. Quid istud miserie est q̄ ad verbū tante promissionis negligētia humana dormitat? Popule meus ait dn̄s: q̄d tibi debui facere ⁊ nō feci? Quid cause est q̄ inimico meo vestroqȝ libet seruire

Marginal references: Phil.iij. · ps.lxxxiij. · Can.viij. · Prouer.xiiij. · Tit.ij. · Mat.iij. · i.Ioh.ij. · Mat.xvi. · ps.lxxxiij · Esa.lxi. · Luce.xij. · ps.cix.

A

uire q̄ mihi? Neq̄ enim ille creauit vos: sed nec pascit quidē:
aut tēpora vestra ipse disponit. Si parua hec videnť ingratis:
nō ille/ sed ego redemi vos. Sed quo precio? Nō vtiq̄ corrupti
bilibus auro ⁊ argento: non sole/ vel luna/ nō saltē aliquo ange=
lorum: sed proprio vos cruore redemi. Ceterum si neq̄ tā mul
tiplici iure debitum: a vobis elicere est famulatum: omissis his
oibus mecū saltem ex diurno denario conuenite. Nihil vobis
ille nocuerit: nihil ipse videar profuisse: ei obtēperate qui plu=
ra vobis ⁊ potiora pollicetur: apud quē certior copiosiorq̄ re=
muneratio est: vt illud quoq̄ benignissima miseratione dissimi
lem: q̄ bonorum vestrorū nō egens: vobis tantūmodo velim es
se consultum: ne presentia suscipere detractetis que nunc offe=
ro dona gratie: futuris glorie muneribus eadem coronanda p=
mittens. Quid ad hec conscientia humana respondet? Cū im
properari ceperint hec in die iudicij/ quomodo miseri sustine=
bunt? Quid excusationis poterūt habere de peccato? Nunqd
tunc dicere incipient: modo/ ecce modo/ sine paululū. Sic em̄
nunc dissimulant infelices: ⁊ modo/ ⁊ modo/ nō habet modum:
⁊ sine paululum in longum vadit. Bonus est (inquiunt) deus: q
in proximo iuuat. Magna quidē diuina promissio/ sed lōga val
de dilatio ⁊ molesta expectatio est. Terrenas deserere sortes:
⁊ necdum obtinere celestem afflictio intolerabilis: et incōsola
bilis dolor. Quid accelerare necesse est vt miseria plōgeť? Mi
sera prsus: ⁊ seductoria, cogitatio. Noua siquidē hec querela
est: nec prolixiorem vitam filij hominis hactenus causabantur.
Breues dies hominis sunt, donec cōscientia stimulante de pe=
nitentia/ ⁊ conuersione: vel intus a spiritu: vel foris cōmoueān
tur ab homine. Extunc sane nouum concipiť tediū longioris vi
te/ differende mortis oritur fiducia noua. Sed esto multa tibi
annorum curricula restant: adolescēs es vsq̄ ad senectutem vi
cturus et senium: quid necesse habes amittere tempora tanta:
perdere tanta lucra? Nihil preciosius tempore: sȝ heu nihil ho=
die vilius estimatur. Transeunt dies salutis: ⁊ nemo recogi=
tat: nemo sibi non reditura momenta perisse causatur. An pu=
tas o homo biennij tantū aut triennij opus/ ab omnipotēti pos
se recompensari? Sic abbreuiata est manus domini: vt centum
annorum non possit remunerare laborem? Sede/ computa qd
diebus singulis acquirere valeas: certus equidem apud deū
nullum omnino bonū irremuneratum fore: ⁊ sicut non capillū
de corpore: sic nec momentum de tempore periturum. Quid il
lud sapientis consilium ingeram: ne tardes cōuerti ad dominū.
Nescis quid superuentura pariat dies. Quid insaniam causer
de futuro tā temerarie presumentis: quasi vero tempora ⁊ mo=
menta pater in tua: ⁊ nō magis in sua posuerit potestate vel vo
luntate? Postremo quid de incerto fine: ⁊ quid de certa breui=
tate laboris/ retributionis eternitate loquar? Nouit dominus
figmentum nostrum: consulit pusillanimitati nostre: humane
obuiat cogitationi: anxietatē abigit: preuenit trepidationem
Sequitur em̄. Et omnis qui reliquerit patrē: aut matrem: aut
domum: aut agrum propter nomē meum: centuplum accipiet/
⁊ vitam eternam possidebit. Quid vltra dicetis filij hominum
quando ⁊ in hoc medio/ tanta vobis promissa sunt vt dormia=
tis iter medios cleros: de quibus pauloante causabimini: ⁊ ex
euntes a sorte terrena amplior statim excipiat consolatio: qua
non patienter sed etiam gratulanter expectetis sortem sancto
rum in regeneratione pmissam? Siquidem ⁊ expectatio iustorū
leticia est. Centuplū (inquit) accipiet: ⁊ vitā eternā possidebit.
Habetis filij adā promissionē vite eius q̄ nūc est pariter ⁊ futu
re: vt obstruať oē os loquentiū iniqua: ⁊ cōfundanť oēs iniqua
agentes supuacue. An non supuacue penitus agit iniqua: q̄ nō
modo fructuosius/ sed etiam iocundius: non modo salubrius/
sed etiam suauius deo poterat seruire q̄ mundo? Et attende
q̄ petro quidem dominus tantū de futuro respondit. Neq̄ em̄
sup his q̄ experiebať p̄sentaliter hesitare poterat: aut opus ha
bebat iterrogare. Denique nō qd nobis est dixit: sed qd erit. An
vero quis dubitat: instantis esse temporis centupli promissio=
nem? Manifeste id quidem ipsa verborum cōsequentia probat:
vbi centuplum accepturi: ⁊ possessuri dicimur vitam eternam.
Ceterum ne quis omnino impudenti remaneat obstinationi lo
Mar. x. cus/ mitto vos ad euangelium ſm Marcū vbi promissio eadem
descripta manifestius inuenitur. Ait enim dominus. Nemo est
qui reliquerit patrem aut matrem/ aut filios/ aut agros/ aut do
mum propter me ⁊ pp̄ter euangelium: qui nō accipiat centies
tantum nunc in tempore hoc. Atq̄ vt vehementius admiretur
carnalis anima non percipiēs que sunt spiritus dei: sed stulti=
Ibidem. ciam reputans: addit signāter cum persecutionibus. Forte em̄
cum audisset in tempore hoc centuplum promitti: coniectabať
etiam de temporalibus exhiberi: sed precipit hūc intellectum
nomē additum psecutionis. Quid em̄ terrene est consolationis
quod nō facile terrena psecutio tollat? Quid terrenū inter pse
cutiones sancti martyres acceperūt: qū ⁊ ipa quoq̄ beatorum

corporum terra data est in manus hominū impiorum? Interim
tamē vndecunq̄ cētuplū sint accepturi: dummodo sit centuplū
dum valeat centupliciter: centupliciter placeat/ consoleť/ dele
ctet/ ameť: qd insanie est q̄ cunctantur homines relinquere sim
pla pro centuplis? Ubi est cupidus: vbi est ambitiosus: vbi con
quisitor huius seculi? Quid ad fidele negocium ⁊ nundinas q̄=
stuosissimas auaricia intepuit: ⁊ obdormiuit humana? Cui id
iudeo negares o homo/ qui in vanū accepisti nomen dn̄i nostri
iesu christi: cui sacrilego dare quicqd habes pro cētuplo cun=
ctareris? Sed execrabilis tibi est manus dn̄i: vt nullam ab eo
commutationē recipere: nō ei in ratione dati vel accepti cōmu
nicare penitus acquiescas? An forte nō ex odio sed ex incredu
litate ex crudelitate detrectas? Nā id mihi fateor credibilius
est. Nemo em̄ perire magis optaret minime cuiuspiā cōsolatio
nis obtentuq̄ in maxima exultatione saluari. Sed non est om
niū fides: ne eorū quidem qui nominetenus sunt fideles. Pote
rā sane multorū vobis exēpla pponere: multos pducere testes
qui id profecto sic credidere: sic sentiūt sic audierūt: sic expertum
tur. Abundat huiusmodi testimonijs: huiusmodi carbonibꝰ de
solatorijs: omnis natio regionis: ⁊ omnis lingua: vbicūq̄ san
ctorū congregatio est. Sed quando humanis credat experimē
tis: qui veritati nō credidit promittēti? Illud ego vehemētiꝰ
arbitror admirandū: q̄ fideles magis in maximo: q̄ in modico
videamini. Nō em̄ difficile est ei dare centuplū in presenti: qui
daturus est vitam eternā in futuro. Qui daturꝰ est qd nec ocu
lus vidit: nec auris audiuit: nec in cor hominis ascendit: nō mō
centuplū dare pōt? Sed quomō inquit possunt hec fieri? Qua
ratione accipit centuplū: qui nihil sibi relinquit et omnibus?
Nempe hoc est qd pauloante commemoraui. Tollite iugū meū
super vos: ⁊ inuenietis requiem. Mira nouitas: sed eius qui no
ua omnia facit. Iugum tollens inuenit requiem: relinquens
omnia centuplum habet. Nouerat hoc ⁊ ille nimirum homo ſm
cor dei/ qui ei loquebatur in psalmo. Nunquid adheret tibi se
des iniquitatis: qui fingis laborem in precepto? An non fictꝰ
in precepto labor: onus leue: suaue iugum: crux inuncta? Huiꝰ
enim rei sacramentū est: q̄ in dedicatione ecclesiarū: depictas
in pariete cruces oleo sancto pontifex linit. Sic et olim qui=
dem abrae dictū est: tolle filium tuum quem diligis ysaac/ ⁊ of
feres mihi eū in holocaustum: labor fictus est in pcepto. Oblā
tus siquidem ysaac/ sanctificatus est: non mactatus. Et tu igiť
si vocem dn̄i audieris intus in animo ⁊ dicatur tibi vt offeras
ysaac: tuum quodcūq̄ est gaudium immoles deo (interpretať
enim ysaac gaudium seu risus) fideliter ⁊ constanter obedire ne
timeas. Nimirū ⁊ si rem grādem tibi dicit propheta/ facere de
bes: ⁊ obtemperandū ei per omnia etiam si oportuerit ipsum
ysaac iugulari. Nunc autē quicquid affectio propria iudicet se
curus esto: nō ysaac/ sed aries morietur: non peribit tibi leticia
sed contumacia: cuius vtiq̄ cornua vepribus herēt: ⁊ sine pun
ctionibus anxietatis esse non pōt. Temptat em̄ te dominꝰ deꝰ
tuus: nec mactabitur ysaac vt opinaris: viuens viuet: sed ele
uatus est vtiq̄ super ligna: vt in sublime gaudeas: nec in carne
ppria: sed in cruce dn̄i glorieris: p quē nimirū crucifixus ⁊ ipse
es: sed crucifixus mūdo: nā ei viuis. Hec nimirū cōuersatio pfe
ij. Cor. vi ctorū: hec sanctorū vita: hec gratia spiritalis. Denique tāq̄ tristes
inquiunt semper autem gaudentes/ tanq̄ nihil habentes/ ⁊ om
Ps. xxx. nia possidentes/ tanq̄ morientes: ⁊ ecce viuimus. Qui videbāt
me foras fugerunt a me dicit ⁊ filia regis ea vtiq̄ cuius gloria
omnis ab intus est. Unde ⁊ clamitat in cantico cāticorum/ ado
lescētulas reuocās: quas exteriori sua in cōpositiōe deterritas
Canti. i. videt. Nigra sum: sed formosa filie hierlm sicut tabernacula ce
dar: sicut pelles Salomonis. Nolite me cōsiderare q̄ fusca sum:
q̄ decolorauit me sol: ac si manifeste spiritualis quispiā dicat:
teneras ⁊ infirmas mentes exhortans. Quid laboriosa queq̄ ⁊
humilia cōuersationis nr̄e tā sedule numeratis? Saga cilicina
sunt/ ⁊ pelles arietum rubricate: quibus interior ille splēdor et
interna tegitur gloria: vt illesa a pulueris ⁊ imbris iniuria con
seruetur. Nolite me considerare q̄ fusca sum: nolite pauere: no=
lite mirari. Neq̄ em̄ tristicie aut necessitatis est exterior iste ne
glectus: ⁊ nigredo fortasseca: sed occulti splēdoris: ⁊ exultatio
nis interne. Decolorauit inquit me sol: lux interior exterioris
impatiens. Nimirū ignis est: ⁊ inania folia nō admittit. Aliōq̄
aut exuri folia: aut certe si pualuerint: ignem extingui necesse
i. Thes. v. est. Qd quidē oino cauendū apl's docet: spiritū inquiēs nolite
Lu. xij. extinguere: magis aūt id xp̄s phibet: volēs eū vehemēter ac=
cendi. Igiť sponsa qdē nigra sed formosa: apl'i tāq̄ tristes sem
Mat. xxiij. per aūt gaudētes ipsi xp̄o si iudaicis cōsiderenť oculis: nō erat
species neq̄ decor. Econtra sane alios dealbatis veritas cōpa=
rat monumētis: foris qppe splēdidos ⁊ nitētes/ intus sordidos
⁊ fetētes. Ambulāt em̄ in stolis: ⁊ primas (vt dictum est) cathe
dras amāt: gloriosi honorati: ⁊ magni in oculis hoim: intus au
tem vbi deus videt/ pleni auaricia: inuidia: ambitiōe: superbia

[illegible]ria

luxuria fortasse nonnulli. Quando enim talibꝰ detur preciosuz illud continentie munus: nisi forte ad iudiciũ ⁊ condẽnationem nequando paueant/ ⁊ resipiscant: ⁊ conuertantur a studijs suis: sed obdormiscant in peccatis: ⁊ deterius pereant ex ipsa sua irreuerẽtia ⁊ securitate. Sane vt exercitij spiritalis et cure cordis iudiciũ euidens est contẽptus exteriorum: sic eorundez sollicitudo certũ nihilominus: signũ mentis inculte. Scriptũ quippe est. In desiderijs est omnis ociosus. Et item. De stercoribꝰ boũ lapidabitur piger. Ueve misero dum stercoratur: putatur ornari. Bos erat paulus triturãs in area domini: ⁊ suum vtiq; agnoscens possessorẽ. Unde ⁊ dicebat: propter christum omnia detrimentũ feci: ⁊ arbitror vt stercora: vt christũ lucrifaciã. Hec amplexatur stercora: etiam si quondam nutritus fuerit in croceis: his lapidatur stercoribus piger: qui christum lucrifacere negligens: corde vacuo/ ⁊ deserto/ foras cogitur euagari. Siquidem famis necessitate Jacob patriarcha descendere legitur in egyptum: ⁊ prodigus ille filius seruire porcis/ esurire siliquas: egestate coactus est. ¶ Sed quid dicit scriptura? Habẽti dabitur et abundabit: non habenti autẽ ⁊ hoc ipsum quod videtur habere auferetur ab eo. Arescet fenũ ⁊ decidet flos: ipse quoq; fenestre claudentur/ vt nihil vltra terrene valeant consolationis haurire. Deniq; arguã te (ait dñs) ⁊ statuam contra faciẽ tuam. Quid illud confusionis erit/ quid miserie/ quid doloris/ quando dissipatis folijs ⁊ dispersis/ vniuersa nudabitur turpitudo: reuelabitur ignominia: sanies apparebit: quãdo iam immortalis factus internus ille conscientie vermis/ tota malignitate corrodet sed non consumet animam infelicẽ: nec erit omnino dissimulationis locus: aut spes vlla consolationis? Quid enim cause est q ne modo quidẽ conscientie stimulos sustinere aliquatenus possunt/ sed auertunt oculos cordis ⁊ ad consolationes miseras conuertuntur: aut certe dissimulationibus aliquibus decipiunt semetipsos/ ⁊ mentitur iniquitas sibi: nisi q intolerabilis ille est cruciatꝰ (licet adhuc blandiatur spes ⁊ extenuet omnino dolorẽ) dum sibi ipsis pro libitu tẽpora metiũtur/ et omne quod agunt facile diluendũ/ deferendũq; quod appetunt temeraria presumptione promittunt? Sed ⁊ ipsa consuetudine ⁊ incuria stupidi ⁊ insensati corde: fere nihil sentiunt: que quidem omnis longius aberunt/ vbi fiet quod scriptũ est: arguam te: et statuam contra faciẽ tuam. Quanto enim sibi vicinior/ ⁊ naturali necessitudine carior anima carne sua est: tãto acriꝰ doleat necesse est: ⁊ molestius ferat propriaz: q corpoream lesionẽ: vbi a stupore isto ⁊ insensibilitate fuerit excitata. Sicut ecõtra bona ppria/ ⁊ delitias spũales: internãq; animi voluptatẽ vbi cõtigerit experiri: eo vtiq; delectabilius amplectatur: iocũdiusq; fruatur oportet: quo propius ⁊ expressius eam tangunt: nec exterius mendicantur. Nemo quippe eo modo iumẽti sui/ quo corporis sui refectione poterit delectari: placet quidem ⁊ illa: sed longe aliter ista sapit: aliterq; sentit. Et si iumentuz anime corpus esse fateris: eadem vtiq; ratio tibi obseruãda est ⁊ in ipsis. Noli ergo errare: noli seduci: vt non magis in spiritualibus spiritũ credas q in corporalibus oblectari. Uel humanã consule rationẽ: si fides in te penitꝰ obdormiuit. Tres in carcere quondam fuisse legimus: tres i cruce. Joseph siquidem cũ pincerna ⁊ pistore regis carcerali custodie mãcipatus: xps verus ioseph cum sceleratis duobus vtiq; reputatus est. Et illi quidez i carcere videre somnia: ⁊ audire interpretationẽ: isti in cruce verba locuti sunt: ⁊ vnus accepit promissionez. Priorũ siquidem alter propinabat regi: ⁊ audiuit restitueris in gradum pristinũ. Alter pascebat aues: ⁊ respõsuz mortis accepit. Ipsi quippe sunt porci: quos pauit ille prodigus adolescens. Spurci siquidez ⁊ elati: merito porcorũ ⁊ auium nomine designantur. Porro eorũ qui crucifixi sunt cũ saluatore: alteri vtiq; confitenti dictũ est: hodie mecũ eris in paradiso: alteri quidẽ blasphemãti: non quidẽ a domino (neq; enim tũc ille iudicabat quemq;, sed a socio responsum est: neq; tu times deum qui in eadem damnatione es? Quid ergo putamus: quid duobꝰ illis quorum alteri dictũ est: restitueris post tres dies: alteri hodie mecum eris in paradiso: preter ipsam sane dilationẽ/ interim potuit esse molestũ? Quid vero illũ potuit delectare cui dictũ est: trũcato capite post triduum suspenderis: auiũ esca futurꝰ? Sane in hoc positi sumus omnes: ⁊ nemo nisi in carcere sine cruce interim nemo. Quippe vbi nec innocens inuenitur immunis: quando peccator requiez sperat/ Ceterũ si quis volens sustinet dicens/ nos quidẽ iuste: mercedem habebit: si autẽ inuitꝰ ⁊ blasphemans: ⁊ negãs deũ factis: duplex ei cõtritio est. Si quis testimoniũ habet salutis: etiam ⁊ caro eiꝰ requiescit in spe: ⁊ prophete farinula pulmentum condit/ atq; dulcorat: vt in olla iam non mors: sed vita sit. Deniq; nemo sane mentis ampliorem esse in vitijs credat/ q in virtutibꝰ delectationẽ: presertim cũ sit deus virtutum/ totius vere iocũditatis fons: leticie et exultationis origo. Neq; enim carni seu mundo aut maligno principi/ sed christo vtiq; seruirez regnare est. Audi hominẽ de propria vtiq; experiẽtia perhibentem fidele testimoniũ veritati. In via (inquit) testimoniorũ tuorũ delectatus sum: sicut in oibus diuitijs. Quid erit in patria: si tanta est copia delectationis in via? Sic et apostolus non in spe solũ: sed etiã in tribulatione docuit gloriari. Ille quidẽ sic ait. Amicus huius seculi: auctoris seculi inimicus. Ille quidez sic: ego forte non ita. Delicatꝰ sum: homo peccator sum: nec subsistere in tanto labore sine gratia multa/ nec ipsam gratiam valeo promereri: quasi vero gratia non sit gratia: sed operũ merces/ quasi non omnes peccauerint: aut non oẽs egeant gratia dei. Estimas o hõ: quia personarũ acceptio sit apud deũ ⁊ non omnes omnia relinquentes tam copiose consolet? Noli esse incredulus: acquiesce vel veritati: de cuius testimonio nulli licet dubitare fideli. Et ois inqt q reliqrit patrẽ/ aut matrẽ/ aut domum/ aut agrũ propter nomen meũ: centuplũ accipiet. Neminẽ christus excipit. Miseri igitur qui dicũt/ preter nos: qui excludunt semetipsos: ⁊ excipiunt a bñficio generali. Nimirum indignos se iudicant multomagis vite eterne: qui nec ipsum quidẽ centuplũ sperant. Sed quia deꝰ verax est qui promittit: homo vtiq; mendax est qui diffidit. Et omnis qui reliqrit patrez/ aut matrem/ aut domũ/ aut agrũ propter nomẽ meũ: centuplũ accipiet: ⁊ vitã eternã possidebit. Facile ego poterã contradictionem sustinere linguarũ: si id loquerer ex me ipso. Siquidẽ nõ percipit carnalis hõ que sunt spiritꝰ dei: sed stulticia illi videntur. Nunc aũt ipse id loquit cuius verba etiam celo ⁊ terra trãseũtibus non transibũt. Sed audiui (ait hõ) quid perditionis sumit occasionẽ: ⁊ (vt vulgo di) festucam qrit vnde sibi eruat oculum: audiui inquit de illo: ⁊ illo/ qui reliquerant omnia: ⁊ ad vomitum suũ sunt reuersi. Quomodo illi acceperant cẽtuplũ? Exurge dñe iudica causam tuã/ et istorũ nẽpe calũniam: ⁊ murmur ipiorũ qui forte omnia relinquere nisi sunt: ⁊ minime tamen centuplum acceperũt: non contra nos/ sed contra te est: qui dixisti. Omnis qui reliquerit patrez ⁊c. centuplũ accipiet. Quid tamẽ dicimꝰ? An ex collegio discipulorũ reprobari qs potest: nisi loculos hñs? Sunt eñ loculi/ non mõ pecunie: sed proprie volũtatis. Scrutet proinde vias suas/ ⁊ studia sua/ q promissam cẽtupli gratiã sibi deesse causat: nec dubiũ quin inueniat angelũ ⁊ diuersoriũ reclinatoriũq; nõ quidẽ filij hominis: sed aut fouea vulpis: aut volucris nidũ. Magis aũt pfectiꝰ obsecro relinquat oia: ⁊ solũ sequat xpm/ iactans cogitatũ suũ in deo/ enutriẽdꝰ ab eo: ⁊ cẽtuplũ sine dubio pceptur. Neq; eñ põt solui scriptura: q tam certa veritate subnixa/ omnibꝰ id sine exceptione pmittit. Nihil sibi retineat: nihil suis: ne modicũ fermẽtũ totam massam corrũpat. Sunt eñ qui sibi retinent aliqd: dñice vocis obliti: q non suã venit facere volũtatẽ: ⁊ in ipsis quoq; sctõrum collegijs pprio aut desiderio/ aut fortasse cõsilio iportuniꝰ adherẽtes: sciolos sese faciũt/ de se sibi aliqd retinẽtes: quos penitus abnegasse/ et diuine puidẽtie ac obediẽtie patrũ: cõsilijs quoq; spũalũ virorũ debuerãt cõmisisse. Sunt eñ qui ppinqs retinẽt ⁊ amicis: qs abijciũt a seipsis: pro eorũ prosperitate pñti inani prorsus ⁊ seculari sollicitudine estuãtes. Crudeles plane qui nequaq; proximos diligant tanq se: crudeles inq: vel in se vel in suos: immo quod veriꝰ est in vtrosq;. Nemo ergo cũ se videt nõ oia reliqsse: centuplũ non accepisse miret. ¶ Preciosa siquidẽ diuina ꝯsolatio est: nec oino tribuit admittẽtibꝰ alienaz. Infelix tu esau q dixisti. Nũ vnam tñ bñdictionẽ habes pater? Quãto meliꝰ erat dicere cũ ppheta. Unã petij a dño hãc requiram. ¶ Indignꝰ eñ bñdictione celesti ꝯuincit: q dubio qrit affectu: duplici petit intẽtione: aliud sibi refugiũ parans/ si forte eã nõ obtinere ꝯtingat. Maior est iniquitas mea, ait fratricida primꝰ) q vt veniã merear. Quid ergo? Renuat ꝯsolari aia tua: si veniã nõ meret? Hoc solũ deplora: hoc solũ plange. Aliud ne cogites quidẽ. Sed nunc inqt cain ois q inuenerit occidet me. Graue scz dãnũ: grãdis iactura: si perimat corpꝰ: qñ quidẽ aia perijt. Si occidẽdũ sese causabat infelix: tanq p magno bñficio habiturꝰ si phiberet occidi. Qd ⁊ factũ est. Cõsolationem miserã obtinuit quã querebat: ⁊ oblitꝰ est ꝯsolationis maxime: p qua multo studiosius supplicare ⁊ remediũ qrere oportebat. An nõ idẽ ⁊ de saule legisti? Ubi eñ ꝯstitit in snia samuel sctũs nunc inqt honora me vel corã pplo. Ad qd tibi hec honoratio miser? Heccine erat tota illa supplicatio: peccaui/ ora dñm pro me? Merito sane nõ pepercit q intuebat cor. Falsa non poterat supplicatiõe moueri. Uix adhuc dixerat dauid peccaui: ⁊ respõsum illi est/ dñs trãstulit pctm tuũ a te. Sic nimirum: sic vsq; hodie dilectissimi: cuiꝰ ad alias ꝯsolationes mẽs inhiat/ ⁊ penitꝰ in caducis ⁊ trãsitorijs nõ renuit ꝯsolari: ipe sibi profecto celestis subtrahit gratiã ꝯsolatiõis. Quã si digna deuotiõe/ pleno affectu/ desiderio vehemẽti petere/ querere/ pulsare satageret: sine dubio petẽs acciperet: querens inueniret: pulsanti aperiret. Alioqn si forte (qd absit) pudendũ illũ apostasie saltũ plumpserit: certũ oino sit testimoniũ veritatis accipiẽtibꝰ/ aut nũq est.

Eccl. xxij. — Phil. iij. — Gen. xlvi. — Luce. xv. B — Mat. xiij. — Jo. xix. — Gen. xl. — Lu. xxiij. — Lu. xv. — Lu. xxiij. — iiij. re. iiij. — Ps. cxviij. — Roma. v. — j. Cor. ij. — Luce. xxj. — j. Cor. v. — Gen. xxvij. — Ps. xxvj. B — Gen. iiij. — Ibidem. — j. Reg. xv. — ij. Reg. xij.

Gala. iij.

omnia reliquisse: aut ipsum quoq; postea deseruisse centuplum quod acceperit. Nonnulli siquidē cū spiritu ceperint (heu) carne postea consummant. Quod si insanū est centuplū nolle recipere: velle relinquere / plusq; insanū iure censetur. An vero plāgendus tibi videtur: qui abstractus ꝛ illectus a concupiscētia sua: sponte id deserit: libens abijcit: volūtarie derelinquit ꝛ qui nutriebatur in croceis: amplexatur stercora? Non est vnde causetur qui eiusmodi est: tanq; in eo videatur irritum verbū domini: aut euacuata ꝓmissio⁹. Qui enim reliquit omnia: habuit sine dubio repromissam centupli benedictionem. Sine causa contēdit: non ei magis q̄ christo credim⁹: nec omnino acquiescimus mendacē eū facere qui promisit. Centuplum inquit accipiet / et vitam eternam possidebit. Illud enim in via: hec in patria est. Immo hec patria: illud via. Illud consolatio presentis laboris hec future felicitatis consummatio est. Sic nimirum ꝛ operarijs huius seculi solet cibus in opere / merces in fine dari: sic militantib⁹ ꝛ stipendia ministrantur pro necessitate laboris: ꝛ nouissime donatiuū maius erogatur pro q̄litate laboris. Sic ꝛ filijs israel donec terram promissionis intrarent: in deserto manna non defuit. Et ab ecclesia post quesitū regni celestis aduentum: quotidianus panis petitur in oratione / quam ipse saluator instituit. Habes hanc duplicē promissionē: ꝛ in propheta euidē

Sapiē. x.

ter expressam: vbi ait. Reddet de⁹ mercedē laboꝝ sanctoꝝ suorum: ꝛ deducet illos in via mirabili. Ipsa est enim via testimoniorum dñi: in qua propheta alius sicut in omnib⁹ diuitijs delectatum se esse testatur. Ut quid ergo in incredulitate morieminī filij hominum. At forte adhuc secularis ad hec quispiam dicat.

Ps. cxviij.

Ostende mihi centuplū quod promittis: ꝛ libens vniuersa relinquo. Ut quid ostendā? Fides eīn non habet meritū: cui humana ratio prebet experimentū. An poti⁹ homini ostēdenti / q̄ veritati credere promittenti? Deficis scrutans scrutinio. Nisi credideris: non intelliges. Māna absconditū est: quod in apocalypsi iohannis / victori ꝓmittitur. Nouum nomen est: quod nemo scit nisi qui accipit. Uidetur eīn forte nonnullis presentē sanctoꝝ communionē facultatū pariter ꝛ volūtatū hoc loco cētupli noīe designari. Et magna q̄dē hec ipsa consolatio: sed nō adeo generalis vt possit vniuersaliter omnib⁹ conuenire. Quātos enim sanctoꝝ aut volūtarie eam deseruisse vt anachoritas: aut violentia persecutionis: vt martyres exilio relegatos humana cōsolatione nouimus caruisse? Datū optimū est centuplū hoc: desursum descēdit a patre luminū. An nō deniq; oīa possidet: cui oīa cooperant̄ in bonū? An nō centuplū habet omnis qui implet̄ spū sancto / qui christū habet in pectore? Nisi q̄ lōge plusq̄ centuplū est visitatio paracliti spūs et presentia xpī. O q̄ magna inquit multitudo dulcedinis tue dñe quā abscōdisti timentib⁹ te: ꝑfecisti eis qui sperant in te. Uides quō memoriam abūdantie suauitatis hui⁹ eructuet anima sancta quō exprimere gestiens verba multiplicet? O q̄ magna inq̄t multitudo. Hoc ergo centuplū adoptio filioꝝ est: libertas ꝛ primitie spūs delicie charitatis / gloria consciētie: regnū dei: q̄d intra nos est: nō vtiq; esca vel potus: sed iusticia / ꝛ pax / ꝛ gaudium ī spū sancto. Gaudiū sane non mō in spe glorie: sed etiā in tribulationibus.

Ps. xxx.

Apoca. ij.

Luce. xij.

Hic est ignis quē voluit xp̄s vehemēter accendi. Hec virt⁹ ex alto: q̄ andreā fecit amplecti crucē: laurentiū ridere carnificez: stephanū pro lapidantib⁹ flectere genua ad orationē. Hec illa pax quā suis reliquit xp̄s: q̄n dedit ꝛ suā. Siquidē donum ꝛ pax est electis dei: pax vtiq; presentis: et donū future. Illa superat omnē sensum: sed ꝛ huic quicq̄d sub sole placet quicq̄d in mūdo concupisci͂t non poterit cōparari. Hec gra deuotionis: ꝛ vnctio docens de oībus: quā expertus nouit: inexptus ignorat: q̄m nemo scit nisi q̄ accipit. Utinā hic filioꝝ hoim concupiscētia vigilet: vtinā vel curiositas excitet̄: vt dicant in cordibus suis: non videtur hoc verbū adinuētionis humane: cui sic consonāt vno ore testimonia scripturarū. Et si ita est: sine dubio vehementer erramus. Probare libet an hec ita se habeant: gustare quid hoc absconditū māna sapiat: experiri quid sit hoc centupluz: quale gaudiū in spū sancto. Eras profecto respondebit ei iusticia sua qui id studiose quesierit: confestim vt gustauerit videbit q̄ suauis est dñs q̄m bon⁹ / non mō tenēti / sed ꝛ querēti se / anime sperāti in se. Alioquin venite ꝛ arguite me dicit dñs: si nō omnis qui reliquerit patrē ꝛ matrē / aut domū: aut agrū propter nomē meū: centuplū acceperit nūc in hoc tēpore. Parū est: ꝛ vitā eternam possidebit. Uerū si in presentis cōmēdatione centupli sermo deficit: ꝛ ex abūdātia cordis angustia oris obstruitur: q̄dni ad promissionē eterne vite defectū propriū ipsa etiaz cogitatio fateatur? Si id q̄d ex parte est nō valeat eloqui / nec expertus: quid inexpert⁹ de perfectione balbutire conet̄? Oculus nō vidit de⁹ absq; te: q̄ preparasti diligentibus te. Pax enim est que exuperat omnē sensum pax super pacē: indeficiēs exultatio: torrens voluptatis diuine: flumē leticie: gaudiū plenū. Cogita q̄c quidvis / quicquid potes exopta: excedit cogitatū omnem: desiderium omne exuperat illa felicitas: eternitas illa: beatitudo illa. Ad quam nos sua miseratione perducat preueniēs in benedictione dulcedinis / ꝛ indeficienter interim tribuens ꝓmissaz centupli gratiam ad solatiū vtiq; ꝛ remediū laboris huius: ne deficiamus in via / vt de exhibitione presentiū numerū firma sit expectatio futuroꝝ / qui venit vt vitā habeamus / ꝛ abūdantius habeamus: iesus christus dñs noster.

Sapiē. iij.

Apoca. ij.

Esa. xxx.

Treñ. ij.

Finis.

Hactenus habes amātissime lector opera a diuo nostro Bernardo composita. Nam nonnulla alia que a lōgo iam tempore ei ascribuntur: sua non sunt: nec eius stilum minusq; spiritū redolēt. Ne propterea opus preclarissimum talium inculcatione obtenebretur peritorū cōsilio reiecimus demptis que sequuntur paucis.

Incipit prefatio in epistolam siue tractatum de vita solitaria ad fratres de monte dei.

Dominis fratribus ꝛ dominis. H. priori ꝛ ceteris: sabbatū delicatū. Bene impudenter ꝛ plusq̄ decebat os meū patet ad vos charissimi fratres in christo: non possum tacere de⁹ scit. Ignoscite: quia cor meū dilatatū est. Dilatamini ꝛ vos obsecro in viscerib⁹ vestris: ꝛ capite nos: quia tot⁹ vester sum / in eo in cui⁹ viscerib⁹ inuicē cupim⁹ vos. Ideo ex quo recessi a vobis vsq; nūc qualēcunq; laborē meū quotidianū statui dedicare nō vobis / qui non indigetis: sed fratri stephano ꝛ socijs ei⁹ fratrib⁹ iunioríb⁹ ꝛ nouitijs venientibus ad vos: quoꝝ doctor deus solus est: vt habeant ꝛ legant si forte ibi aliq̄d inuenerint vtile sibi ad solatiū solitudinis sue: ꝛ sancti propositi incitamentū. Offero quod possum: bonā volūtatem. Ipsamq; a vobis repeto: cū fructib⁹ suis. Dauid saltādo placuit deo: non propter saltū: sed propter affectū. Similiter ꝛ mulier q̄ vnxit pedes dñi: laudata est a xp̄o: nō q: vnxit: sed q: amauit: ꝛ q: q̄d habuit hoc fecit: in eo iustificata est. Deinde vobis etiā arbitrat⁹ sum dedicandū aliud quoddā opusculū: quod in consolationez suam ꝛ in adiutoriū fidei facere me compulit fratrū quorūdam plus anxia q̄ ꝑiculosa necessitas: quorū tristicia plurimū mihi solet facere gaudiū nisi q̄ eos contristatos videre non possum. Pre magnitudine quippe non solū fidei: sed etiā amoris / exosuz adeo hn̄t / quicquid videt̄ esse ꝯtra fidē: vt si vel ad modicū: seu ex spū blasphemie: seu ex ipso sensu carnis fuerit suꝑ hoc attēptari vel pulsari: quasi ex solo auditu vel attactu lesaz omnino in semetipsis estiment consciētie pietatē vel puritatē: ꝛ miserabiliter defleant semetipsos quasi reprobos circa fidē. Quib⁹ et contingit a seculi tenebris ad purioris vite exercitia venientib⁹ quod ꝯtingere solet repēte prodeūtibus ad lucē a diutinis tenebris: vt sicut in illis lux ipsa / qua cetera vidēda sunt prius irruens / infirmis oculis fit molesta: sic ꝛ isti ad primū fidei lumen cecutiant: nec insolitos noue lucis radios possunt sustinere: donec ipso lucis amore assuescant.

ij. Reg. vj.

Luce. vij.

Explicit prefatio.

Incipit epistola ad fratres de monte dei.

Fratrib⁹ de mōte dei / oriētale lumē ꝛ antiquū illuz in religiōe egyptiū feruorē tenebris occiduis ꝛ gallicanis frigoribus inferētib⁹: vite scilicet solitarie exemplar / et celestis formā conuersationis. Occurre ꝛ concurre in gaudio sancti spirit⁹ anima mea: ꝛ risu cordis in feruore pietatis: ꝛ in omni obsequio deuote volūtatis. Quid ni: eteīn epulari ꝛ gaudere ī domino oportet: quia christiane deuotionis ac religionis speciosissima portio: que celos propinquius tangere videbatur / mortua erat: ꝛ reuixit / perierat de mundo: ꝛ inuenta est. Auditu auris audieramus / nec credebam⁹: legebamus in libris: ꝛ mirabamur de antiqua vite solitarie gloria / ꝛ magna in ea gratia dei: cū subito inuenimus eam in cāpis silue: in monte dei: in monte pingui. Ubi iam pinguescūt speciosa deserti: ꝛ exultatione colles accingūtur. Ibi enim etiam ꝑ vos offert se oīb⁹: ꝛ in vobis se demōstrat: ꝛ ignota hacten⁹ innotescit in paucis simplicib⁹: ipo eā vobis ingerēte: q̄ in paucis simplicib⁹ totū olim sibi mūdū subiecit ipo mūdo mirāte. Licet ei magna ꝛ diuina plāne fuerit miracula / que dñs gessit ī terris: hoc tn̄ vnū suꝑ oīa alia enituit: ꝛ cetera cuncta illustrauit: q̄ sicut dictū est: in paucis simplicib⁹ totū mūdū et omnē sapiētie eius altitudinē sibi subiugauit. Quod etiam nunc cepit operi in vobis. Ita pater: ita q̄m sic bn̄placitum est ante te. Abscōdisti enim hec a sapiētib⁹ ꝛ prudētib⁹ huius mūdi: ꝛ reuelasti ea paruulis. Nolite ergo timere pusillus grex ait dñs: sed omnino ꝯfidite: q: complacuit deo patri dare vobis regnū. Uidete fratres mei: videte vocationē vestrā. Ubi sapiēs inter vos?

Ps. lxvij.

Luce. x.

Luce. xij.

j. Cor. j.

ter vos/Ubi scriba? Ubi conquisitor huius seculi? Nam et si sunt aliqui sapientes inter vos/per simplices tamen sapientes aggregauit:qui reges olim et philosophos mūdi huius per piscatores sibi subiecit. Sinite ergo sinite sapiētes huius seculi de spiritu huius mūdi tumentes:alta sapientes: ⁊ terram lingentes:sapienter descendere in infernum. Uos autem dum foditur peccatori fouea:sicut cepistis stulti facti propter deum: propter stultum dei:quod sapientius est omnibus hominibus: christo duce:humilem apprehendite disciplinam ascendendi in celum. [1.Cor.1.] Uestra nāq3 simplicitas iam multos prouocat ad emulationem: Uestra sufficiētissima et altissima paupertas:iam multorum confundit cupiditatem. Uestrum secretum:iam earum rerū que tu multum faciūt vel facere videntur:pluribus incutit horrorem. Si qua ergo consolatio in christo si quod solatiū charitatis/si qua societas spiritus:si qua viscera misericordie:implete gaudium non meū tantummodo: sed omnium diligentium nomen dei: vt in varietate vestitus deaurati de auro sapientie dei regine assistentis a dextris spōsi:vestro studio vestra instantia ad dei gloriam:⁊ magnam coronam vestram:⁊ gaudium omnium bonorū:hoc sancte nouitatis instauretur ornamentū. Nouitatem vero dico propter linguas neq3 (a quarum contradictione abscondat vos deus in abscondito faciei sue) hominū impiorum: qui cum manifestum lumen veritatis obnubilare non queūt:de solo nouitatis nomine cauillantur:veteres ipsi ⁊ in veteri mente nescientes noua meditari:vtres veteres non capientes vinū nouum:quod si eis infunderetur:rumperentur. Sed hec nouitas:non est nouella vanitas. Res enim est antique religionis perfecte fundate in christo pietatis: antiqua hereditas ecclesie dei a tempore prophetarum premonstrata:iamq3 noue gratie sole exorto/in Iohanne baptista instaurata et innouata: ab ipso dn̄o familiarissime celebrata:ab eiꝰ discipulis ipso presente concupita cuius transfigurationis gloriam cum vidissent: qui cum eo in monte sancto erant: continuo Petrus in eo quidem abreptus sibi:et nesciens quid diceret/quia visa dei maiestate commune bonum intra priuatum suum visus est conclusisse: in eo autem presentissimus sibi/⁊ scientissimus quid diceret:quia suauitate eius gustata optimū sibi iudicauit in hoc semper esse: vitam hanc in contubernio dei ⁊ ciuium supernorū: quos cum eo viderat:concupiuit dicens. Domine bonum est nos hic esse. Si vis faciamus hic tria tabernacula:tibi vnum. Moysi vnū: et Helie vnū. In quo/si auditus fuisset:facturus proculdubio erat postmodum alia tria:sibi vnum. Iacobo vnum: ⁊ Iohanni vnum. Post passionem vero domini calente adhuc in cordibꝰ fidelium effusi eius sanguinis recenti memoria:solitariam hāc vitam eligentibus:paupertatem spiritus sectantibus:⁊ in spiritualibus exercitiis ⁊ in contemplatione dei:pingue ocium altero in alterū zelantibus:deserta repleta sunt. Ex quibus legimus Paulū Macharium Antoniū. Arseniū:et alios q̄3 plures in sancte huius conuersationis republica consulares viros: egregia nomina in ciuitate dei/nobilesq3 triumphales titulos habētes de victoria huius seculi:⁊ principis huiꝰ mundi:⁊ corporis sui:de cultu animi:et domini dei sui. Sileant ergo qui in tenebris de luce iudicantes:vos arguūt nouitatis ex abundantia male voluntatis:ipsi potius arguendi vetustatis et vanitatis. Sed ⁊ laudatores:⁊ detractores semper estis habituri:sicut et dominus. Laudatores preterite: ⁊ bonū quod in vobis amant: hoc in eis amate. Detractores dissimulate:et pro eis orate. Et obliti que retro sunt:pretermissis scandalis que iuxta iter vobis a dextris ⁊ a sinistris posita sunt:in anteriora vestra vos extendite Si enim ad singula volueritis vel laudatoribus respōdere:vel cū detractoribus litigare:tempus perditis: cuius in proposito sancto non leuis est iactura. A terris enim ad celos festinantem qui moratur:⁊ si non detinet/plurimum tamen nocet. Nolite ergo negligere: nolite tardare:grandis ei vobis restat via. Altissima enim est professio vestra. Celos transit: par angelis est/angelice similis puritati. Non enim solum vouistis omnem sanctitatem:sed omnis sanctitatis perfectionem:⁊ omnis consummationis finem. Non est vestrū circa communia precepta languere:neq3 hoc solum attendere:quid precipiat deus sed quid velit:probantes que sit voluntas dei bona:⁊ beneplacens/⁊ perfecta. Aliorum est enim deo seruire: vestrū adherere Aliorum est deum credere/scire/amare/reuereri:vestrum est sapere/intelligere/cognoscere/frui. Magnum est hoc: arduū est hoc. Sed omnipotens ⁊ bonꝰ est deus:qui in vobis est pius promissor/fidelis redditor:⁊ indefessus adiutor:qui magno eiꝰ amore magna profitentibus:⁊ in fide ⁊ spe gratie eius maiora viribus suis aggredientibus:⁊ volūtatem ⁊ desideriū suggerit in idipsum:⁊ qui volūtatis gratiam prerogauit:subrogabit etiam virtutē ad prouentū. Cui cū fideliter fecerit homo quod potuerit:calumniante calūniatore:ipse misericorditer pauperi suo iudicium faciet quia quod habuit hoc fecit. Absit tamen fratres

[Matt.iii.] [Mat.xvii.]

a conscientie vestre estimatione:a paruitate ⁊ humilitate vestra ab ore vestro omnis altitudo:quia altum sapere mors est:⁊ facile est in alto se continentem obstupescere:⁊ de vita periclitari. Nomen aliud vestre professioni imponite/alium titulum ordini vestro inscribite. Feras vos potius indomitas:⁊ incaueatas bestias:que aliter communi hominum more domari nō poterant existimate ⁊ appellate:longe supra vos virtutem eorum suspicientes:⁊ admirantes gloriam/qui ambidextri fortissimi: sicut ahot ille iudex fortissimus israel qui vtraq3 manu vtebatur pro dextera:⁊ q̄3diu licet:deuotissime intus vacare amant charitati contemplande veritatis:⁊ cum necessitas vocat vel officium trahit:promptissime se foras mutuant/non dant: pro veritate adimplēde charitatis. Caue etiam serue dei caue:ne quos cunq3 imitari non vis/condamnare videaris. Uolo hoc facias in egritudine tua:quod cum sanctissimus esset faciebat qui dicebat Uenit iesus christꝰ peccatores saluos facere: quorum primus ego sum. Neq3 enim hoc dicebat paulꝰ mentiendi precipitatione/sed estimandi affectione. Qui enim perfecte examinando se metipsum intelligit:suo peccato nullius peccatum:par esse existimat:quod non sicut suum intelligat. Nolo ergo vt nusq̄3 arbitreris lucere solem communem diei:nisi in cella tua/nusq̄3 esse serenū nisi penes te:nusq̄3 operari gratiā dei nisi in conscientia tua. An solitariorum deus tantum? Immo ⁊ omniū. Miseretur enim omnium deus:⁊ nihil odit eorū que fecit. Malo te cogitare:vbiq3 esse serenū nisi penes te:⁊ peius de te/q̄3 de aliquo existimare. Cum timore potius ⁊ tremore vestram ipsorum salutem operamini Nec quales sint alii:sed quales ex vobis fiant (q̄3tū in vobis est) cogitate:non solummodo qui modo sunt:sed ⁊ qui post futuri sunt:quos in proposito sancto estis habituri imitatores. Ex vobis enim/ex vestro exemplo:⁊ vestra auctoritate in regione hac pendere habet tota posteritas huius vestri ordinis sancti. Uos in eo patres:vos in eo institutores cum debita imitationis reuerentia appellabimini a successoribus vestris. Quicquid a vobis statutū:quicquid vobis tenētibꝰ ⁊ seruantibus in consuetudinem fuerit missum:absq3 omni retractatione a posteris vestris tenendum erit ⁊ seruandū:nephas erit aliquid immutari. Sic enim de vobis erit apud eos:sicut de incommutabilibus legibus summe ⁊ eterne veritatis est apud nos:quas scrutari omnibus expedit ⁊ scire:non autem licet alicui diiudicare. Deo autem gratias:quia nec indignū vobis erit/nec inutile posteris:si preuisi fortiter ⁊ vos tenueritis:⁊ ipsi in vobis fideliter imitentur: qđ interim teneris. Et si quid adhuc aliter sapere oportuerit ⁊ hoc deus vobis reuelabit. Salua enim per omnia cartusie debita sanctitate:⁊ cum omni laude predicanda reuerentia:multa in alpinis illis horridis et cōtinuis frigoribus necessaria sunt:que frugalem sufficiētiam:⁊ volūtariam paupertatem sectantibꝰ:in his dumtaxat regionibꝰ:non adeo necessaria videntur. Intelligitis q̄ dico:dabit eñ vobis dn̄s intellectū. Gaudeo eñ in vobis ⁊ licet absens corpore:s3 presens spiritu: et videns ordinē vestrū:sed feruorē spiritꝰ:sed abūdantiam pacis:sed gratia3 simplicitatis/in proposito rigorē/in dilectione mutua ipsam sancti spiritꝰ suauitatē:⁊ plenam omnino in conuersatione vestra formam pietatis. In recordatione mōtis dei totus exulto:⁊ primitias sancti spūs:⁊ pignꝰ gratie:in spe crescentis in eo religionis deuotꝰ adoro. Nam ⁊ ipsum montis dei nomen bone spei prefert omē:scilicet q: sicut psalmista dicit de monte dei:habitura sit in eo generatio querentiū dn̄m:querentium faciē dei iacob. Innocens manibꝰ ⁊ mūdo corde qui non accepit in vano animam suā. Ipsa est eñ professio vestra querere deū iacob:non communi hominū more:sed q̄rere faciem dei quam vidit iacob qui dixit. Uidi dn̄m facie ad faciē:⁊ salua facta est anima mea. Faciem dei/hoc est cognitionem eiꝰ querere Facie ad faciem:quam vidit iacob:de qua etiam dixit apostolus:tūc cognoscam sicut ⁊ cognitꝰ sum:⁊ nūc videmꝰ per speculum in enigmate tūc autē facie ad faciē videbimꝰ eū sicuti est: hāc in hac vita semper querere per innocētiam manuū ⁊ mūdiciam cordis ipsa docet pietas:que sicut dicit Iob/cultꝰ dei est Quam qui non habet:in vano accepit animā suam:hoc est frustra viuit:vel omnino non viuit:dum non viuit ea vita:propter quam vt in ea viueret/accepit animam suam. Pietas enim hec est iugis dei memoria:continua intentionis actio ad intelligentiam eius:indefessa affectio in amorem eius:vt nulla vnq̄3 inueniat seruum dei:non dicam dies/sed hora:nisi vel in exercitio laboris:et proficiendi studio:vel in experientie dulcedine:et fruendi gaudio. Hec est pietas de qua apostolus dilectum sibi discipulum ammonet dicens. Exerce temetipsum ad pietatem. Nam corporalis exercitatio ad modicū vtilis est. Pietas vero ad omne opus bonum est vtilis: habens promissionem vite que nunc est/et future. Pietatis enim non solummodo formam sed et veritatem in omnibus/et pre omnibus habitus vester repromittit/propositum vestrum requirit. Nam sicut

[Iudi.iii.] [1.Thim.1.] [Sap.xi.] [Ps.xxiii.] [Gen.xxxii.] [1.Cor.xiii.] [1.Thi.iiii.]

Phil.iii.

apostolus dicit. Sunt aliqui formam quidē pietatis habentes virtutem autē eius abnegantes. Hanc quicūq̄ vestrum non h̄z in conscientia: non exhibet in vita: non exercet in cella / non solitarius / sed solus dicendus est. Hec cella ē cella: sed reclusio et carcer est. Uere enim solus est: cū quo de⁹ non est / vere reclusus est qui in deo liber non est. Solitudo enī ⁊ reclusio sunt nomina miserie / Cella autē nequaq̄ debet esse reclusio necessitatis sed domiciliū pacis / ostium clausum: non latebre / sed secretum. Cū quo enim deus est: nunq̄ minus solus est q̄ cū solus est. Tunc em̄ libere fruitur gaudio suo: tunc ipse suus est sibi: ad fruendū deo in se: ⁊ se in deo. Tunc in luce veritatis / in sereno mundi cordis: vitro patet sibi pura consciētia: ⁊ libere se infundit affecta de deo memoriam vel illuminatur intellectus: ⁊ bono suo fruitur affectus: vel seipsum defleet humane fragilitatis defectus. Propter hoc s̄m formam propositi vestri / habitantes in cellis: potius q̄ in cellis / excluso a vobis toto seculo: totos vos inclusistis cū deo. Celle siquidem ⁊ celi habitatio cognate sunt: quia sicut celū ⁊ cella ad inuicē videntur aliquā habere cognationē nominis: sic ⁊ pietatis. A celando enim celum et cella nomen habere videntur: ⁊ quod celatur in celis: hoc et in cellis. Quod geritur in celis: hoc ⁊ i cellis. Quid nā est hoc? vacare deo / frui deo. Quod cū s̄m ordinem pie ⁊ fideliter celebratur in cellis: audeo dicere: sancti angeli dei cellas habēt p celis: ⁊ eque delectātur in cellis ac in celis. Nam cū in cella iugiter celestia actitantur: celū celle ⁊ sacramenti similitudine: et pietatis affectu: ⁊ similis operis effectu proximū efficitur: nec iam spiritui oranti: vel etiam a corpore exeunti: a cella in celū longa vel difficilis via inuenitur. A cella em̄ sepe in celum ascēditur: vix autem vnq̄ a cella in infernum descenditur: nisi sicut

Ps.liiii.

dicit psalmista. Descēdant in infernū viuētes: videlicet nō descēdant morientes. Hoc enim modo sepe cellarū incole in infernū descendunt. Sicut enim assidue contemplando reuisere amant gaudia celestia: vt ardentius ea appetant: sic ⁊ dolores inferni vt horreant ⁊ refugiant. Et hoc est quod imprecantur inimicis suis orantes: scilicet vt descendant in infernū viuētes. Moriētes autē vix aut nunq̄ aliquis a cella in infernū descendit: quia vix vnq̄ aliquis nisi celo predestinat⁹: in ea vsq̄ ad mortē persistit. Filiū enim gratie / fructū ventris sui: cella fouet / nutrit / amplectitur: ⁊ ad plenitudinē perfectionis perducit: ⁊ colloquio dei dignum efficit: alienū vero vel suppositū abdicat a se citius: et

Exo.iii.

proiicit. Unde ait dominus ad Moysen. Solue calciamenta pedum tuoꝝ. Locus enim in quo stas / terra sancta est. Morticinū enim mortuoꝝ affectionū: vel hominē mortuū a corde: loc⁹ sanctus: vel terra sancta / nequaq̄ diu patitur. Cella terra sancta: et locus sanctus est: in qua domin⁹ ⁊ seruus ei⁹ sepe colloquuntur: sicut vir ad amicū suū. In qua crebro fidelis anima verbo dei coniungit: sponsa sponso sociatur: terrenis celestia / humanis diuina vniuntur. Siquidē sicut tēplum sanctū dei: sic cella est serui dei. Et in templo enim / ⁊ in cella diuina tractantur: sed crebrius in cella. In templo visibiliter et figuratiue aliquando christiane pietatis sacramenta dispēsantur: in cellis vero sicut in celis: ipsa veritate / ipso ordine ⁊ si nondū ipsa puritatis maiestate vel eternitatis securitate: res ipsa omniū sacramentoꝝ fidei nostre: assidue celebratur. Ideo sicut dictū est: alienū qui non est filius ciui⁹, a se proiicit: quasi abortiuū euomit tanq̄ inutilem ac noxiū cibū: nec diu talem pati potest in visceribus suis officina pietatis. Uenitq̄ pes superbie: ⁊ asportat eū man⁹ peccatoris ⁊ mouet eū: ⁊ expulsus non potest stare: sed fugit miser nudus / ⁊ tremebundus sicut Cayn a facie domini: expositus vitiis ⁊ demonibus: vt qui prior inuenerit eū / morte anime eū afficiat ⁊ occidat: vel si aliquandiu durauerit in ea non virtutis cōstantia: sed pertinaci miseria: sic ei cella est quasi carcer: aut si-

Prover.xix.
Ps.lvii.

cut viuenti sepultura. Pestilente vero flagellato: sapiens sapiētior erit: ⁊ laudabit iustus manus suas in sanguine peccatoris. Sicut ergo dicit propheta: si conuerteris israel ad me conuertere: hoc est perfecte conuersionis culmen apprehende / Nulli enim in eodē statu diu esse conceditur. Seruo dei: aut semp proficiendum: aut deficiēdū est / aut sursum nititur: aut in inferiora vrgetur. Ab omnibus autē vobis perfectio exigitur: licet non vniformis. Sed si incipis: incipe perfecte. Si iā in profectu es: et hoc ipsum iam perfecte age. Si aūt perfectionis aliquid at-

Phil.iii.

tigisti: teipsum in temetipso metire: ⁊ dic cū apostolo. Non q̄ iā apprehenderim: aut perfectus sim: sequor autē si forte comprehendam in quo ⁊ comprehensus sum. Unū autē que quidem retro sunt obliuiscens: ⁊ ad ea que sunt priora extendens meipm ad destinatū prosequor brauiū superne vocationis in christo iesu. Deinde addit Quotquot ergo perfecti sumus: hoc sapiam⁹. In quo manifeste apostolo docente declaratur: quia perfecta eorum que retro sunt obliuio: ⁊ perfecta in anteriora extensio: ipsa est hominis iusti in hac vita perfectio: ⁊ perfectio hui⁹ perfectionis ibi erit: vbi erit brauiū superne vocationis pfecta apprehensio. Hoc autem modo sicut stella a stella differt in claritate: sic cella a cella in cōuersatione: scilicet incipientium: proficientium: ⁊ perfectorum. Incipientiū status potest dici animalis: proficientium rationalis: perfectorum spiritualis. Ignoscēdum est in aliquibus / aliquando eis qui adhuc sunt animales: in quibus ignosci nō debet eis qui iam habētur quasi rationales. Rursumq̄ rationalibus in quibusdam ignoscitur: in quib⁹ non ignoscitur spiritualibus: quorū perfecta omnia esse debēt: et imitatione: ⁊ laude potius q̄ reprehensione digna. Et cū ex his tribus hominum generib⁹ constet omnis status religionis que sicut propriis nominibus distinguūtur: sic etiam dinoscuntur ex suorum proprietate studiorum: debent omnes filii dei in die qui est / semper diligenter prospicere quid desit sibi: vnde venerint: quousq̄ peruenerint: ⁊ in quo proficiendi statu singulis diebus vel horis: sua se estimatio deprehendat. Sunt etenim animales: qui per se nec ratione agūtur: nec trahuntur affectu: et tamen vel auctoritate permoti / vel doctrina commoniti: vel exemplo prouocati: approbant bonū vbi inueniunt: et quasi ceci sed ad manū tracti sequūtur: hoc est imitantur. Sunt rationales: qui per rationis iudiciū ⁊ naturalis scientie discretionem habent ⁊ cognitionē boni: ⁊ appetitū: sed nondum habent affectum / Sūt perfecti: qui spiritu aguntur: qui a sancto spiritu pleni⁹ illuminantur. Et quoniam sapit eis bonū cuius trahūtur affectu: sapientes vocantur. Quia vero induit eos spiritus sanctus cuius affectu trahūtur sicut induit olim gedeonē: spiritussancti indumento: spirituales appellantur. Primus stat⁹ circa corpus se habet / Secūdus / circa animam se exercet / Tertius non nisi in deo requiem habet. Quorum singuli sicut habent certam proficiendi rationem: sic in genere suo certam habent perfectionis sue mēsuram. Initium boni in conseruatione animalis perfecta obedientia est. Profectus: subiicere corp⁹ suū / ⁊ in seruitutem redigere. Perfectio: vsu boni consuetudinem vertisse in delectationem. Initium vero rationalis est: intelligere que in doctrina fidei apponūtur ei. Profectus: talia preparare qualia apponūtur. Perfectio: cum in affectum mentis transit iudicium rationis. Perfectio vero hominis rationalis: initiū est hominis spiritualis. Profectus eius: reuelata facie speculari gloriam dei. Perfectio vero: transformari in eandem imaginem a claritate in claritatem sicut a domini spiritu. Primum igitur prosequēdū de primo: scilicet de animali. Animalitas est vite modus / sensibus corporis seruiens: scilicet cū anima quasi extra se: per sensus corporis circa dilectorum delectationes corporum affecta: eorū fruitione pascit vel nutrit sensualitatem suam. Seu cum intra se regrediens: ⁊ corpora quibus forti glutino amoris / et consuetudinis adhesit: in locum in corpore nature secum ferre non preualens: eorum illuc secū trahit imagines / et amicabiliter sibi cum eis conuersatur. Quibus assuefacta: nil putat esse / nisi vel quale foris reliquit: vel quale intus contraxit: inde q̄diu licet iocundum habet secundum delectationes corporis viuere. Cum autem ab eis auertitur: nescit nisi corporea imaginando cogitare. Cum vero ad cogitanda spiritualia vel diuina se erigit: non aliud de eis: q̄ de corporibus vel de corporalibus pōt estimare. Hec auersa a deo fit stulticia: cum nimium intra semetipsam fuerit remissa: ⁊ tam bruta vt regi vel nolit / vel non possit. Cum vero ipsa sibi per superbiam extra se nimium fuerit abrepta / fit prudentia carnis: et ipsa sibi sapientia esse videtur: cum stulticia sit dicente apostolo. Dicentes se esse sapientes: stulti facti sunt. Porro ad deū conuersa: fit sancta simplicitas: hoc est eadē semper circa idē voluntas sicut fuit in Job qui dictus est vir simplex ⁊ rectus: ac timens deum. Proprie enim simplicitas est perfecte ad deū conuersa voluntas: vnam petens a domino hanc requirens: nō ambiens multiplicari in seculo. Uel est simplicitas / in conuersatione vera humilitas scilicet virtutis magis conscientiam amplectens q̄ famam cum non refugit vir simplex videri stultus in seculo: vt sit sapiens in deo. Uel simplicitas est sola ad deum conuersa voluntas: sed nondū ratione formata vt amor sit / id est formata voluntas: nondū illuminata: vt sit charitas: hoc est amoris iocunditas. Simplicitas ergo initium aliquod in seipsa habens creature dei: hoc est voluntatem simplicem et bonam: quasi futuri boni hominis informem materiam: in primordio conuersionis sue: offert auctori suo eam formandam. Iam enim cum bona volūtate habens initium sapientie: id est timorem domini: ex ipso colligit: nec per se eam formari posse: nec quicq̄ tam expedire stulto / q̄ seruire sapienti. Itaq̄ homini se propter deum subiiciens: ipsam ei bonam volūtatem committit in deo formandam: in sensu / et spiritu humili. Iam timore dei incipiente operari in eo omnem virtutū plenitudinem: dū per iusticiā defert maiori per prudentiā non credit se sibi: p temperantiā refugit discernere: per fortitudinē totū se obedientie subiicit / non discernēde: sed adimplende. Hec enim vror est

cui a domino precipitur:ꝛ ad virum tuū erit conuersio tua. Uir
eius ratio vel spiritꝰ est:suus vel alterꝰ. Huic enim viro recte
obedit vir simplex ꝛ rectus in semetipso. Rectꝰ autem sepe ac
tutius in altero:ꝙ in semetipso. Ex precepto ergo dei:ꝛ ipo or
dine nature:habere debet vxor ad virū animalitas ad spiritum
suū vel spiritualem aliquē virum conuersionem legitimam:hoc
est obedientiam perfectam. Perfecta vero obedientia est maxi
me in incipiente indiscreta:hoc est non discernere:quid vel qua
re precipiatur:sed ad hoc tantū niti vt fideliter ꝛ hūiliter fiat:
quod a maiore precipitur. Lignū enim scientie boni et mali:in
paradiso : censura discretionis est in conuersatione religionis
penes patrē spiritualē:qui dijudicat omnia:ipse vero a nemine
iudicatur. Ipsius est discernere/alioꝝ est obedire. Adam gusta
uit in malum suum de ligno vetito:edoctus ab eo qui suggerē

Gen.iij.

do ait. Quare precipit vobis deus vt de ligno non comedere=
tis? Ecce discretio:cur preceptū sit. Et addit. Sciebat enim qꝛ
qua die comederitis:aperientur oculi vestri : et eritis sicut dij.
Ecce vt quid preceptū sit scilicet qꝛ deos fieri non sinat. Discre
uit/comedit/ꝛ inobediens factus est:ꝛ de paradiso eiectus est.
Sic ꝛ animalem discretū:nouitiū prudentem:incipientē sapiē
tem:in cellis diu posse consistere:in congregatione durare/ im=
possibile est. Stultus fiat:vt sit sapiens/ ꝛ hec omnis sit eiꝰ di=
scretio:vt in hoc nulla sit ei discretio. Hec omnis sapientia eius
sit:vt in hac parte nulla ei sit. In eo vero in quo se sibi animali
tas ratioꝙ contermināt:in natura anime humane: relictus est
a creatore bono intellectus/ꝛ ingeniū/et in ingenio ars in quo
constituit deus hominē super opera manuū suaꝝ:ꝛ omnia secu
laria ista subiecit sub pedibꝰ eius. Animali superbo: in testimo
nium naturalis dignitatis:ꝛ similitudinis dei amisse. Simpli=
ci vero ꝛ humili:in auxiliū recuperande dignitatis:et conseruā

Rom.j.

de similitudinis. In hoc notū dei:manifestū est in illis. In hoc
estimatur de creatura creator. In hoc cognoscitur iusticia dei:
ꝛ quia qui bene agūt/digni sunt vita:qui vero aliter digni sunt
morte. In hoc creatura que sponte homini seruit ad naturam :
subijcitur ꝛ aptatur:vt seruiat ad eam que ex peccato est neces
sitatem:ꝛ ad voluntatē/ꝛ voluptatē. Hinc etiam quot ꝛ ꝗta vi
te huic necessaria:ꝛ bonis ꝛ malis vtilia / et in genere suo pul=
cherrima ꝛ a bonis ꝛ a malis hominibꝰ facta sunt/ ꝛ fiant om=
nibꝰ manifestū est. Hic ei in lrīs:vl opificijs:vel edificijs p innu
merabiliter multiplices hominum adinuentiones:tot processe
runt modi studioꝝ:tot genera professionū:subtilitates/exquisi
te scientie/artes/eloquentie/dignitatū officiorūꝙ varietates:
et innumerabiles conquisitiōes huius seculi:quibus homines
illi:etiam qui dicuntur sapientes huius mundi:cū eis qui sunt
simplices ꝛ filij dei pariter vtūtur ad necessitatem ꝛ vtilitatem.
Sed illi abutūtur eis:ad curiositatē/ꝛ voluptatē/ꝛ superbiam.
Hi autem vtuntur eis propter necessitatē:alibi habentes suam
suauitatē. Ideo illos seruos sensuū suoꝝ ꝛ corpoꝝ suoꝝ sequū=

Gal.v.

tur fructus carnis sue/qui sunt fornicatio/immundicia / super=
bia/luxuria/inimicitie/contētiones/emulationes/ire/rixe/ dis
sentiones/inuidie/comessationes/ebrietates:ꝛ his similia:que
quicunqꝫ agunt regnū dei non consequentur. Hos aūt fructus

Ibidem.

spiritus qui sunt:charitas/gaudiū/pax/patientia/benignitas
longanimitas/bonitas/mansuetudo/fides/modestia/continē=
tia/castitas/ꝛ pietas:promissionem habens vite que nunc est ꝛ
future. Hi vtriqꝫ ꝗdiu simul sunt in actu:homines vident simi=
les actiones:deus autē voluntates discernunt:et intentiones.
Cū vero vnusquisqꝫ redit in sua:vnumquēqꝫ ex fructibus inten
tionis sue pascit conscientia sua : nec tamen ab vtroqꝫ eque ad
conscientiam reditur:quia nemo ad eam redire amat post actio
nem:qui recta intentione ad agendū ab ea non proficiscit. Qui
tamen redit ad conscientiam suam:si nondū vicit concupiscen=
tiam suam:inuenit ibi de ipsa concupiscentia sua vel suaues de
lectationes:vel graues corrosiones:et inde multiplicat cogita
tiones. Qui vero iam concupiscentiam vicit : ꝗdiu tamen veri
boni maior concupiscentia:vel maior delectatio mentē eius nō
obtinuerit:cū exosa quadam voluptate gestoꝝ:viroꝝ vel audi=
torum:patitur imaginationes:vnde in vtroqꝫ lumbi implentur
illusionibus delectationū ꝛ ad cogitanda diuina:vel spiritua=
lia:lumen suoꝝ oculoꝝ ꝛ ipsum non est secū:qui cū pugnat con
tra concupiscentias:patitur molestias : quia vincere adhuc nō
preualet ad perfectū affectiones. Qui vero iam libertatem aspi
rat:excutere a se non potest affectionū imaginationes ꝛ noxias
vel occupatorias:vel ociosas/que exinde passim oriuntur cogi
tationes. Hinc in tempore psalmodie vel orationis:ceterorūqꝫ
exercitioꝝ spiritualiū:in corde serui dei etiam nolentis:ꝛ relu=
ctantis imaginatiōes voluūtur:ꝛ fantasmata cogitationū ver=
santur:a quibus velut ab auibus immundis insidentibꝰ vel cir
cūuolantibus sacrificiū deuotionis vel omnino rapitur de ma
nu tenentis:vel sepe polluitur vsqꝫ ad lachrymas offerētis. Fit
qꝫ mirabilis ꝛ iniqua misere anime diuisio:spiritu ꝛ ratione vo=
luntatem cordis ꝛ intētionē:ꝛ corporis sibi promptū obsequiū
defendente:animali vero improbitate sibi affectū preripiente ꝛ
intellectū:mente septus sine fructu remanente. Hinc in animis
infirmioribus:ꝛ in quibꝰ concupiscentie carnis ꝛ seculi necduꝫ
pfecte mortificate sunt:vitia passim curiositatis ebulliūt. Hinc
solitudinis ꝛ silentij queruntur inordinate : ꝛ proposito inimice
consolationes/in via regia communiū institutionū furtiua pro
prie volūtatis diuerticula solitoꝝ fastidiū presumptio nouita=
tum:que quidē egri animi pruritū ꝛ tedium: quasi contricando
videntur ad horam lenire:sed calefaciūt ꝛ accendūt: ꝛ vt post=
ea nequius ferueat:ꝛ amplius pruriat efficiunt. Hinc quotidie
fiunt noue occupationes:noue actionū ꝛ laboꝝ adinuētiones ꝛ
lectiones diuerse:non ad edificandum animū:sed ad fallendū
tardantis diei tediū. Ut cū damnauerit solitarius omnia vete=
ra/omnia solita:ꝛ defecerint noua:non restet nisi odium celle:ꝛ
fuga mature. Propter quod pia simplicitas:ꝛ in professione re=
ligionis ꝛ solitudinis nouus homo:qui non habet vel rationeꝫ
ducentem:vel affectū trahentē:vel discretionē moderantē:sed
vi quadam vertitur in semetipsum tanꝙ a figulo figmentū: le=
ge quadam mandatoꝝ dei quasi manibus alienis faciendꝰ est
et formandus in omni patientia:et in rota volubilis obediētie
et in igne probationis sue:plasmatoris ꝛ formatoris sui volūta
ti ꝛ arbitrio subdendus. Nam et si calet ingenio:si viget arte: si
preminet intellectu:instrumenta sunt hec tam vitioꝝ ꝙ virtutū
Non ergo refugiat doceri vti eo in bono:quo et i malo vti pōt:
quia hoc primū virtutis opus est. Ingeniū corpus adaptet ars
naturam informet:ꝛ intellectus non elatū faciat animū/sed do
cibilem. Ingeniū quippe/ars/intellectꝰ/ꝛ alia huiusmodi gra=
tuito habentur:aliter virtus. Uirtus enim vult doceri cū humi
litate:queri cū labore haberi cū amore. Nam cuꝫ omnibus his
digna sit:nec aliter vel doceri/vel queri:vel haberi potest. Pri
mum quidē docendus est rudis incola heremi:sm apostolicam
pauli institutionē:vt exhibeat corpus suū hostiam viuentē/san

Rom.xij.

ctam/deo placentē/rationabile obsequiū suum. Qui etiam cō=
pescens in nouitio feruore animalis hominis :qui nondū perci
pit ea que dei sunt:circa spiritualia ac diuina preproperā ꝛ cu=

Ibidem.

riosam inquisitionē subiunxit:dicēs. Dico enim per gratiaꝫ dei
que data est mihi omnibꝰ qui sunt inter vos:non plus sapere ꝙ
oportet sapere/sed sapere ad sobrietatē. Quia enim omnis vel
precipue animalis hominis institutio circa corpus est: et exte=
rioris hominis compositionē:docendus est rationabiliter mor
tificare corpus suū:ꝛ membra sua que sunt super terraꝫ: ꝛ inter
carnem ac spiritū que inuicē iugiter aduersum se concupiscūt:
iustum rationis ac discretionis habere iudiciū:nec alicuius eo
rum in iudicio accipere personam. Docēdus est sic habere cor=
pus suū:sicut egrotū commendatū: cui etiam multum volenti/
inutilia sunt neganda:vtilia vero et nolenti ingerenda. Sic de

j.Cor.vj.

eo agere sicut de non suo:sed eiꝰ a quo precio magno empti su=
mus vt glorificemus eū in corpore nostro. Rursumqꝫ docēdus ē
cauere:quod peccatori populo dominꝰ per prophetam impro=

iij.re.xiiij.

perat. Proiecistis me (inquiēs) post tergū vestrū. Multūqꝫ esse
cauēdū ne pro necessarijs huiꝰ vite vel cōmodis/a propositi re=
ctitudine:vel dignitate nature:in amorē vel honorem corporis
sui/sinat in aliquo degnare spiritū suum. Ideoqꝫ duriꝰ tractā=
dum est corpus ne rebellet:ne insolescat sic tamen vt seruire suf
ficiat:quia ad seruiendū spiritui datū est. Nec sic habendū est
tanꝙ propter illud viuamꝰ:sed tanꝙ sine quo viuere non possu
mus. Fedus enim quod habemus cū corpore:non quandocūqꝫ
volumus possumꝰ abrūpere:sed legitimam eius resolutionē pa
tienter nos expectare oportet: ꝛ interim ꝗ legitimi federis sūt
obseruare. Sic ergo nobis est cū eo conuiuendū vel conueniē=
dum:quasi non diu nobis sit cū eo cōmorandū: sicqꝫ vt si aliter
euenerit:non vigeamur ad exeundū. In quo multū ꝛ scrupulo=
se laborandū:ꝛ periculose sepe fuerat errandū:nisi lex obediē=
tie ꝛ celle plenā cōmunis institutionis formam semel tradēs in
gredienti de victu ꝛ vestitu/de labore ꝛ quiete/ de silentio ꝛ soli
tudine:ꝛ omnibꝰ que ad exterioris hominis cultū vel necessita
tem spectant:fratrē obedientē:ꝛ patientē:ꝛ quietū / in reliquū
cautū redderet ꝛ securū. In quibꝰ sic semel circūcisa sunt oīa ꝛ
precisa superflua/sic intra cōgrue sufficiētie, terminos ꝛ gnālis
continētie limites circūscripta sunt oīa necessaria:vt sit qđ for
tes cupiant:ꝛ infirmi non refugiant:nec vlteriꝰ ꝗritas cōcesso
rum ledere possit in aliquo vtentiū cū gratiaꝝ actione consciē
tiam:nec ꝗ sunt amputata tentare debeāt aliquatenus in seruo
dei:corpus bn̄ morigerati ꝛ recte educati sufficiētiā. In qbꝰ si=
cut salomō dicit:ꝗ ambulat simpliciter/ābulat ꝯfidēter: ꝗ vero

Puerb.x.

mētis ē dure/corruet i malū. Licet eīn necessitas sic sit ordiata
vt nec qrele sit locꝰ vllus:ꝛ oīs sit supfluitas āputata : si qd tn̄
vel publice vel priuatim addendū est vel minuēdū:hoc in prio=
ris est arbitrio:absqꝫ omni scrupulo obediētiū subditoꝝ vel pe
riculo. Instituēdus est ergo nouꝰ heremita ad cōmunis institu

Institutio nouitii

tionis normã concupiscentias carnis sue preteritorũ peccatorũ penitentia continua domaret: & ad contẽnenda cetera: ad suspisius contemptũ venire. Premuniendus est assidue contra tentationes: acrius in solitariũ nouitiũ deseuientes: cũ seruũ dei gratis deo seruientẽ non cessent sollicitare vitia mercede oblate delectationis: diabolo suggerẽte / carne concupiscẽte: seculo concupiscẽda ingerente. Tentat enĩ nos dominus deus noster: vt sciat si diligamus eũ an non: nõ vt ipse q̃si nesciẽs agnoscat: sed vt plenius hoc in ipsa nobis tẽtatione innotescat. Sꝫ iste tẽtationes facile vincũtur: & facile a ratione eis occurritur que vel suspecte sunt: vel prima facie male esse innotescũt. Que vero sub specie boni se ingerũt: & difficilius discernũtur: et periculosius admittũtur. Sicut enim difficillime tenetur modus i eo quod bonũ esse creditur: ita non semper tutus est omnis boni appetitus. Omniũ autem tentationũ & cogitationũ malarũ et inutiliũ sentina: ocium est. Sũma etenĩ nẽtis malicia ẽ ociũ sinere. Nunq̃ ociosus sit seru⁹ dei: q̃uis a deo feriatus sit. Nomen quippe tam suspectũ: & vanũ: & molle / vel tam certe / tã sancte / tam seuere imponẽdũ non est. Ociosum non est vacare deo immo negociũ negocioꝝ omniũ hoc est. Quod quicũq̃ in cella nõ agit fideliter & feruẽter: quodcũq̃ agit quod propter hoc non agit: scilicet vt deo seruiatur in eo quod agit ociatur. Ubi pro vitando ocio ociosa sectari ridiculũ est. Ociosum autẽ est: quod nullam habet vtilitatẽ: vel vtilitatis intentionẽ. Non autem hoc tantũmodo agendũ est: vt cũ aliqua delectatione: vel sine grandi nausea ociũ / dies transigatur: sed vt etiã de peracta dieta ad profectũ mentis semper aliquid in consciẽtia resideat aliquid quotidie in thesaurũ cordis congeratur. Nec ea die bonus cellita se vixisse debet existimare: in qua nil eoꝝ se egisse recolit propter q̃ in cella viuitur. Queris quid agas: vel in quo te occupes. Primũ extra quotidianũ orationũ sacrificiũ: vel lectionis studiũ: quotidiane consciẽtie discussioni / emẽdationi / moꝝ compositioni pars sua diei neganda non est: deinde operandũ est aliquid manibus quod iniũgitur non tam quod animum delectando ad horam detineat q̃ quod spiritualibus studiis delectationẽ conseruet & nutriat: in quo remittatur ad horam animus / non resoluatur. Unde se facile mox vt sibi ad seipsum redeundũ esse visum fuerit expediat / sine controuersia inhibentis volũtatis: absq̃ contagio contracte delectationis vel memorie imaginantis. Non enim vir propter mulierem: sed mulier propter virũ. Non spiritualia exercitia sunt propter corporalia: sꝫ corporalia ꝑpter spiritualia. Propterea sicut viro creato collatũ est: vel comparatũ ei adiutoriũ simile sibi: ex ipsa hominis substantia: sic cũ in adiutorium spiritualis studij necessaria sint / non tamẽ in hoc semper eque conuenire videntur omnia corporalia exercitia: sed que cũ spiritualibus propiorem videntur habere similitudinẽ: & affinitatẽ sicut ad edificationẽ spiritualem meditari quod scribatur vel scribere quod legat. Subdiualia enĩ exercitia & opa: sicut sensus distrahũt: sic sepe etiaꝫ spiritũ exhauriũt: nisi cũ grauiore ruraliũ labore operũ: sit maior contritio corporis vsq̃ ad contritionẽ & hũiliationẽ cordis. Fatigationis enĩ sue pressura: exprimũt sepe vehemẽtioris affectũ deuotionis. Quod etiam in labore ieiunioꝝ / vigiliarum: et omniũ in quibus afflictio corporis est: crebro fieri manifestum est. Sertus tamen animus & prudẽs ad omnẽ se comparat laborem: nec in eo dissoluitur: sed per eũ magis in seipsum colligit: qui semper pre oculis habens non tam quod agit q̃ quo agendo intẽdit: omnis consummationis attendit finẽ. Quo inquantum verius innititur: intantũ etiam feruẽtius et fidelius manibus operatur toti⁹ sibi corporis sui subijciens seruitutẽ. Cogũtur enim in vnũ sensus ad disciplinam bone volũtatis nec lasciuie eis vacat a pondere laboris: sed subacti: & humiliati in obsequium spirit⁹ docentur conformari ei: & in laboris participatione: & in consolationis expectatione. Inordinata enim natura ꝑ peccatũ: & a conditionis sue rectitudine exorbitans si ad deũ fuerit cõuersa recuperat cito pro modo timoris & amoris queꝫ habet ad deũ quecũq̃ perdidit auersa: & vbi ceperit spiritus reformari ad imaginẽ conditoris sui: mox etiam reflorescens caro / ex volũtate sua incipit conformari reformato spiritui. Nam et contra sensum suum incipit eam delectare quicquid delectat spiritum suũ. Insuper & pro multiplici defectu suo ex pena peccati multipliciter sitiens ad deũ: nonnunq̃ etiam contẽdit precedere rectorẽ suũ. Delectationes enim non perdimus sed mutamus de corpore ad animũ: a sensibus ad consciẽtiam. Panis furfureus & simplex aqua / olera: & legumina simplicia: nequaq̃ res delectabiles sunt sed in amore christi / et desiderio interne delectationis: vẽtri bene morigerato gratanter ex his satisfacere posse: valde delectabile est. Quot milia pauperum ex his: vel ex aliquo hoꝝ: delectabiliter satisfaciũt nature / Facillimũ quippe et delectabile esset adiũcto amoris vel condimẽto ꝯm naturam viuere: si insania nostra nos permitteret. Qua sanata: statim naturalibus natura arridet. Eodem modo et de labore. Rustic⁹ duros habet neruos: fortes lacertos: exercitatio hoc facit. Sine eũ torpere: mollescit. Uolũtas facit vsum: vsus exercitium / exercitiũ vires in omni labore subministrat. Sed redeamus ad propositũ. Hoc omnibus modis agat & labor et ocium nostrum: vt nunq̃ simus ociosi: & hoc semper sit negociũ nostrũ vt perfecte consumetur in nobis quod dicit apostolus animalibus: & incipientibus humanũ inquit dico propter infirmitateꝫ carnis vestre. Sicut enim exhibuistis mẽbra vestra seruire immundicie & iniquitati ad iniquitatẽ: ita nũc exhibete mẽbra vestra seruire iusticie in sanctificationem. Audiat hoc attentius amicũ corporis sui mancipium: animalis homo qui iam incipit corpus suũ subdere spiritui: et adaptare semetipsum ad ea que dei sunt percipienda: & ad exuendam fide seruitutis necessitatem: & carnis sue dominantẽ consuetudinem vt se accingat: necessitatem faciens sibi contra necessitatẽ: & consuetudinẽ contra consuetudinẽ: & affectum sibi formet contra affectuꝫ: donec plenius mereatur accipere delectationẽ contra delectationeꝫ: vt delectationib⁹ carnis: ac seculi ꝯm consiliuꝫ apostoli saltem tantum eũ delectet carere: quantuꝫ eum delectabat primo eas habere: tantũ delectet eum de mẽbris sui corporis seruire iusticie in sanctificationẽ / quantũ prius delectabat eum seruire immundicie & iniquitati ad iniquitatem. Hec est perfectio animalis hominis in suo statu vel nouitii incipientis. Qui cũ consummauerit hoc animale vel humanũ / si non respexerit retro / sed fideliter in anteriora se extenderit / cito perueniet ad illud diuinum: vt incipiat apprehendere sicut apprehensus est / & cognoscere sicut cognitus est. Hoc autem opus non in vno fit momẽto conuersionis: non est vnius diei: sed multi temporis multi laboris / multi sudoris: ꝯm gratiam dei miserentis: & studiũ hominis volentis & currentis. Omnium vero bonoꝝ horum officina est cella: & stabilis perseuerantia in ea. In qua cuicũq̃ cum sua paupertate bene conuenit: diues est: & quicũq̃ bonam voluntatem habuerit: secũ habet quicquid ad bene viuendum ei opus est. Cuis bone voluntati non semper credi expedit: sed frenãda est: sed regenda est: & maxime in incipiẽte. Regat sancte obedientie regula bonam volũtatẽ / illa vero corpus: & doceat illud posse consistere in loco: cellam pati: secũq̃ morari: quod in proficiẽte bone compositionis initiũ est: & certũ bone spei argumẽtum. Impossibile est hominẽ fideliter figere in vno animũ suũ: qui non prius alicui loco perseueranter affixerit corpus suum. Nam qui egritudinẽ animi / migrando de loco ad locum effugere nititur: sic est sicut qui fugit vmbram corporis sui. Seipsum fugit: seipsum circũfert: locũ mutat / nõ animũ. Eundẽ vbiq̃ se inuenit: nisi q̃ deteriorẽ facit ipsa mobilitas: sicut ledere solet egrum qui circũferendo concutit eũ. Egrũ enim se sciat: & vacet circa causarias partes egritudinis sue. Si nõ interrũpitur deo remedia continuata cito proficient: & sanatus animus ab alienationibus vel captiuitatib⁹ & tẽptationibus suis / totus i deo suus efficietur. Cura eget et non modica: non inquinata sed infecta natura. Incũbat ergo immobiliter valitudinario suo (sic enim solent appellare medici valitudinum curandarum officinam) et remedij suscepti prosequatur vsum vsq̃ ad sanitatis experimentum. Ualitudinarium tuum o egrote o languide: cella tua est remedium in quo curari cepisti obedientia est / obedientia vera. Sed scito q̃ remedia crebro mutata nocent: naturam disturbant: et egrum disterminant. Nam & qui aliquo pergit: si vnam certam tenuerit viam / cito perueniet quo tendit: et itineris & laboris faciet finem. Si vero multas aggreditur vias / errat: nec laboris aliquando finem facit: quia error finem non habet. Non ergo remedium mutes: nec aliud pro alio accipias: sꝫ vsq̃ ad terminũ perfecte sanitatis: medicinalis obedientie remedio vtere: nec abijcias eam vt ingratus: cũ factus fueris sanus: sed tamen in reliquum alio modo ea vti permitteris. Si ergo ad sanitatem festinas: vide vt nil vel modicum de temetipso agere presumas: medico inconsulto: a quo si operam medicantis expectas: necesse est vt vulnus tuum semper ei detegere non erubescas. Erubesce: sed tamen reuela totum: nec abscõdas. Sunt enim qui confitendo quasi fabulam enarrant suoruꝫ historiam peccatorum: et egritudines anime sue sine cõfusione dinumerant: et pene sine penitentia & sine affectu doloris. Cito enim lachrymas inuenit: et resoluitur in gemituꝫ: qui habet sensum doloris. Si vero male egritudini desperabilior stupor accesserit: hic in eo q̃ non dolet: q̃to sanitati videtur esse propinquior / tanto ab ea fit remotior: Qz si medicus quasi clemẽtior fuerit: vt quasi vnguẽtis et emplastris leuioribus omnia voluerit curare: tu age pro temetipso: et remedij fortioris et celerioris auidus: sanitatis ferrum require / cauterium exposce. Medicus tibi semper presto est / paratus est. Ne enim horrori sit tibi tua solitudo: et vt tutius in cella habites: tres tibi deputati sunt custodes: scilicet deus / consciẽtia / & spiritualis pater.

i. Cor. xi.

Roma. vi.

Ut supra.

i. Cor. xiij.

nis pater. Deo debes pietatē: cui te totū impendas / conscientie tue honorē: corā qua peccare erubescas: patri spirituali obedientiam charitatis / ad quē de oib⁹ recurras. Insuper vt gratum me habeas: addā tibi ꝛ quartū ꝛ q̄diu paruulus es: ꝛ donec plenī⁹ addiscas diuinam cogitare presentiam / pedagogum tibi procurabo. Elige tibi tu ipse hominē consilio meo / cui⁹ vite exēplar sic cordi tuo insederit: reuerentia inheserit: vt quotiēs eius recordatus fueris ad reuerentiam cogitati assurgas: ꝛ temetipsum ordines ꝛ componas: qui cogitatus ac si presens sit: in affectū mutue charitatis / emendet in te omnia emendanda: et tamen nullū patiatur damnū secreti sui solitudo tua. Hic presens tibi adsit quandocūq̄ volueris: occurrat sepe ꝛ cū nolueris. Increpationes eius describe tibi cogitata sancta / eius seueritas: consolationes / pietas / ꝛ benignitas / exemplū: sancte vite sinceritas. Nam omnes cogitationes tuas cū ab eo videri cogitabis: ac si videat / ac si arguat: emendare cogeris. Sic ſm preceptum apostoli sollicite temetipsum custodi: et vt temetipsum semper inspicias: semper ab omnibus oculos auerte. Egregiū instrumentū corporis est oculus: si sicut cetera sic etiam videre posset semetipsum. Quod cū interiori oculo concessum sit: si ad exterioris exemplū seipsum negligens: vacat circa aliena: etiā cum vult non sufficit redire ad seipsum. Tibi vaca: multa tu ipse tibi sollicitudinis materia es. Exclude etiam ab oculis exterioribus / quod desueuisti videre: ab interioribus / quod amare: quia nil tā facile recrudescit q̄ amor: ꝛ maxime in tenerioribus et recentioribus animis. Unde etiā nonnūq̄ sapere et emulari charismata meliora: et tu ipse tibi esto parabola edificationis.

Alia cella tua exterior / alia interior. Exterior est dom⁹: in qua habitat anima tua cū corpore tuo. Interior est conscientia tua quam habitare debet omniū interiorū tuorū interior deus: cum spiritu tuo. Ostiū clausure exterioris signum est ostij circūspectionis interioris: vt sicut sensus corporis per exteriorem clausuram foris vagari non permittitur: sic interior sensus ad suum semper interius cohibeatur. Dilige ergo interiorē cellam tuā / dilige exteriorem ꝛ vnicuiq̄ suū impende cultū. Tegat te exterior: non abscondat non vt pecces occulti⁹: sed vt tutius viuas. Non enim scis o rudis incola quid celle debeas: si non cogitas quomodo in ea non solūmodo a vicijs tuis curaris: sed etiā nō habes rixari cū alienis. Nescis enim quem conscientie tue debeas honorem: quicūq̄ in ea non experiris gratiam sancti spiritus: ꝛ interne suauitatis dulcedinem. Da ergo vtriq̄ celle honorem suū: ꝛ tu tibi in ea vendica primatū tuum. Disce in ea ſm cōmunis instituti leges: tu tibi preesse / ꝛ vitam ordinare: ꝛ mores componere: ꝛ temetipsum iudicare: teipsum apud teipm accusare: sepe etiam condēnare nec impunitū dimittere. Sedeat iudicans iusticia: stet rea ꝛ seipsam accusans consciētia. Nemo te plus diligit: nemo te fidelius iudicabit. Mane preterite noctis fac a temetipso exactionem: ꝛ venture diei tu tibi indicito cautionem. Uespere: diei preterite rationē exige: ꝛ superuenientis noctis fac indictionem. Sic districto: nequaq̄ tibi aliquando lasciuire vacabit. Singulis horis ſm communis instituti canonē / sua distribue exercitia: cui spiritualia / spiritualia: cui corporalia / corporalia: in quibus sic exoluat omne debitum spiritus deo: corpus spiritui: vt si quid fuerit intermissum: si quid neglectū: si quid imperfectū: suo modo / suo loco / suo tempore non abeat impunitum vel irrecompensatum. In quibus extra illas horas de quibus dicit propheta: septies in die laudē dixi tibi [Psa. cxviij.] / matutinū ac vespertinū sacrificiū: ac medie noctis est maxime obseruandū. Non ei frustra ait propheta: mane astabo tibi ꝛ videbo [Psa. v.]: sed quia tūc a curis exterioribus adhuc sumus leiuni: et dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo: eleuatio [Psa. cxl.] manuū mearū sacrificiū vespertinū: quia tunc ab huiusmodi impedimentis iam quodammodo inuenimur digesti. Qui et in nocturnis vigilijs nostris (in quibus media nocte surgim⁹ ad confitendū nomini domini) confessionis eiusdē ordinē contexens: [Psa. cxviij.] in die (inquit) tribulationis mee deū exquisiui manib⁹ meis nocte contra eū ꝛ non sum deceptus. [Psa. lxxvi.] Istis enim horis potissimuz coram deo debem⁹ nosmetipsos constituere / quasi facie ad faciem: ꝛ in lumine vultus eius perspicere: tribulationem ꝛ dolorem nobis: de nobisipsis inuenire: ꝛ nomen dei inuocare / scopando spiritū nostrum: donec incalescat / ambiendo ad memoriam abundantie suauitatis sue: donec ipse in cordibus nostris dulcescat. Sed tunc maxime nobis agendū est quod dixit apostolus. [i. Cor. xiiij.] Malo in ecclesia quinq̄ loqui verba sensu meo: q̄ decē milia verborū sine intellectu. Et illud. Psallam spiritu / psallam et mente. Orabo spiritu: orabo ꝛ mente. Tunc enim menti et spiritui aggregandi sunt fructus sui: vt exinde vel in abundantia benedictionis dei in quietem noctis relaxemur: vel surgentib⁹ nobis ad laudes dei: omnis exinde tenor operis nostri in ipsi⁹ laudibus formetur ac viuificetur. Idcirco in preueniendis nocturnis vigilijs: non expedit multitudine psalmorū obruere intellectū: ꝛ exhaurire spiritū vel extinguere. Sed q̄diu sobrius inuenitur pietati afficiēdus est: ꝛ suo itinere dirigend⁹ ad deū: donec dilatato corde currere incipiat: vsq̄ ad finem operis dei: post modū feruoris sui modū siue tenorem habiturus: nisi magna intercidatur negligentia vel omittatur volūtaria miseria.

¶ Scit etiam quicūq̄ sensum christi habet: q̄tum pietati christiane expediat: q̄tū dei seruū / ꝛ seruū redemptionis christi deceat: ꝛ velle ei sit vna saltem aliqua diei hora passionis ꝛ redemptionis ipsius attentius recolere beneficia: ad fruendū suauiter in conscientia: ꝛ recondendū fideliter in memoria: quod est spiritualiter manducare corpus christi: ꝛ bibere eius sanguinē in memoriam eius. Qui omnibus in se credentibus precepit dicens: hoc facite in meam commemorationē. [Luc. xxij.] In quo etiam propter peccatū inobedientie: q̄ impiū sit hominē tante dei pietatis immemorē esse / palam omnibus est: cū amici hominis abeūtis sub quolibet signo commēdatam memoriā: nephas sit obliuisci. Siquidem sancte huius ac reuerende commemorationis mysteriū: suo modo / suo tempore / suo loco celebrare licet paucis hominibus: quibus hoc creditū est mysterium: rem vero sacramenti vel mysterij in omni tempore: et omni loco dominationis dei: modo quo traditum est: hoc est debite pietatis affectu / agere / contrectare: et sumere sibi in salutem omnibus in promptu est quibus dicitur: vos autem genus electum: regale sacerdotium: gens sancta populus acquisitionis: vt virtutes annuncietis eius qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen suū. [i. Pet. ij.] Nam ꝛ sacramentū sicut accipit ad vitam dignus: sic ad mortem suam ꝛ iudiciū indignus. Rem vero sacramēti nemo percipit nisi dignus ꝛ idoneus. Sacramentū enim sine re sacramenti: sumenti mors est. Res vero sacramenti etiā preter sacramentū sumenti / vita eterna est. Si autem vis (ꝛ vere vis) omnibus horis tam diei q̄ noctis: hoc tibi in cella tua presto est. Quotiens in commemorationē ei⁹ qui pro te passus est: hoc facto eius pie ac fideliter fueris affectus: corpus ei⁹ manducas: ꝛ et sanguinem bibis. Q̄diu in eo manes per amorē: et ipse in te per sanctitatis ꝛ iusticie operationē: in eius corpore ꝛ membris eius computaris.

¶ Deinde etiā certis horis certe lectioni vacandū est. Fortuita enī ꝛ varia lectio: et quasi casu reperta: non edificat / sed reddit animū instabilē: ꝛ leuiter admissa / leuius recedit a memoria. Sed certis ingenijs immorandū est: ꝛ assuefaciendus est animus. Quo enī spiritu scripture facte sunt: eo spiritu legi desiderant: ipso etiam intelligende sunt. Nunq̄ ingredieris in sensum pauli: donec vsu bone intētionis in lectiōe ei⁹: et studio assidue meditationis / spiritū eius imbiberis. Nūq̄ intelliges dauid: donec ipsa experiētia ipsos psalmorū affect⁹ indueris. Sicq̄ de reliquis. Et in omni scriptura tantū distat studiū a lectione: q̄tū amicitia ab hospitio / socialis affectio a fortuita salutatione. Sed ꝛ de quotidiana lectione aliquid quotidie inuentrē memorie dimittendū est: quod fidelius digeratur: et sursum reuocatū crebrius ruminetur / quod proposito conueniat / quod intentioni proficiat: quod detineat animū vt aliena cogitare non libeat. Hauriendus est sepe de lectionis serie affectus: ꝛ formanda oratio que lectionē interrūpat: ꝛ non tā impediat interrūpendo / q̄ puriorē continuo animū ad intelligentiam lectionis restituat. Intentioni seruit lectio. Si vere in lectione deū querit qui legit: omnia que legit cooperant ei in bonum: ꝛ captiuat sensus legentis: ꝛ in seruitutem redigit omnem lectionis intellectū in obsequiū christi. Si in aliud declinat sensus legētis / oīa trahit post semetipm: nihilq̄ tā sctm / tā piū inuenit in scripturis: qd̄ seu ꝑ vanā gloriā: seu ꝑ distortū sensuz: seu ꝑ prauū itellectū nō applicet / vel malitie: vel vanitati. In oib⁹ ei scripturis legentis initiū debet esse timor dñi. [i. Tim. iiij.] vt in eo primo solidetur intentio legētis: ꝛ ex eo ordinet ꝛ exurgat toti⁹ lectionis intellect⁹ ꝛ sensus. A spiritualib⁹ vero exercitijs in corporalia nūq̄ lōge vel in totū recedat: sꝫ facile ad ea posse redire animus assuescat: ꝛ cū illis se mutuat / istis semper inhereat. Sicut enī supra dictū est: non vir ꝓpter mulierē: sed mulier ꝓpter virum. [i. Cor. xi.] Nec spiritualia propter carnalia: sed carnalia ꝓpter spiritualia. Corporalia vero exercitia: nūc dicim⁹ q̄ manuali opere corporaliter exercētur. Nā sunt ꝛ alia corporis exercitia: in quibus necesse est corp⁹ laborare sicut sunt vigilie / ieiunia / et alia hmōi: q̄ spūalia nō impediūt: sꝫ iuuāt si cū rōne discretiōis fiāt. Que si ex indiscretiōis vitio sic agant: vt vel deficiēte spū / vel languēte corpore spiritualia ipediant qui sic est / corpori suo tulit boni operis effectū: spūi affectū / proximo exēplum / deo honorē: sacrilegus est: ꝛ horū oim in deuz reus. Non q̄ ſm apostoli sensum non videat humanū etiam hoc: ꝛ non deceat / ꝛ iustū non sit caput aliqn̄ dolere i seruitio dei: qd̄ olim sepe vsq̄ ad dolorē laborauit i vanitate seculi: esurire vētrē vsq̄ ad rugitū: q̄ sepe repletus ē vsq̄ ad vomituz: sꝫ modus i omnibus habendus est. Affligēdum est corpus aliquando: sꝫ non conterēdum. Nā corporalis exercitatio ad modicū quidez valet: ꝛ pietas ad omnia

vtilis est. Propter qd ad modicũ:hoc est non in concupiscentijs:
sed tamen cura carnis agenda est. Agenda vero est sobrie: ꝛ cũ
spirituali quadam disciplina:vt neqꝫ in modo eius neqꝫ in qua
litate:neqꝫ in q̃litate appareat aliquid qđ nõ deceat seruũ dei
Eis em̃ q̃ inhonesta sunt nostra/ abundatiorẽ honorem circum-
dare debemus. Honesta vero nostra nulli⁹ egent. Non solũ au-
tem hoc:sed ꝛ omnem vitam nostrã(q̃uis hominibus occultã)
exhibere debem⁹ deo sanctam ꝛ honestam:ꝛ omnem conuersa-
tionem nostram/sanctis angelis conspicabilẽ agere ꝛ delecta-
i.cor.xiiij. bilem q̃uis inter domesticos parietes inclusam. Omnia vestra
(inquit apostolus) honeste fiant invobis. Grata deo res hone-
i.Cor.xi. sta:ꝛ sanctorũ angelorũ amica. Propter quod etiã iubet apo-
stolus velari mulieres propter angelos qui cũ proculdubio tã
die q̃ nocte nobiscũ sint in cellis nostris:nos custodientes:et
nřis studijs ꝯgaudentes/ ꝛ cooperantes:placet eis vt etiã nullo
homine vidente/oĩa nostra honeste fiant. Siue ergo manduce
tis:siue bibatis:siue aliquid aliud facitis:oĩa in dño agite/
pie/sancte/ꝛ religiose. Si manducas mẽsam tuã per se satis so
briam:sobrietas tua perornet. Et cũ mãducas/nequaq̃ totus
manduces:sed corpore tuo suã refectionem procurãte:mẽs suã
nõ negligat:sed de memoria suauitatis dñi vel scripturarũ:ali
quid quod eã pascat meditãdo:vel saltẽ memorando secũ rumi
net ꝛ digerat. Sed ꝛ ipsa necessitas nõ seculariter nõ carnali-
ter expleatur:sed sicut decet monachũ:sicut ꝯuenit seruo dei.
Nam etiã quo ad sanitatẽ corporis:cibus q̃to honestius ꝛ or-
dinatius sumitur ꝛ ingeritur/tanto facili⁹ ꝛ salubrius digerit.
Obseruandus est ergo sumẽdi modus ꝛ tempus:cibi q̃ntitas ꝛ
qualitas:fugienda superflua ꝛ adulterina cõdimẽta. Obseruã-
dus est ergo sumẽdi modus:vt nõ effundat qui comedit super
omnez cibũ animã suã:tempus/ ne ante horã:qualitas/vel qui
bus vtitur communitas fraternitatis:excepta causa manifeste
necessitatis. De condimẽtis vero sufficiat obsecro:vt comestibi
les fiant cibi nostri/nõ etiã ꝯcupiscibiles vel delectabiles. Suf
ficit enim cõcupiscentie malicia sua:que cum vix aut nullo mo-
do pertransire possit ad finẽ explẽde necessitatis:nisi per viam
q̃tecunqꝫ delectationis:si ceperit accipere irritamẽta ab eis:
qui perpetuũ suscepere bellũ aduersus eius oblectamẽta/ fiũt
duo contra vnũ:et sic periclitatur continentia. Deinde sicut de
cibo dictũ est:sic ꝛ de somno. Caue inq̃tum potes serue dei:ne
totus aliquando dormias:ne sit somnus tuus non requies las
si:sed sepultura corporis suffocati/non reparatio:sed extinctio
spiritus tui. Suspecta res est somn⁹:ꝛ ex magna parte ebrieta-
ti similis. Exceptis em̃ vitijs:quib⁹ in dormiẽte cũ corpore dor
mitante ratione:non est qui contradicat q̃tũ ad debitũ conti-
nui profect⁹/nihil temporis taz deperit de vita nostra:q̃ quod
somno deputatur. Itur⁹ ergo ad somnum:semper aliquid defer
tecũ in memoria vel cogitatione in quo placide obdormias:qđ
nonnũq̃ etiam somniare iuuet:quod etiam euigilãtem te exci-
Ps.cxxxviij. piens/in statũ hesterne intẽtionis restituat. Sic tibi nox / sicut
dies illuminabit:ꝛ nox illuminatio tua erit i delitijs tuis. Pla-
cide obdormies in pace quiesces/facile euigilabis:ꝛ surgẽs fa
cilis ꝛ agilis eris ad redeundũ in id vnde non totus discessisti.
Sobriũ enim cibũ:sobriũqꝫ sensum/sequit sobri⁹ somnus. Car
nalis vero somnus/ꝛ brutus/ꝛ sicut dicit lethens/ abominan-
dus est seruo dei. De quo vero post congruam quietẽ facile est
sensus corporis:ꝛ mentis euocare:ꝛ quasi seruos domus patris
familias ad opera necessaria spiritui suscitare ꝛ emittere:huius
modi somn⁹ tempore suo/modo suo aspernandus nõ est. ¶ Sic
prudens et deo deditus animus habere se debet in cella sua:
Prouer.xxi. in conscientia sua:sicut prudẽs paterfamilias in domo sua. Nõ
habeat sicut salomon dicit mulierẽ litigiosaz carnẽ suã:sed ad
sobrietatẽ moderatam ꝛ assuefactã ad obedientiã:ꝛ ad laborẽ
paratã:vbiqꝫ institutã ꝛ esurire/ꝛ saturari/ꝛ abũdare:et penu-
riam pati. Habeat sensus exteriores nõ duces/sꝫ seruiẽtes:in-
teriores sobrios/et efficaces. Habeat omnem omnino domum
vel familiã cogitationũ suarũ sic ordinataz ꝛ disciplinatam:vt
dicat huic vade/ꝛ vadat:ꝛ alio veni et veniat:et seruo corpori/
fac hoc:ꝛ absqꝫ cõtradictiõe faciat. Qui sic semetipm ordinat:
et regit in conscientia sua:optime sibi credendus: ꝛ cõmittẽd⁹
est in cella sua. Sed hoc est perfectorũ vel perfici iã incipientiũ
quod ideo proposuimus incipientibus ꝛ nouitijs: vt sciãt quid
desit sibi:et quo extẽdere habeant intẽtionẽ studij sui. ¶ Sciẽ-
dum vero est q̃ cũ de carnali vel de animali sensu/vel de ratio
nali scientia:vel de spirituali sapientia disserimus:vnũ homi-
nem describimus in quo sm̃ diuersos profectus:ꝛ profectuum
prouentus:ꝛ intentionis affectus:hec omnia diuersis tempori
bus possibile est inuenire:et tria hominũ genera singula sm̃ sta
tuũ horũ ꝓprietates in ꝓfessiõe religionis in cellis militantia/
q̃uis celle dignitas:et sctẽ solitudinis secretũ: ꝛ solitarie ꝓ-
Hebr.v. fessionis titulus:non nisi perfectis conuenire videtur:quorum
sicut apostolus dicit:est solidus cibus/ꝛ qui pro consuetudine
exercitatos habent sensus ad discretionẽ boni ꝛ mali: in quo ꝛ
si rationalis qui proxim⁹ est sapienti/vtcũqꝫ videretur esse to-
lerandus:sed certe animalis qui non percipit ea que dei sunt:
penitus putaretur arcendus. Sed occurrit petrus apostol⁹ di-
Actuũ.xi. cens de quibusdam:si spiritũ sanctũ ipsi acceperũt/sicut ꝛ nos
ego quis eram qui prohiberem deũ? Spirit⁹ enim sanct⁹ bona
volũtas est:nec enim sine grandi scrupulo mentis:a quacũqꝫ ꝓ
fessionis altitudine arcendus est:cui testis inhabitantis ꝛ tra-
hentis spiritus sancti bona volũtas est. Siquidem ex duob⁹ ho
minũ generibus cellaꝝ habitatio supplenda est:scilicet vel de
simplicibus qui ꝛ sensu ꝛ volũtate ad assequendam religiosam
prudentiam feruentes apparuerint ꝛ humiles vel de prudenti-
bus:quos religiose et sancte simplicitatis constiterit esse emu-
latores. Stulta vero superbia:vel superba stultitia:a taberna-
culo iustoꝝ semper procul sit. Est autez omnis superbia stulta:
q̃uis nõ omnis stulticia sit superba. Stulticia em̃ sine superbia
nonnũq̃ simplicitas inuenitur que si ignorat: forsan est docibi
lis:ꝛ si nequit doceri:forsan est tractabilis. Et est propria ciui
tas refugij simplicitati:cohabitatio religiosis:nisi sit talis:que
nolit humiliari vel tam bruta:vt nõ possit regi vel tractari. Bo
na tamen volũtas:ꝛ si multũ sit bruta:non tamen est deserẽda:
sed salutari consilio:ad laboriosam ꝛ actuosam vitam transmit
tenda. Superba aũt q̃tũuis prudens sibi videatur: dimittẽda
sibi est:ꝛ abigenda. Si enim admittitur superb⁹ prima die qua
ingreditur habitare incipit leges dare. Nimiũ vero stult⁹ disce
re non potest quas inuenit. Sollicite ergo ꝛ prudenter perpen-
dendum est:quis admittatur ad habitandũ secũ. Qui em̃ habi
tat secũ:non nisi seipsum qualis ipse est habet secũ. Malus aũt
homo nũq̃ tu te secũ habitat:quia cũ malo homine habitat et
nemo molestior ei est:q̃ ipse sibi. Nam insani ꝛ nimiũ demẽtes:
et qui non satis quacunqꝫ de causa mentis sue bene compotes
sunt:custodiri solent/nec sibi relinqui vel committi:ne solitudi-
ne sua male vtantur. Admittantur ergo animales homines pau
peres spiritu ad cohabitationem cellaꝝ:sed vt fiant ipsi ratio-
nales/ac spirituales:non vt propter eos ipsi qui iã hoc esse me
ruerũt conuertantur retro:ꝛ efficiantur animales. Suscipiãtur
in omni beniuolentia charitatis:portentur in omni patiẽtia be
nignitatis. Sed qui eis compatiũtur:non eis conformentur: nec
sic querant eoꝝ profectũ vt propter eos cogantur incurrere ꝓ
positi in religione rigoris defectũ. Iam em̃ subintrauit de ere
alieno sumptuosa:ꝛ q̃tũ pudor sinit ambitiosa cellaꝝ edifica-
tio:ꝛ abiecta sancta simplicitate/ꝛ rusticitate:sicut Salomõ di
Eccli.vi. cit ab altissimo creata:quasi religiosas quasdam nobis cream⁹
habitationũ honestates. In quib⁹ tantũ compassum est anima
libus:vt pene omnes in hoc effecti simus animales. Dimissam
enim nobis a patrib⁹ nostris iure hereditario formam pauper-
tatis:ꝛ sancte simplicitatis speciẽ:verũ decorẽ domus dei alie
nantes a nobis:ꝛ a cellis nostris per manus artificũ exquisito-
rum cellas non tam heremiticas q̃ aromaticas edificamus no
bis:singulas in titulo centũ solidoꝝ:concupiscentias oculorũ
nostroꝝ:de elemosinis pauperũ. Imputa dñe opprobriũ centũ
solidoꝝ a cellis pauperũ tuoꝝ. Cur non poti⁹ centũ denarioꝝ.
Cur non potius nulloꝝ? Cur non potius gratis illa gratie ipsi
sibi edificant? Quid responsum est moysi cum consummaret ta
Exo.xxv. bernaculũ? Uide inquit omnia facito sm̃ exẽplar quod ostẽsum
est tibi in monte. Non a seculi hominib⁹ decet fieri tabernacu-
lum dei cũ hominibus. Ipsi quibus in altitudine mentis osten
ditur exẽplar veri decoris domus dei ipsi edificent sibi. Ipsi q̃-
bus sollicitudo interioꝝ suoꝝ cõtemptũ et negligentiã indicit
omniũ exterioꝝ:ipsi edificent sibi formã paupertatis:ꝛ sancte
simplicitatis speciẽ:ꝛ pater ne frugalitatis lineamenta. Nulla
sic aptabit artificũ industria:sicut eoꝝ negligentia. Ergo ob-
secro in peregrinatione huius seculi:in militia hac super terrã:
edificemus nobis non domos ad habitandũ / sed tabernacula
ad deferendũ: vtpote cito inde vocandi:ꝛ emigraturi in patriã
et ciuitatẽ nostram:ꝛ in domũ eternitatis nostre. In castris q̃p
pe sumus:in alieno militam⁹:in alieno laboramus:facile est qc
quid naturale est. Aliquid non facile est solitario: ꝛ sufficiẽs na
ture:ꝛ vtile conscientie. Ipsi sibi cellam de virgis cõtexere: de
luto plasmare:vndecunqꝫ operire:ꝛ decentissime inhabitare: ꝛ
quid amplius est requirendũ? Credite fratres:vtinã experiri
vobis non contingat:quia pulchritudines iste ꝛ forenses hone
states/cito virile propositũ eneruant:ꝛ masculinũ animũ effemi
nant. Nam ꝛ si ipso sepe visu sopiũtur eaꝝ delectationes:tñ sint
aliqui qui vtantur huiusmodi quasi non vtentes:tamen contẽ-
ptu melius q̃ visu extirpantur ꝛ vincũtur huiusmodi affectiões
Conferũt etiam non modicũ interiorib⁹ nostris exteriora vtcũqꝫ
ad similitudinẽ mentis aptata ꝛ composita: et bono proposito
suo modo respondentia. Paupertas enim cult⁹ in aliis frenat cõ
cupiscentiã:in aliis circa amorẽ paupertatis efficit conscientiã
sed ꝛ intantũ interiorib⁹ suis animũ/magis decẽt inculta oĩa
et neglecta

et neglecta exteriora: qb⁹ animus ipe dū sepius alibi qͦuersari dignoscitur: seqꝫ alibi magis occupatam intentio sancta denū ciat: et efficaciter bone conscientie consiliat interiora: cui oia exteriora voluisse renūciat. Obsecro ergo vt maneant celle il le delicatiores sicut facte sunt: sed non crescat numerus earū. Sintqꝫ in valitudinaria fratribus aialibus et infirmioribus/ donec conualescant: hoc est incipiant desiderare non valitu dinaria infirmorū: sed tabernacula militantium in castris dei. Maneāt in exēplum posteris vestris: qꝛ tales habuistis: ꝛ spre uistis. Uos autez qui spūales estis: sicut hebrei. i. trāseūtes nō habentes hic ciuitatē manētē: sed futurā inquirētes edificate vobis sicut petistis casulas in qbus habiteris. In casulis em̄ habitauerunt p̄res nr̄i/ habitātes in terra repromissionis q̄si in aliena: cū coheredib⁹ repromissiōis expectātes ciuitatē ha bentē fundamēta: cui⁹ artifex ꝛ conditor est de⁹/ non acceptis repromissionib⁹: sed a longe eas aspicientes ꝛ salutātes: ꝛ cōfi tentes qꝛ hospites sunt ꝛ peregrini super terram. Qui em̄ hec dicūt: significāt se patriā inquirere meliorez: hoc est celestem. Idcirco patres nostri in egypto ꝛ thebaida/ sancte huius vite ardentissimi emulatores: in solitudinibus degētes/ āgustiati/ afflicti: quibus dignus non erat mūdus: ipsi sibi cellas edifi cabāt: in quibus tecti tm̄modo ꝛ circūsepti a turbine ꝛ a plu uia tutabātur: in quibus heremitice frugalitati delitijs afflue tes: locupletabāt multos: ipsi egentes. Quos quo nomine di gnius appellem nescio homines celestes: an āgelos terrestres degentes in terris/ sed cōuersationē habētes in celis. Labora bant manibus suis: ꝛ de labore suo pauperes pascebant/ esuriē tes ipsi: de vastitate heremi vrbiū carceres alebāt: ꝛ infirmos: ꝛ in quibuslibet necessitatibus positos substentabāt/ viuētes de labore suo: ꝛ habitantes in labore manuū suarum. Quid ad hec dicemus nos: non animales sed animalia terrena: adherē tes terre: ꝛ sensibus carnis nostre/ in sensu carnis nostre ambu lantes: ꝛ ex alienis manib⁹ pēdētes. Quis consoletur nos in hoc ipsum aliquaten⁹ ille q̄ cū diues esset paup ꝑ nobis fact⁹ est: ꝛ q̄ volūtarie paupratis dedit p̄ceptū: ipe eiusdē paupratꝫ in semetipso nobis formā dignat⁹ est demōstrare. Ut em̄ sciāt euāgelici paupes qd eis faciendū sit: ipse etiā a fidelib⁹ pasci voluit: nonnunqꝫ ꝛ ab infidelibus (sed vt fideles faceret) vite necessaria accipere nō recusauit. Sed etiam in primitiua eccle sia pauperes illos sanctos: qui pro xp̄o rapinam bonorū suorū perpessi fuerant: vel (ſm perfectionis consilium) omnia reliq̄ rant et vendiderant: ac fratribus fidelibus communia effece rant: q̄ta sollicitudine q̄ta pietate sancti apostoli alendos a fidelibus procurabāt: ꝛ liber actuum apostolorum: ꝛ paulus in epistolis suis manifeste demonstrat. Quod, ꝛ si conceditur, libe rius: hocipm dn̄o precipiente ꝛ ordinante/ euangelium annun ciātibus de euāgelio viuere: ex apostolorum tamē auctoritate: non negatur etiam euangelice viuentibus / sicut sanctis illis pauperib⁹ qui tunc erant in hierusalem: qui etiam sancti pau peres ob hoc vocātur: qꝛ in professione sanctitatis ꝛ cōmunis vite nomē pedegāt: ꝛ semetipsos in hocipsum spōte pauperes effecerant. Quod enim apostolus seuerissima auctoritate qui busdā denunciat: vt qui non vult operari non manducet/ con tinuo ostendens de quib⁹ diceret: subiūxit dicens. Audiuim⁹ enim quosdā ambulantes inter vos inquiete: nihil operātes/ sed curiose agentes. His aūt qui huiusmodi sunt denūciamus ꝛ obsecramus in dn̄o iesu christo: vt cū silētio operantes panē suum manducēt. Suū: hoc est suo labore partū ꝛ acquisitū. Et tamē ne illos/ q̄uis inquietos nihil operātes: ꝛ curiose agen tes nomē tamē dn̄i inuocatū super se habētes: quasi exposuis se videret ꝛ abiecisse: statim intulit dicēs. Uos aūt fratres no lite deficere bene facientes in christo iesu dn̄o nostro. Ac si di ceret. Et si illi perseuerāt in malicia siue negligentia sua: vos tn̄ in sustentādis eis nolite deficere a beneficentia vestra. Cū ergo seuerissime superius denunciauerit: non manducandū no lentibus operari: postmodū vero volētibus operari: sed nihil operātib⁹ aliquāto se exhibuerit clemētiorem: possemus dice re ſm textū verborum eius (nec omnino oberraret a vero) non volentibus q̄uis valētibus/ intentatam esse illam seueritatē: volētibus autē sed nō valētibus indulgentiam istā. Sed etiam cum istis denūciet ꝛ obsecret in dn̄o iesu christo: vt cū silentio panē suū māducent: videnē panē nō suū māducare: nisi eū suū efficiāt opando q̄tū operari possunt sub testimonio dei ꝛ ꝯsciē tie sue. Ignosce dn̄e ignosce/ excusamus tergiuersamur: sꝫ nō est q̄ se abscōdat a lumine veritatis tue: qꝺ sicut illuminat ꝯuer sos/ sic etiā ferit auersos. Nō est em̄ occultatū os nostrū a te: quod fecisti in occulto hominum. Nos autē nobismetipsis faci mus id occultū: qꝛ vix est aliquis in eis que ad te sunt/ qui ex periri velit qd possit: ꝛ qꝺ promptissime potest: quandocūqꝫ ſm carnē vel seculuz siue timor impulerit: siue cupiditas traxerit: sed ꝛ si fallimus homines inscios non nos permittas vt quasi volentes fallere te fallamus nosmetipsos. Nos nō laboramus quia vel non possumus/ vel non posse nobis videmur vel cōsue tudine ocij: ꝛ deliciarum nostrarū nos non posse efficim⁹. Ꝑ do remus ergo semper ꝛ procidamus ꝛ ploremus coram te: qui fe cisti nos: ꝛ qui in hocipsum peccato nostro manifesto: iudicio tuo occulto formasti nos: vt forsitan qꝛ non multum hoc volu mus/ nō possim⁹: vel qꝛ nō voluim⁹ cū potuimus: cū volum⁹ nō possumus. Vescamur saltem ſm penam ade pane nostro si non possumus in sudore vultus nostri/ in dolore cordis nostri/ in la chrymis doloris: si non possum⁹ in sudore laboris. Magnā hāc iacturā professiōis nostre suppleat pietas: ac deuotio consciē tie hūilis. Sint nobis lachryme nostre panes die ac nocte: q̄ diu dicitur anime nostre vbi est deus tuus: hoc est q̄diu pe regrinamur a dn̄o deo nostro: ꝛ a lumine vultus sui. Unū qui dem erat necessarium. Sed qui nec in vno figimur: nec in mul tis exercemur: in quo ordine computabimur. Utinā cū illo de quo ap̄ls dicit. Et qui non operatur: credēti aūt in eum qui iustificat impium: reputabitur fides eius ad iusticiam ſm pro positum gratie dei. Utinam cum peccatrice/ cui multum dimis sum est: qꝛ multum dilexit. Et beata anima que hoc iudicio apud deum meruerit iustificari/ iudicio diligentiaz nomē dn̄i: vt omissa omni iusticia operum: ꝛ fiducia meritorum in hoc so lo iustificetur quoniam dilexit multum. Nā in diligēdo te de⁹: retributio magna est diligenti cōsciētie: ipsa dilectio tua: dein de vero vita eterna. Si fratres obsecro vos non excusemus nos: sed accusemus nos ꝛ cōfiteamur. Et qui magni nominis vmbrā: et personale quoddā figmētū perfectionis apud homi nes induimus: apud deum consciētie nostre cognoscētes pau pertatem: non vsqꝫquaqꝫ recedamus a veritate/ ꝛ veritas libe rabit nos. ¶ Deinde docendus est animalis incipiēs christi tyrūculus: deo appropinquare: vt ꝛ de⁹ appropinquet ei. Sic enim admonet ꝓpheta. Appropinquate deo: ꝛ ipe apropinqua bit vobis. Non solum enim faciendus est homo/ ꝛ formandus: sed ꝛ viuificandus. Primo enim formauit deus hominem: dein de inspirauit in faciē eius spiraculum vite: ꝛ factus est homo in animam viuentem. Formatio hominis institutio est moralis: vita eius amor dei. Hūc fides concipit: spes parturit charitas format ꝛ viuificat. Amor enim dei vel amor de⁹ spiritussanct⁹/ amori hominis se infundēs: efficit eū sibi. Et amās semetipsuz de homine deus: secū vnum efficit ꝛ spiritum eius: ꝛ amorē ei⁹. Sicut em̄ non habet corpus vnde viuat: nisi de spiritu suo: sic affectus hominis (qui amor dicit) nō viuit: hoc est nō amat deū nisi de spiritusancto. Amorē ergo dei in homine ex gratia geni tū/ lactat lectio/ meditatio pascit/ oratio ꝯfortat ꝛ illuminat. Animali vero ꝛ nouo in xp̄o homini: ad exercitāda ei⁹ interio ra: melius ꝛ tutius proponūtur legenda ꝛ meditanda redēpto ris nostri exteriora: ꝛ ostēditur in eis exemplū humilitatis/ ꝓ uocatio charitatis ꝛ affect⁹ pietatis: ꝛ de scripturis sanctis ꝛ sanctorū tractatib⁹ patrū moralia queqꝫ ꝛ planiora. Proponē da sunt ei gesta ꝛ passiones sanctorū. Ubi nec laborādum ei sit in planicie historiali: ꝛ semper aliquid occurrat qꝺ nouitate ani mū excitet ad amorem dei ꝛ contemptū sui. Porro alie historie delectāt quidē cū leguntur/ sꝫ nō edificāt: qn potius mentē infi ciunt: ꝛ in tēpore orationis vel spiritualis meditationis: inuti lia queqꝫ vel noxia faciūt scaturire de memoria. Lectionis qp pe modū similis meditatio seqꝫ solet. Difficiliū etiā lectio scri pturarū fatigat nō reficit teneriorē animū: frangit intētionem hebetat sensum vel ingeniū. ¶ Docēdus est etiā in oratiōe sua sursum cor leuare: spūaliter orare: a corporib⁹ vel corporꝫ ima ginib⁹ (cū deū cogitat) quantū pōt recedere. Admonēdus est quāta potest puritate cordis: intēdere in eū cui sacrificiū ora tionis sue offert seipsum attendere qui offert: intelligere quod offert. Uetum enim videt vel intelligit eum cui offert: tan tum ei in affectu est: ꝛ ei amor ipse est intellectus. Utrūqꝫ ipse ei in affectu est: tm̄ sapit ei hocipsum si dignū deo est qꝺ offert ꝛ in eo sibi bn̄ est. Huiusmōi homini oranti vel meditanti: meli⁹ ac tutius (sicut iam dictū est) proponitur imago dominice natiui tatis: passionis et resurrectionis: vt infirmus animus qui non nouit cogitare nisi corpora ꝛ corporalia: habeat aliqd cui se af ficiat: cui iuxta modū suū pietatis intuitu inhereat. Est qppe in forma meditatoris: in quo sicut legit in Job: visitās hō spe ciē suā nō peccet: hoc est cū intentionis sue intuitū in eū diri gat: hūanā in deo speciē cogitando: a vero nō vsqꝫquaqꝫ rece dat: ꝛ dū ꝑ fidē ab hoīe deū nō diuidit: deū aliqñ in hoīe ap̄p hendere addiscat. In quo pauperibus spiritu ꝛ simplicioribus filijs dei: tanto primū solet esse affectus dulcior: quāto hūane nature ꝓpinquior. Postmodū ꝓ fide migrāte in affectum: am plexantes in medio cordis sui dulci amoris amplexu christum iesum: totum hominē propter hominem assumptum: totū deuz propter assumentē deū: incipiunt eū non iam ſm carnē cogno scere: q̄uis eum necdum ſm deum plene possint cogitare. Et

Marginal references: Heb. xi. — i. Co. viii. — Luc. xviii — i. Thes. iii — Ibidem. — xxxviii — Ps. xli. — Rom. iiii. — Jaco. iiii. — Gene. ii. — Job. v.

sanctificando eum in cordibus suis offerre ei amant vota sua que distinxerūt labia sua: obsecratiōes: orationes: postulationes: gratiarum actiones pro tempore/pro causa cōgruentes. Sunt eñ orationes alie breues ac simplices: sicut eas format voluntas seu necessitas orantis pro causa incidenti. Alie prolixiores ꝛ rationabiles: sicut in inquisitiōe veritatis: petētes: querētes/pulsantes: donec accipiāt/inueniāt ꝛ aperiatur eis. Alie alacres spirituales ꝛ fecūde: in affectu fruētis: ꝛ gaudio gratie illuminātis. Et ipe sunt quos apostolus alio ordine dinumerat: obsecrationes: orationes: postulationes/gratiarum actiones. Nam postulatio quā primā posuimus est circa obtinenda temporalia: et necessaria aliqua vite huius: in qua deus postulantis quidem approbās bonam voluntatem facit tamen ipse quod melius iudicat: ꝛ dat libēter ei quod bene postulat.

Phi.ii.

Ipsa est de qua psalmista ait. Quoniam adhuc et oratio mea in beneplacitis eorū. Hec est etiam hominum impiorum: quia omnium cōmune est/sed maxime filiorum seculi huius desiderare tranquillitatē pacis: sanitatē corporis: temperiem aeris: et alia que ad vite huius vsum spectant: et necessitatem/et abutentium voluptatem. Pro quibus qui fideliter postulant: quis non ea postulent nisi ad necessitatem: tamen in hoc ipso voluntati dei suam semper subijciūt. Obsecratio vero est in exercitijs spiritualibus anxia ad deū instantia in quibus ante gratiam succurrētem: qui apponit scientiam: apponit ꝛ dolorē.

Ps.cxl.

Oratio vero est hominis deo adherentis affectio: ꝛ familiaris quedam ꝛ pia allocutio/ꝛ statio illuminate mentis: ad fruēdū quādiu licet. Porro grarū actio est in intellectu ꝛ cognitione gr̃e dei: bone voluntatis indeficiēs ad deum ꝛ indefessa intentio: etiam si aliquando vel non sit vel torpeat/siue actio exterior: siue interior affectio. Hec enim est de qua dicit apostolus. Velle adiacet mihi: perficere autem bonum non inuenio. Ac si dicat. Semper quidem velle adest: sed aliquando iacet hoc est inefficax est: quia perficere opus bonum quero: sed non inuenio. Hec est charitas que nunꝗ deficit: Ipsa est eñ sine intermissione oratio seu gratiarū actio: de qua apostolus ait. Semper sine intermissione orantes: semper gratias agentes. Est enim iugis quedam bonitas mentis et bene compositi animi: et ad patrem deū in filijs dei bonitatis eius quedā similitudo orans pro omnibus semper ꝛ gratias agēs in omnibus: tot modis in orone vel grarū actiōe in deū se iugiter refundēs quot in suis necessitatibꝰ vel ꝯsolationibꝰ: in primis ēt vel ꝯpassionibꝰ vel congratulationibꝰ: causales in hoc materias inuenit pius affectus. Hec autem iugiter in gratiarūactionibꝰ est: quia qui sic est: semper in gaudio sancti spiritꝰ est. In postulationibꝰ ergo pie ac fideliter orandum est: sed non est in illis pertinaciter inherēdum: quia nos nescimus: sed pater celestis scit: quid in tēporalibus istis necesse nobis sit. Obsecrationibus vero insistēdum est sed in omni humilitate et patientia: quia non afferunt fructum nisi in patiētia. Nonnunꝗ eñ cum celerius gratia nō subuenit: fit obsecrāti celū eneū: et terra sua ferrea. Et cum relicta sibi cordis hūani duritia: ad votū exaudiri nō meretur: anxietas desiderantis negari sibi estimat quicquid differtur. Cumqꝫ sicut cananea illa preteriri se ac despici ingemiscit: q̄si immūditiam canis preterita sibi pctā sua imputari vel improperari imaginat. Nonunꝗ vero sine labore petēs accipit: q̄rens inuenit: ꝛ pulsanti aperit. Et ꝯsolationes ac suauitates orationis: inuenire tādem aliqñ meretur labor obsecratoris. Nonunꝗ etiam pure orationis affectus: et bona illa orationis suauitas non inuenitur: sed quasi inuenit eum non petentē: non querentē: non pulsantē: ꝛ quasi nescientē gratia preuenit: ꝛ tanꝗ genus seruorum recipitur in mēsa filiorum/cū rudis adhuc et incipiēs animus/in eū orādi assumitur affectū: qui ꝓ premio sanctitatis reddi solet meritis perfectorum. Quod cum fit: agitur vt vel in iudicium suū nō liceat scire negligēti qd negligat vel vt prouocatio charitatis amorem in eo vltro se offerētis accendat. In quo prohdolor plurimi fallunt: quia cū pascūtur pane filiorum: iam se esse filios arbitrant: ꝛ deficientes vnde proficere debebant: ex visitāte gratia euanescunt conscientia sua arbitrātes se aliquid esse cum nihil sint: ꝛ de bonis dei non emendantur: sed indurātur: et fiūt de quibꝰ psalmista dicit. Inimici domini mētiti sunt ei: ꝛ erit tempus eorum in secula. Et cibauit illos ex adipe frumenti: ꝛ de petra melle saturauit eos. Pascūtur enim a patre deo aliquando de preciosiore gratie substātia serui: vt affectēt esse filij. Ipsi vero gratia dei abutētes efficiuntur inimici. Vt enim abutantur etiam scripturis sanctis in peccatis vel in concupiscētijs suis redeūtes ad eas per orationē: dicunt sibi illud vxoris manue. Si dominus voluisset nos occidere: nō suscepisset sacrificium de manibus nr̃is. ¶ Ro. vij.

Thes.v.

Mat.xv.

Ps.lxxx.

Iudi.xiii.

ps.lxxxiii

¶ Dilecta tabernacula tua domine virtutū: in quibꝰ passer inuenit sibi domū et turtur nidū vbi reponat pullos suos. Passer inꝗ naturaliter animal vitiosū/mobile/leue/importunū/garrulū: ac pronum in libidinem. Et turtur luctus amica opace solitudinis familiaris incola: forma simplicitatis: exemplum castitatis. Ille sibi inuenit in eis domū quietis/ꝛ securitatis. Illa nidum sibi: vbi reponat pullos suos. Que sunt hec nisi iuueniū naturaliter calidus sanguis: ꝛ feruidus animus: etas labilis: curiositas inquieta: ꝛ virilis maturitas: serius animus: castus: sobrius pertesus exteriorum quātum potest: et intra semetipsum recōdens semetipsum. Quorum alterū in tabernaculis domini virtutum: in disciplinis cellarum: inuenit sibi ab omnibus vitijs quietem: firmamentum stabilitatis: ꝛ mānsionem securitatis. Alterum vero in secreto celle secretiorē recessum cōscientie: vbi reponat et nutriat sanctarū affectionum suarum fructus: ꝛ spirituales sensus contemplationis. Passer solitariꝰ in tecto: hoc est in altitudine contemplationis: calcare amat habitationē carnalis conuersationis. Turtur in inferioribus fecundatur: et gaudet in fructibus humilitatis. Perfecti enim quiqꝫ ꝛ spūales: qui turturis nomine designantur: cū ad firmamentum ꝛ robur virtutis sue: per virtutē obedientie ꝛ subiectionis perueniunt: premūt se semper ac deijciunt in id quod insipiētium est: ꝛ vnde infra se descēdūt: inde ascendunt: supra se ꝛ humiliādo se magis proficiūt: ꝓpter fructus solitudinis. q̄ sunt frequētes: ꝛ sublimes excessus cōtēplationis: nō arbitrātes esse negligēdā ꝯscientiam volūtarie subiectionis: vsum socialis vite: ꝛ dulcedinē fraterne charitatis. Vō vir spūalis ꝛ corpore suo spiritualiter vtēs: seruitutē eius/quam habet animalis hō: ꝓpriam coactā: rōnalis ꝑ ꝯsuetudinē subactā accipere meret q̄si naturaliter affectā. Vbi illi est obedientia necessitatis: iste eā habet charitatis. Vbi ille virtutes laboris plenas: iste habet eas versas in mores. Illi vero passeres dei sursum nitētes ad ea que sunt perfectorū: non elationis presumptione/sed pietatis amore in paupertate spūs sui sublimati: non repellūtur vt elati/sed suscipiuntur vt deuoti: ꝛ aliquādo hoc merent experiri: quo spūales frui: ꝛ semper affectāt imitari eorū vitam actiuam: ad quorū ambiūt consolationem cōtemplatiuam. Sic qꝫ vno spiritu: licet nō vno egressu gradientes: eque proficiūt ꝛ spūales in humili: ꝛ incipientes in sublimi. Et hec sunt cellarū bene ordinatarū sancte commertia: studia veneranda: ocia negociosa ꝗes oꝑosa/charitas ordinata: mutuo in silētio sibi colloqꝫ: ꝛ in absentia abinuicē se adinuicē magis frui ꝓficere de inuicē: ꝛ cū se non vidēt adinuicē/in alio videre qꝺ imitādū est in seipsis nō nisi quod fiendū est. Ego vero sicut dicit hieremias. Vir videns paupertatem meā: cū alienas diuitias computo: in memetipso erubesco/ꝛ suspiro: qꝛ quod tracto in alieno: mallē experiri in proprio. De duobus quippe malis tolerabilius est: qꝺ amas nō videre: q̄ꝫ videre ꝛ nō habere: quis non sit de bonis dñi. Bona enim dñi videre amare est: amare vero habere est. Ideo nitamur inquantum possumus vt videamus: vidēdo intelligamus: ꝛ intelligēdo amemus: vt amādo habeamꝰ. Dñe super hoc añ te om̄e desideriū meū: ꝛ gemitus meus a te nō est absconditus. ¶ De animali vero statu trāseūtes ad rationalē vt de rationali transeamus ad spiritualē tractādo: et vtinā proficiendo: primo scire debemus: qꝛ sapiētia sicut in libro nominis eius legit preoccupat eos qui se cōcupiscunt: et occurrit eis: ꝛ ostēdit se in vijs suis hylariter: sicut in ꝓficiēdo: sic ꝛ in meditando: ꝛ tractādo: attingens vbiqꝫ propter sui mundiciā. Adiuuat enim deus vultu suo se intuentē: mouet ac promouet et attrahit specie summi boni se cōtēplantē. Cumqꝫ ratio proficiendo in amorē sursum ascendit: amanti ꝛ desiderāti gr̃a condescendit. Vnū sepe fiunt: q̄ illos duos status efficiunt: q̄ sunt ratio ꝛ amor: ꝛ que eis efficiuntur: scꝫ scientia ꝛ sapientia. Hec tam possint altrinsecus tractari vel cogitari: que iā vnū ꝛ vniꝰ operationis ac virtutis sunt: ꝛ in sensu intelligentis: ꝛ in gaudio fruentis. Quis ergo distinguendus sit alter ab altero: tamen cum sic se res obtulerit: ꝛ cogitandus ꝛ tractādus erit alter cum altero ꝛ in altero. Quia ergo (sicut iam supradictū est) quēadmodū in profectu religiosis: status animalis vigilat circa corpus ꝛ hoiem exteriorē: cōponendū ꝛ aptandū studio virtutis: sic rationalis circa animū agere debet: vel faciendum si non est: vel excolendum ꝛ ordinandum: si est. Primo videndum est/quis vel quid sit animus ipe quē ratio rationalē facit: quid ipsa ratio: q̄ animal mortale faciēdo rationale hoiem perficit. Sed primo dicēdū est de anima. Anima est res incorporea: rationis capax: viuificādo corpi accōmodata. Hec aiales constituit hoies q̄ carnis sunt sapiētes/sensibus corpis inherentes. Que vbi ꝑfecte rationis incipit esse nō tantū capax: sed ꝛ particeps: continuo abdicat a se nomē generis feminini/et efficit animus particeps ratiōis regēdo corpori accōmodatꝰ/vel seipsum habens spiritus. Quādiu eñ anima est/cito in id qꝺ carnale est effeminat. Animus vero vel spiritus/nō nisi qꝺ virile est ꝛ spirituale meditat. Spiritus eñ hois in appetitu boni subtilis: ꝛ efficacis nature conditus/ꝛ in arte creatricis sapientie

Threni.iii.

Sap.vi.

Sap.vii.

omni

omni corpore melior: omni etiã luce corporea lucidior ac dignior ob imaginẽ cõditoris: et capacitatẽ rationis: vitio tamen carnalis originis implicitus: peccati seruus effectus est: et captiuus in lege peccati/ que est in membris. Nec tamẽ omnino amisit arbitriũ id est iudicium rationis in iudicãdo et discernẽdo: quis libertatem suam amiserit in eligendo et agẽdo. Nam in penã peccati: et testimonium amisse dignitatis naturalis: positum est in signũ et arbitrium: sed captiuum. Quod etiã ante conuersionem: et liberationem voluntatis nunquam perdere pot ex toto vlla auersione ipsius voluntatis. In quo etiam cum eo abutitur in eligẽdo malũ pro bono (sicut dictũ est) melior est et dignior omni corporea creatura: nõ in se sed in arte creatricis veritatis. Liberatur vero voluntas/ quando efficitur charitas: cum charitas dei diffunditur in cordibus nostris: per spiritumsanctum qui datur nobis. Et tunc vere est ratio: hoc est habitus mentis per omnia conueniens veritati. Cum enim est liberata voluntate per liberantem gratiam/ spiritus agi incipit libera rõne: tunc tuus est hoc seipso libere vtẽs efficitur: et fit animus/ et bonus animus. Animus inquam inquantum bene animãs: et perficiens animal suum supplemẽtum libere rõnis: bonus autem inquantum iam amans bonum suum/ quo bonus fit: et sine quo nec bonus: nec animus esse potuit. Fit aũt bonus animus rõnalis: diligẽs dñm deũ suũ in toto corde suo: in tota aĩa sua: et in tota mẽte sua et in omnibus viribus suis: et non nisi in ipso seipsum: et proximũ suum sicut seipsum. Fit autem bonus animus deum timens: et mandata eius obseruãs: hoc est enim omnis homo. Nõ vero sic diffinitur a diffinientibus/ vel describitur a describẽtibus. Aspectus animi est: quo per seipsum/ non per corporis [illegible] ipsa veri contemplatio: aut ipsum verũ quod contemplatur: aut vita rationalis: vel rõnale obsequiũ: in quo conformatur veritati contemplate. Rõcinatio vero est rationis inquisitio: hoc est aspectus eius motio per ea que aspicienda sunt. Rõcinatio querit: ratio inuenit. Aspectus hic in rẽ aliquã cõiectus cũ eã videt scia est: cum nõ videt ignorãtia est vel stulticia. Hec ergo ratio est et instrumẽtum per quod operatur et opus quod operatur. Hec semper exerceri amat: in eo quod vtile est et honestum exercitio proficiẽs desidia vero in semetipsa marcescẽs. Nullum vero dignius/ et vtilius exercitium est homini eam habenti quam in eo quod melius habet et in quo ceteris aĩalibus: et ceteris partibus suis preminet: que est ipsa mẽs vel animus. Menti vero vel aio cui cetera pars hominis regẽda subdita est: nec dignus est aliquid querẽdum nec dulcius ad inueniẽdum: nec vtilius ad habendum quam quod solum ipsam mentẽ supereminet: qui est solus deus. Nec longe est ab vno quoque nrm: qui in ipso viuimus/ mouemur: et sumus. Et non sicut in aere isto: sic in domino deo nostro: sed in ipso viuimus per fidem: mouemur et promouemur per spem: figimur per amorẽ. Ab ipo enim: et per ipsum cõditus est rõnalis animus: vt ad ipsum sit conuersio eius et sit ipse bonum eius. Hic autẽ ex illo bono bonus: ad imaginẽ et similitudinẽ eius conditus est: vt quãdiu hic viuitur quam ppius pot accedat ad eum similitudine/ a quo sola receditur dissimilitudine: vt sit is sanctus: sicut ille sanctus est: in futuro futurus beatus: sicut ille beatus est. Denique hoc solũ magnũ et bonũ est quũ magnus et bonus animus suspicit/ miratur et affectat quod supra eũ est: et adherere festinat similitudini sue deuota imago Ipse enim imago dei est. Et per hoc quod imago dei est: intelligibile ei fit: et se posse/ et debere inherere ei cuius imago est. Ideo et si in terris regit corpus sibi commissum meliore tamen parte sui: scilicet memoria intelligẽtia: et amore ibi semper conuersari amat/ vñ quicqd est: et qcqd habet se nouit accepisse: et vbi imperpetuũ se mansurum/ et cum plena dei visione plenam dei similitudinem adepturum: quantum in hoc homini sperandũ est/ sperare ei licet: si bone spei vitã suam non negligat conformare. Illuc ergo spectat: vnde pendet: plus cũ illis cõmorãs vt viuificet eos vita dei: ad querenda et capienda diuina: quam vt animet vita ista mortali et hũana. Sicut enim corpus quod animat: naturali statu suo erigitur in celum: quod natura et loco et dignitate: et loca omnia et corpora supeminet: sic spiritualis ipse natura: ad ea quẽ in spũalibus preeminẽt/ hoc est ad deũ: et diuina erigere semp amat semet ipsum: nõ supbe sapiẽdo: sed pie amando sobrie et iuste et pie viuendo: qui quanto altius est quo nititur: tanto fortioribus exercitiorum studiis exercẽdus est et que eum non perfundãt/ sed intingant: sicque afficiant vt perficiant. Studia vero hec et si litteris aliquando adiuuantur et vtãtur: non tñ litteratoria sunt non causidicantia: non disputantia: non garrula: sed spũalia: pacifica: et humilia: humilibus consentiẽtia. Que et si foris exerceantur: intus potius aguntur in spũ mẽtis: vbi renouatur hõ de die in diẽ induens nouũ hominem: qui sm deum creatus est: in sanctitate et iusticia veritatis. Ibi enim fit animus/ ibi fit intellectus bonus omnibus facientibus eum: cum sm regulam ab apostolo datam: in omnibus exhibemus nos sicut dei ministros in multa patientia/ in tribulationibus/ in necessitatibus/ in angustiis/ in laboribus/ in vigiliis/ in carcere celle/ in ieiuniis/ in castitate/ in scia/ in lõganimitate/ in suauitate/ in spũsctõ/ in charitate nõ ficta/ in vbo veritatis et vtute dei. Per arma iusticie a dextris: et a sinistris: p gloriã/ et ignobilitatẽ: p infamiã: et bonã famã: vt seductores et veraces: sicut ignoti et cogniti: quasi morientes/ et ecce viuimus: vt castigati/ et nõ mortificati: quasi tristes: semper autem gaudentes: sicut egentes/ multos autem locupletãtes: tanquam nihil habẽtes et oĩa possidẽtes. In labore et erũna: in fame et siti: in frigore et nuditate. Hec et huiusmodi sunt studia sancta: exercitia apostolica: in quibus discutit se animus: et inuenit/ et emẽdat: mundans se ab omni inquinamẽto carnis: ac spiritus perficiẽs sanctificationẽ in timore dei. Studia hec silentium amãt: quietem desiderant cordis in labore corporis: paupertatem spiritus et pacẽ in exterioribus pressuris: et bonã conscientiã in omni puritate cordis et corporis. Hec faciũt aĩm quia vnde faciant hñt. Uana vero illa nugigerula: verbosa: cõtentiosa: curiosa: ambitiosa: etiam sanctũ animũ: vel si pfectũ dissipant: et corrumpunt. Hec studia scrutant: virtutũ nõ tã flores: quam radices: nõ vt luceãt sed vt sint: nõ vt sciant: sed vt habeantur. Uitiorũ vero plus in semetipsis metuũt appetitũ: quam ab aliis impetum: plus contagiũ quam maliciã. Sicut enim aliquando magno labore et studio perseuerãte: virtutes trahũtur in effectum et mentẽ bonã: sic vitia leuissima remissionis licẽtie oportunitate trãseunt in cõspersionẽ: et quasi naturalia efficiuntur. Sed nullũ vitiũ naturale est: virtus vero oĩs homini naturalis est. Consuetudo tamẽ vel volũtatis corrupte: vel insolite negligentie: plurima sepe vitia: quasi naturalia in neglecta conscientia efficere solet. Consuetudo quippe sicut philosophi dicere solẽt: est scda natura. Omnis tamẽ malus animus priusquam indurescat: moliri potest malitia eius: sed nec postquam indurerit desperandus est. Hec enim maledictio est ade: vt in terra laboris nostri/ et in agro cordis vel corporis nostri: noxia vel inutilia gratuito passim vbique prouentãt: vtilia vero vel necessaria et salubria cum labore. Uirtus tamen quãuis nature res est: cũ venit in animum aliquando non venit sine labore: sed venit in locum suum et sedet fideliter: et bñ cum ea nature conuenit: cum nullum premium potius sit ei: quam in deo conscientia sui. Uitiũ vero cum nihil aliud esse credatur: quam priuatio virtutis: tamen vastitas eius et enormitas tãta nõnunquam quasi sentitur: vt obruat et opprimat/ feditas tãta: vt inquinet et inficiat adhesio tam pertinax consuetudinis: vt vix a se eam natura excutiat. Omnis enim vitii frustra siccatur riuus: si fons nõ fuerit obturatus. Uerbi gratia. Remissa voluntas facit mentis leuitatẽ: ex qua procedunt instabilitas mẽtis: incõstantia morum/ vana leticia sepe vsque ad lasciuiã carnis: vana tristitia nõnũquam vsque ad egritudinẽ corporis: et multa aliarũ negligentia vel transgressione pposita/ et leuitatis vitio venientia. Sic etiam superba extra volũtas: in magna sepe cordis inopia: tumentẽ efficit animum. Unde procedunt vana gloria fiducia sui: negligẽtia dei: iactãtia: inobedientia: cõtẽptus: presumptio: et cetere aníal pestes que profluere solent ex tumore: et visu superbie. Et in hunc modum omnia genera vitiorũ ex aliquo male volũtatis affectu/ vel male consuetudinis visu: suam singula ducunt matricẽ originem: que quanto diutius mẽti insolita est: tãto fortius heret/ fortioribus remediis eget: et curam requirit diligentiorem. Huiusmodi enim pestes vitiorum: vsque in vltimã solitudinẽ solitariũ persequũtur. Et sicut bñ secreta virtus: et fideliter animo insidẽs/ possessorẽ suũ in nulla deserit multitudine: sic vitium consuetudinis/ possessum suũ liberũ esse nõ patitur: in qualibet solitudine. Nam nisi pertinaci studio: et prudẽti opera expugnata fuerit cõsuetudo/ leniri potest/ vinci vix põt: et quomõcunque se cõponat animus: et in quãuis solitudine habitet: secretũ vel silẽtiũ cordis esse non patitur. Cui quo maiorem contigerit inesse visum consuetudinis et voluntatis: eo nequior et rebellior in eo inuenitur nõ tam malicia spiritualis quam quasi manibus expellenda multiplex quedã collectio et dura corpulentia necessitatis. Sed redeamus ad laudem virtutis. Quid est virtus. Filia rationis: sed magis gratie. Uis enim quedam est ex natura. Ut autem virtus sit: habet ex gratia. Uis est ex iudicio approbantis rõnis. Uirtus aũt ex appetitu illuminate voluntatis. Uirtus enim est voluntarius in bonum assensus. Uirtus est equalitas quedam vite per omnia congruẽs rationi. Uirtus est ad iudicium rationis visus libere voluntatis. Uirtus quedam est humilitas. Uirtus quedam est patientia. Uirtus quedã est obediẽtia. Uirtutes sunt prudẽtia temperantia: fortitudo: iusticia et alie quamplures: in quibus singulis nõ est aliud virtus quam (sicut dictum est) ad iudicium rationis visus libere voluntatis. Bona enim voluntas in animo est origo oim bonorum: et oim mater virtutum. Sic econuerso mala volũtas est origo oim malorũ et vitiorũ. Ideo custos anime sue: valde sollicitus esse debet circa custodiam voluntatis sue

Rom. v.

Eccles. xii.

Act. xvii.

Phi. iii.

2. Co. vi.

ij. Co. xi.

vt prudenter intelligat / et discernat quid in totum velit / vel
volendum sibi sit : sicut est amor dei: quid propter illud : sicut
est amor proximi. Ut enim in illo tuta sit omnis indiscretio: in
hoc semper ſm obedientie regulas cauta ꝛ prudens debet esse
dilectio. In dilectione ꝗppe dei nõ alia rõ nõ alia discretio est
nisi vt sicut ille cũ dilexisset nos in finẽ dilexit nos: sic si fieri
põt in infinitũ diligam⁹ eũ nos/sicut btũs vir: ꝗ in mãdatis ei⁹
cupit nimis. Sꝫ cũ nullũ finẽ vel terminũ habere debeat deuo
tio amantis: tñ terminos suos/fines: ꝛ regulas habere debet
actio operantis. Ubi ne aliquando oberret nimia voluntas: ne
cesse est ꝙ semper adsit mediante obedientia/ custodiens veri
tas/ Nihil enim in bonum hois in deum proficientis : tam sibi
conuenit: ꝙ voluntas: et veritas. Hec duo sunt/que sicut dicit
dominus: si consenserint in vnum: quodcunqꝫ petierint: fiet eis
a deo patre. Si duo hec in vnum perfecte consenserint: omnẽ
in se continẽt virtutum plenitudinem: sine vitio intercurrente/
omnia possunt in homine/etiã languente: omnia habent ꝛ pos=
sident in homine nihil habente: dant/mutuant/conferunt/pro
sunt: in homine secum quiescente. Gloria diuitie in conscientia
sancti viri illius: ex fructibus bone voluntatis ei⁹. Foris vero
non ex vno latere: sicut scutũ huius mundi: sed vndiqꝫ eum cir=
cundat scutũ veritatis dei. Hylarem enim eum et iocundum
intus semper efficit bona voluntas: in exteriori vero actione:
serium: ꝛ grauẽ: tutum ac securũ reddit veritas. Ideoqꝫ super=
gressus humana homo ille/semper in sereno est sicut de aere il
lo homines ferunt: qui super globum lune est. Uoluntas natu=
ralis quidã animi appetitus est alius in deũ: et circa interiora
sua: alius circa corpus: ꝛ circa exteriora: et corporalia. Hec cũ
sursum tendit: sicut ignis ad locum suum: hoc est cum sociatur
veritati. ꝛ mouetur ad altiora: amor est. Cũ vero promouetur:
ꝛ lactatur a gratia: dilectio est. Cuꝫ apprehendit: cuꝫ tenet/cũ
fruitur: charitatis est: vnitas spũs est: deus est. Deus eñ cha=
ritas est. In his aũt cũ ꝯsummauerit hõ tũc incipit/ꝗ nulla ho
rũ in hac vita plena pfectio est. Cũ ꝓo declinat in ea que car
nis sunt ꝯcupiscẽtia carnis est. Cũ in curiositatẽ seculi: ꝯcupi=
scentia oculoꝝ est. Cum vero in ambitionẽ glorie vel honoris:
superbie vita est. Quãdiu tamen hmõi vtilitati: seu necessitati
nature seruit: natura est vel appetitus eius. Cum vero in super
flua se exponit: vel noxia: vitium nature est: vel suspitus. Quo=
ruꝫ primo appetitu vel accessu: de temetipso tibi hoc capere iꝫ
argumẽtuꝫ. Cum in eis que ad corp⁹ spectãt/in rebus necessa
rijs voluntas primo appetitui finẽ facit: naturalis animi appe=
titus est. Cum vero in appetendo semper ad vlteriora progre=
ditur: ipsum se prodit ꝗ iam non tam voluntas ꝙ vitium volũ
tatis est: auaricia: vel cupiditas: vel aliquid huiusmodi. Uolũ=
tati enim in huiusmodi: cito satis est vitijs vero ei⁹ nunꝙ satis
est/ Hec in spiritualib⁹ ꝛ in eis que ad deum sunt: cũ vult quod
potest laudanda est: cum vult quod non potest ꝛ plusꝙ potest:
regenda est/cum non vult qꝺ potest/ excitanda est et prouocã=
da. Sepe enim si non frenatur: impetũ facit: ꝛ agit in precepe.
Sepe si non excitatur: dormit/ ꝛ tardat: et obliuiscit quo ten=
debat ꝛ facile declinat quasi a latere in obligatiões oblate de=
lectationis Ideoqꝫ sicut in corpore etiã solet fieri (melius eñ
corpus hominis ab alio videt ꝙ seipsum videat) in huiusmodi
nos sepe melius videt alienus oculus: ꝙ noster: ꝛ alius qui nõ
est pariter in feruore eiusdem voluntatis/rectior sepe iudex est
actionis: quia sepe vel negligentia/vel priuato amore nostri er
ramus in nobis/ Bona ꝗ custos voluntatis est obedientia: siue
impij illa sit: siue ꝯsilij: siue subiectionis: siue soli⁹ charitatis.
Purius eñ ac dulcius ſm apostolũ Petrum ad pares / seu
etiam ad minores suos : filij obedientie castificant corda sua
in obedientia charitatis : ꝙ ad maiores subigant per obe=
dientiã necessitatis. In illa enim sola vel precipit: vel cõsulit ꝛ
obedit charitas. Hic autem penam timet vel minatur impe=
riosa necessitas. Et in illa obediẽti sepe debetur maior gloria
In ista vero: inobedienti maior semper intentatur pena. Ergo
in homine sursum cor habente propter exteriora sua regenda:
moderãda: cõponenda: palam omnibus est ꝙ necessaria sit vo
luntati custodia sua: amplius autẽ propter interiora sua. Ani=
mo eñ sepe seipsum: vel deũ cogitanti : ipsa voluntas in omni
cogitatione princeps est: et necessario principium voluntatis
sequitur omnis tenor cogitationis. Tria enim sunt que cogita
tionem faciunt: voluntas: memoria: ꝛ intellectus. Uolũtas co=
git memoriã/vt proferat materiam: cogit etiã intellectum: ad
formãdum quod profertur: adhibẽs intellectuꝫ memorie/vt in
de formetur: intellectui vero aciẽ cogitantis : vt inde cogitet.
Que ꝗ in vnũ cogit volũtas: ꝛ facili quodã nutu copulat: a co
gendo cogitatio nomẽ accepisse videtur. Hinc fiunt cogitatio
nes omnes: alie bone: et sancte: ꝛ digne deo: alie male: et per
uerse: que separãt a deo: alie ociose ꝛ vane: a qb⁹ aufert se de⁹
Hinc eñ dicit: ꝙ peruerse cogitationes separant a deo: ꝛ quia
spũs sanctus aufert se a cogitationib⁹ que sunt sine intellectu.
In quibus verbis aduertẽdum est quia sine omni intellectu
nullatenus cogitari potest : ꝛ nulla omnino cogitatio sine omi
intellectu est. Sed alius est intellectus ex vi naturalis rationis
alius ex virtute mentis rõnalis Intellectus quidem idem ipse
est ꝗ quocunqꝫ seu in bonum: seu in malum applicitus fuerit:
naturaliter viget. Sed alius inuenitur sibi relict⁹: alius a gra
tia illuminatus. Ille seculi rebus ꝛ serijs/ ꝛ nugatorijs se non
negat. Hic autem non nisi dignis se rebus/ꝛ similibus sibi sẽ
ipsum accõmodat. Ille sepe operatur sicut sibi relictus ꝛ vitio
infectus ex vitio rationis/et vitio corrupte volũtatis: texens
peruersas cogitationes quib⁹ semetipsum qui cogitat: sponte
separat a deo. Hic autem semper sicut illuminatus/et virtuti
affectus: operat^{ur} pietatem que cogitãtem cõiungit deo. Que
vero scꝺo loco ponuntur cogitatiões sine intellectu: ipse sunt
vane ille ꝛ ociose neutro intellectui per cogitantis intentionẽ
se applicãtes: nõ repẽte perimẽtes: sꝫ sensim ꝛ paulatim corrũ
pentes: ocupantes tẽpus/necessaria impedientes: et animum
inficientes: non tam cogitationes: ꝙ ex veris / ꝛ imaginarijs
recordationib⁹ simulacra quedam cogitationũ: seu ipse recor=
dationes vltro ꝛ multipliciter de memoria scaturiẽtes. In qui
bus passio quedam voluntatis potius videtur esse ꝙ actio cũ
nulla sit in eis cogitantis intentio cum quod sponte ebullit
de memoria formandum se offert intellectui non curãti: ꝛ quic
quid agitur videtur potius agi in somnio dormientis : ꝙ in
acie cogitantis. Ubi tamen et si a se repellere spiritum san=
ctum/non est in voto cogitantis: fit tamen ex culpa negligen=
tie: vt spiritusſctũs discipline merito auferat se a cogitatiõib⁹
indisciplinatis. Que ꝙuis fiãt per vim quãdã occultam rõnis
non tamen fiunt ex ratione ꝛ trahitur in eas intellectus : cum
nullus sit in eis intelligentie assensus. Ubi vero serio de reb⁹
serijs bene cogitatur : voluntas libero arbitrio de memoria
euocat quocũqꝫ opus habet: ꝛ intellectum formantẽ memorie
adhibet: formatũqꝫ quicquid illud est intellect⁹ adhibet: aciei
cogitantis: ꝛ sic peragitur negocium cogitationis. Cum vero
de his que de deo vel ad deuꝫ sunt cogitatur: ꝛ voluntas eo ꝓ=
ficit vt amor fiat: ꝯtinuo ꝑ viã amoris infundit se spũsſctũs
spũs vite/ꝛ oĩa viuificat: adiuuãs seu in orõne: seu in medita=
tiõe: seu in tractatu infirmitatẽ cogitãtꝭ. Et ꝯtinuo mẽoria effi
cit sapiẽtia: cũ suauiter ei sapiũt bona dei ꝛ qꝺ ex eis cogitatũ
est: formãduꝫ in affectu adhibet intellectui/ Intellectus vero
cogitantis: efficitur contemplatio amantis: et formans illud
in quasdam spiritualis vel diuine suauitatis experientias: af=
ficit ex eis aciem cogitantis : illa vero efficitur gaudium fruẽ
tis. Et tunc de deo bñ cogitatur ſm humanum modũ: si tamen
cogitatio dicẽda est: vbi nil cogit nec cogitur : sed tñmodo in
memoriam abundãtie suauitatis dei exultat iubilatur: et vere
sentitur de deo in bonitate: ab eo qui in simplicitate cordis ꝗ=
situr illũ. Sed modus hic cogitãdi de deo nõ est in arbitrio co
gitantis : sed in grã donãtis: scꝫ cũ spiritusſctũs: qui vbi vult
spirat: qñ vult ꝛ quõ vult: ꝛ qbus vult in bꝰ aspirat. Sꝫ hois est
iugiter preparare cor : voluntatem expediẽdo ab affectionib⁹
alienis: rõnem vel intellectũ a sollicitudinib⁹: mẽoriã ab ocio
sis ꝛ negociosis/nõnunꝙ ꝛ a necessarijs occupationibus: vt in
die bona dñi: ꝛ in hora bñplaciti eius/cum audierit vocem spi
ritus spirãtis ea que cogitatioñẽ faciũt: cõtinuo libere cõcur=
rant sibi: ꝛ cooperẽtur in bonum : ꝛ quasi symboluꝫ faciant in
gaudium cogitantis. Uoluntas exhibẽdo in gaudium domini
puram affectionem: mẽoria materiam fidelẽ : intellectus expe
rientie suauitatẽ. Sic ergo volũtas neglecta: facit cogitatio=
nes ociosas et indignas deo. Corrupta: peruersas que separãt
a deo. Recta: necessarias ad vsum vite huius. Pia: efficaces ad
fructum spũs : et ad fruendũ deo. Fructus aũt spũs: sunt sicut
apostolus dicit. Charitas: pax/gaudium: patientia : longani=
mitas: bonitas: begnitas: mansuetudo: fides: modestia: cõtinẽ
tia: castitas. Et in omni genere cogitationis: omnia quecunqꝫ
cogitanti occurrunt: conformantur intẽtioni voluntatis: agẽ
te in eis mia: ꝛ iudicio dei vt iustus iustificetur adhuc: ꝛ qui in
sordibus est: sordescat adhuc. Ideo hoi deum amare volenti
vel iam amãti: suus semper consulendus est animus: examinã=
da consciẽtia quid sit qꝺ in totum vult: ꝛ propter qꝺ vult: quic=
quid aliud vult spũs: vel odit: ꝗcqd ꝯtra illud caro cõcupiscit.
Incidẽtes eñ quasi extrinsecus et decidẽtes cogitatiões: ꝛ
preteruolitãtes volũtates qb⁹ mõ vult mõ nõ vult: nequaꝙ inter
voluntates: sed pene inter ociosas deputãde sunt cogitatiões.
Nam ꝛ si aliquando fiunt vsqꝫ ad delectationem animi: cito eñ
inde se excutit animus compos sui. Quod autem in totũ vult:
primo considerandum est ei quid illud sit quod sic velit: deinde
quantum velit: ꝛ quomodo velit. Si quod in totum vult/deus
est: discutiendum est ei quantum velit/ꝛ quomodo velit: ꝛ vtrũ
vsqꝫ in contemptum sui ipsius: omniũqꝫ que sunt vel esse pñt: et

ps. cxi.
mat. xviij.
i Io. iiij.
eccl. xviij.
i Pet. v.
Sap. i.
Gala. v.
Apocal. xxij.

hoc nõ tantũ ex iudicio rationis: sed etiã ex affectu mẽtis: vt iam volũtas plusq̃ voluntas sit: vt amor sit/vt dilectio sit/ vt sit charitas/sit vnitas spũs. Sic eñ diligendus est deus. Magna eñ volũtas ad deũ: amor est: dilectio/adhesio siue cõiunctio/charitas fruitio. Unitas vero spiritus cũ deo homini sursum cor habenti: proficientis in deũ volũtatis est perfectio: cũ iam nõ solũmodo vult qđ deus vult: sed sic est nõ tantũ affect⁹ sed in affectu pfectus: vt nõ possit velle nisi qđ deus vult. Uelle aũt qđ vult deus: hoc est iã similẽ deo esse. Nõ posse velle nisi qđ deus vult: hoc est iã esse qđ de⁹ est: cui velle ꝛ esse: idipm est. Unde bene dicit q̄ tunc plene videbimus eũ sicuti est/cũ similes ei erimus: hoc est erimus qđ ipse est. Quibus eñ potestas data est filios dei fieri: data est potestas: non quidẽ vt sint deus: sed sint tamen qđ deus est: sint sancti: futuri plene beati qđ deus est. Nec aliunde hic sancti: nec ibi futuri beati q̃ ex deo: qui eorũ ꝛ sanctitas ꝛ beatitudo est. Et hec hois est perfectio similitudo dei. Perfectũ aũt nolle esse: delinquere est. Et ideo huic perfectioni nutrienda est semper volũtas: amor preparãdus: voluntas cohibẽda: ne in aliena dissipet amor seruãdus ne inquinet. Propter hoc enim solum creati sumus: ꝛ viuimus/vt deo similes sim⁹ cũ ad dei imaginẽ creati sum⁹/ Est aũt dei similitudo quedã quam nemo viuẽs nisi cũ vita exuit: quã oñi hoi in testimoniũ amisse melioris ꝛ dignioris similitudinis: creator oim hoim reliquit: quã habet ꝛ volens ꝛ nolens et qui eã cogitare potest: ꝛ qui tã hebes est vt eam cogitare nõ possit: scʒ q̄ sicut vbiq̄ de⁹ est: ꝛ vbiq̄ totus est in creatura sua sic ꝛ in corpore suo ois viuẽs anima. Et sicut semper sibi indissimilis deus indissimiliter dissimilia in creatura operat: sic anima hois: q̄uis totũ corpus viuificãs indissimili vita: in sensibus tamẽ corporis: ꝛ in cogitationibus cordis: indissimiliter operat assidue dissimilia. Hec similitudo dei in hoie: q̃tum ad meritũ ei⁹ nullius apud deũ est momẽti: cũ nature nõ voluntatis eius sit vel laboris. Sed est alia magis deo propinqua similitudo: inquantũ volũtaria: q̄ in virtutibus cõsistit: in qua animus ꝟtutis magnitudine/summi boni quasi imitari gestit magnitudinẽ: ꝛ perseuerãtie in bono constantia eternitatis eius incõmutabilitatẽ. Sup hãc aũt alia est adhuc similitudo dei. Hec est de qua iã aliquãta dicta sunt: intantũ proprie propria vt nõ iam similitudo sed vnitas spiritus nominetur/cũ fit homo cũ deo vnus spiritus: nõ tantũ vnitate volendi idẽ: sed expressiore quadã vnitate virtutis (sicut iã dictũ est) aliud velle nõ vallendi. Dicit aũt hec vnitas spũs: non tantũ q̄ efficit eã/ vel afficit ei spm hois: spũssanctus: sed q̄ ipsa ipe est spiritussanctus/de⁹ charitas cũ per eũ qui est amor patris ꝛ filij/ꝛ vnitas/ ꝛ suauitas/ꝛ bonũ/ꝛ osculũ: ꝛ amplexus/ ꝛ quicquid commune põt esse amborũ in summa illa vnitate veritatis: ꝛ veritatis vnitatis: hoc idẽ hoi suo modo fit ad deũ: qđ cũ substantiali vnitate filio est ad patrẽ: vel patri ad filiũ: cũ i ãplexu ꝛ osculo patris ꝛ filij mediã quodãmodo se inuenit btã cõsciẽtia: cũ modo ineffabili incogitabiliq̄ fieri meret homo dei nõ deus: sed tñ qđ deus est ex natura: hõ ex gr̃a: vñ in cathalogo spũaliũ exercitiorũ apostolus prudenter interseruit spm̃sanctum dicens. In castitate/in sciẽtia/ in longanimitate/ in suauitate/in spiritusancto/in charitate nõ ficta/in verbo veritatis/ in virtute dei. Uide eñ quomõ tanq̄ ois facientẽ: ordinantẽ: ꝛ viuificantẽ/in medio bonarũ virtutũ/sicut cor in medio corpis cõstituit spm̃sanctũ. Ipse est eñ omnipotẽs artifex creans hominis ad deũ bonã voluntatẽ dei ad hoiem faciẽs ppitiationem formans affectionẽ: dans virtutẽ: iuuans operationem agens omnia fortiter: et disponens ola suauiter. Ipse viuificat spiritum hois: et cõtinet in vnũ: sicut ꝛ ille viuificat: ꝛ in vnũ continet corpus suũ. Homines doceant deum querere/ angeli adorare: solus ipe est qui docet inuenire/habere/ꝛ frui. Ipse enim est ꝛ sollicitudo bene querẽtis: ꝛ pietas in spiritu ꝛ ꝟitate adorantis: ꝛ sapiẽtia inuenientis: ꝛ amor habentis: ꝛ gaudiũ fruẽtis. Quicquid tamẽ de visione ꝛ cognitione dei hic fidelibus impartit: speculũ est ꝛ enigma tantum distãs a futura visione et cognitione: quãtuʒ a veritate distat fides vel tẽpus ab eternitate: nisi cũ aliquãdo fit qđ de eo in libro Job legit. Qui abscondit lucẽ in manibus: ꝛ precipit ei vt rursum oriatur: ꝛ annunciat de ea dilecto suo q̄ possessio eius sit ꝛ ad eã possit peruenire. Electo eñ ꝛ dilecto dei: aliqñ vicissim lumẽ quoddã vultus dei ostenditur (sicut lumẽ clausum in manib⁹ patet ꝛ latet ad arbitriũ tenẽtis) vt per hoc qđ quasi in trãscursu vel in puncto pmittitur videre: inardescat animus ad plenã possessioneʒ luminis eterni: ꝛ hereditatem plene visionis dei: cui vt innotescat aliquatenus id qđ ei deest: nõnunq̄ (quasi ptransiens) gratia perstringit sensum amãtis: ꝛ eripit ipsum sibi: ꝛ rapit in diẽ qui est a tumultu rerũ: ad gaudia silẽtia. Et p modulo suo ad momẽtũ ad punctũ idipm ostendens ei vidẽdũ sicuti est: interim etiã ipʒ efficit in idipm vt sit suo mõ sicuti illud est. Ubi cũ didicerit qđ intersit inter mundũ ꝛ immũdũ: reddit sibi: ꝛ remittitur ad mundandũ cor ad visionẽ: ad aptandum animũ ad similitudinẽ: vt si aliquãdo rursum admittatur: sit purior adhuc ad videndũ/ꝛ stabilior ad fruendũ. Nusq̄ enim se meli⁹ deprehendit modus humane impfectionis q̃ in lumine vultus dei: in speculo diuine visionis. Ubi in die qui est: plus ꝛ plus videns quid sibi deest: emendat indies similitudine/ quicquid deliq̄t dissimilitudine similitudine ei appropinquãs: a quo longe factus est per dissimilitudinẽ. Et sic expressiorẽ visionẽ expressior semp similitudo comitat. Impossibile q̄ppe est videri summuʒ bonũ ꝛ non amari: necnõ tantũ amari quantum datũ fuerit videri: quousq̄ amor pficiat in aliquã similitudinẽ amoris illius qui deũ similẽ fecit homini per humiliationẽ humane cõditionis: vt hominẽ similẽ deo cõstituat per glorificationem diuine participationis. Et tunc dulce est hoi cohumiliari summe maiestati: cõpauperari filio dei/diuine sapiẽtie ꝯformari: hoc sentiẽti in seipso: qđ in xp̃o iesu dño nostro. Hic eñ est sapiẽtia amor cũ timore: exultatio cũ tremore: cũ cogitat ꝛ intelligit de⁹ humiliat⁹ vsq̄ ad mortẽ (mortẽ aũt crucis) vt hoiem exaltet vsq̄ ad similitudinẽ diuinitatis. Hinc emanat fluminis impet⁹ letificans ciuitatẽ dei/memoria abundantie suauitatis ei⁹: in intelligendis ꝛ cogitãdis circa nos bonis eius. In quo cum ad deũ amãdum facile hoiem adducant pensata vel etiã contemplata eius amabilia: per seipsa in affectu cõtẽplãtis elucentia potentia eius/virtus eius/gloria/maiestas/bonitas/beatitudo/hoc potissimũ amantẽ rapit in amabilẽ: q̄ ipse in semetipo est quicquid in eo amabile est: q̄ est totũ qđ est: si tñ totũ est vbi pars non est. Cui bono: amore ipsius boni sic se intendit plus affectus: vt nõ se inde reuocet: donec vnũ: vel vnus cũ eo spiritus fuerit effectus. Qđ cuʒ in eo fuerit perfectum: iã solo mortalitatis hui⁹ velo diuidit ac differt a sanctis sanctorũ: a summa illa beatitudine supercelesti: qua tñ cũ iã in fide ꝛ spe eius quẽ amat fruitur in cõscientia: iam qđ superest vite huius tolerabili pstolat patiẽtia. Et hec est destinatio solitariꝫ certaminis hic finis/hoc premiũ/hec requies laborꝫ/cõsolatio dolorũ. Et ipsa est perfectio ꝛ vera hois sapiẽtia: oẽs in se amplectẽs ꝛ continẽs virtutes/ nõ aliunde collectas: sʒ naturaliter insitas sibi: ad similitudinẽ illã dei qua est ipe quicquid est: cuʒ sicut deus est id qđ est: sic circa bonũ ꝟtutis: habitus bone voluntatis in bonã mentẽ sic cõsolidatus ꝛ affectus est: vt ex ardentissima boni incõmutabilis adhesione: nullaten⁹ videat iã posse mutari ab eo qđ est. Cum eñ sit circa hoiem dei: assumptio illa dñi ꝛ sancti israel regis nostri: sapiẽs ꝛ pius animus per illuminantẽ ꝛ adiuuantẽ gratiã: in cõtẽplatione summi boni speculat etiã regulas incõmutabilis veritatis: inquantũ ad eas pertingere meret intellectu amoris: ꝛ exinde format sibi modum cõuersationis cuiusdã celestis et formã sanctitatis. Speculatur enim summã veritatẽ/ꝛ que ex ea vera sunt: summũ bonum ꝛ q̄ ex eo bona sunt: summã essentiã: ꝛ q̄ ex ea sunt. Illi veritati/illi charitati/illi eternitati se cõformans: in istis se ordinans: illis nõ superuolitans iudicando: sed suspiciens desiderando vel inherẽs amando: ista suspiciens: ꝛ eis se coaptans: ꝛ cõformans: nõ sine discretionis iudicio: nõ sine examine ratiocinationis: ꝛ iudicio rationis. Ex quo cõcipiunt ꝛ oriuntur virtutes sancte/ꝛ imago dei reformatur in hoie: ꝛ vita illa dei ordinat: a qua hoies quosdã alienatos cõquerit apostolus: et colligitur robur virtutis ꝛ duo illa: in quibus cõtẽplatiue pfectio constat ꝛ actiue: de quibus iuxta antiquos illos interpretes legitur in Job. Ecce pietas est sapiẽtia: abstinere ꝟo a malo sciẽtia est. Sapiẽtia enim pietas est: hoc est cultus dei amor quo eũ videre desideramus: et vidẽtes in speculo: ꝛ in enigmate credimus: ꝛ speramus: ꝛ in hoc proficimus vt eum videam⁹ in manifestatiõe. Abstinere ꝟo a malis: sciẽtia tpaliũ est in quibus nos sumus: in quib⁹ intantũ abstinemus a malis: inquantum ad bona studemus. Ad hãc scientiã/ꝛ ad hanc abstinẽtiã spectare inueniunt/primo oim ꝟtutũ exercitia: deinde oim artiũ vite huius (in qua versamur) disciplina. Quorꝫ alterꝫ .i. studium ꝟtutũ respicere potius videt ad superiora: quasi supioris sapientie preferentia virtutẽ ꝛ redolentia suauitatẽ. Alterꝫ q̄ circa corporalia fit exercitia: nisi fidei religione religet: destuit in inferiorꝫ vanitatẽ. In quibus cuʒ sciẽtia sit res siue ratione: siue sensibus corporis cõprehẽsa: ꝛ memorie cõmendata si bene res perpendit: id pprie qđ apprehendimus sensib⁹ omnino scientie deputandũ est. Quod vero per semetipsam ratio in huiusmodi apprehendit: hoc iã est in quo se sibi scientia atq̄ sapientia cõterminant. Quicquid eñ aliunde discitur: scʒ per sensus corporis: quasi alienũ ꝛ aduenticium menti ingerit. Qđ vero sponte venit in mentem siue ex ipsa vi rationis siue incõmutabiliũ legum incõmutabilis veritatis naturali intelligentia (ex qua etiã impijssimi homines nõnunq̄ rectissime iudicare inueniũtur: hoc sic ipsi inest rationi: vt hoc ipsum ipsa ratio

i. Joh. iij.

Genes. i.

ij. Cor. vi

Job. xxxvi.

Job. xxviij.

sit: nec tam commēdatur ei per doctrinam aliquā: vt sciētia sit
ꝙ vel alio commonēte vel ipsa cōmemorante hoc ipsum sibi in
esse/naturaliter intellectus ei fit. In quo hoc potissimū est: cū
quod notū est dei/deo naturaliter reuelante: manifestū fit ho
mini etiam impio. Deinde affectus virtutum naturalis: de quo
licuit dicere ethnicum poetā. Oderūt peccare boni virtutis
amore: deinde per inquisitionē rōcinationū quelibet discretio
rationabilium. Infima vero pars est scientie: ⁊ deorsuz vergēs
sensibiliū animalis experiētia: que fit per quinqꝫ sensus corpo
ris: ⁊ cōcupiscētiā ⁊ experiētiā carnis siue oculoꝝ / siue super
bie huius vite. Cū ratio ergo sapiētie conformata: format sibi
cōsciētiā: ⁊ ordinat vitā: in inferiorib⁹ sciētie aptat sibi seruitu
tē: ⁊ sufficiētiā nature: in ratiocinationibus ⁊ rōnabilibus or
dinem vite: in obtentu virtutū/formā consciētie. Sicqꝫ ab infe
rioribus promota: a superioribus adiuta: pergens in id qđ re
ctū est: iudicio rōnis/⁊ assensu volūtatis et mētis effectu: ⁊ ope
ris effectu: erūpere festinat in libertatē spūs ⁊ vnitatē: vt sicut
iam sepe dictū est: fidelis hō vnus spūs efficiať cū deo. Et ipa
est (de qua pauloante diximus) vita dei: que nō tam rōnis est
profectus ꝙ iam in sapientia perfectionis affectus. Hec enim
q: iā sapimt sapiētī sapiēs est: q: factus est vnus spūs cū deo
spūalis est. Et hec in hac vita hois perfectio est. Nā eū q̄ hac
tenus fuit solitarius: vel solus / efficitur vnus: et solitudo ei
corporis vertitur in vnitatē mentis. Et impletur in eo: qđ dñs
pro discipulis in clausula oīo perfectionis orauit dicēs. Pater
volo: vt sicut ego ⁊ tu vnū sumus: ita ⁊ ipsi in nobis vnū sint.
Hec enī vnitas hois cū deo: vel similitudo ad deum in quārū
propinquat deo intantum inferius suū conformat sibi infimū
illi: vt spiritus/⁊ aīa: ⁊ corpus suo modo ordinata: suis locis di
sposita/suis meritis estimata: suis etiam proprietatibus cogi
tenť: vt incipiat homo perfecte nosse seipsum: ⁊ per cognitionē
sui proficiēdo: ascēdere ad cognoscēdū deuz. Quo cum primū
exurgere ⁊ aspirare incipit proficiētis affectus: in cognitione
hui⁹ similitudinis: plurimū cauēdus est error dissimilitudinis
scꝫ vt spūalibus spūalia: ⁊ diuinis diuina cōparādo non aliter
de eis cogitetur: ꝙ ꝗ res habet. Cogitās ergo animus simili
tudinē dei ⁊ sui primo in hoc formet et aptet cogitationē suā:
vt oīno fugiat sm corpus cogitare seipsum: deum vero non so
lum non sm corpus sicut locale: sed neqꝫ sm spiritum sicut mu
tabile. Que enim spiritualia sunt tantum diuersa sunt a corpo
rum qualitate ⁊ natura: ꝙtuz ab omni locali circumscriptione
remota. Que vero diuina sunt/ tantum supereminent omnia ⁊
corporalia: ⁊ spiritualia: ꝙtum ab oīi loci vel temporis lege:
vel mutabilitatis suspitiōe aliena: i sue incōmutabilitatis et eter
nitatis beatitudine incōmutabilia manent: et eterna. In qui
bus sicut q̄ corporalia sunt discernit anim⁹ p corporis sensus sic
que sunt rationabilia vel spiritualia discernere non potest:
nisi per semetipsum. Que vero sunt dei: non nisi a deo que
rat vel expectet intellectū. Et quidem de nōnullis que ad deū
specant/fas est: ⁊ possibile homini ratiōnē habenti: aliquando
cogitare: et disquirere: sicut de dulcedine bonitatis eius: de
potētia virtutis: ⁊ alijs huiusmodi. Ipsum vero qđ est idipsum
id quod est cogitari omnino non potest: nisi quantum ab hoc
sensu illuminati amoris attingi potest. Credendus est tamen
deus: ⁊ inquātum spiritus sanctus adiuuerit cogitandus/ que
dam vita eterna viuens: et viuificans/immutabilis mutabilia
omnia immutabiliter faciēs/intelligens: ⁊ creans oēm intelle
ctum ⁊ intelligentem sapientia faciens omnem sapientē: veri
tas fixa/stās indeclinabilis ex qua vera sunt oīa q̄ vera sunt:
in qua sunt eternaliter rationes rerum omnium euenientium
temporaliter. Cuiqꝫ vita ipa essentia est: ipsa natura. Cui vita
viuēs ipse sibi est: que est ipsa diuinitas/eternitas/magnitudo
bonitas/⁊ virtus in seipsa existens: ⁊ subsistēs excedēs omnē
locū virtute nature illocalis: eternitate vero oē tempus quod
vel ratione vel opiniōe cōprehendi potest: que lōge verius est
⁊ excellentius: ꝙ quolibet sentiēdi genere sentiatur. Certius
tamē sensu humilis/⁊ illuminati amoris: ꝙ quolibet cogitatu
ratiōis attingiť: ⁊ semp meli⁹ est ꝙ cogitať meli⁹ tñ cogitať:
ꝙ diciť. Ipa est enī summa essentia: ex qua oīe esse proficisci
tur: ipa est summa substātia non subiecta predicamentis vocū:
sed rerum omniū subsistens causale principium: in quo esse no
strum nō moritur/ intellectus noster non errat/amor non offen
ditur: qui semper queritur: vt dulcius inueniatur/dulcissime in
uenitur vt diligētius queratur. Hoc ergo ineffabile (cuz nō ni
si ineffabiliter videatur) qui vult videre cor mūdet: quia nulla
corporis similitudine dormiēti: nulla corporea specie vigilāti:
nulla rationis indagine: nisi mūdo corde humiliter amātis vi
deri potest vel apprehendi. Hec est enim facies domini: quam
nemo potest videre: ⁊ viuere mundo: hec est species cui contē
plande suspirat ois q̄ affectat diligere dñm deū suū in toto cor
de suo in toto aīa sua: in oīi mente sua: et in oībus virib⁹ suis.

Ad quod etiam non desinit excitare proximum suum: si diligit
eum sicut seipsuz. Ad qđ cum aliquando admittitur: in ipso lu
mine veritatis: indubitanter videt preuenientē gratiam. Cū
inde repellitur: in ipa sui cecitate intelligit puritati eius non
conuenire immunditiā suā. Et si amat: flere dulce habet ⁊ nō
sine multo gemitu cogitur redire in cōsciētiā suam. Ad quod
cogitādum omnino impares sumus: sed ignoscit quem amam⁹:
⁊ de quo digne nos non posse vel dicere vel cogitare confite
mur. Et tamē vt dicamus: ⁊ cogitemus: amore eius vel amore
amoris eius puocamur: ⁊ trahimur. Cogitantis ergo est in oīi
bus humiliare semetipsum glorificare in semetipso dominum
deum suum. In contemplatione dei vilescere sibi. In amore
creatoris subiectum esse omni humane creature. Exhibere cor
pus suū hostiā viuentē sanctā deo placētem rationabile obse
quiū suū. Pre omnibus autem nō plus sapere: ꝙ oportet sape
re: sed sapere ad sobrietatem: et sm datam a deo mensuram fi
dei/bona sua nō ponere in ore hominum: sed celare in cella sua
⁊ recōdere in consciētia: vt hunc quasi titulum: ⁊ in fronte cō
scientie ⁊ in fronte celle semp habeat secretum meum mihi: se
cretum meum mihi. — Esa. xxiiij.

Explicit.

Meditationes deuotissime ad humane conditionis cognitionem alˀs liber de anima.

Capitulum primū.



ulti multa sciunt ⁊
seipsos nesciunt. Alios inspiciunt: et
seipsos deserunt. Deum querunt per
ista exteriora: deserētes sua interiora/
quib⁹ interior est de⁹. Idcirco ab ex
terioribus redeam ad interiora: et ab
interioribus ad superiora ascendam:
vt possim cognoscere vnde venio: aut
quo vado: quid sum vel vnde sum/ et
ita per cognitionem mei valeam per
uenire ad cognitionē dei. Quanto nāqꝫ in cognitione mei pro
ficio: tanto ad cogitationē dei accedo. Scđm interiorē hoiem
tria in mēte mea inuenio: per que deum recolo conspicio ⁊ con
cupisco. Sūt autem hec tria memoria: intelligentia: voluntas
siue amor. Per memoriā reminiscor. Per intelligētiam intueor.
Per voluntatē amplector. Cū dei reminiscor in memoria mea
eum inuenio/⁊ in ea de eo ⁊ in eo delector: sm ꝙ ipse mihi do
nare dignatur. Intelligentia intueor quid sit deus in seipso:
quid in angelis: quid in sanctis: quid in hominibus: quid
in creaturis. In seipso est incomprehēsibilis: quia principiuz
⁊ finis. Principium sine principio/finis sine fine. Ex me intelli
go ꝙ incōprehensibilis sit deus: quoniam meipsum intellige
re non possuz: quē ipse fecit. In angelis est desiderabilis: q: in
eum desiderant prospicere. In sanctis est delectabilis: quia in
eo assidue felices letanť. In creaturis est admirabilis: q: oīa
potēter creat: sapienter gubernat: benigne dispēsat. In homi
nibus est amabilis: quia eorum deus est et ipsi sunt populus
eius. Ipse in eis habitat tanqꝫ in tēplo suo: et ipsi sunt tem
plum eius. Nō dedignatur singulos neqꝫ vniuersos. Quisquis
eius meminit: eumqꝫ intelligit ac diligit: cum illo est. Dilige
re eum debemus: quoniam ipse prior dilexit nos ad imaginē ⁊
similitudinē suā nos fecit: qđ nulli alij creature donare voluit. — Iohā. iij. Gene. i.
Ad imaginem dei facti sum⁹: hoc est ad intellectum ⁊ noticiā
filij per quē intelligimus ⁊ cognoscim⁹ patrē ⁊ accessum habe
mus ad eum. Tanta cognatio est inter nos et dei filium: ꝙ ipe
imago dei est: et nos ad imaginē eius facti sumus: quā cogna
tionem etiam ipsa similitudo testatur: quoniam non solum ad
imaginē sed ad similitudinem eius facti sumus. Oportet itaqꝫ
id quod ad imaginē est: cum imagine conuenire ⁊ non in vacuū
nomē imaginis participare. Representemus ergo in nobis ima
ginem eius in appetitu pacis: in intuitu veritatis/⁊ in amore
charitatis. Teneamus eum in memoria: portemus in conscien
tia: et vbiqꝫ presentem veneremur. Mens siquidem nostra eo
ipso eius imago est / quo eius capax est eiusqꝫ particeps esse
pōt. Non propterea eius imago est: q: sui meminit mens/ seqꝫ
intelligit ac diligit: sꝫ q: pōt meminisse intelligere ac diligere
a quo facta est. Qđ cū facit: sapiēs ipa fit. Nihil enim tam simi
le est illi summe sapientie ꝙ mēs rationalis: que per memoriā
intelligentiam et voluntatem in illa trinitate ineffabili consi
stit. Consistere aūt in illa nō pōt: nisi ei⁹ meminerit eāqꝫ intelli
gat ac diligat. Meminerit itaqꝫ dei sui ad cui⁹ imaginē facta ē
eumqꝫ intelligat: diligat: atqꝫ colat: cum quo potest semper esse
beata. Beata anima apud quam deus requiem inuenit: et in
cui⁹ tabernaculo requiescit. Beata que dicere potest ⁊ q̄ creauit — Ecclesiasti. xxiiij.
me requieuit

me redeuit in tabernaculo meo. Negare siquidem requiem celi ei non poterit. Cur ergo nos deserimus et in his exterioribus deū querimus qui apud nos est: si nos velimus esse apud eum? Reuera nobiscum est: ꝛ in nobis sed adhuc per fidem: donec videre mereamur per speciem. Nouimus inquit apostolus habitare christū per fidē in cordibus nostris: q: christus in fide: fides in mente: mens in corde: cor in pectore. Per fidē ergo recolo deū creatorē: adoro redemptorē: expecto saluatorē: credo videre in omnib⁹ creaturis / habere in meipso / ꝛ qḋ his omnibus ineffabiliter iocundius atq; beatius est cognoscere in se ipso. Patrē nanq; ꝛ filiū cū sanctospiritu cognoscere: vita est eterna / beatitudo perfecta: summa voluptas. Oculus non vidit / nec auris audiuit / nec in cor hois ascēdit: quāta claritas / quanta suauitas / ꝛ quanta iocūditas maneat nos in illa visione quādo deū facie ad faciē videbimus: qui est lux illuminatorum / requies exercitatorū / patria redeuntiū / vita viuentiū / corona vincentiū. Ita in mente mea quandā imaginē illius summe trinitatis inuenio: ad quā summā trinitatē recolendā inspiciendā ꝛ diligendā vt eius recorder ea delecter ꝛ eā cōplectar ꝛ contempler totū id qḋ viuo debeo referre. Mens imago dei est in qua sunt hec tria: idest memoria / intelligētia: ꝛ voluntas. Memorie attribuimus om̄e qḋ scimus: etiā si nō inde cogitemus. Intelligentie tribuimus om̄e qḋ verū cogitādo inuenimus: qḋ etiā memorie cōmendamus. Per memoriā patri similes sumus. Per intelligentiā filio. Per voluntatē spiritui sancto. Nihil in nobis tā simile spiritui sancto est q̄ voluntas vel amor siue dilectio: que excellentior voluntas est. Dilectio nāq; donū domini est: ita q̄ nullū hoc dono dei est excellentius. Dilectio nanq; que ex deo est: ꝛ deus est proprie spiritussanct⁹ dicitur: per quē charitas dei diffusa est in cordibus nostris: per quem tota trinitas in nobis habitat.

[Margin: Ephe. iij.] *[Margin: Roma. v.]*

De miseria hominis: et examinatione extremi iudicij. Capitulum .ij.

DIes hominis sicut vmbra super terram: ꝛ nulla est mora: ꝛ tūc proprie nihil est/ cum stare videt. Cur ergo thesaurizat in terra homo: cū sine dilatione trāseat: ꝛ illud qđ colligitur/ ꝛ ipse qui colligit? Et tu homo quem fructum expectas in mūdo: cuius fructuū ruina est/ cuius finis mors est? Utinā saperes ꝛ intelligeres: ac nouissima prudēter ꝓuideres. Scio quendā qui per annos plurimos tecū familiariter vixit: ad mēsā tuā sedit: cibū de manu tua sumpsit: in sinu tuo dormiuit: cū voluit tecū colloquiū habuit: hic iure hereditario suus tuus est. Sed quia ab ineūte etate delicate nutristi eum: et virge pepercisti: contumax effectus est: leuauit calcaneū suū sup caput tuum: ꝛ te in seruitutē redegit: ꝛ tui crudeliter dominatur. Sed forsasse dices: quis est hic? Uetus homo tuus: qui cōculcat spiritum tuum: qui pro nihilo habet terrā desiderabilē: qui sola que carnis sunt sapit. Homo iste a natiuitate cecus est: sed surdus et mutus: inueteratus dierum malorū rebellis virtuti/ ꝛ ꝟitati: inimicus crucis xp̄i: deridet innocētē: simpliciter transeūtē ambulat in magnis: ꝛ in mirabilibus supra se arrogātia eius est plus q̄ fortitudo ei⁹: nullū reueret: dicit in insipiē-

Ps. xiij. tia sua nō est deus tabescit bonis/ et malis pascitur alienis: immundis cogitationibus pascitur non fatigabitur in illis trāsgrediens vsq₃ ad finē: dispergit ꝛ dissipat propria: sicut ꝓdig⁹ ꝛ cupit et rapit aliena/ sicut auar⁹: turpitudinem et ignominiam congregat sibi simulans: et callidus prouocat iram dei. Hō iste totus in peccatis natus est: et sic nutritus amicus iniquitatis fili⁹ mortis. vas ire in contumeliā: aptus ad interitum. Qui cū talis sit: enarrat iustitias dei: ꝛ assumit testamētū eius

Ps. lxix. per os suū. Odit disciplinā: proijcit dn̄m suū post dorsum suum Cum videt furē currit cū eo: ꝛ cum adulteris portionem suam ponit. Aduersus filiū mr̄is sue ponit scandalū: super terrā etiā thesaurizat iram in die ire: vult a te hereditatē tuā tollere: et desuper terram auferre: ꝛ tu tantam iniuriā non vindicas: sed dissimulas: nec ei verbū durum loqueris: nec vultum iratū ostēdis sed blandiēti tibi arrides? Ludis cum illusore: nescis quia ismael est qui tecū ludit? Ludus iste nō est pueritie: nec simplicitatis vel innocentie: sed illusio est anime: sed persecutio/ sed mors. Iam te in foueam quam fecit/ precipitauit: iam effeminatus es iā iugo miserrime seruitutis pressus: sub pedibus ei⁹ misere ꝛ viliter cōculcaris. O miser et miserabilis homo quis te liberabit de vinculo improperii huius? Exurgat deus et cadat armat⁹ iste: cadat: ꝯteraꝫ inimicus hō: ꝯtēptor dei/ cultor sui: amator mundi/ suus diaboli. Quid tibi videt? Si recte sentis mecum dices reus est mortis crucifigatur. Noli ergo dissimulare: noli differre: noli parcere: sed festinanter/ audacter/ instāter crucifige hominem istum: s₃ cruce christi/ in qua est salus ꝛ vita: ad quē si ex corde clamaueris crucifixus tuus audiet te:

Luc. xxiij. benigne respondens. Hodie mecum eris in paradiso. O christi pietas: o inopinata salus miseri. Tam gratuita est et probata dilectio dei: tam stupenda dulcedo/ tam inopinata dignatio: tam inuicta mansuetudo: vt qui ad eum clamauerit: exaudiat illum: quoniam misericors est. O quanta est misericordia dei: q̄ ineffabilis mutatio dextere excelsi. Heri eras in tenebris: hodie in splēdore lucis. Heri in ore leonis: hodie in manu mediatoris. Heri in porta inferni: hodie in delitiis paradisi. Sed quid prosunt he littere admonitionis: nisi deleas de libro conscientie tue litteras mortis? Quid prosunt hec scripta/ lecta/ ꝛ intellecta: nisi temetipsum legas et intelligas? Da ergo operā interne lectiōi: vt legas inspicias ꝛ cognoscas teipsum: legas vt diligas deum: vt pugnes et vincas mundū ꝛ omnē inimicū: quatinus labor cōuertatur in requiē: luctus in gaudium: ꝛ post tenebras huius vite videas ortum surgentis aurore. Uideas etiā meridianū solē iusticie: in q̄ spōsum cū spōsa ꝓspicies vnū eūdemq₃ dn̄m glorie/ qui viuit et regnat per infinita secula.

¶ De interiori domo. i. conscientia edificanda tractatus vtilis.

DOmus hec in qua habitamus: et omni parte sui ruinā nobis minatur. Idcirco qr in breui est casura: alia nobis est edificāda. Redeamus ergo ad nos: et discutiamus conscientiā nostram. Nam sicut corpus nostrum tabernaculum dicitur: in quo militamus: sic cōscientia nostra domus vocatur in qua post militiā requiescimus: et ille recte militat qui per militiam quam exercet in corpore/ domum edificat conscientie. Dili-

Prouer. xxiiij. genter exerce agrū tuū ait sapiēs: vt postea edifices domū tuā. Ager iste corpus nostrū est: cui⁹ sensibus et motibus: sic recte vtimur/ animiq₃ imperio eos subijciētes vsum virtutis inflectimus dum corpus animo indesinēter/ ꝛ anim⁹ deo ex toto subijcitur. His nimirum modis interior conscientia edificatur quā vtiq₃ bonam faciunt preteritorū malorū cōdigna satisfactio/ et instantium malorū cauta prouidaq₃ declinatio. Cōdigna satisfactio est mala facta corrigere et corecta non reiterare. Cōsciētia vero perpetua est: que nūq₃ finitur: sicut nec anima. Que cū sit immortalis: sicut non potest esse non anima: sic nunq₃ potest esse sine conscientia. Consciētia nāq₃ est inseparabilis gloria vel confusio vniuscuiusq₃ pro qualitate depositi.

¶ Cōsciētiā pri⁹ esse mūdandā q̄ edificandā. Cap. i.

HEc ergo consciētia in qua anima perpetuo mansura est/ edificanda est: sed prius mūdāda. Et quis eā mūdabit? Profecto deus: et homo. Homo per cogitationes ꝛ affectiones: de⁹ vero per misericordiam ꝛ gratiam. Cogitationes ꝛ affectiones necessarie sunt in consciētie mundatione: cogitationes in inuestigatione ꝟitatis: affectiones in exercitatione virtutis. Porro misericordia modo delet peccatū: modo dat ꝟtutē resistēdi peccato: nunc subtrahit peccandi occasionē: nunc immittit amaritudinē: plerūq₃ sanat affectionē. Gratia adiuuat ad bonū: defendit cōtra malū: erudit ad vtrūq₃ discernēdum. Homo igitur per veritatē stimulatus peccata sua confitetur: deus autem per miam flexus cōfitenti miseretur. Omnis nāq₃ spes venie et mie in cōfessione est: nec pōt qs iustificari a pctō/ nisi pri⁹ fuerit ꝯfessus peccatū. Ex eo em̄ vnusq₃q₃ iustus esse incipit: ex quo sui accusator extiterit.

De mia ꝛ ꝟitate: ꝛ de osculo pacis ꝛ osculo iusticie. Ca. ij.

Ps. lxxxiiij. FElix cōsciētia in qua misericordia ꝛ veritas obuiauerunt sibi: iusticia ꝛ pax osculate sunt. Ueritas cōfitentis/ ꝛ misericordia miserentis obuiauerūt sibi: quoniā non potest illi misericordia deesse: q̄ se cognoscit in veritate. Osculū iusticie est inimicos diligere: parentes/ et propria quęq₃ propter deum relinquere: illatam iniuriam patiēter ferre: oblatā gloriā vbiq₃ declinare. Osculū pacis est odiētes inuitare ad pacē: discordātes ad cōcordiā reuocare: aduersarios pacifice sustinere: errātes pie ꝛ benigne docere merentes clementer mulcere: ꝛ cum omibus pacem habere.

¶ De statu anime in christo confirmate. Capitulū. iij.

BEata illa aīa q̄ i pace xp̄i fundata est: ꝛ in dei amore solidata: q̄ cū exteri⁹ bella patiꝫ: pax interi⁹ nō turbaꝫ. In q̄ q̄cūq₃ molestie foris ꝑstrepēt: vsq₃ ad silētiū interne q̄etis nō irrūpūt: qm̄ gustu interne dulcedinis tacta int⁹ est ꝑ desideriū collecta: nec iā foris enormiter in carnis voluptates dissoluiꝫ: qr totū int⁹ possidet in q̄ delectaꝫ: atq₃ ita in semetipa pacificata: dū nihil ē qđ foris appetit/ tota ꝑ amorē int⁹ reijcit: ꝛ cū tota ad internū gaudium colligiꝫ: ad imaginem dei reformaꝫ: quā in se veneratur. Talem animam frequenter visitant angeli atq₃ archangeli: et honorificant: vtpote dei templum: et spiritussancti habitaculum. Ergo igitur templum dei: et deus excelsus habitabit

bitabit in te. Anima enim deũ h abens in se templum dei est: in quo diuina mysteria celebrantur.

¶ Dedignatur deus visitare eã animã que non studet in se consistere. Capitulum.iiij.

Ozro anima que non studet in se ↄsistere: nec in amore dei desiderium figere/ per oculos ⁊ aures aliosq̃ corporis sensus foras egredit᷑: atq̃ in his exterioribus delectatur. Sꝫ cũ inuenerit portas istas clausas: tũc rediẽs ad se: et videns se nudã/ et desolatam: inestimabili confusione: et horrore concutietur. Et qꝛ mũdi cõsolationẽ quesiuit: illam que a deo intus in conscientia datur nõ habebit. Et non solum eam dedignabitur deus visitare: sed nec ipsa quidem male sibi conscia/ seipsam poterit tolerare. Requiẽ in se non poterit habere: qm̃ illum dereliquit cũ quo habitare et requiescere debuit. Cogita ergo in societate aliorũ nunc positus: qꝛ nõ poteris semper manere cum illis. Et interim elige tibi sociũ illũ qui cũ subtracta tibi fuerint hec oĩa/ tibi fidem seruabit qui dilectoribꝰ suis fidẽ seruat: nec recedit in tempore angustie. Deus tuus si le est: quem eligere debes.

¶ Qꝫ anima volẽs deũ habitare in se: debet ab illicitis cogitationibus mundare conscientiam: ⁊ solum deũ desiderare. Capitulum.v.

Omnes igitur cordis distractiones: ⁊ mẽtis fluctuationes: in vnũ collige: ⁊ in solo deo totũ desideriũ tuũ fige: ⁊ ibi sit cor tuũ: vbi est thesaurus tuus desiderabilis multũq̃ amabilis. Ipse eñ frequenter visitat ⁊ libenter inhabitat trãquillitatem cordis ⁊ ocii quiete mentis: qm̃ pax est ⁊ in pace factus est locus eiꝰ. (Psal.lxxv.) Propterea talem te prepara: vt tecũ adsit deus: sit in ore sit in corde: semper tecum eat: tecũ redeat: nec recedat a te. Nunq̃ ille te dimittet: nisi prior illũ dimiseris. Vbicunq̃ fueris/ nunq̃ solus esse poteris si deus tecum erit.

¶ Cõscientia mundata aduentum christi expectare debemus. Capitulum.vi.

Munda igitur conscientiã tuã: ⁊ semper paratus esto: vt quacunq̃ hora venerit dñs: ⁊ tecũ habitare voluerit: paratã sibi in te inueniat mansionẽ. Ipse nãq̃ dixit. Facite mihi sanctuariũ: ⁊ ego habitabo in medio vestri. (Exo.xxv.) Studeamus ergo templuꝫ deo edificare in nobis: primo quidẽ vt in singulis nobis: deinde vt in oĩbus simul inhabitet: qꝛ nec singulos dedignabitur/ nec vniuersos. Primo igitur studeat vnusquisq̃ ne dissideat ipse a semetipso: qm̃ oĩe regnũ in seipsum diuisum desolabitur: ⁊ domus supra domũ cadet: nec intrabit christus vbi parietes inclinati fuerit/ ⁊ macerie depulse. (Luce.xi.) Uult habere anima corporis sui domũ integrã: ⁊ exire eã necesse est si fuerint a se inuicẽ membra dispersa. Uideat igitur ⁊ ipa si desiderat christũ per fidẽ inhabitare in corde suo: idest in seipa vi deat: ⁊ sollicite caueat: ne a se inuicẽ membra eius dissideant idest ratio: voluntas ⁊ memoria. Dignũ habitaculũ parat deo cuius nec est ratio decepta: nec voluntas peruersa: nec memoria inquinata. Felix illa anima est/ que domũ cordis sui sic de peccatorũ sordibus studet emũdare: ⁊ sanctis ac iustis operibus adimplere vt in ea non solum angelos verũetiã dominum angelorum habitare delectet. Mundata domo/ cũctisq̃ malis ab ea exclusis/ oĩbus bonis impleatur: ne sit nobis necessarium aliqd foris querere: qui oĩa forinseca reliquimus.

¶ De septem columnis erigendis ad edificandum domum conscientie. Capitulum.vij.

Sapientia ergo edificet sibi domũ: erigat columnas septẽ: quibus tota fabrica innitat᷑: domus est cõsciẽtia: columne sunt bona volũtas: memoria scꝫ memorem eẽ beneficiorũ dei: cor mundũ: animꝰ liber/ spiritus rectus/ mens deuota/ ratio illuminata.

¶ Erectio prime colũne q̃ est bona volũtas. Cap.viij.

Prima igit᷑ colũna prior erigat᷑. Nã inter oĩa dei dona: que ad salutẽ hominis spectare vident᷑: primũ et principale bonũ bona volũtas esse cognoscitur per quẽ imago similitudinis dei in nobis reparatur. Primũ est qꝛ a bona voluntate bonũ oĩe inchoatur. Principale est: qm̃ bona voluntate nihil hoi huc vtiliꝰ datur. Quicquid homo facit: bonũ esse nõ potest: nisi ex bona voluntate procedat. Sine bona volũtate oĩno saluari: quispiã nõ potest: cũ bona volũtate nemo perire potest. Uolũtas bona nec dari põt inuito: nec auferri nisi volenti. Uoluntas hoĩs est potestas dei. Uolũtas hoĩs est: qꝛ velle in volũtate hoĩs est: et ideo totũ meritũ in volũtate est. Quãtũ vis/ tm̃ mereris. Quãtum crescit volũtas tua bona/ tantũ crescit meritũ tuũ. Fac igitur magnã bonã voluntatẽ tuã: si vis habere magnũ meritũ. Ita deus vt piissimus ⁊ misericordissimus pater: in eo redemptionẽ nostrã posuit in quo nullus nisi velit potest agere. Amare nanq̃ hoĩes equaliter possunt et diuites et pauperes: etiam si pecuniã equaliter dare non possunt. Uoluntas tamen bona non est: si non operatur quod potest.

¶ De secunda columna que est memoria beneficiorum dei. Capitulum.ix.

Recordemur ergo misericordiarũ dei: vt sic accẽdamur in eius amorẽ. Reuocemus ad memoriã bona que tribuit nobis: quomõ in periculis sepe constitutos clementer nos eripuit: nec vnq̃ peccatis nostris quominus misereretur vinci potuit oblitos sui de se admonuit: auersos a se reuocauit: venientes ad se benigne suscepit: penitentibus indulsit: perseuerãtes custodiuit: stantes tenuit: lapsos erexit: malas delectatiões in amaritudinẽ cõuertit: ⁊ rursus salubriter amaricatis consolationes suas tribuit. Postremo tribulatiõe purgatis/ quietẽ ⁊ pacẽ perfectã restituit: qui nec peccãtibus vnq̃ defuit vt corrigeret: nec iustis vt custodiret. Recogitemꝰ quãta bona deus fecit nobis nõ rogantibus neq̃ desiderantibus immo recusantibus: ⁊ q̃ multa peccata dimisit nobis: ⁊ a quãtis periculis liberauit nos liberator deus. Et magna dignatio pietatis fuit: q᷑ ingratos ⁊ in multis contrarios/ a tã multis peccatis custodiuit nos dei gratia: in que potuimꝰ cadere sicut in alia multa cecidimus. Idcirco sicut nullũ est momentum in quo non vtamur vt fruamur dei pietate ⁊ misericordia sic nullum debet esse momentũ in quo eum presentem non habemus in memoria.

¶ De tertia columna que est cor mũdum. Capitulũ.x.

Sequitur vt eũ, a quo tanta beneficia accepimus toto corde diligamꝰ: hoc est tota cogitatione: tota affectione sine defectione. Sit cor rectũ: vt ei per omnia placeat deus. Sit rectũ rectitudine intentionis exclusione peruerse cogitationis: assiduitate contemplatiõis Sit paratũ sequi voluntatem dei: in quãcunq̃ partẽ inclinari eam cognouerit. Sit sursum: ad sola celestia ⁊ diuina contemplãda ⁊ desideranda. Sit purũ: vt nihil morari intra se patiat᷑ mali: nec modicũ quidẽ offendiculũ tolerabile reputet: aut in conscientia sua aut in aliena Sit dulce dulci responsione: suaui admonitione: benigna reprehẽsione: moderata correctione Sit mundũ: vt totius immũdicie spurcitias respuens cogitationũ sicut actionũ peccata deploret: defleat pro sua miseria et aliena. Lugeat nõ solũ sua delicta/ sed etiam aliena cõpungatur pro malis que cõmisit: et bonis que neglexit.

¶ De animo libero quarta columna. Capitulum.xi.

Animus pro sit liber a mũdi sollicitudinibꝰ: a carnis voluptatibꝰ: a prauis cogitationibꝰ: vt possit cũ voluerit aut sibi intendere: aut vtilitati fratrum ministrare: aut in contemplatione celestiũ requiescere. Sit firmus: vt nulla repentina perturbatione concutiatur: non capiatur illecebris: non frangatur molestiis: nulla ira/ nulla impatientia: pacẽ quietẽq̃ animi turbare possit: quoniã christus pax est/ ⁊ in pace requiescit pacis amator: ⁊ in perturbato animo habitare nõ potest. Sit cõsummatus in dei dilectione: hoc eñ est diligere deũ/ illi occupare animũ: concipere fruende visionis eius affectũ/ habere peccati odiũ/ mũdi cõtemptũ/ diligere proximum quem ipse censuit diligendum.

¶ De recto spiritu columna.v. Capitulum.xij.

Spiritus aũt sit rectꝰ: ab oĩbꝰ terrenis ⁊ pñtibus prorsus auersus. Et idõ insepabiliter lucꝰ ⁊ vnitꝰ/ pia deuotiõe ascẽdat: ⁊ visitet supnas sedes: ⁊ multas q̃ in domo prĩs sunt mãsiones: hũiliter se prosternẽs añ thronũ dei ⁊ agni. Currat p plateas supper syon: audiat illud melos angeloꝝ: ⁊ cũ reuerẽtia supplicet cunctis ordinibꝰ btõrũ spũuꝫ: singulis p se ⁊ simul oĩbꝰ se ↄmẽdans. Tãtã pro gratiã nõ meret᷑ accipere animꝰ q̃ in sui cognitiõe diu exercitatꝰ ⁊ plene eruditꝰ nõ est: frustra eñ cordis oculum erigit ad vidẽdũ deũ: q̃ nõdũ idoneus est ad vidẽdũ seipm Prius eñ necesse est vt cognoscas inuisibilia spũs tui: q̃ possis esse idoneus ad cognoscenda inuisibilia dei. Et si nõ potes cognoscere te: nõ p̃sumas apprehẽdere ea q̃ sunt supra te.

¶ Rationalis animus speculum est ad videnduꝫ deũ. Capitulum.xiij.

Precipuũ ⁊ p̃ncipale speculũ ad videndũ deũ: est animus rõnalis inueniẽs seipm. Si eñ inuisibilia dei p ea q̃ facta sunt intellecta ↄspiciunt᷑: (Rom.i.) vbi q̃so q̃ i eiꝰ imagine cognitiõ⁊ seeiꝰ vestigia expssiꝰ impssa repiunt᷑: Terget q̃ speculũ suũ: mũdet spm̃ suũ: quisq̃s sitit videre deũ suũ. Beati mundo corde: qm̃ ipsi deũ videbunt. (Mat.v.) Hoc speculũ verius

penitens non cessat quotidie inspicere:tergere/tenere z custo dire. Inspicere si aliquid in eo reperiat qđ deo displiceat. Ter gere:nō solū peccata actionū verūetiā cogitationū:vt nihil in eo remaneat qđ deū offendat/ Tenere:ne deorsū corruēs ter re per amorē inhereat:et ne inaniū cogitationū puluere sorde scat. Custodire: vt ille cuius tabernaculū est cum hominibus: cuius delitie sunt esse cum filiis hoim/ qui ad ostiū stat z pul sat quacunqȝ hora intrare voluerit:receptaculū mundū inue niat. De⁹ em̄ q̄ mūdicie amator ē: cor pollutū habitare nō pōt.

De illuminatione animi. Capitulum. xiiij.

Xterso igitur speculo:z diu diligenter inspecto:in cipit ei quedā diuini luminis claritas interlucere z immensus quidā insolite visionis radius oculis cordis apparere. Ex eius luminis visione animus inflāmatus/incipit munda cordis acie:superna et interna cōspicere:deū diligere:deo inherere:cuncta q̄ adsunt tanqȝ non sint ꝯsiderat:cūctis suis affectionib⁹ renūciat:z to tus soli incumbit amori:sciens solū illū esse beatū:q̄ deū amat Porro ad tantā gratiā nunqȝ pertingit mens per propriā indu striā:dei donū est hoc:nō hois meritū. Sȝ absqȝ dubio talē ac tantā gratiā ille accepit:q̄ deserit curā seculi/z agit curam sui qui studet se frequenter cogitare: z diligenter agnoscere quid ipse est. Redi ergo ad cor tuū:z diligēter discute teipsum. Cō sidera vn̄ venis/quo tendis/quomō viuis/quid agis/q̄d amit tis/quantū quotidie proficis/ vel quantū deficis/quib⁹ cogi tationibus magis incursaris : quibus affectionibus frequen tius tangeris:vel quibus tentationū maculis a maligno spiri tu acrius impugnaris. Cū totū interioris exteriorisqȝ hois sta tum z habitū inquantū possibile est plene cognoueris: z nō so lum qualis sis verūetiā qualis esse debueras : de cognitione tui poteris subleuari ad cōtemplationē dei. Quantū nāqȝ quo tidie in cognitionē proficis:tantū ad altiora semper tēdis. Sȝ iam forsitan ascendisti: iam ad cor tuū rediisti/z ibi stare didi cisti:nec hoc sufficiat tibi:disce ibi habitare z māsionē facere: z qualicunqȝ mentis vagatione inde abstract⁹ fueris illuc sem per redire, festina. Absqȝ dubio per multū vsum quādoqȝ tibi vertet in oblectamentū : intantū vt absqȝ vlla laboris difficul tate possis ibi assiduus esse:quinimmo pena tibi potius sit ali bi/q̄ȝ ibi moram aliquam facere.

Repellende sunt vane cogitationes a corde. Capitulum.xv.

Si ergo persenseris desideria tua circa exteriores delectationes affici:z cogitationes tuas iugiter in eis occupari:cum magna sollicitudine cōpelle eas: nec permittas ad cor tuum intrare: sed redi ad cor tuum:et ibi intrare et habitare omnimodo stude.

De deuota mente columna sexta. Capitulū. xvi.

Ens em̄ que se ad sui considerationē nō subleuat: sed adhuc per varia desideria spargitur : et variis cogitationib⁹huc illucqȝ distendit. nō pōt seipsam in vnū colligere:q̄ nondū nouit ad seipsam intra re:sed adhuc in imo est cogitatione z cōuersatione. Ideoqȝ non pōt ad ea q̄ supra ipam sunt pēna cōtemplationis euolare. Discat ergo dispersiones cordis cōgregare: assuescat in internis suis immorari:studeat euagationes mentis restrin gere:et exteriora oia obliuisci. Discat sola bona interiora ama re:z illā frequentius cogitare/ qui ad celestiū contemplationē anhelat qui in diuinorū noticiā suspirat. Cumqȝ se diligēter at tenderit et diutius q̄sierit:cū tandē inuenerit qualis sit:restat vt reuelatione diuina cognoscat qualis esse debeat:quale mē tis edificiū deo ꝑparare:z q̄b⁹ obsequiis eū placare oporteat.

Post cogitationes vanas depulsas cor eleuatur su pra se. Capitulum. xvij.

Ui ita euagationes mentis in vnū colligit:z omnes cordis motus in vno eternitatis desiderio figit:pro fecto iam ad cor suū rediit:z iam ibi libenter morat ac mirabiliter delectatur. Et cū seipsum pre gaudio iam capere nō possit supra seipsum ducitur z per excessum mē tis ad summa eleuatur:atqȝ ita per seipsum supra semetipsum per cognitionē sui ad cognitionē dei ascendit vt discat solum deū amare:et ipsum indesinenter cogitare:et in eo delectabi liter requiescere. Cū sic amor xp̄i totū absorbuerit affectum ho minis vt negligēs z immemor sui : nō nisi iesum christū/z ea q̄ sunt iesu christi sentiat: tunc demū (vt arbitror) perfecta est in eo charitas. Huic itaqȝ qui sic affectus est:nō est onerosa paup tas:iste nō sentit iniurias:ridet opprobria:ꝯtēnit dāna: morte lucrū reputat:imo nec mori se putat: cū magis de morte ad vi tam trāsire se sciat. Quā sic amor dei intrinsecus ligatū tenet: nec ad modicū quidē exire exterius valet:sed interius in eius desiderio, flagrat tāto ampli⁹/quanto familiarius:et eo vehe mentius: quo frequentius.

De raptu cordis: et quid in eo raptu videatur. Capitulum.xviij.

Ui sic in amore dei iugiter delectat: frequenter mē tis excessus patit:ab oib⁹ p̄ntib⁹ z terrenis raptus corā deo p̄ntat:z dū pulchritudinē ei⁹ ꝯsiderat:ma gnitudine pulchritudinis ei⁹attonit⁹:tot⁹ in ei⁹ad miratiōe suspēdit. Mirat regis gloriā:regni magni ficētiā:sup̄ne ciuitatis nobilitatē: z ciuiū felicitatē: cōtēplat etiā glie decorē/dei bonitatē:interne suauitatis dulcedinē: z eterne q̄etis trāquillitatē. Meditat p̄ris potētiā/filii sapiētiā/ spūssancti benignitatē:z angelice nature britudinē delectat de deo in deū:dū ei⁹ pietatē mirat:z decorē cōtēplat. O q̄ȝ iocūs dū sentit si nō esset tā modicū raptū. Rapit dū sola celestia cō templat:z cōtēplādo iocūdat. Sȝ cū ibi stare diuti⁹ conat:su bito labit/ z rediens a se nulli pōt intimare qđ vidit supra se: sed agnitione suauitatis illectus:gustate dulcedinis suauita tem:z illā celestē infusionē leticie spiritualis intra semetipsum mirat. Reuoluit etiā in corde suo tacita mēte incorporee lucis claritatē:z intime satietatis saporē:z illud interne quietis se cretū/z summe trāquillitatis archanū. In hui⁹ cōtēplatiōe cō templationisqȝ dulcedine mēs delectabiliter afficit:z mirabi liter delectatur. Uolet ergo/z nō deficiat. Uolet donec ad re gem perueniat:ibiqȝ ploret z suspiret:macretqȝ se in lachrymis depcet veniā:postulet gratiā:nec inde recedat/ quousqȝ deū quē nimiū offenderat:placatū sentiat: z ab eo ꝯsolationē recipiat.

Illuminata ratio columna septima. Capitulū.xix.

Enique ratio p mētis excessum in cōtēplationem sublimiū subleuata:z in diuine ꝯtēplationis ar chanū rapta atqȝ ibi illuminata ad cognitionem veritatis z veri luminis: inflāmata ad desideriū bonitatis oēs illicitas voluptates: affectiōes z vagas memorie cogitationes/ cordis dispersio nes:animi fluctuationes/spūs euagationes:z mētis distractio nes in vnū colligit: atqȝ in illo felicitatis fonte totū suū desi deriū figit. Locū superiorē ratio semp obtineat: nullusqȝ mot⁹ aduersus eā sit rebellis:sȝ oia ei obtēperent:sicut si ipsa obtē perat deo. Si ꝟo aliquē motū ad id qđ nō dȝ:vel quomō nō dȝ moueri senserit:nō cōsentiat : sed ilico resistat. Nā solus cōsen sus reos nos facit:etiā si aliqd impediat:ne opa subsequātur. Tūc em̄ aia mori sicut scriptū est dr: cū ipa rō ad petm̄ p cōsen sum curuat. Aia em̄ q̄ peccauerit ipsa moriet. Resistat ergo ne moriatur:pugnet vt coronet. Molesta est lucta:sȝ fructuosa: q̄ si hȝ penā adhibet z coronā. Nō nocet sensus:vbi nō est cōsen sus:immo qđ resistentē fatigat:vincentem coronat.

Quomodo edificatur bona cōscientia. Capitulū.xx.

Enimiꝑ sic edificat bona cōsciētia. Bona con scientia est q̄ petā p̄terita punit:z punīēda omit tere refugit:q̄ si petm̄ sentiat pcō non cōsentit: quā si cogitatio inquinat : ratio lauat. Recta cō sciētia est cui suū peccatū displicet : z alieno nō cōsentit:nec ꝓpter hoc peccatorē dimittit : nec eius petm̄ dissimulat:z cū corripit nō insultat/ Trāquilla est: q̄ oib⁹ est dulcis/z nulli grauis:vtēs amico ad grām:inimico ad patiētiā/ cūctis ad beniuolētiā: z quib⁹ pōt ad bn̄ficentiā, Talibus em̄ domus anime edificat. Et si forte (vt fieri solet) fur aduenerit/qui nō venit nisi vt furet/z mactet/z perdat:si in quā fur venerit.i.vel cordis elatio intrinsecus oriēs: vel appe titus hūane laudis extrinsecus adueniēs:seu aliqua quelibet pestis q̄ domū istā machinet ꝑfodere:tūc rōnis ira quasi canis thesaurū custodiēs/euigilet/latret/mordeat z iuguiet:irruēs in hostes nemini parcat. Nullum intrare permittat/sed clami tet/z excitet intus habitantes ad arma capescenda. Undecūqȝ vitiū siue clā siue palam nocere tentauerit:procul illud arceat vt sit secura cōscientia. Secura est quādo accusationē non pa titur vel pro tempore boni:vel pro presumptione mali. Munda est z bene sibi ꝯscia cū nec de preterito iuste accusat nec de pre senti iniuste delectatur. Pura est cui de⁹ nec sua peccata impu tat:q̄ nō fecit:nec aliena/q̄ nō approbauit: nec negligentiam q̄ nō tacuit:nec superbiā:q̄ in humilitate permansit.

Citius z vtilius acquiritur bona conscientia q̄ȝ scie tia. Capitulum.xxi.

Ulti querūt scientiā:pauci ꝟo cōsciētiā. Si ꝟo tā to studio z sollicitudine q̄rerent ꝯsciētia/quāto que rit secularis z vana sciētia: z citi⁹ apprehenderet: z vtilius retineret. Cogitare nāqȝ de cōsciētia sen sus est ꝯsummat⁹:z q̄ custodit illā semp erit secur⁹ Salua reuerentia sapiētie:vtilius est currere ad ꝯsciētiā q̄ȝ ad sapientiam

sapientiam: nisi sapiētia illa sit: que edificet conscientiā. Tūc enim se intelligit anima: tunc illustratur conscientia tunc impletur cor bona conscientia: cū in se deum/ z in deo mutua revolutione seipsam receperit imago creata. Creatrix imago in imagine creata / nihil aliud est nisi sapientia in anima: nisi gloria in conscientia: nisi sanctificatio in arca. O q̄ ineffabilis est pietas dei: que tantā maiestatem inclinat ad tantam humilitatem: qui creauit nos creatur in nobis. Et quasi parum esset nos deū patrē habere: vult etiam nos fieri sibi z matrem. Quicunq̄ inquit fecerit volūtatem patris mei q̄ in celis est: ipse meus frater/ z mater est. Frater obediendo: mater generādo. Frater per hereditatis participationem: mater per aliorū instructionē. O fidelis anima expande sinus: dilata affectus: ne angustieris in visceribus tuis concipere: quē totus orbis non potuit comprehendere/ donec virgo beata filiū fide concepit. Fide nanq̄ christus concipitur: verbi predicatione nascitur: deuotione nutritur: amore tenetur. Sit ergo consciētia pura: vt deū conducat ad hospitiū nostrū/ sit sollicita circa fidele obsequiū ne tanta maiestas recuset cordis gremiū: sit deuota: vt soli deo placeat: soli deo intendat: nec recedat ab eo. Talis cōscientia letificat animam: et exhibet deo gratam et hominibus z angelis reuerendam: et sibimetipsi placata z quieta existit.

Mat. xij.

Quid sit conscientie fructus. Capitulum. xxij.

Conscientia est cordis scientia: que dupliciter intelligitur: videlicet vt illa que se nouit per se: vel illa que preter se etiā alia nouit ex se. Cor enim z se nouit sua cōscientia: z multa alia. Quando nouit se: appellatur cōscientia: quādo preter se alia: nominatur scientia. Conscientia bona: titulus est religionis/ templū salomonis: ager benedictionis: ortus deliciarū: aureū reclinatoriū: gaudiū angelorū: archa federis: thesaurus regis: aula dei: habitaculū spiritussancti: liber signat⁹ z clausus: et in die iudicij aperiendus. Nihil est iocūdius/ nihil tutius/ nihil ditius bona conscientia: premat corpus: trahat mūdus: terreat diabolus/ z illa erit secura. Bona conscientia/ secura erit cum corpus morietur: secura cū anima corā deo presentabitur / secura cū vtrūq̄ in die iudicij: ante tribunal terrificū iusti iudicis statuet. Future beatitudinis nō est vtili⁹ remediū nec certius testimoniū bona conscientia: cū mundus omi volubilitate circūrotetur: ploret/ rideat/ pereat/ transeat/ nunq̄ marcescit bona conscientia. Subijciatur corpus in pena: in ieiunijs maceretur/ verberib⁹ lanietur/ eculeo distendatur: gladio trucidetur: crucis supplicio affigatur: et secura erit conscientia.

Qr in speculo conscientie status interioris et exterioris hominis cognoscitur. Capitulum. xxiij.

In speculo consciētie/ status exterioris z interioris hoīs cognoscit. Anima enim nō nouit se: q̄ sine speculo est. Speculū mundū: clarū z purū: totius religionis bona cōscientia. Sicut enim mulier que viro suo: siue amico placere desiderat: in contuitu speculi imaginē oppositā reddētis: decorem z pulchritudinē faciei componit: sic anima: in quib⁹ ab imagine veritatis discedit: vel in quib⁹ vestigia creatricis imaginis recipiat: in conscientia relegit/ z intelligit. Nō immerito conscientiam speculo cōparauimus: quoniā in ea tanq̄ in speculo rationis oculus tam q̄d decens/ q̄ q̄d indecens est in sereno aspectu apprehendere potest.

Conscientia acquiritur per cordis custodiam. Capitulum. xxiiij.

Vita vniuscuiusq̄ nō cognoscit nisi in cōsciētia: nec venitur ad bonā cōscientiā/ nisi p cordis custodiā. Cor em̄ suo arbitrio dimissum: aut ad vitā reuertit aut ad mortē. Velle nāq̄ peccare malū est/ peccare peius: in peccato perseuerare pessimū est: nolle penitere mortale. Quicq̄d igit cor cogitat: q̄d ad vtilitatē suā vel proximor̄ quoquomodo nō ptineat respuendū est. De diuersis igit mūdi partib⁹: in q̄bus cor vagū z pfundū tenet/ vel vane occupat: ad seipsum redeat: z seipsum discutiat: cunq̄ inuenerit culpā timeat penā. Querēdo autē culpā: nusq̄ illā nisi in se reperiat: reperta aūt culpa z pene cā: seipm puniēdo/ se ante se statuat: z tanq̄ aliū se iudicet. Se equidē culpatū: ante se afflictū/ se reū: añ se iudicē seuerū/ se impiū: ante se ad pietatem reuersum: pponat se añ se: decernat q̄d ad s. faciēdū sit de se: iuste in se iniusto infligat iusta flagella. Loquat etiam sic sibi. Qr pacē deseruisti apud dn̄m deū tuū: z belluz incurristi apud teipsum/ scissurā pateris: vt tua a teipso cōdemneris/ q: pactū pacis rupisti. Vis q̄d nō vis: z nō vis q̄d vis: a teipso cōdemnaberis. Nolenda vis: volēda nō vis. Ecce de ore tuo te iudico serue neq̄. Affige itaq̄ te/ z statue te cōtra faciē tuā: vt aspicias

Luc. xix.

turpitudinē tuā/ z recogites stultitiā tuam. Sic igitur in miserijs suis ad seipsum cōuertit cor: z sistit cor ad cor. Celis est quedam que sic de corde operat: z retinet cor fluxū z vanū ne profluat in abyssum exterminij. Vis ista seu violentia rapit regnū celorū. Regnū celorū inquit dominus vim patit: z violenti rapiunt illud. Nobile regnū possidet/ qui cor suū possidet. Non regnat qui in corde suo deditus feruentibus vitiorū: presidet vribus et turbis populor̄. Solus is regnat/ q̄ deposito cordis imperio: ad leges rationis ordinat totā familiā motuū interiorum z exteriorū. Si insurgit rabies leonina premitur per patiētiam/ si petulantia hirci: per abstinentiā: si ferocitas apri/ per mansuetudinem: si superbia vnicornis/ per humilitatem.

Mat. xi.

De mobilitate cordis. Capitulum. xxv.

Non inuenitur aūt inter ceteras artes liberales ars ista pre alijs liberalis: qua teneatur cor q̄d oī mobili mobilius est: q̄d oī lubrico lubricosius est. Mobilitate em̄ naturali instabile: vel in pūcto fixū recusat consistere: cuius vita in motu est: z motus est ei vita. Mouet molē totius corporis hūani: tantillus iste in corde vitalis mot⁹: z qua coerceat arte vt alia mouens/ ipse nō moueat? Forte mola asinaria si ad collū ei suspendat: nō moueret? Immo multomagis cū mola cōcitaretur. Agendū itaq̄ cū eo est vt circūeat terrā z pambulet eā: si forte velociorē z mobiliorē se inuenire queat. Si sup terrā similē sui nō inuenerit: etiā girū celi circūeat: z rotas currus dei ad cursum suū admoueat: q̄d tunc faciet ad illos q̄ ambulāt super pennas ventorū? Forte z cū illis cōtendere poterit. An et cū illa virtute currit: q̄ attingit a fine vsq̄ ad finē fortiter z disponit oīa suauiter? An z illā apprehendet de qua dicit: mobilior est oībus mobilibus sapientia? Saltem cū viderit tam spaciosis saltibus transilientem suā potentiā/ potentiā creatoris sui: subsistat z dimittat alas suas retinēs se z habenis deifice cōparationis se ad se colligēs z cohibēs: nō transgrediat terminos suos. Sic em̄ sancta aialia in visione ezechielis cum fieret vox sup firmamentū q̄d imminebat capiti eor̄/ stabant z submittebant alas suas. Q̄d plane sancti faciūt: cū perlustratis operibus z mirabilibus dei superintelligibilibus abscōditis mysterijs: nihil se scire deprehēdūt: sed momēto statere omnia opera sua appēdunt. Tunc se nō a se moueri cor intelligit: quia per se immobile pmaneret nisi qui oīa mouet/ illud quoq̄ inter omnia moueret. Mutuatū igitur a deo cognoscēs motuz suū: iam nō vsurpet vt propriū: sed vt cōmodatū. Ad voluntatem nanq̄ cōmodātis: cōmodatarius vti debet commodato. Alioquin furtum facit in re cōmodata.

Sap. vij.
Sap. vij.
Ezech. i.

Quomodo diuina gratia corda hominum mouet. Capitulum. xxvj.

Cum igit te mouerit deus vel moueri voluerit o cor hūanū mouearis alr nō mouearis: q: nō eēt moueri s3 cōmoueri: s3 q̄n te mouet de⁹? Cū admonet. Admonet aūt sic. Vane occuparis o cor sapiēs z oī progenie excellēs: in his q̄ vanitates vanitatū sunt. Non te decet his subesse: sed preesse. Te indigēt ista vt melius z cōmodius subsistāt: tu his neq̄ ad beatitudinē indiges neq̄ ad immortalitatē. Viaticū quidē iumento tuo pparāt in via: sed si ad mēsurā sumantur: nō ad superfluitatē. Ex superfluitate em̄ ciborū q̄nq̄ infundantur iumenta: z in ventris nimiā effluctionem resoluūtur: ita vt ex refectione deficiāt. Sit corpus tuum princeps z dn̄s corpis: si regulas necessitatis excesserit: z ad baratrū cōcupiscentie os aperuerit: lacū perditionis sibi effodit in hospitio reparationis: z de remedio cōparat exitium: de vehiculo naufragiū. Quid proinde: superfluū tollit necessariū. Aufer superflua: z nulli deerūt necessaria: quia de superfluenti copia aliorum: nascitur valde egra aliorum inopia.

Quomodo se debet vnusquisq̄ refrenare ac regere. Capitulum. xxvij.

Tuum est male acta corrigere: tuū est in ordine z officio familiā mēbror̄ corporis z anime motuū disponere: tuū singulor̄ negocia fm̄ cōpetentiā assignare. Non sit in regno corporis tui qui leges z iura institutor̄ tuor̄ impune puaricet: nō oculus/ nō manus/ non pes/ non auris/ nō guttur. Quid enim de ignobilioribus et plebeis membris dicam/ si vel attrectare rebellionem presumpserint? Lapidibus obruantur: iaculis increpationum cōfodiantur: et nouerint regē salomonē sedere super mulam regis/ idest rationē super sensualitatem corporis. Quid si pudibunda illa que velato semper nomine appellant a pudicis z castis labijs) motu inordinato rēpublicam infestauerint? Certe abscindantur/ nō ferro: sed ieiunio: nō detruncatione: s3 mortificatione. Vtinā inquit apostolus abscindant qui vos conturbant. His persuasionibus cor effrenatū in preceps cursum

Gal. v.

suum repiens/ teneri potest: vt sit bona conscientia. Bona est si habeat in corde puritatem: in ore veritatem: in actione rectitudinem. Pro his nanq; merebitur trinitatis visionē. O beata visio in qua sic deus erit notus atq; perspicuus vt videatur a singulis nobis in singulis nobis: videatur in seipso: videatur in celo nouo: in terra noua: atq; in oi q̄ tūc fuerit creatura.

¶ Qz anima in cōscientia sua cognoscit quo debeat ire quando egreditur de corpore: idest de libro conscientie: et quomodo corrigendus est. Capitulum.xxviij.

Humana conscientia est domini vinea: quā excolere debent peccatorū confessio: et eorū satisfactio: et exhibitio bonoȝ operū: et custodia eoȝ. Unicuiq; est liber sua cōscientia: et ad hūc librū discutiēdū et emendandū oēs alij inuenti sunt. Anima cum de corpore egredietur: nullū aliū pter cōscientie librū secū portare poterit: atq; in illo cognoscet quo debeat ire et quid debeat recipere. Ex his que scripta erunt in libris nostris: iudicabimur: et ideo scribi debent sm exemplar libri vite: et si sic scripti non sunt: saltem corrigendi sunt. Conferamus itaq; libros nostros cū libro vite: et si quid aliter habuerint: corrigantur: ne in illa vltima collatione: si quippiam aliter inuenti fuerint habentes/ abiciantur. Beatus homo qui se potest cognoscere et despicere/ probare et improbare. Nam qui sibi displicet/ deo placet: et qui sibi vilis est: deo charus est.

¶ Nihil est melius et nihil vtilius q̄ seipsum cognoscere quod est proprium conscientie. Capitulum.xxix.

Multe sunt sciētie hominū: sed nulla melior est illa/ qua cognoscit homo seipsum. Quobrē redeā ad cor meū: et ibi stare assuescā: vt totā vitā meā possim discutere: et meipsum cognoscere. Omnes miserias meas corā deo effundā: si forte illa sua magna pietas moueat eū. Cōfitebor ei peccata mea/ cui oia nuda sunt et aperta quē fallere non possū: qz sapiētia est: nec effugere/ qz vbiq; est. Audi ergo pijssime deus cōfessionem meā: et respice ad pietatem tuā: et fac mecum sm misericordiam tuā. Audi q̄ sepe de memoria mea te expulit irruens turba plurimarū cogitationū: que velut plebs ad aliqđ spectaculū solent effluere in cor meū. Dū orare vel cantare in monasterio volo: nescio cuiusmodi stulta cogitatio cor meū rapit: et ducit per diuersa loca. Cūq; illud ad me reuoco: tenere nō possum: sed illico elabitur: et huc illucq; dispergit: et per innumera effunditur. Idcirco crebra terrenarū cupiditatū illecebra et vanitatū effusio ita cor meū occupāt: et qđ vitare studeā/ hoc cogitē animoq; voluā. Nō eñ est in potestate mea cor meū et cogitationes mee: q̄ et improuiso effuse mentē meā animūq; confundunt: atq; alio trahūt q̄ ego proposuerā. Ad secularia res uocant: mundana inferūt: voluptaria ingerunt: illecebrosa contexunt: ipoq; in tēpore quo leuare mentē meā ad te paro: inanibus cogitationib⁹ infectus ad terrena plerūq; deijcior. Huiusmodi perstrepentiū cogitationum tumultus a corde quotidie amouere volo nec valeo: sed visa et audita: dicta et facta ad memoriā reuocant: et in ea cū magna importunitate perstrepunt. Cogitanda cogito: cogitata recogito: et eadē iterū atq; iterū replicare nō cesso: et cū diu multūq; quicqd potero cogitauero sine cogitationibus esse nō possum: sz intrāt/ et exeūt: atq; alie alias introducūt et excludunt: hec inuitus sustineo: plerūq; tamen cōsentio: cū per ea que vidi: vel feci sine vtilitate: absq; discretione: vaga mente discurro. Ita mens mea semp mobilis et nunq̄ stabilis: semper vaga: et velut ebria: per diuersa distrahitur. Grauiter pecco cū cor meū derelinquo: quoniā grauis iactura est q̄ per negligentiā fit. Tūm patior cū illud me deserit. Confirma cor meū deus: quoniā cū stare in semetipso nitit aliquo modo a semetipso etiā nesciendo deriuaꝛ. Ita peccandi consuetudine etiā cum nescio pecco: et cor meū cor vanū per infinita deducit: et in multa desideria diuiditur. In nocte vero cū dormire volo: multarū rerū imagines et fantasias clausis oculis video/ easq; inuitus tolero/ quātoq; ab eis aciē mentis auertere nitor/ tāto amplius ille se mihi ingerunt: et molestijs turpiū cogitationū cor meū maculāt. Unde est q̄ sepe mihi nocuit mortifera delectatio/ que ex recordatione preteritorū peccatorū nasci solet/ sed maxime ex recordatione libidinis. Hec enim pestis quo pre ceteris vitijs est mihi familiarior: eo ad nocendū procliuior: et ad repellendū difficilior. Nā cū eā repellere volo: nolenti mihi se ingerit blande onerosa: displicēdo placēs/ et placēdo displicēs. Carnis libidinē nunq̄ fugere potui: sed semper me persequitur: et cū aliqua delectationis cogitatione vel visus intētione me cōprehēdere pōt: nō dieb⁹/ neq; noctibus requiescere sinit. Subtiliter intrat: et mentē occupat: et nisi subito repellaꝛ: allicit: et incēdit: et quasi virus pestilētie per totū corpus paulatim se diffundit. Cogitationes prauas multiplicat: affectiones malas generat: delectatione illicita mentem afficit: et ad cōsensum prauitatis animū inflectit: oclīq; anime virtutes corrūpit. Hac peste cū astrict⁹ teneor: diuelli ab ea nō possum: quoniā stimulos eius cōfiteri aut nescio: aut erubesco: tā subtiles et turpes sunt. Reuera difficile est libidinis incendia extinguere: impuberes stimulat: iuuenes inflāmat/ viros eneruat: senes et decrepitos fatigat: nō aspernaꝛ tuguria: non reuereꝛ palacia. Utinā sola cenobia fugiat. Adiuua me domine deus meus: vt huic tā pestifero et mortifero vitio resistere possim. Scio eñ qz qđ resistētem fatigat/ vincentē coronat. Scio etiam quoniā si mentem meā cogitatione immunda polluero: tibi qui mundicie actor es: placere non valeo.

¶ De amara atq; illicita cogitatione Capitulum.xxx.

Cor mundū crea in me deus: quoniā non solum vana cogitatio illud occupat: et turpis inquinat: verū etiā amara dissipat. Sepe nanq; aliqua iniuria cōmotus: densis cogitationū tumultib⁹ in corde premor: hincinde sollicitus/ et cecus: occasionem vindicte de accepta iniuria rimor: ꝯsilia multiplico: et nihil aliud nisi iurgia q̄ desunt in corde perago. Presentes nō video/ absentibus contradico: intra memetipsum contumelias profero et recipio: receptis autem durius respondeo. Cumq; qui obuiet nullus adsit: rixas in corde cōpono: insidias inuidentiū considero: et qđ contra iurgia mouere possint pēso: et quero qđ respondeam: et cū rē nullam teneam/ vacuus litigator elaboro. Sicq; diem in ociū: noctē vero in cogitationē verso. Torpeo ab vtili opere: quoniam fatigor illicita cogitatione. Ita mēs latus pugnat: cū menti nemo repugnat. Nonunq; vero qđ egi in corpore/ hoc postmodū importuna cogitatione verso in mēte: et multotiēs grauius torqueor in recordatione q̄ prius captus fuerim in opis ppetratione. Sepe etiā ea q̄ nunq̄ feci: nec in voluntate habui/ ita recogito: quasi peniteat me illa non fecisse. Ab occultis meis mūda me dñe/ qm cū nihil exterius ago: intus grauiter pecco. In corde eñ seruo depicta: q̄ vidi et feci. Ideo tēporaliū rerū tumultus in corde versare no cesso: etiam cū vaco. In cogitatione eñ comedo/ cū ieiuno: loquor/ cū taceo: irascor cū trāquillus sum: corpus requiescit/ et anim⁹ huc illucq; discurrit. Ita vitā istā sine culpa nunq̄ trāsire potui: nec hoc quidem qđ laudabiliter vixi: sine aliquo reatu est/ si remota pietate discutiaꝛ. De necessitatib⁹ meis eripe me dñe. Crebro nanq; dū necessitati debita reddere studeo: voluptatis vitio deseruio: sub velamine necessitatis/ cado in laqueū voluptatis. Sepissime nanq; comedi et bibi: nō ad necessitatem: sed ad voluptatē: et qđ necessitati satis erat: voluptati parū erat. Cogitaui etiam de cibo et potu qñ nō debui: et vbi nō debui: et plusq; debui. Cogitādo de escis: epulas in cogitatione tota die ruminabā. Cū tegēdis mēbris vestimēta quero: nō solū q̄ tegant: sed q̄ extollāt expeto: et cōtra frigoris torporē non solū quero q̄ muniant p pinguedinē: sz q̄ mulceāt p mollicie: non solū q̄ p mollicie tactum mulceāt: sz q̄ p colorē oculos seducāt. Cū p aliq̄ necessitate licētiā loquēdi alicui habui: locut⁹ sū nō solū de necessarijs verū etiā de nō necessarijs: et de his q̄ ad me nō ptinebāt/ et de qb⁹ licētiā nō habebā. Immersi me colloquijs hoim: et ibi locut⁹ sū non ad edificationē: sz ad destructionē: nō qđ decebat: sz qđ libebat: locut⁹ verba vana et risui apta: verba ociosa et inutilia. Verbositati deseruiens: detractioni studens os meū mēdacio et detractione inquinaui. Lingua mea omni fallacia plena est: et nocuit mihi plusq; oīa mēbra. Nam ea que audiui vel vidi nunq̄ eo modo quo dicta vel facta sunt: referre possum: sz alia affirmo p alijs: et sepe multa interfero superflua: atq; ita vel nimiū laudādo vel vituperādo: fere quotiēs loquor mētior. Guttur insatiabili ardet ingluuie: gula diuersis saporibus satiari nō pōt. Cor prauū: dolo et malicia plenū: p purā ꝯfessionē purgare nūq̄ potui. Man⁹ ad opus prauū fuerūt parate: et ad operādum bonū pigre. Stomachus et intestina nimio cibo et potu sepe sunt distēta: et iō dolore sunt plena. Nā vñ gula delectaꝛ inde venter inflaꝛ: corpus infirmaꝛ: et sepe mors sequiꝛ. Per gule delectationem corrui in ventris ingluuiē: et vñ debui mihi parare salutē: inde cōtraxi nimiū comedēdo pniciē. Pedes velocius me portauerūt ad aliquā curiositatē speculādā: q̄ ad ecclesiam. Oculi iniquo intuitu me puerterūt: oēmq; corporis mei ad immūda desideria traxerūt. Aures citi⁹ aperui vbis ociosis et vanis/ q̄ sanctis. Delectat⁹ est odoratus varijs odoribus: gustus diuersaȝ reȝ diuersis saporib⁹: necnō singuli alij sensus: his et illis turpia qđ cuiq; suus ferebat appetit⁹. Ita deus meus in oibus mēbris meis nature modū excessi: oia membra mea velut cōiuratione facta inimico meo de me dñiū tradidere: cū morte fedus inire: pactum pepigere cum inferno.

Ps.l.

Ps. xxiij.

Conscientia

ℭ Conſcientia noſtra erit noſter iudex in die iudicij. Capitulum.xxxi.

Ps. cxxxix.

ERipe me domine ab homine malo .i. a meipſo: a quo
recedere non poſſum. Naȝ quocunq̄ me verto: vitia
mea me ſequuntur: vbicunq̄ vado conſcia mea nō
me deſerit: ſȝ preſens aſſiſtit: ꝛ quicq̄d facio ſcribit.
Idcirco ꝙꝙ humana ſubterfugiā iudicia: iudiciū
proprie conſcientie fugere non valeo. Et ſi hominibus celo qḋ
egi: mihi tamē: qui noui malum quod geſſi celare nequeo. Pro
priū reatus ↄ̄ſcia non me requieſcere ſinit: ſed de die in diē vehe
mēter me torq̄t: ꝛ de die iudicij vehementius terret. Naȝ in die
illa cum dn̄s ad iudiciuȝ venerit: vniuſcuiuſq̄ cōſcientia ad te
ſtimonium adducetur: ꝛ aꝑto libro conſcientie: oīs culpa ante
oculos reducetur: atq̄ ita cogente conſcientia: vnuſquiſq̄ erit
accuſator ꝛ iudex ſuus. Propterea ſtatuam me ante me: ꝛ iudi
cabo meipſum: vt illius extreme ꝛ tremende diei iudicium eua
dere poſſim. Dānat me conſcientia mea: ꝙꝙ diuinum iudiciū
nondū me dānet. Accuſat me de homicidio: qḋ ſi oꝑe non feci:
voluntate tn̄ ac deſiderio ſepe ꝑegi. Accuſat me de adulterio:
ꝛ eodeȝ modo rn̄deo. Accuſat me de inuidia: cōfiteor ꝛ ego q̄m
inuidia ſepiſſime cor meū laniauit. Per inuidiā nāq̄ ſctē viuē
tium merita mea feci inuidēdo pctā. Nam bona q̄ ab eis fieri vl
dici audiebaȝ: vera oīno nō credebā: ipſas res bn̄ geſtas: in ma
lum male interpretando cōuertebā. Omne malū quod de illis
mendax fama iactabat: ſtatim tanq̄ ſi ego vidiſſem credebaȝ:
oīa mala meis emulis fingebā: ꝛ ex profectu eorū deficiebam.
Hec vero odia intra me abſcōdebam: ꝛ in meos cruciatus enu
triebam: proficiētibus inuidebā: peccātibus fauebā: de malis
eorum gaudebā: ꝛ de profectib⁹ lugebā. Gratuitis inimicitijs
ardebaȝ: et hanc maliciam mei pectoris deprehendi timebam.
Semper eram ei amarus: ꝛ nunq̄ certus: ꝛ ita amicus eraȝ dia
boli: ꝛ inimic⁹ mei. Inter amicos diſcordias ſeminaui: diſcor
dantes in diſſenſionem cōfirmaui: opiniones eoruȝ mendacijs
decoloraui: in ſpiritualibus carnalia laudaui: vt ſpiritualia bo
na eis deeſſe perſuaderē. Amicitias ſimulaui: vt eos qui ſe in
caute mihi cōmittebāt: qua poſſeȝ arte deciperē. Odiorū mihi
occaſionē prauis ſuſpitionibus coacerua ui: ꝛ ita demones quo
rum facta ſectabar letificaui. Multis velut amicus fui in obſe
quio: hoſtis in aīo. Cōptus in verbo / turpis in facto. Proditor
fui ſecretorū: tenax malarū ſuſpitionū vtrobiq̄ ꝑuerſus. Et ita

Ps. cxlij.

perſecut⁹ eſt inimicus aīam meā: humiliauit in terra vitā meā.
Piiſſime dn̄e vnde poſſum eſſe bon⁹: qui in bono ſic fui malus?
Ego peccabā: ꝛ tu diſſimulabas: ꝓlongabā multo tempore ini
quitatē meā / ꝛ tu pietatē tuā: q̄r penitētiā ꝛ indulgentiā cogita
bas. Da ergo miſericordiam miſero: qui tādiu pepciſti crimino
ſo. Credo nāq̄ q̄m quicq̄d mihi condonare decreueris / ſic erit
quaſi nunq̄ fuerit.

ℭ De vanitate et ex ea dependentibus. Capitulum.xxxij.

NOn ſolum inuidia cor meū afflixit: verūetiam vani
tas / circa varias delectationes lāguētem animum
inuoluit. Per vanitatem nāq̄ de operibus quoꝝ mi
hi conſcius nō erā / turpiter me iactaui. Geſtiebam
etiam docere que neſciebā. Credi de me ſublimia
volebam: delectabilia grauibus anteponebā: execrabar ṽbo /
quod aīo concupiſcebam: appellationes virtutū meis vitijs im
ponebam: ꝛ ita meipm̄ fallebā: ꝛ fauētes mihi decipiebā. In ꝓ
miſſione honeſta fui velox: in exhibitione mendax: a bono mu
tabilis / mali tenax: in verbo grauis / aīo turpis: vbiq̄ fallax: le
tus ad ꝓſpera: fragilis ad aduerſa: inflatus ad obſequia: anxi⁹
ad opprobria: immoderat⁹ ad gaudia: facilis ad humana: diffi
cilis ad honeſta. Miſericordiſſime dn̄e ita defecerunt in vanita
te dies mei: in quib⁹ debui flere commiſſaȝ iniquitatē: excitare
remiſſam volūtatē ſuſpirare ad amiſſam hereditatem / aſpirare
ad promiſſam felicitatem / properare ad angelicam ſocietateȝ:
repropiciari tuam maieſtatem.

ℭ De ſtatu miſero huius vite. Capitulum.xxxiij.

TErret me tota vita mea deus meus: q̄m diligenter
diſcuſſa: apparet mihi aut pctm̄ aut ſterilitas: et ſi
quid fructus in ea videt̄: ſic eſt aut ſimulatū aut im
perfectū: aut aliquo modo corruptum: vt poſſit aut
non placere: aut diſplicere tibi. Et cum vere ita res
ſit: ſic eſt mihi quaſi non ita ſit: quod eſt miſeria ſuper miſeriaȝ.
Sic comedo / bibo / ꝛ dormio ſecurus: quaſi iam trāſierim diem
mortis ꝛ euaſerim diem iudicij: ꝛ tormēta inferni. Sic ludo ꝛ ri
deo: quaſi iam regnem tecū in regno tuo. Idcirco multitudinē
iniquitatū mearū expaueſcens: ſed de tua pietate confidēs / ti
bi creatori ꝛ redemptori meo qui veniā ꝛ indulgentiā poſt rea
tum per purā ꝛ lachrymabilem confeſſionem aſſequi ꝓmiſiſti:
confiteor q̄m in peccatis cōceptus ſum: ꝛ in pctīs nutritus: ꝛ ꝑ
oē tp̄s vite mee vſq̄ ad hāc diē in pctīs ſum ↄ̄uerſatus. Nullum
inuenio pctm̄: a quo nō ſim aliquo mō inq̄natus. Per ſuꝑbiam
nāq̄ p̄cepta tua: ꝛ ſenioꝝ meoꝝ trāſgreſſus ſum. Silētiū ꝛ taci
turnitatē ſicut regula docet nō tenui. Qḋ mihi licitū non fuit:
habui / dedi / ꝛ accepi. Clamores pauperū ꝛ miſeroꝝ nō libēter
aut miſericorditer audiui: nec eos in infirmitatibus ſuis viſita
ui. Suadētibus mihi in malum ↄ̄ſenſi: facilius multa in imo q̄
vnū in ſummo cogito: facilius reꝑhēdo alioꝝ vitia q̄ mea: ꝛ qḋ
in alijs reprehēdo. facere nō erubeſco. Facilius vniuſcuiuſq̄ vi
tia q̄ ṽtutes intendo: Cū alioꝝ delicta cerno / mea nō aſpicio.
In meis delictis ſum clemens / in alienis rigoreȝ tenere: volo.
Ad irrogādas cōtumelias ſum validus: ad tolerādas infirm⁹:
ad obediendū piger: ad laceſcēdos vero alios importunus: ad
ea que facere ꝛ debeo ꝛ valeo vagus: ad ea vero que facere nec
debeo nec valeo paratus. Ita repleta eſt malis anima mea: pec

Psalm. lxxxvij.

catis meis exigentibus. In eccleſia me deteriorem reperio:
ante altaria ſacra deuote non ſupplico / vaſa ſacra non reueren
ter tracto / in choro ſum corpore / ꝛ in aliquo negocio mente.
Nūc intus maneo / nunc foras exeo: tanta eſt leuitas corporis
necnon ꝛ mentis. Aliud canto / ꝛ aliud cogito. Pſalmodie ver
ba ꝓfero: ꝛ pſalmodie ſenſum nō attēdo: ſed mēte vagus: habitu
diſſolut⁹: oculis attonit⁹: huc ꝛ illuc ꝓſpiciēs: q̄cūq̄ ibi gerūt
perluſtro ꝛ ꝓſpicio. Ve mihi q̄m ibi pecco / vbi peccata emēda
re debeo. Nonnūq̄ ṽo in ipſis bonis q̄ ago / ad deterius ꝓpim
quo: q̄r dū mēti leticiā pariūt: ꝛ quādā ſecuritatē gignūt / mēs
mea ſecura reddit̄: ꝛ in torpore laxat̄. Sepe etiā meipſum ꝛ ope
ra q̄ fecerā laudaui ꝛ ab alijs laudari volui. Plerūq̄ laus huma
na quā nō q̄rebā: mihi oblata placuit: ꝛ cū ex ea icaute extolle
rer / ſubito m̄lta q̄ fecerā ad memoriā venerūt: vt āpli⁹ in elatiōe
attollerer. Que ſubtiliter replicās / atq̄ i vnū cūcta coaceruās:
cepi magis magiſq̄ deceptus intumeſcere. Dūq̄ i mei admira
tione occupat⁹ defigerer mihi dās gloriaȝ / ꝛ nō deo: a quo oīa
acceperā / oīm fructū amiſi: atq̄ ita didici: q̄m q̄ me laudabant /

Pō. c[x].

aduerſum me iurabāt. Quanto em̄ q̄ſq̄ in ſemetipſo gl̄iat̄: tanto a
dei amore diſiūgit̄. Ita de⁹ me⁹ inferno appropinquauit vita mea.

Psalm. lxxxvij.

Si me liberabis: habebo vnde tibi gr̄as agā: ſi inde nō libera
bis / nō habeo vnde te reprehendā q̄m iuſtus es. Heu mihi qua
lis vixi / q̄ta mala feci ꝛ dixi? Pudet qui ſic vixerim: ꝛ q̄ nat⁹
fuerim. Mallem nō eſſe: q̄ talis eſſe. Bonus erā: ꝛ malū me fe
ci: vtiq̄ qui ſpōte me feci miſerū: iuſtū eſt ſemꝑ eſſe miſerū. Cō
ſcientia mea meret̄ dānationē: penitētia mea nō ſufficit ad ſa
tiſfactionē: ſed certū eſt: q̄m mīa tua delet omnē offenſionē: De
le ergo pie domine iniquitatem meam: multitudine miſeratio
num tuarum. Ego vero qui vſq̄ ad hanc diem ſine cauſa vixi /
nunc modo ſine cauſa viuere nolo.

ℭ De recidiuo hoc ē reuerſiōe i pctm̄. Capitulū.xxxiiij.

SEd heu miſer hec tā ſepe ſic ↄ̄feſſus: ſurgens ca
dens ſuȝ defeſſus: repeccādo / totiēs: ↄ̄fitēdo to
tiens. Multotiēs ꝓmiſi me emēdare: ꝛ nunq̄ te
nui: ſed ſemꝑ ad pctm̄ redij: ꝛ priorib⁹ celeribus
noua ꝛ deteriora cōiunxi. Nunq̄ vt debui mores
meos in melius mutaui: nec a malefactis receſſi.
Plurimos etiā me ꝑdens / peccare feci: ꝛ multis cauſa mali ex
titi: ꝛ exēplis vite mee nōnulli ſubuerſi ſunt. Ecce pctā mea mi

Psalm. L.

ſericordiſſime de⁹ nō abſcōdo / ſed oñdo: accuſo me / nō excuſo:
q̄m iniquitatē meā cognoſco. Nec idcirco iuſt⁹ ſum: q̄m ſi alter
ita: me accuſaret ſicut ego meipm̄ accuſo / patiēter ſuſtinere nō
poſſem. Deſparevtiq̄ potuiſſeȝ ꝓpter nimia peccata ꝛ vitia: cul
pas ꝛ infinitas negligētias meas: q̄ egi ꝛ quotidie indeſinēter
ago: corde / ore / opere / ꝛ omnib⁹ modis quib⁹ humana fragili
tas peccare pōt: niſi verbū tuū de⁹ caro fieret ꝛ habitaret i no
bis. Sed deſpare iā nō audeo: q̄m ſubdit⁹ ille tibi vſq̄ ad mor
tem / mortē aūt crucis: tulit chyrographū pctōꝝ noſtroꝝ: ꝛ affi
gens illud cruci: pctm̄ crucifixit ꝛ mortē. Gratias tibi ago dn̄e
deus me⁹ q̄m viſitaſti me: ꝛ oñdiſti mihi pctā mea. Nūc primuȝ
te inſpirāte dedici ad cor meū redire: ꝛ meipm̄ cognoſcere. Ad
uocabo ergo aliquē de amicis tuis: ꝛ ei oīa delicta mea expo
nam ſicut mihi p̄cepiſti vt ei⁹ cōſilio ꝛ auxilio ab omnib⁹ meis
poſſim iniquitatib⁹ liberari: ꝛ tibi reconciliari.

ℭ Confeſſio ad abbatem. Capitulum.xxxv.

AUdi ergo pater miſerū peccatorē: audi vocē lachry
mātis ꝛ penitētis: attēde q̄ grauiter peccaui: ꝛ crea
torē meū offendi. Deo iubēte ad cor meū redij: ꝛ ide
excluſis oībus preter dn̄m deū ꝛ meipm̄: totā vitam
meam diſcuſſi: tanto diligenti⁹ / q̄to familiari⁹: et vt
verū fatear nihil aliud ibi inueni niſi locū horroris ꝛ vaſte ſoli
tudinis: ↄ̄ſcientiā veȝ diu neglectam: oīno incultā: ſpinis ꝛ tri
bulis obſitam: ꝛ omni horrore plenam. Nullum enim inuenio vi
tium: a quo non traxerim aliquod cōtagium. Turbauit me ira:
lacerauit me inuidia: inflauit ſuperbia inde contraxi mētis tu

constantiã/oris scurrilitatẽ:opprobria proximoꝝ:scelera detractionũ:lingue effrenationẽ. Senioꝝ meoꝝ imperia nõ seruaui/ sed iudicaui:de meis negligentijs obiurgatus:aut rebellis fui aut murmuraui:preferri me melioꝛib⁹ impudẽter affectaui:simplicitatẽ spiritualiũ fratrũ irridenter exagitaui:meas sententias procaciter iactaui:obsequia delata fastidiui:negata questui:iunioꝛes meos elat⁹ despexi. Nõ obseruaui in obsequio reuerentiã:in sermone modestiã:in moꝛib⁹ disciplinã:habui in intentione pertinaciã:in coꝛde duriciã:in sermocinatione iactantiã. In humilitate fui fallax:in odio pertinax:in locutiõe moꝛdax. Subiectionis impatiẽs:potẽtie sectatoꝛ:ad opus bonũ piger: ad vanitatẽ feruus:ad obsequiũ durus:ad loquendũ que nesciebam promptus:ad supplantandũ paratus:fraterne societati inhumanus. Temerarius in iudicando:clamosus in loquẽdo: fastidiosus in audiendo:ꝓsumptuosus in docendo: effrenatus deformiter in cachinnando:onerosus amicis:infestus quietis: ingratus bñficijs:inflat⁹ obsequijs:⁊ imperiosus subiectis. Sepe iactaui me fecisse quod nõ fecerã:vidisse quod nõ viderã: dixisse quod nõ dixerã. Dissimulaui etiã me nõ fecisse quod feceram negaui me dixisse qđ dixeram:non vidisse ⁊ audisse quod videram ⁊ audierã:⁊ ita ex omni parte sum reus. Reus in seculo/re⁹ in claustro:sed ibi per ignoꝛantiã:hic ꝑ negligẽtiam:⁊ vtrumq; me terret. Verũtamẽ multo amplius terret me:q: in monasterio ante conspectũ dei deterioꝛẽ me inuenio. Collocauit me de⁹ in loco voluptatis:in domo vbertatis:in paradiso deliciarũ: ego ꝟo miser ⁊ miserabilis/inter mẽsas epulãtiũ fame pereo: iuxta fontem sitio:ante ignem algeo:⁊ ad neutrũ manus extẽdere volo:tã piger sum ⁊ desidiosus. Ita tẽpus amitto quod de⁹ mihi sua pietate indulserat ad agendã penitẽtiam:ad obtinendã veniam:ad acquirendã grãm:⁊ ad ꝓmerẽdã gloꝛiã. Quasi quoddam monstrũ inter filios dei sto:habitũ monachi/ nõ conuersationẽ habens. In magna coꝛona:⁊ ãpla cuculla/salua mihi oia existimo. Tanq; arboꝛ sterilis terrã occupo:⁊ velut iumentum vile plus ꝯsumo q̃ ꝓficio. Altioꝛẽ alteri⁹ locũ teneo:⁊ nullius officiũ suppleo:sed sum sicut trũcus sine frondibus ⁊ fructib⁹. Alij me pascũt de laboꝛib⁹ manuũ suaꝝ sicut prebendariũ suũ. Ego autẽ tanq; pauper ⁊ miser:nec clericũ/nec laicũ gero. Cãtare nãq; ⁊ legere nequeo:laboꝛare nescio:sed sum opprobꝛium hoim:pecoꝛe viliꝛ:cadauere peioꝛ. Tolerabilius eñ canis putridus fetet hominib⁹:q̃ aĩa peccatrix deo. Idcirco tedet me viuere:viuere erubesco:q: paruũ proficio. Moꝛi timeo:qm̃ non sum parat⁹. Malo tñ moꝛi ⁊ mie dei me cõmittere ⁊ cõmendare quia benignus ⁊ misericoꝛs est:q̃ de mala mea cõuersatiõe alicui scandaluꝫ facere. Tota die nãq; verecũdia mea ꝯtra me est: et confusio faciei mee coopuit me:cũ video me somnolentũ ad vigilias:tardũ ad hoꝛas canonicas/et pigrũ ad opa manuum. Alios aũt video tã strenue ⁊ deuote diuinis interesse laudib⁹: alios vero ita reuerẽter ⁊ alacriter corã deo assistere/ ⁊ eũ laudare/ego autẽ compũgi ad lachꝛymas nequeo/tãta est duricia coꝛdis mei. Cantare non libet/oꝛare non delectat: meditationes sanctas non inuenio:tanta est sterilitas anime mee:⁊ deuotionis inopia quam patioꝛ. Heu mihi omnes in circuitu meo visitat dñs:ad me aũt non appropinquat. Nam aliũ quidẽ intueoꝛ singularis abstinentie:aliũ admirande patiẽtie:aliũ summe humilitatis ⁊ mansuetudinis:aliũ multe misericoꝛdie ⁊ pietatis: alium in contẽplatione frequenter excedere:hunc pulsare ⁊ penetrare celos oꝛationis instantia:aliosq; in alijs preminere virtutibus. Omnes considero ⁊ pꝛospicio feruẽtes: oẽs deuotos: oẽs i xp̃o vnanimes:oẽs donis celestib⁹ ⁊ grã affluẽtes tãq; re uera spiritales hoies:q̃s de⁹ visitat ⁊ i q̃b⁹ habitat. In me ꝟo nihil hoꝝ inuenio:qm̃ declinauit dñs in ira a seruo suo. Inde ẽ cum alij vigilant/ego doꝛmio:quando alij cantant in monasterio/ego huc ⁊ illuc discurro:quando alij in aliquo secreto loco se furant a colloquijs hominũ:vt ibi loquanẽ cũ rege angeloꝝ/ ego quero colloquia hominũ:cũ alij vacant lectionib⁹/ ego fabulis ⁊ verbis ociosis:quãdo alij discutiũt ⁊ ꝯiudicant semetipsos/ego iudico alios. Alijs placet cõmunis vita:cõmunis disciplina:⁊ commune studiũ/⁊ mihi placẽt anguli ⁊ diuerticula. Sic sic ex quo peccare potui nunq; a peccatis ⁊ malis operib⁹ cessaui:peccatis peccata semper accumulaui:⁊ peccata que aliquando operibus implere nõ potui/malis volũtatibus ⁊ malis desiderijs nunq; perficere cessaui.

Ps. xliij.

¶ De delectatione carnis. Capitulum.xxxvi.

Super omnia mala delectatio carnis que ab ipsis cunabulis semper mecũ creuit/mihi semꝑ adhesit:⁊ nec adhuc iam pre senectute deficientib⁹ mẽbꝛis me deserit:multis ⁊ varijs modis infelicẽ animã meã maculauit/dissoluit/captiuauit:⁊ omni virtute destitutã: inanem et debilem reddidit. Fateoꝛ huius operis nefarij immundis recoꝛdationib⁹ me sepe esse cõmotũ ⁊ incensum:ardoꝛes non modicos ⁊ inhonestos passum:⁊ non solũ meaꝝ delectationũ malas memoꝛias ⁊ stultas recoꝛdationes mihi nocuere:sed etiam alioꝝ malefacta mihi narrata:et per recoꝛdatiões soꝛdidas ad memoꝛiã reducta:coꝛ meũ nõ paruo veneno iniquitatis maculauere. Et in hoc miserabiliter miserabilis sum:q: non tantum doleo q̃tũ dolendũ me cognosco:sed sic securus toꝛpeo: velut quid patiar ignoꝛẽ. Hoc vero mihi est omni infelicitate miseri⁹ q; ita opere peruersus/oꝛe pollutus/coꝛde immundus ad altare accedo:⁊ chꝛisti coꝛpus manib⁹ meis pertractare non pertimesco. Accedo elatus ad humilem:iratus ad mitẽ:crudelis ad misericoꝛdẽ:⁊ tamen patitur humilis elatũ:mitis iratũ:crudelem misericoꝛs. Accedo seruus ad dñm:non amoꝛe/sed timoꝛe non deuotiõe/sed vsu. Accedo ad dñm/cui⁹ percussi seruũ. Ad patrem accedo cui⁹ occidi filiũ. Percussi verbo/occidi exẽploꝛ nec tamen pertimesco dñm:nec reuereoꝛ patrẽ. Manens in turba fratrũ turbans aliquos:⁊ ab aliquo turbatus:quandoq; accedo ad pacificũ. Appropinquo etiã talis ad osculũ pacis:qui pꝛius reconciliatus accedere debuissem ad osculũ turbati fratris. Conuincit me reuꝫ ⁊ dei inimicũ mea iniquitas:peccatum meũ sepe separauit me a deo. Idcirco obsecro te pater:vt me instruas quõ possim aut semper stare cũ deo meo:aut redire cum ab eo peccatis meis exigentibus motus fuero.

¶ Patris spiritualis ad confitentem responsio. Capitulum.xxxvij.

Confessio tua fili ad lachꝛymas me cõmouit:tũ ꝓpter me/tũ ꝓpter te:ꝓpł me fleo: qm̃ q̃cũq; de te dixisti:eadẽ fere aut similia repio in me:et multa ad mẽoꝛiã reuocasti quoꝝ oblit⁹ fuerã. Propter te gaudeo:qm̃ visitauit te oꝛiens ex alto. Non eñ longe es a regno dei. Noticia nãq; peccati initiũ est salutis. Confido in dño qm̃ quicq̃d minus est in te feruoꝛis/ et boni operis:humilitas supplebit pure confessionis. Quacunq; nãq; hoꝛa peccatoꝛ cõuersus ingemuerit/saluus erit:qm̃ coꝛ contritũ ⁊ humiliatũ de⁹ non despiciet. Tardius siquidẽ videẽ deo veniã peccatoꝛi dedisse:q̃ illi accepisse. Sic eñ festinat misericoꝛs de⁹ absoluere reũ a toꝛmẽto conscientie sue:quasi plus cruciet misericoꝛdẽ deũ/cõpassio miseri:q̃ ipm miserũ compassio sui. Qui ei vere penitet ⁊ ꝟaciter dolet:absq; dubio ⁊ absq; moꝛa indulgentiã accipiet. Et q̃to quis frequenti⁹: q̃toq; vehementi⁹/de suo reatu interno doloꝛe afficiẽ:tanto certioꝛ/tãtoq; securioꝛ de indulgẽtie venia efficiẽ. Inde est q; animam penitentie lachꝛymis afflictã:tã frequẽter q̃ libenter consolatur spiritus paraclytus. Illã frequenter visitat:illã libenter cõfoꝛtat:⁊ ad venie fiduciã plene refoꝛmat:quam sua scelera flendo dãnare:⁊ dãnando flere considerat. Incipit extũc quedã familiaritas inter deũ ⁊ animã eo q; hec se sentiat ab illo sepius visitari:⁊ et eius aduentu non tñ iam cõsolari:immo aliquotiẽs quodã ineffabili gaudio repleri. Sed ad hec quis idone⁹? Profecto vere penitens. Omnia etenĩ in cõfessione lauanẽ:conscientia mundaẽ:amaritudo tolliẽ:peccatũ fugaẽ trãquillitas redit spes reuiuiscit/animus hilarescit. Post baptismũ nullũ aliũd nobis constitutũ est remediũ q̃ cõfessionis refugiũ. Sit ergo deuota coꝛdis cõpunctio:vera oꝛis confessio:discreta carnis moꝛtificatio:repentina vitioꝝ extirpatio:leta bonoꝝ operum exhibitio. Non erubescas deo confiteri:cui non potes abscondi. Ipse eñ nouit abscondita coꝛdiũ:cui omnia nuda sunt ⁊ aperta:ante cuius conspectũ cuncta nostra peccata sunt scripta. Sed quod ibi scribit transgressio hic delet confessio. Nõ te igitur pudeat dicere:quod non puduit facere. Et si foꝛte pudoꝛ est tibi/ mihi soli peccatoꝛi peccata tua exponere:quid facturus es in die iudicij:vbi omnibus exposita tua apparebit consciẽtia? Si cogereris coꝛam multitudine nudo coꝛpoꝛe transire:non posses non erubescere:cur ergo minus confunderis/quando immunda cogitatione in mente soꝛdidaris? Cur minus erubescis pudenda coꝛdis q̃ pudenda carnis. Cur magis vereri ꝯ vultus hominũ: q̃ vultus angeloꝝ? Talis confusio separat a deo. Omnis spes venie ⁊ misericoꝛdie/est in confessione vera. Simulata nãq; cõfessio non est confessio:sed duplex confusio. Excludit enim miserationem dei miserie simulatio:nec dignatio locum habet vbi fuerit dignitatis presumptio. Prouocat vero compassionẽ humilis miserie confessio. Nulla est enim tam grauis culpa que nõ habeat veniam per puram confessionẽ. Vitia igitur coꝛdis tui ⁊ et prauas cogitatiões illico manifesta. Peccatũ enim prodiꝛtũ cito curatur. Crimen vero tacendo ampliatur. Vitium si patet: fit ex magno pusillum:si latet/fit ex minimo magnum. Nam velox confessio velociter medicinam facit. Melius est vt vites vitium:q̃ vt emendes:ne foꝛte cũ incurreris/reuocare nõ possis.

Ps. l.

Ps. xliij.

¶ Remedium ad fugiendum prauas cogitationes. Capitulum.xxxviij.

Quotiens te

Quotiens te sentis turpibus cogitationibus pulsari: et ad illicitam delectationē affici: totiens pone āte mentis oculos: quomodo christus in cruce crucifix⁹ est pro te. Intuere quō a iuda iudeis traditur: et q̃ viliter pertractatur/ blasphematur: ꝛ colaphizatur/ iudicatur ꝛ condēnaẜ: expoliaẜ ꝛ flagellaẜ: ad vltimū vero contumelijs ꝛ opprobrijs affect⁹ inter duos latrones suspenditur: clauis cruci affixus: sputis derisus: spinis coronatus: lancea p foratus: ex omnib⁹ partibus sanguis emanat: ꝛ inclinato capite emittit spiritū. Ita redēptor tu⁹ moriẜ pro te: ꝛ tu nescis cuiusmodi sordida cogitatione sordidaris in mente sufficere posset hec cogitatio ad excludendas omnes illicitas cogitatiões. Sed ecce ad alia transeamus. Considera quō morieris/ quando aliqua graui infirmitate vexat⁹: ꝛ ad extrema deductus: et ibi ad terram proiectus inter longa suspiria: ꝛ difficiles singultus inter diuersos dolores ꝛ timores animā expirabis. Tūc veniet corpus in pallorē ꝛ horrorē: in taniē ꝛ fetorē erit vermis et cibus vermiū: animā vero mox capient et rapient laruales ille facies/ que eā in exitu prestolantur. Et ex omni parte terrebūt eam demones terribiles: ꝛ horribiles. Cogita quis eam defendet a rugientib⁹: preparatis ad escam: quis consolabitur eam cū teterrima illa mōstra demonioꝝ occursantia sibi cateruatim venire videbit: aut quis deducet per ignotam regionē: Attēde etiam q̃ subito venit dies vltima/ subito venit: ꝛ forsitan hodie erit. Iam adest: iam presentaberis ante tremēdū iudicē/ accusaberis multis: ꝛ magnis offensis: non vno/ nō paucis: sed innumeris criminibus: non paruis/ sed immensis: nō dubijs/ sed certis: non breui accusatione: sed taꝫ longa q̃ longa est tota vita tua: non vno accusatore: sꝫ tot quot sunt delicta tua. Ipse iudex erit districtus accusator tuus. Omnes etiā spiritus boni ꝛ mali coram deo te accusabunt cū eo. Boni quia deo debent equitatē: mali quia tuā seruant iniquitatē. Tot iudicib⁹ ꝛ populis astabis/ quot precesserunt te in opere bono. Tot arguentibus confunderis: quot tibi prebuerunt bñ viuendi exemplū. Tot cōuinceris testibus/ quot te monuerunt bonis sermonibus et iustis actionibus. Omnibus populis nudabuntur iniquitates tue: et cunctis agminib⁹ patebunt vniuersa scelera tua: nō solū actuū verūetiam cogitationū ꝛ locutionū. Multa vero peccata tunc prouenient ex improuiso: quasi ex insidijs: que mō nō vides: ꝛ forsitan plura ꝛ terribiliora/ his que nunc vides. Vndiq̧ erunt tibi angustie: hinc erūt accusantia peccata: inde terrēs iusticia/ subtus patens horridū chaos inferni: desuper iratus iudex: intus vrens conscientia: foris ardens mundus. Si iustus vix saluabitur/ peccator sic deprehensus: in quam partē se premet. Latere erit impossibile: apparere intolerabile. In tanto discrimine torquebit te tua consciētia: male sibi ꝯscia/ cruciabūt cordis archana. Cogēte etiā ꝯsciētia: tu ipse eris accusator: ꝛ iudex tu⁹. Cōuictus teste propria ꝯscientia: ꝛ testib⁹ oculis ipsius iudicis: fugere non poteris: sed tremens ꝛ anxius stabis: suspēsus ad grauissimā sententiā in angusto periculo et in piculosa angustia: tā q̃ illico recepturus qđ in ppetuū ammittere nō poteris. Iudex tunc erit vehemēter iratus: ꝛ terribiliter district⁹: sentētia eius semel lata erit immutabilis: tortores horribiles qui nunq̃ miserenẜ erūt parati: vt data sentētia te dānatū ad tormēta rapiāt. Tormēta erūt sine interuallo: ꝛ sine tēperamēto: timor ꝯturbabit te: cū terra aperieẜ corā te: ꝛ tu rues ꝛ cades i stagnū sulfuris ardētis ꝛ fetētis. Ignis exteri⁹ carnē tuā comburet: vermis interi⁹ ꝯsciētiā corrodet: ibi eris sine fine: sine spe venie et mīe. Omnia vero gehēne supplicia supabit: deū nō videre et bonis carere: q̃ in potestate habuisti obtinere.

Sapie.i.

De mala cogitatione vitanda. Capitulum.xxxix.

Si vis oēs malas cogitatiōes a corde tuo expellere: hec sepe cogita. Ibi nāq̧ est cogitatio tua: vbi est affectio tua: ibi cor tuū/ vbi est desideriū tuum. Qm̄ illud sepi⁹ in cogitatione voluim⁹: cui⁹ amore plus affecti sumus. In cogitatione sua cadit quisq̧ vel stat. Si bona cogitas/ cogitatio tua sancta custodiet te. Si mala cogitas: spūs sctūs discipline effugiet fictū: et auferet se a cogitationib⁹ q̃ sunt sine intellectu: eritq̧ templū dei spelūca diaboli: qm̄ quē deus deserit diabol⁹ arripit. Spūs sctūs suggerit bona ꝛ dulcia: spūs malus/ mala et amara/ vana/ inutilia/ ꝛ imūda. Et iō quacūq̧ hora mala cogitatio cor tuū tāgit/ non consentias illi: nec sinas eā in corde tuo manere: sꝫ illico repelle. In initio cogitatōis iniq̃ resiste: ꝛ fugiet a te. Nā añ dei oculos nō volāt vacue cogitatiōes nostre: et nulla momēta tpis in animū trāscēdūt sine statu retributiōis. Cogitatio praua delectationē parit/ delectatio ꝯsensum/ ꝯsensus actionē/ actio ꝯsuetudinē/ ꝯsuetudo necessitatē: necessitas mortē. Sicut vipera a filijs suis in vtero positis lacerata perimiẜ: ita nos cogitatiōes nostre intra nos nutrite occidunt.

Male cogitatiōes a demonib⁹ suggeruntur. Capi.xl.

Demonū est malas cogitationes suggerere: nostrū est illico illas expellere. Nā in animo nr̄o eas iacere nostre attinet volūtati: ꝛ proprie deputaẜ culpe: volūtate nāq̧ sua cadit q̃ cadit/ ꝛ volūtate dei stat qui stat. Cogitatio tñ immūda mentē nō inquinat cū pulsat: nisi cū hāc sibi per delectationē subiugat.

De peccato superbie. Capitulum.xli.

Superbia sicut est origo oīm criminū: ita ē ruina oīm virtutū. Ipsa em̄ est in pctō prima: ipsa in ꝯflictu postrema. Ipsa aūt in exordio mentem p pctm̄ ꝯsternit: aut i fine de virtutib⁹ deijcit. Idcirco est oīm pctōꝝ pessima: qꝛ tam p virtutes q̃ per vitia humanā mentē exterminat. Cetera vitia solas illas virtutes ipetūt quib⁹ ipsa destruuntur: vt luxuria pudicitiā: ira patientiā: sola vero supbia: ꝯtra cunctas animi virtutes se erigit: ꝛ quasi gñalis ac pestifer morbus oēs corrūpit. Idcirco nisi oīa opa nostra hūilitas precesserit: comitata ꝛ ꝯsecuta fuerit: pposita quā intueamur: apposita cui adhereamus: interposita qua reprimamur: totū de manu extorquet supbia. Qualibet sit iusticia opis: apud internū iudicē nulla est: si hāc eleuat tumor mētis. Perit reuera omne qđ agitur: si non sollicite in humilitate custodiatur. Signa superbie hec sunt: clamor in locutione: amaritudo in silentio: dissolutio in hilaritate: furor in tristicia: honestas in imagine: inhonestas in actione: rancor in reprehēsione.

De inuidia et detractione vitanda. Capitulum.xlii.

Inuidia est animi tinea: sensum comedit: pect⁹ vrit: mentē afficit: cor hois quasi quedā pestis depascit: et cūcta bona ardore pestifero deuorat. Inuid⁹ alienum bonū: suum facit inuidendo pctm̄. Cū pctōres quosq̧ ꝯspicimus: nō facile eos iudicem⁹: sꝫ magis defleam⁹: qꝛ in similib⁹ aut lapsi sum⁹: aut labi possum⁹. Si vis delinquentē corrige: aperte increpa: nec occulte mordeas. Quid em̄ prodest si me nesciēte: alijs mala mea referas: Ve illi q̃ suā renuit corrigere vitā: ꝛ aliene nō desinit detrahere. Si vis detrahere: tua in te pctā retorque: nō alioꝝ delicta sꝫ propria cerne. Nunq̃ em̄ alijs detrahes/ si te bñ inspexeris. De malo alieno os tuū nō coinqnes: nō detrahas peccāti/ sꝫ ꝯdole: qm̄ graue pctm̄ est detractio. Detrahētes/ ꝛ audiētes pari reatu detinētur. Sicut irasceris alteri qñ detrahit tibi: sic irascaris tibi quādo detrahis alteri. Detractio est mordacior/ q̃ vera cordis reprehensio.

De curiositate vitanda: Capitulum.xliii.

Multos seducit curiositas. Tādiu quisq̧ sua peccata ignorat: q̃diu curiose aliena ꝯsiderat. Qui semetipsꝫ aspicit: nō querit in qđ alijs frequēter rephendat: sꝫ in semetipso quid lugeat. Qđ inter se loquunẜ hoies/ nunq̃ scire desideres. Omne etiā gen⁹ mēdacij summopere fuge. Nec casu: nec studio loquaris falsum: qꝛ os quod mentiẜ occidit animā. Per nullā fallaciā vitā alicui⁹ defendas. Fuge inhonesta verba: reijce verbum qđ nō edificat audiētes. Vanus em̄ sermo cito polluit mentē: ꝛ facile agiẜ qđ libēter auditur. Van⁹ em̄ sermo vane ꝯsciētie est index. Mores hominis lingua pādit: ꝛ qualis sermo ostendiẜ/ talis animus cōprobaẜ: qm̄ ex abundātia cordis os loquiẜ. Sermo van⁹: nō erit absq̧ iudicio: qꝛ ab omni rectitudinis statu depereūt/ qui p verba vana dilabunẜ. Qui laudē nō appetit: nec ꝯtumeliā sentit. Discerne te tuo iudicio nō alieno. Nemo em̄ magis scire pōt qs sis: sicut tu q̃ consci⁹ es tibi. Quid em̄ pdest dū malus es: si bon⁹ ꝑdiceris: Qualis haberi vis: talis esto. Si sapiēs fueris te semper habebis eūdē. Stude loq̃ nō quodlibet/ sꝫ qđ oportet. Qui ociosum verbū nō reprimit: ad noxia cito trāsit. Magna virtus est si nō ledas a quo lesus es: magna gloria est si cui nocere potuisti parcas. Nobile vindicte genus est ignoscere victo. Quicquid tibi ꝯtigerit aduersi: p tuo pctō euenit tibi. Tēpera ergo dolorē tuū: ꝛ dic: iuxta moduꝫ delictoꝝ parua daẜ vltio. Mala alioꝝ bono tuo supera. Vince maliciā bonitate: detrahētiū errores/ dissimulādo calca: nō sis in pace infidus: nec leuis i amicitia. Odiētes ad pacē inuita: discordātes ad ꝯcordiā reuoca.

Sapie.i.

Mat.xii.

De prauitate conscientie. Capitulum.xliiii.

Consciētia hominis abyssus multa. Sicut ei abyssus exhauriri non potest: sic cor hominis euacuari a cogitationibus suis non potest: sed continua volubilitate in eo voluunẜ: mare magnū est ꝛ spaciosum manibus/ illic reptilia quoꝝ non est numerus. Sicut enim reptile latē terrepit/ ꝛ sinuosis amfractibus huc ꝛ illuc deābulat/ ita cōscientiam hominis venenate cogitationes intrāt ꝛ exeūt/ vt nesciat homo vnde veniant/ aut quo vadant. Hoc bene cognouerat qui dicebat. Prauum est cor hominis: ꝛ inscrutabile: ꝛ quis cognoscet illud quod scrutationem non recipit nec cognitionem.

Ps.ciii.

Hie.xvii.

Nulla pena grauior est q̃ praua conscientia. Ca.xlv.

Nulla pena grauior est: quam mala conscientia. Mala conscientia propriis agitatur stimulis. Si publica fama te non dãnat: propria conscientia te condẽnat: quoniam nemo potest seipsum fugere. Vis nunquam esse tristis: Bene viue. Bona vita semper gaudiũ habet: conscientia rei semper in pena est. Ita clemens esto in alienis delictis: sicut in tuis: nec quenquam districtius quam te iudices: sic alios iudica vt ipse iudicari cupis. Lex tua te constringit. Iudiciuz quod aliis imponis: ipse portabis. Nullũ ante iudiciũ condẽnes: ante proba: et sic iudica. Non enim qui accusatur: sed qui cõuincitur reus est. Valde periculosum est de suspitione quempiaz iudicare. In ambiguis/dei iudicio serua sententiã. Non eligas cui miserearis: ne forte pretereas illũ/qui meretur accipere. Omnibus te tribue si potes: quoniam incertum est pro quo magis placeas deo. Maior sit beniuolentia quam quod datur: quoniam tale erit opus tuum qualis fuerit intẽtio tua. Qui cũ tristicia manum porrigit/fructum remunerationis amittit. Non est misericordia: vbi non est beniuolentia. Non auferas vni vnde tribuas alteri: quoniam nihil prodest si inde aliũ reficis vnde aliũ inanẽ facis. Abiice a te quicquid tuuz bonum propositũ impedire potest: contẽne viuens que post mortem habere non potes. Difficile est immo impossibile: vt presentibus quis fruatur bonis et futuris: vt hic ventrẽ et illic mentez impleat: vt de deliciis transeat ad delitias: vt in terra et in celo gloriosus appareat. Si vis cũ leticia animi viuere: noli multa habere. Istam quisque finiens vitam: nisi quod meruit in ipsa/nõ potest habere post ipsam. Eo namque inferius delectamur: tanto a superno amore disiũgimur. Nullus sit casus quẽ non meditatio tua preueniat: nullus sit casus qui te imperatum inueniat. Propone nihil esse quod tibi accidere nõ possit. Vita foueaz in quam vides aliũ coram te cecidisse. Aliorum perditio/tua sit cautio. Dũ nescimus repẽte mors venit. Nescimus enim quid hodie nobis contingat: et ignoramus si hac nocte animã nostram conditio mortis deposcat. Quotidie ad finem vite tendimus: et ad mortẽ properamus. Idcirco singulis horis cogitare debemus: quo singulis momentis properamus. Unde dominus ait per prophetam. Perditio tua israel ex te tantum: in me auxiliũ tuũ. Quasi diceret. Ut pereas imputa tuo merito: vt salueris meo auxilio. Nunquam oportet penitentẽ habere securitatẽ de peccatis. Nã securitas negligẽtiam parit: et sepe incautũ ad vitia transacta reducit. Non solũ grauia: sed et leuia cauenda sunt peccata. Multa enim leuia vnũ grande efficiunt: sicut solent de paruis et minimis guttis immensa flumina crescere. Non est dubiũ quod qui casti perseuerant et virgines: angelis dei efficiuntur equales.

Osee.xiij. — Mat.xxij.

De improba ventris importunitate. Capitulũ.xlvi.

Nullus homini tam improbus exactor est: quam venter qui quotidiana famis exactione te vrget. Cũ ceteris vitiis: et si interdum nascimur: interdum tamen cũ eis nõ morimur. Sed cũ isto nascimur: et cum isto morimur. Multis creditoribus reliquit me obnoxium pater meus: sed ab omnibus liberatus sum. Unus tamen superest a quo liberari nõ possum id est venter. Venter precepta non audit/poscit/appellat: non est tamen molestus creditor: paruo dimittitur si modo dederis ei quod debes/non quod potes. Quosdam presciens deus peccare posse: in salutem flagellat eos infirmitate corporis ne peccent: vt eis vtilius sit frangi lãguoribus ad salutẽ/quam remanere incolumes ad dãnationem. Est perniciosa sanitas: que ad inobediẽtiã ducit: est et salubris infirmitas: que per diuinã correptionẽ mentẽ a duricia frangit et humiliat.

Quomodo diabolus sagaciter et multiformiter nos temptat. Capitulum.xlvij.

Diabolus quando decipere quenquam tẽptat: prius naturã vniuscuiusque intẽdit: et inde se applicat vnde aptũ hominem ad peccãdũ aspicit. Blandis et lenibus mẽtibus: luxuriã aut vanã gloriã proponit: asperis vero mẽtibus: irã/superbiã/vel crudelitatẽ. Aduersarius noster cuz ab exteriori sensualitate se videt exclusum: interiora collectis viribus aggreditur et ingreditur: sed spiritualis homo qui omnia iudicat: eius astutias non ignorat reprimit quod potest: quod nõ potest tolerat: quia et si latratũ canis sustinet/morsum nõ timet. Mordet cũ ad consensum pertrahit: latrat cũ suggerit: et tũc nõ vulnerat sed coronat: quoniam et si resistẽtem fatigat: non obligat nisi consentientem.

j.Cor.ij.

De oratione et modo orandi. Capitulum.xlviij.

Oratio est mẽtis deuotio. i. cõuersio in deũ per piũ/et humilẽ affectũ. Humilẽ ex cõsciẽtia infirmitatis proprie: piũ ex consideratiõe diuine clemẽtie. Nullo alio modo deus citius ad misericordiã flectitur: quam si animus deprecãtis ad eũ toto deuotiõis affectu conuertatur. Nil ita deũ cõplectitur: quẽadmodũ purus mẽtis affectus. Idcirco cũ orare volueris: solus sollicitudinẽ cordis tui ingredere: et collecto spiritu tuo integra mẽte et vacuus curis: orationis domũ intrans stãs corã deo ante vnũ aliquod de altaribus orationis instãtia celos penetra: et presentatus choris celestiũ in ipsorum presentia miserias et calamitates quas pateris miserãdus deplora. Prode tuã necessitatẽ: posce eorum pietatẽ: et ego cõfido in eo quod dixit. Petite et accipietis: quoniam si perseueraueris pulsans: nõ exibis inde vacuus. Sic ora cũ oraueris: quasi sis assumptus et presentatus ante faciẽ maiestatis in excelso throno: vbi milia miliũ ministrãt ei: et decies centena milia assistũt ei. Tunc veraciter oramus: quando aliũde non cogitamus. Sine intermissione orare debemus. Nam sicut nullũ est momentũ quo homo nõ fruatur: aut vtatur/dei pietate et misericordia: sic nullũ debet esse momentũ quo eũ presentẽ non habeat in memoria. Felix anima que omnes euagationes mentis in vnũ studet colligere: et in illo vere felicitatis fonte desideriũ figere. Quãdo oramus: spiritũ sanctũ ad nos vocamus. Oratio cordis est/nõ labiorum. Neque enim verba deprecãtis deus intẽdit: sed orãtis cor aspicit. Vis virtutes tuas augere: prodere noli. Quod manifestãdo potes amittere tacendo custodi. Quibusdam enim cõcessum est tamen bene agere: et fructũ boni operis nõ habere: quod ipsi sibi auferũt per studiũ humane iactãtie. Sicut glacies calore dissoluitur: ita virtus ore laudantis.

Luce.xi. — Deu.vi. — j.Thes.v.

Tumultus carnalium cogitationuz impedit orantẽ. Capitulum.xlix.

Cum ad cor meũ redire volo: desideriorum carnaliũ turbe tumultusque vitiorum: temptationibus suis cogitationem meam dissipant: et intentionẽ cordis in oratione perturbant. Et dũ conuerti ad deum post perpetrata vitia studeo: et contra hec eadez vitia que perpetraui illũ exorare conor: occurrũt cordi fantasmata peccatorum que feci: et mentis mee aciem reuerberant/confundũt animũ: et deprecationis mee vocem premũt. Ita mala que feci cogitationi mee suis imaginibus impressa: in ipsa mea oratione me conturbant. Ceterũ quanto grauiore tumultu cogitationũ carnaliũ premor: tanto ardentius orationi insistere debeo. Et quantũ peccatorum meorum fantasmata in oratione plerumque patior: tantum necesse est vt intentio cordis mei quo durius repellitur: tanto valentius insistat orationi: quatinus cogitationis illicite tumultuz superet: atque ad pias aures domini/nimietate sue importunitatis tãdiu irrũpat/donec cogitationes malas manu sancti desiderii ab oculis cordis abigat. Hec est vera tranquilitas: cũ tota mens in seipsa colligitur: et in vno eternitatis desiderio immobiliter figitur. Debet proinde fluctuationẽ cordis restringere: et ad vnius veri gaudii desideriũ: cogitationũ et affectionum motus colligere.

De vitiis lingue. Capitulum.l.

Multum loqui stulticia est: quoniam in multiloquio peccatũ deesse non potest. Lingua dicitur quia lingit. Lingit adulãdo: mordet detrahendo occidit mentiendo. Ligat et ligari non potest: labilis est: et teneri non potest: sed labitur et fallitur. Labitur vt anguilla: penetrat vt sagitta: tollit amicos: multiplicat inimicos: mouet rixas: seminat discordias. Uno ictu multos percutit et interficit. Blanda est et subdola: lata et parata ad exhauriẽda bona/et miscẽda mala. Qui custodit linguã suã custodit animã suam: quoniam mors et vita in potestate lingue est. Qui linguã suam et ventrẽ custodire nõ potest/monachus nõ est. Cuius peccatũ quisquis sequitur: necesse est vt eius penam sequatur. Uniuscuiusque casus tanto maioris est criminis: quanto priusquam caderet maioris erat virtutis. Per que peccasti: per hec et torqueberis. Secutus es carnẽ/flagellaberis in carne. Crimen non est in rebus sed in vsu agentis. Sepe prolixa lectio/lõgitudinis causa: memoriam legentis oblitterat.

De cantu et iuramento: et quare deus nõ semper exaudit petitionem orantis. Capitulum.li.

Sunt quidã voce dissoluti: qui vocis sue modulatiõe gloriantur: nec tamen gaudẽt de dono gratie: sed etiã alios spernũt. Tumẽtes elatiõe: aliud cantãt quam libri habeant: tãta est leuitas vocis/forsitan et mẽtis. Cantant vt placeant populo: magis quam deo. Si sic cantas vt ab aliis laudẽ queras/vocẽ tuã vendis: et facis eã nõ tuã/sed suã. Habes in potestate vocẽ tuã: habeto et animũ. Frangis vocem/frange et volũtatẽ. Seruas consonantiã vocũ: serua et concordiam morum: vt per exẽplũ concordes proximo: per voluntatẽ deo: per obediẽtiã magistro. Caue ne sicut delectaris altitudine vocis delecteris elatione mentis. Nec diuiti obsunt opes si eis bene vtatur: nec pauperez egestas cõmendabilẽ facit: si inter inopiã sordes peccati non caueat. Quacunque arte verborum quis iuret: deus qui consciẽtie testis est/ita hoc accipit: sicut ille cui hoc iuratur intelligit: qui vero dupliciter iurat: dupliciter reus fit: quia et nomen domini in vanũ assumit: et proximũ dolo capit. Sepe deus hic

punitri

puniri tolerat: quos ad salutē perpetuam parat. Iocunditas cordis est vita hois. Cor prauum dabit tristiciam. Omnis boni impedimētum est tristicia. Humilitas nec ipsa irascitur: nec alios irasci permittit. Humilitas est si quādo peccauerit in te frater tuus: anteꝙ illū peccasse peniteat/dimiseris illi. Unusquisq; talem indulgētiam accepturus est a deo: qualē ipse dederit proximo suo in se peccanti. Frustra deū propiciari sibi querit: q̄ cito placari proximo negligit. In tua infirmitate nō te despicias: sz ora deū/ ⁊ curabit te. Sepe multos deus nō exaudit ad volūtatem/ vt exaudiat ad salutē. Duob9 modis oratio impeditur/ ne impetrare quis valeat postulata: hoc est si aut mala quisq; committit: aut si delinquenti in se debita non dimittit.

De vera confessione ⁊ vera penitentia. Capitulū. lij.

Vera cōfessio ⁊ vera penitentia est: quando sic penitet hominē peccasse: vt crimē non repetat. Nihil peius est/ ꝙ culpā cognoscere nec deflere. Si videris aliquando persecutorē tuum nimis seuientē: scito quia ab ascensore suo demone perurgetur. Omnis homo qui aliū in corpore persequitur: prius ipse in corde persecutionem sustinere cognoscitur.

De perfectione humilitatis. Capitulum. liij.

Super tria firma sedet humilitatis pfectio: vt attēdat homo quid fuit añ ortum: quid est ab ortu vsq; ad occasum: quid erit post hanc vitā. Unde enim superbiat homo/ rememorās ꝙ fuit vile semen: et sanguis coagulat9 in vtero: postmodū in deserto huius vite miserus expositus/ ⁊ peccato tandem cinis/ ⁊ esca vermiū futurus in tumulo. Unde superbit homo: cuius cōceptio culpa/ nasci pena: labor vita: necesse mori: quando/ vel quomodo: vel vbi nescire.

De cordis instabilitate. Capitulum. liiij.

Solus solitudinem cordis mei ingrediar: ⁊ cum corde meo paulisper confabulabor: ab ipso querens de ipso et de his que circa ipsum sunt. Cor meum/ cor prauum: vanum ⁊ vagum: omni volubilitate volubilius: de vno in aliud vago incessu transit: querēs requiē vbi nō est. In omnibus enim que videntur/ requiē quesiuit: verā requiē in eis inuenire non potuit. Deinde rediēs ad me/ cōsistere in me ipso nō possum: quoniā mens mea valde leuis: multūq; instabilis: vaga ⁊ profuga: vbiq; se variat: vndiq; fluctuat: quia vult et non vult: pigra consilia mutat: volūtates alternat: similis folio quod a vento mouetur ⁊ circūfertur. Unde est ꝙ cogitationes mee vane ⁊ importune me trahūt: ⁊ ducunt modo ad forum: mō ad litigia altercantiū: nunc ad cōuiuia pinguiū: nunc ad immūda libidinum. Modo sordida titillatione caro inflāmatur: nūc vero feda cogitatione animus sordidatur: ⁊ cū cōfusionis meē caliginem declinare volo/ non valeo. Sic sic dū me diligenter inspicio: intolerare meipsum non possum. Nō est enim hora diei nec momentū tēporis: quo creatorem meū in aliquo non offendam: ⁊ imaginē suam in me aliquo modo non obfuscem. Uitam meam cū diligenter exploro: quotidiana confessione confiteri non possum pessima vicioꝝ germina que in me quotidie repullulant. Ecce audisti pater abominationes meas malas ⁊ pessimas: ⁊ adhuc scias multo peiora ⁊ iniquiora in angulis cordis mei latere: que ad lucē vere confessionis venire erubesco. Uerumtamen si dei consiliū habes: consule quid agendū sit.

Responsio ad remediū instabilitatis inquiete mētis. Capitulum. lv.

Cum per prauas ineptasq; cogitationes vaga mente discurris: deceptoriis spiritibus temptandi aditū in te aperis. Et ita a deo separas: q̄n puerse cogitatiōes separant a deo: ⁊ spūs sanct9 discipline effugiet fictū: ⁊ auferet se a cogitatiōibus q̄ sunt sine intellectu. Sapie. i. Mens vero instabilis et inquieta: dū semper nititur apprehēdere qđ appetit: desiderijs suis circūagitata nunꝙ requiescit. Idcirco in vno eternitatis desiderio imobiliter debet figi. Peccata aūt tua confiteri nō erubescas: qm̄ oīa in ꝯfessiōe lauant: ⁊ nullū pcm̄ dimittit nisi pri9 confiteat. Prosequere igitur: et si ad pfectam sanitatē peruenire desideras: quicqđ ꝯsciētie stomachū grauat: totū vomitū pure ꝯfessionis euomere nō differas. Uir9 enī vitioꝝ nisi festināter eiciat: pri9 interiora corrūpit: deīde ad exteriora ebulliēs: totū corp9 occupat ⁊ maculat.

Cogitationes et affectiones in vnum conueniunt vt mentem decipiant. Capitulum. lvj.

Quoniam egyptium tuum non abominaris: sed foues et instruis: manifestabo tibi non solū peccata actionum: verumetiam cogitationum. Audi ergo miseriā meam. Sepe veniunt ad mentem meā cogitationes innumere: et surgunt affectiones multe: ⁊ sollicitant me de cura corporis: ⁊ suggerunt multa de vsibus necessitatis. Conueniunt ibi ad consulendum: veraciter autem ad decipiendum: ⁊ congregantur consiliarii multi: ⁊ consiliatores vani: immo deceptores veri. Congregantur autem quasi in cōsiliū vnū: et quasi ad querendum consilium bonum: ⁊ dantur in commune consilia multa: sed inutilia ⁊ vana: quia consilium vanitatis est: ⁊ totum eorū consilium de vanitate est. Suadent mihi sanguinē minuere: vt possim pausare ⁊ lautiores cibos sumere: remanere de vigilijs: vt satis possim dormire. Consulunt corpus recreare ne deficiat: carnem fouere ne tabescat: abstinentiā aliquantulum relaxare: quieti parumper indulgere: ⁊ in hunc modum agitur de cura corporis: cura superflua: ⁊ de vanitate ventilatur questio vana: et super huiusmodi inutili negocio consumitur sepe hora vna.

Hic ostenditur cogitationibus et affectionibus malis esse resistendum. Capitulum. lvij.

Qui carnis sue desiderijs non resistit: ⁊ motus cordis sui custodire negligit: ita tandē praua consuetudine illigatur: vt postmodum etiā volens eis resistere non possit. Propterea quotiens huiusmodi cōsiliarios improbos ⁊ iniquos in vnū cōuenire senties: non eis cōsentias: sed illico excute te: nunc ad orationē/ modo ad operationem: sepe autē ad meditationem: nec prius cesses: donec illi euanescant. Intuere quomodo xp̄s stetit in cruce: cōsidera quomodo morieris: vel vbi/ vel quādo: statue te ante terrificū tribunal tremendi iudicis: descende vsq; ad infernū inferiorem: ⁊ ibi cerne quomodo pro peccatis suis anime puniuntur. Talis etenim cogitatio probatissimum remedium est contra turpes cogitationes.

Uoluptates siue consolationes: sunt anime delationes. Capitulum. lviij.

Quoniā ūba delictorū meoꝝ audire non dedignaris sed patienter auscultas: fateri oportet quod adhuc fatendum est. Cum supradictis cōsiliarijs iniquis et iniqua consulētibus acquiesco et eorū consilia libenter recipio: adsunt subito cogitationes praue: assurgunt affectiones peruerse: multū sollicite/ sed parū discrete quomodo carnē meā delicatissime foueā: que ꝙtūcunq; suauissime nutriatur semper caro est. Differunt mihi infirmitoriū: sed qm̄ turpe est in illo diu pmanere: equitandi occasionem querūt ⁊ inueniunt: Nec mora equiparantur: cadi implentur: hospitia eliguntur: ⁊ que sunt necessaria in via ligātur ⁊ parātur. Uocor: ⁊ vocatus venio. Iniūgitur mihi obediētia illa: ego vero metuēs: ex meo desiderio vilescere recusare/ qđ corde desidero: acquiesco tanꝙ coact9/ ⁊ idō leti9 ascēdo ⁊ iter arripio. Proh dolor religio relinquitur: et silētiū rūpitur: hinc inde volāt ūba vana ⁊ inutilia: forsitan ⁊ detractoria. Sic ꝯfabulando sepe consumitur dies integra. Uenio ad hospitium: assideo ad mensam: apponitur panis albus ⁊ vinum bonū/ pisces: et caseus/ oua. ⁊c. Interea recurrit animus me9 ad fratres qui sunt in conuentu: ⁊ graue est mihi vt dissimiliter ab eis reficiar et epuler splendide illis aride reficiētibus: ⁊ remordet me conscientia mea si pro faba piscem: si pro cepe seu milio caseū: si pro mica gastellum ad refectionem sumam/ si vinum bibā: ⁊ fratres aquam. Gula vero expectationis impatiens: incitat ⁊ instigat vt comedam et bibam. Dicit enim. Non debes esse molestus ei qui te charitatiue suscepit: sed ad nutū illius te per omnia debes habere: ⁊ monitis illius libenter obedire: ⁊ impensa beneficia cum gratiarum actione percipere: quoniam nihil respuendum est: quod cum charitate offertur. Charitatis est vt qđ ille tibi apponit: cum ipso pariter de eodem sumas/ ne scandalizetur si viderit te aliud ꝙ se comedere. Ita ergo fac vt conuenit. Cōmunica ⁊ participa cum hospite: sicut scriptum est. Comedētes et bibentes/ que apud illos sunt. Luce. x. Ego vero his persuasionibus victus: communico ⁊ participo cū hospite pro hospite. Et quoniam de alieno ministratur et non de proprio: incipio mihi esse indulgentior et manu largior. Prosequor causam pro qua veni ad mensam. Nam comedo ⁊ bibo prolixe sicut mos est: ⁊ multiplicantur fercula ⁊ pocula/ donec ⁊ venter grauetur ⁊ cerebrū turbetur: nec arguitur superfluitas: quam excusat hospitalitas. Sic sui mei oblitus/ dum gule appetitum sequor: obliuisci mox incipio quid faciant fratres in refectorio: ⁊ cadit a memoria faba/ caulis/ panis/ durus/ ⁊ aque potus. Sicut fabula: sic est vita mea. Timeo etiam ne egomet sic fabulando/ fabula efficiar: si sine bonis operib9 inueniar. Dicito ergo mihi quid debeo facere: et quomodo possim gulam continere: ne tam parui budelli seruus efficiar.

De pugna et victoria gule contra incautos. Capitulum. lix.

Ulla semper est in pugna ⁊ in culpa. Siue māduces siue bibas/adest illa tecum pugnatura si bene non pugnas certe vinceris ab illa: que cum multis pugnat: ⁊ a paucis expugnatur. Tu ergo tanto vehementius illam expugna: quanto manifestius illam esse expugnandam cognoscis. Et quoniam ad dei cognitionē peruenire non potes/nisi per cognitionē tui: iterū atq; iterū discute teipsum: nisi forte aliquid in te lateat quod deo displiceat. Uidere enim deū non potes/nisi mūdo corde. Nec fiat cor iocūdū nisi prius fiat mundū ab omni contagione.

De ficta confessione. Capitulum. lx.

Ulta habeo adhuc tibi dicere: sed cōfiteri erubesco. Ueruntamen quia aliter deū videre non possuz: aperiam tibi cor meū. Fateor quoniā peccata mea recogitare neglexi: ⁊ io multa obliuioni tradidi. Cognita aūt non omnia confessus sum/propter multitudinem. Que vero confessus sum/non pure sum confessus propter turpitudinē: aut omnino celaui. Que autem siue bene siue male sum confessus/non digne fleui propter vetustatem: ⁊ inueteratam consuetudinē. Confessus sum cui non debui: ⁊ cui confiteri debui celaui ⁊ quod peius est de confessione inanē gloriā quesiui. Manifesta vero peccata excusaui: cū de illis conuictus fui/vel (quod deterius est) defendi. Culpam meam pre rubore confusionis palliaui. Sic sic peccatis peccata semper accumulo: ⁊ vitam meam quotidie corrigere dispono: semper autem de die in diem differo: ⁊ dū hoc in futuro fieri propono: fit vt illud futurum semper sit futurum: immo fortassis nunq̄ futurū. Domine deus meus q̄diu ponam consilia in anima mea. Que vtilitas in sanguine meo/dum descendo in corruptionē? Non est vitium cui aliquo modo non seruierim. Omnia enim contendunt de me/cuius potissimuz videar. Uerūtamen super omnia vitia: inuidia me persequitur. Pestis hec vbiq; me torquet. Da ergo consilium: quomodo illam effugere valeam.

Ps. xij.
Ps. xxix.

De inuidia que interdum sub specie sanctitatis exercet iniurias suas. Capitulum. lxi.

Ristius inuidiā nihil est: q̄ protinus ipsum actorem torquet excruciatq; suū. Omnino igitur fugienda est ⁊ execranda qm̄ in illa deus offendit/ prim⁹ leditur: animus affligit. Inuidia etenī semper torq̄t possessoris sui animuz: quis sepe ledere non possit suum erga quez seuit proximū. Sed cū mala sit omnis inuidia: pessima tn̄ est huius mali species q̄ sub specie sanctitatis suas exercet iniurias. Sepe em̄ qn̄ seuit in proximū: ex vitio iracundie: vel veneno inuidie: fingit sibi cogitatio ꝙ faciat illud zelo iusticie. Lesus nāq; quilibet proximo suo: non iam eū facile respicere potest simplici oculo. Displicet sibi quicq̄d ab illo fieri considerat. Omni fere hora tacita apud se cogitatione illū accusat. Surgūt cause quotidie innumere q̄ illū culpabilē ostendūt: occurrūt rationes multe: que illū reū: illū esse puniendum ꝯuincūt. Crescit aūt sepe eo vsq; malū: vt apud deū esse credat se reū: nisi illum seuerius corripiat: ⁊ de sua peruersitate redarguat. Loquitur enim apud se huiusmodi maligna cogitatio. Usq; quo illū talē tolero? Consentire ei comprobor si eum non corripio: consentiens aūt deū offendo: corripiaz ergo eū ne deū offendam/nihil enim pro mea/sed pro dei iniuria vlciscēda: totū facio: immo sic illū sibi restituam. Proximū enim corripere ⁊ eū castigare: hoc non est proximo nocere: sz prodesse velle. Sic sepe apud se loquitur maligna cogitatio: excecauit enim eā malicia sua. Et putat odiū suū amorē esse: ⁊ iniuria sua iusticiā exercere. Conueniunt itaq; vndiq; huiusmodi maligne cogitatiōes ad mentē: ⁊ fingūt se ad obsequiū dei conuenire/non autē suuz odiū exercere velle. Considera ergo adhuc frequenter: cogita vehementer: inuestiga diligenter conscientiam tuam: vt scias quid corrigere: seu etiā vnde debeas gratias agere. Ualde enim vtile/⁊ pernecessariū est: vt scias quid desit tibi/quid vis/quid cupis/⁊ quid habere optas.

De multiplici vaga ⁊ varia cognitione mentis ⁊ cordis velocitate/⁊ alienatione. Capitulum. lxij.

Acilius athomos mūdi possem dinumerare q̄ motus cordis mei. Uelocitas animalium ⁊ volatilium meis motibus equipari non potest. Cogitationes meas non est qui possit comprehendere. Desideriorum meorum non est modus. Nunc illa/nunc ista cogito ⁊ desidero: nec ista nec illa habere possum. Dū corpore vaco/cogitationibus per diuersa loca vagor: nulla hora nullo tēporis momento quiesco: sed in momento in ictu oculi: per multa spacia locoꝝ discurrēs/nouas creaturas creo ⁊ iterū easdaz eadem facilitate deleo: vel alio atq; alio modo multipliciter vario illō vel illud habere desidero. talis vel talis esse cupio: que si deus illud dare vel talem facere nescierit: aut non potuerit.

Que cogitanda sunt: vt cor ab illicita cogitatione remoueatur. Capitulum. lxiij.

Custos cordis: q̄ modicū ⁊ cupidū cor habes: paruum est: et magna cupit. Uix ad vnius milui refectionem sufficere posset: ⁊ totus mundus ei nō sufficit. Solo corde: per totū mūdū vago motu discurris. Sine pedib⁹ curris sine manib⁹ operaris: alas non habes et volare non cessas. Diuitias quotidie congregas: et satiari non potes/epulas ad refectionem paras: et inde non comedis/hec ⁊ illa cogitas: ⁊ falsum est qd̄ cogitas. Audi quomodo: vt de cetero tibi caueas. Forsitan cogitas mō de sole: vl̄ de aliquo amico tuo aut de teipō. Si vnus est sol: falsus est iste quem tu cogitans fingis: quoniam ille certis locis ⁊ tēporibus cursum suū peragit: istū vero cōstituis vbi vis. Si vnus est ille amicus tuus: falsus est iste quem cogitans fingis: quoniaz ille vbi sit nescis: istū aūt vbi vis fingis. Porro teipsum hoc esse loco sentis: ⁊ tamen figmento cogitationis vadis vbi vis: et loq̄ris cum quibus vis: ⁊ hoc veruz non est: quia modo ibi non est. Quoniam ergo falsa sunt hec: noli amodo talia cogitare sz iacta cogitatū tuū in domino qui te fecit ⁊ refecit/elegit ⁊ vocauit iudicabit ⁊ saluabit. O q̄ti hac hora cū eo loquuntur: eumq; in semetipsis amplexantur/tu vero in his delectaris que pereunt ⁊ transeunt: ⁊ tecū manere non possunt. Cōsidera q̄ multi modo moriuntur: quibus si hec hora ad agendam penitentiā cōcederetur/que tibi concessa est: quomodo per altaria ⁊ q̄ festinanter currerent: ⁊ ibi flexis genibus: vel certe toto corpore in terra ꝓstrato: tandiu suspirarent/plorarent: ⁊ orarent: donec plenissimam peccatoꝝ veniam a deo consequi mererentur. Tu vero comedendo: bibendo/iocando/et ridendo/ tempus ociose viuendo perdis: quod tibi indulserat deus ad aquirendam gratiam/⁊ ad promerendam gloriam. Cogita etiam quot anime in inferno nunc cruciantur sine spe venie ⁊ misericordie. Si amor dei te tenere non potest: saltē teneat ⁊ terreat timor iudicij: metus gehenne: laquei mortis: dolores inferni/ignis vrēs vermis corrodens: sulfur fetens: flamma tartarea ⁊ omnia mala. Discute adhuc teipsum: vt scias quid desit tibi ne in illa vltima discussione corā omnib⁹ confundaris: si inuenta fuerit in te iniq̄tas.

De multiplici volubilitate cogitationuz. Cap. lxiiij.

Igne pensare et sufficienter estimare non valeo: que sit illa tam multiplex cogitationū mearū volubilitas: ⁊ tam inquieta ⁊ infatigabilis velocitas: que per tam multa: tam varia: tā infinita discurrere me facit. Nulla enim hora ⁊ nullo tēporis momento quiescere possum: sed p infinita spacia locoꝝ: ⁊ volumina tempoꝝ mira festinatione pertrāseo. Undiq; patet mihi facilis transit⁹: agilis discursus: de summis ad ima: et de imis ad summa: de pmis ad nouissima de nouissimis ad prima. Digne explicare non possum/quod alternationis modos momentaneis permutationibus induo: ⁊ q̄ multiformiter me alternantiū vicissitudinū moribus variare consueui: et quibus perturbationibus quotidie afficior. Modo me in fiduciam erigo: modo in diffidentiā cado. Nūc per constantiā figor: nunc subitaneo terrore concutior. Modo me turbat ira: modo ingēs furor exagitat. Nec illud adeo mirū ꝙ varijs qualitatib⁹: diuersisq; perturbationibus per singula momenta afficior: sed illud supra modū stupendū ꝙ sub eodem pene momento sepe contrarijs affectionib⁹ tangor: nūc odio nūc amore ducor: modo gaudio modo merore detrahor. Et sepe inter mira gratulationis mee tripudia / superueniens subitoq; emergens tristitie causa me vehementer concutit ac deijcit: ⁊ omnē illaz exultantis animi mei solennitatē subito in merorē vertit. Sepe diu multumq; dilecta/nimio postmodū odio prosequor: ⁊ vehemēter approbata atq; desiderata subito detestor. Sed quis omniū mearum affectionū qualitates enumeret: q̄s oēs variatiōis mee modos explicare sufficiat? Pene quot sunt diuersitates reruz: tot sunt varietates affectionū mearum.

Q bonum sit ꝙ homo seipsum cognoscat. Capi. lxv.

Um inter omnia animalia humanū genus tum digniori forma: tū digniori potentia dignius reperiatur nulla scientia melior est illa qua cognoscit homo seipsum. Relinque ergo cetera: ⁊ teipsuz discute: ⁊ per te curre: et in te consiste. A te incipiat cogitatio tua/⁊ in te finiatur: nec frustra i alia distendaris te neglecto. Preter salutem tuam nihil cogites: quoniam in acquisitione salutis tue: nemo est tibi germanior: nemo propinquior teipso. Si vero aliquid cogitationi tue se offerat: quod non quoquomodo ad tuipsius salutē pertineat: illico respue ⁊ expue: vt semper te possis inspicere/et de cognitione tui venire ad cognitionem dei. Agnoscere se debet homo ad que bona sit naturaliter promptior: vel ad que mala procliuior quibus studijs

bus studijs debeat vehementi⁹ insistere: cõtra que mala debeat instãtius vigilare: quibus exercitiis valeat melius promoueri: qb⁹ vitijs valeat facili⁹ corrũpi: qb⁹ culpis subiaceat: vel qb⁹ meritis emineat: ꝛ quid pro his pene/vel premij expectare debeat: quantũ quotidie proficiat/vel deficiat: cũ quanta animi industria satagat preterita mala flere: presentia declinare/ futura preuenire: cũ quanta animi constãtia studeat reparare bona amissa/custodire ꝛ multiplicare possessa. O ꝙ necessaria discussio: ꝙ miranda speculatio: tot animi virtutes: tot eius exercitationes/tot eius studia vel merita pre oculis habere: ꝛ huiuscemodi contemplationi diutius inherere. Suspende ergo animũ tuum ab inferiorꝫ amore: ne forte de sublimib⁹ eiectus/ꝛ de loco voluptatis a propria concupiscentia abstractus et illectus: post concupiscentias tuas eat: ꝛ vagus fiat ꝛ profugus sup terram. Denique si cupis implere dominicũ preceptũ: omni custodia serua cor tuũ. Nescit enim quid de spiritu angelico quid de spiritu diuino sentire debeat: qui suũ prius non cogitat. Nihil recte existimat: qui seipsum ignorat. Nescit ꝙ sub pedibus suis omnis mũdana gloria subiaceat: qui conditionis sue dignitatẽ nõ pensat. O custos cordis si nondũ es idoneus intrare ad teipsum quomodo ad illa rimanda idoneus eris/que sunt intra: vel supra teipsum? Si necdũ dignus es intrare tabernaculũ primum qua fronte presumis ingredi tabernaculũ secundum: hoc est in sancta sanctorꝫ? Si nondũ moliri potes gressus altos: vt cum domino Iesu/vel saltem cũ Moyse ascendas in montem excelsum: qua presumptione paras volare in celuꝫ? Prius redi ad te ꝙ rimari presumas que sunt supra te. Prius sol ortus sui confinia irradiat: ꝙ ad altiora conscẽdat. Primũ ergo est vt redeas ad teipsum: intres ad cor tuũ: discas estimare spiritũ tuum. Discute quid sis/quid fueris/quid esse debueris: quid eẽ poteris quid fueris per naturam: quid modo sis per culpã: quid esse debueris per industriã: quid adhuc esse possis per gratiam. Disce ex tuo spiritu cognoscere: quid debeas de aliis spiritibus estimare. Hec porta: hec scala: hic introitus: iste ascensus: hac itur ad intima: hac eleuatur ad summa. Vides ꝗtũ valeat homini plena cognitio sui? Ex hac siquidẽ proficit ad cognitionem omniũ celestiũ terrestriũ ꝛ infernorꝫ.

puer.iiij.

Priuatus amor aufert veruꝫ iudicium: idcirco deo est committendum. Capitulum.lxvi.

Scire vellẽ qualis ipse sum: sed vix de meipso vera discernere possum. Amor namque priuat⁹ quẽ erga meipsum habeo: aufert mihi verũ iudiciũ de meipso. Idcirco parum mihi credo de meipso: vt pote homini mendaci: timens ne si meipsum iudico/ mentiatur iniquitas sibi. Iudicet ergo me ille cui omnia nuda sunt ꝛ aperta: quem fallere non possum: qꝛ sapiẽtia est: nec effugere quia vbique est: neque corrũpere qꝛ iusticia est. Ille veniat ad me cuius delicie sunt esse cũ filijs hominum: qui stat ad ostiuꝫ ꝛ pulsat: paratus introire si ei aperuero. Intret ergo ꝛ sanctificet sibi sanctuariũ: quoniam sanctus est: ꝛ domũ eius decet sanctitudo. Extirpet vitia: ordinet cogitationes: sanet affectiões: mores componat. Nullus ei in aliquo resistat vt sit in pace locus eius. Vtinã nullus hominũ esset mecuꝫ exterius vt familiarius loqui possem cũ eo interius. Ipse enim ꝛ secretum querit: ꝛ solitariũ locũ diligit. Fugiam ergo hominũ solacia et colloquia: vt in secreto cordis mei deũ habitatorẽ habere possim. Valde tamen difficile est: ab exterioribus ad interiora mẽtem reuocare ꝛ ibi permanere. Nec minus difficile est de visibilibus ad inuisibilia penetrare/ꝛ in illis diutius consistere. Dura sunt hec ꝛ multũ laboriosa: sed valde fructuosa. Assuescã igitur sola intima cogitare/sola interiora diligere: ꝛ i illis permanere: vt possim audire quid loquatur in me dominus de⁹ meus. Ecce adsum piissime domine: tecũ sum/intus sum. Qui diu in exterioribus occupatus fui: voceꝫ tuã intra me audire non potui. Nunc aũt reuersus ad me: ingressus sum ad te: vt possim te audire: ꝛ tibi loqui. Loquere ergo misericordissime: qꝛ audit seruus tuus: loquere: quia paratus sum obedire. Quicquid iusseris: pro posse meo libenter deuotus implebo. O anima mea rex angelorꝫ venit ad nos: ꝛ hospitatus est nobiscũ. Letemur ergo de tanto hospite nostro corde perfecto. Demus ei gloriam ꝛ honorem: quoniam dignatus est visitare seruos suos. Epulemur et iocundemur cũ eo in leticia/ꝛ exultatiõe. Delectemur in eo/ de eo/ꝛ nullus sit ei in aliquo molestus ne in ira recedat a nobis: ꝛ inducat super nos maledictionẽ pro benedictione. Exhibeamus ei omne seruitiũ charitatis: rogantes ꝛ deprecãtes vt nobiscum manere dignetur. Si vero non possumus persoluere et totũ quod debemus: saltem nosmetipsos humiliter ei subdamus ad omnem voluntatem eius. Sit hec dies solennis: in qua saluatorem nostrũ in hospitio nostro leti suscepimus. Nullũ membrum/nullũ officiũ: ab hoc gaudio excludat. Conueniant ergo intronũ omnes cogitationes: ꝛ affectiones: diem festũ celebrantes in omni puritate/ꝛ sanctitate. Nulla se aliena cogitatio interserat: q̃ huius solennitatis gaudia perturbet. Oculi mei semper ad dominũ: per quem sum/viuo/ꝛ sapio: nec cessent lachrymis pedes eius rigare. Audiant ꝛ intelligant aures: quid in nobis ei displiceat: vel quid ei placeat: quid damnet: vel quid approbet. Delectetur odoratus illo suauissimo odore dulcedinis eius. Odor eius odor vite eterne: odor totius suauitatis: ꝛ iocunditatis. Repleatur os meũ laude: vt cantem gloriam tuam altissime dñe. Sit meditatio cordis mei in conspectu tuo semper: vt te possim videre per fidẽ: ꝛ contẽplationẽ: donec merear videre facie ad faciẽ. Clementissime pater nihil in nobis cesset a laude tua. Benedic anima mea domino: et omnia que intra me sunt nomini sancto eius. Benedic ꝛ dic. Gloria laus/ꝛ honor tibi sit rex christe redemptor.

ps.xxvi. — puer.viij. — ps.xc. — ps.lxxxiiij. — ps. xxiiij. — ps.lxx. — ps.xviij. — ps.cij.

Hic probatur anima esse deo similis: et ideo magis illi obligata. Capitulum.lxvij.

O Anima mea: si vis amari a deo: reforma in te imaginem suam/ et amabit te: repara in te similitudinem suam: ꝛ desiderabit te. Consilio namque sancte trinitatis: ad imaginem ꝛ similitudinem suaꝫ creauit te creator tuus: quod nulli alteri ex creaturis donauit: vt tanto eũ ardentius diligeres: quanto mirabili⁹ ab eo te conditam intelligeres. Considera ergo nobilitatem tuam: quoniam sicut deus vbique est totus/omnia viuificans / omnia mouens ꝛ gubernans: ita tu in corpore tuo vbique tota es: illud viuificans mouens/ ꝛ gubernans. Et sicut deus est: viuit ꝛ sapit: ita tu, ſm modũ tuũ es viuis ꝛ sapis. Et sicut in deo tres sunt persone: pater/ꝛ filius/ꝛ spiritussanctus: sic ꝛ tu habes tres vires: scilicet intellectũ/memoriam ꝛ voluntatem. Et sicut ex patre generatur filius: ꝛ ex vtroque procedit spiritus sanct⁹: ita ex intellectu generatur voluntas: ꝛ ex his ambobus procedit memoria. Et sicut deus est pater: de⁹ est filius: deus est spirit⁹ sanctus: non tamen tres dij/sed vnus deus: ꝛ tres persone: ita anima est intellectus: anima voluntas: anima memoria: non tamẽ tres anime: sed vna anima: ꝛ tres vires. Ex quibus anime viribus quasi excellentioribus iubemur deũ diligere: vt diligam⁹ eum toto corde: tota anima: tota mente: id est toto intellectu/ tota volũtate/ꝛ tota mẽoria: hoc est toto affectu: sine defectu: cum discretionis intuitu. Nec solus sufficit de deo intellectus ad beatitudinem: nisi sit in amore ei⁹ voluntas. Immo hec duo non sufficiunt: nisi memoria addatur: qua semper in mente intelligentis ꝛ volentis maneat de⁹: vt sicut nullũ potest esse momentum quo homo non vtatur vel fruatur dei bonitate vel misericordia: ita nullum sit momentum quo eum presentem nõ habeat in memoria.

Hic probatur anima esse tante dignitatis: vt habilis et idonea sit esse pater ꝛ mater christi. Capitulũ.lxviij.

Intellige dignitatem tuam nobilis creatura: quoniã non solum insignita es dei imagine/verũetiam decorata similitudine. Sicut enim creator tuus qui te ad similitudinem suam creauit est charitas/ bonus et iustus/suauis ꝛ mitis: patiens ꝛ misericors ꝛ cetera insignia que de eo legũtur: ita tu creata es vt charitatem haberes: ꝛ esses mũda ꝛ sancta: pulchra ꝛ decora: mitis et hũilis. Quas virtutes quanto plus in te habebis: tanto propinquior deo eris/ꝛ maiorem tui conditoris geres similitudinem. Quid maius his tibi facere potuit: ꝙ vt ad similitudinẽ suam te conderet factor tu⁹: ꝛ eisdẽ virtutũ vestimẽtis te ornaret: quibus ipse ornatus est. Attende igitur diligenter prime conditionis tue excellentiam: ꝛ venerandã sancte trinitatis imaginem in teipsa agnosce/honorẽque similitudinis diuine (ad quã creata es) habere stude: nobilitate morꝫ/exercitio virtutũ dignitate premiorꝫ: vt quando apparebit qualis sit: tũc similis ei apparere possis. Similis enim similẽ querit: ꝛ qualẽ te paraueris deo: talis necesse est appareat tibi deus. Si ergo naturalẽ pulchritudinem tuã in te reparaueris: concupiscet rex decorẽ tuũ: quoniam ipse est deus tuus: ipse amicus ꝛ sponsus: frater ꝛ filius. Ipse enim dixit. Quicunque fecerit volũtatẽ patris mei qui in celis est: ipse meus frater/ꝛ soror: ꝛ mater est. Audi quõ. Virtus ꝛ sapiẽtia patris/filius est patris. Verbũ patris/volũtas est patris. Voluntas hominis/nihil aliud est ꝙ quedã proles mentis. Si igitur eadem est volũtas tua: ꝛ volũtas patris: idẽ est filius tu⁹/et filius patris. Veritas/sapiẽtia: volũtas corde concipitur: ꝛ ex corde generatur. Si igitur idẽ vis: ꝛ idẽ sapis quod pater: tu eundem filiũ habes quẽ ꝛ pater. In te est vtrum sis pater aut mater/ an potius vtrũque pater ꝛ mater non tuo merito: sed dei dono. Potes namque eũ gignere in corde tuo ꝛ in corde alieno. Potes eũ concipere a corde tuo: ꝛ ab ore alieno. Intellectu gignitur: consensu concipitur: affectu nascitur: effectu nutritur. Quando verita-

ps.xliiij. — Mat.xij.

tem intelligis: vel aliũ intelligere facis: xp̄m gignis. Nosti voluntatẽ dei: consenti ei: ⁊ concepisti. Quando gignis es pater: quando concipis es mater. Amando parturis: operando nutris. Sic sic in potestate cuiusq̃ relinquitur vtrũ nã tãte prolis mater efficiatur. Maledicta ergo sterilis que non parit: que talem filiũ pro voto per dei gratiã habere potuit. Cur similiter maledictus qui non gignit: nisi quia non eque in nostra potestate cõsistit veritatẽ intelligere/ ⁊ veritati consentire? Non eñ veritatem semper intelligo cũ volo: intellecte aũt semper consentio: velle tamen non possum nisi gratia dei fuerit mecum. Nulla est eñ hũana industria sine dei gratia. Ex quo primus homo peccauit/ nature bonũ perdidimus pariter ⁊ arbitrij vigorẽ: sed nõ electionem: ne non esset nostrũ vt emendaremus peccatum. In nobis nãq̃ manet ad querendã salutem arbitrij libertas: id est rationalis volũtas: sed admonente prius deo ⁊ inuitante ad salutẽ: vt vel eligamus vel sequamur. Potestatis nostre est diuine inspirationi acquiescere: ⁊ que ad salutẽ nostrã pertinent eligere ⁊ sequi. Diuini vero muneris est: vt possim⁹ adipisci quod sequendo cupimus consequi. Nostre potestatis est ⁊ ignauie/ vt labamur: sollicitudinis vero nostre est ⁊ celestis pariter adiutorij/ ne labamur. Felix homo: qui sic ambulat sapiẽter/ ne cadat: aut si ceciderit: vt statim resurgat. Felicior vero est: qui nũq̃ cecidit. Felicissimus aũt est: qui iam cũ deo regnat.

Hic ostenditur anima sancta semper ad recipiendũ in se deum esse parata. Capitulum.lxix.

Felix homo est cui presto est cũ voluerit habere filiũ deum. O quanta est dignitas hominis/ filiũ habere deũ: ⁊ quanta est humilitas omnipotentis habere hominẽ patrẽ: ⁊ quanta est nobilitas anime/ christum iesum habere sponsum. Sancta ergo anima ⁊ veri sponsi amica/ ad dilecti sui aduentũ summo cum desiderio semper debet inhiare: ⁊ parata atq̃ expedita esse/ vt pulsantem amicũ absq̃ vlla dilationis iniuria possit suscipere: ⁊ vocãti cũ omni alacritate occurrere: ne subito ⁊ inopinate adueniens: minus promptã ⁊ minus ornatã inueniat: vel diu exclusus: diutine prestolationis vllã molestiã sustineat. Aliud est aũt cum ipso intrare: atq̃ aliud est ad ipsum exire. Ibi anima ad seipsam reuertitur: ⁊ cum dilecto suo vsq̃ ad intima cordis sui penetralia ingredit̃: hic extra semetipsam ducit̃: ⁊ ad sublimia contẽplanda subleuatur. Quid nãq̃ est eius introire: nisi se totã in semetipsam colligere? Quid ṽo est ei⁹ exire: nisi seipsam extra semetipsã totã effundere? Nihil itaq̃ aliud est animã cũ dilecto suo in cubiculũ ingredi/ ⁊ solam cũ solo morari: dulcedineq̃ ei⁹ perfrui/ nisi exteriorũ oĩm obliuisci/ ⁊ in ei⁹ dilectione summe ⁊ intime delectari. Se solam cũ dilecto videt: qñ exteriorũ oĩm oblita: ex propria cõsideratiõe i dilecti sui dilectionẽ desideriũ suũ perurget: ⁊ ex his que in intimis suis considerat/ animũ suũ in eiusmodi affectũ inflãmat ⁊ tam ex bonorũ q̃ ex malorũ suorũ cõsideratione in gratiarũ actione assurgit: ⁊ hinc pro impensa gratia/ hinc pro indulta venia: intime deuotionis victimas persoluit. Vsq̃ in intimũ dilect⁹ perducit̃: ⁊ in optimo collocatur: qñ ex intimo cordis affectu ⁊ super omnia diligitur. Cogita qđ sit quod in vita tua ardenti⁹ dilexisti: anxi⁹ concupisti: quod iocundius afficiebat: ceterisq̃ oĩbus profundi⁹ delectabat. Considera ergo si eandẽ affectionis violentiã: delectationisq̃ abũdantiam sentis: quando in summi dilectione desideriũ inardescis: quando in eius dilectione requiescis. Tũ dubiũ sit q̃ intimum illũ affectionis tue sinum necdũ teneat: si intime dilectionis aculeus animã tuam in diuinis affectib⁹ minus penetrat: tepidus exagitat: q̃ in alienis affectionib⁹ aliquando penetrare vel exagitare solebat. Sed si tantã prorsus vel forte validiorem dilectionis vel delectationis violentiam in intimis tuis circa diuina perspexeris: quantã alias nunq̃ expertus fueris: vide adhuc si forte aliud aliquid sit in quo delectari/ vel cõsolari possis. Certe q̃diu possum ex aliena qualicunq̃ re consolationem: vel iocũditatẽ concipere: nondũ audeo dicere dilectũ nostrum intimũ/ ardentissimi amoris sinũ tenere. Satage ergo: festina trahere eũ adhuc ad interiora et secretiora cordis tui penetralia quecunq̃ es eiusmodi anima. Quis eñ neget illud intimum cordis humani penetrale: tales recessus habere: seu etiam obtinere posse: in quib⁹ summi ⁊ singularis amoris violentia cũ aliquid per affectũ infixerit: aliena omnino delectatiõe auelli nõ possit? Certe si alienã aliquã consolationem queris vel recipis: deum tuũ q̃uis fortasse summe: nondũ tamen singulariter diligis. Nondũ ergo in intimũ perducitur: nondũ in intimo collocatur. Si ergo non satagis introducere eũ ad intima tua: quomodo te credam velle/ vel posse sequi eũ ad sublimia sua? Certum ergo signũ tibi sit (quecunq̃ es anima) q̃ dilectũ tuũ minus diligis: vel ab illo min⁹ diligeris: si ad theoricos illos excessus nondũ vocaris: vel vocantẽ sequi nondũ meruerit. Quomodo eũ perfecte diligis/ vel diligeris: si in summorũ desiderio ad superna nõ raperis: ⁊ ad theoricos ⁊ anagogicos illos conat⁹/ mẽtis alienatione nõ transis? Vis nosse q̃ sublimitas diuinarũ reuelationũ/ sit manifestũ diuine dilectionis indiciũ? Iã non dicam (inquit) vos seruos: sed amicos: q̃ omnia q̃ audiui a patre meo nota feci vobis. Satage ergo deũ tuũ intime ⁊ summe diligere: ⁊ omni hora in diuine contẽplationis gaudiũ summo desiderio anhelare. Collige teipsam ad temetipsã: ⁊ in solo diuinitatis desiderio requiesce.

Joh.xv.

Anima precipitur erigere se ad sublimia contemplanda. Capitulum.lxx.

Debet nãq̃ aĩa perfecta: ⁊ assidue summorũ contẽplationi dedita: oĩ hora peregrinatiõis sue terminum ⁊ ergastuli hui⁹ egressum/ cũ summo desiderio expectare: ⁊ ad illud diuine contemplationis spectaculũ (qđ in futura vita speramus) animum suũ suspẽdere: ⁊ in eiusmodi expectatione vehementi desiderio anhelare: vt quod interi videt per speculũ ⁊ in enigmate: mereat̃ videre facie ad faciẽ. Necesse est itaq̃ ad cor altũ ascẽdere: ⁊ mẽtis excessu p̃ diuinã reuelationẽ addiscere: quid sit illud ad qđ aspirare vel studere oporteat: ⁊ ad qualẽ sublimitatis habitũ animũ suũ cõponere ⁊ assuescere debeat. Nã si semel ad illã luciferã ãgelice sublimitatis gloriã quis admissus fuerit/ ⁊ ad illud diuinorũ radiorũ spectaculũ intrare meruerit: q̃ intimis desideriis/ q̃ profundis suspiriis: q̃ inenarrabilibus gemitib⁹ eum qui eiusmodi est putamus insistere: q̃ assidua recordatione: q̃ iocũda admiratione inspectã claritatẽ credim⁹ eũ retractare/ mẽteq̃ reuoluere: illã desiderando: illã suspirando/ illã contẽplando: donec tandẽ aliqñ in eandẽ imaginẽ trãsformetur a claritate in claritatem: tanq̃ a dñi spũ. Verũtamen cum ab illo sublimitatis statu ad nosmetipsos redim⁹: illa que prius supra nosmetipsos vidimus: in ea veritate vel claritate q̃ prius perspeximus/ ad nostrã memoriã oĩno reuocare non possumus. Et q̃uis inde aliquid in memoria teneam⁹: et quasi per mediũ velũ/ ⁊ velut in medio nebule videamus: nec modũ quidem videndi/ nec qualitatẽ visionis comprehẽdere vel recordari sufficimus: ⁊ mirũ in modũ reminiscentes non reminiscimur, et non reminiscẽtes reminiscimur: dũ vidẽtes non peruidemus et aspiciẽtes nõ perspicimus: ⁊ intendẽtes nõ penetramus: donec iterũ meditatione assurgamus in contẽplationẽ: contẽplatione in admirationẽ: admiratiõe in mẽtis alienationẽ. Veritatis contẽplatio in hac vita inchoat̃: sed in futura iugi perpetuitate celebratur. Per veritatis contẽplationẽ/ erudit̃ homo ad iusticiã consummat̃ ad gloriã. Gratia contẽplationis cor ab oĩ mundano amore nõ solũ euacuat: sed sanctificat: ⁊ animũ ad celestiũ amorẽ inflãmat. Qui diuina inspiratione et reuelatione ad contẽplationis gratiã cõmouet̃: quandã arras future illi⁹ plenitudinis accipit/ vbi sempiterne cõtẽplationi perpetuo inhibit. Qui vero contẽplationi veritatis vult vacare: necesse est vt discat requiescere non solũ ab operib⁹ malis: sed etiã a cogitationibus superuacuis. Multi siquidẽ ⁊ si sciant vacare corpore: minime tñ valent vacare corde/ nescientes facere sabbatũ ex sabbato: ⁊ idõ non valent implere: qđ dr̃ in psalmo. Vacate ⁊ videte quoniam ego sum de⁹. Vacãtes siquidẽ corpore: sed vagãtes vbiq̃ corde nequaq̃ merent̃ videre q̃ dulcis est dñs: ⁊ q̃ bonus israel deus his qui recto sunt corde. Vnde est q̃ hostes deridẽt sabbata eorum. Ipsa sue vacationis ocia in cogitationes inutiles pretrahunt: ⁊ per deuia quequã vago incessu sine respectu puẽtiõis passim huc ⁊ illuc vagant̃. Animi⁹ eorũ i diuersa rapit̃: ⁊ nũc in hãc partẽ: nũc in illã discurrẽdo mira agilitate i cõtraria agit̃. Sic sic q̃diu sub egenis hui⁹ mũdi elemẽtis viuim⁹ desideria nr̃a vltra gaudia nostra extẽdim⁹: q̃ infinite plura sunt q̃ concupiscim⁹ q̃ q̃ in hac vita apphendere possum⁹. Beata aũt illa supernorũ spirituũ multitudo: desideria sua vltra gaudiorũ suorũ nõ extendit plenitudinẽ: q̃ felicitatis sue infinitatẽ vel imensitatẽ cõprehendere oĩno nõ sufficit. Est aũt eorũ non gaudiũ: nõ solũ de contemplatiõe creatoris: sed etiã de cõtẽplandis ei⁹ creaturis. Quũ eñ deũ in oĩbus suis operib⁹ mirabilẽ inueniũt: qđ mirũ si eũ mirãdo venerant̃: venerãdo mirant̃ magnalia ei⁹ quem diligũt? Inueniũt itaq̃ nõ solũ in creaturis incorporeis: sz etiã in creaturis corporeis. Vñ mirant̃: vñ creatorẽ eorũ digne venerant̃. Hec oĩa iugit̃ cõtẽplant̃: cõtẽplãtes mirant̃: mirãtes letant̃. Letant̃ de diuina cõtẽplatiõe: cõgratulant̃ de mutua visiõe: mirant̃ in rerũ corporaliũ speculatiõe. Discam⁹ ⁊ nos cõtẽplãtes mirari/ ⁊ mirãtes cõtẽplari/ quõ illi⁹ superne btitudinis ciues oĩa que sub ipsis sunt indesinẽter aspiciũt: oĩaq̃ q̃ ab alto vidẽt rõnẽ ordinẽ cõprehendũt: quõ de mutua societate indissolubiliq̃ charitate in infinitũ gaudeãt: quõ in illã diuine claritatis visionem insatiabiliter inardescãt. Nihil est iocũdi⁹: nihil vtili⁹ gr̃a contẽplatiõis. Quãto ampli⁹ in celestiũ contẽplatiõe delectamur ⁊

delectando

ij.cor.iij.

Ps.xlv.

Ps.lxxij.

delectando admiraris: tanto libenti⁹ immoraris / tanto diligētius ꝑscrutaris: ꝓfundiusqꝫ illuminaris. Semꝑ in illis inuenies qđ mireris: ꝛ vn̄ delecteris. Nusq̄ ē copiosior materia admirādi: ꝛ nusq̄ vtilior cā delectādi. In his ergo semꝑ sit tua admiratio ꝛ delectatio: nec necesse erit alia ꝑ alīs q̄rere: ꝛ ꝑ vanā huc illucqꝫ cogitationū euagationē discurrere. Deū nāqꝫ cognoscere: plenitudo ē sciētie. Plenitudo aūt hui⁹ sciētie: plenitudo ē glorie. Cōsummatio gratie: ꝑpetuitas vite. Ad hui⁹ vero scientie plenitudinē / opus est potius intima cōpūctione: q̄ ꝓfunda inuestigatiōe: suspirijs / q̄ argumētis: crebris lamētationibus: q̄ copiosis argumētationib⁹: lachrymis / q̄ sentētijs: oratiōe / q̄ lectione: gratia lachrymaꝝ / q̄ scientia litteraꝝ: celestiū potius contēplatione / q̄ terrestriū occupatione.

¶ Finis.

¶ De ordine vite ꝛ morum institutione: alias de doctrina puerorum ꝛ correctione morum. Tractatus.

Hortatur quidem timidam mentis mee imperitiā fraterna charitas: vt de vite ordine ꝛ moruꝫ institutiōe breuiter loqui debeā. Sed qꝛ tēpus est vt (ipso qui inspirauit opitulante) opus aggrediar: exordiū sumere necessariū duxi ab illa laudabili virtute que dr̄ verecūdia. Que cum sit oīb⁹ / etatib⁹: ꝑsonis: tꝑib⁹: ꝛ locis apta: tn̄ adolescētes ꝛ iuueniles aīos maxime decet. Tres eīm virtutes sunt q̄ pueris adolescentibus magis ꝯgruūt: verecūdia: taciturnitas: ꝛ obediētia. Nec est aūt dubiū si has studuerit habere: quin possint xp̄o duce ad culmē perfectionēqꝫ virtutū ascēdere. Moꝝ eīm insignia ꝛ ornamenta virtutū in illis proculdubio cernimus senib⁹: qui ab ipso tirocinio primeue etatis. vsqꝫ ad perfectūvirū disciplinis celestibus exercitati: per viā dn̄i fortiter cucurrerunt. Quorū scꝫ sapiētia tm̄ viget ꝛ lucet: quantū senectus ipsa etate fit doctior: vsu certior: processu tēporis prudētior. Hec aūt veterū studioꝝ dulcissimos fructus edit: ꝛ alios reficit. Multi nāqꝫ senes diu viuentes: ꝛ nihil ꝓficientes: qꝛ nullas sibi in oportuno tempore diuitias ꝯgregarūt: inopes oīm virtutū animos iuuenum reprobe vite morbo infictū. Sicut eīm ꝑ senē vitiosuꝫ ꝛ fatuū: ita ꝑ adolescentē inuerecūdum ꝛ temerariū religio sctā destruitur. Post indoctos nāqꝫ prelatos malosqꝫ in sctā ecclesia nulla pestis ad nocendū infirmis valētior inuenit̄. Deniqꝫ taliū hoīm gen⁹: ista (de quibus apostolus predixit) tēpora prohdolor sine numero ferunt: qn̄ ferme oīa que bona sunt ꝛ sctā pessundari cōfundiqꝫ videmus. Et qm̄ senes in meli⁹ mutari ab illa inolita vitiorum consuetudine difficillimū est: debem⁹ manū adolescentib⁹ porrigere: qui si dare volunt operā: omni depulso tēpore possint vel q̄ per gratiaꝫ xp̄i vitā corrigere: mores cōponere: actusqꝫ suos in omnib⁹ meliorare. Idcirco diu est q̄ desideraui ꝓpter iuniorū salutē (eoꝝ precipue cū quib⁹ viuo) ex opusculis patrū pauca quedā deflorādo colligere q̄ tenere etati coꝝ videant̄ specialiter ꝯfulere. Est enim mihi fateor tristicia magna: ꝛ cōtinu⁹ dolor sup cecitate cordis eoꝝ: qui cū didicerint in schola xp̄i qualiter debeant ꝛ vitia ꝓpulsare / ꝛ sanctis virtutib⁹ insudare / heu rebellionis spū armati / tā precipiti īpetu ꝑ abrupta vitioꝝ currunt ad mortē: vt eos auriga presidēs nullo freno discipline valeat cohibere. Deberēt vtiqꝫ in domo dei ad cultū diuini honoris sup omnē ornatū tāq̄ vas aureū refulgere. Cur aūt q̄ ab ipsis primis rudimētis infantie educati sunt tanta cura: tantoqꝫ labore: nisi vt fortes in bello facti: contra mundū et ei⁹ concupiscētias: ꝯtra carnē ꝛ ei⁹ desiderta: ꝯtra diabolū ꝛ ei⁹ multiplicia tētamēta viriliter pugnēt. Sed qđ admirandū est ꝛ dolendum: plus eis q̄ ceteris grauis ꝛ austera videt̄ discipline regula. Quare hoc nisi qꝛ secularē magis diligūt vitā. Certe vl̄ nullus vel rarus iter eos inuenit̄: q̄ libēter sequat̄ antiquoꝝ patrū instituta ꝛ maioꝝ vitā diligat aut qꝛ labor eū terret: aut qꝛ i lubrica etate difficilior est abstinētia: aut qꝛ alacri adolescētie videt̄ vita obscurior: ꝛ iō ad ea ꝯuertunt̄ studia q̄ plausibiliora arbitrant̄. Pn̄tia qppe plures q̄ futura ꝑferūt: sꝫ meminisse dn̄t / qꝛ nō pn̄tib⁹ sꝫ futuris militam⁹. Vn̄ quo ꝑstātior cā: eo dꝫ eē cura attētior. Infelix q̄ legē vite ꝛ discipline abijcit: ꝛ maioꝝ gubernari magisterio refugit. Iste vo nō ŝm deū sꝫ ŝm seiuit: q̄ si poterit est cū quib⁹ vult: ꝑgit quo vult ꝛ quantū vult: ridet ꝛ iocat̄ inter quos ꝛ vbi ꝛ qn̄ vult. Postremo quicq̄d narib⁹ suaue ē quicq̄d tactui blandū: quicq̄d oculis delectabile: quicq̄d ceteris sensib⁹ carnis sue iocundū / exercet ac sequit̄. Ille vo q̄ ŝm deū viuit: nō qđ eū carnaliter delectat / sꝫ qđ spūaliter edificat

j.Thi.iij.

facit. Et q̄cq̄d cupit aut agit: nō vult ex sua sꝫ ex dei volūtate / maiorūqꝫ suoꝝ iussiōe ꝓcedere. Nemo tn̄ posit⁹ in adolescentie vel intēperātie lubrico: de sui ꝯuersione desꝑet. Oleaster ei oliue insert⁹ amissa amaritudine efficit̄ fructuosus. Si ergo agricultura ꝯuertit stirpiū qualitatē: nōne studia doctrie ꝛ discipline assiduitas mitigare possunt quaslibet egritudinis passiōes? Sed ne puerilis vita varijs lapsib⁹ vitiet̄: opꝫ teneros aīos prefatis diligēter mācipare virtutib⁹: quaten⁹ bona ꝯsuetudo cuꝫ etate simul accrescat. Vt igit̄ clari⁹ patescat q̄ta ꝛ qualis virtus sit verecūdia patris. Ambrosij magna ex ꝑte ponamus sensus ꝛ verba: ne si forte me paruipēderint stultū homūtionē: magnū ambrosiū: imo in ambrosio xp̄m: nō audeāt sꝑnere. Sic eīm ille ait: instruēdoꝝ moꝝ magister. Est aūt bonoꝝ adolescentuꝫ timorē dei habere: deferre patrib⁹ honorē: castitatē tueri: non aspernari hūilitatē: diligere clemētiā: ac verecūdiā q̄ ornamenta sunt minori etati. Vt eīm in senib⁹ grauitas: i iuuenib⁹ alacritas: ita in pueris adolescētib⁹ verecūdia velut quadā dote cōmendat̄ nature. Est pulchra virt⁹ verecūdia: ꝛ suauis grā: q̄ nō solū in factis / sed etiā in ipsis spectat̄ sermonib⁹ / ne modū progrediaris loquēdo: ne q̄d indecoꝝ sermo resonet tu⁹. Speculū eīm mētis plerūqꝫ in verbis refulget. Ipm̄ sonū vocis librat modestia: ne cuiusqꝫ offendat aurē vox incomposita. Deniqꝫ in ipo canēdi genere pma disciplina verecūda ē: imo etiā in omni vsu loquendi: vt sensim quis aut psallere aut legere aut postremo loqui incipiat: vt verecūda pncipia cōmēdent processum. Est eīm in oculis verecūdia qua prohibet̄ boni adolescētis pudica anima intueri ꝛ alloqui feminas: nō vt execretur sexum: sed vt fugiat vitiū. Plurimū aūt proficit ad tutionē castitatis custodia oculoꝝ. Multi vero perierūt ꝓpter speciem carnis. Unde dominus. Qui viderit mulierē ad ꝯcupiscēdū eā: iam mechat⁹ est eā i corde suo. Bone idolis adolescētes i monasterio viuētes / ita se oī studio ꝯseruent: vt adolescētiā suam nulla libidinis sorde commaculent: vt ad altare christi quasi de thalamo virgo procedant. Quorum tanta animi debet esse mundicia vt p̄cipua verecundia: ne sermonem quidem audire velint vel locum impudicum. Et ne incentiuis naturalibus superentur necesse est vt lasciuiens caro eorum crebris frangatur ieiunijs. Melius est eos stomachum dolere: q̄ mentem. Beatus plane adolescens qui castus perseuerat / et corpe et mente. Huic proculdubio caro et sanguis redemptoris nostri efficitur salus et vita. Sunt et qui propter humanam confusionem: sine respectu diuini timoris / pleni sordibus audacter se ingerunt tantis mysterijs. Audiant autem quod scriptum est. Homo videt in facie: deus autem in corde: Sed illi plus metuunt homines / q̄ deū. O ceca temeritas: o dei mira patientia. Nunquid enim tantū peccauerunt vel quos ignis cōsumpsit / vel quos terra absorbuit? Nunquid tale scelus filioꝝ aaron: alienū ignē offerentiū: quale est illorū qui tā terribilia sacramenta sumūt sibi ad mortē? Eteni sic viuendū est: vt panē illū supsubstantialē semꝑ accipere valeam⁹: qꝛ ve ei qui se alienū fecerit ab eo. Et multū ve illi qui spurcus et imundus accesserit. Utrobiqꝫ grāde periculū. Ideo magna necessitas instat ne indigni inueniamur. Quapropter tenēda est in oībus verecūdia pudicitie comes: cuius societate castitas ipsa tutior erit. Bon⁹ eīm regēde castitatis / pudor est comes: qui si repellat prima pericula: pudicitia vulnerari nō sinit. Eteni inuerecundis oculis / et lasciuis sermonibus: libidinosus animus deprehenditur: et per exteriorem hominem iterioris hoīs vita monstratur. Multa et dura corporis bella sustinet adolescentia: et calore sanguinis inflāmata: vt euadere possit / omni indiget custodia. Quanto plura sunt que impugnāt pudicitiā: tanto maiora sūt premia. Quia vbi maior labor: ibi merces erit amplior. Amatores autem verecundie sumāt exemplū de matre dn̄i: q̄ q̄uis esset mitissima tamē pre verecūdia salutantē se angelū nō resalutauit. In ipsa vero oratione nr̄a multū verecūdia placet: multūqꝫ ꝯsiliat gratie apud dn̄m nr̄m. Nōne hec pretulit publicanum et cōmendauit eū q̄ nec oculos suos audebat ad celū leuare: Ideo iustificat̄ dn̄i iudicio pl⁹ q̄ ille pharise⁹ quē deformauit psūptio. Orem⁹ ꝛ nos inquantum possumus in corruptione quieti et modesti spirit⁹: qui est ante deum locuples. Paulus quoqꝫ orationem deferri pcepit cū verecūdia et sobrietate: primā hāc et q̄si preciā vult esse orationis future: vt nō glorietur petōis oratio: sꝫ quasi colore pudoris obducta: quo pl⁹ defert verecūdia de recordatiōe delicti: eo vberiorē mereat̄ grām. Est etiā in ipso motu: gestu: icessu / tenenda verecūdia. Habit⁹ eī mentis in corpis statu cernitur. Hinc homo cordis nr̄i absconditus: aut leuior aut iactantior: aut turbidior: aut econtra grauior: et cōstantior / et purior: et maturior estimatur. Itaqꝫ vox quedam animi est corporis motus. Sepe enim per incessū proditur qualis sit animus. Lucet quippe in quorundam incessu imago leuitatis: species quedā icurrarū percursantium. Sunt enim qui sensim ambulā

Matth.v

Leuit.

Lu.xviij.

j.Thi.ij.

do imitantur histrionicos gest⁹: et quasi quedã fercula pomparum: et statuarum motus nutantiũ: quotienscũq; gradũ transferunt: modulos quosdam seruare videantur. Nec cursim ambulare honestum arbitror: nisi cũ causa exigit alicuius periculi vel iuste necessitatis: Nam plerũq; festinãtes anhelos videm⁹ torq̃re ora: quibus si desit causa festinationis necessarie fit nev⁹ iuste offensiõis. Sed nõ de his dico quib⁹ rara ꝑperatio ex cã nascitur: sꝫ q̃bus iugis et cõtinua in naturã vertit: Nec in illis ergo tanq̃ simulacroꝝ effigies ꝓbo: nec I istis tãq̃ excursoꝝ ruinas. Est eni gressus ꝓbabilis: in q̃ est speus auctoritatis/grauitatis pondus tranquillitatisq; vestigiũ: ita tñ si studiũ desit atq; affectatio: sed motus sit purus ⁊ simplex. Nihil enim fucatũ placet. Motũ aũt natura informet. Si quid sane in natura vitiũ est/industria emendet: vt vbi ars deest non desit correctio. Et si etiã ista spectent inferi: q̃to magis cauendũ est ne quid turpe exeat de ore: hoc eñ grauiter coiquinat hoiem. Nõ enim cibus coinq̃nat: sed iniusta obtrectatio: sed verboꝝ obscenitas. Hec etiã vulgo pudori sunt. In nostre vero religionis ꝓposito: nullũ verbũ incutiat verecũdiã: qđ inhoneste cadat. Et non solũ nihil ipsi indecoꝝ loqui/sed nec aurẽ quidẽ debemus hmõi prebere dictis: quia quẽ delectat audire/ alterũ loq̃ ꝓuocat. Audire quoq; qđ turpe sit pudori maximo est: videre vero si quid hmõi fortuitu accidat: q̃nti horroris est? Quod ergo in aliis displicet: nunquid potest in seipso nõ displicere? Nec ipsa natura nos aliter docet: que pfecte quidẽ oẽs partes nostri corporis explicauit: vt ⁊ necessitati consuleret/⁊ gratiã venustaret sed tñ eas que decori ad aspectuꝫ forent in quibus forme apex quasi in arce quadã locatus: ⁊ figure suauitas et vult⁹ species emineret/operandiq; vsus esset paratior: obuias atq; apertas reliquit. Eas vero in quib⁹ esset naturale obsequiũ necessitatis ne deforme sui preberent spectaculũ: partim tanq̃ in ipso emẽdauit atq; abscondit corpore: parti docuit atq; suasit tegẽdas. Nonne igit̃ ipsa natura magistra fit verecũdie? Cui⁹ exẽplo modestia id qđ in hac corporis nostri fabrica abditũ reperit operuit ⁊ texit. Ergo nature opifex sic nostre studuit verecundie: sic decorum illud ⁊ honestum in nostro custodiuit corpore: vt ductus quosdã atq; exitus cuniculoꝝ nostroꝝ post tergũ religaret: atq; ab aspectu nostro auerteret ne purgatio vẽtris visum oculorũ offenderet. De quo pulchre ait apostolus. Que vident̃ (inq̃t) corporis nostri mẽbra infirmiora: necessariora sunt: ⁊ que putamus ignobiliora mẽbra corporis esse: eis abundantiorẽ honorem circundam⁹: ⁊ que inhonesta nostra sunt abundantiorẽ honestatẽ hñt. Etenim imitatione nature industria auxit gratiaꝫ: vt non solũ abscondam⁹ ab oculis verũ etiã que abscondenda accepimus eoꝝ indicia vsusq; mẽbroꝝ sua appellatione nuncupare/indecoꝝ putemus. Deniq; si casu aperiant̃ he partes: confunditur verecũdia: si studio: impudẽtia estimat̃. Cũ igit̃ in quibusdam hũanis mẽbris tanta sit deformitas / vt nolari magna sit verecũdia: heu q̃ turpes illi sunt: ⁊ q̃ impudẽtes: qui has secretas partes corporis nõ solũ desiderantes cernunt sed etiam studiose tangũt? Pudet me ac piget illoꝝ facta referre in quibus regnat sodomitica libido: quibus sic irat⁹ est deus: eiusq; iusto iudicio ita traditi sunt in reprobum sensum: vt mascul⁹ in masculũ turpitudinẽ operet̃. Nõ deteriores brutis sunt effecti aialibus q̃bus non est intellect⁹? Si eñ cham q̃ nudatũ patreꝫ videns risit/in filio maledict⁹ est: qua isti maledictione feriunt̃ q̃ desiderio peccãdi suã aliorũq; turpitudinẽ detegere nõ erubescunt? Utinã viderent quantũ flagitiis talib⁹ deũ offendunt. Sunt etiã qui pulchros hoies (despectis deformibus) amant/ et laudant: suscipiũt: ⁊ honorant. Illi eñ qui sanos habent oculos: solã animi pulchritudinem in homine diligũt: ⁊ reuerẽtur. Qualis est aũt ista pulchritudo: quam leuis febricula perdit: ⁊ rugosa senectus ita dissoluit vt nec fuisse putet̃? Et tñ sunt qui habentes hanc extollunt̃: ⁊ cũ sint vacui virtutib⁹: per hãc solam gloriosos se arbitrant̃. Nos certe in pulchritudinẽ locũ virtutis nõ ponim⁹: gratiã tñ nõ excludim⁹: q: verecũdia etiã vultus ipsos solet pudore suffundere/gratioresq; reddere. Ut artifex in materia cõmodiore meli⁹ operari solet: sic verecũdia I ipso quoq; corporis decore plus eminet: ita tñ vt ipse non sit affectat⁹ corpis decor: sꝫ naturalis simplex / neglect⁹ magis q̃ expetitus: nõ preciosis ⁊ albẽtib⁹ adiut⁹ vestimẽtis sꝫ coĩbus: vt honestati vel necessitati nil desit: nil accedat nitori. Uox ipa nõ remissa: non fracta: nihil femineũ sonans (qualẽ multi grauitatis specie simulare consueuerũt) sed formã quandã ⁊ regulã ac succũ virilẽ reseruans. Hoc est enim pulchritudinẽ viuendi tenere: conueniẽtia cuiq; sexui ⁊ persone reddere. Hic ordo gestorum optimus: hic ornatus ad omnẽ actionẽ accõmodus. Sꝫ vt molliculũ ⁊ infractũ vocis sonũ: aut gestũ corporis: nõ ꝓbo: ita neq; aggrestem ac rusticã naturã imitandã esse censeo. Eius discipline formula: effigies honestatis est. Imitetur plus adolescens vestigia isaac/⁊ ioseph. Sit verecũdus: castus/ simplex ⁊ sobrius humilis obediens: patiẽs: ⁊ remissor iniurie. Faciat vt daniel ⁊ tres pueri: studeat sapientie/⁊ non det se illecebris gule. Pinguis venter: non gignit tenuem sensum. Fugiat ebrietatem tanq̃ venenũ. Si religiosus ⁊ sapiens vult esse: nunq̃ vinũ redoleat: ne audiat illud philosophi. Hoc nõ est osculũ porrigere: sed vinũ propinare. Amet sanctarũ scripturarũ scientiam ne mens eius vel vanis/vel lasciuis cogitationibus pateat. Beatus qui diuinas scripturas legens verba vertit in opa. Sit abstinens trarũ: ⁊ fugitans litiũ: vt bonis pollere moribus hoc iudicio comprobet̃: sicq; se exhibeat: vt seniores inter quos habitat dũ admirantur vitã nõ sinant̃ despicere etatẽ. Sit inter fratres coequales suos primus in opere: extremus in ordine: ⁊ ita singulis virtutibus instet: vt nulli eoꝝ secũdus inueniat̃. Delectat me adhuc in partib⁹ demorari verecũdie: q: ad eos loquor qui adhuc bona ei⁹ et semetipsis nõ recognoscũt aut dãna nesciunt. Ordo quidẽ vite tenend⁹ est. Et a verecũdia prima quedam fundamenta ducant̃: que socia ac familiaris est mẽtis placiditati/proteruiã fugiens: ab omni aliena luxu: sobrietatẽ diligit/honestatẽ fouet decoꝝ nil requirit. Sequat̃ cõuersationis electio: vt adiũgant̃ probatissimis quibusq; senioribus. Naꝫ vt equaliũ vsus dulcior: ita senũ tutior est: qui magisterio quodaꝫ et ductu vite colorant mores adolescentiũ: ⁊ velut murice probitatis inficiũt. Nempe si hi qui sunt ignari locoꝝ: cũ solertib⁹ viarũ iter adoriri gestiunt: q̃to magis adolescentes cũ senib⁹ debent nouũ iter sibi aggredi: quo minus errare possint/⁊ a ꝓ tramite virtutis deflectere. Nihil eñ pulchrius: q̃ eos ⁊ magistros vite habere ⁊ testes. Pulchra itaq; copula seniorum atq; adolescentiũ. Aliĩ testimonio alii solatio sunt. Alii delectationi alii honori. Legit̃ q barnabas marcũ assumpsit: paulus silam ⁊ timotheũ ⁊ titũ vt seniores consilio preualerent: iuniores ministerio. Patet nãq; q nulla ars discit̃ absq; magistro. Si eñ animalia ⁊ fere/⁊ aues/⁊ apes duces habent/⁊ principes suos sequũtur: quanto magis homines sine doctore ⁊ rectore esse non possunt: Unde cauendum est ne adolescentiores ⁊ paruuli sine duce ingrediantur viam quã nunq̃ ingressi sunt: ⁊ in partẽ alteram declinantes errores patiant̃: si vel plus vel minus ambulãtes q̃ necesse est: aut currẽtes lassent̃/aut morã faciẽtes obdormiant. Plerũq; ⁊ virtutibus pares: dispares etatibus/sui delectant̃ copula: sicut delectabant̃ petrus ⁊ iohãnes. Nam adolescentẽ legimus iohannẽ: q̃uis nulli senioꝝ in virtute fuerit secundus. Erat eñ in eo senectus venerabilis moꝝ: et cana prudentia/virtutũ omniũ. Magnũ eñ huius vite solatiũ est: vt habeas cui pectus tuũ aperias/cũ quo archana participes: cui cõmittas secreta cordis tui: vt ames ⁊ sequaris eũ: qui tibi paterna pietate in tristibus cõpatiat̃/in persecutionib⁹ adhortetur ⁊ prosperis gratuletur. Felix talis societas talisq; amicitia: qua nihil est in rebus humanis pulchrius. Teneamus ergo verecũdiam/vel eam que ad totius vite ornatũ nos attollit modestiã. Magna aũt est modestia indiuidua verecũdie socia: que cuꝫ sit sui iuris remissior nihil vsurpans/nihil vendicans: ⁊ quodãmodo intra vires suas contractior: diues est apud deũ. Verecũda modestia: ⁊ modesta verecũdia est: que nulli insidias machinatur: lesa nõ irascitur: ⁊ cunctos simpliciter respiciẽs: de nullo sinistrum aliquid suspicat̃. Hanc teneamus pueri: hanc diligam⁹. et vt eam semper habere possimus: fugienda est nobis familiaritas ⁊ confabulatio eoꝝ qui turpiter et indisciplinate viuunt. Talium autẽ infinitus est numerus. Habet sane suos scopulos verecundia: nõ quos ipsa inuehit: sed quos sepe incurrit. Si in temperantiũ incidam⁹ cõsortia qui sub specie iocunditatis venenũ infundũt bonis. Hi si assidui sunt maxime in conuiuio: ludo: risu: ac ioco/eneruant grauitatẽ illã virilẽ: ⁊ animos puериles corrũpunt: atq; suis malis assuefaciũt. Caueamus itaq; ne dum relaxare animũ volum⁹: soluamus omnẽ armoniam: quasi concentũ quẽdã bonoꝝ operũ. Usus eñ cito inflectit naturam. Et multos stultoꝝ societas decipit: Quid nobis cũ fabulis: risu: ⁊ ioco? Nã licet interdũ honesta ioca suauia sint: tñ ab ecclesiastica aberrant regula. Nã que in scripturis sanctis nõ reperimus: quomodo vsurpare possumus? Cauenda sunt eñ omnia que inflectere possunt grauitatẽ propositi nostri: nostreq; ꝓfessionis. Ue vobis qui ridetis: q: flebitis vos dñs ait. Nos ridendi materiã inquirimus: vt hic ridentes/illic fleamus? Ipm namq; dñm fleuisse legimus. Non solũ profusos: sed etiam oẽs iocos arbitror declinãdos: nisi forte plenũ grauitatis ⁊ gratie sermonẽ esse/indecorũ est. Ingemiscendũ est aũt iugiter: ⁊ post posita securitate lugendũ: ne a deo deseramur propter supbiaꝫ et negligentias: ⁊ in potestate demonum relinquamur. Reuera quẽ deus relinquit: demones suscipiũt/⁊ susceptum sue perditionis participem faciũt. Terribilis in consiliis super filios hominũ deus. Operatur figulus ex eadem massa: aliud vas in honorem: aliud in contumeliã. Sũt vasa mie: ⁊ sunt vasa ire. Sunt nouissimi primi: et primi nouissimi. Sunt multi vocati: et pauci electi. Et

electi. Et ideo vnusquisq; nostrum salutem operetur suam/ (sicut ait [Phil. ij.]
apl's) cum timore ⁊ tremore. Declinet a vanitate: mundi spernat
amorem. Amplectatur luctum ⁊ quietem: ⁊ sectetur quantum
potest verecundiam/ tranquillamq; mansuetudinem: que facit vt
homo inter hoies pacifice viuat: vt ad omnia q̄ inhonesta sunt
erubescat. Laudāda autē virtus verecūdie: q2 quorū oculos
aures: linguamq; possidet: nō sinit turpiter ludere ac ridere: ef
ficiens eos graues ⁊ mites. E contra grāde vitiū est iuniorum [Lu. xviij.]
impudentia: que improbo ausu ⁊ dissolutione sua patres ⁊ fra= [puerb. ij.]
tres conturbat: q2 sicut scriptum est: nec deum nec hoies reue= [Hiere. iij.]
retur/ sed letatus cum malefecerit: ⁊ exultat in rebus pessimis
Facta est ei frōs meretricis: q2 nō potest erubescere. Ubi lingua
audax ⁊ frons inuerecūda: quid loquatur quidue agat non curat
Cum enim boni adolescētuli ⁊ mansueti: tacēdo reuereantur ma
iores suos: nemo solius taciturnitatis hanc laudē putet: q̄a
silentium ipsum (in quo est reliquarū virtutum ociū) maximus
actus verecūdie est. Deniq; si naturale est: aut infantie deputatur
aut superbie ꝓ bro datur: si verecūdie: laudi ducitur. Tacebat in [Dan. xiij.]
periculis susanna: ⁊ grauius verecundie q̄ vite dānū putabat:
vbi soli loquebatur cui poterat casta verecūdia loq̄. Fugit ⁊ pul= [Genesis xxxix.]
cher ioseph relicta veste i manibus fornicarie: tacēsq; celeriter
egressus est q̄ incongrua sue verecūdie audiēs: nō poterat diu [Exod. iiij.]
stare. Moyses quoq; ⁊ Hieremias: qd̄ poterāt per grām: excu= [Hiere. j.]
sabant per verecūdiam. Tuti⁹ em̄ est discere q̄ docere/ tacere
q̄ loqui. Quid aūt magis pōt verecūdie bonū/ q̄ vt iuniorum
etas magis debeat discere q̄ tacere? Pytagoras q̄ppe legem
dedit silentij discipulis suis: vt tacentes per q̄nquenium: loqui
discerent: ⁊ tu nō vis tacere: cui virtus silētij propria est? Quid
opus est o adolescens: vt ꝓperes periculū suscipe loquēdo: cū
tacendo possis esse tutior? Et plures vidi loquendo incidisse
pctm̄: vix quēq; tacendo. Ideoq; tacere nosse: q̄ loq̄ difficilius
est. Scio plerosq; loq̄: cū tacere nesciāt. Rarū est tacere quēq̄
cum sibi loqui nihil prosit. Sapiens ergo est q̄ nouit tacere. Al
liga moneo sermonē tuum: ne luxuriet/ ne lasciuiat: ⁊ in multi
loquio pctā sibi colligat. Sit restrictior: ⁊ ripis ipsi⁹ coerceatur.
Cito lutum colligit amnis exūdans. Sit tibi grauitas in inces
su: in sermone pōdus: atq; in verbis modus. Hec autem si custo
dieris: eris mitis/ māsuetus: ⁊ modestus. Custodi cor: ⁊ retine
linguam. Bona enim possessio: mens bona. Sepi ergo hanc pos
sessionem: ⁊ muni eam vndiq;: ne irruant in eam: ⁊ captiuam du
cant irrōnabiles corporis passiones. Custodi quantum potes
interiorem hoiem tuum. Noli eū quasi vilem negligere ac fa=
stidire: q2 preciosa possessio est ⁊ merito preciosa: cuius non ca=
ducus fructus ⁊ temporalis: sed stabilis atq; eterne salutis est
Si vis bene custodire: tace prius ⁊ audi: ⁊ non delinquas in lin
gua. Graue malū: vt aliq̄s ore suo condemnetur. Etenim si pro
ocioso verbo reddet vnusquisq; rōnem in die iudicij: quāto ma=
gis ꝓ verbo impuritatis: ⁊ turpitudinis: ⁊ impietatis? Videa
mus etiam ne rationem ponam⁹ ꝓ ocioso silentio. Est em̄ fru=
ctuosum ⁊ negociosū silentiū. Tacēdo em̄ apud hoies: melius
loquimur deo. Multe em̄ cōtemplationes sunt q̄bus aīa deuo=
ta deo tacēdo mirabiliter pascitur. Dauid ꝓpheta docuit nos
tanq̄ in ampla domo deambulare in corde nostro/ ⁊ conuersari
cum eo tanq̄ cum bono contubernali: vt ipse diceret sibi ⁊ loq̄
retur secum. Dixi custodiam vias meas. Moyses in silentio lo [ps. xxxviij.]
quebatur: ⁊ in ocio operabatur. Quando ergo iustus solus est [Exo. xliiij.]
qui semper cum deo est? Quomodo solitarius est qui nunq̄ se= [Exo. xvij.]
paratur a christo? Quando autem feriatur a negocio: qui nūq̄
feriatur a merito quo consummatur negocium? Quibus autem
locis circunscribitur: cui totus mundus diuitiarū possessio ē?
Qua existimatione diffinitur: qui nec operatione comprehendi
tur? Nunc quidem de deo cogitat ⁊ sanctis angelis ei⁹/ atq; de
immarcessibili gloria eterne beatitudinis: nunc vero de versu=
tijs diaboli/ de peccatis suis: de hora mortis: de penis inferni
de die tremendi iudicij: nunc de profunditate diuinarum scri=
pturarum/ de natura virtutū: de compositione morum bonorum.
O gloriosum tale silentium: vbi eloquia dn̄i/ eloq̄a casta sunt?
Est igitur tacendi ⁊ loquendi modus. Bona mens verecunda
vt loquatur: multa prius cō siderat quid dicat: ⁊ cui dicat/ quo
loco/ ⁊ tēpore. Merito sapiēs dicēdus est qui nouit tp̄s loquē=
di. Vn̄ bene ait scriptura. Hō sapiens tacebit vsq; ad tp̄s. Ideo [Eccli. xx.]
sancti domini qui sciebāt q2 vox hois plerumq; pctō iuncta est
⁊ initiū erroris humani sermo est hois: tacere amabāt. Deniq;
sanctus. Dauid ait. Posui ori meo custodiam ꝓpheta custodie [ps. xxxviij.]
bat: ⁊ tu non custodies? Potes autem custodire: si cito non lo=
quaris. Lex dicit. Audi israel. ⁊c. Audi em̄ dixit ⁊ non loquere. [Deut. vj.]
Tue enim etatis est tacere et obedire: nō de maioris sn̄ia iudi=
care. Scriptū est iterū. Audi isrl' ⁊ tace. Isaac deferebat patri [Gen. xxij.]
suo honorē: et obediēs eius voluntati/ non recusabat mori. Je [deut. xxxj]
sus vero naue sedulo obsequio. Moysen venerabatur: ⁊ obedi=
ens existens in omnibus/ tantā gratiam apud deum meruit: vt
illius successor ad regendum dei populum eligeretur. Heliseus [iiij. Re. ij]
relicto aratro/ mactatis bobus: vocantē heliā secutus: per ve
ram miteq; obedientiam ad tantā morum ascendit celsitudinē:
vt ipsius tam excelsi magistri dupliciter in bono discipulo requie=
sceret. Abraham vero ille fidelis senex ad iussionem dn̄i reliqt [Gen. xij.]
terram natiuitatis sue: ⁊ q̄uis in multis locis freq̄uētes iniuri
as grauesq; perpessus foret labores: nūq̄ cepte obedientie pe=
nituit. Intantū enim ꝑ obedientiā ⁊ fidem placuit deo: vt ei de
xp̄o primū repromissio fieret. Ipse demū dn̄s noster iesus xp̄s/
in factis dictisq; suis multū nos obedientiā docet. Vera enim
subiectio propter deū/ ꝓprie voluntatis est mortificatio: dum
abiecta ⁊ indigna de se credit/ ⁊ deo acceptabilē/ hoibusq; dul
cem obediētia parat. Deniq; volūtas propria ex liberi arbitrij
presumptione descendens: obstinatis ⁊ inobedientibus ipsa bo
na in peccatū ꝯuertit. Uir bonus cū bonis suis oibus habere
obedientiā studeat. Scriptū quippe est. Melior est obedientia [j. Reg. xv]
q̄ victima/ ⁊ auscultare magis q̄ offerre adipem arietum: quo=
niam quasi peccatū ariolandi est repugnare/ ⁊ quasi scelus ido
latrie nolle acq̄escere. Cernis quātum ⁊ quale sit inobedientie
malū: quod idolatrie magicisq; cōparatur artibus? Adolescē=
tes qui tali repleti sunt malo/ subdi senioribus dedignātur: fa=
cta vero eorū aut dicta tumida: ⁊ erecta ceruice nō obseruāt sz
dijudicant: nō venerando exaltant: sed spernendo subsannant.
Sed nō impune. Inde enim euidenter deficiunt vnde miseri ꝓ
ficere debuerunt. Hoc autem vult deus: vt homo per hominē
doceatur: ⁊ minor maiori subdatur. Si em̄ angelus angelo impe
rat: ⁊ inter iubentē ⁊ obedientem summa manet semper cōcor=
dia: videat ille q̄ grauiter peccat qui debitā exhibere suis ma
ioribus reuerentiam nō curat. De interitione namq; illorum qui
non obedientes sunt ⁊ suos seniores suosq; patronos despiciūt
multa dici potuissent: nisi ꝓmisse breuitatis memor illa studio
se preterirem. Ad quid plura? Una em̄ sententia obedientibus
et inobedientibus sufficere potest: quam per se veritas loqui= [Luce. x]
tur dicens. Qui vos audit me audit/ ⁊ qui vos spernit me sper
nit. Inde illi gaudeant gaudio magno: qui seniores suos vene
rationi habent ⁊ honori propter christum. Multi namq; de vir
tute obedientie multa scripserunt: inter quos sanctus pater
noster benedictus de ea tam terribiliter locutus est: vt fra=
trum bene obedientium corda/ pre nimio timore concuti vale=
ant. Sed ⁊ ille summus mellifluī oris Gregorius mirabiliter su
perexaltat ⁊ magnificat eam: demonstrare autem volens quā=
ti sit meriti obedientia: ita ait vir eloquens. Sola namq; obediē=
tia virtus est: que virtutes ceteras menti inserit insertasq; cu=
stodit. Unde primus homo preceptum qd̄ obseruaret accepit/
cui si vellet se obediens subdere: ad eternam beatudinem sine
labore perueniret. Deinde idē doctor verba q̄ locutus est spiri
tussanctus per os samuelis superi⁹ posita exponēs dixit. Obe
dientia quippe victimis iure preponitur: quia per victimas alie=
na caro/ per obedientiam vero voluntas propria mactatur. Tā
to quisq; deū citius placat: quanto an̄ oculos eius repressa ar
bitrij superbia/ gladio precepti se immolat. Quo contra ario=
landi peccatum inobedientia dicitur: vt quanta sit virtus obe=
dientia demonstretur. Ex aduerso enim melius ostenditur: q̄d
de eius laude sentiatur. Si enī quasi pctm̄ ariolandi est repu [j. Reg. xv]
gnare: ⁊ quasi scelus idolatrie nolle acq̄escere: sola obedientia
est que fidei meritū possidet: sine qua quisq; infidelis conuinci
tur: ⁊ si fidelis esse videatur. Hinc per Salomonem dicitur in
ostensione obedientie. Uir quippe obediens loquitur victorias. [pue. xxi]
Uir quippe obediens victorias loquitur: q2 dū aliene voci hu=
militer subdimur: nosmetipsos in corde superamus. Hinc veri=
tas in euāgelio dixit. Eū q̄ venit ad me nō eijciā foras: q2 nō ve [Joh. vj.]
ni facere voluntatē meā: sed eius q̄ misit me. Quid em̄ suū face
ret: si eos q̄ ad se veniunt expulisset? Quis aūt nesciat q̄m volū
tas filij a patris volūtate non discrepet? Sed q̄m primus hō q2
suam volūtatē facere voluit/ a paradisi gaudijs exiuit: scd̄s ad
redēptionē hoim veniēs: dū se voluntatē patris ⁊ nō suā facere
ostēdit: ꝑmanere nos intus docuit. Cū igitur nō suā sed volūtatē
pr̄is fac: eos q̄ ad se veniūt foras nō eijcit: q2 dū exēplo suo nos
obediētie subijcit: viā nobis egressionis claudit. Hinc rursum
ait. Nō possū ego a meipso facere q̄cq;: sed sicut audio iudico. [Joh. v.]
Nobis quoq; obediētia vsq; ad mortem seruāda precipitur. Ipse
aūt sicut audit iudicat: tūc q̄z obedit cū iudex venit. Ne igitur
vsq; ad pn̄tis vite terminū obediētia laboriosa appareat: redē
ptor nr̄ indicat: q2 hāc cū iudex venerit seruat. Quid ergo mi=
rū si pctōr hō/ obedientie in pn̄tis vite breuitate se subijcit: q̄n
hāc mediator dei ⁊ hoim etiā cū obediētes remunerat: nō relin
quit? Sciēdū v̄o est nūq̄ ꝑ obediētiā malū debere fieri: aliqn̄
aūt per obedientiam qd̄ agitur bonum debet intermitti. Neq;
enim mala arbor in paradiso extitit: quā deus hoi non tāgere
interdixit. Sed vt melius per obedientie meritum homo bene
conditus cresceret: dignum fuerat vt hunc a bono prohibe=

ret:quatinus tanto verius hoc quod ageret virtus esset quãto
et a bono cessans:auctori suo se subditum humilius exhiberet.
Sed qr nonnunq̃ nobis huius mundi prospera:nõnunq̃ iubẽ
tur aduersa:sciendum summopere est: q obedientia aliquãdo
si de suo habeat aliquid nulla est: aliquãdo autem si de suo nõ
habeat minima est. Naz cũ huius modi successus precipitur:cũ
locus superior imperat:is qui ad percipienda hec obedit/ obe
dientie sibi virtutem euacuat:si ad hoc ex proprio desiderio an
helat. Neq̃ eñ se sua obedientia dirigit:qui ad percipiẽda hu
ius vite prospera/libidini proprie ambitioni seruit. Rursum cũ
mundi despectus precipitur:cũ probra adipisci ꝛ cõtumelie iu=
bentur:nisi ex seipso animus appetat:obedientie sibi meritum
minuit/qui ad ea que in hac vita despecta sunt:inuitus nolẽsq̃
descendit. Ad detrimentum quippe obedientia ducitur cũ mẽ
tem ad suscipienda probra huius seculi: nequaq̃ ex parte ali=
qua etiam sua vota comittantur. Debet ergo obedientia aliq̃d
ex suo in aduersis habere:ꝛ rursum in prosperis ex suo aliquid
minime habere quatinus ꝛ in aduersis tanto sit gloriosior:quã
to diuino ordini ex desiderio iungitur:ꝛ in prosperis tanto sit
verior:quãto a presenti ipsa quam diuinit⁹ percipit gloria fun
ditus mente separatur. His ergo tanti doctoris euidẽtissimis
assertionibus Moyses ꝛ Paulus in factis suis proculdubio te
stantur. Quere ꝛ lege quid vterq̃ eorũ fecerit. Verũtamẽ inter
hec scire oportet:q innocuis mentibus virt⁹ semp obedientie
Joh.x. iungitur:dño testante qui ait. Oues mee me audiunt:ꝛ ego co
gnosco eas:ꝛ sequuntur me. Redemptori igitur suo non obe
dit:qui innocens nõ est:ꝛ innocens esse nõ potest:qui obedire
contemnit. Sed necesse est vt ipsa obedientia nõ seruili metu:
sed charitatis affectu fiat:nõ terrore pene:sed amore iusticie:
nulla quippe innocẽtia:nulla vero obedientia est:nisi in eis cha
ritas fulgeat:que virtutes oẽs transcendit. Sepe eñ falsa obe
dientia:sub timoris specie palliatur. Igitur si videris iuuẽcu=
lum desidem ad obediendum:ꝛ velocem ad loquẽdum: nõ du=
bites eum varijs animi passionibus (presertim superbie peste) la=
Eccl.xxx borare. Inobedientia eñ sequitur superbiam matrẽ suã: sicut ha
bes. Equus indomitus euadet durus ꝛ filius remissus euadet
preceps. Sicut superbia equi indomiti ꝑcipitio prona est: ita la
Eccl.xxxij sciuia adolescẽtis indisciplinati/pcti ruine prima est. Loquere
tu maior natu:decet eñ te. Adolescẽs loquere in causa tua vix
cum necesse fuerit. Si bis interrogat⁹ fueris: habeat caput re
sponsum tuũ. In multis esto quasi insciuꝰ:ꝛ audi tacẽs simul ꝛ
querens. In medio magnatorum loq̃ nõ presumas:ꝛ vbi sunt se
nes non multũ loquaris. Ante grãdinẽ preibit corusca tio:ꝛ an
te verecũdiam preibit gratia:ꝛ pro reuerentia accedet gratia
bona. Ex his naq̃ verbis sapientie intelligere potes quãtum
virtutes superius posite: iuniorem etatem adornent. Pueri
enim a puritate dicti sunt:ꝛ decet vt regnent in eis simplicitas
ꝛ innocentia/ꝛ puritas hoc est virginitas. Cum his crescãt: ꝛ
in his perseuerẽt:vt mereantur sequi agnũ quocũq̃ ierit. Ado
lescentes aũt iuxta nominis huius interpretationem: per dies
singulos in bonis operibus crescẽtes:verecũdiã diligãt:taci
turnitatem custodiãt:simulq̃ in exhibenda obedientia nimis
feruearit. Istas quippe virtutes in primo constituimus loco:ve
lut quedã incremẽta bonorum operũ:vt per eas ad castitatem
ꝛ humilitatem:ꝛ patientiã: que secũdã partem obtinent: recto
tramite valeant peruenire. Castitas igitur (qr vterq̃ sexus vi=
tio libidinis egrotat) nisi aliarum virtutũ ope fulciatur:facile
labitur. Et ꝑinde nimio studio seruanda est:qr semel amissa:nõ
reparanda est. Prima naq̃ tela sunt oculorum:secunda verbo=
Puer.xxi rum. In desiderijs eñ est omnis ociosus:ꝛ desideria occidunt
pigrum. Et ideo suffragatur ei plurimum verecundia:que custo
dit oculos:ꝛ taciturnitas:que retinet linguam: atq̃ obedien=
tia que mentem occupat:corpusq̃ fatigat:ieiunijs vigilijs: ora
tionibus:ꝛ ope manuum. Sed necessariã pre omnib⁹ habet hu
militatem:qua cõseruẽtur habita vsq̃ in finẽ. Multi eñ in ipsa
senectute:ꝑ superbiã in luxuriã ceciderũt. Qua de re timẽdũ est
ꝛ cauẽdũ ne subit⁹ calor supet lõgũ tps: ꝛ ipudicos senes lasci
uia condẽnet. Tenenda est itaq̃ semp hũilitas custos pudici=
tie mater patiẽtie. Sine cã eñ laborat q virtutes sine humilita
te cõgregat. Vera aũt patiẽtia:nisi per ꝓfundã humilitatẽ nec
acquiritur:nec tenet. Hãc vero quisq̃s veraciter habet:nec be
neficio celle/nec profugio solitudinis indiget:ꝛ si ei aduersita=
tis aliq̃d acciderit:nõ cõtristatur: sꝫ adhuc diligẽti deũ omĩa
Rom.viij cooperantur in bonũ. Iste timet in prosperis:gaudet in aduer
sis. Amat ꝛ adiuuat se persequentes:qr eũ patientia ꝛ benigni
tas comitantur velut indiuidue comites. Si quis igitur habet
aiam virginalẽ ꝛ amator est pudicitie:non debet mediocribus
esse cõtentus:que cito exolescit ꝛ exorto caumate arescũt:sed
perfectas virtutes sequatur: vt lumen habeat sempiternum.
Qui enim ꝓficere studet:semp inuenit quo crescat:ꝛ ꝑ dies sin
gulos seipso melior fiat. Adolescens profice:mãcipatus es xp̃i

Ps.xxvi. seruitio:ꝛ cepisti magna agere:ꝛ excelsa imitari: confortetᷣ cor
tuum:ꝛ viriliter age. Magna tibi dabitᷣ gloria post victoriã. Li
cet lubricũ sit iter per qd incedis:tñ de dñi auxilio confidens/
desere ima quantum vales:ꝛ summa pete. Nõ deficias/neq̃ te=
pescas:vt gradum ꝑfectionis possis ascendere:ad quã non nisi
multis laboribus peruenitur. Euge nunc euge frater bone: ini
tia transcende ꝛ ad superiora tende: vt deo in voce exultatiõis
canticum graduũ cantes. Tibi vero de radice ad cacumen fe
stinanti:liber patet ingressus ad illas quattuor virtutes pnnci
pales:que in adolescentibus inchoantᷣ:ꝛ in iuuenibus augentᷣ/
in senibus perficiuntᷣ:qr matura etas multis laboribus exerci
tata: iam nouit per experientiam/ quod didicit per scientiam.
Unde iam nõ immerito prudentiã: fortitudinem:iusticiam ꝛ tẽ
perantiã in tertio constituim⁹ gradu:qr per eas maxime instru
untur mores:ꝛ bene viuendi magisterium docetur. Sed ex his
prudentia agnitione veri delectat. Iusticia dilectionem dei ꝛ
proximi seruat. Fortitudo metum mortis contemnit. Tempe=
rantia affectionez carnis temperat. Prima enim intelligit. Se
cunda bene viuit. Tertia appetitũ cohibet. Quarta modũ im=
ponit. Tres ille superiores (quod honestum est) operantur:hec
autem quarta decorum agit illud: quod ex radice honestatis
proficiscitur. Siquidẽ prudentia est agnitio vere fidei ꝛ scien=
tia scripturarum:in qua intueri oportet illud trimodũ genus
intelligentie:quorum primũ est historicũ:scdm allegoricũ:tertiũ
superior ille intellectus quem dicunt anagogem. Iusticia vero
est deum timere:religionem venerari:honorem ferre parentib⁹:
patriam diligere:cũctis ꝓdesse:nocere nulli:fraterne charita=
tis vinculum tenere:pericula aliena suscipere:opem ferre mise
ris:bonis vicissitudinẽ rependere:equitatẽ in iudicijs conser=
uare. Fortitudo aũt est animi magnitudo ꝯtemptus honorum vel
diuitiarum. Hec aduersis aut patienter cedit:aut resistit forti=
ter. Nullis illecebris edomatur:malis aduersis non frangitur:
non eleuatur secũdis:inuicta ad labores:fortis ad pericula pe
cuniam negligit:auariciam fugit:contra vniuersa pericula ani
mum preparat:molestijs nullis cedit: glorie cauet appetitum.
Sed inter has temperantia semper amplectenda est. Est enim
modus vite in omni verbo vel opere. Hec autem sobrietatis ꝛ
verecundie comes est:que alio nomine vocatur modestia. Hu=
militatis regulam custodit:tranquillitatem animi seruat:con
tinentiam ꝛ castitatem diligit fouet decus ꝛ honestatẽ: restrin
git ratiõe appetitum:iram contemnit:nec rependit cõtumeliã.
His tu plagis celi: includere homo dei. His tu armis bellator
xp̃i:accingere:ꝓtegere ꝛ ornare. Iste curr⁹ igneus te fortẽ mili
te gestabit consummato cursu ad celi palatium:vt assistas regi
tuo:cui certasti bonum certamen:fidẽ seruasti. Bene rege hãc
quadrigam virtutum:ꝛ sede in ea:firmus:vt isto vehiculo vehi
altius ꝛ introduci valeas ad tricameratã domũ in summo mõ=
tis vertice collocatam. Hanc eñ dico firmã fidem/ spem incon
cussam:perfectã charitatem:que omnẽ seruilem foras mittit ti
morem:vbi via mãdatorum dei dilatato corde curritᷣ. Hinc aia
iusti sedes sapiẽtie facta plano moderatoq̃ incessu portat deũ
Phil.i sessorem suũ. Huic autẽ viuere christus est:ꝛ mori lucrum. Hic
discretus ꝛ contemplator transit quotidie: visionemq̃ mirabi
lem cernit:trahitur a deo:ꝛ ardenti desiderio currit post eũ. Si
autem istũ montẽ excelsum: hancq̃ pulchram domũ inhabita
ueris:poteris ꝛ tu sepissime intueri terram illam promissionis
terram lacte ꝛ melle manantem. vbi verus israel moratur:ꝛ ve=
ritatis in eternum pascitur. Sed dicis tu mihi. Quare fidem
in primo loco non posuisti:que est in christiana anima fundamẽ
tum omnium virtutum: Facerez vtiq̃:nisi fides cresceret. Nisi
Luc.xvij. autẽ fides cresceret apostoli dño minime dixissent. Adauge in
nobis fidẽ. Continua eñ operatione virtutũ ꝛ assidua medita
tione scripturarũ sanctaruz fides eruditur: ꝛ erudiendo illumi
natur/ꝛ illuminando augetur:ꝛ augendo perficitur: ꝛ perfici=
endo stabilitur:ita vt nullo turbine hereseos vel persecutionũ
a statu sue rectitudinis moueatur. Igitᷣ priusq̃ homo per fidẽ
cognoscat creatorẽ suum:ignorantia (mater omnium vitiorũ)
eius possidet animam. Ergo ignorantia nox est fides vero dies
Sicut dies crescit per horas:sic fides augetur per illumina=
tionem diuine gratie: et per documenta matris ecclesie. Pri=
mum itaq̃ sincera radix sancte fidei in terra humani cordis
plantatur:cui inseritur ramusculus ille sancte arboris:idest ti=
mor domini:qui dicitur initium sapientie. Cum hoc incipit: et
Ps.cx. cum isto ascendit vsq̃ ad plenitudinem luminis. Cumq̃ fides
plene adulta fuerit:velut quedam magna arbor diuersa in se
habens poma ex quibus reficitur aia plena deo tunc adheret
ei timor ille castus ꝛ sanctus eterne charitatis:qui ꝑmanet in
Ps.xviij. seculum seculi. Hec est eñ fides illa que per dilectionem ope=
ratur:vt homo noua creatura efficiatur:fides prudẽtissima ꝛ in
uictissima:q̃ inter verba altercatiõis/in tẽpore ꝑsecutionis ꝛ in
die necessitatis superari non potest. Quapropter fides firma
ꝛ charitas

⁊ charitas plena/fideles comites ⁊ inseparabiles sorores: cuncta in se genera virtutum continentes/virum perfectu efficiūt quantum possibile est eum perfici in hac vita plena miseriis et erroribus. Iste illud apl'i in veritate dicere pōt. Quis nos separabit a charitate christi? Tribulatio: an angustia: an persecutio/an fames: an nuditas: an periculum an gladius? Cert⁹ sum enim q neq mors: neq vita: neq angeli: neq principatus: neq potestates: neq virtutes: neq instantia: neq futura: neq fortitudo: neq profundum: neq altitudo: neq alia creatura poterit nos separare a charitate dei: q̄ est i x̄po iesu dn̄o nostro. Hec est aūt disciplina bone vite/⁊ recta series virtutum. Ista est via regalis precedentium patrum trita pedibus. Ambula in ea o grex adolescentium: ⁊ noli declinare ab ea: neq ad dexteram/ neq ad sinistrā. Ille quidem ad sinistram declinat: qui se apertis vitiis implicat. Ille vero ad dexteraȝ declinat: qui vitia sub specie virtutum latentia summope non deuitat. Per hec enim multi decipiunt: ⁊ ignorāt se esse deceptos. Itaq dupliciter rea est anima si ⁊ bonum nō facit vnde spūaliter viuat ⁊ lateat. Superbus vult se credi constantem: prodigus liberalem: auarus diligentem: temerarius fortem: inhumanus parcum: gulosus humanum. Impudentia constantie sibi nomē ascribit: Procacitas appellationem libertatis ostendit. Eloquentiā verbositas fingit: ⁊ curiositatis malū sub studii spūalis colore delitescit. Nam interdum sub pretextu iusticie: crudelitas agitur. Et putatur esse virtus qd̄ nimirum vitiū est: sicut remissa segnicies mā suetudo esse credit. Et qd̄ agit torpēs negligētia putat agere idulgētia pietatis. Itē timor sub specie obediētie occultat: ⁊ dicitur virt⁹ humilitatis: qd̄ tñ vitiū est timoris. Porro vitiū inquietudinis virtutē se vult vocari sollicitudinis. Et precipitationis facilitas: feruor boni studii credit. Et bn̄ agendi tarditas cōsilii mora esse videt: cū tamen ista sit virt⁹: illa vitiū. Hec ⁊ si humane possunt discerni iudicio: tñ sine dono dei (quantū mihi videt) nec virtutes possunt haberi vł appeti: nec earū similitudines (que sunt vitia virtutes imitātia) declinari. Sciendū est q̄dā summe virtutes sunt: q̄dā vo medie. Sūme virtutes sūt spes/fides charitas. Nam a qb⁹ habent: vtiq veraciter habentur. Doctrina: ieiuniū/castitas/sciētia/⁊ cetera his similia/medie virtutes sunt: qr ⁊ ad vtilitatem/⁊ ad perniciem possunt haberi. Non pōt esse veritas cū mēdacio: pudor cū petulantia: fides cū perfidia: castitas cū luxuria. Aduersus impetus vitiorum ꝯtrariis virtutibus est pugnandū. Cōtra luxuriam adhibeatur cordis mundicia: contra odium dilectio: contra iracundiā patientia: contra timorem fiducie virtus: contra torporem feruor boni studii. Opponat tristicie/gaudiū: accidie/fortitudo: auaricie/largitas: supbie/humilitas. Principalium septem vitiorū regina ⁊ mater est superbia: que tanto deterior in imo iacet: quanto in alto se erigit. Septem principalia pariunt de se multa vitia: que ita sibimet quadā cognatione iunguntur: vt ex altero alterū oriat. Superbia sicut est origo omnium criminuȝ ita ruina cunctarū virtutum. Ipsa est in peccato prima: in cōflictu postrema. De superbia nascit arrogantia: q̄ taȝ in factis q̄ in dictis cauenda est. Ve ei q̄ sibi magis q̄ deo placere studet. Per cenodoxiā maxime subiicit sibi diabolus monachum: qr per eā ab humilitatis culmine deiicitur. Summa itaq virtus monachi humilitas: summū vitium eius superbia est. Supbiendo: cōtendendo: dimicādo murmurando/ detrahēdo: susurrando/negligendo/cōtemnēdo/⁊ proprias volūtates faciēdo: infinitas monachi qui nūc sunt culpas incurrūt. Hinc est q ex horum magna multitudine qui seculum deserunt: rari valde inueniuntur: qui mortificatis vitiis ascendere contēdant ad perfectionem virtutum. Hec autem significāt illa sexcenta milia armatorum: qui de terra egypti educti sunt: duo autē solummodo homines: idest iosue ⁊ caleph ex illis omibus terram promissionis ingressi sunt: regredi autē volentes in egyptum: prostrati in deserto diuersis generibus mortium interierūt. Per egyptum intellige mundum. Per pharaonem diabolum qui est rex super omes filios superbie. Per mare rubrum ablutionem peccatorum omnium. Per egyptios in eo mortuos: ipsa peccata que sūt exercitus pharaonis. Tu quidē iaȝ egyptū deseruisti pharaonē fugisti: ⁊ lotus a sorde tua submersis curribus canticum leticie domino cecinisti. Tandē ingressus solitudinem ad montē synai peruenisti: vbi data sunt tibi p̄cepta vite: ⁊ instituta celestis discipline: q̄ coraȝ deo ⁊ sanctis ei⁹ te pollicitus es obseruare. Quāuis oīa feceris: noli tñ esse secur⁹. Multa habētur pericula i ip̄a qua incedis heremo. Ibi certe igniti sunt serpētes: q̄ ꝑcutiūt ⁊ interimūt murmuratores. Ibi lepra q̄ inficit ⁊ deturpat detractores ⁊ susurrones. Ibi seu⁹ gladius: q̄ deuorat fabricatores idoli: ⁊ cultores: illos videlȝ monachos q̄ sectantur auariciam: que idolorum est seruitus. Hanc dicit apostolus: radicem omniū malorum. Scito tamen qr nō nisi tepidissimos monachos hoc impugnat vitium. Tu caue: ne preter victum ⁊ vestitum aliud aliquid habeas aut velis habere. Detestare supbiam/fuge contentionem. Rectores monasterii diligeas vt parētes: time vt dn̄os: crede esse salutare quod iniungūt. Sed hec custodire nō poteris: nisi prius te stultuȝ facias vt sis sapiens: nihil scilicet discernēs/nihil diiudicans ex his que tibi fuerint imperata: sed cum omni simplicitate ac fide semper obedientiam exhibeas. Illud tantūmodo sanctum/illud vtile illud sapiens iudicans: qd̄ tibi vel lex dei vel senioris examen indixerit. Terreat te illorū exemplum/q̄ aduersus Moysen rebellauerunt: quorum alios celestis flamma cōbussit: alios autē infernus viuentes suscepit. Deficiet mihi tēpus. si velim omnia per ordineȝ pandere. Illud tibi inculcandum video/qr dū viuimus inter laqueos currimus. Nusq̄ tuta pax proh dolor: nusq̄ tuta quies: vbiq bella: vndiq hostes. Pharao enim cum suis egyptus retinet exeuntem. Clades aūt plurime in medio itinere: que impediunt nimis eūtem. In extrema vero parte: ante te hostes diri ⁊ fortes: qui resistere cupiunt ne terrā promissionis possis intrare. i. amalech/seon/og/moab filii ammon: ⁊ latrūculi montis seir. Si aūt forte his superatis: p mltos labores optimam ingressus fueris terram: videbis q in ip̄a etiā: nō valebis esse securus. Enimuero remanēt allophili: ⁊ alie in tuo circuitu reseruant gētes: in quib⁹ te de⁹ expiatur vtrū diligas eū vel semper manū eius respicias: ne forte cū comederis ⁊ saturatus fueris obliuiscaris eum. Igitur per septē gentes que ex illa terra expulse sunt: intellige septem capitalia vitia: quorum duo carnalia sunt. i. castrimargia: ⁊ fornicatio: reliqua spūalia: que in mēbris suis taliter distinguūtur. Gule cōcupiscentia in quinq modos diuiditur. Primo si ante tempus cibos q̄s appetat. Secūdo si lautiores escas q̄rat. Tertio si diligētius quoslibet cōes cibos quis ꝓcuret. Quarto si viles escas nimiū q̄s sumat. Quinto sudiq ex desiderio quodcūq sumat. ¶ Fornicatio trimodo genere. Primū dum per voluptatis luxuriā cōmixtio explerur. Alterum dū sola attrectatione luxus carnis per immūdiciam prouocat. Tertiū dum intētione turpiū cogitationū/nocturna quisq illusione polluit. Est ⁊ quartum genus iuxta scripturam: sicut idolatria ⁊ auaritia. Sed ⁊ oīs immunda pollutio fornicatio dicit. ¶ Philargiria in gemina membra distinguitur: puta in concupiscentiā rei augende/⁊ in metum carende. Est ⁊ tertium gen⁹ pestis huius: q̄to monachus ex ipsis necessariis sine qbus viuere non potest: plus desiderat habere q̄ necesse sit: aut ea volumus in monasteriis possidere que i͂ esse mus in seculo minime habere valerem⁹. ¶ Ire genera tria sunt. Unum qd̄ ardet extrinsecus: aliud qd̄ in verba sine operis effectu prorumpit: tertium qd̄ nō vt illud feruens ad horā digerit sed per dies ⁊ tempora reseruatur. Ex illo quippe calor ⁊ indignatio: ex isto nascitur odiū: que oīa equali sunt a nobis horrore damnanda. ¶ Tristicie vitiuȝ in tres diuiditur partes: quarū prima tempata est ⁊ rōnabilis: de delictorū penitudine veniens. Altera perturbata ⁊ irrationabilis: de anxietate mentis seu de desperatione peccatoruȝ exoriens. Tertia de iracundia/vel de illato dāno/ac desiderio prepedito procedens. ¶ Accidie gn̄a duo sunt. Unum qd̄ ad opus dei pigritare monachum ac dormitare compellit. Aliud qd̄ vagari huc illucq facit: ac fugere cohortatur de fratrū cum quibus viuit societate. Hec scȝ sex vitia quadam inter se cognatione sunt coniuncta: ita vt prioris exuberantia sequentis efficiat exordium. Ex primo enim scd̄m ex secūdo tertium ⁊ sic de ceteris. Et ideo ecōtra simili mō atq eadē rōne pugnādū est: qr primo deuicto/aliud facili⁹ deuincit. Et illa vitia lȝ inuicē sibi sint cōnexa: ea quā dixim⁹ rōne: specialit⁹ tñ in tres copulas diuidēda sunt. Castrimargie fornicatio: auaricie ira: tristicie accidia peculiari consortio federant. Sed his supatis maior tibi restat pugna: ⁊ ex tāto grauior: q̄to ista apli⁹ fuerit deuicta. Arripiēdū nāq tibi est totis virib⁹ fuge certamē cōtra crudelissimā ⁊ trifomē bestiā. i. supbiā: inanē gloriā: ⁊ inuidiā: cuius in vno corpe tria capita: ⁊ in ipsis capitib⁹ dētes ferrei cōminuētes oīa. O q̄ mltos viros hec immanissima bestia momordit ⁊ deiecit: atq sub pedib⁹ suis cōculcauit. Circūda itaq tibi fortē armaturā: vt possis stare cōtra tā tā neq̄tiā. Indue te lorica charitatis: ⁊ accinge te gladio spūs: qd̄ est vbū dei: sume scutū fidei: pone galeā salutis ⁊ spei i capite tuo: sint pedes tui calciati i p̄paratione euāgelii pacis: vt null⁹ i te pateat loc⁹ insidiis potētis aduersarii. Caput supbie: sicut caput vipe furor ei⁹: vt furor draconis: ⁊ flat⁹ ei⁹ letifer: vt insanabilis flat⁹ reguli. Illud eñ prestantius ceteris tres venenatas ex vipereo ore ad feriendū educit linguas. Prima eos percutit qui p transgressionis culpā ꝯtemptui habent diuina precepta. Secunda illos qui ex conseruatione mandatorum: extolluntur in elationem virtutum. Tertia eos qui cōtumaciam mentis subdi dedignātur maior imperiis. Quidam aūt p carnalibus quidā p spiritualibus superbiūt: ⁊ est vna supbia sub diuerso colore. ¶ Cenodoxie alterum caput: multiforme prodigiū

Rom.viij
Prouer.iiij.
Nu.xvi.
Ephe.vi.
Coll.iij.
i.Thi.vi.

⁊ multiplex malum: diras voces ⁊ rugitus terribiles ex turgi-
dis faucibus quadripartito modo altius efflat. Nam sunt qui
habent dona: ⁊ donantem ignorant. Et sunt qui se dicunt pro
suis precedentibus meritis dona accepisse: non pro gratia lar
gientis. Item quidam sunt qui quod non habeant habere se p
tumorem existimāt. Sunt ⁊ alij qui contēnendo ceteros: putant
se habere aliquid singulariter. Sed ista elatio ceteris pernicio
sior est / de singularitate iactantie veniens. Hec autē dira lues
q̄uis se ad alta erigat et impleat clamoribus aures: non tñ ei
tanta quā habet extollentiaz est vis ⁊ potētia. ¶ Ipsa quoq̄ in
uidia duplices euomit flāmas. Hoc nāq̄ caput tertium: mō illū
vrit qui meliori inuidet in id quod ipse non est: modo illum affi-
cit qui quēlibet cōsimilē dolet sibi esse equalē. ¶ Ut hec triadi
scernere valeas / ista do tibi indicia. Superbia em̄ rubet. Ce-
nodoxia albet. Inuidia pallet. Furor igneus in superbis ex in
dignatione: candor in hypocritis ex simulatione: pallor in inui
dis ex nimio dolore. His ita digestis rectius septē criminalia vi
tia denotant q̄ dinumerant: vt mihi videtur: q: sicut princeps
septē vitiorū diabolus: nos eorum subdit potestatibus: ita xp̄s
de⁹ noster spū septiformis grē plen⁹ / a dñatu ipsorū eruit: ⁊ sibi
subditos facit. Sed scire te opz quia ista vitia diuersos ortus
⁊ dissimiles deficientias habent. Gula enim ⁊ fornicatio quia
non nisi per corpus expleri pñt / carnalia sunt: ⁊ ideo corporali
indigent afflictione: simulq̄ remotioribus locis vt velocius cu
rari queant. Auaricia ⁊ ira lȝ non sint vnius nature: nam prior
extra naturam est: sequens autem originalis videtur q: homo
irascibile aial est: sibi tamen oriūtur modo. Siquidē ꝯmotionis
causas extrinsecus cōcipiunt. Tristicia ⁊ accidia nulla extrin-
secus accedente prouocatione generari solent. Superbia / ce-
nodoxia: atq̄ inuidia sine corporali ministerio consummantur.
Ad hec curāda que spūalia dicuntur: multum prosunt humana
consortia: maxime si inter bonos prudētesq̄ viros viuas qui il
la semper redarguant. Sed inter hec sciendum est q̄ in quibus
dam vētris ingluuies: in quibusdā fornicatio principalem ob-
tinet locum. In alijs superbia: in alijs cenodoxia arcē tenet. In
quibusdā ira: in quibusdā auaricia seu tristicia / aut aliqd eorū
sibi tyrannidē vendicat. Et iō opz vnūquēq̄ nostrū s̄m qualita
tem belli quo principaliter infestat / pugnam arripere: ita vt ali
um necesse sit aduersus vitium qđ tertium ponit: primū exerce
re conflictum: aliū cōtra quartum: seu quintū: ⁊ ita prout vitia
in nobis obtinēt principatū: vtiq̄ impugnationis exigit mod⁹
nos quoq̄ opz ordinem instruere preliorū. Et sic ꝯtra illud vnū
fortiter pugnem⁹ vt alia a quibus minus impugnamur nō ne-
gligamus. Atq̄ ita totis virib⁹ laboremus: vt nō de nostris la
boribus: sed de dei auxilio cōfidam⁹. Hoc em̄ modo ad purita-
tem cordis: ⁊ ad plenitudinem virtutū valebimus: christo adiu
uante peruenire. Illud etiā non minus te scire volo q: varie in
omibus sunt morum conspersiones. Unde alia vitia tranquil-
lis ⁊ lenibus morbus: alia duris ⁊ asperis vicina sunt. Sepe
autem quod istis placet / illis displicet. Diabolus enim dum de
cipere quēq̄ querit: prius naturam vniuscuiusq̄ intendit: ⁊ in
de se applicat vnde hominem aptum ad pctm̄ inspexerit. Ex ea
quippe parte hominem diabolus tentat / qua eum per excrescē
tem humorem facile ad vitia inclinari cōspicit: vt s̄m humoris
ꝯspersionē / adhibeat tentationē. Nullus ergo culpā nō estimet
quā ex ꝯspersione propria sustinet: sed quantū valet ꝯtra id qđ
tolerat pugnet. Nā si cōspersioni cedit: tentationi vel vitio ne-
quaq̄ resistit. Igitur constantes ⁊ duri mores: semp ꝯtra super
biam irā ⁊ crudelitatē pariter repugnēt. Jocūdi autē lenes cō
tra inanē gloriā hypocrisim: ⁊ falsam pietatē p̄cipue certare nō
cessent. Istud nāq̄ hoim genus / laudis amore facilius capitur
Nemini volunt displicere: omnes equanimiter portare vident:
decipiunt ⁊ decipiunt: ⁊ quanto hominibus placent: tanto fiūt
deo odibiles / sicut scriptuȝ est. Astuti ⁊ simulatores prouocant
iram dei. Boni enim viri timētes deum: idipsum qđ esse merue
runt videri refugiunt. Sane laus humana bonos cruciat / ma-
los letificat. Dupliciter aūt damnant hypocrite siue pro occul
ta iniquitate: siue pro aperta simulatione. Nam non semper la-
tent hypocrite. Omne fucatum permanet. Nam que simulata
sunt / diuturna esse non possunt. Hypocrite foris candidi: intus
sordidi. Amator vane glorie vnde possit laudari agere nō quie
scit. Nonnulli falsa opinione arrogantie: se perfectos esse existi
mant dum non sunt qui obortis tentationibus innotescūt. Tā-

Jo.xxxvj

to quis fit veritati vicinior quanto se longius esse ab ea fuerit
arbitratus. Est humilitas formidinis et ignorantie: que non
est laude digna. Hypocrita verba sanctorum habet: vitam non
habet: cui semper iactantia / oculos quibus deus videri potest
claudit. Superbis ⁊ libidinosis plus dominatur diabol⁹. Trās
acta libido semper sui relinquit penitudinem. Nunq̄ satiatur:
⁊ extincta reaccenditur. Ue illi qui tunc habuit terminum lu-
xurie / quando vite. Uinum contra potentē facit: quia postq̄ fer
uerit neq̄ pes neq̄ manus suū officium tenent: ⁊ omnis eius
exhilaratio vertitur in ruinam. Uir superbus nec decorabitur:
nec voluntatem suam perducet ad finem. Semper enim consci
entia serui dei humilis debet esse ⁊ tristis: scilicet vt per humi
litatem non superbiat: ⁊ per vtilem merorem cor ad lasciuiam
non dissoluat. Dei seruuȝ sine intermissione legere / orare / ⁊ ope
ri oportet: ne forte mentem ocio deditā: vitia sibi preoccupent.
Mens deo dicata: sic caueat minora vitia vt maiora: q: a mini-
mis incipiunt qui in maxima proruūt. Satis delicate se palpat:
qui vult sine labore magno studioq̄ continuo vel vitia supera-
re vel virtutes acquirere. Sia aūt mole carnis pressa sicut diffi
cile ad v̄tutes surgit: ita facile inuitta cadit / q: ista in imo sunt:
ille v̄o in summa arce consistunt. Deniq̄ nōnulli q: non pro dei
amore seculo renunciant laborare non curant. Utinā q̄ mundū
relinquimus: voluntaris sit non necessitatis. Qui enim nō rigi
da intentione monachi professioneȝ sectantur: quanto superni
amoris propositum dissolute appetūt: tanto procliuius ad mū
di amorem denuo reducūtur. Ex quibus alij corporis volupta
tem: alij honorem requirūt. Sed qui ad hoc conuersationē san-
ctitatis pretendit: vt alijs quandoq̄ preesse desideret: iste non
discipulus xp̄i: sed prauitatis sectator existit. Ferre enim crucē
⁊ non mori: hypocritarum est. Ille autē qui se pro deo duricie
tradit monachorū / assiduus debet esse in orationibus: lachry-
mas suas deo / non hominibus offerre: ieiunia in eurige moduȝ
pro lassitudine ⁊ viribus corporis temperare. Quapropter non
pigeat te bone frater quantum potes actibus sanctis insistere
vt laboris tui fructus quandoq̄ possis recipere. Hoc solū attē-
de q̄ monachus factus es: ⁊ ideo ea age que monachi sunt. In
ter eos cum quibus viuis / sectare meliores. In omni gradu et
ordine: optimis permixta sunt pessima. Aliosos: senes: ⁊ pertina
ces: quos vides in his abundare periculosis temporibus / noli
imitari. Mores vitamq̄ illorum fuge: ne tibi sint in laqueum et
ruinam: O q̄ multos senes ⁊ iudices israel turpiter vitam suā
negligentes: rex babylonis in terram captiuitatis ⁊ confusio
nis possidet: ⁊ q̄ multi iuuenes spiritu feruentes / dño seruien-
tes: vim faciūt celo: totisq̄ viribus sibi diripiūt illud. Utinam
taltū p̄conia iuuenū nr̄i imitarent senes: vt annosa redderet se-
necta q̄ tenera fert spōte adolescētia. Si tu vis p̄ficere nō respi-
cias qđ mali faciēt alij: sed qđ boni ipse facere debeas. Nonne
cernis negociatores ⁊ milites multa sustinere pericula: vt ad
incertos honores ⁊ perituras diuitias perueniant? Isti q̄ppe
seruant cum anime discrimine: que cum pluribus tribulatio-
nibus inueniunt. Quid ergo tibi dic rogo faciendum est: qui vē
ditis omnibus preciosam queris margaritam: ⁊ emptum ha-
bes agrū vbi thesaurus latet quem fur auferre nō pōt. Necesse
est tibi omes insidias precauere sollicite: ne si ruinā passus fue
ris: pro gloria habeas ignominiam. Cuis sis in tuto: noli esse
securus. Frequenter in media tranquillitate: vitiorum sirtibus
incauti ⁊ desides obruūtur. Fera prohdolor animantia nutrit
huius seculi desertum: que negligentes monachos duris mor-
sibus depascunt. Et quoniaȝ credo te posse plus proficere ora
tione: q̄ ista nostra exhortatione: addem ⁊ formulam orandi: vt
legendo / ⁊ orando: esurienti anime duplicem tribuas refectio-
nem: ⁊ quod desideras: apud deum facilius valeas obtinere.
Nimio enim coactus desiderio quod de salute tua habeo: istud
supra vires meas assumpsi negocium: vt vinculis verborū meo
rum ad instructionem tuam patruȝ sententias colligerem. Hec
tu meditare: hec in tabulis cordis tui scribe. Et vt scias per
quam viam incedere debeas: ⁊ vt perficere possis opere quod
discis lectione: clama ad deum (sine quo nihil boni agitur) cla-
ma precor clamore magno, toto corde tuo: ⁊ flebilis supplex-
q̄ tu ora.

¶ Finis.

¶ Incipit scala claustraliū: siue de modo orandi.

Um die quadā cor
porali manuū labore occupatus: de spūalis hominis exercitio cogitare cepissez: quattuor spirituales grad⁹ animo cogitāti se subito obtulerunt scilicz lectio/meditatio/oratio/⁊ cōtemplatio. Hec est scala claustraliuz qua de terra in celum subleuanť: gradib⁹ quidē distincta paucis: immēsa tamē: et incredibilis magnitudinis. ¶ Cuius extrema pars terre innixa est: superior vero nubes penetrat: ⁊ secreta celorum rimatur. Hi grad⁹ sicut nominib⁹ ⁊ nūero: ita ordine ⁊ munere sunt distincti. Quorū proprietates ⁊ officia quidem singula quid circa nos efficiant: quō inter se inuicē differāt ⁊ preminēāt: si qs diligenter inspiciat: quicqd laboris aut studij impenderit in eis breue reputabit ⁊ facile: pre vtilitatis ⁊ dulcedinis magnitudine. Est autez lectio sedula scripturarū cum animi intentione inspectio. Meditatio/est studiosa mētis actio occulte veritatis noticiā ductu proprie rōnis inuestigās. Oratio est deuota cordis intentio in deum: pro malis amouēdis: ⁊ bonis adipiscendis. Contemplatio est mētis in deum suspense eleuatio eterne dulcedinis gaudia degustans.

¶ Descriptio officiorū quattuor graduū.

¶ Assignatis ergo quattuor graduū descriptionib⁹: restat vt eorum officia videamus. Beate igitur vite dulcedinem: lectio inquirit: meditatio inuenit/orō postulat/cōtēplatio degustat. Un ipse dn̄s dicit. Querite/⁊ inuenietis: pulsate ⁊ aperieť vobis. Querite legendo: ⁊ inuenietis meditādo. Pulsate orādo: ⁊ aperieť vobis contēplando. Lectio quasi solidū cibū ori apponit. Meditatio masticat ⁊ frangit. Oratio saporē acquirit. Cōtemplatio est ipa dulcedo que iocundat ⁊ reficit. Lectio in cortice/meditatio in adipe/oratio in desiderij postulatione: cōtemplatio in adepte dulcedinis delectatione. Qd vt expressius videri possit: vnū de multis supponā exēpluz. In lectione audio Beati mūdo corde qm̄ ipi deū videbūt. Ecce breue verbū: sz suaui ⁊ multiplici sensu refertū. Ad pastuz aie q̄si vuā ministrauit: quā postq̄ aia diligēter inspexit: dicit intra se. Pōt aliqd boni esse. Redibo ad cor meū: ⁊ tentabo si forte intelligere ⁊ inuenire potero mundiciam hanc. Preciosa eñ ⁊ desiderabilis est res ista: cuius possessores beati dicūtur: quib⁹ visio dei (que est vita eterna) promittiť: que tot sacre scripture testimonijs collaudatur. Hoc ergo sibi plenius explicari desiderans: incipit hāc vuam masticare ⁊ frangere: eamq̄ quasi in torculari ponit: deinde excitat rationem ad inquirendū quid sit: ⁊ quomodo haberi possit hec adeo preciosa ⁊ desiderabilis mundicia. ¶ Officium meditationis. ¶ Accedens ergo sedula meditatio nō remanet extra: nō heret in superficie vlterius pedem figit. Interiora penetrat/singula rimatur/attente considerat q̄ nō dixit beati mundo corpore: sed corde/qr non sufficit manus hēre innoxias a malo opere: nisi a prauis cogitationibus mundemur in mente. Qd auctoritate prophete confirmatur dicentis. Quis ascendet in montē dn̄i: aut qs stabit in loco scrō ei⁹? Innocēs manibus ⁊ mūdo corde. Itē cōsiderat q̄tum hāc cordis mundiciam optabat idem ,ppheta/qui orans dicebat. Cor munduz inquit crea in me de⁹. Itē. Si aspexi iniquitatē in corde meo: non exaudiet dn̄s. Cogitat q̄ sollicitus erat in hac custodia beatus iob: qui dicebat. Pepigi fedus cū oculis meis/ne cogitarem quidem de virgine. Ecce q̄tū artabat se vir sanctus q̄ claudebat oculos suos/ne videret vanitatem: ne forte incautus respiceret qd postea inuit⁹ desideraret. Postq̄ hec ⁊ huiusmodi de cordis mundicia ptractauit/incipit cogitare de eius premio: q̄ gloriosum ⁊ delectabile est videre faciem desideratam dn̄i/speciosi forma pre filijs hominū. Nō esse iam abiectū ⁊ vilem: nō habentē speciē qua vestiuit eū mater sua sinagoga: sz stola immortalitatis indutum: ⁊ coronatū dyademate quo coronauit eū pater suus: in die resurrectionis ⁊ glorie: die quam fecit dn̄s. Cogitat q̄ in illa visione erit sacietas illa: de qua dicit ,ppheta. Satiabor cū apparuerit gloria tua. Uides ne q̄tū liquoris emanauit ex minima vua: q̄t⁹ ignis ex hac scintilla ortus est: q̄tū hec modica massa: beati mūdo corde qm̄ ipsi deuz videbunt: in incude meditationis extensa est? Sed q̄tū adhuc posset extendi: si accederet aliqs talia expertus? Sentio eñ q̄ puteus altus est: sed ego adhuc rudis tiro in quo pauca hec haurirē vix inueni. His anima facib⁹ inflāmata: his incitata desiderijs: fracto alabastro suauitatez vnguēti presentire incipit necdū gustu/sz quasi narib⁹ odoratu. Et ex hoc colligit q̄ suauissime esset huius mūdicie sentire experientiam/cuius meditationem nouit adeo esse iocūdam. Sed quid faciet: habendi desiderio estuat: sed nō inuenit apud se quomodo habere possit: ⁊ quāto plus inquirit/plus sitit. Dū apponit meditationē: apponit et dolorem: qr sitit dulcedinem: quā in cordis mūdicia meditatio esse mōstrat/sed nō pregustat. Non eñ est legentis atq̄ meditātis: hāc sentire dulcedinem: nisi data fuerit desup. Legere enim ⁊ meditari tā bonis q̄ malis cōe est. Et ipi philosophi gentium: in quo summa veri boni consisteret ductu rationis inuenerūt: sed qr cū deū cognouissent/nō sicut deū glorificauerunt: ⁊ de suis viribus presumētes dicebāt: linguā nrām magnificabimus: labia nostra a nobis sunt: quis noster dn̄s est: nō meruerunt percipere: qd potuerunt videre. Euanuerūt in cogitationibus suis: ⁊ eorum sapientia deuorata est: quā eis contulerat humane studium discipline: non spiritus sapiētie: q̄ sol⁹ dat veram sapientiam sapidā scilicet scientiam: que animā cui inest inestimabili sapore iocundat ⁊ reficit. Et de illa dictū est Sapientia nō intrabit in maliuolam animā. Hec aūt a solo deo est. Officiū eñ baptisandi dn̄s ɔcessit multis: potestatē vero ⁊ auctoritatem in baptismo remittēdi pctā/sibi soli retinuit. Un̄ Johannes antonomatice et discretiue de eo dixit. Hic est q̄ baptisat. Sic de eo possumus dicere. Hic est qui sapiētie saporem dat: ⁊ sapidā aiam facit. Sermo siquidē dať multis sz sapientia paucis: quā distribuit dn̄s cui vult: ⁊ quō vult. ¶ Officiū orationis. ¶ Uidens autē anima q̄ ad desideratā cognitionis ⁊ experientie dulcedinem p se nō possit attingere: ⁊ q̄to magis ad cor altum accedit tanto magis exaltatur deus humiliat se ⁊ confugit ad orationem dicēs. Dn̄e qui nō videris nisi a mundis cordibus/inuestigaui legendo/meditando quesiui: quomō haberi possit vera cordis mundicia: vt ea mediante/vel ex modica parte possem te cognoscere. Querebam vultū tuū domine vultū tuū reqrebā. Diu meditatus sum in corde meo: ⁊ in meditatione mea exarsit ignis: ac desideriū amplius cognoscēdi te. Dū panē sacre scripture mihi frāgis: in fractiōe panis magna cognitio est. Et q̄tū pl⁹ te cognosco pl⁹ te cognoscere desidero: nō iā in cortice littere: sed in sensu experiētie. Nec hoc peto dn̄e ,ppter merita mea sed p tua misericordia. Fateor eñ qr indigna: ⁊ peccatrix sum: sz catelli edunt de micis que cadūt de mēsa dominorū suorū. Da mihi dn̄e arram hereditatis future: saltez guttā celestis pluuie: qua refrigerē sitim meā: quia amore ardeo. ¶ Officiū cōtemplationis. ¶ His ⁊ huiusmodi ignitis eloquijs suum inflamat desideriū: sic ostēdit suum affectū. His incantationibus aduocat sponsum. Domin⁹ aūt cui⁹ oculi super iustos: ⁊ aures eius nō solum ad preces: sed ipsas preces eorū nō expectat donec sermonez finierit: sed medium orationis cursum interrumpēs: festinus ingerit se: ⁊ anime desideranti festinus occurrit) celestis rore dulcedinis circūfusus: vnguentis optimis delibut⁹/animam fatigatā recreat: esurientē reficit: aridam impinguat: ⁊ facit eā terrenorū obliuisci: memoria sui eam mirabiliter fortificando/viuificādo: ⁊ inebriando: ac sobriam reddendo. Et sicut in quibusdā carnalibus officijs: anima adeo vincitur carnali cōcupiscētia q̄ omnē vsum rationis amittit: ⁊ fit hō quasi tot⁹ carnalis: ita merito in hac superna contēplatione: ita cōsumunť ⁊ absorbenť carnales mot⁹ ab aia: vt in nullo caro spūi ɔtradicat: ⁊ fiat hō q̄si tot⁹ spiritualis.

¶ Signa spiritussancti ad animam venientis.

¶ Sed o domine quomō cōperim⁹ quādo hec facis: ⁊ qd signū aduentus tui? Nunquid huius cōsolationis ⁊ leticie testes ⁊ nūcij sunt suspiria ⁊ lachryme? Si ita est/noua est antiphrasis ista ⁊ significatio inusitata. Que eñ ɔuērsio ɔsolationis ad suspiria leticie ad lachrymas: si tñ iste dicēde sunt lachryme: ⁊ nō potius roris interioris desup infusi supfluēs abūdātia: ⁊ ad interioris ablutionis indiciū exterioris hois purgamentū. Ut sicut in baptismo puerorū per exteriorez ablutionem significatur ⁊ figuratur interior anime ablutio: ita hic econtra exteriorem ablutionez interior pcedit purgatio. O felices lachryme per quas macule interiores purgantur/per quas peccatorum incendia extinguunť. Beati qui sic lugetis: qr ridebitis. In his lachrymis agnosce o anima sponsum tuum: amplectere desideratum. Nūc torrente te voluptatis inebria: suge ab vbere consolationis ei⁹ lac ⁊ mel. Hec sunt miranda munuscula: et solatia/que dedit tibi sponsus tuus: gemitus scilicet ⁊ lachryme. Adducit tibi potum in his lachrymis in mensura. He lachryme sunt tibi panes die ac nocte: panes vtiq̄ confirmantes cor hominis: et dulciores super mel et fauuz. O domine Jesu: si adeo sunt dulces iste lachryme que ex memoria et desiderio tui excitantur: q̄ dulce erit gaudium quod ex manifesta tui visione capietur? Si adeo dulce est flere pro te: quam dulce erit gaudere de te. Sed quid huiusmodi secreta colloquia proferimus in publicum? Cur ineffabiles et inenarrabiles affectus: verbis com-

Matt. vij
Exēplū
Matth. v
mat. xxiij.
Ps̄. l.
Ps̄. lxv.
Job. xxxi
Ps̄. xvi.
Rom. i.
Ps̄. xi.
Rom. i.
Ps̄. cvi.
Sap. i.
Johan. i.
Ps̄. lxiij.
Ps̄. xxxviij.
Mat. xv.
Ps̄. xxxiij.

mentibus conamur exprimere? Inexperti talia non intelligũt: nisi ea expressius legant in libro experientie: quos ipsa doceat vnctio. Aliter autẽ littera exterior non prodest quicꝗ legenti. Modicum sapida est lectio exterioris littere: nisi glosam ⁊ interiorem sensum sumat ex corde. ¶ Quo remanet aia spiritussancti feruore discedente. ¶ O anima diu protraximus sermonem. Bonum enim erat nos hic esse: cum petro ⁊ Johanne contemplari gloriam spõsi: ⁊ diu manere cũ illo. Si vellet hic fieri non duo: nõ tria tabernacula/ sed vnum: in quo essemus simul: ⁊ simul delectaremur. Sed iã dicit spõsus. Dimitte me: iã enim ascẽdit aurora: iã lumẽ gratie ⁊ visitationẽ quã desiderabas accepisti. Data ergo bñdictione/ mortificato neruo femoris: ⁊ mutato noĩe de iacob i isrl: paulisꝑ secedit spõsus diu desideratus/ cito elapsus. Subtrahit se tã a ꝑdicta visiõe ꝗ̃ a dulcedine cõtemplationis: manet tñ presens: ꝗ̃tũ ad gubernationẽ. ¶ Hic redit cã ꝗ̃re spũssancti feruor aiam aliquãtuz deserit. ¶ Sed ne timeas o sponsa/ ne desperes/ ne existimes te contemni: si paulisper tibi subtrahit sponsus faciem suã. Omnia ista cooperantur tibi in bonum: ⁊ de accessu ⁊ recessu lucrũ acquiris/ tibi venit: tibi ⁊ recedit. Venit ad cõsolationẽ: recedit ad cautelã: ne magnitudo consolationis extollat te: ne si semper apud te sit spõsus incipias cõtemnere sodales: ⁊ hanc cõtinuam visitationẽ non iã gratie attribuas sed nature. Hanc autẽ gratiã/ cui vult ⁊ quando vult sponsus/ tribuit: nõ quasi iure hereditario possidet. Uulgare ꝓuerbiũ est: ꝙ nimia familiaritas parit contẽptũ. Recedit ergo ne forte nimis assiduꝰ cõtẽnat ⁊ absens magis desideretur/ desideratus auidius queratur: diu quesitus/ tãdem gratius inueniatur. Preterea si nũꝗ̃ deesset hic consolatio: ꝗ̃ respectu future glorie ꝗ̃ reuelabitur in nobis: enigma est ⁊ ex parte putaremus forte hic habere ciuitatem manentẽ: ⁊ minus inquireremus futuram. Ne ergo exiliũ deputemus pro patria arram ꝓ precij summa venit sponsus: ⁊ recedit vicissim nunc cõsolationem afferẽs/ nũc vniuersum statum nostrũ in infirmitatem cõmutans: paulisper nos ꝑmittit gustare ꝗ̃ suauis est: ⁊ anteꝗ̃ plene sentiamus: se subtrahit: ⁊ ita quasi alis expansis supra nos volitans: prouocat nos ad volandum. Quasi dicat. Ecce parum gustastis ꝗ̃ suauis sum ⁊ dulcis: sed si vultis plene saturari hac dulcedine: currite post me in odorem vnguentorũ meorum: habentes sursum corda vbi ego sum in dextera dei patris. Ibi videbitis me nõ ꝑ speculum in enigmate: sed facie ad faciem: ⁊ plene gaudebit cor vestrũ: ⁊ gaudium vestrũ nemo tollet a vobis. ¶ Cura ⁊ diligentia adhibenda est aie: ne omnino a deo deserat. ¶ Sed caue tibi o sponsa quãdo absentat se sponsus: non lõge abibit: ⁊ si nõ vides eum/ ipse tamẽ videt te semꝑ plenus oculis ante ⁊ retro. Nunꝗ̃ potes euz latere. Habet etiã circa te nũcios suos spiritus: quasi sagacissimos exploratores vt videant quomodo absente spõso cõuerseris: ⁊ accusent te coram ipo: si aliqua signa lasciuie ⁊ scurrilitatis in te deprehenderint. Zelotypus est sponsus iste. Si forte aliũ amatorem receperis: si alijs magis placere studueris/ statim discedet a te: ⁊ alijs adherebit adolescentulis. Delicatus est spõsus iste nobilis ⁊ diues est: speciosus forma pre filijs hominuz: ⁊ ideo nõ nisi speciosam dignatur habere spõsam. Si viderit in te maculã siue rugam/ statim auertit oculos. Nullã em̃ immũdiciam potest sustinere. Esto ergo casta: esto verecũda ⁊ humilis: vt sic a spõso tuo merearis frequenter visitari. Timeo ne diutiꝰ detinuerit nos ſmo iste: sed ad hec cõpulit me materia fertilis: pariter ⁊ dulcis/ quã ego nõ protrahebam spõtaneus: sꝫ nescio qua eiꝰ dulcedine trahebar inuitꝰ. ¶ Officia ⁊ affectus singulorũ graduum per repetitionem. ¶ Ut ergo que diffusius dicta sunt simul iũcta melius videantur: predictorũ summã recapitulãdo colligamus. Sicut in predictis exemplis prenotatum est: videri potest quomodo ꝑdicti gradus coherẽat: ⁊ sicut tẽporaliter ⁊ causaliter se precedãt. Lectio em̃ quasi fundamẽtũ primo occurrit: ⁊ data materia: mittit vos ad meditationem. Meditatio vero quid appetendũ sit diligentius inquirit: ⁊ quasi effodiens thesaurum inuenit ⁊ ostẽdit. Sꝫ cũ ꝑ se obtinere nõ valeat: mittit nos ad orationẽ. Oratio se totis viribus erigẽs ad dñm: impetrat thesaurũ desiderabilẽ/ cõtẽplationis suauitatẽ. Hec aũt adueniẽs: ꝑdictorũ triũ laborẽ remunerat: dũ celestis rore dulcedinis animã sitientẽ inebriat. Lectio ergo est ſm exterius exercitiũ. Meditatio ſm interiorẽ intellectũ. Oratio ſm desideriũ. Cõtẽplatio sup omnẽ sensum. Primꝰ gradꝰ est incipientium. Secundus est proficientiũ. Tertius est deuotorũ. Quartꝰ beatorũ. Hi aũt gradus ita concathenati sunt: ⁊ vicaria ope sibi inuicẽ deseruiũt/ ꝙ precedẽtes sine subsequẽtibus: aut parum/ aut nihil prosint. Sequentes ṽo sine ꝑcedentibus aut raro: aut nunꝗ̃ haberi possunt. Quid em̃ prodest lectione cõtinua tẽpus occupare: sanctorũ gesta ⁊ scripta legendo transcurrere: nisi ea etiam masticãdo ⁊ ruminando: succum eliciamus: ⁊ transglutiendo vsꝗ̃ ad cordis intima transmittamus: vt ex his diligenter consideremus statum nostrũ: ⁊ studeamus eorũ opera agere: quorũ facta cupimus lectitare? Sed quomodo hec cogitabimus: aut quomõ cauere poterimus ne falsis aut manis quedã meditando: limites a sanctis patribus cõstitutos trãseamus: nisi prius circa huiusmodi ante ex lectione aut ex auditu fuerimus instructi? Auditus enim quodãmodo pertinet ad lectionem. Unde solemus dicere nõ solum libros ipsos nos legisse quos nobis ipsis vel alijs legimus: sed illos etiam quos a magistris audiuimus. Item quid ꝓdest homini per meditationem que agenda sunt videat: nisi orationis auxilio: ⁊ dei gratia: ad ea obtinenda cõualescat? Omne siquidem datum optimũ/ ⁊ omne donum/ perfectum desursum est: descendẽs a patre luminum sine quo nihil possumus facere: sed ipse in nobis facit opera: nõ tamen omnino sine nobis. Cooperatores enim dei sumus sicut dicit apostolus. Uult siquidem deꝰ vt eum adiuuemus: ⁊ vt ei aduenienti ⁊ prestolanti ad ostium/ aperiamus sinum voluntatis nostre: ⁊ ei consentiamus. Hunc consensum exigebat a samaritana: quando dicebat: voca virũ tuum. Quasi diceret. Uolo tibi infundere gratiam: tu applica liberum arbitrium. Orationem exigebat ab ea: cum dicebat. Tu si scires donum dei: et quis est qui dicit tibi: da mihi bibere forsitan petijsses ab eo aquam viuam. Hoc audito quasi ex lectione mulier instructa: meditata est in corde suo bonum sibi fore et vtile habere hanc aquam. Accensa ergo habendi desiderio conuertit se ad orationem dicens. Domine da mihi hanc aquam: vt non sitiam amplius: neꝗ̃ veniam huc haurire aquam. Ecce auditus verbi domini: ⁊ sequens super eo meditatio: incitauerunt eam ad orandum. Quomodo namꝗ̃ esset sollicita ad postulandum: nisi prius eam accendisset meditatio? Aut quid ei precedens meditatio contulisset: nisi que appetenda monstrabat sequens oratio impetrasset? Ad hoc ergo vt fructuosa sit meditatio/ oportet vt sequatur orationis deuotio: cuius quasi effectꝰ est cõtemplationis dulcedo. ¶ Hic ostenduntur omnes hi gradus ita esse simul iũcti vt sint inseparabiles. ¶ Ex his possumꝰ colligere ꝙ lectio sine meditatione arida est. Meditatio sine lectione erronea. Oratio sine meditatiõe est tepida. Meditatio sine oratione infructuosa. Oratio cum deuotione contemplationis acquisitiua. Cõtemplatiõis adeptio sine oratione aut rara/ aut miraculosa. Deus cuiꝰ potẽtie nõ est numerus: vel terminus: ⁊ cuius misericordia super omnia opera eius: quãdoꝗ̃ ex lapidibꝰ suscitat filios abrahe: dũ duros ⁊ nolentes acquiescere cogit vt velint: ⁊ ita quasi ꝓdigus vt vulgo dici solet, bouem in cornu trahit/ qñ nõ vocatꝰ se infundit. Qđ etsi qñꝗ̃ alijs quibus legimꝰ contigisse: vt paulo ⁊ ꝗbusdã alijs: nõ tamẽ ideo debemus nos quasi deũ tẽtãtes diuina ꝑsumere: sed facere qđ ad nos ptinet: legere scilꝫ ⁊ meditari in lege dei/ orare ipsum vt adiuuet infirmitatẽ nostrã ⁊ videat imperfectũ nostrũ: qđ ipse docet nos facere dicens. Petite ⁊ accipietis: ꝗ̃rite ⁊ inuenietis: pulsate ⁊ aperiet vobis. Nũc em̃ regnũ celorũ vim patit: ⁊ violẽti rapiũt illđ. Ecce ꝑsignatis destinctionibꝰ ꝑspici possunt ꝑdictorum graduum proprietates: quomõ sibi coherẽat: ⁊ quid singuli in nobis efficiant. Beatus homo cuius animus a ceteris negocijs vacuus: in his quattuor gradibus versari semper desiderat: qui venditis vniuersis que habuit: emit agrum illuz in quo latet thesaurus desiderabilis: scilꝫ vacare ⁊ videre ꝗ̃ suauis est dominus: q in primo gradu exercitatus: in secũdo circũspectus/ in tertio deuotus/ in quarto supra se leuatus per has ascẽsiões quas in corde suo disposuit: ascẽdet de virtute in virtutẽ: donec videat deũ deorũ in syon. Beatꝰ cui i hoc supmo gradu (vel modico tpe) cõcedit manere. Qui vere põt dicere: ecce sentio gratiã dñi: ecce cũ petro ⁊ iohãne gloriã eiꝰ in mõte cõtẽplor: ecce cũ Jacob pleriũꝗ̃ rachelis amplexibꝰ delector. Sed caueat sibi iste ne post cõtẽplationẽ istã qua eleuatꝰ fuerit vsꝗ̃ ad celos: inordinato casu corruat vsꝗ̃ ad abyssos: nec post dei visionẽ ad lasciuos mũdi actꝰ ⁊ carnis illecebras cõuertat. Cũ vero mẽtis humane acies infirma/ veri luminis illustrationem diutius sustinere nõ poterit ad aliquẽ triũ graduũ ꝑ quos ascẽderat: leuiter ⁊ ordinate descendat: ⁊ alternatim modo in vno modo in altero: secundum modum liberi arbitrij: pro ratione loci ⁊ temporis demoretur: tanto iam deo vicinior/ quanto a primo gradu remotior. Sed heu fragilis ⁊ misera humana conditio. Ecce ductu rationis: ⁊ scripturarum testimonijs aperte videmus in his quattuor gradibus bone vite perfectionẽ contineri: ⁊ in his spũalis hois exercitiũ debere versari. Sed quis est qui hũc viuẽdi tramitẽ teneat? Quis est hic/ ⁊ laudabimus eũ? Uelle multis adiacet: sed ꝑficere paucis. Et vtinaz de istis paucis essemus. ¶ Quattuor cause retrahũt nos ab his quattuor gradibus. ¶ Sunt aũt quattuor cause ꝗ̃ retrahũt nos plerũꝗ̃ ab istis gradibus: scilicet ineuitabilis necessitas: honeste actionis

Margin notes (printed): Gen. xxxij. — Jacob.j. — j.Cor.iij. — Jo.iiij. — Ibidem. — Joh.xvj. — Mat.xj. — p.lxxxiij.

tectionis vtilitas: humana infirmitas: mūdialis vanitas. Prima est excusabilis: secūda tolerabilis/ tertia miserabilis/ quarta culpabilis. Illis enim quos huiusmodi nouissima causa a sancto proposito retrahit: melius erat gloriam dei non cognoscere/ q̄ post agnitam retroire. Quam vtiq̄ excusationem habebit iste de peccato? Nonne ei iuste pōt dicere dominus. Quid debui tibi facere: ꝛ non feci? Nō eras/ ꝛ creaui te: peccasti ꝛ diaboli seruum te feceras: ꝛ redemi te: in mundi circuitu cum impiis currebas: ꝛ elegi te/ dederaꝫ tibi gratiam in cōspectu meo ꝛ volebam facere apud te mansionem: tu vero despexisti me: et non solum sermones meos: sed meipm ꝓiecisti retrorsum: ꝛ ambulasti post concupiscentias tuas. Sed o deus bone: suauis/ ꝛ mitis amicus dulcis: consiliarius: prudens: adiutor fortis/ q̄ inhumanus/ q̄ temerarius est qui te abycit: qui tā humileꝫ: tā mansuetum hospitem a suo corde repellit? O q̄ infelix ꝛ dānosa cōmutatio creatorem suum abycere ꝛ prauas noxiasq̄ cogitationes recipere: illud etiā secretū cubile spiritussci secretuꝫ cordis) qd̄ pauloante celestibus gaudiis intendebat: tā subito immūdis cogitationibus ꝛ peccatis tradere cōculcandū: Adhuc in corde calent sponsi vestigia: ꝛ iā intromittunt adulterina desideria. Male conueniens ꝛ indecoꝝ est: aures que modo audierunt verba que nō licet homini loqui: tā cito inclinari ad fabulas ꝛ detractiones audiendas. Oculi qui sacris lachrymis modo baptisati erant: repente conuerti ad vidēdas vanitates. Lingua: que modo dulce epithalamium decātauerat: q̄ ignitis ꝛ persuasoriis eloquiis suis cū sponso reconciliauerat sponsam ꝛ introduxerat eam in cellam vinariam: iterum cōuerti ad vana eloquia: ad scurrilitates ad cōcinandū dolos/ ad detractiones. Absit a nobis dn̄e. Sed si forte ex hūana infirmitate ad talia dilabimur: nō ideo desperemus: sed iterum recurramus ad clementeꝫ medicum: qui suscitat de terra inopem: ꝛ erigit de stercore pauperem. Et qui non vult mortem peccatoris: iterum curabit: ꝛ sanabit nos. Iam tempus est vt epistole finem imponamus. Oremus ergo deū vt impedimenta que nos ab eius cōtemplatione retrahunt: in presenti nobis mitiget: in futuro nobis penitus auferat qui ꝑ predictos gradus de virtute in virtutem nos perducat donec videamꝰ deū deorū in syon. Ubi electi nō guttatim/ non interpolatim ꝑcipient diuine cōtemplationis dulcedinem: sed torrente voluptatis indesinēter repleti: habebunt gaudium quod nemo tollet ab eis: ꝛ panē incōmutabilem pacem in idipsum. Tu ergo frater mi. Goffrede: si quando datum tibi fuerit desuꝑ predictorū graduū celsitudinem cōscēdere: memento mei. Et ora pro me: cum tibi bene fuerit: vt sic cortina cortinam trahat: ꝛ qui audit dicat veni.

Ezie.v.

ps.cxii.

Finis.

Formula honeste vite.



Etisa me frater charissime quod necdum a suo ꝓuisore audiui aliquem petysse. Ueruntamē quia id instanter tua poscit deuotio: cui iuste ꝛ rationabiliter petēti aliqd in xp̄i nomine/ negare non valeo: formulam honeste vite breui tibi sermone depingam: quā si in xp̄i amore vel dilectiōe exardescēs ꝑseuerāter seruaueris: vitā ꝓculdubio cōsequeris eternā. Ut ergo ab interiori hoīe ad exteriorē sermo ꝓcedat: ita circa tui puritatē cordis te indesinenter studere oportet: quo tuiꝰ puritatis amator deus: illic sedere tāq̄ in celo sibi collocare dignetur. Iuxta illd̄. Celū mihi sedes est: ꝛ aīa iusti sedes ē sapiētie. Necesse est igit̄ vigilāter intēdas cogitationes tuas ad bonū semper ꝛ honestū dirigere: vt videlꝫ cogitare vel meditari coram deo ꝑtimescas: qd̄ in ꝑsentia hoīm dicere vel facere merito erubesceres: sciēs qd̄ sicut ꝑ verba vel facta innotescimꝰ homini: sic nimirū ꝑ cogitationes cuncta scrutanti spiritui: qꝛ qd̄ agūt hominibus dicta: eadē deo cogitationes. Deus em̄ nouit cogitationes hominum: qꝛ vane sunt. Et sicut nulla est ei inuisibilis creatura: sic omnino nihil pōt cogitari qd̄ eū lateat. Uiuus est em̄ sermo dei/ ꝛ efficax/ ꝛ penetrabilior oī gladio ancipiti ꝑtingēs vsq̄ ad diuisionem aīe ac spūs: cōpagū quoq̄ ac medullarū: ꝛ discretor cogitationū cordis. Sit tibi quoq̄ Iesus semꝑ in corde: ꝛ nūq̄ imago crucifixi ab animo tuo recedat. Hic tibi sit cibꝰ ꝛ potꝰ: dulcedo ꝛ cōsolatio tua: mel tuū: ꝛ desideriū tuū lectio tua ꝛ meditatio tua: orō ꝛ cōtemplatio tua: vita mors/ ꝛ resurrectio tua. Sēper cogita illū nūc positū in ꝑsepio ꝛ pānis

Esa.lxvi.

ps.xciii.

Heb.v.

inuolutū: mō in tēplo patri a parētibꝰ presentatū: nūc fugiēteꝫ in egyptum: ibi diu in extrema pauꝑtate ꝛ indigentia cōmorātem: ꝛ inde maximo cū labore redeuntē: modo in templo audiētem doctores ꝛ interrogantē: qui docet hoīem sciētiā: ꝛ postea parētibus subditū: cui iure oīs creatura subdit̄. Deinde esurientem in deserto ꝛ sitientē: qui est panis vite ꝛ fons sapiētie qui pascitur inter lilia: ꝛ implet oē animal benedictiōe. Modo fatigatum ex itinere: sedere sic supra fontē cū muliercula sola/ solum loquentē/ totius mundi statū regentē. Postea factum in agonia ꝓlixius orantē: ꝛ oīa omnibus sufficiēter administrātem. Ab angelo etiā ipe qui est dulcedo ꝛ consolatio angeloꝝ ꝛ hominū cōsolationē nihilominꝰ recipientē. Aut ad columnā totius orbis sustētamentū: ligatum ꝛ flagellatum. Ipsum: qui est angeloꝝ splēdor sputis illitum: palmis in facie percussum: spinea corona coronatū: opprobriis saturatū. Ad vltimū cū iniquis deputatū: ꝛ ꝓ te in cruce pendentē ꝛ morientē: atq̄ spiritum suuꝫ in manus patris cōmendantē. Sic nimirū erit fasciculus mirrhe dilectus tuꝰ: sic inter verba tua cōmorabit̄. Sic de omibus anxietatibus ꝛ amaritudinibꝰ dn̄i dei tui colliga quasi fasciculū: vt amarū poculum lachrymarū tibi cōficias. Cū quādo ardentissimo christi amore succēsus: volueris cū apostolo iā illum cognoscere ꝛ nō ꝫm carnē: leuabis parū mentis oculos ad victoriaꝫ resurgētis: ad gloriā ascendētis: ad gloriosaꝫ maiestatem in gloria dei patris sedentis atq̄ regnantis: q̄ sursum sunt sapiēs: ꝛ que sursum sunt querēs: vbi christꝰ est in dextera dei sedens. Nec tamē ibi longā facies morā: ne forte si diutius scrutator maiestatis fueris/ obruaris a gl̄ia. Sane āte omnia te debere noueris omnem cordis elationē iactantiam atq̄ arrogantiam (quasi venenatas aspides) fugere: sciēs ꝓculdubio quia immūdus est corā deo omnis qui exaltat cor suū. Ita q̄ neminem spernas/ nemini noceas nulli detrahas: ꝛ ꝓ christi amore omnibꝰ ꝓdesse coneris. Intantum etiā inferiorē ac ceteris viliorē te nō solū ex itimo cordis affectu credas: verūetiā non te dicas ꝑfecisse: sed nec te aliquid esse existimes: iuxta illud apl̄i. Qui se aliqd esse existimat cū nihil sit/ ipse se seducit. Sit preterea incessus tuus maturitate plenus/ grauis ꝛ honestus: videlicet nō tractis gressibus ambules: aut scapulas dextrorsum aut sinistrorsum vergēdo: non recta ceruice/ nō prominenti pectore: seu etiaꝫ inclinato capite suꝑ humerū: que oīa aut leuitatem redolent: aut elationem ostentant: aut hipocrisim sapiūt. Incedens ergo stans ꝛ sedens: faciem semper habeto deorsum/ reuoluēs in animo tuo q̄ puluis es ꝛ in puluerem reuerteris: ꝛ cor sursum vbi christus est in dextera dei patris sedens. Quaquauersum nulla curiositate quin potius necessitate aspicies. Tristitiā autem (maxime in conuētu) dissimulare te decet: quādam in facie hylaritatem ꝑtendēs/ ꝑiuatim aūt nūq̄ vultus in diuersa mutet̄. Si quādo corā aliqs positus ridere alicuius rei causa fueris compulsus (vt assolet) nō sit risus tuꝰ excussus. Nam iuxta sapientem. Amictus corporis: ꝛ risus dentium: ꝛ gressus hominis: enunciant de illo. Tuis etiā interduꝫ interpone gaudia curis. Nūq̄ sis ociosus quin aut legas: aut aliqd de sacris scripturis mediteris vel certe qd̄ melius est ruminēs psalmos: operando nihilominus incessanter qd̄ tibi fuerit iniunctum: vt semper te diabolus inueniat occupatuꝫ. Multam enim maliciam docuit ociositas. Illas etiam scripturas libentius legas que precipue erga christum tuum magis inflāmauerint intellectum. Intellige que dico. Dabit enim tibi dn̄s in omnibus intellectum/ si in sensu cogitaueris circunspectionem dei. Cum oraueris non impleas aures audientium singultibus ꝛ suspiriis: sed intente ora deum in cubiculo cordis tui. Proderit tamen ad deuotionem compunctionemq̄ obtinendā si ita semotus fueris: vt puras manus ad deum leuando: etiam suspirius vocem audire possis. Nonnunq̄ ad subleuandū intentionem in celum prospicias: vt ibi sit cor tuum vbi christus est in dextera dei sedens. Ab oratione iterum reuerteris ad lectionem: ꝛ iterum lectio cum fastidium submouerit/ ad orationem redeas. Consortia iuuenum (ꝛ maxime illorum qui imberbes sunt) inquantū conuenienter poteris deuita. Nunq̄ alicui oculum in faciem figas. Sicut ad crucē sic accedas ad cibuꝫ: idest nūq̄ voluptate sed necessitate pascaris: ꝛ fames nō sapor prouocet appetitum. Singularitatem in refectione fuge: ꝛ cōmunitate esto contentus: sciens quia caro pascenda est: ꝛ extinguēda sunt vitia. Si qn̄ aliquid superapponit̄: tanq̄ diuinitꝰ ꝓcuratū accipe illud: hoc tn̄ habens in aīo semꝑ ꝛ voluntate: vt tantū vel magis alteri apponat̄. Pone ꝓuidētie tue modū: ne tibi sapiēs videaris. Semꝑ ꝛ vbiq̄ atq̄ in oībus opibꝰ time: ne forte excedas i aliquo. Hinc beatꝰ Iob. Uerebar, inqt oīa opa mea sciēs q̄ nō ꝑceres delinquēti. Cū ad stratū lassus deueneris: te honesto mō iacēdo ꝓponas: nec resupinus iaceas: nec genua leuādo calcaneos iūgas ad tibias. Et si forte luxurie te pōpa ꝓcusserit recordare dilectū tuū positū in doloribꝰ ꝛ vniuer-

Can.ii.

ps.cxliii.

Cant.i.

i.Cor.v.

Coll.iii.

Pro.xxv.

Gal.vi.

Eccl.xix.

eccl.xxxiii.

Job.ix.

sum stratum suum versatum in infirmitate eius: hec dicens in corde tuo. Deus meus pēdet in patibulo: ⁊ ego voluptati operam dabo: Sicq̄ʒ inuocato nomine saluatoris: ingeminādo sepe nomē salutis: cessabit tandē (deo succurrēte) quassatio. Ruminantē psalmos somnꝰ te occupet: vt in somno somnies te dicere psalmos. Cū surrexeris ad vigilias lauda creatorē tuū ex omībus viribus tuis: ⁊ ad laudē redēptoris tui exalta vocē tuā in fortitudine. Postremo purissimū semp erga christū amorem habeto nil preter ipm aut ꝓpter ipm amare memēto. Prolixiꝰ q̄ʒ putaueram descripsi tibi q̄ ipse agere nequeo: in te adimplere desiderans: qđ in me deesse cognosco: q̄ꝛ profectus tuus meū gaudium ⁊ corona est in domino.

¶ Finis.

¶ Eiusdem materie notabile documentum.

Si plene vis assequi qđ intendis: duo sunt tibi necessaria. Primū est vt subtrahas te ab omībus trāsitorijs rebꝰ ⁊ terrenis: vt nihil de eis cures ac si non essent. Scḋm vt ita te des deo: vt nihil dicas vel facias / nisi qđ credideris firmiť placere deo. Primū aūt assequeris hoc mō. Oībꝰ modis q̄bus potes te vilificare: nihil reputando esse: sed credas omnes hoīes esse bonos ⁊ meliores te: magisq̄ʒ placere deo. Quecūq̄ʒ audis vel vides in religiosis ꝑsonis: puta bona intētione dici vel fieri: etiam si cōtraria videant̄. Nam hūana suspitio facile fallitur. Nulli displiceas. Nihil vnq̄ʒ de te loquaris qđ laudē importet q̄ʒtumcūq̄ʒ sit familiaris ille cū quo loqueris: immo plus labora celare virtutes q̄ʒ vitia. De nullo prorsus sinistre loquaris (q̄ʒtumcūq̄ʒ sit verū vel manifestum) nisi in cōfessione: ⁊ hoc vbi non potes aliter manifestare peccatū tuū. Libētius accōmoda aurem tuā cū aliquis laudat̄: q̄ʒ cū vituperat̄. Cū loqueris: verba tua sint rara / vera / pōderosa: ⁊ de deo. Si secularis loquitur tecum: ⁊ vana ꝓponit: q̄ʒ citius potes succide sermonē: ⁊ trāsferas te ad ea q̄ dei sunt. Quicq̄d cōtingat tibi: vel alij: q̄ʒtumcunq̄ʒ coniuncto: nō cures: ⁊ si est aduersum nō tristeris: si est ꝓsperū nō leteris: sʒ totū nihil puta: ⁊ lauda deū. Sollicitudinē adhibe q̄ʒtumcūq̄ʒ potes: vt vilitati tue sedulus intendas. Fuge loquutela q̄ʒtum potes. Meliꝰ est eñ silere: q̄ʒ loq̄. Post cōpletorium nō loqueris: quousq̄ʒ finita sit missa sequētis diei: nisi causa maxima interuenerit. Cū vides aliquid qđ tibi displicet: vide si hoc est in te: ⁊ abscide: si vero vides aliquid qđ tibi placet vide si hoc est in te: ⁊ tene / si nō est assume: ⁊ sic erūt tibi omnia i speculo. De nulla re murmures cū aliquo / nisi credideris prodesse q̄ʒtumcūq̄ʒ sit graue quod habes. Nūq̄ʒ pertinaciter aliquid affirmes: vel neges: sed sint tue affirmationes ⁊ negationes dubitationis sale condite. A cachinnis semp abstineas: rideas vero raro: ⁊ cū paucis ꝓsties os tuū. Breuiter / in oībus dictis tuis sic te habeas: vt sint ita que dubia dimittantur. Scḋm assequeris hoc modo. Orationibꝰ cū magna deuotione intēdas: ⁊ eas dicere labora horis debitis ⁊ qđ offers in oratione reminiscaris in corde. Et vt ea q̄ legis cōfirmes diligēter recogita ⁊ eoꝝ imagineris statū in quorū memoria hec dixeris. Illa tria semp in mēte habeas: quid fuisti / q̄d es / ⁊ quid eris. Quid fuisti: q̄ꝛ sperma fetidū: q̄d es: q̄ꝛ vas stercoꝝ: q̄d eris / q̄ꝛ esca vermiū. Siľr imagineris eorū penas q̄ sunt in inferno: ⁊ q̄ nūq̄ʒ finiēt: ⁊ ꝑ q̄ʒ modica delectatione tanta mala patiuntur. Similiter imagineris gloriā paradisi: ⁊ q̄ nūq̄ʒ finiet̄: et q̄ʒ breuiter ⁊ cito acquiritur: q̄ʒtus luctus et dolor poterit esse illis q̄ ꝓ parua re tantā gloriā amiserint. Cū habes aliq̄d qđ tibi displicet vel times habere: cogita q̄ si tu esses in inferno: ⁊ illud ⁊ quicquid nolles haberes. Et cū habes aliq̄d qđ tibi placet: vel optas habere / cogita q̄ si esses in paradiso / haberes illud: ⁊ quicquid velles. Si aūt in inferno esses: nec illud / nec aliud quod velles haberes. Quandocūq̄ʒ est festū alicuius sancti: cogita de illo q̄ʒta sustinuit propter deū: q̄ꝛ breuia: ⁊ qualia adeptus est: q̄ꝛ eterna. Similiter cogita q̄ꝛ transeūt bonorū tormēta / malorū gaudia. Ibi cū istis tormētis adepti sunt gloriā eternam: ⁊ isti ex indebitis gaudijs eternam penā. Quandocūq̄ʒ te vincit accidia: accipias hoc scriptum: ⁊ imagineris hec oīa diligēter. Et cogita de tpe qđ sic perdis: q̄ illi qui in inferno sunt darent totū mundū (si haberent) pro eo. Cū habes aliquas tribulationes: cogita q̄ illi qui sunt in paradiso carent eis. Similiter cum habes aliquas cōsolationes: cogita illos de inferno carere eis. Omni die cū vadis iacere: examina diligēter quid cogitasti: ⁊ quid dixisti in die: ⁊ quomodo vtile tēpus ⁊ spaciū quod datū est ad acquirēdum vitam eternam dispensasti. Et si bene transiuisti / lauda deū: si male vel negligenter / lugeas: ⁊ sequenti die nō differas confiteri. Si aliud cogitasti / dixisti / vel fecisti qđ tuā conscientiā multū remordeat: nō comedas āteqū confitearis. Illud in fine pono: vt imagineris duas ciuitates. Unam plenā oībus tormentis: que est infernus. Alteraꝫ plenā omī consolatione: que est paradisus. Et ad vnam illaꝝ oportet te currere. Uide quid te possit trahere ad malum: vel impedire a bono. Credo q̄ nihil inuenies. Certus sum q̄ si bene seruaueris ea que sunt dicta spūssanctus habitabit i te: ⁊ ꝑfecte docebit te facere oīa. Ergo bene serues ista / ⁊ nihil negligas. Et lege ea in septimana bis scʒ i die mercurij: ⁊ in die sabbati: ⁊ vt inueneris te fecisse quod scriptum est: lauda deū qui est pius ⁊ misericors in secula seculorum. Amen.

Finis.

Speculum monachorum.

Si quis emẽdationis vite desiderio tactus: cogitationũ locutionum operumq; suorũ sollicitus explorator/ vniuersos excessus suos corrigere nititur: i psentis pagine frequenti lectione et assidua meditatione tanq; in speculo: interioris hominis sui faciem contempletur. In primis ergo ex quo surgit ad vigilias vite sue temp9 per momẽta singula debet monachus cõputare: et videre semp vt bonum faciat et malum caueat in omni opere suo: et hoc dicat sibi ipsi: si modo moriturus esses/ faceres istud. Ad psalmodiã cor habeat: nisi fortassis ad aliquid sublimius rapiatur: sed etiam omnium que ibi dicuntur vsq; ad vnam litteram se p certo nouerit debitorẽ vel dicendi in choro suo: vel audiẽdi in alio. Ad interuallum debet stare ad orationem: vel corporis necessitati prouidere: ita tamen vt vadens sibi dici nouerit sursum corda. Est aũt spũalis ppositi detrimẽtũ/ si cogat infirmitas rigoris pristini aliqãtulũ relaxari. Post lectionẽ est orandũ: et si ad legẽdũ accedat/ nõ tã querat sciam q̃ saporẽ. Est autẽ scriptura sacra puteus iacob: ex quo hauriunt aque q̃ in oratione fundũtur. Nec semper ad oratorium est eundũ: sed in ipa lectione poterit cõtẽplari et orare. Sacris altarib9/ si sacerdos est: tãq̃ vn9 ex summis angelis: in spiritu tot9 assistat. Si minister/ tãq; angelus dño ministret. Cũ aũt exit ad laborẽ: vbi cõsideret non quid agat: sed pp̃ter quid venerit. Cessante manu: spũs laboret vel orãdo: vel meditãdo: q̃uis et in ipso labore idipsum facere teneat. Ad mẽsam nõ solum fauces cibũ capiant: sed etiã aures exhauriãt verbũ dei. Non eñ debet totus mãducare: sʒ sic occupet cor ad verbum dei: vt sole fauces sumãt cibum/ aures verbum. De hoc aũt plurimũ gaudeat: si et viliora q̃ aliis apponuntur. Nã reuera feliciores sunt qui in parcitate sustinendi fuerint fortiores. In gratiis agẽdis p duobus sibi nouerit supplicandũ: vel p peccatis eorũ quorum elemosynis sustentatur: vel forsitã pro seipso: qz corpori suo supra necessitatẽ indulserit. Si vocat ad colloquiũ: sm regulã leniter et sine risu pauca verba et rationabilia loquat: et anteq̃ ea pferat: bis ad limã veniant: q̃ semel ad linguã. Si cum seculari loquendũ est: tũc maxime adhibeat custodiã ori suo: vt nihil proferat qð nõ edificet audientẽ. Sic cunctis se habeat: vt edificet videntes: et nemo dubitet cũ viderit eũ vel audierit quin vere sit monach9. Post completorium singulis diebus capitulũ sibi teneat: et conuocatis cogitatib9 suis ponat rationẽ diligẽter quid ipso die cogitatione/ locutione/ vel ope deliquerit: publice vel priuatim per singulas noctes lectũ suum lauans/ hoc est singulis peccatis: lachrimis et doloribus purificatis/ diligenter de singulis cõputet. In crastino publice de apertis: de occultis vero facturus confessionem secreto: que vt perfecta sit: tria debet habere: scilicet vt sit voluntaria/ nuda/ et munda. Voluntaria. i. p. opria deliberatione et proposito. Nuda: vt nude prout gessit confiteatur peccatũ suũ. Munda ne peccatũ suum predicet sicut sodoma: sed pura et simplici intẽtione se accuset. In caplo q̃ publice offendit manifeste reuelet tãq; assistẽs iudici. In oibus sic sobrie loquatur: rideat/ vel pclamet: vt sermo ei9 interius vel exteri9 sit perũct9 oleo charitatis. A nemine q̃lecũq; mun9 accipiat. Neminẽ hẽat familiarem. In omnib9 fugiat singularitatis vel admirationis notam. Loquens nihil dicat vnde multũ erudit9/ multũ ve religiosus possit putari. Ad interrogata/ paucis respõdeat: Si de scriptura vel morib9 agatur: aurem paret nõ linguam. Cũ loquitur/ nõ studeat eloquentie: sed sermo ei9 sit pori9 rusticanus q̃ vrban9. In omnib9 agendis: nõ studeat curialis videri. Salua honestate fugiat omnes homies in potestate positos/ maxime seculares. Sectet cõmunia/ orationes/ labores/ lectiones/ et ceteras obseruantias: in quibus nõ sit tanq̃ vitula effraim docta diligere trituram. i. ad hmõi non ɔsuetudine sed deuotione trahatur. Orationes que imperãtur primo loco habeat: nec sibi blãdiatur de priuatis orationib9 suis (que in secũdo loco ei habẽde sunt) cũ in preceptis orationib9 desidiosus fuerit. Si autem familiaritas perdicit hominũ: q̃to magis mulierũ. Sit facies communis cũ ceteris: intus pò dissimilis: hoc est nõ nimia grauitate contracta/ nec nimia locutione dissoluta/ sed bona quadam mediocritate regat: vt de sancto Martino legit: faciẽ ei9 non fuscauit meror: nec leuigauit risus. Erit eñ prudẽtis animẽ thesaurũ suum sollicite custodiẽtis (more Moysi) cornutã velare faciem: et quodã risu: qui tamẽ modestus sit interioris gloriam hominis: et mẽtis grauitatem abscõdere. Comparanda est dies instans diei preterite: vt ex eorum collatione suum depꝛehendere possit monachus vel profectũ: vel defectũ. In omni actu vel cogitatu suo: sibi deum adesse memoret. et omne tempus quo de ipso nõ cogitat/ pdidisse se cõputet. Tedio affect9 componat se meditando supra petram in qua lauãtur mortui: et cogitet apud se quomodo tractãtur ibi sepeliendi: nunc in tergum: nunc i faciem versantur quomodo nutet caput: cadãt brachia: rigeant crura: tibie iaceant: quomodo induantur et cosuãtur: quomodo deferentur humanati: quomodo exponãtur in tumulo: quomodo puluere contegantur: quomodo vorantur a vermibus: et quasi saccus putrefactus consumuntur. Summaq; est philosophia/ meditatio mortis assidua. Hanc vbicunq; pertexerit secum portet: et in eternum non peccabit. Sit monach9 quasi melchisedech sine patre: sine matre: sine genealogia: nec patrem sibi vocet super terrã. Immo sic se extimet: quasi ipse sit solus/ et deus. Ecce imprimis habemus ordinẽ et modum vel venas: remedium vero pollicetur assiduitas tenendi capitulum spirituale superius expressum. Semel ad minus in ebdomada confiteatur: vt veniam mereatur de perpetratis: et maior ei detur gratia de vitandis malis Amen.

Glo.z.

Finis.

¶ Quāuis hi qui sequuntur sermones boni et vtiles reperiantur: quia tamen procul dubio non a nostro Bernardo editi fuerunt idcirco cū suis nitidis operibus: sicuti ante hac fuerant: interseri noluimus: sed seorsum imprimendos vtilius duximus.

¶ Sermo de Natiuitate domini.

Non poterit explicari sermo quē mēte cōcepi. Stupor enī miraculorum opprimit me: ꝛ dū oia replico oia cōplicātur. Quis poterit excogitare diē aduent⁹ ei⁹: Ideo fit elinguis lingua: memoria imemor: insensibilis sensus: isueta nouitate relucēt oia: ꝛ ois partu virginis obsequuntur. Fiunt mirabilia in celo sursum/ ꝛ i terra deorsum: qꝛ vniuersa in nascētis dei obsequium iurauerunt. Insigniūtur conuexa celorū: stella lucentior: ꝛ multo lumine loca flāmantia ꝑstringūtur: diffunduntur per quadrifidū orbē radij rutilātiores: ꝛ pluralitatem stellarū nouus ignis obtūdit. Miratur orbis celos nouum peperisse splendorem: ꝛ inconuertibilem eoꝝ statum/ ad signa ꝛ ꝓdigia fuisse conuersum. Vidēt caldei in celis: qđ balaam reliquit in scripturis. Orief (inquit) stella ex iacob: ꝛ cōsurget homo ex israel: ꝛ erit ois terra possessio eius. Nascitur stella in excelsis: ꝛ deus in terris/ cui⁹ possessio a mari vsqꝫ ad mare. Preparāt se reges tharsis: vt cū nouitate munerū videāt nouā matrem: filiū nouū: nouā nouitatē. Fōs olei de terra erupit: templū rome qđ vocabaꝫ eternū omibus impensis ꝛ vrbis/ ꝛ orbis/ mirabiliter cōsummatū: corruit. Cū enim romani in victoriose antiqtatis memoriā: templū singulari scemate facere decreuissent: ab omni illa deoꝝ immo demoniorum multitudine qsierunt: vsqꝫquo durare posset tā excellētis opis operosa constructio: Responsum est: donec virgo pareret. Illi ad impossibilitatē oraculum retorquentes: templum eternum/ solēnem illam machinā vocauerunt. Nocte autē cuꝫ e virginali thalamo/ virgineus flos marie egressus est: ita cecidit ꝛ confractum est illud mirabile ꝛ columnarium opus: vt vix apparerēt vestigia ruinarū. O bethleē ciuitas dei summi: ꝛ in te ꝛ in suburbijs tuis visa sunt mirabilia hodie. Deus pēdet ad vbera: poniꝫ in ꝑsepe: ligatur in cunis: pānis inuoluiꝫ: ꝛ laxatis fasciolis: felices man⁹ ꝛ sctā brachiola ꝑ cunarum paruitatē expandit: alludit virgini: mri arridet: ꝛ blādientes oculos ad mariam intorquet. Stat ꝑterrita tantis miraculis regina celoruꝫ/ confert in corde suo salutationē archāgeli/ cōceptionē dei natiuitatem pueri: ꝛ miraꝫ ꝙ ille q̄ aliter potuit ad nos venire sic voluit subuenire. Adest ꝛ Ioseph: sed ab vtroqꝫ remot⁹: ꝛ in excessu mētis miraꝫ: ꝛ mirari satis nō potest qualiter ad tātē dignationis admissus sit archanū. Adest multitudo celestis exercitus vocib⁹ gloriosis. Gloria in excelsis deo audiꝫ. Pastores veniunt/ ꝛ inueniunt puerū ꝛ puellā / ꝓcedit stella: reges accedunt/ adorant filium/ matrē veneranꝫ: offerūt munera/ deferūt maiestati / cruciatur herodes: hierosolyma turbaꝫ: requirūtur scribe: locus ꝓdiciꝫ: indiciꝫ simulatio: simulator ad nihilū deduciꝫ: deteguꝫ cōmēta fraudū/ magi ꝑ aliā viā reuertunꝫ: pax inaudita a seculo regnat: vniuersus orbis ad cēsuꝫ describitur: riuus olei de terra ꝑsudat: ꝛ in diuiteꝫ venā/ liquor sanctificatus ebullit. Quid est hoc nisi qꝛ vera pax in terris apparuit: nisi qꝛ ad supernum regnū ciues ascribunꝫ/ nisi qꝛ fons misericordie de virgine emanat: Oleum effusum nomē tuū. Spūs sctūs scripture ipsius viu⁹ fabricator: ꝛ vn⁹ aliquis nō paruā sue pinguedinis dulcedinē sub hoc caplo dereliquit. Sed vos nocturnis vigilijs ita defatigati estis: vt vix possitis somnū ab ocłis emouere. Euigilate tn̄ paulisꝑ: ꝛ somni torporē excutite aderit ille de cuius natiuitate loqmur: vt illuminet ocłos nr̄os ne obdormiamus. Totus aūt mie sensus ex illius arca mutuabitur cuius cōsiliū est quasi ꝯsiliū dei. Ipse ille est dn̄s videlꝫ abbas clareuallēsis/ cuius religio ꝛ discretio/ sapiētia: eloquētia vita ꝛ fama: ꝑ totam latinitatē nō immerito decurrit. Libēter enī illius sarcinas odoro. Sed ad ꝓpositum reuertamur. Benign⁹ ille spiritus: de cui⁹ secretiore fonte canticoꝝ flumē euadit. In his trib⁹ verbis tria nobis requirēda reliqt: videlicet nomen sponsi/ quare oleo cōpareꝫ/ quō ꝛ effundaꝫ: qꝛ ꝛ nomē tacet: de cōparatione nil loquiꝫ: de effusione nihil dicit. Primū de noie videam⁹. Multa vt arbitror vocabula spōsi ꝑ diuinā scripturā sparsa leguꝫ: sꝫ in duo vobis vniuersa cōplector. Nullū ꝑfecto reperies qđ nō sonet: aut maiestatis potētiā: aut grāꝫ pietatis. Puer dn̄i de quo frequētius facio mētionē/ ad regis cubiculū introduct⁹: duo quasi sublimiora de ipsi⁹ ore diuinitatis audiuit: potestas dei est inquit: ꝛ tibi dn̄e misericordia. Sed ꝛ ipse saluator ꝓphetice veritati attestās ait. Vos vocatis me magister: ꝛ dn̄e. Dn̄s nomē est maiestatis/ pietatis magister. Si enī piū est ꝓbere escā corpori: multo misericordi⁹ escā aie impertiri: qđ est ꝓprie magistrorū: q̄ mētes disciplinatas sub disciplinē rigore coercēt. Videam⁹ qđ hoꝝ noim effundaꝫ: vtrū nomē potentie in nomē grē: vel noiē pietatis in maiestatis vocabulum. Absit vt mia in potētia includaꝫ: qꝛ miserationes ei⁹ sup omnia opera ei⁹. Certū est ergo qꝛ potestas dei/ in maiorē hodie pietatē effusa est: cū celi distillarēt a facie dei: ꝛ de virgineis mēbris antiquus dierū exoritur. Nō est q̄ se abscōdat a calore isto: qꝛ largior olei effusio a capite descēdit in barbā: qꝛ etiā extremā vestimēti fimbriā largius irrorauit. Tāta est abundātia miserētis: vt nō solum sub noie effusionis/ sed exinanitiōis censeatur. Exinaniuit semetipsum (ait apostol⁹) formā serui hodierna die accipiens: ꝛ cū tota multitudine miserationū suarū de thalamo prosilijt virginali. Non enī habuit dulciorē modū ad redimēdum nos abyssus illa cōsiliorū dei: qꝛ quicqd in diuinitatis thesauro/ pietatis est inuētuꝫ: totū in vtero virginis cōgestum. Nō me capio pre leticia ꝙ tāta maiestas naturā meam assumens tantū me eleuat/ ꝛ me miserū in diuitias glorie sue nō ad horam: sed in sempiternū includit. Fit frater me⁹ dn̄s meus ꝛ timorē dn̄i fratris vincit affectus. Domine iesu xp̄e: libenter audio te regnantem in celis: libētius nascentē in terris: libētissime crucē clauos ꝛ lanceā sustinentē. Hec siqdem effusio rapit affectū meū: ꝛ istoꝝ memoria incalescit cor meū. viuētis ꝛ viui de potionis asperitate purgatū. Viuus est iste sermo/ ꝛ efficax/ ꝛ penetrabilior oi gladio ancipiti: pertingēs vsqꝫ ad diuisionē aie ꝛ spūs: cōpagū quoqꝫ ac medullarū scrutator. Vnus istoꝝ q̄ ꝓphetalis chori aut magister/ aut inter magistros est: sub senaria diuinoꝝ noim partitione: de hac effusione mirabiliter qdē/ sed subtiliter ꝓphetauit. Vocabitur inquit nomē ei⁹ ādmirabilis/ cōsiliarius/ de⁹ fortis/ pater futuri seculi/ princeps pacis. Erat quidē admirabilis dn̄s meus inter angelicos ordines audiens hymnū glorie sue: admirabilis illi mirabili creature: faciens mirabilia i celo ꝛ in terra/ i mari ꝛ in omnib⁹ abyssis. Ego autem in luto fecis ꝛ miserie obuolutus/ miser ꝛ miserabilis ꝛ omnem spē emergendi ꝑdiderā. Ille in gloria: ego in miseria/ admirabilis ille: miserabilis ego. Sanctū ꝛ terribile nomē ei⁹: qđ vix audiat dignior natura. Nomē istud clausuꝫ ꝛ itegrū quomō capere poterā: qn̄ vix angelic⁹ ocul⁹ ꝑspicere/ nedū ꝑspicere pōt: Sed vide effusionē. Ille q̄ erat admirabilis agminibus angelorum: inclinat celos ꝛ fit cōsiliari⁹ hoim. Maiestatiuū nomē: impietatiuū effundiꝫ: ꝛ q̄ mirabilis est in celis: cōsulere venit i terris. Abscōdit purpurā sub miserie vestimētis. Et ad lutum vbi iacebā inclinaꝫ/ nō mergiꝫ: ꝛ si audeo dicere: infixus sum in limo ꝓfundi: operi manuu suarum porrigit dexteraꝫ: de profundis aquarum extrahit: extractum abluit: ablutū induit: indutū reportat: reportatū cōfirmat. Porrigit dexterā cū nascitur: cū loqtur extrahit: abluit cū moriꝫ: induit cū resurgit: cum ascendit reportat: cōfirmat cū spiritū sanctum emittit de celis. Bonus qdeꝫ cōsiliari⁹: q̄ cōsiliū qđ voce dederit: ꝛ morte defendit. Erat enī docēs (ait euāgelista) sicut ꝑtātē hn̄s non sicut scribe ꝛ pharisei eoꝝ. De⁹ fortis: noia sunt ꝑtātis: sed de⁹/ effundiꝫ in patrē futuri scl̄i: fortis/ i ꝓncipē pacis. Breuiꝫ curro: qꝛ ꝛ fatigatis ꝛ sciētib⁹ legē loquor. Quid tibi mussitabūde lucifer intāta difluitione ꝛ effusione: Clausum est tibi totū itinerariū dei ꝛ malignās ocul⁹ tuus hic nimiū caligauit. Sed ꝛ dn̄s me⁹ admirabilis fuit in natiuitate: cōsiliarius fuit i ꝓdicatiōe: de⁹ in miraculoꝝ chorusciatiōe: fortis in passiōe: pater futuri scl̄i in resurrectiōe princeps pacis in illa eterna btitudine. Nō terreamini nouitate ꝟboꝝ: qꝛ nihil nouū introduciꝫ. Sic ꝛ olim noia cōmutata ꝛ effusa sunt/ abrā in abrahā: sarai in sarā/ ꝛ si quas alias immutatiōes in illa veteri officina vos legisse recolitis. Sꝫ ꝛ ab ipis pene mūdi ꝓncipijs: in arcano quodā scripturaꝝ loco diuini nois effusionē inuenisse me recolo. Loquiꝫ dn̄s ad moysen de liberatione israelis: ꝛ post multā dei ꝛ moysi confabulationē: ꝓpheta subtiliter inquirit nomē eius. Et dn̄s dicit. Ego sum qui sum: hoc est nomē meū in eternū. Hec dices filijs israel Qui est misit me ad vos. Perterritus moyses inextricabilis auctoritate vocabuli: ac si diceret: hoc excedit intellectū meū/ nō possum capere nisi effundaꝫ: audiat a maiestate. Ego sum deus abraam/ deus isaac/ ꝛ deus iacob Vides effusionem. Ecce de⁹ angeloꝝ: vocat se deū hominū. Curram⁹ ergo fratres in odore vnguentorū istorū: curram⁹ ad oleū de oliua speciosa in cāpis expressum: nulla infectum amurca: nulla substātiatum amaritudine. Oleum qđ exhilarat faciē hois: quod sanat vulnera: dolorē tollit: reddit suauitatē. Nōne samaritanus noster nobis a latrone pessimo vulneratis/ attulit vinū ꝛ oleū: ad purgandū ꝛ mitigandū vulneris magnitudinē: Sꝫ multū olei: parū vini. Multum mie: iusticie parū. Sic qppe decebat miserāteꝫ: sic misero

Nu.xxiiij
Pś.lxi.
Ioh.xiij.
Pś.cxliiij
Phil.ij.
Heb.iiij.
Esaie.ix.
Marci.i.
Ge[illegible]
Ex[illegible]
Ibide[illegible]
Cant.i.
Luce.x.

ps. cxlij. expediebat. Nō intres in iudiciū cum seruo tuo (ait iustus) qꝛ
Ps. cij. non iustificabit in ꝯspectu tuo ois viuens: sed corona me in mi
sericordia ꝛ miserationibus. Ueniens quippe hodie quinqꝫ va
sa attulit olei: nō nisi duo vini. Spūs em̄ sapiētie / intellectus /
consilij / sciētie / pietatis / misericordie dulcedinem sonat: miseri
cordiā fragrat / eructat sanitatē. Fortitudo ꝛ timor vinum sunt:
sed hoc vino potatus est potēs ille: cuz xp̄s in spū fortitudinis
descēdit ad inferos nō timidus: sed timēdus. Uideamus nunc
quare oleo cōparetur. Oleū (si vos melius nō habetis) lucet pa
scit ꝛ vngit. Idē facit xp̄i nomē: ꝛ per oia cōsonat cōparationi.
Lucet predicatū: pascit recogitatū: inuocatū lenit ꝛ vngit. Ui
de si nō preclara luminaria lumē nois huius sup eloquētie can
delabrū portauerūt / si nō illuxerūt coruscationes dei orbi ter
ps. lxxvi. re: si nō in splēdore fulgoris huius cōmota est ꝛ ꝯtremuit terra.
In nomine iesu xp̄i surge ꝛ ambula: dicit claudo princeps apo
Actu. iij. stolorum. Nōne quasi fulgor exiliuit ab ore petri: cū nominatū
est nomen qḋ os dñi noiauit? Et statim (inqꝛ) consolidate sunt
Ibidem. bases eius ꝛ plāte. Uocabuluz iesu sicut origenis lingua nobili
or diffiniuit / dulce ꝛ gl'iosum omni odoratu cultuqꝫ dignissimū
qḋ nō prius ab hominibꝰ decuit efferri in mūdum: sꝫ a quadam
sublimiori excellētioriqꝫ natura. Oēs quippe ꝓphete nomē istud
aut nescierūt aut penitus tacuerūt: ꝛ reseruata est ꝓrogatiue di
gnitas archangelo gabrieli: qui sancto ore: sancte virgini illud
Luce. i. primum euoluit. Nonne esaias in excessu mētis captus verbis
Esa. vij. archāgelicis eisdem pene sillabis cōsentit / vsqꝫ ad sancti nois
nouitatē? Pascit reuera: nec ē felicior pastio in loco pascue vbi
nos dñs collocauit. Quid eque mentē cogitantis impinguat?
Nomen iesu mel in ore: in aure melos: in corde iubilus. Ois ci
bus qui nō condit hoc sale: infatuatus est. Scriptura q̄ nō fue
rit interlinita oleo tante deuotionis insipida est. Oliz mihi tul
lius dulcescebat: blandiebatur ꝟgilius: ꝛ syrenes vsqꝫ in exitiū
dulces: meū incātauerāt intellectum. Lex ꝓphete / euāgelium /
epistole / ꝛ omnis gl'ia sniaꝝ dñi mei ꝛ seruoꝝ eius: aut parua vi
debant: aut nulla. Nescio modo qḋ dulcius mihi immurmurat
filius iesse: q̄ vario sermonum ꝛ sniaꝝ cōcentu: oēs illos quos
diligere cōsueueraz: ineloquētes reddit ꝛ mutos. Lenit: ꝛ vn
git: qꝛ nihil sic recreat in tribulatione. Deniqꝫ ꝛ probare licet.
Inuoca me inqꝛ i tribulatiōe eruā te / ꝛ honorificabis me. Hoc
ps. xlix. est nomē: hoc est oleū: hec olei effusio. Amē dico vobis: nō defi
ciet hic lechitus olei / nec minuet donec pluuiā volūtariā que
ps. lxvij. segregata est hereditati eius / diffusius istillet: donec faciat ce
lū nouū ꝛ terrā nouā: qꝛ mia eius ab eterno ꝛ vsqꝫ in eternū sup
ps. cij. timentes eum. Sed iam surgamus ꝛ preparemus nos ad solen
nioris misse iubilationem: nec cordibus parcentes nec vocibus
ad honorez pueri qui natus est nobis: qui est deus in secula be
nedictus. Amen.

Sermo vnde supra.

Exultate fratres in dño qꝛ de dña illa sermo suc
cedit q̄ singularē in cordibus vr̄is vēdicat prin
cipatū: que est ad cuius nomē humiliter inclina
tis: cuius horis reuerēter assistitis: cuius memo
riā iugiter frequētatis. Hec est q̄ vr̄is affectibus
suauiter indulcescit: qꝛ magna multitudo dulce
eccl. xxiiij dinis eius. Spūs em̄ eius sup mel dulcis: in qua dulcis dñs cū
oi sua dulcedine supuenit. Cū em̄ fecerit deus oia opa sua val
de bona: hic melius fecit / ꝯsecrās in ea sibi reclinatoriū aureū:
vt post tumultus angeloꝝ ꝛ hoim: ꝛ reclinaret / ꝛ requiē inueni
ret. Hoc est qḋ natura miratur / reueretur angelus: veretur hō: stupet
celū: ꝯtremiscit terra: infernus exhorret. In huius vtero maie
stas altissimi mirabiliter liquefacta / sicut adipe ꝛ pinguedine
repleuit terras: infudit celos: inferna respersit. Hic exinaniuit
semetipsum excelsus ꝛ immēsus: mensurā bonā ꝛ ꝯfertā ꝛ coagi
tatam mittēs in sinū vestrū. Hic diuinis manibus vnctus oleo
leticie: ꝛ sicut altare in signū pontificij cōsecratꝰ. De altari hoc
ad arā crucis ascendēs: ꝓprio cruore tāqꝫ alteriꝰ generis oleo
pfusus: iā nō ꝯsecratꝰ sꝫ ꝯsecrās totū corpꝰ machine mūdialis /
largiore liquamine ꝯsecrauit. Fatiscat ergo meror: tristicia fugi
at: eliminetur dolor: rācor abscedat vt liceat vacare / ꝛ videre
cū moyse visionē hāc grandē: qualiter deꝰ in hoc vētre ꝯcipiatur /
decipiatur diabolus: recipiatur ꝑditū: indebitū accipiatur. Totū me
trahit affectio: sed oratio deficit. Diues cogitatio: vocis pau
ptate cōfunditur. Feruent interiora / ꝛ in vndosam ebulliūt altitu
dinē: sꝫ frigiditas lingue cumulos refrigerat exūdātes. Quid
est o beatissima: Nunqḋ ita sensu taciturnus obdormiā: vt ibi
mutus sim / vbi ois loquitur creatura? Uerūtamē nō tacebo ꝛ nō
quiescā: donec egrediatur vt splēdor vultꝰ tuus: ꝛ sermo de te cō
ceptus / si nō vt lāpas: saltē vt scintilla accēdatur. Mouet fateor
qꝛ disponēte deo peccant rationales creature: ꝛ multis annoꝝ
milibꝰ tā celestia q̄ terrestria inq̄stuz stare videntur: semiruptis
illis: istis diruptis. Stat illa magna ciuitas ciuiū suoꝝ numero
sitate fraudata: ꝛ a stellātibꝰ palacijs: multiplex habitātiū mul
titudo ꝓpellitur. Obscurantur stellarū ignes / solē loquor ꝛ lunam ꝛ
stellas / ꝛ mista sui luminis claritate mutātur. Terra maledicitur /
cū dānatur hoim successio: ꝛ ois creatura iuxta apostolū parturit
Gen. iij. ꝛ ingemiscit. Tacet deꝰ oipotēs: ꝛ ordinās eius oipotētia / tā
Rom. viij tā dissimulat cōfusionem. Tandē nascitur maria / ꝛ ad nubiles an
nos egrediens speciē induit speciosam / q̄ ipsum alliciat deū / ꝛ
diuinitatis oculos in se conuertat. Uide qḋ inde dicat ille non
ps. xliiij. minimus explorator secretoꝝ dei. Audi inqꝛ filia ꝛ vide ꝛ incli
na aurē tuam: ꝛ obliuiscere populū tuū / ꝛ domū pr̄is tui: ꝛ cōcu
piscet rex decorez tuū: qm̄ ipe est dñs deus tuꝰ. Germinat igitur
virga iesse de tortuosa radice generis humani / ꝛ patriarcharū
arbore: ꝛ in altitudinē ꝛ rectitudinem exsurgens: omnem ignorat
nodositatez filiorū: tenebras nescit: fructicosa queqꝫ nō habet.
Uidet ꝛ ardet ille vehemēs amator / ꝛ totū epitalamiū in eius
laudibus decantat: vbi manifeste sponsus inducitur / spirās amo
rem sincerissimū: nec vltra valēs dissimulare qḋ patitur. Euocatur
statim celestis ille cōuentꝰ: ꝛ iuxta ꝓphetā init deꝰ cōsiliū: co
git cōsiliū: facit sermonē cū angelis de restitutione eoꝝ: ꝛ de re
demptione hominū: de elementorum reuocatione. Illis stupēti
bus ꝛ mirātibus pre gaudio / q̄ritur modus redēptionis: ꝛ statiz
de thesauro diuinitatis: marie nomē euoluitur ꝛ ꝑ ipsam / ꝛ in ipsa
ꝛ de ipsa: ꝛ cū ipsa / totū hoc faciēdum decernitur / vt sicut sine il
lo nihil est factū: ita sine illa nihil refectū sit. Traditur epistola
gabrieli / in qua salutatio virginis / incarnatio redēptoris / pleni
tudo gratie / glorie magnitudo / multitudo leticie cōtinetur. Mis
sus ergo angelꝰ gabriel a deo etiā anteqꝫ ad virginē ꝑueniret /
inuenit deū virgineis illapsum visceribꝰ: ꝛ maiestatē dei virgi
nalis vētris breuitate cōclusam. O vēter diffusior celis: terrisqꝫ
amplior: capacior elemētis: q̄ totum claudit oia concludētē: in
quo deꝰ glorie reclinatur. Deniqꝫ ꝛ archāgelus nō ait. Aue maria
replenda sed plena. Nō dñs veniet in te: sꝫ dñs tecū qꝛ inde to
tam eam sibi rapuerat spiritꝰ sanctꝰ: ꝛ celestibus insignierat or
namentis. Iā ꝯsecrata erat in loco voluptatis: de quo fons iste
debebat ascēdere q̄ vniuersaz terre superficiē irrigaret. Satis
huc vsqꝫ sparsimꝰ ꝟba ꝛ volaticis sermonibꝰ diuersa ꝑseminaui
mꝰ: nūc insistamꝰ hic si forte aliqḋ dignū elicere valeamꝰ. Fluuiꝰ
(ait scriptura) egrediebatur de loco voluptatis ad irrigādā vniuer
saz supficiē terre: q̄ inde diuiditur in q̄tuor capita. Fluuius iste est
dñs meus iesus / qui de duobꝰ locis voluptatis egreditur: ex vte
ro patris ꝛ ex vtero virginis. Unde propheta. Dñs deus noster
fluuius gloriosus: exiliens in terrā sitientez. Sed ineffabilibus
differētijs lōge aliter a patre q̄ a mr̄e egreditur: qꝛ ꝛ si hec tēpalis
natiuitas gloriosa est: multo gl'iosior est eterna. Hortātibꝰ vo
bis / de vtraqꝫ gn̄atione volo apire qḋ sentio: nō qꝛ aliqḋ expo
nere presumā: cū hoc vltra oim vires: quāto magis vltra meas
sit: ꝛ extreme demētie sit velle fari ineffabilia: maxime hoiez im
Puer. xxv peritū. Non em̄ oblitus sum salomonem: dicētem. Sicut q̄ nimi
um comedit mel / euomit illud: sic q̄ scrutator est maiestatis op
Esa. liij. primetur a gl'ia. De vtraqꝫ em̄ ꝑ ꝓphetā dici puto. Generationem
eius q̄s enarrabit: Qꝛ ꝛ pr̄is illa ineffabilis ꝛ inaccessibilis est
1. Thi. vj. ac nulli puia creature. Hoc sensu credo apl'm dixisse de deo q̄ so
lus habitat lucē inaccessibilē: cum etiā puriores nature tāto re
uerberantur intuitu: vt nec possint irrūpere in tante claritatis
Mat. xj. abyssum. Ipse etiā filius ꝓtestatur. Nemo nouit filium nisi pater
neqꝫ patrem q̄s nouit nisi filius / ꝛ cui voluerit filius reuelare.
Nec tm̄ sicut est: sꝫ sicut capere pōt / cui tanta dignatio reuelatur
Phil. iij. Un̄ ꝛ illa sublimis aia: q̄ vsqꝫ ad tertiū celū in diuitias gl'ie ra
pta fuerat: dicit Ego me nō arbitror oia cōprehēdisse. Uerissi
ma ergo diffinitio est qꝛ illā gignētis ꝛ geniti generationē nul
lus oino penetrat itellectꝰ. Hāc etiā de matre: oi humane crea
ture reor inextricabilē: ꝛ nescio vtrū ab illa excellētiori natura
valeat cōprehendi. Quis em̄ cōprehendat vnitionem carnis ꝛ
verbi: q̄liter deꝰ ꝛ hō in vnā personā cōueniat / saluis imptur
batisqꝫ proprietatibꝰ naturarū? Unusq̄sqꝫ in suo sensu abūdat
ego hāc oēm sensum supgredi credo / veterū virorū vestigijs in
herēs qui sup hec sanas ꝛ incōcussas snias reliquerūt. Ad pa
ternā igitur generationē recurrētes: locū voluptatis patrē esse cē
[Esaie.ix.] [Rom.xi.] et gloriam plebis tue israel. De quo ait. Esaias. Populus q̃ ambulabat in tenebris vidit lucẽ magnam: quis cũ plenitudo gentium intrauerit: tunc omnis israel saluus fiet. Audite fr̃es audite quid offert maria: quid symeõ suscipit. Unigenitũ dei deo patri consubstantialẽ ⁊ coeternũ: verbũ in principio. Et vtilitatem ⁊ ↄsolationẽ nostrã audiamus/ illũ offert virgo: quẽ deus abrahe promisit dicẽs. [Gen.xxii.] In semine tuo hoc est in christo bñdicẽtur oẽs gentes. [ps.cxxxi.] Et quem dauid promisit dicens. De fructu ventris tui ponam sup sedẽ tuã. Hic est (quẽ virgo offert) patriarcharum gaudiũ: desideriũ prophetaꝝ: gentium expectatio: iudeorum qui eũ receperunt saluatio: ruine angeloꝝ reparatio. Talis est quem virgo offert deo: immo multo maior q̃ lingua aut hominum aut angeloꝝ possit dicere. Et cum sit tantus ac talis/ qualem aut quantũ ipse se nouit: non sufficit virgini ipm solum offerre: sed hostiam quam lex preceperat pro eo obtulit/ ob humilitatis scilicet exemplũ: vt nos doceret quomodo ⁊ nos eum debeamus offerre. Duos turtures aut duos pullos columbe pro eo obtulit. Columba fratres simplex est animal: felle caret/ rostro non ledit: in cauernis petraꝝ nidificat: alienos pullos nutrit: iuxta fluẽta manet/ vt visa vmbra accipitris fugiat: meliora grana eligit: gemitum pro cantu reddit: gregatim volat: alis se defendit: visum recuperat. Et nos fratres cũ ante altare steterimus vt dei filium deo offeramus cũ eo ⁊ pro eo par turturum/ castitatem corporis ⁊ anime offeramus: ⁊ duos pullos columbaꝝ pro cantu gementes: cõpunctionẽ geminam pro desiderio patrie celestis: ⁊ de ↄsideratione nostre miserie habẽtes. Colũba felle caret: ⁊ nos ira careamus/ que peccare nos facit. Rostro non ledamus: sed percussi in vnam maxillã/ aliã prebeamus. In cauernis petraꝝ nidificemus: in fide plagarũ christi refugium habeamus. Alienos pullos nutriamus: de filiis diaboli faciẽtes verbo predicationis filios dei. Iuxta flumina maneamus. i. iuxta hunc mortalitatis fluxum sedẽtes/ vmbram accipitris/ hoc est peccata que sunt vmbra diaboli maloꝝ ruinas considerantes ab eius vngulis fugiamus. Meliora grana eligamus i. meliores sententias in scripturis sanctis. Gregatim volemus: vnum ↄsensum in bono: in ↄgregatiõe sub pastore habẽtes. Alis noui ⁊ veteris testamenti ↄtra inimicos dei nos defẽdamus: vel duobus preceptis charitatis: dei vꝫ amore ⁊ proximi. Uisum recuperemus de bono actionis ad bonũ semp intẽdentes contẽplationis. Fratres charissimi/ tales oportet nos esse cum corpus christi consecramus: cũ consecratũ manducantes sacrificamus: cũ vobis idẽ corpus in salutẽ corporis ⁊ anime porrigimus. Tales etiam vos oportet esse: cum sacrũ sacramentum de manibus nostris accipitis: sciẽtes q̃ qui corpus xp̄i [i.Cor.xi.] indigne accipit: ⁊ sanguinẽ eius indigne bibit/ iudiciũ sibi mãducat ⁊ bibit. Uerũ quia raro inuenitur talis qui in se hec omnia habeat/ diligat illum qui bonum habet quod in se non habet: ⁊ in illo habet quod in se non videt. Neq̃ enim credere debemus q̃ soli sacerdoti supradicte virtutes sint necessarie/ q̃si solus consecret ⁊ sacrificet corpus christi. Non solus sacrificat/ non solus consecret: sed totus conuentus fideliũ qui astat: cũ illo consecrat: cũ illo sacrificat. Nec solus ligni faber facit domum: sed alius virgas/ alius ligna/ alius trabes ⁊ cetera comportat. Debent itaq̃ astãtes habere de suo: sicut ⁊ sacerdos/ fidem firmã/ orationẽ puram/ deuotionẽ piam. Sciendũq̃ q̃ sine firma fide nemo astantiũ esse debet. Ceteras bo virtutes quas supra diximus: ⁊ si omnes non habent: diligant illũ qui habet quod in se non inueniunt: ⁊ in illo habent quod in se non vidẽt. Sicut Petrus in Iohanne virginitatis habet meritum: sic Iohannes in Petro martyrii habet premiũ. ¶ Sciendũ quoq̃ q̃ corpori christi quẽ Maria hodie p̄sentauit in tẽplo: quem Symeon in vlnis suis suscepit tria debemus: dignitatẽ/ reuerẽtiã/ et fructum. Dignitatẽ: vt eum dei filiũ/ deũ de deo/ omnipotentem creatorem omniũ: iudicẽ viuoꝝ ⁊ mortuoꝝ credamus. Dignitatem: vt credamus nos statim postq̃ de corpore exierimus ab eo sicut a iudice percepturos sicut gessimus/ siue bonũ siue malum. Ille naq̃ quẽ maria in templo presentauit: quẽ symeon suscepit/ quẽ in manibus cõsecrantes ante deũ leuamus/ benedicimus/ manducamus: vobis porrigimus manducandũ: ille familiaris iudex erit noster. Caueamus ergo ab eo separari p iudicium post mortem: cui ita sumus familiares in vita. Dicamus ei itaq̃ in corde cũ eum tractamus/ dicamus cũ eum ↄsecramus. Domine ad te veniemus post mortem/ ante tuum tribunal iudicandi astabimus. Qui nobis ita familiaris esse dignaris i vita: q̃ a nobis tractaris/ consecraris/ manducaris: noli nobis alienus esse in morte: sed parce nobis in die mala. Confundant demones: qui nos tunc persequentur: destrue fortitudinem illorũ virtute tua: quia non est qui pugnet pro nobis nisi tu deus ⁊ familiaris noster. Hec est dignitas quem ei debemus. Debemus ei ⁊ reuerentiã: inuestigare scilicet nosmetipsos: ⁊ si inuenimus cor pollutũ fedis cogitationibus: aut mala voluntate: ab eius contactu vt ab igne: ⁊ nos ⁊ alios arceamus. Ignis enim con- [Deu.xiii.] sumens est: ad quem indignus non debet accedere/ ne: ius consumatur: ⁊ in reprobũ sensum tradatur. Exeat ergo extra castra [Deu.xxiii] sicut moyses precepit: qui nocturno pollutus est somno: hoc ẽ qui per negligentiam istius obscure vite q̃ tota vt somnus pertransit peruenit vsq̃ ad pollutas cogitatiões. Exeat extra castra: hoc est dũ in illo statu est: iudicet se indignũ societate fidelium communicantiũ hoc sacro corpore: lauetq̃ vestimenta sua per sanctam confessionem: ⁊ post solis occasum: hoc est post tẽptationis calorem ⁊ ardorem iam mortuũ: letus redeat: et cum aliis fidelibus communicet. Hec est reuerentia quã debemus corpori christi: quem virgo maria hodierna die in templo p̄sentauit: quem symeon letus inter brachia recepit. Debemus etiã fructum scientie: intelligere scilicet quem fructũ accipimus si eum digne comedimus. Audite fratres: non me sed apostolum dicentem. Calix benedictionis cui benedicimus: nonne cõmu- [i.Cor.x.] nicatio sanguinis christi est? Calix i. communicatio calicis: facit nos habere quãdam cõmunionem cũ christo. Et panis quẽ frangimus: nõne participatio corporis est domini? Ac si dicat: [i.Cor.x.] panis quẽ frangimus facit nos vnum corpus sub christo capite qm̃ sicut vnus panis ex multis granis conficitur/ qui postea in corpus christi ⁊ p fidẽ ⁊ per sancta verba que xp̄s suos docuit conuertitur: sic diuersi participantes hoc corpore in vnitate fidei/ spei/ ⁊ charitatis: vnũ corpus cũ christo sunt: ad xp̄m statim post mortẽ venturi: ⁊ cũ xp̄o sicut cũ capite suo sine fine regnaturi: quẽ virgo ↄcepit: virgo peperit: virgo in tẽplo hodierna die presentauit. Qui cũ patre ⁊ spiritu sancto viuit ⁊ regnat deus: per omnia secula seculoꝝ. Amen.

¶ Sententia de eodem.

Ui vult in pace dimitti conetur esse symeon: qui audiens tristiciam interpretatur: vt q̃ horrendũ q̃ triste sit incidere in manus dñi/ intenta mente perscrutetur. Sit ciuis hierusalem: habens ↄuersationẽ in celis. Sit iustus: ne male viuendo pereat. Sit timoratus: ne de iusticia sua temere p̄sumat. Expectet xp̄m qui est consolatio fideliũ: non querat an ve sperũ denariũ. Ueniat in tẽpliũ: imitet exempla sanctoꝝ puerorum. Accipiat in manibus verbũ dei. i. compleat operibus. Gestet puerũ in vlnis: amplectatur eũ cũ brachiis fidei/ spei ⁊ charitatis. Gaudebitq̃ de christo: adepto xp̄i consortio. Cupiat indesinenter mori seculo/ ⁊ viuere deo. Tunc tandẽ dimittitur in pace: vt non videat mortẽ: q̃ mortẽ perdidit: ⁊ vitam inuenit.

¶ Sermo cuiusdam in cena domini.

Anẽ angeloꝝ manducauit homo. Non lateat vos [ps.lxxvi] verendi sacerdotes/ seriẽ hãc vobis recitatã/ verbis succinctã/ sensuũ spiritalium maiestate apprime fore fecũdã. Uobis aũt potissimũ incũbit p ceteris audire qđ ꝑponimus: nec solũ audire: sed fidelius reponere: ⁊ tanq̃ animalia mũda propensius debitis ruminare. Beatus ille dauid ꝓphetaꝝ eximius: deo viuenti charissimus: in spũ ante sedentem in throno raptus/ legerat in quodã prõptuario mysterioꝝ q̃ ⁊ quãta dñs naufragãti mũdo p vestrũ clemẽter erat exhibiturus mysteriũ: q̃ celestis consilii factus interpres: gratulãdo cõcinit. Panẽ angeloꝝ manducauit homo. Unde ad exprimendam rei tam fructuose certitudinem dilucide signauit preteritũ p futuro. Panẽ inquiens angeloꝝ manducauit hõ. O stupẽda dei miseratio: verbũ carnem: deus cinerẽ: figulus lutũ: vita morticinũ induit: vt iumenta manducarẽt panẽ angeloꝝ. Hõies iumẽta erãt. Hõ em̃ cũ i ho- [ps.xlviii.] nore esset nõ intellexit: cõparatus est iumẽtis insipiẽtibus: ⁊ similis factus est illis. Nõ est indignũ: immo festiuũ recolere in quãta sublimitate hõ conditus fuerit. Sed operepreciũ est ↄsequẽter attẽdere q̃ grauiter corruit minus pẽsando qđ ex se: vel qđ eẽt ex deo. Primus naq̃ parẽs noster p[ar]adisi accola cõstitutus est: dñs terre stabilitus est: ciuis superne hierusalẽ designatus est: domesticus domini factus est: cuius amore ⁊ agnitione ditatus est: cõsors angeloꝝ/ frater ⁊ coheres celestiũ virtutũ: nihil prorsus indigentie/ nihil sentiẽs molestie: cui erant in prõptu que postulabat: non dico necessitas: sed etiam pia voluntas/ cum nihil esset in anima quod offenderet/ nihil in carne qđ puderet: hic honor et hec erat dignitas hominis: prosperari et florere in premissis. Et hec ex deo. Sed positus in honore qđ ex se foret non intellexit limus videlicet/ puluis/ foliũ aridũ/ stipula sicca/ lutea ⁊ fragilis testa/ pellis morticina: sꝫ intumuit ⁊ plane desipuit: honoris fastigio delectatus. Et cõtinuo i se expertus est qđ tãto post tpe hõ de filiis captiuitatis et prudenter aduertit et veraciter protulit dicens: Qui se putat aliquid esse cum nihil sit: ipse se [Gala.vi.] seducit. Ue misero: q̃ non fuit qui iam tunc diceret ei: quid superbis terra et cinis? [Eccli.x.] Repentina igitur conuersione/ seipsum inuenit homo propter infirmitatem iacentem in stabulo. Stabulum quid

bulum quid est: Mundus est. Et propter pecorinā similitudinē
indigēs erat feno. Eapropter cibus celestis: mutauit se in pa-
Johan. i.
Esa. xl.
bulū pecoris: homine mutato in pecus. Panis enī angelorū fa-
ctus est fenū: vnicus patris: filius hominis. Uerbū quippe caro
factum est. Et iuxta pphetam: ois caro fenū. Comedūt igitur
angeli verbū de deo natū: comedūt homines verbū fenū factū
Pane suo viuunt angeli in celis: et beati sunt: feno suo viuūt ho
mines in terris: et sancti sunt. Fenum quippe istud de prato virgi-
nalis vteri collectū: factū est refectio iumentorū. Uerbum vt fe
num fieret: latuit in virgine: sol in sydere: artifex in opere. Hoc
aūt liberalioris excellētie donū: contulit nobis primo in loco:
sacrosancta verbi patris incarnatio: et vos secundario de die in
diem nobis exhibēdo ministratis ex collate potestatis officio.
O preclara: o reuerenda potestas vestra. Certe nō est potestas
post dei sicut potestas vestra. Forsitan scire vultis et audire de
lectat apertius: quenam sit ista tanta potestas cui nihil in celo
vel in terra valeat comparari: Ad quod ego. Consecrare vide-
licet corpus et sanguinem dñi. Super potestate vestra: super tam
insigni spectaculo: sup tam solēni dignitatis vestre priuilegio:
stupet celū: miraē terra: cōtremiscit hō: reuereē plurimū angeli
ca celsitudo. Sed vnde hoc nobis piissime iesu: vt nos vermicu
li reptātes sup faciē terre: nos inquā qui puluis et cinis sumus: te
presentē habere mereamur pre manibus / pre oculis: qui totus et in-
teger sedes ad dexterā patris: Qui etiā vnius hore momēto ab
ortu solis vsq ad occasum: ab aquilone vsq ad austrū: psto es oi-
bus: vnus in multis: idē in diuersis locis. Unde hoc inquā: Cer-
Ps. lxvii.
te non debito vel ex merito nro: sed ex voluntate tua et dulcedi
nis tue bñplacito. Parasti enī in dulcedine tua paupi deus. Pau
per est genus hūanū: cui bonū istud celitus indultū est. Hec est
vere indulgētia celestis: hec est vere cumulata grā: hec est vere
supexcellēs gloria: sacerdotē deū suū tenere et aliis dādo porri
gere. O nouā et diuinā potestatē: cuius ministerio panis ange-
lorum et vite: mortalibus quotidie preparaē. Panis iste p excel
lentiam dr eucharistia. i. bona grā. In hoc enī sacramēto nō so
lum quelibet grā: sed ille a quo est ois grā sumitur. Xps enī pro
salute mūdi semel factus est hostia salutaris / rei recōciliatio ge-
neralis: oibus sacramētis tā precedētibus q̄ subsequētibus vir
tutē dedit et efficaciā: vt tanta et tali hostia scificarenē oēs libe
Apo. xiij.
randi per illā Unde legiē. Quia agnus occisus est ab initio se-
culi: his verbis q fuerūt ab initio: ita vt p hoc qd dicitur ab initio
determines nō tpe occisionis: sz salutis. Prius enī mors eius p-
fuit: q̄ fuit. Prius pmissio: ac deinde exhibitio. Ab initio ergo
seculi occisus est. Benignissime iesu nobilissime spōse tue dona
ticiū indulsisti: vt vel sic teneret colūba tua dulcissimum memo
riale dilecti sui Xps enī pridie q̄ patereē discipulis suis huius
sacramenti formā prescripsit: efficaciam exhibuit. i. fieri pcepit.
Forme pscriptio in pane et in vino. Notate ordinē. Cū adhuc ce
naretur a cena surrexit: discipulorū pedes dñs vniuersorū lauit
dehinc ad mēsam regressus ordinat sacrificiū corporis et sangui
Mat. xxvi
nis sui: seorsū panē / seorsū tradēs et vinū. De pane ita dicēs. Ac
cipite et comedite: hoc est corpus meū De vino etiā sic. Bibite
ex hoc oēs Hic est sanguis meus q p multis effundeē in remissio
nem pctorū. Effundeē dictū est quia passim et viliter: quem vtiq
puncture vepriū: fossio manuū et pedū cū clauis / lateris apertio cū
lancea militari fortius exprimētes: ad modū torrētis fuderūt ex
trinsecus. Eratq ille sanguis pciosior cariorq balsamo: p quē
sordiū nostrarū facta est mūdatio. Nota. Xps in cena illa munē-
rans et munus: cibās et cibus cōuiua et conuiuiū: offerēs et oblatio.
Audistis formā sacramēti: audite efficaciā et cōmunionē corpo
ris et sanguinis dñi. Et nos iesu xpo / et iesus xps nobis: in vni-
Johā. vi.
tate federaē inenarrabili: sicut ipe dicit. Qui manducat carnē
meam: et bibit meū sanguinē: in me manet et ego in eo. De bonis
et digne sumētibus hoc sentiendū est: nō de flagitiosis et pessimis
Sane in mensa vna: in cena dñi de vno pane cōsecrato petrus et
iudas accepit: bonus in vitā: pessimus in penā. Bonus in bñficiū:
pessimus in testimoniū. Bonus in salutē: pessimus in mortem.
Qd totum vsq adhuc in ecclesia cōpleē in sacramento altaris:
bonis quidē in bonū sumentibus: canibus vero et immūdis nō sic.
Canes sunt q irreuerēter accedūt: et ideo iudicati abscedunt.
Qui enī sm carnē viuūt et post carnalia euagātur / catena vitio-
rum cōpediti: cū iuda pditore venenū accipiunt: spūalis suspē
dij laqueū incurrunt: grauissime dānandi tū p multiplici rea-
tu: tum p sacramēti cōtēptu qd reuera accipiūt: sed essentia / nō
salubri efficacia. An nō discernet inter glebas q discernit: et in-
ter stellas: Examinabit certe argētū: qui ipsum quoq aurū p-
bauit et reprobauit. Ecce audistis fructū et vtilitatē bonorū: au-
distis etiā et expauistis vt credo ad pditionē malorū: audite mō
et obstupescētes admiramini. Nulli angelorū: nullis spiritibus sa
pientis: sz hoibus nec tñ oibus: sz ordini vestro tñ mādatū esse tanti
celebrationē in altari: qd xps fecit manibus suis in cena pasche
li. Exposita igiē forma et efficacia sacramēti restat dicendū qui-

bus in verbis mandauerit christus illud celebrandum. Hoc fa-
Lu. xxij.
cite ait in meā commemorationē. O verba nimis affectuosa. O
verba pūgitiua et penetratiua vsq ad animā. Hoc facite inquit in
meā commemorationē. Propheta etiā dicit. Memoriā abūdan
tie suauitatis tue eructabunt. O summe pia et vere suauis memo
Ps. cxliiij.
ria: annūciare mortē dñi donec veniat. Mors xpi opus sine ex-
emplo: humilitas sine modo: donū sine precio: et gratia sine me
rito. Hanc ppter nos subire voluit: q pctā nostra sup lignū su-
stinuit in cruce sua: scz penā pctorū / cuius liuore sanati sumus.
Quid facis hō idigne: Quid facis hō igrate: Adora deuotius:
et recole frequētius: i sacro altaris salutē mūdi p te passā: vitā p
te mortuā: fortitudinē infirmatā. Si mēbrū xpi es / cōpatere ca
piti tuo. Si frater xpi es / cōmorere fratri tuo. Plange dole: cum
gemitu et lachrymis: sup mortē preciosam vnigeniti dei patris.
Alioquin si non doles / si nō plangis / si non cōpateris / declras
degeneras / beluā sapis / litargiā pateris hominē dissiteris. Ce
terum vt amplius mouearis in mori magis incalescas in amo
rem tui redēptoris: voluit christus vt iugiter coleretur p myste
rium: qd semel offerebaē in preciū: et illa perennis victima viue
ret in memoria / et presens esset semp in gratia. Qd et ita est. Li-
cet enim recrudescat peccatū in multis generalitas tamen ori
ginalis culpe ita prorsus ablata est: leuiathan verme venenato
in virtute fulgurantis haste mortis iesu xpi transfixo: vt ad ex
piationē eorū q quotidie admittuntur: xpm denuo nō oporteat
crucifigi: immo sit oim sufficiens medicina: si per fidē / et imita-
tionē preterite mortis habeatur memoria. Christe iesu / mortis
tue memoria: tanq opus pigmētariū: quasi thus redolens in die-
bus estatis: quasi regio aromatū quā purgat estus solis: et qua-
si flores rosarū in diebus vernis: et quasi lilia que sunt in transi
Eccli. xl.
tu aque. Gratulare sponsa: gaude incomparabiliter: presidentē
habes et rectorem sponsum in psentis exilij militia. Pignus ha
bes: arrā tenes: quibus feliciter sponso vniaris in patria. Glo-
riosa et amabilis sponsa / in terra sponsum habes in sacramento
in celis habitura es sine velamento. Et hic et ibi veritas: sz hic
palliata / ibi manifesta. Hic vel p sponsum habet eccle ia suo or
dine: nondū puritatis maiestate vel eternitatis securitate. Hic
reuera quasi dulce preludiū et iocūda desponsatio: ibi nuptiale
conuiuiū et beata fiet coniunctio: cū de fide ad speciem: de mē-
se ad mensem: de sabbato ad sabbatū: de calore panū / ad eter-
nalis conuiuij calorem transibimus Unde suspirat sponsa et di-
cit cū moyse. Ostende mihi teipm. Nec immerito. Ipe enī iesus
Exo. xxxiij
qui dulcis est in voce / dulcis in facie: dulcis in nomine: dulcis
in opere: dulcior apparebit in deitatis visione. Uere dulcis in
voce: de cuius ore lac et mel pcedit. Diffusa est enim gratia in
labijs tuis. Uere dulcis in facie: speciosus enim est non solū pre
filijs hominū: sed etiā pre milibus angelorū. Uere dulcis est in
nomine. Dulce enim nomen et suaue iesus: consecratum ab eter
no: nunciatum ab angelo: pphetatum salomonis oraculo / q ait
Oleum effusum nomen tuū. Non aūt aliud nomē est: in quo sal
Canti. i.
Matth. i.
uari oporteat. Ipe enim saluus est: qui saluū faciet populū suum
a peccatis eorū. Dulcis in opere: in celebratis miraculis: in pec
catoribus conuersis: in sacramento pciose mortis quod huma-
ne blādiē infirmitati. In hoc enī charitas prefulsit: pietas ma-
gis emicuit / gratia plus radiauit Ceterum longe dulcior erit i
deitatis visione: quando manifestabit seipm: residens sup soliū
pre omnibus excelsum. Tūc satiabitur desideriū nostrū: quod
ppheta desiderans aiebat. Tibi dixit cor meū exquisiuit te fa-
Ps. xxvi.
Ps. lxxij.
Ps. xv.
cies mea / faciē tuā dñe requiram Quid enī mihi est in celo: et a
te quid volui sup terrā: Et alibi. Adimplebis me leticia cū vul
tu tuo Unde preciosior dicit faciei visio: q speculi frequēs ima
ginatio. Nō enī pari oino iocunditate iunit cortex sacramēti et
medulla frumenti: fides et species / memoria et presentia: eterni-
tas et tempus: speculum et vultus: imago dei: et forma serui. Hic
autem ambulamus p fidē: necdū p speciē. Interim deliciari et
gaudere debemus in sacramēto altaris: in cuius cōfessione vel
confectione fidelis minister inuenit seipsum in medio patris et
filij et spiritussancti astantibus etiā ex omni latere supernis or-
dinibus sacramentū pernobile: mysterium superexcellētis glo
rie affectat et requirit plurimū festiuā celebritatē tam illustrium
personarum. Quicquid de ascensu sacerdotis in illa hora seu p
fectu cogitari potest vel dici: longe infra dignitatem veritatis
est. Ibi deliciatus animus boni sacerdotis seipso altiori affe-
ctus conatur / festinat / ascendit / crescit desiderium: et q̄nto ma-
gis sursum tollitur / tanto amplius extenuatur: ita vt omnē ter
rene concupiscentie nebulam euaporās: totus spiritualis homi
nem in homine exurit: et in abscondito faciei dni gloriatur. Nec
enim ab intuitu propiciatorij in sancta sanctorū mens pia thu-
rificans: et deuotio sacrificans prohibetur: sz rari sunt quos ad
profunditatis huius cardines puritas admittat: quos ad huiōi
culmen scitatis integras rapiendo sustollat. Uidet itaq minī
ster sctūs et sentit deū spūaliter / qui pater est oim per creationē

suum specialius patrē esse per dignationē: q2 ipse pr̄ est omniū
pupillo2 per gratiā: quib9 vez mortuus est pater nequā .i. mun=
dus: et mortua est mater pessima .i. carnalis concupiscētia. Bea
Ps. xxvi. tus q̄ dicere audet: qui dicere potest/ pr̄ meus et mater mea de=
reliquerunt me: dn̄s aūt assumpsit me. Uidet quoq3 et sentit filiū
vel fratrē suū amantissimū esse: qui paruulus pro nobis factus
Ps. xxi. frater reuera est paruulo2 .i. humiliū. Narrabo (inquit) nomen
tuum fratribus meis: in medio ecclesie laudabo te. Uidet et sen
tit spm̄ sctm̄ a patre et filio p̄cedentē: domesticū sibi esse fautō=
rem et defensorē suū: q2 ipse cōsolator est vere penitētiū: aduoca
tus in se sperantiū. Uidet iterū et sentit angelicos spūs/ p̄fecti=
bus suis applaudentes: et vt cōciuis ipso2 ascribi mereat ardē
tius inhiantes. Ista ecclesia promptuariū quidē est eorū qui in
celis p̄scripti sunt. Huic ecclesie illa q̄ suspēsis organis ad deū
suspirat adhuc sup flumina babylonis/ originali cognatiōe cō=
iūgitur: et naturali affinitate morib9 et votis vnitur. Ab eoru=
q3 ministro qui h̄mōi est: vitulus saginat9/ integer/ ac perfect9:
agnus anniculus/ plenus/ et immaculat9 cū omni suauitate: dul
cissimo sapore: gratissima iocūditate p̄cipit: et sumptus non cō=
sumitur. Cibus em̄ vite est: qui de celo descēdit. Potes ne esti=
mare quale vel quantū est hoc sctm̄ sctō2: et sacramentū sacra=
mento2/ amor amo2/ dulcedo oīm dulcedinū? Hec sunt vere fe
sta paschalia: hec sunt gaudia et fercula vitalia iusto2: hec sunt
spirituales delicie iustorū et sancto2. Hic bibunt in loco vberi
torrētes lactis: flumina mellis: liquores balsami celestis. Hic
efficit vna caro sponsa cū sponso: vnus spūs sancta ala cū xp̄o.
Experientia ho2 et similiū: spūs et vita est: nec animalis homo
ho2 sensu fruit vel accessu. Amici sponsi .i. boni ep̄i: boni abba=
tes: et ceteri timorati et religiosi viri: gustauerūt et plenissime sūt
experti quod nos dicimus. Ideoq3 ad mēsam altaris frequen=
tius accedūt: oī tēpore cādida faciētes vestimēta sua (.i. corpo
ra) prout possunt meli9: vt pote deū suū manu et ore p̄trectaturi
et colloquentē sibi ipsis audituri. Ibi ei celebrat familiare col=
loquiū inter deū et moysen amicū suū .i. bonū et fidelē ministruz.
Ceterū sermo ille nō est sonans sed penetrās: nō loquax/ sed ef
ficax: nō obstrepēs aurib9 sed blādiens affectibus. Sermo ille
non popularis: sed angularis et p̄iuat9. Non sonat in foro: non
audit in publico: secretū consiliū: secretū querit amicū. Audi=
tui proculdubio gaudiū dabit et leticiā: si sobria cordis aure p̄
cipit. Audi (inquit dn̄s) israel et tace. Respōdit fidelis amicus et
fidelis seruus pie familiaritatis ausu: nō tamē vocali plausu s3
i. Reg. iii. suaui planctu/ dicēs cū samuele. Loquere dn̄e: q2 audit seruus
Psalm. tuus. Et cū propheta. Audiā quid loquat in me dn̄s de9. Cer=
lxxxiiii. te ibi loquit xp̄s cū ministro suo. Pensa inquit iugiter: repone
fideliter: amplectere suauiter: qđ vides/ qđ agis/ qđ tenes: am=
plectere inq̄ pie recordationis affectu: et pie imitatiōis affectu
sciens q̄m talia oportet te preparare. Apparatus mense isti9 nō
hominis est s3 fidei: nō facinoris s3 mysterii: nō temporalis ali=
menti sed eterni. Qui sum auctor muneris: ipse sum testis veri=
tatis. Altare cui assistis: quā pro te sustinui representat crucē: et
calix sepulchrū in quo mortuus quieui: patena lapidē supposi=
tum: corporale sudariū: subtractoria corporalis: lintheamina q̄
bus inuolutus fui. Hostia quā vides: iam nō est panis: sed caro
mea que pepēdit in cruce p̄ mūdi vita. Sane mutatio ista bn̄di
ctionis opus est/ nō originis. Uirtus hoc facit/ nō visus: effect9
est potētie nō visus nature: dignatio est/ nō ratio. Misericordia
est/ nō miseria. Nō commune: sed solū: diuinū est: nō humanum:
pietatis sacramētū: nō deitatis detrimētū. Hic pereat phisica
le nutrimentū. Cibus iste nō est ventris: sed mētis. Non est em̄
datus ad ruinas huius vite: q̄ vapor est ad modicū parens: sed
ad eternā vitā anime p̄ferendā. Iste est panis angelo2 q̄ nescit
putrescere: non vadit in secessum: sed tendit in excelsum. Illuc
Joh. vi. reducit hominem vn̄ traxit imaginē. Caro aūt mea vere est ci=
bus. Similiter liquor iste quē vides iā nō est vinū s3 sanguis me9:
quem pro te fudi in preciū: tibi reseruās in altari poculū: in pe
regrinatione tua p̄sidiū: in exitu de egypto p̄ductū: in celo viati=
cum. Ego botrus carnis: pro salute tua portatus sum ad torcu
lar crucis inde eliquatū est mustū tue redēptiōis. Sanguis au=
Ibidem. tem meus vere est potus. Mira sunt fratres que de sacramento
isto dicunt. Fides est necessaria: sciētia rationis supuacua. Sciē
tia/ rōne et intellect9 colligit: fides sola auctoritate inducitur.
Augustinus p̄tra felicianū. Hoc fides credat: intelligētia non
requirat: ne aut nō inuētum putet incredibile aut reptū nō cre
dat singulare. Haec sunt frēs q̄ fidē necessario exigunt: et rōnē om
nino nō admittūt. Expetūt simplicem creditorē: arguūt impiuz
discussorē. Et iō credi op3 simpliciter: qđ inuestigari nō pōt vtil
liter. Hic est ille torrens quē trāsuadere nō potuit heliseus. No
lite itaq3 nolite q̄rere quō fiat: nolite dubitare vtrū fiat. Nolite
irreuerēter accedere ne vobis ad mortē fiat. De9 em̄ est: et quā=
uis panis mysteria habeat/ mutat tamen in carnē. Deus et homo
i. Cor. xi. est q̄ testat panē veraciter fieri carnē suā. Uas electionis est: q̄
minatur iudiciū nō diiudicāti tā sanctā carnē. Idipsum o chri=
stiane de vino sentias/ id honores in vino. Creator vini est/ qui
Ibidem. vinū prouehit in sanguinē xp̄i. Doctor gentiū est: cuius assertio
ne mortē bibit: bibens indigne sanguinē christi. Et sciendū q̄
aqua mixta cū vino notat vnionē mēbro2 cū capite suo. Aq̄ em̄
multe/ populi multi. Tres aūt portiones q̄ in altari fiūt de cor=
pore xp̄i mysticam significationē habent. Est enim corpus xp̄i
vniuersa ecclesia: caput sc3 cum membris: et inueniuntur in cor=
pore isto quasi tres partes ex quibus totū corpus cōstat. Una
pars ipsum caput. Caput em̄ et caput est et pars corporis simili
ter. Itaq3 caput ipsum/ pars corporis vna est. Caput inq̄ quod
iam immortale et impassibile resurrexit: non moriturū neq3 pas=
surum amplius. Altera pars corporis est in mēbris illis que iā
cum capite suo quasi in sabbato quiescunt in anima: immortali
tatis vnā stolā possidentes q̄ntum ad animas in celo. De talib9
dicitur gaudēt in celis anime sancto2. Sunt igitur due partes
iste simul caput scilicet .i. christus: et altera pars corporis .i. bo=
ni defuncti: quorū corpora requiescunt in sepulchris: et anime cū
christo sunt. Propterea in altari due partes reseruātur extra ca
licem quasi extra passionē: q2 beati iam nullū sentiunt dolorez:
q̄m hec priora transierunt. Tertia portio quā in sanguinem po=
nimus: illā partem ecclesie significat que calicē dn̄i bibit .i. xp̄i
Joh. xvi. passionē imitatur. Cui in apostolis a dn̄o dictū est. In me pa=
cem habeatis/ in mundo pressuram habebitis. Odor/ species/
sapor/ pondus remanent ad mysterii ritū et ad gustus suffragiū:
vt horror penitus tollat et meritum sortiat. Etenim ne humana
infirmitas esuz carnis et potū sanguinis in sumptione horreret
xp̄s velari et palliari illa duo voluit speciebus panis et vini: que
inter humani generis victualia quodammō tenent principatū.
Nam ad litterā quidem: pre cibis omnibus cor hoīs confirmat
panis/ et vinum letificat. Sic itaq3 corpus et sanguinem suum su
menda proposuit: vt sensus in vno fouerek: in altero fides edifi
caretur. Fouetur enim sensus in vno: dum solita tm̄ et consueta
prospicit: edificatur fides in altero: dum oculo carnis vidente/
aliud exteri9: oculus cordis aliud sentit et reuerek interi9. Aliud
Ps. xvii. enim latet/ aliud patet. Posuit em̄ tenebras latibulū suū. Quē=
admodum enim species illic videnk quo2 res vel substantie ibi
esse non credunk: sic res veraciter et substantialiter credik: cui9
species nō cernik. Uidetur em̄ species panis et vini: et substantia
panis et vini nō credik. Creditur aūt substantia corporis et san=
guinis xp̄i: et tamen species non cernitur. Proponitur igik spe=
cies panis et vini: vt doceak plena et perfecta esse refectio in sūs
ptione corporis et sanguinis xp̄i/ plena refectio cibi et pot9. Ci=
bi autem et potus substantie principales/ sunt panis et vinū. Cū
autem vnum sit sacramentum: tria ibi discreta proponūtur: sci=
licet species visibilis/ veritas corporis/ et virt9 gratie spiritua=
lis. Aliud est species visibilis que visibiliter cernik: aliud veri=
tas corporis que sub visibili specie inuisibiliter creditur: atq3
aliud gratia spiritualis que cum corpore et sanguine visibiliter
et spiritualiter percipitur a solis digne cōmunicantibus. Tria
quippe in sacramento altaris attendere debes: speciem panis/
veritatem carnis/ virtutē gratie spiritualis. Usq3 ad speciē pa=
nis/ sensus pertingit exterior: ad veritatē carnis fides interior
ad virtutem gratie spiritualis charitas superior. Speciem pa
nis rodit aliquando sorex paruissimus: christianus recipit etiā
pessimus: virtutē gratie spūalis non nisi predestinatus recipit.
Quod itaq3 videmus: species est panis et vini. Qđ aūt sub spe=
cie illa credimus verū corpus est et verus xp̄i sanguis: qđ pepē
dit in cruce: et q̄ fluxit de latere. Comestio itaq3 sacramētalis q̄n
tum ad visibilē speciē: et q̄ntū ad corporis xp̄i veritatē conuenit
bonis et malis cōiter. S3 est alia comestio sicut iā dixim9 bono
rum solummō: quā p̄ dei gratiā et p̄ fidē ex dilectiōe opantē vite
meritū efficit: et affect9 mētiū i cordib9 p̄cipientiū vel ministran
tiū/ intercedēte spūali et subtiliori quadā vnione capitis et mem=
bro2. Unde est illud. Ut nobis fiat corp9 et sanguis filii tui. No=
bis inquit fiat. Fit em̄ p̄culdubio corpus dn̄i in mensa altaris
semp̄ cū solēne illud celebrak ministeriū ritu debito: sed nō sem
per eis fit p̄ quos fit. Unde illud itē in canone. Ut quotquot ex
hac altaris participatione sacramentū filii tui sumpserimus: oī
bn̄dictione celesti et gratia repleamur. Non em̄ oēs q̄ corp9 dn̄i
sumūt ex participatione altaris spūaliter illa bn̄dictione cele
sti et grā replentur. Unde est illud. Ut qđ temporaliter gerimus
eternis gaudiis p̄sequamur. Item vt que visibilibus mysteriis
sumenda p̄cipimus/ inuisibili consequamur effectu. Et multa in
hunc modū. Hoc itaq3 sacramentū ab eterno repositum: diabo
lo celatum/ prophetis reuelatum: sollicitudini vestre creditum:
debita est gratiarum actione prosequendum. O sacrum o cele=
ste mysterium vestrū. Laudabile desideriū: isigne spectaculu/
solenne miraculum. Deus q̄ mirabilis est in oībus: seipso certe
mirabilior q̄ntum ad vos ostenditur dum mirabiliora per vos
operatur. Quid plura? Sacerdotes dei benedicite domino: di=
gna deo

gna deo satagētes:ne vobis fiat in ruinā:quod digne sumenti
bus prouisum est ad medelā. Sacerdotes dei nō immerito vos
dixerim:si vixeritis sacerdotaliter in domo dñi. Non em̄ proue
nit dignitas in hoc noīe qđ est sacerdos. Non inq̄ ex noīe/sꝫ ex
virtute ꝯuersatione/nō officio merito non vocabulo:sanctitate
non mysterio. Vñ scriptura dicit. Sacerdotales viros querimꝰ
qui plures habemus sacerdotes. Plures inq̄ numero/ nō meri
to:simulatione nō fide:specie non virtute: cōmixtiōe corporali
non vinculo spūali carnis adductione/nō cordis vnitate. Sūt
em̄ lotis manibus/tamen sordidis operibꝰ:cruēta cōsciencia ad
diuina accedunt sacrificia:comedūt sine timore ⁊ sine reueren
tia carnes agni qui presidet in celo : sicut carnes q̄ venduntur in
foro. Nō sicut sacerdotes assistūt in altario:sed sicut carnifices
in macello. Graue igitur pondꝰ: graue est pꝉculū istius honoris.
Gradus quippe iste gradus casualis est gradus iudicialis ē: nisi
meritis illustret dignitas vnctionis nobilitate moꝝ: exercita=
tiōe virtutū:⁊ instātia bonoꝝ operū. Fodite igitur carissimi dome
sticos parietes:id est ponite corda vestra sup vias vestras. Sa=
tagite q̄ntū potestis redimere cito in quibꝰ offendistis. Dies em̄
dñi sicut fur ita veniet. Sicut em̄ nihil certius morte/ita hora

1. Thes. v.

mortis nihil incertiꝰ:qđ vt dignū est pensate ⁊ ad pensandū cir
cūspectius inuigilate. Deo q̄dem erit ad gloriā:angelis ad le=
ticiā:subditis vitis odor ad vitā:vobis autē ad coronā. In quo
christus ⁊ xp̄os suos exaudire dignetur:ministrando auxiliū gra
tie sue:qui viuit ⁊ regnat per omnia secula seculorum amen.

¶ Sermo de priuilegiis beati Johannis baptiste:

Hodie dilectissimi dies nobis illuxit insignis ⁊ tan
to diebus ceteris sanctior/quanto sanctiorē homi=
nem terris infudit. In hac siquidē die natꝰ est sans
ctoꝝ splendor/iustoꝝ gloria:leticia angeloꝝ excel=
lentissimus homo consanguineus christi:amicꝰ spō
si:spōse preparator vnus est/⁊ similē non hꝫ:qui choris insertꝰ
angelicis/sublimioris corone titulis/vniuersitatis hūane tran

Mat. xi.

scendit ascensuz. Denique inter natos mulierū nō surrexit maior
Johanne baptista. Felix hō qui feliciter celoꝝ perambulans of
ficinas:cursu felicissimo sequitur redēptorē: nec alicuiꝰ precludi
tur fastigio dignitatis:quē summe felicitatis immensitas lar=
gius irrorauit. Letantur angeli:⁊ vtriusq̄ nature nūerositas ad=
miratur hominē sic ingressum abyssum luminis:⁊ inter interna
diuinitatis absorptū vt ipam reuerberet aciem angelice puri=
tatis. Leuentur oēs viri meritoꝝ:⁊ prerogatiuis an̄ cōsistoriū ma
iestatis exultent:nō erit tn̄ qui ad beati Johannis baptiste pri
uilegiū audeat aspirare. Age iam aggrediamur ingredi virtu=
tum insignia:q̄ deus maiestatis in amico suo gloriosa glorifi=
catione signauit. Sic e. n̄ ab ortu vite sue vsq̄ ad occasum ꝯuer
satus est cū hoībus:vt forma vite/moꝝ informatio habeatur. Et
licet huius sermonis aurea nō rutilet pulchritudo:tētabimꝰ tn̄
rerū veritatē qualicūq̄ stilo pstringere/illud sapientis attēdē=
tes. Prudētibꝰ viris nō placere falerata/sed fortificata. ¶ Pri
mus em̄ honor est/gloria in annūciatione. Non est dissimulanti
silentio transeūdum:q̄ solenni glorificatione pueri huiꝰ in hūc
mundū nunciatur ingressus. Adest āgelus gabriel:⁊ a superio
rum celoꝝ cardine dñi fortitudo descendens/stat a dextris al=
taris incensi. Nec quilibet angelus:sed ille sublimior qui bea=
te virgini nuncium attulit singulare:etiam electus est vt ānun
ciaret militē:qui regē nunciare debebat. Astat sacerdos sacer=
dotalibus indutus:⁊ multiplici vestimentoꝝ varietate/celestiū
sacramentoꝝ prefigurans imaginē purgationē peccatoꝝ mysti
ci sanguinis aspersione designat. Consistit coram arca federis
ante testamenti tabulas/⁊ vrnam auream habentē māna/virgā
aaron/cherubin ⁊ propitiatoriū solēniter infulatus vultui dei=
glorie maiestatis:rerū omniū dño vota procelebrat. Dies istat
solēnis:⁊ ceteris diebus multitudini iudeoꝝ celebrior domini
precipientis attestatione sublimis:sane spectabilior festiua:in
qua sola soli pontifici licebat introire in sancta sanctoꝝ: ⁊ asp=
gine multiformi summe diuinitatis irā refrigerare. Cōuenitur
vndiq̄ i sāctā ciuitatē:⁊ pplꝭ oꝝ turba frequētior cumulat mate

Luce. i.

riam gaudioꝝ. Inter q̄ sacra consistens archāgelus:ne timeas
inquit zacharia:qr nascetur tibi filius parentū gaudiū nobili=
tas generis orbis exēplū:finis legis:euangelii principiū mor=
tis expulsio:ianua vite:decus hominū:conuersationis splēdor
omnis iusticie principatus. Et ne diffusiori tractatu rerū excel=
lentiā cōfundamus:nascentis ⁊ ꝯuersantis integritas in libris
euangelicis plenius assignatur. Cōsidera nunciātis sublimita
tem:loci dignitatē:diei reuerentiā:⁊ tūc intelligere poteris q̄
superexcellenti gloria Johannis baptiste genitura predicetur
(Salua igitur redēptoris reuerentia, qr nō derogamꝰ regi si re
gis militem honoramus) cū ille dñs hic seruus:ille creator:hic
creatura:digniori premonstratione Johannes nunciatur q̄ xp̄s.
Xp̄s fortassis in thalamo:Johannes in templo:⁊ nō solum in tē
plo sed etiā ante sancta sanctoꝝ:⁊ insigni die solennitatis eoꝝ
Johannes ab eodem archāgelo/in loco digniori:tempore san=
ctiori:aptiori miraculo predicatur. Recole ysaac ab angelis nun

Ge. xvii.
Iudi. xiii.

ciatum:sanson p angelū predicatū:⁊ vniuersam nazareoꝝ sectā
conspice:⁊ solū baptistā tam in hoc q̄ in aliis inuenies digno=
rem. ¶ Secundus honor est sanctificatio in vtero matris. Qui
cunq̄ de massa preuaricante mundū ingredimur/longam ꝯestē
originalis peccati nobiscū trahimus:solus ille qui pctm̄ nō fe=
cit excipitur:quē virginalis vteri thalamꝰ ignorantis virū ter
ris effudit. Longe quippe aliter q̄ nos ⁊ dissimili mō conceptꝰ
est: spiritu sancto tota maiestate virginem inundante:superās
vsum carnis/nature ordinem/viri cōmixtionē. Sic quippe de=
cebat vt peccatuz nesciret qui pctm̄ tollebat: vt similitudinem
carnis peccati susciperet:non aūt carnem peccati. Cum igitur
omnes in iniquitatibus concepti sunt:neminem vnq̄ mortaliū
intra materna viscera sanctificatū legimus preter hieremiam/
et iohannem baptistā:q̄q̄ ⁊ de singulari virgine nulla sit ambi
guitas/quin ipsa maternis circūsepta viscerib ꝰ: sublimiori san
ctificationis genere mūdata sit: vtpote sanctuariū illud in quo
deus ⁊ dei filius carnē fuerat suscepturus. Sed lōge minor hie

Eccl. i.

remie sanctificatio q̄ iohannis. Ille quidē in vtero matris san
ctificatus:hic spiritu sancto repletus fuisse cognoscitur. Mul=
to quippe excellētius est spiritussancto repleri:q̄ sanctificari.
Ibi enim sanctificatio emundationem:hic repletio inundatio
nem signat. Denique ⁊ apostoli qui manibus suis tractauerūt de
verbo vite:cū spm̄ scm̄ accepissent de saluatoris afflatu: vix q̄n
quagesimo a resurrectionis die ad illū graduz potuerūt perue

Actu. ii.

nire vt diceretur de eis:repleti sunt oēs spiritu sancto. Et licet
spiritussanctꝰ largiori tūc munere credentiū corda repleuerit:
hoc tamen iohannes legitur in vtero assecutus:quod apostoli
ca celsitudo tandē longiori promissione meruit obtinere. Attē
de obsecro diligenter q̄ ordinata dispositione spiritꝰ ille multi
plex hieremiā sanctificat:iohannē replet:⁊ superuenit in mariaz.
Et hieremie quidē admiranda sanctificatio:qr et si in peccato
conceptus est:nascitur tamē sine peccato. Ante em̄ q̄ exiret de
vētre sanctificatus est. Nec poterat nasci non sanctus/q̄ in vte
ro matris erat sanctificatus. Mira res ⁊ a trāsactis seculis nō
audita:hominē conceptū in peccatis nasci sine peccato. Johā
nem vero lōge gloriosior virtus impleuit:q̄ ⁊ sanctificatus est a
peccato:⁊ ita dñante spiritu superfusus:vt ⁊ purgatus exeat:⁊
repletus. Vere magnus corā dño/quē angelus nunciat/sancti=
ficat deus:spūs replet:vita commēdat. In effabiliori em̄ mō su
peruenit in virginē: quā tota diuinitatis plenitudo sine mensu
re discretione perfudit vt totū caperet qui fecit totū:vt nō solū
a peccatis abluta ⁊ repleta spiritu sancto: sꝫ ⁊ de spiritu sancto

Matth. i.

concepisse credatur:qr qđ in ea natū est de spiritu sancto ē. Inde
est q singulari prerogatiua fides chatolica filiū dei natū de vir=
gine:conceptum de spiritusancto cōfitetur:vt diuinitatis ⁊ hu
manitatis indiuisibilis adunata cōnexio vocabulorum indiffe
rentia designetur. Vides ergo q̄ remotiori priuilegio specio=
sus forma pre filiis hominum:a filiis hominum in concipiendo
discretus sit. Illi etem̄ de peccatis/⁊ in peccatis concepti sūt:
hic in spiritu ⁊ de spū sancto concipitur. Hec sane dicta sūt de
conceptione iohānis. Sed si in aliquo sanctorū auctoritatibus
videntur obuiare:volumus vt sine omni excusationum vel de=
fensionum patrocinio subruātur. ¶ Tertius honor est:excellen
tia in exultatione. A seculo non est auditū q quis exultauerit
in vtero matris:cum hic in gaudio exultasse legatur. Prorsus
obstupenda dignatio:puerum vix conceptum in motum exulta
tionis erumpere:eiq̄ gratāter occurrere seruitio dulciori: quē
virginali substantie presentit infusum. Beata anima que in via
peccatorum non stetit:sed secretiori semita de celestibus offici
nis egrediens:inaudite gratulationis est sortita dulcedinē. Fe
lix elizabeth ad quā propterea mater saluatoris:quam saluta=
ribus obsequiis celorum imperatrix impartitur. Sed puer mul
to felicior qui salutantis maiestatem agnoscens:infra viscerū
tenebrosa volumina gaudio gaudet:quia vim tam beate salu=

Luce. i.

tationis attendit. (Et factum est inquit) vt audiuit salutationē
marie elizabeth:exultauit in gaudio infans in vtero eius. Ascē
dit cum festinatione virgo in domum zacharie ad salutandam
elizabeth:portans in vtero filium dei:regem glorie: dominum
maiestatis. Occurrit elizabeth:⁊ antique sterilitatis carēs op=
probriis:amicū sponsi/preconem verbi/felicissimo ventre depor
tat. Iunguntur amplexus:venitur ad oscula et copulantur fe=
lices vteri regē:⁊ militē non nisi duo tenerrimi parietes abiū=
gunt. Quid mirū si miratur puer ⁊ exultat a tactu tā proxime di=
uinitatis afflatu? Poterat ne vacare a quocūq̄ miraculo cui
presens erat regis p̄sentia:regnātis mr̄:mūdi redēptor? Quid/
q nō semel tā sctōrū āplexuū fuit celebrata ꝯiūctio? Mānsit au

Luce. i.

tē maria cū illa quasi tribꝰ mēsibꝰ ait euāgelista. Tanto tēpore
manet cū elizabeth virginalis integritas:⁊ nunc dulciori elo=

quid nūc felicioꝛ amplexu iohānem puerū cōsecrat ⁊ insignit. Et fortassis vsqꝫ ad diē natiuitatis eiꝰ gloriosa virgo cū cognata morata est: donec puerū natum sinu beatissimo cōfoueret: et vno pariete remoto propinquiorez redderet p̄sentie creatoris. Facile aūt hoc ex euāgelij coniectura liquet: q2 iā sex mēses a conceptione iohānis defluxerāt cū ad virginē archangelꝰ missus est: q̄ renouationē mūdi pudori virgineo noua salutatione portauit. Exhinc virgo festinauit ad elizabeth: ⁊ tribꝰ mensibꝰ cognate dignatur visitare hospitium donec noni mēsis fine cōcluso/natiuitas immineret patriarche. Aliqui librū iustoꝝ diligentioribꝰ oculis inspexerunt se vidisse testātur: q2 ipsa dei genitrix felicē puerum primo de terra leuauit: ⁊ cognate partū obsecuta est seruitute. Quocūqꝫ aūt modo rei huiꝰ veritas decernaṫ illud p̄ certo certū est q2 non paꝝ contulit puero nascituro tam felix ⁊ morosum intemerate virginis ꝯsortiū. ¶ Quartus honor iohānis est: gaudiū in natiuitate. Erubesce lucifer q̄ iam mane oriebaris: ⁊ conatuū tuoꝝ frustratꝰ impulsibꝰ: tandē intellige q2 in nouissimis diebꝰ tanq̄ꝫ perdix stultissimus remanebis. Machinationibus tuis factū est/vt hūani generis vniuersitas in peccatis conciperet in tristicia nasceret: s3 ecce iste sanctificatus in vtero oritur in gaudio: leticiāqꝫ mūdo sua natiuitate refundit. Ecce genus armature quod tibi constitueras ad victoriā: hoc iohāni nasciṫ ad coronā. Apprehēde arma et scutū: ⁊ toto malignitatis tue spū debacchare: nec tn̄ poteris iohānis irrūpere priuilegiū: qđ benigna scribētis manꝰ proprio caractere consignauit. Multū deceptus multū delusus es. An ignoras q̄ tibi vir bellator ab adolescentia ⁊ etiā a matris ventre consurgit: Nescis q2 a diebꝰ istius regnū celoꝝ vim patiṫ: ⁊ violenti rapiūt illud: An oblitꝰ es q̄ iste mitteṫ parare plebē pfectaz dn̄o: Intuere ordinē rerū: ⁊ ab ipsis conceptionis sue initijs: inuenies hūc validiori conamine tuā fortitudinē irrupisse. Tu tecisti q̄ fratricida cayn qui primus natus est/pollutus ⁊ obuolutus exiret: ⁊ originalis peccati respergereṫ infamia. Hanc excēpit orbis exterritus: ⁊ humani generis subsecuta natiuitas: ad infime tristicie cumulū transmigrauit: natiuitas autē iohannis huius in gaudiū est ⁊ solennitatē preclarā. Letatur orbis: ⁊ per quattuor mūdi climata circūsonat gloriose festiuitatis instantia: ipsis etiā celis celebris ⁊ famosa. Quis putas puer iste erit: Amicus spōsi: inimicꝰ sibi/seipso potētior. Considerandū etiā q̄nta dignitate prepolleat natiuitatis huius celebranda deuotio quātāqꝫ gratiā in oculis ecclesie poterit inuenire. Nullius hominis natiuitatē preter soliꝰ dei in auctoritatis arcē recepit ecclia: huiꝰ istiꝰ exceptiōe seruata. Nouit eīm q2 melior est dies mortis die natiuitatis: ⁊ q̄ ortꝰ hominū tristicia comiteṫ. Inde est q̄ diē mortis martyꝝ non natiuitatis solēnisat ecclesia: mortem tn̄ coꝝ natalicioꝝ nomine nominans: quibus factus est de morte natalis. Tūc eīm ceperunt de morte nasci ad vitā: cū vitā deposuerūt pro vita. Huius vero natiuitatē spōsa christi tanto securius beniuolentissima dignatione suscepit: q̄nto singularis eā veritatis euangelice irrefragabilis commendat auctoritas. ¶ Quintus honor est: singularitas in ꝯuersiōe ⁊ ꝯuersatiōe. Infra teneritudinē annoꝝ beatus iste puer ad heremū spiritu ducente deductꝰ est: nec obstitit etatis infirmitas: quā maiestas dn̄i fecundabat. Spiritꝰ eīm sctūs non attendit seruū differētiā fragilitatē corpoꝝ: tēpoꝝ annositatē: sed quēcunqꝫ ⁊ q̄ñcunqꝫ ⁊ quō vult dignātissima replet benignitate. Relinquit iohannes mundū: hoīes fugit: patriā nescit: parentes aspnaṫ: ⁊ in soliꝰ diuinitatis apicē defigit obtutus. Mira rerū conuersio: hominez vix mundū ingressum: mūdi fugere gloriā: ⁊ seculi cupiditates non solū obliuisci/sed nescire: perpetuūqꝫ cū diuinitate habere consortiū. Recessus montiū: siluaꝝ amfractꝰ: ⁊ valliū subteriacens vastitas: puero patriarche quando nox coegerat domicilia prebuerunt. Non mihi apponaṫ hieremias: non predicantis puericie virtus audeat obuiare: q2 si ille consecratus fuerat in prophetā hic in plusq̄ꝫ prophetā. Et licet ille populo futura predicet: non tamen conuersationis humane declinat aspectꝰ. Iohannes aūt etatis supergressus infantiā/⁊ nobilioris generis generositatez oblitus/soli vocat diuinitati: factus forma vite: monachoꝝ propositū: anachoritaꝝ principiū: totius religionis assertio. Ecce hoc quidē pro ꝯuersione. Porro q̄nta sublimitas in conuersatione fuerit/non est currētis lingue volubilitate differendum: sed euangelice dignitatis comprobandum eloquio.

Mat. xj. / Luce. j. / Ibidem. / Eccās. vij. / Mat. iij. / Mat. xj.

Iohannes, inquit habebat vestimentū de pilis cameloꝝ: ⁊ zonam pelliceam circa lumbos eiꝰ: esca aūt eiꝰ erat locusta ⁊ mel siluestre. Ecce qui mollibꝰ vestiūtur in domibus regū sunt. Rigida vestis ⁊ durissimis hospitatibus contexta: rigore squallescēro corpus afficit patriarche: carnēqꝫ tenerrimam immatura districtio discipline seritate coartat: teneros artꝰ ⁊ sacratiori spiritu superfluos continue cassat longitudo martyrij. Cibus autem eiꝰ qualis erat: Nō q̄rūtur perdices/fasiani: seu alte aues: non per totaz curritur regionem: vt patriarchalis stomachꝰ impleatur: sed erat esca eiꝰ locusta ⁊ mel siluestre. Celi rore pasciturꝫ animalis vilissimi satiaṫ edulio: nihilqꝫ coctum accepit ieiunātis austeritas. Castigato ventre ⁊ diuturna maceratiōe distento: ignota fuit varietas ferculoꝝ/nec introiuit in os eius quod gulam alliceret: sufarciret ventrem: stomacho blandireṫ Helyas comedit carnes ⁊ si quid aliud apponebaṫ cum gratiarum actione percepit: nec aliquem legimus ex illa veteri officina ad legis huius aspirasse fastigiū. Vestis aspera: cibꝰ tenuis: mens deuota: profecto perfectū consecrant patriarchā. ¶ Sextus honor est nouitas in predicatione. Hic volo vt intendat attentio vestra: quia paulo subtilius ad audiendū: materie precipit magnitudo. Post peccatū ade ac illius diluuij vastationem solēnē: electa est iustoꝝ infinita prope pluralitas: cū quibꝰ deꝰ facie ad faciem locutꝰ fuisse dignoscitur. Transferṫ enoch: eligitur noe: vocaṫ abraham: ysaac diligitur: iacob deuz facie ad faciem contēplaṫ: ioseph saluator mūdi vocaṫ: nec tn̄ in sermone vel ad illos/vel illoꝝ ad homines: fit aliqua mētio de regni celestis ppetua mansione. Moyses assumiṫ in ducem populo israel: pharaoni in deū constituiṫ facit deꝰ per ipsum in egypto magnalia: mirabilia in terra chā: terribilia in mari rubro. Ascēdit moyses in caliginem in qua erat deus: ⁊ datur ei in monte multiplex preceptoꝝ auctoritas loquiṫ cuz deo quasi homo ad vicinum suū: non est occultatū a moyse quod fecit deꝰ in occulto: ⁊ gloriosum nomen adonay (quod omnibus fuerat obuelatum) ei reuelaṫ: sed in his omnibꝰ regni celoꝝ memoria nec nominatur nec audiṫ. Astat aaron summꝰ sacerdos potētis virge gestarius: vnctus ⁊ delibutꝰ celestiū sacrarioꝝ vnctione: succedit iosue ⁊ omnis illa iudicū multitudo: nec est vel vlla tenuis mentio regni celestis. Inuenit dn̄s Dauid virū sanctum s̄m cor suū: salomonē filiū eiꝰ sapientia cumulat singulari: ⁊ omnē illū prophetalem choꝝ spiritus sanctꝰ ordinat ⁊ infundit: ⁊ nihil de celestis regni gloria prophetaṫ. Claudit helyas celū annis tribus ⁊ mensibus sex. Heliseus etiam mortuus mortuū vite restituit: ⁊ ab his nec vel vlla scintilla beate māsionis elucet. Quid plura: A principio mūdi vsqꝫ ad iohannē vniuersitatis humane electionē recollige: nec in sermone vel opere illiꝰ sanctuarij poteris reperire dulcedinē. Veni ergo ad iohannē ⁊ audi vocē exultationis: vocē nouitatis vocez leticie/verbū misericordie/sermonē glorie/largitatē gratie: qđ celauerat deꝰ: tacuerat angelus: latuerat patriarchis: pphete nescierūt. Penitētiā (inquit) agite appropinquabit eīm regnū celoꝝ. Verbū penitētie dulce et gloriosum verbū regni celoꝝ letū adorādū: illi soli primo cōueniens q̄ primus noui testamenti fundamenta posuit. Hec est vox de qua maximꝰ ille contēplator celestiū visionū in hec vba prosequiṫ. Et vox prima quā audiui sicut cythAredoꝝ cytharisantiū in cytharis suis. A diebus ade vsqꝫ ad Iohannē organum nostrū versuz est in vocē flentiū: q2 peccatoꝝ frequētia: nec penitētie locus/duplex erat deplorandi materia. Occidis: occidi iuberis: sabbato ligna colligis lapidari iuberis: ⁊ ille cui propriū est misereri semper ⁊ parcere nisi ferire non nouit. Dederat quippe eis p̄cepta nō bona p̄ceptoꝝ dator: ⁊ iustificationes in qbꝰ viuere nō possent. Hoc est qđ iustꝰ miraṫ dicēs. Vbi sunt mie tue antique dn̄e: Iohānes natus ōndit medicamentū vulneri pctō penitentiā/iniq̄tati veniā. Hec est prima vox quaz vox clamantis in deserto proposuit: ⁊ vox turturis audita est in terra nostra. Ex tūc misit in os nostrū canticū nouū carmen deo nr̄o: ⁊ resonat in ore nostro gratiaꝝ actio ⁊ vox laudis: superexaltat mīa iudiciū: peccatoribꝰ parciṫ: regnat pietas: iusticia dissimulaṫ: ⁊ miserēdi nō feriendi querit occasionē misericors ⁊ miserator dn̄s. Cytharisant ergo in cytharis suis: qui voluptatis effluxionē penitētie restrictiōe reuerberāt: ⁊ de p̄funda pctōꝝ voragine respirantes (pharaone submerso) cantant in vna dn̄i/q̄m magna est gloria dn̄i. ¶ Septimꝰ honor est dignitas in baptismate. Singularis prorsus hūilitas: verbū caro factū est: et in pfectū virū egrediens: relicta hoīm vniuersitate iohānē querit/iohannē desiderat/ad iohannē venit. Terribilis in consilijs deus sup filios hoim: portansqꝫ oīa verbo virtutis sue purgationē peccatorū faciēs: venit a galilea in iordanē ad iohannez vt baptisaretur ab eo. Stupet iohānes ⁊ timore cōcutiṫ: ac patriarchā infinitꝰ horror insiluit. Ego (inquit) a te debeo baptisari: ⁊ tu venis ad me: Dicit ei saluator. Sine modo: sic enim decet nos implere omnē iusticiā. Acquiescūt vtriqꝫ salutaribꝰ monitis: ⁊ accingit se iohannes ad baptisandū/ad suscipiendū dominū regem angeloꝝ. Exuitur vestimentis suis rex glorie: splēdor luminis: ⁊ figura substantie dei: iohannis manibꝰ attrectatur caro illa sumpta de virgine/candidiorisqꝫ diruata materia nudatur in flumine felicis baptiste manibus infundēda. Descēdunt angeli ⁊ celorum agmina tota reuerentia currunt ad creatorem. Baptisantem ⁊ baptisatum numina dominantia circuncingunt. Infundit aquam capitis creatoris creatura nobiliori dei verticem mortalis dextera contrectat et contingit. Patet

iij. Reg. xvij. / Mat. iij. / Apo. xiiij / Eze. xx. / p̄s. xxxviij / Cant. ij. / p̄s. lxv. / Heb. j. / Mat. iij.

celum: stupet

celum: stupet terra: iordanis arridet: mirantur angeli dñm sabaoth inter manus baptisantis concludi. Quid est iohānes? quē cherubim et seraphin vix audēt aspicere/ tu nudū tenere presumis: Hic est in quē angeli desiderāt prospicere/ cui sanctus sanctus sanctus sublimi melodiarum organo beate ciuitatis conuentus ingemināt qui solus inhabitat lucem inaccessibilem: dñs virtutū: deus scientiarum misericordiarū pater: et tu nō metuis? Tibi datū est qđ oibus negatū est baptisare eū q baptisat omnes in spūsctō et igne: virginē virginisq; filiū virgineis manibus irrigare. Totus obstupeo baptisantē/ hominēq; deū reuereor: magistrū dignātē admiror: vereor dignationem: et hominem video violētiam ipsis celis inferre. Porro illud quale est q in isto baptismate terminatur lex: finē accipit prophetia: et omnis illa sacrificiorū multitudo propulsatur et pellitur: Hic incipit et stabilitur noue regenerationis purgatio perdurāda: et in vnā baptismatis formā legaliū trāseūt dispēdia figurarū. Ad ablutionē eñ aque et innouationē spiritus sepelit: hyrcorū et vitulorum sanguinolenta congeries: et peccatoribus id iudeis relinquimus: illud dauidicū attēdētes. Olocaustū et pro peccato nō postulasti. ¶ Octauus honor est prima reuelatio de trinitate. A creatione celi et terre vsq; ad hunc locum nūq; trinitas manifeste hominibus apparuit/ sz rerū ac vocū inuolucris inuoluta fuit tante claritatis eternitas. Denique creationem hominis creator rerū summa dignitate cōmendās: faciamus (inquit) hominē ad imaginē et similitudinem nostram. Reuerendum reuera priuilegium: nec vlli traditum creature. Creatur illa sublimior nūerositas angelorum: et elementorū omniū ordinatur variata connexio: sed omnipotentis prescientia tm̄ opus taciturnitate alta prospectat. Ut vero venitur ad hominem: et nobilis creatura creari disponitur: accingit se trinitas ad creādum: et consilium accipit sapientia: vt creature dignitas creatoris priuilegio clara esse mōstretur. Nec ibi tamen satis aperte diuine maiestatis illuxere vocabula: cum ad angelos obsequentes quidam referant dñici sermonis oraculum. Uel si minus hoc cautū est: signa pluralitatis absq; nominum differētia predicantur. Abraham tres vidit et vnum adorauit: sed ibi scripture sacre reuerentia: nūc mixtim/ nūc separatim claudit eloquiū: vt modo dñm/ modo viros placeat appellare. Iudei tamen hic magnā ferunt reprehensionis parabolam/ tres angelos a dño missos asserentes vnum ad natiuitatem ysaac predicendā: duos ad subuertēdū sodomā delegatos. Illū vero cū quo iustus loquitur dicēs: domine si inueni gratiaz in oculis tuis prophetali spiritu cognouisse somniāt/ natiuitatis ysaac venisse preconem. Illū adorat abraham sicut bersabee dauid regem: socinsq; eius propter ipsius reuerētiā indefessus assistit. Unde et non nisi duo in subuersione ciuitatum infidelium numerātur: illo superiori iam reuerso: qui natiuitatē ysaac fideli deuotione compleuerat. Tres eñ viri saram vocari precipiūt: sed vnus est q promissionis inspirate manifestat archanū. Hoc iudei et qui magis elegerūt iudaizare q̄ credere. Sz vt breuiter concludamus: omnis illa patriarcharū: siue prophetarum societas: nullā vel in sermonibus vel in rebus de patre et filio et spiritusancto aperte legitur fecisse mētionē. Ueni ergo et intuere filium zacharie deum et hominē propriis manibus cōtigētem et vide q celi aperiuntur ibi et descendit spiritussanctus corporali specie sicut colūba in xp̄m: et vox patris audita est: hic est filius meus dilectus. Uides quia ad sacratissimorū nominum nouitatem celorū palatia reserant. Pater auditur in voce: filius baptisatur in flumine: spūssanctus demōstratur in colūbe specie. Adest iohānes totus medius trinitatis: gloriosumq; baptistam signāt induisse substātie aperta vocabula: nomēq; trinitatis prioribus seculis obuelatum: absq; totius velaminis obūbratione relucet. Dñe quis est iste q innotuisti ei? ¶ Nonus honor est testimoniū veritatis. Audi quid de isto veritas testetur. Cū audisset iohannes/ in vinculis opera christi misit ad eū discipulos suos: et responsum est eis ceci vident et c. que euangelice veritatis copiosa prosequitur narratio. Recedētibus aūt nunciis, ne forte in eorum presentia adulationē redolere videretur: cepit iesus dicere de iohāne. Quid existis in desertū videre? Arundinem vento agitatam? O mira testificatio redemptoris. Quis ingressus est mundū et mundū vel in aliquo nō cognouit: Quis est quem ventosa felicitas: vel aduersitas turbida vel cuiuslibet peccati aura tenuior non inflexit? Ad extremū subinfert q terram excedat: transeat celum: ipsum verticē angelice dignitatis attingat. Inter natos mulierū (dicit dñs) non surrexit maior iohāne baptista. Quid vis amplius? De nullo dici potuit (dicit augustinus) quod dictum est de iohāne. Nō opponas mihi euangelistam ceteris discipulis magis dilectū: non apostolorū principē omnibus apostolis antelatū: non vas electiōis ad celi tertij secreta translatum: nec apostolicus ipsē dor audeat occurrere precursori: q iā oēs isti ad adolescentie metas excesserāt: eū aūtē natiuitate platū est/ inter natos et c. Cōsidera māsiones regni/ et vniuersum ordinē humane gñationis circūuola: soluq; iohānē tā veteris q̄ noui testamēti patriarchas videris esse p̄positū vel equatū/ tm̄ sup oia bñdict⁹ de⁹. ¶ Decimus honor est assertio matris ecclesie. Texit ora clamātis: vnguentūq; pfusum in capite: extremā vestimenti fimbriā mundanter perfudit. Hinc eñ mater et magistra oim ecclesiarū ecclesia romana: cui dictū est: ego p te rogaui vt nō deficiat fides tua: in honore iohānis baptiste post saluatoris nomē ɔsecrata est et signa. Dignū nanq; erat vt sententia sponsi sponse seq̄reret auctoritas: et singularē amicū eius illuc pueheret vbi principatū ipsa cōscendit. Electio pculdubio hec singularis est: in illa ipsa vrbe iohannē vendicare primatū ecclie: quā duo celi luminaria morte clarissima cōsecrarūt. Crucifigit petrus: gladiat paulus: et dignitas remanet p̄cursori. Purpurat roma multitudine martyrū: totaq; sublimitas brō refundit patriarche Iohānes vbiq; maior: in oibus singularis: mirabilis sup oēs. Quis sic gloriose annunciatus est? Quis ita specialiter in vtero matris spiritusancto legit fuisse repletus? Quē legistis intra matris vterum exultasse? Cuius natiuitatem vidistis celebrari in ecclesia dei? Quis sic heremum concupiuit? Quis ita sublimiter legitur ɔuersat⁹? Quis pniam et regnū celorū pm⁹ ostendit? Quis baptisauit regē glie cui se primū trinitas reuelauit? Cui testimoniū tale phibuit v̄itas? Quē sic honorauit ecclia? Uide si nō oia hec ita singulariter sint singularia: vt null⁹ mortaliū p̄dictis audeat inhiare. Forsitā mihi disponis opponere q sic iste hz ppria vt et ceterorū sanctorū cōia nō attingat. Audi ergo. Iohānes p̄riarcha: immo patriarcharū finis et caput. Iohānes ppheta immo plusq̄ ppheta: q quē venientē nunciauit/ digito demōstrauit. Iohānes āgelus: sz inter angelos electus est saluatore attestante q dicit. Ecce mitto angelū meū: q preparabit viā añ faciē meā. Iohānes apostolus: sed et apostolorū primus et princeps: q primus fuit hō missus a deo. Iohannes euangelista: sed et euangelij primus incisor: predicans euāgeliū regni. Iohānes virgo/ immo v̄ginitatis insigne speculū pudicitie titul⁹: castitatis exēplū. Iohānes martyr: sz et martyrū lumē inter natiuitatē mortēq; xp̄i cōstantissimi forma martyrij. Pretereo q vox clamātis in deserto: q preco verbi: q iudicis precursor. Illud quoq; relinquo q vsq; ad iohānē lex et prophete: q iohānes ipse est helyas: q lucerna sit ardēs et lucēsq; amicus sit spōsi/ sponse preparator. Silētio trāseo q sic noue ordinibus angelorum insertus est: vt etiā ad seraphin apicē transferat. Uerū hoc adeo laboriosi operis est: vt sensus nostri paupertas nō sufficiat. Sufficiāt hec ad presens: q de iohānis laude dicta sunt ad gloriā redēptoris q est bñdict⁹ i secula. Amē.

Ps.xxix.

Gen.i.

Gen.xviii.

Ibidem.

Mat.iii.

Mat.xi.

Mat.xi.

Johan.i.

Mat.iii.

¶ Epistola Bernardi ad Mattheum albaneñ. episcopum de homelia villici iniquitatis.

Reuerēdissimo dño suo mattheo venerabili dei gratia albanēsi epō/ frater Ber. vtiq; suus quicquid seruus dño/ et filius patri. Quod a roma per dñm seruulum charissimum nostrum belnacensem abbatē supereminētia magnitudinis vestre paruitati mee mandauerat: videlz q ea que super euangeliū de villico iniquitatis deus mihi dixisse donauerat: vobis trāscriberē: et si serotinus tādem, nō minimū pauidus ne quid ibi insulum vos offendat trāsmitto. Super hoc igitur queso vos in me pietatis et charitatis abūdare visceribus quatinus et ignoscatis mihi q distulit: et emēdetis vobis incorrectū qđ obruli. Auctoritati nā q̄ prudētie vestre reseruaui id corrigendū: et suppliciter offero: Et cultellū qui vulgo quinnicē nuncupatur: habēs manubriū de ebore/ cum cartula mitto: quatinus imposturam quā auulsione dignam adiudicaueritis/ meo gladio succidatis. Decetero precor vestre pietatis abūdantiā: ne in orationibus vestris obliuiscamini mei: qui sine obliuione vestri quotidie memoror vbi propensius posco misericordiam dei. Ualete.

¶ Dñica decima post penthecosten homelia euangelij Secundum lucam. de villico iniquitatis vtilis valde

In illo tempore dixit iesus discipulis suis parabolam hāc. Homo quidam erat diues qui habebat villicum: et hic diffamatus est apud eū: quasi dissipasset bona illius. Et reliqua.

Luce.xvi.

¶ Homelia lectionis eiusdem.

Huius sancti euangelij lectio q̄te sit vtilitatis et in historia simpliciter ad literam dictarū moraliter expedita prudens auditor aduertet: si aurem cordis apposuerit et ex deo est. Sic enim veritas ait. Qui ex deo est verba dei audit. Qui subiungit reprobis dicens. Propterea vos nō auditis quia ex deo nō estis. Dicat

Joh.viii.

mus ergo. Homo quidam erat diues. Et tum ad litteram nos
id enarrare non conuenit: littera enim per se patet. Cuius ta-
men vtilis est narratio minus doctis: minusq; capacibus ce-
teris sit exponenda. Homo quidam erat diues &c. Homo iste
Phil. ij. iste est de quo apostolus ait. In similitudine hominum factus:
& habitu inuentus vt homo. Qui quidem merito dicitur quasi
singularis. Unde propheta. Homo est: et quis cognouit eum?
Ac si dicat. Superexcellentiam eius quis enarrabit? Sequitur.
Erat diues. Uere diues/sicut scriptum est. Cum esset diues in
ij. Co. viij. omnibus factus est pauper pro nobis: vt nos sua paupertate di
Deutero. taret. Et item de eodem domino dicitur. In dextera eius ignea
xxxiij. lex: in sinistra vero illius diuitie et gloria. Cui bene conuenit erat
Johan. j. quia de eo dicitur. In principio erat verbum: & verbum erat apud
deum & deus erat verbum. Qui habebat villicum. Reuera habuit vil
ps. xxiij. licum & villam: quia domini est terra & plenitudo eius. Et ipse ait. Da-
Matth. ta est mihi omnis potestas in celo & in terra: tamen in terra voluit
xxviij. possidere sicut idem de semetipso ait. Non habet filius hominis
Luce. ix. vbi caput reclinet: paupertatis nobis relinquens exemplum. Et
tamen villicum eum habuisse videamus & villam hoc modo. Uilla est
proprie terrena possessio: pluribus vestita colonis/per quod signifi
catur terrena hec corporum nostrorum compaginatio/primo multis
ornata virtutibus: quasi multis inhabitata viris. In hac sua vil
la dominus ad custodienda bona sua que plura habuit: villicum posuit
interiorem hominem: quem tante valitudinis fecit: tanti decoris:
vt ad imaginem et similitudinem suam formaret/anteq; po-
tentie per sibi datum liberum arbitrium vt in quamlibet par-
tem boni malive flecteretur. Uillam etiam tantis muniuit presi-
diis: vt nullius ope preter solius eius/scilicet domini egeret: contra
quoslibet cuiuscunq; impugnationis incursus. Posuit namq; in
ea murorum custodem prudentiam: defensorem fortitudinem: dapiferum tem
perantiam: iusticiarium ad tuenda iura: iusticiam. Isti quante fue-
rint sollicitudinis quanteq; strenuitatis in suis peragendis offi-
ciis: ex eorundem propriis diffinitionibus videtur/que sunt hu-
iusmodi. Prudentia est cognitio rerum appetendarum & fugien-
darum. Fortitudo est firmitas animi aduersus ea que temporaliter
sunt molesta. Temperantia est refrenatio cupiditatis aduersus
ea que carnaliter delectant. Iusticia est reddere vnicuiq; quod
suum est. Quomodo vero he virtutes quasi sollertes viri: in villa
sibi commissa officia sua compleant: audiamus. Prudentia custos
Mar. xiij. familie suum sic facit officium dicens. Uigilate quia nescitis qua
hora dominus vester venturus sit: sero an media nocte: an gallicantu:
j. Pet. j. an mane &c. Scitis quia non corruptibilibus auro vel argento re
dempti estis/de vana vestra conuersatione paterne traditionis: sed
sanguine quasi agni immaculati & incontaminati iesu christi domini
j. Cor. x. nostri. Non simus concupiscentes malorum: neq; ydolatre efficiamur.
Coll. iij. Auaricia quippe ipsa est ydolorum seruitus. Neq; fornicemur
j. Cor. x. sicut illi qui ceciderunt vno die vigintitria milia: neq; tentemus deum
sicut qui a serpentibus perierunt. Neq; murmurauerimus sicut
qui perierunt ab exterminatore: que omnia scripta sunt ad cor
reptionem nostram in quos fines seculorum deuenerunt. ¶ Fortitudo
Luc. xij. quoq; sic suos hortatur in acie dicens. Estote fortes in bello: et
pugnate cum antiquo serpente: & accipietis regnum eternum. Et
item. Ne terreamini ab his qui occidunt corpus: postea vero
ps. xxiij. non habent quid faciant. Dominus fortis & potens: dominus potens in
prelio: attollite portas principes vestras: & eleuamini porte eterna
j. Pet. v. les: & introibit rex glorie. Leo quippe rugiens circuit querens quem de
Luce. xj. uoret/cui resistite fortes in fide. Cum fortis armatus custodit atrium
j. Co. xvj. suum: in pace sunt omnia que possidet. Itaq; viriliter agite et
j. Cor. vj. confortamini: & omnia vestra in charitate fiant. Empti enim estis
Rom. viij. precio magno. Glorificate & portate deum in corpore vestro si-
cut portauit apostolus dicens. Quis nos separabit a charitate
christi/tribulatio an angustia/an persecutio/an periculum/an gladius?
Certus sum quod neq; mors neq; vita neq; presentia/neq; futura poterunt
Luce. xxj. nos separare a charitate dei que est in christo iesu. ¶ Temperantia
vero sic sollicitat dicens. Uidete ne grauentur corda vestra in
crapula & ebrietate: et curis huius mundi. Scriptum est enim
Esa. v. Ue qui potentes estis ad bibendum vinum: et viri fortes ad
miscendam ebrietatem. Sicut eger ad medicinam: sic ad sumendas
dapes quisq; debet accedere. Inter cetera enim sua mala / so-
doma panis abundantia: periit ad hierusalem domino per pro
Eze. xvj. phetam dicente. Hec est iniquitas sororis sodome: saturitas pa
Phil. iij. nis et abundantia. Hinc apostolus ait. Multi ambulant post con
cupiscentias suas/ quos sepe dicebam vobis: nunc autem & flens
dico inimicos crucis christi quorum finis interitus: quorum
deus venter est: & gloria in confusione eorum qui terrena sapiunt
j. Cor. vj. Esca ventri & venter escis. Deus autem et hunc et has destruet.
Nequaquam igitur in illis voluptatem appetas: sed necessitati
Tho. iiij. succurre. ¶ Iusticia autem sic ville iura tuetur dicens. Quod
Prouerb. xx tibi non vis fieri alii ne feceris. Quia hinc Salomon ait. Pon
dus et pondus: mensura et mensura: vtrumq; abominabile est
Mat. vij. apud deum. Et quecunq; vultis vt faciant vobis homines et

vos facite illis similiter. Et sic implebitis quod moyses ait. Iu- Leui. xix.
stus modius sit vobis: equusq; sextarius. Itaq; cum debeat tibi
quippiam frater tuus: & abstuleris pignus ab eo ante solis oc- Mat. v.
casum pignus restitue. Nisi abundauerit iusticia vestra plusq;
scribarum & phariseorum: non intrabitis in regnum celorum. Quo Exo. xxj.
rum legalis erat iusticia: oculum pro oculo: dentem pro dente: Mat. v.
vltionem pro vltione. Nobis autem dicitur: diligite inimicos
vestros: benefacite his qui vos oderunt: neq; malum pro malo
reddentes: nec maledictum pro maledicto sed econtrario benedi Rom. xij.
centes. Hinc Paulus ait. Nemini quicq; debeatis nisi vt inuicem
diligatis. Si esurierit inimicus tuus ciba illum: si sitit potum
da illi: & hec faciens carbones ignis congeres super caput eius.
Sic vtiq; aio/ego iusticia & volo fieri. In hac etiam villa diues
dominus quasi ruricolas habuit: qui redderent ei fructus vsuarios
temporibus suis: qui sunt huiusmodi. Bonitas/benignitas/mode-
stia/mansuetudo/concordia/pax/patientia/misericordia/chari-
tas. Super hos etiam posuit ad custodiendum si deliquissent: qui
accusarent: qui testificarentur: qui iudicarent: qui punirent.
Conscientia quippe ipsa est accusatrix/memoria testis: ratio iu-
dex: timor carnifex. Quod enim conscientia accusat: memoria ps. xcviij.
testificatur: & quod ratio iudicat: timor excruciat dicens. Dominus ps. xix.
regnauit irascantur populi: qui sedes super cherubin moueatur
terra. Ignis in circuitu eius exardescet: & in circuitu eius tempe
stas valida. Et impiis dicet. Ite maledicti in ignem eternum: qui Mat. xxv
paratus est diabolo & angelis eius: vbi ignis est qui non tepe-
scit: vermes qui non moriuntur: tortores qui non lassescunt: vbi
nullus ordo sed sempiternus horror inhabitat. Uillam suam his
aliisq; tutoribus fortem/tradidit dominus villico: pluribus plenam
bonis quibusdam corporis multis propriis ipsius hominis in
terioris. Septem quippe sunt hec bona corporis: pulchritudo/for
titudo/velocitas/libertas/ sanitas/voluptas/ diuturnitas vi-
te. Septem quoq; sunt bona anime: sapientia/amicitia / concor-
dia/ honor/ pietas/ potestas/iocunditas. Preter hec propria/
colis sunt mixta data ruricolis: alia his: & alia his. Bona ei sunt
diuitum diuitie sue: ne eos paupertatis molestia frangat. Bona
sunt pauperum penurie sue quibus castigantur ne per incontinen
tiam defluant. Fortium fortitudo: vt ad bona opera conualescant
Debilium imbecillitas qua refrenantur ne quod velint malorum
perficiant. Sapientum sua scientia qua illuminantur vt profici-
ant. Insipientium sua simplicitas qua humiliantur ne superbiant.
Omnino quicquid in hac vita nostra fragilitas possidet plus
conditor quantum in sua bonitate est ad bonum nostrum nobis
quotidie confert: scilicet vel ad correptionem breuitatis: vel ad pro
fectum virtutis. Sed (vt verbis beati gregorii vtar) que ad vsum
accepimus vite: ad vsum conuertimus culpe. Ualitudinem cor
porum in vsum consumimus vitiorum: bona mentis in vsum ex
pendimus vanitatis. Et hoc est quod dicitur: qui diffamatus
est apud eum: quasi dissipasset bona ipsius. Operepreciium est scire
quis diffamauerit villicum: vel vnde prodierit diffamatio? Petu
lantia ipsa est que disseminauit infamiam: que tunc dicitur in
famare cum non erubescit negligentiam suam declamare/ si-
cut ibi. Nullum pratum sit quod non pertranseat luxuria nostra: Sap. ij.
coronemus nos rosis anteq; marcescant vbiq; relinquamus signa
leticie nostre. Quippe hec talis locutio plane infamatio est. Fit
autem triplici voce: scilicet cogitationis/locutionis/et operis.
Habet enim cogitatio vocem suam. Unde dominus cogitanti moysi ait. Exo. xiiij.
Quid clamas ad me? Et dauid ad dominum. Cogitatio hominis confi ps. lxxv.
tebitur tibi. Habet & opus vocem suam. Unde dominus ad cayn. Sanguis Gen. iiij.
fratris tui clamat ad me de terra. Prodit autem infamia nostra
ex his que fiunt: aut contra naturam: aut contra legem: aut contra con-
suetudinem. His tribus modis quicquid agimus vertitur in pecca-
tum. Et quia villicus bona domini sui in hec dissipauerit/dictum est ei.
Quid hoc audio de te. Redde rationem villicationis tue: iam enim
amplius non poteris villicare. Illud non semel aut iterum: sed ter
tio iam comminatur dominus villico suo: videlicet ante legem: sub lege sub
gratia: & per tres nuncios per quos omnia sua nobis consilia dicit: id
est per hominem: per spiritum: per familiare mandatum. His dominus se-
creta sua solet notificare atq; per hos aliis quibusq; iubet: cum quibus
ire solet timor: & modo fungitur illis ferens ista tria que semper habe-
re solet: clauam comminationis/ radium cognitionis/ virgam doloris/
ad incutiendum terrorem/ad videndum errorem/ad habendum merorem
incipientium/ proficientium/perficientium. Nota quod in hoc facto cogno
scitur mirabilis pietas huius domini: qui non circumuenit seruum suum: sed
ad reddendam rationem prius submonet eum quam iudicet. Sic quo- Ge. xviij.
q; visus est abraham dixisse: cum loqueretur ad eum de sodomis. De-
scendam & videbo per memetipsum si sic vt rumor [illegible] opere com
pleuerint. Et hic instruimur non statim debere dare fidem qui
buslibet verbis: sed si sic est vt dicitur prius adhibere cautelam.
Sequitur. Quid faciam? Hec querimonia de premissa comminatio
ne procedit. Sic vtiq; quidam cum mortem sibi venire de prope vi
dent: se male vixisse scientes/timore perterriti quid fecerint: vel

qualiter

qualiter id emēdare debeant:secum satis amarissime exquirūt
dicētes.Quid faciam:' Fodere non valeo:mēdicare erubesco.
Hec duo verba in psona illorū loquitur: qui hec duo timent:in
penitentia scilicet afflictionem corpis/et paupertatem: quorū
alteruz intelligitur per fodere: alterū per mendicare. Ut enim
sic moraliter dicā: fodere est sarculo cōpūctionis: ꝛ aratro cō-
Johel. ij fessionis:in fructus bone operationis cordis nostri iugera dis-
sulcare:qđ facere ꝓpheta nos admonet dicēs.Scindite corda
Luce.xiij vestra ꝛ non vestimenta vestra.Et hic est illud qđ ait custos vi-
nee/de sterili ficulnea ad dnm suum.Dimitte eam et hoc anno:
vt ego veniēs fodiā circa illā: ꝛ apponā stercora. Sed hoc iste
de quo hic agitur:primo facere pertimescēs ait Fodere non va
Puer. xx. leo.Contra quē recte per salomonem dr. Piger propter frigus
arare noluit:mēdicabit ḡ estate:ꝛ non dabitur ei. Qui eni nūc
propter pauorē mētis aut torporē macerare se per penitentiam
ꝛ affligere negligit:cū sol iusticie in iudicio velut in estate cla-
ruerit/queret requiem:sed nō accipiet/qꝛ propter illā/ operari
bona contēpsit Sequitur. Mēdicare erubesco.Hoc igitur ad
litterā tantū Sunt eni quidā qui erogādo bona sua pauperibꝰ
culpas suas redimere vellent: ꝛ hoc cogitādo pertractāt : sed
postmodum timētes ne egeāt:erga egētes tenaces fiunt : ꝛ ab
eo qđ mente conceperāt se suspēdūt:precipue qꝛ vidēt aliquos
qui sua se sic dedisse fatētur ꝛ penitēt de quibus bene p salomo
Eccle. xi. nem dicitur.Qui obseruat ventum non seminat:ꝛ qui conside-
rat nubes nūq̄ metit.Ueti nomine malignus spūs qui mentē
tentationibus impellit:et nubis appellatione peccator expri-
mitur. Qui ergo attendit ventum non seminat:ꝛ qui conside-
rat nubes nunq̄ metit: quia qui tentationes maligni spiritus
metuit: ꝛ iniquoꝝ lapsus cōspicit:in bono opere nec exercetur
nec in iudicio quo consoletur inueniet:sed ꝛ nūc quoqꝫ vilescit.
Propterea q̄uis villicus pauloante dixerat:fodere nō valeo/
mēdicare erubesco/penitens tamē subiūgit qđ sequitur. Scio
quid faciā.Uidete quid facit timor:quippe perutilis domino
suo . Ipse est qui quod dominus iubet:homines facere cogit.
Certe iste villicus hodie non dixisset scio quid faciā: si non ti-
muisset. Sed timuit:quoniam illi subito timor adueniens cla-
uo comminationis tales ei ictus impressit dicens.Audi mise-
rabilis audi: euigila rādem quia hora est iā te de pigritia sur-
gere . Si nō amore saltē timore euigila.Crux enim tibi duplex
dura paratur:altera iam corporis altera postmodū corporis ꝛ
anime gehēnalis.Cogita ergo cruciatus tuos quos presentia
liter medullitꝰ senties iā in morte. Mors inq̄ ipa est crux hor
ribilis:ad quam quotidie festinas/ꝛ nō attendis.Uide quomo
do mors te crucifigit. Crura distendūtur:manus ꝛ brachia de
cidunt:pectus anhelat:ceruix languescit/ labia spumāt/oculi
stupescūt:vultus horrescūt/facies exudat : ꝛ morte recta pal-
lescit.Et hec vtiqꝫ q̄ videmus foris:ꝛ que sentimus:leuia sunt
ad ea que intus anima miserabilis iam pregustat. Nam sensus
a corpore cito recedit:animam sua mors comitatur euntē Qui
autem cruciatus te moneāt:audi quid propheta de perditis di
ps. xlviij. cat.Sicut oues(inq̄t)i inferno positi sunt:mors depascet eos:ꝛ
Iob.xxiiij. Iob.Transeunt(inquit) a frigore nimio/ ad calorem nimium.
Esa. xxxiij De quo et alibi dicitur . Quis poterit ex vobis habitare cum
igne deuorante:' Aut quis habitabit ex vobis cum ardoribus
sempiternis: Hec audiens villicus:plane si timuerit: ne mire-
ris.Et notādum q̄ timor iste quadriformis est: scilicet munda
nus/seruilis/initialis/ꝛ filialis siue castus.Mundanus qui fa-
cit recedere a malo ꝓ euitatione pene. Seruilis qui facit a ma
lo abstinere pro euitatione pene : mali retinens voluntatem.
Ps.cx. Initialis timor gehēne de quo dicitur per prophetam: initium
Ps.xviij. sapientie timor dni. Filialis:de quo per eundē dicit timor dni
sanctus permanet in seculū seculi.In duabus his formis vti-
lis est hominibus semper:in alijs minime. In initiali formali-
ter frendens vt modo dictum est:ad villicum venit propter qđ
ait.Scio quid faciā:vt cum amotꝰ fuero ꝛc̄. Hec amotio nihil
est aliud:q̄ꝫ hominis interioris.i.anime et corporis separatio.
Et notandū q̄ scire nos expōere nō oportet : qꝛ ipsemet suum
scire scꝫ quid facere velit innotuit:per hoc quod sequit dicens
Ut cū amotus fuero a villicatione:recipiāt me in domos suas.
In hoc q̄ suum scire exposuit/ meminit poete dicentis. Scire
tuum nihil est: nisi hoc scire te sciat alter.Uisus siquidē est mi
nus hoc dixisse(scꝫ qui sunt q̄ recipere eū debeant) quod tamē
cum dixerat in domos suas:succincte deprehenditur annotas-
se. Sunt nanqꝫ qui homines recipiunt:quorū sunt domus celi
ꝛ eterna tabernacula:ꝛ hi qui sint/ dominꝰ ad discipulos suos
loquēs patenter ostendit in illis verbis suis cum dicit. Sinite
paruulos venire ad me taliū est eni regnū celoꝝ.Et alibi. Bea
Mat.xix. ti pauperes spiritu: qm̄ ipsorū est regnū celorū. Ab his ergo ne
Mat.v. cesse ē emere regnū celoꝝ:quoꝝ est.Uere necesse qꝛ nō habemꝰ
hic(vt ait apostolus)manentē ciuitatē:sed futurā inquirimus.
Heb.xiij. Et item de suis confidens ait. Scimus q̄ si terrestris domus

nostra huius habitationis dissoluat:q̄ habemus ex deo domū
nō manufactā eternā in celis. Hāc vtiqꝫ nos emere docet dns
in subsequētibus dicēs.Facite vobis amicos de māmona ini-
quitatis:vt cū defeceritis recipiāt vos in eterna tabernacula.
Et hoc in loco suo exponetur:sꝫ nō modo.Sed videamus quid
sequitur.Cōuocatis singulis debitoribus ꝛc̄. Minime superiꝰ
dixisse misericordiam ꝛ veritatem charitatē cum alijs multis
quasi ruricolas esse:ꝛ debere eas huic diuiti dno reddere suos
effectus:quasi fructus operū suorū:per manus villici.Nihil er
go est aliud qđ dicimus villicū debitores dni sui cōuocasse: ni
si vnū quēqꝫ in corde suo quid fecerit vel quid fecisse deberet
iuxta posse viriū suarū pertractasse.Quod quotiēs agimus: fe
re per omnia reos nos esse cognoscimus precipue tamē in eo q̄
per charitatē largius erogasse debuimus :ꝛ in eo q̄ p penitē-
tiam illis qui nos iniuriauerūt cōdonasse perfectius debeba-
mus.Et hoc dat intelligi cū huic q̄stioni scꝫ quātū debes dno
meo:respondet centū cados olei. Per centū eni significat pfe
ctio:p oleū misericordia.Est ergo sensus. Debeo centū cados
olei: idest qđ mihi iniuriantibus pfecte dimisisse debuerā non
dimisi. Cui subsequēter adiungit. Sede cito/scribe quinqua-
ginta.Nouimus q̄ sedere hūiliationē:cito festinationē/ scribe
re firmitatē:quinquaginta penitentiā designat.Et sup his cō-
uenientia habemus exēpla: sed qꝛ satis est notū:nō cōuenit ad-
ducere:sed quid sibi verba velint dicemus.Cū ergo dicimꝰ/se
de cito ꝛ scribe quinquaginta idē est: ac si quis dicat sibimet-
ipsi aut ꝓximo suo.Qui fateris te peccasse in mia/hūiliare ci-
to:firmꝰ permane in penitētia.Deinde alio dixit.Tu vo q̄tuꝫ
debes:' Centū choros tritici Fere eadē est hec questio ꝛ respō
sio cū prima: excepto q̄ illa est de indulgentia/hec de charita
te. Hic eni frumētū charitatē designat:quēadmodū superius
per oleū misericordiā diximus designari. Hoc itaqꝫ huiꝰ q̄stio
nis respōsio nobis innuit:q̄ q̄ seculi huius substantiā posside-
mus:perfecte egētibus erogasse debuimus:qđ si nō fecerimꝰ
cū possemus:apud summū patrēfamilias debiti vinculo obli-
gamur:sicut scriptū est Qui hꝫ substantiā huius mūdi/ ꝛ vide
rit fratrē suū necessitatē habere: si clauserit viscera sua ab eo:
1.Ioh. iij. vere charitas patris nō est in eo.Huiꝰ tamē obligationis no-
dus celeriter rūpit:si bn̄ pficiat qđ seqtur: scꝫ sede cito:et scri
be octoginta:idest hūiliare(sicut exposuimꝰ) in obseruatione
mandatoꝝ dei/ꝛ certa spe hereditatis eterne. De cado ꝛ cho-
ro dicāt alij p abūdantia sensus sui quid senserint:ego sup his
nihil aliđ dico:nisi qđ vnūqđqꝫ vas est ad mēsurādū i suo gne:
ꝛ hic significare pn̄t mensurate.i. discrete debere agere peni-
Gen. iiij. tentes:quasi sic occidāt hostē ne perimāt ciuē: quoniā scriptū
est.Si recte offeras:ꝛ non recte diuidas:peccasti. Recte offeri
mus:cū bono studio bonū opus agimꝰ/sꝫ nō recte diuidimꝰ si
discretionē habere in bono ope postponamꝰ:quā q̄ dissimulat
ēt recte offerēs(sicut btūs ait gregorius) peccat. Sequit. Et
laudauit dominus villicū iniquitatis: eo q̄ prudenter egisset/
Sunt qui mirātur vnde hec laus ꝓcesserit:cum non dicatur ad
litteram persoluisse debitū/sed curtasse:quod si quis egerit at
tēdat q̄ potius imitari debet villicum/q̄ꝫ admirari Seculari-
ter enim prudenter egit : qui que reddere nō potuit:ne super
his argueretur furto:caute celauit:ꝛ sm̄ cuiusdam verba dicē
tis.Si non caste:saltem caute.Est nanqꝫ minoris culpe quēli-
bet se solum dare morti:q̄ꝫ si ceteros secū tollat cōtagiōe pec
cati:et quoqꝫ sibi perutile summaqꝫ prudentia fuit:quia apud
quos reciperetur effecit:si amoueretur a villicatione.Sed ꝛ al
tius loquar.Plane sm̄ moralē intelligentiā multa laude est di
gnus:qui relicto errore pristine conuersationis:diuiti deo sa-
tisfaciens:redit ad gratiā. Et ꝓpter hoc euꝫ dns laudauit:qꝛ
siue hoc modo:vel hoc modo dicat fecisse: prudēter egit. Nec
moueat quēq̄ꝫ qđ dicit iniqtatis.Nō enim ponit hic eo q̄ ope
ret ad laudē:sꝫ ad eoꝝ q̄ audierūt tollendā desperationē:sicut
dns testat ad ꝓphetam dicēs. Multiplicate sunt infirmitates
Ps. xv. eorū:postea accelerauerūt.Nō cōgregabo cōuenticula eoꝝ de
sanguinibus:nec memor ero noim eorū per labia mea. Ad hoc
enim mattheus suū cognomē retinuit publicanus.Hoc qđ seq
tur qꝛ filij huiꝰ seculi prudētiores sunt in generatione sua filijs
lucis/dictū est nobis vt secularsū inutilē imitemur prudentiā:
sicut moyses ibi nos mystice docet dicēs. Cū egressus fueris
Deut. xxi ad pugnā si videris mulierē pulchrā ꝛ adamaris eam:rades ei
cesariē ꝛc̄.et erit tibi vxor.Et dictū est similiter ad magnā no-
strā erubescētiā: ac si dixisset nobis illud ꝓphete.Erubesce sy
Esa.xxiij. don/ait mare.Grādis eni nobis dꝫ esse verecundia: q̄ filij per-
ditionis prōpriores sunt in appetēdis malis/ q̄ꝫ nos sumus in
celestibus gaudijs:de quibus beatus gregorius ait. Qui cele
stis vite dulcedinē inquātū possibilitas admittit pfecte cogno
uerit:ea q̄ in terris amauerat libēter cūcta dereliqt.Et ad hec
incitemur cū dr. Facite vobis amicos de māmona iniqtatis:
vt cū defeceritis recipiāt vos in eterna tabernacula. Bonꝰ ser

mo ⁊ omni acceptione dignus/docens nos illis amiciciam iū
gere qui non possunt in eterna seculū tabernacula collocare.
Qui videlicet sunt illi: nisi quos superius breuiter annotaui
paruuli ⁊ pauperes christi: Quos qꝛ dñs amat: ipo teste q̄ ait.
Johā.xv. Vos amici mei estis: ab his nos faciamus amari de eo qꝛ idē
dñs nos docuit dicēs de māmona iniquitatis. Vile est preciuz
sed emptio multa. Māmona nanqꝫ diuitie nuncupant̄: q̄ dicun
tur inique/nō ꝓpter se/ sed ꝓpter iniquitatis effectū q̄ euenit
ex se: sicut arbor illa q̄ appellata est sciencia boni ⁊ mali: nō qꝛ
vllā haberet scientiā: sed q̄ tangentes eā cōtra preceptū boni
pariter ⁊ mali cōtingeret esse sciētes. Hic satis ostēdit̄ qꝛ ex fa
cili possunt amici superni ciues haberi: ex quoꝝ amicitiis q̄s
fructus nobis ꝓueniat: veritas subsequenter ostendit cū dicit
Ut recipiant vos in eterna tabernacula. Videtur hic oriri que
stio in eo qꝛ pauperibus attribuitur susceptio et retributio be
nefacientiū sibi: cū donū solius dei sit: veniēs ex ei⁹ multa mi
seratiōe ⁊ gratia. Que multū facile soluit̄: si attendat̄ qꝛ dei fi
lius noster [illegible] suscipiēs fact⁹ est paup ꝓ nobis: ⁊ id qꝛ pau
peribus erogatur sibi factū fuisse dicat: ⁊ se retribuere benefa
Mat.xxv cientibus: qđ ibi testat̄ vbi de paruulis loquēs ait. Quecunqꝫ
fecistis vni ex minimis meis: ⁊ mihi fecistis. Esuriui ⁊ dedistis
mihi manducare: sitiui ⁊ dedistis mihi bibere ⁊c. Venite ergo
⁊ pcipite regnū qđ vobis paratū est ab origine mūdi. Sollici-
temur ergo fratres mei: sollicitemur pauperibus erogare con
silio dñi. Sed qꝛ interest pauperis ⁊ pauperis qđ dñs ibi visus
est annotasse/cū diceret: beati pauperes spū: de paupertate ta-
lis faciēda est distinctio: q̄ designet q̄bus pcipue debeam⁹ lar-
giri. Paupertas igit̄ alia naturalis: alia locuples: alia spūalis.
Et huius diuisionis vnūqđqꝫ mēbrū bifarie suppartit̄: qđ his
pertractandū relinquim⁹ q̄ magna de minimis sciūt extrahe-
re: preter qđ hoc solū dicimus qꝛ naturalib⁹ egenis ⁊ spūali-
bus pcipue manū misericordie porrigere monemur vbis apo-
i.Thim.v stoli dicētis. Qui suis nō prouidet: ⁊ maxime domesticis: fidē
abnegat: ⁊ est infideli deterior. Sed qꝛ nescimus hodie q̄s an
te dei oculos dignus sit odio vel amore: demus his ⁊ demus
Gal.vi. illis iuxta eiusdē apli vocē dicētis. Bonū inq̄t operemur ad
oēs: maxime aūt ad domesticos fidei. Et qꝛ sunt q̄ petūt: sunt
⁊ q̄ verecūdantur: cū superest vñ possit dari: demus vtrisqꝫ. De
Luce.vi. petentib⁹ eñ dñs ait. Omi petēti te tribue. De verecūdis bea
Ps.ciii. tus augustinus super hūc versum: q̄ ꝓducit fenū iumentis: et
herbā seruituti hoim: dicit hoc modo. Beatus (inq̄t) q̄ preoc-
Luce.vi. cupat vocē petituri. De oibus indifferēter dñs ait. Date ⁊ da
Luce.xi. bitur vobis. Et etiā illud. Date elemosynā: ⁊ ecce oia munda
Eccli.iii. sunt vobis. Et iterū illud. Ignem ardētē extinguit aqua: ⁊ ele
mosyna resistit peccatis. Et hinc est illud. Cōclude elemosy-
nam in sinu pauperis: ⁊ hec orabit pro te. Et bonus pater fi-
Eccl.xxix. lio ait Si multū tibi fuerit: abundanter tribue: si exiguū/et il
Tho.iiii. lud libenter impertire. Qđ tā solerter oēs agere studemus:
quatinus in eterna tabernacula recipi mereamur. Per dñm ie
sum christū saluatorem nostrū: qui cū patre ⁊ spiritusancto vi-
uit et regnat deus: per oīa secula seculorum. Amen.

Sermo de beata maria.

Luce.i. Aue maria gratia plena dñs tecuz. Miraculū fuit qꝛ
virgo peperit: mentis clamor: virginis amor: virtu
tum zelus: vitiorū fuit occasus. Virgo sanctissima
que saluatorē genuit peperit ⁊ aluit: q̄ iugiter ei⁹
adhesit lateri: que comes indiuidua/ nullo fere ab
fuit itinere q̄ intenta pre ceteris inuigilauit verbo ⁊ operi ei⁹
sola saluatoris actuū insignia/operū opera/ melliflua predica
tionis genera inaudita cōtra mūdū ⁊ peccatū/ ⁊ tartareū za-
bulū/diuine seueritatis acerrima eloquia quo eis diu inter-
fuit: specialius vidit: secretius audiuit: citi⁹ agnouit: propen-
sius retinuit: ⁊ aplis aliisqꝫ discipulis luculēti⁹ edidit: diligen
tius retulit: melius indidit: fidelius tradidit. Hinc est qꝛ de ea
Luce.ii. legit̄ in euāgelio Maria aūt cōseruabat oia vba hec: cōferēs
Pro.xxxi in corde suo Hinc in ei⁹ laudib⁹ legit̄ Multe filie cōgregaue-
runt diuitias: tu sola supgressa es vniuersas. Licet enim in pa
rabolis loq̄ret̄ ad turbas: lꝫ oia apostolis nota faceret vt ami
cis: quedā tñ credendū est pre ceteris matrē suā quēadmoduz
dilexisse ita etiā ꝓpensius erudisse: q̄dā ei secretius intimasse
frequenter eā ad montē myrrhe/ ⁊ ad colles thuris sublimasse
Apoc.iiii in cellā vinariā occultasse sui prout nouit ⁊ voluit gl̄iam deifi
cam: ⁊ supcelestē reuelasse noticiam. Vñ iohānes in apocalipsi
de throno ait: scꝫ de maria: ꝓcedebant fulgura ⁊ voces ⁊ toni
trua: qꝛ maria mater filii iesu xpi parabolas/ enigmata/ lega-
lia ⁊ mirifica gesta dicta ⁊ opera auidius ebibit: fidelius credi
dit: sincerius luculēriusqꝫ aliis edidit. Hec maria a natura re-
uerenter cōseruata: ⁊ a lege diligēter venerata: a gratia clemē
ter est p̄electa: qꝛ sic p̄fatis sua iura sigillatim reddidit/ red-
dendo sibi subdidit: vt honis vicē oibus impenderet: ⁊ insup

momenti quiddā supadderet. Natura siquidē illi summe virgi
nitatis florē lex soli vginee fecūditatis honorē gr̄a diuine ma
ternitatis pre ceteris decorē: ac spūalis matrimonii diuinissi-
mum reseruauit odorē. Natura qđ suū est illibatā vginē seruā-
do: lex reuerēter eā ab aliis distinguendo: gr̄a vginitatē sine se
mine fecūdādo. Natura rebus loquēdo nō verbis: dū in ea in-
tegritatē seruaret: ⁊ de ea de⁹ nature intonaret dicēs ad serpē
tem. Inimicitias ponā inter te ⁊ mulierē/ ⁊ inter semē tuū ⁊ se
Leui.xii. men illius. Lex/dū eā ab aliis distinguendo clamaret: mulier
que suscepto semine peperit immūda erit septē diebus. Gr̄a in
eo qđ dictū est: aue gr̄a plena dñs tecū: bñdicta tu in mulieri-
bus ⁊ benedictus fruct⁹ ventris tui. Natura huic detulit: duz
terra sine germine pareret in principio. Lex dum rubus arde
ret sine incēdio. Gr̄a: dū sine semine pareret vgo. In hoc enim
habitauit pater ⁊ filius vt creator in mundo: imperator in re-
gno/paterfamilias in domo/pōtifex in tēplo/sponsus in thala-
mo/prius eñ altissimus sibi eā quasi mūdū specialissimū crea-
uit: q̄ in iusticia ⁊ vitate corā ipso fundaret: ⁊ fluētis sapien
tie irrigaret: ⁊ celestib⁹ desideriis instar scꝫ aeris sublimaret: ⁊
igne dilectiōis accēdēdo illustraret. Hinc in ei⁹ mēte tanq̄ in
quodā firmamēto solē posuit rōnis: ⁊ lunā sciētie/ ⁊ virtutes tā-
q̄ stellas speciei oimode: solē q̄ lucē diuine cognitiōis faceret
lunā q̄ cū stellis noctē actiōis splēdidā redderet: ⁊ merito dñi
est terra: qꝛ sic sup maria fundauit eā. Creato igit̄ mūdo volēs
visitare regnū imperauit angelo. Missus est igit̄ angelus ga-
briel a deo: spūsanct⁹ inq̄t superueniet in te: ⁊ vtus altissimi obū
brabit tibi. Ita paterfamilias domū intrauit: in q̄ carnis habi
tum suscepit: quā obtulit deo p̄ri ꝓ salute generis hūani. In
ara crucis sacrificiū quasi pōtifex in tēplo suū peregit sacerdo
tiū: sed qꝛ oportebat pati christum ⁊ resurgere: ⁊ ita intrare in
gloriā suā: oportebat ad gregē ꝓpriis reportari humeris ouē
centesimā: oportebat populū q̄ ambulabat in tenebris lucem
magnā cōtemplari: mūdū p̄dicationis sue ⁊ miraculoꝝ nouita
te irradiauit. Descēdēs itaqꝫ de p̄re luminum speciosus forma
pre filiis hoim: indutus stola cādida/ in vestitu deaurato: tāq̄
sponsus de thalamo ꝓcessit ad publicū: Inerat sol in sydere:
oriēs in vespere: artifex latuit in opere/opus dū regi p̄pararet̄
vesper dū in tāta sublimitate hūiliaret̄/ sydus dū tanq̄ stella
illustraret fines orbis: artifex igit̄ eā ornādo: oriēs de ea nascē
do: sol mundū ab errore cōuertēdo: ⁊ eā aliis in exēplis p̄ben-
do De genitrice dei cum talia ⁊ tāta referant̄ pauca (vel pcio)
nobis tñ essevident̄. Hec est eñ scala/rubus/arca/sydus/vga/
vellus/thalamus/porta/ortus/aurora/ Hec est eñ scala iacob
qui qñ caput in lapide posuit: angelos ascendentes ⁊ descen-
dētes videre meruit. Scala ista duodeci gradus hꝫ inter duo
latera: dextrū latus est cōtemptus sui vsqꝫ ad amorē dei: sini
strum cōtemptus mundi vsqꝫ ad amorē regni. Ascensiones hu
ius: duodecim humilitatis gradus. Primus est odiū peccati:
secūdus est fuga delicti: tertius metus odii: quartus in omib⁹
his subesse creatori: quintus obedire meliori: sextus obtem-
perare cōpari: septimus obseq̄ inferiori: octauus subesse sibi:
nonus finē suū iugiter meditari: decimus opa sua temperereti:
vndecimus cogitationes suas humiliter cōfiteri: duodecim⁹
per oia ad manū/ad nutū/ad libitū dñi moueri. Per hos gra-
dus ascendūt angeli: et sublimāt hoies: sic disponūtur in cor
de ascēsiones: sensim ꝓficiēdo ⁊ pedetentim ascēdendo: sic in
domo patris lucidas pcipiūt māsiones. Hi sunt duodecim apo
Exod.iii. stoli q̄ sequūtur in heremo vestigia iesu xpi. Rubus q̄ visus est
ardere sine sui incendio: vginem significauit concepturam de
spiritusancto/absqꝫ vginitatis suo detrimento. Rubus ad quē
Ibidem. nō est moyses ausus calciat⁹ accedere: virginē docuit sine ma
ritali ope mirabiliter parere. Traditio hebreoꝝ visionē in hūi
li arbusculo asserit traditā: ne populus occasione aliqua labe-
retur ad ydolatriā. In humili virgūcula mirabilis nobis exhi
bita est visio: in qua nullimode fornicationis vel minima fuit
occasio. Fornicatio siq̄dē triplex est. Alia est humana: q̄dā est
mundana: nōnulla est diuina. Humana fit illicito actu. Mūda-
na peruerso affectu. Diuina scelerato cultu. Prima: peccatur in
proximū: scđa in seipsum: tertia in deū. Prima facit carnis im-
mundiciā: scđa mūdi cōcupiscentiā: tertia idolatriā Maria cō
tra hec: tria singula adhibuit remedia. Cōtra carnis immundi
ciam: virginitatē: contra mūdi cōcupiscentiā. perfectā humili-
tatē: cōtra idolatriā: perfectā charitatē Fuit eñ maria mūdis-
sima carne: humilima corde: deuotissima mente. Arcas duas
fuisse legimus in veteri testamēto: vnā archā diluuii: aliā testa
Gen.vi. menti. In nouo autē testamento tres fuerunt alie. Prima arca
Exo.xxv est ecclesie: scđa gratie: tertia sapientie. Licet eñ prima vete-
ris testamēti in typo fieret prime noui: ⁊ secūda in typo p̄cesse
rit scđe noui: tertia vo sicut excellēter oib⁹ ē dissimilis: ita nul
li penitus est ꝯparabilis. Siquidē archa noe significauit arcā
ecclesie: arca federis: arcā gr̄e: scītitatē scꝫ marie. Per sapien-
tie arcam

Colli. ij.

tie arcã intelligimus hũanitatẽ iesu xpi sctissimã. Hãc enim merito arcã sapiẽtie decet nũcupari: in qua oẽs thesauri sapiẽtie ⁊ sciẽtie sunt absconditi/sapientie inq̃ excellenter: in qua habitauit ois plenitudo diuinitatis corpaliter. Arca etiã noe significauit arcam gratie: excellẽtiã scꝫ marie. Sicut enim per illam oẽs euaserũt diluuiũ: sic per istam pcti naufragiũ. Illam noe vt diluuiũ euaderet/fabricauit: istaꝫ xps (qui est pax nr̃a/et requies) vt hũanũ genus redimeret sibi preparauit. Per illam octo anime tãtum saluanť: per istã oẽs ad eternã vitã que per octonariũ numerũ significata est vocantur. Per illã paucorũ facta est liberatio: per istã hũani generis saluatio. Illa cẽtum annoꝝ fabricata est spacio: in ista omniũ virtutũ fuit perfectio. Illa facta est de lignis leuigatis: ista de virtutibus edificata: est cõsummata. Illa superferebatur aquis diluuii: ista nõ sensit naufragia viciorum vitii. Triplex quidem diluuiũ est. Primum

Triplex diluuiuꝫ.

guam te (inquit) ⁊ statuã te contra faciem tuã. Posuimus nos peccata nostra post dorsum nostrum ⁊ dũ hic viueremus: et tanq̃3 de actibus nostris nulla esset ante tribunal christi facienda discussio: per negligẽtiã peccata multa obliuioni tradidimus. Sed quid ait? Statuã te cõtra faciẽ tuã: idest totã vitã tuã: q̇cquid cogitatu actuq3 peccasti/ añ tue faciẽ mentis adducã: q̃

Ibidem.

cum oĩa simul videris: dicã. Hec fecisti et tacui. Sic fieri arbitror horã illã: tale iudiciuz fieri veritate (que christus est) in cordibus singulorũ iudicãte. Heu quãta tunc in mentẽ venient que nũc vel nulla putãtes: incõfessa atq3 impurgata relinqui-

Esa.xxxviij.

mus. Quod metuẽs pius ac prudẽs rex ezechias. Recogitabo tibi (inquit) oẽs ãnos meos in amaritudine anime mee. Recogitabo. i. iterũ cogitabo: ne aliquid forte oblitus sim/ neq3 aliquid iniudicatũ ⁊ indiscussum remaneat. Ornant ergo lampa-

des prudentes virgines oleo qđ in vasis reposuerāt: sȝ fatuarum virginū lampades extinguntur: ⁊ q̄ tenebrarum opa fecerant in tenebris remāserūt. Date nobis inquit de oleo vestro. Stulta petitio. Uix iustus saluabitur: vrix etiam sanctis iusticie sue oleū sufficit ad salutē: quātominus ⁊ sibi ⁊ proximis. Noe/ daniel/ ⁊ iob: nec filiū liberabunt: sed sicut anima que peccauerit ipsa morietur: sic anima q̄ iusticiā fecerit sola saluabitur. Respōderunt prudentes dicentes: ne forte nō sufficiat nobis ⁊ vobis ite potius ad vendentes ⁊ emite vobis. Tardarū est: iā em̄ nequaq̄ iusticie oleū vendidatur. Jam prophete ⁊ apostoli aliq̄ doctores q̄ hoc distrahere ⁊ habere venale solebāt: a tali mercimonio quiescūt. Nec iā vlterius dicunt. Sumite psalmū ⁊ date tympanū. Quid plura? que parate erant intrauerunt cū eo ad nuptias. Uirgines ad nuptias intrant quas introducet rex in cubiculū suū: q̄ earū speciē concupiuit. Ibi de celesti cella vinaria promit ⁊ ppinat vinū nouū: qđ pariter bibet ⁊ mōstrabit filius hois. Et clausa est ianua. Que ianua? Illa que nunc patet venientibus ab oriente ⁊ occidente vt recūbant cū abraham/ ysaac/ ⁊ iacob in regno celorum. Illa que ait: eum q̄ venerit ad me nō eyciā foras. Ecce quomodo patet nūc: q̄ tunc ineternum claudet. Ueniūt homicide ⁊ admittūtur: veniūt publicani ⁊ meretrices/ ⁊ recipiūtur: veniūt sodomite/ molles/ adulteri/ fures/ ⁊ quicunq̄ huiusmodi: ⁊ patēs eis ianua nō negat. Multus est em̄ ad ignoscendū: prestabilis sup malicia qualicunq̄ ⁊ ⁊ quantacūq̄. Tunc autē quid dicit? clausa est ianua. Janua pietatis ⁊ misericordie christi Que nūc lachrymis/ gemitibus/ suspiriis ⁊ precibus penitentiū facile patet: clausa est. Nullius penitentia: nullius oratio/ nullius gemitus amplius admittetur. Clausa est illa ianua q̄ aaron post ydolatriam recepit: que dauid post adulteriū post homicidiū admisit: q̄ petrū post trinā negationē: nō solū nō repulit sed claues suas et obseruādas tradidit. Uigilate itaq̄: q̄ nescitis diē neq̄ horā: q̄ vigilantibus ⁊ orantibus nō dormientibus ⁊ pigritantibus regnū celorū prestatur: per dn̄m nostrū iesum christū: cui est honor ⁊ gloria in secula seculorum.

Eze. xviii

Ps. lxxx.

Johā. vi.

Johel. ii.

De septem gradibus confessionis.

Ps. xv.

Notas mihi fecisti vias vite: adimplebis me leticia cū vultu tuo: delectationes in dextera tua vsq̄ in finē. Ad te quidē libenter accedimus domine iesu: discipuli ad magistrū: infirmi ad medicū serui ad dn̄m. Tu es em̄ magister ⁊ dn̄s: cuius schola est in terris: ⁊ cathedra in celis. Tu es ille eximius medicus: q̄ solo verbo restauras vniuersa. Uias tuas demōstra nobis: ⁊ semitas tuas edoce nos. Uie em̄ tue vie pulchre: ⁊ oēs semite tue pacifice. Beati q̄ ambulat in via tua domine virtutū: beatiores qui currūt viā mādatorum tuorum: qui currunt in odorem vnguentorum tuorum. Exultas em̄ vt gygas ad currendā viā: ⁊ nō solū currens/ sed ⁊ saliēs in montibus ⁊ transiliens colles. Exultauerūt gygantes philosophi nō ad currendam viā tuā/ sed ad querendā vanā gloriā: euanescētes in cogitationibus suis: nō in humilitate aut in virtutibus tuis sed suis. Uiā enim sapientie nescierūt neq̄ meminerūt semitarum eius. Nō est audita in chanaā: neq̄ visa est in theman. Maledicti q̄ dixerūt dn̄o iesu. Recede a nobis scientiā viarum tuarum nolumus. Nos āutem te de die i diē: ⁊ scire vias tuas volumus. Principales vie tue due sunt: cōfessio ⁊ obediētia. In cōfessiōe oia lauantur: in obedientia virtutes solidantur. Bonū aie ornamentū confessio: q̄ ⁊ peccatorē purgat/ ⁊ iustū reddit purgatiorē. Si peccata sunt in cōfessione lauantur: si bona opera/ cōfessione cōmendantur. Cū mala tua cōfiteris/ sacrificiū deo spūs contribulatus: cū dei beneficia imolas deo sacrificiū laudis. Absq̄ cōfessione iustus iudicatur ingratus: ⁊ peccator mortuus reputatur. Confessio igitur est peccatoris vita: iusti gloria: Uideo dauid dicentē peccaui ⁊ audientē transtulit dn̄s peccatū tuū a te ⁊ non morieris. Cōsidero mariam: si nō verbis/ tamē operibus publice sua crimina ꝯfitentē: ⁊ dn̄m pro ea respondentē: dimissa sunt ei petā multa qm̄ dilexit multū. Respicio principē apostolorum negātē timide: amarissime flētē: christū illū respicientē. Felicē latronē intueor se accusantē xp̄m excusantē ⁊ dn̄m pmittentē hodie mecū eris in paradiso. O q̄ sublimis ista confessio: per quā de patibulo ad regnū/ de terra ad celū/ de cruce latro dānatus ac crucifixus ad paradisum ascendit. Gloriosa cōfessio que petrū apostolū trine negatiōis crimine liberauit: ⁊ ab apostolatus culmine cadere nō pmisit. Fidelis institutio: q̄ marie multū diligenti multū dimisit: ⁊ amoris multi titulo insignitā discipulorum corpi sociauit. Preclara miseratio: q̄ regē ⁊ prophetā multiplici criminū inundatione mundauit: ⁊ in antique gloriā dignitatis pducēdo reduxit. Hec est via q̄ viatorē suū nunq̄ fefellit: q̄ nunq̄ deseruit nisi deserētē se. Huius vie multiplices sunt semite ad inueniēdū/ difficiles ad tenendū/ ad enumerandū inexplicabiles. Prima semita primus gradus in via ista est cognitio sui De celo cecidit ista sentētia: nosce teipsum homo. Uide ⁊ si nō spōsus in amoris cantico: spōse idē loquatur. Si ignoras te inquit o pulchra iter mulieres: egredere ⁊ abi ⁊c. Cognitio sui stat in tribus vt cognoscat hō qđ fecit: qđ meruit qđ amisit Quid vilius o nobilis creatura/ imago dei/ creatoris similitudo: q̄ carnē tuā illecebris carnalibus deturpare: et pro breui voluptate torrentē pdere voluptatis? Quid furiosius q̄ rapi mentē ira: supbia extolli: vexari inuidia: ⁊ anxietate torqueri? Que in croceis es nutrita: quare stercora amplexaris? Recordare etiā quid merueris. Subeat memoriā tuā gehennalis olla fornax ferrea magne babylonis: domus mortis: anxietatis domiciliū: flāmarū globus: acerbitas frigoris: tenebre sempiterne. Considera ordinē tormentorum/ tortorū facies/ mutationem penarum/ miseriarū infirmitatē/ ⁊ intellectualibus oculis ista discurre: ⁊ poteris dicere/ melius erat mihi si natus nō fuissem. Reflecte oculos ⁊ qđ amiseris animaduerte. Reminiscere qualis sit ciuitas gloriosa/ celestis habitatio/ locus vite/ suauitatis palatiū/ splendor glorie/ gratie magnitudo/ claritas infinita. Attende ordinē gaudiorū/ gaudentiū vultus/ pmiorū vicissitudinē/ multitudinē deliciarum: ⁊ potes exclamare. Qui te pdidit: totū perdidit dn̄e deus. Si hoc triplici funiculo ligaueris aiam tuā/ intelliges ⁊ aiaduertes/ q̄ initiū salutis noticia peccati est. Secūdus gradus est pn̄ia. Hec duo ita sibiinuicem coniuncta sunt vt cognoscere se nō possit nisi peniteat/ penitere non possit nisi se cognoscat. Peniteat igitur aia cōpunctionis iaculo vulnerata/ penitētia triplici: q̄ innocentiam amisit: amissam non requisiuit: ⁊ neglexit patientiā dei. Scio dn̄e iesu q̄ primā stolā innocentie nobis in baptismate reddidisti: ⁊ amictu niueo cādidaris: in iusticie solio relocaris/ cito recessimus avia quā ostēdisti nobis: ⁊ portionē substātie q̄ nobis cōtingebat cū prodigo filio in dissimilitudinis regione expendimus. Uenerūt ad nos vilissimi spūs ⁊ eternorum igniū reges: ad mūdatos immūdi: ad saluandos dānati: curui ad rectos: ⁊ dixerunt anime nostre: incuruare vt transeamus. Audiuimus illos ⁊ incuruati sumus: transierūt per nos/ ⁊ innocentiam amisimus. Si culpa est pdidisse: qđ putas erit nō requisisse pditā. Perdit aliq̄s aliqđ in hac mortalitate: q̄rit iudices/ amicos cōuocat/ trahit in cām: nihil intēptatū relinq̄t donec vel amissa inueniat/ vel ablata restituantur ⁊ custodiat restituta. Nos hereditatem nostrā incorruptibilē/ immarcessibilē/ incōtaminatā in celis: ꝟsutus illius insatiabilis homicide pdidimus: ⁊ non requirimus: ⁊ incuruauit nos ⁊ nō resurgimus. Surgamus ⁊ eamus ad patrē nostrū: dicētes ei: pr̄ peccauimus in celū ⁊ corā te. Et ordinem euāgelice lectionis textū pcurrentes offeramus patri penitentiā mētis/ cordis ꝯtritione: si forte cum adhuc lōge sumus videat nos pr̄: ⁊ mia moueatur: ⁊ currēs cadat sup collū nr̄m: ⁊ osculetur nos osculo oris sui. Forsitā iubebit pferri stolā primā innocentie: ⁊ indui nos vestimētis virtutū: ⁊ dari anulū secretorum in manu nostra: ⁊ calciari pedes nr̄os in pparationē euāgelii pacis. Precipiet fortassis adduci vitulū saginatū: ⁊ occidi in satisfactionē reuertētis: ⁊ epulari ⁊ exultare ⁊ i simphonia ⁊ choro reduci ad supne gaudia ciuitatis: vbi gaudiū est āgelis sup vno petōre pn̄iam agēte. Scimus dn̄e iesu q̄ nō priuabis bonis eos q̄ ābulāt in innocētiā: sȝ nec illos q̄ ābulāt in pn̄ia Qui em̄ pctm̄ nō fecit: nisi vnus: Btūs vir cui nō imputauit dn̄s pctm̄ Oē qđ ipe mihi nō iputare decreuit: si q̄si nō fuerit. Cogita ēt q̄ta supbia: patiētia dei vsus: imo abusus sis. Uidebat te peccantē: ⁊ dissimulabat q̄si nō vidēs: vocabat ⁊ nō audiebas: minabatur ⁊ nō timebas: pmittebat ⁊ ꝯtēnebas: nec pmissis illectus nec terrore pcussus. Ignoras q̄ patiētia dei ad pn̄iam te adducit? Tūc timore magno ne thesaurizaueris tibi irā in die ire ⁊ reuelationis iusti iudicii dei/ ⁊ memēto q̄ horrēdū est incidere in manū dei viuētis. Liga igitur hoc triplici cathaplasmate patiētie/ vulnus aie tue: ⁊ dic. Miserere mei dn̄e qm̄ infirmus sum sana me dn̄e ⁊c. Tertius gradus est dolor: sȝ ⁊ ipe trina ligatione ꝯnexus. Uere post cognitionē ⁊ penitentiā: dolor meus renouatus est: ⁊ in meditatione mea ignis incanduit: q̄ creatorē offendi: dn̄m nō timui: spreui bn̄factorē. Nunq̄d nō sicut lutū in manu figuli: ēt vos in manu mea dicit dn̄s: Insup fecit te vas in honorē: cur te in ꝯtumeliā facere p̄sumpsisti? Nunq̄d dicit figmentū figulo: cur me fecisti sic? Creatura creatorē: figmētū factorē/ opus opificē: ausus ē puocare. Memēto vilissima testa: q̄ si cecideris sup lapidē istū ꝯfringeris: si vo sup te ceciderit cōteret te ꝯtritione timēda: ita vt ne vestigiū minimū pateat. Tu aūt sanguinē sāguini miscuisti: ⁊ creatorē offēdēs: ⁊ dn̄m nō timēs. Seruus eras illius dn̄i: cuius ire resistere nemo pōt: ⁊ i pee prius eius accepas volūtatē. Noluisti intelligere vt bn̄ ageres: sȝ recalcitrās dn̄i imperio: ppria lege infra rēpublicā viuere decreuisti. Nā audisti quā sentētiā excipiat seruus neq̄: q̄ sciēs volūtatē dn̄i ⁊ non faciens multitudini verberum reseruetur. Assistunt angeli

Cantic.

Luc. xv.

Ibidem.

Ps. lxxxiii

Ps. xxx.

Romā. ii.

Hebre. x.

Ps. vi.

Hie. xviii

Rom. ix.

Luce. xii.

Ps. xliiii.

Puerb. iiii.

Ps. xiii.

Baruc. iii

Job. xxi.

i. Reg. xii

Luce. vii.

Luc. xxii.

Luc. xxiii

stant angeli ad audiendā vocē sermonū eius. Stelle vocantur et dicunt adsumus. Venti et mare obediunt ei: et oīa legē prefixam incōcussa retinent firmitate. Tu solus peregrinus ex imperatorie decreta maiestatis non curas. Audi qr potest te mittere in tenebras exteriores vbi fletus et stridor dentiū perpetua infelicitate crebrescunt. Et si te nō mouet creatoris offensio: reuerentia potestatis: moueat saltē ingratitudo: q̄ tantū benefactorem in tantis beneficijs contempsisti. Utinam similem benefactorē inuenies: qui tibi ministrat syderū cursus/ tēperiē aeris: fecunditatē terre: fructuū vbertatē. Ad extremū vt oim tibi beneficiorū cumulū aggregaret: ꝓprio filio suo nō pepercit: sed pro nobis tradidit illū: tradens vnigenitū ꝓ adoptiuis: dñm pro seruis: iustū ꝓ impijs. Quid tibi vltra debuit facere et non fecit? Si ergo isto dolore dolueris: poteris dicere cū propheta: ventrē meū doleo: vētrē meū doleo: sensus cordis mei turbati sunt. ¶ Quart⁹ gradus est cōfessio oris. Post cognitionē sui: post penitētiā mentis: post dolorē cordis: sequitur cōfessio oris. In his oīb⁹ corde credit ad iusticiā: ore autē fit confessio ad salutē. Sed et ipsa triplex est: si virtutē salutis adsequit. Debet enim esse vera/ nuda/ et ꝓpria. ¶ Veritatē querit altissimus: et vbi valet falli q̄ fallere nō intendit. Nouimus plerosq̄ et experti sumus: q̄ ad cōfessionis gratiā venietes: magis onerati q̄ liberati a pctis a suā ꝯsciam redierūt. Dicūt em̄ si clerici ea q̄ litterario: si milites ea q̄ gladiatorio gessere cōsilio: vt sub humilitatis pallio supbiā inducāt: in tāto se signaculo cōdemnantes sub quo totius humane salutis summa cōsistit. Ad hoc em̄ cōfidenter: vt saltē specie videant cōfessi. An tu verā illā putas esse cōfessionē quā aut timor extorsit: aut simulatio fecit: cū spūssanct⁹ discipline effugiat fictū: et gratuitā satisfactionē oīpotēs q̄rat? Ista ꝟo cōfessio vera est: q̄ de mentis contritione descēdens: nec timore cogit: nec fictiōe palliatur. sed in spiritu contribulato profert ea que sentit. Nudā autē cā esse opz: et toti⁹ abscōsionis exutā velamine. Quid em̄ prodest partē peccatorū dicere et partē celare: ex pte mūdari et ex parte imūdicie deseruire? Nunqd de vno eodēq̄ vase dulce et amarum: lapidū et insipidū stillare pōt. Oia nuda et aperta sunt oculis dei: et tu illi aliqd abscōdis: q̄ dei locū in tanto obtinet sacramēto? Vnde et denuda q̄cunq̄ cor tuū dilacerauerāt: detege vulnus/ vt sentias operā medicātis. In simplicitate cordis oportet te q̄rere dñm nō in duplicitate: qr ve illis q̄ loquuntur in corde et corde: et terrā duabus vijs ingrediunt. ¶ Debet aūt esse propria. Sunt plerīq̄ q̄ aliorū pctā cum magna grauitate numerant: et sociorū excessus multiformi declamatione loquūtur: nesciunt sua: aliena vero perpetue memorie ꝯmendauerūt Infelices et miseri: quibus datum est aliena plangere: relinquere sua. An non legisti quia iustus in principio sermonis accusator est sui? Sui dicit scriptura: non alterius. Nunqd oblitus es apostolū iacobū dicentē: cōfitemini alterutrū pctā vra? Ura dixit: nō aliena. Iniqtatē meā ego cognosco: et pctm̄ meū contra me est semp. Meā dixit ꝓpheta nō tuā. ¶ Quint⁹ gradus est maceratio carnis: sz et ipsa trinario nūero ꝯsecrata. Cōuenit em̄ vt fiat occulte/ licētiose discrete. Teneros art⁹ tuos et exquisitis educatos delicijs: diuturno cōstringe martyrio: vt tanto te noueris a licitis abstinere, q̄nto memineris illicita perpetrasse. Hoc aūt occulte faciēdū est: vt nesciat sinistra tua qd faciat dextera tua. Nō em̄ est in ore hoīm tāti boni reponenda custodia: sz in abscōso cordis tui: vt sit gloria tua testimonium consciētie tue. Nō hic dicimus vt nō luceat lux tua corā hominibus vt glorificēt patrē vestrū q̄ in celis est: sed ne intentionem tuā in villis glie breuitate recondas. Nihil em̄ infelici⁹ q̄ hic carnē macerare ieiunijs/ vigilijs affligere: et h̄ accipere gloriā: illic gehēnā. Licētiose ꝟo facienda est: qr qd fit pastoris licentia gratiosius est in cōspectu dei: et illā hostiā singulariter accipit altissimus/ q̄ nō est de ꝓpria sententia voluntatis: sz de precipiētis offert imꝑio. Multū em̄ valet ad refellēdū supbiā/ proprie volūtatis exclusio: quā extirpare nō pōt q̄ mundi hui⁹ diligit vanitatē. Discretio aūt in hac districtione tenenda est: ne dū nimis flagellare cupim⁹: salutē pdamus: et dū hostē subigere querimus ciuē occidamus. Cōsidera corpus tuū: et corporis tui possibilitatē: intuere carnis ꝯplexionē: impone modum tue districtioni. Custodi corp⁹ tuū incolume ad obsequiū creatoris. Multos vidimus ita in principijs carnē suā verberasse et discretionis infregisse repagula: vt inhabiles laudū solennijs redderent: et lautiorib⁹ diuturnis fouerentur temporib⁹. ¶ Sextus gradus est correctio operis in apparatu: sed et ipse numero trinitatis cōsecratus vt tibi malū nō facias: alteri nō noceas: nec cōsentias nocēti. Expt⁹ es q̄ fragilis sit voluptatum immersio: et tu iterū vadis illuc? Aduertisti qr trāsijt voluptas: et peccatū remāsit. Reprime pedē ab infandis itinerib⁹ immūdissime libidinis. Colla substerne mandatis altissimi ne sit iniquitas in manibus tuis. Delenienti gule solēnes epulas et vana rescinde colloquia. Auerte oculos ne videāt vanitatem obtura aures tuas ne audiāt sanguinē: et tūc dicere poteris: castigans castigauit me dñs. Quid aūt ꝓdest infra rectitudinis lineā tui cursus opera cohibere: si alijs nocere desideras. Qui non fecit proximo suo malū: et opprobriū nō accepit aduersus proximos suos/ requiescet in monte scō dei: accipiēs benedictionē a dño et misericordiā a deo salutari suo. Nō aūt te innocentē psumas: nisi impios et contra ꝟtutē gradiētes q̄nta poteris auctoritate redarguas: et opponas te murū ꝓ domo israel: castigās te: nō nocēs alteri: nec nocēti ꝯsentiēs. Uera est em̄ illa sententia. Qui cū emēdare possit negligit: participē se procul dubio ꝯstituit. Cū em̄ cā dei ventilat in mediū: et falsitas ꝓponitur veritati: q̄ cū persona quā gerit nō resistit: de suo dānabitur silētio. ¶ Septim⁹ gradus est pseuerātia: sz et ipsa trinarij numeri sanctificatione dicata. Perseuerētiā nāq̄ faciūt imitatio sanctorū: breuitas tēporꝫ: fragilitas corporꝫ. Quid nāq̄ pati non posse cū videas iuuenes/ pueros/ ꝟgines/ anus/ senes/ decrepitos: diuersa pro christo nō solū excepisse: sed et exq̄sisse tormēta? Cōsidera puerorꝫ etatē: iuuenū ignē: ꝟginū teneritudinē: anuū fragilitatē: senū infirmitatē: impossibilitatē decrepitorū: et vbicunq̄ reflexeris oculos/ inuenies in his etatibus multitudinē exēplorꝫ ad palmam martyrij viriliter cucurrisse. Nunqd de eodē luto format⁹ es tu: et eodē spiritu inspiratus? Et forsitā nō ingruit ꝑsecutio vt martyriū patiaris: nec dānaris si xpo seruis: imo laudaris: ab oīb⁹ pdicaris. Et tū perfectio imminet: cōtēnenda est ꝓpter breuitatē. Bñ em̄ natura prouidit: q̄ nullū dolorē vel lōgū vel magnū esse demōstrat. Si enim magnus est: lōgus esse nō pōt. Cōiunctio em̄ corpis et anime/ exq̄sita diu tormēta non sustinet: sz stuporis magnitudine tremefacta: summa velocitate dissoluit. Magni q̄ animi est magna tormēta cōtēnere: q̄ in breui tantā pariūt mutationem: vt de labore ad requiē/ de miseria ad gloriā patiētē faciūt euolare. Cōsideranda est em̄ fragilitas corpis: quē sepe aut aliqs leuissimus casus: aut incandētis febricule cumulata congeries breui possunt suffocare momento. Tribue ergo ꝟtuti si necessitas fuerit: qđ q̄nq̄ debes necessitati ꝓ breui ꝑiculo sempiternū premiū adepturus. Uides ergo q̄ triplicibus itineris cōfessiōis ad currendū: q̄ multiplices semite ad tenendū. Verū est q̄ ille tantus ecclesie magister ait. Facilius inueni eos q̄ innocētiā seruauerunt q̄ q̄ congruā egerūt penitentiā. Hec de via cōfessionis pro modulo nostro locuti sum⁹: sublimioribus sublimiores sentētias reseruātes. Ceterū obediētie viā sub alio sermonis principio aperire tētabimus: ne vnq̄ in fastidiū veniāt verba domini saluatoris: qui est benedictus in secula.

¶ De virtute obedientie et eius gradibus.

Non possumus nos cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis: sz sufficiētia nr̄a ex deo est. Quid em̄ in hoc vase testeo: et fragilitate cōplexionis hūis nec cogitare sufficit spūs carcere inclusus: peccato corruptus: depressus terrenis? Corpus em̄ qđ corrūpit aggrauat aīam et deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantē. Benignus tn̄ est spiritus sapientie: q̄ et spm̄ inclusum illuminat: corruptū sanat: et alleuat depressum. Est em̄ spūs pietatis cōpeditos soluēs/ cecos illuminans/ et erigens elisos. Est et spūs veritatis q̄ docet nos oēm veritatē: nō solū aūt docet/ sz etiā suggerit. Suggerit videlicet vt q̄ram⁹: docet vt intelligam⁹. Ipse est quē dns iesus post patris obediētiā vsq̄ ad mortē crucis apostolis suis misit obedientibus suis. An nō tibi videnē singularis obedientie cōscendisse fastigiū: q̄ accepta licentia sedēdi in ciuitate infra vni⁹ domūcule septa cōcludi vnanimiter in oratione pseuerabāt? Intellexisti qr ibāt apli gaudētes a cōspectu cōsilij: qm̄ digni habiti sunt ꝓ noīe iesu ꝯtumeliā pati? O q̄ntis obediētie virtubus innitunt: q̄ gaudēt ꝓ xpo ad conciliū trahi. Dignitatē ducunt ꝓ eo cedi: gloriā q̄rūt ꝓ eo mori. Beate aīe et abūdāti maiestate spūs influētes: qbus vilitas sublimitas/ cōtumelia/ gloria/ patiētia victoria/ mirabili mirabilitate videnē. Multū repleta est aīa eorꝫ: opprobriū abūdātib⁹ et despectio superbis. Cernis q̄ libera fronte pōtificū faciē pharisęorꝫ supcilium: tumultū plebis dirūpāt dicētes. Magis oportet deo obedire q̄ hoībus. Intuere illa duo magna luminaria petrū paulū: vni uersūq̄ ordinē apostolici senat⁹ obābula: et ibi videbis obediētie firmitatē inter tormētorꝫ multitudinē viriliter ꝯstitisse. Nōne ipe fili⁹ regis: rex regiōis illi⁹ q̄ ꝯtinuis gaudijs iclarescit: factus ē pri obediēs vsq̄ ad mortē: mortē aūt crucis: et didicit obediētiā ex his q̄ passus est? Audisti miseriā: audi et coronā: vidisti ꝑiculū/ vide pmiū: attēdisti infirmitatē/ attēde ꝑtātē. Propt qđ, (inqt) et de⁹ exaltauit illū: et dedit ei nomē qđ est sup oē nomē. Sz taceam⁹ interī de filii⁹ obediētia: q̄ singulari ꝓrogatiua claudit et significat. Procedat i mediū magn⁹ ille patriarcha/

Margin notes: Rom. viij · Thren. iiij · Rom. x · Sap. j · Sap. j · Ps. xi · Eccl. ij · Prouerb. xviij · Iaco. v · Ps. l · Mat. v · ij. Cor. v · Ps. cxvij · Ps. xiiij · Ps. xxiiij · ij. Cor. iij · Sap. ix · Sapie. j · Act. ij · Actu. v · Ps. cxxij · Act. v · Phil. ij · Ibidem

fidei lumen/obedientie forma/ iusticie principatus. Audit ab
Gen. xij. omnipotente: egredere de terra tua: ⁊ de cognatione tua/⁊ de
domo patris tui: ⁊ veni in terrā quā mōstrauero tibi: ⁊ ad vniᵘˢ
iussionis vocē patriā fugit: reliquit parētes: deserit heredita-
tem: ⁊ aliorū fines hospes ingreditur nouus. Magna res: ⁊ pa-
[illegible] privilegio in patre multarū gentiū cōsecra
ta. Primus/primū suis facultatibus renūciat: ⁊ obedientie viā
indefessa velocitate pcurrit. Deniq cū accepisset filiū in sene-
ctute sua in quo totiᵘˢ mūdi: benedictio fuerat cumulāda: dicit
Gen. xxij. ei deus. Tolle filiū tuū vnigenitū quē diligis ysaac: ⁊ offer il-
lum mihi in holocaustū. O quāta in vbis istis amaritudo quā-
ta a corde patris separatio pietatis? Iubet nanq filiū occide
re ex ossibus suis/⁊ carnē de carne sua: filiū magne pmissiōis/
extreme senectutis proprie mulieris: filiū mirabiliter promis-
sum/feliciter natū/ educatū innocēter. Et ne qd deesset vt te-
nerrimū infra paterna viscera doloris incendiū exūdaret: ad-
dit vnigenitū. Sunt nanq multi filij: sed nō vnigeniti. Iste sic
est filius vt ⁊ vnigenitᵘˢ. Iste vnicus patri: vnigenitᵘˢ matri: he
reditati reseruatus. Nec respicias ad hismael: qr q in seruitu
te/⁊ ex ancilla genitus fuerat ad libertatē ⁊ hereditatē mini-
me pertinebat. Qr vero multi sunt filij ⁊ vnigeniti/ sed nō dile
cti: ad exaggerandā in corde patris tribulationē ⁊ cōproban-
dā in mente iusti obedientiā dñs subiūgit: quē diligis. Ut ve-
ro teneritudo pris ex memoria dilecti nois recrudesceret: ⁊ in
terior pietas ad dilecte vocis sonū tota ferueret puer noiatur
ex noie: qđ vocatū erat a dño/priusq in vtero conciperet. Ui-
des quantis tribulationū malleis abrahe pietas feriatur: cui
pcipit vt filiū tollat/occidat vnigenitū/quē diligit immolet:
ysaac percutiat? Multū tētatus: multū probatus: adustus est
multū: dulcis relatio filij ad patrē: patris ad filiū. Hanc dulce
dinem ⁊ omnis affectus vicissitudinē obliuiscit abraham: ster
nit asinū suū: ligna cōponit: ignē accendit: eximit gladiū. Non
a dño querit quare: nō murmurat: nō cōqueritur: nō saltē vultū
doloris ostēdit: sed oim que pcipiunt gnarus/in mortem filij
pia crudelitate festinat. Ideo summe ⁊ admirabilis obedien-
tie virtus in abrahā: ⁊ singularis excellētie laudibᵘˢ predican-
da. Fortissima res est obedientia vera: ⁊ que in animū descen
dere nō potest nisi a mūdi huius aspergine pure prelecq deter
sum. Ut aūt via eius euidētius elucescat: ostēdamus quantū
possumus que sit obedientia specialis ad deū: propria ad ho-
minē: cōis inter deū et hoiem. Sunt quedā summe mala: qdā
summe bona. Sūme bona sunt diligere deū/ amare proximū/
veritatē loqui/ nō furtū facere/ nō falsum testimoniū dicere: nō
adulterari: ⁊ alia multa que sermonis breuitas numerare phi
☞ bet. Summa mala sunt eorū cōtraria: ⁊ similia illis. Bona pre
cipit deus vt faciamus: a malis iubet vt abstineamus. Prece-
pti eiᵘˢ sancta ⁊ incōmutabilis auctoritas nō valet quoquo mo
Mal. iij. do refelli: qr illius est caractere cōsignita q dicit. Ego dñs et
non mutor. Si ergo homo ille quē imposuit dñs super capita
nostra aliter sentire voluerit: ponēs tenebras lucē/ ⁊ lucē tene
bras: vel precipiat predicta bona relinquere/ vel malis prefa-
tis adherere: audacter refutandū est precipiētis imperiū: ⁊ li-
[illegible] v. bera voce dicēdū obedire oportet magis deo ꝙ hoibus. Hec
est specialis obediētia ad deū: q nunq est hois arbitrio tēpe
randa: sed incōmutabili cōseruanda pposito. Certā igit regu-
lā tene vt nec imperio prelatorū predicta bona relinquas: vel
facias mala. Inter summa vero mala ⁊ summa bona: quedā me
dia sunt ad alterutrū se habentia: boni maliq nomē assumunt.
Media sunt ambulare/sedere/loqui/tacere/comedere/ieiuna
re/vigilare/dormire/: ⁊ si qua sunt similia: que si pastoris licen
tia fiant summā expectant retributionem. In his igit medijs
j. Cor. x. subditi esse ⁊ obedientes debemus ad nutū prepositorū: nihil
interrogātes pꝑter cōsciētiā: qr in his nullū prefixit opus deᵘˢ
sed prelatorū dereliquit imperio disponēda. Nō aūt te moueat
magister impertinens/indiscreta potestas: sed memento qr nō est
Rom. xiij potestas nisi a deo: ⁊ q resistit potestati/ resistit dei ordinatio-
ni. Hec est propria hois obediētia quā homini debemus: q ho
mini subditi sumus. Cōmunis est etiā ista inter deum ⁊ hoiem
Luce. x. qr quicquid obediētie plātis exhibet: ei exhibet q dicit. Qui
vos audit me audit. Cū magna igit cautela hoc tramite dici-
mus incedendū: qr ⁊ multi gradus ibidē delitescūt: quorū qui
vnū reliquerit: ceteros sine retributione tenebit. ¶ Primᵘˢ gra
Gen. viij. dus obedientie est: obedire libenter. Ois etas ab adolescen-
tia sua prona est ad malū: ⁊ vnusqsq volūtatē prauī cordis sui
sectat. Ab illa em prime preuaricationis angustia innatus est
homini amor pprie voluntatis: q volūtatē sui creatoris relin-
quēs/ibi subdita est seruituti: vbi voluit dñari. Difficile est er
go suā relinqre voluntatē: ⁊ alterius volūtati deseruire. Quā-
libet aūt graue sit nō pōt tñ primū obedientie ascēdere gradū
qui volūtatē precipiētis suā nō fecerit. In volūtate sua iustus
Ps. liij. gloriat sese dño contulerit. Uñ volūtarie, inqt, sacrificabo tibi.

Sola q volūtas ē q totiᵘˢ opis ornat effectū: sine qua ēt nec bñ
aliqd agit ēt si bonū eē videat. Ex volūtate igit suscipiēda sunt
imperia prelatorū: ⁊ ipsum cor a suis voluntatis reflexionibus
abducendū: donec propria voluntas mactata mādatū diligat
imperātis. Hoc est ergo libenter obedire: prelatorū voluntatē
voluntarie adimplere. ¶ Scđs obediētie gradus est: obtempe
rare simpliciter. Qui ambulat simpliciter: ambulat cōfidenter
Puerb. x. In simplicitate cordis querere dominū scriptura premōstrat.
Sapien. j Multos videmᵘˢ post precipientis imperiū multas facere que-
stiones: cur/quare/quāobrē sepius interrogare: crebras inge-
minare querelas: querere quare hoc precipit: vnde hoc venit:
quis hoc adinuenit cōsiliū. Inde murmuratio/inde verba mur
murationem ⁊ indignationē sonantia: ⁊ redolentia amaritudi-
nem. Inde frequēs excusatio: simulatio impossibilitatis: aduo
catio amicorū. Nō sic abrahā. Audi qd dñs de simplici popu-
Ps. xvij. lo protestet. In auditu (inquit) auris obediuit mihi: vt videli-
cet ostenderet vno eodēq momēto processisse ⁊ imperātis im-
Gal. vj. periū: ⁊ obsequiū obsequentis. Nolite errare: deus non irridet.
Murmuras contra prelatū in tabernaculo corporis tui: eleuat
manū suā ad prosternēdū te dextera dei. Incede igitur simpli-
citer in mandatis obedientie: addēs voluntati simplicitatem
intentioni illuminationē. Fortitudo em simplicis via dñi que
obedientia est. Fortitudinē igit induūt q obediētes sunt: sim
ij. Cor. ix pliciter incedūt. ¶ Tertius gradus est: hilariter obedire. Hi-
Ibidem. larē em datorē diligit deus. Nō ex tristicia (inquit apls) aut ex
necessitate. Serenitas in vultu: dulcedo in sermonibus: multū
colorant obedientiā obsequentis. Uñ ⁊ gentilis ille poeta ait
sic. Sup oia vultus accessere boni. Quis enim locus obedien-
tie: vbi tristicie cernit egritudo? Ostendūt plerūq volūtatem
animi signa exteriora: ⁊ difficile est vt vultū nō inuenit/qui mu
tant voluntatē. Nubilosa corporis cōpositio ⁊ facies tenebris
obfuscata tristicie: deuotionē ab animo recessisse signat. Respi
ij. Reg. vj ce dauid añ archā dñi hilariter saltantē: ⁊ ꝙ sapiēter superbiē
tis femine repressit indignationē. Ludā (inqt) ⁊ vilior ero in cō
spectu dñi. Cernis igit ꝙ necessaria ⁊ cōueniens sit hilaritas
in obediētie executione. Quis imperat libēter tristiciā efficiēti?
Si vis ergo pfectus esse: hilariter ⁊ cū magna vultus alacri-
tate suscipe iubentis imperiū: vt volūtati cordis: simplicitati
operis: vultus hilaritatē adiūgas ¶ Quartus gradus est ob-
secūdare velociter. Uelociter currit sermo dei: ⁊ velocē habere
Ps. cxlvij. desiderat sequentē. Uides cū quanta velocitate currit ille qui
Ps. cxviij. dicit: viā mādatorꝫ tuorū cucurri. Fidelis obediens nescit mo
ras/fugit crastinū/ignorat tarditatē/pcipit precipientē/ pa-
rat oculos visui/aures auditui/lingua voci/manus operi/iti-
neri pedes/totū se colligit vt imperantis colligat volūtatem.
Uide dñe festinanter precipientē ⁊ hoiem festinanter obedien
Luce. xix tem. Zachee (inquit) festinans descende: qr hodie in domo tua
oportet me manere. Et festināter descendit: et excepit eū gau
dens. Animaduertisti qr ⁊ festinanter descenderit: ⁊ gaudēter
Ibidem. exceperit. Audisti obedientiā: audi ⁊ obedientie remuneratio
nem. Qr salus huic domui facta est. Intuere etiā ex occasione
huiᵘˢ obediētie cōclusionis grāde mysteriū: ⁊ obsignatā signa
Ibidem. culo misericordie sniam. Uenit em inqt filiᵘˢ hois querere ⁊ saluū
Exo. xij. facere qđ perierat. Nōne legisti ꝙ filijs israel [illegible] vt agnum
comedāt festināter? Festināter quippe veri agni comestio signa
tur implenda: qr vba illa q p legē dedit/ q per semetipsum pre
sens exhibuit: q p ecclesie ppositos tradēda reliqt: veloci sunt
obediētia cōsummāda. Et tu ergo cū voluntatē cordi: simpli-
citatē operi: hilaritatē vultui coniunxeris: adde velocitatē vt
Iaco. j. sis iuxta apostolū iacobū velox ad audiendū: ⁊ ad implendū
Ps. xxx. velocior. ¶ Quintus gradus est: adimplere viriliter. Uiriliter
agite ⁊ cōfortetur cor vestrū: oēs q speratis in dño. Nō est for-
titudinis ire ad inobediētiā: sꝫ ab obedientia nō abduci. Si tri
bulatio intonat: si psecutio resultat: si pctōres tibi laqueū po-
nunt: si maligni tuū iter impediunt: tu obedientie viā non dese
Ps. cxviij. ras: sed dic paratus sum ⁊ nō sum turbatus vt custodiā māda
ta tua. Quid em superius enumerata pariūt vtilitatis/ si for-
titudo desit: que in arce cōstantie virtutes collocat/⁊ eo vallo
munit quo furentis impetus aspirare nō possit? Manū tuā mi
sisti ad fortia: agendū est instāter ⁊ cōstanter obediēdū: nec in
ter verborꝫ seu verberū asperitatē: tā regalis est semita relin-
quenda: sed tenaciori est retinēda feruore. Et vt breuiter dos
tes fortitudinis concludamus: virtus est virtutes seruans ac
muniens. Iunge igitur velocitati fortitudinē: cōstantiā instan
Ps. xxxv. tie: ⁊ tūc decātabis securus Manᵘˢ peccatoris nō mouebit me.
Ps. cxxx. ¶ Sextᵘˢ gradus est: humiliter obedire. In humilitate nostra
memor fuit nostri q fecit nos. Magna virtᵘˢ humilitas: sine cu
ius obtētu virtus fortitudinis nō solū virtus nō sit: sed etiam
inde supbie vitiū exsipat. Qñ fortiter currebat saul cū esset par
uulus in oculis suis: tanta philisteorꝫ agmina psternebat: quā-
tis viribus exercebat gladiū. Postq aūt tenuit eū superbia/⁊
transiuit

transiuit in affectum cordis: debilis ⁊ impotēs factus: incircū-cisoꝝ armis facile ꝓstratus occubuit. Aspice regē in quo humilitas sublimis ⁊ humilis sublimitas/ felici ꝯpositione nitescūt. [Ps. cxxx.] Dñe inquit non est exaltatū cor meū: neqꝫ elati sunt oculi mei: ⁊ ad totū itinerariū eiꝰ sedula intētionē recurre ⁊ quaquersum [Ps. lviii.] oculos reflexeris/ inuenies hūilitatis floribus esse respersum. Audi naqꝫ alibi qd dicat. Fortitudinē meā ad te custodiā. Et vere loquitur iustus iusticie executor. Sunt naqꝫ plurimi q̄ fortitudinē suam non ad deū/ sed ad inanē gloriā custodiūt: qui cō-fidunt in virtute sua: qui de acceptis virtutibus quasi non acceperint gloriantur: cōditori facientes iniuriā: a quo est omne [Jaco. i.] datū optimū/ ⁊ omne donū perfectū. Ne ergo fortitudo in superbiā transeat condienda est sale hūilitatis: qꝛ nihil proderit fortiter obedire: si contigerit infeliciter superbire. Illi ergo fortitudinē suam ad deū custodiūt: qui cū fecerint qđ facere debēt dicere possunt. Serui inutiles sumus: qđ debuimus facere feci-[Lu. xvii.]mus. ¶ Septimus gradus est: indesinenter obtemperare. Non qui inceperit sed qui perseuerauerit saluꝰ erit. Incipere multorum est: perseuerare paucorū. Perseuerantia singularis est filia summi regis: virtutū fructus earūqꝫ cōsummatio: totiꝰ boni repositoriū: virtus sine qua nemo videbit deū/ nec a deo videbit: finis est ad iusticiā omni credenti: in qua virtutū conuentus reuerendū sibi thalamū consecrauit. Quid enim currere prodest/ [i. Cor. ix.] et ante metam cursus deficere? Sic currite vt comprehēdatis: dicit apostolus. O ꝗ perseueranti pede cursum suū perfecerat [ii. Thi. iiii.] qui dicebat. Cursum consummaui. O ꝗ longū cursum felix ille latro compleuit consummatꝰ in breui expleuit tempora multa. [Sap. iiii.] Deniqꝫ ⁊ dominꝰ prophetaꝝ loquitur. Si conuersus fuerit iu-[Eze. xviii.]stus a iusticia sua/ ⁊ fecerit iniquitatem: omniū iusticiaꝝ eiꝰ nō recordabor. Uides ergo ꝗ profunda obliuione virtutes ille sepeliantur: quas perseuerantia non insigniuit. Sola est que ama-[i. Petri. i.]torem obedientie ad regis cubiculū introducit: vt eū videat in [Ps. cxli.] decore suo in quem desiderant angeli prospicere. In via igitur ista qua ambulamus: absconderūt superbi laqueū mihi. Difficilis est via ista: ⁊ grauis spinosis anfractibꝰ multiplicibusqꝫ viculorū nexibus innodata. An tu ibi putas obedientie fructū: cū subditus audit obedientiam quam multis expetierat votis: cū ei p̄cipitur quod redoleat dignitatem/ gaudio ⁊ leticia fluitet potētie fulciatur imagine? E contrario autem an tu illi obedientie meritū assignas: que cū aduersitate procedens/ animum terret audientis: grauis ad audiendū grauior ad implendū: ad tenendū grauissima. Non est ita. Faciendum est vt a prosperitate animo separemur ⁊ aduersitatem animo complectamur: si volumꝰ illum sequi qui regnū fugit ⁊ ad passionem voluntarius venit. Animaduertis igitur quia vie iste vie vite sunt: ducentes ad vi-[Mat. v.]tam. Beati mites: qm̄ mites docebit dominꝰ vias suas: contin-[Ps. xxiiii.]get enim eis quod sequitur. Adimplebis me leticia cum vultu [Ps. xv.] tuo. Quia q̄diu sumꝰ in corpore peregrinamur a domino: lon-[ii. Cor. v.]ge sumus a facie dei/ a vultu glorie: a contēplatiōe maiestatis: nisi quia plerūqꝫ misericors ⁊ miserator dominus illuminat vultum suū super nos. Hoc autem fit cū remota nube illa que opposita erat ne transiret oratio: accedimꝰ ad illū ⁊ illuminamur: reuelata facie gloriam dei speculantes. Non autem ita proprie reuelata facie accipiamꝰ: cū videamus adhuc per speculū et in enigmate: ⁊ carcerali corpore teneamur. Reuelata dicit quantum ad caliginem corporꝫ. Unde spiritꝰ iste creatus aliquando ad creatorem spirituū emergit: ⁊ adherens ei vnꝰ cū eo spiritus efficitur. Nulliꝰ autem momenti est ista contemplatio: quia spiritus claustris corporeis/ circūdatus frequenti carnis cōtagione reliditur: ⁊ supra creaturam constitutꝰ: infra queqꝫ vilissima [Ps. cx.] protinus reperitur. Sed ⁊ creator spiritꝰ cuiꝰ magna sunt opera: exquisita in omnes volūtates eius modo accedit nescienti-[Johā. iii.]bus nobis: modo ignorantibus nobis recedit: quia nescimꝰ vñ veniat aut quo vadat. Et plerūqꝫ quanto frequentiꝰ querit: tā-[Canti. vi.]to velocius elongatur: iuxta quod ⁊ ipse loquitur spōse. Auerte oculos tuos a me: quia ipsi me auolare fecerunt. Contingit etiam vt cū non queritur veniat: cū queritur fugiat: sicut spon-[Canti. iii.]sa se in canticis multipliciter ostendit quesisse et non inuenisse. Non est autem vultꝰ iste vultū glorie domini inuenisse q̄ est super cherubin: qꝛ vniuersitate angeloꝝ purissimꝰ ⁊ clarissimꝰ exhibetur: nobis vero speculatoriis ⁊ vmbratilibꝰ adūbratur imaginibus. Quia igit hic vultū dei sicuti est videre non possumꝰ: adimpletionem leticie non habemꝰ donec trahat nos ad seipsum: ⁊ accedat caput corpori: ⁊ sit deꝰ omnia in omnibus. Illic erit adimpletio: hic est gustus. Gustamꝰ enim hic ⁊ videmꝰ qm̄ suauis est dominꝰ: sed gustus iste non transit in potū: quia licet videamus: non tamē penetramus. In gustu est suauis: in adimpletione mirabilis. ¶ Sanctorum autem anime terrenis exute corporibꝰ: que iam ad sedes ethereas aduolauerūt/ licet bibāt non tamen adimplentur: non tamen inebriātur. Quamuis enim [Esa. lxi.] multa beatitudine perfruantur: expectant tamen resurrectione[m] mortuoꝝ corpoꝝ vt cum in terra sua duplicia possederint: [Apo. vi.] sempiterna perfundant leticia. Modo enim illis singulis singule stole albe date sunt: ⁊ iniūctū vt sustineant tempꝰ adhuc modicū: donec impij conterant duplici contritione: et ipsi gemina beatitudine coronent. Cū ergo nondū habeāt quod habere desiderant: inebriari non possunt: sed est eis illa visio potꝰ: vt sicut absqꝫ labore bibitur/ ita sine labore quiescat: donec satient cū apparuerit gloria sua. Cū autem resurgemus in virū perfectū [Ephe. iiii.] in mensuram etatis plenitudinis christi: ⁊ gloriosa illa ciuitas margaritis suis ornabit: ⁊ sicut letantiū omniū habitatio erit [Ps. xv.] in ea tūc adimplebit nos leticia cū vultu suo: quia videbimꝰ eū sicuti ē. Tūc inebriabimur ab vbertate domꝰ sue: ⁊ torrente vo-[i. Joh. iii.]luptatis sue potabit nos: dicentesqꝫ nobis. Bibite ⁊ inebriami-[Ps. xxxv.]ni charissimi: quia ⁊ anima illuminationem ⁊ corpꝰ glorificatio-[Canti. v.]nem: iure perpetuo possidebūt. Sequitur. Delectationes in dex-[Ps. xv.]tera tua vsqꝫ in finem. Sinistra dei: vita presens est. Et quia p sinistro ducimꝰ quicqd non multū curam9: per sinistram presens vita accipit: in qua dominꝰ electos suos sic ab impijs permittit flagellari: vt etiā patiat occidi. An non tibi videnf obliuioni dari qui dicūt. Propter te mortificamur tota die: estima-[Ps. xliii.]ti sumꝰ sicut oues occisionis: quare faciem tuam auertis/ obliuisceris inopie nostre. Per dexteram vero illa beata vita signatur que nescit nisi gaudia: de qua nihil aliud dicere possumus: nisi quia gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei. Ibi sunt delecta-[Ps. lxxxvi.]tiones ille quas oculus non vidit/ nec auris audiuit: nec in cor [i. Cor. ii.] hominis ascenderint: que preparauit deus diligentibus se. In sinistra tribulationes in dextera delectationes. Usquequo autem. Usqꝫ in finem. Quis est iste finis? Finis ad iusticiam: christus omni credenti: finis ille de quo sapiens dicit. Attingit a fi-[Rom. x.]ne vsqꝫ ad finem fortiter: ⁊ disponit omnia suauiter. Te eñ cer-[Sap. viii.]nere finis est consummatꝰ. Ipse est finis ad quem cum venerimus: nihil amplius sitiemus: iesus christus sponsus ecclesie: q̄ est benedictus in secula. Amen.

¶ De quinqꝫ negociationibus ⁊ quinqꝫ regionibus.

Negociamini dū venio. Uerbū patris: vnigenitus [Luc. xix.] dei: sol iusticie/ summꝰ ille negociator: de vltimis celoꝝ finibus nostre redemptionis preciū apportauit. Fidelis ista negociatio et omni acceptione dignissima: in qua rex filiꝰ regis efficitur negociatio: aurū pro plūbo tribuitur: pro peccatore donatus est iustus. O ꝗ indebita miseratio: ꝗ gratuita ⁊ sic probata dilectio/ ꝗ inopinata dignatio: ꝗ stupenda dulcedo/ ꝗ inuicta mansuetudo: ꝗ vilis negociatio vbi filius dei pro seruo traditur: pro creatura creator occiditur: pro mancipio dominꝰ cōdemnatur. Tua sunt hec christe opera: qui de lumine celi ad tenebras inferni: a dextra maiestatis/ ad miseriam hūanitatis: a gloria patris ad mortem crucis descendisti: infernū illustrando: hominē redimendo superādo mortē ⁊ mortis auctorē. Unꝰ es/ ⁊ secūdum non habes: quē ad nos redimendū propria benignitas inuitauit: misericordia traxit: veritas que te venturum promiserat cōpulit: puritas vteri virginalis suscepit: salua virginitatis integritate potentia eduxit: obedientia in omnibꝰ deduxit: patientia armauit: charitas verbis ⁊ [mi]raculis manifestauit. Absint procul negociatores terre theman: recedant filij agar: qui exquisierunt prudentiam: elongētur a me gygantes a seculo nominati: qui ab initio fuerūt statura magna: scientes bellum. Non hos elegit dominus: neqꝫ viam discipline meruerunt propterea perierūt: sed dedit eam iacob puero suo ⁊ israel dile-[Mat. xi.]cto suo. Abscondisti enim hec domine a sapientibus ⁊ prudentibus: gygantibꝰ ⁊ nominatis qui magni facti sunt videlicet i oculis suis: ⁊ reuelasti ea paruulis ⁊ hūilibus tuis. Libēter amplector negociationem tuam/ quia negociū meū est. Hec mercimonia cū summa suauitate ruminat anima mea. Non solū autē ruminat: sꝫ ⁊ reuocat ruminationem tuam: qꝛ ⁊ intelligit que diligit: ⁊ cōmendat memorie q̄ elegit. In his negociationibꝰ p̄cel-[Ps. xxxi.]pis esse aiam meā: vt fiat nauis institoris de longe portans panem suū. Negociabor donec venias: venienti letꝰ occurrā: ⁊ vti-[Psalm. lxxxviii.]nam audiā: euge serue bone. Tui sunt celi et tua est terra: in regionibus tuis. Negociabor igit securus: te solū habēs in itinere ducem: in p̄iculis protectorē: ꝯfortē in tribulatiōe. Regiones tue qnqꝫ sunt quas pambulāt ad negociandū institores tui: vbi te querūt dilecti tui: ⁊ iuenitūt dilecti tui. Prima regio ē: regio dissimilitudinis. Nobilis illa creatura in regione similitudinis fabricata: qꝛ ad imaginē dei facta: cū in honore esset nō intellexit ⁊ de similitudine ad dissimilitudinē descendit. Magno prorsus dissimilitudo/ de paradiso ad infernū: ⁊ de angelo ad iumētum: de deo ad diabolū. Execranda ꝯuersio/ gloriā in miseriaꝫ: vitā in pugnā ꝑpetua captiuitate ꝯuertere. Maledicta descensio: de diuitijs ad paupertatē: de libertate ad seruitutē: de requie ad laborē descendere. Miseri nos ⁊ miserabiliter nati: quibus datū est nasci in merore: viuere i labore/ in dolore mori: de

petõꝝ petõres/de debitore debitores/de corrupto corrupti:de subacto subacti:geniti ⁊ generantes:sumus gẽs peccatrix:populus grauis iniquitate:semen pessimũ:filij scelerati:addentes preuaricationẽ. Ecce quasi non sumus sic sumus coraȝ eo:quasi nihilum ⁊ inane reputati:putantes nos aliquid esse cuȝ nihil simus. Uulnerati sumus ingredientes mundum:conuersando in mundo exeundo de mundo:a planta pedis vsq ad verticẽ non est sanitas in nobis. Nouerat hec ille sublimis propheta qui statũ humane miserie deplorans in hec verba prorupit. Graue iugum est super filios ade:a die exitus de ventre matris eoꝝ vsq in diẽ sepulture in matrẽ omniũ. In hec dissimilitudinis regione quid negociabimur dñe deꝰ? Aspicio genꝰ humanũ ab ortu solis vsq ad occasum/huius mundi nũdinas perãbulare:alios diuitias querere:alios honoribus inhiare/alios fauoralis aure suauitate reptari. Sed quid de diuitijs? Nõne cũ labore acquiruntur/cũ timore possident:cum dolore amittuntur? Thesaurisas:⁊ ignoras cui cõgregabis ea. Uide q̃tũ laborẽ perituris diuitijs assumpsisti. Trãsis maria ⁊ alium tibi orbeȝ aperis nauigãdo:sm sapientẽ tribus digitis distans a morte: patriã fugis:relinquis parẽtes:diuelleris ab vxore: filios necis:⁊omniũ necessitudinũ oblitus/queris vt acquiras:acquiris vt perdas:perdis vt doleas. Filij hoim vsquequo graui corde:vt quid diligitis vanitatem:⁊ queritis mendaciũ? Que est ista demẽtia filij adã/circuire maria:perambulare terras:rapi extra mundũ:in laboribus plurimis:in vigilijs multis:in ieiunijs crebris/in mortibus frequenter? Ecce quales diuitie. Sed quid de honoribus? In sublimi loco positus es:ducem te constituerunt. Uide si nõ a deo iudicandus es:ab hominibus spectandus:ab omnibꝰ lacerandus. Si miles es:excubas ante limina principis vt principatũ acquiras:⁊ ferrato vestibus amictu: ppior es vulneri q̃ honori:morti q̃ vite:periculo q̃ premio. Si de sorte dñi:nomine episcopus romanũ pontificem:archidiaconus vel dyaconꝰ episcopũ pertimescit/Uide etiam virũ excusseris manus tuas ab omni munere:ne cũ symone audias. Nõ est tibi pars neq sors in sermone isto:quia voluisti donũ spiritussancti cũ pecunia possidere. Nihil ad nos de rectoribꝰ ecclesie iudicare: videant ipsi amici sponsi:cũ de sponsa ceperit exigere rationeȝ qui iudicat orbem terre in equitate. Nunquid in honore sine dolore: in prelatione sine tribulatione:in sublimitate sine vanitate esse quis potest? Ecce quales honores. Quid aũt de gloria? Gloria tibi vnde fetide puluis:limꝰ terre:vas in contumeliã? Non tibi nõ tibi:sed nomini domini da gloriam. Illi permitte gloriam suã:qui gloriosus est in sanctis suis. Illũ lauda:quem laudant angeli in celis. Nũquid ⁊ ipsa inanis gloria:que nihil aliud est q̃ auriũ inflatio vana:que haberi vix potest sine inuidia? Respice quos antecedis:⁊ cogita quia omnibꝰ inuidie semina prebuisti. Omnes ergo aduersum te toruis luminibꝰ inflammãtur:tua felicitate torquentur:tua vrũtur gloria. Ecce vnde gloriosus/inde odiosus:vnde sublimis/inde hũilis:inde sollicitꝰ/vnde securꝰ. Uides ergo q̃ vane conturbat omnis homo. Hec sunt mercimonia que inueniunt in regione dissimilitudinis. Prudẽs ergo negociator qui videt in diuitijs laborẽ:in honoribꝰ penam: inuidiam in gloria:facit sarcinaȝ suam mũdi contemptũ et fugit. Scda regio ẽ padisus claustral. Uere claustrũ ẽ padisus:regio vallo discipline munita:in q̃ pciosaꝝ est merciũ fecũda fertilitas. Gloriosa res:homines vnius moris habitare in domo/bonum ⁊ iocũdum habitare fratres in vnũ. Uideas illum peccata sua deflentẽ:aliũ in dei laudibꝰ exultantem:hũc hominibꝰ ministrantem:illũ alios erudientem:hũc orantem: illũ legentem:hũc miserentem:illũ peccata punientem:hũc charitate flagrantem:illũ hũilitate pollentem:hũc in prosperis humilem/illũ in aduersitate sublimem:hũc in actiua laborantem/illũ in contemplatiua quiescentẽ:⁊ poteris dicere castra dei sunt hec. Et terribilis est locus iste:non est hic aliud nisi domꝰ dei ⁊ porta celi. Quid tibi ergo fidelis anima in his nundinis est consecrandũ? Perambula virtutes cohabitentiũ in domo dñi virtutũ: et fac inde sarcinam tuã:formã viuendi. Que piꝰ habitabas in regione vmbre mortis:transi ad regionẽ vite ⁊ veritatis. Tertia regio est regio expiationis. Tria sunt loca q̃ mortuoꝝ anime pro diuersis meritis sortiunt:infernꝰ/purgatoriũ/celũ. In inferno impij:in purgatorio purgandi:in celo pfecti. Qui in inferno sũt redimi non possunt:qꝛ in inferno nulla est redẽptio. Qui in purgatorio sunt expectant redemptionẽ:piꝰ cruciandi: aut calore ignis:aut rigore frigoris:aut alicuiꝰ grauitate doloris. Qui in celo sunt/gaudio gaudent advisionẽ dei:xp̄i fratres in natura:coheredes i gloria:similes i eternitate iocũda. Qꝛ igit p̄mi redimi non possunt:tertij redẽptiõe nõ indigẽt:restat vt ad medios transeamꝰ per cõpassionẽ:quibꝰ iuncti sumꝰ per hũanitatem. Uadã in istam regionẽ ⁊ videbo visionẽ hanc grandẽ:quõ pius pater glorificandos filios in manu tẽptatoris relinquat/non ad occisionẽ sed ad purgationẽ:non ad iram sed ad misericordiam:non ad destructionẽ sed ad instructionẽ:vt iaȝ nõ sint vasa ire apta in interitũ:sed vasa misericordie preparata ad regnum. Surgam ergo in adiutoriũ illis:interpellabo gemitibꝰ: implorabo suspirijs:orationibꝰ intercedam:satisfaciam sacrificio singulari:si forte videat dñs ⁊ iudicet:vt laborẽ conuertat in requiem/miseriam in gloriam:verbera in coronam. His eniȝ et huiusmodi officijs:potest eoꝝ penitẽtia resecari:finiri labor destrui pena. Percurre ergo quecũq es fidelis anima regioneȝ expiationis:⁊ vide qd in ea fiat:⁊ in nũdinis istis fac sarcinam tuam affectũ compatiẽdi. ¶ Quarta regio est:regio gehẽnalis. O regio dura ⁊ grauis:regio extimescenda:regio fugiẽda: terra obliuionis/terra afflictionis:terra miseriaꝝ:in qua nullꝰ ordo/sed sempiternus horror inhabitat. Locꝰ letifer in quo ignis ardens:vbi frigus rigens/vermis immortalis/fetor intolerabilis/mallei pcutientes:tenebre palpabiles/cõfusio petõꝝ:inundatio viculoꝝ:horribiles demonũ facies. Torꝰ tremo atq horreo ad memoriã istiꝰ regionis:⁊ ꝯcussa sunt oĩa ossa mea. Quõ cecidisti lucifer:q̃ mane oriebaris. Ois lapis preciosus operimentum tuũ:modo subter te sternit tinea:et operimentũ tuum vermis. O deꝰ quanta distantia inter operimentũ preciosi lapidis:et operimentũ vermis:inter delicias paradisi/⁊ tineã corrodentẽ inferni. Scio qꝛ paratꝰ est ille ignis diabolo:⁊ angelis eius ⁊ hoibꝰ similibꝰ eius:vbi sine fine finientur:sine morte morient:torquebunt sine cessatione. Uiuẽs igitur in infernũ descẽde:percurre mentalibꝰ oculis tormentoꝝ officinas:fuge scelera ⁊ vitia:pro q̃bus scelerati homines et vitiosi perierũt. Habe odio iniquitatẽ:⁊ dilige legẽ domini:⁊ tã formidolosis nũdinis fac sarcinã tuam odium peccati. ¶ Quinta regio est:paradisus supercelestis. O beata regio supernaꝝ virtutũ:vbi beata trinitas a beatis facie ad faciẽ videt:vbi illa sublimia agmina sublimi pennaꝝ applausus sctũs/sctũs dñs deꝰ sabaoth clamare nõ cessant. Locus est voluptatis:vbi torrẽte voluptatis potantur iusti. Locus splendoris vbi iusti fulgẽt sicut splẽdor firmamẽti. Locus leticie:vbi leticia sempiterna super capita eoꝝ. Locus abũdantie:vbi nihil deest videntibꝰ eũ. Locus suauitatis:vbi apparet dñs suauis vniuersis. Locus pacis:vbi in pace factus est locus eiꝰ. Locus admiratiõis:vbi sunt mirabilia opera eiꝰ. Locus satietatis:vbi satiabimur cũ apparuerit gloria eiꝰ. Locus visionis:vbi videbit magna visio. O regio sublimis/plena diuitiaꝝ/de valle lachrymaꝝ suspiramus ad te:vbi sapiẽtia sine ignorãtia:memoria sine obliuione:intellectus sine errore:ratio sine obscuritate splendebit. Regio in qua dñs transiens ministrabit electis suis.i. talẽ se qualis est ostendet. Illic erit deꝰ omnia in omnibus:vbi reruȝ vniuersitas mirabiliter ordinata/dabit creatori gloriã:leticiã creature. Curre igitur spiritualis anima oculis desideriorum per regionem istam:⁊ vide regem glorie in decore suo gloriosum:stipatum legionibus angeloꝝ sanctoꝝ ornatum agminibus:deponentem superbos:humiles exaltantem: dãnantem demones:homines redimentẽ:⁊ dic. Beati qui habitant in domo tua domine:in secula seculorum laudabunt te. Cũ ergo mente perceperis tã preciosas nundinas:mercimonia tam preclara:construe sarcinam tuam amorem dei. Uidisti regiones:animaduertisti nũdinas: sarcinam construxisti:et beatus es. Negociare ergo dũ veniat dominus deꝰ tuus: vt ei dicere possis. Dñe quinq talẽta tradidisti mihi:ecce alia q̃nq superlucratus sum:⁊ audire merearis. Intra in gaudium domini tui sponsi ecclesie:qui est benedictus in secula. Amen.

Esaie .xl. · *Eccli .xl.* · *p.xxxviij.* · *ps.iiij.* · *Actu.viij* · *p.xxxviij.* · *ps.cxxxij.* · *gen.xxxij* · *Esa.xiiij.* · *eze.xxviij* · *Esa.xiiij.* · *mat.xxv.* · *Apo.iiij.* · *ps.lxxxiij* · *Mat.xxv*

¶ Parabola de fide:spe et charitate.

Rex nobilis et potens tres habuit filias: fidem/spem/⁊ charitatem:his delegauit ciuitatem eximiam:humanã animã. In qua cũ tres sint arces: rationabilitas/ꝯcupiscibilitas/irascibilitas vnicuiq suã cõtradidit:fidei primã:spei secũdã:charitati tertiã. Rationabilitati preficit fides:qꝛ fides non habet meritũ vbi hũana ratio prebet experimẽtũ. Cõcupiscibilitati spes:qꝛ cõcupiscere nos nõ licet q̃ videmus sed que speramus:⁊ spes que videt non est spes. Irascibilitati charitas: feruor scȝ feruori:vt feruor virtutis feruori nature dominetur:imo feruor naturalis attolat se in feruorem virtutis. Ingresse ille vnaqueq pro posse suo domũ suam ornat ⁊ procurat. ¶ Custodẽ ergo domus sue in rationabilitate fides ponit prudentiã:vt suũ ius in ea sibi conseruet:⁊ rationẽ sub legibꝰ fide et intra terminos a fide positos cohibeat. Ut auteȝ fiducialiter in domo ageret:addidit ⁊ obediẽtiã. Ut obedientia processum operis ⁊ tolerantiã haberet laboris:subdidit ⁊ patientiam. Ut aũt etiã inferiorẽ actuũ vel sensuũ familiã regere bene posset ⁊ dispensare:ipsas ei dispẽsationẽ subiecit. Ut sm apostolũ honeste:⁊ sm ordinẽ oĩa fierent:addidit ⁊ ordinẽ. Ne maledictio intraret domũ. (Maledicta omnis domus indisciplinata) custodem in porta posuit disciplinã. ¶ Spes aũt in concupiscibilitate domui sue sobrietatẽ prefecit vt ius suũ in ea sibi conseruaret:⁊

j.cor.xiiij.

ret/et principale eius sibi semper seruire compelleret. At aūt inferiorem volūtatū et voluptatū familiā discrete regere sufficeret: ipsa ei subdidit discretionem. Cui etiam contra concupiscentiā carnis addidit continentiā: cōcupiscentiā oculorū constantiā: contra ambitionē seculi humilitatē. Et ne egestas intraret domū (vbi enim multa verba sunt sicut dicit Salomō ibi multa egestas) silentiū custodē posuit in limine. ¶ At charitas suā domū ad austrū et meridiē positā: amice sibi pietati cōmisit: suprīuū omne ei tradidit: subdens ei ad obsequiū/primū mundiciā corporis: deinde congruas exercitationes: videlicet lectiones/meditationes/orationes/et spirituales affectiōes. Et ne ingressa domū miseria conturbaret beatitudinē filiorū dei: qui in septimo gradu. i. in perfectione beatitudis positi in domo charitatis ludunt et iocundanē beati pacifici: ipsam pacem custodē in porta cōstituit. Sic ordinatis domibus suis: totius ciuitatis quasi prepositum quēdā economū posuerunt liberū arbitrium. Quo peracto: redeunt in domū patris/puelle regine. Inimic⁹ homo superueniens ordinē et gloriā ciuitatis videns et inuidēs machinatur insidias: et ingredi cupiēs corruptis duobus de principibus ciuibus discretione/et dispensatiōe: vniuerse malicie sue exercitū introduxit p portas rōnabilitatis et ↄcupiscibilitatis. Preposit⁹ ciuitatis liberū arbitriū: q toti⁹ ciuitatis dimissus erat custos arbiter, paterfamilias qppe pegre pficiscēs dedit/seruis suis potestatē cuiuscꝫ operis) ligat vinculis ferreis et in carcerem mittit. Precipitatis de arce rationabilitatis custodib⁹ suis mox contra fidē blasphemia inducit. Cū qua irruentes contra dictiones/cōmotiones/et cōfusiōes: ceteracꝫ huiusmodi turba cūctacꝫ sibi diripientes: sibicꝫ quicquid libeat vendicantes: in rationabilitate nihil rationis reliquerunt: et ianitore perēpto/scꝫ disciplina: omnib⁹ intrandi et exeudi copiā prebuerūt. Porro in domū spei (cōcupiscibilitatē scꝫ) ingressa/et oia sibi vendicans dna luxuria: totam eā de superioribus deiectā ad ima deuoluit: et concupiscentie carnis continentiā/cōcupiscētie oculorum constantiā/ambitioni seculi hūilitatē cōculcandā tradidit et illudendā. Et perempto silentio ianitore: omnibus et intrantibus et exeuntibus fecit portā patere. Sobrietatē vero et socias sobrietatis virtutes/aut occidit/aut incarcerauit: aut in exiliū destinauit. Exinde ad superiorē ciuitatis arcē conscēdit: et pace ianitore et custode summe beatitudinis perempto: miseria ingreditur. Mox enim domina superbia ascendens in arcem (supbia enim eorꝫ qui te oderūt ascendit semper) pietatem de ea impie deturbauit: totamcꝫ illam pietatis et pacis familiā morte vl exilio dānauit. Jam quicūcꝫ vult sanctuariū dei ingreditur: quecūcꝫ sancta in eo: quecūcꝫ hacten⁹ filijs leui tantū accessibilia erant et visibilia: iam prophanata: iam direpta ab inimicis/in babilonem transferunt: et de vasis tēpli concubinis regi babilonij propinat. Sic capta est et confusa tota ciuitas. Scdm gloriam eius facta est ignominia ei⁹. Confusis omnib⁹: ad dominas tristis: nūcius venit perdite ciuitatis. Conturbate ille: pedib⁹ patris prouoluunt auxiliū deprecantes. Causante illo et custodis liberi arbitrij arguente negligentiam: quid inquiūt o pater liberū arbitrium potest sine adiutrice gratia? Et ego inqt dabo gratiam: sed premittend⁹ est timor. Ipse enim precibit ante illam parare vias ei⁹. Egressus timor a facie dni venit ad ciuitatem: baculū habens disciplinę in manu ei⁹. Inuenitcꝫ portam difficultatis obseratam et obfirmatam vectib⁹ male consuetudinis. Janitor procax et improbus carnis lasciuia in portis aderat: q timori satis infest⁹: opprobrijs et conuitijs eū fatigabat. At ille facto impetu fiducie: frangens vectes male consuetudinis: portas dirruens difficultatis: miserū illū corripit: et baculo eū disciplinę quem tenebat vscꝫ ad mortē perurget. Staticꝫ signū aduenientis gratie super portas eleuans: totam ciuitatem vertit in timorem. Post quem gratia ingreditur ciuitatem secū totū illum virtutū celestiū exercitū adducens. Mox pars inimica dispargit: virtutes vero ad nota presidia recurrunt. Procedentes illico et seipsas deceptas fuisse accusantes/discretio/et dispēsatio/veniam precantur: prodit de vinculis et ad occursum domine gratie festinat arbitrium: sub regno gratie nunc tandē se sperans fore liberum. Fercula preparantur filiabus regis domus sue: et mense ponuntur congrue. In mensa quippe fidei panis ponitur doloris/et aqua angustie: et cetera penitentie fercula. In mensa spei/panis confortans: et oleū exhilarans faciem: et cetera consolationis fercula. In mensa charitatis panis vite: vinūcꝫ letificans: et oēs delicie paradisi. Jam ingrediunt et epulantur: et custodiunt ciuitatem. Sed nisi domin⁹ custodierit ciuitatem: frustra vigilat qui custodit eam.

Prouer. xiiij.

Fo. lxxiij.

Fo. cxxxvi.

¶ Parabola de nuptijs filij regis: et de ornamētis spōse sue.

Filius regis supercelestis hierlm egressus est vt cōtemplaret regna patris sui inferiora. Qui circūspectis oibus: egressus ad patrē ait. Pater oia regna terrarꝫ circuiui: et que i oibus agerent diligenter aspexi. Clamorē etiā sodomorꝫ q ad te ascēderat: verum esse cōperi: et vltione digna pugniri. Sed iā tps est vt in futurū mihi prospiciā: vxorē ducā: filios procreē: familiā tā p me regam. Sponsam que mihi habenda cōplacuit: in domo regis babilonici vidi. Quā rex ille captiuā tenet: et ne q sit valeat cognosci: vilibus ac sordidis vestib⁹ eam induit. Ad hec pater ad filiū. Absit inqt a te vt rem istā facias coeterne et consubstātialis mihi vnice fili. Eth (opilla illa de qua dicis: non est ↄdigna tuo generi vel tue immensitati. Ad quē fili⁹. Firū inqt habeo i me et vxorē velle ducere: et nullā nisi hanc mihi cōiūgere. Si ita est inquit pater: tu coetern⁹ et consubstantialis et coomnipotēs mihi in manu habes et illā de captiuitate babilonica liberare: et prout vis tibi sponsam assumere. Statim affuit innumerabilis multitudo angelorꝫ et celestiū agminū: in his nuptijs filio summi regis ministrare sese preparantiū. E qbus vnū scꝫ gabrielē archangelū qui paranymphus ei⁹ fieret elegit. Gabriel elect⁹ filio summi regis ait. En fortitudo tua ego sum: illā tibi quam queris de medio babilone vi rapere si imperas et valeo: et paratus sum. Nō ita agendū est inqt filius regis eterni: violētia nulla babilonico regi iferenda est consilijs occultis et sapientia/q mihi iūgenda est: de captiuitate babilonica est eripienda. Ad mariā virginē de stirpe dauid mysteriū consilij mei a te gabriele est deferendū occulte apud eā in thalamo eius conuiuiū nuptiarū mearꝫ est nunciandū et celebrandū. Ad mariā gabriel archangelus descendit: qd sibi iniūctū fuerat peregit. Sed q eū miserat/antecꝫ nunciaret: iam ad virginē venerat. Ibi nunciatum: ibi celebratū est sanctissimū nuptiarꝫ conuiuiū. Sꝫ nunqd tantus ac talis iste sponsus ad sponsam suā vacua manu venit? Nequacꝫ: sed donatiua detulit: dotata irrogauit. Et qr hiems tpe venit/hiemales vestes primū sue sponse dedit: agninam vcꝫ pelliceā/et capā. Quod vtrūcꝫ fit de agno: sed alterū sine dolore agni. i. lana de q fit capa sumit: alterꝫ vcꝫ pellis: vñ pellicea: abscꝫ dolore graui ab agno non accipit. Sponsus iste agn⁹ est: sicut scriptura testat. Quasi ouis ad occisionē ducet: et qsi agn⁹ corā tondēte se sic nō aperuit os suū. Et alibi. Ecce agnus dei: ecce: qui tollit peccata mūdi. Agnus igit iste de lana sua spōse capam fecit: cū humilitatē verbis docuit dicēs. Discite a me: qr mitis sum et humilis corde. Pelliceā dedit: cū vigilijs: cum ieiunijs: et alijs carnis sue afflictionibus/ad vltimū passiōe crucis: mortificationē carnis sponse ostendit. Capa itacꝫ (qua qui idutus est abscondit) signat hūilitatē: qr q sponsa est xpi latitat: et a seculo cognosci refugit. Pellicea q de mortuis aialibus fit: mortificationē carnis insinuat. Hec aūt hiemis tpe. Paschali do tpe arminea pelliceā dedit: circa collū et circa manū rubeis gulis preparatā. Hec pellicea sunt pdicatores: albi propter resurrectionē quam in christo annunciant: et in sponsam futuram predicant: qui cum passionem christi annunciant: rubeam gulam circa collum portant. Sed quia quidam passionem christi ore predicant: quam corde non sentiunt: de quibus dicit paul⁹: quidam annunciant christum non sincere: existimantes se suscitare: tribulationem vinculis meis: oportet vt quod ore dicunt corde sentiant. Nā min⁹ de ceteris ornata esset: si tm circa collum et nō vscꝫ ad pectus descendētes gulas pelliceas haberet. Circa manus predicatores gulas habent: cū in operibus suis passionib⁹ christi cōmunicant. Igitur pellicea sponso de arminio fit quod candidū est/in significationem leticie spūalis: ob spem future resurrectionis. Circa collū et vscꝫ supra pect⁹ et circa manus rubeis gulis ornata est: quia passionē christi quā ore predicat corde sentit/et operibus attestatur. Dedit etiam christus paschali tēpore sponse sue cordubanos suos/qui signant duo testamenta quib⁹ affectus sponse in terrā tangant mundū: tur: vel signant continentiā et charitatē: que duos affect⁹ quorꝫ alterū ad carnē suā: alterū ad vitia que olim sponsa habuit calceant: e qbus ille qui ad carnē est: continentia sine districtione disciplinę munit: ille q est ad vitia: charitate extinguit. Sꝫ hi cordubani: nisi pfessione ligent et obedientia: e pedib⁹ elabuntur. Multos enim videmus q continentiaꝫ carnis ex charitate habuerūt: vel fm duo testamenta viuere disposuerūt: sed quoniam sub obedientia et pfessione se non ligauerūt: grauiter lapsi sunt. Cordubani itacꝫ sunt vel duo testamenta/vel continētia charitas ligature: pfessio/et obedientia. Dedit etiā christus sponse sue duas chyrothecas. Manus sponse sunt: operatio et contēplatio. Et quis per leuam alibi actiua: per dexterā contemplatiua vita (vt est illud: leua eius sub capite meo et c.) hic tamen p sinistrā contemplatio/p dexteram opatio designatur: hac similitudine/quia sinistram frequenter tenem⁹ sub vestibus absconditā: dexterā vero sepius ad operandū exponim⁹

Ge. xviij.

Esa. liij.

Johan. i.

Mat. xi.

Phil. i.

Canti. ij.

Similiter manus dextera/id est operatio/habet chyrothecam in quinq̃ folliculos ad quinq̃ digitos recipiendos diuisam: q̄ bonū opus debet esse rectum/voluntariū/purum discretū/⁊ firmū. Rectū in intentiōe volūtariū vt nec timore nec aliqua alia fiat coactione/purum vt dū fit/aliqua aura vanitatis non inanescat: discretū vt vltra modū non intendatur: firmū vt perseueret. Sinistra autē id est ꝯtēplatio: habet chyrothecā similiter in quinq̃ diuisam. Nam quinq̃ in cōtēplatiōe sunt/ scꝫ consideratio peccatoꝝ ⁊ gehēne: cōtēptus presentiū ⁊ spes futurorū: iudiciū ⁊ regnū/status corporis post resurrectionē ⁊ glorificationē: spirit⁹ hūanus ⁊ eternitas cū qua vniēdus est. Qui eñ cōtēplatur primū cōsiderat peccata sua qualia ⁊ q̄ta perpetrauit: que cōsiderare non multū ꝓdesset si non ꝓ illis in gehenna puniri metueret: ⁊ ideo cōsiderationi peccatoꝝ recte adiūgitur cōsideratio gehēne. Iterū si ꝯsideraret que ⁊ q̄ta sint tormenta gehēne ⁊ nulla peccatoꝝ memoria haberetur: secura mēs forsitā gehēnā consideraret: cū nulla eā recordatio peccatoꝝ perterreret. Hac de causa in mente contēplatoris vtrūq̃ ⁊ peccata ⁊ gehenna coniūgitur: vt ex vtroq̃ terror incutiat̄. Sed in mente sic perterrita statim suborit̄ cōtemptus presentiū: cui adiuncta est spes futuroꝝ. Sed ne spes mentē dissolutā reddat restringitur per iudiciū: quia ꝯsiderat ad ea que sperauit: trāscunduꝫ esse per illud horrendū ⁊ districtū iudiciū. Sed terrorē/de iudicio/consolatur regnū: et ideo iudicio subiūctuꝫ est regnum. In quo regno consideratur quid erim⁹: ⁊ primū stat⁹ corporis/erit immortale ⁊ impassibile: deinde gl'ificatio/q̄ erit ieffabilis pulchritudinis ⁊ prefulgidū sicut scriptū est. Fulgebunt iusti sicut sol. Post hec consideratur beatitudo anime: si ipsa aīa consideratur ⁊ deus cui vnienda est: qđ est vltimū ⁊ ꝯsummatio omniū. Hec autē quinq̃ que cōtēplatione consideramus: per quiq̃ fenestras videntur. Fenestra ex aere ⁊ pariete constat. Nā vbi est paries continuus: nulla est fenestra: item vbi est aer absq̃ pariete: nulla fenestra/sꝫ paries admittēs intra seipsum aerem: vocatur fenestra. Christus vero est ex humanitate quasi pariete / et diuinitate intra humanitatē lucēte. Itaq̃ christus fenestra est: immo quinq̃ fenestre in eo considerant̄: scꝫ incarnatio/conuersatio/doctrina ei⁹/resurrectio: ⁊ ascēsio. Per illas quinq̃: quiq̃ que de cōtēplatione dicta sunt videntur. Nam per incarnationē christi/multis manifestata sunt pctā: ⁊ gehenna que pri⁹ non attēdebant̄. Cōuersatio ei⁹ apte docuit p̄ntia ꝯtēnere: ⁊ ad futura spē dirigere. In doctria ei⁹ satis de iudicio ⁊ regno. In resurrectiōe eius ōnsus ē stat⁹ corp̄is ⁊ glorificatio: q̄ q̄lis ipe/tales ⁊ sui futuri sūt ꝓ modulo suo. In ascēsiōe aūt q̄ntulūcūq̃ reuelatū est quomodo spūs noster cū deo vniēdus est. Homo enī ille quomodo sine omni vehiculo: absq̃ omnis creature adminiculo ascēdit: sic ⁊ spūs noster post eū tādē ascēdet. Itaq̃ chyrothece sponse in manu dextera sunt .i. in actione: q̄ ipm op⁹ sit rectum voluntariū/purū/discretū/⁊ firmum. In sinistra manu: id est contemplatione/q̄ primū considerant̄ peccata ⁊ gehēna: deinde sequat̄ cōtempt⁹ presentiū ⁊ spes futuroꝝ: post iudiciū et regnū subiungat̄ status corporis ⁊ glorificatio: ad vltimum vnitio spūs nostri cū deo. Christus ascendens hec oīa in sponsa consummauit: et eā conseruandam apostolis cōmisit: ⁊ ne ab hierosolymis discederent precepit donec induerent̄ virtute ex alto. Post dies decē ipo scꝫ die penthecostes exercitū marinū et fortē misit e celo .i. spiritū sanctū: qui contulit eis pacē ⁊ gaudium: ⁊ ceteros fructus spūs quos enumerat apostol⁹. Quib⁹ facti constantes ⁊ fortes: hostiles cuneos aggrediunt̄: ⁊ petrus vna die quinq̃ milia ⁊ alia die tria milia de iudeis ad xp̄m cōuertit. Quib⁹ gestis aūt apostoli. Absit vt dn̄a nostra xp̄i spōsa pedes amplius gradiat̄: queram⁹ ei animal quo subuehēte celerius ⁊ honestius quocūq̃ eundū est deferat̄. Sed hoc nō erit equus: q̄ animal sup̄bie ⁊ discordie est: nec asinus q̄ fatuus et immūdus: sed mulus q̄ firmiter ⁊ mature gradit̄. Mulus itaq̃ sponse datur: q̄ populus ex iudeis ⁊ gentib⁹ ad fidem conuersus est. Sicut eñ mulus ex diuersis aīaliū speciebus nascit̄: sic primitiua ecclesia ex diuersis populis collecta ē: vꝫ ex iudeis et gentibus: vel de presumentib⁹/ ⁊ desperantib⁹. Christus enī diuersis ⁊ cōtrarijs infirmitatib⁹ laborantes miro modo sanauit: ⁊ vno medicamine .i. cruce sua eos qui nimis ꝯfidentes aut desperantes fuerūt. Et adhuc sunt q̄ dicūt re mea content⁹ sū: et nulli vnq̄ p̄ vim rapui aliq̄d/⁊ similia: ⁊ quid est quare de vita desperē: ⁊ gehennē meā? Sed si isti attendūt q̄ xp̄s qui peccatum nō fecit: nec dolus inuent⁹ est in ore ei⁹ morte tñ turpissima .i. cruce vitā finiuit: deficiūt a superbia sua: ⁊ timore cōterriti: ad humilitatē ⁊ ad cōmunicandū passionib⁹ xp̄i ꝯuertuntur. Sunt iterū qui tot ⁊ tantis facinorib⁹ inq̄nati sunt: vt sibi indulgeri diffidant. Sed si ipsi attendant q̄ xp̄s nō pro se: sed ꝓ peccatoribus sustinuit: sꝫ eñ sumūt/⁊ a desperatione sanant̄. Itaq̃ xp̄s sua cruce ⁊ presumentes sanat: quia innocens passus est: et desperantes: quia pro peccatorib⁹ sustinuit. Et ex his diuersis peccatoribus ecclesia congregata mulus est: quē apostoli sponse preparant. Et ei in talib⁹ quiescenti: ⁊ per eos ad diuersa p̄gredienti/dant calcar vnū scꝫ amorem sponsi: quo suos proficisci compellat. Dant ⁊ flagellū quo retro percutiat: quia perpetratis iniquitatib⁹ anxiant̄. Multiplicata ⁊ dilatata sctā ecclesia: apostoli peracto agone sui certaminis de vita decedentes/ eam martyrib⁹ regendā cōmitūt. Illi aūt pro ea viriliter decertantes: ⁊ in defensione eius sanguinē suū fundentes: dicūt. Apostoli mulo vno dominā nostram donauerūt: equū est ⁊ nos in ornatū eius ⁊ decorē aliq̄d conferre. Et q̄ iam estas incaluit grossiorib⁹ indumentis non est oneranda/nouū aliquid faciamus ei decoris ⁊ subtile: variū scilicet mantellū: rubea purpura coopertū. Varii istud mantellum sunt sancti martyres ex parte virgines: qđ signat albū: ex parte vidue vel coniugati: q̄ signātur medio colore ⁊ vario. Rubeū superponit̄: q̄ pro christo trucidati sanguine respergūtur. Et hi suis temporib⁹ viriliter rexerunt ecclesiā: prouexerūt ⁊ munierūt. Quib⁹ decentib⁹ successerūt sancti doctores ⁊ magnifici ꝯfessores: ambrosius hieronymus: hilarius/augustin⁹/⁊ similes. Videns aūt dyabolus aperto bello qđ ꝯtra ecclesiam tempore apostoloꝝ ⁊ martyrū gesserat se nihil ꝓfecisse: sed eā tribulationib⁹ magis creuisse ⁊ profecisse: ad fraudulētas ⁊ occultas persecutiones ꝯuertitur: scilicet vt aliquos ex membris ei⁹ seducat: per quos negociū sue malicie tanto efficatius q̄to occultius peragat. Instruit itaq̃ arriū suis artibus/pelagiū ⁊ fotinū et his similes: q̄ ministros christi se simulantes: sponsam ei⁹ longe in deuiū ducant. Quod percipientes sancti doctores occurrūt: disputationibus confligunt: confutant hereticos: ⁊ dominā suā ad viā veritatis reducunt. Cui reducte: q̄ diū per deserta arrij ⁊ deuia pelagij graditur: vestes ei⁹ aliquantū attrite erant/paludamentū de samito faciunt: id est vita sua pudica/⁊ honestis suis moribus eā adornant. Ecce iam victus hostis: ⁊ in apertis persecutionib⁹/⁊ occultis hereticoꝝ seductionib⁹: Iam sponsa nullo contra occurrente: cū multo comitatu graditur: adhuc tamē coluber tortuosus eā spoliare conatur: ⁊ cū iam in via non possit: iuxta viā laqueos parat: ibi tentoria sua erigit. Et hic quidem trapezetas suos cū multo auro ⁊ argento exposito sedere facit: illuc autē venditores vestiū cum multo ⁊ vario apparatu diuersoꝝ ornamentoꝝ: alibi vendentes cibos oīm generū collocat: alibi vendētes vina ⁊ oīm potionū generat tabernas disponit: alibi triūphales arcus gloriantiū in pompa seculari erigit: choreas puellarum ⁊ omniū incitamenta libidinum ostendit. Qui sapiēs est cum sponsa gradit̄: sponse recta via gradienti adheret. Fatui ⁊ vecordes viā deserunt: ⁊ in tabernaculis diaboli esse iocundantur. Nā quicūq̃ argentū diligit/auri specie capit̄: ⁊ hec xp̄o preponit: i tabernaculis diaboli demorat̄. Similiter q̄ veste preciosa: q̄ cibis lautiorib⁹: qui vino mellito ⁊ alijs potionū preciosaꝝ generib⁹/qui in mulierib⁹: qui in iocis: in seculi cantionib⁹ delectatur: ⁊ hec xp̄o preponit: in tentorio diaboli est. Quid etiaꝫ dicam de illis q̄ cum ecclesiā dei regere debeant: ingredientes viā/ea que in tētorijs diaboli sunt admirantes circūspiciunt ⁊ cōcupiscunt: ⁊ nō hñtes vñ concupita sibi cōparent ornamenta sponse sue diripiunt/⁊ inexplēdis malis cōcupiscētijs suis turpiter insumunt: Ita vndiq̃ lacerata circa humeros: vt paꝝ q̄d de amictu .i. paucos monachos ⁊ paucos regulares canonicos et de alijs generibus hoim fere nullum retineat.

Sermo cuiusdam ad clerum in concilio remensi congregatum.

Graue est qđ mihi iniungit̄ vꝫ vt doceā doctores: instruā p̄res. Presertim cū scriptū sit. Interroga patres tuos: ⁊ ānunciabunt tibi. Sꝫ p̄cepit mihi moyses iste cuius man⁹ graues sunt: cui obedienduꝫ est nō solum a me: sꝫ etiā ab oibus. Et plus q̄ moyses hic moysi cōmissa fuit vna plebs israelitica isti aūt vniuersa ecclesia. Et plusq̄ angelus hic. Cui eñ angeloꝝ dixit aliquando de⁹: quecūq̃ ligaueris sup terrā erunt ligata ⁊ in celis? Secūm officium dico: nō s̄m meritū. Preter deū nō est sibi ei: nec in celo nec in terra. Hic est petrus q̄ misit se in mare: cū alij discipuli nauigarent ad iesum. Vnusquisq̃ vestruꝫ content⁹ est nauicula sua: hoc est archiepatu suo: abbatia sua: ꝑpositura sua: iste autē misit se in oēs archiepiscopat⁹/abbatias ꝑposituras. Hoc mare magnū ⁊ spaciosum manib⁹: illic reptilia quoꝝ nō est numerus. Et vobis dico fratres mei epi: multū exaltauit vos deus. Vos estis sal terre sicut dicit dn̄s in euāgelio. Vos estis lux mūdi. Ego dixi dij estis: ⁊ filij excelsi oēs. Verumtñ sicut homines moriemini: ⁊ sicut vn⁹ de pricipib⁹ cadetis. Vbi sapiēs: vbi scriba: vbi cōquisitor hui⁹ seculi? Nōne sicut hoies morient̄? Et nōne sicut vn⁹ de principib⁹ cadēt? Vnde cadent vel quo? De latere dn̄i: in ꝓfunduꝫ inferni. Fres duo mala magna restant: mors vꝫ ⁊ iudicium. Dura est eñ cōditio mortis: ⁊ idcirco rarus est q̄ velit mori.

Mat. xiij.
Lu. xxiiij
Actuū. ij.
Gal. v.
Actu. iiij.
Actuū. ij.
j. Petri. ij
Deut. xxxij.
Exo. iij.
Mat. xvj.
Joh. xxj.
Ps. ciij.
Mat. v.
Ibidem.
Ps. lxxxj.
j. Cor. j.

qui velit mori. Sz que cura mori: cū hec sit via vniuerse carnis? Lya quo ibo a spiritu tuo: ꝛ quo a facie tua fugiam: cum dicat aplus. Omnes nos representari oportet añ tribunal xp̄i: vt referat vnusquisq3 ratione de his que gessit in corpore: siue bonū siue malū? Fratres aliā synodū ꝓnuncio vobis: vbi dn̄s deus sedebit in iudicio: ꝛ ibi oēs nos oportet representari: ꝛ ibi de⁹ iuste iudicabit orbē terrarū. Hic includitur iniusticia in marsupio. Sed iuste iudicabit deus in illo iudicio: ꝛ ibi oēs nos opz representari (nisi forte qđ dici nefas est mentiaƙ apostolus) siue sit papa/ siue cardinalis/ siue archiepiscopus/ siue ep̄s/ siue diues siue pauper/ siue doct⁹/ siue idoctus: vt referat vnusquisq3 ratione de his que gessit in corpore: siue bonuz siue malū. Et si reddenda est ratio de his que quisq3 gessit in corpore suo: heu quid fiet de his q̄ quisq3 gessit in corpore christi qđ est ecclesia? Ecclesia dei vobis cōmissa est: ꝛ dicimini pastores: cuz sitis raptores. Et paucos habemus heu pastores: multos aūt excommunicatores. Et vtinā sufficeret vobis lana ꝛ lac: sititis em̄ sanguinē.

Psalm. cxxxviij. — ij. Cor. v.

¶ Quatuor tamē in his q̄ presunt in ecclīa dei, necessaria esse pre omnibus reor: videlicet vt ꝑ hostiū intrent/ vt in humilitate se cōtineant: auariciā declinēt: mundiciam tam corde q̄3 corpore seruare studeāt. Sed quid prodest si canonice eligātur (qđ est per hostiū intrare) et non canonice viuant? Dixit dominus ad duodecim. Nonne ego vos duodecim elegi et vn⁹ ex vobis dyabolus est? Domie iesu cū esset electio illa i manu tua ꝛ non haberes aliquē cōtradicentē ꝛ reclamantē tibi: quare elegisti dyabolū episcopū? Cur bone iesu nō elegisti bonū ꝛ iustū ꝛ sanctū: sicut petrus bonus iustus ꝛ sanctus fuit? Uel si elegisti dyabolū: cur te iactas elegisse? Fratres: sic facit iesus hodie eligens sibi multos dyabolos episcopos. Ubi ꝓhdolor reperimus episcopos: qui post adeptā dignitatē in humilitate se contineant? Nempe superbia eis occasio est vt ad tantā dignitatē aspirent: vt in ouile christi impudenter irrumpāt: cū tamen per psalmistā dn̄s dicat. Non habitabit in medio dom⁹ mee qui facit superbiā. Jesus aūt in medio est: nō in angulo. Un̄ ipe i euāgelio. Ubi duo inquit vel tres congregati fuerit in nomie meo in medio eoꝝ sum. Et iterū. Jesus autē transiens per mediū illoꝝ ibat. Et in libro sapientie. In medio inquit ecclesie aperuit os eius. Et rursus in euangelio diciƙ. Stetit iesus in medio discipuloꝝ suorū. Ue mihi dn̄e iesu si tecū ero in domo tua: ꝛ non in medio domus tue. At isti non sic. Sunt quidē cū iesu: sed nō in medio domus eius quia amant ꝛ faciunt superbiā: parentes suos extollentes: pauperes autē negligētes ꝛ deprimētes. Male viuūt: ꝛ subiectos male viuere volūt. Et idcirco comparanƙ apostate angelo q̄ dixit in corde suo. Ponā sedē meā ad aquilonem ꝛc. Quid est diabolum ad aquilonem sedem velle ponere: nisi superbū quempiam ꝛ impium suꝑ suos similes a charitatis calore vel sapientie luce alienos principatum appetere: vel adeptum tenere? Talis erat absalon suꝑ filios israel: patri suo rebellis: principatum appetens. Talis erat hieroboā q̄ peccauit et peccare fecit illos israel in vitulis aureis. Tales fuerūt scribe ꝛ pharisei: ꝯtra quos ait dn̄s. Ue vobis scribe ꝛ pharisei qui clauditis regnū celoꝝ ante hoīes: vos em̄ nō intratis: ꝛ introeūtes nō sinitis introire.

Quatuor his q̄ presunt necessaria. — Joh. vi. — mat. xviij. — Luc. iiij. — Eccli. xv. — Lu. xxiiij. — Esa. xiiij. — ij. reg. xv. — iij. reg. xij. — mat. xxiij.

Porro ep̄i hui⁹ tp̄is auariciā quō declinent? Qđ em̄ sine miserabili gemitu dicendū nō est: xp̄i opprobria/ sputa/ flagella/ clauos lanceā/ crucē ꝛ mortē: hec oia i fornace auaricie ꝯflant/ ꝛ ꝓfligāt in acq̄sitionē turpis q̄stus: ꝛ precium vniuersitatis suis marsupijs icludere festināt: hoc solo sane a iuda ischariotis differētes: q̛ ille hoꝝ omne emolumentum denarioꝝ numero cōpensauit: isti voraciori ingluuie lucroꝝ/ infinitas exigunt pecunias. His insatiabili desiderio inhiāt: pro his ne amittant timent: ꝛ cū amittunt dolēt. Haꝝ in amore q̄escunt q̄3tum dūtaxat liberꝝ est eis arbitrium aceruandi vel augmentādi cura. Animaꝝ nec casus reputaƙ nec salus. Nō sunt ꝑfecto matres: q̄ cū sint de crucifixi patrimonio nimiū incrassati/ impinguati/ dilatati: nō ꝯpatiunƙ suꝑ ꝯtritōe ioseph. Archipresbyter circuit obedientiā sibi creditā: ꝛ vt ipleat saccū suū: tradit sanguinē iustū. Uendit nēpe homicidia/ adulteria/ incestus/ fornicatiōes/ sacrilegia: periuria/ ꝛ vsq3 ad summū implet manticā suam. Fama igiƙ volāte innotescit ep̄o talis q̄stus: ꝛ accersito archip̄sbytero: da mihi (inquit) partē meā. At ille. Nihil dabo tibi. Ecōtra ep̄s/ si nō dederis mihi (inq̄t) partem meā: auferam tibi oia. Fitq3 altercatio maxima: et ꝑpter auariciam fit discordia. Postea vero archip̄sbyter reuoluēs secū q̛ auctoritate ep̄i fungaƙ potestate ista: ꝛ q̛ sine grā ipsi⁹ nihil possit (puer se ꝯuersus) penitet inq̄t me/ accipe partē tuā/ ꝛ insuꝑ de mea qđ bn̄placitū fuerit: ꝛ recōcilianƙ. Heu sicut herodes ꝛ pilat⁹ recōciliati sunt: ꝛ xp̄s crucifix⁹ est: sic, nihilomin⁹ isti recōcilianƙ: et paupes xp̄i spoliati sunt. En tēpora ista plane feda a negocio ꝑambulāte in tenebris: quapropter ve ḡnationi huic a fermento phariseoꝝ: qđ est hypocrisis: si tn̄ hypocrisis dici debet que iaz latere pre abundantia nō valet/ ꝛ pre impudentia non q̄rit. Et sic serpit hodie putrida tabes ꝑ omne corp⁹ ecclesie: quo lati⁹/ eo desperati⁹: eoq3 periculosi⁹ quo intestinius. Nam si insurgeret apert⁹ heretic⁹/ mitteretƙ foras ꝛ arescerit: si violentus inimic⁹: absconderet si q̄s forsitan ab eo. Nūc quomodo eiciet: aut quomodo abscondet se? Omnes amici ꝛ inimici: oēs necessarij: omnes domestici ꝛ nulli pacifici: ꝛ q̄ sua sunt querūt omnes. Ministri christi sunt ꝛ seruiunt antichristo: honorati incedunt de bonis domini: cui honorem non deferunt. Unde hinc est eis quem quotidie vidēm⁹ meretrici⁹ nitor: hystrionic⁹ habitus: regi⁹ apparat⁹. Inde aurū in frenis: aurū in sellis ꝛ in calcarib⁹. Plus nitent calcaria: q̄3 altaria. Inde mense splendide: ꝛ cibis ꝛ cyphis. Inde comessatiōes ꝛ ebrietates Inde cythara et lyra et tybia: redūdantia torcularia ꝛ promptuaria plena: eructantia ex hoc in illud. Inde dolia pigmētaria: inde referta marsupia. Huiusmodi sunt ꝛ volunt esse ecclesiaꝝ prepositi: decani/ ep̄i ꝛ archiep̄i. Nec em̄ hec merito cedunt: sed negocio illi qđ perambulat in tenebris. Olim predictū est: ꝛ nunc tp̄s impletiōis aduenit: ecce in pace amaritudo mea amarissima. Amara prius in nece martyꝝ: amarior post i cōflictu hereticoꝝ: amarissima nūc in morib⁹ domesticoꝝ. Nō fugari: nō exterminari possunt: ita inualuerunt: ita multiplicati sunt super numerū. Intestina ꝛ insanabilis est plaga ecclesie: ꝛ iō in pace amaritudo mea amarissima. Sed in qua pace? Pax est: ꝛ nō est pax. Pax a paganis: pax ab hereticis: sed non ꝑfecto a filijs. Uox plangētis in tp̄e isto. Filios enutriui ꝛ exaltaui: ipsi aūt spreuerūt me. Spreuerūt et inualuerunt a turpi vita: a turpi questu/ a turpi cōmercio: a negocio perambulāte in tenebris: supest vt iam de medio fiat demoniū meridianū ad seducendos si qui in xp̄o residui sunt adhuc persistentes in simplicitate sua: siquidez absorbuit fluuios sapientiū ꝛ torrētes potētū: ꝛ habet fiduciā q̛ influat iordanis in os ei⁹. i. humiles ꝛ simplices q̄ sunt in ecclesia: ipe em̄ est antichristus q̄ nō solū se diē sed ꝛ meridiē mentiƙ: ꝛ extollitur supra id qđ colitur vt deus: quē dn̄s iesus interficiet spū oris sui: et destruet illū illustratione aduent⁹ sui. Ecce diximus quales habemus pastores in via hac qua ambulam⁹: nō quales habere opz. Nō sunt oēs amici sponsi: qui hodie sunt sponsi ecclesie. Hincinde assistere cernunƙ: ꝛ vt vulgo aiunt eā quasi adderrare videnƙ. Pauci admodū sunt q̄ que sua sunt nō querāt ex oib⁹ caris ei⁹. Diligūt munera nec possunt pariter diligere xp̄m: q̛ manus dederūt māmone. Intuere quō incedūt nitidi ꝛ ornati: circūamicti varietate: tāq3 sponsa ꝓcedēs de thalamo suo. Nōne si quēpiam taliū repente eminus procedentē aspexeris: spōsam potius putabis q̄3 sponse custodē? Un̄ vero hāc illis exuberare estimes rerū affluentiā: vestiū splendorē: mensaꝝ luxuriaz congeriē vasoꝝ argenteoꝝ ꝛ aureoꝝ: nisi de bonis spōse. Inter hec est q̛ illa pauꝑ ꝛ inops ꝛ nuda relinquiƙ: facie miserāda/ inculta/ hispida ꝛ exanguis: propter hoc nō est hoc tēpore ornare sponsam sed spoliare: nō est custodire sed ꝑdere: nō est defendere sed exponere: nō est instruere sed prostituere/ non est pascere gregē dn̄i sed mactare ꝛ deuorare: dicente dn̄o de illis: qui deuorant plebē meā vt cibū panis: ꝛ iterū/ q̛ comederūt iacob et locū eius desolauerūt: ꝛ in alio ꝓpheta: petā populi comedent quasi dicat: petōꝝ precia exigūt: ꝛ peccantib⁹ solitudinē nō impendunt. Quem dabis mihi de numero episcopoꝝ: qui non pl⁹ inuigilet subditoꝝ euacuandis marsupijs q̄3 vitijs extirpādis? Ubi est q̄ flectat irā? Ubi est q̄ ꝑdicet annū placabilē dn̄o? Propterea relinquam⁹ istos: q̛ nō sunt pastores sz traditores: ꝛ imitemur illos q̄ viuētes in carne/ plantauerūt ecclesiam sanguine suo. Et quidē isti sortiti sunt ministerij locū: sed nō zelū. Successores oēs cupiunt esse: imitatores pauci. Utinā tam vigiles reperirenƙ ad curā q̄3 alacres currunt ad cathedrā: vigilarētvtiq3 sollicite seruātes sibi creditā ecclesiā: immo vero vigilarent pro semetipsis: nec sinerent de se dici. Amici mei ꝛ proximi mei aduersum me appropinquauerūt ꝛ steterunt. Justa omnino q̄rimonia nec ad vllā iusti⁹ q̄3 ad nostrā deferēda etatē. Paꝝ est nostris pastorib⁹ q̛ nō seruāt nos: nisi ꝛ ꝑdāt. Grauiter quippe dimersi obliuiōis somno: ad nullū dn̄ice cōminatiōis tonitruū expergiscunƙ: vt vel sui ipsoꝝ ꝑiculū expauescant: inde est q̛ non parcāt suis/ q̄ nō ꝑcūt sibi ꝑimētes pariter ꝛ pereūtes. Nūc de

Ps. cxliij. — Esa. xx. — ps. xxxix. — Esa. i. — Job. xl. — ij. Thes. ij. — Ibidem. — Ps. lij. — ps: lxxviij. — Osee. iiij. — ps. xxxvij.

dicēdū. Ep̄i vero ꝛ sacerdotes hui⁹ tp̄is castitatis scrimoniaz (sine qua nemo videbit deū) tā in corde q̄3 in corꝑe quō student obseruare? Certe dn̄s dicit in euāgelio ad ep̄os: haud dubium in ꝑmitiua ecclīa. Sint lumbi vestri ꝑcincti: castitatē approbās nō tm̄ sed etiā imperans. Attestatur etiam hanc spūssanctus i lege: q̄ nemini nisi mūdis (ꝛ precipue a mulieribus) panes propositiōis edere sinebat. Unde ꝛ achimelech dauid regi de his panibus cū militibus sumere cupienti non prius concessit q̄3 eos mundos esse a mulieribus cognouisset dicente rege dauid. Si de mulieribus agitur/ mundi sunt ab heri ꝛ nudiustertius: iam tunc significante spiritu sancto neminem ad mensam christi ad illumq3 panem angeloꝝ debere accedere/ nisi purificatū mente

Luce. xij. — j. reg. xxj.

et corpore:ne quod gratia diuina fidelib⁹ preparauit ad salutē indigne sumentib⁹ ad iudiciū fiat ꝛ ad condēnationē. Ipsi autē castitatis insigne qualiter custodiunt:qui traditi in reprobum sensum faciūt q̄ non ꝯueniūt? Que em̄ in occulto fiunt ad ep̄is turpe est dicere. Melius itaq̧ arbitror sup hoc dissimulare ꝛ su persedere:q̄ aliquid vn̄ scandalizenk innocentes ꝛ inexperti di cere. Sed ego cur verecūdor dicere:qđ ipsi nō verecundanƙ fa cere:immo qđ apostolus non verecundatƙ scribere ꝛ predicare. Dicit aūt egregius predicator. Sic masculi in masculos turpi tudinem operantes:ꝛ mercedē sui erroris recipientes. Fratres factus sum insipiens:vos me coegistis.

Roma.i.

¶ Sermo ad pastores In synodo congregatos.

Reuerendissimi patres et dn̄i: ecce lecta sunt verba sancti euangelij in auribus vestris:ꝛ vtinā diligen ter intellecta ab vniuersitate vestra. Intellect⁹ bo nus omnibus faciētibus ea. Seculares in speculis suis visu cognoscere solent pulchritudinē aut turpi tudinē suam. Alteri⁹ generis est speculū vestrum:in quo magis auditu q̄ visu potestis attēdere quid deceat ꝛ quid nō deceat: quid impediat/quid expediat:qđ ex debito vestri officij vobis incūbat. Speculū vestrū/sanctū est euangeliū. Considerate ob secro nō vultū vestre natiuitatis:sed statū quotidiane conuer sationis:considerate ꝛ nolite abire negligendo:sed stetis dili gentius inuestigando:ꝛ ꝑscrutatis medullit⁹ ꝯsciētijs vestris: in testimonijs earū/aut gloriemini/aut terreamini. Nā sicut mul tis gloria ita multis est ignominia testimoniū conscientie sue. Ecce sacrū euangeliū sub numero triū personaꝝ includit mul titudinē vniuersam prelatoꝝ. Proposuit em̄ nobis bonū pasto rem:mercenariū ꝛ furē. Si boni pastores estis/gaudete:qꝛ mer ces vestra copiosa est in celis. Si mercenarij estis/timete/ quia periculū vestrū grande est in terris. Si fures estis/ingemiscite: quia locus vester magn⁹ est in penis:nisi ꝑperaueritis ad peni tentiā:et que vouistis dn̄o deo vestro digne reddideritis. Uos maxime qui in circuitu dn̄i estis:ꝛ in cōspectu eius affertis mu nera ꝛ offertis:nō corruptibiliū auri ꝛ argenti:sed preciosi san guinis ꝛ corporis agni immaculati. Quantā dignitatē cōtulit vobis de⁹? Quāta est prerogatiua ordinis vestri? Pretulit vos deus regibus ꝛ imperatoribus: pretulit ordinē vestrū omnib⁹ ordinibus:immo, vt altius loquar, pretulit vos angelis et ar changelis:thronis ꝛ dn̄ationibus. Sicut em̄ nō angelos:sed se men abrahe apprehendit ad faciendam redemptionē:sic nō an gelis sed hominib⁹:soliſq̧ sacerdotib⁹ dn̄ici corporis ꝛ sangui nis cōmisit cōsecrationē. Oēs em̄ sicut ait apostolus sunt admi nistratorij spūs:in ministeriū missi:propter eos q̄ hereditatē ca piunt salutis. Sed longe excellenti⁹ officiū vestrū qđ admira bile est:ꝛ non solū in oculis vestris/sed etiā angeloꝝ. Hec sunt infelicissima tp̄a que preuidit ap̄ls Paulus in quibus hoies sa nam doctrinā nō sustinent:sed coaceruant sibi magistros ad de sideria sua:in quib⁹ a veritate se auertunt:et ad fabulas et va nitates hui⁹ seculi conuertunƙ. Hec sunt inq̄ nouissima tempo ra in quib⁹ refrigescit charitas:ꝛ abundat iniq̄tas multorum. Quare hoc dico? Quia vt audistis tres ꝑsonas:imo vt planius dicā/tria genera doctoꝝ sanctū describit euangeliū. Primum genus aliquā quidē partē:sed vnū quodq̧ duoꝝ sequentiū co piosam ꝛ perniciosam includit multitudinē prelatoꝝ: sed illos defendit numer⁹. In p̄mo solo genere abūdat charitas: i alijs duob⁹ oīno refriguit:vbi nimirū abundat iniq̄tas. Audistis ꝓ prietates singuloꝝ. Bonus pastor est/qui ponit animā suā pro ouibus suis. Mercenari⁹ est/q̄ videt lupū venientē ꝛ fugit. Fur est/qui mactat ꝛ occidit. Bonus pastor nō suā volūtatē facere: sed dn̄i sui q̄rit vtilitatē. Ipsi soli seruat fidē:ipsi laborat:ipsuz honorat. Ipsi q̄rit gloriā:nō sibi. Regi em̄ seculoꝝ imortali in uisibili soli deo honor ꝛ gloria in secula seculoꝝ amē. Nō nobis dn̄e nō nobis:sꝫ nomini tuo da gloriā. Nobis miseris da veniā: da gratiā:tibi serua gloriā: vtpote a quo est venia pctōꝝ ꝛ grā meritoꝝ. Bonus pastor in omni labore villicationis sue q̄rit nō que sua sunt:sed q̄ iesu xp̄i:que propriū hꝫ charitas. Un̄ si quis excesserit: charitas operit multitudinē pctōꝝ:sꝫ ꝛ ip̄e aduoca tum habet in celis:iesum xp̄m dn̄m nostrū:ꝛ ip̄e est ꝓpiciatio ꝓ peccatis nostris. Mercenari⁹ est, vt diximus qui videns lupuz venientē fugit. Querit ergo q̄ sua sunt:nō q̄ iesu xp̄i. Alioquin vtiq̧ non fugeret:sed sua:immo ꝛ seip̄m supimpenderet potius q̄ gregē suū raptorib⁹ exponeret. Multi sunt mercenarij qui in prosperitate leuiter discerni non possunt a bonis pastorib⁹. Ha bent em̄ multa cū ipsis cōmunia:habuerūt nāq̧ sanam electio nem in ingressu: habent nihilominus mundā conuersationē in progressu:pacē ecclesie amāt ꝛ querūt:vtiliter ac viriliter eccle siasticis implicanƙ negocijs:nō recusant grauedines oneris: sꝫ hoc idō:qꝛ ambiūt gloriā honoris. Amāt em̄ primos recubit⁹ in cenis:salutationes in foro:ꝛ vocari ab hominibus rabi. Mul totiens etiam cibanƙ pane lachrymaꝝ:ꝛ vino cōpunctionis po

Psal.cx.
Hebre.ij.
Hebre.i.
ij.thi.iiij.
Johā.x.
Ibidem.
Ibidem.
i.Thim.i.
Psal.cxiij.
i.Pet.iiij.
i.Johā.ij.
Mat.xxiij.

tantur/ex recordatione peccatoꝝ: sicut testaƙ iunior filius qui in regione longinqua consumpsit omnē substantiā suā viuendo luxuriose. Unde et dixit. Quanti mercenarij in domo p̄ris mei abundant panib⁹? Si panibus abūdant mercenarij:nunquid fa me peribūt operarij? Operarios dico:q̄ quanto rariores in ter ris:tanto cariores in celis habenƙ. De paucitate eoꝝ conqueri tur veritas dicens. Messis quidē multa:operarij autem pauci. Messis vtiq̧ multa:ꝛ sacerdotes multi/ꝛ mercenarij multi:sed oparij pauci. Pauci plane operarij ꝛ admodū rari icōfusibiles: qui aspiciētes in auctorē fidei ꝛ consummatorē iesum:quos in struunt verbo sancte predicationis nō destruūt exemplo praue operationis:efficacius opere q̄ verbo predicantes. Notanduz vero q̄ fili⁹ nō dicit. Fac me vnū de mercenarijs tuis:sꝫ fac me sicut vnū de mercenarijs tuis/vt videlicet ea sibi offerat bn̄ficia quibus illi communicāt in presenti. Inquit psalmista. Cibauit eos ex adipe frumenti. Quos eos? Audi quod premittitur. Ini mici dn̄i mentiti sunt ei. Hi sunt quos cibat ex adipe frumenti: et melle satiat. Qui sunt illi? Mercenarij/q̄ licet ad horam cre dant in tēpore tamen temptationis recedunt. Un̄ patet q̄ ami ci sunt mūdi. Amicus aūt mundi huius mūdi inimicus dei ꝯsti tuiƙ. Iterū querunt que sua sunt nō que iesu christi:ꝛ si non que runt que illius sunt cū eo non sunt. Et qui cū eo non sunt/ ꝯtra eum sunt:qꝛ ipse ait:qui non est mecū contra me est. Et qui con tra eum sunt:inimici eius sunt. Hi per exteriora mentiunƙ deo de interioribus. Cū enim sane predicent ꝛ munde viuant/sani tatem loquūtur intentionis:vt videlicet deū habeant in causa ꝛ omnia interiora eoꝝ benedicant nomini sancto eius:cū tunc tamen non deum sed mūdum:non dominū/sed seipsos habeāt in causa:mentiunƙ potius deo q̄ hominibus:ad cui⁹ contume liam spectat tanta collatio gratiaꝝ:quibus nō honorē dei sed honorē hominis ꝯstat acquiri:nec charitati sed cupiditati de seruiri. Unde operarius inconfusibilis postulat nō duo tantuꝫ/ sed tria:qꝛ funiculus triplex difficile rūpitur. Non enim postu lat disciplinam ꝛ scientiam:quas possunt habere ꝛ mercenarij. Sed dicit bonitatem ꝛ disciplinam/ꝛ sciētiam doce me: q̄ tria in solis filijs requirūtur. Quid enim prodesset disciplinā habe re in conuersatione: scientiaꝫ in predicatione nisi assit bonitas in intentione? Nusq̄ scriptum eƚ aut carnis obsequium/ aut ra tionis scientiam sufficere: sed bona voluntas sufficit. Sanata ergo volūtate:vtilis erit ꝛ premiosa tam castigatio carnis ꝑ di sciplinam:q̄ illuminatio rationis per sciētiam. Propter supra dictas ergo rationes ꝛ alias huiusmodi diximus / quia in pro speritate mercenarius leuiter discerni non potest a bono pasto re:qꝛ dum pacis arridet securitas:intentionis eius palliaƙ in firmitas. Nihil occultū quod non reueletur. Uasa figuli probat fornax. Flante vēto aduersitatis:statim quod infirmū est inten tionis:ostendit effectus operationis. Uidet em̄ lupum venien tem ꝛ fugit. Qui sunt isti lupi? Tyranni ꝛ raptores seculi q̄ pro pria temptati concupiscentia:vel in genita compulsi maliuolen tia incendunt ecclesias: vastant ouilia christi:spoliāt pupillos et viduas:proscriptionē inducūt pauperibus:deū blasphemāt in suis operibus. Hi factis rapinis factisq̧ ecclesijs: cū gladi⁹ vltionis in eis exeritur:veniunt vel blandiendo:vel cōminā do. Fugitq̧ mercenarius:vel amore blandientis:vel timore ꝑ sequentis. Unde fugit? A rectitudine iusticie:a defensione ec clesie:a liberatione patrie:ab vltione pupillorum ꝛ viduarum. Quo? Ad custodienda que possidet:immo a quibus possidetur videlicet marsupia/horrea/cellaria/non vtiq̧ pauperib⁹ reser uanda:sed euacuenda furibus:aut ignibus ꝯsumenda. Habet enim aliquis intra prouinciam tyrannoꝝ positos parētes suos et blanditur proinde multotiens raptoribus:vt parentib⁹ con sulat:qui vt pacē habeant:ꝛ inter tyrannos floreant:affligi san cta permittitur ecclesia:ꝛ iusticia conculcatur. Et quid dicam de furibus? Fures sunt heretici. Hi sunt fures ꝛ latrones q̄ ve niunt in vestimentis ouium: intrinsecus autem sunt lupi rapa ces. Quotquot autem venerunt fures sunt et latrones. Fures latenter nocendo:latrones aperte seuiēdo. Heretici praua dog mata disseminabant in populo:et peruersitate doctrine sue fi dem catholicam obnubilabant:ꝛ inducebant simplices in errorē. Neminem vestrum credo esse hereticū:omnes creditis in deuz trinum et vnum:quia passus sit ꝛ sepultus:qꝛ descendit ꝛ ascen dit. Facit tamen hec fides catholicum? Hac fide vtiq̧ demo nes essent catholici:quia vt dicit iacobus. Credunt et contre miscunt. Uerum vtiq̧ catholicum facit non fides cōmunis de monibus ꝛ hominibus:sed ea tm̄ que cōmunis est hominib⁹ et angelicis spiritibus. Que est illa? Que per dilectionem opera tur. De qua apostolus dicit. Neq̧ circūcisio aliquid valet:neq̧ preputium: sed fides que per dilectionem operatur. Hac fide ipse preditus erat cum diceret. Dum tempus habemus opere mur bonum ad omnes: maxime autem ad domesticos fidei/ non seculi. Habetis hanc fidem? Utinam. Sed hec est fides

Luce.xv.
Luce.x.
Psal.lxxx.
Luc.viij.
Jaco.iiij.
Phil.ij.
Luce.xi.
Eccle.iiij.
Psal.cxviij.
Mat.x.
Ec.xxvij.
Johan.x.
Mat.vij.
Jaco.ij.
Galla.v.
Gal.vi.
i.Joh.v.

que vincit mundum: q: hec est victoria q̄ vincit mundū fides nostra. Di ꝑrim vos vincere mundū: aut vinci a mundo? Sādeo ecclesias vestras male tractatas video quasdā semirucas/quasdam oīno obrutas: video in villis solitudinem: in agris silentium: ⁊ vbiq̄ exterminiū: video in militibus insolentiā: in hominibus inobedientiam: ⁊ in oībus insipientiā. (ii. Cor. xi.) Libenter th sufferetis huiusmodi incipientes: cū sitis ipsi forsitan sapiētes. Sustinetis eñ q᷑ vos in seruitutem redigāt: q᷑ deuorēt: q᷑ accipiant: q᷑ super vos extollātur: q᷑ etiā in faciē q̄nq̄ vos cedant: aut etiā reclusos in carcere emūgant argento. An hec patimini vt in patiētia vestra possideatis aīas vestras. Patiētia enim nobis necessaria est: vt voluntatem dei facientes fructum cuꝫ gaudio reportemus. ☞ Toleratis hec vt voluntateꝫ dei faciatis. Non vtiq̄: sed vt vestrā volūtatē ꝓpriā impleatis: vt carnis vestre licentius curā geratis: vt pueris vestris et parētibꝰ cōmodius ꝓuideatis: ⁊ villas tyrānorū in pace coꝝ inhabitetis vtētes nemoribus ⁊ agros colentes. Propter hoc palpatis principes ⁊ potestates tenebrarū harū: tā homines q̄ demōes. Homines: q: ad velle eorū loquimini: ad velle eorum ligatis ⁊ soluitis. Ipsi sunt semiepi: semiarchydiaconi: immo vt verū fatear (salua pace oīm) ipī sunt supra episcopos supra archidiaconos supra presbyteros: ⁊ vere q̄ potestatē habēt hodie bñfici vocātur. (Luc. xxij.) Palpatis demones: q: facitis eos in vobis similes altissimo. (Esa. xiiij) Ponā inq̄t sedem meā ad aquilonē: ⁊ similis ero altissimo. Et ipse q̄ est rex glorie super oēs filios superbie: frigore iniquitatis sue congelauit interiora vestra: ⁊ vt fortis armatus custodiens atriū suum: in pace obtinet cathedrā volūtatis vestre in qua deberet altissimus residere. (Luce ij.) In terra inquit pax hominibꝰ Quibus? Magne scientie? Magne nobilitatis? Nō sed bone voluntatis: ⁊ vbi pax/ibi deus: q: in pace factꝰ est locus eius (Ps. lxxv.) Vñ patet: q᷑ sedes eius bona volūtas est. Qui ergo nō deū: sed diabolum habet inhabitantē interius: ⁊ tyrānis atq̄ raptoribꝰ deseruit exterius/vincit ne mundū? Immo victꝰ est a mūdo/victꝰ est a dyabolo/victus est a carne sua. (Ps. lxviij) Infixus est in limo ꝓfundi ⁊ nō est ei substantia: vel potētia resurgendi. Dñe deus virtutū excita potentiā tuā ⁊ veni: vt educas nos de lacu miserie/⁊ de luto fecis: operi manuuꝫ tuarū porrige dexterā. Educ de carcere aīas nr̄as: vt iā nō obediāt mūdo sed cōfiteank nomini tuo. Placabilis esto sup officialibꝰ tuis q̄ tibi rōneꝫ reddituri sunt de ouibꝰ tuis. Veni dñe ⁊ noli tardare. Insanit diabolus insanit hostis hūani gñis: sciēsq̄ modicū tp̄s hꝫ. Fidē habemꝰ sꝫ sine opibꝰ mortua est: ⁊ nos mortui cū ipsa. Auge nobis fidē vt in vicariis tuis ꝑ dilectionē operek: quatenꝰ ad imperiū eorū mōtes transferantur: ⁊ de obsessis animabus demones efferank vt de ipsis prius eiciantur q̄ cū ipsis ꝓiciātur in ignē eternum. (Heb. xi.) Auge inq̄ nobis fidē: q: hec est victoria q̄ vincit mundū: fides nostra. Hac fide sancti vicerunt regna: operati sunt iusticiā: extinxerunt impetuꝫ ignis: effugarūt aciē gladij: conualuerūt de infirmitatibꝰ suis. In partibꝰ nostris vbiq̄ ignis vndiq̄ gladiꝰ Quare nō oꝑamini iusticiā? Quare nō extīguit ignes? Quare nō effugatis aciē gladij? Quare? Nō in ꝓmptu est: q: nō deo sꝫ hominibus queritis placere. (Gal. i.) Vñ Paulus. Si adhuc hominibꝰ placerē: christi seruꝰ nō essem. Vos nō cōualetis de infirmitatibus vestris: sed torpetis de ignauia vr̄a: nec de malefactoribus potestis facere iustitiā. Quare? Quia nulla est virtus fortitudinis vr̄e: q̄m dissipat dñs ossa eoꝝ q̄ hoibꝰ placēt. (Ps. lij.) Caro infirma sed ossa sunt fortia. Dissipauit ergo ossa .i. fortitudinē eoꝝ: q̄ hoibus q̄rūt placere. (Ibidem.) Cōfusi sunt q̄m deꝰ spreuit eos: ⁊ vos cōfusi estis in actibꝰ vr̄is/nō honorati: sꝫ onerati/dignitatibꝰ vr̄is. q̄m deꝰ spreuit vos. (Ps. cxviij.) Spreuit eñ deꝰ oēs discedētes a iudiciis suis Fidē habetis: sꝫ ad opa vos inuito: vos maxime q̄ estis vicarij xp̄i: qui estis pastores animaꝝ q̄ alios debetis instruere nō destruere. Vos inq̄ maxime: q: soli nō potestis perire q̄ preire debetis docē do ⁊ operādo. Multi sunt catholici predicādo: q̄ heretici sunt operādo: Qđ heretici faciebāt per praua dogmata: hoc faciūt plures hodie ꝑ mala exempla. seducūt sciꝫ populū ⁊ inducūt in errorē: ⁊ tāto grauiores sunt hereticis: q̄to ꝓualēt opera verbis. Unigenitus est q̄ est in sinu p̄ris: nōne de secreto suo ꝓdijt ad publicū vestrū? Nōne de celo descēdit ad terras: vt predicatione ⁊ cōuersatione sua ꝑsuaderet hoibus cōtēptuꝫ mundi? Nōne vos estis vicarij eiꝰ? Nōne qđ predicauit ⁊ vos debetis predicare: qđ dissuasit dissuadere: qđ ꝑsuasit ꝑsuadere? A christo dicti estis christiani. Nōne ea via qua xp̄s ambulauit: ⁊ vos debetis ambulare? Nōne sicut cōuersatus est: ⁊ vos vicarij eius debetis cōuersari? Ita plane: nisi forte doctiores eo fueritis vel sanctiores. Dicite ergo archidyaconi: dicite p̄sbyteri: dicant etiam pontifices: in frenis ī cellis/q̄d facit aurū? In vestimentis tantus ornatus? In cibis tā superfluus apparatus? (i. Cor. vi.) Esca ventri: ⁊ venter escis: deus auteꝫ ⁊ hunc ⁊ has destruet. Multus erat nitor vestium: ⁊ delicatus ciborum apparatꝰ: apđ illum diuitem euangelicum: qui induebatur purpura ⁊ bysso: (Luc. xvi) ⁊ epulabatur quotidie splēdide. Mortuus tamen est: ⁊ sepultꝰ in inferno. O dirum/o execrabile ⁊ horrēdū sepulchrum vbi est fletus ⁊ stridor dentiū: vbi sunt aque niuium: vbi vermis qui non moritur: vbi ignis qui non extinguitur. Hoc sepulchruꝫ diuitem: sed sinus abrahe pauperem lazarum excepit. Quis sapiens ⁊ custodiet hec? Vir insipiens non cognoscet: ⁊ stultus nō intelliget hec. (Ps. cvi.) (Ps. xci.) Quis obsecro laicorū auidius clericis querit tēporalia: ⁊ ineptius vtik acquisitis? Cum tantuꝫ fastum videant laici in suppellectili clericoꝝ: nonne per eos potius inuitantur ad mundum diligendum q̄ negligendum? Medice cura teip̄m (Luce xiiij.) Si mundū predicas contemnendum: contemne tu priꝰ: ⁊ ad ipꝫ efficacius alios inuitabis. Da voci tue vocem virtutis: cōsonet vita verbis: ⁊ statim erit in ore tuo viuus ⁊ efficax sermo dei: ⁊ penetrabilior omni gladio ancipiti. Non sic ꝑfecto est: sꝫ sicut populus: sic ⁊ sacerdos: sicut laicus sic ⁊ clericus. (Osee. iiij.) Vterq̄ cupit vterq̄ diligit mundum: ⁊ ea que in mūdo sunt. Laicus tamē cū labore: sed clerici sine labore volunt possidere totū mundū. Cōmunicare volunt cupiditati ⁊ superfluitati hominum: sed nō labori. Peccare volunt: sed non flagellari cum hominibus. Unde timendum est q᷑ flagellentur cum demonibus. Q̄uo seculares nō expenderēt substantiā suam viuendo luxuriose: etiā in p̄ntia sacerdotum: q̄do nō intenderent vanitatibus ⁊ lenociniis huiꝰ seculi: quomodo non essent insolentes ⁊ elati: cū tantum fastuꝫ tantam insolentiam videant clericorum? Nonne in p̄sentia eoꝝ irreuerēter abutimini elemosinis pauperū? De patrimonio crucis christi nō facitis codices ī ecclesiis: sed pascitis pellices in thalamis vestris: impinguatis carnes: adornatis equos: falerātes pectora: ⁊ capita deaurādo. Et vere in capitulis omniuꝫ platearum dispersi sunt lapides sanctuarij. (Treñ. iiij) Platee late sunt: et lata est via que ducit ad mortem. Lapides sanctuarij: idest sacerdotes sunt in capitibus. idest in introitu latarum viarum: docent enim populos per praua exempla: ingredi vias latas que ducunt ad mortem: ⁊ demergunt in profundum inferni. Dolor capitis in membra redundat. Capita populi sunt sacerdotes. (Esaie. i.) Omne caput languidum: ⁊ omne cor merens. Languēt prelati ecclesie in cupiditatibus suis. Quia ergo languor est in capitibus: meror oboritur in cordibus. Corda sunt ecclesie viri religiosi: qui honorem suum intelligentes: non respiciūt in vanitates ⁊ insanias falsas: nec comparantur iumentis insipientibus: nec similes fiunt illis qui plorantes plorant in nocte huius aduersitatis: vbi apud prelatos ecclesie inualescit cupiditas/⁊ charitas refrigescit. Et merito clamat ecclesia sancta hodie. Ecce in pace amaritudo mea amarissima. (Esaie. xxxviij.) Multa est hodie ⁊ longe grauior q̄ credi possit persecutio scte ecclesie: ⁊ talis incumbit/qualis a principio non fuit. Multis modis persecutꝰ est eam diabolus: sed nunq̄ grauius q̄ hodie: q: nūq̄ fuit maior perditio xp̄ianoruꝫ: nec liberior aut securior trāsgressio diuinorum preceptorum. Ecclesiam incipientē persecutus est ꝑ tyrannos: proficientē ꝑsecutus est ꝑ hereticos: iam letam ⁊ florentem persequitur per motus illicitos. Tria sunt in anima: ratio/voluntas/sensualitas. Rationis est iudicium: voluntatis desiderium: caro debet obsequium. Carnem ergo cruciauit in martyribus: rationem perturbauit in simplicibus: sed volūtatē hodie deprauat generaliter in oibus. Fuit ergo amaritudo ecclesie: amara quidem in persecutione tyrannorum: sed amarior in versutia hereticorum: sed amarissima hodie per prauitatem desideriorum. (Hiere. vi.) Ve qui dicunt pax ⁊ nō est pax. Pacem habet ecclesia apud extraneos: sed filij neq̄ filij scelerati seuiūt in ea: q̄ ꝓpriā matrē euiscerāt vt se pariāt in honorē. Pacē vbiq̄ habet exteriorē sed interiorē in paucis hꝫ: q: vbiq̄ aut fere vbiq̄ iudicio rationis non ꝯsentit voluntas: sed captiuam eaꝫ ducit in lege peccati: q: ⁊ si ratio sana sit in iudicio: volūtas tamen praua est in desiderio: in qua nimirum residet diabolus similis altissimo: vt supra diximus. Euigilate iusti: abiicite diabolum: et sedē dei expurgate: q: iustitia ⁊ iudicium correctio sedis eius. Exigētibus iniq̄tatibus vr̄is egressus est de tēplo suo. Reducite eū ad tēplū sctm̄ suū. Tēplū eñ dei sctm̄ est/qđ estis vos. (i. Cor. iij.) Aīa iusti sedes ⁊ tēplum dei est. Dominus in templo suo facit mirabilia ⁊ prebet oracula. Veniat ad templum suum dominator quem queritis: quo possitis dn̄ari desideriis carnalibus: et diabolicis resistere tentationibus. Veniat ⁊ angelus testamenti quem vos vultis: qui annunciet vobis suam voluntatē: ⁊ confirmet promissam hereditatem. Inducant eum in templum suū parentes eius: pater videlicet ⁊ mater ⁊ fratres eius. Qui sunt illi? Respondeat ipse. (Mat. xij) Quicūq̄ fecerit voluntatem patris mei qui in celis est: ipse meus pater/⁊ mater/⁊ frater/⁊ soror est. Pater generando per verbum predicationis: vt dicit ap̄ls: ego per (i. Cor. iiij.) euangelium in xp̄o vos genui. Mater pariendo per exēplū scte ꝯuersationis. Frater ⁊ soror: caste diligendo in amore fraterni-

tatis.Ubi parentes estis/vos aut esse debetis.Statuit vos po-
pulus mediatores inter se ꝛ deū:vt vobis loquatur deus ꝛ vos
ad illum.Ideo dant vobis elemosynas:ꝛ primitias suas:vt ve
stris precibus ꝛ meritis propicietur eis deus:ꝛ introducantur
ad illum.Sed eū quem vobis redditis offensum:qualiter aliis
reddetis placatū?Non est munda corā deo oratio vestra.Que-
rite ergo vos parentes iesu christi: qui adducant eū ad vos: et
inducant in templū suum.Querite eos qui velsitatē vel ex cor
de faciunt:q̄ contempserunt vitā mundi:q̄ castigant corp9 suū
ꝛ in seruitutem redigunt:nō vt hominibus/sed vt deo placeāt.
[Luc. xvi.] Non solum recipere:sꝫ diuidere sciatis elemosinā.Facite ꝛ vos
vobis amicos de māmona iniquitatis.Nō solum loquimini/sꝫ
[Heb. xiii.] ꝛ operemini bonum ad omnes:ꝛ vt dicit apl's:beneficientie et
cōionis nolite obliuisci:qꝛ talibus hostiis promeref deus. In-
ducant proinde iesum in tēplum suum per iustitiā:ꝛ perducant
per iudicium.Aperite ei portas iustitie:alioquin non ingredie
tur ad vos.Diligite iustitiā qui iudicatis terrā.Uestrum est fa-
[Sap. i.] cere iudiciū:qꝛ senatores estis orbis terrarū.Diligite ergo iu-
[Ps. lvii.] stitiam:ꝛ recte iudicate filii hoim.Quid dubitatis?Apprehen-
dite disciplinam/ꝛ contineatis vos a prauis operibus vestris:
[Eccli. xv] iustitiam habēdo ac faciendo:qꝛ qui ꝯtinēs est iustitie apprehē
det illā:ꝛ obuiabit illi quasi mater honorificata Sine iustitia
non solū respublica/sed nec parua domus subsistere pōt.Qua-
re timetis principes ꝛ ptātes tenebrarū harū?Quare vos illis
subiicitis?Uultis exaltari in terra:vultis exaltari i gentibus?
Apprehendite ꝛ facite iustitiā.Apprehendite ꝯtinēdo vosmet
ipsos:facite humiles ꝛ pauperes iustificādo/ꝛ profecto in iusti
[Ps. lxxxviii] tia exaltabimini.Dicit em̄ psalmista.Et in iustitia tua exalta-
[Ibidem.] buntur.Qui?Beatus.s.populus qui scit iubilationē. In iubi-
lo diuerse voces ꝯsonāt.Sciūt ergo iubilationē:q̄ sciunt pacē
gentibus dare:ꝛ liberare populū dei:ꝛ vnitatē populoꝝ serua
re i vinculo pacis.Hi tales dn̄e nō i tenebris huius mūdi aber
[Ibidem.] rabunt:sed in lumine vultus tui ambulabunt: non in sua facie:
sed in tuo nomine exultabūt:nō in tyrānoꝝ amicitia/sed in tua
iusticia exaltabunf.Timetis cōculcari a leonib9:si iusticiam ti
[Dan. vi.] mueritis?Daniel in lacu leonum clamat:ꝛ non nocuerunt mihi
[Ps. xlvii.] Quare?Qꝛ iusticia corā deo inuēta est in me.Iusticia plena est
dextera tua.Per dexteram spiritualia:per sinistrā accipiuntur
[Prouer. iii.] tēporalia.Longitudo dierū in dextera eius:in sinistra aūt diui
[Mat. xxv] tie ꝛ gloria.In iudicio ad sinistrā eius erūt hedi / q̄bus dat in
hoc seculo gloriā ꝛ diuitias:ad dexterā aūt agni:q̄bus prepa-
rata est longitudo dieruꝫ.Nolite sitire munera in sinistra eius:
qꝛ q̄ desiderāt eius sinistrā in hoc seculo :collocabuntur ad sini
strā eius in iudicio.Adherete dextere ei9:vt in iudicio ad dex-
terā eius sedeatis sup sedes iudicātiū:ꝛ in p̄senti nō ꝓpria vir
tute:sed virtute dextere eius supboꝝ ꝛ sublimium colla prema
[Ps. cxvii] tis:qꝛ dextera dei fecit virtutē.Uultis tn̄ de manu eius accipe
re duplicia.s.spūalia ꝛ tpalia?Primū q̄rite regnū dei ꝛ iusticiā
eius/qđ est dextere:ꝛ hec oia adiicienf vobis que sunt sinistre,
[Mat. vi.] Primū querite regnū dei:vt interioribus vestris habitet ꝛ re-
gnet deus.Deinde iustitiā eius:vt legē ex ore vestro requirat ꝛ
assumat populus:ꝛ ex tāta gratia meritoꝝ retribuef vobis glo
ria premioꝝ quā nec oculus vidit ꝛc.Et preter hec adiicientur
[Ps. cxi.] vobis hec tpalia:qꝛ gloria ꝛ diuitie in domo eius. Cuius ei9?
Haud dubium quin iuste generationis : de qua premissum est.
[Ibidem.] Generatio rectoꝝ benedicef.Būdicta in predestinatione: bū-
dicitur in iustificatione:būdicef in glorificatione. Benedictio
[Prouer. x.] dn̄i sup caput iusti:qꝛ misericordia dn̄i ab eterno:ꝑ p̄destinatio
[Ps. cii.] nem:ꝛ in eternū per glorificationē.Facite ergo iustitiā:nō tn̄ ꝑ
[Ps. xcvi.] vestro arbitrio/sꝫ dictāte iudicio:qꝛ iustitia ꝛ iudiciū correctio
sedis eius.Si tn̄ faceretis iudiciū:nec aliqđ haberetis dn̄iuꝫ:
iudices tantū essetis nō iustificatores:ꝛ ideo iusticiam facere
non possetis.Propter hoc qui dedit vobis iudiciuꝫ/dedit ꝛ do
[Sap. iii.] minium:vt predixit propheta.Iudicabunt nationes ꝛ domina
buntur populis.Duplex est dominium prelatorum .Habent em̄
claues ecclesie:quibus claudunt ꝛ nemo aperit:aperiunt ꝛ ne-
mo claudit.Habēt ꝛ regalia:qꝛ dn̄i sunt vrbium ꝛ oppidorum.
Nec solum episcopatus sed ꝛ consulatus habent vt merito eis
[Esa. v.] dicatur.Quid vltra debui facere:ꝛ non feci?Sed quod datum
est illis in adiutorium:factum est illis in scandalum.

¶ Super Salue regina.Sermo i -

SAlue regina misericordie : vita / dulcedo/ ꝛ spes
nostra salue.Dn̄e labia mea aperies. Dominus te
cum:ꝛ tu mecū.Dignare me laudare te.Sub tuaꝫ
protectionem confugio vbi virtutem acceperunt
infirmi.Esto mihi turris fortitudinis a facie ini-
mici.Te nostra vox primū sonet/ ꝛ ora soluam9 ti
bi.Dulce canticū ac nobilissimū melos quod in honorē sancte
marie quater in anno ordo noster deuotissime concinit:ad edi-
ficationem nostraꝫ discutiendā fratres assumpsimus:qꝛ specia
li dulcedine multa refertum masticatione continua reperimus
Nam a summis labiis cāticū istud effusum venit. Habet enim
fundamentum.Fundamentum eius in montibus sanctis. Fun-
damentū ei9 interne dulcedinis suauitas est.Et vbi hec nisi in
montibus sanctis?Hoc est in mētibus nostris. A sanctis com
positū:a sctis institutū:digne frequentabif etiā a sctis. Et vere
nisi a religiosis ꝛ affectione sancta feruentibus:nec subtiliter
intelligi:nec efficaciter poterit decantari. Est enim tam suaue
ad gratiam :tam fecundum ad sensum : tam etiam profundum
ad mysteria. Tale enim est quod a nobis considerari ꝛ discuti
(prout dignum est) nō valeat. Ex eo aūt q̄ suauiter sonat mul-
cet affectum:ꝛ de sensuum vbertate mentē impinguat:ꝛ in san
ctam sanctorū aduocatā scilꝫ nostrā/dū eā quasi p̄sentē salutat
oia interiora nr̄a medulit9 inflāmat.Opꝫ em̄ vt nobis p̄ntē eē
dicam9 quā p̄ntē salutamus:ꝛ totā aie nr̄e trinitatē in eā diriga
m9 quā tā deuotissimis precib9 exoramus. Agnoscit certe ꝛ dili
git diligentes se:ꝛ ꝓpe est in veritate inuocātibus se: p̄sertim
his quos videt sibi cōformes factos in castitate ꝛ humilitate:
si tn̄ charitatem adiecerint:ꝛ totā spem suā (post filiū suum) in
ea posuerint/ꝛ toto corde q̄sierint:orātes ꝛ frequēter dicētes:
subueni dn̄a clamātib9 ad te iugiter. Nō aspernaf affectū pre-
dulcē:ingēs desideriū/inūdationē lachrymaꝝ/assiduitatē p̄cū
quorūlibet q̄uis pctōꝝ: si tn̄ lauerint a malicia cor/ dissolue-
rint colligationes impietatis : soluerint fasciculos deprimen-
tes/ dimiserint qui fracti sunt liberos : et omne onus dirupe
rint.Data est ei potestas in celo ꝛ in terra/q̄ posse potestas est
ꝛ in manibus eius vita ꝛ spūs nostri:ꝛ oculi oim christianorum
in eam sperant:ꝛ ipsa dat eis escā gratie qua plena est in tpe
oportuno. Leuemus ergo fratres cor nostrum cum manibus
ad eam:ꝛ appropinquemus ei passibus amoris:immolantes ei
hostiā laudis:reddētes ei vota nostra de die in diē/de hora in
horā:dicentes assidue.Salue regina misericordie. Quis mihi
digne huius carminis referabit sacramētū? Quis mihi digne
explicet tā insolite salutationis exordiū?Origo fontiū ꝛ flumi
nū mare:virtutū auctrix ꝛ sciētiarū scia sanctarum maria:qꝛ si
cut sol vniuersa celi lumina p̄cellit ꝓrogatiua claritatis eximie
sic ipsa totā rōnalē creaturā post filiū p̄cellit splēdore virtutis
ac scie.Ad eā nō incōgrue ꝑtinere dictm9 qđ scriptū est.Q̄ bo
na dn̄a israel his qui recto sunt corde.Qui recto corde ꝛ recte
in oibus consentiunt/hi recto sunt corde:his aduocata nostra
sola bonitate sua agēte p̄sentie sue tātam plerūq3 copiā exhi-
bet/ꝛ q̄ sit orabilis exhibitiōe impertite grē docet:vt innoua
ti spū ꝓclamēt:ꝑ consolationē experientie.Salue regina mise
ricordie.In his intelligentia nō capif:nisi q̄tū expiētia sapit.
Sola vnctio spūs docet hec. Plus valet hic iubilus cordis/
q̄ strepit9 oris:motus gaudioꝝ/q̄ sonus labioꝝ:cōsonātia vo
luntatuꝫ/magis q̄ vocū. Pro huiusmodi dicere cautū duxi:q̄s
mihi carminis huius referabit sacramētū.Quis ꝓ raro dici so
let.Rara siq̄dē auis in terra tātā ꝓmereri familiaritatē in ocu
lis maiestatis:quatinus experiētia induite grē: p̄sentiam illi9
agnoscens,q̄s valeat exultās dicere. Salue regina mie.Iuste
regina mūdi:ꝛ regina celi dicif:ꝑ quā vtriusq3 creator ꝛ rector
generatur.Uerꝫ quo pacto dicif regina mie cū misericordia nō
substātia sit/sed pietas supne clemētie:vel affectio benigna ra
tionalis creature?Methonomice ergo poterit intelligi hoc est
per efficientē id qđ efficif:vt opus mie ꝑ mia intelligaf. Opus
mie reparatio nature.Mia dn̄i plena est terra viuētiū ꝛ morē-
tiū:q̄ angeli creati/q̄ ꝯfirmati:hoies plasmati ꝛ reparati: mie
est/q̄ ab eterno ꝛ vsq3 in eternū primordialis ipsa cā oim ꝛ cau-
salissima causarū.Effect9 huius/est op9 saluādoꝝ:saluo hec/est
adoptio filioꝝ dei:quoꝝ regina sctā sctōꝝ cui9 virginalis par-
tus eoꝝ esse oim.Regina:glie nomē ꝛ honoris:magnificētie et
decoris:dulcedinis ac pietatis:amoris ꝛ honorificētie:sublimi
tatis ꝛ potētie:gubernationis ꝛ iustitie:defensiōis ꝛ grē. Sctā
sctōꝝ:hec oia nobis ꝛ ꝓ oib9 nobis:cui decātam9 assidue Sal-
ue regina mie. Possum9 etiaꝫ sic intelligere q̄ regina mie dr̄:vt
soli tribuamus diuine mie nō meritis:q̄ sup oēm creaturā ipa
scitate ac dignitate p̄cellens:regine vocabulo ꝛ honore subli
maf amplius:ꝛ iā in hoc ꝯueniēter vocaf regina mie: q̄ diuine
pietatis abyssum cui vult ꝛ qn̄ vult ac quō vult/credif apire:vt
quiuis enormis pctōr nō pereat:cui sctā sctōꝝ p̄cinn sui suf-
fragia p̄stat.Eapropter dicam9 oēs/dicam9 singuli/dicam9 assi
due.Salue regina mie.Sequif Uita dulcedo ꝛ spes nr̄a salue.
Ordo pulcherrimus/dulcedinem vita p̄cedit/spes sequif. Nō
enim sapis nisi viuas:nec sperabis nisi viuas ꝛ sapias.Et sapor
sedes est dulcedini:gustus sapori.Breuitati studendum statui
mus:ꝛ ideo de vario vite statu dicere supsedemus De illa vita
hoc in loco dictū esse credimus:de qua Iohānis euāgeliū loq
tur:q̄ māducat me ꝛ ipse viuit ꝓpter me.Quidni viuat/q̄ vitaꝫ
māducat?Ego sum inq̄t vita.Et beatus qui manducat panem
hunc in regno dei qđ intus est.Regnum dei charitas:gaudiuꝫ
par.

par. Et vita: ⁊ panis: ⁊ charitas: vnum sunt. Magne delicie charitas: que foras mittit timorẽ. Qui manet in hac ⁊ manducat eam/ ⁊ manducatur ab ipa. Ipsa est que pascit inter lilia: pascit ⁊ pascitur ⁊ nos ⁊ a nobis. Quomodo iuqs: Si diligit de⁹ nos in se trahit nos: ⁊ ecõuerso. Cibus iste caritas dei: ⁊ deus virtutũ: ⁊ sciẽtiarũ fons: vitam pstat aie que nũc est ⁊ futuram. Et hec nobis sctã sctõrũ methonomice: scilz que ⁊ vitã hãc nobis peperit/ ⁊ precibus infundit. Hec est de qua dicit apls. Mihi vivere xps est: ⁊ viuit in me christus. De hac in deuteronomio circuncisione carnali. Et erit vita tua pendens ante oculos tuos ⁊ nõ credes vite tue. Vita hec dat dulcedinẽ: sed seipsam de se ipsa. Si inueni gratiam in oculis tuis (ait moyses) ad plenitudinem grẽ: ostẽde mihi teipm. Et ecõtra. Ego omne bonũ ostẽdã tibi. Unũ petijt: ⁊ repromissa est omnimoda plenitudo. Quid tam diuersum q̃ vnũ ⁊ oia? Sono diuersum/ re vnũ: diuersum pronunciatione: vnum identitate. Deus ergo omne bonũ: ⁊ summum bonum: etiam dulcedo ⁊ dulcedinis genus gñalissimum. Qui edunt me adhuc esurient inquit: ⁊ qui bibunt me adhuc sitiẽt: Quare? Quia bonus ⁊ dulcis. Bonus de⁹ israel rectis corde: sz ⁊ dulcis ⁊ rect⁹. Nec bonitas nec iusticia sine rectitudine. Qui bibit de illa sitiet iterum: de ista q̃ biberit: fiet in eo fons aque salientis in vitam eternam. Siquidẽ apud ipm fons vite ⁊ ipse fons vite/ ⁊ sã fluminis impet⁹ q̃ letificat ciuitatem dei. Esto ciuitas dei: ⁊ letificabit te impet⁹ hic. Parat enĩ i dulcedine sua paupi de⁹. Fruct⁹ enĩ dulcis gutturi: ⁊ guttur eius suauissimuz/ ineffabilia oia. Hic calculus est quẽ nemo scit: nisi qui accipit. Sunt enĩ in illa interne festiuitatis gaudia: q̃ quotidie mẽtibus nris p inspirationẽ sui amoris imprimit interna ⁊ eterna dulcedo. Nota inquit feci vobis oia quecũqz audiui a pre. Et ad moysen. Bonũ ostẽdã tibi. Omnia q̃ audiui a pre ⁊ q pmittit moysi vn⁹ denarius est q̃ pmittit laborantib⁹ in vineis: ⁊ vna illa quã petijt dauid: ⁊ vnum illud qd necessariũ est. Mel est qd sugit israel de petra: ⁊ oleũ de saxo durissimo. Gaudiuz est qd nemo tollit/ osculũ est de quo scriptũ est: osculet me osculo oris sui. Interne suauitatis gust⁹ ac ducedo est: ⁊ mãna absconditũ ⁊ thesaurus abscõditus in agro: cui cõparatũ omne dulce/ amarum: omne decorũ fedũ: omne iocũdũ triste: omne preciosum vile: sordidũ omne qd desiderabile est in oculis amatorum mundi fluẽtis. Nã pciosam margaritã datis omnibus terrenarum rerum delectamẽtis: sancta sanctarũ cõparauit: ⁊ nobis in filio suo preparauit: ⁊ preparat semp interuẽtu suo nobis orantibus oleũ effusum dulcedinis huius. Non erit ab re sed valde optimũ si ipsam reginã misericordie vitã ⁊ dulcedinẽ nostram dicamus: q̃ minus expti adhuc vite huius ac dulcedinis sum⁹ sed p ipsam speramus nos posse cõsequi q̃cquid totius bonitatis iacto dignat⁹ fuerit gratie nobis impertiri. Sequit. Spes nostra salue. Spes est in virtute quasi scintillatio i fomite. Sine fomite durare nõ potest scintillatio. Subtrahe fomitẽ: interit/ emoritur. Subministra: viuet. Haud sec⁹ spes ruit sine fundamẽto: sine pabulo morit: inedia deficit: extinguit sine nutrimento: arescit succisa radice. Spes enĩ sine vita virtutũ ⁊ deuotionis dulcedine nõ est spes: sed psumptio. Inter timorẽ ⁊ securitatem spes media est: ⁊ est spes incerti nomẽ boni. Vita ⁊ dulcedo exterminãt faciẽ timoris: securitati dant fortitudinẽ: dãt decorẽ. Propter dicit deo. Singulariter in spe cõstituisti me. Et in pace in idipsum dormiã ⁊ reqescã. Est enĩ fulcita floribus ⁊ stipata malis charitas illius q̃ foris mitti timorẽ ⁊ dicet. Leua eius sub capite meo ⁊ dextera eius amplexabitur me. Leua cõminatio supplicij. dextera pmissio regni. Inter has spes cubat: i molli strato charitatis: vita ⁊ dulcedo sternũt hoc: ⁊ hoc ẽ mediũ illud in ferculo salomonis de quo scriptura ait. Media autem charitate constrauit. Video nunc sublimitatẽ carminis huius. Primo ponit vitã que est in integritate virtutũ: secundo dulcedinẽ spiritualium gaudiorũ: deinde spẽ infert eternorum. Omnia hec regina misericordie: dña mundi: regina celorum contulit mundo: virgo virginum: sancta sanctorum: lumen cecorum: iustorũ gloria: peccatorum venia desperatorũ reparatio deficientium fortitudo: salus orbis: speculum toti⁹ integritatis/ ipa intercedat p peccatis nostris prestãte domino filio ei⁹ ⁊ vnico: cuius regnum ⁊ imperium sine fine permanet in secula seculorum. Amen.

¶ Sermo vnde supra. 2.

Si lingue centũ resonarẽt oraqz cẽtũ: ferrea vox mihi maria: nil dignũ tibi dicere possuz stella maris, q̃ vgo beata vocaris. O q̃ te memorẽ vgo: qbus laudib⁹ efferã. Infandissima lingua mea: q̃ coinqnata est cũ mortuis: incircũcisa labijs: nec purgata igne altaris: inqetũ malũ: habẽs in narib⁹ spiritũ: ruinis effluẽs vndiqz: qd dignũ laudis laudib⁹ tuis poterit immolare? Eleuata est magnificẽtia tua sup celos: ⁊ sup omnẽ terrã glã tua: ita vt nec in celo inueniat creatura q̃ tuã digne laudare qat magnificentiam: nec in terra sit q̃ gloriam tuã exprimere valeat. Nemo enĩ nec in celo nec in terra inuent⁹ est dignus aperire librũ prerogatiuarũ tuarum/ ⁊ digne soluere septem signacula eius. Plenitudinem gratie: aduentũ spiritussancti in te: virtutis altissimi obumbrationẽ: verbi cõceptionẽ: q sine grauamine grauida: sine dolore puerpera: virgo pariter ⁊ fecũda: qs enarrabit. Viri diuitiarũ multi: de ciuitate domini virtutum miserunt manus suas ad hec fortia: ⁊ tamẽ altitudinẽ diuitiarũ harũ ad liqdum comprehendere nõ potuerunt: q: inuestigabiles vie iste ⁊ inscrutabilis vniuersa. Conati sunt: ⁊ nõ datum est vltra: cum adhuc ordirentur succisi sunt. Quis enĩ loquetur potẽtias has domini: auditas faciet oẽs laudes eius? Et si digne null⁹: qsqz tamen p virib⁹. Pro se quisqz viri summa certabat opum vi: vt ait quis. Deniqz currebant omnes in odore vnguentorum tuorum. Trahe ⁊ nos post te o sancta sanctorũ: ⁊ ostende lumen miserationum tuarũ. Sub vmbra alaruz tuarum nos protege: ad te enim clamamus exules filij eue. Secunda carminis hui⁹: qd explanandũ assumpsimus incisio hec est: q in modum dragmatis nobis videt esse compositum. Varius enĩ diuersarum personarum affectus hic loquit: hic perfectorum ⁊ adhuc in melius pficientium status inuenit. Vita siquidẽ q̃ animaret integritate virtutis: suauitas interne dulcedinis/ sancteqz spei tanta psumptio: quid nisi fructus spũs sunt ⁊ attẽtiones virtutis? Emeritorum militũ donatiua sunt hec: ⁊ diuturni certaminis merces accumulata. At deploratio exilij: patrie desideriũ: originalis peccati penalis punctio: incipientiũ seu proficientiũ indicia sunt. Puta vite huius exilium: fucũ vanitatis: patriã: solidũ veritatis. Fucus vanitatis: nitor glorie temporalis/ solidũ veritatis: immobilis cognitio eternitatis. Fucus vanitatis: splẽdor arridẽs creature visibilis/ solidũ veritatis: inextinguibil lumẽ interne dulcedinis. De hac patria qdem sapiens ait. O veritas exulum patria: exilij finis/ video te sed intrare non sinor: indign⁹ admitti/ peccati sordẽs. Quousqz odoramus ⁊ nõ gustam⁹ proficiscẽtes ad patriam ⁊ nõ apprehendentes/ suspirantes/ ⁊ de longe salutantes? Primus itaqz homo ad hoc conditus fuerat: vt si non peccasset/ per contemplationis presentiam vultui creatoris semper assisteret/ ⁊ solidũ veritatis agnosceret/ agnitum amaret: amatum teneret/ tenendo frueret: semperqz ei adherendo qui immortalis est/ etiam vitam ipse sine termino possideret. Verum enĩ ⁊ summum bonum hominis plena videlicet ⁊ perfecta agnitio creatoris. Sed circũscriptus astucia serpẽtis ⁊ deceptus fuco vanitatis specie videlicet creature visibilis/ ab hierusalem in hierico descendit/ fontem veritatis deseruit/ affectũ pulchritudini reruz inclinauit: ⁊ statim ignorantie cecitate percussus foras venit/ ab intima luce cõtemplationis factus est vagus ⁊ profugus sup terrã. Vagus scilicet p inordinatam concupiscentiã: profugus p peccatricẽ conscientiaz: q mentẽ quã diuinũ auxiliũ deserit: quecũqz tẽptatio impetierit subuertit. Cor ergo hominis qd prius diuino amori affixũ stabile psistit ⁊ vnũ amãdo vnũ permansit/ postq̃ p desideria terrena desiere ceperit/ quasi tot sibi in exilio mãsiones statuit quot sibi in eo delectationes inuenit. Sicqz fit: vt mẽs q̃ pulchritudinem: dulcedinẽ: pacẽ securitatẽ: ac ppetuitatẽ prime lucis amare nescit: nũq̃ valeat esse stabilis: q gaudiũ pmanẽs i his q̃ in fuco vanitatis amplectit nõ inueniẽs dũ se semp desiderio extẽdit sequẽs qd asseq nõ valet: fluctuãs in exilio nũq̃ requiescit. Modo valuis oculorũ elapsa: curiosos intuitus pascit: ⁊ rerum immẽsitatẽ in massa ⁊ mole cõsiderat/ mõ i ex pulchritudinẽ in situ ⁊ motu: specie ⁊ qualitate inuestigat/ mõ rerum vtilitatẽ per necessaria/ cõmoda apta ⁊ grata ptemptat. Nunc quoqz narib⁹ erumpit: ⁊ p olfactũ odoris varij suauia oblectamẽta requirit. His pasta aurium p organa pcedit: ⁊ dulce melos armonice: organice arismethice discipline: capta p auditũ introrsus trahit. Tactu quoqz subtilia leuia ⁊ lenia palpãdo discutit: ⁊ in aula memorie palpãdo desiderata reponit. Nec minus gustu fauciũ prelibat varietatẽ saporum. Hos hedos suos mens q̃ se ignorat, et deum/ pascit iuxta tabernaculũ pastorum p res temporũ ⁊ tẽporaliũ vanitatuz: mendicans ex ea qui preterit figurã huius mũdi vnde suam famelicã curiositatem aliquatenus consolet. Cõparata est enĩ iumẽtis insipiẽtibus ⁊ similis facta est illis: q cũ in honore esset nõ intellexit q lim⁹ esset: honoris fastigio delectata. Hinc nascitur in exilio vanitatis mot⁹ sine stabilitate: labor sine reqe: cursus sine puentione: ita vt semper inqetũ sit cor donec ad patriã veritatis redire ceperit: egẽs/ ⁊ de siliqs porcorum saturari desiderãs: quousqz ad pris domũ suspirauerit vbi mercenarius abũdat panibus: ⁊ oẽs domestici vestiti sunt duplicib⁹. De hoc exilio o sctã sanctorum ad te clamamus exules filij eue: vt interuẽtu tuo ducatu tuo: adiutorio tuo possimus ad cubiculũ veritatis repatriare. Scimus pculdubio q nil amplius habet hõ de vniuerso labore suo quo laborat sub sole nisi vanitatẽ

τ tamē praue cō suetudinis casibus irretiti p̄ nos redire nō pos sumus,in veritatis libertatē. Non dicimus autez in hoc loco ve ritatem cognitionem esse dei τ eius q̄ ſm pietatem est scientie: sed τ medium illud purū τ nudū ac solidū quod est in virtutis amore. Quis em̄ diffiniāt auctoritates reparationem homi nis esse cognitionem veritatis τ amorem virtutis: perfecta em̄ virtus nō est sine cognitione veritatis:nec veritas sine amore virtutis. Uan⁹ est q̄ in vanitate est:aut in vanitate curiositatis aut erroris. Uanitas curiositatis procedit a vanitate mutabi litatis:τ generat vanitatem mortalitatis. Prima cā pcti/scđa peccatum/tertia pena pcti. Prima est in his que ppter homines facta sunt:secunda in his que ab hominib⁹ facta sunt:tertia in his que in hoībus sunt. Alia est in conditis rebus/alia in mētī bus/alia in corporibus. Uanitas erroris est in oībus qui fidei catholice τ sane doctrine cōtraria sunt: τ religionis disciplinā in illo solido veritatis qđ velle τ nolle hoīs inter angustias pa rum τ minus coartat non cōtingūt. Uanitas hec oīa sunt:quia se amplectētes decipiūt:τ ad veritatē eternitatis nō perducūt In hoc exilio oē pene genus hominū ab initio vsq̄ ad aduen tum regine celorū peregrinari delectabatur:τ veritatis patrie suspirys nullis: seu desiderio recordabatur. Ipsa prima viam aperit ad patriā: τ veritatem que vera patria est mundo gene rans dedit omnibus manifestā. Ea propter :τ nos o regina mi sericordie ad te clamamus exules filij eue. Clamor est ali⁹ oris alius cordis. Clamor oris alta vociferatio: clamor cordis/ va lida τ supplex ad deū intentionis directio. Deus intus/ho mo foris. Ad eos qui foris sunt clamor oris: ad deū τ qui cū eo in tus sunt clamor cordis. Int⁹ vbi: In spiritu. Qualiter inquis Duobus modis. Quib⁹: Cognitione τ amore: reuelatione ac deuotiōe: acuto τ calido. Modis his/de⁹ cor inhabitat:nō solus tamen. Ubi em̄ fuerit corpus: illuc cōgregabunt τ aquile. Ad quid: Ut renouet sicut aquile iuuentus cordis. Ibi τ illa aq̄la grandis magnarū alarum sancta sanctorū innocentia τ eq̄tate exaudit inuocata:si clamorib⁹ occultis assidue fuerit excitata. Et nos adhuc filij eue transgressores: filij inobedientie: filij ma tris antique:ad te clamamus regina misericordie. Reuertere visitans in nobis naturam tuam:reuertere/ondēdo eā quam in christicolas habes charitatem tuam: reuertere p̄ singularem in nos deo datam potestatem tuam : reuertere per eam que ti bi specialiter infusa est in plenitudine gratie prerogatiuā tuam vt intueamur te. Non qualem desiderant angeli prospicere di centes:tota pulchra es amica mea τ macula non est in te:sed in tueamur te largientem beneficia: ꝯferentē remedia: medentem contritis corde: ponentē fortitudinem lugentibus syon: dantē coronam pro cinere: oleum p̄ luctu: pallium laudis pro spiritu meroris. Hec mediocris visio ista piā te τ deprecabilem experi ri merentiūq̄ suspiria munere gr̄e consolari. Sonet hec vox tua in aurib⁹ nr̄is. Uox hec tua dulcis: τ hec facies tua decora. Naz in illo decore te videre quo induit te dn̄s fortitudinē τ precin xit te:non est huius temporis: nec temporis vite nostre viciorū fetore sordentis. Stola immortalitatis te indutam videre:dn̄a indigni sumus: ostende nobis faciē miserationū tuarū:τ salui erimus. Quos ipse nobis prestare dignetur: cuius regnū τ im perium sine fine permanet in secula seculorum. Amen.

¶ Sermo vnde supra. 3.

Dum freta duz fluuij currūt: dū mōtibus vmbre. Lu strabunt cōuexa: polus dū sydera pascit: semper honor nomēq̄ tuū laudesq̄ manebūt. Spes mea virgo pia: Ꝟgo sacra: virgoq̄ maria. Et. nō āplī⁹: Amplius multū: τ p̄ omnē modū. Nam in eternū τ vltra nō deficiet laus tua de ore hominū: etiam τ angelorū. Celi enarrant gloriā dei. Et que maior in omni glo ria dei q̄z ineffabilis plenitudo celi: Et nos cū ipsa: id est cū an gelis τ archāgelis: cū thronis τ dominationib⁹: cūq̄ omni mi litia celestis exercitus/hymnum glorie sancte sanctorum cani mus. Illi gloriam: nos hymnum glorie. Illi gloriam quā p̄sen tes vident in iubilo cordis inuicem enarrant: nos hymnū tn̄ modo glorie .i. memoriam eructam⁹ abundātia suauitatis tue. Et opera manuum eius annūciat firmamētum. Fiat inquit fir mamentū τ diuidat aquas ab aq̄s. Omnibus firmamentis fir mius firmamētū tu dn̄a: que eū quē celi celorū capere nō pote rant cepisti: τ cōcepisti/portasti τ nō defecisti: genuisti: aluisti: pa uisti: māmasti τ educasti. Tu in medio aquarū diuisisti aquas ab aquis/affectus videlicet eternorū ab affectib⁹ temporaliū. Tuā em̄ aīam pertrāsiuit gladius: vt reuelent ex multis cordi bus cogitatiōes. Posuit in hoc firmamēto de⁹ solē τ lunā: xp̄m τ ecclesiam τ stellas prerogatiuas gratiarum multas. Lauda mus dn̄m in sanctis eius. Firmitas robur τ ꝯstātia: τ fortitudo mentis eius: q̄ mundi contēpsit gloriam/carnis calcauit illece bras. Uirtus est altissimi: de qua scriptum est: τ virtus altissimi obumbrabit tibi. Nō solum autē celum τ firmamentū dn̄a rerū intelligitur: sed alijs noibus cōuenienter appellat: τ rerū voca bulis designat. Ipsa tabernaculū dei: ipsa tēplū: ipsa dom⁹: ipsa atrium: ipsa cubiculū: ipsa thalamus: ipsa sp̄osa: ipsa filia: ipsa arca diluuij: arca testamēti: vrna aurea: ipsa māna: virga aarō: vellus gedeonis: porta ezechielis: ciuitas dei: ipsa celum: ipsa terra: ipsa sol: ipsa luna τ stella matutina/aurora ipsa τ lucerna: tuba τ mons/fons quoq̄ hortorū τ istiū ꝯualliū. Desertū ipsa et terra repromissionis lacte τ melle manans: stella maris/ nauis quoq̄: via in mari sagena: vinea: ager: area: horreū: stabulū: ꝑse pe: subiugale: apotheca: aula: turris: castra: acies: pplus: regnū: sacerdotium. Quis est: pascua est: paradisus est: palma est: rosa est: fluuius est: port⁹ est: columba est: columna est: vestis est: mar garita est: candelabrum est: mensa est: corona est: sceptrū est: pa nis est: oleū est: vinum est: arbor est: virga est: cedrus est: cypres sus est: platanus est: cynamomū est: balsamū est: myrrha est: th⁹ est: oliua est: nardus est: crocus est: fistula est/calam⁹ τ storax est soror τ mater est. Et breuiter concludā de hac τ ob hanc τ pro pter hanc omnis scriptura facta est: propter hanc totus mūdus factus est: τ hec gratia dei plena est: τ p̄ hanc homo redempt⁹ est: verbum dei caro factū est deus humilis τ hō sublimis. Ad te ergo tantā ac talē/dn̄a rerū: scīā scōrū: regina celorū/suspira mus gemētes τ flētes in hac lachrymarū valle. Tertia hec po situra carminis huius est qđ explanādū assumpsimus: suspiria: gemitus τ fletus cōpunctionis: sunt sp̄es seminū iustitie. Semi nate vobis inq̄t ad iustitiā: metite spem vite: τ illuminate vobis lumen scie. Eūtes inquit ibāt τ flebāt mittētes semina sua. Se spirium: vox inarticulata: gementiū gemitus: dolētium fletus: has sedes hz. Tria sunt hec q̄ bn̄ gradiunt in irriguo inferio ri: τ quartū qđ feliciter incedit: vallis .s. lachrymarū: sedes irri gui superioris hec est. Uerus caleph dat vtrūq̄ filie sue asello sensualitatis: τ corpis/motu rōnis. Abscinde a te cōcupiscētiā carnis: oculorum potestatis τ honoris. Abijce mūdi pōpā τ sar cinā: edoma carnē: disciplina spūs: i. arctū tua desideria ꝯstrin ge: nō abeas in cōsilio impiorū: in via pctōrū nō stes : in cathedra pestilētie nō sedeas. Apprehende humilitatem: vt sis paup sp̄ū ferales corrige mores: esto mitis. Tūc trāsito iordane igredie ris terram repromissionis: q̄ est cōpunctionis. Sic in tertio lo co octo beatitudinū dicit. Beati lugētes: quoniā ipsi ꝯsolabū tur. Quarto die resuscitat⁹ est lazarus: quarta vigilia venit ad discipulos iesus. Et tu fac tibi vigilias q̄ttuor: vt resusciteris τ veniat ad te iesus: duas timoris: pudoris duas. Cogita deuz creatorē tuū: cogita bn̄factorē: cogita p̄rem: cogita dn̄z. Ad sin gula reus es : plāge ad singula: ad singula euigila: τ singulorū horū singuli intellect⁹ q̄si singuli in mēte dies sint: q̄bus quasi lazarus mortuus eras/quasi fetebas. Dum p̄ singulos lachry maris/quasi in quarto resuscitaris. Primū τ vltimū extinguūt timorem: media duo pudorē. Pater sane non metuit cū pater sit: p̄ris est semp misereri τ parcere. Paterna vox est percutiā τ ego sanabo. Non est proinde quod a p̄re formides. Si q̄n ferit: emendat nō vindicat. Ad cogitātē q̄ p̄rem offenderis est certe qđ pudeat: τ si nō qđ terreat. Uoluntarie te genuit verbo veri tatis: deinde nō pepcit vnigenito vt p̄sit genito. Ipe q̄dē p̄rem ita exhibuit se tibi: sed nō tu illi eq̄ filiū. Qua frōte attollis iā oculos ad vultū patris tā boni/tā malus filius: Pudeat indi gne gessisse generi tuo: pudeat tāto patre viris sie degenerem. Exitus aquarū deducāt oculi tui: operiat cōfusio faciem tuā. Uultum tuū pudor suffundat occupetq̄ caligo: deficiat in do lore vita tua: τ anni tui in gemitibus. Proh dolor quē fructum habuisti in illis in quibus nūc erubescis: Si in carne seminasti de carne messuisti corruptionē. Si mūdus ipse transit τ ꝯcupi scentia eius: ꝯfundere ad illā vocē que dicit. Si ego pater: vbi honor meus: Hoc de honore p̄ris. Nūc ad bn̄ficia veniēdū. Ut alia innumera taceā: hui⁹ corpis victū τ vsum ipis huius: τ sup oia sanguinē dilecti filij sui clamātē de terra/pudet ingratitu dinis. Quid retribuisti dn̄o p̄ oibus q̄ retribuit tibi: Ad timo rē q̄z veniam⁹. Si pudor minus partes suas exequit: excitet et excitet. Sepone pia vocabula bn̄factoris τ p̄ris ad austeriora ꝯuertere. Nā q̄ legit p̄r miarū: τ deus totius ꝯsolationis: legit nihilomin⁹ de⁹ vltionū dn̄s: τ legit terribilis i ꝯsilijs sup filios hoim. Ut p̄r est: q̄ bn̄ficus est: tibi est: q̄ dn̄s ac creator: sibi est Etenī ppter semetipm̄ fecit oia. Quia ergo qđ tuū est tibi de fendit τ seruat: putas principat⁹ sui nō req̄ret honorez: Req̄ret vsq̄ ad nouissimū quadrātē: req̄ret τ retribuet abūdāter facie tibus supbiā. Req̄ret a redēpto seruitiū/honorē: τ gloriā ab eo quē plasmauit. Esto p̄ dissimulet τ p̄r ignoscat bn̄fic⁹: sz nō dn̄s τ creator. Pēsa cui⁹ sit fortitudinis τ honoris tuū atq̄ oim̄ ꝯtē psisse factorem: contempsisse dn̄m maiestatis. Tangit montes

τ fumigabunt

⁊ fumigabunt:⁊ tam tremendā maiestatem audet irritare vilis puluis: vno leui flatu dispergendus ⁊ minime colligendus: Time gehennā: time iudicis vultum. Contremisce ab ira potētie/ a facie furoris eius: a fragore ruentis mundi: a cōflagratiōe elementorum: a tempestate valida: a voce archāgeli ⁊ a verbo aspero. Contremisce a dentibus bestie infernalis: a ventre inferi: a rugientibus preparatis ad escā. Time vermem rodentem: ignē torrentem: fumum ⁊ vaporem:⁊ sulphurem ⁊ spiritum procellarū time tenebras exteriores et dicito. Quis dabit capiti meo aquā ⁊ oculis meis fontem lachrimarū: vt preueniā fletibus: fletus et stridores dentium ⁊ manuum/ pedumqꝫ dura vincula ⁊ pōdus cathenarum prementium/ stringentium/ vrentium nec consumentium/ Heu mater mea: cur me genuisti filium doloris ⁊ amaritudinis indignationis/⁊ plorationis? Qui sic afficitur duplici metu isto ⁊ duplici pudore/ quattuor vigilias fecit in mēte: seu quattuor diebus intus illustrat: in quarū quarto quasi lazarus quatriduanus resuscitat. Et sicut de vno fonte paradisi oriunt quattuor flumina q̄ irrigāt terrā: sic quattuor affectiōes iste orte de vno fonte cōpunctionis plenitudinē ꝯsumunt irrigui inferioris. Pariunt enim suspiria: gemitus ⁊ fletus: que dū pro defectu virtutū agunt: dicunt irriguū inferius. Superius aūt irriguum est vallis lachrymarū. Pinguis infusio hec celitus irrorata: nec extorta nec coacticia pluuia voluntaria est: quaz segregauit deus hereditati sue. Aque iste sunt que egrediuntur de templo a latere dextro: et fluunt impetu de libano: fluūt etiā de fonte paradisi diuisi in quattuor capita. Paradisus ꝯsciētia iusti est: quam non vrit circa pūgens/ nec culpa remordēs: quā non attenuat sensus egens: quam non grandinant corporearuz rerum irruētia fantasmata/ fide florida: virtutibus fructifera: opinione odorifera. Huius de medio fons oritur: dū virtus integritate solidat. Hec deinde diuiditur in quattuor capita/ iustitiam/ prudentiam/ fortitudinem/ temperantiā. Justitia fodit in altū/⁊ querit aquas irrigui superioris: prudētia inuenit: fortitudo vendicat sibi: tēperātia possidet. Justiciam dico esse genus ad oīa precepta dei prudentiaz diuinarū humanarūqꝫ sciētiam. Fortitudinē vigorē mētis inter aduersa ⁊ prospera erectū temperātiam inter velle ⁊ nolle nosse pax ⁊ nimis/ citra ⁊ vltra discretionem. Legitime hec custodita/ perfectum faciūt virū cupientē dissolui ⁊ esse cū xpo q̄ dicat: heu mihi q2 incolatus meꝰ prolongatus est:⁊ sitiuit anima mea ad deum fontē viuū. Fons iste fons patēs est domui dauid: in ablutionē peccātoris ⁊ mēstruate. Hic est fons quē foderunt principes multitudinis quos cōmemorauimus: iusticia scilꝫ fortitudo ⁊ tēperātia in datore legis: id est cōpunctione:⁊ in baculis suis: id est in vigore solido perfecte integritatis. Mens itaqꝫ a vitijs purgata deū sitiens iugiter ⁊ ipsius aduentum in se suscipiēs/ frequenter delectata tāte suauitatis inenarrabili dulcedine: q2 pro velle suo semper eū habere minime valet miro dolore afficitur: ⁊ hec ei consolatio vt pro eius desiderio iugi lachrymarum pane pascatur. Fit itaqꝫ vallis lachrymarum dū de se humiliter sentiens affatī abūdat vbertate fletuuz. Et habet hoc irriguū superiꝰ quo mortua mūdo suauiter ⁊ dulciter pascitur: q2 per irriguū iferius emēdata iam celestiū contemplatione ineffabiliter delectatur. Hec duo irrigua: due oliue sunt ⁊ duo candelabra lucentia ante deum. Sunt hec duo luminaria/ duo altaria/ duo exploratores/ duo cherubin/ duo ostiola/ duo vbera/ testamēta duo/ hirci duo/ leones duo/ minuta duo/ tabule due/ colūne due/ sorores due/ manꝰ due/ ⁊ si qua sint binaria q̄ his ꝯsonātia opinionaliter queāt inueniri. Jn talibꝰ suspirijs gemitu ac fletu ac cō valle lachrymarū ad te clamamus exules filij eue dn̄a rex scā scrōꝝ: virtꝰ nostra ⁊ refugiū/ decus mūdi gloria celi: electa vt sol: pulchra vt luna: lunaris fulgor: agnosce oēs te diligentes. Audi nos: nam te filius nihil negans honorat. Et tu salua nos dn̄e iesu: pro quibus virgo mater te orat: cuius regnum ⁊ imperium sine fine permanet in secula seculorum. Amen.

¶ Sermo vnde supra: ⁊

Ante paratis amborū finibꝰ exul: aut ararim parthꝰ bibet: aut germania tigrim/ q̄ṁ tuꝰ e nostro labatur pectore vultus. Virgo dei genitrix: quē totꝰ nō capit orbis. Omnino necessarie vultū quidez tuū deprecabunt oēs diuites plebis: quāto magis pauperes plebis? Et si pauperes plebis multomagis egenus ⁊ pauꝑ opprobrium hoim ⁊ abiectio plebis. Tibi dixit cor meū: quesiuit vultuz tuū. Vultū tuū dn̄a requirā: ne auertas faciē tuā a me ne declines in ira a seruo tuo. Ostende faciē tuā/ sonet vox tua in auribus nostris: q2 vox tua dulcis ⁊ facies tua decora. Vocē tuam audiuimus quater in euangelio o dn̄a rerū. Primo ad angelum/ secundo ad elizabeth: tertio ad filiū/ fili quid fecisti nobis sic: quarto itē ad filium: vinū nō habent. Quā hanc inquirimus? Illam vtiqꝫ: vinum nō habent. Necessaria nobis hec est. Defecit vinum in cadis nostris: vinū scilicet letificās cor hois. Non causamur de vino in quo est luxuria/ illud q̄rimus de quo propheta: q germināt virgines/ harum pincerna tu/ vexillifera tu. Vexilla regis prodeūt in nobis/ te agente pro nobis. Calix in manu tua vini meri. Jn manu tua: in potestate tua: vini meri: amoris diuini. Dic domina rerū: dic pro nobis filio tuo/ vinum nō habēt. Calix huius vini inebriās: q̄ṁ preclarus est. Jnebriat: calefacit/ acuit: audaces facit ⁊ fortes/ obliuiosos: discretos somnolentos. Jnebriat amor dei ad contemptum mundi: calefacit q2 feruentes facit/ acuit q2 erudit: facit audaces cōtra aduersa/ ⁊ fortes a carne/ mūdo ⁊ demonibꝰ inuincibiles: obliuiosos eorum scilicet que retro sunt ⁊ in futura extētos: discretos erudiens ad iusticiam: somnolentos ad tēporalia ⁊ tediosos: ⁊ ad inuisibilia contēplāda pronos ⁊ prōptos. Hoc vinū letificat cor hois. Hoc a te ⁊ per te speramus nō solū vinū sed ⁊ panē. Panis est cor hois cōfirmat. Panis iste de quo scriptura: panē angelorum māducauit homo. Panis iste filij tui dulcis memoria: pacientia ipsius plena tu. Et mēsa ꝓpositionis duodecim panū numero duodenario dedicans: duodeciꝫ panes duodecim sunt prerogatiue gratiarū in quibꝰ gratia repleta es:⁊ dn̄s tecū. Porro ne de corde meo videar ꝓphetare: tuas has prerogatiuas. Paulus apostolus ⁊ nominat pariter ⁊ enumerat dicēs. Fructꝰ autē spiritꝰ est charitas/ gaudiū/ pax/ patiētia/ lōganimitas/ benignitas/ mansuetudo: fortitudo/ misericordia/ cōtinētia/ castitas: Panes certe ad modū splēdidi sapidiqꝫ. Splēdidi i sua natura: sapidi in animoꝝ experiētia. Deniqꝫ summe spirituales delicie he sunt. Plus quippe his cōfirmat ⁊ delectat animus: q̄ṁ vilis carnalibus delicijs corpꝰ. Neqꝫ vero ꝓueniunt homini a seipso: immo fructꝰ sunt spūsancti. Proinde virgo beata postqꝫ nuncius celestis te ꝓdicta gratiarū ꝓrogatiua perhibuit plenā mox gratiarū causaz subiungēs inquit. Dn̄s tecū. Dn̄s autē spiritus est. Spiritꝰ ergo sanctus magnificauit facere tecū. Magnificauit inqꝫ facere in te duo opera sua. Vnū erat dū dignā te fecit que dei filiū cōcipere posses ⁊ parere: alterū qn̄ ex tua carne sancta ac digna carnē filij dei formauit. Fecit proinde te magnā ⁊ castam. Magnā plane fecit vt immēsum caperes: castam quatinus digne cōtineres. Magnā te fecit humilitate/ castā virginitate. Jtaqꝫ tu sctā: tu es castellū i quod iesus intrauit habēs turrim humilitatis q̄ enim se humiliat exaltat:⁊ murū virginitatis. Murū certe fortissimū quippe qui nec ante partū nec in partu/ nec post partum potuit violari. Lapides muri disciplina tua fuerūt ⁊ cōtinētia: sine quibus nūqꝫ constās est virginitatis murus. Jn te due sorores fuerunt maria ⁊ martha: que dn̄m susceperunt. Maria fuit intelligentia tua specialis: qua deū ⁊ dei filiuz esse intellexisti quē genuisti. At vero martha rationalis erat prudētia que ei in dn̄o filioqꝫ tuo in carne seruisti. Tu ergo domina nasus es speciosus ad quā dicit sponsus. Nasus tuus sicut turris libani que edificata est cū ꝓpugnaculis: mille clypei pēdēt ex ea omnis armatura fortium. Nasus duo habet foramina per que spm̄ a capite emittit ita tu domina virginitate ⁊ humilitate tua de celo eduxisti filiū dei. Spiritꝰ oris nostri dicēte ꝓpheta christus dn̄s. Spiritꝰ vero est dn̄s christus: quippe qui vt spiritus oris nostri charitate calefacit: cupiditatē nostram refrigerat: ad bonaz nos volūtatē mouit: fide iustificauit. Tu ergo nasus ecclesie similis es turri: celsa videlicet dignitate: firma grauitate. Turris es libani. Libanus mons qui dicitur dealbatio altam pre omnibus signat innocentiam tuam. Jnnocens fuisti ab originalibus ⁊ ab actualibus peccatis. Nemo ita preter te. Vnde auctoritas augustini. Cum de peccatis agitur nullaz de beata maria volumus fieri mentionem: ex eo enim maiorem credimus ei collatam virtutem ad vincendum ex omni parte peccatum: que concipere ⁊ parere meruit eum qui nullum habuit peccatum. Ex omni inquit parte: hoc est ex parte originalis et ex parte actualis peccati. Ea ergo sola excepta: ceteri omnes quid dicere possunt nisi quod ait apostolus iohannes. Si dixerimus q peccatuz non habemus: ipsi nos seducimus/⁊ veritas in nobis non est. Ego quoqꝫ pia fide opinor: i vtero matris tue ab originalibus te absolutam peccatis: nec vana est fides: nec opinio falsa. Deniqꝫ ⁊ rationes ⁊ auctoritates inueniuntur ista stipulantes. Et quidem ratio sic. Si alij in vtero matris fuerūt sanctificati: multomagis tu mater domini. Sed hieremias et iohannes alter sanctificatus alter spiritusancto repletus in vtero matris leguntur. Ergo et tu maria genitrix dei que sola totam spiritussancti gratiam possedisti: quam alij habuere per partes. Te enim angelus gabriel pronunciauit gratia plenam. Tuum odorem longe ante in filio patriarcha ysaac trahebat dicens: Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni. Tu es ager plenus: plena virtutum plena gratiarū. Tu protulisti frumentum electoruz: quod est etiam angelorum cibꝰ. Te bn̄dixit dominus. Te inqꝫ benedixit dominus: vt per te bn̄dictaz vita veniret: sicut mors per euā processerat maledicta. De te secre-

torum celestium conscius Salomõ dicit. Que est ista que progreditur sicut aurora consurgens: pulchra vt luna: electa vt sol terribilis vt castrorũ acies ordinata? Aurora semp noctem sequitur: nox precedit auroram. Quid autem est nox frigida ꝛ obscura nisi originale peccatum: frigidum concupiscẽtia: obscurum ignorantia? Tu ergo processisti vt aurora lucida ꝛ rubicunda: quia superatis originalibus peccatis in vtero matris nata es lucida cognitione veritatis: ꝛ rubicunda amore virtutis. Inde est ꝙ natiuitatẽ tuã sctãm sctã ecclesia festiuis celebrationibus honorat: quod aliās non faceret. Deniqȝ nullius preter te: nisi dñi filij tui: ꝛ iohãnis baptiste (qui vtiqȝ sancti nati sunt) colit natiuitatẽ. Cum igitur tã clare auctoritates diuine: tuã ab vtero testent innocentiam: quis vltra dubitet sanctã te ꝛ immaculatã huic mũdo progenitã. Tu es proinde turris libani cum propugnaculis edificata. Ab ineũte quippe etate dilexisti iustitiam: ꝛ odisti iniquitatẽ. Quare delectatio iustitie: odiũqȝ iniquitatis: cũ quibus creuisti: tua fuere propugnacula? His quippe vssis: hostibus certe suspecta fuisti. Nõ eñ parũ formidabãt ne forte tu esses que ꝛ eras: per quã expugnãdi erãt ꝛ dãnandi: propter qđ ꝛ terribilis fuisti eis: vt castrorũ acies ordinata. Nihil ꝓo oino proficit inimicus in te: eo ꝙ mille clypei pependerunt ex te: ois armatura. Denarius solidus millenarius est: siquidẽ denarius quadratus centenarium perficit. Porro decẽ sunt precepta legis. Primũ est: dñz deũ tuũ adorabis: ꝛ illi soli seruies. In hoc solius dei precipitur cultus. Nulli quippe alij seruitus (que grece latria dicitur) debet. Siquidẽ qñ demonibus exhibet: idolatria vocat: qđ proximo inhibet pcepto. Non assumas nomen dei tui inuanũ. Acsi diceret. Nulli creature dei honorẽ exhibeas: nihil per incantationes aut auguria queras. Porro speciale obsequium deo prebet in obseruãtia sanctarũ solẽnitatũ: vnde tertiũ preceptũ cõtexit. Obserua diẽ sabbati: qđ est in sacris ferijs te exercere: quatinus p requiẽ presentez discas sperare eternam. Ac tria ista ad deũ dũtaxat pertinẽt: qua de re in vna solũmodo tabula scripta fuerũt. Ceterũ cetera ad cõuersationẽ hoiũ cũ proximo spectãt: quare ꝛ ipsa ptinebant in secunda. Et primũ quidẽ ad maxime proximos. s. parentes pertinet. Honora (inquit) patrẽ ꝛ matrẽ. Honoris noĩe nõ solũ subiectionis reuerẽtia: sed etiã subsidij obsequiũ accipit. Proinde filij debent honorare parentes: ꝛ in bonis obediendo: ꝛ temporalia si opus habuerint subsidia ministrãdo. Non occides. Id maximum malum est qđ proximis potest inferri: ac ppterea primo oim debuit phiberi. Fit autẽ homicidiũ multis modis manu/precepto/consilio/ cõsensu vel neglectu. Si eñ moriturum aliquo modo viuificare valeas ꝛ negligis: pculdubio eius mortis re⁹ teneris. Postea dicit. Nõ fornicaberis. Fornicatio alia spũs alia corpis. Spũs fornicatio ẽ: deserto deo adherere diabolo. Unde. Perdes oẽs qui fornicant abs te. Porro corporis fornicatio est passim cũ meretricibus vel feminis a legitimis viris absolutis: sola libidinis explẽde causa commisceri. Deinde adiungitur Furtumqȝ nõ facies. In furto comprehenditur rapina/vsura/psuasio/quicqđ deniqȝ cuz dãno alterius possidetur. Deinceps ait. Falsum testimonium ne dices. Falsum testimonium alieni patrociniuz mendacij pprie dicitur. Uerũtamẽ in hoc loco pro omnibus mẽdacij partibus verisimile est poni. Deniqȝ periuriũ/voti solutionẽ: ꝛ generaliter omne mẽdaciuz non permittit: qui falsum testimoniuz nominatim phibuit. Nonum preceptum est: nõ ꝯcupisces proximi tui vxorem. Ubi nimirum adulteriũ vetuit: atqȝ abusionẽ deo sacratarũ. Sponse quippe sunt dei: ꝛ vtiqȝ non minus est dei sponsam violare ꝙ hois. Decimum nõ ꝯcupisces rem proximi tui. Omẽ dolum ꝛ circũuentionẽ hoc vltimo vetat pcepto: qbus miseri mortales se inuicem decipiũt: bonisqȝ priuãt terrenis. Hec decẽ legis precepta suos obseruatores tãqȝ clipei muniunt: ꝛ a tormẽtis inferni defendũt: quapropter optimi decez clipei sunt. Denari⁹ porro linearis numerus est/solam habens longitudinem que solo dũtaxat capit intellectu. Decẽ itaqȝ clipeos habet. At si denarius in altum extendatur atqȝ quadretur cẽtenarium videlicet parit. Eadem quoqȝ rõne: si decalogus post scientiam memoria firmetur ꝛ dilatetur affectu centum profecto clipei possidẽtur. Postremo denarius exaltatus atqȝ solidatus millenarium pficit: sic nimirũ dacalogum de affectu in bonam pducẽs operationem optatos certe mille cepit clipeos possidere. Non est dubium te bñdictã intellectu ꝛ affectu ꝛ actu hunc sup oẽs mortales decalogũ habuisse ꝛ obseruasse: vñ prorsus merito mille clipei ex te dicũtur pendere. Et non solum clipei: sed ꝛ oĩs armatura fortium. Nihil est eñ virtutis quod ex te nõ resplẽdeat: et quicquid singuli habuere sancti/tu sola possedisti. Lectulus es salomonis de quo in canticis. En lectulũ salomonis sexagin ta fortes ambiunt ex fortissimis israel/omnes tenẽtes gladios ꝛ ad bella doctissimi.

¶ Deuoti melliflui qȝ doctoris diui Ber. Clareuallis abbatis: seraphica scripta expliciunt.

¶ Deuoti patris dñi Gilleberti abbatis de hoilādia in anglia ordinis Cisterciensis. Sermones super cantica canticorum ab eo loco quo beatus Bernardus morte preuentus finierat: insequendo de vicino eiusdem Bernardi spiritū ⁊ stillum Incipiunt feliciter

Sermo Primus.

Varij sūt amātiū affectus: q casus varij: et ideo sponse verba aliquotiens interrupta videtur sicut ipsa dilecto suo vel ex voto fruitur: vel preter votū fraudatur: nunc vt super mōtes reuertatur inuitat: nūc in lectulo querit elapsum. Quā assignabis consequentie seriem? Que docebitur ordinis ratio? Nō videtur ratio sȝ interruptio. Vota amoris non vniformis. Ideo sermo serie nō tenetur. Affectus in amore loquitur: ⁊ verba interrumpit: q nec ipse sibi semper in vno statu coheret. Iure ⁊ ipse sponsus hinnulo cōparatur sic salliēs: ⁊ sic fugiēs dilectā. Varietas hec nec cōsequētia nec ratione caret. Verba tā subito cōmutata cōtinuationē seruāt: duȝ affectuū ordini seruiunt. Videte iam q̄ sit in hac varietate series cōtinuationis. Elapsus erat dilecte sue super montes quasi hinnulus vagus ⁊ volitans: ⁊ ipsa ad se relapsa de mōtibus illis in quibus mirabiliter illuminata erat/ ⁊ illustrata visione dilecti. De mōtibus (inq̄) illis ad conuallem lachrymarum ad lectū doloris relapsa: ad lectū ⁊ ad noctem de montibus luminosis. Quidni sic recidat ipsa vbi sic recedit dilectus suus? Ipse em̄ sponse sue salus ⁊ illuminatio. Iō recedētē ipso: illa recidit ad lectulū infirmitatis ⁊ ignorātie noctē. Iā versatur sup stratū infirmitatis sue. Sup hūc tn̄ stratū memoratur dilecti: ⁊ iam nō in matutinis: sed in nocte meditatur in ipso: querēs quē diligit aīa sua. Nō pigre agit in hoc lecto ad quē relapsa est. Nō lasciuit: nō delectatur in lecto cōcupiscentie: sed magis reluctatur: memorata dilecti sollus: non obnoxia infirmitati: sed charitati. Sic interpretatur cui sic videtur. Ego tamen non hic accipio lectum doloris: nisi forte doloris illius quē amor parturit de absente spōso: delitiari videtur velle magis q̄ sanari: ⁊ amicū quesisse/ nō medicū. Iuxta hunc sensum sic continuare potestis. De mōtibus se raptim contulerat ad lectulum sponse: vbi illa exercitata et deficiens vbertate delectationis obdormiuit: exhausta inter amplexus dilecti. Oblectata obdormiuit somnuȝ dulcem: sed expergefacta nō inuenit illū hec mulier delitiarū in manibus suis. Gaudia itaq̄ illa gaudia ineffabilia silētio trāsiēs in hāc tamē vocē erupit. In lectulo meo p noctes q̄siui quem diligit anima mea. Pro cōtinuatione nūc ista sufficiāt. ¶ Iā verba singula cōsideremus. In lectulo meo p noctes q̄siui quē diligit aīa mea. Dulce satis est te bone iesu q̄rere: dulcius tenere. In vno plus labor/ in altero pfecta letitia: Dulcis itaq̄ est attrectatio tui. Naȝ ⁊ ipse tactus/ fructu nō caret. Mulier illa euāgelica felici furto attigit fimbriā iesu/ ⁊ statim stetit in illa fluxus sanguinis/ fluxus carnalis illecebre/ carnalis delectatiōis ⁊ cure/ ⁊ restricta ⁊ desiccata sunt que prius in illa fluida erāt ⁊ totū hoc contigit ex contactu fimbrie. Quid si caput ipsum amplexari contigisset? Non modo staret ⁊ exiccaretur sanguinis fluxus: sȝ emanaret impetus fluminis illius qd letificat ciuitatē dei. Bonus ergo tactus: sed attrectatio melior. In turba: in publico: vix tāgitur iesus. Ideo spōsa q̄ nō tantum tāgere sed amplexari ⁊ attrectare verbum vite disiderat: deuitans publicum secretum elegit/ secretū ⁊ lectuli ⁊ noctis. Bonū opus vel querere iesum vel tenere: sed oportunitas ⁊ loci ⁊ tpis huic adhibēda est operi: ⁊ que maior ⁊ accōmodatior ad vsuȝ amoris/ q̄ lectuli ⁊ noctis oportunitas? Nisi quieta mēte q̄ri nō pōt delectatio sapiētie: nec intranquillus in illam aspectus dirigitur. Nihil inq̄natū incurrit in illam: nec impacatum quidē. Illa vero in animū quietū ⁊ purum vltro incurrere solet: ⁊ gratis influere. In pace em̄ factus est locus eius: ⁊ habitatio eius in syon: hoc est in speculatione. Pax preponitur quasi preparatio quedā speculationis. Oculus turbatus vel ira vel cura: quomodo lucem illam inaccessibilem intuebitur: que nisi serenis nō attingitur mentibus: nec illis tn̄ semper ad libitū? ¶ Quid (inquies) paci ad lectulū? Multum plane fm hūc modū: q sicut in lectulo: sic in pace dormitur ⁊ q̄escitur. In pace (inquit) in idipsum dormiā ⁊ req̄escā. Quid ni libenter requiescat aīa sancta vbi locus est dilecti? In pace em̄ locus eius. Ideo hunc tibi locum primo acquire: vt in eo quem diligit aīa tua vel ad ipsum teneas vel elapsum requiras. In lectulo em̄ ⁊ secreta quadā mentis quiete potest inuestigari liberius: inueniri citius ⁊ tutius teneri: forte ⁊ diutius si tn̄ pōt diu morari in delitijs illis/ que fere solent in ipsis intercidi principijs. Nā ⁊ hec velut inter ipsos elapsa amplexus/ ⁊ fugientes insectatur delitias: dilectum rursus anxius q̄rit: ⁊ hoc in lectulo. Bene collocaris in lectulo: si ocio quodā ab occupationibus mens tua libere feriatur. Libertate ⁊ ocio quid accōmodatius ad vsum amoris? Et libertas illecebrā parit. In ocio ⁊ expeditur affectus: ⁊ nō parū impēditur illi. Sic est. Quāto fuerit expeditior animus: tāto quidē impēsior erit in illud quod amat. Vsu euenit vt cū fuerimus ocio redditi: tūc sentiamus acriorē morsum amoris diuini. E cōtra insensibilē pene reddit affectū frequēs cura mūdi: ⁊ quasi callū quēdā menti obducit. Animū cura implicat: quies explicat. Explicita desideria in que putas incremēta se dilatāt? Vides quāta bona cōtineantur in lectulo? Quies/ libertas/ illecebra. In lectulo em̄ quietis ⁊ vacuitatis vota magis inardescūt. Locus accōmodatus oblectamēto charitatis spōsam ad querendū viget ardētius. Illic em̄ egrius caret dilecto: vbi poterat vberius frui. In lectulo (inquit) meo: ⁊ per noctes. Que per noctes querit nō videtur mihi tā aspectus q̄ amplexus sectari. Tenere magis optat q̄ intueri. Bona quidem visio est: sed adhesio artior. Nā qui adheret deo vnus est spiritus. Melior tn̄ vtraq̄. Nā cōiuncte vicissim incremētis se cumulant gratiarū. Vtraq̄ si te apprehensurū nō arbitraris sectare tu qd spōsa sectatur. Amplexus quere dilecti ignorātie tue nox: immo noctes ignorātiarū tuarū serenā tibi visionē adimit secretorum celestium. Tu suauia sequere. Quere vt perscutias illa: si scire non potest. Nox non prescribitur delicijs: nā ⁊ ipsis aliquotiens illustratur. Nox (inquit) illuminatio mea in delitijs meis. In delitijs ait: nō inscietijs. Ita ⁊ tu noctem si nō potes scietijs/ pertēpta illuminare delicijs. Quicq̄d hic videmus p speculū ⁊ in enigmate/ totū in nocte est: ⁊ i hac nocte pōt iesus meus magis dulci quodā affectu suauiter sentiri q̄ sciri ad purū. Iō ⁊ si nōdū ad cōuictū admittitur: ptactū tn̄ sectatur/ dilectū in lectulo ⁊ per noctes querēs. Quid si ad inuētionē dilecti ⁊ nox operatur? Cooperatur plane ⁊ accōmodate satis. Sicut in lectulo sancte quietis accipis ociū: sic obliuionem quandā intellige in nocte. Vtrūq̄ sapientie ⁊ cōtemplationis negocia oportunitatem ministrat. Nec salomō vult te scribere sapientiā nisi in tempore ocij. Nec paulus in anteriora extēditur/ nisi prius eoruȝ q̄ retro oblitus. ¶ Miraris q bona nox/ ⁊ dies malus est. Diem hois (inquit ppheta) nō cōcupiui. Nescio quo pacto sibi aduersantur/ ⁊ alterutro se obscurāt dies dñi ⁊ dies hois. Siquidem dum alter exoritur/ alter recōditur. Diē inq̄t hominis nō cōcupiui/ hoc est humanū fauorē hoim gloriā: ⁊ inter reliquos: immo pre reliquis spectabilis videri. Recte hāc diē ppheta abiurat/ que pturbationis ministrat materiā. Melior ergo hec nox die siquidē nox a pturbatiōe abscōdit/ dies exponit. Deniq̄ primi parentes nostri/ statim vt eorū oculi in hāc aperti sunt lucē: erubescētes cōfundebātur. Quāto felicius clausa prius tenuere lumina/ ⁊ meliori cooperta nocte: peccati pruriginē nescientes. Abinde sumpsit hic malus dies originē qui vitioruȝ denudauit semitas: illiciētes species demōstrauit/ oculo cōcupiscētie sollicitantē ingessit materiā. Heu me quomodo me circūfulget dies ista: quomodo affectū meū ad se abripuit: q̄ claro versatur lumine ante mentis oculos. Et quidē satis importune pcax simul ⁊ impudica. Nusq̄ fere declinādi: nusq̄ dilitescēdi copia. Nulle satis tute sunt latebre. Ita vbiq̄ erūpunt ⁊ emergūt in cogitatū cūcta que spiritū vel turbēt/ vel deturpēt: siue diligēter attrectata: siue tacta leuiter. Licet enim animus castigatiore repellat illa pposito: solo tn̄ irruētiū cogitationum sordidatur attactu. Qui tetigerit picē inquinabitur ab illa. Deniq̄ fm legis scita quarūdam rerū tenuis etiā inq̄nat attactus. Nō imputatur cū violēter impōrtantur: culpā nō inferūt tales cogitatus aliquā tamē iniuriā irrogāt affectate mūdicie. Quid cū se contemplantis aio: corporee offendūt imagines? Forte carnalē appetitū nō prouocāt: sed tn̄ spiritualē tardāt intuitum. Alia turbant: alia deturpāt: alia tardāt: hoc est lacerant/ alliciunt/ illudūt. Nonne melius hmōi oia obscurari/ q̄ illustrari: ceca obliuionis inuolui caligine/ q̄ memoriter recēseri? Bona ergo nox que prudenti obliuione dissimulat omnia temporalia: ad illum qui eternus est querendum/ tempus expediens: ⁊ explicans occasiones. Que mundi concupiscentiam abscondit: curam: cogitatum. Hoc est enim mundum habere absconditum: vel mundo abscondi. Sic etiam abscondi poterimus in abscondito faciei tue dñe. Nō dico plena notione: sed tn̄ tota deuotione ⁊ libera inuestigatione/ ⁊ aliquanta inuentione. Hanc absconsionez hoc secretum/ has latebras quibus mundiani diei declinamus vel amorem/ vel imaginationem/ quibus humanum diem aut ablatum non repetimus/ aut oblatum respuimus: noctis noīe appel

Marginalia: A; Ps. xxvi.; Canti. iij. B; Matth. ix.; Ps. xlv.; Ps. lxxv.; C; Ps. iiij.; ij. Cor. vi; Ps. xxxvij; Eccl. xxxviij.; D; Phil. iij.; Hiere. vij; Eccl. xiij; Ps. xxx.

lari nunc a sponsa crediderim. Denicꝫ in superioribus dicit. Sub vmbra eius quaꝫ desiderauerā sedi: ⁊ fructus eius dulcis gutturi meo. Fructus iste suauiter pascit: si tñ prius vmbra ꝓtexerit. Bona vmbra que carnis prudentiam obseruat/ concupiscētiam refrigerat. Intelligis ꝙ sit vmbra: Inde tibi refulget occasio: quō ⁊ hic noctē intelligas: nisi ꝙ quedā occultiores latebre ⁊ magis abdite ⁊ accommodate magis ad inuestigationis ⁊ contemplationis vsum: sub noctis exprimunt ꝙ̄ sub vmbre vocabulo. In vmbra rerū visibilium obliuionē aliquantā accipe. In nocte oīmodā. Quis mihi dabit sic aduesperascere? Quis inꝙ̄ dabit mihi vt rerum tēporaliū memoria: obliuionis huius vergat in vesperā? Bona quidem nox: qñ imaginationes vane animū nō vexāt: nec versant in eo/ qñ abscondite sunt ab oculis querentis dilectū. Dilectio ipsa hanc noctē inducit/ ꝙ̄ reliqua oīa nec respicit/ nec nota reputat: dū ad illū quē diligit intēta suspirat. Per noctes inquit.

E

¶ Multe sunt noctes eius: nec est vna nox illi iugis ⁊ ꝯtinua. Noctes eius frequēter interpolant absentia sponsi. Cū adest: lux est. cū abest: nox est. Ideo multe sunt noctes sponse: qꝛ multi sunt elapsus sponsi. Multe latebre Beata plane que dilecto adheret tota die: ⁊ querit illum totis noctibus. Prouocent studium tuum qui audis ista: ⁊ instructus exemplo sponse: ꝯsurge ⁊ tu in nocte in principio vigiliarū tuarum: ⁊ effunde cor tuum vt liquefiat ⁊ currat: ⁊ decurrat vsꝙ̄ in ꝯspectū dei tui. Illi liba principia vigiliarū tuarū: nihil in te peregrine cure decerpant. Quere per singulas noctes dilectum tuū. Quid dico ꝑ singulas? Totas noctes in hoc opus ꝯtinua. Ne cesses ⁊ ne quiescas donec egrediat vt splēdor dilectus tuꝰ: ⁊ vt lampas accendatur tibi. Tunc poteris illud pauli dicere. Nox precessit: dies aūt appropinquauit. Nā qō sequit. Abiiciamus opera tenebrarū: huic nō pōt nocti adaptari. Nescit enim hec nox opera tenebrarū: sed magis lucē ministrat his ꝙ̄ ꝑmanent in agone quodā querendi dilectū. Bona quidē nox quando absconderis a ꝯturbatione ⁊ ab incursione imaginationū. Et ꝙ̄uis nondū absconderis in abscondito faciei dilecti tui: bonum tñ est vt abscondat tibi facies: ⁊ pompa inaniū ⁊ carnalium cogitationū. Nox est vt illas nō attēdas/ nō videas: sed tñ in hac nocte nō extinguet lucerna tua vt dilectū queras. Utinā ego tales mihi possim noctes numerare: tam latebrosas ⁊ tam luminosas. Et quis nostrum gloriabit: oēs se tales noctes habere? Quisquis est: felix est: cui omnes noctes in vsum talē decurrunt: qui in occulto suo nihil agit occultatione dignū. Unusquisꝙ̄ suam cōueniat conscientiā. Quid eñ mihi aliorū percutere cōscientiā infirmā? Nō percutio nec discutio quidē: ⁊ si infirma est feda saltē nō sit. Nō agat in occulto nō cogitet quidem que turpe est ⁊ dicere. Ad talē stratū iesus declinare nō nouit. Offendit illum ⁊ fugat confusa cōscientia. Cōfusio consciētie non inuitat illum: sed magis euitat. Charitas autē de corde puro ⁊ ꝯsciētia bona/ ipsa est ꝙ̄ querit. Sic eñ habes. Quesiui quē diligit aīa mea Nil bona tutius conscientia. Bona conscientia audet: ⁊ charitas ardet. Illa non formidat: ista inflammat Illa pro delicto non cōfunditur: ista confidit super dilecto. Magna vis amoris. Alieno nō nititur suffragio: ꝓpriis cōtenta meritis semper amari se presumit/ que amare se sentit. Deinꝙ̄ nō respectis aliis maiestatis noībus: solū sponsa dilectū memorat: que singulariter intus tolerat estū amoris.

F

¶ Hoc aūt attēdendū ꝙ̄ frequēter dilecti recenset vocabulum (quocūꝙ̄ ex mysterio) dilectus meus candidus ⁊ rubicundus: ⁊ talis est dilectus: ⁊ in presenti quē diligit anima mea. Magna certe sermonis huiꝰ gratia. Nec mirū si frequentat in ore qō in corde feruet. Ideo anima cōmemorat. Nō eñ v̄bo tñ diligit/ sꝫ voto nec solo actu sed magis affectu. Quid v̄o sibi vult ꝙ aīa nō spm̄ dicit? Forte qꝛ dilecto quē adhuc ꝗrebat/ nondū adherebat. Qui eñ adheret deo: vnus est spūs. Et quidē nusꝙ̄ in toto hoc cantico spiritum noīat? Sed aīa mea liquefacta est: ⁊ aīa mea ꝯturbauit me ⁊ hocipsum frequēter/ quē diligit aīa mea. Id quoꝙ̄ fere nusꝙ̄ nisi cū absentē ꝗrit: vel abesse ꝗrit. Solēt his noībus gradus quidaꝫ distingui: aīe ꝑfectioris ⁊ minus ꝑfecte. Apls dicit. Aialis homo nō ꝑcipit ea ꝙ̄ sunt spūs dei. Ego aīam hāc ita amantē ⁊ estuantē/ feruentē ⁊ ꝗrentē nūꝙ̄ nō spūalē dixerim. Quippe ꝙ̄ lꝫ nondū plena visione voto tñ ꝓpēsiore illi adherebat: quē vehemēter diligebat. Possumus aūt nō incōuenīēter sicut in spū subtilē ⁊ attenuatū intellectū: sic in aīa suauē ⁊ tenerū affectuꝫ accipere. Per ꝓphetā in ꝓmissione dn̄s dicit. Dabo vobis cor carneū. Si ergo carnis nomen in bono alicubi accipit: cur non magis aīe? Ego beatā hāc aīam (vt licēter loquar) nō lapideā: sed carneā magis iudicauerim: ⁊ nihil habentē in se rigoris vel duritie sed mollē/ tenerā/ tractabilē ⁊ sensibilē ad singulos diuini verbi aculeos. Denicꝫ ꝙ̄ dicat: neꝙ̄ caro mea enea est/ sed quā spūalis ꝑtranseat gladius: ⁊ charitate se vulneratam gaudeat. Iure ergo aīam suā diligere dicit: exprimere volens intimā quādā ⁊ viuidā ⁊ aīatā affectionē erga dilectum suū iesum xp̄m dn̄m/ ꝙ̄ viuit ⁊ regnat in secula seculoꝝ. Amen.

[margin: Tren. ii. — Rom. xiii. — i. Thim. i. — Canti. iii. — Canti. v. — Eiusdē. iii. — i. Cor. vi. — Cant. iii. — i. Cor. ii. — Eze. xi.]

Sermo Secundus

G

Super hesterno capitulo hodiernum vobis instauramus cōuiuiū. Nec eñ ibi cūcta dicta sunt que dicēda occurrūt. Quedā vero nec tacta quidem sunt. Illa hoc sermone discutiēda suscipimus. s. cur dicat in lectulo ⁊ nō in lecto. Et cur in lectulo meo. Nā alibi lectulum nostrū dicere consueuit. Hec reputate vobis in sortem. Si quid autē noue disputationis super his que iā discussa sunt adiecero in lucri rōnē (vt sic dicam) referte. Quid putatis mysterii signat hoc ipsum qō dicit in lectulo: laudis ne aliquid occulte cōtinet aut suggillationis? Et si vtrumꝙ̄ potest: libentius tamē hic laudem accipio: ⁊ ideo primitus in hunc sensum inflectamus sermonē. Ego plane i hoc verbo coartationē quandam intelligo vt soli secū dilecto sufficiat. Cur eñ non in bono coartatio accipitur: si strati dilatatio in opprobrium vertitur? Dilatasti (inquit dominus per prophetam) stratum tuuꝫ/ iuxta me suscepisti adulterum. Uides quomodo obiurgādo ⁊ exprobrando strati dilatatio obiicitur aīe adultere. Bonum est ergo non dilatare: sed magis contrahere stratum cogitationis ⁊ cordis lectulum. Ideo sponsa iure sibi applaudit de lectulo. Coangustatum est (inquit propheta) stratū: ita vt alter decidat: ⁊ pallium breue vtrūꝙ̄ operire nō potest. Utrūꝙ̄. s. virum ⁊ adulterum. Breue eñ ⁊ angustum est cor hoīs ad cōcipiēdas dei verbi delitias etiam cum in illas totuꝫ extenditur. Quomodo nō multo breuius si fuerit ad alia distentuꝫ? Sufficiat dilecto tuo vel breuitas ista. Noli illā magis breuiare/ lectulū cōicādo alteri. Bona quidē hec breuitas lectuli ꝙ̄ nescit nisi dilectū suū s. xp̄m suscipere. Est eñ breuitas ꝙ̄ nō nisi illuꝫ suscipere nouit ⁊ est breuitas que illum plene suscipere nequit. Illa charitatis est ⁊ discipline: hec vero infirmitatis ⁊ nature Utraꝙ̄ breuitas intelligi potest in lectulo: vel qua cū dilecto plures nō suscipit vel qua nec illum plene. Magna certe voluptas lectuli: sed magna breuitas: ⁊ ideo bene lectulus magis ꝙ̄ lectus dicitur.

¶ Delectabilis lectulus est de quo legis in prouerbiis. Secura mens quasi iuge conuiuium Foris nox/ foris turbatio: sed trāquillitas intus quasi quietis lectulus quidā. Nō est hic illud lamētabile dicere. Foris interficit gladiꝰ ⁊ domi mors similis est. Immo si foris gladius est intus gaudiū. Spe (inquit) gaudētes: in tribulatione patiētes. Ad noctē tribulatio refert: ad lectulum spes ⁊ gaudiū Forte ꝓpter hoc nō lectum sed lectulū appellat parco vocabulo: qm̄ totū gaudiū nostrū fere in spe est adhuc ⁊ ex parte. Bonus ergo lectulus cōscie quies ⁊ mūdicia. Cor impii quasi mare feruēs qō quiescere nō potest/ sꝫ redūdāt fluctꝰ in cōculcationē ⁊ lutū. Est ergo cor impii turbulentū ⁊ tabidū/ lutosum ⁊ secū semꝑ colluctās. Siquidē nō est pax impiis. Regnum vero dei iusticia est ⁊ pax. In pace (inquit) in idipm̄ dormiā ⁊ requiescā/ qm̄ tu dn̄e singulariter in spe cōstituisti me. Utrūꝙ̄ cōplectitur spei nomē ⁊ lectulū ⁊ gaudiū: qꝛ in spe gaudemꝰ ⁊ in spe requiescimus: Sed vnde spes nisi de securitate cōscientie? Iure lectulū dixerim mētē securā ⁊ liberā. Securā ꝓpter ꝯscie bonum. Liberam aūt a tētatione. Liberā ab exteriore occupatione. Liberā a leui cogitatione. Quāta tñ esse pōt in hoc corpore quies ⁊ libertas mētis? Breuis ⁊ exigua ⁊ lectulo similis angusto Multū inde decerpit reficiendi necessitas corporis: multū conquirendi que necessaria sunt cura: multū cōsumēdi hora/ multuꝫ aīe casus imminēs/ multū causa latēs Gloria nostra hec est (inquit paulus) testimoniū cōscie nostre. Suaui certe se collocarat in lectulo. Nihil ait/ mihi cōscius sum. Sed quātū illum dilatat ⁊ extēdit: magis istū artat ⁊ cōtrahit; sꝫ in hoc (inquit) iustificatꝰ nō sum. Qui autē iudicat me dn̄s est. Uides quō paulus audet ⁊ dicit. Cor nostrū dilatatū est. Uideo quō gloriāt testimoniū consciētie diuine coartat respectꝰ sentētie. Bene ergo lectulus mēs secura sed minime supba: quieta nō elata: bona de se sentiēs: sed alta nō sapiēs magis aūt suspectā semꝑ habens incerti noctem iudicii. In lectulo inquit per noctes.

I

¶ Multe noctes/ sed vnus lectulus. Multe eñ tribulationes iustorū: sed tñ quasi nō sentiētes/ nec respiciētes/ vno dormiūt ⁊ requiescūt in lectulo. In ea in qua vocati sumus vna spe vocationis nr̄e. Trāsit nox ⁊ nox: sed illi nō deserūt tranquillitatis sue lectulū: donec tota transeat iniquitas. Multe noctes ⁊ alte tenebre: sed tñ ab altitudine noctis nō timēt nec turbant: quia sperant in dn̄o/ non timēt a noctibus: qui in huius spei lectulo quiescunt. Nā ⁊ ipse nouit dare carmina in nocte tribulationis ⁊ in nocte mandat canticum eius. Accepistis quare sponsa dicit noctes ⁊ quare plures: quare lectulus dicatur ⁊ quare vnꝰ. Nunc accipite quare dicat sponsa in meo. In lectulo suo ⁊ quasi singulariter suo est/ ꝙ̄diu singulariter in spe est. Cum v̄o ad spem res accesserit vel magis successerit spei: cuꝫ iam ex parte tenuerit dilectum: nō iam suus est hic lectulus sponse: sed magis cōis

[margin: Esa. lvii. — Esa. xxviii. — In puer. xv. — Rom. xii. — Esa. lvii. — Ibidem. — Ro. xiiii. — Ps. iiii. — ii. Cor. i. — i. Cor. iiii. — Ibidem. — Ps. xxxiii. — Ps. xli.]

gis cōis sponsi ⁊ sponse. Suus est cū quasi sola sine dilecto de scit. Cōis est cū ipse adest. Suus est sponse cū quietatis ⁊ pacatis ⁊ cōpositis moribus intra se collecta quiescit. Cōis est cum iam incipit oblectari sponso. Forte est ⁊ aliquis proprius sponsi: qñ sui oblita penitus ⁊ se exuta tota transit in ipsum ⁊ quasi induitur ipso: dilecta ipsius. In lectulo suo nec effluit extra se: nec turbatur in se. In lectulo cōi affluunt illi delitie quedã de presentia sponsi. In illo qui solus est sponsi amoris exagitata incendio ebullit ⁊ excrescit effusa ⁊ effluens. Tota transfundit in ipsum ⁊ in similē absorbet qualitatē. In primo penes se est: in secundo penes illam sponsus In tertio penitus est ipsa penes ipsum: ⁊ si dici pōt non est nisi ipse. In primo querit: in scđo adheret: in tertio vnitur illi. In primo tranquillitatē propriam possidet. In secūdo quādā meret cōitatē cū dilecto. In tertio assumitur ⁊ absorbet in quādā charitatis ⁊ gratie vnitatē. Melior hic lectulus tertius ꝙ secūdus/ quanto expressior est vnitas ꝙ cōitas. Bonus tñ primus per quem ad istos paratur accessus. ¶ Et si ad carnalis infirmitatis illecebras lectuli sensum deflectere velis: nec erras nec laboras sic assignando. Solius enim sponse sub hoc intellectu lectulus est: nec communicatur sponso. Nam ⁊ si nouimus christum ꝺm carnē/ ꝺm carnis ꝯcupiscentiā tñ non nouimus. Communis quidem carnis natura: sed nō est cōis illi carnis illecebra. Non refutauit lectum doloris nostri: sed nō se reclinauit vſq ad sensum delectationis nostre. Ideo cū istū designat: in lectulo meo dicit: non cōiter in nostro. Alibi siquidem legitur. Lectulus noster floridus. Qui cōmunis est: floridus est: vetustatis nihil habēs: nil corruptionis. Qñ vero proprium suum lectulum dicit/ nulla ibi fit mentio floris. Suus sponse hic est: sed insuauis est: nō floridus: sed horridus illi videtur. Dura satis conditio si vel sola corruptio foret nunc vero ad infirmitatem accedit aduersitas: duplicatum incommodū: lectulus ⁊ nox: infirmitas ⁊ aduersitas/ Sed magna vis amoris quē neutra cōpescit: nec illa innata: nec ista illata. Non eñ lectulo tenet: vel terretur nocte sed in lectulo suo ⁊ ꝑ noctes querit quē diligit anima eius. Claustralium videt vox ista/ maxime fratrū qui ⁊ quieti a sollicitudine: ⁊ quasi perditi ⁊ abscōditi sunt in multitudine: habētes in altero lectulū: in altero noctis obscurū. Quodāmō eñ abscōditur cuiuslibet quālibet excelsa cōuersatio: vbi in equalē altitudinē tota se fratrum numerositas attollit iuxta illā de saluatore propheciā. Ambulant in tenebris: ⁊ nō est eis lumē: sed humane laudis lumē: vt liberius sperent in nomine dñi/ ⁊ innitantur sup dominum suum. Quorū abscōditus est vultus eoꝝ. Unde nec reputauimus eos immo qui seipsos intus nō reputant qui se mundi aduersus foris non aptāt: q nec hominū ab ore gloriā exoptant: sed illam que ex solo deo est: iuxta qđ legit. Ego gloriā meā nō q̄ro. Et q gloriat in dño gloriat: hoc est: nō ꝓ donis dñi in hominum fauore quiescat: nec finis huius admixtione/ spiritualis glorie adulteret in aliquo gaudia: sed illi referat gratiā ⁊ querat i illo gloriam/ hoc est eñ ipsum querere. Habet iste in trāquillitate lectulum in humilitate noctē. Nō illū mordaces cure circūuolāt inquietudinū nō exasperāt iniurie: sed torū lectulus ⁊ nox: totū pax ⁊ qes/ ⁊ latebre. ¶ Nunqđ satis est: Fortassis satis/ sed laborāti nō satis amāti. Dulcis eñ laborāti somnꝰ: amātis anxietas illū dormire nō sinit/ somnolētiā excutit/ vigilias inducit. Amor de qete ipsa inquietior reddit. Quiescit tētatio/ quiescit occupatio: quiescit afflictio: sed qescere dilectio nescit. Tūc magis vires exercet: dulce incēdiū ⁊ flāma vorax de latibulis euadens vacuo liberius euagat in animo: altius possidēs ⁊ auidiꝰ depascēs. Occasione accepta suum nescit amor nō exercere negociū. Semp eñ quē amat vel presente eo se oblectat/ vel absentē desiderat. In die indꝫ tribulationis mee deū exq̄siui manibus meis. Lōge differētior q̄rendi ratio nūc a spōsa ꝓponit. Illam nō impellit afflictio: sed trahit affectio. Ille in psalmo q̄rit aduersus tribulationē: ista ad amoris vsum ⁊ oblectationē. Ad hoc eñ refert ⁊ qetis lectulū ⁊ noctis latibulū: vt quē diligit/ ⁊ incōcusse recolat: ⁊ sincere sapiat ⁊ dulciter sentiat. Ergo multo potior indiligēte ꝙ in indigēte querēdi rō: cuius iure dici possit q sancta quadā semper eget amor auaricia. Semp eñ ad secretoria exestuat: ⁊ que tenet nen reputans volubili se rapiat in anteriora rotatu/ ⁊ vitalis instar rote spirituali leuitate ad superiora toto conatu attollit: de terra vix paululū aliq̄d attingens. Deniq in paulo nondū se comprehendisse arbitratur: sed ipse ad anteriora extensus quasi rōnalis rota sequitur quo illum rapit spiritus feruētis desiderij. Siquidem ⁊ cum cōsummauerit homo tūc incipiet. In presenti quoq spōsa dum tenet lectulum: non hoc contenta ardentius querit dilectum. Ille illi lectulus: ille dilectus. Lectulus dum infirmam ⁊ fatigatam suscipit: dilectus dum inflammat ⁊ succendit. Lectulus ⁊ dilectus: quia quiescit in illo: ⁊ cōcupiscit ⁊ deficit in ipm. ¶ Mirari q dico lectulum: Audebo ⁊ adijciā vilius aliquid imo sublimius super omnem gloriam laudis eius. Quāto enim pro me egit viliora: tanto bonitatis sue dedit indicia maiora. Ipse parvulis lectulus: ipse pullis est nidulus. Etenim passer inuenit sibi domum: ⁊ turtur nidum vbi ponat pullos suos. Uis audire qualis lectulus: Iacta cogitatus tuos implumes adhuc ⁊ infirmos in dño/ ⁊ ipse te enutriet donec formet ⁊ firmet xp̄us in te: ⁊ occurras in virum perfectum qui fluctuare non possit. Bonꝰ ergo lectulus qui mihi factus est a deo iusticia ⁊ pax/ ⁊ redemptio/ ⁊ sapiētia. Quis dabit mihi tali collocari i lectulo: Quis (inq) dabit mihi istos puluillos: ⁊ ceruicalia huiuscemodi assui sub cubito ⁊ capite meo Felix ceruical quod sibi spōsa supponit Leua eius sub capite meo: ⁊ dextera illius amplexabitur me. Alterum iā possidet: alterū sibi pollicet. Leuā tenet: sed dexterā q̄rit. Delectationes eñ in dextera tua vſq in finē Quasi de lectulo tendit ad lectulum. Suauissimum mihi ceruical bone Iesu spinea illa capitis tui corona. Dulcis lectulus illud crucis tue lignum. In hoc ego nascor ⁊ nutrior creor ⁊ recreor ⁊ super passionis tue altaria memorie mihi nidum libenter recollo. Et si maiora datur ⁊ arcaniora persentire diuine maiestatis mysteria: nihil illud a lectulo ⁊ nocte differt: si quis ad futuram contempletur plenitudinem non formulā perfectionis humane. Nam ⁊ perfectius nostrum imperfectū est: ⁊ (vt veriꝰ dicam) vix adhuc inchoatum. Propterea initium aliquod dicimur creature dei/ ⁊ tñ primitias accepisse spiritus. Temerariꝰ forsitan videar/ qui conor inexperta exponere: ⁊ de sponse lectulo/ que illum suauis forsan ⁊ secretius collocauit/ ꝙ coniectura nostra possit attingere. Quapropter de mysterijs ad mores descēdamus/ ⁊ dicamus hoc esse dilectum in lectulo ⁊ per noctes querere: cū post cordis strepitum ⁊ carnis motum quieti ⁊ presentium obliti/ primitiuas quasdem future dulcedinis carpamus delitias. Habes ergo (vt breuiter colligā) in hoc capitulo occasionē/ actū/ ⁊ causam. In diligente causa actus in querente: oportunitas vero ⁊ occasio in lectulo ⁊ nocte innuit. Breue autē capitulū/ qm̄ bonus lectulus/ in quo suscipit mēs fatigata fomentū immo feruēs incendiū: in quo amor dū offēdiculum nō hꝫ/ desiderij vsum exercet ardentius. Sed [illegible] hic paululum quiescamus: ⁊ in illo vtinā lectulo in quo spōsa dum quesiuit dilectū q̄siuit vt experiētie sensu in nobis ipsis ediscere possimus: quod nunc alios docere conamur ꝙ dulce sit in hoc lectulo quiescere ⁊ dilectum querere. Iesum xp̄m dñm nostrū.

¶ Sermo.iiij.

Non solet spōsus semp vel pro tēpore vel pro quātitate anime se querētis voto respōdere. Quesiui: inquit ⁊ nō inueni illū. Gratum certe verbum/ quesiui: sed nō inueni illū/ graue. Quidni graue ⁊ intolerabile sic querēti ⁊ sic amanti: Nemo enim eo qđ ardenter querit non anxie caret/ tantoq cumulatiore angustia si vicina spe iā iāq apprehensura fraudatur. Quāto magis illa quam experte ⁊ perdite interne dulcedinis prouocat esuries: Credibile est ꝺm multitudinē retractate ⁊ reuolute i corde dulcedinis: acriori ad querendū ictu euerberari animū amantis. Deniq ad dilectionis mensurā nō inuenientis pēdatur affectus Si quis in se vnq̄ talē expertus est vel dilectionis vł desiderij sensum propriū estimare potest cōiectura exēpli: ꝙ querulo spōsa corde ꝓtulerit: nō inueni illū. Nusq̄ cōsolatio: nusq̄ refrigerium/ sed vbiq tribulationē ⁊ dolorē inueni dū illum quē ardēter diligo ⁊ instāter quero nō inueni illū. Deniq posuisti me: nō dico tibi contrariā: sed a te quasi extraneā/ ⁊ facta sū mihimet ipsi grauis. Grauis plane quā tedet vite: tedet luminis huius quoniam lumen oculorū meorū ⁊ ipm nō est mecū. Ubi erit foris cōsolatio: si intus in metipa te absente turbatio: Conturbatum est cor meū dereliquit me virtus mea: ⁊ lumen oculoꝝ meorum ⁊ ipsum non est mecū. Tria hec tecum abierunt: virtus: veritas: identitas. Quomodo enim virtus erit in doloris lecto in nocte lumen: ⁊ in diuisione ⁊ separatione idipsum: Ad me nūc respicit illa prophetalis exprobratio. Quousq dissolueris filia vaga: Deniq ⁊ Cayn ex quo egressus est a facie dñi vagus factus est ⁊ ꝓfugus. Ego quidem nō ita vaga ⁊ profuga: magis enim querens ꝙ fugiens: ⁊ (vt licentius loquar) tibi fuga plus competit. An non vaga que de lectuli angustijs transeo ad ambitum vrbis discurrens per plateas: per vicos: per vigiles: Qui adheret deo: vnus est spiritus dulce hoc ipsum: ⁊ ideo dura separatio: ¶ Quomodo separata est hec identitas: dissilit vnio ⁊ ad me dimidiata redit: Nam tota a te non discessi. Desiderio enim in te feror sed a presentia differor: habeo aliquod in desiderio solatium sed totum illud abscondit ⁊ absorbet de dilatione supplicium. Quo pacto nō abscōditur omne solatium q̄diu abscondis faciem tuā a me: Deniq sicut ait propheta. Consolatio abscōdita est ab oculis: qr facta est inter dilectos diuisio Sed mihi abscondita qm̄ mihi fuerat hec vnio indulta. Tu eñ

donoꝝ meoꝝ non eges. Bona enim mea bona tua sunt: ideo mihi incumbit desolatio/ dum a te separari contingit. Tu virtus mea. Tu lumen oculoꝝ meoꝝ. Tu mihi ipsum. Tu mihi totum. [Ps. lxxij.] Deniqꝫ defecit caro mea ⁊ coꝛ meũ: vt de reliquo in me nec carnalis affectus nec cordis mei sensus respiret: sed sit deus cordis mei: ⁊ pars mea deus in eternũ. Si hanc partem perdidero inanis ⁊ vacua remanebo: quasi terra sitiens ⁊ quasi vas perditum. Adsume adsume qui ebꝛius es sitientem: ⁊ vacuo vasi tue plenitudinis poꝛtionem infunde. Quid partis toꝛrẽti illi vbertatis tue: Heu me q̃ raptim transit toꝛrens iste nostris in conuallibus. Cito quidez transit/ sed trahunt me post se in eternũ desideriũ impertite delicie. Delicie abeunt: sed desideriũ relinquunt. Ille excurrũt: ⁊ istud excruciat. Quãto sunt eñ ꝓrogate dulcioꝛes: tãto molestioꝛ de dilectiõe moꝛa. Ita ne dñe suaue vi debitur tibi miseram moꝛa tali toꝛquere animã: ⁊ de penis diligentis ⁊ querentis te ridere. Si maiestas te abducit: misericoꝛdia inclinet. Si te non indulges dilecte misere vel afflicte. Afflicta sum ⁊ humiliata nimis: ⁊ a gemitu cordis mei mecuz illũ rugiens non inueni illum. Ubi nunc multitudo viscerum tuoꝛũ ⁊ miserationum tuarum: Diu ⁊ nimis diu continuerunt se super me. Dilecta tua absentis desiderio in doloꝛem se fundit: ⁊ tu te contines: ❡ Joseph male meritos de se miseratus fratres: nõ poterat se continere: sed cõmota sunt viscera eius: ⁊ quis esset [F] [Gen. xlv.] blande innotuit. Equidem tenerioꝛ esse solet ad gratiam spõsi pietas q̃ fratris. Tu mihi plꝰ q̃ ioseph. Tu eñ frater. Tu spõsus. Quis dabit mihi te fratrem meũ: Ego me totã ad querendum impendo/ ⁊ tu te suspendis sponsus ⁊ frater: Ergo eris in dilectione minoꝛ qui es maiestate superioꝛ: Magis sibi respõdet amoꝛ ⁊ humilitas: q̃ amoꝛ ⁊ maiestas. Paululum maiestatis obliuiscere vt misericoꝛdie recoꝛderis. In te omne desiderium meum. At quid non ante te: Ut quid absconditus est a te gemitus meus/ qui totus est per te: Dissimulas ⁊ differs ⁊ auertis faciẽ tuã a me: ⁊ facta sum cõturbata. Propterea q̃roꝛ ⁊ causoꝛ/ clamito/ non inueni illũ. Felix cõditio/ qñ dicere datũ fuerit. Dilectus meus mihi ⁊ ego illi: Nunc vero ego dilecto meo sed nondum ad me cõuersio eius. Amara quidem amãti cõmutatio. Idcirco pꝛo voce vocem cõmuto; nõ inueni illum. Oĩa tẽ[Eccle. iij.]pus habent: ⁊ suis spacijs vniuersa sub sole transcurrũt. Quando erit vt cum sole permaneant ⁊ ante mutabilitatẽ lune/ vt in eternitate stent: ⁊ nõ transcurrent cuz tempoꝛe: Nunc vero oĩa tempus habẽt: ⁊ habet foꝛsitan suum tẽpus eternitas ipsa. Dicuntur enim ⁊ tempoꝛa eterna: eterna ergo in se eterna sunt sed nobis parata sunt tpe suo. Oĩa tempus habent: tempus amplectandi ⁊ tẽpus ab amplexu longe fieri. Quod ergo erit aptum magis q̃ nox amplectendi tempus: Immo quis erit aptioꝛ ad amplectendũ vel lectulo locus: vel nocte tempus: In pace locus tuus: ⁊ ideo quietis tempus/ ⁊ pacis tibi paraui in coꝛde meo lectulum. Ueniat dilectus meꝰ/ ⁊ veniat delectatio mea: ⁊ requiescat in cubili suo. Tu foꝛsan dispẽsatione differs: sed non capit amoꝛ impatiens de dispẽsatione solatiũ. Scio mihi repositum tempoꝛe suo: sed de fugacis tarditate tẽpoꝛis amoꝛ causatur. Tu differs: ego quidem diutius nõ fero: sed surgã ⁊ circuibo ciuitatẽ. Cõtẽno lectulum: ⁊ initium sermonis derelinquo vt ad perfectioꝛa ferar. Nam ⁊ si spõsa sum ⁊ perfecta: pꝛo regule modulo humane initiuz tñ accepisse me reputo: ad qð restat [Cant. iij.] respiciẽs. Surgam ⁊ circuibo ciuitatem: querã per vicos ⁊ plateas. Jesu bone: quid est qꝰ alicubi nõ inueniris qui vbiqꝫ crederis: ❡ Multe quidẽ mãsiones in domo pr̃s tui sunt: sed nunquid alias deseris ad alias transiens: qui infinitus ipẽ ⁊ immẽsus es: Ubiqꝫ creaturarũ totꝰ es creãs ⁊ cõtinẽs: sed infinitatẽ [G] tuam creatura nulla põt expꝛimere: q̃uis virtutez nullam non possit ex parte inuere. Ubiqꝫ totus ꝑ existẽtiã: sed nõ e qualiter in singulis per efficientiã. Nã ⁊ si ex toto te vbiqꝫ operis: nõ tñ totum quod potentie tue est vbiqꝫ immo potius nusq̃ operaris. Indifferenti eñ virtute efficis in minimis minima/ et magnis maioꝛa. Cum ergo virtus tua vbiqꝫ ⁊ tota operetur: nusq̃ tamẽ tota expendit: quia cum volueris suppetit tibi efficere maioꝛa: nec tota expꝛimitur: qꝛ veritatẽ nõ possunt ad integrũ emulari simulacra. Oĩa ergo te mihi monstrãt ad cognitionem sed non oĩa me mouere possunt intus ad deuotionem. Ubiqꝫ in te impingo sed nõ vbiqꝫ cõpungoꝛ. Ubiqꝫ te mihi ingerit rerũ species ⁊ vsus ⁊ oꝛdo: sꝫ verbũ sapiẽtiã. nõ verbũ salutem. Uerbũ aũt sapiẽtia ⁊ salus idest xp̃us iesus tñ in ciuitate dei nostri in mõte sancto eius: propterea surgam ⁊ circuibo ciuitatem. Surge inquit. [Ephe. v.] Paulus qui doꝛmis: ⁊ exurge a moꝛtuis ⁊ illuminabit te xp̃us. Surgam ego non de moꝛtuis operibus: non de prauis [j. Paral. xvj.] moꝛibus sed de bonis ad melioꝛa: de moꝛibus ad mysteria: de mysticis ad manifesta: de serenis ad suauia. Surgaz ⁊ circuibo ciuitatem illam: de qua dicitur. Magnus dominus ⁊ laudabilis nimis: in ciuitate dei nostri in mõte sancto eius. Ergo surgẽdum est ei qui in montana vult cum maria cõscendere/ ⁊ pꝛodigus ille filius in se reuersus: surgam inquit ⁊ vadam ad patrẽ [Luce. xv.] meum. Prudenter ait surgam: iturus ad eum qui in celis est patrem. Sed nimis exilem ⁊ macilentam spem reposuerat in sinu suo: mercẽnariam conditionẽ patrẽ rogaturus. Modeste quidẽ pꝛo meritis: sed de paterne miseratiõis copia humiliter nimis ⁊ iniuriose sentiens: vere famelici dans in hoc animi indiciuz ⁊ inedia confecti dicã inquit ei. Pater fac me sicut vnũ de mercẽnarijs tuis. Nõ enim poterat ieiunã ⁊ macrã spem ad maioꝛa poꝛrigere. Surgam inquit ⁊ vadã ad patrẽ meũ. Iste de querẽdo nil mouet patre: tñ deflectẽdo sollicitus. Que spõsa est: certa de grã postulat presentiã tñ. Surgam inquit ⁊ circuibo ciuitatẽ ⁊ queram quem diligit aĩa mea: inuẽtionẽ sufficere reputans. ❡ Uide si non in presenti hec possit obseruari distinctio: [H] quoniam patris exposita est ⁊ parata cunctis indulgentia. De litie vero fugaces ⁊ recondite ⁊ latibulis gaudentes. Ideo ille dicit. Surgam ⁊ vadam. Illa vero. Surgam ⁊ queraz. Deniqꝫ ⁊ pater occurrit penitenti: sponsus se subducit diligenti. Misericoꝛdie sui pꝛofusioꝛ est: delectatio parcioꝛ. Id autem non incongrue ab vtroqꝫ positum intelligitur quod dicitur surgam. Non permittit te Paulus que sursum sunt querere: nisi pꝛius [Coloss. iij.] resurrexeris. Non potes que sursum sunt sapere: nisi pꝛius illa quesieris. Quid eñ est illa bona que sursum sunt inuenire: nisi quodam dulcedinis ⁊ experientie gustu ꝑsentire illa: Ideo cũcta perlustrat ⁊ scrutatur: vt qð amat alicubi deguster. Surgã inquit ⁊ circuibo ciuitatem: querã per vicos ⁊ plateas quẽ diligit aĩa mea. Multum sibi fiducie sanctus amoꝛ adsumit. Quantum enĩ putas diligebat: que tñ presumebat: Surgã inquit ⁊ circuibo ciuitatẽ. Non veniet in cõspectũ tuũ dñe omnis hypocrita. Abscõdit se adã: ex quo bone consciẽtie ausum amisit ⁊ inuentuz se doluit: qui magis querere debuerat. Qui ficte diligit: fugit conspectum tuum: q̃ vero sponsa est ⁊ charitatis dotata munere: etiã fugientem insectatur. Quo ibis bone iesu a facie vehementis desiderij: Si ascenderis in celum: illic es: si descenderis in infernum ades. Ubiqꝫ te sequitur curiosa scrutatrix: ⁊ per singulos operum tuoꝛum gradus discurrens: qð fide tenet conatur transfundere in affectũ: ⁊ admirande maiestati deuotione respondere. Ad dilectionis incentiuum omnia euangelij documenta deducit: vt in quibus veritatem suscipit/ virtutem persentiat ipsum sponsum suum chꝛiste iesu. Qui viuis ⁊ regnas per omnia secula seculoꝛum Amen.

Sermo .iiij.

Circuitus iste nõ est peruagationis: sed inuestigationis. [J] At si vagatur que circuit/ non euagatur tamen non excedit terminos ciuitatis non loca qui dilectus perambulare solet. In circuitu ambulat is intus ambulat per vicos ⁊ plateas ciuitatis. Sapientia enim in his vijs se ostendit hilariter: ⁊ in plateis dat vocem suam. Ideo in istis circuit: qꝛ nouit vbi soleat illi vberioꝛ occursus esse dilecti. Circuibo inquit querens per vicos ⁊ pla[Canti. iij.]teas. Frequens tibi est o felix anima talis circuitus ⁊ accessus familiaris/ ⁊ nota sunt tibi oĩa ciuitatis huius circuitus ⁊ recessus intimi/ angusta locoꝛum ⁊ lata platearũ. Introduxit te rex in cellam vinariam. Nunquid non ⁊ in omnes alios secretioꝛes recessus: Omnia tibi sunt aperta ⁊ peruia: ⁊ vsu quodã ad beatum hunc expeditã te sentis circuitum. Ideo non cunctanti sed confidenti similis dicit. Circuibo ciuitatẽ. Et quantum putatis fratres/ quantum solatij cõfert inuisere interim ⁊ crebꝛo conterere gressu loca in quibus stare solebant pedes eius quem diligit. Nescio quo pacto loca in quibus aliquid boni experti sumus: expꝛessius idipsum impꝛimunt memoꝛie/ ⁊ ex oꝛdine ante mentis depingunt oculos/ et quod iam experti sumus in ipsis iterato speramus. Ergo loca ista nõ coꝛpoꝛalia sed spiritualia crediderim opoꝛtuna ad aĩe exercitationem spiritualẽ propterea in his accipiamus circuitum. Circuitꝰ iste an recoꝛdationis est an inuestigationis: Circuit eꝰ q̃ vel nota recolit/ vel ex ipsis notis colligit que nondum sunt nota. Circuit quodam modo qui nota recoꝛdatur/ vel perscrutatur noua. Circuitus q̃dam est: cũ ea que iã fide vel intelligentia tenemus oꝛdine retractamus. Circuitus quidem est: cũ ex his q̃ iam tenemus ad occultioꝛa tendimus ⁊ penetramus. Circuitus ille oblationis est/ iste rationis. Ille amicabilioꝛ iste acutioꝛ. Et q̃uis ille circuitus magis accommodatus sponse videatur/ neutrum tamẽ illi negabimus. Siue eñ nota ⁊ comperta reuiserit: siue inuestiget noua/ in omnibus amoꝛis tantum fomitem q̃rit. ❡ Bonus [K] quidem rationis circuitus: sed quando ratio ipa intra fidei regulas continet/ ⁊ eius terminos nõ excedit: de fide ad fidẽ vel de fide ad intelligentiam pertingens. Intelligentia quidem ⁊ si fidem excedit/ non tamen aliud contuetur q̃ qð fide cõtinet.

In intelligentia

In intelligentia q̄ in fide non certitudo maior inest sed sereni
tas: neutra vel errat vel hesitat. Ubi vel error vel hesitatio est in
telligētia nō est: vbi hesitatio est fides nō est. Et si fides admit
tere posse vř errorē nō ē vera nec catholica fides/s; erronea cre
dulitas. Fides (vt sic dicā) vitatē rectā tenet: ⁊ possidet: intelli-
gentia revelatā ⁊ nudā contuetur/ratio conaꝛ revelare. Ratio
inter fidem intelligentiamq; discurrēs/ad illam se erigit: s; ista
se regit. Ratio plus aliqd q̄ credere vult. Quid aliud? Cōspi
cere. Aliud est credere aliud ē cernere: nō tñ illō q̄ qō fide ɔci
pit: ɔspicere conaꝛ. Et si nōdū sincere videre pōt quibusdam tñ
accōmodatis experimentis connectere tentat que iā solida fide cō
cipit. Ratio supra fidem conaꝛ fide tñ nitiꝛ: fide cohibeꝛ. In p̄
mo devota est/in secūdo pudēs/in tertio sobria/⁊ (vt sic dicā) fi
des tenet: tueꝛ ratio: intelligentia intueꝛ. Bonus iste circuit⁹
in quo mens rationis ductu pvestigādo pcedit: sed a fide non
recedit instructa a fide ⁊ restricta ad fidem. Erronea plane si nō
cuncta ad eius referat examē: ⁊ citū rōnis incessum ad fidei ma
turitatē castiget. Bonus circuitus, vbi iusticia dei revelaꝛ ex
fide in fidem. Bonus circuitus vbi quis transformatur a clari-
tate in claritatem tanq̄ a dñi spiritu. Bonus circuitus vbi qs *(Phil.iij)*
posteriorum oblitus ad anteriora extendit, semetipsum/si quo
modo cōprehendat. Bon⁹ certe circuitus: nō mō cū nova semp
⁊ occultiora cōprehēdūꝛ: sed cū iā apprehēsa/novoꝛ recēti sem
per affectu revoluūtur: cū nō modo qō restat penetraꝛ: sed qō *(A)*
iam penetratum est frequēter iteraꝛ. ¶ Iocūdus circuitus et
sponse nō ignotus. Ideo confidenter dicit. Surgā ⁊ circuibo
civitatem. Que aptius esse poterit civitas q̄ illa de qua dictū *(ps.lxxxvi)*
est. Gloriosa dicta sunt de te civitas dei? Et quidem universi-
tas creature dici potest non inconvenienter civitas dei: ab eo
condita: ⁊ ab eo disposita. Gloriosa plane ⁊ p specie ⁊ pro ordi
ne. Nam pro actibus minus iustis quos depravare mentis pro
ducit libertas quantū in ipsis est minus in glia: nec ex ipsis q̄
ordinem divine dispositionis nō effugiūt quē nō intendūt. So-
li aūt vere gloriosi sunt qui divine dispositioni supponūt studi
um: solliciti prime conditionis integrā servare gratiam: vel re-
velare ⁊ restaurare corruptā. Isti gemino quidē modo glorio
si efficiuntur: naturali cū ceteris cōditione: ⁊ volūtaria pre ce-
teris coaptatione ad ordinātis ⁊ dirigētis dei nutū. Diciꝛ er-
go civitas dei universitas creature: qppe legibus administra-
ta dispēsationis ipsis. Ipse universe creature speciē existētie
prestat in ppria gñe/in vsu efficaciā: cōsequētiā in ordine: vt in
seipsa pulchra sit: ⁊ in universitate supuacua nō sit: ⁊ cū reliqs
incōsequēs ⁊ repugnās nō sit. Sive eñ res nature agaꝛ motu
sive libero arbitrii nutu sive divine instinctu gre: sive singulis
his rationibus: sive coniunctis res agaꝛ/quelibet a divina vir-
tus invisibiliter opante efficacia ⁊ modū accipiet motū. Modū
⁊ quasi legē quādā ordinis: ⁊ motum actionis. Nōmodo eñ ab
eo cuiuslibet motionis nativa facultas: sed cuiuslibet facultas
tis ministratur motio: vt simul ab ipso sit ⁊ virtus ⁊ motus vir
tutis. Motus ꝓo intentionis prave ⁊ ab ipso habet q̄ mot⁹ est
⁊ ab ipso non habet q̄ pravus est. Neq; eñ ab ipō est q̄ in min⁹
ordinatū finem dirigiꝛ: sed ab ipsa est q̄ inordinatio ipsa mira
prorsus ratione in ordinē redigiꝛ. ¶ Vide venditionē Ioseph *(B)*
descē sum in egyptū/egressum ⁊ insectationē pharaō is: submer
sionē exercitus ⁊ ereptionē israel: quomodo icarnationis ⁊ pas
sionis xp̄i/⁊ ereptionis nostre servāt mysteria: ⁊ multis qdē
in locis similia diligēs reperies. Nō ergo possēt antiqua deli-
cta novis deservire sacramētis: nisi occulta ratione: divina vir-
tus operante pvidētia. Nec enim illa antiqua casu quodam ⁊
indifferēter ita pvenire: qbus nova postmodū a prudēti dispē-
satore ⁊ observatore diligēti adaptarētur mysteria: magis aūt
illa ad horū sunt significationē nō homine illud intēdente: sed
deo disponēte; preparata/ q̄ hec illis aptata. Quid deniq; q̄
dñs eo potissimū tpe ad passionē addict⁹ q̄ hac hora/hoc die/
hoc mortis affectus genere? Quis ista aut neget mystica: aut
credat fortuita? Quo die est homo cōditus: eo reparatus: qua
hora sentētiā pertulit/indulgētiam meruit per lignū sententia
mortis inducta: per lignū vita restituta. Et nescio quis ista nō
divinit⁹ dispēsata: sed humanit⁹ administrata contēdit. Habes
agni paschalis tēp⁹: habes immaculatā hostiā: habes ereptio-
nis israelitice de egypto horā: habes ereptionis tue gratiā de
seculi [illegible] vanitate: de nativitate corrupta: ⁊ hoc simpli-
citer cōtigisse credis: deo nō dispēsante sed iudeo operāte: q̄s-
uis nō observāte? Hec inquā q̄ tā apte cōcurrūt de crucis li-
gno/de tpe/de hora/de die: ⁊ reliquas q̄ observari prudenter
pñt circūstātias: iudaice deputas dementie/nō divine sapiētie
prorsus in tā salubri remedio ⁊ cū antiqs inventā formā cōcurrē
ne sacramētis/⁊ fortuit⁹ casus excludiꝛ ⁊ human⁹ intuit⁹: sed
nō divin⁹ nut⁹. Et in Esaie pphetia invenies ad ezechiā dictū
Data sunt oīa hec in man⁹ caldeorū. Ubi data esse dicit: ostē
dit nō tātū pphetie pdicta sed etiā iudiciaria qdā eqtate di-
ctata. ¶ Ex his ⁊ huiusmodi passim p oēm scripturarū textum *(C)*
cui dubiū residebit/divinā pariter virtutē ⁊ sapiētiā/ divinam
pariter virtutē ⁊ sapiētiā iustis legibus pravas rationalis crea
ture nō inspirare quidē sed dispēsare voluntates? Qō si ita est
multo min⁹ ambigi potest motus ceterorū animātiū: que natu
rali ducūtur affectu: ⁊ sensuū vel imaginationis tantū aguntur iu
dicio nō arbitrio rationis a divina dispositi ne minime exem-
ptos. Et vt semel cōcludā universarū vel essentiā qua in hoc/
aut in hoc rerū genere sunt: vel existētiā qua sunt: vel vsum quo
aliquid efficiūt: iustissimus: potētissimus: prudētissim⁹ modera
tor: eternis ⁊ immutabilib⁹ movet ⁊ mutat ⁊ cōtinet decretorꝫ
regulis ⁊ cūctam creaturā nusq̄ exorbitāte regit iustitia: quasi
ordinatissimā ⁊ dispositissimā civitatē. Heccine ergo civitas est
universitas creature quā spōsa circuiturā se pponit. Circuie-
runt sapientes huius seculi rerū naturā: ⁊ in artificio suo ope-
rantem advertērūt sapiētiā dei: operantē dico: sed nō opus de
quo legiꝛ: Deus autē rex noster ante secula operat⁹ est salutē *(ps. lxxiij)*
in medio terre. Cognoverūt in opere artificē: sed nō glorificave
rūt/aut gratias egerūt. Fidelis aīa oīa replicat ⁊ recenset in
laudem dei: ⁊ oēm creaturam pvocat ad glorificādū vt seipsam
excitet in gratiā: ⁊ universitatis cōtuitu divinū stimuleꝛ in amo
rem. Circuivit Salomon: ⁊ de cedro libani disputavit vsq; ad
ysopum: Circuivit in ecclesiaste: ⁊ de elementorū postq̄ dele-
ruit circuitu ad humanos actus disputationem dertivavit: vt
de transeūte rerū vanitate ad pmanētē trāsiret veritatem. Cir-
cuivit Iob imo circūduct⁹ est magis a dño p terre fundamēta:
p mēsurā: p lineā ⁊ bases/⁊ lapidē angularē/ ⁊ astra matutina:
⁊ filiorꝫ dei iubilū: p maris ostia ⁊ vulvā: ⁊ vestimētū: ⁊ caligino
sos infantie pānos: p terminos/vectes: ⁊ ostia: p ortū diluculi/⁊
aurore locū/⁊ certas quasdā ceterarꝫ rerꝫ naturas. Quas eñ nu
merare lōgū erat: q̄ oīa prudēter intuēti admirationē cōdito
ris facerēt ⁊ pie cōsiderāti amorē. Et hec cōiter oibus pposita
sunt ratione vtētibus/⁊ cōditoris sui maiestatē manifesta pul-
critudinis sue specie cōmendāt. Sub tam pulchro tñ velamine
pulchriora sunt q̄ latēt salvationis nr̄e sacramēta ⁊ multiplicia
spiritualium dona gratiarū. ¶ Deniq; ⁊ david infine psalmo- *(D)*
rum cū oēm creaturā in laudē dei cōcitasset. Cātate (inqt) deo *(ps. xlix.)*
canticū novū: laus eius in ecclesia sanctorꝫ. Vere novū cui⁹ ne
scit antiquitatē materia/fastidium gratia: que semp est amore
recens/vsu recētior: Vere eñ novū qō hoim animos ad eternā
innovat beatitudinē. Deniq; legiꝛ. Ne memineritis priorꝫ/⁊ an
tiqua ne intueamini nova quoq; ego facio. Vere nova/q̄ ab anti-
quo currētis nature nequaq̄ cōclusa sunt legibus. Laus eius
in ecclesia sanctorū. Quodā vtiq; excellētie privilegio/nō tan-
tum equitatis dispēsatione: sed gratuito sanctitatis donorꝫ mu
nere. Laus eius in ecclesia sanctorꝫ: qm ita laudē eius sanctorꝫ *(ps.xlix.)*
ostēdit actus [illegible] Sci eñ excellēter gra
tiarū dona suscipiūt: devotionē pientiūt: gratulationē persol-
vūt. Ideo quodā laudaꝛ privilegio in ecclesia sanctorꝫ: extra ec
clesiā laudaꝛ misterio insensibili ⁊ muto rerū vano hominū In
rebus insensatis conditio: in hominib⁹ nō renatis aliquāta co
gnitio l neutris tñ dilectio. Nā dilectio cōditoris sui in primis
nulla: in secūdis nō sancta. Laus eius in ecclesia sanctorꝫ. San
ctus eñ (⁊ que cōdita sunt/vt naturaliter sint/ ⁊ que dispēsata
sunt vt incōvenienter ⁊ inordinate nō sint. ⁊ que pdestinata sunt
vt beate sint universa perscrutaꝛ ⁊ estimat quantū daꝛ vt p hec
auctoris iuxta vires colligat notionē/ migret ad emulationem
rapiaꝛ in affectionē. Hec ergo civitas spūalis est/hec ecclesia
sanctorū/quā circuiturā sese spōsa presumit. Deus bone quāta
hic vtiliū copia speculationū: Quis eñ satis existimare potest
q̄ pulchra ⁊ q̄ plurima sint vbiq; spectacula in sacramētis exē
plis/miraculis. Prima salvationis: secūda cōversationis: atte- *(E)*
stationis sunt tertia. ¶ Quid vero cū de mysteriis: cū de mori-
bus ad remunerationes eternas tēporaliū meritorū admiratu
ra mēs assurgit? Verū ibi pfusis votis refundiꝛ gaudiū? Filii ho *(ps.iiij.)*
minū vt qd diligitis vana ⁊ q̄ritis mendaciū: vt qd animum ad
aliena oblectamēta cōvertitis? Laboriose queritis labētes de
litias. Quasi ad manū materiam fidei nostre tenetis mysteria
ad memoriam prōpta: ad meditandū pfusa ad subsistēdū ppe-
tua ad sufficiendū plena. Filii (inq̄) hoim/immo filii excelsi/alū
ni religionis/qui regularis discipline limina teritis: vt quid
arida fauce aquas temulētas sititis/celestes fastiditis? Ut qd
cogitationes admittitis in animū: ad quarū actiones nō mitti
tis manū: Qō agere penitus detrectatis: vt qd studiosa mēte
retractatis? Experti frequēter estis q̄ oēm hanc inanē pōpā
recogitate turpitudinis: exitus excipere solet exitus penitudi-
nis. Deniq; ⁊ pudor est prodere ⁊ pena reticere. Meditatiōs er
go mutate materiā: sed servate instātiā q̄ sedū est tūc studia ve
stra minui cū mutanꝛ in melius. Hoc autē dico sicut exhibui-
stis animū ad cogitatus affectuosos fede turpitudinis: ita ex
hibete nūc ad secūdos circuitus pulchre veritatis. Circūdate *(ps.xlvij.)*

p̄s.xlvj. syon/ inquit psalmista: ⁊ cōplectimini eā: Circūdate meditādo cōplectimini amādo. Cōplectimini eā vt eius sit ⁊ cōprehēsio integra: ⁊ collocatio intima. Plus aliqd innuere videt̄ cōplexus q̄ circuitus. Cōplexus simul cōtinet totū: circuit⁹ de alio in aliud facit trāsitū. In hoc tamē circuitus prestare videtur: q̄ ea que complectimur indifferenter ⁊ inuolute cōstringim⁹: vbi vero circuitus est: singula seriatim discutimus. Ille cōtēt⁹ est summa: iste discurrit per singula. Esuriēs eñ ⁊ querēs anim⁹ dum illum nō satiāt aliqua: semp rapit̄ ad reliqua. Et quodam voluitur circuitu currētis desiderij ꝑtractus rotatu: donec repleat̄ in bonis esuries amoris: ⁊ occupet in illo cursus sui statū in quo terminū nō inuenit. Nulla eñ q̄ creata sunt in cōditionis sue statu infinita sunt: ⁊ ideo mēs que circuit vniuersa ptransit: nusq̄ requiē capiēs vbi finē reperit. Solus reqes ille est amātis ⁊ refectio: q̄ finis est omniū ⁊ cuius nullus est finis. Propterea

f sponsa in circuitu suo cūcta pertrāsit vt ptingat ad xp̄m. ¶ Surgam (inqt) ⁊ circuibo ciuitatē. Circuibo in vniuersis creaturis (Canti. iij) querēs: sed nusq̄ reperiēs. Inuisibilia ipsius per ea que facta (Rom. j.) sunt intellecta cōspiciūtur: sed tamē nullius creature quālibet excellētis/ ⁊ ad ipsius accedētis imitationē plene/ vel instruoris indicio/ vel incēdoris officio. Tantū eñ ⁊ pigrū ⁊ tardū/ ⁊ inefficax ad cōditoris cōmendationē eoꝝ que condita sunt redditur

h mysteriū quantū noscitur a veritate distare simulacrū. Ergo circuibo ciuitatē: vniuersa ptingens: vniuersa ptrāsiēs/ ptingens qua ex parte ipsius imaginē differēter preferūt/ pertransiēs vbi citra perfectū subsistūt. Circuibo ciuitatē vbiq̄ capiēs refrigerium/ ⁊ fastidiū patiēs. Quonā eñ modo nō me refrigerat: qd̄ amoris mei pign⁹ aliqd̄ portat/ preferet indiciū/ indicit memoriam/ noticiā inducit? Sed iterū quonā pacto non tolero tediū dum quadā me recogito preludi imagine/ ⁊ vmbra detineri/ nudam ⁊ simplicē nō tenere veritatē? Circuibo ciuitatem quoniā in toto eius tā pulcro ambitu vbiq̄ refoueor sed nusq̄ reficior. Nec me fatigabit iste circuitus/ donec pateat plenior aditus/ vt intrem in sanctuariū dei/ ⁊ intelligā in nouissimis eius. Habebit ibi circuitus terminū cum repleti fuerimus in bonis domus tue dñe: cū intellexero in nouissimis eius illū qui primus est ⁊ nouissimus/ initiū ⁊ finis. O qualis ibi circuitus erit pergere ab ipso in ipsum/ ire ⁊ redire/ desiderio ire/ delectatione redire: dū semp eius qd̄ experiētia desiderat/ presentia satiat/ vt mens possidētis ⁊ cōtuentis ⁊ illū sit p appetētiā intēta: ⁊ illo sit sufficiēter cōtenta. Sic eñ pēnata illa ⁊ oculata animalia in medio ⁊ in circuitu sedis dei legūtur. In medio/ q2 voti sui perducuntur ad intima. In circuitu: q2 rediuiuo semp voto ferunt̄ in eadē ipsa. In medio: q2 eorū iam cōpletū est votū. In circuitu: quia nō sufficiūt cōprehendere totū. In medio sunt admissa per gratiam: ⁊ in circircuitu sunt exclusa per differentem naturam. In medio sunt: quia vnita per contemplationem: ⁊ in circuitu q2 disiuncta per cōparationez. Que est eñ sedes ista: nisi ea/ de qua loquit̄ apostolus, lux inaccessibilis quā inhabitat (j. Thi. vj.) de⁹? Deniq̄ quātūlibet oculata sint beata illa animalia: ⁊ illuminat illa vt quantū possunt capiāt/ et excedit ne ad totū sufficiant. O q̄ ampla ibi speculatoria: q̄ late platee in illa luminis infinitate patēt: q̄ coartati ⁊ counīti ⁊ protensi in illa simplicitate/ eternitate vici. Uie ille vie pulchre: ⁊ semite pacifice. Nō ē in illis vel errare vel laborare semitis. Undiq̄ occurrit ibi spōsus/ ⁊ leto. vt sic dicā/ vultu se offert ⁊ influit cordi dilecte: vt decetero nō indigeat queri iesus christus qui viuit ⁊ regnat in secula seculorum Amen.

g

¶ Sermo.v.

Ongū hesternus sermo in exequendo sponse circuitu traxit [illegible]. ¶ Gratie tibi domine iesu christe q̄ fecisti tam dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo. Ideo vix ab ore que semel gustata sunt discedunt vt alia succedant: cum mora ruminantur: ⁊ si deglutita fuerint suaui quodam ructu denuo redeunt ad ruminandū. Poterant hec oīa breuiter ⁊ cursim dici: sed materie que tractat̄ gratia comedētis blandit̄ palato: ⁊ quādā sui appetētiā facit: nō facile cedēs cū semel adducta fuerit in discussionē. Nā ⁊ quē mādandū infantulo nutrix cōminuit panem/ iā satis studioso dēte subactū aliquotiēs eū in ore detinet gustus illecta sapore. Et nos cantici huius solidos alios si qui forte indigēt cōminuētes cibos gustare suauitatis lacturam facere nequim⁹ sed ita alieno inseruimus vsui: vt ⁊ nostro satisfaciam in parte desiderio. Deniq̄ cū terminatū reor sermonem/ ⁊ cōpetēti fine cōclusum: in patēti exalatione epule verbi redeunt ad labia: ⁊ dū abūdantie suauitatis eructat̄ memoria: ad discussionē reuocat̄ materia. Quid ei? Cur nō sic⁹ frequēter concutitur/ cuius fructus plene nūq̄ excutit̄? Quid mirū si cōuellitur sepius que ꝑpria expoliatione fecūdior effecta: cū velllicantis videt̄ certare manu: ⁊ decerpētis auiditatē vbertate conuincere? Nō talis illa cui maledixit dñs Iesus: nihil i ea fructus inueniens: p sterilitate/ ariditate eterna cōdemnans illā. ¶ Uide quomodo aridas fecit fides xp̄i iudeoꝝ traditiones ⁊

h dogmata philosophorū. Quomodo arefecit flumina egypti: nō est in eorū doctrinis ⁊ interpretationibus fructuz inuenire: de quo legitur in psalmo. Terra nostra dabit fructum suum. Non (p̄s.lxxxiiij) pōt in eoꝝ vicis ⁊ plateis xp̄s inueniri. Iam o iudei emigrauit a viculis vestris. Iam dimisit domum suam: dereliquit hereditatē suaz. Deniq̄ facti estis quasi tuguriū in cucumerario: quasi ciuitas que vastat̄. Sed ⁊ de plateis nihilominus legit̄ quia corruit in platea veritas. Siquidē de gētiū philosophis dictū est q̄ veritatē dei detinuerūt in mēdacio. An nō tibi videt̄ congrue accipi in vicis israel sm̄ carnē/ quoniā de vno erāt semine abrae: ⁊ in vnū cōpacti ⁊ coartati ritum: vna lege cōstricti? Sapientes aūt gentiū iure adumbrant̄ in plateis: qm̄ effrenata libertate ⁊ licentia: extra veritatis euagati sunt tramitē: de maiestate diuina sentiētes ⁊ asserentes nō minus absona dignitati q̄ reluctantia veritati. Iudei pauptate intelligētie circa diuine singularitatē cōstricti substātie vsq̄ ad filij ⁊ spiritussancti personas/ nō potuerūt fidei incremēta dilatare. Gentiū philosophi p planū diffusi/ ⁊ nullo diuine eruditionis obice tardati/ deorū induxerūt numerositatē in naturis: infirmitatē in personis sentiētes inter se singuli varia: vniuersi vana. Sed que iam anima in istis vel vicis/ vel plateis inqrit sponsum. Concubina est si qua est aut adultera: quarū altera cōturberniū cū sponso non habet ꝑpetuū: altera male fidū. Quid eñ ibi querat/ vbi casta nō occurrit sapientia sed peregrina ⁊ meretricia? Talis tibi depingitur in ꝓuerbijs: occurēs vecordi iuueni: vbi transit in platea ꝓpe angulū aduesperascēte die: in noctis tenebris ⁊ caligine: mulier ornatu meretricio: ꝓparata ad capiēdas animas: garrula ⁊ vaga: nūc foris: nūc in plateis nūc iuxta angulos insidians. ¶ Suspecta est mihi talis platea: in qua mulier

i tam varia ⁊ versipellis: blāditiarū suarū insidias vecordi machinatur iuueni. Nescio eñ quid obscuruz ⁊ distortū ⁊ fuscatū mihi significat nox ⁊ angulus ⁊ ornat⁹ meretricius. Suspecta est mihi omnis doctrina ⁊ certe despecta que nullā inducit de xp̄o mentionem: q̄ eius me nec sacramētis renouat: nec preceptis informat: nec promissis inflāmat. Nā iudei quidē habēt in pagina illū sed interpretatione nō habēt. Adhuc eñ velamē est magis in eorū mente q̄ lege. Nec eñ auferri potest: nisi cū cōuersi fuerint ad dñm. Suspecta est mihi tā in diuinis sensibus q̄ in humanis vsibus vni⁹ licētia: alterius restrictio: obstinatio vtriusq̄. Unius in diuina natura numerositas/ alterius singularitas: vtriusq̄ cecitas. Ideo sponse nō dederim in istis vicis ⁊ plateis querere dilectū. Alios illi assignem⁹ vicos/ alias plateas: quā sibi xp̄s desponsauit in fide ⁊ veritate. Et quidem gemina quedā est cōuersatio fideliū. Alij latā secāt viā. Alij artissime se tradūt discipline. Nā ⁊ scribit̄. Arta via que ducit ad vitam: est tñ quepiā in hoc genere distinctio ⁊ artioris respectu alia reputatur latior. An nō tibi videt̄ latitudo mādati vbi nemo cōpellit̄ ad perfectionē: sed infirme nō modo valitudini sed etiā volūtati inferioris gradus permittit̄ licētia? Gratias tibi dñe iesu xp̄e q̄ nobis salutis occasiones paras: ⁊ ita vegetis ⁊ alacribus proponis consilium vt etiā egrotis disponas remedium: ⁊ pigris dispenses ascensum. Nō modo vicos districte viuentium habet ciuitas tua sancta hierusalē: sed etiam plateas humiliora ⁊ planiora diligentiū. Sic in oī professione ⁊ ordine que sponsa est: eius quē caste diligit vestigia querit: quatenus habeat vndecūq̄ operationis exemplū ⁊ amoris incēdiū. Non dedignatur ab his etiam qui foris sunt/ qui nulla artioris discipline regula cōstringūtur mutuari virtutis insignia: reputās feruentiorē ibi frequēter affectū vbi inferior fuerit ordinis gra

k dus. ¶ Quid dicemus de his qui nusq̄ salutis occasiones querunt vbiq̄ causantes remissionē in plateis/ ⁊ in vicis indiscretionē? Deniq̄ tales multi sunt qui oēs perscrutant̄ ꝓfessiones et ordines: sed in eis nulla inueniunt que illos trahant: sed cūcta quibus ipsi detrahant: calumniantes q̄ districtio in alijs sit nimia: in alijs nulla. Istoꝝ dicere est/ ⁊ quidē q̄ misere tā vere nō inueni illum. Prauus certe sensus vt dicas: ecce xp̄s hic: immo ecce illic. Pessimus vero si dicas: nec hic nec illic. Utrobiq̄ querit spōsa ⁊ hic ⁊ illic. Querā per vicos ⁊ plateas quē diligit anima mea. Per vicos districtionē accipe: per plateas dispēsationem. Neutraz in ministris ecclesie sinistre interpreteris. Utrāq̄ ecclesia recipit: in vtroq̄ sponsa querit xp̄m. Noli altero tantū in vtroq̄ christū quere. Uicis plateas in teipso cōiunge. Queris quomodo. Si te coartat afflictio aut voluntarie suscepta: aut violenter impacta: intus in corde gaudio dilatare spiritus li: ⁊ iam vicis plateas copulasti. Nonne tibi videtur vtrūq̄ tenere: qui in tribulatione dilatatum sibi letatur Apostolus in arto tribulationis quandam latitudinem optabat, illis quib⁹ ait. Spe gaudentes: in tribulatione patiētes. Deniq̄ ad spem

latitudo

latitudo refert: habentes (inquit) tantas promissiones carissimi dilatamini et vos. Angusta est nobis in presenti res: spes vero lata. Arta possessio: expectatio quidē profusior. Ergo ad latitudinē spei plateas istas referto. Spe gaudētes apostolus dicit. Propheta vero. Adhuc replebūtur platee tue choris ludentiū. Uides quomodo sibi de spe et plateis sentiunt consona
A apls et propheta: ¶ Uterq; enī gaudiū assignat. Simul etiā hoc aduertēdū iuxta aliā distinctionē/ q etiā in vicis mansio est ad domesticas vtilitates. In plateis feriatio quedā ad iocūditatem In plateis enī chorus est et cōuēr⁹ iudētiū. Ergo vacationis et letitie vsus in plateis est. Bone quidē platee in quibus alacri satis agilitate in leues cōtēplationis saltus animus se spūalis exagitat. In plateis ergo querit spōsa quē diligit: dū domesticis euoluta curis: dū extra corporis effecta mansionē: et domū terrestrē quāto dat deserens q libere tā lete cōtemplari studet: In vicis est mansio diuturnior. In plateis quidē breuis: sed dulcior. In vicis virtutū vsus est et exercitiū: que necessaria nobis sunt: dū in corporis huius habitaculo moramur. In plateis vero feriata quedā felicitatis future preludia Et vide nunc verborū seriē. Primo ponit vicos: consequenter plateas. Habes et in psalmo simile. Q3 dilecta tabernacula tua dñe virtutū: cōcupiscit et deficit anima mea in atria dñi. Mirare spōse sedulitatē: ordinē sequere. Noli te prudētiorē vel prosperiorē spōsa presumere: primo exerce te in opere virtuali: vt deinceps ad veritatis speculatoriū cōscendas. Quid illac ingressum paras qua exitus est: Cū spōsa per vicos ad plateas veni et cū psalmista post tabernacula virtutū ad ampla veritatis atria alioquin ordinē si conuertis/ peruertis. Quātomagis coangustati sunt vici: tanto vberiora et liberiora sunt intus ocia mentis. Quid ocia dico devotionē dicerē iustius. Arta exteri⁹ disciplina animā interius dilatat. Siue libertatē: siue leticiam in plateis intelligas: vbi ampliores q in hoc ordine nostro plateas reperies: Sed nec facile dixeris: vbi sunt artiores vici: vbi maior libertas/ et ad vsum et exercitiū virtutis q in hoc ordine et conuentu sancto: Et ideo maior ad bonū libertas: eo q sit minor licentia in malū. Quo maior districtio eo maior directio. Artiores vici/ ampliores plateas efficiunt. Quid ergo est per vicos et plateas iesum querere: nisi hoc se modo et restringe
B re et extendere ad capiēdā de ipsius illustratione leticiā: ¶ Uis vt vtraq; intus in mēte assignem plateas et vicos: Nōne tibi videtur in vico quodā et velut in arto positus is cuius vexatur patientia/ castitas arcetur: coangustatur charitas: Qui in nullo virtutis studio libere et sine labore versatur: sine labore et anxio conatu animi: num tibi quasi in vicis locat⁹ videt. Et q vis non sine labore non sine conatu querunt: tamen etiam qui tales sunt/ quietem in illo quē diligit anima sua quasi per vicos querunt. De quibus propheta. Dñe in angustia quesierūt te: et in semita iudiciorū tuorū dñe sustinuimus te. Rudibus et nouitijs istud sepius euenit: qui solēt vel varijs tentamētis: vel quodam tedio laborare: quādo eos aut carnis desideria coartant: aut virtutū non exhilarat oblectatio. Et beatus q nō est scandalizatus in istis qui nō offenditur: qui nō perdit iesum: s3 magis querit per vicos tales qui in angustia querunt. Non sic de quibusdā dicitur. In angustia quesierunt te. In tribulatione murmuris doctrina tua eis: immo et exercitia virtutis/ et doctrina patris intelligit in angustijs illis/ et protēdit a fine vsq; ad finem fortiter: donec deuictis ad plateas euadat: et qui perfectiores sunt/ et plateis assueti: aliquotiens ad angustias vicorum subito sinūtur relabi. Et quis perfectior illa que spōsa dicit. Ecce et ipsa per vicos et artos quosdā meatus querit dilectū. Non est ociosa difficultas ista querēdi. Per hāc enim et exercet eius humilitas et desideriū excitatur. Quotiēs inextricabilibus me sensi quasi vicis errantē et angustijs animi conclusum: cū subito vicinas in plateas euasi/ et eduxit me in latitudinē bon⁹ dñs in vicis expiraui fere: s3 in plateis respiraui statim. Latitudo quedam: libertas inoccupate et expedite mētis in plateis tibi cō
C mēdatur. ¶ S3 cōsidera ne libertatē istā des in occasionē carnis: ne coacerues lutū in platea tua / lutū illicite cogitatiōis. Alioqn sicut lutū plateaꝝ delebit te dñs. Lubricauerunt; ait propheta ;in plateis vestigia nostra: lutosa volēs intelligi eas in quibus sit lubricus incessus. Non luto sed auro sternant platee tue. Nō ibi sit lutū: nec tamen siccitas et ariditas quedam sit ibi: sed fluant flumina ibi aque viue: spiritualis quedā fluenta meditationis. In plateis aquas istas diuide in latitudine libere mētis. Sapiētia quasi platan⁹ inquit exaltata sum iuxta aquas in plateis. Nō i plateis solū: nec solū iuxta aquas: s3 iuxta aquas et in plateis exaltata sum inqt. Ut leta pdeāt germina sapiētie: quantū putas cooperatur et ociū liberū et irrigatio crebra sancte meditationis: Iure quasi platanus exaltat que sic plantatur. O beatas vere plateas in quibus sapientia sic crescit: sic exaltatur et supereminet perspicuā se ostēdens et non indigens queri. Et vide quomodo seculari prudentie aliqui totā sui cordis latitudinē exponant quātum distendāt animum et dilatēt in plateā: vt plātent ibi plantationē infidelem/ hoc est germen alienum: quomodo et cōtinuis exercitijs et meditatione frequēti et doctrina illam irrigent. Ideo cernas in illis letā et vberem et exaltatam seculi sapientiā et fructificātem huius mundi sensum: sapientiam vero que ex deo est humilem et obscuram / et inueniri nō posse penes illos. Exi in plateas et vicos ciuitatis: ocia discute/ scrutare negocia eorū qui iudiciis vacant/ qui tenent cathedram/ q sedēt in tribunalibus: cōtemplare quid agant in publico qd in cubiculo. Nunqd apud illos pura et vera et celestis eminet sapiētia: Nunquid expressa est in moribus que in sermone versat: Nunqd in pspectu inuenies illam: Nunquid exaltatā sicut cedrum in libano: et sicut cypressuz in monte sion. Nam in his montibus exaltatam se gloriatur.
D ¶ Nomina ipsa mysterium continent: nec ociosus est etiā ordo verborum. Precedit libanus in laude sapientie: sion subnectitur: post cordis mundi candorem ad contemplande veritatis fulgorem ascendis. Mundicia meretur noticiā: non hanc litteratoriā tantū sed quandā dulcē et intimā/ et ipsius ale medullis infusam. Deniq; puritas veritatis socia est: et comes est/ et pura est. Idcirco montes istos libanū et sion in laude sua sapiētia copulat. Montes istos apud quos illoꝝ assignare poteris: qui litibus aut exercendis/ aut dirimendis vacant: Non pōt apud illos inueniri sapientia: in quibus non inuenitur locus sapientie Amat libanum / amat syon/ amat plateas/ libertate gaudet et sublimitate. Quāta peruersitas: si sapientia que litibus vacat: q lucra sectatur supereminet et diuina latet: Supereminet litigiosa: et ea que pudica est/ que pacifica/ que bonis consentiens/ cōtempta delitescit velut in obscuro. Illa excolit: ista negligitur ac si sterilis et parum lucrosa. Neglecta plantatio in altum non crescit. Raro in plateis quasi platanum exaltatā inuenies. Nō est obuia: non est frequēs ideo dicit. Quesiui et non inueni illū. Ubiq; teritur: vbiq; vertitur in questione: vbiq; venerabile est nomen Iesu. Et vtinam qd vox sonat. vita depromat: exprimat imitatio: emineat et eluceat in moribus. Qui penes te sapientiā querit: assidētem inueniat illam in ipsis forib⁹ tuis/ in ipsis sensibus/ in modestia et cōpositione hominis exterioris. Nam quasi fores sunt per quas interioris prodeūt habitatoris indicia. ¶ A fructibus cognoscitur si apud te Iesus moratur. Ac-
E cedit ad te sponsa folia vertit ficulnee tue: querit in te fructū: querit dilectum. Hic est enim fructus dulcis gutturi eius. Felix es cum hoc abundaueris fructu: cum domini tui sponsam isto satiaueris cibo. Esca eius esca electa. Delitie eius sunt tecum esse dilectum suum. Non inuidet: non zelatur. Dilectū suū omnium vult esse dilectum. Ideo apud omnes querit: vt illum apud omnes aut inueniat/ aut inuitet. Querit enim apud illos Iesum: quorum querit profectum in ipso. Querit per vicos et plateas: sed non in omnibus inuenire potest. Quesiui inquit et non inueni illum. Paulus omnium sitiebat salutem: in visceribus omnium christum inuenire cupiebat: omnes cupiens in visceribus christi. Sed enim audi quid dicit quomodo quosdam deplorat. Neminem inquit vnanimē habeo. Omnes que sua sunt querunt: non que Iesu christi. Putas q apud eos inueniri christus queat: qui ipsum vt inueniant non querūt: Et multos quidem sic querentes reperies aliud preter ipsum sed tamen per ipsum. Tractatur in cōsilijs / disceptatur in iudicijs / in scholis disputatur/ cantatur in ecclesijs. Religiosa sunt hec negocia: sed vade ad exitus aquarum: et pensa quis generalior istorum finis est operum. Uide si non per hec omnia quedam exerceantur mercimonia de christo. Questiosa res nomen est christi. Nil pensius: nil optatius. Felix tamē qui nominis huius virtutem sectatur. Apud illos tractetur: disceptetur: disputetur sup hoc nomine. Nobis satis est: si nostris in claustris saltem adametur nusq; commoditas maior: ideoq; maior confusio nusq; si penes nos non inuenitur christus. Nō inuenitur forma iusticie: si priorum operum non est intentio pura. Nam ipsa leticia est mentis qdā diuina alacritas: q de ipsius presentia concipi solet: et quā vere possumus presentiam ipsius interpretari: hec inq; celestis et excedens affectio: non est res facilis et passim obuia. Hanc precipue sponsa vt puto designat dicens. Quesiui et non inueni illum quem diligit anima mea: christum Iesum qui viuit et regnat in secula seculorum. Amen.

¶ Sermo. vi.

F Sponsa morā in qrēdo patit: et quādā illi difficultatis vmbrā spōsus obtēdit/ copiā sui nō statim indulgens. Illa tamen calēte studio sedulitatem continuat: querelam ingeminat. Nō inueni illum. Fratres si sedulitas submouetur: desidia quādo admittetur: Si nō inuenit amor: quādo inueniet tepor: quādo raritas orandi: quādo

remissior? Quid ergo nunc contra raritatẽ orandi ⁊ remissionẽ inter vos disputo? Non est opus medelã adhibere morbo quo non laboratis. Peregrina sunt a vobis hec vitia. Quis enĩ vestrum qui nõ sit ⁊ frequens ⁊ feruens in oratione? Et si torpor abest: videte ne vos dilationis tedia defatigent: ⁊ infringant desideria vestra. Utrobiqꝫ reatus est/ si sit aĩa vestra vel in postulatione remissa: vel in expectatione deficiẽs. Sponse desideria audis dilata ⁊ tu ad primum orationis tue pulsum inspirationis diuine delitias tibi nõ affluere querulus causaris? Nũc cepisti ⁊ tam cito a directione sua tuꝰ infringitur spiritꝰ? Quid si tibi illud de euangelio improperetur. Sic nõ potuisti vna hora vigilare mecum: Uigilate ergo ⁊ orate: q̃ nescitis qua hora dilectus vester adueniat. Pertinax oratio ptingit ad finẽ. Et si tibi in intimis sicca ⁊ velut saxea videatur: oleum tñ gratiarũ elicies de hoc saxo durissimo tantũ si pseueres: si te lõgior mora nõ dissoluat/ si nõ dilatione tua vota lentescãt. Molesta plane amanti dilatio: sed solent ptracta desideria amplius crescere. Quid vobis nota ingero? Uexatio crebra ipa vobis huius rei dabit intellectũ: immo iam dedit/ idqꝫ frequenter. Crebro vos exercitatos inueni in hmõi studijs. Nõ possũ gloriari hos me genuisse affectus in vobis: gaudeo tñ inuenisse vos in istis. Et si nõ hec in vobis studia formaui: vtinam in illis fouere vos possim. Et ipse custos sum ideo illam mihi sponse vocẽ sepe replicatis. Nũ quem diligit anima mea vidistis. O beata aĩa quã tam sancta desideria exercent.

C

¶ Desideria dilecte/ dilecte que nescit nisi de christo rogare: que talem inuẽta erũpit in vocem. Num quem diligit anima mea vidistis? Deniqꝫ sponsa est q̃ talibus inuenitur occupata scrutinijs. Inuenerunt me (inquit) custodes ciuitatis: qui ficti ⁊ fallaces sunt nihil tã refugiũt q̃̃ ab his inueniri custodibus ⁊ si deprehendunt/ nõ facile cõuincuntur. Cayn factus est vagus ⁊ profugus super terram/ inueniri formidãs. Ois inqt q̃ inuenerit me occidet me. Nõ vult peccatum occidi: nõ vult pati salutarem in cõfessione verecũdiam medicinalem castigationem mgrĩ. Non vult inueniri: q̃ nõ vult mori. Nam vbi nõ veretur interfici: sed magis se foueri cõfidit impudenter se iactat indisciplinatus affectus. Sed spõsa vltro se offert: leta spõso occurrit sodalibus. Quidni leta? Nõ inuenitꝰ quasi fugiens vltorẽ: sed querẽs amatorẽ. Inuenerũt me custodes: nõ sũt inuẽti sed inuenerunt. Diligentia ipsorum in hoc cõmendatur. Pigri custodes ⁊ male fideles nullã in hoc adhibẽt diligentiã nõ curant/ nõ querunt si quẽ inuenient cauteriatã habentẽ conscientiam: signo amoris casti ⁊ studio querendi prodentem dilectionis incendiũ. Non conueniũt subditos: ⁊ forte molestum ducũt si cõpellãtur ab ipsis. Nõ nisi interrogati pferunt verbũ solatij q̃dam: nec tũc q̃dem. Littera qđ habet in pagina tantum pponit nil superadijciens vel industrie vel diligẽtie. Alia est plane custodis ratio/ preuenire debet: non tantum exponere: excitare magis q̃̃ expectare quesituros: quasi de specula super filios prospicere qui sit intelligens ⁊ requirens deum. Custos tuꝰ sum: da mihi domine linguã eruditã vt sciã eum qui lapsus est sustentare verbo: et ad verbum dirigere. Et quid aliud optat spõsa/ cũ dicit. Num quẽ diligit anima mea vidistis? Uides illam nõ tam fatigatã q̃̃ excitatam studijs spiritalibus. Intellexisti pertinaciam eius in querendo dilectum: vide nunc humilem prudentiam. Nescit custodes contemnere. Nec enim tutum arbitratur inconsultos preterire: quos scit dominici ⁊ conscios secreti: ⁊ nuncios mandati. Nũ quem diligit anima mea vidistis? ¶ Quid tamen sibi vult hec interrogatio sub ambiguo posita? An in hoc admonere te voluit vt non credas omni spiritui/ sed probes si ex deo sit spiritus? Deniqꝫ non omniũ est certũ sponsi prestare iudicium: qui custodis officium vel susceperunt vel arripuerunt. Multi enim sunt quorũ est oculus in vniuersa terra: ⁊ iuxta alterius loci prouerbium in finibꝰ terre. Non est lumen eorũ cũ ipsis: nec possunt illud vltra terre porrigere limitẽ: leuare ad celũ. Satis quidẽ fideles sunt ⁊ seduli: sed hucusqꝫ vt terrena coaceruent: ⁊ terrena seruẽt. Oculus (inquit) eorum in vniuersa terra. Inexplebilis auiditas in vniuersa terra se extẽdit: propterea terrenis incrassata mẽs curis ⁊ illius mense seruiẽs qui perit cibi: celestis epule nescit dispensare viaticum: ⁊ de supernis theorijs aliquid serenũ tẽperare subiectis. Nã et si forte qui tales sunt de spiritalibus rogentur secretis: planam fidei ⁊ morum respondẽt sufficere viã. In hoc sterilitatem solantes suam: vel ex tepore proprio auiditatem alienam metientes. Languidus enim et remissus amor: culpabili quadam patientia non tam optat q̃̃ expectat futura bona. Qui vero feruentior est: ardenti fertur desiderio: repositam plenitudinẽ furtim et ex parte deflorare temptãs. Quia tales plurimos nouit sponsa custodes quodam sub ambiguo interrogationem librat. Nũ quem diligit anima mea vidistis? Sit prudens: sit fidelis. sit custos sedulus: ⁊ discipline diligentia hostium coerceat irruptionem ab ouili. Non tamen statim sciet amatoria canere: ⁊ sponsi internũcius eius monstrare presentiam: ⁊ in recessus secretos raptim admissus stillare de intima aliquid dulcedine. Ualde enim est imparis gratie furtiuas ⁊ fucata adulteri deprehẽdere lenocinia: et legitimos sponsi aduentus consiliare. Malorum quia frequens est experientia facilis est noticia. Spiritualium vero sensuum quia rarus vsus est/ et exile iudicium: tenue satis est iudicium de ipsis: nec possunt spiritualia nisi a spiritualibus dijudicari. Et ideo non possunt nisi a spiritualibus demõstrari: quales sunt de quibus legitur q̃̃ pulchri super montes pedes annunciantium pacem annunciãtium bona.

Esa. lij.

D

¶ Num quẽ diligit anima mea vidistis? Non est vna nec simplex nec vniꝰformis visio sponsi. Exultauit abraam vt videret diem eius: vidit ⁊ gauisus est. Uidit Jacob dominũ facie ad faciem: et salua facta est anima eiꝰ. Uidit moyses/ sed posteriora vidit. Uidit esaias dominum sedentem super solium excelsum. Uidit ezechiel. Uidit daniel in hominis similitudine cum nõdum hominem suscepisset. Sed omnis ante incarnationem huiusmodi visio in corporali monstrata est specie/ non in corporis humani veritate. Uiderunt apostoli in ipsa carnis veritate: et palpauerunt et attrectauerunt. Utriqꝫ tamẽ intus fide deum viderunt. Dictum est philippo. Qui videt me videt ⁊ patrem meum. Que visio quia referatur ad fidem quod adiunctum est declarat. Non creditis quia ego in patre et pater in me est? Alioquin propter opera credite. Que enim consequentia vt ad probandum q̃ patrem viderit inducat quia se viderit nisi q̃ in vtroqꝫ eam voluit visionem intelligi que per fidẽ fit? Propterea et de credulitate consequenter adiungit. Non creditis quia ego in patre: et pater in me est? Alioquin pp̃ter opera ipsa credite. Si enim habitat christus per fidem in cordibꝰ nostris: et si ipsa corda nostra mundantur per fidem: cur non ⁊ in cordibꝰ nostris videtur per fidem? Superiorum vero visionum: quarũ altera facta est in imagine/ altera in carne/ vtraqꝫ plena est vel iocunditatis vel vtilitatis: sed cum tertie que est per fidem seruatur integritas. Nam vt de verbi apparitiõe que in carne erat loquar: preter vite verba que de ore eius procedebant/ quantum putas virtutis insigne in ipso exteriori renitebat habitu: quam manifesta eius que intus erat dabant indicia/ oculus/ vox/ vultus? Deniqꝫ gestus omnis quomodo diuinam spirabat gratiam? Jocunda plane visio illa sed deum in homine credenti. Et quidẽ illa que prophetis ⁊ patribus ante christi incarnationem facta est diuinum quiddam spirabat in apparente imagine/ q̃̃tum mea se habet fides inestimabilem delectationem et menti et sensui infundebat cernentis: nec nisi quorum mũdus erat animus apparebat obtutibus.

Joh. xiiij

E

¶ Nã et post resurrectionem in ipsa carnis sue veritate non nisi testibus preordinatis a deo apparuisse legitur. Felices illi cuius oculi dederunt: si quibus tamen apparet frequenter et familiariter talis visio: presertim illa que est in carnis iam glorificate aspectu: qualem eum petrus et iohannes viderunt in monte transfiguratum: sed tamen et illa prior non vera: et ista non plena. Nam illa moyses delectabiliter detentus non tamen contẽtus: ostẽde mihi inquit teipsum. De altera vero ipse dominus. Expedit vobis vt ego vadam: alioquin paraclytus non veniet. Bona ergo visio quam paraclytus adueniens inducit/ spiritalis est quia facta intus per spiritum. Deniqꝫ et spiritus ante faciẽ nostram christus dominus. Uisio hec vel in reuelata spiritualiter veritate per intelligẽtiam: vel in suauitate infusa per gratiam. Nam et hoc ipsum experiri videre est. Gustate inquit et videte quoniam suauis est dominus. Suauissima certe hec visio: et q̃uis futurum iuxta modum nondum plena: vicina tamen: vicina qualitate: non equalitate. Uisio hec humano non est supposita ingenio vel proposita studio: ⁊ si aliquãdo desiderio gratis indulta. Deniqꝫ nõ est talis que intelligentie concepta viribꝰ: cõtinuo tenore: moram in animi memoria protelare queat. Subitanea est ⁊ sui iuris hec visio: in spiritu vehementi vadẽs ⁊ veniens. Subitanea est ⁊ momẽtanea repente veniẽs/ et repẽte vadẽs: ⁊ si momẽtanea est/ manẽt tamẽ reliquie cogitationis: tam succẽse tã serene: ⁊ diem festũ agũt in animo recordantis. Manet quidem memoria degustate et deglutite visionis: cuius suauitatẽ qui gustare possunt/ eructare norunt: ⁊ hora hac maxime. Eructat enim bonũ verbum cor recenti adhuc incalescẽs gratia: ⁊ feruida meditatio similes effundit sermones. Multũ enim intime dulcedinis sapit in verbis: ⁊ gratissimi sunt sermones qui de gratiarũ vbertate prorũpũt.

exo. xxxiij

Joh. xvi.

Ps. xxxiij.

F

¶ Si custos es scito q̃m talia te oportet preparare in occursum spõse. At quid occurris: si nihil dulce/ nihil nouum nunciaturus venis? Si noua non potes: vetera profer. Ingere nota/ si noua nõ habes. Non tamen ingeritur quod exigitur. Non querit qualem videris: sed si videris. Sufficit nunciare qualem ipsa norit. Augmentum tamen affert gratiarum si noua annuncias. Deniqꝫ quod nõ est vel ignotum vel insolitũ meditanti spõse noua

se noua quadam gratia dulcescere solet. Non fastidit,auditus/ quando seruet auditas tantū:de sponso disputa ⁊ noua protulisti in auribus sponse. Non suppetit tibi de illo excellenti ⁊ excedenti visionis modo semper respondere. Sublimis illa ⁊ subtilis est ⁊ subito preoccupare solet animū: quem mundū ⁊ exoccupatū inuenerit. Subito preoccupat/sed nō occupat diu. Subtilia ista nō adsunt advotū/ dulcia deducit in mediū. Siplicis fidei capitula singula quodam dulci disputationis tēperamento suauissimos gignunt in audiente mentis affectus ⁊ excessus. Delicata est sponsa/dulcia vult magis fortia:nisi q̄ oia pōt in eo qui eam confortat sponsus. Narrent alij fabulationes: cōtrouersias meditentur. Os tuum meditetur sapientiam/et lingua loquatur delitias/qui sponse loqueris. Nā ⁊ illa talesvult qui de dilecto narrent ⁊ nuncient. Labia sacerdotuz custodire debent scientiam:ideo legem requirit ex ore eoꝝ/legem videndi ⁊ inueniendi dilectū. Num quem diligit anima mea vidistis? De visione illoꝝ se visuram presumit:ideo diligēter inuestigat custodū visionem/eoꝝ sperans alloq̄o vel in secretiora deduci/ vel dulcioribus affici. Id est eñ videre quem diligit:dei sapiētiam ⁊ virtutē propenso affectu ⁊ pura concipere mente. Bene illū conspicit qui hoc vtroq; concipit modo:pure cernens ⁊ pie sentiens. Dulce puto susurriuz quod inter sponsam custodesq; vertitur:⁊ grata collatio/si tamen collatio. Nulla enim illoruz hic responsio memoratur. Secreta valde est si qua est/quā alto tegendam putat silentio. Secretū suū sibi. Secretū suum sibi. Nec audemus hic aliquid inde conijcere quod sponsa curauit reticere:cum eoꝝ silentio claudamus nunc sermonē:prorogantes in crastinū sponse transitū quo se vigiles paululū pertransire dicit:⁊ inuenisse quē diligit anima sua.

Cantl.iij.

Sermo.vij.

A

IMprobi exactores estis/⁊ nimis instāter repetitis debitorem vestrū/dignum tamenvenia est dummodo iusta postuleritis. Sed vos exigitis vt soluaz ad quod non me obligaui. Tractaturus eram de trāsitu sponse. Ad hoc enim ⁊ ordinis ⁊ sponsionis nostre ratione teneor:⁊ vos adhuc mihi ingeritis illuc cū sponsa. Num quem diligit anima mea vidistis? Sed illa modestius interrogationem temperat ambigenti similis/querens magis vrgens. Nouit eñ nec omnibus nec omni tempore de hac visione adesse sermonem. Ex quo eñ abscondit vultū suū:quis est q̄ contempletur euz? Vos autem vrgetis me vt legem vobis ponam contemplandi dilectū/⁊ disciplinam inuentionis huius ⁊ visionis tradam. Quid ergo: Vultis vt muneris diuini largitatem/concludam sub regula? Visio hec non est industrie sed gratie:reuelationis est:non inuestigationis. Si quid tamē ad hec potest industria cooperari:illud pⁱmū obseruate quod scribiť. Lauamini/mundi estote. Secundo vt scribatis sapientiam tēpore ocij. Qui enim minoratur actu recipiet eam. Tertiovt violenti sitis/⁊ gaudiū regni quod vobis diutius surripitur preripiatis/id est vt habeatis cor purgatū paratū:improbū. In pⁱmo efficieris dignus:in secundo deuotus:in tertio vehemens/ hoc est idoneus:obuius:vrgens. Idoneus gratie percipiende: obuius venienti:vrgens morantem. In pⁱmo prepararis:in secundo assimilaris sponse expectanti dilectū quando reuertať a nuptijs. In tertio properas/⁊ sponsa non expectat/sed properat et ipsos preterit custodes. Dixissem melius si dixissem pertransit. Quod eñ preterimus / non respicimus/nō attingimus: sed contēnimus. Quod vero pertransimus:intelligim⁹ illud discutere ⁊ quasi disquirere ⁊ penetrare:nec inutilis hec pertrāsitio. Paululū eñ cū pertransisset inuenit dilectum. Videtis fratres quid proficiat consultatio custodū? Deuotā sed vagā animam ad inuentionē dilecti perducit. Vtilis quidē consultatio:⁊ frequenter quod non confert eoꝝ qui consuluntur eruditio:consolantis meretur humilitas. Bonū est vt sis ad querendū sedul⁹: non tñ assiduus. Nā ⁊ sponsa non tam ex studio occasione custodes interrogat/⁊ id in transitu. Trahebat enim illā vlterius amor dilecti:nec vacuū esse sinebat ex ocio cōferre cū illis. Currebat in cordis siti hausto forsitan de sponsi vicinia spiritu:⁊ idō minus intendebat in his qui benedicebant ore:tēdens ad illū qui benedicit in spū:qui est super oia bñdictus in secula deus.

Cantl.iij.

Esaie.j.

B

¶ Aduertite illud vos q̄ in transitu oratis/⁊ cū mora legitis:q̄ ad legendū feruetis:in orando tepetis:debet lectio orationi seruire:pparare affectū:nō horas p̄tipe:nec succidere moras. Cū legis eruditis de xp̄o/orās ħo familiare cū ip̄o seris colloquiū. Et q̄to suauioris est gr̄e cū illo de illo loq̄? Si q̄dā sp̄ualiuz detrimēta sustinēt visitationū ppter orādi raritatē q̄ lectioni vehemēti⁹ vacāt:q̄d dicem⁹ de his quos aut indisciplinate collocutiōes dissoluūt vel ārie q̄stiones scindūt? Deniq; monachorū est nō colloquiū sz silētiū:nō q̄stiones/sz q̄etē sectari. Aut si admittēda est:inq̄etudo:dilectiōis esse dz/nō ꝯtentiōis. Habet eñ amor sctūs inquietudinē suā:sz qualē legis apud pphetā.

Nesciunt cogitationes antiquas habere q̄ nouitates verborum exquirunt: qui noua excludūt dogmata: qui iuuenilia desideria non declināt: qui nihil habent grauitatis / nihil auctoritatis: nihil antiq̄tatis plenū: non est ibi amen vbi est aut disceptatio aut deceptio cogitationū: vbi aut [illegible] delitas est aut fluctuat fides ipsa. Ingredere in tutos recessus fidei: introduc dilectū in cubiculuz matris tue: vt quicquid de christo sapis: quicquid sentis intra ecclesie ꝯstringas regulas: [illegible] ad eius castiges censurā: huiusmodi opera opare in sabbato [illegible]. Alioquin si vacas: et talibus nō vacas studijs / facile in vacuo animo cogitationes vane ꝛ venenata erumpent consilia. Denique sicut habes: agrū hominis pigri vrtice ꝛ spine obsidenti: ꝛ euangelia tibi dicunt: quia duo erunt in lecto: vnus assumet ꝛ alter relinquetur. Quasi lectus quidam est ociosa ꝛ vita quieta: in ecclesie gremio degentiū eorum qui nullo sunt ecclesiastici muneris onere occupati: nec prouidentie et dispensationis sollicitudine distenti: sed libero vtunt ocio sub alieno regimine. Non tamē hoc ocio omnes rite ꝛ iure debito fruūtur: sed libertatem quam obtinent tēporis dant in occasionez torporis. Bonus enim lectus si quis eo legitime vtat: ꝛ oportunitatē exterioris quietis i voluptatem conuertat visionis interne. Ibi sunt qui assument ab hoc ecclesie cubiculo ad illud celeste: vt vbi christus est / et ibi sint cū ipso. Denique vbi fuerit corpus illic congregabūtur et aquile. Esto tu quasi aquila: et acutis vtere luminibus: spirituali assuescere contemplationi: cōmane in petris: ꝛ in preruptis cōmorare silicibus: immo in singularis illius petre q̄ christus est cauernas ingredere. Intra iuxta esaie verbum in cubicula tua: claude ostia tua / ꝛ abscondere modicum ad momentum donec pertranseat indignatio. Magis vero abscondere in eternuz vt delectatio maneat. Intra in cubiculū pacis in potentias domini: quia pax in virtute eius. Memorare iusticie eius solius / vt in te sibi obuient pax ꝛ iusticia. Memorare iusticie eius solius / quia quid habes qd non accepisti. Iusticie eius solius. ¶ Bona iusticia quam aduersus titillantia vitia tibi pugna quadam defēdis. Felicior vbi non dimicas pro iusticia: sed magis delectaris in ea: vbi non conflictationi studes: sed delectationi: non seris cū vitiis iurgiū / sed commertiuz cum virtute contrahis. Istam possidens non impugnas illa: vbi posteriorum oblitus non cogitas que hominis / sed que domini / ꝛ memoraris iusticie eius solius / cū iusticia ꝛ pax in te osculate se fuerint. Regnū enim dei iusticia ꝛ pax ꝛ gaudium. Si regnum: quare nō ꝛ domus ꝛ cubiculum? In pace enim factus est locus eius: ꝛ habitatio eius in syon. Ingredere in cubiculū pacis huius quidem exterioris / sed magis illius interioris / inhabitationem speculationis: qa syon speculatio interpretatur. In pace (inquit) in idipsum dormiam et requiescam: idipsuz ad speculationē refert quia hec est pars optima que non aufertur. Denique ꝛ sponsa obdormiuit cum dilecto in cubiculo matris sue: ꝛ quandam passa est soporate mētis excessum in amplexu sponsi / ideo sequitur. Adiuro vos ꝛc. Et tu ergo si sponsum apprehendisti / tene / nec dimittas donec introducas i domum ꝛ in cubiculum matris tue. Quid ego nūc tibi persuadeo ad quod te ipsa experiētia percepte dulcedinis multomagis inuitat ꝛ allicit? Si quis enim feriato animo furtiz ꝛ quasi in raptu prelibare potuit libere meditatiōis festiua gaudia nescio: si quid vnquam libentius agat q̄ vt huic totū ꝛ ex integro se studio tradat ꝛ expediat. Denique trahebāt sponsam prima pulchre contemplationis blandimenta / et ad quietis prouocabant cubiculū quo dilectū introducturam se leta gratulatur Non dimittam illū donec introducam. An non tibi videtur quasi dicere his verbis illud de psalmo. Si dedero somnum oculis meis ꝛ palpebris meis dormitationē: donec inueniā locū dño. Quia dimitto ne dimittā illū. Quia detrimentū facio vt christū lucrifaciam / propter supereminentem leticiam presentie eius. Si dormierint duo fouebūtur mutuo: vnus quomodo calefiet? Ecclesiastes hoc dicit. ¶ Bonū foueri ꝛ inflāmari in amplexu verbi. Ignitū enim eloquiū domini vehemēter / ꝛ spūalibus estuare desiderijs: ideo non dabo somnum oculis meis / et palpebris meis dormitationem / donec introducam illū in cubiculum matris mee. Tunc quiescam ꝛ suauis erit somnus meus. Quasi dormiuit iohannes recūbens in pectore iesu / vbi recōditi sunt omnes thesauri sapientie ꝛ scientie dei. Ibi vere quietis locus / intelligentie serenū / sanctuariū pietatis / delectationis cubiculū. Hic dormi vt videas quod ipse vidit: verbum in principio: verbum apud deū: ꝛ verbū deū: ꝛ intelligas in christo cū patre existendi coeternitatem / personalem diuersitatem / ꝛ vnitatē consubstantialem. Quid tibi videtur similius somno? Hic se non possunt humani iactari intuitus / irrumpere ratio. Denique nō videbit hec homo ꝛ viuet. Bonū est ergo te obdormire ꝛ humanorum sensuū ꝛ affectuum obliuione sopiri / vt huiusmodi somnia somniare possis. Hoc apostolorum cubiculū est qui nos genuerūt in christo. Quasi mater est paulus cum dicit. Filioli mei quos iterū parturio / donec formetur christus in vobis. Matrem habes: vis habere cubiculuz? Nostra (inquit) conuersatio in celis est. Uis somnum? Mente (inquit) excedimus deo. Huc ergo trāsi cum dilecto / hic mane: hec meditare: in his esto: aut si isto ptingere non potes / temperantius age: si non potes recumbere in pectore iesu / vbi indefesse puteus sapientie: requiesce inter scapulas / vbi patientie eius exempla ꝛ mysteria contempleris. Inter humeros eius: quia principatus factus est super humerum eius. Et de beniamin dictū est q amantissimus domini inter humeros requiescet. Requieuit quidem ꝛ obdormiuit iesus in cruce: ꝛ tu cum ipso in passionis eius fide ꝛ memoria dormias: vel potius inter istas fortes discurre inter pectus ꝛ humeros / iter fidei mysteria ꝛ manifestationē veritatis. In altero fac tibi domum: in altero cubiculum. Amantissimus domini beniamin quasi in thalamo morabitur tota die: et inter humeros requiescet. Uides quomodo inter humeros thalamū collocat? Quid ergo erit in pectore? Utrobique plane contemplationis pulchre locus et inter humeros et inter vbera. Sed vberior gratia in pectore vbi amoris locus / cogitationum sedes / amplexus occasio / ꝛ cernendi copia vultus. Bene ergo in pectore iesu thalamus: immo et thesaurus. Ibi enim ꝛ delicie sponsi: ꝛ diuitie verbi. Quia in illo absconditi sunt omnes thesauri sapientie et sciētie dei. In hos ingredere thesauros absconde te in abscondito faciei eius a conturbatione hominuz: et nemo te exsuscitet: neque euigilare faciat donec ipsa velis. Denique ꝛ hoc habet ea que subsequitur adiuratio sponsi xpi iesu: q̄ viuit ꝛ regnat in secula sclorum. Amē.

(Psal. xxiij. — Mat. xxiiij. — Ibidem. — Esa. xxvj. — j. Cor. iiij. — Psal. lxxv. — Psal. iiij. — Canti. iij. — Ibidem. — Psal. cxxxj. — Eccle. iiij. — Gal. iiij. — Phil. iij. — ij. Cor. v. — Esa. ix. — Deutero. xxxiij.)

¶ Sermo.xiij.

Adhuc capituli huius nos discussio tenet. Tenui nec dimittā illū. Ita ne adhibēda est diligētia ꝛ studiū vt dilectus tuus apprehēsus retineat. Si spōsus est / ꝛ amanti rñdet ex equo: quō nō vltro coheret tibi / et astringit gratis? Denique hoc hz impatiēs zelus amātiū: vt etiā expulsus iportune se ingerat ꝛ pudorē dedignat emulatio dura. Nūc aūt dicis. Nō dimittā illū: quasi declinare volētem si nō instātius retineat. Quō si amat aut declinare volet / aut auelli se sinet? An forte suspitionibus amatoris moueris / et superuacuo quodā metu amittēdi: p multo affectu retinēdi? Nō est tñ superuacuus timor: vbi exitus in ancipiti pendet? Non est superuacuus inter picula metus. Sed domestica tibi magis metuēda est leuitas. Nā deus ille ꝛ nō mutatur. Innata tibi leuitas vicina est lapsui: ꝛ instabili quodam vage mētis motu facillime abrupseris si nō firme adheseris. Sed nos iā ad primitiuā verba hec referamus ecclesiā. Eius em esse vident: fidei ꝛ charitatis iura aduersus persecutionē iniurias pphetica quadam presumptione sibi defendentis. Uide em q multi conati sunt spirituale hoc xpi ꝛ ecclesie vel diuellere / vel adulterare connubiū. Cōtemplare adhuc initia latentis ecclesie: quando velut noua nupta in primos christi properabat amplexus. Quid furoris / quid fraudis illis Iesu bone sustinuit diebus? Oportebat quidē hereses esse: oportebat ꝛ persecutiōes esse: vt tanto adhereret dilecto tenacius: quanto ab eius vel fide / vel confessione vehemētius se abrūpi videbat. Quis nos (inquit vnus p vniuersa ecclesia) separabit a charitate xpi? Denique nō est in illis vel fidei

(Canti. iij. — Ro. viij.)

corrupta

Esa.lxij. corrupta veritas vel ꝓfessionis obturata libertas. Propter syō (inquit) non tacebo: et propter hierusalē non quiescam. Testis in synagoga discipulis denunciatū est vt tacerent. Sed illi ꝓpter syon non tacent: et propter hierusalem illā carnalē nō quiescūt.

A ¶ Vere carnalis synagoga que viuificantē in se extinxit spm̄: et ecclesie extorquere conatur. Non probauit xp̄m habere in noticiā ideo tradita est in reprobū sensum. Reprobauit em̄ lapidem probatum/lapidē electū: tenuit legē: sed xp̄m nesciuit: tulit clauem scientie: nec ipsa introiuit: nec alios itrare permisit. Quis nobis claudit quibus christus aperuit? Super humerū eius clauis domus dauid: q̄ aperit et nemo claudit: claudit et nemo aperit. Aperuit gentibus/et clausit iudeis. Cecitas eni in israel contigit ex parte/vt gentiū plenitudo intraret. Ceca est iudea: et in littere velamine ostiū inuenire nescit. Synagoga predicat: velamen reprobat/veritatē non recte vel offerens/vel diuidens. Recte enim diuideret: si littere obseruationem ab eius interpreta-

Eccle.iij. tione distingueret [illegible] aliud temp⁹ illius antiquitati: aliud hui⁹ nouitati daret. Tempus eni suendi et tempus scindendi. Similiter enim et illa precepta sunt: et ista predicta sunt. Sed in illis figura: ista sub figuris. Ecclesia iam ista diuidit et scindit que fuerant consuta: et si nouit litteram aliquando ꝯm carnem: sed iam non nouit synagoga quem inuolutū quasi tenuit: reuelatum dimittit. Ecclesia dicit. Tenui nec dimittā. Synagoga reprobat

Canti.iij. immo et exprobrat: sed ecclesia non veretur a voce exprobrantis et abloquentis: a facie inimici et persequentis. Deniq̄ seru⁹ ille

mat.xxiiij nequā dicit in corde suo: moram facit dominus meus venire: et īcipit percutere pueros dn̄i: quia iam eius nouerunt et nunciant aduentū: sed illi propter syon non tacent: et propter hierusalē nō quiescunt. Corpus possunt percutere: non possunt ab animo christum excutere. Flagellis firmius ligata est in corde eorum affectio xp̄i. In synagogis flagellati sunt: in custodias traditi: ad cathedras tracti: sed gaudent in his omnib⁹: quia digni habiti sunt ꝓ no-

B mine iesu contumeliam pati. Tenui nec dimittā illū. ¶ Tenuit quia non timuit dum turbaretur omnis terra/et maiores mundi huius potestates transferrentur aduersus illam in cor amaritudinis. Adglutinata est sponso funiculo qui rumpi non poterat/funiculo charitatis qui nescit excidi: quia illa nunq̄ excidit: fiducialiter egit: q̄r charitate adhesit. Qui em̄ adheret deo: vn⁹ est spiritus: vbi aūt spiritus dn̄i: ibi libertas. Ideo libere egit: et spei sue confessionē tenuit indeclinabilem. Et tunc quidem sa-

j.Cor.v lutatis res fides videbatur/et confusione digna ꝓfessio. Quid confessionem nomino? Extremi res erat periculi. Non tamē timere poterant eos qui occidunt corpus. Spiritus em̄ vite ante faciem illorum/christus dn̄s: Ideo et a carne auelli se facili⁹ passi sunt qui ab eius charitate nihil sibi de se retinuit vt illum te-

Canti.iij. neret. Ideo dicit. Tenui nec dimittam illum: Plane inter tot ꝑuertētes et persequētes tenuit strenue et dum adhuc tenera erat nostre fidei etas. Donec introducā illū in domum matris mee.

Ibidem. Iam introducta est fides nostra in tutum. Non est qui palā impugnet illam: sed qui fuerant persequentes facti sunt obsequētes: et qui peruertentes facti sunt dirigentes. Iam introducta ē de campo in domū/de pelago in portu. Iam in fauorem versus est persequentium furor principum/et versutie hereticorū cauillationes/catholice fidei sincera veritate redargute siluerunt. Iam erepta est fides nostra: erept⁹ est christus de contradictionibus populi. Iam constitutus est in caput gentium: nec positus est nunc in signum cui contradicatur. Post tot desudata martyrum pro fide christi certamina: postq̄ tot fregit persecutorum violentias/et hereticorum refellit versutias: postq̄ non est amplius in cruce christi scandalū/sed gaudiū: et facti sum⁹ mūdo huic nō theatrū cōtumelie: sed triūphus gratie: post tot enauigata pericula nonne tibi videtur quasi de cāpo quodam pugne et laboris in pacis et quietis introduxisse cubiculū dilectū

C suū ecclesia christi? ¶ Vides ergo in initijs ecclesie nascentis necessariam diligentiā: ne dilectus tādiu desideratus et tandē apprehensus posset extorqueri. Quid ergo nūc de cetero fiet quando in tutū introduct⁹ est/et quasi in thalamū per fidē. Dabitur de reliquo desidie locus/et diligentie vale dicem⁹? Periclitabitur in tranquillo/qui in tempestate non potuit? An nō pe-

Jacob.ij riclitatur qui moritur? Sine operib⁹ mortua est fides. Commē-

Gal.v. dat apostolus fidē: sed illam que per dilectionem operat. Ubi dilectiōis opus est/vel dilectio operis: ibi vita est fidei. Quid si est in credulitate veritas: in confessione libertas: et non ibi ꝑ dilectionem vita? Funiculus iste triplex non est: et facile rūpit. Deniq̄ imaginaria libertas est que de radice non orit charitatis: nec tam nitit confessio talis libertate sua/q̄ aliena licentia vtit. Precaria est: non propria ex principum fauore pendet: non procedit de calore fidei. Fides feruore charitatis animat

Ephe.iij. ad vitam. Pigra plane vbi discrimen impendet si non cōfessionis sibi vendicet libertatem beneficio dilectionis. Alioquin a mortuo quasi qui non sit perit confessio. Est ergo sine charitate et fides mortua et confessio vana. Apostolus dicit christū habitare per fidem in cordibus nostris. Nunquid per mortuā? Si intus est veritas et foris vita diuisus est christus: nondū ex integro introduxisti dilectum tuum vbi dimidius est foris? Quid si nec dilectum? Quomodo enim dilect⁹ si fidei non fuerit sociata charitas? Christus resurgens ex mortuis iam non morit:

Rom.vi. sed sibi non moritur/vide ne tibi: aut magis tu ne illi moriaris: alioquin que poterit esse mortui vel cū mortuo delectatio? Qua nam ergo ratione dilectus esse dicetur: vbi dilectio non est? Si habitat christus in corde tuo per fidē: sed foris est per dilectionem: vereor immo verum est/quia vel dimidi⁹ in te est vel mor-

Gal.ij. tuus. Viuo inquit Paulus iam nō ego: viuit vero in me christ⁹.

D ¶ Potes et tu tibi vocis huius vsum assumere/si tamen cum eo-

Rom.v. dem dicere potes. Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sc̄m qui datus est nobis. Sed est in alijs hec vita laboriosa: in alijs libera/et in spūalibus quibusdā delitijs agēs. Ceterum si in carnis iura totus transisti: et principib⁹ tenebrarum in cordis tui recessus facilis et familiaris aditus patet: et immundis amatoribus animam tuā prostituisti que erit tibi conuētio christi ad belial? que societas luci ad tenebras? Si vero ditio et incentori vitiorum indixisti pro christi charitate conflictum/iam quidem dilectū tenes: sed nondū tibi res est in tuto. Turbaris adhuc/et thalami tranquillitate nō frueris. Fides in portu est: sed praue consuetudinis impetus et tēptationū vel emergentiū vel frequentium cumulus adhuc tibi frangendus/aut certe fugiendus est. Tene constanter inter discrimina ne te effugiāt donec introducas dilectū in domū matris tue/et in cubiculū genitricis tue. Tene cū labore: ne minus cauto vt parum curioso citius elabatur. Fide tenes: professiōe tenes: tene moribus: tene conuersatione: nec dimittas. Non est de cetero nūc pro fidei veritate conflict⁹: sed spiritualis hui⁹ certaminis estus aduersus mores bonos et vitā honestā tot⁹ incāduit. Instant his dieb⁹

ij.Thi.iij. nouissimis tempora periculosa quando sunt homines seipsos amantes/cupidi/elati: inuentores immo et incentores malorum. In exortu fidei christiane ꝑsecutio nominis huius grandis erupit. Hodie pestilentia morum feda/satis et lenta nimis exalat. Corrumpunt enim mores bonos exempla mala. Trahe nos bone iesu in odorem vnguentorum tuorum ne pestilens aura de vicino erumpēs salem sapientie in nobis infatuet. Sermo vester.

Colo.iiij. (Paulus inquit) semper in gratia sale conditus sit. Nunquid solus sermo et non potius visus/auditus/incessus/omnis deniq̄

j.Cor.x. exterior gestus sale cōdiri debet? Placete inquit omnibus per omnia sicut et ego. Ceterum si infatuati sunt ecclesie pricipes: plebes in quo salientur? ¶ Et nos fratres qui religionis ꝓfessores sumus: sal esse terre debemus. Si ergo et in nobis sal euanuerit: in quo salietur? Factus est sacerdos sicut populus: vt licentius populus sicut sacerdos fiat. Mundo se monachi studio conformant: et qui in mundo sunt/errorem suum nostrorum satis versute et nimis verecūde tuentur exemplo. Mutuis ad vitia sese aut informant/aut fouent exemplis: pastores/populi/seculares/et religiosi/promptuaria plena sunt huiusmodi eructātia ex hoc in illud: aut turpis aut tepide conuersationis spiritum pestilentē. Heu q̄ auido cordis ore prauum hunc attrahimus spiritum/et corrumpentem haurimus auram. Pestilentia hec passim influit per fenestras nostras. Jesu bone quando erit: si tamen aliquando erit: sicut fides integra sic et incorrupti mores? Quando continget vt sicut cum veritate pax: sic non sit pugna pro virtute? Quando integrum te et ex arbitrio in contemplationis et quietis cubiculo complectemur? Pauci sunt in ecclesia qui in hunc statum peruenerūt: sed tamen pro parte profitentur. Tenui nec dimittam illum: donec introducam in domum matris mee/et in cubiculum genitricis mee. Non est tota talis ecclesie facies: sed tamen multa talis vt dicere possit. Tenui nec dimittam illū donec introducam in domum matris mee et in cubiculum genitricis mee. Fides profusior est: contracta negocia charitatis. Nunquid in vniuersitate credentium hanc aduertere est distinctionem: et non etiā in singulis nobis? Quis enim erit cui sicut vere et indubitate fidei: sic etiam affectuum piorum integritas constet? Magnus plane est/si quis est qui sicut nunq̄ titubat in fide/ita passionibus animi nullis turbetur. Plane talem ego expertus sum cubiculi secreta ingressum. Bonum cubiculū cordis trāquillitas. Cum alijs laborat sapientia: sed cū humili et tranquillo quiescit spiritus domini/et in pace locus eius. Sed hic quiescat interim sermo noster/magis vero sensus noster in hoc vtinam requiescat secreto cubiculi: vt quod experientia docuerit: expressius refundat sermone sequenti: prestante domino nostro Jesu christo: qui cum patre et spiritu sancto viuit et regnat deus per omnia secula seculorum. Amen.

Sermo.xiiij.

E

Adiuro vos ⁊c. Patet illā obdormisse: pro qua talis
est facta adiuratio. Quidni dormiat cum dilecto in-
gressa matris cubiculum deliciarum recessus? Dormit
cum patitur mentis excessum de accessu dilecti. Ad-
Canti.iij. iuro inquit ne suscitetis dilectam. Beata plane que
dilectū hunc ⁊ tenere permittitur: ⁊ dimittere non compellitur.
Tene qđ tenes: tene ⁊ attrecta morose ⁊ diligenter verbū vite
reuolue volumen vite/ volumē qđ reuoluit Jesus: immo qđ est
Jesus. Inuolue te illi: inuolue te illa qua inuolutus est ipse syn-
done: quia amictus est lumine sicut vestimento: Induere dile-
ctum tuū dominū nostrum iesum christum. Excide tibi memo-
riale diligenter i petra monumentū nouū: in quo nondū quisq̄
positus fuerat. Christus enim petra Semper noua reperiri pos-
sunt in Christo. Ad noua potest penetrari. Multi sunt in illo re-
cessus/ thesauri sapientie innumerabiles. Non est vno contēt⁹
vellere sepius tonderi potest: bona vellera sunt/ sensus mystici
sacrati affectus. Talibus abundat iesus. Nudari: expoliari nō
Ps.cxviij. potest. Letabor inquit super eloquia tua/ sicut qui inuenit spo-
lia multa. His te vestis spolijs: inuolue velleribus vt calefiant
(sicut scriptū est) latera tua. Eloquiū enim eius ignitū: in his
quiesce: vt suauis sit somnus tuus: sicut Salomon ait. Deniq̄
et sponsus istum dilecte sue somnum tuetur ⁊ fouet: illam exu-
Canti. ij. scitari vetans. Adiuro vos inquit per capreas/ ceruosq̄ cāpo-
rum. Noua plane adiuratio: nec plus habens admirationis in
specie q̄ in virtute mysterij. Querens quid in se sacramenti in-
uolutū contineant hec animalia/ quandā libere mentis alacri-
tatem ⁊ agilitatē spūs: cursim se ⁊ saltatim (vt sic dicā) ad supe-
riora ferentis intelligo adūbrari in illis. An nō ⁊ tibi velut ca-
pree et cerui videnẜ/ q̄ lʒ in corpe cōmorātes: corporis tn̄ euaserit
incōmoda: ⁊ spūali leuitate pōdera carnis pene nō sētiūt: ⁊ ter-
rene molis materiā nesciūt mētis bn̄ficio. Hi sunt qui spū ābu-
lantes vltra non sentiunt desideria carnis: aut si sentiūt lāgui-
Ro. viij. da certe ⁊ quasi palpitātia/ ad extremū ducentia halitum. Uos
(inquit apostolus his qui huiusmodi sunt) non estis in carne: sʒ
ij.Cor.v. in spiritu. Deniq̄ ⁊ si cognouimus xp̄m ẜm carnē iam non noui-
mus: iam totus spiritualis fact⁹ est: iam se ad solitudines cele-
Canti. ij. stes contulit: iam conscendit ad superiora. Ideo dicit ecclesia.
Similis est dilect⁹ meus capree hinnuloq̄ ceruoꝝ super mon-
Colos.iij. tes bethel. Ad vos te montes inuitat qui dicit. Si consurrexi-
stis cū christo ⁊c. Quasi capreā te spiritualē fieri vult paulus/ q̄
j.Cor.xv ad illos te celestes montes prouocat: qui singularis illius hin-
nuli te vestit imaginē. Sicut (inquit) portauimus imaginem ter-
Phil.iij. reni: portemus ⁊ imaginē eius qui de celo est. Bonus ceruus ⁊
ipse paulus q̄ ait. Nostra conuersatio in celis est. Bonus plane
ceruus quē spirit⁹ domini vegebat ⁊ agit. Spirit⁹ enim domini
subtilis ⁊ mobilis. Boni cerui quos vox domini preparat: qui-
bus reuelat condēsa mysterioꝝ: condensa in quibus bn̄dictus
ille latitat hinnulus. Bona certe caprea: que ad omnia que vel
sibi proposita sunt vel imposita/ impigra ⁊ indefessa deuotione
Ps.lvi. spirit⁹ dicere potest. Paratū cor meū deus: paratum cor meū.
F Que ea que retro sunt obliuiscēs ad anteriora extendit. ¶ Au-
disti communia: audi singularia / vt aliquid distinctionis inter
hec assignem⁹ animalia nec confusa est indifferens sit de vtris-
q̄ disputatio: in ceruis antiquitatē attende viuendi: ⁊ videndi
acumen in capreis. Cerui quadam arte naturali a senio se tue-
ri perhibentur: ⁊ vergentē in defectū vitam rediuiua nouitate
ab interitu reuocare. Christus singulariter nō tam ceru⁹ q̄ hin-
nulus dicitur/ qui nitet eterna nouitate/ nec habet aliquid vetu-
statis admixtū quod subinde renouatione indigeat. Ille singu-
Luce.x. lariter caprea videndi priuilegio. Deniq̄ nemo nouit patrē nisi
filius: ⁊ cui ipse voluerit reuelare. Omnia autem nuda ⁊ aperta
sunt oculis eius. Ergo ⁊ hi quoq̄ quasi capree quedā spiritua-
les intelligunẜ: qui reuelatos habēt mentis oculos in agnitio-
ne dei qui spirituales effecti dijudicant omnia ⁊ perscrutantur:
qui reuelata facie gloriam domini contēplanẜ. Cerui vero sunt
in eo q̄ in eādem imaginē transformanẜ a claritate in claritatē
tanq̄ a domini spū/ qui veterē deponentes hominem: nouū in-
duunt eū qui creatus est in iusticia ⁊ sanctitate veritatis: qui se
nescentē deuotionē ⁊ quodam languentē tedio in nouū denuo
feruorem reducunẜ/ ⁊ perseuerantie fastidia nesciūt reparatiōe
Esaie.xl. frequenti. Qui (inqt Esaias) confidūt in domino mutabūt for-
titudinē: non quidē vt veterē perdent/ sed vt nouam adijciant.
Ibidem. Mutabūt fortitudinem instauratis frequēter incremētis. Mu-
tabunt (inquit) fortitudinē/ current ⁊ non laborabunt/ ambula-
bunt ⁊ non deficient. Mutatio hec profectuū videẜ innouatio
iugis sine defectu/ sine fatigatiōe. Bona quidē fortitudo: que
currens licet cū labore tamen ad defectū declinare non nouit.
Melior plane que nec laboris sentit molestias/ sed appositarū
difficultatū transilit scandala: ⁊ velut in campestri planicie ex-
plicitis gressib⁹ vtens: iuxta quod scribiẜ. Cursor leuis expli-
Hiere.ij. cat vias suas. Hoc est qđ in p̄nti ceruos cāpoꝝ dicit/ q̄ illis q̄-
libet aspera ⁊ ardua quelibet plana sunt ⁊ quia ⁊ inoffensis ex-
posita cursib⁹ quasi planioris equora cāpi. Uox domini vox in-
time inspirationis mentis aurib⁹ suauiter illapsa. Illa est vtiq̄
que ceruos huiuscemodi preparat: que reuelat condensa. Nam
si qua condensa sunt: ⁊ crebris scandaloꝝ quasi spinaꝝ aculeis
obsita: illis condensa non sunt: quoꝝ dn̄s perficit pedes q̄si cer-
uoꝝ: qui nullo iniuriaꝝ obice tardari possunt: magis aūt com-
placent sibi in tribulationib⁹: ⁊ acceptas habere non nouēt in-
iurias: aut ne respicere penit⁹ ex vehementia desiderij ad supe-
G riora properantis et intendentis in anteriora. ¶ O misera hec
tempora nostra: quomodo ab hac regula in contrarium omnes
pene resilimus: etiā q̄ pietatis plena sunt specie ad iniurias in-
terpretamur. Ubiq̄ fere obicē patimur: ⁊ impingim⁹ in planis
Treni.iij. et rubrica facta sunt in plateis vestigia nostra: sicut dicit Hie-
remias. Omnia nobis obtrusa querimur: siquidem iter pigroꝝ
quasi sepes spinaꝝ. Ad querelaꝝ occasiones gratulamur: ad su-
spitiōes parati: vt (quēadmodū scriptū est) terrere vos videaẜ
sonit⁹ volātis folij/ ⁊ animi molestias manib⁹ ⁊ verbis accersi-
re nitamur. Inde est q̄ spiritualiū viroꝝ nimis crebro inquieta-
mus quietē: interrūpim⁹ ocia: ⁊ mentis ad superiora intente p-
turbam⁹ soporem: ⁊ a gratissimo sponsi auellim⁹ amplexu. Hu-
iuscemodi ergo molestias quas vel pūersitas querit/ vel infir-
mitas parit: a dilecta sua sponsus auertit: filias hierusalē ad spi-
ritualem quandam alacritatē inuitans. Hoc enim sibi vult q̄ p
Cant. iij. capreas ⁊ ceruos adiurat: vt spiritualiū ad emulationē prouo-
cenẜ viroꝝ: ⁊ ab infestatione importuna dilecte quiescant. Ad-
iuro vos ne exuscitetis dilectam donec ipsa velit. Utile vobis
est vt dilecta euigilet: sed expectate donec ipsa velit. Eius ex-
pecteẜ arbitriū: ad cui⁹ curam vestri spectat officiū. Tūc volet
Esaie.lxj cum spūs illam velle docuerit. Unctio spūs docebit illam. Ad-
herens enī dilecto vn⁹ cū illo effecta est spūs. Ideo dicere pōt
spiritus domini super me eo q̄ vnxerit me: euangelizare misit
me. Ergo euangelizabit vobis: cū acceperit temp⁹ a spiritu. In-
terim bibula hauriat qđ refundat vberi⁹. Contēplationis gra-
tia compassionem non euacuat sed informat ⁊ mentis excessus
H temperātem reddit infirmis ¶ Deniq̄ cū dormit adam: virilis
costa in infirmiorem mollescit sexū: ⁊ propter socialem copulā
de latere viri formata est mulier/ immo in sociam mulierē adā
ipse conuertiẜ: ⁊ conformatione quadam transit in coniugē: id
dum euigilat charitatis vocē primam emittit in compari sua se
Gene.ij. ipsum agnoscens. Hoc nūc os (inquit) de ossib⁹ meis: ⁊ caro de
carne mea An non tibi Paul⁹ videẜ virilem dignitatem in hu-
miliorē sexū deflectere/ cū dicit se factū infirmis infirmū. Qua-
si spiritualis adam eua efficiẜ: dū subiectis compatiẜ apostoli-
ca firmitas ⁊ sublimitas virtutis ⁊ scientie sobrietate q̄dam ca-
pacitati temperaẜ infirmoꝝ. Et si mente excedit deo: sobri⁹ ta-
men fit alijs. Mentis excessus bon⁹ est sopor: non superbiam in-
ducens/ sed sobrietatem docens. Adiuro vos ne exuscitetis di-
lectam donec ipsa velit: ⁊ si mente interim excedit deo: iterum
tamen sobria fiet. Si modo dormit/ euigilabit rursum: et vina q̄
repperit cū temperamento quodam vobis refundat. Ipsa nouit
quando diuidat predam domesticis/ ⁊ cibariam ancillis. Quo-
modo non miserebiẜ filiaꝝ vteri sui q̄ nec ancillas preterit? Bo-
ne tamen filie ancillas se reputant ⁊ naturalem nesciūt liberta-
tem: dū veritatis spū liberatas se esse recēsent. Uere enim libe-
re sunt/ quas liberat veritas: ⁊ ideo aliam libertatem ignorant
que p adoptionē liberatas se gaudēt. Deniq̄ quāto magis est
gratuita adoptio/ tanto est abiecto deuotior. Eedē ergo ancil-
le sunt et filie: quia vbi maior est in adoptione dignatio: ibi iu-
stior in subiectione deuotio. Ne suscitetis eam donec ipsa velit
Ipsa nouit quando diuidat predam domesticis: ⁊ cibaria ancil-
lis. Non est de ista metuendū quod legiẜ. Filia populi mei cru-
delis quasi strutio in deserto Strutio pēne speciē habet: caret
tamen effectu volandi. Nescit per mentis excessum volare pro-
pterea speciem non visitat suā: sed derelinquit in terra oua sua.
Obliuisciẜ q̄ pes conculcet ea: bestia conterat. Nō nouit in cō-
templationis soporem assurgere strutio: ideo se cōpassionis af-
fectu non induit. Ad commodū enī spectat filiaꝝ in mentis ex-
cessu dormitio matris: ⁊ totū de compēdio est q̄ spiritualis ei⁹
I somnus protrahitur. Ideo dicit. ¶ Adiuro vos ne suscitetis di-
Canti.ij. lectam donec ipsa velit. Bona adiuratio per quam ⁊ matri par-
citur/ ⁊ profectus queritur filiaꝝ. Quanto enim liberi⁹ vacat ⁊
videt: tanto vberi⁹ adolescentulas reuisit. Quanto sublimi⁹ su-
spenditur/ tanto condescendit humilius/ condescendit vtilius.
Quid vultis tempora dispensare/ q̄ sponsus posuit in voluntate
dilecte? Ne exuscitetis inquit illam donec ipsa velit. Tūc vo-
let cū ab oculis ei⁹ euolauerit visio dilecti. Lubrica est ei⁹ pre-
sentia/ ⁊ elabiẜ subito. Ego inquit dilecto ⁊ ad me cōuersio ei⁹.
Quid tam sanctū temptatis cōmerciū ante tempus diuellere?
Beata collatio: sed breuis hora. Sufficiat illi breuitas sua: qđ
illā decurtare vultis? Nihil tā exiguo imminuendū est momēto.

Fruatur

fruar interim libere hora fugaci. Exuscitare eã vultis ⁊ euel
lere ad vos quã xp̃s exuscitat ⁊ in se euigilare facit. Deniq̃ et
si dormit ipsa/sed cor eius vigilat in christo. Petrus ⁊ qui cum
ipso erant in monte grauati sunt somno:⁊ euigilantes viderũt
maiestatem Jesu. Bene grauati somno in quibus humanus re
primebat sensus. Grauabat ⁊ reprimebatur in ipsis quod erat
ex ipsis:vt ad ea q̃ mundi sunt ceci ⁊ hebetes:tantũ ad cogno
(Luce. ix.) scenda que dei sunt spiritu euigilarent exuscitati diuino. Eui
gilantes inquit viderunt maiestatem. Bene ergo vigilat q̃ ta
lia videt:qui videt gloriã vnigeniti a patre:qui audit archana
verba/que non licet homini loqui. Nõ licet ei dici in quo filius
(Mat. xvij.) dei nondũ resurrexit. Videte inq̃t nemini visionẽ dixeritis/ do
nec filius hominis a mortuis resurgat. Non potest ei dici visio
in quo nondũ christus resurrexit. Deniq̃ simile dictũ est marie:
(Joh. xx.) noli me tangere/nondũ eñ ascendi ad patrẽ. Nõ licet ei dici q̃
non est raptus in paradisum in locũ deliciarũ:in locum de quo
Petrus dixit:bonũ est nos hic esse. Bene exuscitatur q̃ in hũc
cũ paulo rapitur paradisum:qui ascendit cũ petro in montem:
qui vel vna cũ christo potest hora vigilare:quẽ non homo tan
git:sed exuscitet ⁊ euigilare faciat xp̃s. Et petrũ ipse tetigit:
ideo euigilauit ⁊ vidit maiestatẽ eius. Deniq̃ ⁊ hec ip̃a dilecta
(Canti. iij.) vide qualis exurgat de sponsi amplexu. Que est ista inquit que
(A) ascendit quasi virgula fumi. ¶ Sed nos iam hic ascendente re
uocemus sermonẽ/⁊ capitulũ hoc alteri seruem⁹ principio:im
(Joh. viij.) mo illi qui de seipso dicit. Ego principium qui ⁊ loquor vobis.
Qui vtinam nobis sit/⁊ sermonis principiũ/⁊ cordis verbũ: vt
que locuturi sumus de ipso prior ipse loquatur in nobis. Loq̃
re dñe loquere mihi/⁊ loquere pro me. Increpa p me filias: nõ
hierusalem/sed babylonis:dic vt sedeat ⁊ taceat filia chaldeo
rum. Deus bone quãte sunt hodie filie babylonis/que nesciũt
cãtica syõ ppter quas organa nostra suspẽdimus? Quanti sunt
filie edom q̃ nos exinaniunt ⁊ exhauriunt leticia spirituali? Cõ
pescis filias hierusalẽ ab infestatione dilecte. Utinam mihi do
mine a filiab⁹ parcas babylonis. Dispar eñ ẽ ⁊ satis molestior
vexatio malignantiũ q̃ amantiũ. Sed tamen nescio qua nostri
tẽporis hui⁹ miseria ipsi amantes facti sunt malignãtes. Quã
ta malignatur hodie amicus in sancto? Dixisse debui inimicus
sed dixi quod magis dolet. Ipsi amici facti sunt inimici. Ami
ci professione:inimici affectione. Specie amici:sed amicitie vir
tutem diffitentes. Amicus absalon quia filius:sed quanta ma
lignatus est sceleratus in sancto:filius in patre. Absalon in de
uid:absalon pax patris dicitur. Bonũ plane nomen sed ipse no
minis huius virtutem abnegabat. Affectauit regnũ:incestauit
cubile. Felix tamen dauid/cui inter tot filios non nisi vnus per
secutor erupit. Quẽ mihi dabis hodie inter magistros/cui non
nisi vnus absalon insidietur? An non quasi absalones sunt qui
dam qui (sicut scriptũ est) pacem predicant:⁊ mordent dentib⁹?
Affectant locũ patris:sedãt cubile/dũ prauis susurrijs socios
corrũpunt ⁊ subuertunt corda innocentũ/in quibus patris spi
ritus suauiter quiescebat. Imitatione absalon est/qui magistri
et locum sibi arrogat/⁊ vite derogat/pacem predicat/⁊ mordet
dentibus. Malus est morsus derogatio:malus cib⁹ de quo di
citur. Dulce est enim in ore eius malũ:⁊ abscondit illud sub lin
gua sua. Abscondit donec euomat in tempore virus collectum.
(B) ¶ Quanta malignatur amicus in sancto? Deniq̃ que nõ videt
(Ps. lxxiij.) suspicatur. Posuerunt (inquit) signa sua signa/et non cognoue
runt. Ponunt que non inueniunt. Ponunt que praue postea ex
ponunt. Signa (inquit) sua:seipsos enim in signũ ponunt:cũ ex
sue prauitatis regula alios metiuntur. Signa inquit quasi di
cat/tantum signa/⁊ non veritatem. Signa:non certitudinis/s3
suspitionis. Et non cognouerunt. Non enim cognitione: sed cõ
(Ibidem.) iectura nituntur. Malignatur inimicus in sancto. In quo san
cto? In sancto sanctorum. In sancto qui dicit. Qui vos spernit
(Ro. xiiij.) me spernit. Temerariũ est (vt dicit apostolus) alienum seruũ iu
dicare. Tu ergo quis es qui dominũ tuum iudices? Qui eñ po
testatem diiudicat/ ordinationem dei diiudicat. Deniq̃ conque
(Ps. iiij.) ritur ⁊ dicit. Tulerunt a me homines iudicium meũ. Filij homi
nu3 vt quid diligitis vanitatem ⁊ queritis mendacium? Uanita
tem vtiq̃ diligitis prelationis:⁊ ideo queritis in prelatis vr̃is
(Ps. lxi.) mendaciũ praue suspitionis. Uani enim filij hominũ:mandaces
in stateris mendaces in iudicijs. Et vtina3 pro minimo mihi sit
ab humano die iudicari:dum eterni die excepto iudiciũ. Cum
(Ps. lxxiiij.) (inquit) accepero tempus:ego iusticias iudicabo. Ipse iust⁹ iu
dex tempus expectare se dicit vt iusticias iudicet: ⁊ tu tibi ãte
tempus assumis iudicium? Pater omne iudiciũ dedit filio:⁊ tu
tibi quod non accepisti iudiciũ assumis/⁊ hoc in patrem? Uide
ne forte in eũ patrem a quo omnis paternitas in celis ⁊ in ter
ris nominatur. Uipera generatio matrem suam comedit: ⁊ den
te venenato doctoris vitam corrodit. Non sunt iste filie hieru
salem:pacis ⁊ filie:sed babylonis/quando increpabis illas: et
dices/filie babylonis nolite flere super me/sed super vosipsas
flete. Siquidem improperia eo℞ qui vices tuas gerunt in te re
dundant:nec est murmur eo℞ contra nos sed contra dominum.
Parcite ergo a murmuratione que nõ prodest vobis: ⁊ aliis no
cet. Tu dñe/tu potius obstrue os loquentiũ iniqua: ⁊ ne clau
das ora te canentiũ. Sed quid iam nũc querelis his vlteri⁹ im
moror? Non id nunc gero propositi:vt nostra defleã:sed vt alie
na cantem. Sufficiat paucis nostra deplorasse. Jam a lamentis
reuertor ad cantica. Illo nobis animũ prestante ⁊ os ⁊ ocium q̃
cohibet inquietos a sponse somno xp̃o iesus vna cũ patre ⁊ spi
ritusancto regnans per omnia secula. Amen.

Sermo.xv.

(C) Que est ista que ascẽdit per desertũ quasi virgula fu
mi ex aromatib⁹? Uidete fratres sicut ⁊ videtis q̃
sit efficax ad incremẽta gratiarũ tranquillitas mẽ
tis:quales metat fructus de iterna materia quiete
christi dilecta. Uidete (inq̃) qualis pcedat de spõ
si amplexu. Qualis ergo progreditur a me ne quesieritis: spon
si potius super hoc sodales cõsulite. Quid si ⁊ ipsis quasi noua
et insolita de secreto dilecti sinu procedit? Noua plane: nã ip̃a
nouitas admirationem inducit. Que est ista que ascendit? At
tende profectũ. In superioribus custodes interpellat ⁊ deuisio
ne rogat dilecti. Hic ipsis custodibus admirãda prorũpit ⁊ no
ua sub specie. Quidni in noua procedat de cõplexu dilecti: ip̃e
est enim qui de se dicit. Ecce ego omnia noua facio etiam q̃ no
ua sunt ipse renouat. Puta caminus est:aurũ admoue. Si purũ
est purgatius reddit:et rutilans metallum recentem de forna
(Ps. cxviij.) ce fulgorem educit. An non caminus christus? Ignitũ (inquit
psalmus) eloquium tuũ vehementer. Hoc camino decocta non
potest nisi noua ⁊ velut altera prodire creatura in christo. Deni
q̃ ⁊ ipsius dum oraret species facta est altera:sed tibi altera cũ
oras eius fit species:nam in se manens vnus innouat oĩa. Alte
ra facta est corporalis domini species cum oraret:et voluit per
hoc in mente tua orationis commẽdare virtutem q̃ illa sit que
te in itimis alterum faciat ⁊ nouũ commutet in hominẽ ⁊ medi
(ij. Cor. iij.) tatio innouet. Nos (inquit apostolus) reuelata facie gloriã do
mini speculantes/in eandem imagine3 transformamur: hoc est
(D) in eandem quam intuemur/transformamur. ¶ Forte ⁊ spõsa de
speculationis archane eam quam intuebatur sponsi imaginem
vestita prodijt. Noua plane:nam sodaliũ circa ipsa3 admiratio
(Canti. iij.) nouitatem protestatur. Que est ista que ascendit? ac si dicat:nõ
est cum illa sicut heri ⁊ nudiustertius. Non iam amplius circuit
ciuitatem:non discurrit per vicos/per plateas/per vigiles. Nõ
errabunda vagatur:sed itinere directo ascendit. Que est i hac
ipsa hec tam subita nouitas? Que est ista que ascendit/ ⁊ ascen
dit per desertum? Desertum vere ⁊ aridum ⁊ sterile reputat se
culum omne hoc per quod ascendit:⁊ qua nã ratione nobis fa
ctus deserti huius odor sicut odor agri pleni:⁊ quasi ei benedi
xerit dominus? Quantos trahit ad se deserti huius odor et te
net ne possint auelli/odor iste/odor mortis ad mortem. Inani
(Hiere. ij.) tas est quam putatis vbertatem. Deniq̃ terra sitis est:⁊ imago
mortis:sicut dicit Hieremias propheta. Terra inquit sitis. Cu
piditates enim mundanas magis irritat q̃ satiat. Infructuo
sa est ista quã putas plenitudo:⁊ si quid est fructus id fluxũ est:
et mutabilitate sua mortis prefert imaginem. Quomõ vbi mor
tis video imaginem odorem vite sentire te reputas? Odorẽ vi
te christi spirat vbertas. Ipse enim est ager vere plen⁹ ager fer
tilis:ager cui benedixit deus pater. Aliũ preter istũ agrũ spõ
sa nescit:sed desertum reputat ⁊ terra3 salsuginis. Que est ista
que ascendit per desertũ? Bonũ erit certe desertum:si nõ fue
rit cor tuũ insulcatum inimici vomere:si nõ fuerit eius irriguũ
stillicidijs:impinguatum rore:si nõ que superseminat 3i3ania in
te leta luxurient:immo renascantur quidem quasi fecũdo in so
lo. Sterile sit cor tuũ ne tale vel germen proferat:vel semen su
(Ps. cxlij.) scipiat. Anima inquit mea sicut terra sine aqua tibi. Bonũ de
sertum talis anima:bonum etiam desertũ caro integra:caro in
tacta:caro immundis non exarata concupiscentijs: caro carna
(Gal. vj.) lis voluptatis nesciens semina. Qui enim seminat in carne: de
(E) carne metet corruptionem. ¶ Bonum deniq̃ desertum alu⁹ vir
ginalis. Talis erat beate illius ⁊ specialis virginitatis vterus
quem nullus impudici motus affectionis immunde temerauit
lesio. Caro ipsius sicut terra deserta ⁊ inuia ⁊ inaquosa in qua
christus apparuit. Non tamen deserta penitus:que christũ par
turiuit:irrigua est/sed fluentis virtutum. Ideo quasi pute⁹ di
citur aquarum viuentium:que fluunt impetu de libano qđ vir
ginalis mundicie candor spirituales refundat gratias. Ortus
conclusus venter ei⁹:castimonie virginalis disciplina:eo q̃ in
tegritatis sepem carnalis desiderij non dissipauerit ardor/pro
pterea in talibus irrigu⁹ aquis fructum dedit in tempore suo.
Uis audire qualem hec terra deserta dedit fructũ? Osee te do
(Osee. xiij.) cet qui dicit. Adducet dominus ventum de deserto vrentem/et

desiccabit venas mortis. Quis alius mortis desiccauit venas nisi xpo Jesus quē nobis itemerati vētris desertū refudit? Et vbi vētus: qz spūs ante faciem nostram christus dns. Deniqz dictus est secundus Adam: in spiritum viuificantem. Huius flatu apostolice nubes volant: quas Esayas miratur. Quid mirum si ventus dicitur quem z nubez legis: Ascendet inquit deus sup nubem leuem. Nec hic leuem quasi vagam z instabilē accipias: sed leuitatis intelligentiam ad spiritualem aptitudinem trahe q corpus incorruptibile nullam anime grauitatē attulerit: nec depressit terrena commoratio sensum multa immo cuncta cogitantem. An non quasi venti facti sunt omnes qui spirituali leuitate a terrenis elapsi: conuersationē sibi in celo collocent? Sz ipse speciali ratione ventus/qui reliquorum ambulat super pennas ventorum: z spirituum omniuz virtutes excedit. Jure ergo ventum eum vocat: nominat z ventum vientē q eius flatu peccati sint in nobis frigora resoluta: z captiuitas nostra conuersa tanqz torrens in austro. Huius se estu exustos discipuli sense runt cum dicerent. Nonne cor nostrum ardens erat in nobis dū loqueretur? Et nescio si vspiam libentius spirat qz in caste z illese integritatis deserto z inuio. Hec loca libenter perflat: z caste corporis animam charitatis feruore decoquit/et spiritualibus liquefactam desiderys tenues resoluit in vapores. Et velut fumi virgulā exurgere facit. ¶ Que est, inquit illa q ascendit per desertum quasi virgula fumi. Et bonum desertum caro castitatis exhausta z desiccata virtute: que nullam delectationis immunde nebulaz exhalat/nec ignem extinguat: sz nutriat quem domini flatus succendit. Ignis hic aromaticam si inuenerit animam: succendit: z alteram commutat in speciē: z quasi virgula fumi exhalat in superiora. Quasi virgula (inquit) q per cogitationū disciplinam ab exteriori sit ad interiora cōstricta: et ab inferiori ad superiora directa quasi virgula q sese ad seipsam colligat z supra se porrigat. Sed quid sibi vult q illam fumi virgule comparat? An forte per hoc innuere voluit q nō sit perpetua ac solida spiritualis huius suauitatis gratia: z mentis ascēsus: sed facile sicut fumus liquescat? Suauis est plane et omnino spiritualis vapor fumi: in quē se aromata concremata relaxant. Sed ego virgule isti tenere z delicate turbines metuo: ne illam ventorum flabra diuerberent: ne circūferat procella curarum: z temptationis aura illam dissoluat: z cedat oi vento. Exempla nobis metū suadent. Multos enim videmus z dolemus tam insperato cessisse qz subito erupisse. Meditatiōe subtiles sunt: orationis impensi studio: pingues gratia: deuotione quadam dulci vberes/effusi in lachrymas: cum subito leuis impatientie occasio quelibet spirituales has contristat delitias et exhaurit. An nō ergo quasi fumus tam facile euanescēs gloria: Jure quasi virgula fumi talis ascensio/que vel propria mutabilitate deficit vel accidenti molestie cedit. Ego tamen non audeo super sponse persona fumū pro defectu interpretari. At si tu contēciose resistis: eum tibi do defectum accipere: quē tibi psalmus commendat. Defecerunt oculi mei in eloquium tuum. Defecit in salutare tuū anima mea. ¶ Utinam hoc dne defectu attenuentur oculi mei: z deficiant. Utinam hoc defectu deficiat anima mea deficiat z liquefiat: z eloquio tuo calefacta eloquio vehementer ignito ab omni crasso intellectu: z in tenuiorē spiritualis habitudinis auram laxetur. Utinam si quid fuerit in me corpulente intelligentie z hebetis desidery: in subtilioris gratie visum deficiat: z attenuatione quadam/z acumine spirituali a crassitudine sua vertatur in virgulam fumi. In talem vtinā deficiat fumum anime mee virtus. Et non deficiat sicut fumus: ne dicat. Defecerūt sicut fumus dies mei. Aliud est omnino ita deficere sicut fumus: vt omnino non sis. Aliud ita deficere: vt sicut fumus attenuatus animo z spiritualis sis. Bene defecerat psalmista: cū diceret. Concupiscit z deficit anima mea in atria domini. Quonam enim modo non deficit quem christus inflammat? Jgnis ipse est sicut scribitur z ignis consumens. Qui inquit approximat ad me: approximat ad ignē. Quis mihi dabit vt hunc possim ignem ligare in sinu meo: vt inflammet cor meū: renes commutet z ad nihilū me redigat. Jure quasi virgula fumi ascendit que de calore processit cubiculi: de verbi igniti cōplexu. Suaues tua flāma christe vapores euomere solet: z odoris aromatici fumum producit. Quasi virgula (inquit) fumi ex aromatibus. Et fumum lego qui de Leuiathan ore pcedit. Et item fumum de puteo abyssi prodeuntem: sed non ibi virgulaz: non aromata lego. Nihil ibi directū: nihil dulce: sz horror fumus z ordo nullus. Fumus horroris est qui de puteo procedit abyssi. De hoc fumo impy dixisse leguntur. Fumus afflatus est in naribus nostris: z sermo scintille ad commouendū cor nostrū. Meis vtinam iesu bone naribus fumus afflietur quez tu ignis agit: z de camino tuo sermo scintille ad commouendum: immo ad commutandum cor meū. Jgnis tuus ignis consumēs est: vitia si inuenit consumit: z confessionis fumum emittit. Sed non est iste fumus ex aromatibus. Qui tangit (inquit) montes z fumigant. Bonus ignis qui tumores extenuat animorum: z attactu suo elationes terrenas per emissos penitentie fumos euanescere facit. Sed alterius odoris z gratie fumus est: quē aromata virtutū cremata refundunt. Jgnis iste ignis quem dominus misit in terram: z voluit vehementer accendi: non tantū vitia consumit / sed virtutes ipsas in suauioris gratie affectum commutat. Aromata cum integra sunt/olent suauiter: sed hoc igne liquefacta alium longe spirant odorem ¶ Huius odoris fragrantiam sentientes in sponsa: sponsi sodales mirantur z dicunt. Que est ista que ascēdit per desertū quasi virgula fumi ex aromatibus myrrhe z thuris: z vniuersi pulueris pigmentary. Habes in myrrha continentie virtutem: in thure orationis studium: in puluere pigmentario inter virtutū copias cordis contriti humilitatem. Et bona myrrha que carnalem petulantiam reprimit: z fluxos motus lasciuire non sinit: z carnē non esse carnalem compellere nititur. Sed continentie nostre myrrha corpulenta videtur z minus castigata z quasi vicina carni/nisi fuerit hoc igne celesti/hoc amoris diuini feruore liquefacta. Bona quidem continentie myrrha: que pergentem ad illicita cohibet appetitū: sed alterius est suauitatis z gratie: quando charitatis ardore liquescens crassum omnem z carnalem nescit affectum. Quid vero thus: Nonne ipsum est odoris exigui dum integritas illi z corpulentia sua manet? Cum vero flammis subactum effluere ceperit in odoriferos totū fumos expirat. Simili ratione nonne ibi videt crassa z pigra oratio z corporea quadam tarditate segnis igniti z intimi eloquy si non fuerit virtute succensa? Utiqz in thure ego accipio orationis materiā et in fumo gratiam. Dirigatur inquit oratio mea sicut incensum i cōspectu tuo. Nescit itinere directo ad deū ire oratio que succensa non fuerit. Oratio que frigido fuerit de corde expressa: subito relabitur: nec potest esse perpetua que non est prompta. Uim patitur: z non est sui iuris. Sed nec sui iuris est plane succensa oratio. Jlla contra conatū reprimitur: ista supra conatū arripitur. Jlla conatur z recidit: ista preter conatū ascendit. Jlla violenter dirigitur: ista voluntate fertur. Jlla vix exhibet: ista nec cohibetur. Jlla laboriosa: ista libera. Jlla tristis: ista leta. Jlla bona: sed ista optima. Deniqz est oratio temperate media inter frigidam z feruidam: illam excedendo: sed non accedens ad istā Et (vt sic dicam) prima coacta est: secunda directa: tertia abrepta. Prima (vt sic dicam) sitiens secunda sobria: tertia ebria est Jsta enim est que mente excedit deo: ideo ascendit quasi virgula fumi ex aromatibus myrrhe z thuris z vniuersi (inquit) pulueris pigmentary. ¶ Myrrhe in puluere pigmētario humilitatis expressit virtutem: q ea de magnis meritis nisi magnum sentire nouerit: non altū sapere sed humili estimatione reliquaruz attenuet merita virtutū: z earū soliditatem quasi ad quandam pulueris exiguitatem deducat. Et bene post orationis commēdationem sub figura pulueris pigmentary de humilitate subiūxit. Oratio enim humiliantis se nubes penetrat: immo sine humilitatis gratia oratio quamlibet acuta: habes tamen est z tristem refundit odorem elate myrrha castitatis: neqz fluxos carnalium bene restringit motus cogitationū. Continētie myrrha que animum in supbie fumū lasciuire permittit. Cōtritiōe multa pigmenta rediguntur in puluerem Et bona contritio/ quoniam cor contritū z humiliatum deus non despicit. Bona plane contritio que nihil relinquit indiscussum/nihil tumidum/nihil non humiliatū: ne in virtutibus ipsis iustitias ipsas dyudicat et arguit non modo de peccato/sed de iusticia z de iudicio. An non quasi cōminuitur quod redarguitur? An non quasi humiliatur iusticia que dyudicatur? Jn veritate inquit tua humiliasti me. Nō omniū est hoc dicere. Jnfirmiores in vanitate sua hūiliant: pfectiores in vitate dei. Nō pōt vanitas vitatē dyudicare: sz vitas vanitatē: z vitas veritatē. Spūs em dyudicat oia Quod humano solidum z integrū videbat iudicio: cū inuenerit spiritus veritatis euacuat z comminuit illud. Jn spiritu em vehementi conteruntur virtutum pigmenta i puluerem/z iusticia iudicatur. Jn turbine inquit Job, cōteret me. Jn turbine spiritus sui spiritus vehementis in turbine spiritū meū arripiētis. Jn hoc turbine conteret me/z multiplicabit (inquit) vulnera mea. Jntegra mihi videbatur anteqz veniret spiritus vehemens iusticia mea: sed ipse dyudicat ipse cōterit: ipse vulnerat: et multipliciter confringit bonoz presumptionem meritorum: sauciam z languidam humanā docet esse virtutem. ¶ Utinam mihi hoc modo conteri obueniat/redigi in puluerem omnium bonoz affectuū: piarum meditationum. Utinā iesu bone turbo spiritus tui talem anime mee puluerē afflet de plateis celestis hierusalem: vt in hoc puluere calefiam: in puluere sedeā: in puluere dormiā: sed puluere pigmentario. Beatus qui in hoc puluere moratur: cui suaues/z spiritualiter puluerex cogitationes vndiqz labuntur. Expergiscimini (inquit) et laudate qui habitatis in

tatis in puluere. Deniq; ⁊ sponsa de felici expergefacta somno quasi virgula fumi exurgit ex aromatibus vniuersi pulueris pigmentarij. Uniuersi inquit. Et veritas ipsa bonoꝝ vniuersitatem operum/ad quendam te docet puluerem ⁊ velut sterilitatem deducere. Cum omnia feceritis (inquit) dicite serui inutiles sumus: que debuimus facere/fecimus. Felix qui tantum ⁊ talem sibi colligit puluerem: ⁊ que iubentur faciat omnia/ ⁊ reputet quasi nulla: qui vniuersa bona que colligit per humilitatem illa conterit. Paulus ad corinthios operum suoꝝ aromata multa enumerat. In itineribus inquit sepe: periculis fluminū: periculis latronum: periculis ex genere: periculis ex gentib⁹: periculis in mari/periculis in ciuitate/periculis in solitudine/periculis in falsis fratribus. Quid deinceps? Quotidiana ei⁹ sollicitudo omnium ecclesiaꝝ. Quis (inquit) infirmatur et ego non infirmor? Quis scandalizatur ⁊ ego non vror? An non quē dam bonoꝝ operum puluerem tibi collegisse videtur apostol⁹/ hec ⁊ huiusmodi plura percurrens? Uis adhuc sublimiores aliquas virtutū eius species audire? Ueni cum illo ad visiones ⁊ reuelationes dei ad raptum in paradisum: in tertium celum: ad beatam illam ignorantiam: nesciens vtrū in corpore an extra corpus extasis illa facta fuerit/non iam puluis sed fum⁹. Sed ne tamen fumo huic spiritualis contemplationis se iactātis fumus immisceat: audi quid sequitur. Ne magnitudo reuelationum extollat me: datus est mihi stimulus carnis mee. Paul⁹ stimulatur ne extollatur. Et quomodo qui hec audis refugis stimulari? Quomodo teipsum inter vbertatem donoꝝ: aut conterere desinis: aut conteri non finis? ¶ Molestus stimulus: sed tamen vexatio prestat humilitatem profectui. Molestus stimulus carnis: sed nō charitatis. Et passio amara/⁊ discussio seuera: vtraq; virtutes humiliat. Sed omnia dulcius ⁊ efficaci⁹ prodeunt de camino quodam succensi amoris. Flamma hec nōmō virtutes humiliat: sed etiam immutat/⁊ in nouam cōuertit speciem: ⁊ de spiritualibus spiritualiores facit. Continentie myrra: orationis thus: ⁊ in puluere pigmentario/omnium humilis conscientia virtutū. Omnia magis serenū producunt vultum/ et gratam speciem cū de hac prodeunt officina. Bona em̄ contritio: sed cōcrematio melior. Suauis puluis pigmentari⁹: sed fumus excellit. Nescio enī q̄d magis suaue ⁊ spirituale magis in fumo q̄ꝫ in puluere significatur. Ideo quodā igniti verbi beneficio inter sponsi flagrans amplexus de puluere pigmētario in fumi tenuitatem liquescit: de humiliatarum/ puluere virtutum/in fumū glorie. Qualis est putas peruentio cū tam delicatus sit ascensus? Quo tendit que talis ascendit? Quantus deliciarum est locus in quem ascensiones istas disponit? Lectul⁹ forte dilecti est. Nam ad illum precipue sponsa debet aspirare. Ita plane est. Ideo sequitur. En lectulū salomonis sexaginta ambiūt ex fortissimis israel. Et pulcher ordo: vt de lectulo ad lectulum veniat: de lectulo suo/de cubiculo matris sue / ad sui lectulum salomonis. Nec minus ꝯgrua varietas ꝙ delitiis istis immiscet fortia/et lectulum suū salomon tam munita custodia vallat. Sed verbi prouentis iam reducam⁹ habenas: nouo capitulo/nouū dedicaturi sermonem: prestāte domino nostro Iesu christo. Qui viuit ⁊ regnat in secula seculoꝝ. Amen.

Luc.xvij. — j.Cor.xj. — Ibidem. — ij.Cor.xij — Ibidem. — A — Canti.iij.

¶ Sermo.xvj.

B

QUE delicata sponsa ascendit/q̄ꝫ pene sine mole corporis/⁊ q̄ꝫ penitus sine corruptione carnis. Quenā erit corpulentia vbi fumo confertur? Que corruptela cū illā non caro fluxa/sed aromata cremata exalent. Delicate ascendit/⁊ digna lectulo salomonis. Iudith ⁊ lotam ⁊ vnctā lego: vt regio vnguenti suauitate mulceret amplexus. Hec vero iam vnguentis non vtitur in sponsi gratiam: sed liquefacta effecta est odore ipso vnguenti: sed non omnes verbū hoc capiunt: non omnes his possunt delitiis perfrui. Si omnes fruerent: omnes fraudarent: ⁊ in hoc est ⁊ pulchra varietas ⁊ pia charitas: quia alius est qui fruitur: alius q̄ tuetur. In hoc alioꝝ ⁊ tuta ⁊ leta sunt ocia: ꝙ alioꝝ sunt munita custodia. Ideo lectulū salomonis sexaginta ambiunt ex fortissimis israel. Non vult salomon noster lectuli sui turbari delicias: dulces attenuari affectus: ne attentari quidem pacata diligit qui pacific⁹ dicitur. Quis noster salomon nisi Iesus christus? Ipse est pax nostra: ipse qui fecit vtraq; vnum. Ipse pacificauit sanguine suo: non modo que in terris/ſꝫ que in celis sunt. Disciplina pacis nostre super eū. Disciplinam debite nobis pene sustinuit: vt nobis iusticie pacem refunderet. Ipse punitus: tu repropiciatus/⁊ tu punitus: sed pena tua pacem tibi parturire non potuit. Hostia immunda: contaminatos mundare nō poterat: non modo alios/sed ne seipsam quidem. Disciplina ergo super nos sed non erat illa nobis ad pacem disciplina. Erat in nos mortalitatis ⁊ afflictionis illata sententia: ſꝫ non erat iniusticia reuocata. Tu quidem iudiciaria sententia ligatus: ſꝫ tu⁹ non erat solutus reatus/⁊ pena erat/et pax non erat. O misera et grauis disciplina super filios adam: conteris ⁊ nō protegis: punis ⁊ non purgas: consumis ⁊ non cōcilias: consumis: ſꝫ carnis substantiam/non culpam. Quid tibi ⁊ paci? Quando pacem conferes: cui est cum peccato commercium. Quando conferes gratiam: que non aufers culpam? Iusticia enim ⁊ pax osculate sunt. Disciplina pacis nostre super eum: qui nobis attulit fructus pacatos iusticie. ¶ Dictus est ille solus salomon noster verus pacificus ꝙ in diebus eius orta nobis sit iusticia: ⁊ abūdātia pacis. Abundans vere pax: que non modo preterita sufficerit repropitiare delicta: sed omne etiam abūdet in seculū. Abūdat ei donec auferat luna / donec auferat labor mutabilitatis nostre labor mortalitatis nostre: alternātiū labor defectuū. Uere abūdās pax: q̄ nō est data ad mēsurā meriti. Nō ei meritū inuenit: ſꝫ contulit. Quomodo non abundans pax que ⁊ remisit offensam et priorem cumulauit gratiam? Erat homini primo in paradiso pax: vt non posset inuitus abduci: sed non erat virtus per quam vellet reduci. Erat gratia vt posset non exire: ſꝫ non erat vt posset cū vellet redire. Modo pax vberior: i gratia christi: que post iteratos excessus vltro offertur: ⁊ penitentes nō repudiat / sed reuocat. Bene pax abundans: que nulla potest exhauriri iniuria: paratior ad veniam q̄ꝫ ad vindictam. Pax hec a remissione peccatoꝝ incipiens: vsq; ad diuine participiū abundauit nature. Qui enim adheret deo vnus spiritus est. Uides quāta repropiciationis abundantia vt non iam pax cū deo: sed magis vnitas cum eo dici possit. O beatū confiniū: vbi sublat⁹ est inimicitiarum paries medius. Beatū quidem confiniū: sed nondum tutum. Adhuc hostis noster hos tantat peruadere terminos: fines conuellere. Est nobis in christo pax cum deo patre: sed nōdum pax ab hoste communi. Abundabit autem pax hec: donec destruatur nouissimus inimicus/mors. Interim ⁊ si non est pax ab ipso: profecto tamen est contra ipsum. Erit ipse pax nostra: cum assirius venerit in terram nostrā: ⁊ calcauerit in finib⁹ nostris. Proximos sibi potest Assirius fines infestare spirituales interiores non potest: calcare potest/sed stare non potest in finibus nostris. Erit non christus pax cū calcauerit in finibus nostris Assirius. Habemus confiniū/⁊ confinium: confinium cum deo/⁊ confiniū cum mundo: confiniū cum spiritu/⁊ confiniū cū carne. Et si quibusdam dictū est. Uos non estis in carne sed in spiritu: confines tamen sunt carni: vel propter substantie naturam: vel propter carnis curam. ¶ Hostis ergo carne nostra quasi castro vtens/regiones spiritus de vicino infestat: ⁊ de contermino presidio insidias machinatur. Sed erit iste id est christus pax Assirius cū calcauerit fines nostros. Ille Salomon noster pacificus noster: qui prestat nobis pacem super pacem: pacem cum patre: pacem ab hoste: ipse ponet fines nostros pacem. O confinium ⁊ confiniū: quantū discrepatis ab inuicem: quantis tu abundas gaudiis: ⁊ quantis vicinus est obnoxius scandalis. O finis ⁊ finis: tu q̄ꝫ lete teneris: ⁊ tu q̄ꝫ laboriose regeris. Utrobiq; christus limes est medius: istinc separans/⁊ illinc federās: istinc inchoans: illinc consummans. Sapiētia enim attingit ab hoc fine fortiter vsq; ad finem illū/disponens in illo fine cūcta suauiter. Finis ille lectul⁹ est: ideo de muliere forti dicit. Procul ⁊ de vltimis finibus preciū eius est: propter quod ipse se impendit: quo se estimat: quo ei⁹ expletur auiditas. Quid id aliud est nisi sponsi amplexus ⁊ lectulus? Ultimus finis est/vltra quē se non potest auiditas extendere nec facultas comprehendere sufficit. Finis est vbi ipē a te deficis: vbi exhauriris: vbi eē alī⁹ incipis: totus in christo/⁊ solus in te christ⁹. O vera pax/⁊ plena pax: quando de regno dei tollentur scandala: quādo nō erit timor in finibus nostris: quando non erit finis ⁊ finis: sed vnus tantum finis/⁊ supradictus finis. Finis deo federans ⁊ conformans tantum Finis lectuli gaudiis fruens: non gladiis agēs. Nunc vero vt quieta sint quantulacunq; lectuli gaudia: necessaria quidem est custodia fortis. Ideo lectulum Salomonis sexaginta ābiunt ex fortissimis israel. Et in euāgelio habes. Cū fortis armatus custodit atrium suum: in pace sunt que possidet. Uberior hic cōmemorat custodia: quia vberior est gratia lectuli q̄ꝫ atrii: ⁊ sponse sollicitudo maior q̄ꝫ possessionis: ⁊ ad portam paradisi angelicam custodiam cū gladio flammeo positā lego. ¶ An non quidem paradisus lectulus Salomonis? Lectulus (inq̄t) nr̄ florid⁹. Deniq; ipse flos campi: ipse lignū vite. Bñ paradisus deliciarū lectulus talis. Uides quomodo ample delitie arta cinguntur custodia? Lectulum enim Salomonis ambiunt sexaginta fortes ex fortissimis israel. Non multū nunc de numeri huius disputo ratione: illos tamen videtur signare: qui prerogant ⁊ iusticia operis/⁊ noticia legis. De fortibus israel sunt qui fide fortes sunt: qui stant in fide ⁊ viriliter agunt: qui omnia possunt: sed in eo qui omnia confortat christ⁹. Male fortis est qui aduersus scientiam dei se extollit: qui aduersus illam inflexibilis ⁊ rigidus est: cui fortitudo lapidum fortitudo eius et cor eius eneum: vt nec vexatio det intellectum auditui eius.

Iudith.x — Ephe.ij. — Colos.j. — Esa.liij. — ps.lxxxiiij. — C — j.Cor.vj. — Ro.viij. — D — ps.cxlvij. — Sap.viij. — Prouer.xxxj. — Canti.iij. — Luce.xj. — E — Canti.j. — Eiusd.ij.

.Cor.x. Quales tenique sunt quibus Paulus ait: An emulamur domi-
num? Nunquid fortiores illo sumus? Non est de fortibus israel
qui cum vulneratur non dolet: cum verberatur non sentit: stupidus
manens ad omnes stimulos ancipitis gladij verbi penetrabilis
et gloriatur si contra sapientie stimulos calcitret. Non talis ma-
ria: cuius animam ac si mollem materiam gladius pertransiuit
Me vtinam facile obtineat verbum validum: in me operetur eius
efficacia: et animam meam hic penetret gladius: vt et ipsa quasi in
gladium conuertatur contra spirituales pugnatura nequitias.
Quid mittis manum ad fortia qui ex fortissimis non es? Custo-
diam vt quid suscipis/ qui desidiam non excutis? Quid lectu-
lum ambis: qui gladium non habes? aut si gladiuz habes verbi:
habes illum in vagina/ non habes in lingua. Non tenes manibus
lingue verbi dei versatilem gladium. Volubilis est sermo/ spiritus
flammeus est: sed nescio quomodo contra naturam suam pigre-
scit in manu tua/ restringitur et hebetatur: qui acutior est et pe-
netrabilior omni gladio ancipiti. Non est velox verbum in ore
tuo: non currit velociter: non est versatile in manu tua pro varie-
tate negocij: quod tamen ad omnes spiritualis certaminis vsus
abundat. Quid tibi vsurpas officium/ cuius vsum non habes?
Canti.iij. Omnes tenentes gladios/ et ad bella doctissimi. Sine causa gla-
dium portas tu qui bellandi sufficienter non habes peritiam:
aut si doctus es belligerare: magis te exerces ad negocia secu-
li quam ad negocia christi: forensi iure plus vteris quam ecclesiastico/
F plus seculari quam spirituali certamine cales. ¶ Paratum vult vi-
rum ecclesiasticum princeps ecclesie: paratum cum vult ad redden-
j.Pet. iij. dam rationem de ea que est in nobis fide et spe. Et quonam pa-
cto piger et imperitus ad ista gloriaris si prompte respondeas
de iure publico? Decentius multo in ore clerici: in ore monachi
sacra quam secularis littera sonat. Quid in hierusalem vis loqui lin-
Esa.xix. gua egyptia? Non sic Esaias. Erunt (inquit) quinque ciuitates in
terra egypti/ loquentes lingua chanaan: scilicet quia penitus
hebrea non poterant: ea loquerentur que est vicina hebree: quia
lingua sancta non poterant: vel ea loquerentur que sancte affi-
nis est. Quid vis media ex parte loqui azotice qui iudaice de-
ij.esd.xiij. bes? Sic enim habes in esdra. Loquere linguis non hominum sed
angelorum. Angelus enim dei es: qui sacri profiteris verbi mini-
Mala.ij. sterium. Labia enim sacerdotis custodiunt scientiam/ et legem
requirunt ex ore eius: quia angelus domini exercituum est. Euan-
gelice ex toto loquere qui vir euangelicus es. Sermo ergo tuus
legem redoleat: prophetas/ apostolos/ eorum verbis linguam tuam
exacue: mutua ex eis arma potentia deo: ad debellandas mu-
ij.Cor.x. nitiones: ad regendum in captiuitatem omnem intellectum extol-
lentem se aduersus scientiam dei. Versatilis sit in manu tua gla-
dius spiritus: vt ad omne quod tibi emergit negocium famuletur:
nec te destituat sermonis sacri facultas/ quem temporalis et su-
bita deposcit occasio. In labijs tibi sit non in folijs verbum vali-
Mala.ij. dum et efficax. Labia enim (non folia) sacerdotis custodiunt scien-
tiam. Sacculum pecunie tolle tecum: gladius verbi tibi sit a late-
Ps.xliiij. re/ non in latebris: proximus tibi sit. Accigere eo super femur
tuum: vt potens sis et promptus: et exhortari in doctrina sua/ et con-
G tradicentes redarguere. ¶ Non tibi sit ensis sub femore: et ver-
bi sacri studium carnis prudentie non supponas. Uniuscuiusque en-
sis super femur suum. Alij datur sermo scientie/ alij sermo sapien-
j.cori. xij. tie: et vnicuique doctori/ suadetur a spiritu gratia. Uniuscuiusque
ensis super femur suum: vt vbi est temptationis occasio/ ibi maior ver-
bi preoccupatio fiat: commonitio crebrior. Uniuscuiusque ensis
super femur suum: vt seipsum primo corripiat: seipsum custodiat:
seipsum diiudicet. Docet te Paulus quasi super femur tuum en-
Gal.vj. sem habere. Considera (inquit) teipsum: ne et tu tempteris. En-
sis cuiuscunque super femur suum: propter timores nocturnos: pro-
pter lapsus subitos: preoccupatos casus. Quasi timorem no-
Ibidem. cturnum apostolus innuit dicens. Si preoccupatus fuerit homo
in aliquo delicto. Nocturnuz est enim quod improuisum est: quod
ij.Cor. ij. subitum est: nocturnum etiam quod insidiosum est. Ideo dicit: vt
non circumueniamur a sathana. Non enim ignoramus insidias
ij.Cor.xj. eius. Idem Paulus alibi timebat a timore nocturno. Timeo
(inquit) ne sicut serpens seduxit Euam: ita et corrumpantur sen-
j.Cor.vj. sus vestri a simplicitate que est in christo. Bona simplicitas vbi
christo adherens vnus est cum illo spiritus: simplicitas est vbi veni-
tas est: simplicitas est si iam non ipse viuis/ sed viuit in te chri-
stus: si te deuorat sapientia dei: si te spiritualis absorbeat leti-
cia: et intimis recondat visceribus. Et vbi est tanta simplicitas
nisi in lectulo? Uniuscuiusque ensis super femur suum. Super fe-
mur: non propter femur/ sed propter timores nocturnos forte
Ephe.vj. quia non est illis colluctatio aduersus carnem et sanguinez qui
signantur in femore: sed aduersus mundi rectores tenebrarum
harum. Ideo propter timores nocturnos contra spirituales ne-
quitias/ quanto feliciorem sortita est luctam/ que Salomonis
contineris in lectulo: non contra carnales nequitias: nec con-
tra spirituales quidem: sed cum spirituali leticia cum Salomo-
ne: qui pacifici nomine prerogat. Ideo pacifica colluctatio cum
ipso. Et pacifici nomen/ et sapientie personam Salomon gerit.
Prouer. iiij. Ama (inquit) sapientiam et amplexabitur te. Amplexus: collu-
ctationis quandam speciem prefert. Amplexare/ vt amplexe-
tur te. Glorificaberis ab ea cum illam fueris amplexatus: sicut dicit
Ibidem. in prouerbijs. Amplectere verbum/ vtere eo sicut in lectulo/ non
sicut in bello. In lectulo locus est non ensibus: sed amplexibus
strictis. Noli fortis esse: ne tibi foris esse contingat. Intus vte-
re verbo non quasi gladio: sed quasi sponso: vt verbo ipso oble-
cteris: oblecteris veritate ipsa: non contra errores oblucteris
et vitia: alij hoc munus et officium relinque. Quid tibi cum con-
flictu cuius totum de affectu constare debet? Que sponsa est: non
disputantis et confligentis sectatur negocium: sed ocium am-
plexantis. Alij lectulum ambiant: tu cupitis amplexibus frue-
H re. ¶ Quid tamen est quod de ipso lectuli nobis apparatu nil dicit
quod non eius vel in modico depromit delitias? Forte verbum hoc:
verbum ineffabile est: quod non licet homini loqui. Qui experi-
tur intelligit: et tantisper dum experitur/ ne memoria quidem pre-
teritas integre recenset delitias. Quod potuit scriptura expres-
sit. Lectulum dixit/ et lectulum Salomonis. Satis dictum est:
sed sapienti. Et thronum lego Salomonis/ et ferculum: sed vtrunque
quam ambitioso extructum apparatu/ et sicut regias decet delitias
Nunquid ergo lectulum intelligimus neglectum? Absit: sed suf-
ficiebat scribenti vt lectulum diceret: qui sponse loquebatur. Il-
la enim nihil in lectulo diligit: nisi quod lectulus est: et quod in eo co-
pia sit suum amplectendi salomonem. Magnum et multiplex my-
sterium reperies in lectulis per omnem scripturarum textum: sed
non est comparatio ad lectulum salomonis. Est lectulus quem
Job.xvij. sibi Job sternit in tenebris: et est lectulus quem Dauid rigat in
Ps.vj. lachrymis: et est lectulus in quem languens decubuit: et est lectu-
Marci.v. lus in quo defunctus resurgit. Talis Helisei/ talis lectulus Helie
Luce.vij. lye vterque defunctum hospite mulieris filium in lectulo suscita-
iiij.re. iiij. uit. Ille expandit se super mortuum: iste incuruauit. Unus in vtro-
iij.re.xvij. que christus. Ille exinaniuit se vt formam serui susciperet: et eter-
nitatis sue longitudinem infra breuitatem temporalis nature
contraxit. Ipse expandit se cum spiritumsanctum abunde in no-
bis infundit. Sinus ille matris defunctuz premere poterat/ non
ij.Cor. iij. viuificare: littera enim occidit: spiritus autem viuificat. Sed ve-
rus Helyas illum in cenaculuz tulit: ad spiritualem prouexit in-
tellectum. Frigidus erat littere sinus: nec poterat eius intelli-
gentia vitalem spirare calorem. Bonus helye lectulus/ qui de-
Heb.x. functo vite calorem infudit. Iustus ex fide viuit. Ideo tribus
metitur vicibus: vt trinitatis cognitionem conferat: et diuidat
mensuram fidei. Plangit lex littere sensum extinctum/ sensum
carnalem: sed christus hunc sensum tulit: spiritualem restituit:
nouum et vitalem intellectum reddidit littere: quem suum vere
cognoscit ipse helyas qui restituit omnia et noua facit: et Pau-
Gal.ij. lus/ legi se mortuum dicit vt viuat in christo. Bonum est vt et
tu moriaris: non modo veteri legi: sed et veteri homini: vt suo te
j.Petri.ij viuificet in lecto qui peccata nostra tulit in corpore suo: vt pec-
catis mortui iusticie viuamus. Tu enim quod seminas non vi-
I uificatur nisi prius moriatur. ¶ In hoc resuscitato intelligimur
omnes: et ideo communis resurrectio hec. Sed priuata quedaz
in lectulo Salomonis gratia: et solius sponse prerogatiue serua-
ta. Etiam nunc si quis matris nostre (conuentus huius sancti)
vidue apud quam vtcunque sustentaris iesu bone/ si quis filius eius
moritur: tu resuscita. Mortuus est qui vel tedij vel desperatio-
nis mole obruitur/ in quo nihil est viuide deuotionis: feruidi spi-
ritus: qui et si legis precepta non deserat: et infra regule gremium
se concludat: frigido tamen et moribundo languet affectu: in ope-
re sancto suaue nil sentiens: totius illum ordinis tristis exani-
mat facies: molli et femineo matris est sinu fouendus: vt non ex-
asperatus abundantiore tristitia absorbeatur. Non expedit ei
extra materni sinus ambitum reperiri: ne forte non tollat illum
Luce.vij. verus Helyas in cubiculum suum. Quos resuscitat christus: mu-
Joh.xj. lierum vbique fletibus donat. Sic vidue filium: sic sanctarum fra-
Luc.viij. trem mulierum: sic parentum precibus suscitauit puellam. Tol-
le bone iesu et hunc mortuum nostrum: de matris gremio. Regu-
laris hec et exterior obseruantia: neminem ad perfectum addu-
cit. Introduc illum ad molliorem lectum melioris spei per quem
approximet deo. Experiatur quod expectat: quoniam bonus do-
Tren.iij. minus expectantibus se: anime querenti illum. Unius hore ex-
perientia: multorum temporum labores exhilarat. Tunc reddit ma-
tri/ quem illa prius amiserat: dum teneret eius affectum/ sed mor-
tuam deuotionem defleret. Nouus redit ad nos: postquam tu illuz
teipso vestisti. Ideo te super ipsum expandis: vt quod est in eo
fedum operias: quod nudum vestias. Bonus huius lectuli vsus:
qui breui hora in tempore sequentia vitalem alacritatem trans-
K fundit. ¶ Maior in salomonis lectulo gratia: in quo sponsa ma-
trem carnalem derelinquens: perpetuo iure dilecto adheret: et
vnus cum illo efficitur spiritus. Bonus ergo lectulus in quo nullus
languor

languor est:nisi forte languor amoris:qui non versatur in infir-
mitate sed in iocunditate. Bonus lectulus qui non rigatur la-
chrymis:qui non in tenebris sternitur:qui nihil habet in se tri-
ste/nihil tenebrosum:sed totū lux ⁊ leticia:qui non indiget ster-
Prover.vij. ni tapetibus de egypto:quib⁹ in prouerbijs mulier heretica le-
ctulum sternit. Nihil enim in se habet lectul⁹ Salomonis alie-
ni ornatus/nihil picti:nihil mundani:sed totū sancta voluptas
et solida veritas. Magnum ⁊ varium sacramentum in sanctorū
lectulis:sed supergressus est vniuersos lectul⁹ salomonis. Nec
sponse lectulus huic valet comparari. In lectulo suo quem que-
rit dilectum non inuenit:ideo surgit ⁊ circuit donec ad istū per-
tingat. Festina filia:sacra virgo festina istam ingredi requiem.
Noli strictos in circuitu enses vereri. Enses isti enses verbi su-
per femur:⁊ propter timores nocturnos: vel carnis confingunt
lasciuiam:vel timidi cordis abscindunt ignauiam. Hoc quidem
in alijs:te vero suaui⁹ vulnerant vt charitate transfixa noctur-
num ignores timorē:nec quicq̃ habeat frigidi timoris admix-
tum:sed tota transeas in affectū igniti amoris:que in solū amo-
ris est vsum dicata/⁊ in charitatis locū ascensura stratum dile-
cti:lectulum Salomonis veri Iesu christi:qui viuit ⁊ regnat p
omnia secula seculorum. Amen.

¶ Sermo.xvij.

Vdiuistis sacre virgines sponse christi / audistis
hesterno sermone de lectulo vestri Salomonis:
vlterius hodierno pergitis querere de ferculi sa-
cramento. Omnes vultis huius cātici sermones
ad amoris vsum deflectere:⁊ ad vestras interpre-
tari delitias. Vobis solis hec putatis esse cōscri-
pta carmina. Nullus sapit vobis sermo/qui non amatorios ver-
net affectib⁹/⁊ dulcem charitatis odorē aspiret. Habetis ergo
et hic aliquid quod amatoriū sonat blandimentum: de ferculo
vobis alludit sermo diuinus. Nullam vobis residere patitur di-
lectus excusandi materiam. Grata quidem sunt promissa lectu-
li gaudia:sed poterat aliqua in vobis adhuc suspitio de perue-
niendi difficultate submurmurare. Ideo vobis sermo sacri ve-
hiculi quo estis ad lectulum portāde:pulchra varietate descri-
bit ornatum. Etiam in itinere sponsus vobis procurat ipse deli-
cias. Ferculum hoc quidem gratū est in materia:sed ab aucto-
re est gratius. Ipse enim salomon ferculi huius est auctor et ar-
Canti.iij. tifex. Ferculū enim sibi fecit rex Salomon de lignis libani: co-
lumnas fecit argenteas:reclinatoriū aureum. Audi filia q̃ glo-
rioso apparatu portaris ad lectū:non sinit te sponsus sine recli-
natorio:et illo aureo fortasse ex illo auro de quo legis. Caput
Canti.v. eius aurum optimum. Multus reclinatorij vsus est:sed inferior
q̃ lectuli. In reclinatorio habet spes fessa iocūdum sustentamē-
tum:oblectamentū in lectulo. Hic sponse votum vouetur/ibi vo-
tis fruitur. Quantus te putas expectat apparatus que tali de-
duceris ornatu: Quid ego nūc sermone frequenti cūcta exage-
rem:ligna cedrina:ligna libani:columnas argenteas: Ipso au-
ditu se nobis ista commendant:⁊ corporalis pulchritudo in fi-
guram adducta spiritualem:quendam ⁊ intelligibilem conatur
indicare decorem:⁊ sancte anime designare vehiculū. Hec enim
corporalia intelligi:lectionis circunstantia non sinit. Quid enim
aurum materiale charitate cōsternaretur: Sed omnia spiritua-
lia sunt : quia spiritualis est amor/cui tam ambitiosus ferculi
B blanditur apparatus. ¶ Possem hec ⁊ similia de ferculo hoc ad
nostrum deriuare sensum. Sufficiant ista breuiter disputasse: ad
vestram vel satiandam/vel prouocādam auiditatem. Quid: Vo-
bis solis vultis cantica seruire: Sinite adolescentule pascant:
sinite ad suam commoditatem vt vel pauca inflectant capitula.
Sapientibus ⁊ insipientibus debitor est christus. Nihil vobis
imminuitur:si alius pro suo sensu abundet. Estote contēte lectu-
lo:inferioribus/vel ferculi permittite vsum inseruire. Illi⁹ gra-
tia parcior:huius popularior. In illo includitur:in isto ingredi-
tur christus. Vobis se vberius ⁊ quadam specialitate indulget:
sed tamen alios non obliuiscitur que vestram nondum valeant
ad mensuram pertingere. Potestis ⁊ vos ferculi participare sa-
cramento ⁊ vice perfungi:si sponsum quem inclusum tenetis ad
nos quasi reportetis:si deferatis pacem:si annuncietis bona:si
gaudia foris predicetis q̄ intus videtis. Quidni ferculū erant
de quibus in ecclesia cantitur:portantes pacem ⁊ illuminantes
Hebre.v. patriam: Sed nemo vel predicationis officium assumat: nemo
sibi sumat honorem nisi vocatus a deo. Quid teipsum super cā-
delabrum ponis:qui teipsum nō accendis: Ille te ponat in sub-
lime:qui lucernam te fecit. Per illum ascende qui te accendit.
Denique nemo seipsum ferculum facit:sed ipse salomon fecit sibi
Canti.iij. ferculum de lignis libani. Est ⁊ ferculum si quis non solū in ore
sed ⁊ in corpore suo christum portat. Glorificate ⁊ portate chri-
i.Cor.vi. stum in corpore vestro dicit Paulus. Portari vult a vobis chri-
stum:sed gloriose:non cū tedio nec cū murmure:non cum indi-
gnatione ⁊ fluctuante proposito. Denique portari/non trahi:tra-

henti enim onerosus est christus:onerosa castitas/onerosa hu-
militatio/obediētia grauis:paupies sordet / deformiter portās
qui sic conuersaris. Fascis quidem grandis tibi videtur fides ⁊
Canti.i. pietas ponderosa. Non potest dicere:fasciculus myrrhe dilect⁹
C meus mihi. ¶ Quid: Fenū tibi videtur fides tua:sub cui⁹ one-
re sic strides/sic gemis/sic murmuras:quomodo plaustrum stri-
det onustum feno. Non est fenū christus/sed flos est: sed fructus
est:sed lignum vite:lignū quod dat fructū in tempore suo:et tu
non vis tempus expectare. Beati qui vescuntur tēpore suo. De-
nique patientia necessaria est vt reportetis promissiones. Porta-
te ergo patienter onera:immo opera pietatis. Pietas enim et
ipsa partem iam habet repromissionis:sicut scriptum est. Ergo
portate imaginem eius qui de celis est/⁊ gloriose portate. Onus
enim eius leue. Estote non ignominiosum offendiculum/sed glo-
i.Cor.xv riosum vehiculum:quale fecit sibi rex salomon. Miro aūt modo
ita virtutum distinguit varietatem:vt in primo loco elationis va-
nitatem excludat. Quid enim habes quod nō accepisti: Si au-
tem accepisti:quid gloriaris quasi nō acceperis: Si ferculū es:
i.Cor.iiij. non tu te/sed ipse te fecit. Ferculum enim sibi fecit rex Salomō
de lignis libani. Et ligna ipsa quis fecit:nonne ipse: Ipse plan-
tauit cedros libani. Et si cedrus est alta libani:noli tamen al-
tum sapere:sed time ne forte inde euellaris propter elationem
vbi plantatus es per electionem. Non enim tu te:sed ipse elegit
te in opus ministerij:ipse ministerij officiū quasi ministrandi cō-
fert gratiam/id est facultatem ⁊ dignitatē. Agnosce a quo plan-
tatus es/⁊ non tibi veniat radix superbie:vt non moueat te ma-
nus temptatoris. Non ascendat vt succidat te securis inimici:cu-
ius ne nouacula quidem super caput sanctorum ascendit. Fer-
culū dei ille sibi preripere gestit:⁊ in vsus suos de libano ligna
succidere. Denique apud Ezechielem gloriatur ⁊ dicit. In cathe-
dra dei sedi. Vide ergo ne per elationē de cathedra iusticie effi-
Ezechiel xxviij. ciaris cathedra pestilentie:⁊ ferculum scandali:⁊ per te vel exē-
pla vel sermo malus ad multorum perniciem vt cancer serpat.
D ¶ Esto ferculum dei/vt eius in te imaginem portes:⁊ odorē no-
ticie sue per te manifestet. Tale paulus ferculū erat/de quo do-
minus ipse profitetur. Vas electionis est mihi iste/vt portet no-
Actu.ix. men meum. Ipse qui elegit:ipse ferculū fecit. Ferculum sibi fe-
cit rex salomon de lignis libani. Ligna hec ligna cedrina sunt
et natura sui ⁊ nomine loci nescio quid magnum commendant.
Libanus candorem sonat:cuius ligna nulli obnoxia sunt cor-
ruptioni:⁊ sicut substantie sue non admittunt putredinem : ita
suauissimum spirant odorem. Bene libanus paulus/qui serui-
ij.Thi.i. bat domino (vt ipse dicit) in conscientia pura. Quid enim pura
candidius conscientia: Quid imputribilius illo quem nulla po-
tuit aduersitas separare charitate dei: Momentanee virtutes
et que ad horam subsistunt:mihi non videntur tam ligna q̃ ole-
ra que cito decidunt. At in paulo quedam erat indefesse chari-
tatis imputribilitas. Ideo bonū certamen certauit:cursum cō-
summauit/de cetero expectans coronam iusticie:coronā de ma-
ij.thi.iiij. nipulis:cuius iam quasi de vicino attraxit odorē. Denique ⁊ ipse
bonum exhalauit odorem:odorem vite ad vitam:odorem noti-
tie dei. Bonus odor fama bona/bonus odor conscientia bona.
Illa alijs bene olet ista sibi. Hec enim gloria sanctorum testimo-
ij.Cor.i. nium conscientie. Future enim beatitudinis fructus iam nobis
in bonitate vite ceperunt olere. Et bene imputribilitati bonus
odor adiungitur. Nam ecōtrario putredo fetorem emittit. Qui
enim seminat in carne:de carne metet corruptionem/de corru-
ptione tristem odorem:sicut de integritate suauem. Et bene de
integritate inducta est mentio:q virginalis cādor expressus vi-
deatur libani lignis. Nam ⁊ bonum virginalis continentia va-
porat odorem:⁊ eius est perpetu⁹ vsus. Siue enim coniugij ser-
uitus euacuabit:siue desolatio viduarum cessabit. Virginalis pu-
integritatis libertas:⁊ gratia non excidet vnq̃:quia qui nō nu-
Mat.xxij bunt nec nubūtur/iam sunt quasi angeli in celo. ¶ Denique et li-
E bano in scripturis legitur cōparata virginitas. Ego (inquit) qua-
eccl.xxiiij si libanus non incisus euaporaui:⁊ sicut balsamum non mixtum
odor meus. Merito libanus venter immaculatus:vēter impol-
lutus:venter intactus:venter non incisus. Non incisus est: cu-
ius manet integritas:cuius non sunt resignata claustra pudo-
ris. Propter mundiciam libanus:propter integritatem non in-
cisus. Merito enim non incisa que nō est diuisa. Vis audire in-
cisam. Mulier nupta cogitat que mūdi sunt:quomodo placeat
i.Cor.vij. viro/⁊ diuisa est:vtique in deum ⁊ virū diuisa:⁊ forte non equa-
liter diuisa:sed in virum propensior. Mulier autem innupta et
Ibidem. virgo non cogitat nisi que domini sunt/quomodo placeat deo.
Quasi libanus non incisus euaporaui habitationem meā. Ma-
tris domini specialiter hec verba videntur. Illa vere libanus:
et libanus non incisus. Illa vobis euaporauit sacre virgines
habitationem suam habitationem celestem:habitationem an-
gelicā:quando virginalis conuersationis exempla in vos trās-
fudit:⁊ perpetui pudoris inspirauit amorē:⁊ satis expressit ha-

bitationis sue grat. ā: quam euaporare se dicit. Quid enim habitatione virginea vapori similius? Nihil habet hec conuersatio carneum: nihil mundanum: sed totum celeste. Super mundanum totum: spirituale totū. Et ideo simile vapori: sed quali vapori? Et tanq̄ balsamum (inquit) non mixtum odor meus. Tanq̄ balsamum non mixtum non corruptum tanq̄ balsamuz non adulteratū. Est mixtura que balsamum simulat ꝛ mentitur: ꝛ est mixtura que si non habet balsami similitudinem / bonum tamē contristat odorem. Est ergo (vt sic dicam) balsamum verū ꝛ solum: ꝛ est balsamum ꝛ si verum non solum: ꝛ est balsamū nec verum nec solum. Primum in perfectis est: hoc vltimum in deceptis: medium in illis qui ꝛ si nulla illudūtur fallacia: aliqua tamen virtutis gratia destituūtur. Merito itaq̄ illa que sola gratia plena erat: quasi balsamum non mixtum odorem suuz dicit.

[ecc. xxiiij]

F ¶ Uos tu virginitatem oles si orationum instantiam: si ieiuniorum abstinentiam: bene oles: ꝛ balsamū oles. Si vero impatientie adhuc morbo laboras: si vaniloquium / si leuitas consiliorū: si ardor explende proprie voluntatis: si tristicia: si tedium: si horum aliquod vnum in te nominatur: mixtus est iam odor tuus: et non purum balsamum spiras. Modica enim stilla admixtionis peregrine: totam balsami massam contristat. Bene quidem cū illo agitur / qui si quid triste fortuito ꝛ velut subito redolet: statim abolet. Nam in multis offendimus omnes / dixit apostolus. Ex subito quidē lapsu / sed statim correcto nullus est odor estimandus: magis vero in eo in quo quis est sedulus vitio. Periculosa ꝛ pessima mixtura cuiuslibet est: quando vitium quodlibet virtutis mentitur speciem. Et angelus sathane in angelū lucis se transfigurat: ꝛ quasi venenum facit balsamum spirare. Unguentarius est sathanas: nolite ab illo oleū emere. Non enim tam confector est q̄ corruptor vnguenti. Deniq̄ (sicut scriptum est) feruescere facit q̄si ollā mare: ꝛ ponit sicut cū vnguēta ebulliunt. Mors in hac olla. Ollā hanc succensam vidit Hieremias et faciem eius a facie aquilonis. Qualis vnguentoꝝ artifex: q̄ de mortis olla vite vapores exire simulat? Qualis artifex qui olle succense faciem quasi ab austro feruere facit: per quam potius ab aquilone mala exardescunt in terra? Aut filius prophete est / aut certe propheta: qui mortem in olla deprehendit: ꝛ vapores eius ab aquilone venire. Sulphurei sunt vapores quos olla carnis tue succensa euomit: ꝛ tu in his balsami tibi videris odorem sentire?

[Iaco. iij.] [ij. Cor. xj.] [Iob. xlj.] [Hiere. j.]

G ¶ Si per te nescis balsamū verum a mixto discernere veni ad prophetas / veni ad filios prophetarū apostolos: qui te mixturarum differentias doceant qua in olla mors sit. Talis paulus qui dicere ausus est. Non ignoram⁹ astucias eius. Si non sufficit manus tua vt purum habeas balsamū: sancti te doceant quomodo misceas. Attulit nichodemus mixturam myrrhe ꝛ aloes quasi libras centum / ꝛ marie emerunt vnguenta. Sed Maria domini mater vnguenta non tantum comparat q̄ spirat: que vncto oleo leticie ipsum parturiuit christū. Tanq̄ balsamum (inquit) non mixtū odor me⁹. Si mixture rationem ignoras: veni ad doctores ecclesie / ad eos qui columne quedam sunt ꝛ firmamentū veritatis ꝛ columne argentee in domini ferculo / ꝛ sacri dispensatores eloquij: ab his disce quomodo cogites que domini sūt / ꝛ quomodo sollicita sis pro christo vt sibi placeas. Tūc ꝛ tu columnas habebis in te argenteas / si vtriusq̄ testamenti fueris suffulta scientia. Ideo et hic post libani ligna / colūnas subtexit argenteas sermo diuinus / vt habeas mysteriū fidei in conscientia pura. Mysterium fidei q̄ sacrum tibi prescribit eloquiū / eloquiū argenteum est / vt euangelicis ꝛ apostolicis subnixa preceptis illa mediteris / illa conserues ꝛ conferas in corde tuo: nec patiaris inerti situ coherere et oblectari: ꝛ oblectationis erugine denigrari diuini verbi argētum. Sed non possumus nūc in sermonem hodiernū has inserere colūnas. Hūc enim tractatum libani preoccupauerūt ligna: et in eorum odore longi⁹ q̄ putabant noster sermo excurrit suauitate illectus materie. Tibi domine hūc commendo libanuz: libanum egregiū / hūc choꝝ virgineū sacrū cetum feminaꝝ. Tu custodi vt non succidat vt non incidatur: sed sua illi seruet integritas seruetur castitatis cādor / quia libanus candorem sonat: seruetur puritas mentis / vt sancte sint et corpore ꝛ spiritu. Custodi libanum hūc: cuius ligna in ferculi tui dedicasti materiam. Procul ab illo sit ꝓphetica cōminatio. Aperi libane portas tuas: comedet ignis cedros tuas. Porte tue claudant alns soli aperiantur tibi. Tu illi clauis sis ꝛ claustrum: tu signa et resigna: vt nec signaculū nec clauem preter te recipiat christe iesu qui deus es benedictus in secula seculoꝝ. Amen.

[ij. Cor. ij.] [Ioh. xix.] [Mar. xvj.] [Eccli. xxiiij.] [Zach. xj.]

¶ Sermo. xviij.

H Ignis libani incorruptio carnis / ꝛ mundicie vobis est candor expressus. Bona quidem est castitas: sed quod non fit ex fide: peccatū est. Fide (dicit scriptura) purificans corda eoꝝ. Non enim sola carnis continentia castitas censet: cordis multo magis est estimanda puritas. Iam vos (inquit iesus) mundi estis propter sermonem quem locutus sum vobis. Bonus fidei sermo qui mundat: ꝛ ideo in hoc ferculi cultu post ligna libani colūnas producit argenteas: ꝛ virginalis mentem mundicie ad sacri prouocat meditationē eloquij / eloquij casti: eloquij quod argento examinato confert. Bone sunt in pectore virginum erecte colūne: si sacre fuerint scripture suffulte / ꝛ cognitione fideli: ꝛ recogitatione frequenti. Bonus liban⁹ es si mundū cor habes: mūdum a cogitatione feda: ꝛ a cogitatione infideli. Magna feditas spirit⁹ fidei corruptela. Or si sana fuerit in te firma forma fidei: iam vnam habes columnam. Noli tamen esse hac contēta: adiūge ꝛ alteram: meditare in lege domini die ac nocte. Infidelitatem ꝛ fornicationem puta / si mens tua vel modicū a fidei recogitatione declinet. Bone colūne sunt: diuine noticia ꝛ mēoria legis recta credulitas ꝛ recordatio fidei. Columna es si fueris in fide firma. Argētea si diuini fueris vsu instructa sermonis. Rectū est (inquit) verbū domini: ꝛ omnia opa eius in fide. Bone colūne fides ꝛ verbū fidei: verbū hoc prope sit in corde tuo nam in ore prope est: prope sit: ꝛ perpetuū ibi sit. Ex abūdantia cordis sermo erūpit. Septies in die (inquit propheta) laudem dixi tibi. Uos sacre virgines dicite semper. Septies quidem dicite laudem propter horas solennes semꝑ autē cantātes ꝛ psallentes in cordibus vestris. Argentee sint lingue vestre. Argentee sunt / si de sacra christū pagina sonant. Nō mittatur massa plūbea in os vestrū. Plumbeū os est quod nil subtile loquit / nil acutū / nil de supernis / sed totū remissum est / totuz habes / totū de imis fortasse ꝛ de iniquis. Nam iniquitas sedet in talento plūbi. Homo ille euangelic⁹ peregre proficiscens nō talia seruis suis talenta distribuit. Nolite de talib⁹ negociari talentis: in thesauris vestris huiusmodi non inueniant. Paulo dicente intendite. Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat: sed qui bonus est ad edificationem fidei. Ad edificationez (inquit) non aduersionem fidei. Ferreū os est quod fidem euertit / quod sanctam subruit conuersationem / instrumentū est belli / seminariū litis: quod murmur ꝛ amaritudinem sonat. Bestia talis in daniele describit. Dentes ꝛ vngues ferreos habēs / comedens ꝛ comminuens omnia. Nulla inter auiculas immo inter amicas domini bestia talis reperiat. In hoc grege virgineo nulla virulenta: nulla violenta sit: nullus in hoc paradiso serpētis sibilus sonet: virgineū os virulenta verba non decēt. Quid prauis polluta verbis in osculum sponsi labia porrigis? Candor ipse lucis eterne: ꝛ nihil inquinatū attingit illū. Memento os tuū celestibus osculis ꝛ oraculis consecratū. Sacrilegiū puta si quid non dulce: non diuinum: non de sancta pagina sonet. Buccinate (inquit) in neomenia tuba: in insigni die solennitatis vestre. Omnis dies vobis solēnis debet esse: semper neomenia: semper sabbatū. Ideo os vestrū quasi tuba sit ductilis. Tuba argentea: tuba que non lites sed leticiam sonet: sed solennitatem: sed cantica spiritualia.

[Actu. xv.] [Ro. xiiij.] [Ioh. xv.] [Ps. xj.] [Ps. xxxij.] [Ps. cxviij.] [Ephe. v.] [Zach. v.] [Mat. xxv] [Ephe. iiij] [Dan. vij.] [Ps. lxxx.]

I ¶ Nescio quomodo de columnis argēteis ad tubas nostra deflexit oratio: nisi q͛ optima colūna est in domo domini qui tale os portat. Bona colūna est, in quo fessi sustentāt. Habes in esaia. Dominus dedit mihi linguā eruditam: vt sciam eū qui lapsus est sustentare verbo. Erudita plane lingua christi Iesu annūciantis pacem: predicantis bonum. Lingua placabilis lignū vite: colūna et firmamentū veritatis. Et tu virgo in hoc sponsi imaginē porta / vt habeas linguā eruditam / linguam placabilē: non erroneam: non vagam: non labilem ad ociosa: sed que loquat iudiciū / que verbū solatij proferat: que colūna quedam sit ꝛ firmamentū ad edificationē fidei tue vel aliene. Prope sit verbum fidei in ore tuo ꝛ in corde tuo. Uis colūnam audire argenteā? Lex (inquit) dei eius i corde ipsius. Ecce argentū: ꝛ non supplantabunt gressus eius. Ecce columna. Iure colūna: que subuerti non potest. Uerbo domini celi firmati sunt (inquit psalmista). Hoc verbo confirmet cor virginis: vt celū sit / vt sedes dei / vt reclinatoriū possit aureū fieri. In argento fidei rationē ꝛ scientiam accipite: in auro intelligētie ꝛ veritatis fulgorē. Reclinatoriū hoc aureū super huiusmodi colūnas imponit. Nisi enim credideritis nō intelligetis. Fidei eruditio ad intelligentie puritatem gradū prestat. Fundamento huic contemplationis innitit gratia: dū in sermone dei meditaris fideliter / ꝛ ꝑ patientiam ꝛ consolationē scripture ad spem te supernam erigis: colūnam te exhibes. Reclinatoriū aureum tūc exurgis cū nuda tibi sine sermonis inuolucro / raptim incipit coruscare veritas. Sed iam perfectius ordinem intuere et prouectū quēdam de libani lignis ad colūnas argenteas / et aureū reclinatoriū. In libano cordis mūdicia: in argento diuine legis noticia. In auro siue sermonis ministerio: mysteria sacra manifeste resplendent. In primo mentis oculū purgas. In scdo ꝑspicis: ꝑspicis aūt in tertio. Uel si mauis ita dici mundaris: specularis: ꝯtēplaris. Confessio (inquit) ꝛ pulchritudo in conspectu ei⁹. In libano pulchritudo: in argēto ꝯfessio: in auro diuine ꝯspect⁹

[Esaie. l.] [Puer. xv.] [Roma. x.] [Ps. xxxvj.] [Ps. xxxij.] [Ps. xcv.]

A uine cōspectus pr̄is tibi commendatur. ¶ Q₃ magna est confessionis et pulchritudinis huius gratia que in conspectu tante maiestatis admittitur: vis alibi in psalmo audire: audi hanc distinctionē₃. Cor (inquit) mūdum crea in me deus: ⁊ spm̄ rectū innoua in visceribꝰ meis. Ne ꝓicias me a facie tua. Uides quō abyssus abyssum inuocat: quomodo diuersa scripture capitula sibi concinūt: Primū ad libani candorem refer. Beati enim mūdo corde: qm̄ ipsi deū videbūt. Scd̄m ad argenti columnas: rectum est enim verbū domini. Tertiū ad aureū reclinatoriū: vbi domini facies sine velamēto sincere videt: ⁊ in auro rutilat maiestas regia: hoc est: purgatum: instructum: ⁊ (vt sic dicam) prescriptum spm̄ sibi postulat dari. In libano purgat: in argēto instruitur: in auro prestringit. Prestringit enim vere in contēplando quelibet purgate mentis acies: ⁊ coruscationes intime lucis ad modicū sustinet. Hos profectuū gradus relege: tu q̄ speculationis aspiras ad gratiam. Nihil in te fedum: nihil infidele resideat: vt nuda tibi possit fulgurare veritas. Primo emundare: secūdo exercitare: tertio intuere. Emundare a lege carnali: exercitare in lege fidei: intuere ⁊ perspice in lege perfecte libertatis: in lege spirituali. Ubi em̄ spiritus dn̄i: ibi libertas. In lege que littere velamine caret: in qua nec errori: nec ignorantie: nec enigmati locus est. Error vbi est: seducit. Ignorātia vbi est non ducit. Enigma vbi est: ⁊ si ducit non tn̄ ꝑducit. Quis ibi erret: reclinatoriū enim est: ⁊ quies ⁊ votoꝝ finis. Quis ignoret? Aurum enim est ⁊ rutilat ad lucē. Quod ibi enigma? Uotoꝝ finis ⁊ serena veritas: enigmatū figuras nō recipit. Ibi nihil falsum: nihil occultatū: nihil figuratū: auꝝ est: ⁊ fulget: reclinatoriū est: ⁊ fouet: dulcis fomes: sed hora fugax. Et fulgor iste fulguri comparat. ¶ In momento fit: in ictu oculi: in nouissima tuba. Nouissima tuba est quando nō iam in pagina sed i ipsa presentia innotescit: quando quis efficit docibilis dei: qn̄ post apostoloꝝ ⁊ ꝓphetaꝝ sermones nouissime in seipo dei filius patris verbum loquit. Tuba hec nescit incertū sonum dare: non sonat nisi ad solēnitatē: nisi in neomenia ⁊ noue lucis exordio. Buccina nobis tu bone Iesu: in neomenia tuba in insigni die solennitatis nostre. Uere insignis dies vbi diuina maiestas se manifestat: nihil insignius sed nil succinctiꝰ. Diez dixi: hora est. Hora vere insignis ⁊ vere solennis. Eructa tu nobis Iesu bone eterni illius diei horas aliquas: diem illū statim efficies: vbi tue lucis verbū eructas: qui dies es eternus. Fulgura nobis coruscationes tales. Fulgur efficit: cui tu fulguras. Similem tibi reddis si quē irradias. Similes (inquit) ei erimus cum apparuerit. Montes quos tali radio tāgis non fumigant s₃ fulgurant. Aurei fiunt / tuū quibꝰ aurum refulget. Caput tuum aurū optimū reclinatorium aureum non inuenit: sed reddit vbi se reclinat: iā non est illud de euangelio dicere. Filiꝰ hominis non habet vbi caput suum reclinet. Uides ne domine Iesu quot hic habes reclinatoria? Nūq̄ se maiestatis sue caput libentiꝰ reclinat: q̄₃ in virginitatis aureo sinu. Respice virginea pectora hec: pectora vacantia tibi in his frequenter reclinas ⁊ recumbis / ⁊ cubas in meridie: ⁊ aureo quodam sereno. Non hic vulpes foueas habēt nec nidificant volucres celi. Solidius est reclinatoriū hoc: q̄₃ vt hic subdola valeat vulpes infodere. Nullus dolositati relinquitur heretice locꝰ: vbi serena fulgurat veritas. Sublimius est q̄₃ vt huc aut subdola vulpes: vel supba volucris accedere queat. Abscondita sunt hec a sapientibꝰ ⁊ prudentibꝰ / ⁊ reuelata sunt paruulis: qui humilē sectant ascensum purpureum: ⁊ passionis christi vestigiis insistunt. Uere purpureꝰ ascensus quē xp̄i signauit cruor: et passionis eius colorauit fides. ¶ Sed illud attendendum / quomodo immo q̄₃ congruo modo sibi concidunt columne argentee ⁊ ascensus purpureus. In illis sapis fideliter: in isto sentis humiliter. In illis meditatio: in isto imitatio. Nō enim in sermone tm̄ est regnum dei / sed in virtute. Quid tu illic dices / q̄ humiliationem seruitutem putes / Seruilis nō est: quā regalis nobilitat purpura. Ornamentum est etenim purpura regium. Hos si tu vel dedignaris vel horres gradꝰ respice q̄ purpurei sunt. Humilitas suscepta pro christo / regiā₃ prefert dignitatem. Tu vero sponsa christi candido preme pede gradus purpureos. Nobilis est semita quā dilectꝰ tuꝰ prior incessit: q̄₃ pulchri sunt etenim gradus purpurei / quos pede sacro christꝰ prior signauit pedibus illis quibus nullus puluis adhesit: pedibꝰ niueis quos cruoris sui signauit vestigio. Et tu ardenter vestigia relege. Aufer calciamentum carneū de pedibꝰ tuis. Sanctꝰ em̄ ascensus est / quē tibi disponis. Nudo ⁊ expedito insiste vestigio gradibus istis. Purpurā hanc non ꝯcilii sed christi sanguis intinxit. Hic tu pedem libenter pone vt pes tuus intinguatur in sanguine christi. Non veniat tibi pes supbie / si humilē secteris ascensum / q̄ sponsi tui cruore sacro signatur. Huic tu non modo pedem sed etiā manū ⁊ caput intinge: ⁊ tota purpurea: tota regalis / ⁊ passione xp̄i tota nobilitata ascēdas. Nāt si cōpateris conregnas. Noli te seculi nobilitate curā reputare. Uilior eris si respexeris ad illā: si natales tuos sponso imputas: si te ꝑ seculi fastu preferas aliis: aut aliquid habere priuilegii putas. Contra humilitatē propositi de prosapia carnis euacuaris a gloria xp̄i: si alia te nobilitari presumas. Hec tibi purpura sufficiat ad fastum / sufficiat ad ascensum / sufficiat ad gloriā: vt nō glorieris nisi in cruce domini tui Iesu xp̄i. Ascensus te purpureꝰ: reclinatorium ꝑducet ad aureum. Qm̄ humilibus ⁊ quietis ꝯtēplationis debet gratia / a sapientibꝰ aūt ⁊ prudentibꝰ abscondit reuelanda paruulis. Purpura hec magnū quoddā est pignus amoris / quē tibi dilectus exhibuit. Uere magnū pignꝰ amoris mortis passio. Maiorē hac dilectionē nemo h₃: vt animā suā ponat quis pro amicis suis. Tale ꝯstitit / tale pignꝰ repostulat passio tua: humiliatio tua. Quid pro te pertulit in memoriā tibi reducat / ⁊ quātū adamauit / pro qua se tantū humiliauit. Ama ergo tu illum qui prius ⁊ plus dilexit. Non exigūt hec tēpora vt sanguinem effundas. Effunde animā tuam: effunde sicut aquā₃ cor tuū. Nam ⁊ si tradideris corpus tuū ita vt ardeat / charitatē nō habeas / quid tibi proderit? Deniq₃ et vltimo loco quasi finalis olim clausula gratiarū ponit charitas: ⁊ media velut ornamento quodam charitate constrata dicunt propter filias hierusalem.

Marginalia (left column): Psa.l. — Psa.xli. — Mat.v. — ii.Cor.iii. — B — i.Cor.xv. — Psa.lxxx. — Ioh.iii. — Luce.ix. — Mat.xi. — C — i.Cor.iiii. — Exo.iii. — i.Thi.ii.

Marginalia (right column): Ioh.xv. — i.Cor.xiii.

¶ Sermo.xix.

Nouum aliquid vultis audire / sed ego nouum quid non habeo: nisi vt vos innouet amor. Mandatū hoc nouū do vobis: nihil vobis notiꝰ ⁊ nihil est nouiꝰ. Nō estis in isto rudes / ⁊ iexercitati negocio. Uestrū hoc propriū officiū est. In amoris em̄ precipue munus estis dedicate. Deniq₃ ⁊ ꝓpter vos fercula Salomonis media charitate ꝯstrata dicunt. Media (inquit) charitate constrauit propter filias hierusalē. Quodā quasi priuilegio hic sermo vobis delegauit vsum amoris. Emulamini filie hierusalē charismata meliora: magis aūt vt ametis. Amor oi supeminet grē: et in hmōi descriptione ferculi: charitas reliquaru₃ quasi ornamentum ⁊ clausula superponit gratiaꝝ. Plures in hoc ferculo enumerant gratie: sed charitate cumulant oēs. Charitas cumulus est: charitas fundamentū. In charitate (inquit) radicati et fundati. Illa in primis / illa in vltimis / illa in intimis / illa inchoat / illa ꝯsummat / illa cōmunicat charismatibꝰ ceteris: iō in medio collocat quasi ornamentum quoddā commune: ⁊ totius clausula ferculi. Et color purpureus ⁊ auri fulgor obscurior esset si non charitate vestiretur. Quāta eius est gratia que ipsum contemplationis aurum exornat? Ipsa media est ⁊ reliquarum quasi medulla gratiarū. Nulla tā est intima virtus: nulla sic animos penetrat ⁊ perfundit: ⁊ archanos cordis implet recessus. Ipsis animi medullis amor imbibit ⁊ secretis influit venis. Media (inquit) charitate. Bene media que sic itima est. Plenitudo legis est charitas ideo lex vacuatur si fuerit destituta charitate. Uitalis quedam vena legis est ⁊ reliquarum charitas virtutum. Cetere quasi in partem se contrahūt: illa omnis cōmunis est gradui: siue mente excedas siue sobrius sis: vbiq₃ charitatis ⁊ necessarius ⁊ iocundus est vsus. Reliquarū officia variantur gratiarum: ⁊ vicibus alternātur charitatis continuātur iura quodā iugi tenore: siue mente excedamus deo: siue sobrii simus / viget nos charitas christi. Uos vere sicut arbitror viget charitas christi. Inquit vos viget? In seipsam. Aliorum alia sunt officia: vestrum speciale munus est amor. Improbus sui prouocator est amor: ⁊ dulcem agit in patientis tyrannidem. Amor se ipsum in prouectus semper viget vberiores. ¶ Emulamini filie hierusalem charismata meliora: magis autem vt ametis. Emulatio vos hec semper amplius vigeat. Mādatū hoc vobis semper sit nouum. Et nouum est nisi in vestro dulcis iesus veterauerit affectu. Utinam semper in vobis ille recens sit: nec mora tēporis aliquid imminuat gratie. Utiq₃ recens in vobis vester iesus est. Ipse semper recens / sed non deus alienus. Uere recens in quem semper anxio inhiatis amore. Deniq₃ id solu₃ habetis in votis vt vobis semper amplius placeat. Quātum placet qui satis placere non potest? Nulla magis vos ratione placere potestis q̄₃ si vobis placeat ipse. Animum vultꝰ: aliud non querit. Solus sufficit: si tamen totus impenditur. Satis est pro viribꝰ tuis: sed parum est pro eius meritis. Si te tibi conferas et tua metiaris ex regula: sufficit. Sed si de tenui tibi relinquitur. Si autem ex ipsius te regula metiaris / et velut in libra colloces: quid tu momenti aduersus illum tenebis? Si infra vires tuas amor se cohibet et contrahit: iniquus est: et si iuxta vires tuas exiguꝰ. Quid ergo: supra vires casso te extēdes conatu? Quid ni? amor non capit de impossibilitate remediū. Nulla satis magna sunt amoris officia: vbi tamen ipse nō intepuit amor. Quomodo erit in suo parcus: qui in alieno fidelis existit? Quomodo erit in officiis propensus: in seipso parcus? Amor seipso nihil impendit libentius: nihil vberius potest. Que maior vbertas q̄₃ vbi nihil decerpitur? Amor exestuat / seipsum non capit: superfluit sibi: immensitatem emulatur dum metam nescit

Marginalia (right column, Sermo xix): D — Canti.iii. — Ephe.iii. — Canti.iii. — E

affectu/ penetre. Oleum est quod stare nescit: nisi cum vascu-
lum desit nisi q nec tunc nouit compesci. Musti preferit amor
insigne/ q natiuitatis sue feruore quodam ⁊ velut etatis lasci-
uia excrescit ⁊ superfluit/capi nesciens/ et nouo semper effer-
uescit ⁊ fermentatur affectu. Amor infirmitatem non causat/
F sed magis accusat. ¶ Amori nihil satis est/nihil minus se
ipso. Amor seipso satiari non potest: et tamen nisi seipso pa-
sci non potest: ipse sibi dulce satis est pabulum. Amor nil ma-
gis vult quam amare. Quam dabit homo commutationem
pro amore/quam dabit vel quam accipiet? Nihil gratius amore
impenditur: nihil dulcius sentitur. Amor et dulciter optat et
dulciter vtitur/dulciter delectatur ⁊ dulciter dolet. Vere dul-
cis amor: et solus dulcis amor: et omnis dulcis amor/ sed nō est
Sap. vij. amor ad amorem christi. Super omnem pulchritudinē pulchri
tudo est: super omnem pulchritudinem (inquit) dilexi sapiētiā.
ij. Reg. j. Quomodo non decorus qui candor est lucis eterne? Frater mi
ionatha quam amabilis es ⁊ decorus valde? Volebam iesum di
cere/sed de consuetudine Ionathe produxi vocabulum: ⁊ ta-
men gratus error: qui gratiam expressit. Error in nomine/sed
in re nominis huius est seruata proprietas. Ionathas colūbe
est donum/illum significans qui spiritualis gratie est plenus/
puerum qui datus est nobis: siue ionatham siue iesum dicam.
Iesum intelligo quam amabilis es frater mi Ionatha ⁊ deco-
rus valde? Presumptionem putatisq fratrem eum dico: verba
hec non meam temeritatem/sed eius charitatem sonant. Pre-
sumptio fuerit: si non ipse Iesus nihil indulserit ausum. Denique
⁊ ipse cognationis huius ⁊ assumpsit habitum: et exhibuit affe-
Hebre. ij. ctum: et iuxta apostolum. Non confunditur nos fratres vocare
Si non confunditur: cur non et tu confidēter dicas. Frater mi
ionatha. Aut si domestico magis vis vti vocabulo: frater mi ie-
su amabilis es et decorus valde. Amabilis es super amorē mu-
lierum. Anxio ⁊ vehemēti affectu vestra sancte mulieres in chri
stum inardescunt vota: sed ipse multo magis est amabilis quam
amatur a vobis. Emulamini ergo charismata meliora: magis
G autem vt ametis. ¶ Enumerat ligna libani/columnas argen-
teas/reclinatorium aureum/ascensum purpureum: ad vltimum
j. cor. xij. charitate cumulans omnia. Quidni? Adhuc (inquit paulus)
j. Cor. xiij excellentiorem vobis viam demonstro. Bone sunt etenim co-
lumne: et sacri magna quidem est eloquij gratia. Sed si linguis
hominum loquar ⁊ angelorum: charitatem autem non habeā:
factus sum vt cymbalum tinniens/vocis inanem dans sonitū
sine sensu charitatis. Reclinatorij aurei ingens est gloria/ per
Ibidem. quod tibi mysteriorum archana signantur. Sed quid? Si noue
rim mysteria oia ⁊ oēm scientiam: charitatem autē non habue-
ro/nihil sum. Per gradus ascendis purpureos: ⁊ passionis chri
Ibidem. sti te gaudes habere insignia. Sed si tradidero corpus meū ita
vt ardeam: charitatem autem non habuero/nihil mihi prodest
Ibidem. (inquit apostolus) Charitas non inflatur: non est ambitiosa: nō
querit que sua sunt: medio gaudet/⁊ quasi in communi sua bo-
na prostituit. Media enim charitate constrauit. Non inflat (in-
quit) non est ambitiosa. Non enim charitas bonum singulare
aut si habet/amat: aut si non habet optat: non vult alius precel
lere: sed nec ipsum magis habere bonum. Multi meritorū suo
rum infirma cognoscunt. Ideoq de se magnum nihil sentiētes
non inflantur isti/sed forte ambiunt. Vnde inflentur/non habēt
sed inflate satis optant vt habeant. Priuatam ⁊ hi amant excel
lentiam: dum aut concupiscunt vt sit / aut contabescunt q esse
non possit. Charitas vero cum inuidia contabescente iter non
habet: non querit quod suum est: ⁊ quomodo poterit quod suū
non est decerpere? Quid tu inuidia alienum vis corrumpere bo
num? Nunquid adijcies quod ab alieno decerpis? ita forsitan/sz
H si corporalis aliquid pecunie substrahas. ¶ Non ergo in clau-
stralibus rapacitatis huius vitium vereor. Est subtilius quod
dam rapacitatis inuidie genus. Quid enim? Rapacitatem nō
putas nisi pecunie parcis: famā decerpis? Non concupiscis pos
sessionem: ⁊ laceras opinionem? Quid tibi emolumenti aliena
diminutio confert: aliena si corrodis bona: ⁊ quid tibi inde ac-
crescit? Euidenti forsitan veritate aliene virtutis: conteruntur
in ore tuo dentes: quos ad derogandū paraueras. Non audes
corrodere: non tamen potes collaudare. Iam alienum bonum
verbo non carpis. Nunquid ideo non rapis? Quomodo non
rapacitas vbi euidens bonum debito defraudas testimonio/
⁊ veram alterius gloriam /et si mendacio non corrumpis: silen-
tio tamen supprimis? Vis audire in sola etiam estimatione
Phil. ij. rapacitatem esse? Non rapinam (inquit apostolus) arbitratus
est esse se equalem deo. In inuidam aiam nō potest intrare esti-
matio bona de bonis alienis. Nō vult enim intelligere q alius
bene agat: ⁊ si palam nō audet: penes se tamen vel dissimulat/
vel attenuat alterius merita. At quid istud/nisi q liuor nō pri-
j. Cor. xiij uatā semper excellentiā cogitat: alienā obscurat? Charitas aūt
nō cogitat malū: nō gaudet super iniquitate/⁊ (vt sic dicā) sup

inequalitate/cōgaudet aūt equitati. Priuatū aūt nō cogitat: me-
dio quodā ⁊ cōmuni letaf: que sua sunt nō querit / sed que chri- Ibidem.
sti iesu. Eius in omnib⁹ gloriā vel amat vel optat. Cōmunis est j. Thi. ij.
xp̄s: mediator em̄ est: ⁊ ideo eius nō sunt que media nō sunt: sed
in partē se restringūt. Quid tu liuore xp̄m vis in partem cōtra-
here? Auarā vis esse gratiā spūs: cuius circa te solum optas bn̄
ficia restringi? Sine vt excrescat ⁊ exuberet/ ⁊ effundat se super
omnē carnem spiritus domini: et repleat orbē terrarū. Noli cō- Roma. x.
munē omnibus beneficentiā intra cordis tui angustias incarce
rare. Diues est em̄ in oēs: ⁊ tu minuere tentas affluentiā grē/et
immensitatē redigere ad minutias? Emuli cordis auaras dedi
gnaf xp̄s angustias. Nescit emulatione tua eius bonitas deti-
neri. Profluā est: nō tibi soli: sed vicinis etiā te vasis eius oleū
infundit. ¶ Fac vt illa mutuo tua sint. Erunt aūt/si cōmuni fue I
ris bono letatus: alioquin ⁊ aie tue oleū euacuas: et illis nihi-
lominus tamē infundif mediator xp̄s: et ideo q̄ sua sunt media
vult esse. In hoc (inquit) cognoscēt omnes qr mei estis discipu- Ioh. xiij.
li/si dilectionē habueritis ad inuicē. Vides quō charitas spe-
ciale quoddam est insigne discipulatus christi: et doctrine eius
singulare indiciū. Ideo hic in vltimo loco quasi ornatus quidē
aliarū inducitur gratiarū. Media (inquit) charitate cōstrauit. Cāti. iij.
O q̄ molle est stratū charitatis. Proximi charitas liuore: cha
ritas christi timore caret. Nihil habet penale hec charitas / ti-
mor penam habet: ideo nō est in charitate timor: sz pfecta cha- j. Ioh. iiij
ritas foras mittit timorē. Quid em̄: timebit charitas veteres
offensas: sed charitas operit multitudinē peccatorū? Infirmi- j. Pe. iiij
tas proprie cōsciētie timebit ne decidat: sed fortis est vt mors Cāti. viij
dilectio. Vtrūq metū charitas foras mittit: sed nec pfecta cha
ritas tēporales pro xp̄o timebit molestias. Sed ne quidē eter-
ne si fuerint: [illegible] dile-
ctio. Nō potest semel hausta cognitione tante nō delectari dul
cedinis. Nō ideo amat charitas ne pereat: sed mauult foris pe
naliter in eternum perire q̄ vsu amoris eterni priuari. Si enim Cāti. viij.
dederit homo omnē substantiā pro charitate quasi nihil despi
ciet eam. Vere hoc molle stratū: in quo etiā inter iniurias tam
suauiter/q̄ sancte quiescitur. Da mihi iesu bone vt super stratū
hoc memor sim tui: et mediter in te in matutinis. Dulcis plane
memoria: quā amor inducit grata meditatio quā suggerit cha
ritas. Nihil em̄ est qd non tam dulciter et grate de christo cogi
tetur. Amor proximi compassionē habet: ⁊ quēdam nimis sua-
uem gustum: dum gementibus nouit cōdolere. Christus in quo
condoleas: et si crucifixus est ex infirmitate: si viuit ex virtute
dei: non condolendi/sed congaudendi in se vobis vndique meri-
tum prestat. Totus desiderabilis/⁊ concupiscētia totus ⁊ qua
si charitate constratus. ¶ Quid enim videbis in christo/quod K
nō eius nobis ⁊ charitatē exhibeat ⁊ nostrā exigat? Totus no
bis est charitatis illecebra: incitamentum amoris. Nullū in se
meticuloso relinquit locū affectui/totus amari vult/qui totus
meref amari. Noli virgo ad tormenta respicere: cui tāta propo
sita sunt oblectamēta in sponso. Ociosus debet esse timor: vbi
tot insignia relucent amoris. Dedignaf charitas timoris com-
mercium: cogi nesciens que nequit compesci. Ideo charitas per j. Ioh. iiij
fecta foras mittit timorē: velut inutilem ⁊ superuacuum: sed nō
timorem illum qui castus permanet in seculum seculi. Est enim
timor quem foras mittit charitas: ⁊ est timor quem mittit veri
tas: ⁊ est timor quē intromittit et charitas ⁊ veritas. Primus
cautus: secūdus castus/sed nō permanens in seculū seculi: ter-
tius et castus et permanēs. Primus veref penā: secūdus offen-
sam: tertius totus libera quedā ⁊ secura reuerētia est. Et prim⁹
quidē timet offensam: sed propter penā. secūdus offensam: sed
propter ipsā. Et quidē iniuria quedā iustitie est: si metu penarū
in gratiā veniat. Satis ipsa per se meriti obtinet: vt hominū in se
studia prouocet: et cōcillet affectus. Hūc ergo timorē charitas
perfecta excludit. Quomodo em̄ pfecta charitas: que timoris
stimulo indiget ad cultū iustitie. Perfecta dilectio mentē in so
lido possidet: oia soli sibi iustitie munera deputari volēs. Frigi
dus timor est ⁊ pigre incedit: satis habens tantum impune eua
dere. Amor fastidiū nescit: feruidus est/⁊ in anteriora extētus:
metus cōtractior: necessitate tantū iustitie subit officia. Amor L
pfectus soli qd agit debet iustitie: nihil in ea iuris relinquens
timori. Quidni? An nō satis in se obtinet meriti ad omne bonū
opus iustitia? Christus em̄ nobis fact⁹ est iustitia. ¶ Quid er-
go xp̄s nō satis in se habet/dotis ad placendū? Alieno ergo et
ipse vt placeat indiget adiumēto? Si nō eius obtētu solius ob
tēperaf ipsi: quō erit ei⁹ pfecta dilectio? Diligā te bone Iesu:
diligā te virt⁹ mea: quē nō possum gratis diligere: nec possum
tn̄ satis diligere. Dirigant in te ex integro studia mea: nec alie
no deducant ⁊ distrahant affectu. At q̄ exigua sunt. etiā cū in-
tegra sunt in te studia nostra: quō ergo diminuā qd cū integrū
est/tā exile est? Totus in te deus bone ex desiderio ferar. Tra
he me tu in teipm: vt nullo indigeā timoris impulsu: sed pfecta
charitas

Ephe.v.

charitas vsum ei⁹ excludat. Quid igit: nō sunt metuēda eterna supplicia? Metuenda plane sunt: ⁊ cauenda. Nemo em̄ vnq̄ carnē suā odio habuit: sȝ vehementior xp̄i dilecto/motu timoris non eget in affectū iusticie. Amor iste nihil tā veretur/quantū offensam: sed ꝑpter offensam: non propter penā. At istud quidē q̄diu in incerto humane res fluctuāt: et non est tuta laus hoīs in vita ipsi⁹. At cū ad veritatē post vitā fuerit introductus: huiusmodi de reliquo met⁹ cessabit: timori tertio faciens locū / q̄ prioribus quidē succedat/sed nulli cedat: ꝑmanet em̄ in seculū seculi. Prim⁹ ergo timor metuit / ne temeritatis offensam luat Secūdus ne infirmitate offendat. Tertius qđ metuat non hȝ. Quid em̄ metuat cōpleta felicitas ⁊ ꝯsūmata charitas? Timor hic de plantario orit̄ charitatis. Non audeo dicere q̄ charitas est: nec tn̄ audeo negare. Quid em̄ nisi amor esse conat̄: qui iam nescit affectū timoris? Quō non amor: qui iam pene timor esse desijt? Quanā enim ratione timor nil metuens: timorē illum tā tutū nomine impartiret̄ amoris: nisi q̄ de⁹ ipse ibi quidē amat nos: non tn̄ timori in tanta maiestate ꝑmittit̄ locus. Sed in oībus quō a charitate timor ille separabit̄? Et quid aliud est ibi timere nisi non tumere aduersus dn̄m maiestatis? Quid est timor ille nisi votiua subiectio/obedientia non coacta/vltro impensa reuerentia? Quō timor qui offendere nō timet? Nō enim valet. Sed iterum quō non timor qui offendere non audet? Et timor ergo nō videtur: q̄ nihil vel peccati vel ꝑiculi metuit: et timor manet: q̄ nihil audacter vel temere presumit. Quid est timor ille nisi reuerentia humilis ex debiti necessitate impensa / necessitate nihil passa? Est enim obsequendi necessitas/ iure cōditionis: sed necessitatē ignorat libertas dilectionis. Quid est timor ille nisi temeritatis ⁊ negligentie magis priuatio q̄ necessitatis coactio?

A

Uides quantum timor iste approximat ad charitatem? Pene illa est: sed pene nō est. Causa distat: par est affectu. Queris qua causa? Inferioris ꝯditionis respectu obsequendi ad omnem nutū tāte maiestati. Incūbit tibi iusta necessitas: sed ad causam istā charitas nō respectat: diuine maiestatis admiratione rapit̄: non ꝯtuitu infime conditionis. Ergo rationem quā timor respicit/charitas nescit causis preuenta potioribus. Causis ergo distant timor ⁊ amor: obsequio ⁊ affectu libero cognati. Primus ergo timor metuit puniri. Secūdus priuari. Tertius neutrū. Primū illū perfecta charitas exterminat Secundū ad tp̄s tolerat. Tertiū sibi indiuise collaterat. Hūc vos filie hierusalem timorē captate. Primū cauete illū quē charitas foris mittit. Media (inquit) charitate constrauit. Ubi media dicit: totū dat intelligi. Et vestri cordis mediū charitas cōsternat: charitas vestiat. Uestis hec est ⁊ ornamentum nuptiale. Que si a nuptiali exigit̄ conuiua: quāto magis a nupta? Sola ꝑoccupare ⁊ possidere vult oēs mēt; vr̄e recessus. Nolite illos degeneri ⁊ alieno cōicare affectui. Molle quidē ⁊ delicatum est stratū charitatis: molestio ne ad modicū q̄dem vult metu cōtristari (ꝑpter filias inq̄t hierusalē). Iure q̄dē. Pax em̄ multa diligentibus legem tuā. Si q̄s de indulta dn̄atur gratia: quanto magis ⁊ vos? Nā ⁊ si constat sp̄ualiū bonoꝝ magnas esse diuitias/sed charitas suggressa est vniuersas. Non mō suggressa: sȝ etiā cōplexa. Et dulcior ⁊ diues ē charitas. Deniq̄ sicut hȝ psalmus. Inter medios virtutū cleros: ⁊ in sp̄ualiū colone gratiaꝝ super stratū dormit̄ charitatis. Charitas quasi media oib⁹ collocat: ⁊ quasi melior oēs cumulat virtutes. Emulamini ergo filie hierusalem charismata meliora. Magis aūt vt charitatem habeatis: ⁊ abundanti⁹ habeatis: tote in affectū amoris transite. Totus enim amabilis est dilectus noster Iesus christus. Qui viuit ⁊ regnat in secula seculoꝝ. Amen.

Canti.iij.

Ps.cxviij.

Ps.lxvij.

Sermo.xx.

B

Ps.lxxxiij

Audistis quo inuitate sunt filie syō: sed vn̄ iubent̄ egredi nōdum audistis. Id em̄ est qđ nō exprimit littera. Unde ergo? Nūquid de syon? Sed videt̄ de⁹ deoꝝ in syō. Nō ergo de syō eas vocat/q̄s ad videndū deū vocat. At forte nō ad visionē dei/sȝ ad videndū Salomonē in dyademate quo coronauit eū mater sua. Ideoq̄ nil obstat: si filias syon egredi iubeat de syō. Sed nunq̄d non hō ille natus est in syon. Ergo si de syō euocant̄/non tn̄ vocant̄ nisi ad syon: de syō superiori ad inferiorem syon. Nec em̄ dignū aut ꝯsentaneū videtur/vt filie syō egrediantur de ea: presertim ad videndū ipsum / cuius habitatio in syon: vt qui natus est in ea. Memini disertū ⁊ eruditū quēdam virum cū sup hoc disputaret loco: dixisse. Male locate vidētur que iubentur egredi. Satis commode pro tempore dixit: ad audientium quod proposuerat vtilitatem deflectens. Mihi tamē nimis bene locate vidētur: ad quas presentis verbi hortat⁹ intenditur. Ubi queris? In reclinatorio aureo/de quo ꝑcessit sermo hesternus. Delectabilis ille locus est ⁊ vberior ad leticiam: q̄ hūana queat affectio cape. Delectatiōis nimietas seipsaȝ exhaurit: ⁊ ebibit animū voluptas exundās. Uicibus alternatur hoc gaudium: nec potest esse continuum/qđ est nimium. Bone tamen vices vbi non disce ditur a sponso. Nō datur in carne cōmoranti hereditate possidere reclinatorium aureum. Ideo iubentur egredi filie syon. Sed quomodo dicat: ne lōgius abeatis. Egredimini (inquit) et videte regem salomonem in dyademate quo coronauit eum mater sua. Non vult eas a xp̄o discedere: siue mente excedāt siue sobrie fiant. Bona sobrietas simplicitas fidei/quam intuentium possit aspectus ferre: ⁊ qua possit foueri. Felix qui hoc gradu cum descendit excipitur: ⁊ cum ascendit incipit. Ascendentibus enim hic speculationis locus primus occurrit. Bona enim speculatiōis emulatio: sed sciētia necessaria est. Reclinatoriū ad illud aureum succēderis et succingeris: locū vere speculatorium. Studium probo: sed expecta vt componam tibi gressum ⁊ gradum ponam. Specula est ⁊ specula vere sublimis: specula omnis terrene exaltationis supergressa nebulas. Inassuetus q̄d illuc saltum paras? Manibus (sicut scriptum est) nitere: vt assuescas morari in ede regis Salomonis. Interim repe: donec rapiaris. Non enim saltus sȝ ascensiones (inquit ps.) disposuit in corde suo. Erit aūt quando ascensio in saltum/magis vero in assumptionem conuertet̄. Que sunt autem iste ascensiones nisi quedam mētis purgationes? Ideo in valle lachrymarum/quoniā delicta que plorātur purgantur. Felix qui satis lauit lectulum cordis qui sufficienter plorauit/cuius completa est tristicia/cuius ad cor consolationes inspiratio loquit̄ diuina/⁊ de conualle plorationis euocat: cuius a furore iudicis non turbat̄ oculus vt videre valeat regē Salomonē tranquillo aspectu in die leticie cordis eius. Egredimini filie syon/et videte regem salomonem. Illi enim habentur digni hac leta visione qui se quadā penitētie lege cōcluserint: ⁊ discipline coartauerint custodia: quorum renuit anima consolari. Uis nosse q̄ bona sit conclusio? Ortus conclusus fons signatus. Surge propera amica mea ⁊ veni. Uides iā quomodo illam inuitat: ⁊ amicā vocat que seipsam concludere nouit? Et si cōcluse estis: nolite egredi donec xp̄s vos inuitet. Egressa est dina/non educta: et egressa est/non vt regē Salomonem/sed vt mulieres videret regionis illius. Quid inuenerit vos nostis. Uos egredi nolite/nisi quādo vos aut spōsus/aut sponsi inuitāt sodales. Egressus est lazarus cū illum dominus euocaret ad vitam. Egressus est Noe de ea que ipsum iter huius mundi fluctus illesum archa conclusit: sed ingressus est cum ei reclusit ostia dn̄s. Egressus est Abrahā de terra sua: vt repromissionis terram videret: sed vocatus egreditur. Et vos egredimini filie syon / inuitate ad felicioris gratiam visionis. Conclusus est et conclusus misere/qui beatam ad hāc visionē egredi nec nititur nec meretur. Sed vilis cōclusio: egressio libera. Deniq̄ cū fueris (inquit) ꝯuersus ad dominū auferet̄ velamen (velamē ignorantie ⁊ ignobilitatis) dn̄s enim spiritus est. Ubi spiritus domini: ibi libertas. Ubi maior abundantia spiritus/vbertas vberior. Quod cōcluditur ⁊ inuoluitur tenuē habet respirandi libertatē. Egredimini ergo filie syon: vt cū paulo dicere possitis. Nos aūt reuelata facie gloriā dei speculātes in eādē imaginē transformamur. Uisio dei/quodā est cum affectu semꝑ accipiēda. Et vere efficax est ⁊ violēta visio tua bone iesu: que intuentiū in se rapit affectus. Nonne dulcē quādā desiderij sui passus est violētiā moyses/vt trāsiret ⁊ videret visionem illā magnā? Uis accipere q̄ sit efficax? Cū exaltat⁹ fuero a terra: oīa trahā ad meipm̄. Quid vero cū humiliat⁹ fueris ad terrā: nōne oēs ad te trahis alios? Ego bone iesu resurrectiōis tue nō expecto gloriā: nec admirationē meā ascēdentis in celū reseruo potētie: sed statim in initio annūciatiōis vel natiuitatis tue voces angelice aures meas percellūt: ⁊ rumor nou⁹ stupefacit me: ⁊ ad se rapit insueta lux exorta in tenebris. Nudauisio/⁊ q̄ se in affect⁹ ꝯdignos nō trāsfert ignorātie ⁊ cecitati nō cōnumerat̄. Uultis visionem fructuosam accipere? Uiderūt insule ⁊ timuerūt/⁊ extrema terre obstupuerūt ⁊ accesserūt ait Esaias. Uidetis quos virtutū fructus dei visio pariat: timorē/stuporē/amorē. Uiderūt (inq̄t) ⁊ timuerūt: obstupuerūt: ⁊ accesserūt. Uiderūt te ad intelligētiā: timuerūt ad reuerētiā: obstupuerūt ad nouitatē: accesserūt ꝑ ꝯformitatē. Uisio ꝯprehendit: timor ꝯprimit/suspēdit stupor: rapit ⁊ vnit accessio. Illi em̄ accedūt q̄ emulatiōe accendunt̄. Uidetis animū/timor humiliat: stupor q̄si infatuat: amor ꝯglutinat. Cassa visio est: nec ꝯtēplationis digna vocabulo/que talib⁹ nō est vestita affectibus. An illum videre diffinies/qui de mysterij cognitione nō timet/ nec stupet/nec ardet? Timore sobrius sit anim⁹/ stupore absorpt⁹/ accessu cōsertus ⁊ cōsociatus. Huiusmodi virtutibus cōtēplatiōis gratia cōstat: sed stupore magis ⁊ amore. Nam stupore et admiratiōe mēs excedit: amore accedit. Nec estimāda est virt⁹ contemplatiōis/tam ex materia/q̄ ex modo. Utraq̄ attendenda sunt et genera rerum cōtemplādarum/ ⁊ gradus affectuum. Sed satius inferiori genere amplius affici: q̄ in superiore mi-

Canti. iij.

puer.xxx

Ps.lxxxiij

Canti.iiij.

C

Cāti. iiij.

Canti.ij.

Genesis xxxiiij.

Iohā. xi.

Gen. viij.

Gen.xij.

ij.Cor. iij

Ibidem.

Ibidem.

Ioh.xij.

D

Esa.xxxi.

Mat.xi. nus. Uisio hec absco̅dita est a sapientibus et prude̅tibus et re
uelata est paruulis. Ideo dicit: extrema terre obstupuerunt et
accesserunt. Quod humiles capere sufficiu̅t id magis solet affi
cere: ⁊ qua̅dam sui admirationem et amorem importare. Cum
Joh.xij. exaltatus (inquit) fuero a terra / omnia traha̅ ad meipsum. Oia
que inde sunt bone Jesu qua̅dam habe̅t allicie̅di efficacia̅: et
cogitantes sollicita̅t in affectum: sed ad omnia non possumus
omnes attingere. Sublimia solis sublimibus sunt humilia om
nibus. Que maior humilitas q̅ exaltari in cruce? Etia̅ de hoc
ait. Cu̅ exaltat⁹ fuero a terra: omnia traha̅ ad meip̄m. Efficax
ad trahendu̅ humilitas ista. Quid ni? Quis non ad simplicem
cogitatum huius rei stupore ⁊ extasi repleatur? Cuius no̅ affe=
ctum fides hec exhauriat ⁊ infatuet / ⁊ reddat insufficiente̅. Fa=
cilis ad co̅templandum locus: sed fecu̅dus ad gratia̅. Simpli=
citas fidei huius minus habet intellige̅tie: satis magnu̅ ⁊ ad=
mirationis ⁊ amoris incitamentu̅ habens. Accessabilis locus:
sed excessus dulcissimos pariens. Nolite hunc conte̅plationis
locu̅ dedignari. Non est difficilis ad recogitandum: ⁊ est diues
Gala.vj. ad gloriam. Mihi (inquit paulus) absit gloriari nisi in cruce do
mini nostri iesu xp̄i. Et quid vultis audire. ¶ Crux ipsa corona
est glorie: dyadema regni. Denique in cruce triumphauit: expo=
lians principatus: ⁊ potestates: ⁊ mu̅di principem eiecit foras.
Canti.iij. Gloriosa visio triumphi ipsius. Egredimini filie syon: ⁊ videte
regem Salomone̅ i dyademate quo coronauit eum mater sua.
Uidete carne̅ qua̅ humano sumpsit ex genere triu̅phantem in
ligno. Et felix caro qua̅ sibi christus no̅ quasi carcerem: sȝ qua=
si coronam assumpsit / q̄ fuit ornamento: no̅ oneri. Nos oe̅s in car
ne quasi in domib⁹ carceru̅ absco̅diti sumus: co̅pediti ⁊ serui=
Roma. vij. tes legi pcti. Infelix ego homo quis me liberabit de corpore
eiusd. viij mortis huius? Gr̄a (inquit) dei p iesum xp̄m. De⁹ enim mitte̅s
filiu̅ suu̅ in similitudine̅ carnis peccati: de pctō da̅nauit pctm̄
in carne. Ueritas carnis in christo: peccati pondus no̅ sentie̅s:
nobis omnibus de peccato victrice̅ palmam aduexit. Bene q̄si
diadema accipit̄: corpus immaculatu̅ / corpus triu̅phi / corpus
honoris ⁊ glorie / corpus cuius cruore peccati deletur chyro=
graphum / iusticie ⁊ salutis signatur co̅scriptio: nuptialia sunt
instrume̅ta co̅fecta. Denique hic dies desponsationis qua̅do ve=
teres repudians ritus noua ecclesie sacrame̅ta instituit / qua̅=
do in perpetui matrimonij signum ⁊ copule nuptialis de latere
ei⁹ sanguinis ⁊ aque mixtura profluxit. Hodie synagoge dedit
libellum repudij: ⁊ a priore odiosa ad posteriorem dilecta̅ tra̅si=
Ephe.v. uit. A veteri transiuit ad nouam: quam sibi ipse exhibuit glo=
riosam no̅ habente̅ maculam aut rugam / aut aliquid huiusmo=
di. Nouitatis signu̅ est q̄ ruga caret. Explicuit christus littere
rugas / ⁊ quod inerat nouitatis eliciuit. Quid vultis vos syon
et synagoge filie rugas co̅trahere / quas xp̄s explicuit? Nouis
F supernuenie̅tibus: quid veteribus adhuc gloriamini. ¶ Egredi
mini filie syon de cauernis littere: de angustia ⁊ ignobili intelli
ge̅tia. Egredimini ⁊ videte regem Salomonem in dyademate
quo coronauit eum mater sua. Corona nobis est icarnatio: qua̅
Ps̄.lxiiij. vos putatis contumeliam. Et videte iam quomodo benedixit
corone anni benignitatis sue / quomodo campi ei⁹ repleti sunt
vbertate. Uidete coronam: videte ⁊ copia̅. Coronam victorie /
virtutu̅ copiam. Unde hoc nisi quia granum frumenti cade̅s in
j.Joh.v. terram mortuum fuit: Denique hec est victoria que vincit mun=
dum fides nostra. Et ipsa credentium multitudo corona est et
ornamentum christo. Eris (inquit) corona glorie in manu dn̄i
et dyadema regni in manu dei tui. Nunquid hoc dictum vobis
vsurpatis: an no̅ per vos nome̅ dei blasphemat̄? Egredimini fi
lie syon: ⁊ videte q̄ gloriosus sit deus in sanctis suis: si forte vi
sio hec ad emulationem vos deducat: et de solitudine vestra
Ibidem. ad ecclesie frequentiam transire faciat. Et si deserta fuisti sed
non vocaberis (inquit) vltra derelicta: et terra tua non vocabi=
tur amplius desolata. Sed iam desistam⁹ ad eos qui forte sunt
sermonem proferre. Ipsi potius videre delectemur quomodo
iam pinguescunt speciosa deserti: quomodo credentium coro=
j.Thes.ij. na xp̄s i ecclesia cingitur. Que est spes nostra ⁊ corona glorie:
Ezechiel nonne vos ante deum? Si paulus hoc dicit quomodo no̅ magis
xxxix. xp̄s? Uiuo ego dicit dn̄s: q2 his omnib⁹ velut ornamento vestie
G ris. ¶ Aduertisti quomodo crede̅tiu̅ agmina ornamentum esse
xp̄i in ecclesia diffiniat. Quare no̅ ⁊ corona sunt? Sed corona
habet qua̅da̅ insigne̅ ⁊ illustre̅ pre ceteris ornamentis dignita=
tem: q2 cetera cu̅ sint corporis: ista est capitis. Et ipsa ratio ad
ei⁹ aliqd co̅me̅datione̅ affert. Sole̅nib⁹ tn̄ vius ei⁹ est acco̅mo
dat⁹ feriis. Iam erecta̅ video alacritate̅ vestra̅: ia̅ ad vos hui⁹
verbi interpratione̅ deflectitis. Iam vestru̅ in corone preroga=
tiua intelligitis priuilegiu̅: q̄ puriores estis vite ⁊ pfessio̅e astri
cti: ⁊ exercitio instructiores indefessi studio et ocio festiui. Iure
dyadematis ce̅set̄ noie: quos ia̅ no̅ ta̅ pugna sollicitat: q̄ triu̅
phus letificat: qb⁹ no̅ est colluctatio aduersus carne̅ ⁊ sangui=
nem: q̄ serpe̅tis ia̅ caput no̅ obseruant: sȝ xp̄i exorna̅t. Uos estis
corona xp̄i ⁊ gaudium: ⁊ ideo sicut cepistis / sic state charissimi:
sic state in dn̄o: immo sic capite dn̄m. Sublimis locus est: nihil
illuc vilioris afferte materie. Uidete vocatione̅ vestra̅: videte j.Cor.j.
que̅ estis iesum assumpti. Nihil feni: nihil ligni: nihil stipularu̅:
in dn̄i velitis dyademate texere. Nihil denique qd̄ igne̅ mereat̄
vel vereat̄. Spine co̅plexe igne co̅burentur. Noli emulari in ma Ps̄.xxxvi.
lignantib⁹: neque zelaueris eos q̄ spinea̅ capiti regis nostri impo
suere corona̅. Tale dyadema no̅ honore̅ sȝ horrorem adducit.
Horret xp̄s magis asperitate̅ [illegible] lingue stimulos: q̄ aculeos
spinaru̅ / in his presertim qui in sile̅tij vocati sunt simplicitate̅ /
in charitatis negociu̅ / ⁊ ocij quiete̅ / in humilitatis scholam / in
subiectio̅is votu̅ ⁊ vinculu̅ vnitatis. Sed non est bonum vincu
lum quando sibi mutuo confedera̅tur: ⁊ in aliorum obtrectatione̅
dexteras conserunt / iudeoru̅ more dicentes. Tollamus iustum Sap.ij.
quia inutilis est nobis: ⁊ contrarius operibus nostris. Uos au
tem emulamini pacis bonu̅ in bono semper. Denique species co=
rone quodda̅ vnitatis prefert iudiciu̅. Non sola corone est esti=
ma̅da materies / sed ⁊ forma pulchre intelligentie ratio̅es eius
administrat. Ea enim est corone species q̄ et in orbem coheret
⁊ in altu̅ se erigit. Uis habere coherentiam qua̅dam co̅munem
⁊ idipsum? Crede̅tium (inquit) erat cor vnum et aia vna. Quis Act.iiij.
huius vnitatis finis? Propter spem vtique que pposita est in ce
lestib⁹. Iam ergo habes cohere̅tia̅ in vnitate: erectione̅ in spe.
Et apl's. Galea̅ (inquit) salutis assumite. Et bene de galea in= Ephe.vi.
troducta est mentio: eo q̄ habeat qua̅dam cum corona vicinia̅.
Nam vtraque capitis est: sed altera munime̅tum / altera orname̅=
tum. Ideo nihil impedit spe̅ ad vtra̅que referri: spe em̄ salui facti Roma.viij
sum⁹. ¶ Ista nunc de forma perstricta sufficia̅t. De materia qd̄ D
queritis? Ipsi em̄ scitis q̄ fragilem ⁊ obscura̅ materia̅ dedigna
tur locus sublimis. Auru̅ vult ⁊ lapides preciosos. Posuisti em̄ Ps̄.xx.
in capite eius corona̅ de lapide precioso. Aureas in apocalipsi Apoc.iiij
coronas legis. Preciosa materies / siue solum sit auru̅ / siue q̄da̅
auri gemmaru̅que mixtura. Sed nescio quid maioris gr̄e signifi=
care videt̄ q̄ auri mentione sublata de lapide (inquit) precioso Ps̄.xx.
posuisti in capite ei⁹ corona̅. Et adhuc excelle̅tiore̅ vobis de=
monstro materia̅. Apparuit signu̅ magnum in celo / mulier ami Apoc.xij.
cta sole / ⁊ in capite ei⁹ corona stellaru̅ duodecim. Apostoloru̅ Dan.ij.
tibi ⁊ numero ⁊ specie chorus mo̅stratur. Qui enim ad sapien=
tia̅ erudiunt multos / quasi stelle splendent ad perpetuas eter=
nitates. Hec corona fratrum stetit in circuitu Jesu / sicut scri= Apo.xix.
ptu̅ est. Et in apocalipsi: dyademata multa in capite sponsi: fm̄
diuersitate̅ gr̄aru̅ ⁊ graduu̅: sed illud precipuu̅ quo coronatus
est in die desponsationis sue: in die quo sibi in discipulis despo̅
sauit ecclesia̅. Desponsauit eam in fide / despo̅sauit eam dando
in cordib⁹ eorum arra̅ ⁊ pignus ⁊ primitias spiritus. Et despo̅=
satio dicitur participatio spiritus / qua̅do adherens deo ia̅ no̅ j.Cor.vj
duo sed vnus spirit⁹ est. Denique ⁊ ipse est homo qui reliquit pa Ephe.v.
trem ⁊ matre̅ ⁊ adhesit vxori sue / ⁊ facti sunt duo in carne vna.
O beatu̅ commercium facta es cum sponso in carne vna: ⁊ ipsa
cum sponso in vno spu̅. Quomodo oportuerat de tali te gaude
re coniugio fidelis anima: quo̅ letari ⁊ die̅ festu̅ agere? Indue= Esaie.lij.
re induere vestime̅tis glie tue ciuitas scta̅: sponsa agni: gaude
⁊ letare syon adiuncta xp̄o. Quomodo tu no̅ gaudebis: cu̅ gau eiusd.lxij.
deat ipse? Gaudebit sponsus (inquit) super spo̅sam: ⁊ gaudebit Ca̅ti.iij.
super te deus tuus: sed qua̅do gaudio? In die (inquit) despon=
sationis ei⁹ ⁊ in die leticie cordis eius. Non leue̅ dedit intelli= Puer.viij
gi leticie motum / que̅ esse cordis expressit leticia̅ dico / delicie
(inquit) mee esse cum filijs hominu̅: q̄ care tibi Jesu bone con=
sta̅t ille leticie. Non gratis eas possides: quas carnis passione̅
comparasti. Ideo cordis tantum hanc dicit leticiam. Iniuria
est sponsi: si ipse letatur et tu non ex corde applaudis: non gra=
tularis: non gaudes. Uel fastidij vel despectionis instar est cum
gaudente non gaudere ⁊ hoc in desponsationis die. Affectum
tuu̅ cui⁹ alliciat species: si non eius qui speciosus est forma pre
filijs hominu̅? Gaude̅s gaude in domino: ⁊ exultet anima tua
in sponso tuo in deo tuo: q̄ si de⁹ no̅ esset: et homo purus esset:
qua̅tas tn̄ haberet in se amoris illecebras homo talis: tot gra
tiaru̅ abunda̅s munerib⁹. Na̅ si a radice co̅ceptionis eius rece̅
sere ceperis tot⁹ tibi stellat⁹ videbit̄ iuxta co̅ditione̅ humana̅
ta̅ singularitate q̄ excelle̅tia virtutu̅: ho̅ innoce̅s: ipollut⁹ se=
gregat⁹ a pctōrib⁹: vt interim silea̅ q̄ excelle̅tior celis fact⁹ est
infirmitatib⁹ nostris pote̅s co̅pati / te̅ptatus per oia p similitu=
dine absque pctō. Diffusa est gr̄a in labijs eius / mia in viscerib⁹: Hebr.vij.
virtus in manib⁹: co̅uersatione singularis / sermone co̅munis:
prudentia in responsis: vita in verbis. Quid ergo q̄ co̅cept⁹ est
ex fide: natus ex virgine / no̅ consumptus est in morte: ⁊ assumpt⁹
in gloria? ¶ Reticeo nunc crede̅tium numerum ⁊ merita popu I
loru̅ quos misso spiritu sibi in fide ⁊ charitate sociauit. O vere
magnum pietatis sacramentum christus: sacramentu̅ amoris:
qui manifestatus ⁊ infestatus est in carne: iustificatus est in spu̅ j.Thi.iij.
apparuit angelis / p̄dicatus est gentibus: creditus est mundo:
assumptus est

assumpt⁹ est in gloria. Quis det mihi istas discurrere ꝛ recurrere frequēter ꝑ lineas ꝛ ꝑ singulos virtutū ꝛ operū gradus dicere dñe quis similis tui: Quis mihi det vt scribant sermones isti in corde meo/vt exarentur stilloꝛ quasi in silice scribant vt nō deleantur: Bonus stilus digitus tuus domine: digit⁹ quo scribebas in terra archana verba quorū virtutē calūniātes ferre nō poterāt. Inclina te ipsm de⁹ meus: ꝛ et incide in corde meo legis tue tabulas. Lapideū est coꝛ meum: sed durum lapidis nature obliuiscitur: ad digiti tui impressionem facile cedens/ vbi tu incidis. Sed iam multa diximus pro eo quod opoꝛtebat sponsam letari et gaudere in die desponsationis sue ꝛ in die leticie coꝛdis sui dilecti. Magna in hac die leticie ratio: ꝛ q̄ coꝛdis ꝛ affectus humani fines excedat. Nec est huc peregrina inducēda leticia sed diei isti sufficit leticia sua. Pulcra es domine: ꝛ directus est ad nos spūs tuus/spūs suauis. Humanas tibi animas ꝑ fidem ꝛ amoꝛem quodā sponsi associas affectu: et de cōuersione letaris. Durū coꝛ quod sibi leticie huius materiā subducit: occasionē attenuat: imminuit rationes. O me impudentem et ingratum si non ego talem diligam: tam absolutum a coꝛruptione et tanta circa me astrictum compassiōe: necessitate non obnoxium ꝛ pietate obnixum. Diligam te dulcis domine: ꝛ si non pro me/pro te tātum: vt tuo satisfaciam desiderio: deliciarum tibi causas subministrem: argumenta leticie: in die desponsationis ꝛ in die leticie coꝛdis tui.

¶ Sermo.xxi.

A Et vos audeo ꝯsidēter ad visionis huius inuitare leticiā: filie celestis syon hierusalem q̄ in celis est. Vos vere ꝛ plene filie syon: qui semp intuemini faciem patris. Vos inq̄ multoꝝ milium angeloꝛum frequētia/vos inuito et voco. Egredimini ꝛ videte: egredimini de recōdito illo sinu intime visionis de secreto lucis inaccessibilis. Nouum vobis terra nostra prestat spectaculū. Nouū enim facit domin⁹ super terram. Ab eternis ad terrena vos prouoco. Mira hec inuitatio: sꝫ nescio quo pacto eterna illa q̄ in seipsis semp et noua et miranda sunt: in eo quod factū est in terra nouū: noua magis ꝛ mirabiliora refulgent. O beata hec in terris nouitas tempoꝛalis: que antiquā illā ꝛ eternā nouitatem angelicis in aspectib⁹ amplius innouauit. Nouū faciet dominus sup terram: femina circūdabit virū. Quem virū: Ecce inquit vir/oꝛiēs nomen illi. Oriēs splendoꝛ lucis eterne/femineo/sed virgineo circūdat vtero: et carne vestit. Hoc est illud nouū q̄d ipa sui nouitate nimia credulitate obstrueret: si non esset in auditis prius signis fides elicita. Deniq̄ inter tot ꝛ prophetarum ꝛ prodigioꝛum manifesta testimonia: ad nouitatem istā adeo quoꝝdā sensus obstupuit: vt dū nouitati fidem abrogant/signis euidentissimis non accōmodēt credulitatem. Sed q̄d vos ad egrediendum inuito: qui ipsas etiam vbiq̄ preuenitis et instruitis apostolos: Vbiq̄ sedulissimi estis et admiratoꝛes et annunciatoꝛes nouitatis isti⁹. Angelus concipiendum nunciat marie: natū pastoꝛibus angelus nūciat: immo ꝛ ipsis angelis: non tantū pastoꝛibus angel⁹ nūciasse videt. Unus predicat: alii applaudūt. Facta est inquit cū angelo multitudo celestis exercitus: laudantiū ꝛ dicentiū gloria in altissimis deo. Unus annūciat quod alii eque nouerant: ꝛ tamen quasi nouū ꝛ recens audiūt: quod illis ignotū esse nō poterat. O beata hec nouitas/que angelico gaudiū prestat auditui: et vt sic dicam delectat illos ab alio audire/et quasi discere/quod eos ab initio ipsa veritas edocuit. O humilis ꝛ indefessa deuotio: ꝛ ad deum/ꝛ ad inuicem. ¶ Est hic aliquid q̄d nos vtinam obseruemus: immo ꝛ seruem⁹. Quid illud. Ut angelico exemplo humilem ꝛ attentum prebeamus auditū alieno sermoni: etiam in illis que non ignoram⁹. Non tamen alienus est q̄ de celo est nisi nos a deo alienos reputauerimus. Et si alienus est: auctoꝛitatem illi tribuit diuina materia. Nota fastidire: aut curiositatis est/aut contumacie signū. Angelici spiritus q̄b⁹ a principio innotuit sacramentū incarnationis/ non abstinent ab admiratione nouitatis huius exhibitione: ꝛ antiqua cognitio: non modo visione noua/sed nouo gaudet ꝛ letat auditu. In tēpoꝛū fine egressus est christ⁹: ideo egrediuntur ꝛ ipsi. Et egressus eius a dieb⁹ eternitatis. Sed in tempoꝛum fine de vtero eius egressus est que circūdedit eum femine. Ideo egrediūtur celestis filie syon admirature in completiōe quod semper admirate sunt in expectatione. Angel⁹ in annūciatiōe: angel⁹ in natiuitate: angel⁹ in baptismate: angelus apparuit oꝛāti: testis est resurgēti: astat ascēdenti: q̄ vehementer tunc amatoꝛes fūt: tā seduli annūciatoꝛes ꝛ indefessi admiratoꝛes. Per omnes hui⁹ sacramenti grad⁹ circūeunt et immolant hostiam admirationis/hostiam vociferatiōis cantāt ꝛ psalmū dicūt domino. Et omnis hec veneratio extrinsecus exhibita est: absq̄ ea q̄ intrinsecus latet. Et si nouū fecit domin⁹ super terram: celos tamen nouitatis huius odoꝛe repleuit. Femina circūdabit virū: quomodo circūdat coꝛona caput. Caput em ecclesie christ⁹. Glorīosus plane in illo splēdoꝛe glorie ꝛ paterne figura substātie: sed superaddito nostre quodam velut fuco nature/ꝛ coloꝛe inducto: dū sublucet plus placet. Nec illis tantū qui secus ferre nō poterāt: sed in his etiā q̄b⁹ pure se splendoꝛ ille refundit. Hec aūt dico q̄ dignatio hec ipsa qua voluit incarnari: quendam videtur attulisse decoꝛem dignitati maiestatio. ¶ Quomodo em̄ non plus placebit humiliata sublimitas/ exinanita immēsitas: ꝛ diuinitas incarnata: Ista varietate q̄d pulchri⁹: Uarietatem dico: contrarietas videtur: eo q̄ ad contemplandū pulchꝛioꝛ: quod hec sese contraria non impugnāt: sed cōgruūt sibi. Mirabilis in se diuina simplicitas: sed. vt sic dicam multo hec compositio mirabilioꝛ quia nouioꝛ. Nō possum mixture hui⁹ artē satis mirari: ꝛ puto nec angeli. Et q̄dem illis mirādi ratio maioꝛ: quib⁹ diuine nature mera simplicitas sinceri⁹ innotescit. Illa incōparabiliter mera est: ꝛ ideo mixturam hāc mirabilioꝛē reddit. Que nā hec mixtura: cū sua cuiq̄ nature cōstet integritas: Nā nec alterutra in alterā trāsit: nec ex vtriſq̄ quasi tertia ꝛ noua quedā consistit. Nouū tamē est q̄ in vna persona cōueniūt. Contēplatio vtraq̄ quedā velut cella vinaria. In istā introducti sunt angelici spūs: cellam nectareā maiestatis eterne: immo a conditionis sue initio positi. Iā nūc in tempoꝛū fine hec nostra in terris cella mustū nouum eructat. O promptuaria plena: promptuaria exundātia ꝛ eructantia et hoc in illud. Egredimini filie de cella vini meri: ad hoc mustū q̄d miscuit sapientia in cratere nouo. O calix inebriās q̄ preclar⁹ es/ꝛ ideo claritate inebriās. Liquoꝛ etern⁹ nouo huic infusus calici/maioꝛe cū charitate haurit q̄uis cū claritate tēperata idcirco ꝛ am⁹ ꝛ esse debet intemperat⁹: quis enim se ab amādo temperet/quādo nostre se capacitati cōtemperauit immensa maiestas: O calix non hominū tātum/sed et angeloꝛum mēteꝰ inebriās. ꝛ in se a cōtēplatiōe mere diuinitatis mixtura hac noua cōuertēs. Egredimini filie syō de copia illa vini meri ad hūc calicē tēperatū. Egredimini ꝛ gustate/q̄ suauis ē dñs. Ibi suauitatis diuine simplex natura prospicit: hic suauitatis et⁹ visus ꝛ inditia ꝑponūtur. Ibi in se videt: hic in effectu suo: hoc vltimo in genere: vtrūq̄ mirabile est: ꝛ nescio q̄d magis mirer in ꝑsona naturarū cōpositionē an cōpositiōis causam: q̄d iā in vnitate diuine essentie tres esse miramur ꝑsonas: Plures iā ex integro in vna ꝑsona naturas mirare: q̄d non hic ad cōtemplādū suaue q̄d quē nō afficiat. ¶ Deniq̄ ad admirationis cumulū causa accedit. Causa nec ꝯsequētia ratiōis nec saluationis efficacia caret nec grā ꝯpassiōis. Uis audire ꝯsequētiā: sicut i adā oēs moriūt/ita ꝛ i xpo oēs viuificabūt. Et idē. Sicut ꝑ vni⁹ inobediētiā petōꝛes ꝯstituti sunt multi: ita ꝛ ꝑ vni⁹ obediētiā iusti ꝯstituunt multi. Quid ꝯsequēti⁹: Magna ꝯsequentia/sed ex parte sufficiē/efficacia maioꝛ. Deniq̄ ꝛ si abundauit delictū/supabūdauit ꝛ grā. Ubi delictū ibi seductio ꝛ fallacia intercessit: ꝛ ideo non omni ex parte volūtariū videt. In grā vero nihil nō ex ꝓposito/nihil nō ad libitū. Quomō ergo non efficaciora sunt voluntaria bona q̄ velut aliq̄ ex parte coacta mala: Et vere efficax grā ꝛ artificiosa. Nescio q̄d magis mirer artificiū coactiōis: an efficaciā saluationis. Utrumq̄ in beneficio gratum est: ꝛ voluntas ꝛ euentus. Adde ꝛ tertiū/ modum ipm ꝛ rationē. Nihil voluntate hac affectuosi⁹. Que dilectio maioꝛ q̄ vt ponat q̄s aīam suā ꝑ amicis suis: At hoc fecit ꝑ inimicis ꝛ inimici erāt in seipsis ꝛ amici: q̄ ante mundi constitutionem dilecti: Quid operis huius euētu vberius: Larga effusio spūs super omnē carnem satis manifestet. Effusio sanguinis xpi: spiritualē nobis effusionem impetrauit. Quos lauit sanguine suo/ quomodo non ꝑfunderet spū sancto suo: Ideo prius inūdauit/ vt essent super quos altius postea spūs inundaret. Ad ordinem q̄d consequentius: Coartoꝛ in huius materie consideratiōe: et quid potissimū ad contemplādum e tribus eligā ignoꝛo: pietatem/an prudentiā: an prouentum: Certāt hec inter se in ꝯtēplatiōe nostra/ꝛ cum in alterā partem intēdit ꝛ in alterā trahitur. Blādiunt hec mihi: ꝛ affectiōe diuersa ꝑmulcēt. Inardesco stupeo: gaudeo. Gaudeo ꝑ vtilitate: ad prudentiā stupeo: inardesco ꝓpter impēsum mihi pietatis amoꝛē. ¶ Quid ista dispartio: Cōfundūtur hec inter se ꝛ in vno quoq̄ genere permiscētur frequēter. Nā ꝛ modus ꝛ commoditas ꝛ affectio: sine malis sic dicere: prudentia/prouentus ꝛ pietas: hec (inq̄) tria siue simul/siue sigillatim considerata animum ad se meum ꝛ trahunt citius/et tenent diutius: et quādam in admirationem ꝛ exaltationē cōuertūt. Matris ecclesie fides taliū varietate virtutum eius dyadema contexuit. Hunc ibi numerum: hoc pondus: hāc mensuram assignant. In ordinis ratione ꝛ consequentia numerus deprehenditur et concoꝛdie modus. In pondere pietatis affectus vehementioꝛ. Et vere vehemens pondus gratie: de celis ad terrā maiestatem immēsam deducens. Immensitas hec omnē incomparabiliter excedens creaturam ad mensuram se

Ps.xxiiii. Ibidē.xxxi. Zach.vi. Luce.i. Eiusdē.ii. Ibidem. Mich.v. Luce.i. Eiusd.ii. Eiusd.iii. eiusd.xxiiii. Eiusdem xxiiii. Actu.i. Ephe.v. Ps.cxliiii. Ps.xxii. i.Coꝛ.xv Rom.v.

A B C D E

cõtraxit:mensuram pertingendi vsq ad nos. Nõ enim quasi nõ condescendens ad nos superextendit seipsam: sed in mensura nobis distillat dona spiritus. Mensuram interpretor in effectu virtutum munera. Ad mensuram enim dat nobis deus spiritũ. In mensura cõtra mensuram. In mẽsura gratie: cõtra mensurã iniusticie. Nam sicut abundauit delictũ/abũdauit ꝛ gratia. An non hec mensura contra mensurã? Certe ꝛ supra. Superabũdauit enim ꝛ gratia. Nunquid tantum super mẽsuram delicti? Nõ vtiq tãtum sup mẽsuram delicti: sed etiam super mẽsuram gratie. Et econtra ꝛ supra mensuram iniusticie abundat gratia: et supra mensuram gratie: sed non cõtra abundat gratia. Ubi em̃ vna abũdat necesse est ꝛ altera superabundet: ꝛ detur abundãtius abundanter habẽti. Mensura hec mensura bona ꝛ conferta ꝛ coagitata ꝛ supereffluens. Superfluitas videtur/ quando non tantũ necessaria suppetunt. sed ꝛ exuberãt voluptuosa. In donis spũs quedam expediunt: quedam decent/ quedam delectant/ sanant/ exornant/ exhilarãt. Quomodo non supereffluũt que sic excrescunt? Sed hec sufficiũt de numero ꝛ mensura et de pondere dyadematis quod salomoni regi mater ei⁹ composuit. Quoddã em̃ quasi sertũ glorie cõfert: dũ coaptat qđ a nobis assumpsit/ ꝛ qđ nobis exhibuit. Uidetis qđ hoc dyadema dotib⁹ gratiarũ consistit: sed qđ de gratijs ad dyadema? Dabit (inquit in ꝓuerbijs) capiti tuo augmenta gratiarũ. Pater dat: et mater coronat. Ipsa coronat quia credit/ quia ipa circũdat/ ipsa coronat. Mater ecclesia seipsa te iesu bone exornat: seipsa te vestit: seipsa te calciat ꝛ coronat. In perfectiõe calciamẽtum est/ in perfectiõe corona. Mira mutatio vbi excusso puluere si quis adheserat de calciamento corona efficit. ¶ In die despõsationis ꝛ leticie. Uide ordinẽ. Unus dicitur desponsationis ꝛ coronatiõis dies. Si istud scis beatus es si sequaris. Cõuertis ordinem si vis prius desponsari ꝙ coronari si prius vis ad iocunditatem et quietem deuinciri christo ꝙ cum christo vincere. Anticipatio quidẽ beata: sed nõ ordinata: si ante triumphũ thalamũ tibi optas collocari: si ante laborem presumis leticiã. Unus est his tribus cõstitutus dies/ dyadematis: desponsatiõis ꝛ leticie cordis. Et quid est cor Salomonis nostri? Uos (inquit) estis corpus christi/ et mẽbra de mẽbro. Felix plane quodcunq membrum capitis huius: sed qui cor est eius: de precipuis est. Et vide si non cor eius qui quodam in ventre secretorũ dei fouetur: in vitali affectionum calore: in medio meditationum. De corde enim cogitationes/ nõ operatiões exeunt. Iure ergo cor est/ qui in medio spiritualium locatus est cogitationum: in pinguedine gratiarum: in quodã vẽtre veritatis: in vtero sapiẽtie/ cuius in typo salomon ponitur. Et quidem vna eadẽq vel ecclesia vel anima: ꝛ corona est/ ꝛ cor: ꝛ sponsa. Corona in capite: sponsa de latere: cor in ventre. Corona in summo: sponsa in proximo: cor in intimo. Quid hic nõ optime collocat? Quid nõ festiue? Egredimini hinc nostre filie syon et videte/ vt et vos trãseatis in affectum cordis huius: in sponse gratiã/ in dyadematis speciẽ. Nolite nomine quasso gloriari. Estote qđ esse dicimini speculatiõis filie. Usus ipse attestet nomini. Festus em̃ est desposationis iste dies ꝛ dei susceptione dign⁹: ꝛ ab hoc ad festiuiorẽ qui nuptiarũ est dies pertingitur/ in quo non datur libellus repudij: non intercedit diuortium non abit vir via longissima/ ne breuissima quidem: sed est semper in domo sua spõsus christus Iesus. Qui viuit ꝛ regnat cum deo patre ꝛ spiritu sancto: per omnia secula seculorum. Amen.

Marginal notes (left column): Puer. iiij. — F. — Canti. iij. — j. Cor. xij. — Mat. xv.

¶ Sermo. xxiij.

Non vertetur ne suis intumescat laudibus ꝛ humilitatis iacturã faciat/ cuius ipse sibi pulcritudinẽ cũ expressione tanta sponsus cõmẽdat. Frequenter ex multo placendi desiderio subest metus displicẽdi: ꝛ ꝓpensior deuotio conscientie securitatẽ imminuit ꝛ furat. Quid ergo mirũ si sponsus applaudit illi de pulchritudine affectumq blanda allocutione demulcet quẽ met⁹ inuexerat? Quanam em̃ ratiõe deformitatẽ nõ vereatur suã hominis anima quelibet: que nostri Salomonis in matrimonium asciscitur? Audiuit illũ in dyademate suo/ in die despõsatiõis ꝛ leticie cordis: in illa abysso glorie: solito festiuiorẽ: poteratq iure veteri repulsam si deformitatis ꝛ abiectionis sue respectaret ad causã. Oportuit itaq vt securior reddita resumeret animum: ꝛ infusa alacritas mẽtis faciẽ viuido quodã colore ꝑfunderet. Nã totius vite ꝛ operum pulcro vultui plurimum adijcit mẽtis hylaritas: ꝓpterea in hũc modum amicam sponsus alloquit: ꝙ pulchra es amica mea. Similia fere dicta sunt supra in precedentibus: vbi sic legitur. Ecce tu pulchra es amica mea/ ecce tu pulchra. Idem pene videtur. Ecce tu pulchra es: et ꝙ pulchra es. Utrobiq pulcritudo ꝑdicatur ipsius: ꝛ iterata cõmẽdatio confirmationẽ declarat. Sed quãtum ipse aduertere possum aliquãta hic innuitur distinctio. Nã vbi dicit. Ecce tu pulchra: agit tantum de pulchritudine: hic vero de nimietate pulchritudinis: ꝙ pulchra es amica mea/ ꝙ pulchra. Ibi simplex attestatio quasi subito deprehense pulchritudinis: hic autem admiratio nimietatis. Ibi attestat ꝙ pulchra: hic obiectatur ꝙ tam pulchra. Hic enim maiore pronunciatur cũ pondere affectuq mirantis: ꝛ prolatiõis modus motũ oblectate mẽtis declarat: ꝙ pulchra es amica mea/ ꝙ pulchra. Et qdẽ in processu cãtici profectiora ad spõsam dici oportuit. ¶ Hec a nobis de similiũ distinctione verboꝝ. Nã que sup pulchritudine spõse interpretãda fuerant/ copiose ꝛ accurate suis explicata sunt locis. Et que vir (vtrũ eruditior/ an eloquẽtior nescio) suis disputauit in homelijs: nec minimo (vt sic dicam) digito decuit a nobis ad discutiendũ attingi. Hoc vero nõ negligẽter attendẽdũ ꝙ post generalẽ cõmẽdationẽ pulchritudinis particulatim amicã depicturus: loco primo ab oculis orditur: prudẽter qdẽ/ qm̃ si simplex oculus fuerit: totũ corpus lucidũ erit. Et ideo columbarum cõparat oculis: vt iuxta euangelij doctrinã suam amicam simplicem doceat sicut colũbam. Deniq vniuersum corp⁹ operationis: simplex illustrat ocul⁹ intentionis: ꝛ facit vt corã deo luceãt opera/ que per se corã hominib⁹ poterãt lucere. Nã qñ foris bonũ lucet opus. sed operis bonitatẽ non intẽdit animus: quasi corpore claro oculus cecat: opera quidem ipsa aliquotiens in genere suo bona sunt ꝛ alijs cõmoda: sed operũ bonitas in actorem non refundit: ꝙ simplicem oculũ in ipsis non habet. Ideo tenebrosa sunt: ꝙ intentiõis sincere lumine carẽt. Bon⁹ itaq simplex ocul⁹/ non habens vllam partem tenebrarũ: conuersatiõis corpus totũ serenãs. Aut tot⁹ enim tenebrosus est ocul⁹: aut totus lucid⁹: aut habẽs aliquam partem tenebrarũ admixtam. Totus tenebrosus est: cũ operi malo propter malũ intẽdit. Tot⁹ lucidus: cũ operi bono non nisi ꝓpter bonũ intendit. Cũ vero in opere bono non tantũ in ipm̃ bonũ: sed etiã in aliũ aliquẽ finẽ intentio dirigit. vel cũ in opere non bono/ qđ inesse credebat bonũ/ errãdo diligit aliqtr parte oculus caligat: et non est mera simplicitate purus. Quid cũ opus bonũ pretendit et non ipsum bonũ: sed aliud totũ intenditur. Ocul⁹ ne iste tenebrosus dicet ex toto: an ex parte caligans? Mihi qdem magis tenebrosus ex toto videt. Nam et si lux deputet in opere: nulla tamen agnoscit in intentione. Quomodo aũt intentio bona que bonũ non optat: aut quomodo simplex que sub boni velamine seipsam occultat? In oculis vero sponse vtraq commendant: et simplicitas/ et spũalitas: ideo colũbarum dicũtur. Et bene in amica sua primo lucem commendat vt sibi demonstret similem: qui et ipse dicit lux mũdi: et in quo tenebre non sunt vlle. In sex dierũ conditione lux omniũ prima creata dicit: et in describenda pulchritudine sponse lucis imprimis inducta decenter est mentio. ¶ Oculi tui colũbarũ. Quid te amicam esse presumis: que nescis oculos habere columbe? Opera quãtumcũq fuerint: si impurus est animus: de pulchritudine frustra tibi applaudis. Quomodo amica es/ que pulchra non es? Sed quomodo non es inimica que malignaris in sancto? Malignat in sancto/ qui malignantur in bono: siue in suo/ siue in alieno. In tuo malignaris bono: cum bonum ipm̃ non conspicaris. In alieno cum de bono male suspicaris. Et praua intentio/ et peruersa interpretatio: vtraq malignatio est: vtraq fellea: vtraq falsa: nihil habens cũ colũbarũ natura commune. Oculi colũbarũ sunt qui nec falli volunt/ nec fallere norunt. Nescis ꝙ sponsus tuus veritas est? Quomodo dicet tibi colũba mea/ amica mea/ ꝙ simplicitate non gaudes? Amica est veritati simplicitas: ideo cũ simplicibus sermocinatio eius. Deniq simplicitati amice applaudit dicens. Oculi tui columbarũ. Bona enim est oculata simplicitas ita simulationem excludens: vt nõ caliget in veritate. Rara hec hodie in terris auis: ꝛ si qua est ei⁹ vsq frequentia: occulta satis ꝛ latẽs in foraminib⁹ petre/ in cauerna macerie/ ꝛ desuper riuos aquarum. Quõ autem obscuratus est/ aut occultatus est oculus colũbin⁹? Quis est ꝙ seculi calliditates non sectet/ ꝙ illi se vti nõ gaudeat/ ꝙ non amet habere. aut saltem nominari in se non velit? Quis est ꝙ nõ verecũdetur oculos colũbinos: glorie se habere miluinos? Si xp̃i amicam dici te velis: quid tibi cũ prudentia carnis: que inimica est deo? An istas inimicitias euacuare conaris/ vt vtrasq carnis ꝛ spirit⁹ prudentias condas in teipsa? Modicũ fermentũ totam massam corrumpit. Quid ergo fiet vbi multũ est fermẽtum/ massa modica? Que societas legi cupiditatis ꝛ legi charitatis? Non debet illa huic esse coniuncta: quia nequit esse subiecta. Prudentia enim carnis legi dei aut repugnat ꝛ inimica est aut omnino perit ꝛ nulla est: aut resistit/ aut ex toto desistit. Potest perimi vt penitus non sit: non potest premi vt ei contemperata sit. Tuum ergo et os et cor huiusmodi exercitatum optas habere prudentia: que legi dei nõ potest vel associari/ vel subijci. Prudentia spiritus vita est et pax. Uitalis est enim prudentia spiritus visum habens vite que nunc est

Marginal notes (right column): Mat. vj. — j. Joh. j. — Rom. viij. — j. Cor. v. — Rom. viij.

mihi est et future. Prudentia vero carnis in presenti tātū exercetur vita: nullum in ea que sequit͛ habitura locum. Cupiditatis enim apud inferos/ nec opus/ nec vsus est. sed excruciatio. Ista pax est: illa litigium. Et bene pax: cui hoc est euacuari qd paci nō vacare. Talem prudētiā ad sponse pulcritudinem christus commemorat. Talis in oculis columbarum depingitur/ q̄ simplicitatem ⁊ spūalitatem redoleat: eo q in columbe figura spiritussanctus intelligi soleat. Non solet esse vacua talis simplicitas: multum enim subest latentis gratie. ¶ Oculi tui colūbarū: absq̧ eo qd intrinsecus latet. Magnum nescio qd illud est: ⁊ vere magnū: quod manifestū vel dici non debuit/ vel dici nō potuit/ nec aliquo vt gratie cetere simili figurari: sed in suspitione ⁊ coniectura sola relinquitur his qui similia forte percipiūtur. Absq̧ eo (inquit) quod intrinsecus latet: quasi non sint intrinsecus alie gratie ⁊ dona spiritꝰ. Et quō omnis gloria filie regis abintus? Denique ⁊ intrinsecus ipsi oculi colūbarum: vbi simplicitas fidei corda purificat: ⁊ illuminatos reddit oculos cordis vbi nō modo oculus/ sed totus absconditus homo cordis dicitur. Sed licet abintus omnis sit gloria est tamē gloria glorie respectu interior: ⁊ sicut in ipo homine exteriori: sic et in illo interiori alia aliis magis sunt intima ⁊ latētia penitꝰ: soli tantū nota dilecto: fortasse ⁊ aliqua etiam ipsi sunt sponse ignota: nec collatorū diuinitus ad plenū habet notitiā munerum. Quid em̄ si occultatur sublimitas dū seruatur humilitas. Secretū tuū tibi Jesu bone: secretū tuū tibi: et in absconditis spōse solus delictaris. Cur nō vel ad modicū illud (nescio qd) latēs nobis cōicas: ⁊ occultā qua delectaris figuras pulcritudinē? Plus nos ad q̄rendū allicis dum illud latere intrinsecus dicis: ⁊ curiositatē nostrā amplius irritas/ tantū silentio mysterium premēs. Plus nos dum taces trahis. O magna multitudo dulcedinis huiꝰ quā abscōdēdam indicas dū nō explicas. Quicquid illud est: latet intrinsecus: sed de latebris istis suauissimus odor aspirat. Nescio em̄ quo pacto dū illud admirabiliter dulce esse cōncio: admirabiliter dulce esse iam sentio. Sed illud pensat affectus: ad qd nō penetrat intelligentia. Conditum est hoc penes sponsam ⁊ signatum in thesauris ipsius/ soli phas est dilecto istos ingredi: ⁊ glorie latentis arcana reuoluere. Hoc autem dico q nō facile est virtutem cuiusq̧ ex indiciis diffinire. Frequēter enim exiguis extātibꝰ signis: eximia sunt que latent intus secreta. Ideoq̧ manifestas debemus sic virtutes laudare: vt hac in singulis adiectione vtamur absq̧ eo qd intrinsecus latet. ¶ Denique ipsam hāc (de qua nobis est sermo) cōmendatā in spōsa columbinā inspicite simplicitatem/ q̄ gratifica/ q̄ est in seipsa suauis ⁊ placēs: maiores tamen in se recōditos habet thesauros: ⁊ dulci est (vt sic dicā) medullata secreto. Queritis quid sit illd? Dixi iam: et si adhuc vultis audire/ ignorare me fateor. Possem plam hāc vobis commendare simplicitatē: ⁊ ad eius vos emulationem hortari: que tam inexplicabile ⁊ dulce mysterium cōtinet fortasse ⁊ confert. Id autem ipsum si fuero conatus euoluere: forsitan ad aliquid occultum et latens pertingam vel experientia/ vel coniectura. Sed nunquid illud erit cuius tam inuolute meminit spōsus in laude dilecte? Quālibet potuero occultū eruere aliquid adhuc latebit intrinsecus. Altis illud latet i tenebris/ nec nostro subiacet vel stilo vel studio. Venerabor ipsum silētium tanti mysterij. Nam cuius non est datū diffinite nosse qd sit eo q siletur: relictū est credere q aliquid singulariter dulce ⁊ sponso gratū sit: non potest inuestigari quale sit/ sed potest estimari q̄ magnū sit: vel eo ipso q verbum tam arcanū dici non licuit. Ut tn̄ aliqd dixisse videar/ ⁊ nō ex toto siluisse: ad hoc em̄ instatis: accipite quod mihi videt͛/ in hac parte vere dici posse vtrū accommodate ad presens capitulum vos videritis. Uirtutes ipse suapte natura intus in animo locate sunt: sed vsus quarūdam in exterioribus viget/ quedā vero suā in interioribꝰ exercent potentiā. Et ille quidem carnales declinat illecebras: ista vero spiritualiū deliciarū latebras amplexatur. Illa vel sollicitantes occasiōes refugit: vel insolentes affectiones compescit: ⁊ cuius interim necessario/ molesto tn̄ exercitio laborat. Ista tali delectatur materia/ que non iocūditate magis q̄ honestate precellat. Illa simplici intuitu ⁊ oculo columbino exteriores dum percurrit species vel odit/ vel despicit: ista curiosiore pspectu celestes perlustrat species: ⁊ prospectis amplius inardescit. ¶ Possumꝰ talem quādam distinctionem formare/ vt dicamus alias exteriores esse: alias interiores: alias intimas. Alie enim se a carnalibus retrahūt: alie spūalibꝰ intendūt: alie quasdam iam tenent primitias. Prime se a mundi illecebra quam cōtemnunt compescūt: medie se ad id quod spiritualiter concupiscunt adhuc cōponunt: vltime immo intime optatis auide iam vtūtur. Deus bone quātum lucis ⁊ deliciarū in illis est latebris/ quantꝰ excessus in recessibus illis? Utinam tales me concludant latebre vt illud de psalmo dicere possim. Nox hec illuminatio mea in deliti[j]s meis. Ecce nunc aliquid latēs attigi in hoc vltimo gradu: et forte vel hoc est/ vel aliquid simile qd sponsus signauit. Uolo decetero deferre mysterijs: nec em̄ fas est audaci sermone orationū arcana nudare: ⁊ minus sanctis manibꝰ lingue cōuolutas delicate sancti sanctorum reuoluere species: ⁊ reconditum manna contrectare quod aurea ⁊ vrna cōtinet/ ⁊ arca recludit. Et ipm māne nomen aliqd ostendit arcanum: ⁊ de quo magis possit queri qd est hoc: q̄ dici quid sit hoc. Et cui meliꝰ q̄ manne latēs illud comparauerim? Dulcis qdē ⁊ celestis est manna cibus. sed videris q̄ secrete reconditꝰ in vrna: in arca: in sanctissanctorum: vt curiosus ⁊ minus idoneus ab huiusmodi aspectꝰ arceatur oculus: ille qui columbinus esse nō nouit: quem non dirigit pia credulitas/ ⁊ intētio pura. Rogamus aūt vos fratres/ amplectimini sanctā simplicitatē: quietem mētis: meditationes puras: liberas orationes/ quoniam in talibꝰ vasis/ et (vt ita dicam) in arca sancte meditationis ⁊ interioris orationis vrna: diuina nobis est locata refectio/ ⁊ portio glorie de qua legit͛. Satiabor cū apparuerit gloria tua. Cuius plenitudo vitā nobis eternam conferat per Jesum christum/ cui est honor ⁊ gloria per omnia secula seculorum. Amen.

Psalmo cxxxviij. — Ps.xvi.

¶ Sermo.xxv.

Ecclesie (vt bene nostis) hec blandimēta ⁊ spūalibus eiꝰ oculis/ pcedēti disputatum est sermone. Sed q[ui]a tales sunt: nūquid rari sunt? Uide totū corpꝰ eiꝰ quomodo plenū sit oculis ante ⁊ retro. Oculi eiꝰ pphete: oculi eiꝰ apli: qui vel futura pdicūt: vel iam facta predicant. Oculi eius sunt vtrorūq̧ interpretes ⁊ doctores populorū: quorum officio spiritualia anime vel cōmoda vel scandala: ⁊ cernimus/ ⁊ discernimus. Sed nescio si oēs q̄ oculi habēt officiū teneāt ⁊ visum. Duces ceci/ nec tm̄ cecorū: sed qd indignius est ⁊ vidētium. Nonne videntur oculi habere ⁊ locū ⁊ speciē: sz virtute carere? Utinam vel id sufficeret: ⁊ virtute prouidēdi bona carerēt: essentq̧ ad cōmunes vtilitates ceci/ dū non ad priuatas arguti commoditates. Nūc aūt ⁊ ceci sunt ⁊ callidi/ hebetes ad ecclesie lucra/ ad propria acuti. Sed quomodo oculus est colūbe/ qui colūbe nō inseruit: colūbe non videt: colūbe non prouidet: qui colūbā non ducit: sed magis abducit ecclesiam: ⁊ quātū in ipso est prauis precipitat exemplis? De talibꝰ apostolꝰ loquit͛. Omnes q̄ sua sunt q̄rūt: nō que iesu xp̄i. Tales occupant locū ⁊ puertunt visum: cū e diuerso sint alij qui oculi non habēt officiū ex promotione: sed vsurpant ex presumptione. Et quidem frequens hec turba. Quē dabis nunc ex numero discipulorū: qui prelatorum opera penes se vult quodam locatus in tribunali: non carpat: non corrigat: nō castiget? Isti non iam sunt oculi membrorum: sz quidam oculi oculorū: quomodo si pēne et plume in corpore colūbe cum ipsa velint oculorum dirigere lumina. Nolo locum hunc nimis vrgere: ne vos fratres exagitare videar. Estote vestra contēti mensura: nihil omnino in corpore colūbe officio vacat: nihil caret honore ⁊ ea q̄ abscondita sunt: abundātiorē habēt honorem. Denique ⁊ capillus sponse: suus est honos. Si em̄ in oculis prelati: in capillis qui sunt intelligēdi nisi discipuli: ⁊ boni discipuli q̄ se capillorū more tractabiles ⁊ flexibiles exhibēt ad omnē nutū magistri: sicut ad motū venti: qui graciles ⁊ spūalibus extenuati disciplinis pene sine corpore sunt: ⁊ penitus sine carne ad omnē insensibiles iniuriam: vt nec tondētis instrumēti sentiant lesionem: in hoc tn̄ passionis sustinētes molestias: si a capite cui inheserūt contingat euelli. Reliquo em̄ mortuo corpore: vitalē ibi tantum sensum retentant. vbi capiti de quo oriūtur iūguntur. Aut ipso vicini cerebro vbi sapientie dicit͛ recessus: quasi ad intima ipsius arcana nituntur intrare: quibus hoc eradicari et quasi inde euelli videt͛: ad exteriores qualibet occasiōe curas vocari. Nam qui inde sine sensu doloris effluūt: quomodo ibi aut nati: aut radicati credētur. ¶ Denique q non decidant capilli sponse: sed assurgāt. Audi quid sequit͛. Capilli tui sicut grex caprarū que ascendūt de monte galaad. Quasi grex caprarū: eo q in sublimibus pasti ⁊ positi ⁊ tēdentes semp ad alta vt capre: altum tamē nil sapiunt: sed carnalis consciq̧ sunt infirmitatis. Elatio nāq̧ ipsa descēdit: ascēdit humilitas. Ideo quasi capre q semp ⁊ alta petant: ⁊ ad infirma sua respectent. Et bene de monte galaad ascendunt: sed tamē non nisi in mōte galaad: qui testimonij aceruus interpretatur. Et quis ille nisi christꝰ super quē omnia prophetarū coaceruata sunt testimonia: cui pphete: cui Joannes: cui pater: cui opera ipsa testimonium reddūt? Hinc mons ecclesie caput est: noli de hoc monte defluere si capillus es. Quid nobis separationē minaris: ⁊ velut auulsum iri a reliquorū grege capillorū? Nunquid casus tuus ecclesie caluationem adducet? Nescit illa decaluari. Nam et capilli eius omnes numerati sunt. Ad synagogam illa interminatio facta est in ppheta. Erit p crispāti crine

D — Ezech.i. — Phil.ij. — E Canti.iiij. — Esaie.iij.

ne caluiciũ. Crispi sunt ecclesie crines: ad suum recurrẽtes caput: circa illud ambitu amico reuoluti: in ipsa capitis secreta conãtes intrare. Ideo capilli eius nõ decidũt: sed ascẽdũt de monte galaad: operũ xp̄i maiora sibi semper ad imitandũ exẽpla cumulãtes. Utinã fidei quã habeo i xp̄o: omnia opera mea attestẽtur: ⁊ iugi profectu cõgesta aceruũ mihi ascensionis cõstituant. Et paucos ego mihi testimonij huius cõtuli lapides. Uereor equidẽ ne in contrariũ multos congesserim. Quid enĩ? Nõne tibi videtur: nõ pro fide. sed magis cõtra fidem testimonia cõgessisse: qui sic viuit vt alterius videantur fidei ꝙ christiane? Deniq̃ tales ꝙ multos videmus de quib⁹ iure dici possit. Isti nõ sic cõuersantur: vt qui xp̄i redẽptos se sanguine credant: qui aliam sperant vitã: qui futurũ vereantur iudiciũ: qui tandẽ euangelica precepta diuinit⁹ data fateantur. Talia vtinam penes me testimonia pauca reperiantur: mallem nulla: ne modicum fermẽtum / aceruum fideliũ operum totum denigret.

F ¶ Et fratres mei (vt modicum de cõmuni glorier qui de priuato nõ possum) si totius vite vestre respexeritis ordinẽ / ⁊ regularis obseruantie cursum: non erit exiguus quem boni testimonij coedificatis aceruus. Nã si a nocturnis vigilijs quas in pigro velut primitias quasdã prolibatis affectu: ⁊ effunditis a principio vigiliarũ sicut aquã cor vestrũ ante conspectum dei: si inq̃ a capite singulos per gradus conuersationis diurne seriatim velitis incedere: quid ibi reperiet quod disciplinã non sonet: qđ nõ cõcinat fidei vestre / qđ nõ vel corp⁹ atterat / vel mentem erigat / vel dirigat erectã? Inter psallendũ quãta est disciplina in corpore / ⁊ ꝙ maior quorũdam in mẽte: dũ ne ad modicũ vel certe tñ ad modicũ a sensu verborũ illã sinunt abire. Nã ibi id est in ipsis que cantãtur verbis / aut ligatã tenẽt / aut ad cogitata relaxãt / ad peregrina nequaq̃. Et si cõtingat (fugax est enĩ mens humana) quãta statim castigãt censura / ⁊ more huius vsuras a se reposcũt? Sed ne ipsa communiũ horarũ interualla nocturna vacant. Deus bone hora illa noctis ꝙ sine nocte est / ꝙ

ps.cxviij.

nox illa illuminatio in delitijs? Orationes ille priuatim fiunt: sed priuata nõ petit. Submissior quidẽ vox: sed mẽs intẽsior: ⁊ preces tacite multũ habẽt acuminis. Deniq̃ frequẽter vocẽ eripit oratio vehemẽs / ⁊ verbis nec eget / nec vtitur que puro ⁊ pleno fert affectu. Amor in aurib⁹ dñi solus obstrepens: corporaliũ strepitus dedignat verbor: q̃ sicut inchoãti excitamenta sunt / sic impedimẽta solet esse pfecte orãti. Quid deinde? ipsis horis matutinis: quasi de recẽti oratiões instaurãt: frequentãt cõfessiones: ⁊ verecũda sed manifesta reuelatione exiguos purgãt excessus. Non tñ exiguũ deputãt / si a xp̄o vel tenui memoria titubãt. Hostis callidi si qđ fuerit improbitate suggestum sibi imputãt: iniqui in hac parte estimatores / dũ pprĩu arbitrãtur casum q aliene sunt fraudis casso conatu tantum puocati. Quid quotidian⁹ manuũ labor: quo corp⁹ ⁊ satis atterit / ⁊ tenuiter pascit? Labores manuũ suarũ nõ soli mãducant: sed de insufficiẽti partiunt egenis: vt ⁊ illis sit tribulatio / dummodo alijs abũdat. Interuallis quibusdã leuãt labores: sꝫ fesso corpore feruet affectus. Illic tacite lachryme vbertim voluũtur / pdeũt gemit⁹ / erumpũt suspiria: vt q̃ iuxta sedent: si forte ex se frigidi sunt vicinis possint scintillis accẽdi. Qui deniq̃ nõ de crastino cogitãt: nec de hodiernis q̃dẽ: omnẽ curã proijcientes in ip̄m qui eis preest non premium / sed querentes regnum dei.

G ¶ Quid (qđ pene pterierã) in capitulo singulis dieb⁹ examinãdi abbatis astant iudicio / quasi ad christi presentati tribunal? Ibi quisq̃ in primis accusator est sui / accusandi se locum alijs preripere festinãs. Quid ipsum cõtinuũ silẽtiũ ⁊ q̃dã cõpassionis grauitas? Nonne totã conuersationem venustat: ⁊ quadam sanctitatis pulcra vestit facie? Ipse somnus quoq̃ sanctitatis testimoniũ reddit: nec in aceruo testimoniorum est tantorũ sine confessione. Nã reliquie cogitationũ confitent christo: vbi somno corp⁹ obruit. Quomodo enim dormiẽtis poterunt non versari ante oculos toti⁹ diurne conuersationis imagines depicte ⁊ in animo vigilare. Nonne tibi magnus hic videtur testimonij aceruus erigi / nisi q non aceruatim ⁊ sine ordine fiunt ista: sed

ps.xcij.

serie certa ⁊ suis singula sunt distincta temporib⁹? Nonne hec testimonia credibilia facta sunt nimis: eo q domum tuã talis decet sanctitudo dñe. Utinã cordis mei radices super istũ dentseutur aceruum. Nescit sterilis esse tãtus bone conuersationis cumulus. Locus est altus ⁊ vber / qualem ppheta commemo-

Esa.v.

rat. Uinea facta est dilecto in cornu in loco vberi. Et magnum plane fertilis soli testimoniũ: fructuũ prouentus vberior: sicut ecõtrario loci vbertas / arboris qualitatem redarguit de infructuositate sua. An non arbor mala que terram bonam occupãs fructus condignos non parit: sed nec vllos bone spei parturit

Luce.xiij

flores? Forsitan et ficulneã illam sterilẽ quam dominus iussit succidi / fertiles de vicino vinee cõdemnabant. Periniquum est in sancta conuersatione plantatum: nil sanctum moliri / ⁊ excusationes pretendentẽ cognatis exemplis conuinci et inde defensiões disponere in corde suo / vnde alij ascẽdũt. Sufficit tibi qui talis es descẽsus tuus. Quid bonor aceruum operum quẽ alij alacritate ascendũt detrahere moliris: ⁊ regulares obseruantias immutare quarum numerũ et rigorem causaris? Noli

puerb.iij

phibere eos qui bene faciũt: si potes et ipse ascende. Audi de quanto ⁊ quali aceruo: sancti ascenderũt. Sãcti ludibria ⁊ ver-

Heb.xi.

bera experti / insuper ⁊ vincula et carceres: lapidati sunt secti sunt: temptati sunt: in occisione gladij mortui sunt. Circuierũt in melotis. in pellibus caprinis. egentes / angustiati: afflicti: in solitudinib⁹ errantes: in montibus ⁊ in speluncis: ⁊ in cauernis terre: q̃ omnes testimonio fidei pbati sunt. Uides quãto sit eorum fides pbata scrutinio: q̃b⁹ testimonijs examinata? Quid a nobis tale vel expetit / vel expectatur? Et nostra hec inferiori genere testimonia credibilia satis / eo quidem credibiliora q nõ ea necessitas imposuit: sed supposuit se voluntas. Uolũtas ergo voluntas sit: ⁊ prime libertatis iure nitat: liberã se ad psistendũ exhibeat: nõ estimet ad recedendum. Agnoscat necessitatis debitũ: sed nõ sentiat iugum. In bono libera sit: ⁊ ad bonum nihilomin⁹ libera. In illo qđ iam tenet / ⁊ ad illud quo tẽdere debet: sed ad ea q̃ retro sunt nullã sibi licẽtiam permissam existimãs.

H

¶ De quãto aceruo testimonij Paulus ascẽderit: tãdem audite. Ipse quidẽ spũs testimoniũ reddit spiritui nostro

Rom.viij

q sumus filij dei. Quãtus vno in hoc testimonio aceruus? Sed foris nunq̃d nõ perhibuit testimonium? Deo (inquit) attestante

Heb.ij.

signis ⁊ prodigijs ⁊ varijs virtutibus ⁊ spiritussancti distributionib⁹. Et tñ tanto cõstitutus in aceruo virtutum ⁊ attestãtiũ gratiarũ: nõdum (inquit) me arbitror comprehendisse: vnũ q̃dẽ

Phil.iij.

que retro sunt oblitus. ad anteriora extẽdor. Et nos ergo tantam habẽtes impositã nubem testimonior: deponentes omne

Heb.xij.

pondus ⁊ circunstans nos peccatũ: p patientiã curramus propositum certamen: aspiciẽtes in auctorẽ fidei ⁊ consummatorẽ iesum: qui proposito sibi gaudio sustinuit crucẽ: confusione cõtempta: atq̃ in dextera dei sedet. Recogitate enim cum q̃ talẽ sustinuit a peccatoribus aduersus semetipsum contradictionẽ: vt non fatigemini animis vestris deficientes. Nondum enim vsq̃ ad sanguinem restitistis. Illorum enim testimonia: prerogatiua quadam dicuntur testimonia: id est martyria: qui p fide christi sanguinem fuderunt. Uidete primum ipsum martyrem. Stephanum de quãto lapidum aceruo ascenderit ad christum quem ⁊ omnes sequũtur anime iuste. Quasi grex (inquit) capra-

Cant.iiij

rum que ascenderunt de monte galaad. Gestabant thesaurum fidei in vasis fictilibus: sed sublimitas erat virtutis dei. Ideo quasi ascendentes dicuntur q eos immania tormenta nõ tam fregerunt ꝙ firmauerũt: ad reddendũ testimonium virtute magna. Quid hic eis animi est: qui nec vnam ⁊ eam leuem et amicam prepositorum increpationem sustinent: sed ad vnum austerius verbum totus liquescit boni propositi quẽ sibi firmauerũt rigor? Istorũ tot suffulta adminiculis testimonia vix stare possunt: illorũ tot repressa tormẽtis vberius eruperunt an nõ quãtus numerus suppliciorum: tantus ⁊ aceruus testimoniorũ? Et si morte affecti tota die: ⁊ estimati sicut oues occisionis: in omni-

ps.xliij.

bus tñ superauerũt: ⁊ velut supascenderunt de galaad: de aceruo martyrij. Nõ enĩ de cõseruãda corporali vita certamẽ inierũt sancti: sed de vita fidei: ex qua iustus viuit. Ideoq̃ in omnib⁹ superauerunt: quib⁹ salua causa consistit. Quomodo enim non superant cum aut persistẽdo in confessione redditi sunt eternitati: aut persuadendo psecutores informauerunt veritati? Deniq̃ ⁊ si estimati sunt sicut oues occisionis: q̃busdã tñ innocuis dentib⁹ ab infidelitatis radicẽ hostes preciderunt suos: vt inter ecclesie vitalia recõderẽt viscera.

I

¶ An nõ hoc sibi vult qđ subnectit. Dẽtes (inquit) tui q̃si grex detõsarũ? Aduertis quales oues iste sint q̃ possunt q̃dẽ detõderi: sꝫ dentes earum non possunt cõteri. Occidi possunt: ⁊ flecti nequeũt. Immo ipsi persecutores infregerunt suos: ⁊ in vinculis doctrine sermonibus emollitos: quasi dẽtib⁹ mansos: infideliũ traiecerunt vnitatẽ.

Cant.iiij

Petro dictũ est. Macta ⁊ mãduca. Et moysi dẽtes nõ sunt mo-

Actuũ.x.

ti. Dẽtes enĩ cor arma ⁊ sagitte. Arma spũalia potentia dñi ad

ps.lvi.

debellãdas munitiões. An non quidẽ ecclesie dẽtes: de q̃b⁹ dicit Apls. Intret infidelis aut idiota: dijudicatur ab oib⁹ con-

i.cor.xiiij

uincitur ab omnibus: occulta cordis eius manifesta fiunt: ⁊ sic cadens in faciem adorabit deum: pronuncians quia vere in vobis sit deus. Nolite fratres istorum vereri morsus dentium / nõ sunt canini sed ouini. De tonsarum enim grege conferuntur. In canibus non dilaceratio: sed latratus commendatur. Ca-

Esa.lvi

nes muti (dicit esayas) non valentes latrare: canes impudentissimi nescientes saturitatem. Ac si quibusdam exprobret / q in altero se canum officio exuant: in altero se canes exhibeant latrare non valentes: et non desinentes lacerare. Tales sunt qui inuicẽ mordẽt / ⁊ comedunt / ⁊ consumuntur ab inuicem. Utinã huc vsq̃ sufficiat vt inuicem mordeant et comedant: nec temptent ipsos detonsarum lacerare dẽtes. Ipsi doctores ecclie ⁊

prepositi nonne

prepositi nōne tibi videntur dētes quidā qui redargutionis be-
niuole velut morsibus subiectos conuincūt/dijudicant: mani-
festant: et ad meliorem emolliūt statū? Ex si tu ꝑdurus es et emol
liri nō potes/qd remordere paras. An nō remordes/ qui vel in
occulto detrahis/vel palā cōtradicis? Quid dentē cōtra den-
tem paras? dentē improbū contra dentē piū? Mordere potes/
sed cōsumere non potes. Dentes eñ sunt: et duri sunt et firmi/et
detrahētes nō metuūt: memores se cū ꝓpheta inter scorpiōes
et incredulos cōmorari/et sicut oues missos inter lupos: et ipsos
lupos in oues/rationabili tolerātia et exhortatione cōmutent.
Et bene detonsarum dicunt: q illorū nō sint morsus fugiendi
qui bonorū operū exēpla sicut vellera quedam subiectis mini-
strant. Non tñ vsus dentiū in alienis tm̄ remordēdis et conuin-
cēdis erroribus estimatur. Est et potior quidā eorū vsus. Si qui
idonei sunt solidum celestis edulii mādere panē/ et sublimioris
doctrine secretos dijudicare et disserere intellectus/quibus non
iam lacte opus est sed solido cibo: ipmq quodāmodo attenua-
re et infirmare possunt/et quodā temperamēto dispēsationis vel
sobriū reddere: qui ad solidū per se insufficiētes erāt sed tātū-
modo lactis participes. Quodā enim solidioris instrumēti ad
mandendū vtunt ministerio: q exercitatos habent sensus ad di-
scretionē boni et mali/immo etiā boni et boni: non tātum iudicā
tes inter noctē et diem: sed omnem iudicātes diē. Et iure de la-
uacro ascendere dicit/vt mundādo cordi studiosos probet/eo
q mūdus corde diuina sit repromissa cognitio. Vides quomo-
do lotos et irreprehēsibiles esse oportet eos qui aliorū excessus
debēt remordere et corripere? Quomodo lotos et mūdos corde
qui diuini sermonis dispēsare debent alimoniā/ et archanos se-
cretioris verbi discutere sensus/sapiētie intima rimari: et rumi-
nare in sancta: Dētes tui quasi grex detonsarū. ¶ Quare ergo
quasi grex? Vtiq q sese non impugnēt et aduersentur sibi: sed
in simplicitate et vnitate sensus sui concinunt et concordant ec-
clesie dentes. Quasi grex detonsarum que ascēderunt de laua-
cro. Veterē enim deponētes hominem/et onere superuacuo le-
uati ac loti: alacrius ad superiora cōscendūt. Siquidem ipsi pi-
li veteres oneri iam esse incipiūt cum primo noua vellera ger-
mināt: cum hyems transijt: cū imber abijt et recessit. Ideoq si
veteri et superuacuo leuiū et maniū rerum vellere te inuolui ad-
huc necessarium ducis: nōdum tibi hyemalia congelate mētis
frigora trāsierunt. Bene enim detonsi et de lauacro ascendunt:
quasi nihil veteris vel sarcine vel sordis habentes. Attēdis q
non tibi sufficit detonderi: non sufficit exonerari/nō sufficit lo-
tum et nouū fieri: nisi statim ascendas/et spiritu incedas: qui re-
nouaris in spiritu. Si spiritu (inquit) viuimus/spiritu et ambu-
lemus. Tu igitur si ascendere disponis/ascende semper de la-
uacro/semper nouus et mūdus. Laua per singulas noctes lectū
tuū lachrimis. Aut si te peccatū, non quasi nox inuoluit: sed si-
cut nubes ꝑteruolat tu tñ lauare ꝑ singulas noctes: etiā leuiū
vestigia delictorum lachrimis dele. Hic enim in cōualle lachri-
marū locus est lauacri. Quid est q sordes cōgestas: et peccati
purgamēta/futuri reseruas lauacro seculi? Quid scis si nō erit
illic conflatoriū magis q̄ lauacrū? Nā que hic facile poterant
ablui: ibi nō tam misericorditer q̄ in spū iudicij et ardoris pur-
gātur. Et felix qui de seculo nō quasi de sceno/sed quasi de la-
uacro ascēdit: nō habēs necesse vt aliqd in se lauet/sed est mū-
dus totus. Iste plane dignus habetur dealbatis dētibus. i. sic
sensibus panem angelorū manducare: nō iam panē doloris/ sz
panem qui letificat cor hois. Illum vtiq panem quē significa-
uit propheta dicēs. Satiabor cum apparuerit gloria tua. Sic
eñ illa nos gloria dū apparet/pascit: reficit: dum reuelat: huius
siquidē glorie reuelatio plena quid est/nisi sapiētia vera? Que
nos ad seipsam edendū inuitans non alr a nobis māditur: nisi
cum illam meditamur/velut vitales pure mentis delitias et in-
deficientem refectionem. Hic ergo purgatos et exercitatos ani-
mi sensus habeamus: nō iam ad discretionem boni et mali: sed
tantū ad perceptionē tanti boni. Actitemus hic crebro qd ibi
continue agemus: preoccupemus frequenter/in quo indesinen-
ter occupandi erimus. Summū nobis hic negociū sit: quod so-
lum ibi erit. Contemplatio namq sapiētie/eterna refectio est.
Nihil omnino spiritualibus anime dētibus dulcius ruminatur
q̄ ille panis viuus qui patri ait. Hec est vita eterna vt cogno-
scāt te verum deum et quem misisti iesum xp̄m. Qui viuit et re-
gnat deus per omnia secula seculorum. Amen.

Ezech. ij. / Matth. x / Canti. iiij / Gala. v. / Ps. vi / Ps. xvi / Jo. xvij.

¶ Sermo.xxiiij.

Audistis precedēti commendatos sermone spōse dē-
tes. Iure quidē: q non exigua sit pulchritudinis ra-
tio in dētibus posita: si cādidi sint si equaliter cōserti.
Nec tñ aptitudo/sed et vtilitas in dentibus placet.
Quid eñ Johannes in apocalipsi inuolutū qd sibi ab angelo
porrectū est q̄uo comederet volumē: sine idoneis ad talē cibum
dentibus. Durus videbat cibus liber integer: et ideo dētibus opus
erat q illū cōminuerēt integrū/et emollirēt durū: vt leuius deglu-
tiri posset. Et bonus plane dens/intelligētia exercitata/intelligē-
tia spūalis: q oia dijudicat: oia discutit: oia ruminat et scrutat:
etiā ꝓfunda dei: q etiā ipsam inuoluti libri medullam mādit: et
intima sapiētie comedit viscera. Stultus (sicut scriptū est) cōpli-
cat manus suas: et comedit viscera sua. Cibus iste cruētus / cibus
carnalis est: cibus q perit: immo q perimit. Ex dulcius et vtilius vi-
scera sapiētie comedūtur et sacri verbi arcana? Nō pōt cruētis
attingi dētibus: sed lotis et cādidis: q candor est ipsa lucis eter-
ne: et ipsius spōsi dētes lacte cādidiores dicunt: ꝓpterea tales in
sponsa cōmēdat q suis sint similes. Dentes tui sicut grex deton
sarū: q ascēderūt de lauacro. Nō modo lotos/sz liberos oportet
mētis sensus habere: si qs illos ad diuini verbi scrutinium pa-
rat. ¶ Omnes gemellis fetibus: et sterilis nō est i eis. Sterilitas
reputat: si vel vno fueris fetu cōtentus. Si potuisti ad sacratū
aliquē in scripturis intellectū ꝑtingere: vnū iam peperisti fetū.
Bonus ꝓfectus et ingēs: sed insufficiēs sacrato sensui/si affectus nō
respōdeat. Sterilis est intelligētia: quā nō coeua et germana co-
mitat deuotio. Vbiq tibi in scripturis spargit q̄si semē quods-
dā: vñ gemellū hūc possis fetum cōcipere. Nō tm̄ subtilia, sed et
suauia sibi sunt oia. Et ꝑceptū dñi lucidū est: et ignitū eloquiū.
Sterile est in te verbū dei: ex qua parte horū alterutrū nō ope-
rat. Si ꝑ intelligētiā vides/sz gelido adhuc riges affectu. nō-
ne sterilis et lactificar reputat in te verbi dei virtus ignea. Deniq
et si ad ignē spectat vt illuminet multo amplius vt succēdat. Ver
bum (inqt dñs) qd egredit de ore meo nō reuertetur ad me va-
cuū: sz faciet et ꝓsperabit in his ad q misi illud. Ad q: Habes i
euāgelio. Ignē veni mittere in terrā/et qd volo nisi vt succēda-
tur? Semē est verbum dei/et in eo sicut apud Job legis/et lux et
estus spargit sup terrā. Sed nescio quo pacto lux amplius ger
minauit/et dilexerūt hoies magis lucē q̄ feruorē: nisi q ipsi ma-
gis sibi de luce placēt/q idipm qd lucet nō amplectūt. An nō ti-
bi videt ꝑdidisse aut dedicisse naturā ignis nō succēdēs. Cum
audis aliquē quasi gloriātē et dicētē/nō me ille scripture sacre
sermo edificat: qd aliud videt tibi dicere/q̄ ꝑdidit in me effi-
caciā verbū ignitū: nō me succēdit: nō inflāmat nō exercet i me
vim genitalē? Sterilitatē suā imputat verbo: qd quātū in se est
crescit et fructificat. Ex gloriosa frater iactātia q non te sermo
diuinus edificat/q ista loqris? Forsitā euersa et euulsa nōdū sunt
vetera: ideo noua supedificari nōvalēt: nō germinare: nō gigni
Felix in quo amoris mūdani desiccatus est humor: et vigor defi-
cit: in eo facile igniti verbi vis operat. Verbū dei: et lucet/et ar-
det. Neutra in te virtute priuet: sz geminū de isto semine conci-
pe fetū. Sterilis reputat vterus q istis fetibus nō grauidat. In
xp̄o iesu neq circūcisio aliqd valet neq ꝑputiū: sz fides q ꝑ di-
lectionē operat. Bonus plane fetus dilectio: q charitas in fru-
ctibus spūs cōnumerat. Deniq velut gemelli fetus gemina cha-
ritas. Diliges dñm deū tuū ex toto corde tuo/et ex tota aia tua
et ex tota mēte tua. Hoc ē maximū et pmū mādatū. Scdm sile est
huic: diliges ꝓximū tuū sicut teipm. Illud pmū/istud secūdū
vtrūq maximū: quia istud simile illi. Boni et sufficiētes isti fetus
gemelli: quia in his tota lex pendet et prophete. Deniq et finis
precepti charitas: q etiā alibi vinculū perfectionis dicit. ¶ Et
cōgrue de coccineo vinculo sequit: de quo in laude labiorū spō-
se assumpta est similitudo. Sicut vitta coccinea labia tua. Ea eñ
labia ligāt et rutilāt: que de tali ventris fructu loquūtur. Con-
cepta in corde charitas/quasi ignis flāmigerans coccineo co-
lore labia inficit per que erūpit. Calor de excelso missus in cor-
de germanū labijs prestat colorē. Quid enim aliud sibi vult qd
coccinea dicunt/nisi q in hoc flāmea demonstrant eo q coccus
igneo rubet colore? Labia hec nō iam altaris carbonibus pur-
gari indigent: et exteriori igne aduri. Ipa eñ de interiori flam-
ma tam flāmea sunt: et cōceptū visceribus ignē de excelso alis se-
mināt. Salutarē vtiq dissemināt scientiam/legē igneā quā dñs
venit in terrā mittere. Bene coccinea labia que hunc ignē non
solū in terrā/sed et in celū mittūt. Deniq et ipm dñm celi succen-
dunt. Ideo coccinea commendat labia: q illi coccinea sunt: q
illi calētia vidētur/q illa flāmea sentit/et in mutuā amplius suc-
cendunt charitatem. Mira res ignis ipse est: et nostris tamē in-
ardescit scintillis. Quidni? Et gladius est verbum dei: et tamen
vulneratur. Vulnerasti cor meum soror mea sponsa / vulnerasti
cor meum in vno oculorum tuorum. Ita et ignis est: et tamen
inflammatur. Vulneratur oculo/labio/inflammatur/ etiam et li-
gatur: ideo vitte comparatur. Sed charitas vulnus est: chari-
tas vitta est: charitas coccus est. Vides q̄ acuta / q̄ tenax / q̄
ignea est charitas? Talibus in orando vtere labijs: tenaci ve-
lut vitta vinculo memorie cordi tuo dilectum astringe: agglu-
tina et succende illum succenso affectu / q̄ dulce sit dicat et al-
ludat tibi. Ignitum eloquium tuum vehementer: et sponsus
tuus diligit illud. Osculare me osculo oris tui: quia pulcra sunt

Eccle. iiij. / Cāti. iiij. / Ps. xviij. / Esaie. lv. / Luce. xij. / Job. xxxvij. / Gala. v. / Mat. xxij. / i. Thim. i / Coloss. iij / Canti. iiij / Ephe. vi. / Cāti. iiij.

labia tua sicut vitta coccinea. Osculādi siquidē desideriū la-
bioꝝ innuit cōmēdatio. Labia tua suis desiderat imprimi: vt
fiat os vnū: ⁊ labiū vnū: ⁊ post impressionē dicat tibi. Hoc nūc
os ex ore meo: ⁊ labiū de labio meo. Diffusa est gratia in labijs
eiꝰ: in tua se refundit: ⁊ de cocco suo tua sunt effecta coccinea.
Bona impressio que tantā exprimit gratiam in labijs sponse.

M

Ephe.v.

¶ Memineris tamē nō me nunc labia significare carnalia/sed
spiritualia: sed interiora: sed illa de qbꝰ Apostolꝰ loquitur. Cā-
tantes ⁊ psallētes in cordibus vestris dn̄o. Si spōsa es: in hoc
vnū debent esse constricta: debēt esse succēsa labia tua: vt di-
lecto tuo supplicent/vt confabulētur cū illo/vt illi canant/ ⁊ di-

Ps.lxx.

cas cum propheta. Exultabunt labia mea cum cātauero tibi.
An tam sancta cōfabulatione nil sit in labijs tuis fluidū: ⁊ que-
si vitta sunt: nil frigidū: ⁊ habes illa coccinea. Quis mihi det
iesu bone talia habere labia in cōferēdis tecū sermonibꝰ/tam
prompta/tā exerta tam succensa: succensa ⁊ exultantia vt tm̄
tibi canent: ⁊ de te cantēt: Talia sunt vtinā labia mea. q̄ sub-
tili quodam ductu ⁊ succenso affectu indirupte meditatiōis: fu-
niculi coccinei specimen exprimāt. Huiusmodi labiū in sponsa
xp̄s cōmēdat/nō tm̄ in oratiōe/sed etiā in exhortatione: vt po-
tēs sit exhortari in doctrina sana. Que em̄ se labia in eiꝰ allo-
quio astringūt: iure q̄dē salutarē diffundūt ⁊ dissemināt scien-
tiā. Si dulci ⁊ feruida vtātur oratiōe vt audientiū corda exci-
tēt: coccinea sunt q̄ inflāmatiua. Si vero simul exhortent ⁊ do-
ceāt/⁊ ea doceāt q̄ sanā deceāt doctrinā/ q̄ regulis ɔcinant fi-
dei iā q̄si vitta sunt: ⁊ nō solū salutarē/sꝫ etiā idissolubilē disse-
mināt sciētiā. Quid em̄ tā sibi coherēs/ tā tenax tā insolubili
ɔtextū nodo/q̄ rō fidei: Talia paulꝰ discipulū informabat di-
cēs. Attēde exhortatiōi ⁊ doctrine. Sꝫ ⁊ in sermone cōi: vbi fi-

i.Thi.iiij.

dei nō tractant mysteria: etiā sic vitte coccinee labia tua cōse-
runt: si fuerit sermo tuꝰ subtili mēsura districtꝰ: ⁊ discretus: et
parcꝰ: ⁊ grato verecūdie rubore coloratus: si crucis xp̄i eo fre-
quēter: quo libēter mētionē vsurpet. ¶ O beata hec labia xp̄i:

N

⁊ osculo: ⁊ alloquio vere digna: labia tā sincera ⁊ tā succēsa. In
fide sincera: ⁊ in amore succēsa. Succēsio ista de intimis et de
summis est nil habēs de infimis. Nā est succēsio q̄dā de inferꝰ
exsipēs. Jacobꝰ ait. Lingua modicū mēbrū inflāmat rotā nati-

Jaco.iij.

uitatis nostre: inflāmata ⁊ ipa a gehēna. Quō pōt bn̄ inflāma-
re lingua tam pessime inflāmata: Uitiate natiuitatis mobilis
corruptela p se nimis rotat ad malū: ⁊ volubilitate ppria fert
in pceps. Et q̄d necesse est inflāmare rotā hāc q̄ firmari nō pōt
sed p se fert in malū: Deniq3 diligenter appositū est cor hois
in malū ab adolescētia sua. A prima natiuitate impulsa nescit

Gen.viij.

cursum inflectere: ⁊ tu illā lingua praua impellis ampliꝰ ⁊ inflā-
mas: Lingua praua iracūdie ⁊ indignatiōis occasiōes requirit:
iniurias vel falsas simulat vel veras exaggerat: quas debue-
rat dissimulare: ad offēsam officia etiā interptat: ⁊ venenati ser-
monis scintillas adhibet ad cōmouēdum cor suū. Quid ligua
neq̄ cordi tuo talē adhibes flāmā: Sufficiat illi flamma sua:
sufficiat illi cōcupiscētie ardor carnalis ⁊ leuitatis calor inna-
te: qbꝰ cor tuū ac si volubilis rota impellit. Hāc tibi flāmā na-
tiuitas prima ingenuit: sed renascēdi gr̄a restringit. Noli ignē
igni adhibere/⁊ cōcupiscētie addere maliciā. Ignē hūc quem
euomis: hauris de gehenna. Inde incipit: ⁊ illo rapit. Lingua
inquit inflammata a gehenna. Lingua hec mala/coccinea est:

Jaco.iij.

sed vitta non est. Non enim ligat: sed dissipat. Male succendit:
quia succidit vnita quia discidij verba scintillat: et flamma ta-
lis de inferis est. Nam flamma que desursum est: pudica est: pa-
cifica est: bonis consentiens et bonos faciens. Verbū enim dul-
ce ⁊ multiplicat amicos: ⁊ mitigat inimicos. Quasi flāmā flam-
ma cōsumit: inferiorem superior: infernalē celestis: dum sapiēs
⁊ suaue verbū vincit malignū: ⁊ dulce durū emollit: et ideo di-

Canti.iiij.

cit. Sicut vitta coccinea labia tua: ⁊ eloquiū tuum dulce. Non
enim decēt sponsam nisi verba dulcia: verba amoris: verba que
delicati funiculi vice fungantur: verba q̄ sponsum irretiant et
trahāt vinculis charitatis. Felix aīa q̄ huius nouit dulciū ver-
boꝝ nectere retia: quibꝰ iesum illaqueet: alliget verbū patris:
animi affectibꝰ vel affatibꝰ christū includat: amatorio detineat
sermone ⁊ delectet vt eiꝰ eloquiū dulce sit ei qui habet verba
vite eterne: ⁊ est verbum eternum: quod cum patre ⁊ spiritusan-
cto viuit ⁊ regnat deus per omnia secula seculorum. Amen.

¶ Sermo.xxv.

O

Quam suaues sunt putas spōse gene: q̄ mādi possunt
q̄ salubris fructus obtinent gratiā. Et reuera etiā
corporales genas alicuius ita grata videas venu-
state refertas: vt ipsa exterior facies intuētiū ani-
mos reficere possit/⁊ de interiori quam innuit ciba-
re gratia. Uenustas vultus mētē interpretat: ⁊ internos affectꝰ
facies loquit: Uides q̄ cōsequēter post candidos dētes ⁊ coc-
cinea labia/genarū inducitur mētio. Gene satis germane sunt
labijs: ⁊ ipsis tacentibus quodam visibili verbo mentis arca-
na demonstrāt. Gene ipse vocis visum habēt: ⁊ oris aut supplēt
officium: aut amplius exornant. Quātūuis fuerit dulcis ⁊ fer-
uidus sermo: omnē eius gratiā procax vultus exasperat: ⁊ leui-
tate sua eloquij grauitatē imminuit. Ideo de genis sequitur: q̄
earum modesta maturitas coccinei labij accumulet gratiam.
Deniq3 quandam earum maturitatem tacite videtur innuere:
quas fructui cōparauit. In fructibus enim semper grata ma-
turitas. Et in precedentibus genas eius descripsit vt turturis:
eo q̄ nihil lasciuū: nihil leue: nihil petulans in eius appareat
vultu: sed desideriorum eius genas dulci grauitate deijciat.
Affectꝰ anxij vultū lasciuire nō sinunt/⁊ amatorie meditatiōes
omnē a genis leuitatē ablegāt. Turtur siquidē auis solitaria
est/auis gemebunda. Talē vult Paulꝰ virginē esse vt sollicita

i.Cor.vij
Ps.xlj.

sit quō placeat deo: q̄ dicere soleat. Sitiuit anima mea ad deū
fontē viuū: q̄n veniā et apparebo ante faciē dn̄i. An nō tibi vi-
detur vox hic esse gemētis: Gemitus tuus dulcis: quē genuit
amor. Quō nō graues ⁊ mature gene quas gemebūdus infor-
mat affectꝰ: Gemitꝰ isti nō tantū gemitꝰ: sed refectiōis gratiā

Ps.lxxix.

tenēt. Cibabis (inquit) nos pane lachrymarū. Et in p̄senti ma-
lo punico spōsi genas assimilat: eo q̄ sollicitꝰ ⁊ amatoriꝰ affectꝰ
cognata quadā maturitate ⁊ vultum vestiat/et cibet intuētes.
Relucens enim in facie mētis gratia/vidētes quasi reficit/ et
suā in alios trāsfundit passionē. Nō possum nō dulciter moueri
dū talē penes me vultū depingo/⁊ amatorie gene in me similē
gignūt affectū dū recogitātur: quāto magis dū vident: Nā ex-
pressior visio q̄ cogitatus. Pulchre oīno gene in quibꝰ tāta ve-
nustas eminet: quas grata ɔmēdat humilitas nil in se altū ha-
bentes/nil rigidum: sed q̄ sunt ad modeste humilitatis cōposi-
tionem quadā discipline exercitio infracte. ¶ Sicut fragmen

P
Can.iiij.
Esaie.l.

(inquit) mali punici: sic gene tue. An nō tibi quasi fractas ha-
buisse genas videt ille q̄ eas dedit percutiētibꝰ/dedit vellēti-
bus: ⁊ nō auertit a cōspuētibꝰ: Bona quidē hec fractio p quā
interior cepit virtus eminere ⁊ q̄ intra carnis corticē cōcludē-
bat erūpere gratia. Quasi confracta videtur tāta dignitas ad
passionis inaniēs seipsam iniurias: sed p hec fragmēta salutis
se nobis vbertas effudit. Et tu si adimpleas ea q̄ desunt passio-
num xp̄i in carne tua/si portes stigmata xp̄i iesu in corpore tuo
iam tibi dicit xp̄s. Quia sicut fragmē mali punici/ sic gene tue
si cōfracte sunt ⁊ quasi crucifixe gene tue: si quadā edomite et
exculte disciplina: nōne tibi vidētur velut fragmina cuiusdam

Canti.v.

boni fructꝰ: Et in cōsequētibꝰ ad sponsum dicit. Q: gene eius
sicut areole aromatū: eo q̄ exarate sunt ⁊ culte et cōposite aro-
matibꝰ cōfouēdis. Sic ⁊ hic sponse genas sicut fragmen mali
punici esse dicit. Et bona cōfractio per quā non mors ingredit
sed spiritualis fructꝰ specimen elucet. Bone ergo gene q̄ p hu-
militatē ita ɔfracte sunt: vt fructꝰ interni nō perdāt: sed magis
prodāt gratiā. Deniq3 ⁊ ipsa mala punica gratā modesti vultꝰ
verecūdiā/ corticis rubei colore designāt. Optimū plane i xp̄i
sponsa decoramentū verecūdia. Uerecūdia quasi aurora q̄dā:
omniū actuū colorat principia: ⁊ virgineo virtutes reliquas ve-
nustat pudore. Uerecūdia bona sua nō petulēter iactat: sꝫ par-
ce eloquitur: contenta tenuiter innuisse ⁊ cū viget necessitas.
Iesu bone q̄ta vbiq3 verecūdia in sermonibꝰ tuis q̄ propria
parcus in laudibꝰ/quas poteras sufficiēter loqui tā sine humi-
litatis iactura q̄ sine dāno veritatis. Et cū propria exprimere-
tur: tū nomen suppressit. Poterat pleniꝰ loqui: sed ipse ad spon-
se exēplū modesti pudoris colorē assumpsit. Nō hāc modo pre-
dico verecūdiā q̄ corporali rubore solet ora suffundere: sed eā q̄
totiꝰ ɔuersatiōis venustat faciē. Nā sicut corporis/ ita ⁊ cōuer-
sationis gene sunt q̄dā: in quibus nihil est eo colore gratius/si
operū oīm habitꝰ humilitatē redoleat: si plꝰ occultet in corde
q̄ ostēdat in facie. Deniq3 ⁊ hic dicit. Sicut fragmen mali puni-
ci/sic gene tue: absq3 occultis tuis. Bone gene q̄ sicut nihil ha-
bet simulatū/ita multū habēt occultatū: q̄ sicut nihil fingunt/
sic nec totū effundūt: q̄ minus p̄tendūt in specie q̄ tenēt in vir-

Q

tute. ¶ Possunt hec ad iteriores aīe genas referri: q̄ in ɔscien-
tie facie sunt: vbi nō hō sed deꝰ videt. Habet cuiusq3 cōsciētia
quādā ppriā faciē. Eiꝰ gene verecūdo humilitatis rubēt colo-
re/si penes se opa nō iactet: nō magnificet merita: non illa exi-
mia putet: sꝫ tā exigua pudeat. Quis em̄ gloriabit castū se ha-
bere cor: Si accepit quō gloriabit quasi non acceperit: Et tm̄
ipsa q̄ accepit dona/qs intelligit. Nam si delicta nō intelligit/
q̄to minꝰ dona: Dona desursum sunt: descendūt a patre lumi-
nū. Que vero dei sunt: nemo nouit nisi sp̄us dei. Ideo si cui deꝰ
p spiritū suum reuelat nō tā ipse nouit q̄ sp̄us dei in illo. Nos

i.Cor.ij.

(inquit Paulꝰ) accepimꝰ sp̄m q̄ ex deo est: vt sciamꝰ q̄ a deo do-
nata sunt nobis. Nūquid omnia: Aut si oīa scire potuit: nunq̄d
omnino. Ne vnū quidem (vt arbitror) ex integro: et si in flagel-
lo non potuit intelligere donum. Utiliter ipsa sibi conscientia
abscōdit in parte: ⁊ ipse pficiēdi amor nimius / incrementa sui
profectus ignorat.

profectꝰ ignorat. Deniq̃ nõ ipsa virtutũ velut pomoꝝ integritas: sed tñ fragmina in genis spõse eminere dicunt̃ q̄r q̄d in genis est/ in euidenti est. Et si nouit q̄s verã in se virtutis alicuꝰ gratiã: nũquid cõstantiã/ nunq̄d pseuerãtiã? Nõ est (inquit) occultatũ os meũ a te q̄d fecisti in occulto. Et si mihi occultũ est nõ tñ tibi. Spũs eñ tuus oĩa scrutat̃: etiã occulta mea. Utinã talia in me occulta multa habeam cognita tibi iesu bone: ꝛ cognita in thesauris tuis. Periculosa repositio istoꝝ ĩ mea sciẽtia. Ideo tue magis tuto illa cõmitto. Sed nõ ego tã illa committo tibi: q̃ tu nõ committis mihi. Penes te adhuc tutius fouetes q̄d fecisti in occulto. Nec spõse pfectio tãta sinit̃ ipsi patere ꝛ pdire in genas. Sic inq̄t gene tue absq̃ occultis tuis. Sũt q̄dã occulta tẽpore cõgruo pducẽda in lucẽ ꝛ in facie collocãda. Interim latent in semine: tpe suo plenã acceptura speciem. Nũc igit̃ spõsa es: sed nondũ apparet q̄d eris. Quis putas similis mei/ cũ apparuero ꝛ nũc similitudinem tenes in parte: q̄r ex parte cognoscis. Reuelata facie iã gloriã meã specularis: sꝫ tñ adhuc trãsformaris a claritate ĩ claritatẽ. Uñ trãsformaris nõdum integre tenes. Trãsformari pficere est: nõ esse perfectum. Perfectũ aũt tuũ nõdũ tui sꝫ iã oculi mei vidẽt: penes me iã es qualis futura es. Iã in libro descripta es vite/ ꝛ in manibꝰ depinxi te. Facies tua corã me semp/ corã me fulget: q̃ in te nunc est obfuscata. Iã dragmã imaginis mee in te inueni: sed adhuc q̄dã squalet rubigine: ꝛ occultat̃ species eiꝰ. Iã fides tuis rubet in genis/ ꝛ vite colorẽ infundit: sꝫ adhuc fidei res est in occulto. Ideo sicut fragmẽ mali punici/ sic gene tue absq̃ occultis tuis. Grata satis fidei facies: sed de occultis tuis mihi cõmẽdabilior appares. Patiẽtie virtꝰ in euidẽti: ꝛ quasi in genis tuis satis iam placet: sꝫ ego de posteriore te magis estimo gloria. Et reuera fratres: nõ sunt cõdigne (nõ dico passiones: sed ꝛ ipsa patiẽtia huiꝰ tẽporis) ad futurã gloriã que reuelabitur in nobis. Cuiꝰ iã quedã in nobis iacta sunt semina: q̃ occulta operatiõe seipsa ad maturitatẽ perducũt: ꝛ ad pfecti fructꝰ substãtiã. Substãtia hec p quandã seminalẽ gratiã nũc occultatur in nobis. Substãtia mea (inquit) in inferioribꝰ terre. ¶ Uides vbi occultatã eam dicit. In inferioribus terre. Feliciter cũ eo agit̃ q̄ non in infimis. Ego q̄dã terre superiora accipio/ q̄dã iferiora q̄dam infima. Superiora sunt ipsa corporis humani natura. Inferiora ipsiꝰ nature corruptela. Infima q̄dã: iniq̄tas ꝛ culpa de corruptela pcedẽs: ꝛ ipsam magis corrũpens. Ideo non dicit substãtiã suã in infimis: q̄ nullũ habeat spũalis grã (que summa pphete substãtia) cũ iniq̄tate cõmercium. Sed in inferioribꝰ terre substãtia mea: eo q̄ medicinaliter gratia spũs in infirmitate carnis sit occultata: ꝛ quasi fermẽtũ abscondita sanãs ꝛ operãs donec absorbeat̃ mortalitas a vita. Nã nõ debet massa fermentũ corrũpere: sed magis a fermẽto in similẽ cõuerti saporẽ. Sed ꝛ alibi idẽ dicit: substãtia mea apud te est. Ergo ꝛ in inferioribꝰ terre eiꝰ substãtia est: ꝛ apud dñm. Distãtibꝰ est in locis abscõdita: in supioribꝰ celi: ꝛ in iferioribꝰ terre: ĩ eternitate: ꝛ in infirmitate. Ibi p prudẽtiã: hic p inoperãtẽ gratiã. Et bona grã q̃ sic virtutũ pfectꝰ opat̃: vt quendã pfectiõis saporem: nobis vicissim aspiret: ꝛ eructet abscondita ab origine mũdi: abscõdita mũdo: abscõdita in deo: vbi vita nostra abscõdita est cũ xpo. Et vere magna multitudo dulcedinis tue dñe quã abscõdisti: sed timẽtibꝰ te/ nõ amãtibꝰ. Ideo nec spõse forte hec furtiua dulcedo. Illa ipa occulta sunt sponse: de q̄bꝰ dicit: ita gene tue absq̃ occultis tuis. Ideo nõ propter illam tñ hec vox facta est: sꝫ pp̄ter circũstãtes: magis vero pp̄ter longe stãtes ꝛ pp̄ter resistẽtes: pp̄ter illos q̃ timide retrahunt a sancta conuersatione: et propter illos q̃ inuide detrahunt. Quorũ aliꝗ vitã secretã: vitã sanctoꝝ: vacuam putãt ꝛ sine honore. Aliꝗ quidẽ ꝛ si nõ vacuã: tñ totũ eiꝰ excursum cũ summo horrore. Nã exitũ sine honore suspicari nõ audẽt. Aliꝗ vanã. Alꝗ amarã religionẽ putãt. Illi non venerant̃: ꝛ isti verẽtur accedere: ideo de occultis spõse curauit tenuiter innuere: quasi ex obliquo illos tãgẽs: ꝛ istos trahẽs: dum sic latẽter de intimis eiꝰ admonuit delitijs. Sic (inquit) gene tue absq̃ occultis tuis. Ac si dicat. Si cognouissent ꝛ aliꝗ q̄bꝰ abscõditis adimpleriꝰ es vẽter o spõsa: q̃ facile oĩa detrimẽtũ facerẽt: vt illa lucrarent̃: q̃ libẽter ꝛ bona perderẽt ꝛ mala pferrẽt: vt abscõdite dulcedinis participes efficerent̃. Nũc aũt abscondita est ab oculis eoꝝ: q̃ sanctis aiabꝰ in occulto p vices alludit. Grata tñ vicissitudo: q̃ multorum molestias mitigat temporũ. Nec exiles delitie: q̃ in futura tẽpora abũdãt. Quid egestatẽ in illa veremini? Delitie ĩ occultis eius: ꝛ abũdãtes delitie. Abundãtia enim in turribus tuis o spõsa. Deniq̃ sicut turris dauid collũ tuũ: ꝛ si latẽt delitie: sꝫ virtus eminet. Quomodo non eminens turri collata? Sed differamus hunc in crastinum sermonem. Dicturi de hac turre: quod ipsi dauid dederit actor eius et tutor iesus christus: qui viuit ꝛ regnat per omnia secula seculorum. Amen.

Psalmo. cxxxviij.
Canti. vj
ij. Cor. iij
Rom. viij
Psalmo. cxxxviij. A
Psalmo. xxxviij.
Esa. xx.
Canti. vj.
Cãti. iiij.

¶ Sermo. xxvj.

Iam fortia ad spõsam ꝛ de spõsa loquit̃ (nã delicata in superioribꝰ), vbi sic ait. Collũ tuũ sicut monilia: ꝛ sile q̄d habes in psalmo. Dñs decorem induit induit fortitudinẽ. Bona hec indumẽta: quoꝝ vnũ ornat: alterũ armat. Primũ illud posuit q̄d magis ppriũ sponse videt̃. Nũc se ad eiꝰ quãdã fortitudinẽ conuertit. Uirtus fortitudinis tãto in spõsa pciosior/ quãto rarior. Rara plane. Mulierẽ eñ fortẽ q̄s inueniet? Et si pōt: tu tñ iesu bone/ nõ tam inuenis q̃ talis sit/ q̃ preuenis vt sit. Nõ seipam hec turris edificat: sed ipse sine quo in vanũ laborant edificantes. Et vide q̃ fortẽ velit intelligi: quam turri dauid assimilat. Sicut turris inq̄t dauid collũ tuũ. Noli in hoc inflexibilitatem ꝛ duritiã accipere. Hec eñ nõ possunt ad laudẽ reflecti: sed ad maledictiõis sentẽtiã prouocãt. Maledictꝰ inquit furor eoꝝ/ q̄r ptinax: ꝛ obstinatio/ q̄r dura. Neruus inquit ferreꝰ ceruix tua. Ad cõdẽnationẽ intorta sunt ista: nõ ad cõmẽdationẽ plata. Rigida peruicacia: ꝯ solet libertatẽ mẽtiri: quã in his verbis accipio. Sicut turris dauid collũ tuũ. Libera plane ceruix/ ꝛ seruilis cõditiõis ignara: tã erecta/ tam munita vt turris dauid. Nõ puto q̄ aliquo abiecte seruitutis iugo collũ istud atterat̃. Graue iugũ sup filios adã a die natiuitatis eorũ. Sed hec iam nõ videtur de filiabꝰ adã. Iam veterẽ natiuitatẽ regeneratiõis nouitate mutauit: carnalẽ nesciẽs adã/ ex quo trãsiuit ad xp̄m: ex quo sc̄do adhesit/ vnꝰ spũs effectꝰ cũ illo. Ideo libera: q̄m vbi spũs dñi ibi libertas: q̃ nos xp̄s liberauit: libertas data/ nõ innata. Nã a natiuitate eorũ graue iugũ sup filios adã. Uere graue q̄d mulierẽ illã euãgelicã annis decem ꝛ octo incuruauerat: ne sineret sursum respicere. Multũ dissimilẽ ab ista: q̃ ceruicem in turris modũ sustulit in celũ. Graue plane iugũ q̄d totũ humanum genus in hac inclinata muliere excutere non poterat nec deponere: ꝛ nõ desinebat ab onere ꝛ iniquitatẽ addere sup iniquitatẽ: ꝛ infirmitatẽ sup infirmitatẽ: ꝛ vtrãq̃ super alterã fecũda satis/ sed infelici nimis fructificatiõe. ¶ Uis audire apponentẽ iugum super iugum? Audi quali se excusatione vnus de inuitatis ab euãgelica subduxerat cena. Iuga boũ emi q̄nq̃. O stolida anima: anima tam inualida ceruice/ ꝛ attrito collo/ vnũ illud portas/ q̄d tibi corrupta imposuit natiuitas: et plura cõparas. Nõ indiges emere quod gratis innascit̃. Alia adijcis emere: ꝛ ad hoc quo opprimeris collũ eximere nõ potes. Iuga (inquis) boum emi q̄nq̃ ꝛ vnũ hoc tã graue/ tã generale gratis excutere nõ potes? Nec tibi tñ pciũ suppetit vnde te redimas. Nescis q̃ graui iugo teneris? Nisi sanguine xp̄i auferri non valet. Abũdas vt plura emas: non abũdas vt ab isto te redimas? O misere diuitie tue/ satis es locuples/ nõ vt mitiges: sꝫ vt multiplices vicula colli tui: ꝛ ꝯpedes aggraues. Sufficiat illud iugũ graue quo opprimeris. Iugũ hoc si nescis: q̃ iã est delinquẽdi necessitas/ ꝛ ipossibilitas resurgẽdi. Iugũ hoc difficultas ẽ quo ad bonũ: ꝛ auiditas ad malũ. Iugũ hoc ꝛ iniq̄tas ẽ/ q̃ reus teneris ad suppliciũ: ꝛ infirmitas: qua pnus in vitiũ traheris. Originalia tibi sunt ista: ꝛ de ppaginis vitio: ꝛ tu adhuc volũtaria accumulas onera? Curiositate q̄nq̃ sensuũ dũ exteriores intẽdis in species/ iterioris ꝯcupiscẽtie flãmã prouocas: q̃ nisi sanguine xp̄i extigui nõ pōt. Cõcupiscẽtia cũ sola est/ satis inardescit: exterior vero materia si accedit insanit. Geminũ incõmodũ: nature corruptio/ ꝛ curiositas q̄dã exteriꝰ eiꝰ irritamenta explorãs. Duplicatũ incõmodum/ pprius imperꝰ/ ꝛ hostilis impulsus Duplicatũ incõmodũ/ flãma ꝯcupiscẽtie/ ꝛ flatus incẽtoris. Iuga boum inquit emi q̄nq̃. Bene vtiq̃ boum q̄ brutas mentes curiositatis atterat labor. Iugum si optas non habes necesse comparare. Tolle super te iugum christi/ iugũ gratuitum/ iugum gratum/ gratum non graue. Iugũ enim (inquit) meum suaue est: ꝛ onus meum leue. Iugum hoc non est iugum boum: quia iugum rationale est: iugum non quod laborem infligat/ sed requiem comparet. ¶ Et vide quomodo iugum hoc leue dicat. Nam illud superiꝰ graue: quod est super filios adã a die natiuitatis vsq̃ ad diem mortis eorũ. Cuius putas mortis? Utiq̃ eius de qua habes. Mortui estis/ et vita vestra abscondita est cum christo in deo. Bona hec mors que veterem sepelit natiuitatem: nouam inducit. Mors bona que seruitutem absorbet: generat libertatem. Nam huius natiuitatis liberi sunt filij. Bonus hic exitus vite/ vt veterem exuẽtes adam/ simul graue iugum abijciamus. Hic vite carnalis exitus/ captiuitatis nostre iugum dirumpit: vltra grauare non potest: sed computrescit a facie olei/ ex quo cepimus nomine alio vocari: et inuocatum est super nos nomen secundi adam: cuius vt oleum effusum nomen eius. Uis audire vtrumq̃ iugum hoc graue et dirumpi et putrescere? Qui propiciatur omnibus iniquitatibus tuis: qui sanat omnes infirmitates tuas. Iniquitas tota et semel dimittitur/ diruptum est iugũ/ infirmitas adhuc sanatur: iugum cõputrescit. Deniq̃ q̄d cõputrescit/ lente deficit: non desinit semel. Propositũ volũtatis precidi quidem potest:

B
Canti. j.
Ps. xcij.
Prouer. xxxj.
Gen. xlix
esa. xlviij.
Eccli. xl.
C
Luc. xiiij.
Luc. xiiij
Matt. xj.
D
Coloss. iij
Canti. j.
Ps. cij.

τ quasi dirūpi:sed inueterata passio nō tam decidit q̄ dediscitur. Et q̄si operāde salutis impossibilitas aufertur per gratiā: tunc quasi dirumpitur captiuitatis iugum. Sed que residet adhuc boni difficultas:dum paulatim sanatur:eius videt iugū cōputrescere. Computrescet inquit vt q̄uis nō semel totuȝ:tamē q̄ñq̄ putredine cōficiendū donet intelligi. Qđ cōputrescit/vtiq̄ corrumpit. Quō non liber cuius iugum vel semel dirumpit: vel sensim corrūpit:Et iugū τ vinculū corruptū/vtrūq̄ vsu suo priuatū videt. Nā nec grauiter pmit/nec tenaciter stringit. Felix plane cui⁹ cōputruerūt vincula vt nulli sint vsui/cui⁹ cōputruerūt τ corrupte sunt cathene facie olei.

E ¶ Sed dices:de collo sponse sermonē institueras quid nūc circa iugū immoraris? Quid de iugo ad collū:vtinā nihil. Nūc autē cōtritio magna. Iugū em̄ ad q̄d nisi ad collū: Sed nō ad collū sponse:q: iaȝ so-

Cantl.iiij. luta vincula colli ei⁹:iā nescit seruitutis iugo contineri. Sicut turris inq̄t dauid/sic collū tuū. Exuberātissima per hoc monstrat libertas:τ depressione ab omni libera/nō tn̄ nuda.sȝ q̄ habeat aliq̄d fortitudinis admixtū. In turre nō solū erectio:sed munimēti fortitudo attēdit a facie inimici. Restituta est q̄dē libertas:sed securitas tibi nōdū pmittit. Captiuitatis cōtritus est laqueus:hostis aliūde q̄rit innectere:ius perdidit:nō deposuit recuperandi spē:non peruicatiā infestandi. Liber effectus es:libertatis tuēde de cetero tibi incūbit negotiū. Collū amplexibus sponse deditū:noli(ne in modico quidē)degeneri ex-

Luce.xv. ponere iugo. Deniq̄ reuertēti filio/ pater obuius procidit sup collū eius. Pia sarcina/τ iugū dulce:qđ tn̄ sustinere nec sentire meruit/donec primo in se reuersus seruilē cōditionē dirupit:sic regressus ad patrē. Erecta est ceruix tua esto fortis sicut turris dauid vt dicere possis. Fortitudinē meā ad te custodiam. Ipse

Ps. lviij. enim dauid/ipse salomō xp̄s.i.dei virtus τ dei sapiētia. Ei⁹ turris es:si nō infime/nō ifirme senties circa ipȝ. Sȝ si sublimitas ꝟtutis dei nō ex teipsa q̄si turris est:nō turris dauid:sed magis aduersus dauid:q̄ inflatus sensu carnis sue extollit se aduersus scientiam dei. Sublime hoc collū:sed supboȝ τ sublimiū colla sapientia calcat:humilium exaltat. Humilitas ipsa sumptus necessarios subministrat/ad edificationem euangelice turris. Nec verendum est ne sponse sumptus desint / quos abundanter de

Matth.i. sponsi pōt archa mutuari. Discite inquit a me q: mitis sum et humilis corde. Nōdū intelligis quā rōne sumpt⁹ hūilitas pre-

Luc.xiiij. stet in edificationē turris. Qui se inquit humiliat exaltabitur. Et bene de humilitate in precedenti latenter est suggestū capitulo/vbi spōse occulta commemorat:eo q̄ humilitatis pulchra sit species meritoȝ laudes occultare. Si ibi de humilitate/conueniēter de sublimitate istic annectit. Nō pt abscōdi diu turris

Cant.iiij. in humilitate fundata. Sicut turris dauid collū tuum. ¶ Vide F

priuilegiū sponse. Apostolus petrus hortat nos coedificari in

i.Pet.ij. domos spūales:hic vero nō tm̄ in domū:sed etiā in turrim edi-

Ephe.ij. ficat. Paulus in habitaculū dei coedificari nos optat:sed spōsa hoc nō contēta/etiā propugnacula adiungit: vt sublimis et securior sit habitatio. Forte τ hec vna de illis turribus est de q̄-

Ps.cxxi. bus dicitur. Fiat pax in virtute tua:τ abundantia in turribus tuis. Omnino cōuenit vt in turre nō desit libertas. Dura q: duplicata necessitas:vbi foris obsidio : fames intrinsecus. Quid proficit clausos τ munitos esse aditus oēs si intus senus hostis fames cūcta cōtristat? Mala fames fastidiū. Clause sunt ianue exteriores muniti aditus:sed p sensuū tuoȝ fenestras mors ingredit:nec experiētia indisciplinatoȝ sensuū de exteriori mate-

esa. xxxiij ria mali incērius admittit. Si proq̄cis auaritiā ex calūnia:si obturas aurem ne audias sanguineȝ: si claudis oculos ne videas malū:iam clausus es:iam habitas in excelsis:τ munimenta saxorum sublimitas tua. Nunquid satis est? Quid pdest tam munita sublimitas:si q̄ intus sunt fame τ siad vastat crudelis egestas? Quid pdest dura saxoȝ τ inaccessa sublimitas:si nō ibi panis est:si nō aq̄ fideles sunt? Bona q̄dē ptectio:si tn̄ nō desit refectio. Bōa sunt munimēta saxoȝ:si tn̄ talia sint de q̄ possit duricia τ mel τ oleū elici. Et quidē ipsa obseruātiarū duricia:τ petra discipline:frequēter largos effundit riuos olei:τ mētis faucibus dulcedinē deuotionis ministrat ordinis quidā lapideus

Ps. cxxi. rigor. Deniq̄ sic habes. Fiat pax in virtute tua τ abūdantia in turribus tuis o hierusalem:sed abūdātia diligētibus te. Alioquin qui non amat/τ si intus sit:esuris tamē. Quomodo autem egestas erit in hac spirituali turre/in turre dauid in collo sponse/in quo iugi commertio spūs vitalis trahit τ refunditur? In quo verbi sacri commeatus assiduus est:τ vocalis spiritus discurrit? Quomodo fames in collo/per quod abundantia suauitatis eructat:τ verbū bonū de cordis vbertate? Collū quoddā videt cōmertium/τ quoddam glutinum/τ cordis cum ore/τ corporis cum capite:vtriusq̄ ad alterū. In collo vinculū est et via. Quod aliud erit vinculum nisi charitas : per quam capiti corpus coheret christo ecclesia? Que alia via spiritus nisi charitas? Hec excellētior est via:immo hec est spūs vadens τ rediens/et ad suam recurrēs originem:vnde nascit illo reuertens. Ab hac

Mat.xxi. lex pendet τ prophete. Ideo mille clipei pendent ex ea. Omnis

puer.xxx enim sermo dn̄i ignitus clipeus est:τ ppugnacula ipsa ad sermonem referuntur. ¶ In sequētib⁹ dicit. Si murus est/edificem⁹

G

Cāti. viij. super eum propugnacula argentea. Propugnacula de ipsa solēt esse turris materia τ quasi de eodem cum ipsa corpore. Et vide quomodo charitas consubstantialia/τ sibi concorporalia propugnacula gestat. Vide quomodo innata sit charitati sollicitudo quedā prudētia quedā τ peruigil cautio ad declinandas vel depellendas infestationes τ machinas hostiles: habent propugnacula aliquid clausum:habent τ apertum aliquid. Per illud insidias explorat:per illud assultus declinat. Illic prouidens/ istic se protegens. Talibus est charitas cū propugnaculis edificata q: talis est ei tā fortis/tam prudēs sollicitudo innata. Ipsa magnū est sibi firmamentū quoddaȝ. Deniq̄ fortis est vt turris dilectio Ipsa nouit temptamēti occasiōes:τ cū opus est fugere/τ vbi fugiendi non est copia fortiter ferre τ cum ipsa in se aliquid firmamenti habere videatur:aliena tamen adiumenta nō refugit propugnaculis munita. Assumit τ clipeos conuersationis. Bonus clipeus conuersationis ordo:τ lex ab hominib⁹ tradita. Hec τ si non est charitati necessaria non tamen reputatur superuacua:nec onerosa quidem. Spiritualis est charitas nec indiget lege/nec tamē legem dedignatur:sed legitime vtitur ea protecta nō oppressa. Bonus etiam clipeus sacri meditatio verbi. Omnis enim sermo domini ignitus clipeus est. Non est con-

puer.xxx tenta charitas spiritualibus quas ipsa gignit meditationibus: et cum ipsa domini lex sit : in ipsis tamen legis sermonibus meditat:inde sibi testimonia assumit:inde se tuet/τ multiplici protegit clipeo. Et cū magnū habeat intus testimoniū spirit⁹ : ab ipsis tn̄ litteris sacris patrocinia sibi decerpit. Et bona protectio quam charitatis experientia suggerit vel sermonis sacri peritia tradit. Paulus in epistola sua quedā charitatis tibi propugnacula depingit. ¶ Charitas inquit patiens est/benigna ē

H

i.Cor.xiij percurre totū illū de charitate locū: nonne tibi tot propugnacula vident exurgere:quot gratias distinctas enumerat? Non emulat:non agit perperā:non inflat:non est ambitiosa:non querit q̄ sua sunt nō gaudet super iniquitate:congaudet autem veritati τc. vsq̄ non excidit. Vides quot propugnaculis turrita consistat? Nunquid non ista cōcorporalia charitati vident: τ velut de fundamento eius exurgere? Et tn̄ istos affectus quos charitas quasi naturaliter gignit:doctrina dirigit : disciplina regit: erigit exercitatio:τ bonū originale q̄tum ad charitatē. Ordo hic ab expertis prescriptus:vel fouet ne deficiat:vel promouet vt crescat:ideo charitas interna inspiratione non contenta sermonis sacri vndiq̄ sibi velut clipeos institutiones memoriter appendit. Ipsum inspice sponsum/qui mediator τ sequester quidam est inter homines τ deū:quasi collū mediū inter corpus τ caput:turris fortitudinis a facie inimici: Ipsum (inq̄ȝ) inspice qui proprias abūdabat:quomodo assumpsit scripture clipeos:τ velut ad auctoritatem se contulit:scuto vnitatis fraudulentas interpretis maligni propulsans insidias. Tu quoq̄ si fueris mediator quidem τ sequester inter homines τ deū:τ velut collum: corpus τ caput coniungens:mille clipei in te pendeant : omodi clipei diuini sermonis. Sacra tibi presto sit auctoritas/ τ ad omne patrocinetur negociū:non tantum vt tibi sufficiat:sed vt

i.Pet.iij. reliquis abundet. Esto paratus ad reddendam rationem omni poscenti de ea que in te est fide τ spe. Quasi poscere videtur fidei tue rationem:qui fidei contraria persuadere conat:τ ipsam infringere. Bonum ergo a collo tuo scutū pendet:si fueris scuto fidei munitus:scuto veritatis: scuto bone voluntatis : sacri scuto sermonis. Omnes hos in scripturis clipeos legis. Sed τ si fueris in sublime per charitatem erectus velut turris: si per contēplatiōis gratiā quasi collū reliquū corpus excedēs accedas ad caput dn̄i:τ abscondaris in abscondito faciei dn̄i: in secretario sponsi:in thalamo veritatis. Nōne tibi videris delicato protectus clipeo:τ nescio si quod scutū ad protegendū efficacius sit q̄ talis amplexus dilecti. Igneus est:τ ideo omnia tela nequissimi ignea extinguit:τ ignis ignem consumit. Si fidei scutū illa extinguit:quomodo nō magis veritatis bono protegitur clipeo/ q̄ abscondit in calore eius? ¶ Est enim veritatis

I

feruida meditatio:τ suggestiones inimici male ignitas ante extinguit q̄ ad mentē pertingant. Inter sponsi amplexus τ charitatis interna negocia:non vacat sponse peregrina tela suscipere. Bn̄ talis clipeus a collo spōse dependet:eo q̄ tam succensi amplexus gratiam experitur sola dilectio/sola tales nouit excessus:et mentem faciens adherere deo / vnum ad horam cum illo spiritum efficit. Beatum plane collum in quo sermo domini igneus moratur/a quo uelut scutum gratis dependet amplexibus patris verbum: veritas:τ virtus. An non tibi delicate ptectus videtur:qui talibus coronatur τ circūdatur vndiq̄ scutis ante τ retro? Fidelis paxillus in quo tot diuersa vasoȝ gn̄a

pendent

pendent. Bene hec a collo charitatis pēdēt: q ipsa sit vnctio q̄ nos docet de oībus: ⁊ oīa suggerit q in ipsa oēs gratie ɔferuntur: ⁊ referūtur ad ipsam: vt ex ipsi⁹ pēsantur ⁊ pendūtur mensura. (Cāti. iiij.) Mille clipei pendent ex ea/armatura oīs fortiū. Armatura plene quā Paulus ad Ephesios narrat. (Ephe. vi.) Ois armatura fortiū .i. amātiū. Fortis est enim vt mors dilectio. (Cāti. viij.) Quid ergo? Tamen ibi sunt arma fortiū/non infantiū vbera. Si excedit quasi turris q̄ iā/charitas nō ɔdescendit. (ij. Cor. v.) Siue mēte excedim⁹ deo/siue sobrij sumus vobis: charitas xp̄i viget nos. Audistis excedentē vultis sobriā ⁊ condescēdentē accipere sponsam? (Cāti. iiij.) Vbera inquit tua sicut duo hinnuli capree gemelli. Bona turris spōsa q̄ se per conuersationis disciplinā vndiq̧ claudit: ⁊ per scripturarū doctrinā sibi clipeos copiose appēdit: ⁊ per ɔtemplatiōis excessum in sublime assurgit. Ipsius etiā ɔtinentia fortis: ⁊ doctrina fidelis: ⁊ excessus celestis: cū ⁊ ei⁹ sublimitas cōdescendere didicit: ⁊ doctrine copie ad sobrietatē deduci: et rigor liquescere in quandā rationabilis lactis dulcedinē ⁊ arma fortiū in infirmorū verba ɔuerti. Vbiq̧ illā viget charitas xp̄i: sursum ad illū rapiēs/deorsum ꝑpter illū trahēs: sȝ nō tenēs diutius/dum ad suas subinde delicias in excessum recurrit. Ideo dicit. Vbera tua sicut hinnuli gemelli: q semp circūspicit montes pascue sue: q ad pascue locū illā cōuertat/⁊ rapiat nota refectio: q ad sponsi lilia leui saltu subito relabaꝭ: vnde delicate refecta celestiū succis herbarū distēta vbera ad paruulos iterato reportet. Sed que de vberib⁹ istis dicēda sunt/nō possunt aures fatigare/forsitan ⁊ hora fugiēs portare modo: et potum lactis ab vberibus istis exprimere. Vberius ociū ⁊ horā liberiorē orātibus vobis cū dn̄s dederit: oris nostri officiū nō denegabo: ipso in eius preconiis prestante copiam qui prestat affectum: christo Iesu. Qui cum deo patre ⁊ spiritu sancto viuit et regnat: per omnia secula seculorum. Amen.

Sermo. xxvij.

(A) Videtis fratres quomodo nec vbera spōse laude priuanꝭ. Et quidē vberū vsurpatio freq̄uēs tum in alijs locis/tū in istis p̄cipue cāticis. Vino vbera p̄fert: botro confert: assimilat turri. Et qd̄ nūc in presenti est: duo (inquit) vbera tua / sicut duo hinnuli capree gemelli / quo pascuntur in lilijs. (Cāti. iiij.) Videtis q̄ multiplex vberū cōmēdatio. Si mater est maternū pect⁹ vberib⁹ carere nō decet. Vbera nouerat Paulus habere cū diceret. Facti sum⁹ paruuli in medio vestrū: quomodo si nutrix foueat filios suos. (j. Thes. ij.) An non tibi videꝭ fact⁹ quasi hinnul⁹: q̄ fact⁹ est quasi paruulus? Vnde fouebat filios quasi nutrix/si non habebat vbera? Quasi duo hinnuli capree duo filij ecclesie: alter de circūcisione/alter de gentib⁹. Vide quomodo paulus vtrisq̧ vbera coaptat. Factus sum inquit iudeis quasi iudeus: his aūt q̄ sine lege erant: quasi sine lege essem. (j. Cor. ix.) Omnib⁹ omnia factus sum: vt omnes lucrifaciā. An non vbera hinnulis istis coaptauerat: omnia factus omnibus? Omnib⁹ omnia factus est non simulantis astu: sed compatientis affectu/⁊ habitu coaptātis. Deniq̧ vtrisq̧ se conformabat: nūc se cum illis a licitis cohibens: nūc ad licita condescendēs: vtrorūq̧ vbiq̧ declinās scādalū: vbi fidei non obsistebat iniuria. Omnib⁹ omnia factus est: nec iudeis ritū in initijs licitum tollens: nec ad [illegible] irritationem gentiles compellens. Omnibus omnia fact⁹ est: pro audientiū capacitate ⁊ precipiens moralia/et disserens mystica. In hec duplici materia velut duo vbera porrigit doctrine planioris: lactea vbera paruulis temperās. Interna cōpassio vbera q̄dem habet: sed coaptatio foris vbera exhibet. Illa misereꝭ: sed ista medeꝭ. Quid enim mihi prodest si tātum compateris: ⁊ infirmati ⁊ quasi infantie mee/ contemperare te commode nescis? Quid mihi prodest si compatientis affectu/causam in te meā transfers: si curam quam debes non affers? Vtraq̧ necessaria est: ⁊ compassio/⁊ quedā discipline ⁊ doctrine compositio. Compassio affectū conformat: compositio te ad lactādū paruulos vtiliter incuruat. Neutro in genere sancti doctores auditorib⁹ desunt/facti sicut illi/⁊ pietatis affectu/⁊ cōformationis vsu. (B) Vtinā istud attendāt q̄ facturi sunt in conuentu fratrū sermonem. Student magis alta q̄ apta dicere: facientes apud infirmas intelligentias miraculū sui non ipsorū salutē operantes. Erubescunt humilia et plana docere: ne sola hec scisse videanꝭ. Erubescūt vbera habere/nudare mām̄: lactare paruulos. Quid istud est? Ideo ne consedisti i medio: cathedrā tenens vt scientiā lactes: an vt tenerā subditoꝝ lactes infantiam. Subtilis textis/artē qui audiūt miranꝭ: eloquentiā laudāt. Bene quidē: tū si gratiā sentiūt: si te disputāte audientiū moueatur affect⁹: intellect⁹ instruiꝭ. Alioquin qd̄ ad p̄sens negociū peregrina quedam adducere que auscultātes non capiat? Magna eloquētie laus est: causam quam susceperis apte exequi/ad ei⁹ commodū cuncta referre: suscepto inseruire negocio/Nusq̄ euidētius eloquētie tue signū dabis/ q̄ si humilem materiā exequeris ornate: ⁊ sermonis temperamēto attollas q̄ per se iacere videbanꝭ: ⁊ velut contemptibiles sentētias commendabiliores efficias. Nec tam debes attēdere q̄ te dicere deceāt hominem litteratum: q̄ que debeāt audire quos instruis. Quid enim inde consequunꝭ: si ambulas in magnis et in mirabilib⁹/non dico super te: sed super eos q̄ assidēt? Noli altum alte sapere: sed condescende humilib⁹. Sublimia loquēs: sed non in tempore/q̄d aliud affectare videris: nisi vt tibi soli taceāt hoīes ⁊ dicatur de te qd̄ dictū est de saluatore: qꝛ nunq̄ sic locut⁹ est homo sicut hic loquiꝭ. (Ioh. vij.) Ascēdisti cathedrā vt alios edifices: nō teip̄m infles: vt impleas: nō exinanias teipsum nisi forte eo modo quo se saluator exinaniuit formā serui accipiēs: vt nos carnis sue lacte nutriret in salutē. (Phil. ij.) Bonus imitator magistri paulus vbera non occultat: sed habere se iactat. Tanq̄ paruulis inq̄t in xp̄o lac vobis potū dedi: non escam. (j. cor. iij.) Et item. Nihil me arbitror scire inter vos nisi iesum xp̄m ⁊ hunc crucifixum. (j. cor. ij.) Ipse nouit cui mēsam parat: ⁊ q̄b⁹ vbera porrigat. Ideo vbera ei⁹ sicut hinnuli: qꝛ doctrine sue vbera emollita sūt qualia paruuli in christo capere possunt. (C) Audisti iam quid sunt isti hinnuli/⁊ quare duo. Vis nosse quare gemelli? Quia in fide non est distinctio iudei ⁊ greci. (Rom. x.) Vacāt ibi priuilegia meritoꝝ: ⁊ regeneratio nullos distinguit: que cunctos equaliter absoluit. Omnes enim egent gloria dei: iustificati gratis p gratiā ipsi⁹. (Rom. iij.) Fides vtrosq̧ populos eque nobilitat: sed iudeus aliter reputat. In cōmuni clementia iura sibi priuata deposcit. Quid mirum si vult esse primus qui voluit esse solus. Vnigenit⁹ esse non potest: affectat vel primogenitus. Vide quāta obiecta sint. Petro in actib⁹ apostolorū q ad homines preputiū habentes introisset: q si os suscepisset ad fidei mysteria. Vide quātū in epistola ad Romanos paulus desudet aduersum iudeos q in gratia sibi fidei priuilegia vendicarēt q̄dā: ⁊ quos vna fides ɔiunxit/distinguerent gradibus. (Gala. ij.) Ibi affectabāt esse in gratia soli/hic summi: nolentes habere compares: quos non poterant non habere participes. Gentes aūt fecit deus cū israel concorporales ⁊ comparticipes testamentoꝝ: ⁊ in nullo discreuit: fide mūdās corda eorū. Ideo dicunꝭ gemelli: qꝛ fides nullis gradib⁹ separat: quos eque regenerat. Alioq̄n q̄ nesciunt esse gemelli/effecti sunt nulli: ⁊ in conuiuio locū occupātes primū/iā nec habent nouissimum. Que ratio non inter illos tm̄ vertiꝭ sed se dilatat ad oēs: vt nemo aliq in gr̄a quocunq̧ in gradu fuerit / aut participium: aut parilitatem inuideat. Quis enī merita pretendat/vbi in munere sola est gratia? Non debent vetera preiudicare/vbi noua facta sunt omnia. Et in hinnulis regeneratiōis nouitas intimaꝭ/sicut in gemellis in regeneratiōe parilitas: q̄ bene capree dicuntur/ id est ecclesie filij: propterea q sicut capree acute cernant. Acuta sunt enim ecclesie lumina: contemplantis non que videntur/sed q̄ non videnꝭ. (D) Vbera tua sicut duo hinnuli capree gemelli/q̄ pascūtur in lilijs: si tū liliorū sentiāt gratiā: si ipsis lilia redoleāt vt lilia: ⁊ non insuauē odorem refundāt. (canti. iiij.) Bonus ⁊ gratus est odor lilij/ sed tū ip̄m lilium alijs redolet liliū/alijs absinthiū. Liliū cōuallīū/liliū singulare xp̄s lilia erāt ipsi imitatores eius. Audi q̄d liliorū vnum loquitur. Christus bonus odor sum⁹. Alijs odor mortis in mortem: alijs vite ad vitā. (ij. Cor. ij.) Vides quomodo singulare lilium illud/ in quo bonoꝝ omniū plenitudo olebat: tristē tū videbaꝭ quibusdā odorem spirare. Isti sunt qui ponunt dulce in amarū: ⁊ lucē in tenebras. Sed ille vere lilia pasciꝭ: qui liliorū odore potitur. Lilia sunt exempla castitatis: q̄ nō solū moderna ⁊ p̄sentia/sed p̄terita ⁊ lōge posita optime redolēt. Lilia sunt etiā sacri sermones: in quibus eterne vite olfacimus gaudia: et odorū attrahimus spiritū. Ex multis fratres estis hmōi vallati lilijs. Et si omnes ecclesie filij/vos copiosius: quorum naribus singulis fere momētis: nūc prophetarū: nunc apostolorū: nūc euangelistarū spirāt casta eloquia tanq̄ lilia: ⁊ verba ⁊ vita eorū grato fragrant odore. Que enim lilia suauius redoleant: que poterant illorum equare fragrantiā? Qualem tibi refundit odorem Maria: qualem Iohānes: qualem petrus: qualem alij euāgelici viri: qualem deniq̧ ipse Iesus qui singulariter ⁊ in se redolet et in reliquis omnibus solus ipse sentitur? Quicquid suaue fragrat in ipsis: eius verba nouum mundo spargunt odorem cum mysteria reuelant trinitatis: cum redemptionis gratiam: cū copiam virtutū: cum gloriam resurrectionis: cum eterne vite statū exponit. Verba vite eterne habes Petrus ait: ⁊ ad quem ibim⁹? (Ioh. vi.) Et nos ibidem dicamus dulci eius odore perfusi. In te iesu bone patris deitas olet qui est in te. In te gratia spiritus: qui vnxit te. In te matris virginitas: in te proprie carnis integritas: in te nostri medela languoris. Omnia hec nobis olent in te: et ad quem alium vel amore vel memoria ibimus? Iniuria est plane talium lilioꝝ/ si aliquis peregrinus odor se illis immisceat: qui suauitatem illorum contristet: animiq̧ afflatus narib⁹ ip̄m

corrumpat et conuertat ad seculum: ꝛ post sceni fetorẽ currere faciat. Iniuria est: si tibi suauius fragrant vitia / q̃ virtutum lilia. ¶ Fastidiosus est vere qui lacte ꝛ in lilijs pasci non delectatur. Non est enim omne lac paruuloꝝ. Nõne tibi quasi lac videtur oĩs doctrina/omnis affectus pius/animo illapsus dulciter: Quicquid facile ꝛ dulciter sugitur: lac videtur. Tali lacte abundabant vbera sponse: et ideo dicuntur sicut hinnuli q꜡ sit in illis recens/ꝛ quasi semper noua et renascens cõsolatio verbi: ꝛ doctrine alacris copia. Ubera hec vetustatis nil habent: ideo meliora sunt vino: sed similia musto. Ubera (inquit) tua bo tri: non habẽtia scilicet austeritatẽ vini: sed musti nouã dulcedinẽ. Ubera alia pascunt: ista inebriãt. Bene ergo vbera sicut hinnuli: quia nulla vetustate infracta. Magnũ sponse pectoris ornamentũ si vbera integra habeat/nõ laxa: nõ fractas mãmas in huius egypto seculi. Ideo dicit: vbera mea turris. Inexpugnabilia vbera hec/ꝛ lactis vbertate tumentia excreuerũt modum. Bona ergo vbera tã distenta: vbera pietatis/vbera gemina: eo q꜡ pietas consolationem habeat vite q̃ nunc est ꝛ future. Gaudete (inquit) gaudio magno: vt potemini a lacte: ꝛ satiemini ab vberibus cõsolationis eius. Et cũ auulsi fueritis a lacte: epulemini ab introitu glĩe eius. Uidetis quo lactis vsus adducat/vt epulemini (inquit) ab introitu glorie. An non tibi videntur vbera spõsi epulari ab introitu glorie: q̃ sicut hinnuli pascũtur in lilijs donec aspiret dies ꝛ inclinenẽ vmbre: Qũ dulciter sugunẽ vbera q̃ sic pascunẽ: vbera de celo plena: q: celestib꜡ refecta in lilijs. Ipsa lilioꝝ fragrantia pascit. Odor eoꝝ cibi gratiã tenet. Odor eñ quidam fruct꜡ est. Ego (inquit) quasi vitis fructificaui suauitatẽ odoris. Uide quomodo sapientia odorẽ suum in fructib꜡ reputat. Spũalis iste cib꜡ est: nil habens corpulẽtie/nec dente tact꜡/nec labore mansus/sed haustus spiritu: ipsis statim vberib꜡ influẽs: ꝛ vbera distendẽs. Unde etem fragrãtia dicunẽ vnguentis optimis: nisi q꜡ in ipsis de vicinis hausti꜡ lilijs spũs redolet: donec aspiret dies ꝛ iclinenẽ vmbre.

Cãti. vij.

ij. thim. iiij.
Esa. lxvj.

Eccli. xxiiij.

¶ Dulce q̃dẽ inter lilia expectare aurorã surgentẽ: ꝛ forte vicinus est dies istis lilijs: ꝛ inter lilia ei꜡ frequẽter aura quedam ꝛ vapor haurit: ꝛ ip̃e sponsus in lilijs pascit: q̃ ip̃e ꝛ liliũ est conuallium/et lumen diei. Dulce est ergo cõpascendo cũ ipso/postulari ip̃m: cõsolari inter lilia: donec diei lumẽ aspiret. Tempus illud declarat de quo dicit. Satiabor cũ apparuerit gl̃ia tua. Tũc verus et eternus aspirabit dies: cũ enigmatũ in q̃bus adhuc videm꜡ vmbre inclinabunẽ. Plures hic vmbre sunt: vmbra fallacie: vmbra refrigerij: vmbra figure. In prima serpens dormit: in scda spõsus quiescit: in tertia spõsus delitescit. De prima dicit. In vmbra dormit. De secũda. In vmbra ei꜡ quẽ desideraueram sedi. De tertia q: sapiẽtia i mysterio absconditẽ. Oẽs iste reclinabunẽ vmbre cũ aspirauerit dies: vmbra fraudis: vmbra fidei: vmbra mysterij. Tũc erit vmbra nulla: q: veritas nuda. Tũc ergo reclinabũtur q̃ modo sunt exaltate. Uultis nosse q̃ alte: Operuit mõtes vmbra ei꜡. Magnus mons paul꜡ opertum tñ hac vmbra se dicit: tñ in speculo ꝛ enigmate viděs. Magnus mons ꝛ tñ facile raptus in tertiũ celũ. Felix rapt꜡: ꝛ multo felicior illo: quo mons ille euangelicus ad apostolorũ imperiũ in mare mittit. Rapt꜡ est: q: sapiẽtia dei immutauit sensum illius. Ideo raptus in tertiũ celũ/in celũ intelligentie pure: vñ vmbre enigmata procul abiecta sunt. Inferiores sunt vmbre ꝛ reclinate quodãmodo et꜡ respectu q̃ i celũ rapit. Rapt꜡ i celũ est: rapt꜡ ꝛ i paradisum. Serenitatis loc꜡ est celũ: paradisus voluptatũ. Pulchre in vtrũq; rapit: eo q꜡ semiplena sit ɔtẽplatio q̃ alterutro caret. Deniq; i q̃dã paradiso deliciarũ et voluptatũ locata videẽ/q̃ pascit inter lilia donec aspiret dies. Anteq̃ aspiret dies nox est. Sed nox ista nescio q̃d videẽ habere diei. Nox (inquit) illuminatio mea in delicijs meis. Illuminationis etenĩ vicẽ tenent ex parte delitie. Pulcherrimus contẽplatiõis locus est/vbi simplex cõsideratio fidei celestes ꝛ suaue olẽtes aspergit affect꜡ ꝛ eterni luminis gratiam spirat.

ps. xvj.

Iob. xl.
Canti. ij.
j. Coꝝ. ij.

ps. lxxix.
j. coꝝ. xiij.

Psalmo cxxxviij.

¶ Nõ sunt iste delicie: quas beatus iob commemorãs de sapiẽtia dicit. Quia nõ inuenitur in terra suauiter viuentiũ. Quedã sapiẽtie portio est in istis delicijs. Quomodo nõ sapiẽtie portio est vbi est ipsa veritas nõdũ intellecta/sed iã credita dulciter sapit: Ip̃e spiritualesdelicie experientia sui satis edocent: ꝛ quantũ expetẽdum sit quod de ipsis restat: ꝛ quantum respuendũ quicq̃d illis obstat. Tria hic obseruanda occurrunt: tẽpus/opus: ꝛ loc꜡. Tẽpus/id est nox tẽpus quietis ꝛ vacationis est: opus refectionis est/q: pascunẽ: locus delectatiõis est: eo q꜡ inter lilia. Iure distenta ad paruulos reportat vbera: q̃ sic pascit: q̃ in meditationib꜡ pascitur fidei: liberrime/vberrime/ voluptuose. Putas q꜡ salomon in omni gloria sua vestitus est sicut sponsa q̃ inter lilia pascitur: Quomodo non gloriose vestita vallata lilijs: Nam et si vmbra obscurat speciem/sentit tamẽ odorẽ: sentit vestimentoꝝ fragrantiam: et in his sapientie quasi famam odoratur donec aspiret dies: et inclinẽtur vmbre: id est donec aspiret dies/ et sempiternus dies. Quãdiu dies ꝛ nox vices alternant/non videnẽ vmbre reclinate ex toto/ donec statũ habent. Ubi vero reclinate sunt: Apud patrem viliq; luminis: apud quẽ nõ est vicissitudinis obũbratio. Omnis vicissitudo obumbrationis instar habet: ꝛ dũ aliq alliud succedit: quodãmodo abscõdit ꝛ obũbrat q̃d p̃cedit. Hoc ergo est q̃d dicit: donec aspiret dies et inclinenẽ vmbre/id est donec aspiret dies: ꝛ plenus sempiternus meridies/qui vmbras oẽs adnihilet. Qui pascunẽ (inquit) in lilijs donec aspiret dies/ꝛ inclinenẽ vmbre: hoc est q̃ sapientie oblectanẽ ꝛ pascuntur odore: donec ipse lucis eterne cãdor illucescat. Utrũq; cõmẽdaẽ in lilijs/cãdor/ꝛ odor. Et odor quidẽ q̃d aliud nisi gr̃a fidei: ꝛ candor nisi gl̃ia speciei: In nocte odor sentit: sed candor nõ cernitur/donec aspiret dies: q: cãdor ipse est dies/nõ habẽs vllam partem vmbrarum. Ille cũ aspirauerit dies: iã nõ erũt vbera necessaria. Oẽs eñ erũt docibiles ipsi꜡ dei. Interim ergo sponse vbera sunt sicut duo hinnuli q̃ pascũtur in lilijs donec aspiret dies de die/christus iesus.

Iob. xxviij.

Cãti. iiij.

¶ Sermo.xxviij.

eius. Harū alteram reputat sinistram: alteram dexteram. Sinistram in temporalibus subsidiis: dexteram in spirituali cōsolatione. Qui miseretur in hilaritate: qui tribuit in simplicitate: q̄ iuxta apostolorum principem gregi cōmisso prouidet: nō coacte sed spōtanee: mammam hic sinistrā exhibet: ⁊ ecclesie promittitur in prophetia Esaie/ q̄ regū mammilla lactabitur. Mammilla (inquit) ⁊ nō mammillis: eo q̄ regnū est temporalibus p̄cipue bonis ecclesiam fouere: hec enim sinistra ei⁹ est: in qua sunt diuitie ⁊ gloria. De dextera quidē māmilla sic nos Paulus informat. Cōsolamini (inquit) pusillanimes ⁊ ꝯsolamini eum qui huiusmodi est: ne abūdantiore tristicia absorbeatur. Item vos q̄ spirituales estis/ instruite huiusmodi in spiritu lenitatis. Et (vt ita dicam) sunt qui sinistrā tm̄ māmam ex officio habēt: sicut hi quos supra diximus reges ⁊ principes. Et sunt quib⁹ ex officii sui iure pendet dexterā maxime prebere māmillam: sicut sacerdotes dn̄i ⁊ doctores: quorum labia custodiunt scientiā: ⁊ lex dn̄i requirenda est ab eis: hi enim magis a subditis plebib⁹ carnalia metunt/ qbus spiritualia seminant. Qui vero possessionibus cunctis renunciant: qui rebus temporalibus valedicūt/ se suaq̄ omnia monasterio tradentes/ ⁊ ex toto in sua abbatis transeunt nullam sui sibi curā relinquentes decetero tales vtiq̄ gemino ꝯsolationis lactandi sunt vbere. Ideo neutro hoc carere debent qui talib⁹ presunt: ne mutilū ⁊ velut detruncatū videantur pectus gestare: vna deformiter māmilla contētum. Qui vero vtroq̄ destituūtur/ locū hunc in ecclesia ⁊ sibi dānose tenent/ ⁊ quantum ad alios p̄iculose: ne forte lingua lactentis adhereat palato: dū arentia sunt vbera matris. Peregrina est plane hec laus ab illis: in presentia facta ad spōsam. Q̄ pulchre sunt māme tue soror mea spōsa. Simulq̄ aduerte q̄ nō omnes pulchre sunt mamme. Nō est em̄ speciosa laus in ore peccatoris. Fili (inquit) si te lactauerint peccatores: ne acquiescas eis. Uide quō quorundam vbera nōmodo nō vult speciosa haberi: sed vult suspecta. Idcirco ista cōmēdat/ vt bene noris ad q̄ te debeas tuto ꝯferre. ¶ Q̄ pulchre sunt māme tue meliora sunt vbera tua vino. Duo sunt que ponit in laude vberū istorum: pulchritudinē et virtutē. Alterū ꝯuenit amanti/ alterū lactanti. Quid enim lactantis refert/ si pulchra sunt vbera: dummō sint vbera ⁊ redūdantia lacte salubri? Pulchritudinem ergo pro se cōmemorat: ⁊ lactis gratiam pro suis. Et si nō ipse melius sapis pulchritudinem ad ꝯuersationis venustatē refert ad doctrinam ⁊ eruditionem/ qd̄ restat in cōmendatione māmarū. Dulcius sugitur: vbi vita venustat sermonis virtutē. Et si sp̄uale aliquid vis ⁊ exp̄ssum de pulchritudine carū audire: ad mulierū te studia mitto: que corporei dedecoris/ ⁊ cultus ⁊ operā gerunt: ⁊ assecute sunt artem. Quid em̄ magis affectant in ornatū pectoris: q̄ ne māme superexcrescant/ ⁊ deformiter fluitent: ⁊ pectoris ipsius occupent spacia. Ideo excrescētes ⁊ fluitātes/ fascijs pectoralib⁹ stringunt: nature vitio arte medētes. Pulchra sunt em̄ vbera q̄ paululū supereminēt ⁊ tument modico/ nec elata nimis: nec tn̄ equata carni relique quasi rep̄ssa/ sed nō depressa: leniter restricta: nō fluitātia licēter. Hoc quidem exēplo qui verba bona verba spiritualis debet ꝓferre: mulierum imitetur ⁊ studia ⁊ industriam. Castigato vtatur sermone verborum: nō fluitent vbera/ non sine lege ferātur/ nō pectus ⁊ quoddam secretariū mentis magis occupent q̄ ornent: nō habeant plus materie q̄ gratie: non plus carnis q̄ lactis. Purus ⁊ prudens sit sermo p̄ tempore. Accedat huc pietas/ ⁊ pulchritudinis numeros teneat. Non habeat plus oris q̄ pectoris: nec lactis fluxum patiatur. Ex pectore debent vbera prodire/ ⁊ inherere illi: nō ipsum cōuerti in illa. Ex abūdantia cordis os loquatur: ex illa nō totū effundat. Restringenda sunt vbera: ne nimis exuberent. Uideas aliquos dum verba cōsolatoria plus equo sectantur/ in vana deuolui: ⁊ dum auditores longo pertesos silētio: ⁊ quasi quasdam subtristes accidia exhilarare volunt: petulantis lasciuiā lingue post vtilia profluūt ad scurrilia: ⁊ modico frumēto multum zizaniorum aut preseminant aut superseminant: loquūtur placentia/ ⁊ doctrine panē in risum faciūt/ sicut scriptū est: sed paulo post risum sine pane/ sine pane v̄bi salutaris. Non est adulterādū v̄bū dei: nec admixtiōe corrumpēdum peregrina. Suis sit cōtentus vberib⁹: vberib⁹ vtriusq̄ testamenti. Hec tibi memoriter in pectore hereant: hec tibi cōsolatorium ⁊ quasi lacteum sermonem ministrent: ita suggerant quod alii sugant. De pectore tuo erūpant radicitus/ vt nō sint affectata que dicis: sed de puro ⁊ precordiali prolata affectu/ iuxta illud. Si vis me flere: plorandum est primo tibipsi. Cōpassionis ⁊ gratulatōis affectus intus nascatur tibi: sed per scripture sacre verba/ ac si vbera quedā ad educationē audiētiū ꝯfluat. Pudice quidē: vt in re seria/ ⁊ petulantia absit ⁊ serenitas adsit. Ad pulchritudinem enim mammarum accedit/ si se paululum attollant ⁊ tumeant modice: tantum vt habeant actoritatis quantum sat est: austeritatis nihil. Ideo ⁊ vino meliora dicuntur vbera. Sic enim in laude eorum

Rom. xii. | i. Pet. iii. | Esa. lx. | Prouer. iii. | i. Thes. v. | Gala. vi. | Mal. ii. | Canti. ii. | Eccli. xv. | Prouer. i. | A | Cāti. iiii. | Canti. i. | Eccle. x. | ii. Cor. iiii.

statim sequitur. ¶ Meliora sunt vbera tua vino. Ubera gratie vbera cōsolationis/ austeritatis ⁊ duricie vino meliora sunt/ ac efficaciora: ⁊ accommodata magis ad commutandum tristes ⁊ exasperatos affectus/ ad consulendū imbecilles ⁊ teneros. Facilius mouent/ ⁊ fouent suauius. Uerbū enim dulce: ⁊ mitigat inimicos/ ⁊ amicos multiplicat. Dulce euangelii verbum: durū legis. Et vide quomodo verbum dulce effera gentiū corda cōuertit: ⁊ quasi marinos ⁊ salsos fluctus in lactis saporē. Inundationem (inquit) maris quasi lac sugent. De apostolis hoc dictum est: sub typo zabulō ⁊ isachar. Hodie si quis amarus ⁊ turbidus fuit / nō desperes. Adhibe vbera/ instilla lac: forte ⁊ ip̄e cras lacteus fluet. Quis scit si non modica stilla totam massam conuertat? Dabit enim dominus verbum euangelisantib⁹ virtute multa. Sterilis ⁊ infirma est seueritas legis: ⁊ sine gratia precipit/ et sine venia punit: vtroq̄ vbere caret: inde vel ꝯsignatione vel prefiguratione hec continet: sed in actu non exhibet. Memento non legis sed euangelii ministrum te esse ministrum Iesu: qui in passione acetum/ et in cena vini veteris reprobauit acorem. Nouacianus non habet mammam venie: nec pelagius gratie. Ille nature inueterate ⁊ corrupte bona predicat: ⁊ ad iusticiam sufficere dicit: hic diuine nature bonitatem tollit: dum penitentiā negat. Ille (vt sic dicā) reuocat petentes: hic non suscipit penitentes. Uetustatem ille propinat: hic austeritatē. Nō habet eius doctrina gratie lacteam nouitatem: nec huiusmodi dulcedinem. Parasti (inquit psalmus) in dulcedine tua pauperi deus. Pelagius diues est: non eget hac dulcedine: innascitur ei non paratur. Pelagius dicit non indigeo. ⁊ Nouacianus non indulgeo. Alter predurus est: alter p̄diues. Para dn̄e para in dulcedine tua pauperi tuo de⁹. Tu para/ tu repara: ⁊ nō nisi in dulcedine tua. Magna multitudo dulcedinis que de vberib⁹ tuis dn̄e sugitur. Quotiens post opus graues excessus ad ista accessi: p̄ssi instantius: ⁊ quantū lactis expressi copiam tu domine nosti. Ubi abundauit delictū: abundauit ⁊ gratia. Sufficiebat mihi vt diuitie cōputarentur/ si vel mererer veniam ⁊ ecce abūdauit ⁊ gratia. Mammarum pressi vnam: ⁊ vtraq̄ influxit vbertim. Ideo sponsa tua gratie lacte potata/ ⁊ satiata ab vberibus consolationis: didicit ⁊ ip̄a vbera magis prebere q̄ vinum. Meliora enim sunt vbera eius vino. Uinum vetustate acescit: vbera totum nouum/ dulce totum effundunt. Denique ⁊ timor foras mittitur/ ⁊ charitas nunq̄ excidit. Hoc est mandatum nouum ei⁹: semper recens dulcedo. Non potest amor esse ⁊ dulcis non esse. Meliora ergo sunt vbera tua vino. Uinum non malum: sed vbera meliora quidem sunt: mixturam tamen non refugiunt vini. ¶ Nam in sequentibus aliquanto post dicet. Bibi vinum cū lacte meo/ melius tamen si bibat lac solum ⁊ sine vino: quia in vino terror est: in vberibus compassionis et gratie lene blandimentum. Nam vinum licet in bonū valeat et soleat accipi hic tamen ex collatione vberum aliquid durum / et forte significare videtur. Meliora sunt vbera eius vino: quia melior est dulcis ⁊ fraterna cōpassio/ q̄ indignantis animi durus ⁊ immitis affectus. Quasi non habentes vbera Paulus notat: quos sine affectione vocat. Non potest in humano pectore vberibus carere pietatis sponsa sponso suo adherens. Ipsi enim mons vber/ mons incaseatus/ mons coagulatus/ mōs pinguis. Quomodo de tanta lactis copia nil sponsa capiat cui beneplacitum est in hoc monte habitare? Et si in hoc monte sine intermissione habitare nondum possumus: recurramus frequenter/ ascendam⁹: inebriemur vberibus. Sic eni scriptura habet. Ubera eius inebrient te omni tempore: ⁊ in amore ei⁹ delectare iugiter. Uidete ad quem sensum vberum interpretationē deflectat: ad ebrietatem et oblectationē amoris. Quid necesse est diutius in querenda vberum ratiōe morari: magis vero queramus ipsis inebriari. Meliora enim sunt vbera vino quia melior est misericordia super vitas: melior est amoris affectio q̄ afflictio carnis: et lacteus potus spiritualis nouitatis/ cōpunctiōis vino. Ibi em̄ ostenduntur et gustantur dura: dum vetus homo repellitur et destruit: hic in nouitate vite diuini fauoris lactea capimus blādimenta: nec fuge sed refugii significationem. Bonum quidem vinum: sed vbera dulciora. Bona cōpunctio: sed melior vnctio. Odor enim vnguentorum tuorum super omnia aromata. Iam studia vestra ad audiendum reintegrata video. Auiditatem vestram excitauit odor vnguentorum sponse. Indiscreta quadam esurie: illa vultis hodie vberibus superaddi: date inducias vsq̄ mane: hodie sufficiant vbera: crastino accedamus ad vnguēta: eo votis nostris prestante affectum: qui vberum ⁊ vnguentorum sponse sue/ et commendator est et dator Iesu christo: q̄ viuit et regnat in secula seculorum. Amen.

B | Deut. xxxiii. | Ps. lxvii. | Ps. lxvii. | Ps. lxvii. | Rom. v. | i. Cor. xiii. | C | Canti. v. | Rom. i. | Prouer. v. | Ps. lxii. | Can. iiii.

¶ Sermo. xxxii.

D

Exiguum est mihi olei ⁊ vnguẽti fratres ⁊ vos ho
die vasa affertis tanta: tã vacua. Nec ducatis ad
iniuriã q̃ vacua vasa vestra dico. Ego nõ inania
per hoc: sed magis capacia volo intelligi: eo q̃ ⁊
auida ⁊ idonea sint vobis ad capiendũ ingenia.
Quis ista implere sufficiat? Attẽditis ad vnguẽ
ta sponse quanta sit illi aromatum copia: quasi nõ ⁊ instrumen-
ti habenda sit ratio: per quod ad vos manare debent? Copiosa
quidẽ materia: sed nihilominus attendite quid minister queat
Fiat qđ vultis: nõ causabor inopiam ne vos me non obseruate
sponsionis incusetis. Instillabo modicũ quod habeo olei vasis
ingentibus atq̃ vtinam aliquis Heliseus iubeat: cuius virtus
nostro ꝓuentum bonũ conatui tribuat. Quid ergo? Nõne hic
multi assident helisei / multi ꝓphete: aut certe filij ꝓphetarum?
et hi omnes iubẽt: ⁊ si merita inferius essent / numerus ipse ma
gni vnius alicuius poterat vicem supplere. Instillabo ergo ali
quid de reliquijs vnguentorum. Nam ipsa in capite libri copio-
se ⁊ sufficienter effusa meministis: ⁊ forte fex illorum nondũ est
exinanita. Nunquid ⁊ ego mõ sum exhausturus illam? Ne spe-
retis id a me: nec eñ presumo. Fertilis apud spõsam est vnguẽ-
torum apotheca. Nõ est qđ dicatis exhaurite / exinanite vsq̃ ad
Deuter. xxxiij. fundamentum in ea. Utinam contingat mihi in hac fece intin-
gi in oleo: sicut scriptum est de aser. Fratres si non meremur in
olei dolium: in vnguentorum copiam / cum euangelista Joanne
immergi: si nõ meremur tam vberem vnctionẽ / nunquid despe-
rabimus vel intinctionem / nunquid saltem odorem? Nã ⁊ odor
Cãti. iiij. hic tantum cõmendatus est: ⁊ odor (inquit) vnguentorum tuoꝝ
super omnia aromata. Ubera ꝓsunt vt crescas: vnguẽta ne defi
cias. Meliora sunt vbera tua vino: ⁊ odor vnguentoꝝ tuoꝝ sup
omnia aromata. Et vt hodiernum capitulum cum hesterno co-
pulemus: dicamus vbera tenerorum esse vnguenta fortiũ. Ube
ra ꝓsunt vt crescas: vnguenta ne deficias. Meliora sunt inquit
vbera tua vino. Cõferamus inter se ista tria / vina / vbera / vnguẽ
ta. In vino veteris hõis defectio: in vbere noui refectio: in vn
guentis quedam delectatio. Uino carnalis sensus inebriatur ⁊
sopitur ⁊ obruit: vbere nouus nutritur vnguentis adultus deli
ciatur. In primo homo vetus ↄficitur: in secundo nouus reficit
in tertio iam appropinquans ad perfectionem ineffabili leticia
E afficitur. ¶ An nõ ordo bonus vt de refectione ad delectatio-
nem accedas: post lactis primitias ad vnguentoꝝ delicias? Et
a principio cantici huius vtraq̃ ista vnguenta ⁊ vbera / ⁊ cõme
morata ⁊ copulata sunt in preconijs spõse. Nec exigua hoꝝ gra
tia que totiens replicat in laudem dilecte: nõ cõtentus comme
morasse semel. Nõne delectatum putas laudibus istis quas tã-
to affectu tam frequẽter recenset? Est et quod ad te trahas de
tanta sedulitate iterate laudatiõis: inuitationẽ tuam puta hãc
iterationem: curre ⁊ tu in odorem vnguentoꝝ istoꝝ: immo cura
magis vt hec in te vnguenta redoleant: vt et tu audire dignus
Cãti. iiij. sis: quia odor vnguentoꝝ tuoꝝ super omnia aromata. Nec tan-
tum semel hoc audias: sed iterato has tibi laudationes os di-
lecti loquatur. Recentia in te sint / ⁊ quasi noua semper vnguen
ta: nõ arescant: nõ exsiccentur: nõ exinanientur. Oleum exinani
tum nomen dilecti. Sed vide vt exinaniatur vsq̃ in te: non exi
naniatur a te. Bonum est si cum spõsa inchoes ab vnguentis: sz
Gal. iij. non bonum vt cõsumaris in vnguentis. Alioqñ tibi dicit Pau
lus. Cũ spiritu ceperis / nunc carne ↄsummaris. Bene vngeris /
ps. cviij. si spiritu vngeris. Ideo sic vngere: vt caro in te immutetur pro
pter oleum. Oleum nõ immutetur aut minuatur ꝓpter carnem
Oleum immo ⁊ vnguentum nõ de capite tuo discedat / sed exu-
beret ⁊ descẽdat vsq̃ ad pedes: quia vtraq̃ in christo iesu / non
tam vncta q̃ perfusa sunt vnguento. Imbuat oleũ interiora tua /
ipsis imbibatur affectibus: vt carnalitas omnis in te mutet ꝓ-
pter oleum. Erit enim quando caro immutabitur propter oleũ.
ps. xliiij. Unctus est ⁊ perfusus oleo leticie pre cõsortibus suis. Ideo so
ps. cviij. lus ante resurrectionis tempus dicere potuit. Caro mea immu
tata est propter oleum. Iure anticipauit communis horam im-
mutatiõis / caro imunis a carnalitate. O hora optabilis: o dul-
ce vnguentũ: quando ⁊ per quod caro dissoluta ascendet in cor
ruptionem. Nam ante illum statũ quid nisi descendat in corru-
F ptionem? ¶ Uidistis hesterno die fratres: aspexistis lachrymа-
bilibus oculis carnem miseram cõmutatam: carnẽ descenden-
tem de corruptibilitate in corruptionẽ. Et quidez satis lente et
cum mora descendentem nec posse penitus corrumpi. Ui debat
velle corpus quod occupauerat hereditate possidere ipsa cor-
ruptio: ⁊ ne desineret putrescere / non sinebat perputruisse. Co-
hibebat vires quasi nollet substantiam celeriter consumere: vt
diutius inficere posset. Nam cum fuerit caro redacta in pulue-
ij. Pet. i. rem: quid habet vltra corruptela quod faciat? Omnis caro fe-
num: ⁊ omnis gloria eius quasi flos feni. Exsiccatum est fenum
et cecidit flos. Hijs verbis propheta velocitatẽ defectionis ex-
pressit: qua facile caro florida ⁊ vitali pubescens calore / ⁊ roseo
colore pulchra / sed de terra succisa viuentium: exsiccatur qui-
dem subito: sed non computrescit tam cito. Ergo feni collatiõe
celeritatez subite commutationis ostendit: non lente ⁊ putride
corruptionis expressit horrorem. Uideres in illo cadauere ossa
que tecta fuerant / quedam denudata / quedam quidem adhuc
non tam tacta q̃ polluta ⁊ inuoluta putredine. Grassabatur in
carne misera longa corruptio: ⁊ attingens a fine vsq̃ ad finem
fortiter / miserabiliter dissipabat omnia. Poteram ⁊ ego dicere
dissipabat omnia carnis eius: eo q̃ dissipatio virtuti diuine di-
spositionis seruiebat. Misera cõmutatio: sed pulchra ratio qua
deo placuit vt carnis gloria nõ nisi per putredinem deducatur
in puluerẽ. Seuiat mors: seuiat ⁊ grassetur ipsa corruptio in car
nem humanam / depopuletur eam quantum potest: deducat eaz
primo in saniem: deinde in cinerem. Nam hucusq̃ potest et non
amplius q̃ in puluerem deducere: scilicet carnis gloriam. Non
ad nihilum consumere valet carnis substantiam: nec penit⁹ cõ-
Job. xiiij. sumere: nec perpetuo possidere. Donec atteratur celum nõ con-
Johel. ij. surget: sed tamen tunc ↄsurget. Tunc enim effundet dñs de spi
ritu suo super omnem carnem tunc caro sanctoꝝ erit immutata
propter oleum: eo q̃ spiritus domini vnxerit eam. Omnes enim
resurgemus: sed nõ omnes immutabimur. ¶ O quanta virtus
i. Cor. xv. G vnguenti illius / a cuius facie corruptionis tam vetuste iugũ cõ
putrescit et caro que consumpta fuit a supplicijs reuertetur ad
dies adolescentie sue: adolescentie que nõ discedat alia etate
succedente. Efficax omnino vnguentũ: per quod tam inuetera-
ta sanabitur cõtritio: ⁊ tam annosa sanies in sanitatem incorru
ptibilem cõuertetur. Ecclesie ꝓprium est hoc vnguentum: ideo
christiani dicuntur filij eius a spõso suo christo: id est vncto. Et
iam accipimus hoc vnguentũ in baptismate. Sed sicut ibi ope
ratum est ad sanctificationem ita ⁊ in fine temporũ operabitur
ad gloriam illam immutationem: quando caro immutata erit ꝓ
pter oleum. Quis scit si non interim morbus sinatur deseuire:
vt ex violentia morbi / virtus declaret remedij? Bene ergo vn-
guenti huius odor cõmendatur: eo q̃ gratiam eius ac si de lon
ge adhuc odoramus. Quod aliud dabis antidotuz tam efficax
ad mitigandum omnem mentis que potest accidere desolatio-
nem: q̃ q̃ fidissima spes est resurrectiõis future / ⁊ felicis illius
commutationis? Nõ habet doctrina gentilium resurrectionis
credulitatem: ⁊ iudeoꝝ traditio non tenet qualitatem. Illi non
credunt: isti minus plene / sed parum putare de spirituali resur-
rectiõis gloria / et angelica similitudine sentiunt. Gentiles vn-
guenti huius odorẽ nõ trahunt. Judei quidem nõ ipsum ⁊ pro-
prium: sed nescio quem alium ⁊ adulterinum pro eo. Apud solaz
ecclesiam vnguẽti illius odor ⁊ integer ⁊ proprius existit. Ideo
odor vnguentorum eius super omnia aromata. Bona vnguen-
ta impassibilitas ⁊ patientia. Per illam caro resuscitata ledi nõ
poterit: per istam mens pia inter ꝓuocationes ⁊ iniurias illesa
consistit. Per illam quieto ⁊ incõcusso iure carnis nostre terraz
hereditate possidemus: per hanc vero ipsam animã. In patien-
Luce. xxi tia (inquit) vestra possidebitis animas vestras. Ipsa patientia
quid aliud est nisi velut quidam future impassibilitatis odor?
Illic mala nulla inferuntur: hic vero patientie beneficio / ac si
vnguento quodam mitigatorio / etiam que illata sunt nõ sentiũ
tur. Efficax ⁊ vtile omnino vnguentum quod inter carnis vexa
tiones animum ab iniuria tuetur: ⁊ cõtinet ne fatiscat / ne defi-
H ciat ne laboret. ¶ Ego vtilitatem vnguenti huius predico: tu
forte voluptatem queris. Ne in hoc quidem deero: ⁊ adhuc vo-
bis excellentiorẽ vnctionẽ demonstro. Omne gaudiuz (inquit)
Jaco. i. existimate fratres: cũ in temptatiões varias incideritis. An nõ
tibi videtur excellentiori vnguẽto ꝑfusus qui nouit in aduersis
gaudere: q̃ qui didicit in ipsis nõ cõtristari? Minus eñ est quo
dolor excludit: q̃ quo leticia suadet. Denique et inimicos nõ mõ
tolerare / sed amare iubetur spõsa christi. Diligite (inquit) inimi
Luce. vi. cos vros. Bona ergo ei⁹ vnguẽta / q̃ in tristib⁹ leticiã redolẽt:
⁊ hostibus dilectionẽ prestant. Dilectio eñ maior est omnibus
sacrificijs ⁊ holocaustomatibus. Ideo odor vnguentoꝝ tuoruz
precellit omnib⁹ aromatibus. Bonũ plane oratiõis aroma: bo-
Mat. v. num incensum. Sed audi quid euangeliũ preferat. Si offers (in
quit) munus tuuz ante altare / ⁊ ibi recordatus fueris q̃ frater
tuus hz aliquid aduersum te: dimitte ibi munus tuũ ante alta-
re / ⁊ vade prius recõciliari fratri tuo. Aduertis satis quomodo
vnguentum recõciliationis / aromati prefert oratiõis. Quid est
recõciliatio nisi iterata animoꝝ desideratiũ cõciliatio. Et de con
ciliatiõe ⁊ charitate fraterna dicit tibi psalmus. Ecce q̃ bonũ
ps. cxxxij et q̃ iocundum habitare fratres in vnum. Hec est excellentior
via (iuxta Paulum) ⁊ alijs maior charismatibus q̃ odor vnguẽ
i. Cor. xij. torum cunctis aromatibus. Unguentũ hoc descendit de capite
ps. cxxxij in barbam et orã vestimenti. Christus enim caput nostrũ prius
dilexit nos: vt nos diligamus eum. Ideo et sponsa se currere
dicit in odore vnctionis / id est in emulatione dilectionis. Non
dicit vnguenti sed vnguentoruz: eo q̃ gemina sit dilectio. Una
qua diligimus

qua diligimus ipsum:quoniam ipse prior dilexit nos. Alia qua
diligimus inuicem sicut z ipe dilexit nos. Utriusq; dilectionis
habemus ab ipo z exemplum et donum. Ipse enim dilectionis
et viam monstrat/z ministrat virtutē. Ideo scriptū est. In odo-
Canti.i.
re vnguentoꝝ eius currimus. Ipsa cōnectio z suauitas:z amor
patris z filij/z mutua cōplexio per spiritum ābo ꝝ nonne grato
nos odore perfundit z ad similem nos inuitat emulationē: vt
A
et nos vnum simus sicut z ipsi vnum sunt? ¶ Felix quidē qui se
quitur z currit in odore charitatis illius:suauitatis illius:dile
ctionis illius:vnctionis illius. Ipse eñ spiritus vtrosq; quasi
perungit:quos tante amoris dulcedine ꝯiungit. Imitemur vn
ctionem istam:curramus in ei⁹ odore. Diuine illius et essentia-
lis vnitatis emula est z quasi imago fraterna charitas:et que-
Ps.cxxxij
dam velut vmbra vnguenti illius z dulcedinis z amoris mutui
Ecce eñ ꝙ bonū z ꝙ iocūdum habitare fratres in vnū. Sicut
vnguentū in capite qđ descendit zc. Atq; vtinam de capite no
stro quod sursū est/quedam vnguenti istius in nos vmbra descē
Cāti.iiij.
dat/vt z ipsi audire mereamur:quoniā odor vnguentoꝝ tuoꝝ
super omnia aromata. Percurre animo virtutes reliquas/vsum
et opera singularum recense:nihil in illis tam suauiter redolet
quantum pura de corde charitas. Quē odorē tibi spirent ieiu-
nia:quē odorē elemosine: si i illis charitas nō pollet? Castitas
ipsa z tolerantia passionū: si nō fuerit charitate ꝯdita/ quid ti
bi suauis odoris refundent? Si tradidero (inquit Paulus) cor
j.cor.xiij.
pus meum ita vt ardeā/z quasi aromata incensum liquescam to
tus in igne/charitatē aūt non habeā:nihil mihi ꝓdest. Non po
test gratis suscipi/qđ non cū gratia offert. Charitas radix est:
quasi rami virtutes cetere de illa pullulāt: z ideo pinguedinis
illius participes esse debent. Quid prodest ramus in bona oli-
ua/si nō in eo sentit radicis pinguedo z gratia? Ita quidē nec
virtutes/nec opera virtutū:si non in eis charitatis z dilectio-
B
nis virtus redoleat. ¶ Maria cuius etiā mō tibi nomen de euā
Luce.vij.
gelio sonuit:qđ in ea aliud ꝙ dilectio redolebat? Dimissa sunt
ei (inquit) peccata multa:qm dilexit multū. Bon⁹ hui⁹ vnguē
ti odor:cuius gratia veteris corruptele fetorē deleuit omnino:
et totam ecclesie domū suauitate grata perfudit. Dum esset rex
in accubitu meo nardi pistici alabastrū ꝯfregit:z effudit super
caput recūbentis. Et nardus illa dedit:z adhuc dat/z in finē
seculi dabit odorem suū. Bonū in ara pectoris sui christo domi
no incendit aroma:ac si vnguentū exinanitū cor ei⁹ liquefactū
flāma charitatis. Sepulto dño:vide ꝙ officiosa/ ꝙ sedula mo-
numentū frequentat. It z redit. Uidet angelos/apostolos inui
tat:abeuntibus illis/non abijt illa. Ardens est (inquit) cor meū
desidero videre deū meum:quero z non inuenio eū. Nonne tibi
anxietas ista querentis/eximie quoq; dilectionis videtur odo
rem spirare? Hec verba dū in eius memoria cantant/nonne qui
cantant z ipsi quoq; inflāmātur? Deniq; z ipse Iesus qui deside
ratur/vnguēti illius fragrantiā odorat/z quasi currit ad illam
in odore vehementis amoris. Quidni ad cognata libēter recur
Mat.xvi.
rit vnguenta. Quasi in matutino festinat ad illā/z surgens ma-
ne prima sabbati/primo apparet Marie:z vnxit eā oleo leticie
pre consortib⁹ suis:dū se iā resurrexit manifestat in gloria. Iā
aromata illius in vnguenta ꝯuertit/z desideria ei⁹ in dilectio-
nem cōmutat. Aroma mihi videt offerre/q̄ orat z optat. Tunc
aūt vnguento perfūditur/cū eius quē amat potitur copia:cum
presentia delectatur. Bonū quidē orare z desiderare dñm: sed
amare/z habere/z frui melius. Et (vt ita dicā) cū nō habes bo-
num est mendicare: sed melius mādūcare. Si potest absentem
amare:quanto magis cū adest:cū copiam sui indulget:cū expe
rientia dulcia alimenta ministrat amori? Tunc eñ z spirituali⁹
et profusius vngitur anima:cū illi qui vnctus est spiritu z virtu
te artius iungit. Tunc precipue dilecto placet:tunc suaui⁹ re-
dolet/cū tota fuerit in ipsum transfusa:cū adherēs illi vnū/oris
fragrat vnguento:vnguento illo qđ de sponso redundat in spō
sam. Iocūde omnino z suauiter redolet cohabitatio ista i vnū:
sicut vnguentū in capite quod descendit zc. Ideo odor vnguen
torum eius super omnia aromata. Et si vnguenta etiā ipsi spon
se alia sint:nulla talia sunt quale illud quod descendit in ipsā:
hora hac maxime qua dilecto coheret:qñ inter eius vbera mo-
Canti.i.
ratur:qñ cubat in secretario cordis. Deniq; qñ rex est in accubi
tu suo:tunc nardus sponse spargit odorē suū: odorē bonū sup
omnia aromata:odorem sponsi/magis vero odorē spōsum. Ipse
est enim dilecte sue vnguentū:ipse est odor: nam ipse in dilecta
sua cōplacet sibi:ipse redolet. Atq; vtinā vnguentū hoc de ca-
pite nostro non discedat:z odoris ei⁹ fumus ascēdat de cordi-
bus nostris in secula seculorum. Amen.

¶ Sermo.xxxiiij.

C
Lu.xxiiij.
Dies ista dominice resurrectionis annua celebritate
solennis:de vnguentis repetito tractatu me cōpellit
instaurare sermonē. Uenerūt hodie mulieres cum aro-
matibus:venit Nichodem⁹ ferens mixturā myrre z aloes qua
Joh.xix.
si libras centū Maria magdalene ipsa preuenit vngere corpus
iesu in sepulturā. Uidetis quanta mysteria celebrant in vnguen
tis. Magna mysteria:z quis ad ista idone⁹? Quis digne vnguē
torum assignabit distinctionē:proprietatē exponet? Disputatio
hec experientie est/non ꝯscientie. Nō est eñ facile cuiq; de vn-
guentis tractare:nisi quem ipsa docuerit vnctio. Hodie vnctus
est dñs oleo leticie pre ꝯsortib⁹ suis:nō tñ sine ꝯsortibus suis.
Quō enim ꝯsors est qui non ꝯgratulat/nō ꝯgaudet:qui de sur
gente non consurgit in nouam leticiā? Oportuna quidē occa-
sio de vnguentis vobiscū disserere:sed multo magis oportuna
vnguentis redolere. Uos exigitis a me sermonē: z ego a vobis
vnguentoꝝ odorē deposco. Qua ratione cū sanctis mulieribus
domini iesu frequentatis monumentū:si nullū spirituale defer
tis ad illud vnguentū? Caro dñi hodie gloriose est immutata
propter oleū. Nōne condignū videtur vt corda nostra immutē-
tur z ꝯuertantur in oleum spirituale:in oleū exultationis z leti
cie? Institueram de vnguentis sermonem:z ecce disputatio no
stra hesit in oleo. Et quid oleo cū vnguentis? Multū quidem:z
si nō per omnem modū idem est:accedit tamen ex parte aliqua
et assimilatur eis. Oleum eñ ꝙuis non fragrat:mitigat tñ: nō
bene olet/sed bene vngeris ex eo. Hic aūt nō tam vnctionem ꝙ
Cāti.iii.
odorem cōmendat in vnguentis spōse. Et odor (inquit) vnguē-
torū tuoꝝ sup oīa aromata. Non omnis anima odoriferis abun
dat vnguētis:sicut z mulier illa in regū libro loquitur ad pro-
iiij.re.iiij.
phetam. Nō est in domo mea nisi paululum olei quo vngar. Nō
habet hec mulier vnguenta odoriferis speciebus composita:sz
D
oleum ad vnctionem simplex z exiguum ¶ Maria magdalene/
Mar.xiiij
non legis sed euangelica mulier vnguentū defert nardi spicati
preciosi:nec exiguum/sz librā integram: Et ipse Simon redar-
Luce.vij.
guitur a dño:q nec oleo quidem caput eius perunxerit: cū illa
caput eius perfudit vnguento. Uides quomodo vnguēta oleo
preferuntur:z odorifera vnguēta? Nam preter hoc ꝙ vnctionis
habent effectū:quodā odoris spiritualis beneficio prerogant.
Unctio quidem parcior est:sed fragrātia se diffundit in plures.
Etiam qui solus vngitur:non solus odorat. Uirtus est commu
nis/in oēs se spargit. Ergo vnctio tibi:odor z alijs/z tibi. Be-
ne vngitur z bene redolet:qui diligit bona coram deo / et pro-
uidet bona coram hominibus. Gaudete (inquit Paulus) in do
Phil.iiij.
mino semper/z iterū dico gaudete:modestia vestra nota sit om
nibus hominibus. Gaudete ad vnguenta modestie. Notitiā re
ferto ad odorem. Audi quomodo ipse Paulus odorem ad noti
ij.Cor.ij.
ciam trahit. Et odorē (inquit) noticie sue per nos manifestat in
omni loco. Bonū ergo vnguentū/z bon⁹ odor:spiritualis in do
mino exultatio/z modesta exhibitio/leticia z noticia. Bene vn
gitur/cui dominus in conscientie interioris gaudio placet:qui
j.Cor.x.
delectatur in ipso/z bene olet qui cum Paulo omnib⁹ per om-
nia placet z nō placet nisi in domino:in cuius modesto habitu/
discreto opere/sermone docto/ interioris alacritatis et gratie
fragrāt vnguēta bene vngitur qui gloriatur in dño:z bene olet
per quem dominus glorificatur coram hominibus. Et ipsi q̄ re
dolet/odor suus suauiter fragrat:si non gloriatur seipsum cō-
Cāti.iiij.
mendari sed per se dñm. Odor vnguentoꝝ tuoꝝ sup oīa aroma
E
ta. ¶ Uultis vt inter vnguenta z aromata differentiā vobis assi
gnem? Ipse ergo sermo cantici distinguere videtur/non repro-
bans aromata:sed vnguenta preponens. Quantū ergo in con-
similibus z coniunctis rebus inuenire distantie possum: vnguē
ta videri possunt dona gratiarū que in spiritusancto cōferūtur:
aromata vero ipsa officia que deuote referūtur. In operibus et
in officijs honestatis quedam naturalis species grata est: in vn
guentis gratia spiritus. Dominum iesum vnctum spiritu et vir-
tute:ita et sponsam eius in hoc decuit assimilari/ vt et ipsa spi-
ritu et virtute vngatur. Bona quidem sunt aromata virtutum:
et per se redolere videntur: sed cumulatiore gratia fragrant /
cum de vnctione spiritus suauitatis aspergūtur odore. Ope-
ra ipsa/et virtutes cum his que foris sunt communia nobis es-
se possunt:vnguenta non possunt. Deniq; z si p se pulchra sunt:
plus placent cum procedunt de spiritu. Quomodo vidētes ope
ra bona glorificant deum: nisi quia intelligunt q ipsum opus
bonum/et a deo venit/et ad ipsum vadit? Si qua sane in me bo
na sunt:gratiora mihi quidem inde sunt cum deputātur gratie
christi:cū eius in me vnctio commendatur: cum spiritus redo-
let:magis ꝙ cū naturalis arbitrij predicatur facultas: aut fru
ctus industrie. Deniq; sine vnctione spiritus:et natura liberta-
te destituitur:et virtus veritate:et opus merito. Nam sine gra-
tia spiritus et fide christi/et voluntatis conatus effectu caret:
et virtus que videtur fucata est: et opus eterne mercedis non
assequitur fructum. Ideo odor vnguentorum tuorum super om
nia aromata. Et enim qualiacunq; aromata fuerint: non me-
re suauitatis spargunt odorem:nisi cum in eis spiritualis gra-
tie redolent / et redundant vnguenta. ¶ Uultis vt aliquod
F

vobis vnguentum proponam/cuius odor super omnia ecclesia
sticorum donoꝝ excellat aromata?Quis odor in ecclesia sua-
uius fragrat/odore misericordie ⁊ remissionis?Quanti cucur-
rerunt in odore vnguenti istius:⁊ per hoc christo comparati et
adglutinati sunt?Bene redolet qꝺ veteris corruptele ⁊ pecca
ti ab antiquo inoliti sub momento delet fetorem.Mulier illa q̄

Luce.vij.

erat in ciuitate Marta nomine:q̄ fetida erat quando accessit
ad pedes Jesu in domo Simonis leprosi?Quantum ipsi fete-
bat Simoni qui presentie eiꝰ nõ sustinuit horroꝛē portare:q̄ fe
tida inq̄ accessit ad iesum:⁊ ecce iam in toto mūdo ex peniten
tie/⁊ dilectionis/⁊ gratie quā reportauit spargitur odor. Non
est sera gratia christi in ipso ꝯuiuio quo mulier hec domini pe-
des rigauit/tersit ⁊ perunxit:⁊ lota/⁊ extersa/⁊ peruncta est:et
ipsius domini testimonio phariseo prefertur. Non est eñ parca
clementia christi:nec pigra quidē plus rependit:⁊ sub hora re-
pendit.Quid mirū si penitenti occurrit indulgentia vbi ad pa

Joh. viij.

tientiam penitentia adducit?Mulier illa deprehensa in adulte
rio ⁊ relicta in medio:vide quomodo clemētiam iesu redolebat
que mechie culpa prius fetebat.Reuolue euangelium:vbiq̄ ie
sum inuenies ⁊ citum ⁊ copiosum ad veniam.Deniq̄ ⁊ si quatri
duanus mortuus est/⁊ publicati criminis fama iam fetet. Ubi
iesus euocat ⁊ educit de tumulto praue ꝯsuetudinis: vbi Je-
sus soluit/⁊ remissionis infundit vnguentū:statim a facie eiꝰ fu
git omnis fetor antique putredinis. Quis ei retractabit quod
non imputat dominus.Quis tenebit errata que ipse remittit?

Johā.xj.

Non potest male olere quod ipse abolet.Domine(inquit Mar
tha)quatriduanus est ⁊ iam fetet.Erras martha Jesus non tā
fugit fetida/q̄ solet ipsum fetorem fugare.Exemplū dedit ec-
clesie sue vt quēadmodū ipse fecit nobis/ita ⁊ nos inuicem fa-

G

ciamus:hec illi reliquit vnguenta.¶Quanti desperantes semet
ipsos ⁊ tradidissent immundicie ⁊ auaricie/omniumq̄ vitioꝝ p̄-
cipites se dedissent in gurgitem:si non medicaminis huius re-
traherent odore?Tribularer(inquit)si nescirem misericordias
domini/mias in capite/et misericordias in corpore eius qꝺ est
ecclesia. Nam ⁊ ipa accepit a domino quod ⁊ filijs tradidit: qꝺ
ipsa(inq̄)accepit misericordiam in munere:ipa etiam in mānda
to vt sit ministra miserationū.Bonum quidem miam ministra
re:sed melius misereri.Misericordiam quam debes ex loco:ex
animo solue.Exprime in te christi affectū:cuius officiū ⁊ vicem
suscepisti.Minister es eiꝰ qui diues est in misericordia. Noli in
alieno predurus inueniri.Eroga ꝯseruis tuis vnguenti huius
mensuram in tempore.Si in alieno infideles estis:qꝺ vestrū est
quis dabit vobis?Affectus tuus sit misericordie:nā domini est
effectus venie.Qui lesam ꝯscientiam gestat/tectū vulnꝰ sub pe
ctore tuto se tibi committet si penes te vnguenti huius odorem
presenserit.Si sciretis quid est misericordiam volo ⁊ non sacri-
ficium:nunq̄ ꝯdemnassetis innocentes. Non sic tu dñe/non sic
nonmodo nõ innocentes sed ne nocentes quidem condemnas:

Ps.cxl.

sed emendas eos.Emendabit(inqt)me iustus in misericordia:
oleum aūt peccatoris nõ impinguet caput meū. Distinguit hic
psalmista inter oleū ⁊ oleū:inter oleū adulationis ⁊ oleū mise-
rationis.Illud demulcet ⁊ sauciat:istud demulcet ⁊ sanat. An
non tibi sup omnia aromata bene redolet vnguentū: per quod
vniuersa delicta tam facile delent?Filiꝰ ille iunior in se reuer-
sus vnguenti huius vberā copiam odoratus est in patre de re-
giōe longinquam inter greges porcoꝝ patris eius cepit fraga
re clementia:ideo attractꝰ est ⁊ currere cepit ad patrem in odo

H

re vnguentoꝝ eius.¶Uide faciem/vide profluā dñi Jesu gra
tiam:cū penitente filio gaudere eum oportet ⁊ epulari.Manet
in domo Zachei:publicanū in discipulatū asciscit:⁊ cū lazaro
post tumulum instaurat ꝯuiuium.Quibus propiciatur imprope
rare nescit:dimidia vti nõ nouit clemētia:familiaritatis in gra
tiam suscipit quibus indulget. Bonū ergo misericordie vnguē
tum quod peccata remittit:ꝓuenit merita:comitatur:accumu
lat:super omnia fragrat aromata:eo ꝙ omnis ecclesia sanctoꝝ
plus misericordia q̄ meritis nititur.Deniq̄ remissionis vnguē
tum vltimū sacramentū.Ungnentū hoc ⁊ peccatoribus et iustis
commune/⁊ commodū est:nam sunt alia quedam specialia san
ctorum ⁊ solis ipsis accommodata. Sunt eñ vnguenta que sa
nant:sunt vnguenta que fouent:sunt vnguenta que sanctificāt
sunt que delectant.Et prima quidē egritudinē depellunt:secū-
da iam sanis ꝯferunt alacritatē:tertia sanctificant in opus mi-
nisterij:sicut regiū ⁊ sacerdotale vnguentū:quarta nõ iā in opꝰ
sunt sed in ociū:non in administrationē:sed in amorē/sed i glo

I

riam/sed in delicias/sꝫ in vsum sponsi ⁊ sponse. ¶Bonū est cō
morari in vnguētis:sed qm̄ alibi satis disputatū est sup vnguen
toꝝ distinctione:vngendi modos nunc breuiter distinguamus
Alij tangūtur:alij aspergunt:alij inunguntur: alij perfundūtur.
Relege penthateucū:euangelium reuolue:⁊ diuersitates istas
vngendi quas corporaliter ⁊ exterius factas aduertis/ad amo
res deflecte.Nõ ego nūc de natura vnguētoꝝ:sed de mensura

ago vngendi:⁊ alij quidē semel/alij sepiꝰ/alij semꝑ vnguēta fre
quentāt. Bona quidē copia si assit ⁊ gratia. Neutra deesse vide
tur in vnguentis sponse:nec suauitas/nec vbertas: quoꝝ odor
omnia aromata superat. Ad ecclesiā generaliter hanc laudem
deriuauimus:ad specialem aliquam in ecclesia personam decli
nemus sermonē:que singulari quodāmodo amoris ⁊ familiari-
tatis beneficio sponse debeat nomine censeri:in qua non mõ ne
cessitatis/sed dignitatis ⁊ voluptatis vbertim vnguenta aspi-
rant. Nec hanc crediderim ego sacro vnguine vel tactā in par-
te/vel respersam per partes:sed perfusam/⁊ perunctam abūdā

K

tius in sponsi delicias.Copiose penes hūc sponsum aromatum
celle eructantes ex hac in illā:sicut regales oportet habere di
uitias.¶Sed credibile est excellentioribus reginam vnguen-
tis redolere. Nihil tamen nobis de virtute vnguentoꝝ exprimi
tur:preterq̄ ꝙ solus odor commendat in ipsis. Non eloquitur
quid efficiat vnctio/delitias solas memorasse contentus:⁊ eas
delitias que spiritualem magis charitatē accendūt. Unctio so
lo tactu sentitur/cū fuerit carni superfusa. Odor vero tactu dis
fugiens tantū spiritu sentiri se patitur.Et vnguenti quidem li
quor sensim in interiora liquatur. Odor vero cū omni facilita-
te superiora petit:cerebro illabitur:sensuū sedem dux occupat
recreat.Multo ergo subtilior ⁊ sublimior: multo magis vnguē
torum est odor q̄ liquor.Et in blandimento sponse magis deli
cata ⁊ magis accommoda spiritualibus oblectamentis: ⁊ secu
lentis minus habentis oportuit commemorari. Alie vnguentis
et oleo indigent:vt motus carnis aut mitigent aut immutent.
Hec aūt iam non in carne/sed in spiritu vt domini sponsam de-
cet/spiritualibus abundat delitijs. Odor vnguentoꝝ tuoꝝ sup
omnia aromata.Et si solus odor cōmemoratur:forte non solus

Gal.v.

operatur:operatur ⁊ vnctio.Qui sunt christi ait apostolus)car
nem suā crucifixerunt cū vitijs ⁊ concupiscentijs.Ubi vnctio ē
non videtur crucifixio necessaria.Illa mortificat:⁊ hec immu-
tat.Et quidem crucifixio doloris sensum habet: vnctio lenita-
tem.Suauis vnctio est ⁊ efficax:tamen que sine lesione oleo ex
ultationis ⁊ leticie a corruptione carnem illesam cōseruat:cor-
ruptionem aufert:⁊ cruciatū non importat. Dñi iesu passionem
vnguenta preueniunt:vnguenta subsequunt:vt discas ⁊ tu car
ni tue(si quis est)cruciatum vnguentoꝝ exuberantium ꝯfusiōe
lenire.Bis vnctus est/vt ⁊ crucis nõ sentiret iniuriā:⁊ resurre-
ctionis sue nouitatē consequeret:⁊ vt quasi per hoc sacramen
tum spūalis vnctiōis gratiā cōmendaret. Bonū ergo vnguētū
cuius(vt sic dicam)liquor carnē immutat:et odor spm̄ recreat.

L

¶Et vt summati hec recapitulemꝰ:vnctio est mētis exhilara-
tio ⁊ exultatio:odor est ipa oratio.Unctio spūalis leticia:odor
quedā eoꝝ que animo gestant/exterior ꝑ famam noticia: vnctio

Cāti. iiij.

interna delectatio:odor quoddā de gaudioꝝ experientia desi-
deriū suauiter ꝓfluens.Bõ odor vnguentoꝝ tuoꝝ sup oia aro-
mata.Omne eñ oratiōis incēsum/⁊ desiderij vehementiā exce
dit desideriū illud qꝺ de celestiū blandimēto gaudioꝝ gignit:
et ꝯcupiscentia q̄ de spūs vnctiōe quasi suauissimꝰ quidā odor
vbertim exalat.¡Bonū hoc desideriū qꝺ vim hꝫ orationis:⁊ nõ
habet afflictionis molestiā.Spōsa hec cui priuilegium hoc vn
guenti ⁊ odoris defert.Quid mirū si precellentiꝰ redolet q̄ spe
cialiꝰ vngit?quid mirū si auidius optat: q̄ gestat suauiꝰ?Equū
eñ est vt ampliꝰ oret:q̄ artius heret. Adherēs sponso/vnus cū
illo effectus est spūs.Idcirco nõ nisi spūs redolet in ea:q̄ vnxit
eā ⁊ orat ꝓ ea affectibꝰ inenarrabilibꝰ.Propterea odor vnguē-

Apo.v.

toꝝ eiꝰ sup oia aromata.Et in apocalipsi legis phialas plenas
odoramentoꝝ:que sunt orōnes sanctoꝝ. Aromata(sicut exodꝰ
docet)geminos in vsus distribuūt.i.crismatis/⁊ thimiamatis.
Nōne tibi vident etiā nūc in laudibꝰ sponse hec vtraq̄ ꝯiungi?
Unguenta eiꝰ/⁊ vnguēta sunt/⁊ odorifera valde.¡Odor ei eoꝝ
sup oia aromata.Unguētū(vt dictū ē)donoꝝ ꝑceptio/odor de
ꝑceptiōe actio gratiarū: desideriū eternoꝝ:⁊ quidā inter subli

eccl.xxxv

mia bona sensus humilis. Oratio eñ humiliātis se/ipa nubes

M

penetrat.¶Uides quomodo ascendit odoramentū hūilis ora-

Lu.xviij.

tionis?Ascendit phariseus ille in templū vt oraret:sed oratio-
nis eius odor nesciuit ascendere. Bona gratiaꝝ sibi diuinitus
collata secū reputat/⁊ quasi vnguenta recenset. Non sum(inqt)
sicut ceteri hoies/raptores/iniusti/adulteri. Audi pre quibus
vnctū se gloriatur:gloria eius in ꝯfusione alioꝝ videt. Non ma-
gna gloria:magna tñ ipsi videt. Ipsi redolet:non tñ sup aroma
ta:sed sup sulphura ceteroꝝ. Audisti quibꝰ preferat:audi nunc
quid in se gratie preferant vnguēta in quibꝰ phariseus gloria-

Ibidem.

tur.Jeiuno bis in sabbato:decimas do omniū que possideo:et
si quē defraudaui/reddo quadruplū. Bona hec legis elemēta
redolent:non euangelicā doctrinā. Non ieiunat per omne tps:
nõ renūciat omnibus q̄ possidet:vt nõ habeat vñ possit vel pri-
mitias vel decimas dare.Defraudata reddit in quadruplū: nõ
se patitur defraudari:non qꝺ reliquū est exponit partem aufe-
renti:nõ acceptas se habere dicit iniurias. Pharisee iter infi-
ma opera

ma opera supra modum tumes. Pharisee non rogas: sed prope astanti publicano iniurias irrogas. Tu de teipso perhibes testimonium: exiguum est testimonium tuū. Duo quedam in oratione tua nō tam redolēt q̄ fetent: tumor ⁊ tepor. Tumor est in eo q̄ publicano improperas. Tepor quidem quia omnino nihil rogas. Quō enī nō tepebit oratio: elationis vento ⁊ inanitate saciata? Pharisee nō oras: sed effers teipsum. Tu de teipso perhibes testimonium: ⁊ testimonium tuum nō est verum. De operatione tua exiguum est: de prelatiōe nō verum. Audi enim testimoniū veritatis. Amen amen (inquit) dico vobis / descendit hic iustificatus ab illo in domum suam. Nō enim qui seipsum commendat ille probatus est: sed quem deus cōmendat. Ideo felix anima ad quam ab ipa veritate tam excellens cōmendatio profertur. Odor vnguentoꝝ tuoꝝ super omnia aromata. Magnum exhibitū est publicano testimoniū: huic autem cui laudes iste canuntur multo maius. Descendit ille iustificatus a phariseo: hoc est ab homine elato / ab homine iniusto in domum suā: huius autem spōse vnguētorum odor omnia excedit aromata. Ingēs preconium: sed ipa nō ab hoie testimonium accepit: sed ab illo qui corda scrutatur: qui per fidem ⁊ dilectionem in corde ipsius et inhabitat ⁊ operatur. Nō se cōmendat: non improbat alios. Fauus enim distillans labia eius. Capitulum hoc ordine sequitur: sed hodie tractari non potest. Crastina disputatio auditui vestro et auiditati dabit gaudium ⁊ leticiam: in domino Iesu. Qd ipe ꝓstare dignet̄: q̄ viuit ⁊ regnat p oīa secla secloꝝ. Amē.

Marginal notes: ij. Cor. x. — Cāti. iiij.

¶ Sermo. xxxiiij.

Fauus distillans labia tua spōsa / mel ⁊ lac sub lingua tua / ⁊ odor vestimentoꝝ tuorum sicut odor thuris. Vehemēter dulcia sunt que nunc dicta sunt ad spōsam. Sed queritis quō superioribus ista conueniant? Semel vos cōmonuisse sufficiat: necessitate continuatiōis liberam esse legem cōmendatiōis. Non tenet seriem: sed vtitur vaga licentia. Vbi laudum ratio vertitur: nō potest ordo quidem exigi: sed nec debet respui si assignari queat. Post vnguentorum laudes statim labioꝝ gratia ꝓfertur in medium. Quid enim si nō de vnguenti virtute hec in labijs diffusa est gratia? Euāgeliū reuolue / ⁊ aliqd tale de sponso ipo dici inuenies. Spiritus (inquit) dñi super me eo q̄ vnxerit me / euangelizare pauperibus misit me. Oportuit ergo et spōsam in hoc assimilari spōso: vt ⁊ ipa in opus euangelij vnctiōe spiritus vngeretur. Spiritus em̄ ad officiū vngit ⁊ ad efficaciam: Vtrumq̄ ab illo est: ⁊ ministerij gradus / ⁊ gratia ministrādi. Sine gratia gradus inutilis: ⁊ sine gradu presumptiōis vsus est gratie. Quō predicabunt nisi mittantur: aut quō mittentur nisi vnguātur: sicut scriptū est. Spiritus dñi vnxit me: euangelizare pauperibus misit me. Spūs ordinat in officiū: spiritus et os aperit et format in vsum. Idcirco in laudib⁹ spōse pri⁹ agit de vnguētis spōse: deinde de dulcedine labioꝝ eius: qr ⁊ si dulcia loquitur / nō ipa est que loquit̄: sed spūs spōsi qui loquit̄ in ea. Denique audi quid ipe spōsus Iesus primitiue pollicet̄ sponse. i. apostolis: quia primitias spiritus acceperunt. Ego (inquit) dabo vobis os ⁊ sapientiam: cui nō poterunt resistere oēs aduersarij vestri. Magna quidem virtus sermonis diuini / ⁊ aduersantes reuincere potest ⁊ nō aduersantes allicere. Et hocipm est de preconijs eius qđ nunc in disputatiōe fertur: ad blandimētū plus spectat / q̄ ad redargutiōis effectū. Fauus distillans labia tua. Familiare quidem est illi ⁊ quasi innatum dulcia loqui. Si quādo autem increpat dure: peregrinū illud ab ea ⁊ de lōge ascitū et nō insitum: nec sic est affecta: sed magis coacta. Cū dulcia loquit̄ / de proprijs loquit̄: cū vero dura / nō hʒ hec oris eius qualitas: sed prauitas audientiū. Ergo de ꝓprio ⁊ de familiari laudat spōsam: cū dicit. Fauus distillās labia tua. ¶ Sed quia de cōtinuatione aliquātaꝫ iā audistis: vultis ⁊ de ꝯtinentia cōmēdationis ei⁹ disseram. Tria quedā laus ista cōplectitur / dulcedinem / plenitudinē / parcitatē. Dulcedo ꝯsiderat̄ in genere: plenitudo in copia: parcitas in effusione. Quid effusionē dico? Distillatio magis est q̄ effusio. Fauus distillans labia tua. Quid necesse est in assignandis singulis immorari? Ipsi enim scitis: quia fauus non nisi dulcedinē effundit: nec nisi de pleno effundit. Et de plenitudine quidem ipa / nō totam ipsam. Ideo fau⁹ nō effundēs: sʒ distillās labia tua. Est ergo in labijs spōse ⁊ dulcedo sola / ⁊ dulcedo plena / ⁊ dulcedo sobria. Plene quidē possidet̄: sʒ nō plene effundit̄: sʒ put auditoꝝ capacitas exigit. Vultis etiā ipsi⁹ spōse de labijs suis habere testimoniū? Q̄ dulcia (inqt) faucib⁹ meis eloq̄a tua: sup mel ⁊ fauū ori meo. Dulcia quidem sunt labia spōse / eloquia em̄ dñi distillant ab eis. Eloquioruꝫ dñi est ista dulcedo. Nō em̄ de suo loquit̄: sʒ quasi sermones dñi. Idcirco diffusa est gr̄a in labijs ei⁹. Accipite iā ex pte qualia mella sacri fau⁹ distillat eloquij: et vnicuiq̄ sicut de⁹ diuisit vasi cui instillet̄ mēsuraꝫ. Remittit / pmittit / ꝑmittit: premittit. Delicta remittit: infirma permittit: eterna ꝓmittit: ⁊ ipoꝝ primitias quasdam premittit. Sapiētiā loquit̄ inter perfectos: sapientiā quidē nō huius mundi / sed dei: sapiētiā in mysterio absconditam / ⁊ inter minus spūaliter sapiētes nil arbitrat̄ se scire: nisi xp̄m iesum ⁊ hūc crucifixū. Cohortat̄ ad perfectionē: nō cogit sed magis ꝯsolatur pusillanimes: suscipit infirmos: ⁊ si inquietos corripit / correctio iam dulcedinē sapit maternā: peccāti cōpatitur: ꝯuerso indulget: nec indulgentiaꝝ numerū ⁊ quasi terminū quem nō transgrediat̄ prefigit: cui precipitur septuagiesseptiês in die delicta totiens ꝯfitenti donare. Vide q̄ magna multitudo dulcedinis in labijs spōse / que quotiēs ipe perfluis in malū / totiens si ꝯuertaris ipa tibi distillat in bonū: ⁊ prebende veniē vicib⁹ nō exhauritur. Denique instar āgeloꝝ dei: non insultat sed exultat super pctōre penitentiā agente. Bonū ergo est labijs eius auditū prebere. Nam est dñs precibus eius aurem accōmodat: sicq̄ tuum ꝓuocat ⁊ inuitat affectū vt prodat ⁊ suum. Loquere spōsa qđ loqueris: quia audit cum desiderio dilectus tuus: siue disputantē de se / siue colloquentem sibi. Sed cū ipsi spōso spōsa loquitur tunc loquitur in loquela dulcioris labij ⁊ lingua altera. Tunc cordis labia vere melle delectationis stillant diuine: immo nō distillant q̄ fluūt: quoniā hora illa in melleas affectiōes anima tota ꝯuertitur. Beata vicissitudo quando de corde spōse quedam fluenta mellis emanant in dilectum: ⁊ ab ipo redundant in sponsam. Ad locū em̄ vñ exeunt hec mellis flumina reuertuntur vt iterū fluant. Boni faui in labijs spōsi ⁊ spōse eructantes ex hoc in illud: ⁊ inuicem rorātes amoris dulcedinem. Ille desuper irrorat gratiam: illa deorsum actionem gratiarū. Ipse iesus in anima dilecta roris hui⁹ mellei stillas genuit. Dulces omnino stille roris / affectiōes ille diuini amoris: qñ sponsa liq̄facta tota distillat a facie ei⁹ quem diligit a facie dei sui. Ideo quasi fauus distillans labia ei⁹: eo q̄ vehementer dulcis est sic affecte mentis succensio: sed et velox succisio / ꝓpter illū dulcem excessum mentis raptū: ⁊ propter citam interruptionem. ¶ Fauus distillās labia tua. Purgata omnino hec ego crediderim labia: de quibus ipe iesus dulcedineꝫ melleā haurire se reputat. Esaie labia forpice ⁊ carbone de altari tacta purgantur. Misit (inquit alius) manū suam dñs / ⁊ tetigit os meū. Que sponsa est / non carbonem / non digitū optat: sʒ oris ꝯtactū. Osculetur me (inqt) osculo oris sui: labia labijs debentur. Nec em̄ de sponse labijs exprimerent̄ dulcedines: si nō labijs imprimerentur dilecti. Quid aūt nisi osculi suauitate qđ de labijs sponse rapit se delectatū gaudet / cū dicit. Fau⁹ distillans labia tua. Propter vtrūq̄ / ⁊ ꝓpter osculū charitatis ⁊ propter oraculum veritatis. Fau⁹ (inquit) distillans labia tua / mel et lac sub lingua tua. Illud iam proprie ad eloquij gratiā respicit. Nam labioꝝ vsus etiā ad osculū est: lingue vero ad eloquiū tātum. Nō tm̄ dulcedo in lingua sonat: sed mel ⁊ lac sub lingua tua. Simulata dulcedo est / que tantū sonat in lingua / ⁊ nō sentitur sub ipa. Exigua est que tota est in labijs ⁊ in lingua: ⁊ non pars eius maior sub lingua. Nō est dulcedo tantum in eius lingua / nec tota est in lingua: sed sicut ipe qui nouit testatur: mel ⁊ lac sub lingua tua. Ideo eructat verbum bonū: verbū tam melleum / q̄ lacteū: propter deitatis maiestatē / ⁊ ꝓpter incarnatiōnis mysterium. Lingua et labia ac si quidā argenteus canalis sunt per quem de cordis fonte riuuli lactis ⁊ mellis erumpunt. Vtrūq̄ dulce: sed distincta dulcedo. Lac paruuloꝝ est vt Paulus loquitur. Et idē inter perfectos dulcē ⁊ diuinā ⁊ quasi melleam sapientiam docet. Alij mel tm̄ habent sub lingua: alij tantum lac ⁊ non mel. Mel aūt ⁊ lac vtrūq̄ pariter sub lingua sunt sponse. Nec mel fluit: sʒ magis distillat. Nec em̄ passim ⁊ intemperanter ꝓfundit sublimes illos ⁊ recōditos sensus secretoruꝫ celestiū / deitatis archana: nec lactis potū sine delectu ꝓpinat. Mel (inqt) ⁊ lac sub lingua tua. Non enim sermo est vel interna dulcedine vacuus / vel interne dulcedini coequatus. In promptu est illi dulcia loqui sub cuius lingua mel ⁊ lac. Beata lingua que velut fauus distillat: ⁊ velut vbera quedaꝫ paruuloꝝ lacte distenditur: que mel distillat ⁊ lac fluit. Ois clamor ⁊ amaritudo ⁊ blasphemia longe ab istis proscribit̄ labijs: sicut Apostolus suadet: hortatus hec iuxta psalmū. Sub lingua eius labor ⁊ dolor. Sed mel ⁊ lac (inqt) sub lingua tua. Fau⁹ distillans labia meretricis / ⁊ nitidi⁹ oleo guttur ei⁹: nō tm̄ mel ⁊ lac sub lingua eius: nō in intimis ei⁹: nō in vltimis eius: sed nouissima ei⁹ amara sicut absinthiū: ⁊ acuta vt gladius biceps. De muliere vero forti hoc idem in prouerbijs inquit. Fortitudo ⁊ decor indumētum eius: ⁊ ridebit i die nouissimo. Spiritualē illū ⁊ vere beatum risum iam nūc parturit os eius: ⁊ quasi dulcedo ei⁹ sub lingua latitat. Ebullient autem que nunc subsunt / mel ⁊ lac in plenam leticiā in die nouissimo. Tunc nulla ex parte quasi sub lingua premetur silentio: sed pressum diu prorumpet gaudiū / ⁊ implebitur os risu eius. Os inq̄ mulieris cuius fortitudo ⁊ decor indumentū eius. Vide quomō non oportet nudam inueniri que promissa sibi expectat gaudia reddi. ¶ Quis scit si nō hec ipsa

Marginal notes: A, Cāti. iiij. — Luce. iiij. — Rom. x., Luce. iiij. — Luc. xxi. — Cāti. iiij. — Ibidem. B — Ps. cxviij. — Luce. xv. — Eccle. i. — C — Esaie. vi., Hiere. i., Canti. i. — Cāti. iiij. — ij. Cor. iij., i. Cor. ij. — Cāti. iiij. — Ephe. iiij., Ps. ix., puerb. v. — Prouer. xxxi.

sunt indumenta: de quibus in hoc eodē cātici loco subsequitur quia odor vnguentoꝝ tuoꝝ sicut odor thuris. Operui (inquit psalmista) in ieiunio animā meam. Item humiliabo in ieiunio animam meam/ ⁊ oratio mea in sinu meo conuertetur. Bona ve stis ieiunium: cuius sinu quedam secreto oratio commoratꝰ. Ve stis est que sinū habet: oratio mea in sinu meo cōuertetur. Ha bes hic vtrumq; si aduertas: ⁊ in ieiunio indumentū fortitudi nis: ⁊ in oratiōe odorē thuris. Oratio (inquit) mea in sinu meo conuertetur. Cur vero ait in sinū? An forte defectū oratiōis te pide ⁊ infracte dedit intelligi: in ipo primo euanescentis ꝓcel su: ideoq; dicitur in sinu suo cōuerti: ibidē scʒ occidens vbi ex hauritur? Sed quomodo ꝯuertitur ⁊ redit que perit? Magis q̄ dem in sinu conuerti videtur/ q̄ scelerē precis reportat effectū: et si nondum plene/ ex parte tamen humilis ⁊ deuote personis fructu potitur. Habet enim dulcedinē multaʒ vehemens ⁊ de uota oratio: ⁊ dū dirigitur in cōspectu dñi quasi incensum: sua uem ipa odoris sui sensum haurit. An nō bonū indumētum cuʒ vapor huius nebule ipsam offerentis operit ⁊ vestit animā? Bo num plane. Sed nos sicut cepimus vestimentoꝝ interpretatio nes ſm exteriores actus exequamur. Opera enī bona ⁊ priorēʒ deformitatem operiunt ne ad noxam imputetur/ ⁊ decorē quē dam ⁊ venustatem cōferunt vt ad gratiam reputetꝰ. Bona enim vestimenta: bona sunt opera ⁊ simul ornant ⁊ orant. Et ꝙ ornēt manifestum quidē est: sed nō omniū ornatus redolet thura: nō orationis specimen tenet. Deniq; cuiusq; opera ⁊ patientia/ et publica/ ostentationē ⁊ inanem iactantiā redolent: nō supplica tionis instantiā/ nō sollicitudinem placendi dño: nō impetrāde vota gratie. Quomodo enī aptabit odor vestimentoꝝ tuorū si cut odor thuris? Qui vero omnia agit vt ei placeat cui se pro bauit deo vt eius mereatur fauorem: vtiq; odor vestimentorum eius sicut odor thuris. Et quidē thura nisi deo soli/ nec offerri solent nec debent: ideo odor vestimentoꝝ eius sicut odor thu ris: cum quicquid siue palam siue clam agit/ ad impetrationeʒ placationis refert diuine. Idem videtꝰ esse oleū in vasis ⁊ in ve stimentis odorē: sed odorē thuris. ¶ Quid aliud ꝙ̄ gaudia illa spiritalia: ⁊ eternā delectationē deum exorat: qui omnē aliā ab iurat ⁊ horret? Sitiuit (inquit psalmꝰ) in te anima mea: ꝙ̄ mul tipliciter tibi caro mea. Vides in verbis quō et ipm carnis ve stimentum quasi orationis hʒ vicē: dū deo sitire dicitꝰ. Caro vo luntarijs afflicta disciplinis nōne deū ad propiciationē flecte re nititur? Ipsa eius ꝓpter deū supplicia quedam ad eū suppli cationes sunt. Elemosina pauperi misericorditer impensa exo rat. Carnis proprie delectatio discrete repssa cur nō ⁊ ipa ora tionis hʒ effectū? Voluptatis repressio quedā est votoꝝ expres sio: ⁊ desiderij delectationē altam suspirantis. Orationis serui de effectus in sinu cordis vertitur et conuertitꝰ. Thura in exte rioris abstinentie vestimento suauiter fragrant ⁊ bonū oino ve stimentū: quando anima nō tam carne vestitur ꝙ̄ carnaliū ieiu nio quodam ⁊ temperātia voluptatū. Bonū oino vestimentum continentia virginalis: suauē redolet ⁊ velut thuris odorē: vel illi quem diligit: vel sibi que diligit. Quicq̄d cū dilectione of fertur nō potest eius delectatiōe nō perfrui ipsa q̄ offert. Om nis enim hec dulcedo que predicatꝰ in ea: sentitur ⁊ ab ipsa. Ad ipsa manat/ ⁊ in ipa manet. In labijs fauus: sub lingua mel/ ⁊ in vestimentis eius redolentia thuris. Proxima sunt ipsi vniuersa hec quoꝝ tam gratus est sensus ⁊ perfruitio dulcis. Erunt (inq̄t dauid) vt complaceāt eloquia oris mei: ⁊ meditatio cordis mei in ꝯspectu tuo semper. Habetis hic vtraq; hec: et ne quid desit ad cumulū gratie sub vestimētoꝝ vocabulo operū qualitas ter tio loco profertꝰ in mediū. In labijs stillant eloquia: sub lingua meditationes mellee fluūt: vestimentoꝝ ornatus thuris spirat odorem. ¶ Quid illi censes deesse ad gloriā/ in qua hec tria cō placent: os: animus: opus? Hoc numero oia cōprehensa sunt: sʒ ordine conuersa sunt. Ab operibus enī inchoandū est nō ab elo quio. Cornelij centurionis primo opera et orationes exaudite sunt: fide corda mūdata sunt: deinde super ipsum/ ⁊ sup suos spi ritus cecidit. Et erant loquentes linguis ipsi apostoli: post as censionem dñi vnanimes persliterunt in oratiōe cōpletis ꝓmis sionis dieb9 repleti sunt spū: postea ꝓfecti predicauerūt vbiq;. Primo in oratiōe ꝓfusi sunt: deinde spū infusi sunt: ⁊ sic quā su sceperant/ alijs gratiā ipsi ꝓfundūt. Primo expectatiōe ⁊ deside rio ꝯuersi sunt ad deū. Scdo ad ipos facta est dei ꝯuersio. Ter tio ipsi ꝯuersi confirmantꝰ ⁊ ꝯfirmant fratres suos. Sed siue san ctitatem vite/ siue visitationē diuinā/ siue verbi ministerium in apostolis attendas: oia hec vestimentoꝝ vicē tenent: his oibus operti sunt ⁊ ornati sunt. Quid in illis relictū est nudū/ aut ve tustate pristina sordens: quin tam festino ⁊ verbi ⁊ virtutis cul tu resplēdeat? Eximiꝰ itaq; cultus in illis: sed nec copia minor. Quid nā hec vestimēta redolent? qualis est odor coꝝ: nunquid non sicut thuris? Cū dñi pecunia ꝯseruis erogant/ nō inde pe nes se quicq; vel furtim residere passi sunt: nihil inde fraudulen ter sibi decerpentes: etiam a laudis munere manum excutiunt oia referendo ad gloriā dei. Quasi celi decoro vestiti sunt lumi ne: sed celi enarrant gloriā: nō suā sed gloriā dei. Ipe tibi pau lus subtilia ⁊ indissolubilia quedā vestimēta verbis suis conte xit: ⁊ ꝓ capacitate tua: luminis ⁊ intelligentie coaptat amictū: non tñ in ꝑsuasibilibꝰ humane sapientie verbis: sed in doctrina spūs. Ideo vestimenta quibus vel ipe tegitur/ vel que tibi con texit: nō nisi thuris habēt odorē. Nā affectata verboꝝ lasciuia et cultus inanis ⁊ leuis glorie redolere videtꝰ affectū. Et q̄ non leporē eloquij: sed lubricas ⁊ fallaces disputatiōes subtiliores sectantꝰ materie: dū se nimis ꝓpter inanē fauorē extenuant: ali quotiens interunt blasphemias. Nō ergo odor vestimentorum eiusmodi sicut odor thuris. Nullum in vestimentis spōse excipe videtur: dū indefinite ꝓnunciat. Odor vestimentoꝝ tuoꝝ sicut odor thuris. O me felicē si vel vnū vel alterū in me vestimentū: integrū reddat thuris odorē: nec aliqua admixtiōe ꝑegrina cor ruptū. Nam ad hanc mensurā vt oia eius indumēta velut thura redoleant/ neminem accessisse puto: qui necdū in spōsaꝝ sortem meruit ascisci a dño Iesu sponsarum sponso.

Ps. lxviij.
Ps. xxxiiij.
Ibidem.
E
Ps. lxij.
Ps. xviij.
F
Actuū. x.
Cāti. iiij.

¶ Sermo. xxxv.

Hortus conclusus es soror mea sponsa: hortus cō clusus: fons signatꝰ. Primo ex verbis iuis lauda toris huius affectū pensare oblectatus videtur q̄ non est contentus laudasse semel: Et quantū erāt si vel simpliciter ⁊ sine repetitiōe eius quā alloq tur/ eloqueretur preconia: nūc aūt exquisitis ad illam vtitur blandimentis: ⁊ ꝯgratulando ipa ꝯgeminat. Quid ni quā in matrimonij delegit gratiā/ nō eius dotibꝰ ex̄imijs ag gaudebit. Nō poterat in tam dulcis necessitudinis iura nisi di gna eligi/ nec iam electa tepide diligi. Nūquid nō equum est vt et ipsa in talibus ei placere studeat: qui sic ipsam ꝓbauit? Ipse probat ipse talem parat: ipe plantat sibi paradisum voluptatis: ipse qui talem eam parat: ipe comparat paradisum delitiarum. Ecce (inquit Isaac) odor filij mei: sicut odor agri pleni cui bñ dixit dñs. Hec aūt nō agro ꝯfertꝰ sʒ horto: vbi spiritualis videtꝰ plātatio floꝝ/ ⁊ aromatum cultus vberior. In hunc hortum Ie su bone libenter descendis ad areolas aromatū cū cubes in eo vt colas ⁊ custodias illū. Hortus (inquit) conclusus soror mea sponsa: hortus ꝯclusus. Per ortum internas fratres intelligite delitias: per ꝯclusionem disciplinam custodie. Quem dabitis horto similem: nisi cuiꝰ anima spiritualibꝰ sic affectibus redo let: sicut aromaticis floribus hortus? ꝙ̄ iocundum penetrat/ ꝙ̄ suauis recessus in pectore spōse: in pectore tam florigero vt hor to cōparetur. Nulla in eo radix amaritudinis sursum germināis per quam horti huius impediantꝰ delicie. Omnis plātatio quā non plantauit pater meus celestis nō inuenietꝰ in eo. Deniq; ipe plantauit hūc hortum voluptatis: vt solꝰ operetur ⁊ custodiat illum. Gemino quidē operatur modo: plantans ⁊ purgās. Plan tat vt sit omne ei semē verū: purgat vero vt fructū plus afferat. Et plantatꝰ vt semen verū sit: ⁊ purgatur vt semiplenum non sit. Quid proderit plantatio facta ad veritatem: si purgatio desit ad vbertatē? Nihil cōfert cultura diligēs discipline si custodia desit. Neutro destituitꝰ qui assimilatur horto ⁊ horto conclusio. ¶ Hortus cōclusus soror mea spōsa. Male hortū in quo positꝰ erat custodiuit adam: ꝯtra lubricū fraudulēti serpentis ingres sum. Iocūdus quidē ille corporaliū paradisus lignoꝝ: sed ego multo meliorem in eiꝰ animū plantatū intelligo. Nihil obfuis set in illū corporalē irrupisse: si nō irrupisset in istū. Amissus est coluber ⁊ statim eiꝰ persensit venena. Qui enī dissipat sepē: mor debit eū coluber. Bona custodia sepesq; culta ab incultis sepa rat/ ⁊ seruat illesa. Circūda ergo hanc horto tuo sepem: ne si fue rit ablata sepes destructa maceria: in direptionē ⁊ cōculcatio nem fias. Nō erat ille reclusus: hosti electo ⁊ exuli inde ꝙ̄ gra uiter est interclusus. Cū difficultate regreditꝰ vnde incauta faci litate ꝓlapsus est. In sudore vultus pane vescitꝰ suo: qui in pa radiso de vite ligno ad libitū poma carpebat. Hic vescitꝰ pane suo: ibi vite fructibꝰ. In paradiso ꝓduxit dñs omne lignū pul chrum visu/ ⁊ ad vescendū suaue. Laborat in terra electꝰ Adā: non dñs: sed ipa terra spinas ⁊ tribulos germinat operāti. Pa radisus gratis dat fructus suos: terra laboranti nec suos. Cō mutatio misera: sed tu dñe perdis: et iuste oēs qui fornicantur abs te. Iure perditur qui tam charas necessitudines ꝑdit for nicando: nec vltra meretꝰ hec blandimēta audire vt vocetꝰ soror vt sponsa/ vt hortꝰ ⁊ hortus ꝯclusus: qui neminē nisi dilectū ad mittit. Porta paradisi tui semper clausa sit: soli principi pateat Nō deijciatꝰ in securi ⁊ ascia ianua eiꝰ. Vnꝰ sit aditus: ⁊ is com missus cherubin. Nihil admittatur nō examinatū prius gladio flammeo: nihil quod verbū dei reprobet: quod nō approbet cha ritas: quod non ad ꝑfectionem et plenitudinem legis accedat. Plenitudo ergo scientie cherubin: et plenitudo legis charitas in qua

G
Cāti. iiij.
Gen. xxvij.
Cāti. iiij.
H
Ibidem.
Eccs. x.
Ps. lxxi.

in qua omnia concluduntur mandata. Hec sit tibi custodia flāmea: vt quicquid irrumpere indignum tēptauerit/ sub momento ⁊ non lente consumat. Nunquid non commode dilectioni est assignata conclusio: que sponse semper constringit affectꝰ/ ⁊ cōcludit in idipm/ ad interiora semper conuertens: vbi delicie eiꝰ sint esse cū filio dei? Bonus dilectio murus: sz habet hic murꝰ antemurale. Dilectio quasi murus est: ātemurale regularis districtio. Illa cogitationes sanctas/ et affectus dulces includit. Hec occasiones delinquendi repellit ⁊ excludit: hec oportunitatem vacationis ad amoris prestat officia: illa perfruitur. Ille murus gratus est: hic necessariꝰ. Ille te celestes inter delicias claudit: iste proscribit mūdanas. Si tibi votiuū est cor tuum velut ortum deliciarū prestare christo: non egreferas hoc antemurali si concludaris. Delicias perdere vult quas habet (si tamen habet) qui de munitione submurmurat. Ortꝰ nescit esse: q̄ non vult esse conclusus. Ortus conclusus fons signatꝰ. Emissiones tue paradisus malorum punicorum cum pomorum fructibus.

A

Cāti. iiij.

In tribus huius horti laudes absoluit: cōclusus ⁊ irriguus/ et aromaticus. Primū securitatem confert secundum fertilitatem tertiumꝫ ad germina que producit respicit ad gratiam. Non ne nobis gratus hortꝰ iste videtur tam integer/ tam vber/ tam vtilis. Nec tantum vtilis est: sed aromaticus ⁊ abundans delitijs. Quis nostrū has ad se laudes audeat attrahere? Quis hec sibi dici blandimenta presumat? Atqꝫ vtinam sicut irrigationem et germinationem optamus aromatū: sic concludi signariqꝫ nō detrectemus. Nō enim immissiones illas aromatū producit nisi hortꝰ cōclusus: ⁊ fontis signati/ fluenti irriguus. Signet ergo fons tuus vt non effusione prodiga totus exsiccet: signet vt ad irrigandū tibi sufficiat. In plateis tuis aquas tuas diuide/ habeto eas solus/ vt non sint alieni participes tui. In plateis (inꝙ) sed in tuis aquas diuide: vt virtutū aromata tibi accrescāt ac si iuxta aquam in plateis. Quō non erit fons signatus q̄ de fonte illo vite profluit quem signauit deus pater? Qui (inquit) biberit de aqua hac quam ego do: fiet in eo fons aque salientis in vitam eternam. In fonte hoc quem signatū vocat: signatam quandam ⁊ spiritualem ⁊ propriam ⁊ a seculari seiuncta doctrinam intellige aut doctrinā/ aut certe deuotionē priuilegio dulcedinis signatam: ⁊ quasi singularem copiose fluentē ⁊ iugiter. Hec est que omnia virtutum leta reddit genimina. Hec est fortium operum exhilaratio: ac si quedam irrigatio ossiū. Gaudiū enim cordis exhilarat hec singularis ⁊ insignis deuotio in deū quasi fons signatus ⁊ proprius segregatusqꝫ in hoc ministeriū vt cor sponse ac si ortū quendā irriget in sponsi delicias. Signetur ergo vt non fiat iuxta quod scriptū est. Fōs tuus turbatus pede/ ⁊ vena corrupta alioquin nescit tuus dilectus de puro fōte potare. Signatū est (inquit) super nos lumen vultus tui dn̄e dedisti leticiam in corde meo. Leticiam ad irrigationem deflecte. Deniqꝫ in stillicidijs fontis hortꝰ letabitur germinans. Nō ne recolis de Genesi ꝙ fons ascendebat ⁊ irrigabat totam faciem terre? Adhuc terra dedit fructus suos/ nondum nouit spinas ⁊ tribulos. Quis dabit hortulo meo hanc aquā: ⁊ areolis meis hunc fontē signatū? Quis dabit vt tota hortuli mei facies irrigua sit leticie et lucis riuulis: nihil in eo aut sterile sit/ aut quadam indeuotione triste? Vicina sterilitati videtur operatio tristis/ ⁊ spiritualis gaudij carens irrigatione. Deniqꝫ ⁊ si quid nascit: quasi radix ascēdit de terra sitienti. Quasi radix/ nō quasi flores/ nō quasi fructꝰ. Quasi radix: hoc est/ aut parū/ aut nihil plus hn̄s in radice. Ideo fontis inducta est mētio: vt germina leta credas erūpere in horto irriguo. Et est eqdē hortꝰ cuius aq̄ fortuite sunt ⁊ quasi deforis ascite/ nō perhennes/ nō ꝑpie. Bonus aūt hortꝰ cuius fons in ipō nascitur. Fons signatꝰ et proprius. Fons (inquit) ⁊ fons signatus. i. iugiter intus erūpens/ ⁊ non valens corrumpi. Fons qr vbertim fluit. Signatus quia nequaꝙ perefflluit. Aut ideo dicitur fons signatus: quia ⁊ si alijs alij fontes sunt/ sorori ⁊ spōse specialis est fons ⁊ propriꝰ et quadam prerogatiua signatus. Bonus omnino fons sapientie: sz adhuc sub signaculo nobis emanat: dulciter sapit: sz nōdum dilucide scitur. Signatꝰ est ⁊ clausus sub figuris. In apocalipsi liber ostenditur in manu sedentis sup thronum/ signaculis septem signatus. Vtriusqꝫ ratio ⁊ fontis ⁊ libri ad sapientie spectat intellectum: sed vterqꝫ signatus est figuris ⁊ enigmatibus inuolutus. Signatus est: quibusdam enim nobis intimatur indicijs: ⁊ occultatur in ipsis/ ⁊ sicut in apocalipsi libri signati legis aperitiones: ita ⁊ hic signati fontis emissiones. Emissiōes (inquit) tue paradisus maloꝝ punicoꝝ cum pomoꝝ fructibus. Fons iste signatus quidem est/ sed exsiccatus nō est/ cuius tā gratiose sunt emissiones. Signatꝰ est fons sapientie: sz ab emissionibus eius cognoscetis eam. Erit (inquit) fons patens domus Dauid in ablutionem peccatoris ⁊ menstruate. Ille patet hic signatur. Ille abluit: hic alit. Ille lauat: hic rigat. Ille purgat delicta: hic ꝑducit delicias. Ille cōis mltoꝝ: hic specialis est sponse. Ibi remissiones fiūt: hic emissiones. In psalmo pro octaua vide quomodo primo lectum lauat/ deinde rigat. Non enim est satis a feditate lauari: nisi et fecunditas sectetur.

Joh. iiij.

Puer. xxv

Ps. iiij.

Ps. lxiiij.

B

Apoca. v.

Cāti. iiij.

Zach. iiij.

¶ Emissiones tue paradisus malorū punicorum. Ita Iesu bone/ ita est. Emissiones iste/ immissiones sunt tue: immissiones ꝑ angelos bonos. Non posset tales emittere delicias: nisi tu intrinsecus delectationes aque viue immisisses. Signatū est super nos lumen vultus tui dn̄e: dedisti leticiam in corde meo. Signatum est super nos: quod desuper nobis impressum est. Cui diuini luminis imago desuper imprimitur: intus in corde leticie spiritualis vbertas exprimitur. Ideo gloriose emissiōes filie regis abintus sunt. Emissiones tue paradisus. Non sunt exigue deliciarum intrinsecus copie/ de quibꝰ integer paradisus emittitur. Vtrunqꝫ habes/ ⁊ paradisum conclusum/ et paradisum emissum. Ille est in puritatis affectibus: hic in actibꝰ pietatis. Ille intus est/ hic de illo procedit: ⁊ ꝓbat illū. Vtraqꝫ delectabilis est: ⁊ conscientia/ et cōuersatio sponse. Omnia em̄ proponit vtiliter/ et disponit suauiter. Ideo quasi paradisum quendam cernas in eius habitu ⁊ opere exteriori: dū honestas placet in singulis/ ⁊ series in collatis/ ⁊ suauitas in dispositis. Modeste ⁊ in tranquillitate omnia agit: vt virginalis in ea verecundie non violetur serenitas. Deniqꝫ ⁊ paradisi dotes enumeraturus incipit a verecūdia: in eius designationem propter colorem similem punica mala proponēs. ¶ Emissiones tue paradisus malorum punicorum. Potest ⁊ in malis punicis/ martyrū intelligi patientia: eo ꝙ proprio sint sanguine rubricati. Et bona pudicitie comes/ patientia: que in laude sapientie sibi connectūtur: sicut scribitur. Sapientia que desursum est primo quidem pudica est/ deinde pacifica. Pudicitia modeste se ⁊ pro dignitate temperat: patientia alienam immodestiam equanimiter portat. Illa proprios motus informat: hec alienos impetus infringit. Illa decor est: hec fortitudo/ ideo dicitur. Fortitudo ⁊ decor indumentū eius. Primo (inquit) pudica est/ deinde pacifica: ⁊ post aliquāta subiūgit: plena operibꝰ bonis. Bonum est enim persecutionem pati/ sed propter iustitie fructus. Ideo emissiones eiꝰ maloꝝ punicorū sunt: sed cū pomorū fructibꝰ. Bona qdē pudicitia: sed si ociosa non est/ non affectata/ non ficta/ sz fructū afferēs in patientia. Illa disponit suauiter: ista protegit fortiter. Illa modesta: hec lōganimis. Ideoqꝫ his duabꝰ nūc annectunt quasi consummatio ⁊ finis operū fructꝰ pomorum. ¶ Transeundum iam erat ad arborum aromaticarū disputationem ad delicatiores species/ ad emissiones cypri cū nardo nisi mala punica odore nos adhuc traherent/ ⁊ festinantem ad alia retinerent sermonem. Nos malorū punicorū parabola respicit/ qui regulares celebramꝰ cōuentꝰ: qui sub vno cōtinentur ordine quasi grana sub cortice. Atqꝫ vtinam hec grana imitemur: similiter in coherentia cordis vnanimes/ sicut in conclusiōe quadā ordinis. Pene indiscreta facie huius sibi mali grana coherēt: numeri singularitate magis distāt ꝙ specie: discamꝰ ⁊ nos ab inuicem numero differre/ non animo. Non rixant inuicem: non contra corticem murmurant: non tentāt illū prorūpere: patienter se sinit eiꝰ quasi aluo concludi: vt quodāmodo dicere illud videant. Ecce ꝙ bonū ⁊ ꝙ iocundum habitare fratres in vnum. An non fratres in hoc ordine nostro/ ac si in cortice punico passionis christi per imitationē color rutilat? Deniqꝫ velut quedā huius mali grana sunt qui sibi natiuū dicunt sub disciplinę corio contineri: qui non tam premi se cēsent ꝙ ꝓtegi. Absit amor proprietatis: absit amor priuate potestatis: ⁊ huiꝰte mali granū exhibes. Discāt alij nostro inuitati exēplo ꝙ bonū sit ⁊ ꝙ iocūdū habitare in quodā horto cōmunionis/ ⁊ sub munimine corticis. Charitas vniat/ ⁊ cortex muniat. Quot videtis ordinata collegia/ tot intelligite velut q̄dā mala punica q̄ de fonte fluxere baptismatis. Deniqꝫ credentiū (vt legimꝰ) erat cor vnū ⁊ anima vna. Ex illis quasi granis tantarū congregationum ordinate ⁊ vnanimiter viuentiū mala punica prodierūt. Illos primos credentiū conuentus non astringebat adhuc institutio ordinis: sed instinctus amoris. Non modo ducebāt vtile/ non modo bonum: sed etiam iocūdum habitare in vnum: sicut vnguētum qd̄ descendit in barbam barbam aaron: in oram vestimenti ab ipso capite christo iesu. Qui viuit et regnat per omnia secula seculorum. Amen.

C

Ps. iiij.

D

Jaco. iij.

Pue. xxxi

Jaco. iij.

E

Ps. cxxxij.

Actu. iiij.

¶ Sermo. xxxvj.

Emissiones tue paradisus maloꝝ punicorū cū pomorum fructibus. Cypri cum nardo/ nardus ⁊ crocus/ fistula et cynamomum cum vniuersis lignis libani: mirra et aloe cum omnibꝰ primis vnguentis. A cypro incipiēdū est: nā ibi terminauimꝰ. Septē hic annumerant arbores aromatice q̄ dicunt emitti de fōte signato. Et qdē verba hec vident verba libri signati. Ita est: signata sunt ⁊ obserata. Quid nobis iesu bone spōse tue laudes proponis/ si nō quid virtutis intus ɔtinent ipse depromis? Tu

F

Cāti. iiij.

tenes clavem huius horti cõclusi: tu signasti: tu resigna: tu solve: tu (inq̃) solve septẽ ista signacula. Nemo novit que sunt illa intima sponse: illa abscondita tua quib⁹ adimpletus est venter tuus. Nemo novit illa nisi tu/ et cui volueris ipse revelare. Utinã et nos simus q̃ facie revelata gloriã sponse que abintus est speculari possimus. Magna gloria eius in mysterio tam numeri q̃ nominũ istoꝝ. Et quidem hic quantũ donante dño quim⁹ inspicere septenarii sacramentũ: aut spiritualitatẽ/ aut universalitatem indicat gratiaꝝ. Id enim frequẽs et usitatũ est in sacris litteris ut septenarius numerus interpretetur dona illa que perfecta sunt/ et que de sursum sunt. Divisiones gratiarũ sunt: et divisiones ministrationũ sunt/ et divisiones operationũ sunt: idem autem spirit⁹ dividens singulis prout vult. Alias aliis dividit: sed in sponsa quasi colligit et confert universa. Nõ particulatim dividunt illi quasi divisa sint i illa. Aliis etiã dividit et donat: illi non tam dividit q̃ totũ donat: nisi in hoc eũ dividere illi intelligas q selectim et prerogative cõfert illi vel in eodẽ gratiarum amplius/ vel specialiter in alio. Posset alias arbores aromaticas enumerasse: sed sufficit septem propter eam quam diximus vel spiritualitatis vel universitatis significantiã. ¶ Nunc arboꝝ istarum nomina et naturas in discussiones adducam⁹. Et sub umbra istarũ immorari iocundum videtur/ et fructus earum dulcis erit gutturi nostro. Umbrã figuram ipsam intelligo: fructum veritatẽ earum. Quõ non dulcis sensuũ fructus quando ipsa verboꝝ grata sunt folia? Et scitis quantam auditui nostro dat affectionem: tã dulcium frequentia vocabuloꝝ. Poterant ad permovendũ affectum ista sufficere. Sufficit quidem affectui simplicitas ista: nam intellectui sufficere nequit. Mos gerẽdus est et ipsi qui pasci vult sensuũ veritate. Dulciter audit hec dulcium inculcatio verboꝝ. Cypri cum nardo/ nardus et crocus/ fistula et cynamomum: myrra et aloe. Absit autẽ ut non multo dulcius intelligantur. Magne sunt corporales in arborib⁹ enumeratis delitie: sed quanto maiores spirituales sunt que figurantur in istis? Emissiones (inquit) tue paradisus maloꝝ punicoꝝ sunt: sunt etiam cypri cũ nardo. Bonus enim ordo ut post labores patientie: post verecundiam pudoris ad unguenta proficisci/ et unguenta regalia. Nam et de cypri semine regale cõfici solet unguentũ: ut quia in malis punicis regularem interpretati sumus unanimitatẽ. Consequenter his verbis et unguentis regiis: excellentem quandam sublimitatẽ intellige. Qui se (inquit) hũiliat exaltabit. In patientia et in unanimitate quid nisi humilitas? Humilitas nec contra iniuriantes tumet/ nec supra consortes se tendit. In malis vero punicis hũilitas: in cypro sublimitas. In illis labor: in his delicie. Cypri (ut aiunt) semen decoqui oleo solet: ut unguentũ exprimatur ex eo. Alii seminãt in lachrymis sed sponsa in oleo. Semina nostre opera nostra sunt. Hec si habent hylaritatẽ quasi in oleo decoquunt. Nõ satis est oleo intingi nisi sint cocta et confecta in oleo: et quasi in ipsum oleum conversa. Quod in oleo calente decoquitur olei ipsi⁹ imbuitur natura. Coquuntur et conficiũtur semen cypri et oleum in unam unguenti qualitatem. Mira quidem confectio laboris et leticie: eo mirabilior q in labore non labor: sed leticia sola sentitur. Opus enĩ exultationis in oleo decoctũ in ei⁹ transit naturam. Opus ipsum (ut sic dicam) obliviscitur opus se esse dum amoris pinguedine totum inficitur. Sed ipsa interior exultatio de opere capit augmentũ: sic enĩ et oleo semen confert: et oleũ semini: quando cũ exultatione operatur sponsa: et de ipso ope magis exultat. ¶ Unguentum hoc regium est. Jesus ipse libenter ex hoc inungitur. Hylarem enim datorẽ diligit de⁹. Et si unxit eum pater deus spũ et virtute: et si unctus est oleo leticie pre cõsortibus suis: vult tamen a consortibus suis ungi: et devotionis nostre optat unguentũ. Quis dabit mihi tantam olei copiam in qua omnes operũ meoꝝ fructus decoqui possint/ et cor meũ totum confringi? Evangelista Johannes sub typo vite contẽplative: sub sponse figura: in plenum oleo fervẽte doliũ descendit. Quis dabit mihi tantam abundantiã olei/ et olei fervẽtis ut totus immergar et conficiar? Quis dabit mihi tantam abundantiam olei et seminis cyprini ut unguentarie cõfectioni sufficiat? Non omne semen hec olei decoctio recipit/ non omnẽ vult fructum. Deniq̃ nõ omne opus contemplationis immisceri leticie potest. Opera exterioris sollicitudinis et usus contemplationis confici simul non possunt: nec in unã coagulari qualitatẽ. Quos ergo fructus hec confectio recipit? Illos plane quos apostol⁹ enumerat. Fructus autem spiritus gaudium/ pax/ patientia/ lõganimitas/ fides/ mansuetudo/ modestia/ continentia/ castitas. Hi fructus cũ oleo contemplationis conveniunt: et quasi in unã coeunt naturã. Sed et illud semen huic confectioni maxime cõvenit: de quo legitur. Semen est verbum dei. Deniq̃ et semẽ cypri cum manna similitudinem quãdam habet: in quo verbũ dei figuratum accipimus. Utrumq̃ enim et manna et cypri semen album est: et simile semini coriandri. Lex enim domini immaculata est. Hec non vult aqua secularis discuti sapientie: nõ et assertionibus firmari: sed oleo spiritus: ut spiritualis sensus: ut unctio spiritus exprimatur ex ea. Huius meditatio/ et contẽplationis leticie facillime commiscetur: cũ sibi coniũgit verbi studium et gratie oleum in contemplatione: et dum illud per istam decoquitur: facillime ex hac confectiõe spiritualis exprimitur intelligentia/ et unctio que docet de omnibus. Et vide quia nõ ait simpliciter cypri: sed cypri cum nardo. ¶ Nardo se dominus fatetur preunctum in sepulturam. Quid ergo in nardo nisi mentis quietem intelligis? Ideo cum cypro iungitur/ eo q ois contemplationis usus quiete mentis indigeat. Cypri (inquit) cum nardo: nardus et crocus. Bona connexio. Crocus enĩ flos quasi aurei coloris ad sapientie rutilum refert colorem. Ergo in cypro intelligit vestigatio: in nardo vacatio: in croco visio sapientie. Iure nardus ponitur in medio: utriq̃ necessaria: id est investigationi et visioni. Nam nec investigari sine vacatione mẽtis veritas potest: nec videri cum inventa fuerit. Accipe ergo in cypro studium: in nardo ocium/ in croco utriusq̃ fructum. Noli de cetero sponsa noli dicere quia fusca sim: noli amplius te decoloratam vocare. Iam enim sponsi ipsius testimonio croceo colore resplendes: que crocũ immittis. Bene croceo nitet colore quẽ non infuscat fatuitas: quem non tediũ et deficientis animi moribundus pallor inficit: sed sapientie fulgidus et rutilus charitatis color exhilarat. Si velimus hec ad christi personã reflectere: congrua plane interpretatio sequitur. Quis magis oleo decoct⁹ est gratie? Ipse in manna intelligitur: ipse seminis cypri speciem tenet: ipse passionis cruce pressus sacramenta salutis et unguenta gratie profudit: ipse in cypro patitur/ et in nardo sepelitur: et de corde terre resurgit in croco. Quasi novus flos et rutilus quando per resurrectionem eius caro refloruit. Et fortasse in fistula ascendit ad celum. Hec enim arbor in altum excrescit: et sponsa eius quasi compatitur in cypro: consepelit in nardo/ et in croco conresurgit. Quid ergo consequens est ut coascẽdat in fistula? Si enim conresurrexerit sponso/ que sursum sunt querere debet/ q̃ sursum sunt sapere: ubi spõsus eius est/ in dextera dei sedens. ¶ Fistula et cynamomũ. Fistula exurgit in altum: cynamomum parum quidem exurgit a terra. In fistula altum cernit: sed in cynamomo altũ non sapit. Illa ascendit/ illud condescendit. Fistula est quando sponsa excedit deo: cynamomum quando cõtemperans est nobis. Et si se contemperat/ totum tamen est spirituale quod profert: cynamomũ enĩ cum frangitur visibile spiramentũ emittit. Quando frangit nisi cũ aperitur cum exponitur? Sic enim Jesus cum accepit panẽ fregit et dedit. Tunc ergo doctor cõtemperans seipm quasi frangit: cum se ceperit aperire/ vel audiri/ cum eviscerare illa que intus de supernis latent secreta: et cũ memoriã abundantie suavitatis eructat. Hoc est q cynamomũ fractum/ visibile dicit spiramentum emittere. Quare spiramentum/ et quare visibile? Spiramentum quia spiritualium sunt que dicit: visibile/ quia manifeste docet. Qui enim in sublimibus ad ludicra et vanas fabulationes prolabitur/ nõ condescendit/ sed cadit. Fracte quidẽ loquitur/ sed spiramentum suave non emittit. Quasi fistula q̃ crescit in aquis/ ita inter orationum lachrymas exurgit in altum. Pulchra ascẽsio. Sed vide ut descensus cynamomo sit similis. Cum te ab ascensu illo et excessu aliqua ratiõabilis causa revocat et restringit: esto velut cynamomum. Colloquia tua/ conversatio communis gratiam spirent. Et si de volũtate tua et proposito aliquotiens reflecteris: ad senioris arbitrium reflexa et quasi fracta sit voluntas: non murmur resonet: nõ querimonia: esto cynamomum confractũ: visibile spiramentum emitte/ eo q virtus hũilitatis in infirmitate vexationis/ et velut fractionis perficit et probatur. Et spiramentum visibile dicitur. Spiramentũ quia tranquillitas servatur in corde/ visibile: quia relucet in facie. ¶ His annectit et omnia ligna libani. Et vide q nulla nisi libani ligna ponit/ nec aliqua que sunt libani pretermittit. Cum omnibus (inquit) lignis libani. Ligna libani et imputribilitatẽ habent quia cedrina sunt: et puritatẽ eo q sunt libani. Sola ecclesia ligna sunt que habent mysterium fidei in conscientia pura: et quandã quasi imputribilitatem continẽtie: sola eius ligna et puritatem/ et perpetuitatẽ habent. Bonum plane lignũ vir ecclesiasticus in quo concurrunt et obviant sibi fortitudo discipline/ et decor fidei. Fortitudo et decor indumentum eius. Erũpũt his diebus ligna q̃dã q̃ non plantavit pr̃ celestis/ ligna q̃ sunt plantata in libano nostro. Fortitudinem pretendunt operis: iniuriarum insensibilitatem: parsimonie tolerantiam. Cedrina videntur: sed libani non sunt: quia immunda est eorum mens et cõscientia. Infidelibus enim nihil est mundum. Fortitudo quidẽ que ostentatur et viresicit in cõversatione: in ꝯfessione putrescit. Quod ibi quasi fulget: hic fetet. In opere quidem videtur pietas: in interrogatiõe infidelitas putret. Fortitudo lapidis: fortitudo eoꝝ/ et caro enea est: scz non degenerant a patre suo: de

quo in

Job.xli. quo in Job scribitur. Induratū est cor eius quasi lapis: strin-
gitur tanq̃ malleatoris incus. Male fortes sunt non pro fide/
sed contra fidem. Nō em̃ emolliuit omnipotens cor eorū/ non
emolliuit/ nō emundauit: nec fide candidū fecit: ideo non sunt
Ro.xiiij. libani ligna. Omne qđ nō est ex fide peccatū est: quomodo nō
magis qđ est contra fidē? Nō sunt ligna libani q̃ fidei non irri-
gat puritas. Steriles sunt virtutes/ que nō fecūdant per fidē:
sed ipsa fides sine virtutibus mortua est. Cādorē eius nulla in
continentie fedat putredo. In ecclesiasticis lignis vtraq̧ ob-
uiant sibi/ forma fidei ⁊ operis fortitudo. Talis cedrus nostro
plantatur in libano. Hic est ⁊ alibi nō est puritas fidei: ⁊ perpe
tua ⁊ quasi incorrupta perseuerantia virtutis. Hic em̃ emittit
myrrha ⁊ aloe cum omnibus primis vnguentis. He species ea
etiam que per se corruptibilia sunt: a corruptione illesa serua-
re noscuntur. Quid enim hec post ligna libani vnguenta pro-
duceret/ si nihil in eis esset distantie? Nam ⁊ si videntur similia
distinctionem tamen recipiunt. Illa em̃: idest libani ligna/ in-
corruptibilitatem in se habent: ista/ idest myrrha ⁊ aloe: nō ha
bentibus exhibent. Illa imputribilia sunt: ista imputribilita-
tem conferunt. Bonū ergo lignū ⁊ vere plantatū in paradiso
domini: in monte illo egregio: in mōte libano: qđ ⁊ ipsum se cō
tinet/ ne per illicita defluat: ⁊ sermones sui myrrha a tali fluxu
alios reddit immunes: cui⁹ corpus quasi cedrinū est/ ⁊ a labijs
Canti.iiij. myrrha distillat. Myrrha (inq̃) ⁊ aloe cū omnibus primis vn-
A guentis. ¶ Possumus quidē ⁊ hec ad quattuor cardinales vir
tutes interpretando deflectere/ si intelligamus in cedro forti-
tudinem/ in libano fidem/ que ipsam prudētiā informat: in myr
rha temperantiā/ continentiā ⁊ iusticiā: in aloe puritatē. Nam
huius arboris gūmi dicitur stomachū purgare. Per myrrham
ergo exteriora constricta sunt: per aloe interiora in hypocrisi
ficta nō sunt. Habes iam in his hec quattuor expressa. Primo
constantiam ne ad tēpus credas: ⁊ in tempore tētationis rece-
das. Deniq̧ prudētiā/ vt sit rationabile obsequiū tuū. Sic myr
rha mortificande carnis sequetur/ cum habueris zeluz ſm sciē
tiam. Quarto loco aloe/ cum ipsum cor offertur ⁊ adoletur/ vt
simul sit in myrrha mortificatio carnis/ ⁊ in aloe emūdatio cō-
scientie ab operibus mortuis/ ad seruiendū deo viuenti ne si
mus seruientes ad oculū/ nec quasi hominibus placentes/ sed
magis deo. Nonne beata vere sponsa/ cui tot blandimenta di-
cuntur? Multuz immissum est ei: qui tot emittit munera grata
dilecto. Nam in his omnibus ipse gloriatur: ⁊ spōse sue applau
dit muneribus iesus christus. Qui viuit et regnat per omnia
secula seculorum. Amen.

¶ Sermo.xxxviij.

Canti.iiij. B Fons hortorū/ puteus aquarū viuentiū que fluūt im
petu de libano. In capituli principio istius fons di-
cta est sponsa: ⁊ nunc in fine fontis eam impartit vo-
cabulo dilectus suus. Ab vbertate inchoat: ⁊ in fene
cta vberi multiplicatur: origini finis respōdet. Mul
te sunt emissiones eius: sed ipsa emissionibus non⁹ exhauritur.
Non arescit mora/ nō exiccatur emanatione. In initio hui⁹ capli
dicitur fons signatus: hic innuitur nō exiccans. Ibi quales sint
emissiones eius: hic q̃ sint indefesse docetur. Copiosi ex hoc
fonte riuuli gratiarū emanant: ⁊ tamen semp fons manet. Ab
eo in quo inchoet/ non se cohibet: ideo hic ⁊ ibi fons dicitur. Sz
etiam vide quo in loco ei⁹ aque fluunt: vbi nisi in hortis? Fons
enim est hortorū ⁊ delicate fluit: qui non ab hortis egreditur/
qui non lauat sed rigat. Cuius in hoc omnis vsus est: nō vt au
ferat feditatem/ sed vt fecunditatē afferat. Bonus quidē fon-
tis vius inundare: sed melior fecundare. Ille abluit inquina-
menta: iste quasi ablutione quadā/ gratiarū cōportat augmen-
ta. Ille germina lota reddit: hic leta. Ille patens est in ablu-
Canti.iiij. tionē peccatoris ⁊ menstruate: hic signatus delicijs spōse. To
ta pulchra es amica mea: ⁊ macula non est in te. Ideo non nisi
fons hortorū dicitur fons delitiarum. Deniq̧ q̃ varius ⁊ mul
tiplex est celestiū delitiarū modus: tantus videtur ⁊ numerus
hortorū. In alio rubent rose/ in alio candent lilia: colorēq̧ flo
res viole purpureū reddūt. Tot horti sunt quot virtutū plāta
tiones simul collecte: vbi tantum flos vnus est/ quis ibi hortū
esse diffiniat? Sic nec vna castitatis plantatio/ nec vna iusti-
Eccl.v. cie/ horti potest integritatē explere. Salomon q̃ delicat⁹ et te-
nellus dictus est: ipse sibi fecit hortos ⁊ pomeria: cōseuit ea cū
cti generis arboribus. Nō arbore conseui (inquit) sed arborib⁹
nec vnius generis: sed cuncti generis. Extruxi (inquit) mihi pi
scinas aquarū vt irrigarē siluā lignorū germinātiū. Diues qui
dem in delicijs; qui non rara ligna ⁊ q̃ pre paucitate numerari
⁊ scribi possent: sz integrā possedit siluā lignorū germinātium.
C In horto q̧ppe sapiētie: nihil sterile nil non germinans. ¶ Sic
⁊ sponsa plures habet hortos ⁊ cuncti generis virtutū copio-
se virgultis est consita. Et in sequentibus sponse sponsus ap-
plaudit dicēs. Que habitas in hortis: amici auscultēt te. Fac Cāti.viij.
me audire vocē tuā. Iure omnino. Quid em̃ nisi dulce ausculta
re illi q̃ in hortis moratur: ⁊ de hortis loquitur? Non audit foris
vox eius/ nec extra hortū: iō amicus est q̃ in hortis cōmoratur
cū ea. Nec tā in hortis est q̃ hortus ipse. Ipsa hort⁹: ⁊ ipse fons
huius hortos doctrine sue fluentis irrigans. Felix spōsa q̃ nō
habet nisi hortos irrigare. An non in hoc frequēti cōuentu tot
horti quot animi: ꝓpter vnanimitatē hortus: vnus ꝓpter diffe
rentes gratias horti plures. Utinam in his hortis nulla radix
amaritudinis sursum germinet: nullū sit lignū inutile: nullum
qđ hortū sponse dedeceat: nullus sit hic hortus olerū: qr olera
herbarum cito decidēt. Qui em̃ (inquit) infirmus est: olus mā Ro.xiiij.
ducet. Uos aūt oleribus nō indigetis quasi infirmi. Qđ em̃ in Ro.xiiij.
firmū est in vobis: fortius est secularibus. Illorū infirmitas de
scit in licitis: ad ꝑfecta/ vestra laborat. Illorū infirmitas est: vti
concessis: vestra quidē citra ꝑfectū subsistere. Quid est in vo-
bis esse infirmū nisi nō eē ꝑfectū? Quid est in vobis esse infirmū
nisi summū nō apphēdere? Et qđ forte nisi vt apphēdatis ꝯtē
dere? Ideo infirmū nostrū forti⁹ est secularibus: et (vt sic dicā)
melior est infirmitas monachi q̃ secularis benefaciens. Ope-
ra que penes nos putantur infirma: quanti crederentur si ab ipsis
fieri viderentur? Perfectorū solidus cibus est: quottū in nobis
imperfecti sunt: esum olerum dedignantur. Que secularib⁹ li-
cent infirmis nostris nec exhibētur: nec ipsi exigūt. Apud nos
perfecta ꝓfessio: q̃uis infirma ex pletio. Perfecte plantatiōes
sed incrementa infirma. Irrigande sunt vt crescāt: sz spūalib⁹
aquis. ¶ Paulus bene nouit quibus aquis quēlibet hortū irri D
get. Coniugatis copule maritalis vsum dispensat: cōsolatur pu- i.Cor.vij.
sillanimes: suscipit infirmos carnalibus potū lac prebet: sapiē i.Thes.v.
tiam loquitur spiritualibus q̃ dijudicāt oīa: sapientiā aūt nō hu i.Cor.iij.
ius seculi: sed q̃ ex deo est: sapiētiā absconditā in mysterio. Et i.Cor.ij.
si q̃s alius loquitur decorē domus dn̄i locū habitationis glorie
eius: thalami delitias: gaudiū quo gaudet sponsus super spō-
sam: ⁊ quo vicissim ipsa gaudēs gaudet in dn̄o: plane hic hortū
olerū irrigare talib⁹ debet aq̄s. Animalis em̃ homo nō ꝑcipit ea i.Cor.ij.
que sunt spiritus dei. Et oīno quisq̧ spūalia: vel agenda ꝑci-
pit vel intelligenda ꝓponit: nōne tibi videtur aromaticis in hor
tis quasi fons purus manare? Et bn̄ purus: cui nō necesse inter
auditorū perfectionē q̃ in hortis auscultāt: nisi de spiritualis vi
te puritate disputare: ⁊ quasi paradisi incolis de paradisi ꝓpi
nare fluentis. Iuxta hunc sensum: hortū auditores intellige:
fontem doctores: sz si fons sunt quomodo pute⁹? Nostis enim
quantū inter se distent hi noti fontes ⁊ putei. Puteus infoditur
fons gratis fluit. In illo aque recōdite sunt: in isto quasi ꝓpo
site: ⁊ seipsas offerētes vltro. Magna est in istis differētia: nec
possunt vtraq̧ in alterutris inueniri. Nō pōt vel fons putei vel
puteus fontis propria ⁊ domestica vendicare sibi: vterq̧ natu
re sue cōtinetur limitibus. Corporalia ⁊ eterna angusta sunt: spi
rituales abundant diuitie. Ad spiritualia si referamus ista: in
eodem erit inuenire fontē ⁊ puteū: ⁊ alterutra abinuicē ꝓpria
cōmunicari. ¶ Cōmunicemus ergo hec si vultis inuicē ꝓpria E
et in eodē assignemus vtraq̧. Accipiamus in fonte sufficiētiā
doctrine: in puteo secretū. In illo abundantiā: in isto alta my-
steria. Et quidē bonus doctor q̃ quasi de quodam alto puteo
ita de abdito sapiētie thesauro copiose ꝓfert noua et vetera.
Puteus est: qr q̃ dei sunt nemo nouit nisi spūs dei. Spūs enim
oīa scrutatur etiā ꝓfunda dei: ⁊ quasi fons q̃dam ꝓducit in me- i.Cor.ij.
dium/ ⁊ virtutū hortos irriguos reddit. Habetis ergo in puteo
occultationē: in fōte copiā. Profusionē in fonte/ ⁊ sensuū ꝓfun
ditatē in puteo. Pute⁹ altus est/ sz nō indiget haustorio. Fōs
est ⁊ gratis fluit. Qui sitit veniat ⁊ bibat de aq̄s sponse/ de aq̄s
bersabee/ vt nouus ex ea Salomō nascatur. Et bersabee pute⁹
septimus interpretatur: idest puteus quietis/ puteus sapiētie.
Nā sapientia in spiritualiū cathalogo munerū ascendenti sur-
sum septima occurrit. Sicut ⁊ pute⁹ sapiētie: ita ⁊ fons sapien Eccli.i.
tie legitur. Et forte in his duob⁹ geminus ei⁹ modus exprimitur.
Unus q̃ fit ꝑ inuestigationē: alter q̃ fit ꝑ inspirationem. Fontis
aque vltro ꝓrumpūt. In puteo ṽo terre prorūpitur moles ⁊ soli
ditas penetratur/ vt ad aquā viuā ꝑtingas. Utraq̧ alteri necessa
ria est/ ⁊ industria grē/ ⁊ gratia industrie: ⁊ vicariā opē sibi cō-
municāt. Inuanū em̃ laborat q̃ puteū fodit: si nō ipse fons vite
gratis affluat. Sed ⁊ tibi gratis foderis puteū/ ⁊ receptaculuz
aquarū ꝑparaueris/ si fuerit neglect⁹ puteus tuus. Et si tu squa
leas: nō descendēt in illū aq̄ viue/ non fluēt impetu de libano.
Aque q̃ descendūt de libano: nesciūt colligi nisi in puteū can
didum. Et aque q̃ cū impetu fluūt: volunt puteū habere capa
cem. ¶ Altū ⁊ capacē efficies cordis tui puteū: si curas terre- F
nas egeras: si locū efficias in animo tuo leticie spūali: si os tuū
aperias vt attrahas spm̄: et fluāt in vētrē tuū flumina aq̄ viue.
Ad hoc opus ꝑparata sunt foramina tua in die natiuitatis tue
sicut scriptum est de principe tyri. Capacitas intelligentie na

turalis qua in die creationis pre ceteris animantibus priuilegiatus es/ ingentis receptaculi vicē tenet: ad comprehendendas continendasq̄ aquas visionis ⁊ vite. Legimus enim viuentis ⁊ videntis puteū. Qui si post peccatū vitijs vel innatis vel superadditis obstrusus videtur: aperiat illū fides: spes in altum instanter diffodiat: dilatet amor. Ociū ⁊ exoccupatio cohærere situ turpi non sinat. Siquidē feriatas mentes ab externis curis volunt habere festiua gaudia: ⁊ vacationē sibi vendicat visio dei. An non tibi quidā puteus altus videt̄ ille in quo recon diti sunt oēs thesauri sapientie ⁊ scientie dei? An mariam quasi puteum aque purissime inficiaberis/ q̄ conseruabat omnia verba de christo: conferēs in corde suo? Esto ⁊ tu talis puteus ꝓ modulo tuo: puteus altus ⁊ amplus. Ysaac post calumnie puteū/ post puteū inimicitiaꝝ/ post hos (inq̄) duos puteos relictos: duos puteos effodit: puteū latitudinis ⁊ puteū satietatis. In illo cepit non rixari cū vitijs: in isto cepit fructu deliciari virtutis. Noluit cū philisteis puteū habere cōmunem: qui interpretantur potione cadētes. Puteos inimicitiarū ⁊ calumnie reliquit philisteis. Corruūt plane qui bibunt de erroris ⁊ scismatis puteo. Tales puteos fodiūt auctores/ bibūt auditores. Sic confodit arrius/ sic donatus. Alter fidei calumniam induxit: alter fraternitatis copulā in partes deduxit. Ille trinitatis equalitatem heretica diffinitione distrinxit gradibus: ille ecclesie vnitatē sua presumptione distraxit partibus. Dathā ⁊ abyrō puteos calumnie foderūt aduersus moysen ⁊ aaron: ⁊ inciderūt in foueā ipsi quā fecerūt/ q̄s terra viuos absorbuit: potione quā ipsi foderūt p̄cipitati sunt. nomen philisteorum interpretantes euentu. ¶ Bonus autem puteus de cuius aquis qui biberit exaltabit caput: non potione cadet. Quasi foueam fodit qui terreni sensus acumine/ scripture soliditatē penetrat ⁊ violenter scindit hortulū ecclesie quoddā incognitū dogma producēs ⁊ obscura mysteria: sed ⁊ q̄ subtili scrutinio ⁊ dolosa machinatiōe fraterne charitatis solida perforat: ⁊ discordie venā aperit: qui se cōspirationū claudit ⁊ signat in puteo: non acquiescens egredi: sed magis ac magis ingrediens interiora scismatis/ ⁊ eius effodiens abyssum. Philisteoꝝ est hic puteus nihil tibi sit cōmune cū illo. Sensim primo ⁊ secreto crescūt: ⁊ de terrene ⁊ brute mentis erumpūt visceribus: donec postea cū impetu fluāt: sed nō fluūt de libano. Non he aque fideles sunt non aque viue. Non pōt sibi cōstare discordia: non pōt inter parietes scisma perpetua pax seruari. Ipsuꝫ scisma infidū est sibi/ nequit sibi cohærere diutius/ qđ charitatis pertērat dissoluere glutinū. Si quis te ad hos puteos te inuitauerit: disrumpe (si potes) puteos philistinoꝝ ⁊ aquas pestilētes exicca: relinq̄ philisteis puteos suos: puteos inimicitiaꝝ. Sectare puteos celestiū delitiarū: puteos aquaꝝ fideliū/ ⁊ aquarū viuentiū: que fluunt impetu de libano. Esto flos horti/ ⁊ horti cōclusi: vt non diripiaris: et videbis quomodo tibi dirūpet dñs fontes ⁊ torrentes. Cōuersare in horto si forte ⁊ ipse conuertaris in puteū ⁊ de ventre tuo flumina fluant aque viue. ¶ Que nā sunt aq̄ viue/ nisi aque nō deficiētes? Et quidā bene haustus aquaꝝ estū desiderij sine defectu refrigerāt: seculi oblectamēta vniuersaliter falsam p̄ferūt refrigerij speciē/ ⁊ secularē cōcupiscentiā sedant ad horā/ sed quasi sub ipso ortu statim arescūt: nec fluunt vena perhēni: quasi torrēs raptim trāseūt: ⁊ nō est inuenire in hoc torrente aquas viuas. Alio quodā Ysaac fodit in torrente ⁊ aquas viuas inuenit. Est em̄ torrēs q̄ suauis videt̄: sed salutaris nō est: nec sempiternus quidē: sicut secularis ille queꝫ prediximus fluxus voluptatis. Et est torrēs salutaris quideꝫ sed sempiternus: si tamen effoderis in eo/ aquas viuas reperies. Habemus (inq̄t Petrus) firmiorē ꝓpheticū sermonē: cui bñfacitis attendentes/ tanq̄ lucerne lucēti in caliginoso loco: donec illucescat dies ⁊ lucifer oriat̄ in cordibus vestris. Non extinguetur in nocte ista lucerna: interim em̄ vsus eius necessarius est. Sꝫ cū dies eternus eluxerit: ꝓphetice lucerna cessabit doctrine: ⁊ litteraris sermonis exiccabit̄ torrēs. Siue em̄ prophetie euacuabunt̄/ siue lingue cessabūt/ siue sciētia destruet̄: future manifestationis respectu turbidus (vt sic dicā) in modū torrentis fluit sacre sermo scripture/ instruens nos per speculuꝫ ⁊ in enigmate. Illius aūt q̄ est facie ad faciē visiōis vere pure sunt ⁊ perhēnes aq̄. Nō deerūt ille tibi/ nō tu illis. Cū mortalitatis trāsierit torrēs/ trāsibūt cū mortalitate mysteria nubila: ⁊ sine velamine serena veritas ꝓpter quā hic torrentē effoderas/ hylariter erūpet. Istic locus est speculo: illic directe speculationi. Solet tñ aliquo modo hec speculatio locū alienū peruadere: ⁊ in loco peregrinationis se viantibus hylariter ostendēs inuitat ad patriā. Vere quidē festiuus/ sed furtiuus adhuc istius eterni ⁊ luminis radius ⁊ fluminis riuus. Nō emicat/ non emergit nisi in hortis: ⁊ in hortis aromaticis. O altitudo diuitiarū sapientie ⁊ scientie dei/ q̄ similis es puteo? Non potes exhauriri. Aquas viuas effundis: ⁊ aquas salubres ⁊ vberes. ¶ Quis dabit hortulo meo has aq̄s: ⁊ cordi meo hūc puteū deliciarum? Ab occultis meis mūda me dñe: ⁊ ab alienis parce seruo tuo. fac me libanū: asperge me ⁊ mūdabor: laua me ⁊ super niuē dealbabor. Emūda me a delicto maximo: ⁊ erūt vt complaceāt eloquia oris mei: ⁊ meditatio cordis mei in conspectu tuo semper. Fac me libanū vt has tibi semper aquas effundā. Erūt (inq̄t) vt cōplaceāt. Quid est cōplaceāt/ nisi vt vtraq̄ placeāt: ⁊ vtriq̄ placeāt? Cui vtriq̄ nisi mihi ⁊ tibi? Que vtraq̄: nisi eloquia laudis/ ⁊ meditatio cordis? Aque iste viuētes sunt: q̄ semper complacent/ semper fluūt/ sed nō fluūt nisi de libano: nec lente quidem: sed cū impetu. Magnus impetus violenti sensus amoris ⁊ dulces tñ nō difficiles aditus impetus habet. Magnus impetus est: q̄ vsq̄ ad effectū pertigit efficaciter ⁊ exhaurit suauiter. Magnus impetus eius: cui vehementie resistere nō pōt. Cū impetu (inquit) de libano. Expressit cām redundantie: noīe libani. Mundicia locus est redūdantis leticie: ⁊ aquas sapientie salutaris effundit: de candido prorūpit/ ⁊ candidius reddit. Cōgere in vnū/ ⁊ quasi in aceruū accumula delitias istas. Vide ⁊ considera puteū/ libanū/ impetū/ aquas viuas. Deprehēdes in his (si animo aduertas) aq̄s istas ⁊ serenas esse: ⁊ secretas: ⁊ vehementes ⁊ nō deficiētes. Puteus secretū desinat/ serenitatem libanus. In impetu [illegible] exhaurit̄ affectus: aque viue nesciūt exhauriri. Bonus etiā libanus fides/ eo q̄ fide corda mūdentur. Ab hoc libano serene intelligētie aque viue fluūt: quia nisi credideritis nō intelligetis. Intellectus autē bonus: cuius contemplatio manet in seculū seculi. Hic est vere viuens. Nam vita eterna hec est vt cognoscamus vnū verū deum: ⁊ quē ipse misit iesum christum. ¶ Et ipse christus noster est libanus: delectationes viuas fundens cū impetu in sinū dilecte. Ipse libanus ⁊ ipse riuus: siquidem ipse est candor lucis eterne ⁊ emanatio sincerissima. Delectabilis plane puteus affectus est spōse: in quē eterni candoris radij/ ac siquidē de libano riuuli: ⁊ colligunt̄ ⁊ effundunt̄: vt flores ⁊ hortos irrigent sponsi. Bonus ergo libanus: in quem nihil inquinatū incurrit: ⁊ magnus impetus qui nullo cōpesci obice potest. Denique illi aque cū impetu fluūt quem nec persecutio/ nec nuditas/ nec gladius separare potest a charitate dei. Tot credentibus populis obiecti sunt obices scandaloꝝ: tot opposite moles tormentorum: et tamen semper perfluūt aque de libano. Aque em̄ populi sunt. Magni obices sed maior impetus. Si coneris cōpescere: plus increscit ⁊ prorumpit obstantia. Repulsus exurgit in cumulū: ⁊ impedimentum lucra condrens se diffundit vberius. Puto amori etiā ipsi obices cooperant̄ in bonū: ⁊ incremēta capit vexata virtus in iniurijs. Nōne me silente ista possunt percutere cōsciētias eoꝝ quorum amor in certis locis ⁊ hortis fluit: qui quidem ad tempus diligūt/ ⁊ in tēpore tribulatiōis recedūt? Quid dico tribulationis? Etiā exigue ⁊ dubie tētationis nunq̄ molē/ sed obicem passi: facile compescunt̄/ ⁊ reflexo ꝓposito impetu irreuocabili ad secularia ruūt. Si inclamaueris iuxta ꝓphetam. State/ state/ nō est qui reuertat̄. Nulla illos persuasio reuocat: nec persecutio pia magistri: non infelicitas/ q̄ frequēter ⁊ fere semper est in vijs eoꝝ. Fluūt ⁊ ruūt ⁊ corruūt: vt bibāt in via de torrente voluptatis: q̄ non exaltabit/ sed cōquassabit in terra capita eorū. Beati quidem immaculati in via: qui ambulant in lege charitatis: qui ambulāt in impetu vbicūq̄ fuerit impetus spiritus/ ⁊ non reuertunt̄: nec aliquo separant̄ obstaculo a charitate dei que est in christo iesu domino nostro: q̄ viuit ⁊ regnat per omnia secula seculorum. Amen.

[Gen. xxvi.] [Luce. ij.] [Gen. xxvi.] [Num. xvi.] [Gen. xxvi.] [ij. Pet. i.] [Cor. xiij.] [Ps. xviij.] [Ps. l.] [Ps. xviij.] [Actu. xv.] [Joh. xvij.] [Num. i.]

¶ Sermo. xxxviij.

Affectiones dulces ⁊ sancte: sunt sponse aromata. Nam ipsa est hortus. Austro flante ista fluūt in delitias sponsi: sed aq̄lonis hec iterū inclementia sistit. Frigidus est em̄ ventus aquilo: ⁊ ad flatū eius aromata congelant̄. Quādiu domine aduersitatis aquilo regiones nostras premet: q̄diu incumbet hortulis nostris: q̄diu iesu bone cōstringet aromata nostra rigor aq̄lonis? Parce dñe/ parce ab aq̄lone sponse tue. Diu est q̄ viget: q̄ premit: q̄ incubat spiritus hic durus ⁊ vehemēs. Cumulata nos vndiq̄ p̄mit aduersitas. Dic ei domine vt surgat: vt cedat: vt signat locū esse respirādi infortunij. Paupertas sterilis est: ⁊ graues vndiq̄ parturit casus. Res infirme facile ledūtur/ ⁊ infelicitatis abyssus altam inuocat in voce catharactarū tuarū. Occulte aduersum nos vocas aduersa: ⁊ quomodo si dicas aquiloni insurge/ preme/ posside: Fumus (inquit Esaias) ab aquilone veniet. Nobis autem non tam fumus q̄ flamma iam imminet olle succense a facie aquilonis. Ab aquilone frigus/ ⁊ ab aquilone flamma. Ita est domine. In duricia manus tue aduersaris mihi misericordie tue venas restringis: ideo exestuat animus meus ⁊ in meditatione mea exardescet ignis. Grauis iste anxie solitudinis ignis est: ⁊ calore eius aromata non fluūt: sed magis siqua sunt

[Ps. xli.] [Esa. xlij.]

que finis fluere/siccant fluenta: presertim vbi magis magisq̃ adversitatem aperire si videtur occasio. Domine dolor me⁹ in conspectu tuo est: et gemitus meus a te nõ est absconditꝰ. Sollicitudinis mee ratio nota est tibi: sꝫ meroris magis dicere debuerã: sollicitudo eñ in merorẽ iam cepit tota transire. Ubi cõsilij non fulget occasio/ vbi bone spei se vel vmbra nõ offert/ ibi non sollicitudinis sed meroris sunt partes.

ps.xxxvij

Treñ.iiij
B

¶ Multi gemitus mei: et cor meũ merens. Paruuli petunt panem: et non est q̃ frangat eis. Deest enim q̃ frangat. Non dico de verbi pane: sed hoc quotidiano corporis alimento. Non põt tamen celestis illi⁹ panis pinguedine repleri anima mea: dũ quotidiani huius panis inopia maciẽ quandã meroris inducit. A voce⁹ gemitus istius oblitus sum comedere panem illũ celestem. Durus aquilo exterior adversitas: sed multo durior mentis anxietas. Altera fratres vos viget/ me premit vtraq̃. Ego communi attritione laboro in vobis: et domestica quadã p̃re vobis/ q̃r p̃ vobis. Hinc infortunij casus. Hinc forenses insurgunt calũnie. Alij submurmurant: et alij insultant/ et qđ non est humane industrie providere ne contingat: improperant cũ acciderit. Quidã irritant: quidam irrident: adversam fortunã ad fatuitatẽ trahẽtes. Successus bonos quibus exuberant sibi imputant: quasi aut providẽtie aut meriti credunt: nõ muneris esse divini. Abundant (inq̃t Job) tabernacula predonũ: et audacter provocant deũ: cũ ipe oia dederit in manus ipsorum. Quidã et predones et provocatores sunt qui qđ dei est ipsi tollunt: dũ sibi tribuunt: et divine donum gratie ad proprie infiectunt affectũ industrie. Quid impẽse desuper vobis beneficia improperatis nobis? An q̃r clemẽtie divine circa nos oculus bon⁹ est: ideo videt̃ erga nos neq̃ esse. Cur vos divina beneficia paratiores reddunt ad derogãdum q̃ ad erogandũ? Uides dñe q̃ ex partibus aquilonis nos flabra molestant: vndiq̃ perflant incõmoda: murmura: probra. Inter huius dolores distractus et cõstrictus animus: austri levia nescit flabra recipere.

Job.xij.

Exurge dñe nõ prevaleat aquilo/ satis est q̃ iã diu insurrexit: q̃ incubuit diei/ vt surgat/ vt discedat et cedat austro. Succensa iampridẽ est olla a facie aquilonis: sed tu dñe austrum emitte: qui faciat medium fornacis hui⁹ quasi ventum roris flantẽ. Non audeo cõtinuos austri flat⁹ rogare: sufficit si modo interpolatione ei⁹ aquilonis malignitas temperetur. Extendis (sicut in Job legimus) aquilonẽ sup vacuum nõ super hortũ. Nõ est vacuus hortulus sponse: in quo superius annumerate plãtant̃ tot aromatice species. Et quomodo quibũt meditationis aromata leta p̃fluere: vbi a merore libera nõ sunt studia vbi cõtristat adversitas: aq̃lo strigit? Esto domine zelotes: emulare sponsam dic aquiloni vt surgat: et cũ austro dimidiet tpa sua. Sic quidẽ fiet s̃m multitudinẽ dolorũ meorũ in corde meo: ũ cõsolationes tue letificẽt animã meam.

Hiere.j.

Job.xxvj

B

¶ Uidetis fratres qualiter aquilo ad mensuram sui austrũ parturiat: et forte vbi abundavit aq̃lo/ superabundavit et auster. Auster enim et p̃spere flabit: et quas intulit aquilo cõpensabit iniurias. Ergo surgat aq̃lo: seviat quãtũlibet fremat: dũmodo occasionem et quasi vim prestet flatibus austri. Nõne tibi videtur graves pertulisse aquilõis flatus: quos in epistola ad hebreos paulus alloq̃tur: Magnum (inquit) certamẽ sustinuistis passionum/ et in altero quidẽ opprobrijs et tribulationibus spectaculum facti: in altero socij taliter cõversantiũ effecti: nam et vinctis (inquit) compassi estis. Sed inter tanta aq̃lonis flabra nullas sibi vices vendicavit auster. Immo plane. Deniq̃ audi qđ sequitur. Et rapinã (inquit) bonorum vestrorũ cum gaudio suscepistis: cognoscentes vos habere meliorẽ et manentẽ substantiam. Quid cũ apostoli irẽt gaudẽtes a conspectu consilij: quoniam digni habiti sunt pro nomine iesu cõtumeliã pati/ nonne tibi videtur contra aquilonis graves impetus leniter ipsis auster spirasse? Considera tristia illa sabbata sepulture dominice. Nõne velut ad aquilonis flatum: apostolorum corda infidelitate et timiditate quadã diriguerũt: Resurgẽte dño cepit auster lenis hortũ eius p̃flare. Totis his deniq̃ quadraginta diebus in multis argumentis dñice resurrectionis: et veritatis fides/ et veritatis fiducia sensim incremẽta sumpserunt. Ipso die penthecostes: quãdo factus est spiritus vehemẽs in cenaculo vbi erant apostoli sedentes: soluta est ois congelate mentis frigiditas/ sicut torrens in austro: et deinceps verbi virtutũq̃ profluxerunt aromata.

Hebre.x.

[illegible]

Actuũ.v.

C

¶ Sed nunqđ idcirco aquilo durus deuit? Nonne multo vehementius persecutorũ insurrexit p̃celia et impetus heretice tempestatis? Nunquid non emulatione quadã tentationis aquilo/ austro se opposuit gratie? Quasi solus hortum perflare conatur: quodã rigore duri spiritus/ aromata restringere volens ne fluẽt: sed tanto latius fluxerunt: adversitatis et prosperitatis alternis motibus nunc provocata/ nunc pacata sponsa christi. Ecclesia eius aromata virtutũ proferre non destitit vel non desinit. In persecutione virtus enituit: in pace auctus est numerus. In illa fortes probantur: in ista foventur infirmi. Quid ergo primitivã ecclesiã nunc memoro/ cũ adhuc et si non tam vehemẽtes: frequentes tamen aquilonis impetus sustinet hortulus sponsi? Alternavit circa illum vices auster et aquilo. Gravis impetus hoc tempore ecclesiam impulit: et quidem ab aquilone. Nam inde est origo scismatis: inde oritur: et ibi moratur: solus illic aquilo premit. Dic ei domine vt surgat et discedat: voca et dic austro: veni perfla hortũ meũ/ et fluent aromata illius. Non dico austrũ felicitatis et securitatis terrene: nam hic auster frequenter aromata stringit et exiccat: sed austrum voca gratie tue. Et si ita necesse est et aquilonẽ in illũ interiorem hortũ mitte: nõ obstinationis sed vexationis aquilonem vt ipsa vexatio det intellectũ auditui ad obediendũ. Aquilonis rigore flagella hortum tuũ: hoc quasi verbere excita torporem eius: vt avidius ad austri se lenia spiramina conferat.

Canti.iiij

Tam partibus q̃ temporalibus auster et aquilo circa hortum nostrũ vices alternãt. Sicut enim nũc flat auster: nunc aquilo: ita hic auster/ et illic aquilo. Aliquotiens aũt et simul flant: sed alter foris: et alter intus. Foris aquilo: et intus auster. Ille furẽs: et iste fovens. Fremat aquilo et tumultuetur foris: tãtũmodo hortos intus non perflet: intro non penetret: intimam que est in christo non constringat cordis leticiã. Quando domine ex integro gelidus ille spiritus quiescet: quando erit vt iam non timeatur a facie frigoris eius? Fundata est civitas tua: hortus plantatus in lateribus aquilonis. Hic ventus in scripturis dexter vocatur. Ideo Job talem super eo deponit querelã. Ad dexterã (inquit) orientis calamitates mee ilico surrexerũt. Iure ventũ illum dextrũ vocavit: qui nihil ei quivit sinistrũ inferre: q̃n etiã corone glorie viro iusto cõportavit augmentũ: quãdo virt⁹ probata enituit: et quando provocata excrevit. De vicino in hortum turbines impingit: situs est enim in lateribus aquilonis. Effice illum nobis domine dextrum: tempera illum flatibus austri. Cooperatur enim nobis etiam aquilo in bonum tue dilectionis etiam austro afflante. Sive iussus sive permissus surgere aquilo tribulationis: nõ nos terreat. Modicũ eñ et consolationis auster succedet: et si non interim intercidat. Ubi enim abundavit afflictio abundabit et gratia.

Job.xxx.

D

¶ Sed quid vobis fratres de exteriori disputo tribulatione? Alius solet vos aquilo perurgere. Ab hoc vobis deus aquilone parcit: alios interponens q̃ secularis tumult⁹ et tribulationis impulsus frequentes excipiãt. Exterior vos cura gravis nulla perstringit: q̃r de iure nulla cõtingit: nec tamen immunes vos sinit. Quos exterior cura nõ vexet/ interior afficit tedio. Bene cũ illis agitur in hac parte q̃ exterioribus non patent: sed nihilominus aq̃lonem non effugiũt dũ sibi in interioribus non placent. Festiva prius gaudia vertuntur in fastidiũ/ et hilarẽ mentis faciem tristicia cõmutat. Felix cui nõ est hec cõmutatio. Sed q̃s tamen est: quis eñ est quẽ non aliquotiens et tediũ cõficiat/ et exultet tristicia? Deniq̃ vbi prospero ferebamur navigio: ibi paulopost vadosa incurrimus et secũda fluentibus aura: turbo adversus erupit. Etiã vbi non erat ratio: instat turbatio. Causa nõ eminet: et ira imminet. Irascitur homo ire quã irrationabiliter patitur: et cui⁹ detestat̃ motum nescit exortũ. Spiritus hic durus: vbi vult spirat: et nescis vnde veniat/ et forte quo vadat. An magis quo evadat? Nam sepe ad malũ talis affectio vadit sed frequenter evadit ad bonũ. Nõ pertingit quo pergit: sed facit deus etiam de tẽtatione proventũ. Quãdo vult ipse inducit aquilonẽ: quãdo vult dicit aq̃lo surge. Et si interim de ei⁹ molestia quereris: scito te tali magisterio et cõmemorari et commoveri. Commemoraris vt aquilonis viciniam attendas: cõmoneris vt rigorẽ eius effugias. Nõ subest tibi dum in lateribus aquilonis situs es eius viciniã fugere: sed tamẽ violentiam evadere potest. Dum hic sumus semper vicinus est: non est semper violentus: sed postq̃ giravimus per aquilonem: sepe reflectimus per meridiem. Etiam cum impulsum non sentis: habe suspectã viciniam eius.

Job.iij.

E

¶ Quãdo tamen eius turbines evades nisi lenis auster vocatus adveniat? et sic expandas ad austrum alas tuas: vt in celestem plumescas volatum: si tamen se intermiscere nititur aquilo: et nascentes in novitate pennas: gelido restringere spiritu. Pennas a volatu: et aromata restrigit a fluxu. Stringit tñ q̃ nõ tollit. Uehemẽs enim tedium et amaritudo cordis virtutes ipsas exercet: non evertit. Hic turbo propositum sanctum impellit quidẽ: nõ tollit. Stringit leticiam: nõ tollit constãtiam. Tedio afficitur animus: sed nõ conficitur. Tristatur: sed obluctatur tristicie sue. Non est minus fortis sic affecta virtus: sed minus felix qui illi cõvitio cum quo rixatur bellum indicit. Quasi suũ nõ est fastidium cũ quo fedus non contrahit. Molestum patitur/ non propiciatur illi. Deniq̃ non ipse animus hoc operatur/ sed magis aquilo in cuius lateribus habitat. Ideo detestatur illud: eo q̃ adversus virtutẽ eius molimina sentit. Qui sentit/ ipse scit quanto cum tedio illud bone cõversationis tediũ tolerat quomodo fastidit fastidium illud: quãta cum amaritudine obluctatur

amaritudini illi/amaritudini violente que de iugitate exerci-
tij disciplinaris inuito se ingerit. Ad austrum animus ex voto
se vergit. et ecce aquilo aduersanti et inuito se importune im-
mergit. Durum est sustinere a facie frigoris huius:⁊ fugere nō
subest ad votū. Laborat animus et discipline tedio:et huiꝰ te
dij odio. Molesta est vtraqꝫ affectio:⁊ non dulcescere qđ ele-
geris/et sentire quod oderis. Molestuꝫ vtrūqꝫ et propugnare
disciplinam:⁊ propulsare desidiā. Quomō Iesu bone tantā tā
diu toleras vexationē dilecte sponse tue? Desidiā inuita pati-
tur:et quasi voluntariā/in se sic puniēdo ꝓsequitur. Egerrime
tolerat/ꝙ non ad votum in te q̄ bonum eiꝰ es solum deliciari
valet. Sibi imputat:quod suffert inuita. Stimulator ab aqui-
lone venit illi:sed stimulus iste ad preces spōsam instigat. Hoc
stimulo castigata:ad supplicationes se confert:que se prius in
amplexus parauerat. Mitiga sponse tue Iesu bone a diebus
his malis. Nisi enim adiuues eam : habitabit in aquilone aia
eius. Quis enim consurget aduersus aquilonem/ nisi tu deus
qui venis ab austro: Bonum aroma: ꝓpositū sanctū ⁊ consciē
tia pura:sed non flute illi qui boni istius delicijs non fruiť. Ve
ni Iesu bone/veni perfla ortum tuum/vt fluant aromata eius
sicut torrens in austro. Ipsa est ortus:esto tu auster. Te irrigā
te/erit anima eius sicut ortus irriguus:⁊ te flante/nō deficiēt
eiꝰ aromata:qui viuit ⁊ regnat in secula seculorum. Amen.

¶ Sermo.xxxix.

Exple Iesu bone quod iubes transfer austrum de
celo/⁊ induc illum in ortum tuum:in animā spon
se tue. Hoc flatu leni solue tedium:solue tristiciā
ab eiꝰ affectu. Nam vtrūqꝫ in vitio est:et propter
speciem aquilonis vtrūqꝫ mentem ligat:percutit
⁊ pellit a puro ꝓfluuio quodam leticie. Quid ti-
mor:nonne et ipse rigore gelido constringit affectus? Ab aile
nis parce domine sponse tue. Quid magis alienum ab ea / q̄
timor qui non est in charitate:cū ipsa tota sit in charitate? Il-
le seruilis est/illa in libertatem vocata. Vidisti fratres hester-
no virum meticulose incedere:vt institutiōis prima subiret ele
menta:q̄ morante ⁊ q̄ nutante proposito:discipline rudimen
tis se passus est insigniri. Et bene nostis dum adhuc secularis
erat q̄ largos elemosynarū riuulos manus eius fundebant.
Quid erat cause:nisi ꝙ mentem in hac parte timoris perstrin-
xerat aquilo: Auster scilicet illam ex parte afflauit:sed nō per-
flauit:ideo elemosynarū prompte perfudit aromata. Sed ab-
renunciationis ꝑiculosissimus. ille aromaticusqꝫ liquor:post mul
tos conatus vix tandem ab eius alo tenuiter exprimi potuit.

Mat.xix.

Plane similis erat euangelico iuueni qui apud dominū de le-
gis obseruatione gloriatus:euangelice perfectiōis coartatio
ne proposita tristis abscessit. Nisi ꝙ ille tristis abscessit:hic q̄-
uis tristis/accessit tamen. Videte timoris aquilonē flantē sub
lege:ideo de precipuis electisqꝫ aromatibus rara fluxerunt in

Actu.ij.

ea. Ideo die pēthecostes quādo spiritus vehemens flauit ab
austro:tot hoim milia:veritate/verbo vita spiritualiter ꝓdu-
xerūt:nō eos rei familiaris cura constrinxerat de reliquo. Li-
bera quidē ab hoc aquilone satis duro corde largius profluūt

Rom.viij

in contēplatione ⁊ charitate dei. Nō accepistis inquit spiritū
seruitutis iterum in timore:sed accepistis spiritū adoptiōis fi-
liorū in quo clamamus abba pater. Ille aquilonis ingratus:
ideo illi tanq̄ graui et ponderoso prementiqꝫ se dicitur. Sur-
ge:hic tanq̄ letus gratusqꝫ inuitať vt veniat et perflet ortulū
sponsi. Ille penam habet:hic ꝓflua gaudia. Ille minax est :hic

Ioh.xiiij.

blandimentis delicijsqꝫ manans. Rogabo inquit patrē meum
⁊ aliū paraclytum dabit vobis:hoc est austrū inuitare/⁊ dicere

Cant.iiij

vt veniat et perflet ortū suum. Perfla ortum meū ⁊ fluēt aroma
ta eius. ¶ Quidam fructus nisi pressi coactiqꝫ liquorem nō fun
dunt. Fructus aūt qui sunt in orto tam delicate depicto pressio
nem non expectāt/cogi nesciunt:sed austro ꝑflante fluūt vltro.
Intuemini mūdi sapiētiam:nonne violenter expressa videť:et
longo elaborata tam exercitio q̄ studio? At in nostre actoribꝰ
ꝓphetis/⁊ velox et vehemēs sapientie ꝓrupit abyssus. Vultis

Luce.xxi

velocitatē audire? Cū steteritis ante reges ⁊ ꝑsides/nolite p̄-
meditari:dabitur vobis in illa hora qđ loquamini. Vultis ve-

Ibidem.

hementiam? Ego inquit dabo vobis os ⁊ sapiētiā/cui nō po-
terūt resistere aduersarij vestri. Quādo hec tam subita et tā se
rena ꝓfluerēt:nisi hoc austro afflāte? Audiuistis iā vnde vene-
rūt aromata ꝑitatis tam proflua ⁊ parata tempore suo. Chari
tas nōne ⁊ ipa diffusa est in cordibꝰ nris:ꝑ spm sctm̄ qui datus
est nobis? Multa sunt aromata que ꝓfluunt per spm̄ : nec nisi ꝑ

Gala.v.

spm̄:gaudiū/pax/patiētia/lōganimitas/bonitas/benignitas/
fides/māsuetudo/modestia/continentia/castitas. Hec non mo
do prouenerunt / sed etiam profluxerunt. Qđ profluunt: copia
designatur/ꝙ ad flatum austri:coactio tollitur. Charitas non
potest cogi/gratus fluit:nō necessitate/sed arbitrio fertur: au
stro tamen flāte. Arbitrij enim qđ conferret libertas: si non as-
piraret auster gratie? Nam ⁊ si arbitrium vbi est semper liberū
est:non tamen liberum ad oia id esse damus:nec electionē nec
executionem omnium liberam habet. In eligendo semper est
libertas:sed non est semper ad eligendum. Eligere nāqꝫ nisi li
bere non potest:sed est aliquid quod non eligere per se potest.
Sui iuris voluntas est/libera est cum adest : sed nō est animus
ad omnē quam oportet adesse volūtatē liber cū abest. Nec ma
gis sui iuris est q̄ intēsam habeat voluntatē quam habet: nec
q̄ habeat volūtatem bonā. Sed quantū post lapsum in liberta
te consistit arbitrij:qđ vult animus/semper libere vult:sed non
est liberum ei quodlibet etiam qđ oportet velle. ¶ Est enim li-
bertas que sine voluntate non est/⁊ sine qua non est voluntas:
⁊ est libertas quedam quā nō semper comitatur voluntas. Illa
est in volūtate:hec est in quadam volēdi facultate. Illa est in
ipsa:hec quasi ad ipsam. Istam possumus:⁊ illam cogimus. Ex
visus quedam est vidēdi virtus in oculo:⁊ visus nihilominus
quedam passio in videndo. Sic ⁊ in animo dicitur intellectus
⁊ potentia naturalis ad intelligendum:et visus potentie in ar-
bitrio. Similiter hec occurrit distinctio :,vt vno sub nomine et
aptitudo intelligatur/et actus. Vtrobiqꝫ arbitrij libertas est/
⁊ ad arbitrādum/⁊ in arbitrando:⁊ cum in malo est:semper ser
ua est. Illa quidem eo ipso quo infirma tam ad bonū q̄ contra
malum. Libera est voluntas/mala ꝙ voluntas :sed seruilis/ eo

Ioh.viij.

ipso ꝙ mala. Omnis enim qui facit peccatum/seruus est pecca
ti. Peccatum eni cum occupat:stringit ⁊ ligat:captiuat dū co-

Ps.cxxv
Ps.ciij.

git. Sed tu domine conuerte captiuitatem nostram : sicut tor-
rens in austro. Emitte spiritum tuum:et renouabitur antiqua
libertas:renouabitur (inq̄) non recreabitur. Nam si oblittera
ta est:ablata tamen non est: Manet que creata est:sed mouere
se nequit ad quod est data:viuit tamen et viget. Nam ⁊ in fre
neticis non minuitur innata rationalitas:ꝫ in sic affectis / nul
lus eius motus existere valet. Cum fuerit curata grauis passio
nō redditur:sed resuscitatur consopita ratio. Sic ⁊ concreata
hoi libertas arbitrij/non est penitus vel ex parte ablata:ꝫ pec
cato ligata:eadem est que facta est:sed est aliter affecta. ¶ Est
(vt sic dicā) est libertas cōditionis:est libertas dispositionis:
est libertas affectionis. Prima nature est/ et ideo semper bona
est:sed nisi sanata fuerit/non secunda erit ad bonum:nec tertia
in bono. Prima in naturali aptitudine consistit:secūda in habi
tu bene vel male constitute mentis:tertia in vsu. Ideo nisi fue
rit aptitudo naturalis adiuta ꝑ gratiā:nec habitus:nec actus
volūtatis ad virtutem spectabit. Inualida est arbitrij libertas
ꝓpterea vbi arbitrium succumbit/efflet auster / et statim aro-
mata fluent. Non habet generosam hanc libertatem: ⁊ vere li-
beram que est ad bonum/⁊ in bono:nisi spiritꝰ liberauerit. Id
circo dn̄e emitte spiritum tuum/vt conferat et velle⁊ posse per
gratiam:qui primo possibilitatem ad vtrūqꝫ contulit:dum na-
turam hominis condidit. Tres supra enumerauimus liberta-
tes. In tertia velle quidem abest:in secunda subest. In prima
consideratur ad duas reliquas potētia naturalis. Ergo prima
vocetur potētia:secūda potestas : tertia voluntas. Non videť
idem naturalem potentiam ad aliquid habere / et illud posse.
Multa siquidem:ad que naturaliter potentes sumus/non sta-
tim illa possumus:vbi conata facultas aut infirmitate prepe-
ditur:aut arte vsuqꝫ destituitur. Frequēter ad horaꝫ oculus vi
dere non potest:cum tamen naturali non destituitur potentia
visus:adest habitus/⁊ abest vsus. Naturaliter potens est vide-
re:sed actualiter non potest. Sic et naturalis libertas arbitrij
manet quidem:sed impedita peccato:ideoqꝫ non valet habere
tertiam illam libertateꝫ que est in bono:nec secundam que est
ad bonum. Prima manet mutata quidem/non imminuta : reli-
que nec manere dicende sunt. Non enim post peccatum / libe-
rum nobis relinquitur bonum velle:ideo nec residua libertas
est que consistit in bona volūtate : sed per gratiam hec vltima
inspiratur:⁊ secunda reparatur:⁊ prima naturaliter creať. Di-
cta hec est de libertate qua bonum volumus:quoniā est ex gra
tia. Sed est alia libertas nihilominus per gratiam:qua nō mo
do bene volumus.sed bonū ipm affectuose. Illa libertas semꝑ
in voluntate est/ista nō sic. Semper enim libere volumus:affe-
ctuose nō sꝑ. Affectus ad libertateꝫ nō spectāt arbitrij. Nec tā
planē libera est bone voluntatis libertas:si affectuosa nō fue-
rit:sed cū auster afflauerit/statim affectiones aromatice fluēt.
Non premūtur vt exprimātur:libere fluūt. Voluntatem sanctā
frequēter tediū quoddā ⁊ tristicia comitať: ꝫ affectiones dul
ces cum illis iter non habēt. Aromatice sunt odoratu/⁊ tactu
pariter grate: dulciter sentiunť ⁊ dulciter recoluntur:dulciter
fluūt et dulciter profluunt. Sibi fluunt:⁊ alijs profluunt. Aro-
matici vtriqꝫ sunt intus affectus : et foris afflatus. Ad ista po-
test aspirare libertas arbitrij: sed de arbitrij libertate nō pen
dent. Sicut

dent. Sicut affectiones male contra bonā voluntatē sepe sunt sic bone affectiones: ꝛ si cū ipsa sunt: ex ea tamē non sunt: libera est sine istis: ꝛ quasi liberalis redditur ex istis. Voluntatē ipsam liberiorē efficiunt sed eius libertate nō fluūt. Fluūt autem cum auster perflauerit. ¶ O dulcis auster ꝛ vere optabilis cui⁹ spiritu hyemalis rigoris horrida soluit facies: ꝛ iocunde nouitatis verna temperies arridet in hortis: ꝛ noua temperies / ꝛ autumnalis vbertas. Nam in fluxu aromatū fructuū signatur maturitas. Ecce ꝙ bonū ꝛ ꝙ iocundū in cubilibus ꝛ in hortis aromatum auram hanc expectare tā dulcem: renouantē ꝛ recreantem fructus spiritus: profundētem aromata / spargentem odores. Mitte dn̄e hunc spiritum nobis qui post aquilonis horrores hortulū nostrū noua facie vestiat: luctū nostrū vertat in gaudium. Aut si quid boni significat aquilo: illū cū austro simul inuita. Iungant officia: ꝛ partes suas assequatur vterq;. Aquilo stringat: auster resoluat. Stringat ille lasciuiā: hic animū i gaudia profusa laxet. Ille cōtinētiā preslet: ille cōsciētiā exhilaret. Iste cōtineat ꝛ ille repleat. Factus sum (inquit) sicut vter in pruina: iustificationes tuas non sum oblitus. Bonus vter sic congelat⁹ ꝛ infusus. Foris cōtinētie pruina: intus repletio iusticie. Boni vtres fiunt: quādo exteriora gelido quodā continētie spiritu stringūt: ꝛ interiora rigāt profluis gaudijs. Et vt austri flatum ad interiora reflectas perfla inquit. Qui perflat ꝛ impenetrabile nihil est illi: spiritus iste subtilis est: acutus et mobilis / perflans nō inflans. Sciētia inflat / charitas perflat. Charitas interior est ꝙ scientia: ꝛ ad secretiora pertingit. Omnia interiora perflat spiritus: qui scrutatur etiā pfunda dei. Ubi perflauerit ꝛ quasi perflauerit ista: ibi scientiarū aromata vtiliter fluunt: meditationes / orationes / suspiria / singultus / lachryme / ipsa colloquia. Omnia velut aromata fluūt: que de charitate ducunt originē. Omnia que procedūt de ea: quasi aromatica sunt gratia plena. Cara sunt ꝛ copiosa sunt. Aromatica sunt ꝛ fluentia sunt. Plena sunt que de charitatis plenitudine pcedūt. Plena sunt ꝛ expressa nō sunt: nec torcularis violentiā patiunt ei⁹ aromata. Torcular in hoc horto non legis extructū: nam vicē torcularis obtinet auster. Afflata / ꝙ calcata melius fluūt. Gratuita enim (vt diximus) sunt: non extorta metu: sed spiritu fusa sunt. Quidam aquilonem ꝛ austrum ab huius seculi aduersa ꝛ prospera trahūt. Et quidem gemina hac tentatione vexata ecclesia dei: bone semper affectionis ꝛ opinionis abūdat aromatibus. Ideo his tentationibus perflandū dimittit: eo ꝙ abundare nouit ꝛ inopiā pati. Locus iste extorsionē latiorē exoptat. Sed torcular hoc tātū quasi leniter tetigisse sufficiat. Sequēs sermo ad mutuas inuitationes sponsi ꝛ sponse transibit: si gratiam nobis prestare dignetur iesus christus qui viuit et regnat per omnia seculorum secula. Amen.

A

ps. cxviij.

.i. Cor. viij.

¶ Sermo. xl.

B

Quam longe fratres a cōuersatione mea sunt verba votorum istoꝝ. Auiditatē dn̄s nouit: sed ausu destituor. Quidni: Non est hortus mihi qualē supra christus depinxit: non poma quib⁹ auide vescitur: non fructus aromatici: non fons irrigans: non altus puteus aquarū viuentiū: magis autē in hortū meū ascendit horror spinaꝝ ꝛ vepriū. Non audeo te bone iesu in talem hortum vocare nisi forte vt euellas et disperdas ꝛ dissipes primo / et plantes postea: ꝛ sic tempore congruo de plantatione comedes dextre tue. Felix anima que te inuitare digna est ad fructus iā maturos / ad fructus paratos / ꝛ acerbitatis nihil habentes. Atq; vtinā acerbitas sola nostris accusetur in fructibus. Utinā immaturi sint / dūmodo mali nō sint. Frequenter poma que genere bona sunt / tēpore nondū grata sunt: sed immaturitate sola displicēt. Felix hortus cuius oēs fructus ꝛ natura boni sunt: ꝛ tēpore congrui. Neutrū deesse nouit pomis suis sponsa: ad quoꝝ comestionē dilectū prouocat. Ueniat dilectus meus in hortū suū: vt comedat fructū pomoꝝ suorum. Uide ꝙ morose ꝛ modeste / ꝛ post multa preconia facta sit hec inuitatio. Nō enim presumit hec dilectū inuitare: non sitis delitias: nec satis se nouit descriptā. Quid em: Putatis ne iesum delectabilem illū aduentū presentie sue illis indulgere / qui predictis nō sunt prediti dotibus: nec laudibus digni: Temerarie presumptionis puta / si prius ꝙ aptus sis ad contemplationis vsum iesum inuitas. Tu illum ad deliciandū tecū sollicitas ꝗ forte sordes adhuc delictis: Hortus tuus sentib⁹ horret ꝛ sterilescit: ꝛ illic iesum inuitas: Inuita illum nō vt iā delectet: sz vt deleat qđ nō plantauit dextera sua. Inuita illū vt purget primo / postea plantet. In vtroq; labor est / sed cū delectatione decerpere veniet fructus maturos. ¶ Ueniat (inqt) dilectus meus. Non tantū plaudit ꝛ applaudit presenti: sed etiā in absentem inardescūt vota ipsius. Falsus amor ꝛ simulatori⁹ absentē obliuiscitur: presenti blandit. Nō sic sponsa / nō sic: sed

Canti. v.

C

absentem desiderat: pñte letat. Ueniat (inquit) dilectus me⁹ in hortū suū. Ad me qđ austrū inuitat: Ipse veniat ꝛ sufficit mihi. Ipse auster est meus: ipse aroma est meū. Ipse auster meus: ipse amor meus. Deus ab austro venit / ꝛ auster venit cū eo. Deniq; ipse plenus est gratie ꝛ veritatis. Bene auster meus ꝗ serenus illustrat ꝛ suauis illabitur. Auster meus est christus meus ipse hortū perflat: ipse comedit poma. Ueniat dilectus meus in hortū suū vt comedat fructū pomorū suoꝝ. Putationis tēpus iam transijt: flores pepererunt fructus quos pturierūt: hyems abijt: recessit ver: estatem iā inclinatā maturi[illegible] pellit. Ueniat iam dilectus meus in hortū suū vt comedat fructus pomoꝝ suoꝝ. Ecce iam venit plenitudo temporis: ideo veniat dilectus meus in hortū suū. Poma prematura sunt: iđ comedat fructū pomorū suorū. Ficulnee prima poma desiderat. Cum nondū tempus esset ficorū accessit ad ficū secus viā: vertit folia: ꝛ nihil fruct⁹ inuenit. Ante tēpus comedēdi ꝛ ante tēpus fructuū / accessit ad eā mane esuriēs. Noui ego ficulneam matutinos a pma pueritia fruct⁹ ferētē fruct⁹ primitiaꝝ / fruct⁹ gratie virginalis. Nec erat hec ficus plantata secus viā: sed in horto: ꝛ in horto concluso: in horto quē circūdat discipline maceria: ꝛ arcte custodie sepes. Fecunda plane ficus ꝛ pulcherrima inter alias species: frequēter declinauit ad eā dn̄s iesus: illud forte dicens. Sub vmbra eius quā desiderauerā sedi: ꝛ fructus eius dulcis gutturi meo. Sz vtinā fructus quos protulit seruasset. ¶ Utinā improba furis manus non depredasset eam. Nunc autem optimos fructus tulit: ꝛ eos qui renasci non possunt. Alij succreuerūt in locū eoꝝ: idest pro virginali continentia: amara penitētia. O dulci⁹ illo natiuo fructu ꝙ b̄ subsecutus ꝛ te ꝛ dilectū cibabas: Ue misere tibi quādo veniet dilect⁹ tuus: que tibi mens / que facies / quis vultus erit: quo reuertes pre pudore / que pudicitie fructus pdidisti: quo te vertes: Cū accedet: cū vertet folia tua: ꝛ solitos fuctus nō inueniet: pudebit illū pre confusione. Tua recole verba voti virginalis: consecrationis tue verba recense. Sub his folijs attende qz iā non est proprius fructus: fruct⁹ integritatis: fructus virginitatis. Tales consecrati sunt: sed iā ablati sunt. Non bene conueniūt consecratio ꝛ corruptio. Lesa virginitas condonari solet: sz redonari non valet. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei: sz ignominiosa facta sunt in te. Cum confusione duplici ꝛ rubore decetero in plāctu agnosce partē tuā. Quis dabit capiti meo aquā ꝛ oculis meis fontē lachrymarū: ꝛ plorabo lapsam: nō vilem de plebe / sed quasi primā in virginali grege: Quis inq; dabit mihi fontē lachrymarū: Nā ipsa que lapsa est lachrymis tota perefluit: per ora irrigua lachrymarū riui defluūt. Alta suspiria ꝛ anxij gemitus produnt qđ cōtigua semper culpe confusio supprimit. Uidi miserandam in misera facie: deiectum vultum: fractas genas: singultus sermones intercidebat: a lapsu continere voluit: a lachrymis continere non valet. Age qđ agis: fruct⁹ dignos penitentie. Innouet te dolor: merore cōsumere: cū propheta dic. Nolite incūbere vt consolemini me: amare flebo. Flebo ꝛ ego tecum. Forte dilectus tuus ꝛ ipse collachrymabit tibi qui lazarū fleuit. Forte plus ille flet. Plus dolet ꝗ plus diligit. Miserationes eius multe sunt: ideo (inquit ppheta) non sum⁹ consumpti. Deniq; nec tu consumeris: qz consiliarius est tibi et consolator conuertens animam tuā. Quomodo (vt dicā qđ intelligi vix potest) nō permouebit (impassibiliter tamen) ei⁹ affectum / luctus tui miserabilis facies: dū ipse qui retracto merorꝭ tui sertē: dolore cordis tangor intrinsecus: ¶ Si feceris dignos penitentie fructus: reuerteꝭ iterū dilectus tuus in hortū suū. Nam penitētie poma libēter comedit. Beatius tamē si pal meus puritatis fructus intactos qs seruet. Bonū est in maturitate preuenire: ꝛ perseuerare in ea. Ideo spōsa puenit in maturitate ꝛ dicit. Ueniat dilect⁹ meus in hortū suū: vt comedat fructū pomorū suoꝝ. Ueni in hortū meū soror mea spōsa. Uehemens amator est dn̄s iesus: ad vnā inuitationis vocē aduolat libens in hortulū sponse. Quasi preuolat ꝛ preuenit in maturitate. Ueni inquiens accipiatur hoc verbū imperatiui sensus ꝛ apte coherebit qđ dicit: veni. Nō est piger / non parcus retributor: sed incōtinēti sponsam reinuitat. Ueni in hortū meū soror mea sponsa. Messui myrrhā meā cū aromatibus meis. Durus est affectus qui non permouet per inuitationes ꝛ remunerationes istas tam dulces. Quid hac vicissitudine gratius: qđ mirabilius est hoc cōmercio: O admirabile cōmerciū. Dilectus dei patris: gloria celi: angeloꝝ delitie: ad hortulos nostros inuitari se permittit: ꝛ ad suos reinuitare nō pretermittit. Et qui noster est hortus: verius dicitur ipsius. Non enim ait veniat dilectus meus in hortum meū: sed in hortum suū. Iure quidem in suū: qm ab ipso datum: ꝛ ipsi debitū: ꝛ certe debitū. Ueniat dilectus. Ueni soror mea sponsa. Magna dulcedo: ꝛ apta distinctio. Illa desiderat: ꝛ ille imperat. Hec dicit veniat: hic dicit veni. Ego (inquit) sto ad hostiū ꝛ pulso: si qs aperuerit mihi: in-

Mat. xj.

Canti. ij.

D

ps. lxxxvj

Esa. xxij.

Joha. xj.

Tren. iij.

E

Canti. v.

Canti. v.

Apoc. iij.

troibo ⁊ cenabo cū illo ⁊ ipe mecū. Nō habes necesse o bone ie sn morari ad ostiū sponse. Ipsa enim te votis vltro interpellat. Redde vicē: reinuita illā. Sedisti ad mensam eius/vide quan ta sint apposita tibi: sciēs q̄ ⁊ tanta oportet te preparare. Tan ta inq̄ ⁊ sufficit ei. Hoc aūt dico: totam se impendit: tu te totū repēde. Quomodo totū erit: si illa se totā dat/ tu te dimidias? Exiguū tuū/plus est toto illius. Totū eius portio est quedam

F

gratie tue/ideo ⁊ suus tuus est: ⁊ tuus suus est hortus. ¶ Ueni in hortum meum. Ego fratres in horte sponsij copiosum illum ⁊ delicatū ⁊ gloriose cōsitū paradisum virtutū christi libenter accipio: quas fm geminā naturā vel ab eterno habuit vel acce pit in tempore. Ergo fm hūc modū hortū sponse statum anime vel ecclesie interpretare: ⁊ virtutū affectuūq̄ dotes quibꝰ do tat a sponso. In isto cōsiderant bona corporis: in isto capitis. Pulchra vtrobiq̄ cōtēplationis cibatio. Sed quid illa ad istā? Quanto gloria christi/vel anime vel ecclesie precellit virtutes: tanto delectabilior in hunc hortū ingressus ad illum operatio plus spectat/ad istū cōtemplatio sola. Sponsa ⁊ si letatur de il lo/laborat cū illo: ⁊ in sudore vultus vescit pomis suis. In istū cū introducta fuerit/nihil reliquū est nisi delitie tantū. Suum tuetur: ⁊ istū intuetur. Nec intromittit in istum nisi de illo/hoc est de actione ad visum speculationis. Aut si cōtemplationē in illum sponse hortum admittimus: similis est actioni. Utriq̄ de illis hortis/ordine cōmodo venitur ad hanc myrrhā. Nō enim nisi in abundātia virtutū ingredit in hortū dilecti. Ingrederis

Job.v.

(inquit Job) in abundantia sepulchrū. Melius tamen hic so nat in hortū. In sepulchro innuitur quies ⁊ quedā a curis oc cultatio: in horto experimitur intuitꝰ ⁊ epulatio. In sepulchro feriamus: in horto fruimur. Sicut ergo in sepulchrū non nisi in abundantia ingredimur (sicut scriptū est) multominus in hor tuz. Ideo spōsam de horto in hortū inuitat. Ueni in hortū meū soror mea spōsa. Ingredere ingredere sponsa in contemplatio nem virtutū dilecti tui: ingredere in delectationes eiꝰ: memo rare iusticie eius solius. Ibi deus deus tuus docebit te in io cunditate: ⁊ deducet te mirabiliter dextera sua. Cibabit te po

G

mis vite ⁊ intellectus. Myrrhā ⁊ aromata messuit tibi. ¶ Mes

Canti. v.

sui inquit myrrhā meā cū aromatibus meis. Immortalitatem eni ⁊ incorruptibilitatem messuit post mortem. Myrrhe si qui dem beneficio corpora mortuorū perdurant illesa. Myrrhā in quit meā. Bene suā/quā ⁊ primis accepit/⁊ solus impertit. Pri mitie eni christus: deinde q̄ sunt christi. Per illum resurrectio mortuorū: qui primus resurgēs iam non morit. Bona talis myr rha/⁊ melior q̄ hec vsitata: q̄ carnē mortuā non sinit putresce re. Nam ista rediuiuam non sinit deficere. Erat ⁊ myrrha eiꝰ pre cellēs: ⁊ singularis illa castitas virginalis: que nullum titilla tionis motum surgentem sensit/ nec fomitē habuit: in quo nec motus est talis repressus nec fomes remissus: preuentus est eni in vnctionibus myrrhe/⁊ myrrhe sue. Aliorū catenus est effi cax myrrha ⁊ cōtinentia pertingit vt seruet a corruptione: hec a corruptibilitate carnē dominicā custodit intactā. Alior myr rha corruptionē carnalis incētiui subsequit: hec incētiuū pue nit omne. Illorū excludit: ⁊ huiꝰ precludit. In iesu nec causa nec corruptio: in eius matre: ⁊ si causa nō tamē corruptio. In aliis omnibus ⁊ causa ⁊ corruptio. Myrrha nostra motus et urgen gētes carnalis cōcupiscētie reprimit. Myrrha marie tales mo tus nesciuit. Myrrha iesu taliter mouēdi nec cām nec origīnē

Johan. i.

habuit. De plenitudine eius oēs accepimus: ⁊ myrrhā de myr rha. Myrrha nostre castitatis muneret inuitatiōis ipsius est: iō cum tu nobis myrrhā metit: vtinā ipse multā myrrhā inueniat quā metat. Myrrhā cū aromatibus/ idest abstinentiā mali/cū affectibus boni: districtionē carnis ⁊ deuotionē cordis: siue tē perantiā a licitis/ac tolerātiā in iniuris accipiamus. In myr rha bonū vtriusq̄ virtutū aromata sociant. Hec est eni gratia si be ne facientes flagellamur: si ipsi nosmetipsos foris affligentes: ⁊

H

eo spiritu suauiter intus afficimur. ¶ Multā de martyrio Lau rentij (cuius festa nūc agimus) agro myrrhā demessuit aroma ta multa: confectionis myrrhā/cōfectionis aromata. Ad ignē enim applicatus christū confessus est: corpus suū tradidit ita vt arderet: facultates dispersit pauperibus: caro eius cremata est ppter christū: sed cor magis in christo: ideo de craticula vo catur ad hortū. Et dum in craticula erat: ab horto no aberat. Nunc tantū in horto: non tamen totus in eo. Caro eius adhuc in corruptione tenetur: nondū refloruit. Reflorebit aūt cū fue rit corpus humilitatis nostre conforme corpori claritatis iesu. Tūc metet immortalitatis myrrhā/ quā ipse pmessuit: ⁊ aro

Canti. v.

mata multimode glie. Tūc vere inuitabit ⁊ dicet. Ueni in hor tū meū soror mea spōsa. Tūc gloriabit plene cū aromatibꝰ suis se myrrhā messuisse. Tūc eni passiōis sue ⁊ precium q̄ in aroma tibꝰ signant potiet effectu. Cū clamore siqdē valido ⁊ lachry

Johā. xij.

mis preces offerens exauditus est p sua reuerētia: factꝰ omni bus obtēperātibꝰ sibi cā salutis eterne. Uolo inqt vt vbi ego sum/illic sit ⁊ minister meus. Ubi nisi in horto? Erit hoc in glo

K

lis resurrectiōis cōpletione: nihilominꝰ tū ⁊ mō fit per contem platione. Quasi eni in hortū eius ingredimur: cū affectuose cō digneq̄ et desiderāter speculamur quales futuri sumus p ipm ⁊ qualis iā resurgens factus est ipe p nobis/⁊ in exēplū nobis. Quid dico resurgēs: ⁊ an resurrectionē ois cōuersatio eiꝰ horti pulcherrimi gratiā pfert: sz qd an plātauit/postea messuit. In resurrectione maturitatis ⁊ messiōis est tps: qn vnusquisq̄ labo rū suorū fructus percipiet. Et q̄ nos in hortū suū vocat: q̄ myr rhā ⁊ aromata sua se messuisse subnectit/ ad cōtēplandā resur rectionis gloriā hortat: q̄ futura est p ipz in nobis/vel q̄ in ipo precessit p nobis. Nōne iocūdus ⁊ vere delectabilis pgressus introire in hortū xpi introire in plātationes dni quodā pspe ctu de virtute in virtutē eiꝰ? Prospectu inq̄ nō audeo puectū di cere. Nā ad virtutū ipsius pitatē ⁊ plenitudinē qs sibi puectū pollicet? Iocūdus digressus plane: ⁊ cōmodus quidez. Nusq̄ magis humane mentis fastus reprimitur humiliatione/nec fa mes cōtēplatione satiat/nec fastidiū excitat emulatione. Cō paratio hūiliat/imitatio exercet/cōsideratio delectat. Pria pre mit: scda puocat: tertia pascit. Premit immēsitas/ puocat ho

I

nestas/pascit veritas. ¶ Deniq̄ paulopost ipse dilectꝰ: ipe spō sus amicos ⁊ charissimos sibi inuitat vt comedāt ⁊ bibāt ⁊ ine brient: quo q̄ maior illis innascat auiditas: de suo priꝰ blandit ⁊ pponit cōuiuio. Comedi fauū cū melle meo. Tuū iesu bone vtrūq̄ est: ⁊ illd mel qd das: ⁊ illud qd es. Sz hoc in loco mel illud qd es ipe: vt se intelligētie se propius offert. Cur nō dicis fauū tuū sicut ⁊ mel tuum? Cur hac distinctione nūc vteris? Et fauus tuus est sicut ⁊ mel tuū/q̄uis manifeste illud exprimas cū illud sileas. Tua est vtraq̄ natura: sz diuina tua/ ⁊ quasi na turaliter tua: hūana nō est q̄si naturalr tua: sz magis assumpta ⁊ dignatione tibi effecta est naturalis. Comedi fauū cū melle meo. An sacre cōceptū vginis q̄si mel solū erat/⁊ sine fauo nō dum incarnata diuinitas. Postea mel in fauo deꝰ in hoie: nūc autē fauus i melle hō deitate vestitꝰ. Et si cognouimꝰ xpm fm

ij. Cor. v.

carnē/sz iā nō cognouimꝰ: ait apls. Sicut erat deꝰ recōditꝰ in carne/sic nūc vice versa ipa caro est occultata in deo. Et si glo rificata est caro illa: vt iā spūalis sit ⁊ infirmitatis nil habēs: ta men est occulta quodāmō: dū magis eū in eo q̄ ipe est deus at tendimꝰ ⁊ adoramꝰ. Quodāmodo carnis fauus deitat in mel le recōdit: dū admirationē nrām ⁊ fidē ad se trahit/⁊ itegro ma nifestate reuerētia maiestatis. Iā ergo post resurrectionis glo riā xps comedit fauū cū melle suo: ⁊ sine carnalis infirmitatis iniuria in assumpte carnis substātia: delectatione diuina ⁊ sibi

Canti. v.

soli natiua pfruit. Comedi fauū cū melle meo. Bibi vinū meū cū lacte meo. Iā dicis tuū esse vtrūq̄/ tā lac q̄ vinū. Tua sunt eni vtriusq̄ iura nature: vtriusq̄ ppria nō alterius vitia. Et si cut bibit vinū nouū/ita ⁊ lac nouū. Cuz lacte inqt meo/idest

K

cū lacte nouitatis tue/nō infirmitatis nostre. ¶ Curre sponsa: ppera ad tā dulce cōuiuiū/ vbi vinū est ipsū/vbi lac/vbi fauus nō inanis/nō vacuus: sz melle plenꝰ. Mel inuenisti: comede qd sufficit. Nā tu ad totū nō sufficis. Ipe aūt iesus nō comedit ad

Puer. xxv

mensurā: sz totū comedit q̄ sufficit ad totū. Tibi dr/ne sis scru tator maiestat: vt nō opprimaris a glia. Ipe scrutat oia etiā pro

Mat. xi.

funda dei. Nemo nouit patrē nisi filius: ⁊ cui voluerit filiꝰ reue lare. Ipse totū comedit: ipe cui vult ⁊ quātū vult impartit: qua si participium tibi pollicetur huius cibi se refectū gloriando. Si datū fuerit in escā tuam fel: ⁊ aceto in siti fueris potatus: memento quia talia passus est iesus. Gustauit illa in cruce/nō bibit/ velocem amaritudinis transitū signans. Bibit autem vi num cum lacte suo. Non turbatur amplius ad monumentū cū lazaro: non tristatur vsq̄ ad mortem: non sub ipsa morte aceto et felle potatur. Uetera transierunt/noua successerunt. Turba tio illa/tristicia/tedium dispēsatoue ad horam suscepta de ho mine veteri in lactis dulcedinem nouam demigrarunt. Bonū vinum quo hausto obliuioni traduntur priores angustie: ⁊ non ascendunt super cor: sed nouis et puris ⁊ lacteis in carne iā re suscitata potatur affectibꝰ: quando nulla iam de reliquo iniu ria molestia nulla aut in anima aut in carne sicut prius: vel assu mitur vel sustinetur. Uel acetum cum felle mixtum quod degu stauit/preli bans non bibens: in vini et lactis transiuit saporē. Hāc et tu fidelis anima que sponse dignitate perfungeris hāc (inq̄) et tu tibi cōmutationem futuram confide. Ideo hec in se

Matthei xxvi.

futura predicat: vt tibi tu similia discas sperare: tecum enim cō uiuari vult/tecum bibere. Non bibam inquit de hoc genimine vitis donec bibam illud nouū in regno meo. Hoc tibi regnū significat/cum ad hortum te vocat: ad hortum deliciarum: ad paradisum voluptatis: ad fructus maturos: ad fructus iā per ceptos a se/ et a te percipiendos. Tūc bibes vinum cum lacte vt obliuiscaris prioris angustie et noue resurrectionis degu stes dulcedinem. Prestāte domino nostro: qui viuit ⁊ regnat in secula seculorum. Amen.

¶ Sermo.xlj.

A

Canti. v.

Messui myrrham meã cũ aromatibus meis: comedi fauum cũ melle meo/ bibi vinũ meũ cum lacte meo. Ueni in ortũ meũ soror mea sponsa. Putate fratres vocationẽ hanc ad seculi finem referri: quando cõpletis oibus sacramentis ecclesie/ ipsa inuitatur ad regnũ: qñ mittet dñs messores angelos: eo ꝙ regiones albe tũc erunt ad messem. O felicia tempora primitiue ecclesie: ꝗ̃ vber tunc erat ager illius: ꝗ̃ copiosos ꝓducebat fructus: quanta in martyribꝰ erat fecũditas myrrhe: quot apes perfectionis ⁊ mystice doctrine fauos operantes. Putares inter ipsa initia fidei cum verbi semina mitterentur/ messionis iam esse tẽpus: ⁊ quasi maturas ad falcẽ regiones albere. Quid moraris iesu bone: cur sponsam nõ inuitas in ortum? Nõne iam dicere potes: quia messui myrrham meã cũ aromatibus meis. Comedi fauũ cum melle meo: bibi vinũ meum cũ lacte meo? Ubi nũc martyres in myrrha: vbi doctores in fauo: vbi feruẽtes in spiritu: qui signãtur in vino: et simplices in malo/ quos lactis dulcedo figurat?

Esa.ix.

An non ager ecclesie tue iã tanta gloria nudatus videt? Multiplicasti gentem: sed nõ magnificasti leticiã. Multi credentiũ fructus: sed aromata pauca. Precessit autũnalis vbertas ꝑmis illis nascentis ecclesie diebus: nunc hyemalis horror perurget. Precesserunt vbertatis anni: nũc sterilitatis incũbunt. Post spicas florentes ⁊ letas: steriles ⁊ rubigine confecte exurgunt. Cur non dicis iam bone Iesu. Ueni in ortuz meũ soror mea sponsa?

Ibidem. ps.lxiiij.

Quid expectas: cur moras innectis? An vt post hanc hyemem autũnus redeat? Letabuntur adhuc coram te: sicut letantur in messe. Tunc bñdices corone anni benignitatis tue: ⁊ campi tui vbertate replebuntur. Pinguescẽt speciosa huius nostri (quod nunc videtur) deserti: ⁊ persecutionis feruor nouissime maturitatis canam albedinem messibus nostris inducet.

ps.xci.

Multiplicabuntur in senecta sufficiente: nõ confecta: nõ sterili: sed in senecta vberi: ⁊ bene patientes erunt vt annuncient. Patientes ꝓpter martyriũ: annunciantes propter verbũ. In patientibꝰ myrrham metes: in annunciantibus comedes fauũ. Tunc electos tuos compunctionis vino potabis: consolationis lacte mixto. Si eñ non abbreuiasset dñs dies illos: salua esse nõ posset ois caro. Metit etiam nunc dñs: ⁊ si nõ quantam tũc myrrhã: tunc multam myrrham afflictionis spontanee. Fauũ comedit cũ melle: ⁊ expressa spiritualiũ dulcedine sensuũ: continentibus figuris nos facit oblectari. Uinũ cum lacte bibit quia sublimes sensus ⁊ excedentes contemplationes fidei/ ⁊ morũ simplicitatem temperat ⁊ indulcat. Zeli feruorẽ diligit: si tamen affert lactea

B

quedam fomenta paruulorum. ¶ Cum fuerint expressa hec oia cum pertransierint tempora martyrũ: cum doctores quasi quidam faui sapientiam continentes in mysterio absconditam ministerium cõpleuerint suũ: ⁊ disputationibus hereticorũ pressi/ melleam doctrinã profuderint: cũ numeros suos ⁊ dies cõpleuerint: vel paruuli qui lacte fouent: vel feruẽtes spiritu qui inebriati vino gratie/ obliuiscũtur que retro sunt: cũ consummata

Mat.v.

hec omnia fuerint (nõ enim transibit vnus apex aut vnum iota de lege donec omnia fiant) tũc exultabit omnis ecclesia sanctorum a tam dulci auditu. Ueni in ortũ meũ soror mea sponsa: messui myrrham meam cũ aromatibus meis comedi fauũ cũ melle meo: bibi vinum meũ cum lacte meo. Messui/ comedi/ bibi/ preteriti sunt temporis hec verba: ⁊ consummationem cõpletam significant: ac si dicat consummatũ est. Ueni in ortũ meum soror mea sponsa. Messui myrrham meã cum aromatibꝰ meis. In ortum illũ vbi ꝓpe erumpens nulla vrtica liliorũ gratiã cõtristet: vbi vernantem rosam asperitas spinarum non violet: vbi arbor nulla est cuius sit interdictus accessus. Ueni in ortũ meuz soror mea sponsa: messui myrrham meã cum aromatibꝰ meis.

Canti. v.

Audite qr nõ metit nisi qđ suũ est: nisi qđ ipse preseminauit. Uere seruus ille malus ⁊ piger: q̃ pigricie sue causam dñm interꝑtatiõe maligna trãsfudit. Scio qr homo austerus es/ tollens quod nõ posuisti: ⁊ metens vbi nõ seminasti. Bene piger: in quo dñs non inuenit quod meteret. Et vere malus qui diligentiam metẽtis dñi/ in duriciam peruerso sensu cõuertit: infructuose qđ acceperat seruans: ⁊ iniuriose de bono dño sentiens. Non metit dominus iesus nisi quod seminauit: nõ metit nisi suũ: quod inimicus

Mat.xxv

homo superseminat tritico suo/ nõ metit illud: sꝫ mittet angelos qui colligant zizania/ ⁊ faciant fasciculos ad comburendũ: qui colligant de regno eius oia scandala. Ergo prius regnuz suum purgat a scandalis: agrũ suum a zizaniis: ⁊ ortũ suum ab inutili germine: vt nõ nisi suũ metat ⁊ colligat. ¶ Si mõ veniat iesus: sonet vox angeli: terribiliter intonet nouissima tuba: ꝓducatur iudicium: ignis in conspectu eius exardescat: aduocetur celum desursum/ ⁊ terra discernere populũ suũ. Si iam hec omnia [illegible] vos preoccupent: de meritis vestris quam teneretis sententiam? Ubi vestro essetis collocãdi iudicio? Inter sanctos

Mat.xiij.

C

ps.xl.

eius qui congregabuntur illic: an inter eos qui congregabũtur in congregatiõe vnius fascis in lacum? Inter zizania: an inter aromata? An forte etiã vestrũ de vobis arbitriũ hesitat? Quis gloriabit in agro suo se nihil habere zizaniorũ? Felix i quo parum quid est/ ⁊ idipsum nõ excultũ/ nõ forum/ sed furtiuũ ⁊ latitans in quadam aromatum vbertate: ⁊ quod statim cũ aduertit/ auellit homo ab orto suo. Ue mihi dñe ab imperfectione mea/ si hõ durus es: si exactor austerus: si tollens quod nõ posuisti: ⁊ metens quod nõ seminasti. Ue mihi si totum metis qđ non seminasti sine remissione ⁊ pietatis respectu. Nam nõ totũ quod in me seminasti excreuit. Utinam myrrhe mee acceptũ digneris habere fasciculum: vt in medio vberũ tuorũ commoretur. Utinã aromatum meorũ vapor exiguus ⁊ ad modicũ parens ad te ascendat. Nam quando tibi offeram integrũ fauũ mellis: quãdo tibi offeram meditationem assiduam in lege tua: quando puram et plenam intelligentiam spiritualiũ sacramentorũ: quando sapiẽtiam melleam: quam Paulus loquitur inter perfectos? Nam si-

i.Cor.ij.

cut cellulis/ fauus mellis/ ita purissimis figurarũ sacramentis celestis sapientia continetur: vt mutua collatione sacramenti/ veritas figurata commendetur: et nõ parum gratie trahat ipsa veritas talibus quasi cellis expressa. Quando tibi in quodã cordis mei cratere/ vini ⁊ lactis iam potero temperaturam miscere? Rara est mixtura hec/ que mente excedit deo. Sobriꝰ esse discat: vt alta sciens consentiat humilibus. Paruulus fiat: q̃ purior inebriatur intellectu. ¶ Quantus fauꝰ/ ꝗ̃ ingens ꝗ̃ vber/ ad celeste his diebus est translatus conuiuiũ (dominũ rieuallẽsem dico abbatem) cuius nobis dum locũ istum tractamus/ nũciatus est transitus. Uidetur mihi in illo dum sublatus est: ortus noster esse nudatus: ⁊ grandem agricole deo resignasse fasciculum myrrhe. Nullus talis in aluearibus nostris relictꝰ est fauus. Utrũqꝫ in illo cernere erat: ⁊ mellis fauũ: ⁊ myrrhe fasciculum cũ aromatibus bonis. Quis illo vel vita purior: vel doctrina prudẽtior? Quis magis illo vel egrotus in carne: vel alacer in spiritu? Sermo eius quasi cereus: melleã effundebat sciẽtiam. Carne languidus: magis tamen intus in spiritu celestiuz amore languebat. Myrrhata carne: mente aromatica: crematione cõtinua: indefessi amoris odoriferũ incensum offerebat. Cor-

ps.lxij.

pore desiccato ⁊ arido: anima eius sicut adipe ⁊ pinguedine replebatur: ideo labiis exultationis laudauit dominũ: semper os eius fauus distillans ipsius. Nam totus conuersus in labia: modesto vultu: ⁊ totius corporis habitu tranquillo: serenos animi prodebat affectus. Sensu perspicuus erat: sermone nõ preceps. Modeste rogabat: reddebat modestiꝰ. Molestos sustinens/ molestus nulli. Acute intelligens: morose referẽs: equanimiter ferens. Memini frequenter illum cũ acceptũ de assidentibus aliquis interrupisset sermonem importune: verba suspendisse: donec alter totũ effudisset spiritũ suũ: ⁊ cum importuni sermonis impetuosus defluxisset gurges: eadem qua sustinuerat tranquillitate: suspensum verbũ resumpsit: oportune loquens: ⁊ oportune silens. Uelox ad audiendũ: ad loquendum tardus: ⁊ tardus ad

Iacobi.i.

iram. Quomodo ad iram dicendus est tardus/ ad quam magis inuentus est (vt sic dicam) nullus. ¶ Bene fauus: quia sinceris

E

vndiqꝫ compositus ⁊ constitꝰ cellis: in omni actu/ sermone ⁊ gestu interne putabat dulcedinis mella insudare. Felix in quo lesus integrũ fauũ quem comedat inuenit: crassum nõ exiccatuz. Uide naturam faui quasi galea in capite est/ ꝓpter formam vasculi cui innascitur. Deinde de superioribus pendet/ ⁊ de supe-

i.Thes.v.

rioribꝰ ꝓdit. Bona, ſm paulũ galea spei salutis eterne. A spe quidẽ supnorũ oim actuũ caput ⁊ totius intentio vite inchoare debet/ ⁊ illi coherere: ad hãc tendere ⁊ hac se ꝯtra oia tentamẽta tueri. Si videris hominẽ ꝓpter spem supernorũ in omni actu etiam aduerso casu repleri gaudio spiritus/ qui super mel dulcis est: quid hunc nisi fauũ credideris in cunctis cellulis melle redundantẽ? Quid cũ holem cernis capacẽ sensu: conuersatiõe compositũ: actuũ ⁊ vite equabili cõmensuratione coherentẽ sibi: talibus vndiqꝫ vasculis ꝯsertũ: vacuis tamen/ ⁊ spei q̃ est reposita in celis melleo exhaustis liquore: nunqđ aliud tibi ꝗ̃ faui arentis siccitatem depingit? Duplicatũ quidẽ incõmodũ: si simul fuerit ⁊ dissipatus/ ⁊ dissolutione quadã desiccatꝰ. Aliud tamen est si seruat speciẽ/ vt mẽtiatur virtutem: aliud si integritatis formam et infundende fauorem spe bona gratie refert: vt dono spũalis dulcedinis receptacula apta non desint: ⁊ idonee cellule melli superno. Noster aũt hic fauus de quo loquimur integer erat: ⁊ in eterno liquore exuberans. Plenus erat cellulaz hac illac distillabat dulcedinem sermonis diuini: assiduus operator/ fauos cõponebat. Boni faui/ quibꝰ adhuc integris multorum quotidie indulcantur fauces. Molestam nõ sectabat subtilitatem q̃ plus cõtentionis ꝗ̃ instructiõis ministrat materiaz. Circa moralẽ opus scientiã/ cultissimis illã verborũ cellis cõmittebat. Prudẽs erat eloquii mystici qđ inter ꝑfectos dispẽsabat. Lactea in salutem ⁊ consolationem paruulorũ exuberabat

doctrina:cui tñ letificantis ⁊ inebriantis sermonis vinū sepe
latenter immiscuit. Ita est. Lac ipsius vini obtinebat virtutē.
Simplex eius institutio/⁊ sermo lacteus animū auditoris in quē
dam inebriantē alienate mentis excessum furtim arripere con
sueuit. Unde qui potabatur iure dicere poterat:quia bibi vinum
cum lacte. (Canti. v.) Immo in lacte nouerat ista tēperate miscere:⁊ in al
tero vtrūq; largiri. Facili ad edificandū vtebatur materia:sed
vehementiā inebriantis gratie sentires in verbis. Facilis ine=
rat ei intellectus:sed affectio vehemens. (F) ¶ Dolendū quidem
q tanti viri subtracta est nobis copia/sed nihilominus gloriā
dum q talem de ortulis nostris fasciculū myrre ad celestē illū
ortum premisimus. Illic ornamentū est:q nobis hic fuerat ad=
iumentum. Et si vacuata videntur aluearia nostra:⁊ ortus nu=
datus:multos tamen reliquit manipulos:de quibus potēs est
deus per virtutum incrementa creare fasciculos. Quod ⁊ in tota
operatur ecclesia:donec per successiones continuas oim gra=
duum dispensatione cōpleta sponse sue iam perfecte et consum
mate dicat. (Canti. v.) Ueni in ortū meū soror mea sponsa: messui mirram
meam cū aromatibus meis:comedi fauū cum melle meo: bibi
vinū meū cū lacte meo. Comedite amici ⁊ bibite:⁊ inebriami=
ni charissimi. Quod quidē ⁊ si i generali illa ecclesie introductio=
ne in dñi gaudiū/que post resurrectionē fiet/perfectissime spe
ratur:quotidie tamen angelicos ciues ad congratulationis cō
niuium inuitari credimus:cū sancta quelibet anima (siue qua=
lem supra meminimus siue inferioris pfectionis ⁊ gratie) in pa
radisi amenitatē transfertur:in ortos semper virentes:in locū
tabernaculi admirabilis vsq; ad domum dei. Hec recolite fra=
tres:hec recordamini/⁊ effundite in vobis animas vr̃as. Igni
ta est hec recordatio/⁊ liquescere faciet animā tuā/⁊ in delecta
tiones ⁊ desideria effundi/cū tu sabis in locū tabernaculi admi
rabilis in voce exultationis ⁊ confessionis sonus epulantis:⁊ dñi
inuitantis. Inuitantis est enim vox. Comedite amici: bibite ⁊ in
ebriamini charissimi. Amici (inquit) ⁊ charissimi. Blandiciarū
hec sunt nomina:sed he blandicie adulationē non sapiunt:offi=
cii ⁊ dilectiōis sunt plene. Ipsa nō ad blādimēta plata:inebriā
di non carēt effectu. Efficacia sunt:ad emulcendos eorū quib9
fiunt effectus. Habent tñ inter se distinctionē:⁊ aliquid amplius
(Ioh.xv.) gratie profert charissimi/q amici vocabulū. Uos (inquit apo=
(Ibidem.) stolis dñs) amici mei estis:si feceritis que precipio vobis. Iam
non inquit dicam vos seruos sed amicos:quia omnia quecūq; au
(G) diui a patre meo nota feci vobis. ¶ Uidete ⁊ hic quandam di=
stantiam. Illic dicuntur amici ⁊ hic:sed differenter. Ibi quia fa
ciunt:hic quia sciunt. Ibi non propter ministrationē: sed propter
mysterium. Ibi comedunt:⁊ hic bibunt. Utrinq; amici: nondū
tamen charissimi. Charissimis in potationē cedit ebrietas: ipsa
nominis sui forma superabundantiā quandā latenter insinuat:
et significat plenitudinē charitatis. Charissim9 est qui charita
te plenissimus est. Charissim9 est qui charitate infusus ⁊ imbu
tus est:cui9 medulle ⁊ ossa ⁊ oia interiora charitatis liquore ri=
gātur. Nec quia charissim9 est inebriatur: et si inde charissim9 est
quia inebriatur. Denique quid aliud est inebriari/nisi charitatis p=
fectissime delectatione repleri? Aut forte si distinguere volum9
vt sint charissimi plenissime diligentes: inebriati perfectissime
(Canti. v.) delectati. Comedite amici:et bibite et inebriamini charissimi.
Amici sunt qui vel agunt vel audiūt/charissimi qui adherent.
Amici agunt pro eo/⁊ audiunt ab eo:charissimi inebriātur eo.
Amici sunt/quibus nota fecit que audiuit a patre. Charissimi/
quibus plenam ipsius patris infudit noticiam. Ibi multa docē
tur:hic diligitur vnū. In charissimis non est operū vel doctri=
ne distensio:sed diffusio sola ⁊ summa amoris diuini voluptas.
(Ps.xxi.) Comedite amici. Iam nō dicit. Edent paupes ⁊ saturabunt sz
comedite amici ⁊ inebriamini. Quō pauperes q inebriantur ab
vbertate domus dñi? Quō paupertas vbi vbertas? Comedite
amici ⁊ bibite et inebriamini charissimi. Amici vos charissimi
mihi:amici propter delectationē spiritualē:charissimi propter
sponsalem. Inebriamini charissimi Introduxi vos in cellā vi=
nariam vt ordinarem in vobis charitatem. Nec est charitas or=
dinata nisi cū mens vestra fuerit vehemētia charitatis inebria
ta. Nō est ordinata:nisi cū oibus aliis fuerit affectibus supordi
nata. Bonus ordo supeminētia amoris supeminens amor cha=
rissimos efficit. Charissimi sunt in quib9 nihil est vel charitate
vacuū/vel alio negocio vacans. Ordo plenus est cū de caris in
charissimorū gradus transit. Ordo plenus est cū charitatis cu=
mulo nihil adiici pōt. Comedite amici⁊ bibite ⁊ inebriamini cha
rissimi. Oēs ibi amici:⁊ oēs charissimi. Omnes potantur:⁊ oēs
inebriantur. Nō sic aūt in hac conualle lachrymarū:nō sic:sz mul=
ti amici:pauci charissimi:multi potantur:nō inebriant omnes.
Et qui inebriantur iterū temperantes fiunt. Ad horā mente ex
cedunt:⁊ ad sobrietatē solitā denuo redeunt. Soporantur ⁊ ex
citantur:somnolenti fiunt:⁊ post paululū iterum vigilant. Ideo
(Canti. v.) sequitur. Ego dormio:⁊ cor meum vigilat. Hee tamen vigilie nō
videntur dormitiōi succedere/sed ipsam comitari. Prestet nobis
dñs iesus que super hec sunt dicenda vigilanter intelligere: et
vobis audire. Qui viuit ⁊ regnat.

¶ Sermo.xliij.

(B) (Canti. v.) Ego dormio ⁊ cor meū vigilat. Post hesternū capi
tulum qua rōnis consequētia talis responsionis ser
mo infertur? Tūc erat generalis inuitatio: hec ē
responsio quasi singularis. Ibi plures inuitātur:
hic vnus respondet. Ibi dicit:inebriamini charis
simi hic que charissima est/q sponsa est dormire se
refert. Ego dormio. Quid mirū si ad communē inuitationē res
(Canti. v.) ponsum reddit singulare? Multi charissimi:sed omniū est cor
vnū ⁊ anima vna. Una est inquit colūba mea. Amor euincit:⁊ amor
inebriat. Uides q iuste sit oim vnica respōsio: quos in ecclesia
charitatis vehemens liquor infundit? Here vehemens virtus
amoris:inebrians ⁊ abalienās. Uultis audire quomō charitas
abalienet animū quē inebriat? Ego inquit dormio:ac si dicat di
lecto. Tu me ad ebrietatē vocas/⁊ ego tota huic muneri vaco.
Ego dormio:⁊ cor meū vigilat. Ab aliis dormio⁊ quiesco nego
ciis:ideo cor meū liberius vigilat ad sectandā hanc ebrietatē ⁊
vinū potādū. Ordo mirabilis. De ebrietate dormitio: ⁊ de dor
mitiōe vigilie. Ille dicit: inebriamini/⁊ illa dicit. Ego dormio.
Bonus sopor mentis excessus ⁊ alienatio ab effectibus carnis
⁊ (si id etiā dicitur) a sensibus corporis. Tunc magis viget ⁊ in
uigilat amor spūalis:cū cōsopitur penitus omnis passio ⁊ affe=
ctus aialis. Et dormitio ⁊ inebriatio vtraq; alienationis vicem
prefert. Et quidā in hoc ipso adinuicē tenēt cōmune q mentem
tam hec q illa sibi arripit:⁊ penes se manere nō sinit. Utraq; sta
tum pristinū ipsi anime (vt sic dicam) furatur:⁊ nouos informat
affectus. Ego dormio ⁊ cor meū vigilat. Dormiunt alii somnum
suū:⁊ delectatio eorū in propria volūtate quiescit. A talib9 ego
(Ps.lxxv.) dormio:⁊ vigilat cor meū tibi. Ab increpatiōe tua dñe dormiūt
alii:ego ab incrapulatione. Dura hec increpatio satis qñ dissi=
mulādo sic hominē permittis desidie:sicut est magna increpa=
tio desertionis signū. Ab hac increpatione dormit qui ex dissi=
mulatione diuina/somnolente securitati se tradēs: dissimulan=
tis patientiā nō attendit parturire impenitentis repulsam. Pa
tientis longanimitas ⁊ interim nō percutiens in verecūdis mē
tibus vim habet:⁊ eadē dñi tolerantia que mentes honestas fa
cit sollicitas:duras ipsa reddit securas. Ego inquit dormio:et
cor meum vigilat. Dormio nō increpata:sed incrapulata a vino
ad quod vocas charissimos tibi. Crapula ebrietatis tue mūdo
me tollit/⁊ tibi tradit:soporat ⁊ excitat:seculariū obliuisci me
facit:⁊ tui nō sinit. Ego dormio dormi mecū:iuxta illud qd ipse in
(Eccle.iiij.) salomone diffinis. Si dormierint duo simul: fouebūtur mutuo:
sic fiet vt ex dilecti presentia ob vehemētiā amoris cor meū vi=
gilet amplius. Cor meū vigilat:cū tuus amor in eo amplius vi=
get. Ego dormio. Dormio propter amici requiē:propter raptū
inuigilo. In somno dulci quietis mee:sollicitudo vigilantis te
vigilātius somniat. Dulcis somnus:⁊ dulce somniū nescire alia
solo te scire. Uacare tibi ⁊ te videre sicut hic datur per somniū
(vt sic dicam) ⁊ vmbrā ⁊ enigma. Bona crapula copia vacatio=
nis ⁊ visionis istius. Uisio ista habet aliqd somnio simile: eo q
non humano arbitrio ⁊ industria fiat:non ex inuestigatione no=
stra:sed ex visitatione orientis ex alto. Paulus quasi dormit cū
mūdo moritur:quasi vigilat cū viuit xpo. Dormiat vtinam fra=
tres anima mea dormitatiōe ista:⁊ fient vigilie mee taliū simi=
les. Utinā iuges sint:nō interpolent. Nūc aūt versa vice ego vi
gilo:cor meū dormit:dormit spiritus:caro vigilat:⁊ si caro dor
mit:non tamē statim spūs vigilat. Indulgetur animo requies:
nondū tamen ab illa gloriosa ebrietate sorbetur ⁊ rapitur. Dor
mit tentamentis:nondū tñ excitatur illis inebriantibus blan=
dimentis:⁊ quāuis frequenter gustentur:rediuiua tamen nouita
(I) te animam quā inebriant excitant. ¶ Iure vigiles dicti sunt q
nunq; vinū illud inebrians digerūt:qui semp madent eterne de
lectatiōis vbertate. Tales in danielis libro vigiles legis. Bñ
vigiles: in quibus nihil est quod soporatiōe indigeat: sed totū
inuigilat deo. Bene vigiles quorū non interpolant vigilie. Nul
lus in eis animalis affect9 sentitur quē deceat cōsopiri/vt expe
ditiores sint cordis vigilie. Sunt quedā vigilie sollicitudinum
(i. Pet.v.) replete modestia:de quibus Petrus. Sobrii estote et vigilate:
quia aduersarius vester diabolus tanq; leo rugiēs circuit querēs
(i. cor.xvi.) quē deuoret. Et paulus inqt. Uigilate ⁊ state in fide. Sed ⁊ ille
vigilie nihilominus sollicitudine non carent:quib9 ecclesie ve=
(Luce.ij.) xant doctores:sicut euangelici illi pastores vigilantes et custo=
dientes vigilias noctis super gregē suū. Uigilie iste quadā tor=
quētur molestia ob imminētis mali cautelā. Uigilie sponse dor
mientis nō continent mali cautionē:sed copiā boni. Preoccupan
te enim mēti vehemens amor auiditatis inexplete vigilias indu
cit. Uigilie quedā sunt:vel desiderium optate presentie/vel de

lectatio indepte. Uigilie bone: vigens et non somnolēta deuotio: siue in copia dilecti presentis: siue in ↄcupiscētia absentis. Hec nec vigilat nec viget nisi in quieta/ ꝛ q̄ꝫtum ad seculi vel studia vel desideria consopita mente. Ideo dicit. Ego dormio et cor meum vigilat. Et in iob legitꝰ q̄ in visiōe nocturna cū sopor irruit super homines et dormiūt in lecto: tunc aperit deus aures tunc loquitur/ tūc pulsat: ideo hic sequitur. ¶ Uox dilecti pulsantis. Aperi mihi. Iure vigilat nesciēs qua hora veniat dilectus eius. Quasi continue sunt vigilie sponse et vox dilecti. Cor inquit meum vigilat: et statim adiecit. Uox dilecti pulsantis. Aperi mihi. Cor meum vigilat et dilectus meus nō dormit. Uox eius pulsat: et dicit. Aperi mihi. Cor meum vigilat: ꝛ ipse statim aduolat ꝛ auditur vox eius. Uox inquit dilecti. Hec mihi vox nota est hec mihi grata: ad alias obsurdesco voces: ad hanc expergefacta sum: statim cū insonuit in auribus meis: exultaui pre gaudio. Multe voces obstrepere solent/ et falsas insusurrare blandicias: sed nō sicut vox dilecti. Magna fratres prudentia sponse et discretione spiritus pollens que sic distinguere nouit inter versutias demonū: ꝛ blandicias veras dilecti. Uox inquit dilecti pulsantis. Que talis vox qualis iesu? Numquid phylosophorum? Nūquid hereticorum? Num legis? Num prophetarum? Ualida vox eius est: stultam fecit huius mundi sapientiam. Lex et prophete neminem ad perfectū adducerunt: vox iesu consummationis summam complectitur: vox eius consummationis precepta continet: vox eius mouet affectus. Uox (inquit) pulsantis. Pulsat enim et penetrat efficax instar ancipitis gladij: leniter illabitur/ et blande persuadet: qđ nulla potuit alia doctrina obtinere. Nō alius sermo: sed alta mysteria. Humilitatem conscientie: morū contēperantiam obedientie: carnis mūdiciam: contemptū mūdi: cōcupiscentiam eternorū: diuinitatis notitiam (que vnq̄ꝫ disputatio: q̄ districtio tantam aut sermone tradidit/ aut inspirando persuasit?) resurgēdi gratiam: impassibilitatē resurgentiū/ eternitatem vite: maiestatis reuelationē hac docēte spirare didicimus ꝛ suspirare. Notus in iudea deus in israel magnū nomen eiꝰ. Nūquid tantū? Nunqđ tam expressum? Nunqđ tam impressum? Nūquid tam sparsum? In israel magnū nomen eius: sed non eatenꝰ magnū vel euidēti doctrina/ vel vehementi deuotione/ vel numerosa populositate credentiū. Olim loquens deꝰ patribꝰ in prophetis: nouissime diebꝰ istis locutꝰ est nobis in filio. Ideo vox valida: vox virtutis/ vox dilecti. ¶ Sed iudeorꝫ cōualescere nequiuit in auribꝰ audiuit gentilitas/ et cōfessa est/ et nō negauit dicēs. Uox dilecti pulsantis. Utrūq̄ꝫ agnosco esse dilecti vocem ꝛ pulsum: verbū et virtutem. Utroq̄ꝫ mihi gratus dilectus meus: vtroq̄ꝫ me demulcet et mouet: voce ꝛ pulsu/ et (vt sic dicam) cantico ꝛ psalmo. Bene pulsat ꝛ quasi tympanisat: qui verbi ꝛ operis cōcordem mouet symphoniam. Tympanū puta Iesum: accede: tange/ discute/ pulsa/ mores/ opera/ verba/ vitam. Omnes mee corde extente et sonore sunt: tacte melodiam dulcem resultant Iesus ipse pulsat seipm̄. Nemo (inquit) tollit animā meam sed ego pono eā: et iterum sumo eam. Potestatem habeo ponendi eam: ꝛ potestatem habeo iterū sumendi eam. Uide quid tibi sonet ista positio: sumptio: et vtriusq̄ꝫ potestas: quid ipsa pulsandi causa: Nōne ꝛ ipsa maxime ad cor nostrum pulsat et excitat: vt nos velut cythara quedam effecti/ sic sonanti consonare nitamur. Uox dilecti pulsantis. Bene dilecti (inquit) quasi ex dilectiōe sola ꝛ gratia loquētis ꝛ pulsantis. Aperi mihi: q2 caput meū plenum est rore: ꝛ cincinni mei guttis noctiū. Refrigescet in iudea charitas: iam trāsmigratio fit iuxta scripturā ad gentes. Illi missum est verbū salutis: sed repulit illud: indignam se iudicans eterne vite. Exclusus sum ab ea: tu aperi mihi: q2 caput meum plenū est rore: ꝛ cincinni mei guttis noctium. Caput christi deus. De deo patre gloriantur iudei: eius se iactant habere notitiam: filiū reprobant et blasphemāt: tu aperi mihi. Caput meum plenū est rore. Non tales desiderat: non sitit/ sed magis fastidit: ideo plenū est. Plenū est rore eo q̄ sensu leues sint: rationis carentes pondere: non habentes aliquod in assertiōe momentum. Ratione leues: obstinatione graues. Quasi ros et gutte inefficaces ꝛ pertinaces. Et cincinni mei guttis noctiū: que gelide sunt ꝛ tenebrose. Nam est quidam ros q̄ noctis non est. Ros tuus (ait Esaias) deo: ros lucis. Et cincinni mei guttis noctiū. Figuris adheserūt: scientes litteraturā: nescientes sensum spūalem. De vnius scientia dei: de figuralis legis obseruatiōe iudei gloriantur: mysteriū inficiantes trinitatis ꝛ prefigurationis veritatē: de superfluis et emortuis signis se iactāt. Molesti sunt mihi: discipulos meos p̄mūt: q̄ sunt velut quodam capitis mei ornamentum ꝛ decus: ideo fugio: aperi mihi. ¶ Quidnam heretici christi diuinitatem ad quam nec fide volunt/ nec ratione possunt attingere: conātur extinguere. Subtilia/ consona litterarū testimonia: et q̄ diuina nituntur auctoritate: quasi quosdā cincinnos capitis (nō coherētibus dispu-

tationū suarū argutijs: ꝛ velut quibusdā roris instar minutijs) inficiunt/ corrumpunt/ opprimūt. Ubi quoq̄ꝫ noticiā dei presumētes et spiritualiū subtilitatem sensuū: quasi in ipso dei capite ꝛ capillis superbe locatis: rori conferūtur et guttis noctiū: vt intelligas eos minutos: gelidos/ auidos/ ꝛ non coherentes sibi. Sed et siquidē videris eos sanā quasi caput ipsum tenere fidē superficietenus cōmunicare: subtili vigere sensu: gelida tamen est propter malā conscientiā: et propter hypocrisim obscura: et propter velocē transitū fluida. Gaudiū eni hypocrite instar pūcti. Hunc talem iesus foris esse iudicat opprimentē: ꝛ quasi grauem sibi refugit. Huiusmodi nō tam ambulāt q̄ꝫ volitant in magnis ꝛ mirabilibꝰ sup se superba elatione pēdulo vagi in aere. Ambitiosa quidē negociatiōe perambulāt in tenebris de religione lucrū venantes: spūalem se simulantes habere doctrinā: studiū/ instar roris eloquiū: incerta ꝛ occulta et quasi nocturna nosse mysteria sapientie dei: sanctitatis tenere caput ꝛ culmē: ꝛ in ipso xp̄i herere vertice: eminēdi magis q̄ꝫ intrādi studiū gerūt. Istos moleste ferēs ꝛ fugitans Iesus: dicit. Aperi mihi soror mea que intus es que nō vagaris foris: q̄ nō in sublimibꝰ volitas: que nō vis tam eminere foris q̄ꝫ intus te tenere: aperi mihi. Aperi mihi nō q̄ris nisi me. tota es mea. Tota mea/ ꝛ multiplici iure mea. Quare multiplici? Audi q̄ꝫ multiplici soror mea proxima mea/ colūba mea/ immaculata mea/ soror mea in assumpta carne cognata. Proxima mea qꝛ de latere cum in cruce dormiret de scđo adā Eua noua est creatura/ vt nō iam sint duo: sꝫ vna caro. Ibi est cognatio naturalis: hic et coniunctio personalis. Ibi soror/ hic spōsa. Columba mea: sed spūs per grām. Immaculata mea: p remissionem et disciplinam. In carne soror: in sacramētis sponsa. In spū simplex/ imaculata in sanctitate. In his omnibꝰ mea: aperi mihi. Age qđ agis/ aperi mihi. Tibi intus sum: sed aperi mihi in illis in quibꝰ adhuc foris commoror. Aperi illis: inuita: introduc in locū tabernaculi admirabilis. Pulsa vt aperiat tibi ostiū magnū et euidēs (sicut paulꝰ dicit) vt pateat introitꝰ persuasionibus tuis ad affectꝰ eorꝫ. Penetra ad illos: vt intrēt ad te q̄ foris congelato frigescūt affectu. Eri tue tui dn̄a/ aliorꝫ introductiōe redime. Quid dicis? ¶ Exui me tunica mea: quomodo induar illa? Quid dicis? Laui pedes meos: quomodo inquinabo illos? Exuisti te tunica tua: tunica carnalis cure: tunica certe molesta: ꝛ forte polluta. Tunica tua te exuisti: mea induere. Zelus domꝰ mee comedit te/ ideo iuxta esaiam induere pallio zeli. Insta/ argue: predica/ obsecra/ oportune importune. Nō est pedes polluere hac incedere via. Si qđ adhesit puluis: excuties illum de pedibus tuis. Non pollutos sed pulchros cōmendat. Esaias pedes cū dicit. O pulchri mōtes pedes annūciantiū pacē annunciātium bona. Ne cūcteris operū meorꝫ exēpla te moueāt: tangat manus: si pigritaris ad verbū. Zelotes ego sum: tu quoq̄ꝫ pro me zelare. Ociū sepone paululū meis implicare negocijs. Omnis militās deo: istis cū iubetur/ se implicet oportet negocijs. Cum diues essem p omnibꝰ pauper factus sum. Equalis deo exinaniui meipm̄: ministrādi formā accipiēs. Pro oibus mortuus sum: vt qui viuunt/ iam sibi nō viuāt sed mihi. Attēris talibꝰ in dilecto spōsa: ꝛ his mota exemplis ad emulandū: sic ait. Dilectꝰ meus misit manū suam p foramen: ꝛ ad tactum eius intremuit venter meus. Per arctū paupertatis/ persecutiōis/ ꝛ mortis foramen operū suorꝫ ad me intromisit exēpla. Hec me tangūt/ hec me mouent. Nota tremorē ventris: audi deniq̄ꝫ motionis effectum. Sequitꝰ enim. Surrexi vt aperirē dilecto meo. Audite ꝛ intelligite q̄ ꝑpropere satis ꝛ ꝑpterue nimis/ ad ecclesie properatis honores. Spōsa eni ad quā cantici huiꝰ blādimēta cātātur: morose et cūctāter accedit: etiam postq̄ꝫ se sororem: proximam/ columbā: immaculatam audiuit vocari. Contemplari si hec in te sint. Et si sint verere ne pdas. Si nō sunt: magis verere ne non accipias. Attēde post quot et inuitationes ꝛ cōmendationes: sic dicit. Surrexi vt aperirē dilecto meo ꝛ tibi vanum sit surgere anteq̄ꝫ vocē ris: qui delectatiōis illius sancte panē māducas: ꝛ bibis vinū/ de quo supra dicitur. Comedite amici mei ꝛ bibite ꝛ inebriamini charissimi. Uanū immo verendū sit tibi nisi cum inuitata sis surgere: cū dormis somnū dulcē donec dilectus aperiat. Aperi mihi: nō ambitiōis nō auaricie: nō inquietudinis/ non elatiōis vox moueat animū: nō demulceat blādimento fallaci. Iste tibi ignote sint voces: nō tibi iste opus bonū suadeāt: si tū ante dilecti tui vocem assurgere. Qui viuit et regnat ꝛc.

Sermo.xliiij.

Uperiore sermone hūc locū ita discussimꝰ vt diceremꝰ Iesū ipse sue iplorasse solacia aduersꝰ molestias eorꝫ qui fidei nostre sinceritatē humane si pfide doctrine corruptela tēptāt inficere: ꝛ subtiliū ꝑsuasionū imadidare rore nocturno: quē pricepe tenebrarū / princeps aeris huiꝰ latenter et

leniter instillat. Nā ⁊ alio scripture loco querit q̄ aque inundauerūt sup caput suū. Heri ergo inductus est a nobis dn̄s iesus molestias fugiēs: hodie inducet gaudia ferens. Heri induct⁹ est solacia implorās: hodie secū solacia portās. Heri plen⁹ iniurie: hodie gratie. Illa interpretatio raras respicit: ista refert ad plures. Nō oēs ad p̄dicatiōis opus vel idonee sunt/ vel delegate: nō enim corruptelas fidei repellere vel sufficiūt: vel huic muneri p̄ficiūtur. Nō possunt oēs esse matres et spōse: oēs possunt sorores ⁊ spōse. Nō oēs possunt partus sustinere iniuriam: oēs debēt amplexus gratia: fuerat s̄m hesternā interpretationem roris illius nocturni liquor molest⁹: hodiern⁹ iste sit gratus: ibi loquit iesus: querelas deponēs: hic loquit blandicias suggerēs. Ibi fugit infestos: hic solū ad spōsam festinat.

Canti.v.

Aperi mihi soror mea proxima mea. Disciplinā hic attēde custodie vbi ianua passim nō patet. Quis illuc intrabit ad arbitriū: vbi iesus sine intervellatiōe nō intrat/ nec nisi cum fuerit audita et nota vox ei⁹: O me felicē si de mea dici anima queat: porta hec clausa est/ et p eam nec furtim nec fortuito indisciplinatus affect⁹ imittit/ soli p̄ncipi ptz: si ponā ori meo custodiā: vt soli principi pateat: cū assistit ad illā: Api mihi portā iusticie ⁊ igress⁹ in eā ꝯuiuabor tecū: comedā in ea ⁊ bibā et inebriabor. Deniq̄ et ego inebriabo te guttis meis. Nō accedo sterilis: s; madens suauiter illabēte rore gratiarū. Aperi mihi. Int⁹ iam tibi sum nūc: sed aperi mihi vt amplius intrem. Aperi mihi. Iam quasi nouus accedo: ⁊ recēti rorans affectu. Ut ros tibi fluet eloquiū meū: cū deitatis mee tibi instillabo arcana. Caput meum rore abundat: et cōtemplatio diuine in me nature/ subtiles ⁊ fecundos parturit sensus. Quid circa humanitatis mysteria solum moraris: Quid tandiu solus ad pedes resides: Surge ascēde

Canti.v.

ad caput: illi aperi. Aperi mihi in hoc: q: caput meū plenum est rore. Humanitas gratiā cōparat: diuinitas cōfert: humanitas impetrat: diuinitas infundit amorē. Caput meū plenū est. Ipm est ros: ipse illabitur anime: ⁊ ei⁹ medullas irrigat. Usq̄ ad aliquod ingressum aperi mihi: vt pertingā ad intima: vt diuinitatis mee dulcis noticia influat/ et inficiat totū q̄d est in interiorib⁹ tuis. Aperi mihi vt diuinitatis mee subtilis ros cordis tui terrā infundat: et inebriet eam. Et reuera sic est fratres. Ubi in materia maior est gloria: ibi in meditatiōe maior est gratia. Q̄d plus habet excellētie/ plus sibi exigit reuerētie plus refundit et gratie. Q̄d quodā nature sue merito p̄rogat: ꝯceptio eius oblectationis plus erogat. Pl⁹ omnib⁹ placet/ q̄d omnib⁹ prestat. Singulari materie peculiaris debet cernēdi modus. Non est humani iuris: non est eñi moris humani. Quiete et peruigili donat menti: non tñ ad votū: sed cū ipse vult et dicit: aperi mihi. Quid est dicere aperi mihi/ nisi quodam blandimento affectū illicere: mouere cōcupiscentiā. vt mens ex parte tacta tāte lucis chorusco/ ad pleniorē perceptionem se prestet purgatam: Sic lux quasi oculo dicit aperi mihi: q̄ ex modica perceptione ad maius participiū sui/ quādam auiditatem p̄egenerat. Aperi mihi soror mea. Quid est iesu bone q̄ rogas aperiri: Tu ipse

Apoc. iij.

habes clauem dauid. Aperis et nemo claudit. Apparitio tua: apertio est. Appare: ⁊ nemo tibi claudit. Cui ex minima parte maiestatis tue cepit gloria scintillare: animū ad se subito ꝯuertit et rapit. Nō sinit sibi claudi dū ipsa chorusca. Cor q̄d penetras aperis tibi. Apertū tenes: dū te subtrahis. Et forte vtraq̄ necessaria est: et cognate sunt sibi apertio spōsi ⁊ aptio sponse. Apertio sponsi: apparitio ei⁹. Apertio sponse: apparatus ei⁹ ⁊

Canti.v.

coaptatio ad tam dulces visus. Caput meū plenū est rore: ⁊ cincinni mei guttis noctiū. Caput plenū est: et eo madent qui adherent illi. Delectabilis est deus in se: ⁊ delectabilis in sanctis suis: qui de ipso p gratiā oriunt: ⁊ ordinatione sua quasi quidā distincti cincinni perseuerant in eo. Pulchra vtraq̄ cōtēplatio

j. cor. xij.

vel essentie eius: vel gratiarum que procedunt de ea. Diuisiones enim gratiarū sunt: ac si quedam distinctio cincinnorum. Inuisibilia enim ipsi⁹ quādā preferre distinctionem videntur/ ad nostre tñ capacitatis mens vestra. Nā distinctis signis ⁊ sermonib⁹ aliud ⁊ aliud significare conantibus. q̄ in ipso sunt vnū/ quasi plura et varia innotescunt nobis. Quedā ad solā ei⁹ magnitudinē respiciunt: vnū hoc cincinnum puta. Quedam ad solam potentiā/ sic et q̄ ad sapientiam/ q̄ ad bonitatem/ q̄ ad predestinationē/ ad prouidentiā/ ad gratiā/ ad indulgentiā/ consiliū/ cogitationes dei/ generaliter q̄ vna significationis cōplectitur ratio/ ⁊ quasi ad vnā pertinēt/ pro vno cīcinno interpretare: que ad aliam: pro alio crede. Inuisibilia ipsius (ait apls)

Rom. j.

per ea que facta sunt intellecta conspiciūtur: sempiterna quoq̄ eius diuinitas: illa plurali protulit: hanc singulari intellectu. Hanc ergo velut caput accipe: illa velut cincinnos. Nam diuinitas in se vna simplex est: s̄m effectū autem in subiectis/ ⁊ effigiem particulariter impressam subiectis/ varie significationis recipit numerum/ ideo essentialia nomina mutuo de se dici possunt: non sic autem denominata. Essentia dei scientia eius est cum conuersionis veritate et substantie identitate: non tamen cum verum est deum nosse aliquid: et sequenter verum erit illū id esse. Sic et potentia cum voluntate in deo vnū idemq̄ essentialiter est: denominata vero ab his non se mutuo consequunt. Denominationes enim iste cum aliquem circa creaturas effectū continent: cognatam ab illis multitudinem trahunt: in se nequeunt cōmutari. Mira identitas et mira diuersitas: vtraq̄ inexplicabilis: vtraq̄ admirationis est plena: deuotionis ⁊ reuerentie occultissimas et efficacissimas causas continens. Accede sponsa ad hoc caput dilecti/ et cincinnos eius: stringe rorantes crines: multum inde dulcissimi liquoris elicies. Pleni sunt guttis noctis/ guttis occultis: guttis non ignota dulcedine refrigerantibus. Erit quando gutte tales expresse frequent⁹ integri fluminis efficient impetum. Bonus quidem qui desiderium estuantis amoris refrigerat: siue supradictis modis caput cincinnosq̄ intelligas: siue in capite illam deitatis nudā noticiam que est facie ad faciem/ cincinnos autem illam q̄ per speculum fit et in velamento enigmatis: in vtroq̄ refrigerij vberem rorem reperies/ ideo forte capiti ros simpliciter assignat: gutte vero cum adiectione noctis cincinnis attribuuntur: q̄ et visio que speculum fit et enigma nocturne quiddam habet qualitatis: minus fulgens et minus feruens. Emulare sancta anima sponsum caput et capilli deuotionis rore madescant. Caput intentionis: cincinni cogitationis. Ad modum madentium capillorum stricte sint: extente sint: pingues sint: cōtinentie extenuate disciplina: continuationis ꝑseuerantia protente exultationis specie pingues: ne ad modicum tenebroso et gelido malicie et nequitie rore inficiātur: quem princeps aeris huius leniter ⁊ latenter aspergit. ¶ Caue fallaces infectiones

F

eius: sponsi tui illum celestem se mentitur habere rorem. Claude illi: et si dicat aperi mihi soror mea: nullam tibi cum eo cognationem esse responde. Que illi cognata est immaculata nō est. Praua cognatio: quam contagio sequitur. Christus cū iam sororem dicit: immaculatam subiungit. Ausculta quando dicere possis. Vox dilecti pulsantis. Hostis primo aggressu timide

Canti.v.

agit. Temptantis modo deprehendi timens palpat: non pulsat. Dilectus tuus innotescere volens pulsat audenter. Aperi

Ibidem.

mihi/ quia caput meum inquit plenum est rore: et cincinni mei guttis noctium. Ac si dicat. Aperi mihi quia rore gratie refertus illabor. Aperi mihi: aptam te prepara tante presentie. Tūc

Ibidem.

illa. Exui me tunica/ quomodo induar illa: Laui pedes meos: quomodo inquinabo eos: Tu dicis aperi mihi. Ecce aperui. Parata sum: et domesticis turbari denuo curis refugio. Nolo quam semel exui reinduí tunica. Quomodo induar ea: Quomodo: Nullo modo. Non acquiesco: non possum non egre reinduitionis verbum audire. Laneam exui: vestita subtilibus. Noui q̄ laboriose sint partes marthe: q̄ onerosa operta sit tunica quomodo circa frequens discurrendo ministerium inquinatos oportet illam affectuum pedes habere et operum gressus. Non possum de maria in martham degenerare. Optimā partem elegi. apertum ⁊ paratum efficere cor meum ad aduentum dilecti. Non videtur in partib⁹ marthe passus molestias: qui semel ad illas iterum reuerti festinat. Nuda ab omni materia mundi: et sine impedimento velaminis/ libera et quasi reuelata facie gloriam contemplaturi dilecti: surgam vt aperiam ei. Uia hec via pulchra est: non potest per eam pes pollutus incedere: nec pollui in ea. Breuis via: nam dilectus stat ad ostium vociferans ⁊ pulsans quasi more impatiens. Pulsat ad ostium explorat aditus: et ardentius diligens properantem preuenit me. ¶ Manū

G

Canti.v.

suam misit per foramen: et ad tactum eius venter meus intremuit. Quid sibi vult hoc loco q̄ sponsa que clauserat ostiū cubilis sui/ non hoc quoq̄ obturarit foramē: ne ad illam quid ingrederetur incaute: In ceteris cautius agens cur hic locum negligentie reliquit: An forte hoc in se minus ipsa nouit foramen: Quis enim in se omnia potest nosse foramina: omnes aditus omnes aptitudines: nisi ille qui sicut in ezechiele legitur in lapide precioso foramina preparauit: Ipse foramina vbi vult parat: quia vbi vult spirat. Ipse manum mittit per foramē: per aptum aditum/ inspirationis occulte virtutem. Per foramen (inquit) id est per aptum/ per abditum/ per artum ingressum. Artus enim ingressus satis: vbi manum tantum immittit. Pessus: eius respectu quem per ostiū apertionem sibi fieri petit. Nō moueretur ille venter sponse: non surgeret/ non aperiret dilecto. nisi ipse prior inspirationis sue manuum immisisset occultam. Occulta ratio vocationis prime: latens causa: et nondum latus ingressus. Dilatatur autem: cum preoperanti sponso anima cooperatur cognat: assurgit et aperit. Prima solius dei manus agnoscitur. Secunda dei simul et hominis. Et cum magis dei sit ꝓpter munus: soli tamē homini deputatur ad meritum. Arta est etiam ⁊ quasi p foramen concepta cognitio dei: ea que per operum eius contemplationem percipit: ⁊ quasi tact⁹ manus/ non

A nus non visio vultus eius. ¶ Aduerte trinū cōtēplandi modū
in capite: in cincinnis: in manu. In capite naturā in cincinnis fi
gurā: in manu facturā. De hoc vltimo sic ait. Delectasti me do- [Ps. xci.]
mine in factura tua: et in operibus manuū tuarū exultabo. Pos
sumus etiā sic illa vocare. Essentiā/ signa/ opera. Diuine illius
nature notitiā/ signa per quādā in suo genere similitudinē de-
promūt: opera probant. Signa vt sic dicam exprimunt: et opera
astruunt. Vltimus hic contemplationis modus/ simplicius est
secundus eruditorū: primus purissimorū. Verūtamen sicut iam
diximus: immissio manus per foramen immissionem illam latē
tem et occultam significat inspirationis quā diuine virtutis ta
B ctus operatur. ¶ Hic etiam est aduertere tria quedā in sponsa
Que tria? Primo q tremit/ secūdo q surgit/ tertio q aperit. Pri-
mum fit quidē in ipsa/ sed nō ab ipsa. Duo sequentia sic fiūt in
ipsa/ q etiam ab ipsa. In primo preoccupatur: in secundo cona
tur: in tertio captat. Cū tremit nil in ipsa agit: sed magis pati
tur. Cū surgit et aperit: proprie aliquid industrie adhibet. Tre-
mit/ cū motū occultū inspirationis sancte dulciter sentit. As-
surgit/ cū cōsentit et sequitur quo illa ducit. Aperit/ cū huic to
tam se operi mens indulget et reddit capacē. Verūtamē quāto
magis se huic visui aperit tanto ex nimis affectione: et vehemē
tia in se deperit. Memor fui (inquit dei) et delectat⁹ sum: et exer [Ps. lxxvi.]
citatus sum: et defecit spiritus meus. Memoriā ventri: tremori
delectationem: exercitationem surrectioni cōfert/ et aptat. Nā
qd dicit defecit spiritus meus ad illud spectat qd hoc sequit
in loco. Pessulū hostij mei aperui dilecto: et ipse declinauit. Tūc [Canti. v.]
declinat: cū tu deficis ferre nō valens. Cū tu afficeris vehemē
tius: tunc ipse citius auolat. Quanto affectuosius captas dile
cti amplexus: et quasi aperto corde totū absorbere et deglutire
conaris: tanto velocius declinat labilis presentia dilecti tui.
C ¶ Sed iam redeamus ad seriem littere. Surrexi vt aperirē di
lecto. Manus mee distillauerunt myrrhā. Digiti mei pleni myr [Canti. v.]
rha probatissima. Quid est q de apertione locutura pmittit de
manibus? An forte suggere voluit quib⁹ te manibus oporteat
aperire dilecto tuo: quibus operum meritis contemplande ve-
ritati aditum preparare. Bene quidē myrrhate manus q car-
nis mortificationē operant: que fluxum eius compescūt: strin-
gunt vt latius influat oblectatio verbi. An nō velut quasdam
myrrhe stillas cēses opera regularis conuersationis: q vicissim
sibi succedentia mentem vngunt et carnem stringunt? Vigilie/
ieiunia/ castigatus et parcus victus: asper pānus: et panis ater:
plage virgarum voluntarie suscepte in matutinis: psalmodie
vociferatio: et silens oratio: vtraq in spiritu cordis vehementi:
sed hec tāto vehementior quanto corporis spiritus minus est
continens. Quidni distillant nobis dū vicissim succedunt sibi?
Iure conferunt myrrhe: quia carni amaritudinem vexationis
inferunt: et deuotionis velut vnguento mitigant animum. Et vt
discretionem adesse intelligas: et obsequium rationale: digiti
(inquit) mei pleni myrrha probatissima. Manus opera sunt: di- [Canti. v.]
scretio digiti. Myrrha: tā actio carnis/ q vnguētaria exhilara
tio cordis. Hec myrrha probata est: nā est quedā myrrha que
reprobata est. Cum videris quorūdam puerilium hominum di
gitos prohibita passim signa distillare: agilem manum vndiq
petulantis vel peruersi affectus indicia spargere vt arbitror in
disciplinate conuersationis amaritudinem quasi reprobā myr
rham istum fundere nō negabis. Probatissima vero myrrha est
que in multis argumentis exercitij regularis est reperta lauda
bilis. Et regularis exercitatio/ et hostilis vexatio: vtraq pba-
bilis est: cum patientie virtus seruata integritate sua/ amaritu
dine nimia nō corrumpitur ac degenerat. Recole tempora qui-
bus iuuencula adhuc ecclesia: ad aures pulsauit gentilium:
vt dilecto suo christo ad corda ipsorum ostium aperiretur: pa-
teret aditus q innumeros desudauit agones: quantam confe
cit martyria q continuis est vexata supplicijs? Vere digiti ei⁹
pleni myrrha probatissima: eo q omnimodarum passionū argu
mentis honestata est virtus eius in laboribus suis. ¶ Cum hu
D iusmodi manibus satagite fratres aperire verbo: speculationis
dulcedini aditū preparare. Bonorū actuū meritis/ mentis ve-
stre recessus christo vberius reserabitis. Videte si laboris et fa
tigationis vestre myrrha multis est experimentis reperta lau
dabilis/ sicut aurū qd per ignē probatur. Digiti mei (inquit) ple
ni myrrha probatissima. Discretionis significatur subtilitas: et
vnctionis libertas. Et digitos enim dicit: et plenos. Distillant
et pleni sunt. Vicissitudinem habent: non euacuationem. Inter
pollantur ieiunia refectione: labores requie/ vigilie somno. Vi
cissitudo refectionē affert nō defectum. Digiti inqt mei pleni
myrrha probatissima. Cōtemplationis optas delitias: sponsi am
plexibus ex ocio perfrui: illū solum cordis tui continere secre-
to: noli ad aperiendum vacuis: noli aridis occurrere manibus
Actio contemplationē precurrit. Quātomagis myrrha cōtinē
tie et afflictionis mortificaueris affectus animales: tanto vbē-
riorem aditū dilecto parauerís. Deniq sequit. Pessulum ostij [Canti. v.]
mei aperui dilecto. Nō possumus in angustia terminādi sermo
nis huius ostiū aperire capituli. In alium differamus tracta-
tum: gratiam ab eo expetentes et expectantes: qui habet clauē
dauid sine qua nemo aperit. Iesus christus qui viuit et regnat
per omnia secula seculorum. Amen.

¶ Sermo. xliiij.

Hodie vobis fratres de apertione ostij dissertur[i su] [A]
mus. Nam hesternus sermo de operatione (que ve
lut quedā ad apertionē est via) vltimum tractatus
nostri digessit articulū. Bona plane operatio que
immortalitatis et incorruptionis spē et specie semp
prefert: que non seminat in carne: vt corruptionē inde metat.
Vtinam in veritate ego dicere possim/ quia myrrha in manib⁹
meis semper. Si quis (inquit iesus) fecerit voluntatem patris
mei: cognoscet de doctrina mea. Ecce qualiter pietatis actus
aditum reserat veritatis. Boni certe actus qui et quadam con
temperātia et moderatione discreti sunt: et vnctionis deuotione
repleti. Iure manibus vnguētarijs aperitur christo qui de vn-
ctione nomen accepit. Et forsitan nisi per vnctum ostium ingre
di nescit. Ideo in tēplo de lignis oliuarū ostiola facta sunt: p q in
sancta sanctorū aditus pateret. Huiusmodi enim et ligni mate-
ria vnguentarij est ministra liquoris. Ostiola dicta sunt: oli-
uarum artus introitus: sed pinguedine gratie sine difficultate
illaberis: vbi subtilis est intelligentia et secretum mysteriū. Nō
laboriosus patebit ingressus/ si deuotionis et charitatis oleo
quasi ostio volueris vti. Et puto q cōueniens est de templo te
stimonium prolatū. Templū enim dei sanctū est quod estis vos [1 Cor. iii.]
Habe ergo in templo tuo ostia per que summus pontifex solus
ingrediatur in intimū cordis sui recessum. Claude ostium: ob-
de pessulum: nisi quando dilectus tuus ingredi volet. Si ostiū
non est/ passim patebit ingressus omni transeunti. Si ostiū clau
sum est: pessulum non obseratum facili cedet: et patebit impul-
sui clausuram non habens firmiorem. Habe vtrūq ostium cir-
cunstantie/ et pessulum constantie. Prospice circūstanter/ resiste
constanter/ obliuio et ignorantia non surripiat: improbitas non
irrumpat. ¶ Et si ita mauis distinguere: sollicitā premeditatio [F]
nem reputa ostium: orationem quasi pessulum. Tali firmatū re
pagulo: hostili non patebit impulsui ostiū tuū. Confortauit (in [Ps. cxlvii.]
quit psalmus) seras portarum tuarū. Nonne in seris et portis ve
lut ostium et pessulum tibi videris audire. Vtrūq necessarium
est. Sed contra insidias inimici. Vbi vocem et pulsum audis di
lecti: vbi manus eius subtilem et per foramen sentis attactum
aufer pessulum: ostium aperiri cuncta cedent obstacula: si fieri
potest/ medium parietem totū aufer: vt libere se tibi dilectus
tuus infundat. Sollicitudo aduersus tentamenta demonum
in securitatem vertat de presentia sponsi: cautelam hostem re-
pellendi: in perfruendi dilecti copiā verte. Ostiū aperuisse se
nouit qui dixit. Paratū cor meum deus: paratū cor meū. Quo [Ps. cvii.]
modo ostio eget iesus qui in euāgelio ait. Ego sum ostiū. Mi- [Johan. x.]
randa ratio. Ostium est: et pulsat ad ostium. Intrare vult p quē
quisqs introierit saluabit et pascua inueniet. Magna est ostio-
rum distantia. Est enim ostiū quoddā in argumētis nature: est
ostiū in sacramētis eccl[es]ie: est ostiū in experimētis grē. In primo
illo ostio naturalis rōnis ductu inotescit nobis p opa operās
sapiētia: et ad aliqd veritatis intromittimur diuinitat[is] colligim⁹
notitiā: nō tn psonalē i deitate distātiā. In h[oc] ostio nō distiguit
psona: nec pfert grē. Ideo nō dz esse assiduus: nō nimi⁹ ad hoc
ostiū pulsator. Per secūdū in eo q salutarib⁹ initiamur sacramē
tis ad eccl[es]ie vnitatē intram⁹ ad cōmunionē sanctorū. In hoc se
cundo ostio sic qdā intus sunt vt tn qsi foris sint donec ad ter
tiā accedāt: qd familiarē interptamur accessuz p charitatis af
fectu: in copiosam quandā cōtēplationē dilecti. Ostiū hoc tam
secretū/ tam intimū: nō omibus patet: sz soli sponse prebet ac-
cessum. ¶ In ezechiele multorū ostiorū distātias legis quas mo [G]
do longū esset pseq. Verūtamen parū quidem interesse reputo
tu ne ad illū ingrediaris ad te ipse: nisi q tunc videris ingre
di ad ipm: cū tu quasi preueniens prior rogas. Ipse vo ad te: cū
ipse te preuenit: pulsat affectum improuisus illabitur: et nil ta-
le meditantem: insperate dulcedinis mouet attactu. Quando
pulsat hoc modo ad ostiū tuū: noli morari: surge/ festina ne for
te declinet. Nā et in hoc loco sic habes. Pessulum ostij mei ape
rui dilecto: ait ille declinauerat atq transierat. Cur abis iesu [Canti. v.]
bone? cur declinas? cur defraudas? dilectam a desiderio suo?
Tu desiderium inducis: tu delectationem subducis. An forte
hoc modo in maiorem auiditatem et ardentius desiderium con
cupiscētiā ptrahis: dū copiā subtrahis? Ita est. Plane ista est.

Iste amoris fallacie ipsum amorē magis inflammant: ad eius
cumulū proficiūt dū sic decipiūt. Ille dñice resurrectionis ap
paritiones q̃ breues erant: q̃ subite: q̃ succise. Quibusdā vix
iam agnitus est: ⁊ statim elapsus est. Nō se patitur ab aliqbus
tangi. Ahus clausis illabitur ianuis: ostij apertione nō indigēs
Illud em̄ ostiū maxime illi aperiſ qđ alijs om̄ib⁹ negocijs clau
ditur. Cū putaſ teneri: quasi furatur p̄sentiā gratā furtim acce
dens: ⁊ furtim recedēs. Gaudiū enim ꝯtemplationis instar est
puncti. Velociter recedit ⁊ excellēter trāscēdit oēm hūane ca-
pacitatis virtutē. Quo ipsa vadit nō possumus equis eā in hac
Eccle.vij. carne passibus sequi. Dixi (inqt salomō) sapiēs efficiar: ⁊ ipa lō
gius recessit a me: multomagis q̃ antea erat. Perceptio ei⁹ me
lius q̃ priuatio docet q̃ scit transcēdēs eius maiestas: eoipso
Canti.v. quo vehemētior est/ veloci⁹ trāsit. Ipse (inqt) declinauerat at
q̃ transierat. Ideo ne iesu bone declinasti ad spōsam vt tam ci
to declinares ab ea. Ipse (inquit) declinauerat atq̃ transierat
Quid est transierat: Transierat me: trāsierat vires meas: per-
transijt me. Ideo quasi ferre ⁊ subsistere non valentē trāsijt me.
Ephe.vi. Gladius est verbū dei/ gladius est iesus: animā sine mora et dif
ficultate pertrāsit: nō subsistens: dū eius vehementiā liquefa-
cta mens sustinere nō valet. Flāmeus hic gladius est: lō sicut ce
ra fluit a facie ignis/ sic anima succēsa a facie ei⁹. Anima (inqt)
mea liquefacta est vt dilectus locutus est. Videtis qualiter ad
h ignitū eloquiū liquefecit animā. ¶ Pessulū ostij mei aperui di-
lecto meo/ at ipse clamauerat atq̃ transierat. Ita in manifesta
tione dominice resurrectionis, que facta est duob⁹ illis eunti-
bus in emaus: ⁊ apti sunt oculi eorū ad cognoscēdū iesuꝫ: sub
ipsa apertionis hora euanuit ab oculis eoꝝ: ⁊ quasi pertransijt
Lu.xxiiij. cor illoꝝ: vt ipsi fatenſ. Nōne cor nostrū ardēs erat in nobis dū
loquereſ ⁊c. Ardēs erat in ipsis in collocutione: liquefactū est
in illa visione vehemēti: soliditatē ⁊ cōstātiā nō obtinēs. Quid
enim est iesum euanuisse nisi illos in gloriosa apparitione susti-
nere non valuisse: Declinat dilectā vt flumē pacis: sed vt glo-
rie torrens pertrāsit: sicut torrens igneus liqſcere faciens ani
mam quā mūdat: quā reficit: quā trāsit. O dulcis hora quādo
anima huic igneo torrenti liquefacta misceſ q̃ subtilis est in
illo momento/ q̃ extenuata/ q̃ mobilis. Nihil tūc temporis ha
bet: nihil duricie: reliquū nihil rigoris: tantūmodo calens ⁊ li
quens. Cognata sunt sibi inuicē liquidū ⁊ calidū. In his duo-
bus cōtemplationis vsus cōsistit. Qđ liquidū est calorē prom-
ptius concipit: ⁊ conceptus calor viceversa qđ liquidū reperit
liquidius reddit. Qđ dico calidū ⁊ liquidū/ hoc est si alijs dica
tur nominibus succensum ⁊ sincerū. Calidū eo q̃ amat: sincerū
⁊ liqdū est q̃ quandā amati in se speciē rep̄sentat. Calidū q̃ ar
det: liquidū q̃ videt. Calidū q̃ inflāmaſ/ liqdū q̃ dilecti ima
gine informaſ. Quod liquidū est nil habet impurū: nil pigrum
facile cernens ⁊ facile sequēs. Sꝫ tāta gratia liquidi nō est cuꝫ
calor nō est. Bene liqdū qđ ex puritate dilecti claritatē perce-
pit: ⁊ quasi percitū ⁊ promptū extra se effusum post dilectuꝫ fe
stinat q̃ iam pertransijt. Ipse (inquit) iam pertrāsijt a me: qui to
tam pertrāsijt me. Velox trāsitus/ sed violentie non parum ha-
bēs in tactu: liquefactā post se reliquit animā meā: effusam v be
rius/ ⁊ conantē trāsire vsq̃ ad dilecti trāsitū/ nihil presumens
I in eius presentia. ¶ In voce exultationis liqſacta sum statim
Canti.v. vt locutus est ipse. Anima mea liquefacta est (inquit) Quid est
liquefacta est: idest crescens facta est: currens clarescens. Cre
scens super se: currēs ad ipsum: ex ipso clarescens. Virtute cre
scens/ currens votis: veritate clarescēs: hoc est lata/ labilis lu
cens. Ex hac forte liquefactione prestituꝫ illi est q̃ manus sue
myrrhā distillant: mens liquefacta est. Cur tertiū preterimus
q̃ cantici illud apponit: Habet em̄ sic cōnexū ex ordine: vēter
tremit: distillāt manus: anima liquefacta est. Potest istic etiam
leuiter hanc lectionē transcurrēs: ordinatū quoddā agnitū ad
uertere: non tamen facile est ⁊ planū gradate distinctionis ra-
tionē assignare. In oibus quidā modus signaſ: sed maior in se
cundo q̃ in primo: ⁊ maior in tertio q̃ in secundo. Plus est em̄
distillare q̃ tremere: sicut liquescere q̃ distillare. Totū prestat
presentia sponsi sponse sue q̃ eius vēter tremit: distillant man⁹
anima liquefacta est. Totū ex tactu eius ⁊ vocis auditu: totuꝫ
est (vt sic dicā) ex pertrāsitu eius. Quia tāgit/ tremit/ distillat/
q̃ perstringit: ⁊ pertrāsit illam in spiritu vehementi/ cuius vo-
cem audis/ sed nescis vnde veniat aut quo vadat. Ideo lique-
facta est anima eius vt locutus est ipse. Vox subtilior manu est:
vehemētius mouet: ⁊ velocius transit. Sermo iesu subtilioris
et sublimioris doctrine plus continet q̃ aliqua operū prodere
queant exempla. Omne transit exemplum/ de maiestate deita
tis sermo quem inter discipulos fudit: omnē experientiam pol
licitatio glorie future que reuelabitur in nobis. Huic intelligē
tie et perceptioni aperi ostiū vt comprehēdas: statim declinat
et pertransit: ideo⁊ tu transi in affectum liquefacti cordis. Ad

Psalm. cxxxviij. hanc vocem dilecti dic. Mirabilis facta est scientia tua ex me:
confortata est ⁊ non potero ad eam/ ⁊ anima mea liquefacta de
ficiens a comprehensione: ⁊ non sufficiens ex vehementi ⁊ vio
K lenta dulcedine persistere ⁊ morari in admiratione. ¶ Propter
Canti.v. hec ⁊ huiusmodi (inquit) Anima mea liquefacta est: vt dilect⁹
locutus est. Quid putatis/ vt aliquid preter seriem ⁊ quasi ex
abundanti ad cohortationē presumam: Quid (inq̃) putatis q̃
non hic sermo/ quorūdam suggillat duriciā quorū viscera ge-
lido austeritatis rigescunt affectu: quorum viscera nullum mi-
sericordie distillant liquorem: nec exiguo tremūt et mouentur
affectu erga penitentes: misericordie manus tactum non sen-
tiunt: piissimi iesu non igniuntur alloquio: pulsantem in penitē
te iesuꝫ foris non audiunt. Vereor ne declinet ab eis ⁊ pertrāſ-
eat: ne non inueniant cum quesierint: et cum clamauerint non
exaudiat eos. Cur durantur viscera tua ad filios quasi nō sint
tui: Poteras forsitan tuos inclementi oculo respicere: et re-
supino fastu preterire: si tamen tui tantum essent ⁊ non dñi tui.
Ps.cxi. Ꝺ durus fores si de tuo largiri deberes q̃ domini substantiaꝫ
tam auaro ⁊ imminuto etiam filijs affectu dispartis: Dispersit
(inquit) dedit pauperibus. Sed tu forsitan pauperes nescis.
Quid si dicat tibi deus. Imperfectum meuꝫ non viderūt ocu
li tui in libro tuo non nisi perfecti sunt scripti: de perficiendis
nulla te cura tenere cōsueuit. Malus medicus qui nō est opus
egrotis: sed bene habentes fortasse exulcerans. Si non vis er
rantem querere: saltem occurre reuertenti. Aperi ianuam mi-
sericordie: ⁊ si non penitentem propter christum suscipe vel chri
stum in penitente. Liquescat anima tua misericordie rore: ac-
clamantis ⁊ pulsantis iesu succendatur eloquio. Vox peniten-
tis: vox pauperis: vox est iesu. Ideo cum audis hanc vocē: cle
Canti.v. menti affectu liquescat anima tua: vt et tu cum sponsa dicere
queas. Anima mea liquefacta est/ vt dilectus locutus est. Au-
scultа ⁊ recole quid locutus marie magdalene: quid mulieri in
adulterio deprehense: quid samaritane: chananee: zacheo: pe-
tro: centurioni. Ad tot pietatis sermones ⁊ clementie: cui⁹ non
mollescat affectus: viscera liquescant: Ad tam vehementes fla
tus austrinos: etiam de durissimo pectore quantūlibet annosa
L poterat glacies solui. ¶ Sentio me affluentis olei liquore per
Ps.cxviij. fundi/ ⁊ simili affectu liquescere: quotiēs misericordie tue ope
ra ⁊ verba perfecte recenseo. Ignitum eloquiū tuum hoc vehe
menter: ⁊ seruus tuus diligit illud. Diligit quia indiget: ideo
anima mea ⁊ pre gaudio liquescit vbi tu loqueris. Istam lique
factionem oportet vt sentiat omnis sanctus. Nam illa superius
disputata liquefactio non nisi perfectorum est: et eorū non sem
per. In tempore oportuno ⁊ fructuoso ne subducam silētio qđ
mihi suggeritur: breuiter vobis absoluam quod adhuc de hac
liquefactione intellectum concepi. Non cernitis q̃ liquescit
qualiter de quodam rigore et immobilitate moueri incipit: se-
ipsum egredi ⁊ deserere nititur: de tumore ⁊ mole pristina de-
fluit et descendit et euanescit: seipsum ducentem: ⁊ ad humi-
liora loca facile sequitur: vel eadem per seipsum sectatur pre-
currens frequenter ducentis conatum. Magna in liquefactis
ad sequendum mobilitas/ ⁊ prompta voluntas. Intelligitis iā
(vt arbitror) in liquefactis ad obediendum aptitudinem gran
dem: humilis anime affectum tractabilem. Hanc humilitatem
non metus infringit: sed calor amoris informat. Metus men-
tem violenter infringit: amorem emollit: ⁊ teneram ac liquidā
reddēs infringit ad libitum. Humilitas de charitate proſluēs
nil molestie patitur: vltro ad imum tendit: quiescens cum ap-
prehenderit inferiora. Habetis iam in liquefactione humilita
tis illius generose/ habetis ⁊ obedientie expressam sub breui
tate naturam. Vultis ⁊ testimonia: Dominus aperuit mihi au⁹
rem: vt audiam eum quasi magistrum. Audistis loquentem do
minum: audite liquefactum affectuꝫ discipuli. Ego (inquit) nō
contradico: retrorsum non abij. Audistis quomodo sequiſ: au
Esa.l. dite iam ad quam infima. Corpus meum dedi percutientibus ⁊
genas meas vellentibus: faciē meam non auerti ab increpan-
M tibus et conspuentibus in me. ¶ An non iste quasi ad aspe-
ra ⁊ abiecta descendit/ non rigide residens: sꝫ liquefactus effe
ctus tractabilis ad auditum calētis eloquij: Ergo qui huius
humilitatis ⁊ obedientie liquescit affectu: non frigida tumen-
tiq̃ mole immobilis et rigescens / pro suo iure eius sibi verbi
visum gloriose presumit. Anima mea liquefacta est vt dilect⁹ lo
cutus est. O mira vis verbi ⁊ ignita vehementer. Inflammat
cor: commutat renes in nihilum: in cōspectu suo respectu dei
sui animū redigit: a seipso liquescere ⁊ deficere facit: vt iam
anima nō sit secū: sꝫ sicut sequētia cōtinēt huius versiculi. Ego
semp tecū. Ideo nō in se: nō secū: sꝫ cum deo suo est: semp obse
quens ⁊ quantū daſ sequēs sꝫ nō assequēs semp p voto: nec si
Canti.v. lo excellēti modo q̃ spōse cū spōso ꝯpetit. Nā ⁊ hic sequiſ. Que
siui ⁊ non inueni illum: vocaui ⁊ non respondit mihi. Sed ca-
pitulum

pitulū hoc alterius temporis eꝫ et tractatu:ex ocio discutivo seris. Sufficient ista nō pro magnificentia sui/s; pro nostris disputata viribus: qualiter anima sponse liquescit ad loquelam dilecti sui iesu christi: qui vivit et regnat per omnia secula seculorum. Amen.

¶ Sermo.xlv.

A

Cum tibi fuerit dilectus tuus elapsus: non tibi redit ad libitum. Vexatio hec dat intellectum amori ꝛ augmenta affectuū. Nunc visitat: nunc evanescēte visitatione vexat amicam. Varietas hec amantis cor ꝛ desiderium rapit: ꝛ reparat ad visum. Ut dilectus locutus est: liquescit anima tua. Anima tua liquefacta defecit/ferre non valens: ꝛ dilect⁹ tuus declinat. Defectio tua fuga ipsius est. Presente ꝛ loquente dilecto liq̄scis: ꝛ deficis/ꝛ expiras: absente eo respirare permitteris. Absens vires reparat/quas presens exhaurit. Delectationū vehementiā interualla temperant: cuius continuationem ferre non potes. Quid cōtinuationē dico: nōne ipsa te inchoatio reddit exhaustā? Statim enī vt loquitur dilectus: liquescit anima tua. Deniq; ꝛ in sequentibus dicit.

Canti.vi.

Oculi tui auolare me fecerunt. Quomodo dilectū auolare fecerūt: nisi dū nimio affectu i eo defecerūt? Modum nescis: ideo dilectus tuus moderatur: ꝛ presentie tue mēsuram tibi distribuit in tempore. Ideo queris ꝛ nō inuenis: vocas ꝛ non respondet. Attendite fratres vehementiā ꝛ vim amoris. Nec abesse dilectū sustinet: nec sufficit presenti. Ibi vota anhelata laborāt: hic exhausta relinqui patiunt. O felix amor

Canti.v.

qui continua quadā vicissitudine liquescit in ipso: aut querens anhelat ad ipsum. Quesiui ꝛ non inueni illū inquit/ vocaui et

Prover.i.

non respondit mihi. Alibi scriptum est hoc: hoc modo. Querēt me mali ꝛ nō inuenient: vocabūt ꝛ non exaudiā. Quid iam est? hoc ipsum tā cōmune est bonis ꝛ malis? Cur indifferēter vtrisq; te iesu bone subducis? Verum quidem nō indifferenter: s; multum differēter. De malis dicit: querēt ꝛ non inuenient. Sponsa vero non se inuenturā diffidit: sed non inuenisse causat. Quesiui ꝛ

B

non inueni illum: vocaui ꝛ non respondit mihi. ¶ O quotiens quesiui dn̄m iesum meditādo: inuocaui orando: sed nec meditatio effecta est dulcis/ nec pinguis oratio? Ideo nō inueni illū nec respōdit mihi. Nec inueni illū ipsum nec sua: sed supra modum dulcia sunt que respondit mihi. At vtinā mihi frequenter

Job.xiii.

respondeat cum vel lego vel oro. Ita iesu bone responde mihi quantas habeo iniq̄tates ꝛ peccata: scelera mea ꝛ delicta mea ostende mihi. Absconde paulisper faciē tuā/ vt mea mihi feditas salubriter innotescat: vel in meditatione mea vel in lectione sacrarū scripturarū. Tunc enim me inueniunt custodes ciuitatis: doctores sancti: cū meos in eoꝝ scriptis mores inuenio. Tunc me inueniūt: cum mores et vitia depingunt: cū discutiūt cū vulnerant: cum increpant. Sacri scriptores ac si quidā custodes ciuitatis sancte hierusalem (que est eccl'ia) varios aioꝝ inuestigāt affect⁹: ꝛ inueniūt singulorū possessiones: bonos mores: ꝛ morbū quo quisq; laborat: nullius vel cogitatio non inuenitur ab illis. Quotiens illa lego: quasi inuentū deprehensum puto. Illa me exhortationū iaculis feriūt/ illa vulnerant: dū qd integrū arbitrabar sauciū esse cōuincūt. Illa simulationis tollunt velamen: ignorantie vel obliuionis inuolutū false palliū glorie: illa acsi pallio quodā ꝛ dissimulationis spoliāt operimēto: ꝛ elationis ornamento. Illa me quodā presumpte fallaciter glorie pallio spoliāt dū cōsciētie denudāt infirma. Utiliter ergo a custodibus in hunc modū inuenior: quāuis dilectum admodum inuenire non queā. Deniq; iam min⁹ in me in quo glorier minus in quo quiescā inueniens: amoris in dilectū facib⁹ inardesco.

C
Canti.v.

¶ Filie hierusalem nunciate dilecto: q2 amore langueo. Per me non audeo accedere: nō hanc familiaritatē mihi presumo: nō sui copiam mihi adhuc Jesus indulget: ideo filie hierusalem ad vos accedo/ vos ambio: vobis causam cōmendo: committo negociū: nunciate dilecto. Quasi ignorat: dū dissimulat. Custodes spolient/ filie nuncient/ doctores exhortent: exorēt filie. Filie hierusalem nunciate dilecto: q2 amore lāgueo. Nunciate/ ingerite: frequens suggestio dilectū inflectet. Iam exuta sum: iam spoliata sum meipsa: iā idonea dilecto vestiri. Spoliata ꝛ exoccupata mēs lāguet amore/ nūciate dilecto q2 amore lāgueo. Fratres si vos increpatorius doctoris sermo tāgere specialiter videtur: vestros expresse ferire mores: mētis vestre nudare vulnera: vel occultate vel excecate ꝯscientie tollere pallium ad incentiuū amoris non ad odiū illud inuertite fomitem. Cur priuatam trahis ad iniuriam/ quod in commune ꝓfert ad omnes? Forsitan ad te quod dicit respicit te tamen nominatiꝫ non exprimit. Amoris tibi languorem generalis tibi ministret correctio: non murmuris passionem. Et si non dulcis illi⁹ amoris desiderio langues: bonū est si interim langues pudore delicti: si langues penitentia: si timore iudicij configuntur carnes tue.

Convertere in erumna tua dum configitur spina: delictum confitere: et operimenti pallium quo iniusticias dissimulanter abscondis sine vt tibi tollat: noli pertinacius/ noli strictius hypocrisis te pallio operire: inuoluere tegumento. Nō cōuertetur ad te iesus/ nisi simulatiōis et fallacie a te fuerit ablatū velamen: qd tibi confusio quedam et displicendi met⁹ pretexuit. Operuit confusio faciem conscientie tue. Aufert velamen confusionis ꝯfessionis induere. Nā et dn̄s confessionem induit confessionem: nō suam/ sed tuam. Hoc se ornarū pallio reputat hoc a te mutuatur: hoc illi palliū trade: qd affectuose tollit ꝙ sit pignus amoris ꝛ reconciliatiōis signum. Tunc incipies amore languere: cum prius penitētie fueris affectibus lāguida. Tūc te incipient filie hierusalem commēdare dilecto. Tūc celestes spiritus ꝛ anime spiritales congratulantes languorē nūciabūt

D

amoris. ¶ Sed nos ex abundanti sup penitentie statu versam⁹

Canti.v.

hunc locū: cu ius tota facies perfectiore quedam videt spirare: ꝛ eius cōrona gratie que spōse meretur cōditione censeri. Quesiui inquit et non inueni illum: vocaui et non respondit mihi: inuenerūt me custodes ciuitatis. Meditādo querit: vocat orādo audiēdo doctores inuenitur: pcutitur: vulneratur: exuitur. Et ne qd desit ad cumulū: filiaꝝ hierusalē (fideliū scilicet animarū) commendatione adiuuat. Quattuor hic quedā aduerte vel in illa vel circa illam inuestigationes: vota: precepta: ꝛ p̄ces. Inuestigationes meditationis: desiderij vota: p̄cepta doctoꝝ ꝛ sanctoꝝ orationes. An nō doctoꝝ precepta et exhortationes frequēter cōmode sentiuntur ab his quos et anxia inuestigatio ꝛ sincera oratio poterat lassare? Nōne pigra vota verborū sepi⁹ stimulis excitantur? Deniq; q̄ feruida sunt: his fomitibus efficiunt ferventiora. Inuenerunt me custodes ciuitatis. Boni et prudētes magistri: vago quodā ꝛ quasi venatico genere dediti vtunt: ꝛ varios ad mentiū status vertunt sermonē: si forte inueniant quē tangāt: quē stimulant: quē permoueāt: si quis audiētium glorie ꝛ dicat.

Canti.v.

Inuenerūt me custodes ciuitatis/ percusserunt me ꝛ vulnerauerūt me. Quo qs perfectior est: vulnerat facilius/ ꝛ tener affectus: verborū citius sentit aculeos. O felicem animū ad quem tā sublimia exhortationis iacula veniunt quam inueniūt suis aptū vulneribus: quando non abeunt retrorsum: auditorum vel duricia/ vel stoliditate repulsa. Nō sunt passim huiusmodi iacula fundenda/ nec in omī multitudine: s; tantū vbi idonee mētes credunt inueniri: quas tā excellēs doctrina nō effugiat. Quasi fulgura sunt hec: summa feriunt: submissa effugiunt: summa inueniūt/ si summa fuerint. ¶ Ideo dicit.

E

Inuenerūt me custodes ciuitatis: pcusserūt me: vulnerauerunt me: tulerunt palliū meū. Tulerunt palliū quo inuolutus erat penaliter. Adam prioris simplicitatis splendore nudatus tulerunt imaginationum operimenta: quib⁹ impediebatur intrinsecus palliū figurarū: velamē tulerūt: veritatem intulerūt. Reuelata nudata/ simplex vitas gignit feruorē amoris. Ideo filie hierusalem nūciate dilecto q2 amore lāgueo. Quādiu nō placet: nō rapit affectū: nō succēdit perfecta veritas: quantūlibet sincere se frui quis putet aspectu intelligētie: velamen patitur/ opperimentū lippitudinis/ obductionis palliū. Cū autē ablatū hoc velamen fuerit tunc rutilat veritas: tunc scintillare succēdit amorē: tūc alios ad ꝯgratulandū q̄ hoc patit poterit inuitare dicēs.

Canti.v.

Nūciate dilecto q2 amore lāgueo. Videte iudeā: q̄diu sub legis operimento latebat veritas: q̄diu cecitatis ipsa tollerabat velamē/ metu torpebat: affectu rigido nil poterat dulce sentire: nec vulnerari iaculo charitatis. Cū aūt cōuersa ad dn̄m velamen deposuit: cū ablatū hoc illi palliū erat: tunc cepit gloriose huius confessionis verbum vsurpare. Filie hierusalem nunciate dilecto quia amore langueo. Tunc gloriata de noue ꝛ insolite dulcedinis gustu: filias hierusalem ad gratias agendum inuitat: ꝛ sue gentis consortes exemplo sollicitat. Audi deniq; quid tali sollicitatione prouocate respondeant.

Canti.v

Qualis est dilectus tuus: ꝛ q̄remus eum tecum. Vides quomodo participes fidei huius ꝛ doctrine fieri querant in nobis. Docte qualis est dilectus tuus: ꝛ queremus eum tecū. Fac nos tante consortes gratie: vt querēdi studio amoris incipimus affectu languere.

F

¶ Sufficiat interpretatiōe mystica hec ꝯstrinxisse breuiter. Iā ad id redeam⁹ cui⁹ ex occasiōe in hūc sumus locū delapsi dū ablati pallij vtilitatē exposuim⁹. Nā inde est sumpta occasio q2 ait. Tulerūt palliū meū. Hereamus ad hūc paululū hoc in loco: explicem⁹ hoc pallium. Nō est enī simplex palliū quo etiā sancte mentes inuoluunt. Est enī diplois: idest duplex pallium fortasse triplex: et quadruplex: quot vobis palliorum genera proposuimus. An non adhuc graue ꝛ onerosum satis est pallium animarum cura: ꝛ administrande necessitatis sollicitudo? Propria incōmoda expressius loquar. Noui quid sit hoc pallio premi: q̄ arentem sortitus sum terram et ficulneam sterilem. Iam multi elapsi sunt anni q2 viuo in monasterio/ querens fructum in eo et non inuenio. Quotiens spes

nostra elusit fefellit operam expectationem nostrã frustrauit? Jure onerosum hoc pallium dico: et eo magis onerosum quo minus vtile. Nam onera sollicitudinis leuiora sunt que prouentuum leuat vbertas. Ve mihi q inuenerunt me custodes ciuitatis: et aliquid in me dei dignum honore se inuenisse putauerũt percusserunt me: vulnerauerunt me: tulerunt palliũ meũ: et plagis impositis abierũt semiuiuo relicto. Tulerunt palliũ meũ: pallium simplicitatis: pallium lucis. amictuz leticie: ardentis vestimẽtum affectus. Quotiẽs solebam huiusmodi pallijs totus inuolui: foueri in croceis? Nunc autem tota die mente amplector et verso que paulus arbitratur et sunt communia. Hec dulcia: hec gloriosa mihi pallia tulerũt: onerosa induerũt. Ah hec tollentur a me? Quando proijciam hec: si tamẽ proijcere licet? Felix dies hoc exutus et expeditus pallio: liberiore vos ad congratulandũ mihi inuitabo affectu filie hierusalem cum vos (que nihil estis ex parte huius qualẽ nũc deploro) pro renouato in vobis amoris languore gratias refertis. Miser quidem est qui hmõi pallio spoliatus: merore et molestia tabescit nõ lãguet amore. Que sponsa est/ sic spoliata vel officio sollicitudinis vel visu: non fastidio languet: sed amoris studio. Ideo ipsa alias ad congaudendum sibi et gratias agendum dilecto exorat. Ecclesia primitiua cũ querere xpm in iudea repulsa est. Pulsa non inuento ei loco in eis: non inuento sibi Jesu: transiuit ad gentes/ quesiuit in eis/ vocauit: et in multis non inuenit non accepit responsum: nisi mortis responsũ.

G

¶ Denique a principibus huius mũdi quasi custodibus ciuitatis quomodo vulnerati/ spoliati bonis laniati corpore: carnis sue exuti pallio cum vitijs martyres nostri: inter tanta et tot flumina et gurgites tormentorũ non est in eis extincta charitas: sed magis augmentatus quo languebãt amor. Jocũdũ plane mihi videt ex presentis occasione verbi: martyrũ (inter tot vexationũ et mortis genera) charitatem indefessam recolere: quomodo passiones corporis passione intrinseca temperabant amoris. Nam si ad illos hunc locum referas: non est querele sed glorie vox ista qua dicunt. Percusserũt me/ vulnerauerũt me: tulerũt pallium meũ custodes murorũ. Eo modo nos oportet non egre ferre: si quãdo nos spoliant vel molestie sollicitudinis non bone aut periculose coactionis quo stricte inuoluimur pallio custodes murorũ. Jecit Helias palliũ dum raperetur/ fugit Joseph dũ tenetur: sponsa tulit dum tolleretur. Speculi et imaginis velamen proiecit Helias raptus ad faciem. Mundi ornamenta velut magna onera fugit ioseph sentiens fomitem. Sollicitudine exuta: dilecti liberius captat sponsa fauorem. Imaginatione quasi velamine tenetur intellectus: ne sinceram contempletur veritatem. Honorũ et dignitatum affectu obuoluitur pallio: ne libere pergat in ea que dei sunt. Sollicitudo omnem in anima leticiam obnubilat: imaginatio obscurat: honor tẽptat. In primo tenebre: in secũdo illecebre: i tertio labor. In primo caligo: in secũdo cupiditas: in tertio cura

Canti.v.

iiii.reg.ii.
Genesis. xxxix.

H

¶ Tulerũt pallium meũ custodes murorum. Boni custodes bene norunt cui curarũ impedimenta tollant: quam exonerent animã et ad delicias ducãt dilecti sui: reddant expeditam ad delectandũ et ad querendum. Nã frequẽter elabitur: nec querere potest nisi expedito affectu. Norunt ergo boni custodes cui parcãt ab oneribus et actionũ angustijs molestijsque vt expeditius in occursuz amplexũque properet verbi: cui pallium persuasionibus auferant suis. Exui me (inquit) tunica mea. Hoc quidẽ in anterioribus dicit. Tulerũt palliũ meũ nude et pure simplicitatis, innotescit et libero affectu in amoris negocijs tulerũt palliũ meũ. Quodam modo dicẽtes. Quid cõpedita curis q̃ris dilectũ? Quid istas tecũ voluis molestias? Si nõ penitus depone officiũ: cur non sollicitudines ad horã saltem seponis? Nõ detractamus studijs sed instantie volumus detrahas. Noli nimietatem questus: necessitatis verbo retexere. Quid bonũ in te sinis ingeniũ terrenis obrui? Quid illos emularis. In oneribus positi/ iumentis cõparãtur: terrenis inhiãt: terrena mandũt/ studio ruminãt: vorãt affectu: ponunt in sublimi/ sz voluutãtur i limo. Noli emulari in istis vehemẽtibus/ nec zelauer, hãc faciẽtes iniq̃taẽ. An ne iniq̃tas et ineq̃litas multa ad trãsitoria intẽsuz ipẽdere aim/ ad eterna remissuz? Quid q nõ sp itẽdũt negocijs? Quid qd q̃dã sub obtẽtu puidẽtie necessitatis: et ab ope manuũ et a meditatiõe ac studio scrutãde vitatis excusant se: plus dãt negociatiõi q̃ queti: plus scurrilitati verbor q̃ scripture sacre collationi: plus ocio q̃ opi: fratrũ officinas circũeũt et cellas: ociose/ curiose/ verbose. Noli emulari in sic negociãtibus: nec in sic ociãtibus. Ocia vl oblata vel parata i vsuz amoris/ in sapiẽtie meditatione: in dilecti vl q̃rẽdi studiũ vl inueniẽdi cõplexũ tota cõuerte. Hmõi et his hortamẽtis/ tulerũt palliũ meum custodes murorum. Custodes isti sunt de quibus ait Esaias. Sup muros hierusalẽ custodes cõstitui: tota die et tota nocte nõ tacebũt. Sz nos iam hic taceamus a sermone hoc: orationũ et laudũ debita

Canti.v.

Esa.lxij.

soluentes: ore aliquãdo taciturni: animo semp reddẽtes solẽnia laudum domino Jesu regi et sponso celesti per infinita secula seculorum. Amen.

¶ Sermo.xlvj.

I

Ordo conueniens. Post exhortationẽ doctorũ: orationũ a sodalibus suffragia videtur orare: nõ simpliciter rogare/ sed cũ obtestationis obsecratione Adiuro vos filie hierusalẽ: si inueneritis dilectuz vt annũcietis ei q: amore langueo Adiuratio vehementiã precandi manifestat. Anxia vota suis nesciunt esse contenta meritis: ideo aliene precis mendicant suffragia. Perfecta humilitas de meritis semper alienis psumit. Adiuro vos (inquit) filie hierusalem: si inueneritis dilectum. Conditio ista non dubitantis est: sed cum temperamento rogantis ac si dicat: si inueneritis: hoc est cũ inueneritis: conditionaliter suspẽdo: nõ ambigens: de inuentione vestra: sz magis consulens verecundie. Nam sub conditione suscipiti hec vobis dici tempẽrantius auditis: q̃ si dicat precise: cũ inueneritis. Non veret ne suspensiuã rogationẽ ad iniuriã trahant: nouit verecundiã filiarũ hierusalẽ: nouit humilem spiritũ et q tenerẽt pudorem. Plus lederet precisa diffinitio q̃ suspensa cõditio. Si (inquit) inueneritis. Dico si inueneritis: non dico cum inueneritis. Illud dico: sed istud intelligo. De meo affectu dubitatio ista nõ prodit: sed effectui vestro et humillime existimationi de vobis ipsis morem gero. Si inueneritis: hoc est cum inueneritis memẽtote mei: cũ bene vobis fuerit tunc mementote mei: vt suggeratis: vt annuncietis dilecto. Non oportet in huius loci disputatione morari: ad mores vestros fratres vos mitto. Recolite qualiter [illegible] q̃ humili affectu/ quanta votorũ instantia: et cũ adiuratione orationũ mendicatis solatia: nõ q omnes auderetis petere nunciari de vobis q sitis amore languentes. Alibi soletis inuicẽ languorẽ deplorare: nõ gloriari de isto. Et si potest quis ad horam gloriari: nõ expedit quidẽ: ne forte immissione inanis glorie gloria vestra nihil sit.

Canti.v.

K

¶ Sunt tamẽ non nulli qui conuersationis iudicio et oris officio diuini in se languorem amoris occultare non possunt. Concepta nõ potest nõ aliquando amantis os parturire. Nam ad aliorum consolationem verbum latenter elicit spũs interiora replens: infuse gratie copiam eructat. Denique et in hoc loco sponsa non loqtur: sz spiritus est qui loquitur in illa. In collationibus sanctis suspiria: singultus de imis prodeũtes precordijs crebri gemitus: nõne sunt quedam eructationes spiritus et concepte gratie? Talibus indicijs nonne se prodit languor amoris. Nõ est occultatus languor quando gemitus non est absconditus. Ipse se prodit languor: cum hec producit indicia. Quid ergo percepta [illegible]ione quandam admirationis vim habent: vt eos qui hec deprehendunt ad congratulationis promoueant affectũ? Etiã si sermo sileat conuersationis pie sanctitas rogat. Cõmendari vult: dũ se quibusdã prodit indicijs. Quid enim? Cuz aliquando celestẽ hunc reprehendero amorem: nõne habebo quasi adiuratum puteum: vt propensas pro eo gratias agam? Num cõmendabo precibus pijs conceptum languorem: quem gemitus altus prodit? Durus ego si non tã sanctam et diuinam in fratribus passionem: qua possum orationis instantia fouẽ supplicatione commendẽ: replicẽ et annunciẽ dilecto si copia detur. Quid tu quid fratrum mauis vitia numerare q̃ virtutes/ dãna q̃ dona/ condemnare q̃ cõmendare? Si te ad comendationẽ adiuratũ non sentias: non est iam hierusalẽ filia: sed filia babylonis. Filia babylonis misera quis retribuet tibi retributionem? retribuetur enim tibi. Dedisce babylonis filia esse: barbaros depone mores. Desine in sanctis numerare magis detrimenta q̃ lucra. Sufficiat tibi iniuriandi malicia. Noli saltem foris nunciare: noli pdicare sodalibus tuis. Nã sodales spõsi aurẽ nõ accommodent si deroges spõse. Ipse sponsus egre audit iniurias dilecte. Cuique dicis: illi dicis. Auris enim zeli audit omnia. Temerariũ est dilectã pdẽnare dilecto. Bona sibi mauult nunciari de spõsa: re pmẽdatiõi prõpt aurẽ pbet. Nouit hoc spõsa: iõ dicit. Adiuro vos filie hierusalẽ/ si inueneritis dilectũ vt annuncietis ei q: amore lãgueo. Ut ãnũcietis inquit.

Canti.v.
L

¶ Annũciatio pcationis tz effectũ. Humanũ recogitate morẽ i rogãdo. Nã apud misteratorẽ alicuius pmẽorare miseriã: ipz rogare ẽ. Efficax pcatio est modesta suggestio oppssi infirma exponere: fortũe infelicitatẽ insolẽtiã hostiũ. Hec (inquã) exponere in aure potẽtis: qd aliud est q̃ ipm verecũda qdã pce ad auxiliãdũ inflectere? Quot in locis apd psalmistã hũc pcis modũ inuenies? In euãgelio legit. Maria ad iesum. Uinũ nõ hñt. Nõ pcat dñm: nec iperat filio defectũ vini tm nũciasse pterea. Cũ bñficijs/ et ad liberalitatẽ ppẽsis ita agẽdũ est: nõ est enim gra violẽter exprimẽda/ sz proponenda occasio. Cõmenda spõsam spõso: dotes eius enũera. Nõne hoc est eius inflãmare concupiscẽtiã: stimulos adhibere? Annunciate

Johan.ii.

ciate dilecto. Hoc nunciare ipsum prouocare est ad rependendam vicem: ad refocillandū amore languentem. Ipse consolationes disponit in corde suo: sed nostris expectat precibus cōpelli. Qd facit: faciet citius nobis pulsantibus: fortasse ꝛ vberius. Dilatio hec cruciatū mihi parit: sed consolationis parturit cumulū. Multiplicatis precibus: expectata solatia vberiꝰ refundet. Nunciate dilecto/ qꝛ amore lāgueo. Vos nūciate quibus patet ad dilectū familiaris accessus. Vos nūciate que nostis ex parte quanta sit amatorū virtus languoris: ꝙ sit fortis vt mors dilectio: ꝙ sit vt infernus emulatio dura. Adiuro vos vt annūcietis: qꝛ amore langueo. Narrate ꝛ annūciate et exaudiet vocē vestrā vt refoueat vota mea. Annūciate qꝛ amore langueo. Nō languet amor: sꝫ lāguet amans. Ubi viget amor ibi viget lāguor: si absit qd amat. Quid est lāguor nisi affectio quedā de absente dilecto amantē conficiēs? Amor vehemens patiētis simul afficit ꝛ carnē ꝛ mentē. Illius extinguit lasciuiā huius ꝛ leticiā perstringit. Carnis extinguit motus: mentis hilaritatem perstringit: quodā tristi affectu ꝛ desiderio absentis dilecti. Languet caro: dū eius languidior ꝛ remissior motꝰ efficitur. Lāguet animus dū estuātis voti nimietate cōficit. Carnis languor est motus eius vel nullus vel perexiguus. Anime languor est motus eius nimius. Nōne eoipso caro conficit quo mens abstracta ab eius amore in alia quedā auertitur? Carnis motus nō sentitur: dū animus sentit vehemētior factꝰ. Vix sustinet aliquotiens quidem nec sustineri potest: quando nimiꝰ exestuans amor patientis animi vires exhaurit. Que est enim humane mētis fortitudo vt sustineat: cū eam ille celestis amor sponsi impatienter exagitat? Liquefactus in hac exercitatione se fugit animus: amoris violentiā ferre non valens. Sic enī in consumpta materia ꝛ iam deficiente: languidiora reddūtur ignis incendia. Et deus noster ignis consumēs est. Sentit omnino vim sermonis huius q vehementiori languet affectu: i meditatione dei sui delectatus ꝛ exercitatus ꝛ deficiēs. ¶ O potens ꝛ prepotens passio charitatis: si non temperatur nō toleratur. Iure potens ꝗ animū quē possederit: suꝑplius efficit impotem. Cum semel fuerit accensa in mente: attingit a fine vsqꝫ ad finem fortiter: facit ad qd venit: ꝛ ꝓsperatur ꝛ crescit: nec deficit: donec deficientem reddiderit animā. Sicut enim hic corporalis languor non est semper equalis vehementie: sed est aliquotiens eius intensior passio: sic ꝛ amoris affectio: ꝛ si iugi desiderio se tendit in dilectū: aliquando quidem intentioribꝰ votis exestuat hora orationis maxime. Tūc quidē languet amās quia spiritus vehemens pertransit in illo ꝛ non subsistit. In exitu hore illius dicere potest. Filie hierusalem nūciate dilecto qꝛ amore liquesco. Ante hanc horā languor est: sed in exitu eius in liquefactionem vertit languor. Ideo cum tu oras nō sinas animū fluctuare: non declinare ad alia/ vt cum felici fuerit hac passione tactus: ad illam se stringat donec plenꝰ inficiat ꝛ percurrat et consumat. Non enim desinet quousqꝫ totum percurrat: ꝛ ebibat hominis spiritum. Sic vir desideriorum elanguit. Daniel ex visione celesti/ vt nihil viriū remaneret in ipso. Cum pertransierit illa vehemens passio: ad tolerabiliorem quēdam ꝛ humanū magis languorem sponsa redit: qui ei continuus est qui tam concitatus non est. Hic planeꝛ si non deficit: tabescit tamen absentis amore dilecti. Bonus hic languor per quē carnalis affectus se lāguide mouet. Aliud est si impetus carnalis fortiter surgens: fortiore superueniente reprimitur: aliud si languens ꝛ quasi expirans: moribūdo pulsu molliter tēptat. ¶ Sētio adhuc alios quosdā languores molestos: omnes vtiles tamen/ languorē timoris/ languorē tedij/ lāguorē tristicie. Quidni consumat timore ꝛ merore pre conscientia nequiter trāsacte vite: timore pro facilitate vite inter laqueos: agēde vite tedio in imagine transeuntis vite. Uniuersa enim vanitas omnis homo viuens. Utinam tibi domine alique filie hierusalem nūciēt languores meos: si qui sunt in me qui cōmendari tibi digni sunt Nam multi sunt in me indigentes curari. O me felicem si aliquis centurio celestis dicat tibi. Dñe puer meus iacet paralyticus in domo: ꝛ male torquetur. Utinā dñe statim respōdeas. Ego veniam ꝛ curabo eū. Dic dñe verbo ꝛ sanabor. Uerbo enī sanas/ qꝛ verbū es. Magna curationis virtus in verbo: ꝛ qd tu es dñe: ꝛ qd a te per tuos est. Sensit hoc cēturio q dixit. Domine dic tantum verbo/ ꝛ sanabit puer meus. Sed vacuus est tamen oīs sermo docentis: si tu dñe intus nō loqueris. Dic verbo ꝛ sanabitur languor meꝰ: forte ꝛ generabit in me languor te loquente vt ego dicere audeā. Filie hierusalem nunciate dilecto qꝛ amore langueo. Bonus vterqꝫ languor siue vehemens ꝛ concitatus/ siue hic continuus ꝛ temperatꝰ: nisi ꝙ in eo iste cōtinuus nō est: ꝙ frequēter non reuertit ad ipsum: ꝓpter incontinentiā ardentis desiderij excrescēs ꝛ non se compescens. Nō cōuertit donec deficiat iterū. Si ad horā diligis: ꝛ post horam desistis non est amor. Si diligis ꝛ ex amore absentis dilecti nō tabescis: non est languor. Ut ergo amor lāguor sit: habeat vtrūqꝫ ꝛ cōtinuationem ꝛ cōfectionē. Nūciate (inquit) dilecto quia amore langueo. Qui in infirmitatibus sunt: languores nūciari volunt medico: que dilectionis sunt amico. Illi quidē vt curentur: isti autē vt recreent. Emulamini fratres meliorē habere lāguorem: quem sicut absentātis se dilecti desideriū creat: sic se presentātis delectatio recreat domini iesu sponsi ecclesie ꝛ anime sancte. Qui viuit ꝛ regnat per oīa secula seculorum. Amen.

Deu. xliij
A
B
Dan. x.
Ps. xxxiij.
Mat. viij
Ibidem.

¶ Sermo.xlix.

Qualis est dilectꝰ tuus ex dilecto o pulcherrima mulierum: qualis est dilectus tuus/ quoniā sic adiurasti nos? Magno ꝯfuse videntur affectu interrogationes iste tam vehemētes. Arbitror in filiabus hierusalem ex cōfabulatione sponse languētis simile languorem aut creatū vt sit: aut excitatum vt auctior sit. Et in sequētibus dicunt. Quo abijt dilectus tuus ꝛ queremus eum tecum: quasi dicāt. Queremus tecū: sꝫ ꝛ nobis queremus illo tecum frui volentes. Deniqꝫ nō dicunt: queremus tibi: sed queremus tecū: participiū inuentionis optātes ꝛ sibi. Magna vtrinqꝫ humilitas ꝛ in spōsa/ ꝛ in filiabus hierusalē. Illa se rogat cōmendari spōso: ipse se instrui rogāt de spōso: nec simpliciter: sꝫ illa cū adiuratione: he cū ingeminatione. Nō est enī leuiter rogantis vel ꝙ illa adiurat: vel ꝙ iste ingeminant. Qualis est (inquiūt) dilectus tuus ex dilecto? Qualis est dilectus tuus: quoniā sic adiurasti nos? Utiliter adiurate sunt q sic animate sunt. Nō est exigua sancte collationis vtilitas. Uerbū est ꝛ quo charitatis languor generat: ꝛ quo infirmitatis curat. Nouit Centurio vim medēdi efficacem in verbo. Ideo dicit. Dic tantū verbo. Bonū est si dicant verba: sed nihilominꝰ bonū est si scribātur verba. Uolat enī irreuocabile verbū: nisi scripto mandetur. Scriptura verbū ꝛ stabile facit ꝛ visibile: mandatū pagine reposcet cum voles. Bonus repositarius est liber: integre qd acceperit resignans: cū voles sumes: vbi voles leges: ꝙdiu voles moraberis. Scriptura memorie reparatrix est: qꝛ verbi representatrix est. Tuto verbi medicamēta illic condis. Seruantur enim illesa. Si verbum medendi vim habet cum dicit: cur non habet cum legitur? Si bona curatio cū dicis: cur non bona cū legis? Nō curetur hoc modo lāguor meus: hoc est dicere: q primo audit verbi vtilitatem capiat: ad posteros ꝛ longe positos non pertingat: vbi primo sonat ibi suffocetur: exhauriat omīs eius cōmoditas auditu primo: eterno prematur silentio. Non iterum cadat in terram bonā vt fructū faciat. Hoc medicamentū qui primus acceperit conualescat eger/ virtutem eius post illum presentiat nullus. ¶ In piscina illa post aque motum sanabatur vnus: sꝫ in vno illo signata est charitas/ non singularitas. Post primū curatum nō est dictū de piscina illa. Exinanite exinanite vsqꝫ ad fundamentū in ea: aque salutaris nec vestigium maneat. Bonus aque motus disputatio/ et exagitatio sacre pagine. Bene enim mouetur: cum prudenti ventilatione ad spiritualem promouetur intellectum. Bene mouetur: cū eius discussione auditor promouetur. Sicut medicamentū sic et cibus est verbum. Et quomodo dicitis: cibus quē vos operamini pereat/ non permaneat. Sed tamen non est passim omnibus hec permittenda licentia: nec aque motus sanabat/ nisi cum angelus descēdens tempore suo mouisset eam. Ille vtiqꝫ angelus cuius labia custodiunt scientiam ex cuius ore est exquirenda legis scientia. Ergo (quod quidem fatēdum est) magna texendi verbi salutaris vtilitas: sed cum alicui hoc opus permittitur / vel magis cum exigitur ab eo. Ideo non videtur (nostrorum redarguēda cautela maiorum) q superabundans non nocet) q generaliter imponit silentiū: ne aliquibꝰ vtiliter indulta licētia: alijs ꝑsumptiosis temerarie scandalū fiat: simul ne quādū in onere sibi nō imposito occupat: ociet ab imposito. Et vt reuertamur ad ꝓpositū. Multū excitate ꝛ animate sunt ex collocutiōe ꝛ adiuratiōe spōse filie hierusalē. Quomodo nō animentur ad rogandū de pulchritudine ipsiꝰ: ꝓ cuiꝰ amore sponsam languentē ꝛ fere exanimatā vidēt? Deprehensus in sponsa languor amoris: in hāc illas querēdi curiositatē ꝓtraxit. Uidētes enī in spōsa amorē eē vehementē: cās et irritamēta tāti affectꝰ arbitrant i spōso. Affectuose querūt qualis sit in spōso pulchritudo: de quo nō possunt nō ꝑsumere q̄ admirabiliter pulcher sit: ꝛ spōse pulchritudinē in argumentū assumunt pulcherrimi spōsi. ¶ Qualis est dilectꝰ tuꝰ ex dilecto o pulcherrima mulierū? Pulcherrima mulierū ecclesia est: q singularū animarū pulchritudo est. Pulcherrima est in qua oīs pulchritudo est/ ꝛ deformitas non inest. Deniqꝫ ꝛ qua ex parte de ecclīa sunt: deformes nō sunt. Si qbꝰ videt inesse deformitas: ꝛ si aliqbꝰ de mēbris eiꝰ ad horā respergit deformis macula: nō tñ imputat dū non immoratur. Fortasse plus accipit pulchritudinis post maculam detersā: ꝙ deformitatis cōtraxit subito respersa. Bene

C Canti. v.
Ibidem.
Mat. viij.
D
E Canti. v.

ita ꝗ pulcherrima ⁊ omnem pulchritudinem habens/⁊ omni fe=
ditate carens. Sed ⁊ multe fideles ⁊ spirituales anime in eo
pulcherrime sunt: ꝙ aut ꝑ sanctā cōuersationē maculā nō ad=
mittunt: aut per sollicitā ⁊ sincerā cōfessionē subinde diluunt.
Pulcherrima est quodāmodo nō oēs alias excellēs: sed nō ex
cedens. Quasi excessus nō est vbi situs regressus est. Pulcher
rima ergo est: decorem ⁊ cōfessionē induēs: amicta lumine sicut
vestimento. Pulcherrima est que per ipsum lumē est amicta lu=
mine per cōfessionē: per cōuersationē existendo lumen ipsum.
Qualis est dilectus tuus ex dilecto o pulcherrima mulierum?
qualis est dilectus tuus? Non vacat multo effectu hec ingemi
natio: nec mysterio vacat. Et si ita dixisset: Qualis est dilect⁹
tuus ex dilecta sicut dicit. Qualis est dilect⁹ tuus ex dilecto:
nemo ambigeret quin alterū referendū esset ad eā generatio=
nem que est ex patre: alterū ad eā q̄ est ex matre. In vtraꝗ em̄
mirabilis est ⁊ cōcupiscibilis nimis: sꝫ ex cōiunctione mirabi=
lior multo. Naturarū duarū alterutrā aut cū patre habet/aut
cum matre cōem. Cōiūctio ista propria est. Ibi personalis ei⁹
proprietas cōmuniter cōsideratur in istis: q͛ integraliter consi
citur ex istis. Cōstat em̄ ex duabus naturis: sꝫ nihilomin⁹ con
stat in duabus illis: ex cōiunctis cōstat/⁊ in singulis constat.
Ex cōiunctis ⁊ nō in singulis cōstat proprietatis eius integri
tas: per quā simul distat ⁊ a patre ⁊ a matre. Nō em̄ alterutro sꝫ
in copulatis distat ab vtroꝗ: ⁊ quolibet q̄ nō est ipse. In singu
lis ⁊ in copulatis consistit naturalis eius essentialitas: ſm q̄d
⁊ simpliciter ⁊ per se deus est sicut ⁊ pater: ⁊ simpliciter ⁊ per se
homo/sicut ⁊ mater. Nō est ex patre ⁊ ſm q̄d de⁹ ex patre ⁊ ſm
q̄d hō. Ideo tot⁹ dictus est deus: ⁊ totus dictus est hō. Nō to
tū qđ ipsum est: sꝫ qđ ipse tot⁹: nec q̄si in omi parte sit de⁹/ ⁊ in
omi parte hō: sed q͛ nō est ꝑ parte deus/⁊ pro ꝑte hō. ¶ Qđ ḡ
dicitur totus deus ⁊ totus homo magis partes excludit ꝙ col
ligit essentialē simplicitatē in vtraꝗ natura inducēs: nō ꝙ vtra
ꝗ essentia simplex sit: sed ꝙ ipse simpliciter est vtroꝗ. Propter
qđ ⁊ habitu inuentus dictus est vt homo: q͛ cū nō sit cōnatura
lis diuinitati humanitas: per susceptionē tamē in persona iesu
quasi habitu quodā est vestiens ⁊ cooperiēs eā. Nō est diuine
nature humana natura cōnaturalis: sed tm̄ persone ipsius iesu
que humane nature ꝓpria sunt naturaliter insunt. Sic est in na
tura hoīs ꝙ naturaliter est homo/ verus homo ⁊ vere hō. Ve=
rus homo ꝓpter veritatē anime ⁊ humane carnis. Vere homo
q͛ vere constans ex anima humana ⁊ carne: ex veris cōstās: et
vere constās: nō tm̄ vera habēs/⁊ vere habēs partes humani
tatis: sꝫ vere etiā existēs ex ipsis. Naturales habens ⁊ natura=
liter habēs: sicut naturalr̄ de⁹: ḡ ⁊ ḡnaliter ⁊ nō tm̄ habitu hō.
Iure ḡ sicut in veritate diuine dr̄ extare nature iesus: sꝫ ⁊ in ve
ritate hūane nature credit: vtrasꝗ naturas habēs ⁊ naturalr̄
Ideo filie hierusalē distincte querūt qualis sit ſm vtrāꝗ ꝑtē:
de ḡnationis ipsi⁹ optātes ⁊ natura doceri. Qualis est dilect⁹
tuus: In natiuitate diuina est dilectus ex dilecto: in natiuita
te humana factus est dilectus ex dilecta/nisi ꝙ nō tā est ipe di
lectus ex matre ꝙ ipa est effecta dilecta per ipsum. Totū ha
bet qđ hꝫ dilectus ex dilecto: sꝫ nō totū a dilecta: magis autē
totū habet qđ habet ipsa ab ipso. Ideo cū primū rogant filie
hierusalē: qualis est dilect⁹ tuus ex dilecto: nō simpliciter ad=
iungūt qualis est dilectus tuus ex dilecta: sed simpliciter qua
lis est dilect⁹ tuus: ꝙ ibi supra capacitatis sue vires vota por
rigunt: corrigūt incontinenti ad humaniorē quādā ⁊ magis mo
destam se conuertentes. ¶ Possum⁹ tamen vtroꝗ sensu hoc in
telligere vt aut interrogatio ꝓpter geminā in iesu naturā acci
piat cōgeminata: aut illa prior quasi incapabilis hac sequen=
ti sit reuocata: ac si dicant. Qualis est dilect⁹ tuus ex dilecto
o pulcherrima mulierū? Huī⁹ te fidei veritas quā tenes de ḡna=
tione dilecti de dilecto: inter oēs oim ꝓfessores sectaꝝ te pul
cherrimā facit. Ista fides te mūdat: ista venustat: qua dilectū
tuū dilecto ex quo est equalē defendis. Talis est qualis ipse a
quo est. Mira equalitas/⁊ mira qualitas. Equalitas illa idēti=
tatē valet: q̄litas substantialitatē. Si essent due nature: vtra
ꝗ summa vna in patre: in filio alia: esset q̄dē equalitas/nō esset
idētitas: sꝫ equalē sibi aliā diuina natura nō admittit. Vna nu
mero in vtroꝗ est qualitas/⁊ substātialis qualitas/immo sub=
stantie qualitas: ideo filiū qualis est pater talē esse est ⁊ ipsum
qđ pater est esse: qualis pater est talis ⁊ filius: ⁊ ipsa qualitas
est vterꝗ: cōsubstātialis est illi/⁊ eadē est cum illo substantia.
Substātia nō tm̄ subsistere cōferēs: sꝫ ⁊ ipa subsistēs/viuēs po
tens/intelligēs. Talē predicas dilectū tuū ex dilecto/talē dif
finis. ¶ Si fieri pōt huius fidei nobis rationē edissere ⁊ suffi=
cit nobis. Ostēde nobis patrē ⁊ sufficit nobis. Quomodo scie
mus qualis est dilectus tuus ex dilecto: si nō edoces qualis est
dilectus ex quo est? Sed nō est hoc aut huius tēporis/ aut hu
ius capacitatis nostre: sꝫ sufficit credere q͛ talis est qualis est
pater? Quis nō sufficimus cōprehēdere q̄ illa qualitas est: do

F

Phil. ij.

G

H

ce qualis ſm humanitatē est ſm quā dilect⁹ est ex dilecta. Do=
ce ⁊ dic q̄lis est dilect⁹ tuus. Delectat nos de ipso iam audita
reaudire. Replica nobis que de dilecto tuo/ vel credi debent
vel capi valent. Vtraꝗ audita nos vehementer delectāt: et q̄
incapabilia nobis sunt: nos tamen capiunt illa: eo ipso admira
tionis ⁊ amoris estu capti sumus: q̄ te sic captam/sic arreptā/
sic estuantē videmus. O qualis est o ꝙ amabilis est dilectus
tuus: cuius in te semper amor capit augmenta qui tibi fit sem
per de dilecto dilectus: immo de dilectissimo semꝑ dilectior:
cuius te facit amor pulchrā: experientia auidam: auiditas an=
xiam. Anxia est enim et affectuo votiui ꝙ sic adiuras nos. Qua
lis est dilectus tuus ex dilecto: quoniā sic adiurasti nos. Et
pulcher est qui in te fedum nihil esse sustinet: ideoꝗ pulcherri
mam efficit mulierū. Et amabilis ⁊ gratiosus sine quo nec ad
horā esse sustineo: ꝓpter quem sic adiurasti nos. Rogo vos fi=
lie hierusalem huius terrestris hierusalem cur non has ad ec
clesiam interrogationes ingeminatis? Cur hanc vtrāꝗ natiui
tatem in christo quam detrectatis cōmendare/dissimulatis ad
discere? Cur vos non sentitis adiuratas ab ecclesia: prolatis
contra vos scripture vestre cū fide testimonijs: collatis in fide
spirituū gratijs: perlatis pro fide passionum martyrijs? Cur
non vos quasi adiuratas sentitis ab ecclesia aptioribus (quas
frequentat) sermonijs acutioribus (quas tractat) sententijs al
tioribus (que expectat) premijs: artioribus qb⁹ se instituit vo
tis: disciplina restrictior: doctrina instructior: expeditior vir⁹
eminentior virtus tibi poterat zelū generare: ꝓuocare affectū
⁊ ad mouēdā emulationē adiurationis habere vim. Sꝫ veniet
tempus (nondū est enim) cum cōuersis vobis ad dominum au
feretur ignorantie ⁊ dissimulationis velamen: tunc quasi sensi
biles effecte/accepto dn̄i spiritu: adiurationum istarū sentie=
tis virtutem: tunc in sanctā expergefacte curiositatem: auidas
interrogationes frequentabitis dicendo. Qualis est dilectus
tuus ex dilecto o pulcherrima mulierū: qualis est dilect⁹ tuus
quoniā sic adiurasti nos? Iudeorum (fratres mei) nondū tem=
pus aduenit: nostrum autem semper paratum est. ¶ Ideo omis
sis friuolis et fraudulentis sermonibus huiusmodi admiratio
num vel interrogationum cōmercia celebremus in conuentib⁹
nostris. Vtinā vos tales sitis filie q̄ talia dogmata desideretis
audire: vtinā ⁊ ego talis sim sponsa a qua valeatis parate ta=
lia petere. O beata vere mater que sibi dici audire meretur. O
pulcherrima mulierū. Beata plane si pulchritudinem tantē in
tegram seruet. Candidiores inquit nazarei eius niue: nitidio
res lacte: rubicūdiores ebore antiq̄: saphyro pulchriores. De=
nigrata est suꝑ carbones facies eorum. Magna certe collauda
tio: sed maior vituperatio. Cādor niuis: lactis nitor: rubor ebo
ris: puritas ⁊ pulchritudo saphyri/carbonis obducunt nigre=
dine. Denigrata est super carbones facies eoꝝ: ⁊ nō sunt cogni
ti in plateis. Nō sunt vtiꝗ ꝑ nazareis cogniti iam in plateis.
Silebo: de alijs ordinis nr̄i cernite viros: ꝙ admirabile erat
nomen eorū in vniuersa terra. In vicis qn̄ vix erant visi in pla=
teis: statim cogniti pro sanctitatis signo erant in eis. Nunc au
tem nullo religionis discrimine/nullo priuilegio conuersatio
nis/aut nullo aut ꝑexigui distinctiō signati sunt a ceteris. Ideo
non sunt cogniti quasi nazarei in plateis. Frequētia platearum
dedecorat nazareos: ⁊ peregrinā speciē inducit. Mutatus est
color optim⁹: dispersi sunt lapides sanctuarij in capite oim pla
tearū: ideo nō sunt agniti in plateis. Nō agnoscit in eis natiuus
candor: non nitor: non rubor: nō pulchritudo. Quid em̄ ista si=
gnificent: pulchritudinē magnā depingunt: ideo nō sunt cogni
ti in plateis. Hi nazareorum colores sunt: hi etiā sponse ⁊ spon
si sunt. Nam ⁊ sponsa hoc in loco loquitur ⁊ dicit. Dilect⁹ me⁹
candidus ⁊ rubicundus. Talis est nazareus noster: et cui assi
milatur nazareorum color: assimilatur et sponse color. Illa em̄
nazarea est domino se iesu nazareo deuouens et desponsans:
quam cum talem inuenerimus collaudemus pulchritudinem
eius: consulamus peritiam. Qualis est dilectus tuus ex dile
cto o pulcherrima mulierum: qualis est dilectus tuus quo=
niam sic adiurasti nos? Sed iam dilecti sui laudes referat do
mini iesu. Qui viuit ⁊ regnat per omnia secula seculoꝝ. Amē.

Canti. v.

I

Treñ. iiij

Ibidem.

¶ Sermo.xlviiij.

Dilectus meus candidus et rubicundus: electus ex
milibus. Studium dilectum intermittit ad tem=
pus: sꝫ ad tēpus modicū vt filias instruat delecta
bilia necessarijs interrūpit: nec enim sine dilectiōe est:
ꝙ spōsi memoriter recenset ꝓconia. Dulces em̄ fau=
cibus spōse laudes sunt sponsi. Pia mater ⁊ sponsa prudens: fi
lias inf ormat cōmendat dilectū. Iure prudēs tā parata ⁊ tam
profusa habēs q̄ eloquat de sponso. Diligēter illi singula ipsi⁹
et notata sunt ⁊ recogitata sunt, que tam in promptu sunt. Tra
hunt singula

R

Canti. v.

hunt singula affectū eius que memorie tenaciter herēt. Color/ caput/come/oculi/gene/labia/manus/venter/crura/pes/guttur. Omnia hec figurate describūtur in laude sponsi. Et quasi in clausula ⁊ breui capitulo totum concludens. Totus (inquit) desiderabilis: vt que in his amoris sui parata alimenta esse doceat. [Ibidem] Talis est (ait) dilectus meus: ⁊ ipse est amicus meus. Videtis in his omnibus doctrinam sponse: videte deuotionem: videte diligentiam/vel querendo dilectum/vel instruēdo filias/vel recolēdo laudes ipsius. Obnixe adiurat: parate respōdet: figurat ornate: distincte partitur: succincte pertransit: summatim stringit: ⁊ nescio an sufficiēter exprimit. Scio quidē ꝙ affectuose cōcludit. Talis est dilectus meus/⁊ ipse est amic⁹ me⁹. Laudū istarū magnus ambitus/et magnus plane amor laudātis. Iam singulos laudis huius articulos reuoluamus. Dilectus meus candidus et rubicundus electus ex milibus. Singularis mixtura est colorum qui in sola persona domini operatione diuina conuenerunt in vnum: nec vt sint vnus sed vt sint in vno. [A] ¶ O gratiosus sponsus et amabilis valde/in quo generatio diuina candet et rubet humana. Ipse est enim candor lucis eterne. Ipse ⁊ si non ex sanguinibus: neqꝫ ex voluntate carnis: neqꝫ ex voluntate viri: de sanguine tamē matris natus est: [Esaie.i.] et nihil in eo ruboris illius de quo ait Esaias. Si fuerint peccata vestra rubra sicut vermiculus: velut lana alba erunt. Non sibi conueniunt: non se patiuntur: lane albedo et rubor vermiculi. Alius est quidem rubor qui inuenitur simul cum candore [Esa.lxiij.] in vestimento Iesu. Quare (inquit Esaias) rubrum est vestimentum tuum? Vestimentum domini Iesu (nature virginee generationis candens mundicia et innocentie sanctitatis) multo decentius colore passionis voluntarie in credentium rubet affectibus. [Apoc.vij.] Qualis rubor qui dealbandi non caret effectu? Lauerunt (inquit) stolas suas/et candidas fecerūt in sanguine agni. Rubor hic in Iesu meo candorem inuenit nō fecit: in nobis facit non inuenit. Rubor hic cruente natiuitatis et proprie iniquitatis superinductus colore: ruborem eius in candorem conuertit: fide corda mundans. Iustificati enim sumus per fidem in sanguine Iesu. Bene tibi rubet pro te cruor effusus: si in animo tuo vicissitudinis accēdit affectum. Bene tibi rubet si tibi rutilat in effuso sanguine pro te nimia charitas dei. Sic eñ dilexit sponsam suam Iesus vt lauaret eam in sanguine suo. Flāmea est charitas: hec mihi dominum Iesum rubicūdum facit. In eo mihi et veritas candet: et rubet charitas. Dilectus (inquit) meus candidus et rubicundus. Quidni candidus? Ipse lux est/et in eo tenebre non sunt vlle. Quidni rubicundus? Deus enim ignis est: et ipse ignem venit mittere in terram. Si tibi ministrat intelligentie lucem candidus est: sed si non animū accēdit ad amorem non eum sentis rubicūdum. In seipso vtrumqꝫ est: sed tibi non est nisi cum eorum in te sentis effectum. Si sponsa es: emulare mixturam gemini coloris huius a sponso tuo: vt similiter candida et rubicūda sis: id est sincera et succensa. Nā ipse sicut serenandi ita et succendendi vim habet. Qui approximat illi/approximat igni.

¶ Expliciunt Sermones Gilleberti super Cantica canticorum.

¶ Incipit tractatus beati Bernardi abbatis De lamentatione virginis Marie.



Quis dabit capiti meo aquam/et oculis meis fontem lachrimarum vt possim flere per diem et noctem: donec seruo suo dominus Iesus appareat visu vel somno consolans animam meā? O vos filie hierusalem sponse dilecte dei: vna mecū lachrymas fundite: donec nobis vester sponsus in sua speciositate benignus appareat vel occurrat. Recolite/recolite: et sedula mente pensate ꝙ̄ sit amarum ab ipso separari cui vos ꝓmisistis ac nupsistis/cui vos i omni sanctitate vouistis. vouistis vota: reddite ea: vosipsas xp̄o vouistis: vosipsas christo reddite. Currite filie: currite virgines sacre: currite matres christo castitatem vouentes: omnes ad virginem currite q̄ peperit christum. Ipsa enim portauit regem glorie: illum omni potenti natura. Ipsa genuit eum: lactauit eum: die octaua circūcidit: et quadragesima presentauit in tēplo: duos turtures/vel duos pullos columbarum pro eo offerens in holocaustum. Fugiens ab herode ipsum portauit in egyptum: lactans eum ⁊ nutriens/curam illius habens: sequens eum fere quocūqꝫ pergebat. Credo etiam firmiter q; ipsa mater iesu erat inter illas feminas que ipsum sequebantur ministrantes ei. Nullus debet inde admirari si sequebatur eum cum ipse esset totus eius dulcor/solacium/desiderium: et solamen. Hanc etiā arbitror fuisse inter illas dolentes atqꝫ gementes que lamentabantur flētes dominum. Poterat etiam et hec esse inter illas feminas filias hierusalem: ad quas iesus tunc non clarus imperio/sed plen⁹ opprobrio: spinis coronatus: sputis illitus: flagellis afflictus: sibi in angariam mortis crucem baiulans: conuersus dixit. Filie hierusalem nolite flere super me: sed super vosipsas flete et super filios vestros. Putas ne domina mūdi: domina mea: mater dilecta eiusdē christi: est ne verū quod dico? En obsecro vt dicas seruulo tuo decus paradisi: gaudium celi: veritatem huius rei. Obliuiscere tamen causam doloris rogo: quem tūc passam te fuisse non dubito. Utinam dolor ille sic quotidie inhereret visceribus meis: sicut inhesit tūc tuis. Utinā die qua assumpta fuisti in celum vt in eternum gauderes cum filio tuo: mihi indicasses lachrymas tuas vt per illas cognoscerem quātū tibi amaritudinis fuit cum iesum dilectū tibi: heu heu ⁊ parum dilectum mihi clauis in ligno confixum: capite inclinato suum sanctissimum exalare videres spiritū. Sed peto domina mea: ne te moueant verba mea que dico/cum tamen saxa deberent scindi ad illa: Quis vnqꝫ regnans in celo sursum/aut peregrinans in terra deorsum: audiens vel mente pertractans quomodo factus est opprobrium hominum ipse dominus angelorum: poterit lachrymas continere etiam in celo vbi est impossibile flere? Quare ego miser non ploro: cum abiectio plebis factus est filius dei patris? Verūtamen tu domina gaude gaudio magno valde: ab ipso nunc glorificata in celis: que in mente tantis clauis amarissimis fuisti confixa sub pessime mortis. Mihi tamen obsecro lachrymas illas infunde quas ipsa habuisti in sua passione: ⁊ vt his affluat largius de passione filij tui dei mei et domini mei verba adinuicem conferamus. Teneris promissione/redde: quia hoc nobis superi⁹ promisisti. Memini te mihi in primo exordio nostri sermonis fuisse locutā de doloribus quos ipsa portasti ꝑ morte vnigeniti tui. Qd̄ vt audiui nō modicum perturbatus cepi querere volens qui essent illi tui sermones. Cui ipsa dixisti. Qui sunt isti mei sermones interim recogita in amaritudine anime tue: donec de his adinuicem conferamus. En narra mihi te flagito seriem veritatis: que mater es et virgo ⁊ tēplum totius trinitatis. Ad quem illa. Illud qd̄ queris cōpūgitiuum est magni doloris. Sed qꝛ glorificata sum vltra iam flere nō possum: tu cum lachrymis scribe ea que cum magnis doloribus ego persensi. Cui inqꝫ. Flere peropto: quia ⁊ nihil aliud mihi libet: sed ego miser cor lapideum habens flere non possum. Regina celi: mater crucifixi: da quod iubes: et prebe quod cupio loquere: quia audit seruus tuus. Dic domina mea: dic mater angelorū: mater misericordie: si in hierusalē eras quādo filius tuus captus fuit ⁊ vinctus: ⁊ in anne atrium tractus et ductus. Cui illa respondit. Fui itaqꝫ in hierusalem qn̄ hec audiui: ⁊ gressu qualicūqꝫ potui: ⁊ vix potui ad dominū meum veni plorans. Cūqꝫ ipsum fuissem intuita pugnis percuti: alapis cedi: in faciē conspui: spinis coronari: ⁊ opprobria hominum fieri: commota sunt omnia viscera mea ⁊ defecit spirit⁹ meus/⁊ non erat mihi fere sensus/neqꝫ vox/neqꝫ sonus. Erant etiam mecum sorores mee ⁊ alie mulieres multe: plangētes eū quasi vnigenitum. Inter quas erat maria magdalene/ que sup omnes excepta me que tecum loquor/dolebat ⁊ plorabat. Cūqꝫ christus deus precone clamante pilato imperante sibi baiulans crucem ad suppliciū traheretur: factus est concursus populorum post eum euntium: alij super eum plangentes/ alij illudentes ⁊ proijcientes lutū fimum ⁊ immundicias sup caput ei⁹ Sequebar ego eum prout poteram eius mestissima mater cum mulieribus que eum secute fuerant a galilea ministrantes ei: a quibus velut emortua tenebar ⁊ sustētabar: quousqꝫ peruētū est ad locum passionis vbi crucifixerunt eum ante me. Et ipse me videns: fuit in cruce leuatus ⁊ ligno durissimis clauis affixus. Stabam ⁊ ego videns eum/ ⁊ ipse videns me: plus dolebat de me q̄ de se. Ipse vero tanqꝫ agnus coram tondente se vocē nō dabat/nec aperiebat os suum. Aspiciebam ego infelix et misera deum meum/⁊ filium meū in cruce pendentē/ ⁊ morte turpissima morientem. Tantoqꝫ dolore ⁊ tristicia vexabar in mente ꝙ nō posset explicari sermone. Nec miruꝫ. Erat enim aspectu dulcis: colloquio suauis: ⁊ omni ꝯuersatiōe benignissimus. Manabat namqꝫ sanguis eius ex quattuor partibus rigantib⁹ vndis: ligno manibus pedibusqꝫ cōfixis. De vultu illius pulchritudo effluxerat omnis: ⁊ qui erat pre filijs hominum speciosus forma: videbatur omnium indecorus. Uidebam ꝙ cōplebatur illud propheticū in eo. Uidimus eum ⁊ non erat ei species neqꝫ decor. Uultum enim illius iniquorum iudeorū fedauerat liuor.

Iste erat dolor meus maximus: quia videbam me deseri ab eo quem genueram: nec superat alius/quia mihi erat vnicꝰ. Vox mea fere perierat omnis: sed dabam gemitus suspiriaꝫ doloris. Volebam loqui: sed dolor verba rumpebat: quia verbū iam mente cōceptum: dum ad formationem procederet oris ad se imperfectum reuocabat dolor intimus cordis. Vox triste sonabat foris: vulnus denuncians mentis. Verba donabat amor: sꝫ rauce sonabāt: quia lingua magistra vocis vsum perdiderat loquendi. Videbam morientem quem diligebat anima mea: ⁊ tota liquefiebam pre doloris angustia. Aspiciebat ⁊ ipse benignissimo vultu me matrem plorantē: ⁊ verbis paucis voluit me consolari: sed ego nullo mō cōsolari potui. Flebam dicendo: ⁊ dicebam flendo. Fili mi/fili mi. Ve mihi/ve mihi. Quis dabit mihi vt ego moriar ꝑ te fili? O misera quid faciam? Moritur filius meus. Cur secum nō moritur hec mestissima mater eiꝰ? Mi fili. Fili mi. Amor vnice fili dulcissime: noli me derelinq̄re post te: trahe me ad teipsuꝫ vt ⁊ ego moriar tecū. Male solus morieris Moriatur tecū ista tua genitrix. O mors misera noli mihi parcere: tu mihi sola p̄ cunctis placꝫs: exaggera vires: trucida matrem: matrem cū filio perime simul. Fili dulcor vnice: singulare gaudium: vita anime mee/⁊ omne solacium: fac vt ego ipsa nūc tecum moriar que te ad mortem genui: sine matre noli mori. O fili recognosce miserā/⁊ exaudi precē meā. Decet enim filiū exaudire matrem desolatam. Exaudi me obsecro: in tuo me suscipe patibulo: vt qui vna carne viuunt ⁊ vno amore se diligunt vna morte piant. O iudei impij: o iudei miseri: nolite mihi parcere. Ex quo natū meum crucifixistis et me crucifigite aut alia quacunꝫ morte seua me perimite dummodo cū meo filio simul moriar. Male solus moritur. Orbas orbem radio: me iudea filio gaudio ⁊ dulcore. Vita mea moritur ⁊ salꝰ perimitur atꝫ de terra tollitur tota spes mea. Cur ergo viuit mater post filiuꝫ in dolore? Tollite suspendite matrem cū pignore. Non parcitis ꝑ li: nō parcatis ⁊ mihi. Tu mihi soli mors esto seua: nunc summe gauderem si mori cum filio simul possem. Dulce est mihi misere mori: sed mors optata recedit. Ve mihi et tibi fili mors ipsa p̄cipitata venit. Morte mori melius est mihi q̄ꝫ vitā ducere mortis. Sꝫ fugit a me misera: ⁊ infelicē me relinquit: cui ipsa mors multum optata nunc esset. O fili charissime: o benignissime nate: miserere matri tue: et suscipe p̄ces eius. Desine nūc mihi esse durus qui cunctis semper fuisti benignus. Suscipe matrē tuaꝫ in cruce: vt viuam tecum post morteꝫ semper. Nihil mihi dulciꝰ est q̄ꝫ te amplexato in cruce tecum mori: et nil certe amarius q̄ꝫ viuere post tuam mortem. O vere dei nate: tu mihi pater: tu mihi mater: tu mihi filius: tu mihi sponsus: tu mihi aīa eras. Nunc orbor patre: viduor sponso: desolor filio: omnia perdo. O fili mi vltra quid faciā? Ve mihi/ve mihi. Quo vadam charissime? vbi me vertam dulcissime: quis mihi de cetero ꝯsilium ⁊ subsidium prestabit? Fili dulcissime omnia tibi possibilia sunt: sed ⁊ si non vis vt moriar tecū: mihi saltem relinque aliquod benignū ꝯsilium. Tunc iam dominus anxius in cruce annuens oculis ⁊ vultu de Joanne ait. Mulier ecce filius tuus. Erat enim Joannes p̄sens: vultu tristis/⁊ corde mestissimus: lachrimis semper plorans. Ac si diceret. O mater dulcissima mollis ad flēdum: mollis ad dolendum: tu scis quia ad hoc veni/⁊ ad hoc de te carnē adsumpsi: vt per crucis patibulū saluarē genus humanū. Quo modo ergo implebunt scripture? Sic enim oportet me pati pro salute generis humani. Die namꝫ tertia resurgam: tibi ⁊ discipulis meis patenter apparens desine flere et dolorem depone: quia ad patrem vado: ⁊ ad gloriā paterne maiestatis percipiendam ascendo Congratulare mihi quia nunc inueni ouem errātem quā tam longo tempore perdideram. Moritur vnus vt totꝰ inde reuiuiscat mundus. Vnius ob meritū cuncti periere minores: ⁊ nunc saluantur vnius ob meritū. Quod placet deo patri: quō displicet tibi? Mater dulcissima. Caliceꝫ dedit mihi pater nō vis vt bibā illū? Noli flere mulier/noli flere mater speciosissima: non te desero/nō te derelinquo. Tecū sum ⁊ tecū ero omni tempore seculi. Secundū carnem subiaceo imperio mortis: ꝯm diuinitatem sum ⁊ ero semper immortalis ⁊ impassibilis. Bene scis vnde ꝓcessi ⁊ vnde veni. Quare ergo tristaris si illuc ascēdo vnde descendi. Tempus est vt reuertar ad euꝫ qui me misit. Et quo ego vado: tu nō potes venire modo: venies auteꝫ postea. Interim Joannes qui est nepos tuus: reputabitur tibi filiꝰ curam habebit tui: ⁊ erit solatiū fidelissimū tibi. Inde dominꝰ intuitus Joannem ait. Ecce mater tua. Ei seruies: curam illiꝰ habebis: eā tibi cōmēdo: suscipe matrē tuā: imo magis suscipe matrē meā. Duꝫ hec pauca diceret: illi duo dilecti lachrymas fundere nō cessabāt. Tacebāt ambo illi martyres: ⁊ pre nimio dolore loqui nō poterant. Isti duo virgines audiebant christū voce rauca ⁊ semiuiua loquentē: ipsum videbant paulatim morientem: nec ei poterant respondere verbū: quia illum videbant quasi iam mortuuꝫ. Erant enim illi duo quasi iam mortui: vnde spiritus illorum voces exalare nequibant. Defecerant spiritus illorum/⁊ virtutem loquendi amiserant. Audiebant ⁊ tacebant quia pre angustia loqui nō poterant. Solus illis dolor luctusꝫ remansit amicus. Amabant flere/et flebant amare. Amare flebant quia amare dolebant. Naꝫ gladius mortis christi animas vtriusꝫ transibat. Transibat seuus: seuus perimebat vtrunꝫ. Quo magis amabat seuior fiebat in matre. Vulnera christi morientis erant vulnera matris dolentis. Dolores seui fuerūt tortores in anima matris. Mater erat laniata morte cari pignoris Mente mater erat percussa cuspide teli quo membra christi serui foderunt iniqui. Ipsa enim erat quā dolor tenebat. In mente eius creuerant immensi dolores: nec poterant extra refundi. Intus atrocius seuientes dolores nati: matris animam gladiabant. In carne christus soluebat debitū mortis quod grauius erat q̄ꝫ mori in anima matris. Interim christus matre commendata Joanni: dixit. Sitio. Et dederunt illi qui crucifixerūt eū: acetum cū felle mixtū. Quod cū gustasset: noluit bibere. Dixit q̄ꝫ. Cōsummatum est. Et exclamauit voce magna dicens. Hely hely lamazabathani: hoc est deus meus/deus meꝰ: vt quid me dereliquisti? Et hec dicens expirauit. Tūc terra tremuit/⁊ sol sua luminaria clausit. Merebantꝫ poli: merebant sidera cūcta. Omne suum iubar amisit luna dolendo. Recessitꝫ omnis ab alto ethere fulgor. Finduntur duri lapides: scindunt fastigia tēpli. Petre durissime scisse sunt: ⁊ monumenta aperta. Surrexerunt multi apertis tumulis: fatentes voce magna christum esse deum. Cogitare nunc libet quātus dolor tunc infuit matri cū sic dolebant que insensibilia erant. Nec lingua poterit loq̄: nec mens cogitare valebit: quanto dolore afficiebantur pia viscera Marie. Nunc soluis virgo cum vsura quod in partu non habuisti a natura. Dolorē pariēdo filiū nō sensisti: quē milies replicatū filio moriēte passa fuisti. Juxta crucē xp̄i stabat emortua mr̄ q̄ ipꝫ ex spū scto ꝯcepit. Vox illi nō erat: q̄ dolore attrita lacēs pallebat. Quasi mortua viuens viuebat moriēs: moriebat viuens: nec mori poterat que viuēs mortua erat. In illius anima dolor seue seuiebat. Optabat mori magisꝫ viuere post mortem christi: que male viuens mortua erat. Ibi stabat dolens: seuo dolore cōfecta. O verum eloquium iusti symeonis: quem promisit gladium sentiebat doloris. Expectans corpus christi deponi: plorabat dicens. Heu me heu me. Reddite vel saltem nunc mestissime matri extinctum filiū. Vel certe si magis libet me morte illi coniungite: vt cum doloribus suis pereant et dolores mei. Deponite illum queso deponite mihi/vt mecum habeam corpus exanime: sitꝫ meus vnicus mihi in solatium vel defunctus. Stabat iuxta crucem maria intuens vultu benigno christum pendentem in patibulo: pedumꝫ summitatibus innitens manus leuabat in altum: amplectēs rubricatam crucem/ac in oscula eiꝰ ruēs ea parte qua vnda preciosissimi sanguinis defluebat. Sursum manus nisu quo poterat extendebat vnicū suum amplecti desiderans: nec valebat. Sperat enim amor multa: que nunq̄ꝫ vel raro fieri possunt. Impatiens siquidem amor credit: ꝙ sibi debeant cedere vniuersa. Volebat amplecti christum in alto pendentem: sed manus frustra protense in se complose complexe redibant. Leuabatur a terra sursum vt dilectū suum contingeret: ipsumꝫ tangere nequiens: durissime recollidebatur ad terram. Ibi doloris immensitate oppressa prostrata iacebat: sed maxima vis amoris qua incensa mens eius ardebat: eam erigere compellebat: et amoris impetu surgens: re extensis manibus suum attrectare filium affectabat: et rursum magno cruciata dolore: terram repetere cogebatur. O q̄ꝫ male tunc illi erat? Grauius illi erat vita viuere tali: q̄ꝫ diro gladio seue necari ab impijs. Tanq̄ꝫ mortis pallor/eius vultum perfuderat: genis et ore tantum cruore christi rubentibus candētes guttas sanguinis ore sacro tangebat: terrā deosculans sepissime quam cruoris vnda rigabat. O graue martyriū. O frequēs suspirium. O languens pectus virgineum. Anima eius tota liquefacta est: facies pallet rosea: sꝫ precioso filij sanguine rubet respersa. Interim vir quidā nobilis nomine ioseph: qui erat discipulus eiꝰ (occultꝰ tamen) ad pilatum accessit postulans sibi donari corpus domini Jesu christi. Quo sibi concesso: accersiuit quendam virum sapientem ⁊ legisperitū nomine nichodemum discipulum christi occultum similiter: et venerunt ad locum vbi erat dominus crucifixus/secum instrumenta ferentes: quibus clauos extraherent: et vt eum de cruce deponerent. Quos cum benignissima et mestissima mater aspiceret: et sciret eos vnicum suuꝫ velle deponere de cruce: quasi de morte consurgens paululum reuixit anima eius: ⁊ de terra festina exiliens vbi iacebat dolens violentia prostrata: quod poterat adiutorium debilissima illis ministrabat. Vnus duros illos ac diros clauos trahebat e manibus: alius ne corpus exanime caderet sustentabat. Stabat et maria brachia leuans in altum vulnera ꝯtemplans: manus perforatas sacroꝫ sanguine respersas

intuens:

intuens: vix sustinere esse potuit. Jamqꝫ manus brachia sancta ꝛ caput supra triste pectus suscepit: vt hoc vltimo ꝛ miserãdo solatio posset cõsolari. Quem vt attingere valuit: amore materno ruens in dulcissimos amplexus et oscula: de suo sic male tractato filio non poterat satiari. Sed cum de cruce corpus eius fuisset totaliter depositum: pre doloris vehementia et amoris immensitate: quasi exanimis facta fuit. Stabat ad caput extincti filij mestissima mater: et eius regalem faciem mortis obfuscatam palloribus: magna rigabat affluentia lacrimarũ. Aspiciebat illud reuerẽtissimum caput corone spinee diris aculeis perforatum: manus illas et pedes sacros clauis ferreis crudelissime perforatos: latusqꝫ suffossum lancea: cum ceteris membris laceratis: amarissime suspirans ac flens dicebat. O fili mi dulcissime quid fecisti: Quare crudelissimi iudei te crucifixerunt? Que causa mortis tue? Commisisti ne scelus: vt tali morte dãnareris. Non fili non fili: sed sic tuos redimere dignatus es vt posteris exempla relinquas. In gremio meo nunc te mortuum teneo. Quid ego tua mater fili mi dilectissime faciã? Ue mihi fili mi dulcedo mea: cõsolatio mea: vita mea. Ubi est illud gaudium indicibile: quod in tua admirabili natiuitate habui? Ue mihi fili mi: in quantum dolorem et tristiciam versum est illud tam magnificum gaudium? Succurre mihi fili mi: et spiritum sanctum mihi interim infunde: quia iam gaudij illius quod in obumbratione et angelica salutatione cõcepi: fere pre dolore immemor deficio. Interim autem frontem et genas/ nasum/ oculos/ osqꝫ simul frequentius osculabatur/ tanta perfusã affluentia lacrimarum: vt carnem cum spiritu resolui putares in lacrimas: rigabat felicibus lacrimis corpus exanime filij: ꝛ monumẽtum in quo posuerunt eũ modo mirabili madidabat: vbi et eius lacrime adhuc apparere dicuntur: indicatiue doloris intimi qui animam tanqꝫ gladius acutus pertrãsiuit. Cogitabat mirabilia facta vnici filij sui et durissima opprobria et tormenta que viderat oculis suis et auribus audierat reuoluebat in mente: quis videlicet qualis et quantus fuerat quem ipsa virgo concepit illeso pudore: ꝛ peperit sine dolore: quem etiam cũ summa diligentia lactauerat: custodierat et educauerat: q̃ erat ei vita dulcedo/ gaudium et solatium: concilium refugium et auxiliũ vite sue. Uidebat itaqꝫ dñm ꝛ deũ suũ vnicũ suũ filiũ: sic viliter et crudeliter pertractatum. Unde dicebat. Dic fili dilectissime. Dic amor vnice vite mee singulare gaudium: vnicum solatium: quare sic me dolore perimi permittis? Cur tam lõge factus a me? Deus meus consolare animam meã: miserere mei: et respice in me. Dicat qui potest: cogitet quantum potest meditetur si potest que doloris immensitas tunc maternam animam cruciabat. Nõ credo plene enarrari vel meditari posse dolorem virginis: nisi tantum fuisse credamus/ quantum vnqꝫ dolere potuit de tali filio talis mater. Uerũtamẽ rectũ erat amoris et meroris continens modum. Non desperabat sed pie ꝛ iuste dolebat: sperans tamen firmiter fortiterqꝫ tenẽs ipsum scḋm promissum tertia die resurgere. In ipsa enim sola in triduo illo fides ecclesie stabat: et dum vnusquisqꝫ hesitabat: hec que fide concepit fidem quam a deo semel suscepit nũqꝫ perdidit: speqꝫ certissima domini resurgentis gloriam expectauit. Aderãt secum quedam sancte et pauce mulieres: paruusqꝫ virorum numerus: qui christum dominum cum matre flẽte amarissime flebãt. Erant similiter et angeli dolentibus condolentes. Dolebant quidem pio iustoqꝫ dolore: morti compatientes dei et domini sui: si tamen dolere quomodolibet poterant. Sed credo q gaudentes erant eo q genus humanum miserum et captiuum misericorditer redimebatur. Flebant ꝛ ipsi (vt arbitror) amarissime mente turbati: vidẽtes dominam suam matrem vtiqꝫ dei sui tã vehementi dolore repletam/ tot riuulis effluentium lacrimarũ perfusam. O quis tunc angelorum archangelorumqꝫ etiam contra naturam suam non fleret: vbi auctor nature deus immortalis/ homo mortuus iacebat? Uidebant christi corpus sic male tractatum ab impijs: sic laceratum a pessimis iacere exanime: suo sanguine cruentatum. Uidebant etiam illam pijssimam illã sanctissimam ac beatissimam virginem matrem eius tãtis cruciari singultibus: tantis amaris repleri doloribus: tanti abundantibus lacrimis madidari: sic amarissime flere/ q nullo modo poterat suas lacrimas refrenare. Et quis poterat tunc a lacrimis se abstinere? Flebat proinde meror et luctus ab angelis ibidẽ presentibus: qualis decebat spiritus almos: immo mirarer si omnes angeli in illa beatitudine vbi flere est impossibile nõ fleuissent. Credo propter quod et loquor: quia dolebant si dolere valebant. Sicut enim fuit possibile deum per assumptũ hominem mori/ ita forte possibile angelos bonos dolere de morte domini dei sui. Joseph autem ab arimathia vir sanct⁹ et iust⁹: qui corpus christi cũ nicodemo deposuerat de cruce (sicut euãgeliste testantur) mercatus syndonem inuoluit illud: preciosis conditum aromatibus et in monumento nouo quod sibi exciderat sepeliuit. Tunc angelorum milia milliũ qui ad christi sepulcrum conuenerant dulces ei ac deuotas exequias et victoriam decantabant. Illi domino laudes canebant: sed maria gemit⁹ et suspiria emittebat. Dum igitur ioseph et nichodemus dominum ponerent in sepulchro: volebat simul cũ illo mater mestissima sepeliri. Erat enim inuncta super dilectum suum quẽ amplectens suauiterqꝫ deosculans sic dicebat. Misereminí mei misereminí mei: saltem vos amici mei. Illum adhuc paululum mihi relinquite: vt faciem ipsius sublato velamine valeam contemplari: et pre amore ipsius aliquãtulum videndo consolari. Nolite queso eũ tam cito tradere sepulture: sed ipsum reddite mihi misere matri sue: vt illum mecum habeam saltem vel defunctum: aut si illum in sepulchro conditis: ibidem me miseram matrem cum ipõ sepelite: quia male post ipsum superero. Ut qd post ipsum viuam? Illi ponebant dominum in sepulchro: et illa visu quo poterat illum ad se trahere conabatur. Illa volebat eum sibi cum totis viribus retinere et ipsi volebant eum tradere sepulture. Sicqꝫ pia lis erat: et contentio miseranda inter ipsos. Omnes tamen virgineo compatientes dolori: pio desiderio coacti sic amarissime flebant: vt nullus eorum posset ad plenum verba formare. Uidebant etenim piam matrẽ omni qḋ ẽ solatio destitutam: ꝛ super ipsam potius qꝫ super dominum suũ extinctum plangebant. Maior illis inerat dolor de dolore matris/ qꝫ de morte domini sui. Flebãt igitur omnes miserabili dolore gementes cum christum iesum vite dominum et mortis traderent sepulture. Sepulto itaqꝫ domino mater eius sepulchrũ amplectitur: et voce qua poterat suum benedicebat filium iam sepultum: ingemiscensqꝫ vocabat. O singularis virgo et mater iam dicere poteras. Anima mea liquefacta est: vt dilect⁹ locutus est in cruce quando dixit. Mulier ecce filius tuus. Nunc dicere potes. Quesiui et non inueni illum. Uocaui et non respõdit mihi scilicet ad sepulchrum. Ibi sedens inuixo capite man⁹ extendebat: desuper illud osculans: amarissimisqꝫ singultibus suum filium deplorabat. Accessit autem nouus filius ei⁹ Johãnes: cui de cruce christus eam commendauerat: diligenter lugens et ipse inconsolabiliter ipsam lugentem ac gementem leuauit. Nam cruciata gemitibus: fatigata dolorib⁹: afflicta ploratibus: pedibus se sustinere nequibat: tamen sicut potuit mulieribus honestis ac sanctis adiuta cunctis simul plorantibus hierusalem ingreditur. Multe autem femine videntes eam: cõmote pietate super illius doloribus amarũ conuertebantur ad luctum. Quedam vero post ipsam euntes lamentabant ꝛ ipse. Dolor etenim eius cunctos intuentes dolere cõpellebat: vixqꝫ lachrimas continere valebant: qui eam plorantem cõspicerẽt. Tam pie plorabat: tam amare dolebat: q sui ploratus pietate multos etiam inuitos ad lachrimas prouocabat. Flebat planctus quocũqꝫ maria transibat. Omnesqꝫ plorabant qui obuiabant ei. Sic igitur perducitur a plorantibus ꝛ dolentibus ipsa plorãs ꝛ gemens: quousqꝫ peruenerunt ad domum Johannis. Ibi resedit ibi permansit: ibi in sua domo Johannes retinuit: ꝛ super propriam matrem in omni charitate dilexit. Erat enim sibi datus in filium: sed ipse se fecerat seruulum eius/ in omnib⁹ et p omnia sibi familiariter seruiendo. Deniqꝫ resurgente filio: pre nimia debilitate membrorum deficiens: pia mater ad sepulchrum ire nequibat. Tunc currentibus alijs: et vnicũ filiũ cernentibus: dicere potuit virgo Maria. Filie hierusalem nũciate dilecto: quia amore langueo. O felix et beate Johãnes: cui talem thesaurum dominus dignatus est commendare. O christi dilecte pre omnibus et prudens: quem constituit dominus priuatum camerarium aule sue speciosissime. Retribuet tibi dominus vicissitudinem amoris: mercedemqꝫ dilectiõis quam iã ei⁹ ac tua matre taliter desolata: vsqꝫ ad finẽ vite sue exhibere curasti. Benedictus quidem tu es a domino. Benedictus a matre domini: quã dilexisti: ꝛ cui seruisti puro corde et mundo corpore. Benedicti sint omnes qui diligunt illam matrem: ꝛ super omnia sit benedictus fructus ventris sui Jesus christus dominus noster: qui cum patre et spiritu sancto viuit ꝛ regnat deus in eternum et in secula seculorum. Amen.

Sepulto itaqꝫ domino a iudeis signatũ est monumentum: et traditum est custodibus vt custodirẽt illud. Interim virgo Maria in domo iohãnis manebat. Ibiqꝫ iacebat: quia nimio dolore cõfracta: non poterat nisi cum difficultate magna ambulare. Ibi eñ die noctuqꝫ plorans gemebat: nec erat qui consolari eam posset ex omnib⁹ caris suis: nec sue sorores/ nec etiam ipse Johannes. Ibi amaro corde opprobriosam passionem dilecti filij sui reuoluebat. Modo sputa: modo ludibria modo colaphos: alapas: ꝛ flagella/ modo crucis angariam: modo dira clauorum vulnera: modo lanceam: modo coronam spineam: modo aceti et fellis pocula/ mortem/ verbera ꝛ impropes

ris: modo mortem: mortē ꝗ̄ crucis. Hec autem cogitando plo-
rabat: atqꝫ plorando ꝛ eiulando clamabat. Fili mi iesu: iesu fili
mi bone ac benigne: ac creator omnium deus: qui fact⁹ homo/
morte turpissima es peremptus: quem terra: pontus: ethera: ca-
pere nequeūt: modo arto clausus es sepulchro. Jacet fili⁹ me⁹
extinctus: et sub lapidibus clausa est vita mea. Sumens enim
corpus fragilitatis humane dignatus est ad terram descende-
re: et sui eum non receperunt: sed malū semper machinati sunt
contra eum. In illum seuiebat herodes ille tyrannus iniquus
cum turba crudelissima iudeorum: quando scilicet ad magorū
verba turbatus est ꝛ omnis hierosolyma cum illo: paruulumqꝫ
et tenellum ad vbera materna pendentem: morte crudelissima
perdere nitebatur. Dehinc proficiens etate et sapientia coram
deo et hominibus: factus est vir discurrens per ciuitates et ca-
stella predicans et annuncians regnum dei: elementis ꝛ demo-
nibus imperabat: infirmos sanabat: et mortuos suscitabat. Et
cum talia faceret sustinebat insidias/sustinebat calumnias/su-
stinebat blasphemias/quas principes sacerdotū: scribe ꝛ pha-
risei: et omnis populus contra eius innocentiam inuehebant
sed cum eorum perfida et peruersa nequitia vinci filij mei boni-
tatem superexcellentem sustinere non posset: ipsum auferre de
terra nefarie cogitantes: ligauerunt: flagellauerūt: deturpaue-
runt: crucifixerunt: dilaniauerunt: et morte turpissima occide-
rūt sicut presens dies liquido manifestat. Ergo vos omnes fi-
deles christi: recolite de morte ꝛ passiōe domini nostri iesu chri-
sti: et per totum istum venerabilem diem lachrimas fundere nō
cessetis: vt in die resurrectionis domini ad laudem ꝛ honorem
illius resurgere valeatis. Qui cum patre et spiritu sancto viuit
et regnat deus. Per infinita secula seculorum. Amen.

¶ Finis lamentationum beate virginis Marie.

¶ Doctrina bti Bernardi.

Quando surgendum est ad vigilias: preparandus est animꝰ ad deuotionē: ita vt feruenter exilias de lecto: et corpore discusso gratias diuine mīe agas pro quiete indulta/ ꝓ custodia ꝛ protectiōe angelica. Deinde veniens ad ecclesiam pone manū sup ostiū ꝛ dic. Expectate hic cogitationes male/ intētiones et affectus cordis: ꝛ appetitus carnis. Tu aūt anima mea intra in gaudiū dñi dei tui: vt videas voluntatē dñi et visites templum eius. Sicq̄ veniēs ante crucē dic. Adoramꝰ te xp̄e et benedicimꝰ tibi ꝛc. Deinde quotiens dixeris versum in choro tuo illū qui in choro altero dicit dicas silēter: ꝛ versus singulos saltē aliquo pipere ꝯsperges/ meditatiōe scz aliqua spiritali: q꞉ animū delicatū habes: et esce eiꝰ electe debēt esse. Et ne defiges oculos tuos lōge ante te: q̄ lōge ꝓtēdit ꝓceritas corporis tui: q꞉ hoc multū impedit vagatiōes animi. Et depinges ibi quasi resupinatum ante te dñm in cruce: et nunc ꝓ clauis/ nūc ꝓ spinis/ nūc ꝓ sputis nūc ꝓ lateris effossione suspirabis ꝛ gratias ages. Cum exeūdum fuerit a choro: dices dño. Adhuc habeo dñe priuatas laudes et benedictiones tibi dicere: quas licet nunc a publicis exiēs cātabo tibi ꝛ psallam in gloria mea. Cū ad missam ventū fuerit: suscipe inuitātē ad missas priuatas ac si panē angeloꝝ tibi delapsum de celo videres. Si quē amouere volētē intueberis/ ac si fame deficiētis e fauce buccellā panis auferre conaret. Cū ad capitulum veneris diligēter accipies armaturā dei in galea prouidentie/ in lorica patientie/ in scuto mā̄suetudinis/ quibꝰ possis clamatiōes iustas vel iniustas elidere. Si peccasti dic tm̄ emēdabo. Si nō/ dic non memini. His nec amplius nec minis aut clamoribꝰ/ aut verberibus a te extorqueatur. Cogita cū accedis ad iudicium capituli: deū ꝛ priorē: pilatū ꝛ pharriseos clamātes in eū/ ꝛ milites verberātes eū sine causa. Cogita capitulū durū sanctorū martyrū cū starent ante reges ꝛ p̄sides cū pertinentijs suis: id est cū penis ꝛ tormētis q̄ patiebant. Cogita futurū capitulum tuū in morte corā deo cū milia demonū clamabūt contra te: ꝛ decies cētena milia aduersum te: et si quid hic tecū duriꝰ agit/ illoꝝ ꝯsideratione leuiget. Cogita q̄ ille q̄ clamat te nouacula dei est/ ꝛ pilos vult tibi tollere deformes vt speciosus fias. Cogita q̄ ꝯclamatio est de celo missa correctio. Quicūq̄ te clamauerit eadē die remunerabis eū obsequio qualicūq̄ si potes eo q̄ te a deformitate peccati releuare voluerit. Cū ad laborē veneris/ sic tēperabis opus agēdū: vt sollicitudo operis intentionē animi tui ab his q̄ dei sunt non auertat. Qn̄ pausandū est/ noli angulos ꝯsectari/ vel a ceteris semotus sedere: sz sint oculi tui ad fideles terre: vt sedeāt tecū: ꝛ tu ꝯsede in medio doctorum.

Exēplū. ¶ Quidā frater cū apud nos pausantibꝰ ceteris solꝰ longe sederet: grauissimo cepit carnis stimulo vrgeri: audiuitq̄ vocē dicentē sibi. Uade ad castra. Et cū venisset vbi ceteri erant q̄euit stimulus. Cū veneris ad refectionē nec primꝰ intrabis nec vltimus. Si nō potes sumere q̄ apponunt/ nō ea pmittas non oīno mutari: sz vel modicū sume vt comedisse videaris. Si q̄s instet vt comedas: hoc tm̄ signo respōde: bonū est: multū est: factum est. Cogita q̄ multoꝝ labore infinitis nauigātiū periculis: alecia/ pisces/ vel cetera tibi necessaria ꝓcurant: vt carnis tue desiderijs satisfiat: ꝛ ꝑ singulas buccellas age grās. Interim cogita xp̄m crucifixū expectare grās tuas: vel ad portā reliquias tuas pauperē ꝓstolātē. Abstinētiā omnino interdico tibi ne facias: sz quotidie sm̄ mēsurā comede. Si ꝑ noctē illusio tibi acciderit ne ꝯtristeris: sz in crastino ꝯfitere: ꝛ aliquo te inuitante ad missam vt ministres caute corā oībꝰ te excusa ꝑ signū vt est ꝯsuetudinis: quatenꝰ oēs illā tuā pollutionem intelligāt. Fecit hoc aliq̄s apud nos etiā nullo vocāte ad missas vt magis erubesceret/ ꝛ a tētatiōe carnis liberatꝰ est: intantū vt vix aliquid tale post modū senserit: nec nisi semel vel secūdo ꝑ annū pruritum hmōi patiebat. Ex quo ꝑꝫ q̄ vera sit sententia dei dicētis. Ego glificātes me glorificabo. Et oīs q̄ se humiliat exaltabit et humilibꝰ dat grām. Qn̄ legēdū est ꝯuersa facie ad ecclesiam anteposito libro vtere soliloquio tuo/ et vbicūq̄ occurrerit dei bn̄ficia dic. Quid retribuā dño ꝓ oībꝰ q̄ retribuit mihi: quātū debes aīa mea: Et ꝯuersus ad angelos dic. Uenite audite/ et narrabo oēs q̄ timetis deū quāta fecit aīe mee: ꝛ ad ipm̄ deum deflectēs oculos/ vere inquies dñe mīa tua magna est sup me. Si aūt sollicitāte te in hunc modū corde/ ꝛ pulsante ostium paradisi aliqua cogitatio maligna interstrepit: statim ꝓpone ꝛ dic. Cuiꝰ est imago hec ꝛ supscriptio: ꝛ audiēs q꞉ cesaris est: hoc ē principis mūdi scz dyaboli dic. Pecunia tua tecū sit in pditionem. Iā ostiū clausum est: ꝛ dñs hic pascha manducat/ non vacat mihi aperire tibi. Si aūt adhuc steterit cogitatio mala/ appone illi signū crucis.

Exēplū. ¶ Sanctimonialis q̄dā apud nos in tāta veneratiōe habuit signū crucis: vt cū efferēda esset ad tumulū facies crucifixi verteret post eā in parte illa ꝑ quā elata est: et sic caput imaginis in partē illā intendēs: ꝑpetuo ꝯtra solitum sic ꝑmaneret. Alia reuelauit cuidā cōputruisse manus suas: sed pollicē nō posse corrūpi quo signū crucis sibi imprimere cōsueuerat. Caue ne in tactu alicuius vel ꝯsensu facias/ vel tibi fieri ꝑmittas: vn̄ te oporteat erubescere. Colloquia priuata nec fugias: nec requras: cogita tn̄ q̄ poma siluestria sunt. Cū videris aliquē in oratiōe: in lectiōe: in silētio: in patiētia: in obedientia ꝛ similibꝰ studiosum: grās age deo q̄ speculū tibi miserit/ ꝛ non inuideas. Cū aliquē turbatū videris: grās age q̄ nubes illa ꝑ te nō trāsijt: ꝛ dic. Quid illa tētatio de me fecisset si deꝰ permisisset: ꝛ nō iudices alienā imperfectionē: neq̄ fodias parietē cōsciētie eiꝰ. Cū aliq̄d rogaturꝰ a priore veneris: ꝑpara te ad repulsam semp: ꝛ si ꝯtigerit negari tibi qđ postulas: dic apud te. Quid decebat asellū nisi frenū ꝛ stimulꝰ: Ego nihil ꝓprie vendicare possum in domo ista nisi cilicū ꝛ crucē: cilicū in morte/ ꝛ crucē in fossa: hec est hereditas mea. Ita tn̄ vt modica gleba terre crucē cooperiat. Et hoc habebis in memoria qn̄ cubitum vadis. Et cū sagum ꝛ coopertoriū videris: lectum tumulo ꝯparās quasi sepeliēdꝰ intrabis. Si dormire poteris bn̄ est: si nō potes expertū est q̄ si cogitādo ꝓcures dormies. Abscōde super oīa hmōi studia tua ꝛ dissimula apud alios meditationes tuas sanctas quātū potes: ꝛ in oībꝰ obsequio sedulū te exhibe vniuersis. Precipua existima lucra alioꝝ in obsequijs publicis et priuatis. Insup paratꝰ sis ad obediēdū alacri animo et vultu.

Exēplū. ¶ Cogita monachū illū gerardū nomine q̄ cū de dei mīa vltra modū desperaret: infirmatꝰ ad mortē iacuit per triduū oculis clausis in mētis excessu: ꝛ visitatꝰ ab abbate oculis apertis ait bona est obediētia. Ad tribunal xp̄i fui: aīas sctōꝝ vidi: ipm̄q̄ facie ad faciē vidi dicētem mihi. Ecce locus tuus inter fratres tuos. Nullꝰ tui ordinis peribit si ordinē amauerit: aut in morte purgabit: aut in breui post mortem. Salui aūt q̄ de ordine tuo sunt: aut in ordine apostoloꝝ/ aut martyrū: aut ꝯfessorū sortem accipiēt. Et hec dicēs ꝯmuniōe accepta discessit. Ad oīa q̄ insurgūt disce remediū aliqđ adhibere. Cū torpore depremeris: cogita q꞉ hodie operari licet: cras forte nō licebit. Cū libidine pulsaris cogita ignē eternum. Si inobediētia te teneat: cogita q꞉ quasi scelꝰ idolatrie est nolle acquiescere. Si impatiētia vexaris: cogita q̄d ꝓ te pertulit xp̄s. Cum superbia tētat: cogita meliores. Cū mala volūtas: cogita q̄ ꝓ modico dānat q̄ ꝓ sola volūtate sine effectu opis reprobat. Cū vanitate pulsaris: cogita q꞉ multa nō feceris: ꝛ quo magis nūc occultaris: eo gloriosius in iudicio innotesces. Cum de vigore corporis vel decore hylarescis: agnosce q̄ celeriter febre tenuissima tolli pōt. Cum te molestat religiōis pōdus: ꝛ discipline assiduitas: cogita illud beati Hieronymi. Nullꝰ labor durus/ nullum tēpus longum debet videri: quo gloria eternitatis acquiritur. Illud fili dulcis tanq̄ demonū meridianū fuge pre alijs hostis antiqui astutijs: qđ cauēdū tibi summopere denūcio: vt ex eo tempore quo religionē intraueris/ nunq̄ cogitationē illā suscipias/ foueas/ aut ei credas/ qua suggerit te minꝰ vtilē in religiōe manere susceptа: et in alio statu vel habitu magis tibi vel alijs posse ꝓficere. Nā si cordis aurem hmōi fantasijs inclinaueris: diuidēt ꝛ distendēt animum tuū: ita vt nullū saporis spiritalis ꝯdimētum possis retinere. Eritq̄ cor tuum quasi vas ꝯfractum qđ oēm sapientiā non tenebit. Indeq̄ nō solum tedium/ sed horrorem desperationēq̄ boni operis precōcepti imminere necesse ē: dum animus tuus circa multas ꝓfessiōes/ studiaq̄ diuersa diuidit. Un̄ quidā patrum in collationibꝰ. Solēt animi leues minimeq̄ fundati/ cum audierint quosdā in diuersis virtutibꝰ ac studijs bonis magnifice predicari/ ita eorum laude succendi: vt eorum imitari statum protinus desiderent: at frustra. Nā ex huiusmodi mutatione ac varietate propositi: dispendium capiunt non profectum. Quia qui multa sequitur: nihil integre consequetur. Ideo hoc vnicuiq̄ expediens est: vt sm̄ propositum qđ elegit: et gratiam quam accepit: summo studio ac diligētia/ ad operis arrepti perfectionem peruenire festinet: alioꝝ laudes amet: et admiretur virtutes: ac nequaq̄ a sua: quam semel elegit professione discedat. Multis namq̄ vijs ad deum tenditur: et ideo vnusquisq̄ viam semel arreptam: irreuocabilis cursus sui intentione conficiat: vt sit saltem aliqua professione perfectus. Singulare autem contra omnia mala remedium est mortis memoria.

¶ Finis.

¶ Beati Bernardi Homelia de duobus discipulis euntibus in emaus ſm Lucam.

In illo tempore. Duo ex diſcipulis ieſu ibãt in caſtellum qḋ erat in ſpacio ſtadiorū ſexaginta ab Hieruſalē noīe emaus. Et ipſi loquebant̄ adinuicē: de his oib⁹ que acciderant. Et reliqua. Homelia lectiōis eiuſdē beati Bernardi abbatis. Conuertere anima mea in requiē tuā: qꝛ xp̄s reſurrexit a mortuis primitie dormientiū. Recordatiōe tante dulcedinis/ tuorum mitiga dolores fletuū: vt offeras reſurgenti cum aſſato piſce mellis fauū: ⁊ paſchalis agni ſuauitas temperet amaritudinem agreſtium lactucarum. Elige an videre ieſum deſideres cum maria Magdalene ſub ſpecie ortolani: an cum duobus diſcipulis: cū habitu peregrini. Nā vtraq̄ viſio ⁊ collocutio fidelis conſcientie ſunt iubilus ⁊ dulcedo. De duob⁹ cōdiſcipulis videt̄ dulci⁹ ſapere. Hec eñ lectio mel in ore: ⁊ iubil⁹ eſt i corde: extaſis mētis deuote Dulcor ei⁹ omnē excedit eloquētiā: ⁊ totā abſorbet ꝯſciētiā: ⁊ trāſformat in ſupne iubilatiōis imaginē: ⁊ deliciarū celeſtiū nouitatē. Cōſiderata hui⁹ lectionis mira ſuauitas totas inebriat medullas anime. Ex ſingulis etenī clauſulis ſentitur qdā ignis erūpere: q̄ ſi in ſinu abſcōditur clauſus: in oſſib⁹ totos depaſcit angulos amātis cōſciētie. Si ſcintillet exteri⁹/ videt̄ ſolis iubare ſplendidius radiare. Ibant duo. Que fuerit cauſa huius itineris/ nō declarat text⁹ hiſtorie: ſed hoc fuiſſe diuine ꝓuidentie: vt qui pro morte dñi tñ erāt deſolati in via qua ambulabāt: ꝯſolationē reciperent de ipſius dulciſſima viſiōe. Et forte propter hoc duo pariter ambulabant: vt dolores ſuos cōfabulatiōe mutuo mitigarēt: ⁊ corda deſperātia ad ſpei refrigeriū reuocarēt. Vñ dicunt̄ in emaus ꝓficiſci: qḋ interpretat̄ deſideriū conſilij. Deſiderabāt eñ amaritudinē turbationis ſue: ſalutari ꝯſilio releuare. Sed vt de fauo mel exprimam⁹ ⁊ in auro rutilante flāmiuomas gēmas miſceamus: ſi qd in tam dulci hiſtoria dulcius lateat inquirere ſtudeamus. Ut arbitror iſti duo dici poſſunt oratio ⁊ meditatio: q̄ coniunctione neceſſaria ſibi adinuicē copulātur. Et ꝑ oratiōnē illuminat̄ meditatio ⁊ in meditatiōe exardeſcit oratio. Quotiens igitur in cōtēplatione dñice paſſiōis ſuſpendimur ex recordatione tante admirationis in oratione compūgimur. Meditatio ruminat liuores vulnerum: fixuras clauorum: lanceā ⁊ acetū: perſecutorum ſeuitiā: apoſtoloꝝ fugā ⁊ mortem turpiſſimā: corporis ſepulturam. Oratio fundit ſuſpiria: pie deuotiōis ſtillat aromata: tota reſoluit̄ in lamēta. Et factū eſt dum fabularentur et ſecū quererēt: ipſe ieſus appropinquās/ ibat cū illis. Oculi autem illorū tenebant̄: ne illū agnoſcerēt. Talib⁹ cōfabulātibus appropinquat ieſus. Quis eſt ieſus niſi vita ⁊ ſalus? Etenī in talib⁹ ſermocinatiōibus eſt vita ⁊ ſalus anime: ⁊ eis dicitur ieſus appropinquaſſe: quia iuxta eſt dñs his q̄ tribulato ſunt corde. Oculi aūt eoꝝ tenebant̄ ne poſſent eū agnoſcere: qꝛ ⁊ ſi ſunt iuſti et ſapiētes atq̄ opera eoꝝ in manu dei: neſcit tñ homo vtrum ſit dignus odio vel amore. Si dixero inquit Job conſolabitur me me⁹ lectulus: ⁊ releuabor loquens mecū in ſtratu meo: terrebit me ꝑ ſomnia: ⁊ ꝑ viſionē horrore concutiet. In lectulo notatur quieta meditatio: ⁊ per ſtratū in quo releuatus colloquit̄: virt⁹ orationis exprimit̄: qꝛ in his duob⁹ tribulatis corde/ vere conſolationis requies inuenit̄. Sed cū ſub pennis earum deargentatis refrigeriū interne querimus: ⁊ occurrunt imaginatiōib⁹ noſtris q̄ diſtricte in extremo iudicio ſunt ſentētie iudicantis. Ibi triſtitiam inuenim⁹: vbi ſolatiū querebam⁹. In hoc aūt q̄ appropinquās dicit̄ cum illis ire ieſus: aliud pōt deſignari iocundius. In appropinquatiōe eñ illa ſignatur ille ſibilus aure tenuis quam eliphat gloriat̄ ſe audiſſe dormiētibus ceteris: ꝑ quā etiam helie conſiſtēti in oſtio ſpelūce legimus dñm aduenīſſe. Quia non in cōmotione: nō in igne: non in ſpū: ſed in ſibilo aure tenuis viſus eſt pertranſiſſe. Hic eſt ille radius ſuauiſſimus cōtēplationis: quo anima ꝑ cincinnū capitis eleuat̄: cum meditatiōe exardeſcente: ⁊ oratione ſcintillāte. Naſcit̄ in corde iubilus qdā: ſcʒ melliſluus cordis riſus: quem nemo ſcit niſi q̄ ſentit: nec etiā ipe q̄ ſentit qꝛ cito ptrāſit. Felix hora ſʒ breuis mora: qꝛ factū eſt ſilētiū in celo quaſi media hora. Norūt experti q̄ dico q̄ hec expertē: ia ſuauitatis intime didicerūt. Qꝛ cū feruore oratiōis admiſcet̄ ardor meditatiōis: erumpit ille cōtēplationis radi⁹ de medio earū quaſi ſpecies electri: hoc eſt de medio ignis. Et ſcintille quaſi eris cādētis: ſuſpiria ſcʒ ꝯſcientie iubilantis. Oculi aūt tenebant̄ ne illum agnoſcerēt: infirmitatis aūt ſue ꝯſcia humana cōſcientia: pre ineffabili tāte ſua-

iij.reg.xix

uitatis gloria cōtremiſcit. Vñ helias vultum operuit: ⁊ eliphat totus inhorruit. nec moyſes auſus eſt aſpicere ꝯtra dñm. Et ſi venerit ad me ait Job: non videbo eum. Oculi illoꝝ tenebant̄. O ſi duo cognoſcerent quantū gauderēt? Quantū ipſi gauderemus ſi eū in propria ſpecie ꝓpius videremus? Quin nō accederet immo curreret ⁊ teneret pedes eius? Sed adhuc loquit̄ ioſeph ꝑ interpretē fratrib⁹ ſuis. Adhuc diſſimulat ſuā nobis exhibere dulciſſimā viſionem. Quid enim? Mortales ſum⁹: in exilio degimus: nec illā perfecte viſiōis letabundā beatitudinem pre multitudine glorie capere valemus. Quis enim poſſet inter illa ſupereffluentis iubilatiōis gaudia ſpirare que dabūtur in patria: cum illa etiam ſtilla dulcedinis quā nobis in via exhibet in patria peregrina totā mētem inebriet: ⁊ totā cordis latitudinē nouis delitiis coanguſtet? Ideo tenebant̄ oculi eorum: qꝛ dñs erat in habitu peregrini. Et cū eū quotidie perſpicimus in altari ſub ſpecie panis ⁊ vini: nobiſcum habitat in habitu peregrini. Nōne ꝑ oculos intelligere poſſum⁹ amorē ⁊ deſideriū? Diligim⁹ eñ deū ⁊ proximū: deſideram⁹ regē ⁊ regnū. Sed qꝛ (vt ait beat⁹ Gregori⁹) incognitū eſt nobis dū in hoc corpore ſumus: quantū diligam⁹ deū ⁊ ꝓximū: ⁊ quādo ex hoc exilio trāſmigrātes adipiſcamur regnum ⁊ videamus deū: cecitatē patimur oculoꝝ. Unde in ezechiele d̄r: quia porta et thalamus habet tectū. Nec pretermittendū eſt q̄ confabulando gradiuntur in caſtellū Emaus: qḋ erat in ſpacio ſtadioꝝ ſexaginta ab hieruſalē: dulce colloquiū et felix ꝯfabulatio: cū meditatiōnē tractat oratio. Habent eñ mel ⁊ lac in lingua. Labia eorum ſicut vitta coccinea: dum hec inuitat ad cōtemptū mūdi: ⁊ illa incitat ad amorē dei. Unde d̄r in Emaus ꝓficiſci: qḋ interpretat̄ deſideriū cōſilij. Nunquid ambulabunt duo pariter niſi ꝯuenerit? O beata conuētio quā adinuicē ſuſurrant oratio ⁊ meditatio. Profecto ire deſiderāt in emaus caſtellū: qḋ ad hieruſalē eſt in ſpacio ſtadiorum ſexaginta. Sexagenari⁹ numer⁹ ex denario cōſtat ⁊ ſenario: que ſexies decem/ vel decies ſex faciūt ſexaginta. Stadium locus eſt in quo currit̄. Denari⁹ ſignificat decalogū: in quo decē mandatorum ſeries continetur. In ſenario vero figurat̄ ſeculi abrenūciatio: et morū ꝯuerſio/ abiectio ꝓprie voluntatis: ⁊ abiectio ſine fuſco ſimulatiōis cuſtodia cordis/ et circūſpectio ſermonis. In his ſtadijs currendū eſt vt cū dñs dilatauerit cor noſtrū: curramus i viā mandatoꝝ ſuoꝝ/ et poſt deuoluemus ꝑ viā. Et in his appropinquās dñs veniet nobis ſicut ſcriptū eſt de ſapientia: quia preoccupat qui ſe concupiſcunt: in vijs oſtēdit ſe illis hylariter: ⁊ in omni ꝓuidentia oſtēdit ſe illis. Et ait ad illos. Qui ſunt hi ſermones quos confertis adinuicem ambulātes et eſtis triſtes? Interrogatio iſta amoris ſubminiſtrat incēdia: ⁊ quaſi oleum proijcitur in flāmā. Dum eñ peregrinus interrogat qd triſtes adinuicē colloquūtur: ⁊ ille quē tam dilexerant ⁊ adhuc diligunt ad memoriā reducitur: dulcis dolor augmentatur: ⁊ amor ſemimortuus in caminum prorumpens de igniculo: in cordibus eorum vehementius debachatur. Qui ſunt hi ſermones ⁊ cetera. Putas in allocutiōe peregrini aliquam non perſentirēt dulcedinem amoris diuini. Immo tot⁹ in medullis eorum: reuixit et refloruit amor chriſti. Qui ſunt hi ſermones ⁊ cetera. Deus deus/ quantas iubilatiōes iſte triſticie genuerunt: ⁊ q̄ ſuaues ſuauitates ruminate: et q̄ dulcia ſuſpiria percurrunt in corde? Bone ieſu q̄ iocundo conſolaris ſuſurrio: quos de tua vides abſentia contriſtatos? Et libenter aſtas orantibus: et aſſiſtis ſuſpirantib⁹ reſpiciens per feneſtras: proſpiciens per cancellos? Et iocund⁹ latitas poſt parietem noſtrum vt audias voces orantium: ⁊ dulceſcant tibi dolores diligentium: de penis rideas innocentiū. Et reſpondens vnus cui nomen cleophas dixit ei. Tu ſol⁹ peregrin⁹ es in Hieruſalē: ⁊ nō cognouiſti q̄ facta ſunt in illa his diebus? Cleophas qui interpretat̄ increpans ore: formam orationis videtur exprimere: q̄ ponit coram deo iudicium: ⁊ replet increpationibus os ſuū: nunc accuſans cordis duriciā: nūc inconſtantiam: tunc corporis frigore conſtrictū: nunc inepta leticia diſſolutū. Tu ſolus peregrinus es? Corda ſolet amantium familiarius meror cōpunctionis afficere: cū tot vidēt inde ſpecialiter faſtidire ſtudia: ⁊ a deſiderio celeſtis patrie tepeſcentis: ſpeciē pietatis in ſolo exteriori habitu retinere. Reſpōdet ergo cleophas/ quotiēs taliū ꝑditioni ex intimis cōdolētes taleſ: tales in orationes profundūt q̄rimonias. Dñe: tu ſolus fuiſti tempore paſſionis: abnegante petro: fugiente diſcipulo quē amabas: oblito tui amoris priuilegio: fugientibus etiam ceteris. Sed heu heu tempore cōpaſſionis que nunc eſt: religioſos videmus: non ſolū non participare per cōpaſſionem paſſionib⁹ tuis: nec fugere: nec negare turbatione alicuius tētationis ſubite: ſed iniq̄tas eoꝝ procedit: quaſi ex adipe tranſierūt in affectum cordis. Apponendo enim iniquitatem non verentur ſuper dolorem vulnerum tuorum addere: qui cum ſanctis mulieribus debuerant pie deuotionis aromatibus delinire. Tu ſolus peregrinus

lus peregrinus

lus peregrinꝰ es in Hierusalem. Dereliquerunt te omnes ami-
ci tui: longe facti sunt a te noti tui: posuerunt te abominationē
sibi. Omnes que sua sunt querunt: seipsos diligunt: de exilio fe-
cerunt patriam: operibus diffitentur se peregrinos super terrā
et hospites: tu solus peregrinus es in Hierusalem. Nos etiam
excellentiori professionis priuilegio estimamus expressius fie-
ri conformes hūilitatis tue peregrinationis: collocati sumus
in obscuris sicut mortui seculi. Sed ⁊ prudentiores sumꝰ in pos-
sessionibus ampliandis: ⁊ gloriosiores in edificns erigēdis/cal-
lidiores in pecunijs congregandis. Inueniri possunt etiā pau-
ci qui fideliter incedant semitas veritatis. Tu solus peregrinꝰ
es. Jam non miratur vehemot si absorptus est fluuius: q: pars
maxima iordanis influit in os eius. Et defecit de fortitudine:
et de stellis strauit sibi aurum quasi lutum: ⁊ sub ipso sunt radij
solis. Tu solus peregrinus in hierusalem in ecclesia scilicet mi-
litanti deo: que videlicet non possidet adhuc pacem: ⁊ non co-
gnouisti que facta sunt pro illa diebus istis? His diebꝰ sangui-
nem tuū fudisti pro salute generis humani ⁊ tot dolores et op-
probria ad vltimum crucis supplicium pertulisti. Et cum tanta
pro mundo passus sis his diebus ⁊ te omnia trahere ad te ip-
sum promiseris si a terra esses exaltatus: ecce exaltatus es su-
per celos. Immo cur non eruis eos qui ducuntur ad mortē: cur
et basan non conuertis: cur omnes non trahis: cur tam paucos
de multis eligis: quasi tue immemor passionis? Non cognoui-
sti que facta sunt in hierusalem diebus istis? In hierusalem die-
bus istis tu ille excelsus admirabilis occisus fuisti: cui moyses
et helyas/in transfigurationis tue visione pulcherrima sunt lo-
cuti. Vere domine nimis excessisti. Quia cū sis splendor pater-
ne glorie: ⁊ figura substantie eius: ⁊ cum sis dominus maiesta-
tis ⁊ trementibus elementis/celi luminaribus obscuratis: ⁊ stu-
pentibus angelis: pati dignatus es tormentū abiectissime pas-
sionis. Vere fuit excessus cum dedisti vellentibus genas tuas:
cum faciem tuam non auertisti ab increpantibus et conspuenti-
bus: quando cum iniquis es deputatus. Tu solus peregrinꝰ es
in Hierusalem. Cur non trahis nos post te: vt curramus in odo-
rem vnguentorum tuorum? Cur das alienis honorem tuum: cū
pro nobis consumpseris carnem et corpus tuū? Cur solium glo-
rie tue in quo iudicasti principem huius mūdi non recordaris?
Cur spiritū gratie ⁊ precū super nos non effundis? vt non soluꝫ
lingua: sed ⁊ opere ⁊ veritate confitentes non aduenas et pere-
grinos super terraꝫ: abstineamus a carnalibus desiderijs: ⁊ tra-
hamur ad te in funiculis ade: in vinculis charitatis. Dū hec cleo-
phas loquitur in tribulatione spiritus et amaritudine mentis:
verba ista quanto putas repleant ꝯscientiam sciscitantis? Qui-
bus ille dixit Que? Non est interrogatio nescientis: sed adlo-
cantis: ⁊ quedam reciprocatio doloris. Et dixerunt. De iesu na-
zareno qui fuit vir propheta: potens in opere ⁊ sermone coram
deo ⁊ omni populo: et quomodo tradiderunt eum summi sacer-
dotes ⁊ principes nostri in dānationem mortis: ⁊ crucifixerunt
eum. Primo solus cleophas respondisse legitur. Nūc respondet
tam ipse ꝙ ille: cuius nomen in hystoria non habetur. Unde q:
est sine nomine: videtur formam meditationis exprimere/quaꝫ
quandoq; cogitationem quādoq; contēplationē solemus quasi
proprio nomine nuncupare. Secundum vero beatuꝫ Gregoriū
istum fuisse lucā aliqui estimauerunt. Lucas qui medicus fuisse
ab apostolo dicitur: qui consurgens vel eleuans interpretatur/
interpretatione sui nominis imaginem representat meditatio-
nis que medicamentuꝫ est contribulati spiritus: et conscientie
egrotantis. Que sicut stellio manibus nititur: vt morē in edi-
bus regis: ⁊ consurgens ab infimis eligendo suspendium/dese-
rit transitoria: ⁊ se eleuat ad superna. Adiungitur itaq; medita-
tio orationi vt ex amborum responsione dulcioris balsamus me-
lodie: diffusiores spiret delicias/in auribus peregrini. De iesu
inquiūt nazareno. Oleum effusum est nomen eius. Oleum inꝗ
effusum vnguentum aromatum iubilus cordium. Jesus nazare-
nus rex iudeorum. Sed frangatur alabastrū: perflet auster ortū
aromatum: myrra det odorem suum: diffluant riuuli balsamorū
crucifixus sit in memoria: crucifixi replicetur iniuria: crucifixi ru-
minentur opprobria: ⁊ charitas indefessa. Omnia interiora no-
stra loquantur de Jesu nazareno: qui lauit nos a peccatis nr̄is
in sanguine suo: vt simus potentes opere et sermone. Nonnulli
potentes sunt in opere: sed non in sermone. Alij in sermone: sed
non in opere. Quidam potētes in vtroq;. Qui strenuus est in ex-
ercitatione corporali: bona que preualent non negligit operari
patiens in tribulatione: ⁊ gaudens ad laborem obedientie: pōt
dici potens i opere. Sed si minus hunc delectat assiduitas ora-
tionis: si non est sollicitudine pia deuotus in vigilijs: sed forte
non habeat gratiam predicationis: potens est in opere: sed non
in sermone. Videas aliqueꝫ frequenter in oratione deuotū: cuiꝰ
oculi sunt sicut piscine in esebon pre multitudine lachrymaruꝫ:
sed recusat ferre iugum obedientie: votum suum offerre se esti-
mat offerendo hostiam amputata aure: suam plangit in oratiōe
superbiam: sed hora compunctionis transacta: ita superbus est
sicut ante. Vel si leuis in moribus/post orationis sue deuotio-
nem in eandem recidit leuitatem: ossa eius replentur vitijs ado-
lescentie eius: vt nunq; in conuersatiōe sua sit maturus. Licet
ad modicum orationis tempore sit deuotus: vox quidē vox ia-
cob est: sed manus/manus sunt Esau. Tales potentes vidētur
in sermone: sed non in opere. In opere ⁊ sermone sunt potentes
qui habent in moribus honestatem: in operibus virtutē: in ser-
mone scientiam: deuotionem in orationis assiduitate: grauita-
tem in conuersatione: perseuerantiā in amore. Hic siquidē ope-
rationis oratio deuota: est reclinatoriū: et deuote orationis ex-
ercitatio prebet bonorum operum fulcimentum. Hec est enim
plenarie compunctio salutaris: quam commendat conscientie
latitudo. Unde cū sapientiam et diuitias dedisset dominꝰ Sa-
lomoni: dedit ei et latitudinem cordis: quia nihil est sapientia
nihil diuitie: si in corde non redundauerit/qui transuadari non
potest fluuius charitatis. Nec parcit dominus verbis potenti-
bus: et ad deprecandum compositis si sic potens es in opere ⁊
sermone: esto coram deo et omni populo. Coram deo te cōmen-
det puritas intentionis: coram populo vtilitas operis: vt sint
lumbi mentis tue succincti et lucerna ardens in manibus tuis.
Et bene coram omni populo: quia charitas nescit angulum: nō
amat proprium: deseruire desiderat vtilitatibus singulorum.
Hinc est q: apostolus se commendat ad omnem cōscientiam ho-
minum: prouidens bona non tantum coram deo/sed etiam
coram omnibus hominibus: vt tam deo ꝙ omni populo sit ac-
ceptus. Sed beatissimo apostolo nemo se audeat comparare.
Quantum enim distat ortus ab occidente: tantū a vijs nostris
fuerunt vie eius: ⁊ semite eius a nostris semitis exaltate: quia
sicut dicit Esaias facti sumus immundi omnes nos/quasi pā-
nus menstruate vniuerse iusticie nostre. Potentes non sumꝰ in
operibus: ⁊ quid oremus sicut oportet nescimus. Ille solꝰ spe-
ciosus forma pre filijs hominum/singulari priuilegio fuit pro-
pheta/potēs opere et sermone: ꝗ potenter operatus est salutē
nostrā i medio terre. Potestate plenꝰ fuit i sermone qn̄ oia crea-
uit: qr̄ dixit ⁊ facta sunt ipe mādauit ⁊ creata sūt. Fortis fuit in
ope cū hominē reparauit: ⁊ iuxta vaticiniū Esaye: opus suū vt
faceret/opus suū alienū opus fecit. Vere fuit opꝰ alienū: si con-
sideres quomodo tradiderūt eū summi sacerdotes ⁊ crucifixe-
runt eum: domine audiui auditionem tuam ⁊ timui: considera-
ui opera tua: vias tuas ⁊ expaui. Subsannauerunt te subsanna-
tione: dentibus suis sup te frenduerūt: aduersum te letati sunt
et conuenerūt te summi sacerdotes ⁊ pn̄cipes tradiderūt. Illi
qui regere gregē debuerūt per viā salutis: facti sunt laqueus ⁊
ruina in p̄cipitiū dānatiōis. Ex ipsis flāma inuidie erupit: q: si-
cut i Job legit: ignis dei/de celo cecidit/⁊ tactas oues pueros
q; ꝯsumpsit. Nos igit qui q̄rimꝰ crucifixū: crucis attēdamꝰ my-
steriū. Ipa est statera corpis xp̄i: quaꝫ desiderabat qui dicebat.
Utinā appēderent pctā mea qbꝰ irā merui: ⁊ calamitas quā pa-
tior in statera. Crux fctā est statera corporis xp̄i: qꝰ est ecclesia.
Cū eni ipse crucifigeret appensa sunt cū ipso pctā q̄ cōmisimꝰ: ⁊
calamitas quā incurrimus. Ipse erat innocens/impolutus/se-
gregatus a peccatoribus: ⁊ excelsior celis cōuersatio eius: nō
enim peccatū fecit/nec inuentꝰ est dolus in ore eius. Et qm̄ ta-
lis ac tantus tā indigna dignatus est in cruce pati: prepondera-
re cepit calamitas: ⁊ crimina leuigari. Cū adhuc tamen in cru-
ce erectus staret vacillare videbatur statera: nec plene cognos-
cebatur qua cadere deberet: cum inclinato capite misit spiri-
tum: vt calamitas prepōderando caderet: ⁊ quasi arena maris
grauior appareret. Gētes quasi momētū statere reputate sunt.
Nam in statera ceciderunt: quia partes aduerse damnationis
nostre chyrographum miserunt. Trituratus est moab: sub do-
mino expandit manus super eum sicut natans ad natādum: ne
demergeretur in profundum: et vt ipse subleuaret nos in excel-
sum: expandit alas suas: nos assumpsit et portauit in humeris
suis: sicut aquila prouocans ad volandum pullos suos. Sic a-
scendens super omnes celos de excelso misit ignem in ossibus
nostris: vt que sursum sunt sapiamus: ⁊ nostra cōuersatio sit in
celis. Potens fuit corā deo ⁊ omni populo: quia factus est an-
gelus loquens pro nobis: ⁊ intercessor existens. Patri reconci-
liauit humanum genus: vtrumq; solus potuit arguere et pone-
re manū in ambobꝰ. Et quod summi sacerdotes et principes cru-
cifixerunt eū. Per sacerdotum quippe persuasionē/populus di-
mitti barrabam/christum crucifigi acclamauit: et pylatus fieri
adiudicauit: linguis non manibus ipsum crucifixerūt. Unde di-
cit dauid. Quia linguas suas vt gladium acuerunt. In hoc for-
te minus reprehensibiles ꝙ noui crucifixores qui manibꝰ ⁊ ver-
bis mortem accersiunt: immortalē mortificant: incrucifigibileꝫ
crucifigūt. Que ab ipsis in occulto vel etiā in apto fiunt: turpe
est dicere. Ponere vereor os meum in celum: vt non dicam in ce-

num:⁊ saul ad purgationem ventris inclinatum occidere suffi- cit / si oram chlamydis abscidam/gladio hieremie. Cum do- minus dicat per malachiam. Nos me cõfigitis gens scilicet to ta:ostẽdit hieremias quomodo summi sacerdotes ⁊ principes eum crudeliꝰ crucifigunt. Ibo(inquit)ad optimates ⁊ loquar eis:ipsi enim non cognouerunt viam domini/iudicium dei sui. Et ecce hi magis simul fregerunt iugum:ruperunt vincula : et a propheta vsqȝ sacerdotem omnes faciunt dolũ. Ecce quomo do summi sacerdotes ⁊ principes crucifixerunt eum. Nos autẽ sperabamus ꝙ ipse esset redempturus israel:quod interpretat̃ vir vidẽs deum. Per quod litterati ⁊ religiosi qui specialiꝰ pre ceteris debent videre deum:per intelligentiam ⁊ affectũ signã tur. Hinc est non minima causa tristicie nobis: quia etiam litte rati:⁊ qui videntur religiosi comparantur iumentis et immun- diores facti sunt illis. Ipsi enim/non solum spinis peccatorum suorum crucifigũt deum:sed aliĩs facti sunt in prouerbiũ ⁊ exẽ- plum. Nos autem sperabamus ꝙ ipse esset redemptorꝰ israel. Non esset doloris materia nec res tã stupenda:si plebs q̃ non nouit legem sola caderet in errorẽ:quia releuari posset per lit- teratorum ⁊ religiosorum prudentiam:si ipsi non fuissent primi ad ruinam. Nos autem sperabamus ꝙ ipse esset redempturus israel. Nam si dicit regi apostata:⁊ vocat duces impios:si sup- plantet optimates ⁊ ducis sacerdotes ingloriosos:⁊ ipsi forsitan non sunt litterati ⁊ ignorant legem domini:filiĳ sunt diffidẽtie: nec de ipsis sumus in admiratione:sed de litteratis stupemus: et qui pretendunt habitum religionis : qui bonum verbum dei gustauerunt:te donum celeste virtutesqȝ seculi venturi : et ec- ce vacce pingues samarie facti sunt/facti sunt arbores autum nales eradicate:bis mortue:facti hostes in capite : qui docere debuerant viam vite. Nos autem sperabamus ꝙ ipse esset redẽ- pturus israel. Et nunc super hec omnia tertia dies est:quo hec facta sunt. Primus dies quo crucifixus est christus:persecuto- rum ⁊ hereticorum significat tempus:qui primitiuam ecclesiã tormentorum aspiratibus vexauerunt:que corpus est eius. Se- cunda dies qua sepultus fuit:tempus figurat hypocritarũ: q̃ christum quasi sepultum in terra reputant:terrenis commodis et honoribus inhiantes: nullã nisi terrene felicitatis gloriã: p suis laboribus expectant. Super hec omnia tertia dies est: in quo debemus aliud grauius periculum considerare: scilicet in falsis fratribus. Et in hac tertia die christus debuerat resurre xisse:quia putabamus his diebus vbiqȝ diffundi virtutem vere fidei ⁊ p loca religiosa/charitatis radios dilatari : vt post orio nas ⁊ hyades apparerent interiora austri. Sed quia pene om- nes declinauerunt:et adhuc in iniquitatibus suis christũ cru- cifigunt:super hec omnia dolemus : quia tertia dies est ex quo hec omnia facta sunt. Sed ⁊ mulieres quedã ex nostris terrue- runt nos:que ante lucem fuerunt ad monumentum:⁊ non inuẽ- to corpore eius venerunt dicentes se etiam visionem angelorũ vidisse qui dicunt eum viuere. Mulieres pie sunt cogitationes. Per monumentum claustrum religiosorum potest intelligi : in quo sumus christo per temporalium delectationum mortifica- tionem:et sancte professionis vinculum consepulti. Tũc mulie res vadunt ad monumentum querere dominum:quando cogi- tamus/si saltem vel in claustris religiosius sit requirens ac di ligens deum:ante lucẽ venerunt:⁊ corpus eius non inuenerũt. O q̃ȝ dulce est ante lucem surgere:ad querendum dilectũ. Dul cis est querenti illum. In lectulo meo quesiui per noctes: quẽ diligit anima mea quesiui ⁊ non inueni illum/restat ergo vt va dam ad monumentum:id est ad religiosorum claustrum ad vigi lias claustralium:quia ibi dilectum inueniam:et si non ſm cor- pus. Etenim si cognouimus ſm carnem christum: sed iam nunc non nouimus. Ciuitatẽ custodiunt isti vigiles:angeli sunt quo rum visionem se vidisse asserunt mulieres:que dicunt eum viue re:et per feruorem vere dilectionis:ostendunt Christũ in suis cordibus habitare. Isti sunt vigiles obseruantes omni tempo re custodias domini. Ipsi excubant ad ostium tabernaculi. ipsi sunt Oriones et hyades ⁊ interiora austri. O q̃ȝ delectabile est eis interesse vigiliis:consurgunt de nocte in principio vigiliarũ suarum:vt effundant cor suum coram dño:⁊ oratio eorum apud altissimum:ibi in medio iuuencularum tympanistriarum princi pes coniunguntur psallentibus. Ibi in excessu mẽtis beniamin adolescentulus:ibi resonat celestis simul concentus. Ibi sunt seraphin/Sanctus/Sanctus/Sanctus clamantia:⁊ cherubin sese versis vultibus in propiciatorium respicientia. Ibi iubilãt omnes filiĳ dei:laudant dominũ sidera matutina. Ipsi sunt vere similes angelis:per studium angelice conuersationis. Ipsis cõ missa est custodia monumẽti/scilicet obseruãtie regulares clau stri. Monumentum istud christus nõ deserit qui nobiscũ se pro misit esse vsqȝ ad consummationem seculi ⁊ tunc nos erimꝰ secũ cum nos acceperit ad seipsum. Mulieres se dicunt illum nõ in- uenisse:sȝ visionem angelorũ vidisse:qui dicunt illũ viuere quo

tiens versamus in cogitationibus nostris. Quia ⁊ si sunt vere si- miles angelis qui de die in diem ⁊ in nocte laudem domini de- cantant in terris/sicut illi in celis:non tamen possident gloriã eterne beatitudinis summa sanctitate consummata. Paulolum (inquit)cũ pertransissem eos:inueni quem diligit anima mea. Sed quid est quod dicitur:terruerũt nos. Nõ est terror qui incu- tiat horrorem:sed qui nouam cordis parturiat exultationẽ vel admirationem. Dum enim cogitamus q̃ȝ felices delicie habun- dant in claustro:super hoc expauescit cor nostrum:⁊ quedã dul ci reuerentia mouetur de loco suo. Et abierunt quidam ex no- stris ad monumentum:et ita inuenerunt sicut mulieres dixerũt ipsum autem non inuenerunt. Abierunt quidam ex nostris. Isti sunt affectus religiose mentis:qui oĩa sicut mulieres inueniũt: non tamen reuertuntur sicut de mulieribꝰ legitur. Quando enĩ solis cogitationibus de amore religionis tractamus in cordi- bus nostris:mulieres ad monumentum vadunt ⁊ redeunt. Sed cum affectus mentis ad conuersionis desideria conuertuntur: non iam tantum mulieres sed quidã ex nostris ad monumentũ vadunt qui non reuertuntur:sed nec ipsum inuenerunt. Hec autẽ experimento cognoscimus quia cum feruore nouitiĳ ad conuer- sionem venerimus:hic iesum inuenire nos estimamus:quia per fecte trãquillitatis ⁊ sanctitatis gaudia apprehendere nos spe ramus. Sed cum processu temporis experimur miserias huma ne fragilitatis:tunc recognoscimus quoniã non inuenimus do minum:visionem tamen angelorũ aspicimus:exempla scilicet feruentium monachorum. Et ipse dixit ad eos. O stulti et tardi corde ad credendum:in omnibus que locuti sunt ꝓphete. Non ne hec oportuit pati christum ⁊ ita intrare in gloriam suã? Sca turire videntur hec verba teneritudinem amoris:et quasi mu- stum quod dirumpit nouas lagunculas : de medullis procede- re diligentis. Dedit dominus voci sue vocem virtutis:vt essent hec verba eius sicut malleus conterẽs petram:⁊ sicut ignis: te stimonio hieremie. Verba eiꝰ sicut ignis ⁊ malleus: vt de igne ascendat virgula fumi ex aromatibus ⁊ puluere pigmentariĳ:et conterat malleus. Libet paululum ad suauitatem hystorie mẽ- tis oculos inclinare. Dum interpretatur scripturas: dum expo nit moysen et prophetas:procedens ex ipsiꝰ ore mira suauitas: mentes refrigerat merore et tedio consternatas/ inestimabilis redundabat in labiis iesu sermonis elegantia super mel ⁊ fauũ: dulcescebat eius eloquiũ super omnia aromata. Profecto ordi- nẽ celi nouerat:⁊ ponebat rationẽ eius in terra. Impleta gau dent viscera luctu in leticiam mutato. Iam refulget in conscien tiis domini resurrectio. Resurgenti magis gaudere incipiunt/ q̃ȝ condoluerant crucifixo. Hic est ꝙ appropinquauerunt castel lo quo ibant:quia impleri ceperat desiderium cõsiliĳ quod que- rebant. Et ipse se finxit longius ire:vt dum vellet eos deserere/ dilectionis igne quo suauiter ardere ceperant:mirabiliꝰ estua rent. Quid eos putas tunc animi habuisse:cum se fingeret lon- gius ire? Estimo forsitan talibus eum querimoniis interpellas- se. Ne decedas dulcissime:ne decesseris a nobis : sed adhuc de iesu nazareno sonet vox tua in auribus nostris. Loquere quesu mus de gaudio resurrectionis: mane nobiscum quoniam aduе- sperascit:et inclinata est iam dies:sed agemus vigilias noctis. Non enim sufficit dies vt saturetur auris auditu de dulcissimo iesu. Et coegerunt eum:quia cohibere se non poterat vis amo- ris:nunc ad delicias reuertamur moralitatis. O stulti et tardi corde ad credendum:in omnibus que locuti sunt prophete. Nõ ne hec oportuit christũ pati:et ita intrare in gloriam suam? Im pletum est tempus:quod dixit dominus in euangelio. Ubi duo vel tres congregati sunt in nomine meo:ibi sum in medio eorũ. Congregati sunt in nomine eius duo scilicet oratio et medita- tio:vt turtur et columba:querimonia dulces submurmurent in foramine petre:in cauerna macerie condolentes de domini pas sione. Sed contra hec susurria hec deuota suspiria: tam gratio sa sunt in oculis qui scrutatur renes et corda : ꝙ non possit diu abscondere multitudinem dulcedinis sue quam abscondit ti- mentibus et diligentibus se. Sed sepius per occultam aspira- tionem/sepius per scripture sacre lectionem:talem tristiciã in iubilũ commutare:o stulti ⁊ tardi corde ad credendum. Cogitã ti mihi dulcedinẽ huius increpationis:flere magis libet q̃ȝ ali quid dicere:quia quidam mirifici odoris balsamꝰ/ perflat areo lam mẽtis mee. Disputare cum deo cupio:non quidem ex equa litate:sed exponendo fragilitatem humane conscientie. Domi- ne quotiens passionis tue amaritudinẽ in cordibus nostris ru- minamus:totiens de nobis expauescimus:quia dedisti metuẽ- tibus te significationẽ:vt fugiant a facie eius. Si enim ex hoc mundo transisti ad patrẽ cum tantis cruciatibus : quid fiet de nobis peccatoribus? Si in viridi ligno hec fiunt:in arido quid fiet? Dum tales in oratiõe fundimus querimonias: consolatur nos dulciter increpãdo illa vera ⁊ summa charitas:per scriptu rarum auctoritatẽ seu per occultã inspirationem. Quid de mea

passione

passione tam tristes estis? Nolite timere pusillus grex: passus sum vt vos gaudeatis. Thesaurizaui vobis thesauros exultationis. quia thesaurizare debent parentes filijs. Mia enim opa vestra opatus sum vobis: resurrexi: vt iubiletis. Dico vobis cur non creditis? Incipiens a moyse ⁊ prophetis: interpretabatur illis in omnibus scripturis que de ipso erant. Beati qui nouerunt gustu felicis experientie/ q̄ dulciter q̄ mirabiliter in oratione ⁊ meditatiōe: scripturas dignatur dominus reuelare. Et quidem scientiarum dominus est: potest eas si voluerit dispensare. Incipiēs a moyse ⁊ prophetis interpretabatur illis in omnibus scripturis que de ipso erant. Hec facit quando corda nostra illuminat radijs charitatis. Ille tenet ⁊ que latēt ⁊ que patent in diuinis sermonibus: qui charitatem seruat in moribus. De sola directione pendent moyses et prophete. Tunc appropinquamus castello quo tēdimus: quia per infusionem charitatis desideratum vite consilium obtinemus. Ipse autez finxit se longius ire. Dixi sapiēs efficiar: ⁊ ipsa sapientia recessit lōgius a me. Incipienti difficiles vie dñi videntur: sed curritur per eas dum cor ceperit dilatari. Unde ⁊ coegerunt eum. Non enim leuiter ad perfectionis culmen attingit: sed paulatim virtutū gradibus ad apicem charitatis per violentiam peruenitur. Coegerunt eum. Ne mireris si vim patitur regnum celorum: quando ⁊ ipse dominus eorum. Si igitur quadā naturali duricia cor tuū senseris indeuotum: insta orationibus: intende meditationib⁹: curre vbi est impetus spiritus: ne assensum carni dederis. Ingere te vigilijs per lachrymarum violentiam: vince dominum maiestatis/ ⁊ dic ei. Mane nobiscum domine quoniam aduesperascit: ⁊ inclinata est iam dies. Hanc clausulam multipliciter possumus intelligere: et in ea multas delicias inuenire. Mane nobiscum quoniam aduesperascit. Cum prosperamus in virtutum successibus: in die sumus. Cum nos obnubilant tribulationum angustie incipit nobis aduesperascere. Cū tristicia nos confundit: nobis aduesperascit. Et quia ad te confugim⁹ qui solus laborem et dolorem consideras mane nobiscum quoniā aduesperascit. Iam veniunt aque vsq; ad animam. Iam deuotionis delicie vertuntur in miseriam: iam omnes angulos mentis nostre ventus temptationis concutit: mane nobiscum quoniam aduesperascit. Tu tribulatis cordibus es refrigerium: tu refugium: tu solatium tua est potestas: tuum est imperium. Intēti sunt ad te oculi omnium: te solum sitiens anima concupiscit mane nobiscum quoniam aduesperascit. Sine te nihil possum⁹ facere. Tu solus carmina das in nocte: tu turris es fortitudinis a facie tribulantis. Tue pietatis oculus circa ea que sub celo sunt respicit: mane nobiscum quoniam aduesperascit. Per te cōsurgit nobis ad vesperum fulgor meridianus: ⁊ orimuret lucifer cū nos consumptos putamus. Non confunditur omnis qui in te confidit: mane nobiscum quoniam aduesperascit. Inclinata est iam dies: facti sunt vesperi longiores: quia appropinquante mundi termino: superexcrescit iniquitas: ⁊ charitas refrigescit. Ne extinguatur in nocte lucerna nostra: mane nobiscum quoniam aduesperascit. Vergente mundi vespere sole iusticie frigus iniquitatis genus humanum opprimit. Omnes occupat nox perfidie lux veritatis deficit. Ne deficiamus cum deficientib⁹: mane nobiscum quoniam aduespascit. Uite mee iam instat vespera: corpus consumit egritudo perualida. Iam mors minatur aspera. Timor et tremor totam conscientiam concutit: terribilem sententiam iudicij pertimescit. Sed tu domine cui pater omne iudicium dedit: mane nobiscum quoniam aduesperascit. In manus tuas commendo spiritum meum. Ne tradas animam confitentem tibi potestatib⁹ tenebrarum. In te solo est salus nostra ad te sunt oculi nostri: ne pereamus. De multitudine miserationis tue mens fiduciam concipit: mane nobiscum quoniam aduesperascit. Vel per vesperam possumus intelligere vexate mentis refrigerium: omni feruore tribulationis recedente: oratio ⁊ meditatio tranquillum in ea deo parent hospitium/ vt eum cogant ad manendum/ et inuitent ad cenandum: iuxta quod scriptum est. Si quis aperuerit mihi ianuam intrabo ad eum: et cenabo cum eo: ⁊ ipse mecum. Factus est sicut viator declināns ad manendum. Unde et intrauit cum illis. Factum est autem cum recumberet cum illis: accepit panem ⁊ benedixit: fregit ⁊ porrigit illis: ⁊ aperti sunt oculi eorum et cognouerūt eum. Panis iste: panis est gratie. Hunc panem ipse per se accipit. Quia non quasi inferior sed patri equalis: dona gratie prout voluit nō ad mensuram accepit. Benedixit panez quando benedictionē suā nobis dat legislator: vt eamus de virtute ad virtutē: frangit et porrigit illis/ q: nō volētis neq; currētis: s; miserantis est dei. Nec panem porrigit integrum sed fractum: quia diuisiones gratiarum sunt: sed idem dominus qui sicut bucellas mittit christallum suam. Et quid est quod dicitur/ aperti sunt oculi eorū: et cognouerunt eum in fractione panis? In fractione panis fit diminutio quedam ⁊ exinanitio. In fractione virtutem humilitatis intellige: per quam seipsum fregit diminuit ⁊ exinaniuit ipse etiam qui panis est vite. Et quoniam se exinaniuit: cognitionem suam nobis dedit. Ipse est panis desiderabilis: quem per dies multos daniel non comedit: quia multi iusti et pphete voluerunt videre et non viderunt/ incarnatam sapiētiam dei patris. Multis estuarunt suspirijs pre desiderio videndi filium hominis: sed absconditus erat in sinu patris. Paruuli petierūt panem: et non erat qui frangeret eis. Sapientia abscondita patris et thesaurus integer et occultus: que vtilitas in vtrisq;? Frange domine esurienti panem tuum: panem te ipsum vt aperiantur oculi hominis: nec reputetur homini ad peccatum/ si voluerit esse sicut tu: sciens bonum et malum. Te cognoscat in panis fractione: qui ab initio voluit integrum attemptare vel attrectare. Frange te vt sese discat frangere: quia non cognosceris nisi in fractione panis. Audiuit balaam sermones dei: et visiones omnipotentis intuitus est: sed cadebat apertis oculis: quia non cognoscebat dominū in fractione panis. Sic multos videtis hodie studentes in scripturis: docentes in cathedris: predicantes in ecclesijs: sed opera eorum non concordāt cum verbis. Confitentur verbis se nosse deum: sed negant factis: quia non cognoscitur nisi in fractione panis. Et quidem nobis dominus factus est panis: et nos sumus panis eius. In sudore vultus sui dignat⁹ vesci pane suo vt nostro vesceremur in gaudio. Si vis ipsum cognoscere? sicut se fregit ita te frange: quia qui dicit se in christo manere: debet sicut ille ambulauit et ipse ambulare. Non est in sermone regnum dei: sed in virtute. Frange igitur te ad laborem obedientie: ad humilitatem penitētie. Porta in corpe tuo stigmata iesu xpi formā serui accipiens/ non prelati. Et cum te exinanieris et fregeris: cognosces dominum in fractiōe panis. Sed quoniam cepimus loqui de pane gratie: dum frangitur oculi aperiuntur et dominus cognoscitur: quia cum ceteris gratiarum donis infunditur virt⁹ humilitatis. Tunc eum cognoscimus: quia ex acceptis donis nos ei humiliter subdimus cum quicquid boni accepimus ad ipsum referimus: et sapiens attestatur: q ab humilibus honoratur deus. Uide quomodo dictis nostris concordet beatus Gregorius. Qui (inquit) virtutes ceteras sine humilitate congregat: quasi puluerem in ventum portat. Et vnde ferre aliqd debuit: inde deterius sequat. Vera ergo humilitas aperit oculos: dum virtutes ceteras per quas vento superbie poterat excecari: frangitur et diminuit: et homo se ex se nihil esse cognoscit. Et quāto quis decrescit in despectione sui: tanto amplius proficit in cognitionem dei. Ut ergo cognoscatur dominus in fractione panis: frangat homo si quas habet in se virtutes: frāgat proprias voluntates/ imitans illum qui pro nobis fact⁹ est obediens vsq; ad mortem crucis. Et ipse euanuit ab oculis eorum. Mira res. Cum incipit magister cordi dulcescere: tunc fugit: vt de absentia sua faciat nos dulciter dolere. Tales sunt amoris delicie: oculi amoris ipsuz faciūt auolare. Fuge dilecte mi ⁊ assimilare capree: hinnuloq; ceruorum: super montes aromatum. Ascende super cherubin et ambula super pennas ventorum. Esto tamen similis capree hinnuloq; ceruorum: vt oculos dilectionis tue non auertas a nobis: ⁊ si a nostris te subtrahis qui humilia respicis/ et alta a longe cognoscis: et dixerunt adinuicem. Nonne cor nostruz ardens erat in nobis de iesu dū loquereť nobis in via: ⁊ apiret nobis scripturas? Clausula ista non est exponenda/ sed ruminanda. Quotiens in nobismetipsis marcescit anima nostra: et possident nos dies afflictionis: quotiens tedijs vel temptationum vulneramur sagittis: ad memoriam reuocemus quid aliquando in oratione senserimus: quid in meditatione gustauerimus: qualiter locutus sit nobis dominus cum scilicet transmigraremus in delicias contemplationis. Nonne cor nostrum ardens erat in nobis de iesu. O dulcis ardor/ dulcis splendor/ dulcis amor. Ardor confortans: splendor illumināns: amor inebrians. Quam dulciter ardes: q̄ mirabiliter splendes: q̄ sufficienter totū cor hominis imples? Quis poterit habitare de nobis cum igne deuorante: cum ardoribus sempiternis: cum iam non erit ignis in syon/ sed camin⁹ in hierusalem in splendoribus eternitatis? Tunc etiam recordabimur de hoc paruo igniculo quem sentimus in conualle plorationis: cantabimus et psallemus: et dicemus adinuicem. Nonne cor nostrū ardens erat in nobis de iesu. Cum sub paupertate degeremus militie regularis: et staremus ad psallendum in nocturnis vigilijs: et post vigilias absconditi incumberemus orationibus illis beatissimis interuallis: q̄ magna tūc erat in cordibus nostris multitudo dulcedinis. Nonne cor nostrum ardens erat in nobis de iesu. Nonne nox erat illuminatio in delitijs. Nonne cor nostrum tunc ardens erat in nobis: cum in claustro residentes meditaremur in silentio: quando secreto deus erat in tabernaculo nostro cum super hierusalem cor ascenderet ⁊ cogitaremus patrie gaudia: cuz concentus celi resonaret

in conscientia. Nonne cor nostrum ardens erat in nobis de iesu cum diuinarũ scripturarũ dulcedine nostras reficeremus aias inuenientes in illis mirabiles delectationes super omnes diuitias: nõne nos tunc docebat vnctio christi de oībus medullatas infundendo nobis delitias. Nõne cor nostrũ ardens erat in nobis de iesu dũ loqueretur nobis in via. Et surgentes eadem hora reuersi sunt in hierusalẽ: ⁊ inuenerũt ꝯgregatos vndecim et eos qui cũ ipsis erant dicẽtes. Quia surrexit dñs vere ⁊ apparuit symoni. Non incõgrue eadẽ hora dicũtur surgere: quia non nisi ad horã nec ad horam quidem esse possunt in aia tales delicie cito transeunt/abeunt/euanescunt. Ideo fugiunt: vt earum plenitudinẽ que debet in patria feruentius appetamus: iõ animũ alliciũt ⁊ inflãmant: vt surgamus: non vt in hierico descendamus. Ibi insidiantur vt spolient vel necent descendẽtes Sed nobili quadam superbia despicere debet hec temporalia que mutabilia sunt sicut luna anima celestib⁹ delitijs assueta. Surgẽtes igitur oratio ⁊ meditatio reuertuntur in hierusalem cũ post spũaliũ delitiaꝝ refectionẽ intime pacis possident qetẽ Undecim isti qui in hierusalẽ sunt ꝯgregati: dona septiformis spiritus ⁊ quattuor principales virtutes possunt intelligi. Illi qui cũ eis sunt fides: spes: charitas (et si q̃ sibi sunt alia gratiarum dona) dici possunt. Congregatos istos oratio ⁊ meditatio inueniunt/nõ congregauerunt: quia ⁊ si pro posse nostro intẽdamus virtutibus ꝯgregãdis: nihil sine patre luminũ possumus: qui ⁊ velle ⁊ perficere in nobis operaẽ. Istis dũ oratio ⁊ meditatio ꝯiunguntur dicunt qr surrexit dñs vere: qñ amanti ꝯscientie insibilat gaudiũ resurrectiõis dñice. Sed qd vult sibi quod subdiẽ apparuit symoni. Uidete ne forte ꝑpter nos dictũ sit: q̃ specialiter filij sumus obedientie: q̃ sapientibus ⁊ insipientib⁹ debitores sumus: sine ꝯtradictione vocis: sine rancore murmurationis obedire. Fidelis sermo ⁊ omni acceptione dign⁹: magnum leticie cumulũ parturiens obedientib⁹: qr dñs apparuit symoni: et ipsi soli speciali prerogatiua pre oībus. O si deuote mentis memoria/reuoluamus: q̃ dulcis sit eius apparitio obedientie filijs in illo agone terribili ⁊ in illa hora miserabili/vbi cogitur anima a corpore separari. Nõ presumimus q̃ nescim⁹ asserere/possumus tñ pijs imaginationibus: tale aliquid cogitare. Forte aliquib⁹ tunc apparet xp̃s cũ vexillo obedientie: ⁊ ineffabili exultatione exhilarat obediẽtis animam in illa tribulatione ⁊ his põt sermocinationibus cõsolari. Ne timeas fili obedientie: ne timeas intueri manus ꝑpter obedientiam cruci affixas ꝯsidera pedes expositos fixuris clauoꝝ: ⁊ latus lancea perforatum/attende qr ꝑpter obedientiã mortu⁹ sum ⁊ si ꝑpter fragilitatẽ humane ꝯditionis: obedientia tua sit minus aliqd perfectum habens: volo vt plenitudo mee obedientie/sit tue min⁹ sufficientis obedientie supplementũ. Quid in illa hora põt esse suauius tali ꝯsolatione: qd imprimi põt humano cordi dulci⁹. Ponite hec sup corda vestra filij obedientie gaudete ⁊ exultate: qr surrexit dñs vere: ⁊ apparuit symoni. Et ipsi narrabant q̃ gesta erãt in via: ⁊ quõ cognouerũt eũ in fractiõe panis. Extremam hanc claulũlã referre possumus ad illa beate quietis gaudia: cũ sedebit vnusquisq₃ sub vite sua/⁊ sub ficulnea in pulchritudine pacis/in tabernaculis fiducie: i requie opulenta: cũ plateę hierusalem sternẽtur auro: ⁊ per oẽs vicos ei⁹ alleluya cantabitur: et implebitur infantib⁹ ⁊ puellis: sequentib⁹ agnũ quocunq₃ ierit in vestib⁹ albis. Tunc narrabimus q̃ gesta sunt i via quõ cognouim⁹ dñm in fractione panis: q̃ dulciter nos humiliat hic i loco afflictõis: vt deliciet in cordib⁹ nostris: q̃ secreta sua abscõdit a sapiẽtib⁹ ⁊ prudẽtib⁹: ⁊ reuelat ea puulis. Tunc recordabimur periculoꝝ in q̃bus versamur tribulationũ quib⁹ affligimur: miseriarum quibus inuoluimur: ⁊ mirabiliter letabimur qr hec oia velut vmbra transierũt: ⁊ de splendoribus in q̃bus erimus/ossa nostra sicut herba germinabunt. Tũc plantabim⁹ vineas in monte samarie ⁊ audiemus vocẽ gaudij et vocẽ leticie: vocẽ sponsi/⁊ vocem sponse: videbimus gloriã regis ⁊ decorem regine. Tũc letabiẽ virgo in choro/dyadema regni portãs in capite suo: ⁊ ostẽdet nobis fructũ sanctissimi ventris sui. In humanitate nostra: videbitur dñs maiestatis. Tũc videbit ⁊ affluet: ⁊ mirabitur ⁊ dilatabiẽ cor nostrũ: simul laudabim⁹ quia oculo ad oculum/aspectu contra aspectu₃ videbimus: facie ad facie₃ cognoscemus: ore ad os colloquemur dicẽtes. Tibi dñe potestas ⁊ imperiũ: tibi honor ⁊ gloria: te laudet omnis spirit⁹ in secula seculorum. Am en.

¶ Laus deo.

¶ Deuoti mellifluiq₃ doctoris diui Bernar.

Clareuallis abbatis/seraphica scripta diligentissime cũ archetypis bibliothece clareuallis a q̃busdã eiusdẽ dom⁹ monachis emendata: atq₃ ita recognita: vt que vera ipsius auctoris: queq₃ ascripticia fuerit lector q̃ facillime agnoscat (q̃q₃ ea ⁊ phrasis ⁊ spũs ac vis dicẽdi facile secernat) nunc demũ in optimam vni⁹ codicis (veluti palã cerniẽ) formã redacta: sedulaq₃ ac diligenti cura ⁊ industria mgr̃i Jacobi mareschal viri artis impressorie peritissimi: impensis autẽ honesti viri Oliuerij martin inclyte ciuitatiẽ Lugd. bibliopole insignibus characterib⁹ fidelissime/ad laudẽ dei christiq₃ fideliũ vtilitatem. vij. Idus decembris Anno incarnationis dominice. M.cccccxx. exoptatu₃ sortita sunt complementum.

¶ Registrum.

a b c d e f g h i k l m n o p q r s t. Omnes sunt quaterni preter t qui est quinternus.

A B C D E F G H I K L M N O P Q. Omnes sunt quaterni preter. N. qui est quinternus ⁊ P Q qui sunt terni.

Aa Bb Cc Dd. Omnes sunt quaterni dẽpto Dd qui est tern⁹.

AA BB CC DD EE. Quorum EE est ternus.

¶ Finis.

Et qdem alia cã ẽ epor. alia monachor. scim⁹ nanq q illi sapientib⁹ ⁊ insipientibus debitores cũ sint carnalis populi deuotionem q2 spũalib⁹ nõ pnt corporalib⁹ excitat ornamentis in Apologia ad Guillermũ Abbatẽ fo. 274 col 3